✠
BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Núm. 209.

Estante 43
Andª 4ª
Vol 9.

BARNABAE

BRISSONII

IN REGIS CONSISTORIO Consiliarij, & in supremo Senatu Parisiensi Præsidis.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE

LIBRI XIX.



BIBLIOTECA PROVINCIAL ORIA

PARISIIS,

Apud SEBASTIANVM NIVELLIVM,
sub Ciconiis, via Iacobæa.
M. D. XCVI.

Cum Priuilegio Regis.

Extraict du Priuilege du Roy.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, & de Nauarre A nos amez & feaux les gens tenans nos Cours de Parlement, Baillifs, Senechaux, Iuges, ou leurs Lieutenans, & à tous nos autres Iusticiers & Officiers qu'il apartiendra, Salut & dilection. Nostre cher, & bien amé, SEBASTIEN NIVELLE, Marchand Libraire Iuré en nostre Vniuersité de Paris, nous a fait humblement exposer, que depuis quelque temps en ça, il auroit recouuré aucuns des Oeuures de deffunct nostre amé & feal Conseiller en nostre Conseil, & President en nostre Cour de Parlemẽt à Paris, Maistre BARNABE BRISSON, Et entre autres les Liures par luy composez, DE VERBORVM SIGNIFICATIONE, lesquelles œuures ledit Niuelle feroit volõtiers imprimer, mais il doute qu'il se trouuast frustré de son labeur & trauail, & des grands frais qu'il luy conuient faire, si par autres ils estoient imprimez, requerant sur ce luy estre pourueu de remede conuenable. Pour ce est-il que nous voulans par tous moyens à nous possibles, fauoriser les amateurs des lettres & sciences, mesme de celle de droit, par laquelle la Iustice est administrée à nos subiects, Auons pour ces causes & autres iustes considerations à ce nous mouuans, à iceluy NIuelle permis & octroyé, & de nos graces speciales, pleine puissance & auctorité Royalle, permettons & octroyons par ces presẽtes qu'il puisse & luy loyse imprimer ou faire imprimer lesdicts liures, sans qu'auquns autres Imprimeurs, ou Libraires, sans l'expresse permissiõ & congé dudit Niuelle puisse de dix ans entiers & consecutifs, à compter du iour de la premiere Impression paracheuée, imprimer ou faire imprimer, vendre ne debiter lesdicts liures ailleurs imprimés, sans conge & permission, sur peine de mille liures parisis d'amende, applicable moytié à nous, & l'autre moytié audit Niuelle, saisie & confiscation desdicts liures, ainsi imprimez sans congé & permission, & des despens, dommages & interests d'iceluy Niuelle. VOVLLONS en outre, & nous plaist qu'en inserant le contenu en ces presentes ou l'extraict d'icelles au vray à la fin ou au commencement desdits liures imprimez par ledit exposant, ou par sa permission, elles soient tenues pour suffisamment signifiees & notifiees à tous Libraires & Imprimeurs, tout ainsi que si nosdites lettres leur auoyẽt esté particulieremẽt mõstrees, & d'icelles baillé coppie. Et neantmoins mandons & commandons au premier nostre Huissier ou Sergent sur ce requis, les signifier à tous ceux que bon semblera audit Niuelle, & leur faire de par nous les deffences y contenues. Et outre adiourner pardeuant iceluy de vous auquel la cognoissance en appartiẽt les infracteurs des presentes, pour se voir condamner és peines susdictes, & autrement procedder ainsi que de raison. SIVOVS MANDONS, & chacun de vous endroit soy enioignons, que de nos presens permission, priuilege & octroy, ensemble de tout le contenu cy dessus, vous faictes, souffrez & laissez ioir & vser ledict suppliant pleinement & paisiblemẽt, sans luy faire, mettre ou donner, ne souffrir luy estre fait, mis ou donné, aucun trouble ou empeschemẽt au contraire. Lequel si faict, mis ou dõné luy estoit, reparez & remettez ou faictes reparer & remettre incontinẽt, & sans delay au premier estat & deu. Car tel est nostre plaisir: nonobstant quelques Edicts, ou Ordonnances, Statuts, Mandemens, Restrinctions, Defences, & Lettres à ce cõtraires. Auſquelles & aux derogatoires nous auons derogé & derogeons par cesdictes presẽtes. Donné à Paris, l'an de grace mil cinq cens quatre vingts quinze. Et de nostre Regne le sixieſme. Le vingt sixieſme iour de Iuin 1565.

Par le conseil.

HABERT.

Acheué d'imprimer le 25. Feburier 1596.

HENRICO IIII. CHRI-

ſtianiſsimo & Inuictiſsimo Fran-

corum & Nauarrorum Regi.

ECCE tandem aliquando, Rex Chriſtianiſſime, conceptum ac iampridem ab auctore deſtinatum M.T. opus offerimus, tardiùs profectò ſi publica ſpectetur vtilitas, ſi vota eruditorum virorum & incredibilis eius habendi fruendi cupiditas: at non intẽpeſtiuè tamen, cùm poſt immenſum tuæ gloriæ curſum in conficiendis periculoſiſſimis & internecinis bellis, reportatóſque non vnius victoriæ triumphos, ita nunc pacatas gentes regas, vt omnibus bellicæ virtutis admirationem, ſolis exteris & Gallici nominis hoſtibus terrorem incutias. Ex quo iam qui fortitudine, armis & clementia tua conſeruati ſunt, te imperio terrarum orbis digniſſimum, vt regem fortiſſimum venerantur, vt parentem clementiſſimũ obſeruãt; tam effuſo certè animi gaudio & applauſu, vt ſe quiſque non minùs ſæpe à te ſeruatum, quàm ſemel natum lætetur. Atque vtinam vt ruentium in laudes tuas populorum preces & vota iuuare, ſic lætantium voces adaugere fas eſſet, nec mihi ſolitudinem ac perpetuas potius tenebras extincto lumine meo, hoc eſt coniuge cariſſimo tibíq. addictiſſimo furentibus coniuratorum conatibus erepto, viduitas imponeret! Quanquã duriſſima mea & lãguentia tempora aliquid ſolatij, ſi quod potuit capi

tanto tam immaniter cæſo viro, tulerunt, quòd per ampliſſimum Senatum, firmiſſimum regni columen, in quo proximũ ab Ordinis principe locũ per multos annos iura reddens obtinuit, inſtante me ſimul ac vrgente immaniſſimæ & flagitioſiſſimæ patratæ in eum cædis reos poſtulari & iuſto ſubiici ſupplicio facilè paſſus es: hoc etiam æquitatis tuæ eſſe reputans, inultum non iacere eum qui tuo nomini addictus tæterrima & indigniſſima morte ſublatus eſſet: ſi modò probo & innocenti viro ac togatorum doctiſſimo nomen regium aſſerenti potuit vlla nex inhoneſta adferri. Qua in re perquàm iuſta & mihi boníſque omnibus probata, dum non quid potuerim, ſed quid debuerim, attẽdo, vſque eò meæ meorúmq. exhauſtę ſunt fortunarum reliquiæ, vt ſola ſpes ruentis concidentíſq. familiæ reparandæ ac reſtaurandæ in te vno ſtare videatur. Quamobrem peccauerim valde niſi Maieſtati tuæ & coniugis memoriam ac communes liberos commendem, & libros hoſce ad vmbilicum nunc perductos, viríq. monumenta è mediis ruinis vix erepta, ex parentis ipſorum præſcripto voueam ac dicem, cæteráſq. propè in numeras ipſius lucubrationes ſub tuis, Rex Maxime, auſpiciis in publicũ edendi pollicitatione me obſtringã, à quo vno benignitatis liberalitatíſq. auram ſperare fas eſt, quæ ſolis iam ſuperſtitibus tabulis, miſerrimo naufragio liberare nos queat.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE.

LIB. I.

VERBORVM quæ ad ius pertinent interpretationem, secundum seriem litterarum, recepto iam more, persequar, vt perquirendi labore ac molestia, eos quibus liber hic vsui erit, leuem. Nec enim faciliori via lector ad eius, in quo laborabit, vocabuli inuestigationem peruenire posset. Proinde rectè atque ordine ab ea potissimùm particula auspicabor, quę primum inter elementa locum obtinet, reliquarúmque vocum, quarum explicatio priore hoc libro continetur, quasi familiam ducit. Notarios quidem, quibus, vt cum Manilio loquar, *littera verbum erat*, huius litteræ compendio integras plerasque voces strinxisse ex Valerio Probo, Magnone, & antiquis Inscriptionibus liquet. Mihi, vt ea quæ ad huius libri institutum propiùs accedunt, attingam, monuisse sufficiet, notam A, in Comitialibus Suffragiorum Tabellis, Antiquandi; in Iudiciariis, Absoluendi vim potestatémque obtinuisse. In libris verò nostris dignam ea in aliquot locutionum Formulis obseruatu significationem habet. Vt ecce, *Vi* A ME *possidere* dicitur, qui me vi deiecit, mihíque possessionem abstulit. *Clam* A ME *possidere*, qui meum fundum clàm, & furtiuè ingressus est; l. 1. §. si à me. D. de vi & vi ar. l. 2. D. vti possid. l. 4. §. si tu me vi. D. de vsucapionib. & apud Cicer. pro Cæcinna. Eodémque sensu in Edictis Prætorum, AB ALTERO *Ædes possidere*, AB ALIQVO *Aquam ducere: Itinere, Actu*, AB ALIQVO *vti*. l. 1. D. vti possid. l. 1. D. de aqua cottid. l. 1. D. de riuis. l. 3. D. de fonte. l. 1. & l. 3. D. de itin. actúque. *Ædificatum* etiam AB ALIQVO *habere* dicitur in l. 45. D. de dam. infect. qui in eius, licet non consentientis, solo ædificium posuit. Sic denique, AB ALIQVO *fundum pro herede possidere* accipimus in l. 21. D. de vsucap. & AB ALIQVO *precarium habere*, in l. 6. D. de precar. Iam verò vnam esse propositionem *Abs*, eámque suis temporibus in accepti tantum Tabulis mansisse, in reliquo sermone mutatum, Cicero in Oratore tradit.

A Filio, Liberto, Seruo, Secundo herede, Substituto, Legare, Relinquere, Legata Repetere, Testator dicitur, qui Filium, Libertũ, Seruum, Substitutũ, damnat aliquid dare, præstare. Pleni sunt testimoniorum libri, ex quibus pauca aliquot locutionis cuiusque exempla subieci. Ea sunt in l. 15. D. de aliment. & cibar. l. 20. l. 25. §. vlt. & l. 29. D. ad l. Falcid. l. 91. D. de legat. 2. l. 52 & l. 53. D. de legat. 3. l. 6. D. de auro, arg. l. 64. D. de furtis. Exempla quoque Cicero pro Cluentio, & Topicis, suppeditat. *A Liberis*, id est, quandiu liberi supererunt, l. 62. §. cùm vir. D. de condic. & dem. *A legatis solutis*, id est, post legata soluta. l. 76. §. vlt. D. de legat. 2.

A Sententia, id est, post sententiam latam. l. vlt. D. de interd. & releg. *A morte Testatoris*, id est à die mortis, l. 87. D. de legat. 2. *Ab his* pro ex his, seu ex eorum numero l. 34. D. de vsu & vsufr. *Ab hoc legato retinere*, pro ex hoc, l. 28. D. de liberat. leg.

Porrò hac præpositione AB, gradus generis & susum versum, & deorsum, proferri producíque à Latinis solent. Nam Proaui paterni vel materni, patrem, matrem, ABAVVM, ABAVIAMQVE appellant; ea voce (quod & Festus lib. 1. tradit) demonstrantes, eos ab Auo abesse, & illum, Aui Auum, hanc, Auiam esse. Quibus nominibus etiam Proauiæ paternæ, vel maternæ, patrem, vel matrem, designamus, l. 1. D. de gradibus & adfinib. Theophilus Latini sermonis rationem secutus, ἀπόπαππον καὶ ἀπομάμμην vocat. Glossarium vetus, ABAVVS, προπάππου πατήρ: Abauia, Προσγόνη, Μαμμὴ, Abauia quinta, Προμαμμὴ. Similiter Abaui paterni vel materni, fratrem, sororem, AB PATRVVM, ABAMITAM: Abauiæ paternæ, maternæ, fratrem, sororem, ABAVVNCVLVM, & ABMATERTERAM dicimus, l. 3. D. de

gradib.& adfin.§. ſexto,Inſtit. de grad. cognat. Paulus lib. 4. Sentent. Tit. 10. Quos & Patruos, Auunculóſque MAXIMOS, Amitas, Materteráſque MAXIMAS appellari ait l. vlt. §.Auunculus maximus D.de gradib.Ex eodem fonte deſcendunt, ABNEPOS, ABNEPTIS: hi ſunt,Pronepotis,Proneptis, filius, filia: nepotis, neptiſve, nepos, neptis l. 1. §. Quarto l. vlt. §. abnepos. D. de gradib.Græcè ἀπέγονος, ἀπεγόνη.

ABALIENARE *prædium* l.14.§.1.D.comm. diuid. l. 38. §. mater,D. de legat. 3. *Abalienatares*, l.48.D.de adquir.poſſ. *Abalienatum* autem propriè non dicitur quod adhuc in dominio venditoris manet, l.67. D.de verb. ſignif. Hinc ABALIENATIO, quam Cicero Topicis definit, *eius rei quæ mancipi erat, aut traditionem alteri Nexu, aut in iure Ceſſionem. Abalienationis* verò verbo Vſucapionem contineri, ait Paul.in l.28. D. de verb. ſignif.

ABDICARE *ſe Magiſtratu*, l.2.§. & cùm placuiſſet. D. de orig. iur. & l. penult. D. de offic.præſid. eſt, ante annuum munus confectum, imperium, poteſtatémve deponere: ἀπειπεῖν τὴν ἀρχὴν, ait Ariſtoteles lib. 2. Politicor. & ἀπομίσασθαι, Plutarchus in Cicer. ἀποθέσθαι, Appian. lib. 1.de bellis Ciuilib.Planè eos qui coacti imperium depoſuerunt *Abactos Magiſtratus* dictos, inuenio apud Feſtum lib. 1.

Abdicare ſe Tutela (quo genere loquendi Cic. Ep. 11. lib.6.ad Atticum vtitur) eſt, *dicere, nolle ſe tutorem eſſe*, quemadmodum Vlpian. lib. Regul. Tit. 11. interpretatur.

Abdicare ſe ſtatu ſuo dicitur *homo liber*, qui ſeipſum vendit l.21.D.de ſtatu homin.

Abdicare prætereà eſt familia abiicere, vt Nonius explicat, & vt Valer. Maxim. lib. 5. cap. 7. loquitur, filium nota ſua pellere. Ac planè Abdicatos & à familia alienatos Quintilianus lib. 3.Orat.Inſtit.cap.8.pro ſynonimis ponit.Vnde Abdicatio, ἀποκηρυξις, quæ ad abalienandos liberos Græco more vſurpabatur, l. 6.C.de patr.pot.cuius mentio fit, apud Ambroſ.lib. 5.Hexaëm. cap.4.& 18. Sidon. Apollinar. Epiſt.23.lib.4.& Syneſium Epiſt. 22. Non tantùm autem Naturales liberi ſed & Adoptiui, Abdicari dicebantur, vt patet ex Suetonio in Auguſto cap. 65. & Plinio lib. 7. cap. 45.

ABDICERE *Vindicias* in l.2. §. initium D. de orig. iur. abiudicare ſignificat. Cui opponitur & *Abdixit Deus*, ait Tertull. lib. 4. aduerſ. Marcion.eodem in loco, *Dicere Vindicias*. Sic *Abdicere amores ſuos*, Ouidius lib. 1. Metamorphoſ. Cui verbo etiam in Augurio agendo locus erat.Eos enim qui auſpiciis operam dabant ſpectaſſe Aues Abdixiſſent necne, docui lib. 1.de Formul.Et eas quidem Aues quæ non Addixerant, Admiſerántve, *Abdixiſſe dicebant*. Cicero lib. 1. de Diuinatione. *Cùm in quattuor partes vineam diuiſiſſet, tréſque partes Aues Abdixiſſent.*

ABDITVS *locus*, l.11.§. vlt. D. ad exhiben.l.63. §. quod ſi ſeruus D. de adquir. rer. dom.

ABDVCERE & *Auferre* ſeparantur, l. 67.D. de fideiuſſorib. vt *Abduci* & *Auferri* l. 57. D. de euictionib. Abducere *Comitem matronæ*, l.1. §. 1. & l. 15. §. ſi quis virgines. D. de iniuriis. Hoc quem ſenſum habeat Vlpianus explicat in d.l. 15. §. abduxiſſe. Eodémque modo, *Abductum comitem pueri*, accipe, l. 1. in fi. D. de extraord. criminib. & apud Paul. lib. 5. Sententiar. Tit. 4.

Abducere puellam dicitur *Raptor*, l. 1. de rapt. virg. in C. Theod. ἀποσπᾶν ait Dio lib. 58. Et ita, *Matrum gremiis Abducere pactas*, dixit Virgilius lib. 10. Æneid. à quo hanc locutionem mutuati, Valer. Flacc. lib. 7. Argonautic. Apuleius lib. 4. de Aſin. aur. Ambroſius Epiſt. 65. lib. 8. Nec à parentibus modò, ſed & à viris quibus nuptæ erant, *Abduci mulieres* dicebantur, vt ex Cicer. pro Flacco, Valer. Max. lib. 9. cap. 1. Seneca, lib. 1. de Beneficiis, Suetonio in Auguſt. cap. 67. & in Caligula cap. 20. liquet. Sic, *Filiam nuptam pater à viro Abducit*, l. 1. §.vlt. D.de liber.exhib. Donatus in Hecyr. Actus.5.Sc.1. *Accerſi dicitur ad maritum: Abduci, à marito ad diuortium.*

Abducere Dominus ſeruum à poſſeſſore, l. 36. D. de liber. cau. l. 40. §. vlt. D. de adquir. poſſ. l. 23. D. de pecul. vt & *Ancillam venditor ab emptore*, l. 56. D. de contrah. empt. l. 7. D. qui ſine manumiſſ. & l. 1. C. ſi mancip. ita venier. *Exactor tributorum à domino*, l. 7. C. de furt. Donat. in Adelph. Act. III. Sc. III. *Ducimus volentes, ſed Abducimus inuitos*: Idémque in Adelph. Act. IIII. Sc. IIII. *Abduci quod alienum eſt*, notat. Sic, *Abduci mancipia furto, vel plagio*, dicunt Impp. l. 10. C. de furt. l. 12. C. de ingen. man. *Abductus ex fundo ſeruus*, l. 78. D. de legat. 3.

Abducere aquam, l. 26. D. de damn. infect. *Capram, Equos, Veruicem*, l. 1. §. 1. D. de abigeis. & in lege Dei, Tit. de abigeatorib. *Pecus*, l. 2. §. ſi publicanus. D. vi bonor. rapt. *Pignora*, Paulus lib. 2. Sentent. Tit. 14.

ABERRARE Bos l. 1. §. 1. D. de abigeis: & *Pecus*, l. 3. §. Nerua. D. de adquir. poſſeſs.

ABESSE, ABSENS, ABSENTIA, variè pro re ſubiecta accipiuntur. ABEST, qui non eſt eo in loco, in quo loco petitur, dummodo extra Continentia vrbis ſit: Vſque ad

Conti-

Continentia enim, ABESSE non videtur, nisi latitet, l. 73. in fi. l. 199. D. de verbor. signif. Ideò Præsens habetur, qui in continētibus ædificiis, hortísque Vrbi iunctis est. l. 5. & l. 6. D. de procuratorib. In illis planè Edicti de dam. infecto verbis, *Dum ei*, QVI ABERIT, *prius domum denuntiari iubeam*, Vlp. videri Abesse interpretatur, eum qui in iure non est. l. 4. §. Prætor ait, D. de dam. infect. Similiter in SC. Damasiano, Abesse is intelligitur, qui à Tribunali abest, l. 51. §. Senatusconsulto. D. de fideic. liber. At cùm de stipulatione contrahenda agitur, Præsentes accipiuntur qui exaudire se possunt, l. 1. §. 1. D. de verb. oblig. Cùm vero de Vsucapione, in qua, alia inter Præsentes, alia inter Absentes, tempora seruantur, Absens est qui in eadem Prouincia non est: Præsens contrà, qui in eadem Prouincia habitat, l. vlt. C. de præscrip. long. temp. & Instit. de vsucapionib. Absens etiam habetur, qui etsi corpore præsens sit, ânimo tamen abest. Potest enim quis corpore adesse, vt tamen mente absit, l. 25. D. de captiuis. Itaque Furiosus, Absentis loco est, l. 2. §. penult. D. de iure codicill. l. 124. D. de diuers. regul. l. 17. §. filiofamilias D. de iniur. Nec tamen ab eo constitutus Procurator, quasi ab Absente datus intelligetur; cùm careat intellectu, l. 2. D. de procuratorib. Pupillus etiam præsens, si Tutorem non habet, pro Absente, quod ad possessionem bonorum attinet, habetur, l. 10. D. ex quibus caus. in possess. Sed nec Tutor præsens fuisse dicitur Pupillo contrahente, si somno, aut morbo occupatus tacuerit, l. 1. in fi. D. de auctor. tutor. Abesse porrò non videtur qui ab hostibus captus est, sed qui à latronibus detinetur. l. 199. in fin. D. de verbor. signif. Et ideò in Edicto, Ex quibus causis maior. ab Absente separatur, licet eodem loco habeatur in specie l. 6. D. ex quib. caus. in possess. & l. vlt. D. de reb. auctor. iud.

ABESSE *Reipub. causa* in l. 6. & l. 7. D. si quis caut. necnon in lege Iul. & Papia, & in Edicto Ex quib. caus. maiores in integrum restituantur, accipimus eos qui non sui commodi causa, sed coacti absunt, l. 36. D. ex quib. caus. maior. quique publici muneris vel officii cui præsunt, causa, ab vrbe profecti: vt putà Proconsules, Præsides, Procuratores Cæsaris, Præfecti, Legati, & eorum Comites, in ærarium, vel commentarium Principis relati, l. 32. l. 35. l. 38. §. 1. D. ex quib. caus. maior. l. 41. §. 1. D. de excusationib. Missi item, vt milites ducant vel reducant, vel malos homines compescant: Milites dum in castra eunt vel redeunt: & qui extra patriam suam publicæ vtilitatis causa proficiscuntur: Militum medici: & hi quoque qui in vrbe militant, Reipub. causa Abesse intelliguntur, l. 7. l. 35. D. eo. Aliter atque de Magistratibus qui Romæ Reipub. operam dant, statuendum, vt d. l. 7. & Constantin. Hermenopul. lib. 1. Epit. Tit. III. docent. Enimuero in capite septimo Legis Iuliæ de Adulteriis, quo eorum demum Absentia excusatur, qui in alia Prouincia Reipub. causa absunt, quam in ea in qua deferuntur, Vrbani Milites, licet aliàs vice Absentium habeantur, Abesse tamen Reipub. causa non censentur: sed deferri, vt Præsentes possunt l. 15. §. 1. D. de adulter. Vtvt sit, tum demum Milites Reipub. causa Abesse intelliguntur, cùm in expeditione versantur: non item, cùm in Commeatu agunt. l. 1. D. de re milit. Sed nec qui pro ciuitate Legatione funguntur, Reipub. causa Abesse dicuntur, l. 26. §. vlt. D. ex quib. caus. maior. Publici enim appellatio, in compluribus causis ad Populum Rom. respicit l. 15. l. 16. D. de verb. signif. Aliâs tamen, Legationis causa Absens, Reipub. causa Abesse dicitur l. 30. D. de adquir. vel omitt. Verùm qui libera Legatione Abest, non videtur Reipub. causa Abesse, cùm non publici, sed sui commodi causa, absit, l. 14. D. de Legation. l. 7. D. de diuers. regul. Sed nec qui appellationis persequendæ causa peregrinantur, Reipub. causa absunt, l. 1. & 2. D. eum qui appellauerit. Omnino enim Reipub. causa Abesse intelliguntur hi demum qui ob publicam causam, non priuati sui compendij causa, absunt, l. penult. D. de excusat. Sanè Nauicularij, item Negotiatores dum annonæ Vrbis seruiunt, Reipub. causa Abesse non malè dicuntur, l. 5. §. negotiatores D. de iure immunit. At Serui Reipub. causa Abesse non possunt, l. 7. D. si quis cautionib. l. vlt. D. de diuersis regul.

Abesse *Legationis*, vel *studiorum gratia*, l. 19. D. de Iudiciis: *Litis gratia*, l. 5. D. ex quib. caus. maior. *Metus causa*, l. 3. D. eo. tit. & *ex necessitate*, *non ex voluntate*, l. 26. §. vlt. D. eo. Eáque est *necessaria Absentia*, l. vlt. D. vbi pup. educ. seu *causa Absentiæ* l. 10. C. quomodo & quan. iud.

Ex iusta causa Abesse, in Senatusconsultis circa fideicommissarias libertates factis, definimus eos, qui non habent iniustam causam Absentiæ, cùm sufficiat quòd non in fraudem libertatis absint, l. 1. l. 19. l. 20. l. 28. §. vlt l. 29. l. 30. l. 36. D. de fideicommiss. libert. Quinetiam aliàs qui probabili quacunque, studiorum putà, ex causa, absunt, iusta ex causa Abesse intelliguntur, l. 7. §. vlt. D. de minorib. l. 28. D. ex quib. caus. maior.

Abesse *bona fide*. l. 30. D. de noxalib. l. 19. D. de dam. infect. id est, sine dolo malo & fraude l. 1. & 4. D. ex quib. caus. maior. l. 4. C. de restitut. milit. cui aduersatur, *Dolo malo*, vel *fraudis causa*, vel *data opera*, Abesse, l. 34. D. de rebus auct. iud. l. 5. D. ex quib. caus. maior.

Abeſſe trans mare, l. 2. §. quod ſi quis. D. de ſuſpect. l. 3. §. cùm extaret. D. de Carbon. edicto.

Abſens per contumaciam, l. 1. C. quor. appellatio. & *Longinquè*, l. 39. D. de legat. 1.

Hæc de perſonis: ſed & *Res Abeſſe* dicuntur l. 34. §. quod ſi res. D. de legat. 1. & *Corpus*, vel *Pecunia*, l. 21. D. de Euictionib. l. 22. §. Abeſſe D. mandati.

Abeſſe autem *Res* videntur etiam hæ quarum corpus manet, forma mutata eſt. Et ideò ſi corruptæ redditæ ſunt, vel transfiguratæ, videntur Abeſſe, quoniam plerumque pluris eſt manupretium & ars, quàm materia. l. 13. §. 1. & l. ſeq. D. de verb. ſignif. *Abeſt* & ea *Res* quæ in rebus humanis non eſt. d. l. 13. in fi. Abeſt proculdubio *Seruus* qui in fuga eſt: quamquam in l. Fabia de plagiariis, aliud ſit *Abeſſe*, aliud, *in fuga eſſe*. l. 2. D. ad leg. Fab.

Abeſſe furto Res dicuntur, quæ nobis ſubreptæ & ſubtractæ ſunt. l. 14. D. de verb. ſignif. l. 47. D. de furt. l. 2. §. quamuis. D. de ſeruo corrup. l. 4. C. de crim. expil. hered. Martialis Epigr. lib. 6.

Sed lis eſt mihi de tribus capellis:
Vicini queror has Abeſſe furto.

Quintilia. Declamatio. 3. *Age, ſi mihi aluei furto Abeſſent, vtrum nulla daretur actio?* Chirius Fortunat. lib. 3. Rhetoricor. *Pauper veſtimenta vendebat. Extitit alius pauper qui vindicabat ea, & furto Abeſſe ſibi diceret.*

Iam *Abeſſe Culpam & Dolum*, innumeris prope iuris locis inuenias. Quinetiam ſæpe legitur, *In id quod Abeſt, actionem dari*. l. 2. D. de negot. geſtis, l. 3. D. Communi diuid. l. 21. D. quod metus cauſa. l. 4. D. de contrar. tutel. l. 21. §. 1. D. quod met. cau. l. 7. D. de adminiſtr. rer. Abeſſe autem nobis non tantùm videtur quod expendimus, ſed & id quo obligati ſumus l. 28. D. de neg. geſt. Hoc ita, ſi præſens ſit, non etiam, ſi ſub conditione concepta obligatio. l. 29. D. ſolut. matr. Abeſſe intelligitur Pecunia fideiuſſori, etiam ſi debitor ab eo creditori delegatus ſit, licet is ſoluendo non fuerit, l. 26. §. Abeſſe. D. manda. Item ſi fideiuſſori ab vxore creditrice doti data ſit pecunia quam ex cauſa fideiuſſionis debebat, Abeſſe ei ea intelligitur, eò quòd onera matrimonij ſuſtineat l. 47. D. manda. *Non Abeſt*, ex diuerſo, ei qui nihil de ſuo impendit, deminuítve, l. 25. D. de adminiſtr. tutor. l. 14. D. quod met. cau. l. 4. §. ſiue autem. D. de Manumiſsionib. *Abeſſe ex negotio geſto*, l. 31. D. de reb. cred. l. 24. §. ſeruum. D. de act. emp. &, *ex ſtipulatione*, l. 49. D. famil. erciſ.

ABIICERE *pecuniam in fraudem*, l. 10. D. ſi quid in fraudem pat. & *Rem exiguo pretio*, l. 36. §. 1. D. mand. *vt Proiicere rem viliori pretio*, l. 50. D. de Euictionib.

ABIGERE *Pecus*, pro expellere agro, l. 39. D. ad l. Aquil. Abigi *Greges* & *Armenta* dicuntur, quæ furto, vel latrocinio auertuntur, l. vlt. C. de condict. ob turp. cauſ. & apud Cicer. 4. & 5. in Verrem, Liuium lib. 2. Sic *Abactas boues*, dixit Ouid. lib. 11. Metamorph. & *Abactas furto ſues*, Plin. lib. 8. cap. 51. Vnde,

ABIGEI (qui & *Abactores* à Paulo lib. 5. Sentent. Tit. 18. & ab Impp. in l. 8. C. de repud. l. 1. 2. & 3. quibus equorum vſus in Cod. Theod. & à Firmico lib. 6. Matheſ. cap. 31. Apuleio lib. 7. de Aſino Aur. & Caſſiodor. lib. 4. Epiſt. 4. & *Abigeatores*, in lege Dei Tit. de Abigeatorib. appellantur) propriè hi habentur qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis, vel ſtabulis, ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, abigendique ſtudium quaſi artem exercent, equos de gregibus, vel boues de armentis abducentes l. 1. §. 1. D. de abigeis: vel vt Paulus lib. 5. Sentent. Tit. 18. *qui vnum equum, duas equas, totidémque boues, vel capras, decem, aut porcos quinque abegerint.* Græcis Ἀπελάται. Iuſtinia. Nouell. 22. ἢ ἕνα τῶν καλυμένων Ἀπελατῶν, οἷς ἐξὶ φρονπὶς τοῖς ἀλλοτρίοις ἐφεδρέυῃ ὑποζυγίοις, ἢ βοσκήμασι, καὶ ταῦτα μεθιστᾷ ἑπέρωσε. Moſchopulus in libello qui τῶν ὀνομάτων Ἀτθικῶν συλλογὴ, inſcribitur. Ἄγελη, λέγεται ὅταν πολλὰ τρόβατα ὁμοῦ βόσκηται, ἢ πολλοὶ χοῖροι, ἢ βόες, ἢ τοιοῦτοι, ἐφ' ὧν λέγεται Ἀπελάτης. Ἀπελάτης γὰρ, ὁ μετὰ ξιφῶς ἀπελαύνων ἀγελιωζώων. Vetus Gloſſarium, Ἀπελάται, ῥεμματα ἀπὸ βοσκῆς ὑποσύραντες. Aliud Gloſſarium, Ἀπελάτης κυρίως λέγεται, ὅτις ῥεμματα ἀπὸ βοσκῆς, καὶ βυκολίων ὑποσύρει, ἢ ἀπὸ τῶν ἀγελῶν ἵππυς. ὁ γὰρ βῦν ἢ ἵππον πλανώμενον εὑρὼν, ὐκ ἐξὶν Ἀπελάτης, ἀλλὰ Κλέπτης. Ac planè *Abigeos* à Furibus, quantitate diſcerni, traditum eſt. Nam qui ouem vnam, ſuem vnam, ſubripuerit, vt Fur coërcetur: qui gregem, vt Abigeus l. 16. §. quantitas, D. de pœnis. Idcirco Calliſtratus, oues ait pro numero abactarum aut Furem, aut Abigeum facere. Nam qui decem oues vel capras vel porcos quinque aut quatuor, equum vnum, duas equas, totidémque boues abegerit, Abigeus eſt l. vlt. D. de Abigeis. Hinc *Abigeatus* crimen deſcendit, de quo in l. 2. D. de Abigeis. l. 5. §. qui deſertionis, D. de re milit. quo olim nobilitatos Hiberos fuiſſe, Seruius in 3. Georgic. ſcribit.

Præterea

Præterea ABIGERE, partum venenis & medicamentis expellere,& necare significat.l.4. D.de extraordin.criminib.l.8.D.ad leg.Corn.de sicar.l.39.D.de pœnis,vt & apud Cicer. in Cluentiana,Columell.lib VI. cap.XVII.Plin. lib.XIIII. cap.XVIII.Tranquillum in Domitiano, cap.penult.Sulpitium Seuerum lib.II. sacræ histor. Vnde *Abactum ventrem* dixit Paul. lib.4. Sentent.tit.9.& *Abactos partus*,Optatus Afer.lib.2.de Schismate Donatistar.Et hoc est,quod Imper.in l.3.C.de quæstionib.*Venenis viscera hominis extinguere*,ait. Cuiusmodi crimen exagitant Iuuenalis Sat.VI.Tertullian.Apologetico,& Minutius Felix in Octauio.

ABIRI *ab emptione & venditione*,id est recedi,l.6.§.vlt.D.de contrah. empt. l. 14.D.de in diem addict.l.I.D.de rescind.vēdit.*Et à Societate*,l.14.& l.18.D.pro Soc.*Honore*,l.I.C.si quacunque prædit.

ABIRE *Magistratu*,l. 32. D. de iniur. & apud Cicer.Epist.2. lib.5. Familiar. Liuium, lib.3. *Prouincia*,l.7.§.vlt.D.ad l.Iul.Peculat. *Tutela, vel Cura*,l. 3. in fine, & l.4. D.de suspect.Sic & *Abire Flaminio*,Valer.Max.lib.I.Cap.I.

ABIRE *dies actionis*,id est,exire,l.I.§.quod si in lite.D.si quid in fraud.& apud Quintilianū Declamat. 250. & *Abire dominium*, id est abscedere,l.66. D.de rei vindicat. Sic *Abire nobis Res*, l.205.D.de diuers.regul.iur. & *Res à domino*,l.I.D.de in diem addict.

ABIRE *in Creditum*,dicitur qui fidem alienam sequitur,l.5.§.planè. D. de Tributor. actio. & l.3.§. is autem D.de Sc.Maced.*Longè Res Abibit*,l.15.§.sed si emptor.D.de Re iud.

ABIVDICARI *Hereditas*, l.50. §.si quis ante.D.de legat.I.Hoc verbo vtuntur Plaut.Asinar.Act.3.Sc.2.& Rudente Act.5.Sc.2.Cicer.2.in Verrem.Liuius lib.3.Seneca, lib.7. de Benefic.cap.6.

ABIVRARI l.2. de bon. vacantib.in C.Th.ABIVRARE autem Seruius in 8. Æneid. *Rem creditam periurio negare*, interpretatur. Id quod Plauti versu ex Prologo Rudentis comprobat,in quo est,*Quique in iure abiurant pecuniam*.Quanquam ille pro Rudente,μνημονικῷ ἁμαρτήματι,Curculionem citet.In Curculione quidem, Actus 4. Scen. 2. legimus. *Qui Abiurant si quid creditum est*: Quod verbū idem Plautus in Persa, Act.4.Scen.3.& Cicer.Epist.I.lib.I.ad Atticum,vsurpant.Sic *Abiurare creditum*,Sallustius in bello Catilinario,& *Depositum*,Ambrosius in Oratione de Obitu fratris. Inde *Abiuratio*, *rei creditæ abnegatio*, interprete Isidoro lib.5. Etymologiar.cap.26.

ABNEGARE id est,depositum infitiari,l.II.D.depos.& l.I. D.de furt.& apud Plin. lib.10. & Tertullian.lib.ad Scapulam,& *Nummos*,Iuuenal.Satyr.13.

ABNVTIVVM pro negatiuo & inficiali,siue ἀποφατικῷ, l.83.D.de verb.obligat.Quo sensu Caper.in lib.de Orthographia,*vocem Abnutiuam* dixit, vt & Festus *Abnuitionem*,lib.9.

ABOLERE *delicta prioris matrimonij*,l.13.§.vlt.D.ad l.Iul.de adult.& *Testamētum*,l.26.D.de l.Corn.de fals.& apud Suet.in Caligula,cap.16. Sic ABOLERE *Decretum*,idem Sueto. in Galba,cap.vlt.& *Memoriam*,idem in Domitiano,cap.vlt. vt & *Effigiem* Tacitus lib.xj.

ABOLERI *Accusatio*,l.I.§.accusationē,D.ad Sc.Turpill.l.I.C.si reus vel accus.Plin.Epist. 6.lib.7. *Actio Iniuriarum dissimulatione*,l.II.§.I.D.de iniuriis. *Condemnatio,per indulgentiam*, l.10. C.de sentent.pass.*Nomen rei*,l.3.§.I. D.de accusation.& apud Suet.in Augusto,cap.32.*Reorum crimina,indulgentia*,l.17. D. ad Sc.Turpil.*Iniuria*,l.17.§.ait prætor.D.de iniuriis.*Turpitudo*,l.43. §.I.D.de ritu nupt. ABOLERI autem *Accusatio* dicebatur, cum accusationis quam instituerat persequendæ necessitas Accusatori remittebatur.*Nomen* verò *Rei*, cùm is de reis eximebatur, l.II.§. vlt.D.de accusat.Quorum vtrumq; fiebat Abolitione publica vel priuata interueniente: Abolitio enim tam reis, quàm delatoribus,& his qui accusationem aliquam instituerant, dabatur,l.34.§.I.D.de ritu nuptiar.l.39.§.duos.D.ad l.Iul.de adul.l.15.D.de iur.fisc.l.6.§. qui iudicij. D.de decurionib.l.14.§.I.D. de oper. libert. & apud Quintilianum Declamat. 249. Glossarium vetus, *Abolitio est ab accusando accusatoris absolutio*: *qua ab inscriptione absoluitur, remissa necessitate accusandi*.Glossariū Græc.Abolitio,κατηγορίας ἀποτροπῆς ἀπαλλφη,vel,vt aliud, ἀπαλλφη κατηγορίας παρασυμβάσης.Ea autem duplex est,*Publica & Priuata*, l.II.§.vlt. & l.17.vlt. D.de accusationib.Paul.lib.5.Sentent.Tit.17. *Publica Abolitio*, quæ & *Generalis* dicitur Rubr. de generali abolitione, ea est quæ publicè fit,datur,indulgetur.l.14.§.I.D.de bon.libert.l.10. §.I.& l.17.D.ad Sc.Turpill.ob publicam gratulationem,vel ob rem prosperè gestam, vel ob lætitiam aliquam,vel ob honorem domus diuinæ,l.7.l.8.l.9.l.12.D. ad Sc.Turpill. Ea vel ex Senatusco̅sulto fiebat,vel à Principe dabatur,l.2.D.de custod.reor.l.12.D.ad Sc.Turpill.l.I. C.de gener.abolit.*Priuata* verò est quæ priuatim fit,accusatore postulante,ex eo quod per errorem,temeritatem,vel calorem,facilitatémve ætatis,ad accusationem prosilierit,l.10.D.ad Sc.Turpil. l.2. C.de abolition.quā priuatim à Præsidibus postulari & impetrari cōsueuisse,ait l.I.§.abolitio.D.ad Sc.Turpill.Postulanda autē erat ab ipsismet Præsidibus:item pro Tribu-

nali, non de plano, nec nisi causa cognita dabatur, l. 1. §. abolitio, D. ad Turpill. Hinc *Abolitionem petere*, l. 14. §. 1. D. de bon. libert. & apud Quintilian. Declamat. 249. Fiebat & alio genere ex lege Abolitio, accusatore mortuo, vel ex iusta causa impedito quo minus accusare posset, l. 10. D. ad Turpil. l. 3. in fin. D. de accusat.

ABOMINOR: Veteribus infaustum aliquid & mali ominis auersantibus in vsu fuere voces hæ, *Quod Abominor*, l. 85. D. de hered. instituend. l. 41. §. vlt. D. de vulg. & pupill. l. 88. §. filiam, D. de legat. 2. l. 4. C. de impub. & al. substit. Vide lib. 1. de Formulis.

ABORTVM *facere*, dicitur Mulier quæ ante legitimum tempus enixa, immaturum partum edit. l. 3. §. item Iulianus, D. de statu liber. l. 1. §. toties, D. de vent. in poss. & apud Plin. Epist. 10. lib. 8. Sic *Abortum factum* accipe, l. 30. §. quod dicitur, D. de adquir. hered. & *Abortu vxoris testamentum non solui*, l. 2. C. de Postum. hered. *Abortionis poculum*, l. 38. §. qui abortionis, D. de pœnis, & apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 23.

ABREPTA *Res vi* l. 1. D. de condict. tritic. Abreptum *mancipium* l. 26. C. de pignorib. l. 1. C. ad l. Fab. de plagiar. Abrepti *parentibus liberi per causam belli*, l. 18. D. de excusat.

ABROGARE, DEROGARE, EXROGARE, OBROGARE, diuersam habent separatámque in veterum libris significationem. Cicer. Epist. 1. lib. 3. ad Atticum, *Si quid in hac Rogatione scriptum est, quod per legem Clodiam, promulgare, Abrogare, Derogare, Obrogare, sine fraude sua non liceat.* Idem lib. 3. de Repub. referente Lactant. lib. 6. cap. 8. prout legendum censeo. *Huic legi nec Obrogari fas est: nec Derogari ex hac aliquid licet: neque tota Abrogari potest.* Idem lib. 2. ad Herennium. *quod ea lex sanciat, cui legi Obrogatum, aut Derogatum sit.* Et eodem lib. *num qua Obrogatio aut Derogatio sit.* Liuius lib. 9. *Vbi duæ contrariæ leges sunt, legi antiquæ Obrogat, nouæ:* sic enim in vetusto Codice scriptum reperi. Paulus lib. singul. de Adulter. in lege Dei, Tit. 4. *Primum caput legis Iuliæ de Adulteriis prioribus legibus pluribus Abrogat. Abrogatur* verò *Legi*, interprete Modestino, *cùm Lex prorsus tollitur: Derogatur, cùm pars detrahitur.* l. 102. D. de verb. signif. Et ita *Legem Aquiliam omnibus Legibus quæ ante se de damno & iniuria locutæ erant, derogasse*, ait Vlp. in l. 1. D. ad L. Aquil. Idem Tit. 1. Regular. *Lex aut Rogatur, id est fertur: aut Abrogatur, id est, prior lex tollitur: aut Derogatur, id est pars primæ tollitur: aut Subrogatur, id est adiicitur aliquid primæ legi: aut Obrogatur, id est mutatur aliquid ex prima lege.* Festus, *Derogare* ait esse *detrahere. Exrogare, ex lege vetere aliquid eximere per nouam legem. Obrogare, legis prioris infirmandæ causa legem aliam ferre.* Obrogandi autem verbum duobus locis apud Suetonium loco motum restituendum moneo. In Iulio namque cap. 28. veteres codices habent, *quando nec plebiscito Pompilius postea obrogasset.* In Claudio verò, cap. 13. perperam recentiores codices habent, *Capiti Papiæ legis à Tiberio Cæsare, quasi sexagenarij generare non possent, Edicto Abrogauit*: cum legendum sit, *Edicto Obrogauit.* Quintilian. Declamat. 264. *Agitur apud populum, cui mutare, cui Obrogare, cui ferre quæ velit Rogationes licet.* Abrogantur porrò Leges, *non solùm suffragio Legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium, per desuetudinem*, l. 32. D. de Legib.

ABRVMPI iura. l. 32. §. vlt. D. de hered. inst.

ABSCEDERE & *Accedere* opponuntur, l. 35. D. de vulg. & pupill. Abscedere *Dos à bonis patris*, l. vlt. D. de dot. collat. *Nomina, à pristina obligatione per nouationem*, l. 21. §. Lucius. D. de ann. leg. *Pars*, l. vlt. D. de coniung. *Vsusfructus*, l. 56. D. de vsufructu, cum eman. l. 8. D. de vsu & vsufr.

ABSCISA *Spes*, quæ adempta est. l. 35. D. de euictionib. *Abscisè* in l. 5. §. demonstratur D. de iure immunit. idem valet quod Græcum ἀποτόμως. Igitur, *non abscisè*, id est, non certa & constanti definitione.

ABSOLVERE, ait D. Augustinus Sermo. 28. est *innocentem iudicare.* Absolui autem Reus æquè in ciuilibus & pecuniariis causis, atque in criminalibus dicitur. l. 13. D. de statu homin. l. 22. & l. 66. D. de condict. indeb. l. 10. D. de seruitutib. & aliâs passim.

Absolui ab Aduersario, l. 92. D. de furtis, l. 14. D. de dolo. *Actione*, l. 84. §. qui seruum D. de legat. 1. *Iudicio*, l. 13. D. quib. mod. pign. l. 14. D. Iudic. sol. *Pœna*, l. 21. §. si quis ex litigatoribus D. de recept. qui arbitr. *Tutelæ* l. 3. D. de recept. qui arbitr. Hinc Absolutio *Fieri* l. 37. §. non solum. D. de oper. libertor. l. 27. D. famil. erciscund. & *Sequi*, l. 6. D. de quæstionib. l. 52. §. vlt. D. de fideiussorib. l. 14. D. de condict. furt. l. 33. §. vlt. D. de vsufructu. l. 3. C. de non numer. pecun.

Absoluere etiam *Creditorem* id est, pecunia soluta dimittere, dixit Vlpian. in l. 37. D. de Vsur. Tit. 5. Sic *Absoluere & liberare domum, & possessionem*, l. 20. §. vlt. D. de libera. leg. & *Pignus*, apud Paulum lib. 2. Sentent. Tit. 5. id est, luere: & *Absolui Tutores*, id est liberari, apud Gaium lib. 2. Instit. Tit. 5. Sic & *Absolutio*, pro liberatione debiti l. 1. D. de acceptilat. *Absoluere id de quo quæreretur*, id est, satisfacere quæstioni propositæ, l. 19. §. 1. D. de manumiss. test.

Absoluta

Absoluta causa est emptoris, lib. 19. D. de in diem addict. *Absoluta causa, & Ambigua* opponuntur, l. 3. §. causa D. de Carbon. Ed. *Absoluta Donatio*, quæ ita proficiscitur, vt nullo casu reuocetur, l. 35. §. 1. D. de mort. causa donat.

Absoluti iuris est, l. 12. C. de Collationib. & *Absolutissimi*, l. 6. C. de bon. præscript. l. 1. ex delict. defunct. & *Absolutissimum est*, l. 1. §. inter D. vti possid. *Absolutè responderi*, l. 13. §. vlt. D. de ann. leg.

ABSTINERE *se Hereditate patris, seu paterna, filius filia, pupillus, pupilla*, l. 7. §. 1. & l. 44. D. de adquir. vel omit. hered. l. 11. D. quib. mod. pignus, l. 10. §. si quid D. quę in fraud. cred. l. 9. D. de iure patron. l. 40. D. de re iud. l. 6. D. de religios. l. 20. D. de reb. auctor. iudic. l. 90. D. de solutionib. l. 1. & 2. C. de repud. vel abstin. l. 3. C. de reuocād. iis quæ in fraud. & *Bonis paternis*, l. 7. C. ex quib. caus. infa. l. vlt. D. de dot. collat. l. 7. D. de auro, argen. Et quidem Abstinere propriè dicuntur Sui vel Necessarij heredes, vt Extranei, Repudiare, l. 3. §. scio. D. de minorib. l. 38. D. de adquir. hered. l. 6. in fin. D. de hered. instit. Sed hæc differentia confunditur, l. 2. §. si bonorum, D. ad Tertull. l. 14. D. de fideicommiss. libert. l. 7. §. sed etsi hereditatem. D. de minorib. Proinde & *Abstinere bonis fratris, Soror* dicitur, l. 18. §. vlt. D. de ann legat. Non modò autem *Abstinere se filius* dicitur, vt in locis supradictis, sed & *Abstinere pupillus*, absolutè, l. 24. D. quæ in fraud. credit. l. 6. §. 1. D. de reb. auct. iud. & *Abstineri Pupillus ab hereditate patris*, l. 44. D. de pactis, l. vlt. D. si quis cautio. l. 1. §. vlt. D. vt in possess. legat. l. 79. D. ad Sc. Trebel. l. 4. C. arbitr. tut. l. 2. C. de reuocand. iis quæ in fraud. & *Tutores pupillum pupillámve Abstinere bonis patris*, l. 8. D. de tut. & rationib. l. penult. D. de auctor. tut. l. 61. D. de condit. indeb. l. 15. §. vlt. & l. 17. D. locat. l. 67. §. si pupillam D. de ritu nupt. l. 44. D. de re iudic.

Abstinere se Administratione, l. 1. §. vlt. D. de eo qui pro tut l. 7. C. de suspect. tutorib. *Ab omni sorde*, l. 6. §. vlt. D. de lege Iul. repet.

Abstinere causa, l. 9. D. de offic. proconsul. *Commodo*, l. 23. §. vlt. D. pro socio. *Conuiuiis, & Ornamentis*, Paul. lib. 1. Sēt. Tit. 23. *Diuinatione*, Paul. lib. 5. Sent. Tit. 21. *Fideicommisso*, l. 123. D. de Iul. legat. 1. *Gestu Tutelæ*, l. 5. §. 1. D. de administr. & peric. *Honoribus*, l. 2. C. de his qui in exil. dati. l. 1. C. de his qui non implet. *Interrogatione*, l. 6. C. de quæstionib. *Legato*, l. 6. §. vlt. & l. 14. §. vlt. D. ad leg. Corn. de fals. *Locis interdictis*, l. 4. D. de pœnis. *Matrimonio*, l. 38. §. idem Polioni. D. ad leg. Iul. de adult. *Negotiatione*, l. 9 §. siue autē, D. de pœnis. *Nuptiis*, l. 4. §. 1. l. 12. §. si vxor, D. de ritu nupt. §. sed quarundam, Instit. de nuptiis. *Ordine*, l. 3. C. ex quib. caus. infam. l. 1. §. 1. D. nihil innouari. *Petitione honoris*, l. 7. D. de munerib. & honor. à *Priuigna, & Nouerca*, l. 17. C. de nupt. & in Lege Dei. Tit. 6. *Prouincia*, l. 1. §. vlt. D. de effractorib. l. 7. §. si quis, D. de interdict. & releg. *Vēditionē*, l. 1. §. 1. D. de rebus eorum. *Vrbe*, l. 7. §. constitutum, D. de interdict. & releg. l. 1. D. de effractorib. *Vsu instrumenti*, l. 8. D. ad leg. Corn. de fals. *Xeniis*, l. 6. §. vlt. D. de offic. Procons.

ABSVMERE *fructus*, l. 77. §. filia, D. de legat. 2. l. 38. D. de iure fisci. *Absumi Arbores igne*, l. 57. D. de contrah. empt. *Intentio*, l. 24 C. de rei vindic. l. vlt. C. de vsucap. pro dote, l. vlt. C. communia de vsucap. *Species*, l. 4. C. de peric. & commod. *Vsusfructus*, l. vlt. ad l. Corn. de sicar. in C. Th. *Non Absumitur quod in corpore patrimonij retinetur*, l. 72. D. de legat. 2. *Absumptum non videtur quod in corpus patrimonij versum est*, l. 23 D. de adimend. legat. *In Absumptione esse* dicuntur, quæ vsu consumuntur, l. 5. §. 1. D. de vsuf. earum rerum.

ABSVRDA *Res est vt quæ peti possunt, diuidi non possint*, l. 25. §. Senatusconsultum. D. de hered. pet. *Absurdum est Arbitri iussum in alterius ex litigatorum persona ratum esse, in alterius, non*, l. 21. §. sed & si D. de recept. qui arbitr. *Ante diem præterire quàm is existeret quem oportet accipere*, l. 46. D. de condic. & dem. *Cùm Argentarius in ea causa sit vt edere debeat, eum petere, vt edatur ei*, l. 6. §. ait prætor, D. de eden. *Ei cui Alienatio interdicitur, permitti Actiones exercere*, l. 7. §. 1. D. de iure deliber. *Eos quidem qui bona fide possiderent, excipere actionem: Prædones verò securos esse*, l. 13. D. de noxal action. *Hominem in fructu esse, cùm omnes fructus rerum natura, hominum gratia, comparauerit*, l. 28. D. de vsuris. *Licere eidem partim probare iudicium defuncti, partim improbare*, l. 7. D. de bonis libertor. *Per singulos denarios, singulas esse stipulationes*, l. 7. D. de verb. oblig. *Plus iuris habere eum cui legatus est fundus, quam Heredem, aut ipsum Testatorem, si viueret*, l. 160. D. de diuers. regul. *Perquam Absurdum Proconsulem antequam ipse Iurisdictionem nanciscatur eam alij mandare*, l. 4. §. posthæc D. off. Proconsul. Alia item multa quæ Iurisconsultis Absurda visa sunt, colligere licet ex l. 38. §. stichū. D. de pecul. l. 114. §. apud, D. de legat. 1. l. 36. §. vlt. D. ad l. Aquil. l. 1. §. 1. D. de seruo corrup. l. 1. §. si pater. D. de coniung. cum emancip. liber. l. 36. D. de bon. libert. l. 22. §. vlt. D. de negot. gest. Et ex diuerso quædam quæ non Absurda videntur, habes in l. 15. §. vlt. D. de inoff. test. l. 27. §. si homo, D. de rei vindic. *Absurdum accidet*, l. 36. §. vlt. D. ad leg. Aquil.

Absurdè constituí, & *Absurdius*, l. 51. D. ad leg. Aquil. & per contrarium, *Non Absurdè dici* l. 86. §. vlt. D. de hered. instit. l. 55. D. de manumissionib.

ABVNDARE *Flumen*, l. 2. §. si quis tamen, D. si quis Caution. l. 9. §. de his D. de damno infecto. *In fundo Poma, Olera, Flores*, & *Ligna*, l. 12. §. pomis, D. de vsu & habit. *Quæ Abundant*, l. 54. D. de diuers. reg. iur.

EX ABVNDANTI, pro frustra & superuacuò, Papiniano familiaris & propria locutio, l. 6. §. 1. D. de negot. gest. l. 9. D. de supell. leg. l. 20. D. de manumiss. l. 12. §. Si quis fundum, D. de instruct. vel instrum. vbi ab Vlpiano citatur Papinianus. Quo genere loquendi vtitur Quintilian. lib. 5. Seneca lib. 1. de Beneficiis cap. 2. Tertullian. in libris de Corona milit. de spectacul. de carne Christi, & Apologetico.

ABVRNVS, seu Aburnius, Valens in Iuris auctoribus numeratur, l. 2. §. vlt. D. de Orig. Iur. laudatúrque à Paulo in l. 78. §. cùm vir. D. de legat. 3. Huius septem Fideicommissorum, totidémque Actionum libri in Pandectis memorantur: & quod Valenti adscribitur in l. 82. §. seruo D. de fideicommiss. libert. huic accepto ferendum est.

ABVTI propriè est ad alium vsum re vti, quàm in quem ea comparata est. Sic *Abuti Mancipiis* l. 15. §. 1. & l. 27. §. 1. D. de vsufruct. Vetus Glossarium, Κατάχρησις ἡ παρὰ τὸ δέον χρῆσις. At *Abuti re sua*, l. 25. §. consuluit. D. de hered. petit. id est eam perdere, dilapidare. *Abuti* etiam, vtẽdo consumere significat. Non. Marcell. *Abusa dicuntur vtendo consumpta. Plautus, Vbi isthæc quæ dedi ante? Abusa sunt.* Donatus in Prologum Andriæ, *Vtimur fructibus rei quæ ab amantibus, saluo vsu, nobis subministratur. Abutimur, quando deperdimus & rem & fructum. Nam vsui est Ager, Domus: Abusui, Vinum, Oleum, & cætera huiusmodi.* Et inde ABVSVS, consumptionem significat l. 2. §. Item si Iurando D. de iureiurando. Ideóque ab Vsu separari solet, qui earum rerum est quarum substantia post vsum salua manet, cùm *Abusus*, contrà, in iis ponatur, quæ vtendo absumuntur ac pereunt. Cicero Topicis: *Non debet ea mulier, cui vir suorum bonorum vsumfructum legauit, cellis vinariis, & olearijs, plenis, relictis, putare, id ad se pertinere. Vsus enim, non Abusus, legatus est:* Ad quæ verba, Boëtius, *Vtimur*, ait, *his quæ nobis vtentibus permanent: his verò Abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt.* Itaque quæ res in absumptione sunt, vsúque tolluntur vel minuuntur, eæ *in Abusu consistere*, vel *esse* dicuntur, l. 5. §. 1. & §. vlt. D. de vsufr. ear. rer. Quo in genere sunt, vinum, oleum, frumentum, vestimenta, pecunia etiam numerata, quæ ipso vsu, assidua permutatione, quodammodo extinguitur. §. constituitur Instit. de vsufruct. Planè in l. 12. §. 1. D. de vsu & habit. *Vsus* & *Abusus* alia ratione opponuntur: nimirum quòd *Vsus* ad necessitatem referatur, *Abusus* largiorem licentiam contineat, & ad compendium porrigatur.

Abuti verbo l. 41. D. de peculio. l. 2. §. 1. D. de testam. quemad. aper. l. 1. D. ad municipal. *Abusiuè dici*, l. 15. §. Verberasse. D. de iniuriis, l. 15. D. de verbor. signif. *Loqui*, l. 69. §. vlt. D. de legat. 3. id est *per Abusionem*, vt l. 16. §. fideiussor. D. de fideiussorib. l. 8. D. de suis & legitim. & vt Græci loquuntur, καταχρηστικῶς, l. 18. D. de verb. signif. Itaque *Abusiuè* & *Propriè* opponuntur, l. 1. D. ad municipal. & l. 2. §. 1. D. Testam. quemadm. aper.

ACCEDERE & *Decedere* opponuntur, l. 10. §. vlt. D. de iure dot. Vt ACCESSIO & *Decessio*, l. 28. §. vlt. D. de statuliber. l. 178. §. 1. D. de verb. signif. l. 24. D. de aqua & aq. pluu. l. 6. §. si quid post. D. Comm. diuid.

Accedere dicitur quidquid alij adiungitur & applicatur. Ita *Corporibus Accedere Seruitutes*, l. 14. D. de seruitutib. *Accedere fundo Pars, per Alluuionem*, l. 34. D. de rei vindi. l. 4. D. de iure dot. *Res ex licitatione*, l. 35. D. de minorib. *Fructus & vsuræ ex mora*, l. 24. §. proinde. D. de fideic. libert. *Pollicitationi* l. 1. D. de pollicitationib. *Incremento fœtus*, l. 39. D. de vsuris. *Vsusfructus proprietati*, l. 4. D. de iure dot. Hinc *Accessiones* appellantur fructus, pactus, & omnis causa rei, & quæcunque ex re procedunt, l. 2. D. de in diem addict. l. 51. §. his etiam. D. de furtis, & Rubr. de vsur. & fructib. & causa, & omnib. Accessionibus. Et ita *Accessiones hereditarias* accipe, in l. 50. D. ad Sc. Trebell. *Accessio frumenti & olei*, l. 12. C. de vsur. & *Vsurarum*, l. 13. D. de Sc. Maced. *Accedere obligationi*, dicitur fideiussor, l. 1. D. de fideiussorib. l. 18. D. de Sc. Macedon.

ACCESSIO in obligatione est, quoties aut persona, aut res adiũgitur l. 44. §. penult. D. de obligat. & act. Ex quo Fideiussores, Adpromissores, Sponsores, & omnes qui alienæ obligationi accedunt, *Accessiones* appellantur l. 91. §. nunc videamus. D. de verbor. obligat. l. 43. D. de solutionib. l. 32. & l. 71. D. de fideiussorib. Hinc *Accessionis loco dare*, est dare qui fideiubeat: vt *Accessionis loco promittere*, pro alio fidem suam obligare. l. 3. & l. 34. D. de fideiussorib. Vnde *Accessionis causa*, pro fideiussoria, l. 5. D. eod. tit. At *Accessionis* locum obtinere Res, vel *Accessionis loco* seu *vice credere*, cùm Iurisconsulti dicunt, hoc significant non principaliter eas per se consistere, sed aliis adiungi, & alias sequi, l. 2. D. de pecul. leg. l. 23. §. 1. D. de auro arg. l. 4. D. de penu leg. l. 63. D. de legat. 1. *Sic Accessionem cedere principali*, ait l. 19. §. perueniamus, D. de auro arg. Vetus Glossar. *Accessio*, τὸ προσκλήμα ἢ ἔφολκιον, ὡς ἡ δίσις τοῦ ἐγγυητοῦ.

Accedere

Accedere in venditione dicitur quod venditioni adiicitur, præter id quod principaliter venit.l.32.§.vlt.l.33.& l.44.D.de Ædil.edic.Sic in l.34.l.68.& l.78.D.de cõtrah. empt.l.6.§.1. D. de lege Commiſſ.l.11.§.ſi quis rem D.de Act. empt. & apud Cicer. Topic. & Varron. lib.2.de re ruſt.cap.8. *Accedere* quoque *pretio* legimus in l. 8. D. de liber. cauſa,& *Acceſſionis nomine data pecunia ab emptore* in Edicto Ædilium intelligitur,quæ præter pretiũ,emptionis cauſa erogata eſt,l.25.§.præterea,& l.27.D.de Ædil. edic.l.35.§.illud.D.de neg.geſt.Eóque ſenſu,*Pretium* & *Acceſſio* coniunguntur in l.45.D.de Ædil. edic.

Accedere dicitur *poſſeſſio*,quæ alij adiicitur vel iungitur,l.6.& l.14.& l.15.§.1.& l.vlt.D. de diuerſ.tempor.Inde Acceſſio *Poſſeſſionis*,l.13.§.1.& §.acceſſionis, & l.24.D. de adquir. poſſeſſ.& l. 2.§.ſi à furioſo,D.pro emptor.nimirum cùm auctionum & eorum à quibus in nos ius trãſiit. poſſeſſiones noſtris coniunguntur.Hinc,*Acceſſione vti*,l.1.C.de præſcript.long. tempor. Similiq; modo *Accedere tempora* dicuntur,l.19.D.de vſucap. Vnde *Acceſſio temporis*, l. vlt.§.vlt. D. de iur.dot. l.14.D.de Vſucapionib.l.13.§.1.& §. Acceſſiones,D.de diuerſ.tempor.

Accedere *ad Adminiſtrationẽ*,l.1.D. de cõtr.tut.l.5.D.de magiſtr.conuen.l.20. D. de adminiſtr.& peric. *Conductionem*,l.9.§.ſunt autem,D.de pœnis,l.3.C.de priuileg.fiſ. *Contractum*, l.8.D.de reſcind.vendit.*Emptionem*,l.22.§. Iulianus, D. manda.l.4.§.vlt. & l.16. D. de negot. geſt.l.17.C.de rei vind.l.24.C.de euictionib. *Hereditatem*, l. vlt. D. de adquir. vel omitt. *Rem gerendam*,l.77.§.vlt.D.de condit.& demonſtr.*Vectigal conducendum*,l.1.C.ne tut.vel cur.

Accedere dicitur quod proximum & finitimum eſt. Sic,*Furtum Monetæ publicæ ad crimen peculatus* Accedere.l.6.§.1.D.ad l.Iul.peculatus. & *lata negligentia propè fraudem* Accedere,l.7. §.1. D.de ſuſpectis,id eſt,*dolo proxima eſſe*,vt loquitur l.22.§.ſed enim D.ad Sc.Trebell. ſeu *dolo comparari*, vt ait l.1.§.Ideò D.ſi menſor. falſ. mod. ſeu, *dolum repræſentare*, vt l. 1. §. ſed ſi D. ſi. is qui teſtamẽto lib.Sic Accedere *proximè ad ætatem*,l.3.§.vlt.l.de liber.exhib.Denique *Alteram Cognationem ad alterius finem* Accedere,*ait l.*4.§. ſed quoniam.D.de gradib.& adfinib.

Accendere *lucernam monumento* ,l.44. D. de manumm. teſtam. Eodémque genere loquendi Seneca Epiſt.95. Accendere *aliquem lucernam Sabbatis prohibeamus.*

Acceptare *annuos aureos,& menſtruum frumentum*.l.9.§.vlt.D. alim. vel cibar. leg. *Sumptum medicamentorum*,l.10.§.vlt.de ann.legat. *Vſuras*, l. 40.§. poſt diuiſionem D.de pactis.

Accidere *damna*,l.2.D.de peric.&comm.l.52.§.damna.D.pro ſocio.l.11.§.ſciendum.D. de minorib. *Accidunt caſu potiúſquam fraude*,in Lege Dei,Tit.1.

Hæc verba *Siquid filio meo Acciderit*,hoc ſignificant,*Si filius deceſſerit*.Licet enim accidat & viuit,hoc tamen ſermone,vulgò Mors denotatur.l.162. §.vlt. D. de verb. ſignif. l.25. D. ad Sc. Trebel.Cic.lib.2.de Inuentio.*Cuius heres non illo in teſtamento quiſpiam ſcripturus erat,ſi quid pupillo Accidiſſet*.Idem Tuſcul.1.*Quærentibus amicis,vellétne Clazomenas in patriam, ſi quid* Accidiſſet, *adferri*.Velleius Paterc.lib.2.de Marcello,*Quem homines ita, ſi quid* Accidiſſet *Cæſari, ſucceſſorem potentiæ eius arbitrabantur*.Idem aliàs, *Adieciſsétque, ſi quid huic* Accideret,*quem in locum eius ſubſtitueret*.Sueton.in Auguſto,cap.vlt.*Iulius filiam,neptémque, ſi quid his* Accidiſſet, *vetuit ſepulchro ſuo inferri*. Seneca lib.2.Controuerſ.*Vir & vxor iurauerunt vt ſi quid alteri accidiſſet,alter moreretur*. Idem lib.8. Cõtrouerſ.*Legi iam vxorem,quæ, ſi viro aliquid accideret,alteri nubere nolit*.At proinde apud Apuleium Apolog.2.vbi vulgò legitur,*Ne ſi quid humanitus attigiſſet*,proculdubio , *Accidiſſet*, legendum eſt.Eadem vis eſt verborum,*Si quid Contigerit*,l.41.§.Seium,D.de legat.3.vel,*ſi quid humanum , humanitúſque* Acciderit , *aut Contigerit*. l. 26. D. depoſiti. l. 30. §. vlt. D. de adimend. lega. §. mortis cauſa. Inſtit. de donationib. Capitolinus in Clodio Alb. *Animum Seuero primum fuiſſe,vt, ſi quid ei cõtingeret,Peſcennium Nigrum & Clodium Albinum ſibi ſubſtitueret*.Spartianus in Hadria.*Petiturum,vt, ſi quid ei euenisſet, principem Rom.Reipubl.Senatus daret*.Eodemq; modo in Ariſtotelis Teſtamẽto apud Laërtium,ἐὰν δὲ τῇ παιδὶ συμβῇ τι, ὁ μὴ γένοιτο. Et alibi,ἐάν δέ τι τῶν ἑτέρων συμβαίνῃ Νικάνορι.

Ex Accidenti, l. 56. D. de condic. & dem. l. 51.D.ad leg.Falcid.l.2.§. exactis, D. de orig. iur.

Accipere,plerumque ex Teſtamento capere,ſeu conſequi,ſignificat. Sic Accipere *Bona*, l.41.§.Papinianus, D.de bonis libert.*Hereditatem*,l.65.§.vlt.D.de legat.2.l.8.D.de pecul.lega. l.12.§. ſed ſi fundus.D.de inſtr.vel inſtrum.l.13.& l.18. D. de condic.inſtitut.l. 44. D. ad Sc. Trebel.l.76.D.de heredib.inſtit.l.41.D.de negot.geſt.l.5.§.vlt.& l.14.§.vlt.D.de appellationib.*Fideicommiſſum hereditatis*,l. 52.§.vlt.D.ad Sc.Trebel.*Legatum*,l.11.l.77.§.ſurdo, & l. 88.§.ſi Sempronia, D.de legat.2.l.33.D.de minorib.l.38.§.ſi quis.D. de heredib.inſtit.l.41.§. cùm filiæ,D.de vulg.& pupill.l.21.D.de vſufr.l.33.D.de excuſat.l.59.D.ad Sc.Trebel.l.22.D.de inoff.teſt.l.12.§.1.D.de fideic. libert. *Libertatem directam vel fideicõmiſſariam*, l.1. §. in quibuſdam. D.ſi cui plus,l.10.D.de reb.dub.l.2.D.de manumiſſ.teſtam.l.4.§.illius.l.20.& l.vlt.D. de ſta-

tutib.l.1.§.v't.D.ſi is qui teſtamento.l.65.§.vlt.D.de legat.2.l.5.D.de quæſtionib.l.26. D. de fideicom.libert.l.11.C.co.Tit.l.9.§.ſed & prætor.D.de peculio.l.58.D.de adquir.vel omit.l. 81.D.ad Sc.Trebel.l.3.§.qui fideicommiſſam,& l.6.§.ſi ſeruus.D. de heredib.inſtit.l.5. §.vlt. D.de appellationib.l.4.C.de teſt. man. *Partes hereditatis*, l. 42. §. Papinianus. D. de bon. libertor.

Interdum autem *Accipere* abſolutè,vt in ſupra notatis locis,interdum *Accipere Teſtamento,vel exTeſtamento, Legata,Libertates,Fideicommiſſa*,dicunt, l.14.§. vlt. D.de appellationib. l. 41. §. 1. D.de negot.geſt.l.22.& l.31.§.vlt.D.de inoff. teſtam. & *A defuncta*,l.6.C.de iniur. Similíque loquendi modo *Accipere conditionem*,l.5.§.In illi D.de manumiſſion. *Donationem cauſa mortis*, l. 15.§.Is qui mortis.D.de his quæ vt indign.Sic & *Accipere Liberalitatem*,l.6.§.ſi quid. D. quæ in fraud.l.28.C.de Donationib. Aliud autem eſt *Capere*,aliud *Accipere*. Nam *Capere* cum effectu accipitur. *Accipere*,& ſi quis non Accepit vt habeat,l.71.D.de verbor.ſignific.Proinde *Accepiſſe Teſtamẽto*,& eos Vlpian.l.1.§.dolo.D. ſi quis om. cau. teſt. dicit, qui tamen his quæ ſibi relicta ſunt careant.Idem in l.15.D.de his quæ vt indign. *Acceptum codicillis* ait cuius tamen actio denegatur:Sed & in l.42.§.Papinianus.D.de bon.libertor. *Accepiſſe hereditatem* dicitur,qui tamen omiſit.

Accipere interdum ſignificat *Admittere,& Agnoſcere*.Hoc ſenſu *Accipere bonorum poſſeſſionem*,l.1. D.de bonor.poſſeſſ.fur.l.3.§.ſi pater l. 6.§. filio, l. 10.§. ſi in adoptionem. D. de bon. poſſeſſ. cõt.tabul.fr.l.32.l.35.l.37.& l.50.§.ſi patronus.D.de bon.libertor.l.3.& l.5. D. de dot.collat. l.2.§.ſi bonorum,& l.5.D.ad Sc.Tertul.l.4.D.quis ordo in bon.poſſeſſ.l.40.§.1.D.de pigner. act.& aliis innumeris locis. *Inteſtati poſſeſſionem*,l.7.§.Titio.D.de legat. 2.l.58.D. de adquir. vel omitt.& *Partis dimidiæ bonorum poſſeſſionem*,l.89.§.Lucius.D. de legat.2.l.vlt.D.de legat.3.l. 13.§.vlt.D.de liber.& poſt.Sic. *Accipi bonorum poſſeſſio*,l.1.C.de his qui ſibi adſcrib. Sic & *Acceptam hæreditatem*,dixit Senec.lib.1.Controuerſiar.

Accipere Actionem,pro excipere,vel ſuſcipere,l.vlt.D.ſi vſusfr.pet.Quo ſenſu, *Formulam ad exhibendum Accipere*,dixit Plin.Epiſt.10.lib.5.*Accipere Iudicium*, l.7.D.de aq.& aq.plu.l.27.§.ſi ex Trebelliano,& l.30. D. ad Sc. Trebell. & aliàs ſæpe. Sed & *Accipere Iudicium*,l. 38. D.mandati.l.6.D.de fideiuſſor.tut.l.9.§.ſi Teſtamento.D.de tut.& rat.diſtr.l.1.C.de in lit.iur. *Accipi autem Iudicium intelligitur per litis conteſtationem*, l. 54. D. fami.erciſc. l.27.§.ſi ex Trebel.D. ad Sc. Trebell.l.21.§.vlt.D.de recept.qui arbitr. *Accipi* quoque dicitur *Arbiter*,l.vlt.D.famil.erciſc.& *Iudex*,l.59.§.1.D.de adminiſtr.& peric.l.2.C.de iudiciis, & *Iudex inter duos*,l. 11. §. officium, D.de aq.& aq.pluu.

Accipere Iniuriam,l. 18.§. ſi nupta.D. de iniuriis. *Moram*,l.1.§.frumentariæ.D.de adminiſtr. rerum. *Sententiam*,l.29.§.vlt.D.de except.rei iudic. *Succeſſorem ante tempus*, l. 4. D. de offic. adſeſſ.

Accipere Fideiuſſorem,l.2.§.non ſolum.D.de hered.vel act.vend.l.14.D.quib.mod.pign.l.11. D.de duob.reis.l. 22.D.de ſtipul.ſer.l.43.§.vlt.D.de fideiuſſorib.l.35.D.de iudiciis.l.3. §. cui congruit.D.de peculio,l.8.& l.18.D.de Sc.Macedon.l.3.D.de reſcind.vend.l.1. D. de magiſtratib.conuen. *Accipi fideiuſſores*,l.11.D.duob.reis,l.2.D.de ſtipul.ſeru.l.2.l.4.& l.42.§.vlt.D. de fideiuſſorib.l.50.in princ.D.de pecul.l.13.D.de cond.cau.da.l.8.§.vlt. D.de eo quod cer. lo.l.8.D.ad Sc.Velleian.l.85.D.de iudiciis,l.1.§.ſi magiſtratus.D.de magiſtratib.

Accipere Reos debendi,l.7.§.item ſi duos.D.de ædilit.edic. *Duos Reos*, l.7.§. item ſi,D. de Sc. Maced.

Accipit Pignus Creditor à debitore,ob pecuniam,l.34. & l.39.D.de pign.act.l.24.D. de pignorib. l.29.D.ad Sc.Trebell. *In Vetus creditum*.l.22.D.quę in fraud.credit. *Accipere Pignori fundum* l.16. D.de Seruitutib. *Prædia*, l. vlt. D. quib.mod.pign.& *Rem*,l.2.D.de dam. infect. *Saltum*, l. 25. D. de pign.act. *Seruum*, l.18.D.ad l.Aquil. *Acceptum pignus*,l.15.C.de euictionib.

Accipere Curatorem Adultus,l.93.D.de condic.& dem.l.36.§.vlt.D.de excuſat.l. 2.§.vlt.D. de liberat.leg.l.21.D.de auctor.& conſ.tut.l.6.D.de curat.furioſo. *Tutores Pupillus*, l.2. D. de ſuſpect.tut.Sed & *Accipere Tutelam* dicitur,cui Tutelæ rationes redduntur.Chir. Fortunat.lib.1. Rhetoric. *Puſillus ne agat cum Tutore poſt Acceptam tutelam,niſi intra quinquennium. Pupillus accepta Tutela nomen militiæ dedit.*

Accipere Rationes, l. 26.§. 1. D. de teſtam. tut. *Acceptis Rationibus*, l. 44. D. de adminiſtrat. & peric.

Accipere Anulos aureos ab Imperatore, l.33.D.de condic.& demonſtr. *Aquam ex fundo*,l.30.D. de ſeruit.ruſt.præd. *Cautionem à Legatario*,l.32.§.1.D.ad l.falcid. *Creditum*, l. 20. D. de pignoribus. *Mutuam pecuniam*, l.1.D.de pignorib.l.4.D.quæ res pignori.l.25. §. ſi quis D. de hered. petit. l.5. D. quando ex fact. l. 45. D. de iudiciis, l. 14. D. de Sc. Maced. l. 6.§. debitores, D. de

munerib.

munerib. & honorib. *Pecuniam debitam*, l. 1. D. de ſolutionib. *Prædium in dotem*, l. 8. C. de donat. inter vir. & vxor.

Accipere in Adoptione, l. 6. D. de Senatorib. *Accipere per Traditionem*, l. 12. §. de illo. D. de vſufructu, l. 86. §. cum ſeruo D. de legat. 1. id eſt, *Traditam rem* Accipere, vt ait l. 5. D. de ſtipulat. ſeruor.

Accipere Pecuniam ob iudicandum, ob Sententiam dicendam, ob Teſtimonium denuntiandum, & alias ob cauſas, l. 3. l. 6. in prin. l. 7. §. vlt. D. de lege Iul. repet. *Accepiſſe* autem *Pecuniam* in Edicto de Calumniatoribus quis intelligatur, explicat l. 1. §. vlt. d. l. 2. D. de Calumniatorib. l. 115. D. de diuerſ. reg.

Accipere legem venditio, l. 5. C. ſi mancip. *Teſtamentum Auctoritatem*, l. 3. C. de Teſtam. milit. *Tutor Excuſationem*, l. 4. in princip. D. qui pet. tutor.

Accipere debemus, id eſt intelligere, l. 1. D. de bon. poſſ. cont. tab. *Accipienda dicta ſunt*, l. 3. D. de liber. exhibend. Sic, *Accipe* in l. 9. D. ex quib. cauſ. maior. l. 3. §. vlt. D. de lib. exhib. l. 10. D. ex quib. cauſ. maior. *Ego Accepi*, (aiunt Iuriſconſulti) in l. 24. D. quand. dies leg. l. 5. §. vlt. D. de iur. immunit. l. 36. D. de donat. inter vir. & vxor.

Accipi Aqua & igni vxor, l. penult. §. 1. D. de donationib. Nonius Virgine prægnante, apud Nonium Marcellum in voce *Puriter*, *Igni atque aqua volo hunc accipere*. *Accipi excuſatio*, l. 7. & l. 44. D. de excuſationib. *Accipientis facere Nummos* vel *Rem*, l. 25. §. quod tamen D. de vſufruc. l. 3. §. ſubtilius. D. de condic. cau. ad. l. 1. D. de precar. *Accipientis fieri*, l. 38. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ. l. 9. §. 1. D. de Sc. Macedon.

Accepta & Data, l. 1. §. rationes, D. de eden. l. 47. §. 1. D. de pactis. l. 2. §. quod de. D. de adminiſtr. rer. ad ciuitat. l. 56. D. de verb. ſignific. *Accepta & expenſa*, l. vlt. §. 1. D. de liberat. leg. *Accepti & expenſi Ratio*, l. 14. D. de iur. fiſc. & apud Plaut. Truculento Act. 3. Sc. 1. *Acceptorum expenſorúmque Rationes*, apud Valer. Max. lib. 3. cap. 7. *Liber quo Acceptæ & expenſæ ſummæ continebantur*, apud Senecam lib. 4. de Benefic. cap. 12. & *Accepti Tabulæ*, apud Cicer. in Oratore.

Acceptum & Acceptò Facere, Ferre, Habere, dicitur Creditor, & *Accepto liberare Debitorem*: Debitor vero *Acceptum, ſeu Acceptò, Rogare, & Accepto liberari*.

Acceptum facere Creditor debitori, l. 11. l. 13. §. ſi Stichum, l. 22. & l. vlt. D. de acceptilat. l. 56. §. vlt. D. de verb. obligat. l. 14. D. quod met. cau. *Emptor venditori, vel contrà*, l. 5. D. de reſcind. *Acceptum debitum facere*, l. 10. §. ſi cùm mulier. D. quæ in fraud. credit. l. 3. D. de legat. 3. Sic *Acceptum facere votum*, dixit Catullus: & Vlpianus, *Facere Acceptum*, l. 13. §. Tutor. D. de acceptilationib.

Acceptam facere dotem, l. 3. §. vlt. & l. 66. §. ſi vir. D. ſol. matr. *Obligationem*, l. 12. §. ſi mulier D. de pact. dotalib. *Pecuniam*, l. 14. §. in hac. D. quod met. cau. l. 10. D. de condic. cau. da. *Stipulationem*, l. 9. §. ex hoc & l. 10. D. quod met. cau. l. 12. §. ſi mulier. D. de præſcrip. verb. l. 3. D. de donationib. *Accepta facta Pecunia*, l. 9. §. ex hoc. D. quod met. cauſ. & *Stipulatio*, l. 10. §. ſi cùm mulier. D. quæ in fraud. cred. *Accepta facere decem*, l. 7. D. de acceptilat.

Acceptum fieri debitori, vel *promiſſori*, l. 80. D. de ſolutionib. l. vlt. D. quæ in fraud. creditor. l. 8. §. vlt. d. l. 10. D. de acceptilat.

Acceptum fert creditor debitori. l. 23. D. de vſufr. l. 41. §. 1. D. de iur. dot. l. 27. §. ſi minor. D. de minorib. *Fideiuſſori*, l. vlt. D. quæ in fraud. *Acceptum ferre clauſulam*, l. 13. §. Eum qui. D. de Acceptilationib. *Acceptum rogare*, l. 23. D. de Vſufructu, l. 8. §. vlt. l. 11. in prin. & §. vlt. D. de Acceptilat. & *Referre in Tabulis*, l. 29. §. Cùm ita D. de legat. 3. & B. Hieronym. Epiſt. ad Exuperantium.

In Acceptum referri opus publicum dicebatur, cùm Magiſtratus opus quod locatum erat tanquam ex lege dicta factum probare ſe teſtabatur, l. 7. §. illud quoque. D. de leg. Iul. repetund. Cicer. 3. in Verrem, *Poſteaquam reus factus eſt primo negabat opus in acceptum referre poſſe*.

Acceptò facere dotem, l. 1. D. de condic. & demonſt. *Iter vel Actum*, l. 13. §. 1. & §. illud. D. de Acceptilationib. *Quinque* l. 17. D. eod. *Stipulationem*, l. 10. §. 1. D. de pact. l. 41. §. Pater. D. de legat. 3. *Vſumfructum, viam, totum vel partem eius quod ſtipulatus eſt*, l. 13. §. Illud. D. de Acceptilat. Sic *Accepto facere delicta*, Tertullian. lib. de Pœnitent.

Accepto fieri Debitori, l. 13. §. tutor. D. de Acceptilat. *Fideiuſſori*, l. 11. D. quod met. cauſ. *Pars ſtipulationis*, l. 9. D. de Acceptilat. *Stipulatio*, l. 3. D. de condic. cau. da. l. 9. §. ex hoc edicto. D. quod met. cau. l. 3. D. de condic. ſine cau. *Sumptus*, l. 3. D. de adminiſtr. & peric.

Acceptò ferre dotem, l. 3. D. de legat. 3. *Stichum*, l. 13. §. ſi is qui. D. de Acceptilat. *Stipulationem*, l. 10. §. 1. D. de pactis. *Vſum*, l. 13. §. ſi quis. D. de Acceptilat. *Accepto ferre rationibus*, l. 4. §. vlt. D. de euictionib. l. 56. D. de adminiſtr. & peric. l. 91. D. de legat. 3. &, *in Sortem*, l. 1.

C. de ſolutionib. *in Vſuras*, l. 2. D. de vſur. l. 21. C. cod. tit. *Tutori*, l. vlt. C. de aliment. pup.

Accepto Ferri debitori, l. 31. D. de mort. cau. donat. *Fideiuſſori*, l. 13. §. ſi fideiuſſori, & §. ſi legatorum. D. de acceptilat. *Stipulatio* l. 3. D. de condic. ſine cauſa. l. 9. §. ex hoc Edicto. D. quod met. cau. *Accepto ferri ſorti & vſuris*, id eſt imputari, l. 35. D. de pigner. act. Accepto latus *Actus*, l. 13. §. 1. D. de Acceptilationib. *Accepto lata Clauſula*, l. 20. D. de acceptilat. *Pecunia*, l. 28. D. de dolo. & l. 11. §. 1. D. de pignorib. *Pœna*, l. 13. D. de recept. qui arb. *Stipulatio*, l. 16. D. de donationib.

Acceptum latum, & Acceptum *factum*, pro eodem vſurpat. l. vlt. D. quæ in fraud. creditor.

Accepto Liberare, l. 8. §. 1. & l. 13. §. tutor, & §. heres. D. de acceptilat. l. 10. §. ſi cui mandauero, D. manda. l. 12. §. 1. D. quod met. cau. l. 4. D. de condic. cau. da. l. 2. §. non tantum. D. de hered. vel act. *Liberari*, l. 8. §. vlt. D. de acceptilat. l. 9. §. ſed quod, D. quod met. cau. l. 9. D. de præſcrip. verb. *Referre*, l. 73. D. de ſolutionib. *Rogare*, l. 6. & l. 8. §. 1. & §. vlt. D. de acceptilat. *Liberare & Liberari* Accepto. l. 13. §. heres. D. eo.

Habere Acceptum, *vel à ſe* Acceptum, l. 6. & l. 18. §. vlt. D. de acceptilat. §. Item per, Inſtit. quib. mod. tollit. oblig. *Habere Acceptos Nummos*, l. 9. D. de acceptilat. *Stichum & Pamphilum*, l. 15. D. de acceptilat. & *Habere* Accepta viginti, ibidem.

Acceptilati ocadē forma dicitur qua *Expenſilatio*, apud Agell. lib. 14. cap. 11. *Acceptilationem* autem Iuſtinianus in §. item per Inſtit. quib. mod. toll. oblig. definit, imaginariam ſolutionem: quō loci Theophilus, *Acceptilationem* ait eſſe εἰκονικὴν καταβολὴν, ῥήμασι τυπικοῖς γινομένην. Vetus Gloſſarium Iuris *Acceptilationem* eſſe ait, τὸν εἰκονικὴν λῆψιν, τὸν τύπον μόνον καὶ σκιὰν σώζουσαν πῆς λήψεως, ὃ μὴν καὶ ἔργον: ὅταν τὶς ἁπλῶς λαβεῖν ἐπιφέρῃ ἢ ἐπαγάγῃ μηδὲν λαβὼν, ἀλλὰ χρησάμενος τῷ ἐνοχῷ. αὕτη τοίνυν ἡ εἰκονικὴ λῆψις (ἣν καὶ Ἄφωσιν ὀνομάζουσιν, διὰ τὸ ἀθῳῶν καὶ ἐλευθερουῦν τὸν ὑπεύθυνον) μόνην εἴωθεν ἀναιρεῖν τὴν βέρβης ἐνοχὴν, ἢ τοῖς ῥήμασιν ἰσαμένην ἐξ ἐπερωτήσεως. Ac planè in Indice βασιλικῶν, *Acceptilatio*, Ἄφωσις vertitur. *Acceptilatio* vno contextu, vt plurimum dicitur: ſed & diuiſim, *Accepti quoque latio*, in l. 41. §. 1. D. de iure dot. l. 31. §. vlt. D. de mort. cauſ. donat.

Acceptio, *pro Acceptilatione*, l. 18. §. vlt. D. de Acceptilat.

Accolæ, accolentes, id eſt circumcolentes, l. 1. §. ſunt qui. D. ne quid in flum. publ.

Accommodare dicitur Prætor, *Actionem* quam introduxit §. introduxit Inſtit. quod cum eo. & *Interdictum*, l. 11. D. vt legatorum. Et ita Accommodari *Exceptiones*, §. vlt. Inſtit. de Replicat.

Accommodari dicitur quod verbis deficientibus, ex mente & ſententia benignè aptatur. Sic *Accommodari ius ex ſententia legis*, l. 48. D. de rit. nupt. & Accommodare *mentem Senatuſconſulti*. l. 30. §. 1. D. de fideicommiſſ. libert. Sic *Accommodari* Actiones, *Exceptiones*, *Interdicta*, dicuntur, quæ ex bono & æquo dantur: l. 2. §. ſi quis tamen in fin. D. ſi quis caution. l. vlt. D de tranſactio. l. 11. D. vt legat. ſeu fideicomm. §. rurſus & §. item ſi quis iurauerit, Inſtitut. de Actionib. §. ſequitur, Inſtit. de Interdict. Et vt plurimum ad Actiones Vtiles, & in Factum, ſeu quas Prætor ſupplendarum legitimarum actionum cauſa dat. hoc verbum pertinet, l. 24. D. de pignerat. act. l. 22. D. de aq. & aq. pluu. l. 55. in fi. D. de donat. inter vir. l. 11. D. de præſcript. verb. l. 31. §. ſi quid ita. D. de ædilic. edict. l. 3. C. de donationib. quæ ſub modo l. 7. C. de pactis conuent. l. 1. C. de inof. teſtam. §. 1. Inſtit. de perpetuis & temporalib. Sic & Accommodari *Stipulatio*, l. 30. D. de dam. inf.

Accommodare, etiam interponere ſignificat. Sic *Accommodare* Auctoritatem, l. 1. & l. 7. D. de auctor. & conſ. l. 7. & l. 11. §. 1. D. quod falſo tut. l. 3. C. vnde vi. Vlpian. lib. Regular. Tit. 12. *Audientiam*, l. 9. C. de accuſationib. *Cognitionem*, l. 2. C. de expil. hered. *Conſenſum*, l. 3. C. de poſtul. l. 7. C. ſi alien. res. l. 11. C. de ſolutionib. l. 5. C. de decurionib. l. 60. D. de iur. dot. l. 26. §. 1. D. de pignorib. *Fidem*, l. 10. & l. 19. D. de his quæ vt indign. l. 43. §. Iulius. D. de vulg. & pupill. l. 3. & l. 40. D. de iur. fiſc. l. 123. D. de legat. 1. l. 3. C. de poſtulan. & apud Vlpian. lib. Regular. Tit. 26. *Miniſterium*, l. vlt. D. de proxeneticis, l. 2. C. de ſentent. *Nomen*, l. 5. C. ſi quis alteri. l. 4. D. de manumiſſion. *Notionem*. l. vlt. D. de liber. exhib. l. 3. C. qui bonis cedere. *Operam ſuam*, l. 3. D. de obſeq. parent. l. 1. §. per procuratorem. D. de adquir. poſſeſſ. *Partes*, l. 8. C. famil. erciſ. *Patientiam*, l. 1. C. ſi mancip. ita ven. *Præſcriptionem*, l. 5. C. de liber. cau. *Significationem*, l. 8. D. de auro argentóque. *Stipulationem*, l. 20. §. vlt. D. de interrogationib. *Tacitam fidem*, l. 49. D. de iure fiſc. *Voluntatem*, l. 17. D. qui & à quib.

Accommodari Adſenſus, l. 3. C. quomodo & quan. *Condicio*, l. 39. D. de condic. & demonſtrat. *Conſenſus*, l. 40. C. de tranſactionib. *Fides*, apud Paul. lib. 5. Sentent. tit. 16. *Nomen*, l. 3. C. de contrah.

de contrah. & comitt. ſtip. *Sententia vrbis*, l.63. D.de legat.1. *Voluntas*,l.1.§.quod ait. D. quod legator. Accommodatus *ad vſum*, l. 6. D. de ſupellect. lega.

Accvmbere aliud eſt quàm *Sedere*. Nam qui *Accumbit*, neque ſtat, neque ſedet, neque ambulat,ſed medium quiddam facit,l.124.D.de verb. ſignif.Itaque merito Cic.lib.j.de Nat. Deor.*Accubationem* & *Seſſionem* ſeparat.Veteres autem Accumbentes cœnabant, mulieribus exceptis.Nam,vt Valer.Maxim.lib.2.cap.1. ſcribit,*Fœminæ cum viris Accubantibus ſedentes cœnabant*.Iſid.lib.20.Etymolog.cap.2.*Apud veteres Romanos vſus non erat Accumbendi, vnde & Conſidere dicebantur.Poſtea,vt Varro ait de vita populi Romani, viri diſcumbere cœperunt, mulieres ſedere: quia turpis viſus eſt in muliere Accubitus.*

Accvsare, *Deferre*, *Poſtulare*, *Reum facere idem valent*. Enimuerò in Edicto Prætoris quo bonis liberti patronus qui capitis eum Accuſauerit,repellitur;*Accuſaſſe* intelligitur,qui nomẽ detulit,niſi abolitionem petierit,quique crimina obiecit,& cauſam perorari vſque ad ſententiam effecit,l.10.in fi.D.de iure patronat.l.14.§.accuſaſſe.D.de bon.libert.Cęterùm qui ante ſententiam quieuit,vel appellatione interpoſita deſiit, vel Aduocationem duntaxat accuſatori præſtitit,*Accuſaſſe* non videtur.

Accuſare,ex animo,non colluſione,l.3.D.ad l.Iul.de Adult.*Accuſare ingratum*,l.33.§.1.D. de procuratorib.*Accuſare falſum teſtamentum*, l. 14. D. de bon. poſſ.l.17.§.ex quadrante, D. de doli except. *Inofficioſum*, l. 22. D.de inoff.teſt. *Vt inofficioſam patris voluntatem*,l.8. de inoff. teſtam. *Inuicem mores*,l.39.D.ſol.matrim.

Accuſatio *Inofficioſi,ſeu,de inofficioſo*,l.6.§.vlt.l.7.l.17.l.27.in princ.& §.de inofficioſo, l.29.§. 1.l.31.D.de inoff.teſtam.l.11.C.eod.tit.*Suſpecti Tutoris*,l.1.§. Oſtendimus. D.de ſuſpect. tut. §. Conſequens,Inſtit. eo.tit.

Ad Accuſationem Admitti,& contrà,Accuſatione Excludi,& *Repelli*: Accuſationem *Inſtituere & Perferre*,vide ſuis locis.Iam verò *Acuſationum Sollemnia*,de quibus in l.18.D.de Accuſatio.& l. 2. §. quidam.D.ad l.Iul.de adulter.quæ ſint,explicat.l.3.D.de accuſationib.

Acerbvs *Exactor*,l.33.D.de vſuris.*Exercere patriam poteſtatem* Acerbè, l. 1. §. vlt. D. de liber. exhibend.

Acervvs *Frumenti*,l.5.D.de rei vindic.l.9.D.de incendio.*Lignorũ*,l.51.D.de adquir.poſſ. *Pecuniæ*,l.29.D.de Verb.oblig.*Stercoris*,l.7.§. ſi quis aceruum.D. quod vi aut clam.l.17.§.1.D. de action.emp.

Aceruus *ſolo non cohæret,ſed terra ſuſtinetur*,l.10.D.Quod vi aut clam.*Aceruũ,Eiicere, Cõburere,Diſpergere, Succẽdere*,l.7.§.ſiquis aceruum,l.9.§.vlt.& l.10.D.Quod vi aut clam.l.14.D.de incẽd.

Aceti & *Vini*,cadẽ propè ſubſtantia eſt ſi modo Vinũ acuit,l.9.§.vlt.D.de cõtrah.empt. *Aceti*,autem appellatione non continetur Acetum quodVini numero paterfam.habuerit.l.1. & l.9.§.ſi acetũ.D.de tritico vino,l.2.in fi.D.de optio.leg.Embamma planè *Aceti* nomine comprehenditur,d.§.ſi Acetum,& l.9.in fi.D.de contrah.empt. Acetum autem proculdubio cedet legato,ſiue eſui,potuíque ſit: ſiue extinguendi incendij cauſa paratum ſit.Cuius cauſa in ędibus olim id haberi ſolitum,indicant,l.12.§.Acetum.D.de inſtruct.vel inſtrum.& l.7.§. penori.D.de penu.leg.Macrobius Saturnal.7.cap.6.*Quid* Aceto *frigidius,quod culpatum vinum eſt? Solũ enim hoc ex omnibus humoribus creſcentem flammam violenter extinguit: dum per frigus ſuum calorem vincit elementi.*

In Acie *amiſſi filij*,Inſtit.de excuſat. tut. & *Interempti*, l. 18. D. de excuſationib. *In* Acie *cadere*,l.35.§.quæſitũ.D.ex quib.cauſ.maior. *In* Acie *fugam facere*,l.6.§.qui in Acie.D.de re milit.

Achaiæ *Proconſul*,l.vlt.D.ad Sc.Trebell. Achaiæ autem nomen ſuis temporibus obtinuiſſe,τὴν τῆς ἠλείας μέχρι, καὶ Σικυωνίας, καθήκειν ἐπὶ τὸν πρὸς ἑσπέραν θάλασσαν. Pauſanias in Achaïcis ſcribit.Idem eodem libro cur Proconſul. qui in Græciam mittebatur, Achaiæ non Græciæ Proconſul appellaretur,aperit his verbis,ἡγεμὼν δὲ ἐπὶ μὲν ἐς ἐμὲ ἀπεφέλλετο, καλεῖσι δὲ οὐκ Ελλάδος, ἀλλ' Αχαΐας ἡγεμόνα οἱ Ρωμαῖοι. διότι ἐχειράσαντο Ελλωπας δὴ Αχαιῶν τότε τὸ ἑλλωπικὸν προσηκόντων

Acinaticivm in l.9.D.de tritico,Vini genus,cui ex Acino nomen eſſe,Caſſiod. lib.xii. Variar.Epiſt.adCanonicarium Venetia ſcribit,& quomodo id paretur ac conficiatur his verbis explicat: *Autumno lecta de vineis in pergulis domeſticis vua reſupina ſuſpenditur: ſeruatur in vaſis ſuis,thecis naturalibus cuſtoditur.Rigeſcit,non liqueſcit ex ſenio. Tunc fatuos humores exudans magna ſuauitate dulceſcit.Trahitur ad menſem Decembrem, donec fluxum eius hyemis tempus aperiat: miróque modo incipit eſſe nouum,quando cellui,&c.* Acmatici etiam vini meminit Palladius,lib.1.cap.vi.

Aconitvm in venenis numeratur,l.3.§.1.D.ad leg.Cornel.de Sicar. Et quidem omniũ id venenorum ocyſſimum Plinius tradit. lib. 27. cap.11. Etymon verbi idem auctor eiuſdem libri cap. 3.aperit,poſt Theophraſtum lib.9.de hiſt. plantar.cap.16.

ACRITER *Exequi*, l. 35. de Iniuriis. *Acrius vindicatur*, Paulus lib. 5. Sentent. Tit. 4. *Acerrimo errore*, aut vt in vetustis codicibus, *Acrissimo*, l. 4. C. de Incest. nupt.

AKPOΔPYA apud Græcos, omnes arborum species appellantur, l. 236. in fin. D. de verb. signif. Suidas Ακρόδρυα καρποὶ δενδρικοι, πάντες οἱ τῶν Δενδρῶν καρποί. Moschopulus, ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων. Δρυὸς κοινότερον πᾶν ἐκάλων δένδρον οἱ παλαιοὶ, οὕτω καὶ Ακρόδρυα πᾶσαι τὰ ὀπώραν.

ACVISSE & *Coacuisse vinum* dicitur, quod acetum factum est, l. 9. in fin. D. de contrah. empt. l. 85. D. de legat. 3. l. 1. in prin. D. de peric. & comm. Vnde *Acor*, in l. 4. §. penult. D. de peric. & commo. id est, vt vetus Glossarium exponit, *vitium vini quod acuit.* Acida *vina*, l. 6. D. de peric. & comm.

Acvs in ornamentis muliebribus numeratur in l. 27. §. ornamentorum. D. de auro argen. Acus autem Isidorus lib. 19. Etymolog. cap. 30. esse ait, *quibus in fœminis ornandorum crinium campago retinetur, ne laxius fluant, & sparsi dissipentur capilli.* Quæ verba ille transcripsit ex B. Hieronymo in cap. 3. Esaiæ. Martial. lib. 14. Epigram.

Figat Acus tortas sustineátque comas.

Tertullianus in libro de pœnitentia : *Cedo Acum crinibus distinguendis.* Ex quo *Acus Crinalis*, appellatur ab Apuleio, lib. 8. de Asino aur. Inde *Acicula capitis*, ὑποκοριστικῶς, in l. 1. de repudiis in C. Theodos.

AD *Aliquid*, pro Aliquatenus, non omnino seu plenè, l. 11. §. quotiens. D. de munerib. & honorib. l. 1. §. dies. D. quando appelland. sit, l. 1. §. sunt autem. D. ne quid in flum. pub. l. 2. §. deinde sextus. D. de orig. iur. l. 1. D. de legat. præst. l. 112. §. vlt. D. de verb. obligat. l. 74. D. de adquir. vel omitt.

Ad certam Condicionem constitui seruitus, verbi gratia, Quandiu volam, l. 4. D. de seruitutib. *Ad certam condicionem datus Tutor*, l. 14. D. de tutel. l. 3. §. Idem erit. D. de suspect. tutor. id est vsque ad certam condicionem, l. 8. §. 1. D. de Testam. tut. *Ad diem constitui obligatio, veluti, vsque ad Calendas dare spondes?* l. 44. D. de verb. obligat. *Ad diem dari hereditas*, l. 34. D. de heredib. inst. *Ad diem dare*, id est die dicta, l. 24. D. de pecun. constitut. & *Tollere vinum*, l. 5. D. de peric & commodo. *Ad diem promissa pecunia*, l. 77. de verb. oblig. *Ad Tempus*, id est vsque ad tempus, l. 4. §. vlt. D. de precar. l. 14. D. de tutel. I. 2. D. de Decurionib. l. 44. D. de Oblig. & act. l. 1. D. pro soc. l. 28. D. de liberal. leg.

Porrò his verbis, *Ad Plautium*, *Ad Massurium Sabinum*, Notæ ad eos iuris auctores scriptæ significantur, Instit. de heredib. instit. & in Indice Pandectis Florentinus præfixo, ex quo apparet, *Iulianum, ad Minicium & Vrseium: Iauolenum, ad Plautium: Pomponium, ad Mutium, Sabinum, & Plautium: Vlpianum, ad Sabinum: Paulum, ad Plautium, Sabinum, Vitellium, Neratium*, Notas scripsisse.

AD ÆRATA, ad æris pretium redacta, dicunt Impp. in l. vn. C. de collat. donat. poss. lib. 10. ex qua emendanda est, l. 15. C. de errogat. milit. anno. lib. 12. in qua *Adhærere* pro *Adærari*, cum vitio scriptum est. Alia huius verbi exempla inuenire est in Cod. Theod. l. 3. l. 28. & 32. de erog. mil. an. l. 3. de equor. conl. l. 6. de conl. don. vel rel. poss. l. 7. de indulg. debit. Nou. Theod. & Val. de Trib. fisc. Nou. Val. & Mar. de rel. al. vel don. possess.

Hinc *Adæratio*, æstimatio specierum in ære, l. 14. C. de erogat. mil. anno. lib. 12. l. vlt. C. de milit. veste lib. 12. & in Cod. Theodosij in l. 30. de erog. mil. an. l. 5. de milit. veste, l. 6. de conl. don. vel releu. poss. Nou. Theod. & Val. de trib. fisc. Nou. Val. & Marc. de suar. boar. & pec.

ADAVCTÆ *Facultates*, & aliâs, *Auctæ*, l. 10. §. auctis. D. de vacat. l. 17. §. eos. D. de excusationib.

ADCRESCERE *Bona*, l. 42. §. 1. D. de bon. libertor. *Dominium*, l. 35. D. ad leg. Aquil. *Pars legato*, l. 2. D. quod legat. & l. 23. §. vlt. D. de inoff. testam. *Portio hereditatis*, l. 43. D. ad Sc. Trebell. l. 4. D. si tabul. test. *Partes*, l. 31. & l. 35. D. de adquir. vel omitt. *Portiones*, l. 5. & l. 12. D. de bon. possess. & l. 6. C. de impub. & aliis. *Portioni*, *non Personæ*, l. 14. D. de except. rei iud. *Vsusfructus*, Tit. de vsufr. adcresc. & *Vsusfructus proprietati*, l. 18. §. 1. D. de pigner. act. l. 31. §. Si ancilla. D. de ædilic. edict.

Adcrescendi ius, l. 3. §. vlt. & l. 6. D. de bon. possess. l. 17. D. de hered. instit. l. 59. D. de adquir. rer. domini.

ADDICO. Vnum hoc è tribus sollemnibus verbis Prætoris fuit, quod fastis diebus illi sine piaculo fari licebat: nefastis verò, nefas erat: Auctores, Varro lib. 5. de lingua Latina, Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 16. *Addicere bona in publicum*, Cæsar. lib. 1. de bello ciuili, Nec in publicis modò sed & in priuatis quibuslibet venditionibus hoc verbo vtebantur. Sic *Addicere fundum*, l.

7. §.

7. §. Procurator. D. pro emptore. & *Rem*, l. 22. §. Iulianus: D. mandati. Tertullianus in lib. de pœnitentia, *hoc enim pretio dominus veniam* Addicere *instituit*. Vetus Gloſſar. Addicere, συμπαραιτεῖσθαι, προσαφίημι.

Itaque qui ea lege venierat fundus, vtſi intra certum tẽpus melior condicio adferretur, inemptus eſſet, *in diem* Addictus dicebatur, L. 3. D. ad l. falcid. l. 9. D. de aqua & aquę pl. l. 41. D. de rei vindic. l. 11. §. ſi fundus. D. quod vi aut clam. Et ea lege facta venditio, *In diẽ* Addictio vocatur, toto Tit. de in diẽ Addict. l. 2. §. ſi in diẽ. D. pro emptore, l. vlt. D. de iure fiſc. Ea in Indice Βασιλικῶν, ſic definitur. ἀγοραπρασία μὲ πρᾶσις ὅτι ὅρῳ γενομένη, ἀφ' ἧς γενομένης ἀποβήματος, ἤτοι ἐπαυξήσεως τοῦ τιμήματος εἰ σωτὶ συνδοξότος ἐν συμφώνῳ τῆς πράσεως ὅρῳ ἀναλύσει ταὐτὴ πρᾶσις.

Addici alienæ poteſtati, l. 3. §. Iulianus, D. de liber. exhib. *Bona*, l. 1. C. ne pro dote, l. 6. C. de bon. auct. iud. *Dominium*, l. vlt. C. Si in cauſa iudic. *Domino*, l. 1. C. de Iure domin. *Pignora*, l. 15. §. ſi pignora, & §. Si poſt, D. de Re iud.

Addici *bona libertatum conſeruãdarum cauſa* dicebãtur, quæ nemine ſucceſſore ab inteſtato exiſtente, cùm in ea cauſa eſſent vt venire deberent, libertatum tuendarum gratia alicui addicebantur, qui idoneè creditoribus de ſolido quod cuique deberetur ſoluendo cauebat. Tit. de eo cui libertatis cauſa bona addic. in Inſtit. l. 2. & l. 4. D. de fideicommiſſ. libertat. §. vlt. Inſtit. per quas perſonas cuique adquir.

Addicti olim dicebantur qui ęris alieni cauſa creditoribus in temporariam ſeruitutem adiudicabantur: inter quos & ſeruos quid intereſſet ab vtroque Quintilian, Declamat. 311. & lib. 7. Inſtit. Orator. cap. 3. exponitur.

Addici dicebatur etiã *Iudex* Arbitérve, qui ex formula à Prætore dabatur, vel ex cõuentione litigatorũ ſumebatur, l. 30. l. 46. & l. 80. D. de iudic. Et ita Addictus *actioni arbitrariæ Iudex*, l. 3. in fi. D. quod certo loco. Addictus *familiæ erciſcundæ iudicio* Arbiter, l. 30. D. famil. erciſc. & *Iudex Addictus de hæreditate diuidenda*, l. 59. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. Quomodo emendanda eſſe verba, l. 7. & l. 16. C. famil. erciſc. ex ſuperiorum locorum collatione cùm ſatis intelligerem, adhibitis manuſcriptis codicibus qui Addictus, non, vt vulgo legitur, Aditus, ſcriptum habent, in ea ſententia magis ac magis ſum cõfirmatus. Ex quibus etiam deprehendi in l. 1. C. de recept. arbitr. ſimile mendum eſſe, legendúmque, *Arbitri ex compromiſſo iure perfecto* Addicti. Eſt & idem error in Inſtitutionib. Tit. de offic. iudic. in prin. vbi, *Noxali iudicio* Aditus, pro, Addictus, ſcriptum eſt. Atque ita accipienda cenſeo illa legis Mamiliæ verba, *Iudicis datio*, Addictióque eſto. Varro lib. 5. de lingua Lat. *Hinc illa, Indixit bellum, Indixit funus, Prodixit diem.* Addixit iudicium. Nec verò dubito quin Valer. Maxim. lib. 8. cap. 2. Addictus ſcripſerit, vbi nunc Aditus, ſcriptum eſt. Sed hæc aliâs accuratius.

Additamentvm *Ædium*, l. 91. §. vlt. D. de legat. 3. *Nauis*, l. 242. D. de ver. ſignif. *Vſurarum*, id eſt incremẽtum, l. 70. §. 1. D. de legat. 2. l. 23. C. de vſur.

Adesse, aduocationem præbere, cauſamq; alicuius patrocinio ſuo defendere ſignificat, l. 6. & l. vlt. D. de poſtulan. l. 1. §. aduocatos D. de var. & extraord. l. 5. §. ſunt qui putent. D. de his quæ vt indig. l. 19. §. 1. D. de donationib. l. 9. D. de pœn. l. 7. D. de iure fiſci, l. 2. C. de aduocat. diuer. iud. vt & apud. Plaut. Amphitruo Act. 4. Scen. vlt. Cic. lib. 2. de Oratore. Senecã, lib. 5. de Benef. cap. 8. Plinium, Epiſt. 11. lib. 2. Sueton. in Claudio cap. 38. Ouid. lib. 3. Amorum. *Munera det dives: ius qui profitebitur, Adſit.* Donatus in Prologum Andriç. Adeſſe, ait, *animis ſcilicet, Auxilium præbete: vt* Aduocatus *ſcilicet Reo dicitur* Adeſſe. Idem in Phormionem. Act. 2. Sc. 3. *Adeſſe cauſæ propriæ dicuntur* Patroni *& Amici.* Itaque cùm imperitus aduocatus apud Prętorẽ cauſam agens ſe clienti *Superesſe* dixiſſet, ſcitè Prætor reſpondit, *Tu planè ſuperes, non* Ades, vt eſt apud Agellium, lib. 1. cap. 22. Eodémque ſenſu verbum παρεῖναι Plutarch. περὶ πολυφιλίας vſurpat.

Nec alienæ tantùm, ſed & propriæ cauſæ agendæ Adeſſe ipſimet litigatores dicuntur, l. 29. D. de Inoff. teſt. l. 19. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. l. 2. §. Senatus. D. de Iure fiſci, l. 20. C. de euictionib. Sic Adeſſe Auditorio, l. 1. D. an per alium. *Ad agendam cauſam*, l. vlt. D. de appellat. Ad *Iudicium*, l. 55. D. de Euictionib. l. 18. §. vlt. D. quod vi aut clam, l. 3. §. 1. D. Quæ in fraud. cred. *Cauſæ agendæ*, l. 1. C. de peric. & comm. *Cauſæ ſuæ*, l. 69. D. de procuratorib. *Die cognitionis*, l. 73. §. 1. D. de Iudic. *In locum inhoneſtum*, l. 21. §. Sed ſi. D. de recept. qui arbitr. *Iudicio*, l. 8. C. de Euictionib. l. 2. C. quomodo & quando, l. 3. C. de Accuſationib.

Adeſſe *monumento*, l. 44. D. de manum. teſtam.

Adfectare hoc, l. 2. §. vlt. D. ſiquis cautionib. & l. 5. D. ex quib. cauſ. maior. *Nuptias*. Paul. lib. 2. Sent. Tit. 19. *Per Ancillas ad Dominam*, idem Paul. lib. 2. Sentent. tit. 27. *Tutelam*, l. 18. §. vlt. D. de L. Cornel. de fal.

Adfectari *Gloria*, l. 11. D. de pœnis & Tutela, §. item Tria, Inſtit. de Excuſat. tut.

ADFICERE *Contumeliis*, l. 1. D. de obseq. parentib. l. 8. §. hostes. D. de pœnis, & *Iniuria*, l. 10. §. prætor ait. D. de in ius voc. *Male filium*, l. vlt. D. si à paren.

Adfici Captione, l. 1. D. de L. Pomp. de parricid. *Contumelijs & damnis*, l. 2. §. sed & si agant. D. de iudiciis. *Damno*, l. 4. & l. 11. §. vlt. & l. 27. §. si præcepto. D. ad Sc. Trebell. l. 25. §. consuluit. D. de hered. petit. & l. 5. §. 1. D. de condict. causa data. l. 32. D. de fideicom. libert. & l. 26. D. de legat. 3. *Detrimento*, l. 1. C. si aduers. vendit. *Iactura*, l. 28. §. incendiariis. D. de pœnis. *Incommodo*, l. 4. §. toties. D. de collat. bonor. *Iniuria*, l. 21. §. quod si. D. ratam rem hab. l. 2. D. de his qui sunt sui vel al. iur. *Lucro*. l. 14. D. de legat. præst. *Morte aut Deportatione*, l. vlt. D. de bon. damnat. l. 5. §. qui tamen. D. iudic. sol. *Necessitate*, l. 14. D. de pollicitat. *Nota*, l. 1. C. de his qui potior. nom. *Pœna*, l. 3. §. tutor. D. de suspect. tut. l. 5. C. de pœnis. l. 1. D. de furib. balnear. l. 1. §. occisorum, & §. si sibi. D. ad Sc. Syllan. l. 12. D. de custod. l. vlt. D. de sepul. viol. l. 3. D. ad L. Corn. de sicar. l. 1. D. de l. Pomp. de parricid. l. 1. D. ad L. Iul. de vi priu. l. 1. l. 9. & l. 16. §. vlt. D. de L. Corn. de fals. l. 8. §. vlt. & l. 8. §. hostes. D. de pœnis. l. 1. D. de legationib. *Præmio*, l. 1. C. ex quib. caus. serui, *Relegatione*, Vlp. in lege Dei, Tit. 7. *Sententia*, l. 9. §. istæ. D. de pœnis. *Supplicio*, l. 14. D. de offic. præsid. l. 53. §. 1. D. de legat. 1. & l. 7. §. sunt, & D. de liber. causa. l. 6. & l. 38. D. de pœnis. *Summo*, seu *vltimo supplicio*, l. 1. §. vlt. D. de L. Corn. de fals. l. 28. §. in exulibus. D. de pœnis. Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 25. & lib. 5. Tit. 3. 4. & 12. *Valetudine*, l. 12. D. de excusationib. l. 11. §. si seruus. D. ad leg. Falcid.

ADFINES, in agris, sunt vicini qui confines agros possident. l. 12. D. fin. regund. quod & Festus lib. 1. notat. Hygenus lib. de Limitibus: *Suas terminationes, adscriptis Adfinibus, Tabulario Cæsaris inferemus.* Augustin. in Psalm. 21. *Solet fieri, vt quando quæritur de possessione, quærantur Adfines. Inter Adfines, illum & illum, quæritur.*

Adfines sunt viri & vxoris cognati, dicti ab eo quòd duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, l. 4. §. sed quoniam. D. de gradib. & adfin. Donat. in Adelph. Terent. Act. 5. Sc. 8. Adfinium porrò specialia nomina hęc sunt. *Socer, Socrus, Prosocer, Gener, Progener, Nurus, Pronurus, Vitricus, Priuignus, Priuigna, Leuir, Glos, Fratria, Nouerca, Consocer, Consocrus, Magnus socer, Magna socrus, Maior socer, Maior socrus*, & alij vlteriores quibus, *Pro*, præpositio solet accedere, l. 4. §. vlt. D. de postul. l. 17. C. de nupt. §. adfinitatis, Instit. eod. tit. Quæ omnia singulis quæque locis secundum initia literarum exposita lector inueniet. Ouid. lib. 4. de Ponto Eleg. 8.

Ius aliquod faciunt Adfinia *vincula nobis, &c.*
Nam tibi quæ Coniunx, eadem mihi Filia penè est:
Et quæ te Generum, me vocat illa Virum.

Quibus versibus περιφραστικῶς significatur, Suillium Ouidij priuignam in matrimonio habuisse. *Adfinitatis* autem *coniungendæ causa fit ex nuptiis, & Adfinitas ex nuptiis non interdictis coniungitur*, l. 4. §. sed quoniam, & §. sciendum D. de gradib. Velleius Patercul. Histor. Roma. posteriore volumine: *Adfinitas etiam inter Cæsarem Pompeiúmque contracta nuptiis.* Quanquam & Sponsalibus contrahatur, l. 8. D. de condictio. caus. da. Quin & ex seruilibus contuberniis contingit, l. 14. §. 1. in fi. D. de ritu nupt. Vnde Adfinitatem non malè definiemus, Ciuile vinculum ex nuptiis & sponsalibus descendens. Planè, ἀγχίστεια, Constantin. lib. 4. tit. 6. definit, οἰκειότητα προσώπων ἐκ γάμων ὑμῖν συμπεφυκότων, συγγενείας ἐκτός. Sed enim quam Constantinus & Theophilus ἀγχίστεια, Pollux συγγένεια vocat, vt ex ea definitione liquet, quam lib. 3. adfert, in hæc verba, Συγγένεια, ἡ τὸ φύσει, νόμῳ δὲ προσγινόμενον, οἷον γαμβρός, πενθερός, καὶ ὅσοι τὴν οἰκειότητα πρὸς ἡμᾶς ἐκ συμπλοκῆς ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἔχουσι. Quod & ea quæ apud eundem sequuntur verba perspicuè declarant. Vetus Glossarium, Adfinis ἀγχιτέρμιος ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής. Adfines à Cognatis ita separat Callicratidas apud Stob. cap. 83. συγγενεῖς μὲν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος γενόμενοι ἢ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν ἔχοντες ἐκ τῶν κατὰ σπερμάτων τρόπων τὸ γένος οἰκοῦσι· δὲ ἐπίκτητοι συγγενεῖς ἀπὸ τοῦ τῶν γάμων κοινωνίας λαμβάνοντες τὴν κατάρχην. *Adfinitate aliqua aduersario iungi*, l. 22. D. de procuratorib.

Adfinitus modus, l. 17. D. de vsuris.

ADFIRMARE *Actor*, l. 3. §. Pomponius, D. ad exhibend. & *Venditor aliquid de Mancipio*, l. 18. D. de Ædilic. edict. & *de substantia hereditatis*, l. 15. D. de hered. vel act. *Adfirmare principi*, l. 1. D. de Natal. restit. *Adfirmationi credi*, l. 5. §. à Barbaris. D. de re. milit.

ADFIRMATORES appellantur qui idoneos esse Tutores in iure adfirmant: quos fideiussorum vicem sustinere ait l. 4. in fi. D. de fideiussor. tutor. Mandator, *velut Adfirmator* esse dicitur, l. 13. D. de minorib.

ADFIXÆ *Molæ*, l. 21. D. de instr. vel instrument. *Statuæ*, l. 245. D. de verbor. signific. & l. 2. D. de Sepulch. violat. *Adfixa Armaria*, l. 52. §. sed si. D. de legat. 3. *Adfixa ædibus*, l.

17. D. de actionib. emp. *Domus cum omnibus Adfixis*, l. 18. §. vlt. D. de instruc. vel instr.

ADGNASCI dicuntur *Liberi* qui post testamentum factum sui heredes nascuntur, l. 3. l. 6. §. 1. l. 13. de iniusto rupto, l. 34. §. 1. D. de testam. milit. l. 29. D. de manum. test. Separantúrq; vt diuersa *Adgnasci*, & *Succedere*, l. 6. D. de iniust. rupt. Adgnascitur namque, qui suus nascitur, quémq; nemo natiuitatis, vel adoptionis tempore antecedit. Succedit verò qui ortus quidem sui tempore ab alio prœuertitur, sed postea, eo de medio sublato, proximum locum subintrat. Vlp. Tit. 24. Regular. *Adgnascitur suus heres, aut Agnascendo, aut Adoptando, aut in manum conueniendo, aut in locum sui heredis succedendo: velut, Nepos mortuo filio, vel emancipato.* Cicer. lib. 1. de Oratore. *Nunquis ex Testamento quod paterfamilias ante fecit quàm ei filius natus est, hereditatem petit? Nemo: quia constat Adgnascendò rumpi testamentũ.* Et ita *Adgnasci sui heredes*, l. 3. §. vlt. D. de agnosc. & alend. & *Adgnasci suus patri*, l. 2. §. si quis ex. D. ad Sc. Tertul. Nec ij tantùm qui viuo patre eduntur, sed & qui post mortem eius, *Adgnasci* dicuntur, l. 3. D. de iniusto rupto.

Hinc ADGNATIO *filij*, l. 1. C. de ordine Iudiciorum: & *Postumi*, vel *Postumæ*, l. 22. D. de liberis & post. l. 24. §. ex testamento, & l. 47. D. de fideicomm. libert. l. 1. C. de postum. hered. *Sui heredis*, l. 43. D. de vulg. & pupill. l. 19. D. de iure codicil. l. 1. & l. 8. D. de iniusto rupto. *Quasi Adgnatione*, l. 13. D. de iniusto rupto. Vlp. Tit. 23. Regular. *Adgnatione rumpitur Testamentum, id est, si suus heres Adgnascatur, qui neque heres institutus est, neque vt oportet exheredatus est.*

Adgnasci, pro Adgnatione iungi, & adgnatum fieri, l. 7. l. 10. l. 23. D. de Adoptionib.

¶ ADGNATI, vt Caius definit, appellantur, *Qui per virilis sexus personas cognatione iuncti sunt: quasi à patre Cognati: veluti, Frater eodem patre natus: fratris filius, nepósve ex eo*, l. 7. D. de legit. tutor. Quæ verba etsi ex Caij, lib. 1. Institut. sumpta, inscriptione id ipsum testante, dicãtur, in ea tamen Institutionum Caij Epitome, quæ hodie circumfertur, sub Tit. de intestat. hereditat. paulò aliter Adgnati definiuntur esse, *Per virilem sexum defuncto propinquitate coniuncti*: Quales esse ibidem ait, *Consanguineos fratres, siue ex eadem matre, siue ex diuersis genitos: Item Patruum, id est, fratrem patris, & fratres Patrueles, id est, de singulis germanis natos. Inter fœminas verò solam sororẽ consanguineam Adgnatam, & germano suo defuncto ab intestato ei Adgnationis iure succedere: Reliquas verò fœminas, hoc est amitam, patris sororem, vel fratris filiam masculis propinquis Adgnationis iure non succedere.* At in Lege Dei, Tit. 16. ex Caij Institut. lib. 3. hęc verba referũtur. *Vocantur autem Adgnati qui legitima cognatione iuncti sunt. Legitima autem Cognatio hæc est, quæ per virilis sexus personas coniungitur. Ita qui eodem patre nati sunt, fratres Adgnati sibi sunt: qui etiam Consanguinei vocantur: nec requiritur an matrem eandem habuerint. Item Patruus fratris filio, & inuicem is illi, Adgnatus est: Eodem numero sunt fratres patrueles inter se, id est, qui ex duobus fratribus progenerati sunt: quos plerique etiam Consobrinos vocant.* Illam verò Caij definitionem, non has posteriores, Iustinianus in suas Institutiones transcripsit sub Tit. de legitima Adgnator. Tut.

Adgnatorum vtique nomen ex XII. Tabulis manasse Paulus indicat in l. vlt. D. de gradib. & adf. vbi *Agnatos*, ait esse, *Per patrem cognatos ex eadem familia: Qui autem per fœminas tantum coniunguntur, Cognati nominantur.* Additq; *inter Adgnatos & Cognatos hoc interesse, quod inter genus & speciem. Nam qui Adgnatus, & Cognatus est: Non vtiq; autem qui Cognatus est, & Agnatus est. Alterum enim Ciuile, alterum Naturale nomen est.* Idem lib. 4. Sentẽt. 4. Tit. 8. *Inter Adgnatos & Cognatos hoc interest, quod in Adgnatis etiam & Cognati continentur: Inter Cognatos verò Adgnati non comprehenduntur. Et ideò Patruus, Adgnatus est, & Cognatus: Auunculus autem, Cognatus tantummodo.* Vlpian. lib. Regular. Tit. 27. *Adgnatos* interpretatur *Cognatos virilis sexus per mares descendentes eiusdem familiæ.* Idem Vlpian. eiusdem libri, Tit. XI. *Agnati sunt à patre Cognati, per virilem sexum descendentes eiusdem familiæ: veluti Patrui, fratres filij, fratre patruele.* Madestinus verò in l. 5. D. Vnde legitimi, *Inter Adgnatos*, inquit, *& Cognatos hoc interest, quòd in Adgnatis & Cognati continentur: in Cognatis non vtique, & Adgnati. Verbi gratia, Patris frater, id est Patruus, & Adgnatus est & Cognatus: Matris autem frater, id est, Auunculus, Cognatus est, Adgnatus non est.* Vetus Glossarium, *Adgnatus*, ὁ ἀπὸ ἀρσενικοῦ γένους καταγόμενος. Adgnati autem desinunt esse familia mutati, l. 5. D. de cap. minut.

¶ Vnde ADGNATIO, quam Modestinus in l. 4. §. Cognationis, D. de gradib. & adfin. definit, esse *Ciuilem Cognationem, videlicet, quæ per mares contingit.* Atque ita *Adgnationis legitimum ius, à Cognationis necessitudine*, B. Ambrosius separat, Epist. 66. lib. 8. Sic *Adgnationis ius*, l. 34. D. de pactis, l. 4. D. vnde Adgnati, l. 4. C. de legit. heredib.

Adgnati, cùm de furiosis agitur, Curatorum loco ponuntur. l. 12. D. de curat. fur. l. 2. C. eod. tit. l. vlt. D. de nouat. l. 3. D. de tutel. l. 4. D. de manumissionib. l. 63. D. de solution. l. 10. D de alienat. Iud. mut.

Adgnata etiam *Gregis*, vel *Armenti*, dicuntur, quæ ex pecoribus nascuntur & gregi accedunt, l. 68. D. de vsufruct. l. 10. §. si serui, D. de iure dot. Eodémq; sensu *Adgnata ex mancipiis*, l. 38. §. pater, & l. 41. §. sorori, D. de legat. 3. l. 21. D. de opt. leg. l. 28. D. de instruct. vel instrumen.

Sic *Adgnatos fœtus, vel partus*, in l.1.D.ſi is qui teſtam.liber.& *Adgnata Res*, l.4. §.non ſolum, D. de furtis.

ADGNOSCERE pro Suſtinere, Subire, Suſcipere. Sic *Adgnoſcere æs alienum*, l.35. §.1. D. de heredib. inſtituend. *Cibaria*, l.11. §.planè, D.ad exhib. *Damnum*, l.54.D.locati.l.21.§.1.D.de appellationib. *Impenſas*, Paul.lib.5.Sententiar.Tit.10. *Munus*, l.5.C.de obſeq. patr. *Munera*, l.3. §. quanuis, l.9.& l.vlt.§.patrimoniorum, D.de munerib. *Officium*, l. vlt. D. ad municip. *Onus æris alieni*, l.35.§.1.D.de heredib.inſtituend.l.34.§.vni, D.de leg.3. *Onus hereditatis*, l.88. §. quæ marito, D.de legat.2. *Onus alimentorum*, l.15.in prin.D.de aliment.vel cibar. legat. *Onus vſurarum*, l.54.D.locati. *Onera*, l.20.§.ſi filiusfa.D.famil.erciſc. *Onera hereditaria*, l.2. C.de hæredit. action. *Partem dimidiam damni*, l.52.§.quidam,& l.63.§.in heredem, D.pro ſocio. *Periculum*, l.13. & l. 36.§.vlt.D.ad municip.l.3.C.de ſuſpect.tut.l.2.§.idem ſcribit.D.de adminiſt.rer. l.3. D. qui petant tutor. Paul.l.1. Sententiar.Tit.4. *Penſitationes publicas*, l.vlt. C. ſine cenſu. *Pœnam*, l.55.D.pro ſocio. *Sumptum litis*, l.5.§.abeſſe.D.Commodati. *Partem ſumptus*, l.32.§.Lucius, D.de vſufr. *Tributa*, l.1.C.ſine cenſu. *Vſuras*, l.[illegible].§. ſi vſuras, l.9.§. ſed ſi ſub vſuris. D. de adminiſtr. & peric.tut.l.33.D.de petit. hered. *Adgnoſcere emptor, quod publici vectigalis nomine præſtitum eſt*, l. 2.§.ſi quid publici, D. de hered. vel act. vend.

Adgnoſcere, pro admittere, adire, amplecti. Sic *Adgnoſcere bona*, l. 6. §. ſi fiſco, D. ad Sc. Trebel.l.4.§.eandem,& §.ſi bona,& l.50.§.ſi quis D.de legat.1. *Hereditatem*, l.58. D. ſol. matr.l.12.D.de adquir.vel omitt.l.1.D.de bon. poſſ. fur.l.15.§.vlt.D. ex quib. cauſ. maior.l. 90.D.de l.1.l.2.C.de iur.deliber. *Partes inſtitutionum*, l.41.§.qui diſcretas,& l.45.D.de vulg. & pupill.l. 9. §. vlt. D. quib. ex cauſ. in poſſ. *Portionem ſibi datam*, l. 10. §.illud, D. de bonor. poſſ. cont. tabul. l. 79. D. ad Sc. Trebell. *Succeſſionem*, l.88.D.de adquir. vel. omitt. l. 2. C. de legat. heredib. l. 4. C. de poſtlim. rer. ver. Denique, *Adgnoſcere & Repudiare* aduerſantur, l. 2. D.de adquir.vel omitt.l. 11. D. de auctor. & con. tut.

Adgnoſcere Legatum, id eſt velle ad ſe pertinere, vt loquitur l.31.D.de bon.libert. l. 12. D. de inoff.teſt.l.6.C.de legat.l.59.D.de legat.2.l.8.§.1.& §.ſi ſeruo, D. de bon.libert. *Partem eius rei quæ legata eſt*, Paul.lib.3. Sentent. Tit.7. *Quod ſibi relictum eſt*, l.92.D.de condic. & dem. *Adgnoſcere Legatum*, & *Repellere*, opponuntur, l.81.§.1.D.de legat.1.

Adgnoſcere bonorum poſſeſſionem & *Accipere* pro eodem vſurpantur in l.3.§.vlt.D.de Carbon. edict.l.1.§.ſufficit,& l.vlt.D.de bon.poſſ.ſec.tab.l.6.D.de adquir.vel omitt.l.3.l.7.C.qui admitti,l.1.C.quando non petent,l.1.C.vnde legitimi,l.1.l.3. & l.12. C. de iure deliber. l. 1. C. quor.bonor.l.vlt.D.de vent.in poſſ.mit. *Adgnoſci bonorum poſſeſſio*, l.vlt. D.quis ordo in bon. poſſ.l.1.§.1.D.ſi tab.teſt.l.24.D.rem rat.hab.l.8.§.1.D.de inoff.teſt.l.63.§.à municipib. D.de bon.poſſ.l. 8.D.de ſtipulat. præt. & *Legatum*, l.4.§.1. D.de fideic.libert. *Adgnoſci Bona à Fiſco*, l. 5. C. de bon. auct. iud.

Adgnoſcere iudicium defuncti, l.8.§.ſi conditioni,& l.23.§.1.D.de inoff.teſt.l.2.& l.8.§.vlt. D. de bon.libert.id eſt Voluntatem defuncti probare, l.31.§.1.D.de inoff.teſt.l.8.C.de inoff.teſt. & *Comprobare iudicium*, l.vlt.D.eod.Tit.

Adgnoſcere voluntatem, l.45.D.de fideicom.libert.l.6.C.de inoff.donationib.

Adgnoſcere autem, vt à querela inofficioſi repellatur, videtur, qui quale quale iudiciũ defuncti cõprobauit, l.vlt.D.de inofficioſo. Itaque non tantùm qui in teſtamẽto adſcripſerit poſt mortem patris, conſentire ſe, ſed & qui aliàs voluntatem probauerit, veluti ſi ex teſtamento legatum petenti aduocationem præbuerit, procurationémve ſuſceperit, vel quod ſibi ex teſtamẽto condicionis implẽdæ cauſa ab herede vel legatario datum fuerit, ſciens ceperit, legatúmve ex Teſtamẽto ſibi non adſcriptum petierit, *Adgnouiſſe* erit exiſtimandus, l.9.§. Papinianus, D. ſi condicioni, l.12.§.vlt.l.penult.& l.vlt.§.eodem in fin. Sed & ſi hereditatem ab heredibus ſcriptis emerit, vel res ſingulas, ſciens eos heredes eſſe, aut conduxerit prædia, aliúdve quid ſimile fecerit, vel ſoluerit heredi, vel ab alio ſibi legatam rem quam ille ex teſtamento conſequutus erat acceperit, videbitur *Adgnouiſſe*, l. 23. §. 1. l. penult. §. vlt. D. eod. Debitor quoque, ancillam ſuam pignori obligatam manumittere rogatus, *Adgnouiſſe* defuncti creditoris voluntatem videtur, ſi ab herede conuentus, vſus eſt exceptione, vel aliàs voluntatẽ ſuam oſtendit, l.45.D.de fideicomm.libert.

Adgnoſcere Tutelam filio delatam pater videtur, ſiue geſſit, ſiue gerenti filio conſenſit, ſiue omnino tutelam attigit, non etiam ſi monuit ſolùm, l.7.D.de Tutel.

Adgnoſcere debitum, l.46.D.de adminiſtr.& peric.l.2.C.ad Sc.Macedon.l.16. & l.44. D. de adminiſtr.& peric. *Fidem*, l.2.C.de commodato. *Bonam fidem*, l. 9.§.penul. D. de adminiſtr. & peric.l.4. C. de non numer. pecun. *Honorem*, l. 5. §.vlt.D.de iure immunit. l.1.C.de his qui ſponte.

ſponte. *Pietatem*, l. 3. C. de patr. pot. *Socium*, l. 62. §. in heredem. D. pro ſocio. *Teſtamentum*, l. 3. D. de lege Corn. de falſ.

Adgnoſcere quod ſit actum, id eſt adprobare. *Adgnoſcere Sententiam*, l. 10. §. vlt. D. quando appel. ſit, l. 10. §. vlt. l. 17. D. de appellat. id eſt, adquieſcere ſententiæ.

Adgnoſcere filium, l. 6. D. de his qui ſui. *Nepotem*, l. 5. C. de nuptiis. *Partum*, l. 1. §. denuntiare. D. de agnoſc. & alend. Sic *Adgnoſci Liberi à parentibus* dicuntur, quos quaſi ex ſe natos in familiam admittunt. Rubr. de agnoſc. & alend. l. 29. D. de man. teſt. l. 9. D. de Carb. ed. Sueton. in Auguſto cap. 65. *Ex nepte Iulia, poſt damnationem editum infantem adgnoſci, alique vetuit.* Extant & apud eundem in Iulio cap. 46. & in Claud. cap. 14. vt & apud Valer. Max. lib. 9. cap. vlt. huius locutionis exempla. Apud Plinium certè lib. 10. Epiſt. de *Liberis cognoſcendis*, pro *adgnoſcendis*, vitiosè ſcriptum videtur.

Adgnita fraude, l. 32. §. interpoſito. D. de adminiſtr. & peric. *Adgnitis inſtrumentis*, l. 11. D. de exceptionib. *Adgnito legato*. l. 3. D. de iur. patron.

ADORARE est procumbendo venerari. Sic *Adorare purpuram Principis*,l.3.§.de domest.& protect. in C. Th., l. 6.C. de aduocar. diuers. Iudic. l.1. C. de comitib. & trib. schol.lib. 12. l. vlt. C.qui milit.poss. lib.12. l.4.C. de consulib. lib. 12. l.1. C. de apparitorib. præf. prætor. l.1. C. de apparitorib. præf. vrb. Ammian. Marcellin. lib. 21. *Verùm cùm primitus visus, Adorandæ purpuræ datam sibi copiam aduertisset.* In Notitia quoque Imperij Rom. crebrò in officio Proconsulum princeps Agentium in rebus recensetur, qui *Adorata principali clementia, cum insignibus exibat.* Talem autem honorem principi in salutatione exhiberi solitum, Zonaras Tomo 3. in Iustiniano, indicat his verbis, ἤδη δ' ἐφθακώς ἔναντι τοῦ κρατοῦντος ὁ βελλισάριος πεύθεται τὸν γελιμέρ. εἰς τοὐδαφος καταβαλεῖν ἑαυτὸν καὶ ὕπτιος ἀπονεῦσαι τῷ βασιλεῖ τὴν προσκύνησιν· ὃδ' ἐποιεῖ τὸ προστασσόμενον καταχόμενος δάκρυσι αὐτὸς δὲ βελλισάριος προσώδυσεν ἑαυτὸν ἐνδεικνύμενος τῷ γελιμερ, ὅτι οὐκ ὡς αἰχμάλωτος ἐκεῖνος τοῦτο ποιῆσαι ἀπῆτητο, ἀλλ' ὅτι οὕτω νενόμισται προσκυνεῖσθαι τῶν ῥωμαίων τοὺς βασιλεῖς. Ex quo apparet humi procumbere, & ad pedes principum prouolui solitos, quos illi salutationis officio dignabantur. Id quod à pessimis primùm principibus institutum, Alexandrum respuisse Lamprid.in Alexãdro testatur his vetbis. *Ipse Adorari se vetuit, cùm iam cœpisset Heliogabalus Adorari, more Regum Persarum.* Capitolin.in Maximinis,*Nam in salutationibus superbissimus erat, & manum porrigebat, & genua sibi osculari patiebatur: nonnunquam etiam pedes. Quod nunquam passus est senior Maximinus, qui dicebat, Dij prohibeant, vt quisquam ingenuorum pedibus meis osculum figat.* Atque hoc loquẽdi genus à Diuo Augustino non vno loco vsurpatur.

ADORNARE *Opus*,l.vlt.§.vlt.D.de operib.public.

ADPENDERE, *Merces*, l. 18. D. de dolo. *Adpendere & Adpendi*, dicuntur res quæ ponderare constant,l.35.§.in his,D.de cõtrah.empt.Instit.quib. mod.re contrah.oblig.

ADPLVMBATVM appellatur quod plumbo vinctum & alij iunctum cõnexúmque est, l. 23. §. Item quæcunque,D. de rei vindicat, l. 17. §. Castella,D. de Act. empt. *Adplumbata vel adfixa*, l. 2.D.de sepulchr.viol.Contrarium huic verbum, *Replumbatum*, legitur in l. 19. & l.32. §.1. D.de auro argen.

ADPONI *Auctoritas*, l.139.D.de diuers.reg.iur.

Adponi Condicio Contractibus,l.31.D.de obligat. & actionib. *Donationibus*, l. 13. D. de Pollicitationib. *Legato*, l. 20. D. de annuis legat. *Libertati*, l. vlt. D. de fideicom. libert. l.15. D.de statu hom. *Pluribus*, l.56.D.de Condic.& demonst.

Adponi dies, Legatis,l. 30. D.de legat. 1.l.4. D. de reb.auct. Iud. l. 54. D. de condic. & demonstr. l. 4.D.de reb. auct.Iud. *Pars*, l.17. D. de heredib. instit. Adpositum repudiatum, l.8.D. de reb. credit.

ADPREHENDERE *Fugitiuum*, l. 1.§.vnusquisque,D. de fugitiu.l.2.D. de Leg.Fabia, l.21. §.vlt.D.de Euict.*Furem*,l.5.D.ad leg.Aquil. *Latrones*,l.1.D.de recept. l.5.§.vlt.D.de re milit.

Adprehendere *Dominium*, Vlp.Tit.7.Regular.*Ius rei vẽditæ*,l.31.§.1.D.de actionib. empt. Possessionem

ſionem,l.11.§.vlt.D.de pigner.act.l.7.D.pro empto,l.10.D.de cõdict.furt.l.38.§.vlt.D. de adquir.poſſeſſ.& *Dimidiæ partis poſſeſſionẽ*,l.16.D.de pignor.l.1.§.vlt.D.deSaluia.inter.*Rem*,l.47. D.de vſucap.*Res hereditarias*,l.25.§.de eo,D.de hered.pet.*Res pro herede*,l.83.D.de furtis. *Adprehendere perſonam filij*, id eſt comprehendere ſtipulatione,l.56.§.qui ſibi,D.de verb.oblig.

Adprehendi Caſus,Teſtamento,l.10.D.de liber.&poſt.*Cauſa,Petitione*,l.14.D.de except.rei iud. *Lege*, Paulus,lib.2.Sentent.Tit.27.

Adprehendi Feræ,l.14.D.de adquir.rer.dom.*Fugitiui*,l.47.§.1.D.de legat.1.l. 82.D.de legat. 3.*Latrones*,l.1.§.cùm quis,D.de quæſtionib. *Liber pro fugitiuo*,l.22.D.de iniuriis. *Serui*, Paulus, lib.3.Sentent. Tit.6. *Adprehendi poſſeſſio*,l.17.D.de vſu & vſufructu.

Adprehenſus in Carcere,l.8.§.quiſquis,D.de pœnis.*In furto*,l.vlt.D.de furib.balnear.

ADPROBARE *Cauſam*,l.6.D.de manum.vid.*Contrariam voluntatem*,l. 27. §. liberto. D. de inſtr.vel inſtr.*Iudici*,l.12.D.de probationib.

Adprobari,pro *Probari*,l.35.D.de minorib.Sic *Adprobari ab herede*,l.58.§.vlt.D.de vſufrct. l.8. D.de auro arg.l.28.§.Titius,D.de liberat.leg.l.63.§.heres,D.ad Sc.Treb.l.33.§.1.D.de leg.3. & *A legatario*,l.78.§.1.D.de legat.3.Hinc illa,*Niſi contrarium Adprobetur*,l. 9. §. vlt. D. de reb. dub.*Niſi euidenter Adprobetur*,l.5.§.1.D.de pecul.leg.l.5.§.1.D.de liberat.leg.*Si quid tibi debitum Adprobatum erit*,l.5.§.Iulianus,D.de pecun.conſtit.*Manifeſtiſſimè Adprobetur*,l. 88. D.de legat.1. *Adprobatũ fuerit liquido*,l.75.D.de iud.*Adprobatũ dilucidis probationib.*l.14.§.vlt.D.qui,& à quib.

Adprobatus fideiuſſor, id eſt,vt vulgo loquuntur, certificatus ſoluendo eſſe, l.5. D. qui ſatiſd.cogant.*Adprobetur eſſe idoneus*,l.18.§.vlt.D.de lege Corn.de falſ.*Adprobata Actio*,l.3. D. de ſeruo corrupto.

Adprobari Opus,l.36.D.locati.& *Bonitas Operis*,l.5.D.eod.Tit.

ADPROMISSORES appellantur qui idem quod Promiſſores promittunt, l.5. §. ſatis acceptio,D.de verb.oblig.l.64.D.ſol.matr.l.in omnib.D.de ſolut.Feſt. *Adpromiſſor eſt qui quod ſuo nomine promiſit, idem pro altero quoque promittit.* Adpromittendi autem verbo etiamCicer. pro Roſc.Amerin.vtitur.

ADQVIESCERE, pro Sententiæ adquieſcere,l.1.§.præterea,D.de contrar.& vtili,l.29.§.1.D. de minorib.l.33.D.de excuſationib.l.2.C.de contrar.iud.

Adquieſcere Inſtrumento, l.7.C.ad L.Corn.de falſ.*Officialibus*,l.9.C.de iure fiſci. *Patri*, l.22.§. necnon,D.ſoluto matr.*Rebus Iudicatis*,l.6.C.de excuſat.tut.*Statutis*,l.1.C. ſi pendent.appellat. l.1.C.de his qui per met.

Adquieſco Celſo,l.7.D.de oper.libert. id eſt eius ſententiæ accedo. *Adquieſcit diſtinguentibus*,l. 7.§.Pomponius, D.de minorib.*Adquieſcere Meridiano tempore*,l.26.D.oper.libert.

ADQVIRERE *ſibi Actionẽ,Perſecutionem,Exceptionem*,l.16.D.de liber.cauſa,l.1.D.deverb.oblig.

Adquirere Poſſeſsionem,& *Amittere*,opponũtur, l.62.D.de aquir.vel omitt.vt *Adquirere* & *Omittere hereditatem*,Rubr.D.de adquir.vel omitt.hered.

Adquiri *Actiones*,l.30.D.ad L.Falcid.l.12.§.vlt.D.quãdo dies legat.l.1.D.de inſtitor.l.vlt. C.quando dies leg.quor.Legatur*Bonorũ poſſeſsio*,l.1.§.quidã,D.*Dominium*,Rubr.D.de adquir. rer.dom.*Dos mulieri*,l.7.D.de pactis dot.*Hereditas*, Rubr. D. de adquir. vel omitt.l.7.§.vlt.D. de bon.damn.*Legatum*,l.32.D. Mandati. *Obligatio*,l.11.§.liberam,D.de pigner.act. §. planè Inſtit.de inutil.ſtip.*Præſcriptio*,l.1.C.comm.de vſucapionib.*Seruitus*,l.2.D.de verb.oblig.

ADROGARI dicuntur,qui ſui iuris ſunt,vt filiiſa.Adoptari,l.1.D.de Adoptionib.Et *Adrogatio*,ea Adoptionis ſpecies. Caius in l.2.D.de adopt. *Principis auctoritate Adoptamus eos qui ſui iuris ſunt:quæ ſpecies Adoptionis dicitur Adrogatio:quia & is qui Adoptat rogatur*,id eſt,*interrogatur an velit eum quem Adoptaturus ſit,iuſtum ſibi filium eſſe:& is qui Adoptatur,rogatur an id fieri patiatur.* Vlp. lib.Regul.Tit.9.*Adoptio fit aut per Populum,aut per Prætorẽ,vel Præſidem Prouinciæ. Illa Adoptio quæ per populum fit,ſpecialiter Adrogatio dicitur.Per Populũ qui ſuis iuris ſunt Adrogantur.* Cui conſentiens Agell.lib.5.cap.19.*Quod per Prætorem*,ait,*fit*,*Adoptatio.* Et mox,*Adrogantur ij qui cùm ſui iuris ſint,in alienam ſeſe poteſtatem tradunt,eiúsq; rei ipſi auctores fiunt.* Ibidemq; à Caio in huius vocis notatione diſſentiens addit,*Adrogatio autem dicta,quia genus hoc in alienam familiam tranſitus per Populi rogationem fit.* Eiúſq; Rogationis ſollennia verba ſubiicit,quæ ſunt à nobis in Formulis expoſita. Igitur apud Populum Adrogationes olim factas, illis Vlpiani & Agellij teſtimoniis planum fit. Ratio verò adhibendi Populi, quantùm ex Cicerone colligo, illa fuit, quòd iure à maioribus prodito libertatem nemo ciuis amittere ſine Populi auctoritate poterat. Verùm tranſlato populi in principem imperio,principali exinde auctoritate Adrogationes fieri cœpere.l.2.D.de adoptio,l.6. C. eod. tit.§.1.Inſtit.eod.

Adrogandum ſe dare, l. 32. D. de ritu nup. l. 3. §. vlt. D. de hered. inſtit. l. 20. D. de liber. & poſtu. l. 7. D. de pecul. lega. l. 3. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 13. D. de captiuis. Et *Præbere*,l.8.§.ſi poſt.D.de iure codicil.& l.4.§.vlt.D.de caſtr.pec.l. 11.D.de bon.poſſ.ſec. tab.

Adrogator, l.19.& l.22.D. de adoptionib. apud Vlpian.lib. Regular. Titul. 9. Vetus Gloſſar. *Adrogator* ὁ λαμβάνων αὐθεξούσιον εἰς ὑἱόν.

ADSCISCERE, ait Paulus ex Feſto, eſt adiungere, vel adſumere: ſic *Adſciſcere ſibi ſuum heredē*, l.40.§.vlt.D.de Adoptio. *Adſciſci Socius*, l.62.§.in heredem, D.pro ſocio, id eſt Adſumi.

ADSCRIBERE *aliquid Codicillis, vel Teſtamentis*, l.1.§.vlt.D.de his quę in teſta. Sic *Adſcribere Hereditatem*, vel *Legatum*, l.1.& l.4.D.de his qui pro non ſcript. *Legata teſtamento*, l.39.§.vlt. D. de legat. 1. l. 30. & l.32. D.de legat.2. *Libertatem*, l.vlt.C.de his qui ſibi adſcrib.l.22. D. de donat.inter vir.l.17.§.vlt.D.ad Sc.Trebel.l.24.D.de fidei commiſſ.libertat. l.9. D. de caſtren. pecul. *Nomen*, l.22.§.ſi quis, D.qui teſtam.fac.poſſ. *Partes*, l.3.D.de hered.inſtit. *Quantitates fundis legatis*, l.14.D.de legat.1. *Se Tutorem*, l.18. D.de L.Cor.de falſ.Paul.lib.3. Sentent. Tit.7. *Sibi Legatum*, l.1.§.teſtamento, & l.6. D.ad L. Corn.de Falſ.Paul.l.3.Sentent.Tit.7. *Tutorem filio*, l.69 §.mater.D.de legat.2.l.9.C.de fideicomm.

Adſcribere in Dotem, l.2.C.de dote caut. *Nomen in diuiſione*, l.1.C.de exceptionib.

Adſcribi Teſtamentis Condiciones, l.2.& l.78.D.de condic.& demonſt.l.3.§.condicio, D.de ann. legat.l.16.§.1.D.de iniuſto rupt.l.vlt.D.de condic.inſtitut.l.63.§.ſi ſub condicione, D. ad Sc. Trebell.l.21.§.Lucius, D.de ann.leg.l.51.D.de manum.teſtam.l.11.C. comm. vtr. iud.& *Fideicommiſſo*, l.1.C.de condicionib.

Adſcribi Dies, l.1.& 3.& l.72.§.Cum marina, D.de condicion. & demonſt. *Fideicommiſſum, vel legatum*, l.7.& l.11.§.interdum, D.de legat.3.l.3.D.de lege Corn.de falſ. *Libertas*, l.26.& l.53.D. de manumiſſ.teſt.l.9.& l.24.§.ſi homini.l.32.l.46.& l.52.D.de fideicommiſſ.libert. *Modus*, l.1. C.de his qui ſub mod. *Nomen*, l.4.D.de reb.dub. *Onera ſummæ*, l.3. D. de alimēt.vel cibar. *Pars*, l.30.§.Titia, D.de adimend.leg. *Portio hereditatis*, l.1.§.ſed & ſi, D.de legat.præſt. *Portiones*, l.88. §.vlt.D.de legat.2. *Seruus*, l.54.§.vlt.D.locati. *Verba*, l.14.C.de donat.inter vir.

Adſcribi Clauſula compromiſſo, l.31.D.de recept.qui arbit. *Adſcribi inſtrument*.l.1.C. de do.promiſſ. *Adſcribi Condicio Mandato*, l.7.C.de fideiuſſorib.

Adſcribi, id eſt imputari, l.40.§.ſeruus, D.de ſtatuliber, Sic *Adſcribi damnum*, l.21.§.1.D.de appellationib.l.1.C.ſi tutor.vel curat. *Periculum collegæ*, l.11.D.admunicipal.

Adſcriptus ſeruus colonæ, l.54.§.vlt.D.locati. *Adſcriptus libertati*, l.10.D.de ſtatuliber.

ADSEQVI *liberam Teſtamenti factionē*, id eſt, conſequi, l.41.D.de oper.libert. *Adſectatur, qui tacitus frequenter ſequitur*, l.15.§.aliud.D.de iniuriis.

ADSERERE arbores, l.7.§.Caſſius, D.de vſufructu. *Adſerere ſe in libertatem*, id eſt, ex ſeruitute in libertatem proclamare, l.11.§.vlt.D.de iniur. Sed & *ex libertinitate ingenuitatis ſe Adſerere*, ait Saturninus in l.2.§.1.D.ſi ingen.eſſe dicet.& *ex ſeruitute in libertatem Adſerere*, Impp.in l.5.C. de liber.cau. Sic *Liberali cauſa manu Adſerere*, apud Plaut.Pœnulo Act.iiij.Scen.vlt.& Act.v. Sc.ij. & in Perſa, Act.1.Sc.iij.& in Curculione, Act.ij.Sc.ij.& Terent.Adeph.Act.ij.Sc.1.Vnde autem ducta hæc ſit loquendi ratio parum inter veteres conueniſſe ex Varrone, lib. 5. de ling. Lat.& Feſto Pōpeio in verbo *Adſerere*, & in verbo *Sartor*, colligere licet. Adſerēdi autē verbū fuiſſe tam à ſeruitute in libertatem, quàm à libertate ad ſeruitutē trahentium Priſcian. lib. 18. notauit. Nam & *Adſerere in ſeruitutem*, Liuius, lib.3.& Tranquil.in Tiber. cap.2. dixere. *Adſertorémque*, idem Liuius eum qui in ſeruitutem petebat, appellat. Vt plurimum autem *Adſertorem* pro alienæ libertatis vindice accipimus: vt Donat. in Adelph. Sc. 1. Act. 2. tradit. quem à Græcis χαρπιστὴν vocari, aliàs docui. Et ita in l.vlt.C.de Adſertione toll.& apud Paulū, lib.5. Sentent.Tit.1.& Tit.33.& Martial. Epigr.1. lib.2. Quintilian.Declamat.288. Sueton.in Iulio. Tertull.lib.1.aduerſ. Marcion. hoc nomen exaudiendum eſt. Vnde *Adſertio*, Rubr. de Actione tollen.Cod.& apud Plin. lib. 10. Epiſtol. Hinc & *Adſertoriæ lites*, quibus in libertatem quis ex Seruitute ab alio vocabatur, l.vlt.C.de adſert.toll. *Adſererō ſe hereditati*.l.2.§.1. D. ſi ingenuus eſſe dic. *Adſeri cauſæ*, l.1.D.vt cauſæ.

ADSIDERE, id eſt officio Adſeſſoris fungi, l.2.l.3. & l.5.D. de offic.Adſeſſ. *Adſidere in conſilium*, l.vlt.D.eod.tit.& *in prouincia ſua*, l.37.&.l.38.D.ex quib. cauſ. maior. *Me Adſidente*, ait Vlp. l. 9. §. Ex facto, D. quod met. cau. Vnde *Adſeſſor* qui in conſilium à Magiſtratu adhibetur, Rubr.de offic.Adſeſſor.D.& de Adſeſſorib.C.l.2.D.quod quiſq; iur.l.vlt. C.de crim. ſacril. & apud Tertull.lib.ad Scapul.& Iul.Firm.lib.2.Matheſ. cap. 5. Vet. Gloſſar. *Adſeſſor eſt qui ab eo qui iudicandi habet poteſtatem adſumitur, aſſociatur, vt ſibi in cauſæ cognitione adſideat.* Adſeſſorem συγκαθεδρον appellat Modeſtinus, l.& μόνον, D.de excuſationib. Huius munus & officiū, *Adſeſſura* vocatur, l.vlt. D. de proxenet. *Adſeſſoriorum* libr. Puteolanus ſcripſerat, quos Vlpianus citat in l.12.D.de pact.Sabinum etiam in *Adſeſſorio* citat Vlpian.in l.5.§.hac lege.D.de iniur.

ADSIDVVS Verbum erat 12.Tabul.vt Cic.Topic.& Soſipater, lib.1.Inſtit.Grāmatic.docent. *Adſidua comparatio mancipiorum*, l.44.D.de vſucapionib. *Duplæ ſtipulatio*, l.quòd ſi nolit.§.quia

adſidua

adsidua, D. de ædil.edic. *Iurisdictio*, §. 1. Instit. de fideicommissar. heredit. *Permutatio pecuniæ*, §. constituitur. Instit. de vsufr. *Adsidue solent*, l. 5. D. de inoff. test.

ADSIGNARE *Ingenuitatem*, l. 8. C. de ingen. manum. *Insulam Princeps*, l. 1. §. 1. D. de off. præf. vrb. l. 7. D. de interdict. & relegat. *Modum agri*, *Venditor*, l. 5. D. si mensor. *Locum vicinus*, l. 7. D. fin. regund. *Opus*, l. 1. §. vlt. D. de pollicitat. *Parentes*, l. 22. C. de liber. cau. *Patrem*, l. 1. D. de liber. & postum. *Partem*, l. 22. §. 1. D. famil. erciſc.

Arbiter adsignare certam partem vnicuique coheredum, l. 22. §. 1. D. fam. erciſc. *Prædia*, l. 29. §. vlt. D. famil. erciſc. l. 3. C. ne vxor pro mar. l. 32. §. heredis, D. de vsu & vsufruct. *& Nomina communium debitorum, separatim, diuersa singulis, in solidum*, l. vlt. D. de distract. pignor.

ADsignare *pater prædia filio*, l. 39. §. 1. D. famil. erciſ. & *generaliter, aut specialiter*, l. 21. C. eod. tit.

ADsignare *Res*, l. 1. §. eligitur. D. de ventr. in poſſ. l. 77. D. de legat. 2. *Res Vxori*, l. 45. l. 47. §. vlt. & l. 49. §. 1. D. de legat. 3. *Vncias*, l. 87. D. de hered. inſtit.

ADsignare, pro, *Obsignare Tabulas*, & cum alio ſubſcribere, l. 127. §. Chryſogonus, D. de verb. oblig. l. 92. D. de legat. 1. l. 20. D. de auctor. & conſen. tut. l. 1. C. de ſolut. & liberat. debit. ciuit. ADsignare *Instrumento*, l. 20. D. de auctorit. & conſ. tut. Sic in priſco Lapide, *Huic donationi monumenti, sicut scriptum est, consensi, subscripsi, &* ADsignaui.

Adsignare Libertum, eſt teſtificari cuius ex Liberis libertum eum eſſe velit, l. 107. D. de verb. ſignif. Quo ſenſu verbum hoc accipiendum eſt l. 1. & toto Tit. D. de adſignand. libert. l. vlt. D. de oper. libert. l. 48. §. vlt. D. de ritu nupt. l. 1. in fi. D. de legit. tutorib. & l. 22. §. qui liberti. D. de lege Cornel. de falſ. l. 3. §. capitis, D. de bonlibert. ADsignator, l. 3. D. de adſignand. libert. ADsignatio *Liberti*, d. l. 3. D. de adſign. libert. & l. 22. §. qui liberti, D. de Leg. Corn. de falſ.

Adsignatus ager Militibus, l. 15. §. 1. D. de rei vindic. *Adsignatæ Veteranis possessiones in præmia*, l. 11. D. de Euictionib. & apud Ciceron. Philip. 5. & Epiſt. 19. & 20. lib. 11. Familiarium, Siculum Flacc. in libr. de condicionibus agror. & Frontinum in lib. de Qualitat. agror. Hygen. lib. 2. de limitibus, *Diuiſi &* ADsignati *sunt Agri, qui veteranis aliisque personis per centurias certo modo adscripti, aut dati sunt, aut redditi veteribus possessoribúsque redditi commutatique pro suis sunt.*

ADsignati *Serui*, l. 32. D. de pignorib. ADsignatæ *Res*, id eſt anulo ſignatæ, in l. 1. §. vlt. D. nautæ. caupo.

ADsignatum *Ius*, l. 1. §. vlt. D. de aqua cottid.

ADSIMVLANT Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 21. *Adsimulari bonorum possessio*, l. 4. §. Ius autem, D. de fideicomm. libert. *Adsimulatio*, l. 59. D. de condic. & demonſt.

ADSISTERE dicitur Aduocatus iis quibus Adeſt. Sic *Adsistere Vindicanti*, l. 54. D. de rei vindic. & *Reo*, l. 21. C. de Euictionib. Plin. lib. 10. Epiſt. ad Traianum, *Eumolpus Adsistens Flauio Archippo dixit*: quem Eumolpum eadem Epiſt. Aduocatum Flauij Archippi vocat.

Adsistere causæ, l. 1. C. de in lit. iur. *Defensioni causarum*, l. 1. C. vt cauſæ poſt puber. *Negotiis*, l. 1. C. vt quæ deſunt.

Adsistentibus curatoribus, virgo iniurias suas persequi, l. 7. C. ad Leg. Iul. de adult. Apuleius Apolog. 1. *Libellum dat Adolescentis nomine, & adscribit, se* ADsistere: *nouo more per alium lacessendi.*

Adsistere veritas ADlegationi, l. 1. C. ſi aduerſ. dot. & *Precibus*, l. 5. C. ſi quis alteri.

ADSOLET l. 46. D. de adquir. poſſeſſ. *vt* ADsolet, l. 61. §. locaui, D. de furtis, l. 16. D. rat. rem hab. l. 43. D. de ritu nup. *vt fieri* Adsolet, l. 12. D. ad Sc. Turpil. l. 1. §. ſed ſi præſes, D. quando app. ſit, l. vlt. D. ſi quis aliq. teſtar. *vt plerumque Adsolet*, l. 14. D. de off. præſid.

ADSPIRARE *ad fideicommissi petitionem*, l. 11. C. de fideicommiſſ. *Ad Honores*, l. 7. §. vlt. D. de interd. & releg. *Ad Iudicium*, l. 6. D. ad Leg. Cornel. de falſ. *Ad legitimam hereditatem*, Paul. lib. 4. Sent. Tit. 10. *Ad nouum magistratum*, l. 1. §. origo. D. de poſtul. *Ad successionem*, l. 3. C. de legitim. heredib. *Ad Tutelam, vel Curam*, §. minores, Inſtit. de excuſat. tutor.

ADSTRINGERE *Fidem*, l. 21. §. Imperatores, D. ad municipal. l. 1. C. de fideiuſſorib. l. 6. C. Mandati, l. 5 C. de pact. inter empt.

Adstringere se hereditariis Actionibus, l. 53. D. ad Sc. Trebell. *Inscriptionibus*, l. 10. C. de his qui accuſ. non poſſ. *Muneribus*, l. 2. D. de iure immunit.

Adstringere Necessitate, l. 23. C. de probationib. l. 13. C. de contrah. empt. & Inſtitut. de obligationib.

Adstringi Fideicommisso, l. 77. §. modo, D. de legat. 2. l. 2. C. quando dies leg. ced. *Muneribus*, l. vlt. D. de muner. & honor. l. 17. §. error. l. 26. §. mancipiis, D. de actionib. l. 17. §. vlt.

D. ad municip. *Precibus*, l. 55. §. qui fideicommissariam, D. ad Sc. Trebell. *Periculo*, l. 40. D. de administr. & peric. l. 2. C. in quib. caus. l. 7. C. de locato. & *Periculum te non* Adstringit, l. 5. C. de peric. & commod.

Adstringi, pro compelli, l. 49. D. famil. erciſc. *Adstringendæ obligationis causa*, l. 99. D. de verb. obligationib.

ADSVMERE, l. 19. C. famil. erciſc. l. 41. D. de verb. oblig.

Adsumere Arbitrum, l. 13. §. si in duos, D. de recept. & *Socium*, id est Adsciscere, l. 21. D. pro Socio.

Adsumi Curator, l. 21. §. 1. D. de appellationib. *in Collegia*, l. 1. §. quibusdam, D. de iure immunit. *In Consilium*, l. 30. D. de excusat. tut. *Miles*, l. 88. §. 1. D. de adquir. vel omitt. *Obstetrices*, l. 1. D. de inspic. vent. *Tutor*, l. 53. D. de administr. & peric.

Adsumpto actu, l. 225. D. de verborum signif.

Adsumptio, pro demonstratione addita nomini, l. 48. §. 1. D. de heredib. instit.

Adsumptio Originis, l. 6. D. ad municipalem.

ADTEMPTARE *Annonam*, l. 6. D. de Extraordin. criminib. *Honorem, Ornamentáque*, l. 15. §. adiicitur, D. de Iniuriis. & *Pudicitiam*, l. 15. §. appellare, D. eod. tit.

Adtemptari Pudicitia, l. 1. §. 1. D. de Iniuriis, dicitur, cùm id agitur, vt ex pudico pudicáve, impudicus, impudicáve fiat, l. 10. D. eodem tit.

ADTRIBVERE *Nomina*, l. 3. D. famil. erciſc. Vnde Adtributio *Nominum*, apud Cicero. Epist. ad Attic. lib. 16. & lib. 16. Familiar.

Adtributum vsibus mulieris, l. 45. & l. 49. §. vlt. D. de legat. 3.

ADTRIVIT *Vestimenta*, l. 10. D. de iure dotium. *Adtrita vestis*, l. 9. §. vlt. D. vsufructuar. quemadm. cau. Adtriti *negotiationibus*, l. 10. D. qui & à quib.

ADVEHERE *In vsus*, l. 4. §. 2. D. de publican.

ADVENA, ait Pompon. in l. 239. §. aduena D. de verbor. signif. est is quem Græci ἄποικον appellant. Sic Aduena *mercator*, in l. 1. §. 19. D. de iudic. Anselmus Cantuarien. in cap. 2. Epist. ad Ephes. *Aduenæ dicuntur, qui cùm non sint indigenæ, morantur tamen in loco vnde non sunt indigenæ.*

ADVENIRE *Dies*, l. 5. D. de Nouationib. l. 9. §. si seruus, D. de heredib. instit.

Aduenire Successor, l. 17. D. de offic. præsid. Aduenire *in Ciuitatem*, l. 7. D. de offic. proconsul.

Aduentus Officiorum, vel Milites, l. 6. §. ne tenuiores, D. de offic. præsid. Aduentus *Proconsulis in prouinciam*, l. 4. §. antequam, D. de off. proconsul. & *Successoris*, l. 10. D. eodem tit. *Aduentu suo*, l. 4. §. si quis D. vi bonorum rapt.

ADVENTICIA dos dicitur, quæ à quouis alio quàm parente, qui in potestate habet, data est. Vlpian. lib. Regular. Tit. 6. l. 5. §. si pater, D. de iure dot. l. vnica, §. & vt plenius, D. de rei vxor. act. l. 4. C. de collationib. Glossarium Græcum, Aduenticium λέγεται, ἡ προῖξ παρὰ ἐξοπικὸν μὲν χεωστομένη, δεδομένη τινί. *Aduenticia Pecunia*, apud Cicer. lib. 2. de Inuentio.

Aduenticium ius, l. 16. D. de Castr. pecul. *Lucrum*, l. 41. D. de diuers. reg. iur. l. 4. in prin. D. de manumissionib. *Aduenticium*, in l. 28. D. de reb. auct. iud. possid. quod filio extrinsecus non per patrem obuenit. vt & *Aduenticium peculium*, quod ab extraneis, cognatísve profectum est. Quo in genere sunt maternæ, materníve generis hereditates, amicorum item legata, & lucra nuptialia, l. 6. & 8. C. de bon. quæ liber. Vetus Glossar. *Aduenticium*, λέγεται τὸ κληθὲν πρᾶγμα ὑπ' ὑπεξουσίου χρεὶς παρικῶν πραγμάτων, καὶ ἔχει τὸς καρπὸς ὁ πατὴρ, τὴν δὲ δεσποτίαν ὁ ὑπεξούσιος.

ADVERSA *Fortuna*, l. 83. §. sacram, D. de verbor. obligat. l. 8. D. de pollicitationib. *Pars*, l. 1. C. si aduers. dot. l. 6. C. de pact. quæ aliâs, *Diuersa Pars. Tempestas*, l. 6. D. de L. Rod. & l. vlt. §. prætor. D. de publican. & vectig. *Valetudo corporis*, l. 17. D. qui test. fac. poss. l. 10. §. vlt. D. de excusationib. l. 13. D. de tutel. l. 53. §. pœnam, D. de re iudica. Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 4. *Voluntas Testatoris*, id est Contraria, l. 6. §. Vicarij, D. de pecul. lega.

Aduersus Casus, l. 1. D. ex quib. caus. maior. *Euentus*, l. 3. §. sufficit, D. de cont. tut.

Aduersa medicamenta, l. 3. D. de extraord. cognit.

Aduersarius, cum quo agitur, l. 9. D. de exceptionib. l. 1. D. de feriis, l. 1. D. qui satisd. cog. & apud Cicer. pro Cluent. & Horat. lib. Sermon. is nimirum qui contra nos in iudicio stat, quo cum nobis res est. Græci ἀντιδικὸν vocant. Aduersaria *tua*, l. 14. C. de procuratorib. Aduersaria *valetudo*, l. 23. D. Mandati.

Aduersatur voluntas, l. 9. & l. 13. D. de tutorib. dandis. *Aduersatur huic sententiæ Rescriptum*, l. 6. §. sicut. D. de pecul. leg.

ADVERSVS *Edictum*, vel *Legem* feciſſe propriè dicitur qui vetante lege, vel Edicto, fecit, l.102. D. de diuerſ. reg. iur. l. vlt. D. ne quid in loco publ. Qui item non facit quod facere debet, videtur *facere Aduerſus ea quæ non facit*, l.121. D. de diuerſ. reg. Et ita, *Aduerſus Sententiam arbitri fit*, ſi ab eo à quo Arbiter peti vetuit, vel à fideiuſſore eius petatur, l. 32. D. de recept. qui arbitr.

Aduerſus dictum promiſſúmve facere, videntur, qui quod adſeuerarũt non præſtant, l. 17. §. vlt. D. de ædil. edic.

Facere *Aduerſus Decretum*, l. vlt. D. de decret. ab ord. *Edictum Prætoris*, l. 16. D. de oper. no. nunt. *Senatuſconſultum*, l. 51. D. de contrah. empt. *Voluntatem Teſtatoris*, l. 37. & l. 38. §. fundum, D. de legat. 3. *Aduerſus præcepta legum coire*, Inſtit. de Nuptiis. *Aduerſus calliditatem prouocare*, l. 1. D. quando appell. ſit. *Aduerſus omnes cognoſcere*, l. 1. §. ſed etſi, D. de extraord. cognit. & *Interrumpi Poſſeßio*, l. 5. D. de vſurpationib.

Aduerſus heredes experiri, l. 24. §. vlt. D. de appellationib.

Aduerſus Sententiam appellare & prouocare, l. 18. D. de Accuſationib. *Aduerſus aliquem iurare*, l. 11. §. vlt. D. de iureiur.

Aduerſus, etiam quandoque idem valet quod erga, vt Paul. ex Feſto lib. 1. notat. Sic apud Cicer. lib. 1. de Natura deor. *Pietas aduerſus Deos*. Seneca Epiſt. 94. *Multos inueni æquos aduerſus homines, aduerſus neminem*, Sic *Aduerſus aliquos adquieſcere Sententiæ*, l. 3. D. de appellat. id eſt vt vulgo loquimur, *Pro eorum reſpectu*.

Aduerſus Tabulas Bonorum poſſeßio, Vlp. Tit. vlt. Regularum, id eſt ſecundum. Sic & *Aduerſus eos*, id eſt erga, l. 4. D. de ſuis & legitim.

ADVIVERE, l. 30. §. Teſtamento, D. de teſtam. milit. & l. 28. §. Teſtamento, D. de libera. leg. l. 30. D. de adimend. legat.

ADVLTER eſt, *qui alienam matremfamilias corrumpit*, vt loquitur l. 225. D. de verb. ſignif.

Adulterium enim in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum compoſito nomine: vel, vt Feſtus lib. 1. tradit, ex eo quòd ad alterius torum accedatur. Stuprum verò in virginem vel viduam cõmittitur. Sed his verbis Lex Iulia de adulteriis promiſcuè vtebatur, l. 101. D. de verb. ſignificat, l. 6. §. 1. l. 34. D. ad Leg. Iul. de adul. Græci Adulterium μοιχείαν, Stuprum φθορὰν vocant. Ioſeph. lib. 2. contra Appio. ἐπὶ μοιχείας μὲν ζημίας ἔγραψαν, ἐπὶ φθορᾶς δὲ, γάμους νομοθετήσαντες.

Adulterare Nouercam, l. 5. D. de lege Pomp. *Adulterata Vxor viri lenocinio*, l. 47. D. ſoluto matrim. *in Adulterio Semproniæ damnatus*, l. 13. D. de his quæ vt indign. *in Adulterio occidere*, l. 24. D. ad L. Iul. de Adulter.

Adulterare etiam omne omnino quod ſincerum eſt corrumpere ſignific. Sic *Adulterare Nummos*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 25. *Rationes*, l. 1. §. vlt. D. de ſeruo corrup. *Adulteratores Monetæ*, l. 16. §. vlt. D. de pœnis. l. 1. de conlat. ær. in C. Th.

Adulterina Moneta. l. 6. §. 1. D. ad L. Iul. pecul. l. 2. C. quib. ex cauſ. ſerui, l. 1. C. de falſ. mon. & lib. 5. Sent. Tit 25. *Adulter nũmus*, apud Apuleiũ lib. 10. de Aſino aur. *Adulter ſolidorũ*, l. 5. de fal.

Adulterinæ ſtateræ, l. 6. §. vlt. D. de Extraordin. crim. & *Clauos portarum*, apud Salluſt. in bello Iugurth.

Adulterinum Signum, l. 30. D. de lege Corn. de falſ. & apud Ciceronem pro Cluentio. *Teſtamentum*, l. 11. D. de lege Corn. de falſ.

ΑΔΥΝΑΤΟΣ *Condicio*, l. 104. §. 1. D. de lega. 1. & l. 20. D. de condic. Inſtit. id eſt, impoſſibilis.

ADVOCATI, vt & Aſconius in Diuinatio. admonet, olim dicebantur quicunque vel ius ſuggerebant, vel amico ſuo præſentiam commodabant, vt apud Plaut. in Pœnulo. Varro lib. 2. de re Ruſtic. cap. 5. *Veni mi Aduocatus, dum aſſes ſoluo Palilibus, ſi poſtea à me repetant, vt teſtimonium perhibere poßis*. Ita Cicero pro Cæcinna Aduocatos appellat eos, quos ad prędij poſſeſſionem adprehendendam, vt eorum præſidio ab aduerſarij omni iniuria tutus eſſet, Cæcinna ſecum duxerat. Sic apud Liuium lib. 2. *Aduocatis ſe adiuuantibus repulſos*, & lib. 3. *Aduocatos circunſtantes*. Tertullianum in lib. de Idololatr. *Signatæ ſignis iam non Aduocatorum, ſed Angelorum*. Vlpianus verò in l. 1. §. Aduocatos, D. de extr. cognit. Aduocatos accipiendos ait omnes omnino qui agendis cauſis quoquo ſtudio operãtur: qui Aduocationem præbere & præſtare dicuntur.

Aduocatus Fieri, l. 3. D. de his quæ in teſtam. delent, l. 3. §. Diuus, & l. 8. D. de iure fiſci, toto Titulo de Aduocato fiſci Cod. & apud Eutropium lib. 7.

Aduocatio Cæſarienſis, l. 30. C. de pact. *Prætoriana*, l. 8. C. de Aduocat. diuerſor. iudic. & *Togatorum*, apud Cicero. pro Cæcinna, & Quintilianum lib. 5.

ADVOCATIONEM *Præbere* dicitur Patronus, seu Causidicus, l. vlt. D. de inoff. test. & *Præstare*, l. 14. §. si patroni, D. de bon. libertor. l. 6. D. de postulan. l. 23. §. vlt. D. ex quib. caus. maior. l. 6. D. de postul. *Suscipere*, l. 9. §. vlt. D. de off. procons. vnde, *Aduocatio Suscepta*, l. 12. D. de iurisdictio. om. iud.

Aduocationes postulare, l. 20. D. ex quib. caus. maior. Cic. Epist. 11. lib. 7. Famil. *Ego omnibus vnde petitur hoc consilium dedi, vt à singulis interregibus binas* Aduocationes *postulant*, Seneca in libello de morte Claudij, *Tandem procedit Petronius vetus conuictor eius, & postulat* Aduocationem. *Petere*, Seneca in Proœmio, lib. 3. Controuers. *Tanta illi perturbatio fuit, vt* Aduocationem *peteret*. Idem lib. 1. de Ira. *Deinde aduocationem sibi petit, vt excutiendæ veritati spatium habeat*. Ac planè Senatus, Prætor & Præsides postulantibus aduocatos dabant, l. 1. D. de postul. l. 9. §. obseruare, D. de offic. Præsid. l. 9. §. Aduocatos, D. de offic. Procon. Plin. Epist. 3. lib. 10. *Varenum quem nuper aduersus Bassum* Aduocatum *& postularant & acceperant*. Idémque Epist. 11. lib. 2. Se & *Cornelium Tacitum adesse prouincialibus iussos*, narrat. Ex quo iocus ille apud Cicer. lib. 2. de Orator. de quodam Siculo, cui cùm Prætor Scipio patronum causæ dedisset hospitem suum, hominem nobilem sed admodũ stultum, *Quæso*, inquit ille, *Prætor, aduersario meo da istum patronum: deinde neminem mihi dederis*.

Aduocationis officium, l. 58. D. de rei vindica. & apud Plinium Epist. 18. lib. 6.

Aduocationibus interdicere, l. 1. §. vlt. D. de off. præf. vrbi, l. 6. §. vlt. D. mandati, l. 9. D. de pœnis, l. 8. D. de postul. l. 3. D. de Decurionib. l. 1. C. de his qui in exil. dat. lib. 10. Quam pœnam Epicteto causidico irrogatam, quòd incauto sermone virum omnibus probatum perstrinxisset, Symmachus, Epist. 19. lib. 5. & 28. lib. 9. refert. Illic enim *Togæ forensis honore priuatum*, hîc vero, *carere foro, & inconsultæ linguæ pretium tulisse* ait.

Ob Aduocationem *instruendam*, l. 1. D. de leg. Corn. de fals. *Ad litem instruendam* Aduocatione, l. 20. D. eod. tit. *Aduocationes infidæ*, l. 16. D. de pœnis.

Iuncta Aduocatio, apud Plinium, Epist. 11. lib. 2. *Rogari in* Aduocationem, apud eundem, Epist. 20. lib. 8. Idem etiam, Epist. 8. lib. 5. Forensia verba esse ait, Aduocandi *veniam petere*.

ÆDIVM appellatio tam ad Rusticas, quàm ad Vrbanas pertinet, l. 41. §. sed si quis ad opus, D. de legat. 1. Secundum hoc, in eo 12. Tab. capite, quo de incendiariis agebatur & in interdicto de Cloacis, Ædium appellatione omnes species ædificij cõtineri traditur, l. 9. D. de incẽd. ruin. l. in princ. §. deinde ait, D. de cloacis. Sed & in interdicto Vti possidetis, verba hæc Prætoris, *Vti eas Ædes*, ad omnes res soli quę possideri possunt, interpretatione trahuntur, l. 1. in pr. & §. vlt. D. vti possidetis. In vsu tamen vrbana ædificia, *Ædes*, Rustica, *Villas*, appellari, ait l. 21. D. de verb. signif. Quanquam & in Censu, Villas omnes, *Ædes* appellatas, Varro lib. 4. de lingua Lat. scribit.

Ædes autem duobus rebus constant, *Area* seu *Solo*, & *Superficie*, l. 23. D. de vsurpat. Vnde *Ædium pars* esse dicitur *Solũ*, l. 49. D. de rei vind. vt & *Pars Domus*, l. 21. D. de pigner. act. l. areæ, D. de legat. 2. Vnde qui fundum, *Excepto Ædificio*, legat, non de Superficie tantùm, sed de Solo cogitasse intelligitur, sine quo ædificium stare non potest. l. 81. §. qui fundum, D. de legat. 1.

Ædium sunt quæ perpetui vsus causa parata sunt, licet quandoque tollantur. Stratura itaque loci alicuius ex tabulis factis, quæ æstate tollerentur, & hyeme ponerentur, *Ædium* est, l. 242. §. vlt. D. de verbor. signific. Prothyrum quoque quod in ædibus fieri solet, *Ædium* est, l. 245. D. de verbor. signific. vt & Plumbum quod tegulis ponitur: aliter atque de eo dicendũ sit, quòd hypæthij tegendi causa poneretur, d. l. 242. §. plumbum.

Ædibus distractis vel legatis ea esse Ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium vel propter ædes habentur, perpetuíque vsus causa in ædificiis sunt, qualia sunt quæ enumerantur in l. 14. l. 15. §. vlt. l. 17. in prin. & §. quæ tabulæ, & §. Labeo, cum sequ. & l. 18. D. de actionib. empt. *Ædium* quoque habentur ea omnia quæ iis connexa, vincta, iuncta fixáque sunt, l. 41. §. item hoc, D. de legat. 1. l. 52. §. sed bibliothecam, D. de legat. 3. l. 59. D. de rei vindic. *Ædium* sunt de ædibus deposita tigna ea mente vt reponantur. l. 83. §. sacram. D. de verb. obligat. *Ædium* in libris nostris hæc Adiuncta reperiuntur: Ædes *Vnæ, Binæ, Vicinæ, Ruinosæ, Vitiosæ, Incolumes, Integræ, Communes, ad Aream redactæ*. Sic *Ædes binæ, vna contignatione tectæ*, l. 36. D. de seruit. rust. pręd.

ÆDIS appellatione Ædes sacra intelligenda est in l. 1. §. si pecunia, D. de pos. l. 4. §. penult. D. fam. ercisc. l. 5. §. eodem, l. 31. §. vlt. D. de donat. l. cùm heres, D. de statuliber. l. Ait prætor, D. de minorib. Theophilus in §. prætorum, Instit. de iure nat. gent. & ciu. Ædes, ait, οἱ ναοὶ dicuntur. In hanc tamen sententiam plerumque adiungitur verbum *Sacra*, vt in l. 7. D. de minorib. l. vlt. D. de tabul. exhib. & l. 75. D. de procuratorib. l. 39. §. vlt. D. de legat. 1. l. 38. §. 1. D. de aur. argent. & l. 77. §. donationis, D. de obligat. & action. l. 22. §. qui ędem, D. Mandati, l. 73. D. de contrah. empt. l. 5. §. proinde, D. de donat. inter vir. l. 5. D. ad L. Iul. peculat.

Ædes sacræ, D.ad L.Iul.pecul.& l.19.§.1.D.de legat.1.in quibus depositas plerunque fuisse Res priuatorum & pecunias,ex supradictis locis apparet.

Ædes publica,l.5.§.proinde,D.de donat.inter vir.*Ædiculæ*,l.9.D.ad L.Iul.pecul.

ÆDIFICARE *domum*,l.4.l.73.& l.75.§.qui id,D.de verbor.obligat.*Nauem*,l.46.§.quod à præside,D.de iure fis.l.6.D.de rei vind.*Opus*,l.15.§.hoc interdictum, D. quod vi, aut clam. *Parietem*,l.52.§.item Mela,D.pro soc.

Ædificare in Edicto de mortuo inferendo, intelligitur non solùm qui nouum opus molitur, verùm is quoque qui vult reficere,l.1.§.penult.D.de mort.inferē. *Ædificari templum*,l.35. D.de liber.cau.

Ædificator diligens,l.137.§.item qui,D.de verbor.oblig.*Ædificatio*,l.1.§.hoc autem,D.de oper. nou.nun.

ÆDIFICIVM *exstruere*,l.14.D.de dol.mal.except.*Inchoatū consummare*,l.61.§.1.D. de vsufruct.*Positum in Area*,l.5.§.areæ.D.quib.mod.

Ædificij portio, sunt adhærentia muro armaria,vel adfixa.l.52.§.sed si,D. de leg.3. *Ædificio* inserta & inclusa *Pars* eius esse existimantur,l.28.§. vlt. D. de act. empt. *Ædificiis* alienis conexa quandiu iuncta manent eorundem *Ædificiorum sunt*,l.59.D.de rei vindicat.

ÆDILES duo initio ex plebe constituti sunt qui ædibus præessent,in quibus omnia scita sua plebs deferebat.Vnde nomen eos habuisse apparet,l.2.§.iisdem temporib.D.de orig.iur. His deinde alij duo ex numero Patrū additi sunt qui curules dicti sunt.In cuius nominis Etymologia non satis videtur conuenire inter Varro. Fest. Pompeium & alios.Varronis certè opinionem sequutus est Theophilus in §.prætorū Institutionib.de iur.natur. Postremò duos Cęsar Ædiles qui frumēto præessent adiecit,qui à Cerere Cereales appellati sunt,vt Dio.lib. 42.& Pompo.in eadem l.2.§.deinde Cornelius scribunt.Ita sex in vrbe ad extremum ædiles fuere.Ædiles autem Curules Edicta proponebāt. d. §. prętorum.Ex quibus vnum pręcipuè veterum scriptis commendatum habemus,quod de venditionibus morbosorū,vitiosorumq; mancipiorū animaliúmq; cōceptū est:toto Tit.de Ædilic.edi.l.31.D.de pactis,l.32.D.de euictio. Cuius & Cic.3.Offic.& Agellius lib.4.cap.2.meminere. Hinc *Ædiliciæ actiones*,quæ ex eo Ædilium edicto oriuntur:quales sunt *Redhibitoria*,& *Æstimatoria*: *Quāti minoris* & *Actio quod aduersus dictum promißúmve fit*.Tit.de Ædiliciis action.C.l.23.§.hæ actiones, l.44. §.1. & §.vlt.l. 47.D de Ædicilio edicto.l.2.D.de diuers.tempor. l.31.§.si vir vxori in fine,D.de donat. inter vir. *Ædiciliæ Stipulationes* quæ ad eandem causam pertinent, & ex Ædilium iurisdictione veniunt,l.5.§.prætorię,D.de verb.oblig.Instit. de diuisio. stipulatio.& ibi.Theoph.Eiusmodi est Duplæ stipulatio quæ ab Ædilium Edicto venit,d.l.5.§.communes.

Erant & in Municipiis Ædiles,l.30.§.1.D.de decurionib.vt plenius,lib.3.Select. Antiquit. comprobaui.Proinde *Ædilitatem*,*Curiæ dignitatem* appellat Imp.l.vlt.si seruus aut libert.ad decur.lib.10.C.*Ædiles* porrò Papinianus ἀστυνόμους in l.3.D. de via publica,Dio verò vbique ἀγορανόμους vocat.

ÆDITVVS, in l.77.§. donationis, D.de legat.2.l.3.§.si tabulæ,D.de tabul.exhib.l.9. D.ad L.Iul.pecular.Ædituos autem dictos eos qui ædes tuerentur,ait Vlp.in l.1.D. de tutel. & Iustin.Institut. eod. tit. & Theophilus ibidem, οἱ ἱερεῖς οἱ τινες τῶν ναῶν ἀσφαλίζονται. Vlpiano planè consentiens Agellius à tuendis ædibus Æditimū olim, postea Æditimum appellatum tradit,lib.12.cap.10.Hierophilacum vocare videtur Scæuola in l.20.§. vlt. D. de annu. leg.

ÆGER corpore, l.27. C. de transact. *Ægra Mulier*,l.3. D. si quis aliq. test. prohib. *Ægra valetudo*,l.13.D.ad municipal.*Ægritudo corporum*, l.1. D. de decretis, & l.3. C. qui testamenta. *Ægritudinis vis* in Lege Dei.Tit.3.

ÆLIA *Sentia Lex*,ab Ælio Sentio Saturnino Augusti temporibus lata,plura capita complectebatur,vt ex Vlpiano,Tit.1.Regular.& Iustian.Instit.Tit.quib.ex caus. manumitt.& ex l.15. D.de iure patron.l.7.& l.8.& l.21.l.29.& l.vlt.D.qui & à quib.l.1.C.qui manumitt.non poss. l.57.l.60.&l.83.D.de hered.instit.l.16.D.de man.vind.l.15.D.de iure pat.patet. Significabatur hęc lex his notis A.S.quæ tamen malè interpretata in libris Notarum leguntur.

ÆLIVS *Gallus* libros de verborum quæ ad ius pertinent significatione scripserat,ex quorū primo delibata est l.157.D.de verbor.signific.Citātur hi libri ab Agellio,lib.16.cap.5. & Macrobio,lib.6.Saturnal.cap.8. apud quos tamen vulgò perperam, *Cæcilius Gallus* scribitur. At Festus Pomp.horum librorum primum & secūdum laudans,in verbo *Postliminium*, citat hoc titulo,Gallus Ælius lib.1. *Significationum quæ ad ius pertinent*,& in voce *Reus* & *Saltum*, lib.2.significat.quæ ad ius pertin.& in voce *Torrens*,Ælius Gallus lib.2.quæ ad ius pertin.

ÆLIVS *Martianus*,I.C. ex cuius *Institutionum* lib.16.*Regularum*,quinque,& *de Appellationibus*,

duobus, totidem *Publicorum iudiciorum*, seu, *de Publicis iudiciis*, & ex libris singular. *de Delatoribus*, *Ad hypothecariam formulam*, *ad Senatusc. Turpil.* complura in Pandectis capita desumpta sunt.

ÆLIVS Tubero Iurisconsultus & philosophus dicitur ab Agellio lib. 1. cap. 22. Meminit eius Pompon. in l. 2. D. de orig. iur. in qua Q. Tubero Stoicus, & Q. Tubero Pāsæ Auditor memorantur. Citatur porrò Tubero in l. 29. D. de legat. 3. l. 72. D. de verbor. oblig. l. 5. D. de pecul. l. 2. D. de vsu & habit. l. 32. D. de auro arg. & aliquot aliis Pandectarum locis.

ÆMILIVS MACER, I. C. duos, *De re militari*, libros, totidem *Publicorum Iudiciorum*, seu *De publicis Iudiciis*, totidem de *Officio Præsidis*, Item ad *Legem Vicesimam hereditatum*, & de *Appellationibus* scripserat; vnde plurima legum capita sumpta: quem Vlpiano posteriorem fuisse argumento est quod in l. 5. D. qui satisd. cogan. & in l. 68. D. ad L. Falcid. Vlpianum laudat.

ÆMILIVM Papinianum Libellos egisse, Præfecturam Prætorianam gessisse, Antonini Caracallæ temporibus apparet ex l. 12. D. de distract. pignor. l. 40. D. de reb. credit. De eo vide Spartian. in Caracalla. *Is Prudentissimus vir*, appellatur ab Impp. in l. 12. C. de legat. l. 16. C. de fideicommiss. & *Acutissimi ingenij vir*, in l. 30. C. de fideicommiss. Eiusdem responsum precibus insertum habemus, l. 23. C. de legat.

AENVM, *quod supra focum pendet, in quo aqua ad potandum calefit*, l. 18. §. asinam, D. de instr. vel instr. & in quo Sapa coquebatur & defrutum fiebat, & aqua ad bibēdum lauandámque familiam parabatur, l. 12. §. si aliqua, D. de instr. vel instrumen. *Aënum in quo olea calida lauatur*, l. 19. §. illud, D. loca. *Aënum lateribus circumstructum*, in l. 38. §. vlt. D. de actio. empt. craterem significat quo aqua ex fistulis ducta excipiebatur.

ÆQVVM EST *Bonæ fidei emptori, alterius dolum non nocere*, l. 37. D. de actionib. empti. *Non prius exolui quod debere te constiterit, æquum est, quàm petitioni mutuæ responsum fuerit*, l. 1. C. rer. amot. & l. 6. C. de compensationib. *Aequum est vt cuius participat lucrum, participet & damnum*, l. 52. D. pro socio. *Aequum est Tutorem ex delicto suo teneri, non Pupillum*, l. 2. D. de tab. exhib. *Licet alioquin Æquum videtur non oportere cuiquam plus damni per seruum euenire quàm quanti ipse seruus sit, multo tamen æquius esse nemini officium suum quod eius cum quo contraxerit, non etiam sui commodi causa susceperit damnosum esse*, l. 61. §. quod verò, D. de furtis. *Longè Aequum est ex eo quod perfidè gestum est Actorem nihil consequi*, l. 48. §. Labeo quoque, D. de doli except. *Defendi vxores à viris, non viros ab vxore Aequum est*, l. 2. D. de iniur. *Aequum est Argentarium edere rationem*, l. 4. D. de edendo. *Aequum est eum qui negotia gessit, actus sui rationem reddere*, l. 2. D. de neg. gest. *Aequum est aduersarium non decipi*, l. 23. D. de administr. & peric. *Aequum visum est Senatum vice Populi consuli*, §. Senatusconsultum. Institutionib. de iure naturali. *Aequum Aedilibus visum*, l. 44. §. 1. D. de Aedilic. edict.

Aequissimum videtur eum qui acturus est edere actionem, vt proinde sciat Reus vtrum cedere an contendere vltra debeat, l. 1. in prin. D. de eden. *Aequissimum visum est Creditorem ita agere rem Debitoris vt suam ageret*, l. 1. §. vlt. D. de solut. *Aequissimum fuit Partui consuli*, l. 1. §. etiam, D. de ventr. in poss. mitt. & *Vi deiecto subuenire*, l. 1. D. de vi & vi arm. *Aequissimum visum est, omnes filios matri præferri, etiamsi per adoptionem in familiam relicti essent*, l. 5. D. ad Sc. Tertyll. *Aequissimum Prætori visum est vnumquemque non sibi ipsum ius dicere occupatis legatis, sed ab Herede petere*, l. 1. D. quod legatorum, *Aequissimum putauit Prætor, dolum eius coërceri qui impedit aliquem iudicio sisti*, l. 1. D. de eo per quem fact. erit. *Aequissimum ordinem secutus Prætor*, l. 2. D. de bonor. poss. cont. tab. *Aequissimum est, in eum qui de Alimentis transegit, repetitionem dari, in id quod locupletior factus est: Non enim debet ex alieno damno esse locuples*, l. 8. §. si quis de alimentis, D. de transactionib.

Alia quæ Æqua censentur, vide l. 10. §. 1. D. de pactis, l. 3. §. si quis, D. ad exhib. l. 1. D. de feriis, l. 65. D. de rei vind. l. 6. D. de magistr. conuen. l. 11. D. de vsuris, l. 3. §. si quis noxali, D. ad exhib. l. 16. D. de in diem addict. l. 6. §. 1. D. de reb. auct. iud. l. 21. §. vlt. D. de appellat. l. 53. D. de legat. 2. l. 13. in prin. & §. vlt. D. de bonor. poss. cont. tab. l. 1. D. de libell. dimissor. l. 2. C. quor. appellatio. l. 14. §. sed |etsi quis, D. de pecun. constit. l. 2. D. de re iud. Alia quæ Æquissima videntur habemus in l. 3. §. 11. & l. 14. §. 1. D. de recept. qui arbitr. l. 11. D. de damn. infec. l. 1. §. his igitur, D. de postulando, l. 3. §. idem erit, D. de suspect. tutorib. l. 16. §. vlt. in fine, & l. 17. D. de vsufruc. l. 50. D. ad Sc. Tertyll. l. 2. §. vlt. D. quod cum eo. & l. 13. §. item si quis, & l. 37. D. de heredit. petit. l. 7. §. belliss imè, D. quod vi aut clam. l. 4. §. proinde, D. de fideicomm. libert. l. 6. §. si fisco, & l. 22. §. sed enim, D. ad Sc. Trebell. l. 7. §. hoc amplius, D. de legat. præst. l. 11. D. ad exhibend. l. 3. §. si executor, D. de neg. gest. l. 13. §. sed si inter, D. de vsufructu, l. 1. D. si a paren. quis, l. 26. §. Item, & l. 28. §. vlt. D. ex quib. caus. maior, l. 5. §. si Titio D. vt in possess. legat. & in Lege Dei, Tit. 16.

E contrario

E contrario quædam ſunt quæ Æqua non videntur: veluti, *Aequum non eſt, Abſentem Reipubl. cauſa inter reos referri dum Reipub. operatur*, l. 15. §. 1. D. ad Leg. Iul. de adulter. *Virilibus officiis fungi mulieres*, l. 2. D. ad Sc. Velleian. *Dolum ſuum quemquam releuare*, l. 63. §. tempus, D. pro ſocio. *Fideiuſſori Minoris in necem Creditoris ſubueniri*, l. 13. D. de minorib. *Inuitum ſuo pretio Res ſuas vendere*, l. 9. D. de actione rer. amotar. *Virum ob facinus ſuum, Dotem lucrifacere*, l. 10. D. ſoluto matrim. *Haberi honorem ei qui ancillam proſtituit*, l. 10. §. 1. D. de in ius voc. *Minimè Æquum eſt Decuriones ciuibus ſuis vilius quàm exigit Annona vendere*, l. vlt. §. vlt. D. ad L. Iul. de annona.

Alia præterea quæ Æqua non cenſentur vide in l. 25. D. de pigner. actio. l. 41. §. 1. D. de iure dotium, l. 44. D. ad Sc. Trebell.

Aequum ac Bonum, l. 11. D. de iuſtit. & iur. & apud Cicer. in Orat. pro Cæcina & Salluſtium in Bello Iugurthino. Sic, *Ex Æquo & Bono rationem reddere*, l. 22. D. de manum. teſtam. Interdum autem *Æquum Bono*, præponitur, vt in locis quos modo adduxi: Interdum verò, *Bonum Æquo*. Sic Ius *Boni & Æqui ars definitur*, l. 1. D. de iuſtit. & iure. *Ex Bono & Æquo Exceptio adcommodari*, l. 2. §. ſi quis tamen, D. ſi quis caution. *Bonum & Æquum eſt pecuniam meam quæ ad te peruenit mihi à te reddi*, l. 32. D. de reb. cred. *Deſiit Bonum & Æquum eſſe condemnari eum qui æſtimationem præſtitit*, l. 34. D. de obligat. & actionib. *In contractibus qui conſenſu fiunt, alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex Bono & Æquo præſtare oportet*, l. 2. D. de oblig. & actionib. & Inſtit. de conſenſu oblig. *Ex Bono & Æquo defendendi poteſtas datur*, l. 30. D. de noxalib. actio. In *Bonum & Æquum concepta actio*, l. 10. D. de Sepul. viol. Ita, *In quantum ex Bono & Æquo res patitur*, l. 1. D. quod cum eo. Interdum *Æquius Melius*, vt apud Cic. pro Roſcio Comœdo, & in Topic. Aliâs *Melius Æquius*, l. 66. §. vlt. D. ſol. matrim. l. 82. D. de Solutionib. & apud Cicero. lib. 3. Officior.

Plerumque autem Æquum Bono vel contrà, Bonum Æquo, cum copula iungitur. Nonnumquam tamen ἀσυνδέτως ponuntur. vt in Edicto Ædilium, *Quanti Bonum Æquum Iudici videbitur*, l. 42. D. de ædilic. edic.

Æquum autem & *Bonum*, Summo Iuri (quod veteres ſummam plerumque eſſe iniuriam dicebant) opponitur. Cic. pro Cæcina, *Si contrà verbis & litteris & vt dici ſolet, Summo iure contenditur, ſolent eiuſmodi iniquitati, Æqui & Boni nomen dignitatémque opponere*. Ibidémque *ab verbo & ab ſcripto plurimis in rebus Æqui Boníque ratione eſſe ſeiunctam*. Sic *Licet ſubtilitas iuris refragari videtur, attamen voluntas Teſtatoris ex Bono & Æquo tuebitur*, l. 17. D. de Iniuſt. rup. Salluſt. in bello Iugurth. *Fit reus ex Æquo Bonóque, magis quàm ex Iure gentium*. Quintilianus lib. 4. Eſt *aliquid Æquum, ſed prohibitum iure, vt libertas Teſtamentorum*.

Sic *Æquitas Stricto Iuri* opponitur, l. 2. §. quamquam, D. de aq. & aq. pluu. Donatus in Adelph. Terent. Act. 1. Sc. 1. *Inter Ius & Æquitatem hoc intereſt: Ius eſt, quod omnia recta & inflexibilia exigit. Æquitas eſt, quæ de iure multum remittit*. Seneca Controuerſia 4. lib. 7. *Albutius non Iuris fecit illam quæſtionem, ſed Æquitatis*. Symmach. Epiſt. 52. lib. 10. *In pleriſque cauſis, alterum iure, alterum æquitate, niti*, ait. Seneca tamen Controuer. 5. lib. 2. *In Æquitatis tractationem cadere ait, etiam quæ Iuris ſunt*. & Cicero pro Cæcina Aquilium Gallum, hoc nomine laudat, quòd Iuris ciuilis rationem nunquam ab Æquitate ſeiunxiſſet.

Æquitas Actionis Iniuriarum, l. 11. §. 1. D. de iniuriis. *Arbitri*, l. vlt. D. Rem pup. ſalu. fo. *Compenſationis*, l. 15. D. de his quæ vt indign. l. 1. C. rer. amotar. l. 6. C. de compenſat. *Æquitas quæ merum ius Compenſationis inducit*, l. 36. D. de adminiſtr. tutor. l. 4. C. de compenſation. *Conuentionis*, l. 95. §. naturalis, D. de ſolutionib. *Defenſionis*, l. 12. D. de doli except. *Deſiderij*, l. 85. §. vlt. D. de diuerſ. regul. *Diuiſionis*, l. 7. D. de fideiuſſor. tut. *Edicti*, l. 1. D. quod falſ. tut. *Exceptionis*, l. 36. D. de tranſact. *Exhibitionis*, l. 3. §. interdum, D. ad exhib. l. 7. C. eod. tit. *Fideicommiſſi*, l. 80. D. ad Sc. Trebell. *Funeraria*, l. 14. §. iudicem, D. de religioſ. *Iuris*, l. 6. D. de iniuriis. *Ius reddentis*, l. 3. C. de edend. *Petitionis*, l. 21. D. de obſeq. patr. *Præſidis*, l. 3. C. qui bonis cedere, l. 1. C. ſi propter inimicit. *Rei*, l. vlt. §. vlt. D. de appellationib. l. 74. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Totius Rei*, l. 31. D. depoſiti. *Reſtitutionis*, l. 7. §. vlt. D. de cap. minut.

Æquitas Naturalis, l. 3. §. ſi quis quaſi, D. de condic. cauſa dat. l. 66. D. de diuerſ. regul. *Naturali Æquitate Nepotes in Filiorum locum ſuccedunt*, l. 1. §. ſi filius, D. de ſuis & legitim. *Æquitate Naturali introductum Poſtliminium*, l. 19. D. de captiu. & poſtlim. *Edicti de Pactis Æquitas Naturalis* eſſe dicitur, in l. 1. D. de pactis. *Edicto quoque de Pecunia conſtituta fauet Prætor Naturali Æquitati*, l. 1. D. de pecun. conſtit. *Titulus etiam de Legatis præſtandis quandam Naturalem Æquitatem habere dicitur*, l. 1. D. de legat. præſt. *Similiter Edictum de Minoribus Prætor Æquitatem Naturalem ſecutus propoſuit*, l. 1. D. de minorib. *Interdictum de Precario Naturalem in ſe habet Æquitatem: Eſt enim Natura Æquum tamdiu te liberalitate mea vti, quamdiu ego velim, & vt poſſim reuocare*,

cùm mutauero voluntatem, l. 2. §. 1. D. de precar. *Naturali Æquitate motus Proconsul omnibus cognatis promittit Bonorum possessionem, quos sanguinis ratio vocat ad hereditatem, licet iure ciuili deficiant*, l. 2. D. vnde cogna. *Natura, seu iure Naturæ Æquum est neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem*, l. 14. D. de condict. indeb. l. 206. D. de diuers. regul. *Nihil tam conueniens est Naturali Æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi*, l. 9. §. hæc quoque, D. de adquir. rer. dom. §. per traditionem, Institutionib. de rer. diuisione. *Diuus Hadrianus Naturalem Æquitatem secutus, Thesauros ei concessit qui in suo loco inuenisset*, §. Thesauros, Institut. De rer. diuis. *Æquitas suadet litis Impendia, ab Actoris vel Rei procuratore facta ei restitui*, l. 40. §. litis, D. de procuratorib. Et contra, *Æquitatis ratio non patitur inaudita causa quemquam damnari*, l. 1. D. de requirend. vel absentib.

Aequitas, in omnibus quidem rebus, maximè tamen in iure spectanda est, l. 90. D. de diuers. reg. iur. *Etsi nihil facilè mutandum est ex solemnibus, tamen vbi Æquitas euidens poscit subueniendum est*, l. penult. D. de in integr. restitut. l. 183. D. de diuers. reg. iur. *Aequitatem ante oculos habere debet iudex addictus Actioni Quod certo loco*, l. 4. §. vlt. D. de eo quod certo loco. *Aequitas Iudicem mouet*, l. 21. D. de acceptilat. l. 25. D. de interrogationib.

Aequitatem habet Edictum, l. 1. D. de collationib. l. 1. D. quod quisque iuris. *Interdictum*, l. 2. §. 1. D. de precario. *Sententia*, l. 3. §. interdum, D. de pact. l. 63. §. si cùm tres, D. pro socio, l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edic. l. 32. §. vlt. D. ad Leg. Falcid. *Summam æquitatem habet*, l. 15. D. de precar. *Propter Æquitatem admittenda sententia*, l. 5. D. de impens. in res. *Non esse extra Aequitatem posita*, l. 13. §. Marcellus, D. de iureiurando. *Aequitas Restitutionem suggerit*, l. 26. §. item inquit, D. ex quib. caus. *Ex Aequitate hæc res descendit*, l. 5. §. 1. D. de adgnosc. & alend. *Ad suam Aequitatem rem redigere*, l. 1. C. de interdict.

Aequitas Exposcit, l. 144. D. de diuers. reg. *Exigit*, l. vlt. §. vlt. D. de appellationib. *Facit*, l. 5. C. si aliena res. *Dictat*, l. 32. D. de pecul. *Munit*, l. 3. C. de bon. auct. iud. *Patitur*, l. 1. C. de furt. & contrà, *Non patitur*, l. 70. §. 1. D. de legat. 2. *Poscit & Postulat*, l. 7. D. de in integ. restit. *Suggerit*, l. 7. D. de iure dot. l. 2. §. quanquam, D. de aq. & aq. pluu. l. 50. D. famil. erciscund. l. vlt. C. ne fiscal. *Suadet*, l. 46. §. litis, D. de procurat. l. vlt. C. de edendo.

Aequitatis Ratio, l. 54. D. ad Sc. Trebell. l. 8. C. ad exhib. l. 14. C. de transactionib. l. 2. C. de vsur. l. 3. C. pro soc. l. vlt. C. ne fiscal. & apud Paul. lib. 4. Sententiar. Tit. 1. & lib. 5. Tit. 16. *Aequitatis Ratio exigit*, l. 2. §. Illud, D. de hered. vel act. *Suadet*, l. 20. D. de tutel. & rationib. l. 14. C. de transactionib. & contrà, *Non permittit*, l. 4. C. de edendo. *Magis Æquitatis Rationi obnoxium*, l. 84. D. de hered. instit.

Aequitatis Rationibus. l. 77. §. cùm existimaret, D. de legat. 2. l. vlt. C. comm. vtriusque. *Cum Aequitatis Rationibus congruunt*, l. vlt. C. de edendo. *Aequitatis Vinculum*, l. 95. §. naturalis, D. de solutionib. *Solutius Æquitatem sequi*, l. 4. §. idem Labeo, D. de religios. *Eam Æquitatem recusans*, l. 78. §. si fundus, D. de iure dot. *Aequitate motus*, l. 74. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Ex Aequitate fructus post acceptum iudicium perceptos, præstandos*, l. 38. §. si Actionem, D. de vsur. *Summæ Æquitatis est*, l. 22. D. de donationib.

Aequum esse videtur, sed alio iure vtimur, l. 21. D. de re iudic. *Aequior sententia*, l. 2. §. liberi, D. ad Sc. Tertyll. *Aequum putauit Imperator*, l. 47. D. de iure fisci. *Siue Aquum sit, siue iniquum*, l. 76. D. pro soc.

Aequa caritate coniuncti, l. 10. D. de reb. dubiis. *Aequa lance*, l. 20. D. de re iudic. l. 17. C. de collationib. *Æquis facultatibus*, l. 6. §. 1. D. pro soc.

Æquæ Partes, l. 2. §. Si quis, D. de bon. poss. secun. tab. l. 23. D. ad Sc. Trebell. l. 29. D. pro soc. l. 2. D. de heredib. inst. l. 19. §. vlt. D. de legat. 1. *Aequis partibus diuisio*, l. 4. D. pro socio.

Aequas Partes dare iussi, l. 23. D. ad Sc. Trebell. *Aequis ex partibus Heredes Instituere, Facere, Relinquere*, id est paribus, l. 39. D. de vulg. & pup. l. 33. §. vlt. D. de legat. 2. l. 39. §. vlt. D. de legat. 3. l. 54. D. de verbor. oblig. l. 22. l. 25. & l. 87. §. qui filium, D. ad L. Falc. l. 16. §. vlt. D. de aliment. vel cibar. l. vlt. D. de fideicomm. libert. l. 14. D. de dote præleg. l. vlt. §. quatuor, D. de legat. 2. l. 32. §. 1. D. de vsu & vsufr. l. 21. §. præter, D. de ann. legat. & *Scribere*, l. 37. §. Sciam, D. de legat. 3. & apud Sueton. in Tiber. cap. vlt. & Plaut. Rudente, Act. 2. Sc. 6. *Æquis partibus institutus*, l. 6. C. de testam. milit. *Ex Aequis partibus mihi tecum cõmunis fundus*, l. 8. D. de rei vind. *Æquæ partes & Dispares* opponuntur, l. 7. §. vlt. D. de reb. dub. vt *Æquæ & Iniquæ*, l. 6. C. ad Sc. Trebell. *Non Æquis partibus, sed pro Dominicis, Adquiri vsusfructus*, l. 1. D. de vsufr. acresc. Sic *Æquæ Partes & Dominij*, opponuntur in l. 63. §. 1. D. de adquir. rer. dom. *Aequis portionibus duobus eiusdem rei vsusfructus legatus*, l. 11. D. de vsufr. adcresc. *Aequis portionibus heredes*, l. 8. D. ad Sc. Trebell. l. 2. C. de

C. de liber. præterit. *Æequis portionibus heredes instituere*, l. 31. §. 1. D. de legat. 2. l. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Diuidi*, l. 4. D. de heredib. instit. l. 6. D. pro socio. & contra, *Non Æequis portionibus*, l. 67. §. si duos, D. de legat. 2. *Æequis pensionibus*, l. 3. D. de annuis leg. *Æquum fœdus* in l. 7. D. de capt. & postlim. Vide lib. 4. de Formulis. *Æqua Pondera*, l. 18. §. de eo, D. de dolo.

ÆQVO *iure diuidi*, l. 10. & l. 14. C. famil. ercisc. Seneca, lib. de consolatione ad Martiam, *Nunquam iniuriam dixeris ex æquo cum potentiore diuidere. Ex Æquo negotiari*, l. 6. D. ad municipal.

Æquo pretio, vel æquis pretiis, Emere, vel Vendere l. 66. D. de legat. 1. l. 6. D. de extraord. crim. *Æquè dicendum*, l. 49. D. de fideicom. libert. l. 61. §. quod verò, D. de furt.

ÆQVALE *ius*, l. 1. C. de pignoribus. *Æquales partes*, l. 24. D. de condic. insti. l. 29. D. de legat. 1. l. 1. §. vlt. D. de adsign. libert. & *Portiones*, Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 2. D. de adsign. libert. *Æquali portione*, l. 6. C. de bonis auctor. *Æquali ira*, l. 13. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter. *Æquabilitas seruari*, l. 4. C. commun. diuid.

ÆQVALITER *mitti in possessionem*, l. 15. §. cùm autem, D. de damn. infect. *Æqualiter fiunt domini*, l. 15. §. si ante, D. de dam. infect.

ÆQVINOCTII vtriusque fit mentio in l. 1. §. Æstatem, D. de aq. cottid. *Autumnalis* verò specialiter, in l. 1. §. si æstas, D. ne quid in flum. pub.

ÆRAMEN, in l. 12. C. de operib. public. scribere oportet, vbi codices quidã *Ornamenta*, alij *Instrumenta*, scriptum habent, quorum vtrumque vitiosum esse, ostendit l. 37. cod. Tit. in Cod. Theod. Ex quo hoc amplius patet Tribonianum tres libras in sex mutasse: mirè etiam deformauit l. 14. eius Tituli, vt apparet, ex l. 40. eod. Tit. Cod. Theodos. *Æramenta* apud Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7. & apud D. Gregor. Epist. 30. lib. 12.

ÆRIS nomine omne nummorum, siue aureorum, siue argenteorũ genus significatur, l. 159. D. de verb. significat. l. 2. & l. 27. §. huius legis, D. ad leg. Aquil. l. 26 in fin. D. de pignerat. act. Sic *Ære soluto*, id est pretio, l. 5. §. planè, D. de tribut. & *Ære dato*, apud Horat. in arte Poët. Quod loquendi genus à prisco more ortum in vsu mãsit. *Pecunia*, enim, vt Volusius Metianus in lib. de Asse scribit, *primum in Ære erat: postea verò & in Argento fieri cœpit: ita vt omnis nummus Argenteus ex numero Æris potestatem haberet.* Plinius lib. 33. ca. 3. *Populus Romanus ne Argento quidem signato ante Pirrhum Regem deuictum vsus est. Libralis (vnde etiam nunc Libella dicitur) & Dupondius appendebatur Assis. Quare Æris grauis pœna dicta: & adhuc Expensa in Rationibus dicuntur, item impendere, & Dependere. Quin militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ, pensatores, Libripendes dicuntur. Qua consuetudine in his emptionibus quæ Mancipi sunt, etiam nunc Libra interponitur. Seruius Rex primus signauit Æs: Antea rudi vsos Romæ, Romæus tradit: Signatum est nota pecudum. Vnde & Pecunia appellata.* Idem. lib. 18. cap. 3. *Seruius Rex ouium boúmque effigie primus Æs signauit.*

Æs alienum habere, vt Seneca lib. §. de benefic. cap. 14. scribit, *Dicitur & qui aureos debet, & qui corium forma publica percussum, quale apud Lacedæmonios fuit, vel aliud quidlibet quod vsum pecuniæ numeratæ præstet.* Appellatur autem *Æs alienum* quod nos aliis debemus: *Æs suum*, quod alij nobis debent, l. 23. §. penult. D. de verb. signif. l. 5. §. si filiusfa. dotem, D. de iure dot. Seneca Epist. 19. *Leue Æs alienum, Debitorem facit: Graue, Inimicum.*

Æris alieni loco in ineunda legis Falcidiæ ratione quænam habeantur, ex l. 36. & l. 39. D. ad l. Falcid. petendum est. *Æs alienum contractum*, l. 27. D. pro soc. *Æs alienum* facere, l. 18. §. vlt. D. de castr. pecul. *Æs alienum hereditatis suscipere*, l. 32. D. ad Sc. Velleian. *Ære alieno deducto*, vel *extante*, l. 125. D. de verb. signif. *Ære alieno liberare*, l. 27. §. vlt. D. de pecul. & apud Paul. lib. 3. Sent. Tit. 7. *Æs alienum expediri*, l. 5. §. non passim, D. de reb. eorum. *Æs alienum Imminere, Vrgere, & Exsoluere* Vide suis locis. *Æris alieni pudor*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 12.

Per Æs & Libram, Instit. de Testam. & apud Caium lib. 1. Instit. tit. Vlpian. Tit. 20. Regular. Cic. lib. 1. de Legib. Festum in verbo, *Nexum*, id est, per Emancipationem, seu imaginariam vẽditionem, de cuius solenni ritu dixi lib. 1. Selectarum Antiquitatum, & lib. 6. de formul. Horat. Epist. vlt. lib. 2. *Si proprium est quod quis Libra mercatur & Ære.* Porrò pro Assibus *Æs* dixisse antiquos, Varro lib. 8. de ling. Lat. admonet. Vnde *mille Æris legatum* dixisse: Quomodo apud Liuium lib. 1. & lib. 3. & lib. 5. *Mille æris* interpretari conueniens est. *Si Æs pro Aurichalco venierit*, l. 14. & l. 19. D. de contrah. empt.

Ærata Arca, l. 19. §. inquilinus, D. locati, & apud Iuuenal. Sat. 14. *Æreum Horologium*, l. 12. §. Papinianus, D. de instr. & instr. leg. & *Vas*, l. 12. §. si aliquis, D. de instr. & instrum. *Ærea Tabula*, l. 8. D. ad L. Iul. pecul. *Æroſa pecunia*, l. 101. §. 1. D. de solutionib. id est, cui plurimum æris admixtum est. *Apud Ærarium remanere*, l. 42. §. vlt. D. de iur. fisc. *Ad Ærarium profiteri*, l. 9. §. 1. D. ad L. Iul. peculat. *Ærarij præfectus*, l. 15. §. vlt. D. de iure fis.

Aeris fodinæ,l.13.§.inde eſt,D.de vſufruct.

Æ STAS quando incipit,exponitur in l.1.§.æſtatem.D.de aqua cottid.& æſt. *Æſtas Inſtans, & Prior*,l.1.§.is autem,D.ne quid in flum.publ.

Æſtiuus Saltus,l.67.D.de legat.3.vt *Æſtiui ſpecus*,apud Senec.in lib.de conſolat.ad Albin.

Æſtiua Aqua,ea eſt qua Æſtate vti expedit, ſicuti dicimus Veſtimenta Æſtiuà, ſaltus æſtiuos,caſtra æſtiua,quibus interdum etiam hieme, plerumque autem æſtate vtimur,l.1.§.1.D.de aqua cottid.& æſt.

Æ STIMABIT *Iudex*,l.31.§.1.D.de donationib.l.2. C. de in lit.iur.*Præſes*. l.11. C. de excuſ. tut.l.1.C.ſi tutor,vel curat.l.4.C.commun.diuid.*Prætor*,l.25.D.ad Sc.Trebell. l. 4. C. commun.diuid.*Princeps*,l.1.D.ſi tut.vel curat. *Vir bonus*,l.51.§.1.D.locati.

Æſtimare debet Iudex,l.4.D.quod cum eo.*Præſes*,l.8.D.de off.præſid. *Prætor*,l.5.§.idem prætor.D.de reb.eorum. l.1. D.vbi pupill. educ. *Prætoris eſt Æſtimare an ſua ſit iuriſdictio*, l.5.D.de iudiciis.*Is Æſtimabit quid ſit partium ſuarũ*,l.9.D.de offic.præſ. *Æſtimabunt iudices*,l.39.D.de adoptionib.l.5.§. ſi mater, D.de agnoſc. & alen. *Eum cuius notio eſt Æſtimaturum*, l.15.§.1.&l.16.§. 1. D. de alim. leg.l.28.§. Titius teſtamento,D.de liber.leg.l. 14.in fi. D.de dot.præleg.l.69.§. 1.D.de legat.3. *Iudicem Æſtimaturum*,l.38.D.mand.l.26.§.vlt.D.depoſ.l.31.§.1. D. de donatio. l. 28. §. filius, D. de liber. leg. *Iudicaturo æſtimandum*, l.40.§. Titius teſtamento,D.de ſtatuliber.*Æſtimari per cauſæ cognitionem*,l.1.C.ſi aduerſ.ſolution. ſeu *cauſa cognita*, l.1. §. cùm quis, D. de quæſtionib.& *Summatim*,l.7.§.plane,D.de hered.petit.

Æſtimatio Præſidis eſt, l.2.§.1.D.de operib.publ. *Principis eſt*.l.191.D.de diuerſ.reg.*Magni æſtimare*,l.36.D.de bon.libert.*Æſtimari condemnatio iudicij*,l.3.§.condemnatio,D.de tab.exhibend. *Æſtimandum affectu,non pretio*,l.36. D.de bon.liber.*Æſtimatum datum*,l.7.§.ſi maritus, D. de donat.inter vir & vxor. *Ad Æſtimandas Satiſdationes electus*, l. 1. §. Diuus de Magiſtrat. conuen.

Aeſtimari non poteſt quod libertum habeo,l.5.D. de præſcript. verb. *Aeſtimationem non recipit res Sacra*,l.9.§.vlt.D.de diuiſio.rer.*Infinita eſt Aeſtimatio libertatis, & Neceſſitudinis*, l. 176. §.vlt. D. de diuerſ.regul.*Libertas inæſtimabilis res eſt*,l.106.de diuerſ.regul. *Aeſtimationem recipiunt Operæ*, l.26.§.libertus, D.de condic.indeb. *Aeſtimationem nullam Liberum corpus recipit*, l.vlt.D. de his qui effud.l.3.D.ſi quadrup. *Aeſtimatio nulla fit corporum Liberorum*,l.2.D.de L.Rodia.

Aeſtimatio operis,l.54.§. vlt.D.de verb.obligat.*Aeſtimatio Haberi*,l.17.D.famil.erciſ.l.13.§.vlt. D. de damn. infec.& *Præſtita*,l.1.§.deieciſſe.D.de vi & vi arm. *In Aeſtimatione venit*, l.17.§.vlt. D.pro ſoc.*Aeſtimatio litis*, Vide in verbo *Lis.Secundum Aeſtimationem effecta pecunia*,l.32.§.vlt.D. de vſu & vſufr.*Pro Æſtimatione iudicis multari*,l.1.§.ſed ſi quis,D.de poſtulan.

Æ STIMATORIA duplicem habet intellectum.Interdum enim hoc nomine ea Actio ſignificatur quæ de æſtimato proponitur:veluti cùm res æſtimata vẽdenda data eſt.Nam cùm de nomine contracti negotij dubitetur, Venditio an Locatio, aut Mandatum ſit, dubitationis tollendæ gratia Æſtimatoria præſcriptis verbis actio datur,l,1.D.de æſtimator.§.actionum,Inſtit.de actionib.& ibi Theophil.Interdum *Aeſtimatoria* accipitur *Quanti minoris* Actio, quæ intra annum ex Ædilium Edicto datur,l.18.& l.43.§.aliquando,l.44.§. vlt.& l.48.§.non nocebit.D.de ædilic.edic.Et hæc actio ſignificatur in l.32.D.de euiction.l.31.§. ſi quis egerit, D.de ædil.ed.l.25.D.de except.rei iud.

Æ TATIS humanæ varios gradus à veteribus conſtitutos recenſent Cenſor. in lib. de die Nat.cap.14.Clemens lib.6.Stromat.Pollux.lib.2.Onomaſtic. Macrob. lib.1.in Somn. Scip. cap.6.Moſcopul.in lib. περὶ σχεδῶν,& in lib.qui Ἐκλογὴ ὀνομάτων ἀττικῶν inſcribitur.Seruiũ vtiq; Tullium cùm claſſes cẽſus faciendi gratia inſtrueret,*Pueros* eſſe exiſtimaſſe,qui minores eſſent annis ſeptemdecim:Atque inde ab anno xviij.quos idoneos iam eſſe Reip. arbitraretur, Milites ſcripſiſſe,eóſque ad annum Quadrageſimum ſextum *Iuniores*: ſupráque eum annum,*Seniores* appellaſſe.Agellius lib.10.cap.28.ex Tuberone tradit.Eadémq; diſcrimina Pueritię,nimirũ,Iuuentæ,& Senectæ perſtrinxit Vlpianus in l.8.§.modus,D.de tranſactionib.Conſtãtinus certè Ætatẽ cuius venia impetrari ſolet,in Maſculis,viceſimo,in Fœminis, decimo octauo circumſcribens,*Cui ætati*,ait, *quæ inter plenam perfectámq; Adoleſcentiam & robuſtiſſimã Iuuentutem, media eſt, Firmatæ Aetatis appellationem imponemus: vt Prima ætas, Pueritiæ ſit: Sequens Adoleſcentiæ: Firmata hæc Tertia: Quarta,Legitima: Quinta,Senectus*.Ætatum autem has in librisnoſtris differentias inuenire eſt.*Aetas Infantis,Puerilis, Tenera,Admodum imbecilla,Infirma,Pubes,Pupillaris,Adulta, Minor,Maior,Iuſta, Legitima, Perfecta, Imperfecta,Prolixa*.

Aetas Infantis,l.55.D.de vſufr.quæ in ſeptimum vſque porrigitur,vt apparet ex l.18.C.de iure deliber.l.1.§.ſufficit,D.de Adminiſt.tut.*Puerilis*, l. 204. D. de verbor. ſignificat. *Pupillaris*, vſque ad decimum quartum annum excurrit,l.38.D.de minorib.l.16. D.de iure fiſci, l.17. D.

de li-

de liber.cauſ.l.vlt.D.de reſcind.vend.l.1.C.qui legit.perſo.ſtan.in iud.l.1.C.deCarbon.& l. 3.C.de teſtam.tut.l.16.C.de præd.& al.reb.minor.& apud Sueton.in Auguſto cap. 66. & D. Gregor.Epiſt.24.lib.4. Pupillarem ætatem, Iuſtinianus Nou. πρὸ κηδεμόνων, Primam ætatem : eam verò quæ vſque ad 25. annum excurrit,Secundam appellat δευτερίζουσαν, inquiens, τὰς κηδεμονίας τῶν νέων εἴτε τῆς πρώτης, εἴτε τῆς δευτέρας εἶεν ἡλικίας, εἰ καὶ ἕτεροι τινες οἷς ὁ νόμος δίδωσι κηδεμονας. Pupillarem vtique ætatem ſequitur *Aetas pubes*,l.41.§. penult. D. de vulg. & pupil.l.2.C.arbitr.tut.Liuius lib.1.*Iam filij prope puberem Aetatem erant.* Cuiuſmodi Aetas dicitur,*Aetas prope pubertatem*,l.17.D.de excuſationib.id eſt,*Quæ non multũ à Pubera ætate abeſt*.l.14. D.de Sc.Sillan.in eam incurrit *Adulta*,de qua ſuprà diximus,& Prętextata *Aetas*,cuius in l.3. §.vlt.D.de liber.exhib.&apud Agellium lib.1.cap.13.fit mentio.Nam vſque ad decimum ſeptimum annum ingenui pueri Prætexta induebantur:quam poſt id temporis Toga virili mutabant.Has Aetates *Minor Aetas* amplectitur,l.23. D. de minorib. Eáque eſt *Aetas cui ſubueniri ſolet*,l.1.C.ſi ſæp. in integ. & *Imperfecta Ætas*,l.3.de ſponſalib.in C. Th. Hanc Ætatem excipit Iuſta Ætas quę viceſimo quinto anno inchoatur,l.2.§.1.D.de vacat.mun. quæ & *Legitima* appellatur,vt apparet ex l.vlt.C.de his qui veniam ætatis , & aliis locis quos lib.10. adferibam. Appellatur & *Perfecta Ætas*,l.32.D.de minorib.l.25.D.de probatio. l.7. C. ſi aliena res pign. l.9.§.1.D.de tut.& rat.diſtr.l.22.C.ad Velleian.l. 2.§. pen. C. de iud. l.vlt.C. de his qui veni. §.vlt.Inſtit. de Attilia. tuto. Minor *Ætas Imperfecta* vocatur,l.2.C.de iur.& fac.ign. l.vlt. C. in quib.cauſ.in integr.Eadem& *Robuſta Ætas* dicitur in l.15.§.L.Iulia,D.de adulter.& à Quintiliano declam.338.& l.vn.de his qui ven.ętat.propterea quòd tunc virilis vigor complerur, l.1.in fi.D.de minorib.*Firmata Ætas*,l.vn.de his qui ven.ætat.in C.Theo.Virgil.Eclog.4. *Hinc vbi iam firmata virum te fecerit Ætas.* Sed enim alia fit nonnunquam ita ſuadente mente teſtantium,iuſtæ legitimæque mentis interpretatio,vt exponitur in l.50.in fi.D.de legat.3.Quinetiã *Iuſta ætas* in l.8. D. de condictio.cauſ. da.pro pubere accipienda eſt quæ nuptiis iure contrahendis præfinita eſt.*Suæ ætatis factus*,l.5.§.item ipſe, D.de auctorit.tuto.Suæ porrò Ætatis fieri intelligimus eos qui 25.annum attigerunt,ſi non cõtraria voluntas teſtatoris arguetur,l.27. D.de neg. geſt. d.l. 50. D. de leg. 3. *Ætas Infirma*,Puellorum, Puellarum, Senióque confectorum hominum,l. 122.D. de legat. 1. *Ætatis Senium*,l.13.D.de tutel.l.44.de operib.publ.in C.Th.

Ætatis venia impetrata dicitur,cùm à principe ætatis gratia alicui fit ad rerum ſuarum adminiſtrationem conſequendam.Tit.de his qui ven.ætat.impetr.l.1.C.de appellat. Conſtantin. lib.1. Epiſt. Tit.12. poſtulationem huius veniæ ſic deſcribit.Αἰτήσθω βασιλέα ἀπῶσαι τὰς κηδεμόνας αὐτῶν ὡς αὐτοὶ μόνοι τῶν ἰδίων πραγμάτων ποιεῖσθαι φροντίδα δυναμένοι, *Omnis Ætatis homines*,l.7.§.vlt.D.de minorib. *Qui eius Ætatis eſt,vt nondum intelligat quid agatur*,l.1.§.furioſum, D.de oblig.&.act.*Eius Ætatis quæ dolum accipiat*,l.15.D.de liber.cauſ.id eſt,*Eius Ætatis,vt doli capax ſit*,l.3.§.vlt.D.de tributor.*A prima Ætate*,l.68.D.ad L.Falci. *Intra Ætatem eſſe*,l.39.D.de minorib.*Ætatis miſeratio*,l.37.D.de minorib.*Ætatis infirmitas,Lubricum,Facilitas.* Vide ſuis locis.Dicitur & *Ædificiorum Ætas*,l.58. D.de legat.1. l.15. C. de operib.publ.Macrob.l.3. Saturnal.c.6. *Sed frigidum eſt ædificij Ætatem notare. Et Ætas arborum*, apud Aggen. Vrbic. in Commentar. ad Frontin.Sic & *Ætatem vino accedere*,Plin.lib.23. cap.1. *Ætas temporis*, pro opportunitate,l.26.§. libertus.D.de condict.indeb.Ouid.lib.1.Faſtor. *Omnia tunc florent , tunc eſt noua Temporis Ætas. Ætas Chirographi*,l.1.ſi cert.pet.in C.Theod.

ÆTERNA *Vrbs*,Roma appellatur,l.1.C.de ſuariis, lib.11. vt à Symmacho, lib.1. Epiſt. & Marcellino vocatur,& ita in l.4.C.de oper.public.in qua *intra Vrbem æternam*,ſcripſerunt Imperatores,cuius loco *Intra Vrbem Romam* ſuppoſuit Tribonianus. Eodémque nomine Roma ornatur ab Ammiano Marcellino lib.15.& 19.& Auſonio , Epigrammate quo faſtorum à ſe digeſtorum meminit,&aliis duobus quibus annos ab Vrbe condita ad Conſulatũ vſque ſuum computat,vt & à Symmacho Epiſt.26.31.38.& 50.lib.10.& Epiſt.55. lib.3.Quam appellationẽ Proſper Aquitanicus lib. de promiſſ.& præd.cap.7. ita exagitat: *Quis autem non intelligat,quam dicat ferentem poculum plenum exſecrationibus immunditiæ , & fornicationis totius terræ? Æterna cùm dicitur,quæ temporalis eſt vtique,nomen eſt blaſphemiæ.*

Æternabilis eodem ſenſu Vrbs dicitur l. 3. de conlat. donat. in C. Th. Idémque Elogium etiam quod veteri, etiam nouæ Romæ tribuunt Valent. & Mart. Nou. de Prædiis ciuit. omn.

ÆTERNA *ſede*,l.39.D.de religioſ. & ſump. *In Æternum ſocietatis coitio* , l. 70. D. pro ſocio. *Æternæ Recordationis patrem* vocant Honorius & Theodoſius in l. 4. C. de officio comit. Orient.

ÆTERNITATEM ſuam dicunt Impp.in l. 160. de decurionib.in C. Theod.l.3. de fabricenſ. in eod. C. Quo titulo Imperatoribus ſuis Symmachus Epiſt. 16. 18. 19. 21. 51. & 54. lib. 10. blanditur. Idem & *Perennitatis* nomen illis adſignat Epiſt. 5. 13. 20. 22. & 37. lib. 10. Quod & ipſi & ſibi adrogant in l. 8. de indulgent. crimin. in Cod. Theod. & aliis quoque locis.

AFFATVS *Diuinos, Sacros, Auguſtos*, vocant Impp. ſua reſcripta, l. 16. C. de naturalib. liber. l. 23. §. 1. C. de nuptiis, l. vlt. C. de crim. ſacrileg. l. 6. C. de diuerſ. reſcript. l. 3. C. de Aduocat. diuerſ. iud. l. 14. C. de Religioſ. l. 37. C. de reſcript. & cler. in C. Theodor. l. 3. de ſtud. liberalib. Vrb. Rom. in eod. C. Nou. vn. Valent. & Marc. Nemin. exhib. de prouinc. & Nou. vn. Leonis de bonis vacantib. apud Symmach. Epiſt. 87. lib. 7. & Caſſiodor. Epiſt. 29. lib. 4. & Greg. Epiſt. 32. lib. 11. Sic & *Affatus Perennitatis*, l. 8. de indulgent. crimin. in C. Th.

AFFECTIO *Auita*, l. 67. §. 1. D. de ritu nupt. *Debita Pupillo*, l. 1. C. de in lit. iur. *Honeſta*, & contrà *Inhoneſta*, l. 5. D. de donationib. *Maritalis*, l. 32. §. ſi mulier D. de donat. int. vir. *Paterna*, l. 71. D. de euiction. *Parentium*, vel AD*finitium*, l. 4. §. vlt. D. de re milit. *Societatis*, l. 31. D. pro ſocio. *Vxoris*, l. 3. D. de donat. inter vir. *Quæ ad Affectionem debitoris pertinent Miniſteria*, l. 6. D. de pignor. *Affectionem debere rebus*, l. 2. C. qui dare tutores. *Affectionem tenendi non habere*, l. 1. §. 1. D. de adquir. poſſ.

Affectus naturalis, Patris, l. 28. §. Titius, D. de liberat. leg. *Pro Affectu parentes in liberos magis terrentur*, l. 8. D. quod met. cau. *Affectum Patris præſtare*, l. 21. §. largius, D. de annuis legat. *Affectus paterni*, l. 15. C. de negot. geſt. l. vlt. C. de curat. furioſ. *Affectu propenſiore*, l. 11. §. vlt. D. quod falſ. tut. *Affectus ratio in bonæ fidei iudiciis*, l. 54. D. Mandati. *Affectu carent furioſus & Pupillus*, l. 1. §. hoc Edicto, D. ne vis fiat ei.

Affectus Animi, l. 17. D. de iure codicil. l. 3. C. de adquir. & retin. poſſ. *Facientis*, l. 3. D. de iniur. *Ex affectu fit iniuria*, l. 34. D. de obligationib. *Affectus ex vtraque parte contrahentium*, l. 55. D. de obligat. & actionib. *Affectu adprehendere*, l. 1. D. de adquir. & retin. poſſeſſ. *Affectum habet poſſidendi*, l. 3. §. Neratius, D. de adquir. poſſeſſ. *Affectus retinere volentis*, l. 12. §. idem tractat. D. de vſufr. *Affectu eo quo tutor gerit*, l. 3. D. de eo qui pro tut.

Affectus, pro liberis in l. 26. de decur. lib. 12. C. Theod. & in lege Dei, Tit. 16. Capitolin. in M. Anto. *Et Antoninus quidē non eſt ſatis motus defectione Caſsij, nec in eius Affectus ſæuiit.* Idem in Gordianis, *Affectus vnicè dilexit: filium & nepotem vltra modum: filiam & neptem religiosè.* Vulcat. Gallic. in Auidio. Caſſ. *Nec in eius liberos, aut Affectus ſæuiit.* Eodem modo in Clod. Alb. *Ne aut ad ipſum Albinum, aut ad eius Affectus peruenat.* Vſurpauit & hoc verbum Rufinus in tranſlatione Ioſephi lib. 1. Antiquit. Iud. cap. 12. & Donat. in lib. 2. Æneid. Ex quibus locis apparet *Affectus* dici de liberis, vxoribus, parentibus.

AFFLIGERE, aut, vt in Pandectis Florētinis ſcribitur, *Affligere Damno*, l. 28. D. de liberat. leg. & l. 2. C. ad leg. Aquil. *Affligi diſpendio*, l. 3. C. de tempor. in integr. *Infamia*, l. 25. C. ad L. Iul. de adulter. *Tormentis*, l. 6. D ad L. Iul. de vi publ. *Valetudine*, l. 3. C. qui morbo ſe excuſ. *Verberibus*, l. 6. D. ad L. Iul. de vi publ. & l. 4. C. eod. tit.

AFFRICÆ Prouinciæ fit mentio in l. penult. §. ſuſceptores, D. de munerib. & honor. & l. 5. §. 1. D. de iure imminut. quam Proconſules regebant, vt ex d. l. 5. apparet.

Affricanæ Res, l. 3. §. Quamuis, D. de admiſt. tut. *Affricum frumentum*, l. 40. §. vlt. D. mand. & Triticum, l. 74. & l. 75. D. de verb. oblig.

AGASO, l. vlt. D. ſi quadrup. l. 60. §. ſeruus, D. de legat. 3. l. 35. §. rerum, D. de heredib. inſtit. Vide interpret. Horatij pag. 502.

AGER *Ruri Locus eſt ſine Ædificio*, l. 211. D. de verb. ſignific. vel *Locus ſine Villa*, l. 27. D. eod. tit. *Dictus ab* AGENDO, vt probat Varro, lib. 5. de lingua Lat. *In quam Terram quid agebant, & vnde quid* AGEBANT, *fructus cauſa, id Græci dicunt* Ἀγρὸν, *vt* AGER, *quod* AGI *poterat.* Quam huius vocis notationem improbans Quintilianus lib. 1. cap. 6. Agri nomen à Græco originem ducere cenſet. Agrorum autem qualitates & differentias, vide apud Frontinū, lib. de Agror. qualit. Sicul. Flac. de condic. Agror. & Aggenū Vrbicū. Veteres planè in legibus ſcribendis, AGROS, loca, ædificia coniungebant, vt ex lege Thoria, & Seruilia, & Ciceronis Oratio. de lege Agr. apparet. Ager autem proprietatem loci ſignificat, quemadmodum Iauolen. tradit in l. 115. D. de verb. ſignific. vbi *Agrum eſſe*, ait, *ſi ſpecies fundi ad vſum hominis comparatur AGRORUM certo generi, veluti vineis*, l. 13. D. de ſeruit. præd. ruſt.

Agraria lex, quæ de terminis motis à C. Iulio Cæſare lata eſt, l. 3. & l. vlt. D. de termi. moto. *Agrariæ viæ*, quæ in agris ſunt, vel in agros ducunt. l. 2. §. viarum, D. ne quid in loco publ.

Verbum AGERE πολύσημον eſt, latiſſiméque patet. Tritiſſima certè ſignificatione, facere & gerere, ſignificat: quanquam & ſubtilis quædam inter hæc verba differentia intercedit. *Actum* enim

enim generaliter dicitur, ſiue *Verbis* vt ſtipulatione: ſiue *Re*, vt numeratione pecuniæ quid agatur. *Geſtum* rem ſine verbis geſtam demonſtrat, l. 19. D. de verb. ſignif. Inde hæc tria plerunque in eadem oratione cumulantur, l. 2. D. de cur. bon. dan. l. 1. D. de off. procur. Cæſ. l. 1. §. 1. D. quod cuiuſque vniuerſit.

Agere & conueniri opponuntur, l. 7. §. non ſolum, D. de minorib. Rubr. vbi agere vel conuen. Cod. *Agere ſuo, alieno nomine & procuratorio*, vide ſuis locis. *Agere per condictionem*, l. 15. §. vlt. D. de condict. indeb. *Per procuratorem*, l. 4. D. de procuratorib.

Agere cauſam alienam Patronus paſſim dicitur, l. 1. C. de poſtuland. l. 1. §. aduocatos, D. de extraord. l. 6. C. de aduocat. diuerſor. Sic *Fiſci cauſas Agere*, l. 10. D. de poſtuland. Vnde *Actores cauſarum*, apud Ciceronem in Bruto, Horat. in Arte poët. Valer. lib. 8. cap. 7. Sed tamen & Agere cauſam ſuam ſeu propriam ipſemet qui litigat, ſeu, cuius res eſt dicitur, l. 38. §. vlt. D. de iure fiſci, l. 14. D. de probat. l. 1. D. ſi tutor. vel curat. l. 14. & l. 20. D. de appellationib. l. 29. §. vlt. D. de excep. rei iud. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. l. 1. §. cùm dicitur, D. ſi cui plus, l. 55. D. de euictionib. l. 1. C. de ingen. manumiſſ. Sic *Agere cauſas appellationis*, ipſe litigator, l. 5. & l. 7. D. de appellationib. *Agere cauſam reſtitutionis*, l. 2. C. ſi ſup. in integr. *Tutoris*, l. 1. C. de in lit. iur.

Agi Appellatio, l. 13. C. de procuratorib. *Agi cauſa bonorum*, l. 3. C. ſi pendent. appell. *Cauſa falſi*, l. 5. §. Diuus, D. de heredit. petit. *Negotium*, l. 24. D. de procuratorib. *Ad* Agendam cauſam vocari *Reus*, l. 1. C. quor. appell. *Acta cauſa pronunciatum eſt*, l. 31. §. Seia, D. de alimen. legat.

Vulgo autem *Agere actione*, ſeu *Iudicio*, dicunt Iuriſconſulti, l. 22. D. de liberali cau. l. 2. §. ſi fugitiuus, D. vi bon. rap. quandoque tamen, *Agere actionem*: vt in l. 59. §. 1. D. de procuratorib. *Qui alieno nomine* Agit quamcunque Actionem, & in l. 39. §. 1. D. de hered. pet. *Agere de inofficioſo Teſtamento Iudicium*, in l. 28. §. 1. D de ſtipul. ſeru. *Cum ſocio communi diuidundo, vel ſocietatis Iudicium rectè acturum.* Et in l. 7. §. 1. D. de hered. petit. Agere *de inofficioſo Iudicium.*

Sed & *Actiones* Agi, dicuntur: vt in l. 5. §. in his, D. ſi vſusfruct. pet. *in his* Actionibus *quæ de vſufructu aguntur*, & in l. 5. §. 1. D. de rei vindicat. Agetur *autem in rem* Actio, & in l. 23. D. de præſcrip. verb. *Poſſe Agi cum eo in factum* Actionem.

Sic & *Agi Iudicium dicunt*: vt in l. 1. D. famil. erciſc. *Iudex apud quem hoc iudicium agitur.* Et in l. 20. §. familiæ, D. eod. *Familiæ erciſcundæ iudicium amplius quàm ſemel agi non poteſt.* Et in l. 40. D. eod. tit. *Familiæ erciſcundæ iudicium inter nos rectè agetur.* Et in l. 48. D. eod. *Dare procuratorem in quem omnium nomine iudicium agatur.* Et in l. 55. D. eod. tit. Si *Familiæ erciſcundæ vel communi diuidundo iudicium agatur.* Et in l. 7 §. cum de. D. comm. diuid. *Cum de vſufructu communi diuidundo iudicium agitur.*

Vnde Actio, quæ, vt Celſus definit, *nihil aliud eſt quàm ius quod ſibi debeatur, iudicio perſequendi*, l. 51. D. de oblig. & act. quam definitionem Iuſtinianus in Inſtitutionibus ſecutus eſt. Actionis autem verbum generale eſſe eóque contineri, *In Rem, in Perſonam, Directam, Vtilem, Præiudicium, Interdicta, Stipulationes etiam Prætorias, quia* Actionum *inſtar obtinent*, Vlpianus tradit, in l. 37. D. de oblig. & act. Actionis itaque verbo etiam *Perſecutio* continetur, l. 34. D. de verbor. ſignif. Itaque Interdicta, Actiones appellantur, l. 4. in fi. D. ad L. Aquil. l. 14. in prin. §. vlt. D. de aq. & aq. plu. l. 1. C. ſi per vim. l. 3. D. de mort. infer. & apud Paulum lib. 5. Sentent. Tit. 6. Propriè tamen, Actio *in perſonam infertur*: Petitio in rem: *Perſecutio in rem, vel in perſonam, rei perſequendæ gratia*, l. 27. D. de oblig. & act. Proinde Vlpianus in l. 178. §. Actionis, D. de verb. oblig. Actionis, ait, *verbum & Speciale eſt & Generale: Nam omnis* Actio dicitur, *ſiue in Perſonam, ſiue in Rem, ſit petitio. Sed plerunque Actiones perſonales ſolemus dicere: petitionis autem verbo in Rem* Actiones, *ſignificare videntur. Perſecutionis verbo extraordinarias perſecutiones puto contineri*: vt puta, *fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt, quæ non habent iuris ordinarij exſecutionem.* Itaque ab *Interdicto, præiudicio, ſtipulationibúſque prætorius* ſeparatur, l. 35. §. non ſolùm, & l. 39. D. de procuratorib. Item à *Petitione, perſecutionéque*, ſeiungitur, l. 18. §. 1. D. de acceptilationib. l. 13. D. rat. rem hab. l. 2. ad Sc. Velleian. l. 49. D. de verbor. ſignif. l. 1. D. ad Macedon. Actionis vtique verbo *Exceptio*, non continetur, l. 8. §. vlt. D. de verb. ſignif. *In Rem* autem Actio eſt per quam rem noſtram, vel nobis pignori oppoſitam, quæ ab alio poſſidetur, petimus, ſeruitutémve nobis debitam vindicamus, l. 25. D. de obligat. & actio. l. 1. C. de quadr. præſcript. l. 5. §. vlt. D. ſi vſusfr. pet. §. æquè, Inſtit. de actio. *In perſonam* verò eſt, qua cum eo agimus qui nobis obligatus eſt ad aliquid dandum aut faciendum, d. l. 25. Quæ in rem & in perſonam eſt *Mixta* appellatur. Quæ perſonales ſunt ſed in rem concipiuntur, & dantur, *In rem ſcriptæ* vocantur.

Actionum insuper hæ in libris nostris differentiæ memorantur, *Ciuiles, Legitimæ, Prætoriæ, Honorariæ, Ædiliciæ, Directæ, Vtiles, Contrariæ, Rei Persecutoriæ, Pœnales, Populares, Turpes, Famosæ, Concurrentes.* Legitimarum autem nomina & species inuenies, lib. 5. de Formul.

Actio postulatur, à Prætore. Eam Prætor, *Dat, Tribuit, Indulget*, Accommodat, *Decernit, vel Denegat.* Datam verò Actor, *Edit, Instituit, Intendit, Dictat, Dirigit, Exercet, Infert, Mouet: Ea Vtitur, Experitur, Persequitur. Reus contrà, Actionem* Accipit, *Excipit, Suscipit, Patitur, Sustinet, eáque conuenitur.* Actio item *Nasci, Oriri,* & contrà *Perimi, Extingui, Consumi, Tolli,* Amitti, *Perire,* Item *Competere, Locum habere*: Actioni locus esse, & contrà *Cessare, Deficere* dicitur.

Ceterùm vt Actor, ita & Actrix, dicitur, l. 41. C. de liber. cau.

Agere etiam, accusare significat. Sic *Agere de Falso*, l. 23. D. de excusationib. l. 30. in fi. D. de inoff. test. l. 51. ita quis, D. de verb. oblig. *De inofficioso Testamento*, l. 30. §. vlt. D. de inoff. testament. l. 2. C. de inoff. testam. *De Suspecto Tutore*, l. 3. D. de appell. recip. Ita *Furti, Iniuriarum, Vi Bonorum Raptorum, Sepulchri violati.* Nec Agere modò *Reum*, vt suo loco comprobibimus, sed & Agere *Crimen*, id est exequi, legimus in l. 3. D. expilat. hered. Iam verò priuatis delictis Actionis nomen accommodari non est ignotum. Quin & mera Accusatio, *Actio* appellatur in l. 15. §. si propter, l. qui destiterit, l. aut priuatim, D. ad Sc. Turpill. l. penult. D. si ex nox. cau. Sic *Populares Actiones*, dicimus quanquam criminis persecutionem contineant. Itaque *Stellionatus*, item *L. Fabiæ* nec non *de Moribus Ingrati* quoque & *Inofficiosi & Suspecti*, modò *Actio*, modò Accusatio dicitur, l. 1. & l. 3. D. stellionat. l. 3. D. de lib. hom. exhib. Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 7. l. 5. D. de pact. dot. l. 39. & l. 97. D. sol. matr. l. 1. l. 3. C. de libert. & eor. lib. l. 76. D. de leg. 2. l. 6. §. vlt. D. de inoff. l. 1. §. suspecti, D. ad Sc. Turpillian. l. 1. §. consequens, D. de suspect. tut. l. 2. D. ad Leg. Iul. repet. Sic & *Actionem Falsi*, dicunt Impp. in l. 2. ad Leg. Cornel. de fals. in C. Th.

Actionem autem Prætor *Dare* dicitur, quod nihil aliud est, quàm Agendi potestatem facere, l. 3. in prin. D. de sepul. viol. Nam quoties Prætor Actionem se daturum pollicetur, non hoc sic accipiendum est, quasi ipse ex sua iurisdictione Actionem tribuat, sed quòd Agendi facultatem concedat in iure aditus: Iudicémque & Formulam det: propterea quod eius officio contineretur, vel dare vel denegare, *Actiones Agere*, id est vel Admittere ad agendum datis Iudicibus Arbitrísve qui cognoscerent, vel repellere, Agere volentes, l. 27. D. de verb. obligat. Cicer. lib. 2. Rhetor. ad Herenn. *Quare in iure plerumque versantur: Ibi enim & Exceptiones postulantur, & quodammodo agendi potestas fit.* Ideóque modò Prætor sic loquitur: *Actionem dabo*, modò sic: *Iudicium dabo*, vt in l. 1. D. nautæ, caupo. l. 1. in fi. l. 1. in prin. l. 5. §. prætor. D. de his qui deiecer. vel effud. l. 1. in prin. D. de vi & vi arm. l. 1. D. de superficieb. l. 2. l. 4. D. vi bonor. raptor. Cicero pro Cæcinna in prin. *Actio petitionis*, l. 1. D. de rei vindic. *Actio stipulationis*, l. 77. §. pater. D. de legat. 2. *Legis Actiones, & Lege agere*, vide suo loco. *Manilij Actiones*, apud Varro. lib. 2. de re Rustic. & *Hostilianæ Actiones*, apud Cicer. lib. 1. de Orator. Cosconium etiam in Actionibus, Varro lib. 5. de lingua Lat.

Actoris partes sustinere: Actoris partibus fungi. Vide suis locis.

Præterea Agere, Degere, Morari, & Versari significat. Sic *Agere apud Hostes*, l. 44. D. de vsurpationib. *In Ciuitate Prouinciæ*, l. 12. D. de public. iud. *In Commeatu*, l. 1. D. de re milit. *In Fuga*, l. 50. D. de adquir. poss. *In Furore*, l. 8. D. de his qui sunt sui vel al. *In Militia*, l. 24. §. vlt. D. de appellationib. *In Prouincia*, l. 62. D. de contrahend. empt. l. 15. §. 1. D. ad Leg. Iuliam. de adult. l. 30. D. de adquirend. vel omitt. *In Prædijs*, l. 5. §. vlt. D. de ser. corrup. l. 17. D. de reb. credit. l. 36. D. de reb. auct. iud. l. 5. §. domum, D. de iniuriis. *In Reatu*, l. 25. de pœnis. *In Rebus humanis*, l. 3. C. de donat. quæ sub mo. *In Villa*, l. 1. §. si quis in Villa, D. ad S. C. Sylanian. l. 12. §. sed in. D. de instruct. vel instrument. *Peregrè*, l. 50. D. famil. erciscund. l. 7. §. illud. D. quib. ex caus. *Rure*, l. 25. §. vlt. D. de liber. & post. *Sine vinculis*, l. 8. D. de cust. & exhibit.

Agens in potestate filius, l. 6. C. ad Sc. Macedo. l. 2. C. de patr. potest. *Agentes alio loco Serui*, l. 19. D. de castr. pecul. *Agentes in Magistratu, vel potestate*, l. 8. D. de accusationib. *In Potestate*, l. 114. §. Diui, D. de legat. 1. *In vrbe aut in prouincia*, l. 8. §. 1. D. de legationib. *In Reatu*, l. 25. D. de pœn. *Sub Curatore*, l. 77. §. Curatores, D. de legat. 2. *Sub nostro Imperio*, in Lege Dei, Tit. 6. *Sub Proconsule*, l. 6. §. si quos, D. de pœnis. *Agere Liberti sine patroni filius*, l. 4. §. vlt. D. de aliment. vel cibar.

Agere Ætatem, l. 74. §. 1. D. ad Sc. Trebell. l. 11. C. de transactionib. *Annum*, l. 3. D. de iure immunitat. l. 36. §. 1. D. de condict. indebit. *Annos*, l. 8. C. quando prouocat. l. 3. C. si mancip. ita fuerit, l. 5. C. de re milit. *Diem supremum* Anni, l. 1. D. de manumissionib. *Vitam*, l. 43. non est, D. de ritu nuptiarum.

Agere, id est gerere se. Sic *Agere pro ingenuis*, l. 6. C. ne de statu defund. *Pro seruo, & pro fugitiuo,*

tiuo, l.10. D. de liber. cau. *Vt Ciues*, l.38.D.de iure fiſ. *Probè ſe Agere*, l.1.§.præterea,D.de offic. pref.vr.

Præterea, *Agere*, adminiſtrare ſignificat,l.vlt.D.de inſtitor.Sic, *Agere Rempublicam*, l.35.§.vlt. ex quibus cauſ. maior. *Tutelam*, l.1. §. illud, D. de reb.eor.l.37.in fi.D.de adminiſtr. tut. l.28. §. ſi Mæuia,& l.vlt.§.titia,D.de liberat.leg. *Rationes*, l.40.§.ſeruus,D.de ſtatuliber. & l.41.§.libertatem,D.de fideicomm.libert.& *Negotium publicum*, Plin.Epiſt.9.lib.1.Hinc, *Rem agens*, pro negotiorum geſtore, l.vlt. D.de inſtitoria, l. 7. §. vlt. C. quod cum eo.l.128. Chryſogonus, D.de verbor.obligat.l.3.C.de procuratorib.l.80.in fin. D. de furt. Hinc Actus, pro adminiſtratione, ſeu Negotio quod geritur,& adminiſtratur,l.2.l.17.D.de negot.geſt.l.19. D. de adminiſtr.tut.l.51.D.de ſolutionib.l.81.& l.82.D.de condic.& dem.l.14.& l.41.§.Stichus, D.de fideicomm.libert.l.10.D.de edendo,l.13.D.de liberat. leg.l.12. §. Papinianus quoque, D. de inſtr.vel inſtr.l.1.D.de inſtitoria,l.82.D.de cõdic.& dem.Sic Actus *Procuratoris*, l.3. D.rat.rem hab. *Publici*, l.1.C.in quib.cauſ.& *Tutorum*, pro geſtu tutelæ, l.37. D.de adminiſtr.& peric. l.2. C.de heredib.tut.

Actum *Adminiſtrare*, l.1.§.ſi ſeruus,D.ſi quis teſtam.lib.l.41.§.Codicillis, D.de legat.3.l.1. D. nequis lib.inuit.lib.11.C. *Agere*, l.41.§.ab heredibus,D.de fideicomm.libert. *Gerere*, l. 99. in fi. D.de verb.ſignif.l.vlt.D.de publican.

In Actu *eſſe*, l.5.§.negotiatores,D.de iure immunit. *in eodem* Actu *habere ſeruum*, id eſt, Actorẽ habere,l.12.D.de liberat.lega. Actus *ſui rationis conficere*, l.1.§.officio, D. de tutel. & rat.diſtr. l. 10.D.de edendo. Actus *ſui* ſeu *à ſe adminiſtrati rationem reddere*, l.2.D.de negot.geſt. l.19. & l.41. D.de adminiſtr.& peric.l.19.D.de fideicomm.libert. *Rationes* Actus *rei meæ quæ per Menſam geſta eſt*, l.28.§.filias,D.de liberat.leg. *ab* Actu *remoueri Diſpẽſator*, l.51.D.de ſolutionib.Tertullian. lib.4.aduerſus Marcionem. *Secundum ſerui illius exemplum qui ab* Actu *ſum motus*.

Hinc, Actores *ſerui*, qui Rationes domini agebant,actúmve aliquẽ gerebant & adminiſtrabãt l.18.§.poſtumis, D.de aliment.vel cibar.l.12.D.de liber.leg.l.52.D.de manum.teſt.l.19. D.de adminiſtr.& peric.l.49.l.59.& l.94.§.1.D.de ſolutionib.l.33.l.34.l.39.§.codicillis,l.89.l.95. & l.97.D.de legat.3.l.37.l.86.D.de legat.1.l.12.§.idem reſpondit,D.de inſtruct.vel inſtrum.l.17. §.ſed etſi,D.ad L.Iul.de adulter.l.1.§.vlt.D.de ſeru.corrup.l.59.D.de manum.teſt. l.32.D. de pign.act.l.3.C.qui manum.non poſſ. Hi πραγματεῦται dicuntur in l.41.§.ſorore, D. de fideic. libert. A Theophilo verò in §.vlt.Inſtitut.Mandati, & aliis, διοικηταὶ appellantur. Sed & qui οἰκόνομος Lucæ 12. cap. dicitur,à Tertulliano Actor vertitur in lib.4.aduerſ. Marcion. Proinde huiuſmodi ſeruos rationibus reddendis obſtrictos fuiſſe docent, l.8. D. famil.erciſc. l.12.D. de liber.leg.& vt plurimum non alias legebantur,liberíve eſſe iubebantur,quàm rationẽ omnem actus ſui, ſeu à ſe adminiſtrati, heredi reddidiſſent, eóque nomine ſatisfeciſſent, l.40.§. ſeruus,& §. Titius,D.de ſtatulib. In fundos vtique & prædia mitti à dominis ſerui frugi ſolebant,qui familiæ imperarent,qui rationes rei ruſticæ adminiſtrarent, fundis præeſſent,agrorum culturæ curam agerent,reliqua colonorum &villicorũ exigerẽt, vt colligimus ex l.12.§. prædiis.D.de inſtr.vel inſtrum.& ex Plinio lib.3. Epiſt. ad Caluiſium Rufum: quod apertius his quæ ſubiecì exemplis comprobatur.

Actor *in fundo conſtitutus*, Paul.lib.3. Sentent. Tit.7. Actor *tam rei ruſticæ, quàm rationibus fundo præfectus*, l.31.D.de adimend.leg. Actori *ſuo colenda prædia Debitor tradidit, adſignatis & ſeruis culturæ neceſſariis*, l.32.D.de pignorib. Sic & Actores *prædiorum & fundorum*, l.15.C.de procuratorib. l.2.C.de obligation. & actionib.l.vlt.C.quod cum eo,l.4.C.de donationib.l.3. C.de inceſt. nupt.l.1.C. de falſa mon. Actor, *ſeu conductor prædij*, l.vlt.C. ſi aliena res. Et hos Actores à conductorbus prædiorum &villicis penſiones exegiiſſe,teſtimonio eſt l.40.§. ſeruus,D.de ſtatuliber.

Actores *Bonorum fiſco vindicatorum*, l.8.D.de iur.fiſc. Actores *Bonorum quæ ad fiſcum deuoluta ſunt* l.30.D.eod.tit. Actores *qui aliquod officium gerunt in bonis*, l.46.§. Actores,D.eod. tit.quos ſeruos fuiſſe ex eo ſatis colligitur quòd eorum alienatio illis in locis interdicitur.

Actores etiam Seruos,tam mutuis dandis,quàm exigendis & recipiendis pecuniis prępoſitos habebant, l.5.§.Actores,D.de doli mali,& met.l.19.C.de ſolutionib.Hi quę exacta erant, Calendario inferebant,l.40.§.ſeruus,D.de ſtatuliber. Actorib.autem Adiutores datos oſtendit,l.40.§.ſeruus,D.de ſtatuliber. Actor *pecuniæ*, l.7.C.mandati.

Actores *Dominici*, l.4.de conduct.fund.patr.in C.Th.l.11.de iuriſdict.omn.iud.in eod.C.ſeu *rei Dominicæ*, l.3.de his qui contend.pro religio.in eod.Cod. Actores *rei priuatæ*, l.6.de exact. in C. Th.l. 2.de act.proc.& cond.in eod.C.l.2.C.de iuriſdict.om.iud.in eod. Cod. *Rerum priuatarum*, l.9.C.vbi cauſæ fiſcal.l.3.de Act.procur.& cõd.rei priu.in C.Th.Nou.Theod.& Valent.de Tironib.& occ. Actores *rerum Principum*, l.7. & l.17. de deſertorib.& occult. eor. in C.

Th. *Actores prædiorum*, l. 3. de itin. nun. in C. Theod. *Actores vel procuratores loci*, l. 6. de decur. in C. Th.

Actores etiam liberi homines appellantur, per quos Municipiorum, Ciuitatiúmque res geruntur, qui à Collegiis, Municipiis, Curiis, aliisque corporib. actionum mouẽdarum excipiendarúmve causa constituuntur. Sic *Actores, Municipum, Societatum, Decuriarum, & Corporum*, l. 3. §. à municipibus, D. de bon. poss. l. 5. §. si actori, D. de pecun. constit. l. 11. §. hoc iure, D. de except. rei iud. *Actor siue Syndicus collegij, per quem quod communiter agi fierique oporteat, agatur fiat*, l. 1. §. quibus, D. quod cuiusque vniuers. *Actor Ciuitatis*, l. 74. D. de procuratorib. & l. 9. D. rat. rem hab. *Actores constituti qui legitimè pro ciuitate agere possint*, l. 8. D. de pollicitat. *Si ciuitatibus restituatur fideicommissa hereditas, Actorem eligent & ad agendum & ad excipiendas actiones*, l. 27. D. ad Sc. Trebellian.

Actor Municipum, l. 12. D. vt in pos. legat. l. 11. §. hoc iure, D. de except. rei iud. & *Vniuersitatis*, l. 10. §. qui manumittitur, D. de in ius voc. l. 6. §. vlt. D. quid cuius. vniuersit.

Actor publicus, apud Tacit. lib. 17. Annal. Quomodo & apud Plin. lib. 7. Epist. ad Canin. in vetustioribus codicibus scriptum erat, vbi nunc *Exactor* legitur.

Sunt & *Actores* qui à tutoribus curatoribúsve litium causa, decreto Prætoris constituuntur, §. vlt. Institutionib. de curatorib. l. 33. §. vlt. D. de administr. & peric. l. 31. §. penult. D. de neg. gest. l. 11. C. de procuratorib. l. 10. §. vlt. D. de in ius voc. l. vn. C. de actor. à tut. seu curat. dan. l. 6. D. quando ex fac. tut. l. 10. C. qui dare tutor. Constitui verò *Actores* periculo Tutorum solent, quotiens aut diffusa negotia sunt, aut dignitate, ætate, valetudine, vel alia necessitate tutores destinentur, l. 24. D. de administr. & pericul. d. l. 35. §. vlt. Eos ab Agendo dictos probabilius est, quàm vt Theophilo videtur, quod apud acta constituantur. Sic *Actor à curatore ordinatus*, l. 10. C. de appellationib. *A Tutore datus*, l. 9. D. rat. rem hab. *Decreto Constitutus*, l. 1. C. de actor. vel tut. Quamquam autem Mater filij negotia secundum voluntatem patris gereret, ius tamen Actoris periculo suo litium causa constituendi non habebat, l. 31. §. quamquam, D. de negot. gest. *Actores bonorum dati à magistratibus*, l. 22. D. de negot. gest. *Actores seditionis & tumultus*, l. 38. §. Auctores, D. de pœnis, id est, factores.

Actus, in l. 4. §. Rectè, D. de off. procons. pro *Actu rerum*, vt loquitur Sueton. in Claudio cap. 22. Et ita *Rebus agendis*, apud Ouid. lib. 1. Fastor. *Actu ratum haberi*, l. 5. D. rat. rem hab. id est facto. *Actum rei non intelligere*, id est, id quod agitur, l. 5. D. de diuers. reg. *Actu ex lege habito*, l. 12. D. de appellationib.

Acta, in quæ referuntur, in iudicio gesta: quæ ὑπομνήματα vocantur a Theoph. in §. vlt. Instit. de curatorib. *Acta ad ius priuatorum pertinentia*, l. 45. ex his, D. de iure fisc. *Acta ius dicentis*, l. vlt. C. de alim. pup. præst. *Magistratus*, Paul. lib. 1. Sent. Tit. 3. *Municipalia*, l. 6. D. de exhib. & trãsm. reis in Cod. Th. *Præsidialia*, l. 6. C. de petit. hered. *Præsidis*, l. 7. §. vlt. D. de decur. l. 33. D. ex quib. caus. maior. l. 3 C. de fide instr. l. 12. C. de pact. Paul. lib. 1. Sent. Tit. 3. & lib. 5. Tit. 1. *Publica*, l. 4. §. vlt. D. de fideiuss. tut. *Publica tam ciuilia quàm Criminalia*, l. 2. C. de edendo. Acta autem Præsidum notis scribi consueuisse indicat, l. 33. D. ex quib. caus. maior. *Actorum conficiendorum, Magistratus habent potestatem*, l. vlt. C. de magistratib. municipal. *Actorum confectio*, l. vlt. de superexact. in Cod. Theodos. *Lectio*, l. 2. C. de delatorib. *Recitatio*, l. 45. §. quotiens, D. de iure fisci.

Acta facta apud Præsidem prouinciæ, l. vlt. C. de vsur. pupillarib. *Apud Procuratorem Cæsaris*, l. 21. D. de auctorit. & conf. *Apud Iudicem habita*, l. 45. D. de re iud. Cyprianus Epist. 1. lib. 4. *Actis publicis habitis apud Procuratorem.*

Apud Acta Adseuerare, l. 12. C. de pact. *Appellare*, l. 2. D. de appellat. *Causæ renuntiare*, l. 7. C. de ingen. man. *Causas probare*, l. 6. C. de præd. minor. *Contestari contrariam voluntatem*, l. 7. §. vlt. D. de decurionib. l. 3. C. de fide instr. *Deponere*, l. 8. C. de accusationib. *Factus Procurator*, l. 1. C. de satisdan. *Interrogari*, l. 24. C. de liber. cau. *Mandari Procuratio*, Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 3. *Mentitus*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 1. *Profiteri*, l. 24. C. de liber. caus. *Promittere*, l. 17. D. de in ius vocan.

In Acta referri, l. 4. §. vlt. D. de fideiussorib. tut. *In Actis profiteri*, l. 29. §. vlt. D. de Appellationib. *Inter Acta appellare*, l. 5. §. vlt. D. de Appellationib. *Acta Legis*, l. 25. C. ad L. Iul. de adulter.

Agere etiam significat ante se pellere, & vt Paulus apud Festum exponit, *Minare*: quod verbum non tantum eo loci vsurpauit, verùm & in Agasonum definitione quæ apud eum extat huiusmodi. *Agasones, equos Agentes, id est Minantes.* Cui verbo barbariei notam inuri non patiuntur Ausonius & Apuleius, quorum vterque eodem verbo vsus est. Atque vt id antiquitus receptum credam, moueor Næuij veteris Comici poëtæ auctoritate, ex quo idem Festus lib.

13. hæc verba citat: *Sequimini, præminate,* niſi aliquod mendum ſubeſt.

Sic Agere *Iumentum vel Vehiculum,* l.1. D. de ſeruit. præd. ruſtic. Et ita verbum *Agere* accipiendum, l.9. D. de ſeruitutibus, l.2. §. item ſi in facto, l.4. §.1. D. de verb. obligat. l. penul. D. de aq. cottid. & aliàs ſæpe. *Agi dicuntur, quæ Animalia ſunt,* l. 235. D. de verb. ſignif. *Agendum Eundum,* l. 1. D. ne quid. in loc. publ.

Hinc *Actus,* quem Iuriſconſulti definiunt, *Ius eundi, agendi iumentum vel vehiculum,* l.1. D. de ſeruitutib. præd. ruſtic. Inſtitut. de ſeruitutib. l.1. D. de adim. leg. l.81. §. qui fundum, D. de legat. 1. l.13. §.1. D. de acceptil. l.58. D. de verb. oblig. l. 5. D. de ſeruit. l. 17. D. de ſtipulat. ſeruor. Ab Itinere autem eo differt, quòd *Iter* eſt qua quis pedes vel eques commeare poteſt: *Actus* verò non modò ius eundi, ſed & Iumentum agẽdi continet. (Nam ire quoque per ſe is poteſt qui Actum habet, l.2. D. quemadm. ſeruit. amitt.) verùm hoc amplius & plauſtrum ducere & Iumenta Agere, l.8. §.1. D. de ſeruit. ruſtic. Inter *Actum* verò & *Viam* illa differentia, intercedit, quòd *Via,* Iter quoque ex ipſo ſermone continet: Actui verò duntaxat Iter ineſt. Item *Viæ* latitudo lege definita eſt: *Actus* verò latitudo vel conuentione & pacto, vel per Arbitrũ definitur. Poſtremò *Actus* intelligitur etiam ſi vehiculum duci non poſſit: *Via* verò abſque vtroque non intelligitur, l.13. D. de ſeruitutib. Varro lib.4. de lingua Lat. *Via quidem Iter, quòd ea vehendo teritur: Actus, Iter in agris quòd agendo teritur: etiam Ambitus, iter quod circumeundo teritur. Nam ambitus circum itus, &c.* Seruius lib.4. Æneid. ad hæc verba. *Conuectat calle anguſto: Via,* ait, *eſt Actus dimidius, qua poteſt ire vehiculum. Nam Actus duo capit, propter euntium & venientium vehiculorum occurſum.* Vetus Gloſſar. Actus, Δίκαιον τῦ βαδίζειν μεταξὺ σῦ, μετὰ τῦ ὑποζυγίου.

Actus etiam ſpatium eſt in Agris. Senec. lib.5. Epiſt.38. *Semina modo ſpargenda ſunt, quod quamuis ſit exiguum, cum occupauit idoneum locum, vires ſuas explicat, & ex minimo in maximos Actus effunditur.* Hunc trifariam diuidi Boët. lib.2. Geometr. auctor eſt, in *Minimum,* in *Quadratum,* in *Duplicatum. Actus Minimus,* quatuor tantùm pedibus in latitudine, & centum viginti in longitudine protenditur. *Quadratus,* ex omni latere centum viginti pedibus concluditur. *Duplicatus,* ducentos quadraginta pedes explicat. Eãdem diuiſionem Iſidorus lib.15. cap.15. facit, cui per omnia cum Boëtio conuenit, niſi quòd malè *Actus minimus,* ab eo (niſi in ſcriptura vitium eſt) longitudine centum quadraginta pedum definitur. Quod falſum eſſe, ne vni Boëtio fidem tribuamus, ex Varrone lib. 4. de lingua Latin. intelligimus, cuius verba hæc ſunt: *Sic quà Agi, Actus: Eius finis minimus conſtitutus, in latitudinem, pedes quatuor (fortaſſe ab eo quatuor quod ea quadrupes agitur) in longitudinem, pedes centum & viginti: in quadratum, Actus, & in latum & in longum, vt eſſet centum & viginti.* Sed & Feſtus lib.1. centum & viginti pedibus, Actum in Geometria, circumſcribi ſignificat. Et alio loco, latum eſſe quatuor pedes ſcribit. Quod autem apud Varronem, de centum & viginti pedibus ſcribitur, de Quadrato Actu, qui & *Latus* appellatur, accipiendum idem ipſe Varro lib.1. de re Ruſt. cap. 10. & Plin. lib.18. cap.3. tradunt. In *Duplicati* autem Actus explicatione æquè lapſus Iſidorus videri poſſit, qui Actum Duplicatum Iugerum facere ſcribit, quod longitudine 250. pedum, latitudine 120. conſtet. Nam & idem Varro 12. Decuriis *Actum* finiri, & *Iugerum* dictum, iunctis duobus Quadratis, auctor eſt. Quod ſi ita eſt, Duplicata Quadrati actus latitudine, & lõgitudine, conſtituamus neceſſe eſt Duplicatum Actum 240. latum eſſe, & longum totidem. Sed hæc ratiocinatio ex Quintiliano lib.1. cap. penult. refellitur, qui Iugeri menſuram eſſe 240. longitudinis pedes ſcribit, dimidióq; in latitudinem patere. Ab hoc *Actu*, *Actuarij limites,* apud Hygen. lib.1. de limitib. conſtit.

Agi etiam *Aqua* dicitur, id eſt, duci, l.1. §. incile, D. de riuis. Sic *Agi Aqua ex flumine*, l.1. §. 1. D. de aqua cottid. Vnde *Actor,* pro eo qui aquam ducit in d.l.1. §. Labeo, D. de aqua cottid. Sic & *Agi Ratis* l.1. D. vt in flum. public.

Agere cum Populo, eſt vt Feſtus exponit, *Populum ad Cõſilium, aut Comitia vocare,* vel vt Agellius, lib.13. cap.14. *Rogare Populum, quod ſuffragiis ſuis, aut iubeat, aut vetet.*

Agere Libellos Principis, l.12. D. de diſtract. pignor. *Agere menſurã*, l.5. D. ſi menſor. falſ. mod. Frontin. in libr. de agrorum qualitate. *Eadem ratione & priuatorum agrorum menſuræ aguntur.* Et ita, *Longitudinem Agere,* Hygen. lib.2. de limit. conſtituend.

Agere Auem, l.vlt. §. ſi ſtercus, C. quod vi aut clam. *Agere Radices in fundum Arbor,* l.3. §. vlt. D. arb. furt. cæſ. l.7. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. Varo. lib.4. de lingua Lat. *Sed quæ cognatio erit eius verbi quod radices egerit extra fines ſuos, perſequemur.*

Id Agit Procõſul, l.1. D. de alienat. iudic. *Id Agere Prætorẽ oportet,* id eſt, Curare. l.1. D. vbi pupil. *Quid aliud Agebat Prætor,* l.1. §. inde quæritur, D. de oper. noui nunciat. *Id egit vt,* l.15. §. legis, D. ad L. Iul. de adulter. *Si hoc agat ſeruus,* l.1. §. per communem, D. de adquir. poſſ. *Id agendum eſt vt,* ideſt videndum ſeu curandum, l.32. D. de euictionib.

Agi in Exilium, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 15. & in Lege Dei, Tit. 8.

Hoc Agi *debet*, l. 4. D. de manumiſſionib. *Agi videtur*, l. 2. §. 1. D. de hered. vel act.

Quod Agitur *in contrahendo*, l. 3. D. de rebus credit. *Actum inter contrahentes*, l. 38. D. mandati. *Quid Actum ſit*, l. vlt. D. qui & à quib. *Quid Acti ſit*, l. 18. D. de donationib. l. 26. D. de reb. dub. *Quid inter eos Acti ſit*, l. 41. D. de verbor. oblig. *Quod Acti eſt*, l. 21. D. de reb. dub. *Quod Acti ſit*, l. 57. D. de oblig. & act.

Qua de re Agitur, l. 20. §. deinde, D. de oper. noui nunc. & apud Cicer. Topicis.

Agi *Pœnitentia*, *Reſpectus*, & *Nihil* Agi, vide ſuis locis. *Actis ſex menſibus*, in l. 35. D. de negot. geſt. id eſt, exactis ſeu finitis.

Agentivm in rebus crebra fit in libris Codicis mentio, vt & apud Ammia. Marcellin. & in Symmachi Epiſtolis aliquoties, & apud Ambroſium lib. 5. Epiſtol. Poſſidonium in vita B. Auguſtini. Hos Principibus varia miniſteria in prouinciis præbuiſſe conſtat. Nam & curis agendis, & euectionibus publici curſus obſequium præſtabant, vt oſtendunt l. 2. & l. vlt. C. de curioſ. & ſtationar. lib. 12. Officio quoque Præſidum, Proconſulum, Vicariorum, Ducum, princeps de ſchola Agentium in rebus deputabatur: quemadmodum ex Notitia Imperij Rom. liquet. Agentes autem in rebus, Vetus Gloſſarium, μαγιστριανὸς vertit, fortaſſis, quòd Magiſtro Officiorum ſubeſſent.

Agitare *Cauſam fiſci*, l. 1. C. de aduocat. fiſci. *Excuſationem*, id eſt, *Allegare*, l. 20. D. de appellationib. *Mulas*, l. 30. §. qui mulas, D. locati. *Pecuniam*, pro exercere, l. 4. §. vſuras, D. de fideiuſſorib. tut.

Agitare *cœpi*, l. 38. §. 1. D. de Teſtam. milit. *Agitaſſe Iulianum refert*, l. 45. D. de actionib. empt.

Agitari pro quæri, vel tractari, l. 41. §. ſi duobus, D. de legat. 1. l. 65. §. ſi pupillo, D. ad Sc. Trebell. l. 19. §. vlt. D. de recept. qui arb. l. 1. §. veteres, D. de adquir. poſſ. l. 3. §. 1. D. de iure fiſci, l. 2. §. iactura, D. de Lege Rhod. l. 17. D. de reb. dub. *Agitatur non male*, l. 41. §. ſi duobus, D. de legat. 1. *Agitantur multæ variæque Quæſtiones*, l. 35. D. de mor. cau. don.

Agitari Quæſtio, l. 18. D. mand. l. 114. §. apud, D. de Legat. 1. l. 31. D. de ſtatuliber. l. 42. D. de action. empt. l. 1. C. ſi ſæp. in integr. reſt. l. 12. §. ſi tecum, D. qui potior. in pign. & apud Symmachum, Epiſt. 46. lib. 10. *Et Species*, l. 12. D. de damno infecto.

Agitari Cauſa, l. 19. in fi. D. de appellationib. *Iudicium*, l. 4. §. vlt. D. de noxal. act. l. 23. C. de procuratorib.

Agitatores, qui in Circenſibus Ludis bigas, trigas quadrigáſve agitabant, l. 4. D. de his qui not. infam. l. 43. in fi. D. de act. empt. l. vlt. C. de malef. Hi & Aurigarij à Sueton. appellantur in Nerone cap. 5. vide de his Manilium lib. 4. Aſtronom. Vetus Gloſſarium. *Agitator*, ἡνίοχος, ἐλάτης.

Aggeres, quibus oppoſitis Aqua continetur & coërcetur, quales erant in Ægypto qui aquam Niloticam continere ſolebant, qui Græcè χώματα vocabantur, l. 10. D. de extraord. crim. Rubr. de Nili Aggeribus, Cod. de quibus Ioſeph. lib. 2. Antiquit. Iudaic. cap. 5. χώματα, ait, πως ἂν ἄρχοι τὸν εἴποταμὸν μὴ λυμαίζειν, ἕως ἐκείνων ἀποβαίνοντα.

Aggeres, vel quam aliam munitionem adhibere, vt agrum ſuum tueretur, l. 1. §. ſunt qui putent, D. ne quid in flum. publ. *Aggeres facere*, l. 14. D. de impenſ. in res dotal. *Habere, & Munire*, l. 1. §. vlt. D. de aqua & aqu. pluu.

Aggerem etiam Iſidor. lib. 15. Etymolog. cap. vlt. poſt Seruium in 12. Æneid. *Viam coaceruatis lapidibus ſtratam*, ſignificare ſcribit, quam Hiſtorici *Militarem viam dicunt*. Ammia. Marcellin. lib. 18. *Cùm ad ſecundum lapidem veniſſemus, Liberali forma puerum in* Aggeris *medio vidimus eiulantem*. Proinde apud Rutil. Numatian. in Itinerario, vbi vulgò, *Aurelius* Ager ſcriptum eſt, emenda, *Aurelius* Agger: quibus verbis viam Aureliam ſignat.

Aggregari, aut vt in Pandect. Florent. ſcribitur, *Adgregari Muneribus*, l. vlt. D. de munerib. & honor. *Peculio*, l. 8. D. de caſtr. pecul. *Adgregandæ vires*, l. 17. §. præterea de fideiuſſori.

Agmen *Aquæ*, l. 6. C. de ſeruitutib. *Iudiciale*, l. 6. C. de arbitr. *Expletum* Agmen, l. 6. C. de aditor. diuerſ. iud.

Agminales equi, l. vlt §. patrimoniorum, D. de munerib. & honor.

Agnorvm nomine continentur qui minores anniculis ſunt, l. 60. D. de leg. lib. 3. Sanè *quandiu* Agnorum *loco ſint, ex vſu cuiuſque loci ſumendum*, rectè Marcianus definit. *Nam in quibuſdam locis Ouium numero eſſe videntur, cùm ad tonſuram venerint*, l. 65. in fi. D. de Legat. 3.

Agonothetæ in l. vlt. §. maſtigophori, D. de munerib. & honor. & l. vlt. de expenſ. ludorum in Cod. Theo. appellãtur, qui, vt B. Ambroſius lib. de Helia, cap. 21. explicat, *Agoni præerant*. Hi, vt B. Hieronym. lib. contra Iouinianum tradit, *proponebant præmium, inuitabant ad curſum*.

sum. Denique, vt Tertul. in lib. de fuga in persec. loquitur, *ad eos arbitrium Certaminis pertinebat.* At proinde eos, vtpotè qui certaminib. præsiderent, Mastigophori comitabantur, vt apparet ex supradicto §. Mastigophori. Vtuntur hoc verbo idē Tertul. in lib. ad Martyr. B. Hier. Quæstio. ad Algasiā, *Vbi quis iniquitate* Agonothetæ, *vel insidiis magis τὸ βραβεῖον & Palmā sibi debitā perdat.* Spart. in Hadriano. *Multa in Athenienses contulit & pro* Agonotheta *resedit*: vbi malim *præsedit.* Herodem etiam Olympicis Ludis Agonothetam factum, Ioseph. lib. 1. de bello Iud. cap. 16. memorat. Inde ἀγωνοθετῶν, ὃ προκαθίζεσθαι in l. 10. D. de pollicitation. idem est quod *Ludis præsidere*, in l. 6. D. de ann. leg. Solebant enim veteres aliquem sibi constituere qui certaminibus ludisq; siue scenicis siue gladiatoriis præsideret. Idque ad Principem in vrbe, aut eo recusante, ad Magistratus delatum, ex Sueton. in Augusto, cap. 45. & in Caligula cap. 18. intelligimus. Verum, vt Suidas tradit Ἀγωνοθέτης proprie est ἐν τοῖς σκηνικοῖς, ἐν δὲ γυμνικοῖς Ἀθλοθέτης, & vt Nicander apud Hesichiū sentit, Ἀθλοθέτης ὁ μόνα γυμνικὰ, Ἀγωνοθέτης δὲ ὁ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα διαπρέμενος. Vnde Ἀγωνοθεσία, ipsum constituendi designandique certaminis munus appellatur l. 20. §. Neratius, D. famil. ercisc. l. 109. de decurionib. in Cod. Theod. *Agonothetici fundi*, l. vlt. de fundis patrimon. l. 11. C.

AIT *diuus Traianus*, l. 16. D. de iure fisc.

Ait Lex, l. 64. §. dabit, & §. quod ait, D. soluto matr. l. 11. D. de diuort. *Oratio*, l. 32. §. ait, & §. quod ait, D. de donat. int. vir. *Prætor*, innumeris Pandectarū locis, *Senatus*, l. 25. §. quod autem, D. de hered. pet. *Aiunt Ædiles*, l. 1. D. de ædil. edic.

ALA *exercitus*, l. 2. D. de his qui not. infam. *Alarum Præfectus*, apud Paul. lib. 5. Sentent. tit. 38. & apud Sueton. in Tiber. cap. 30. *Alas* autem, vt Agellius lib. 16. cap. 4. scribit, *Equitum ordines*, inde appellarunt, quod circum legiones dextra siniſtráque, tāquam alæ in auium corporibus, locarentur. Veget. lib. 2. cap. 1. *Equitum Alæ, dicuntur ab eo quòd ad similitudinem alarum ab vtraque parte protegant acies.* Sueton. in Claudio cap. 15. *Equestrem militiam ita ordinauit, vt post cohortem, Alam, post Alam, Tribunatum legionis daret. Alas etiam funditorum*, dixit Valer. Maxim. lib. 2. cap. 2

ALBANVS *fundus qui principalibus vsibus deseruit*, l. 40. §. vlt. D. de legatis.

ALBA *vestis*, apud Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 23.

ALBVM, Tabula erat dealbata, vel vt Theoph. in §. pœnales Institutionib. de actionib. scribit, albis literis notata, in qua Prętores Edicta sua, quò omnibus innotescerent, Actionésque, & Interdicta proponebant, l. 2. §. eodem, D. de orig. iur. l. 7. & l. 9. D. de iurisdictio l. 1. C. de interdict. l. 1. §. eum quoque, D. de eden. l. 1. C. de interdict. d. §. pœnales. & apud Paul. lib. 1. Sent. Tit. 13. & lib. 5. Tit. 24. Hesichius σανίδας λευκὰς vocat. Vetus Glossarium. *Album Prætoris est, quædam tabula dealbata, posita pro Rostris, in qua proponebantur Edicta Prætoris, vt facilè ex eminenti conspicerentur & legerentur.* Aliud Glossarium Græcum, Αλβον λέγεται τὸ ἔδικτον: διὰ τὸ γεγράφθαι λεύκοις γράμμασιν. ὅτι γὰρ κοίλωμα τὰ διατάγματα ἢ τὰς προγραφὰς ἐξεπήγασαν. De Prætoris albo accipienda sunt hæc Senecæ Epist. 49. verba, *Turpes infamesque, etiam sedentibus ad Album, exceptiones.* Vt & hæc Quintiliani lib. 12. cap. 3. *Quorum alij se ad Album, ac Rubricas transtulerunt.* Quo respexisse credo Plaut. in Persa Act. 1. Sc. 2. cùm ait, *Si id fiat, næ isti faxim nusquam appareant. Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona.* Nam in Albo propositas perscriptásque habebāt Actiones, vt ex d. l. 1. C. de interdict. liquet. Eodem referendum est, quod Quintilia Declamatio 34. scribit, *Potentius esse quod in Albo legitur, quàm quod in Testamento.*

Album Corrumpere, Mutare, Radere, Tollere, apud Paul. lib. 1. Sentent. tit. 14. Hinc *Albi corrupti* Actio, id est, vt Vetus Glossarium explicat, ἀγωγὴ ἢ κατὰ τῶν φθειρόντων τὸ προτεθὲν ἔδικτον ὑπὸ τοῦ Πραίτορος.

Transfertur & ad alia *Albi* appellatio. Nam illa quoque Tabula, in qua Decurionum nomina, secundum cuiusque ordinem scribuntur, *Album* appellatur, Tit. de Albo scrib. l. 10. D. de Decurio. l. vlt. §. camelasia, D. de munerib. & honor. quibus in capitibus loco suo pulsum hoc verbum Pandectarum Florentinarum beneficio restitutū est. Atque hoc est *Album* Decurionum, l. 5. D. de decurionib. l. 5. l. 9. l. 67. Tit. 6. lib. 10. C. Symmach. Epist. 55. lib. 10. *Decurionum adscriptus Albo.* Quod *Curiæ Album* vocatur, l. 45. de decurionib. in Cod. Iustin. & l. 48. &. l. 142. eod. tit. in Cod. Th. & Nou. 119. Eodémque modu *Album Senatorum*, apud Cassiodor. Epist. 26. Sic & *Album* Senatorium, Tacitus lib. 4. idémque lib. 4. Quod Dio lib. 55. λεύκωμα τῆς βουλευτῶν. Et vt Tabulam Syllanæ proscriptionis idem λευκώματα Συλλεῖα. Sic & *Album Iudicum*, Tranquillus in Claudio, cap. 16. in Domitiano, cap. 8. & Senec. lib. 3. de Benefic. cap. 7. & Plin. in Præfatio. Natur. histor. & *Album Cytharœdorum*, idem Tranquillus in Nero. cap. 20. Cicero quoque lib. 1. de Orat. Pontificem Maximum res omnes singulorum annorum mandatas literis *Extulisse in Album*, proposuisséque Tabulam domi. Liu. lib. 1. ab Vrbe condit. *Omnia ea & ex Commentariis Regis, Pontificem in Album relata proponere in publico iubet.*

Idem etiam lib. 9. Cneum Flauium, Faſtos in *Albo* circa forum propoſuiſſe refert. Sic & *Album Apoſtolorum*, Tertullian. lib. 5. aduerſus Marcionem dixit. *Vt autem Albo adſcribi*, ita è contrario, ab *Albo Eximi*, l. 3. C. de decurionib.

ALBESCENTE *cœlo*, l. 25. §. vlt. D. de liber. & poſt. id eſt prima luce. Cæſar lib. 1. de Bello ciuili, *Cæſar exploratis regionibus Albente cœlo omnes copias caſtris educit*. Hircius de Bello Afric. *Cæſar vna nocte conſumpta id cœlo albeſcente, cùm proficiſci conaretur*. Symmachus Epiſt. 7. lib. 1. *Nondum Albeſcente cœlo concurritur luminibus accenſis*.

ALEAM *Ludere*, l. 26. D. de iniur. & apud Sueton. in Auguſto cap. 71. *Alea Ludi*, l. 1. §. item notandum, D. de aleatorib. *In Alea geſtum*, l. 11. §. 1. D. de Probat. *Luſum*, l. 1. & l. vlt. §. vlt. D. de Aleator. *Si in Alea rem vendam, vt ludam*, l. 2. §. ſi in alea, D. quarum rerũ actio. Vnde *Aleatores*, Rubr. de Aleatorib. D. & Cod. & l. 25. D. de verb. ſignificat. l. 4. §. 1. & l. 18. D. de ædilic. edic. l. 1. D. de repud. in C. Th.

Alea emi, dicitur, cùm ipſum incertum rei venit: veluti, ſi iactum Retis, vel Panthera ab Aucupe, vel Miſſilium captum quis emat, l. 7. l. iuncta, l. 11. D. de heredit. vel act. vendit. l. 8. D. de contr. emption. l. 12. D. de acti. empti. Sic & in l. 5. D. de naut. fœn. *In Aleæ ſpeciem cadere*, dicitur, quod ex dubio, incerto & fortuito euẽtu pendet. Similiter Seneca lib. 3. de Benefic. In liberis tollendis, *Aleam* dixit. Ambroſ. Epiſt. 24. lib. 5. *Germanæ tuæ non vis, ſed ſollicitudo, diſceſſit: nõ fructus, ſed culturæ labor: non reditus, ſed incerti euentus, quædam (vt dicitur vulgo) Alea*.

ALEXANDER *Seuerus*, Antoninum patrem ſuum vocat, in l. 6. C. vt in poſſ. legator, Seuerum verò *Auum*, in l. 5. C. ad Leg. Falcid. Is Domitij Vlpiani Præfecti Annonæ, Amici ſui Reſponſum laudat, in l. 4. C. de contrah. ſtip.

ALFENVS Varrus Cremonẽnſis Iuriſconſultus, Seruij Sulpitij auditor, l. 2. D. de orig. iur. quem Horatius perſtringit, lib. 1. Sermonum Satyra 3. ad quem locum vetus interpres, *Alfinius*, ait, *Cremonenſis abiecta ſutrinâ quam in municipio ſuo exercuerat, Romam venit: Marcóque Sulpitio, Iuriſconſulto vſus, ſua ſcientia ad tantum dignitatis peruenit, vt Conſulatum gereret, & publico funere efferretur*. Hunc rerum antiquarum non incurioſum ait Agellius lib. 6. cap. 5. & eius librum Digeſtorum 34. Conlectaneorum item librum citat. Ac planè quadraginta Digeſtorum libros ſcripſiſſe eum ex Indice Pandectis Florentinis præfixo apparet: vnde plurima in Pandectas capita tranſlata ſunt: quos Paulus in Epitomen contraxit: Hinc illæ in l. 30. & l. 31. D. locati Inſcriptiones, Alfenus lib. 3. & 5. *Digeſtorum à Paulo Epitomatorum*.

ALIA *cauſa eſt*, id eſt diuerſa, l. 14. D. ſol. matr. l. 1. §. 1. D. quando appell. ſit, l. 29. D. de nouationib. l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. l. 34. §. alia, D. de contrah. empt. *Actionum Alia aliam conſumit*, l. 130. D. de diuerſ. reg. *Alia hora quam qua*, l. 2. D. de aqua cottid. *Alia res facta*, l. 25. §. vlt. D. de excep. rei iud. *In Alij locum*, id eſt, alterius, l. 156. D. de diuerſ. regul. *Alio iure eſt*, l. 4. C. de in lit. iur.

Aliorſum transferre, l. 20. §. Pamphilæ, D. de inſtr. vel inſtr.

Aliubi, l. 64. D. de condic. & demonſtr. *Aliud ſanè eſt ſi*, l. 7. §. 1. D. de adquir. rer. dom.

ALI *Radicibus Arbor*, l. 6. §. vlt. D. arbor. fur. cæſ. Sic & *Alimentum Terræ*, l. 26. §. 1. D. de rer. dom. *Alitus*, l. vlt. C. de aliment. pup.

Alitæ perſonæ, l. 1. §. 1. D. de tutel. & rat. & *Alta eſt*, pro eſt *Alita*, l. 1. §. competit. D. ſi mul. vent. necon.

ALIMENTORVM appellatione, *Cibaria* & *Veſtiarium* & *Habitatio* continentur, quia ſine his ali corpus non poteſt. Cætera quæ ad diſciplinam pertinent, niſi aliud Teſtatorem ſenſiſſe probetur, non continentur, l. 6. 7. l. 17. & l. vlt. D. de aliment. & cibar. legat. l. 8. §. qui tranſigit, D. de tranſactionib. Anguſtior verò eſt *Diariorum* vel *Cibariorum* appellatio. His enim legatis, neque *Habitatio* neque *Veſtiarium* neque *Calcearium* debetur: quoniam de cibo tantum teſtator ſenſerit, l. 21. D. de aliment. & cibar. Nec enim Diaria, aliud quàm diurna cibaria ſonant.

Alimenta Conſtitui, l. 2. D. de feriis, l. 2. D. de re iud. *Decernere*, & *Statuere*, l. 2. & l. 3. D. vbi pupill. educ. *Præſtari*, Rubr. de Alimen. pup. præſt. Cod.

ALIMENTARII eadem, quæ Legatarij & Donatarij, ratione, dicuntur, quibus Alimenta relicta ſunt. l. 8. §. eam tranſactionem, D. de tranſact. l. penult. §. 1. D. ad Leg. Falcid. vt *Alimentariæ puellæ*, apud Capitolinum in Anton. Pio, quibus alimenta de publico præſtabantur.

Alimentaria Cauſa, l. 1. §. ſi eidem, D. de tranſactionib. & *Ratio*, l. 4. §. lege, D. ad Leg. Iul. peculat.

Alimonia denegare, l. 4. D. de adgnoſ. liber. & *Præſtare*, l. 73. §. vlt. D. de iure dot.

ALIENARE eſt dominium in alium transferre. Itaque *Alienatum* non videtur quod adhuc

huc in bonis venditoris manet, l. 67. D. de verbor. signif. Sic Seneca lib. 5. de Benefic. cap. 10. Alienationem definit, *rei suæ, iurisque sui, in aliam translationem.* *Alienatio*, aiunt Impp. in l. 1. C. de fun. dot. est, *omnis Actus per quem Dominium transfertur.* Alienatione tamen prohibita plenius testantis voluntatem, legisque mentem interpretamur, vt non tantùm venditiones sed & pignerationes, seruitutúmque cessiones prohibitæ intelligantur, l. vlt. C. de reb. alien. non alien. Et ita in Lege Iulia de fundo dotali, & in Oratione Seueri, qua res eorum qui sub tutela curáve sunt, sine decreto alienari prohibentur, verbum hoc interpretandum est, vt sub Titulis de fundo dot. D. & C. & Tit. de reb. eorum, D. & de præd. minor. C. plenissimè explicatur. *Alienare* videtur qui patitur vsucapi: *Alienare* quoque dicitur, qui non vtendo amisit seruitutes, l. 28. D. de verb. signif. l. 3. D. de fund. dot. Planè in Edicto quo cauetur ne qua Alienatio mutandi Iudicij causa fiat, *Alienare* intelligitur etiam qui alienam rem vendiderit: sed heredem instituendo, vel legando, si quis Alienet, aut venditori suo redhibeat rem, Edictum cessat, nisi propter hoc ipsum redhibuerit, aliàs non redhibiturus, l. 8. in fi. & l. 9. D. de alienat. iud. mut. Quinetiam ad possessionis translationem hoc Edictum pertinet, l. 4. §. prædium, D. eo. tit. Sed qui duntaxat possessionem omittit, *Alienare non intelligitur*, l. 4. §. 1. D. eo. tit. l. 162. D. de reg. iur. Cùm verò *Alienari extra familiam*, Testator *Fundum* vetuit, Alienatio intelligitur, si extraneo herede instituto decesserit, l. 69. §. fratre, D. de legat. 2. vel si extraneo is fundus legetur, l. 114. §. penult. D. de legat. 1.

Alienare vtique, quod ad fraudandos creditores attinet, non intelligitur qui occasione adquirendi non vtitur, l. 6. D. quæ in fraud. cred. l. 28. §. 1. D. de verbor. signif. *Alienatio* enim est cum patrimonium diminutus, non cùm non adquiritur. Nec tamen Pupillus qui sine decreto Alienare non potest, delatam sibi hereditatem, vel legatum, sine Prætoris auctoritate rectè repudiat: quoniam ne spem quidem iuris deteriorem facere potest. Generaliter autem Alienatione interdicta, Voluntaria tantùm interdicta intelliguntur, non etiam ea quæ causam iuris habet necessariam, l. 1. D. de fundo dot. l. 2. §. 1. D. de reb. eor. l. 13. & l. 14. D. famil. erciſc. l. 114. §. Diui. D. de legat. 1. l. 69. §. prædium, D. de legat. 2. *Alienare alicui*, l. 1. 3. §. opus quoque, l. 4. D. de alienat. iudic. mut. *Alienare mentem alicuius medicamento alióve quo*, l. 15. D. de Iniuriis.

Alienus & Proprius, opponuntur, l. 21. D. de cond. instit. *Alienus Ager*, l. 11. C. de seruitutib. *Dolus*, l. 11. §. & alienum, l. 14. D. de doli mali. *Filius, cui Suus opponitur*, l. 4. C. de hered. instit. *Fundus*, l. 14. D. de donatio. *Locus*, l. 4. D. de seruitutib. & l. 44. D. de adquir. poss. *Partus*, Paul. lib. 2. Sent. Tit. 25. *Seruus*, l. 30. D. de stipul. seruor. l. 4. C. vi bon. rapt. *Vsusfructus*, l. 69. D. de furt. l. 2. §. 1. D. ad L. Iul. de adult. l. 25. D. de verb. signif. l. 1. §. 1. D. ad Sc. Silan. l. 66. §. fundo, D. de leg. 2. l. 3. §. si seruus, D. de donat. int. vir. l. 15. §. vlt. D. de condict. indeb. *Alieno hortatu*, l. 7. §. vlt. D. de fideiussorib. *Alienus*, l. 10. §. parentes, D. de in ius voc. id est, Extraneus & qui nullo gradu cognationis nos attingit. Et ita *Alienus postumus* accipitur, §. postumus, instit. de legat. *Alienus à vi*, l. 9. §. animaduertendum, D. quod met. cau. *Alieni Boues*, l. 53. D. ad L. Aquil. *Equi*, l. 2. D. de extraord. criminib. *Nummi*, l. 15. §. 1. D. de condict. indeb. *Aliena Aqua*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 6. *Causa*, l. 2. D. quando appell. sit. *Ciuitas*, l. 17. §. Sola, D. ad municip. *Cognitio*, l. 3. §. planè, D. de hom. libero. *Defensio*, l. 18. C. de procurator. *Existimatio*, l. 7. D. de iniur. l. 93. D. de solutionib. *Familia*, l. 6. §. vlt. D. de bon. poss. cont. tab. *Hereditas*, l. 1. D. de crim. expil. hered. *Iurisdictio*, l. 3. D. de offic. eius, l. 5. D. de iudiciis, l. 1. C. qui pro sua. *Lis*, videlicet quæ procuratorio nomine instituitur, l. 11. D. de doli except. *Materia*, l. 61. D. de rei vind. *Materfamilias*, l. 8. D. ad L. Iul. de adulter. *Obligatio*, l. 1. C. de magistrat. conuen. *Potestas*, l. 4. D. de his qui sunt sui vel al. l. 49. §. 1. D. de adquir. poss. l. 7. D. si quis caution. l. 3. §. Iulian. D. de liber. exhib. l. 17. D. de damno infect. l. 91. D. de legat. 1. l. 1. C. de adoptionib. *Seges*, l. 39. §. vlt. D. ad L. Aquil.

Propriam autem causam ab *Aliena*, quemadmodum discernamus, docet Vlpian. in l. 1. §. in propria, D. quando appellād. sit *Potior habebitur. Propria, quàm Aliena causa, veluti fideiussoris*, l. 97. D. de solutionib. *Aliena viro bona suspicio*, l. 5. C. de furtis.

Alienæ Ædes, l. 8. D. de donatio. l. 11. D. ad L. Iul. de vi. *Apes*, l. 49. D. ad L. Aquil. *Merces*, l. 14. D. de præscrip. verb. *Operæ*, l. 5. D. de duob. reis.

Alienum Auditorium, l. 5. D. de offic. adsess. *Chirographum*, l. 23. D. ad L. Cornel. de falsi. *Debitum* l. 1. C. de constit. pecun. *Dominium*, l. 4. D. de statu homin. *Ius*: Sic *Alieni iuris* esse, Rubr. de his qui sunt sui vel alien. D. & Institut. *Alieni iuris petitor*, l. 8. §. quod si, D. de oper. noui. *Alieni iuris Res*, Paul. lib. 5. Sent. Tit. 6. *Alieni iuris & nostri*, opponuntur, in Lege Dei, Tit. 12.

Alieno iuri subiectæ Personæ, l. 1. D. de his qui sui vel al. & Instit. eod. tit. l. 22. D. de in ius voc. & Instit. quib. mod. ius pat. pot. & §. Minima, Instit. de cap. diminut.

Alieno iure contendere, l. 1. §. quod si, D. de oper. noui nunt. *in Ius Alienum peruenire*, l. 14. §. vlt.

D.quando dies legàt. *Alienum negotium, Agere & Gerere*, l.14.D.si quis caut.l.1. D. de appellat. *Opus*, l.8.§.quod si,D.de oper.noui.*Pactum*, l.19. C.de iure dotium. *Pecus*, l.39.§. vlt. D.ad L. Aquil. *Periculum*, l.3.§.vlt.D.de administr.&peric.l.4.D.ad Sc.Trebell.*Scelus*, l.1.C.ex delictis defunctor. *Testamentum*, l.18.& l.22.§.qui liberti,D.de L.Cornel.de falſ.

Alieno nomine Agere, l.20.D.de appellat.l.39.§.1.D.de procuratorib.*Appellare*, l.1.§.Tutores,D. quã.appell.*Cõuenire*, l.13.D.de locato.*Nũciare*, l.1.§.nũciatio,D.de oper.noui nũc.*Litigare*, l.1.§. in propria,D.quando appell. ſit,*Poſtulare*, l.13.§.ſi alieno,D.de dam.inf.*Stipulari*, l.39.§.alieno, D. eo.tit. *In* Alieno *facere*, & *in Suo*, opponuntur, l.15.§.1.D.de dam. inf. vt *de* Alieno *Cauere*, & *de Suo*, l.30.D.eo.tit.l.1.§.Stipulationum,D.de ſtipulat.præt.

Non Alienum *eſt*, l.4.§. ſed quoniam, D. de grad.& adfin.l.10. D.de interrogat. l. 47.D. de rei vind. & *non* Alienum *dicere*, l. 5. §.negotiatores,D. de iure immun.

Aliena Inſtrumenta, l.4.C.de Eden.l.21.C.de probat.*Negotia*, l.20.C.de neg.geſt.quibus propria opponuntur, l.8.§.vlt.D.de legationib.*Aliena loqui*, l.4.D.de ædil.ed.

Aliquatenus *effectus Partus*, l.10.D.de ſtatu ho. *Aliquatenus Reus culpæ*, l.5.§.vlt.D.de ob.&act.

Aliter, id eſt contrà.Sic *Si* Aliter *factum eſſet*, l.7.D.de ſeru.export. *Si* Aliter *factum erit*, l.4. D.de verbor.oblig. id eſt, ſi *Ita factum non erit*, vt l.137.§.vlt D.eod. *Aliter atque*, l. 13. D. de pecul. leg.l.1.§.ſi foſſa,D.de fluminib l.10.D.de contr. emp.l.3.§.vlt.D.de cap.min.

Aliter Exiſtimandum, l.61.§.circa,D.de furtis. *Aliter obſeruantibus*, l. 8. D.de legat. 1. id eſt, *Si* Aliter *obſeruetur*, vt l.vlt.D.de bon.poſſ.cont.tab.& l.1.§. ſed & ſi quis, D. de Carbon. ed. Sic, Aliter *Interpretantibus*, l.77.& l.80.D.de contrah.empt. *Aliud Reſpondentibus*, in l.49.§.vlt D.de fideiuſſorib. *Aliter ambulans*, l.63.§.quod ſi,D.de adquir.rer.do. *Aliter filij*, *Aliter Nepotes appellantur*, l.6.D.de teſt.tut. §.vlt.Inſtit.qui teſt.tut. *Aliter erat*, l.12.§.Rurſum,D.de captiu.

Allegare *Cauſas*, l.4.§.1.D.ad L.Iul.de adult. veluti, *Abſentiæ*, l.3.§.litem, D. de negot. geſt. *Excuſationis*, l.31.D.de excuſationib. *Immunitatis*, l.1.§.1.D.quando appellan.

Allegare Excuſationes, l.25.D.Manda.l.1.§.1.D.de adminiſtr. & peric. *Iuſtam ignorãtiæ cauſam*, l.42.D.de diuerſ.reg. *Mandatum*, l.15.§.vlt. D.de minorib. *Priuilegia ſua*, l.5.D. de iudiciis. *Valetudinem, aut neceſſariam peregrinationem*, l.9.D.de procuratorib. *Allegari Iudici*, l.3.§. litem, D. de neg.geſt. *Præſidi*, l.1.C.vt ventr.nom. *Procuratori*, l.1.C. de fide inſtr. *Allegare pro ſe*, & *pro alio*, l.1. §.his igitur,D.de poſt.Itaque *Allegare* tàm Aduocatus, l.1.C.de erro.aduoc.quàm ipſemet Litigator, l.71.D.de fideiuſ.l.9.D.de inof.teſt. *Si Tutores Allegent*, l.5.§.ſi æs,D.de reb. eor. *Falſo aliquid* Allegare, l.75.D.de iudiciis,& *Allegare quæ pro cauſa ſunt*, l.18.D.de minorib. Nec voce, modo ſed & *Libello* Allegare, dicebãt, l.13.D.de reb.eor. Vnde, illa crebra in Reſcriptis verba, *Cùm allegas*, &, Si *vt allegas*: quorum exempla è lib.3.Formul. petẽda ſunt. *Allegare ex ſeruitute in ingenuitatem*, l.27.§.quod ſi,D.de lib.cau.id eſt,proclamare. *Allegari Æs alienum*, l.5.§.ſi æs,D.de reb.eor. *Error*, l.38.§.idem,D.ad L.Iul.de adult. *Exceptio*, l.21.D.de vſuris. *Iuſtæ cauſæ*, l.14.D.ad Sc.Trebel. *Noua cauſa*, l.4. D. vt in poſſ. legat. *Allegatio Ætatis*, l.5.C.de lib.cau. *Circumuentionis*, l. 17.D.de min. *Lenocinij*, l.2.§.qui in hoc,D.ad L.Iul.de adult. *Rationum*, l.28.§.ſi quis eo,D.de lib.& poſt. Allegatio *dicentium*, l.1.§.cùm quis,D.de quęſt. Allegatio *omiſſa*, l.3.D.de min. Allegationes *partium*, l. 3.C.de inutil.ſtipul.l.vlt.C.ſi aduerſ.fiſ.& in Lege Dei, Tit. 10. *Ex falſis* Allegationibus, Rubr. ſi ex falſis.

Allegi *Decuriones*, l.11.D.de decurionib. *Allegi in collegium*, l.5.§.quibuſdam,D.de iure immunit. *In Corporibus*, l.5.§.vlt. *In Curiam*, l.6.D.de muner.& honor. *In Ordinem*, l.3.§.1.& §. ſpurios.l.11.& l.13.D.de decur. *Allecti*, l.2.de quæſt.in C.Th.& l.4.de extraord.mun.in eod.C.

Alligare *ſe hereditati*, l.78.D.de adquir.vel omit. *Machinam*, l.1.§. Ædificare, D.de iur.inf.

Allvvio, eſt incrementium latens, cùm quid paulatim,& vt Conſtantin. Hermenop.lib.2. Epit.Tit.1.loquitur, κατὰ βραχὺ καὶ ἀνεπαισθήτως, à flumine fundo alieno adiicitur: vt intelligi non poſſit quantum quoque momento temporis adiicitur, §. prętera, Inſtit.de rer. diuiſio.l. 7.§.1.D.de adquir.rer.dom.l.3.§.ſi aqua,D.de aqua cottid. l. 24.§. ſi quid poſt,D.de leg. 1.

Alluuione accedere, l.15.D.de cond.indeb.l.5.D.de Adquir.rer.do. *Adcreſcere*, l.13.§.ſi Titius,D. de act.empt. *Auctus* Ager, l.16.D.de legat.3. *Maior factus fundus*, l.16.D.de pign. *Alluuionis ius*, l.12. D.de adquir.rer.do.Hinc *Alluuionum Acceſſio*, Paul.lib.3.Sent.Tit.7. Alluuionem autem ita deſcribit Lucanus, *Illos terra fugit dominos, his rura colonis Accedunt donante Pado*. Porrò *Alluuionem & Circumluuionem*, Cic.1.de Orat.ſeparat. Feſtus autem Pompeius,lib.3. *Circumluuionem ius eſſe prædiorum ſcribit*.

Altera *Die*, id eſt,poſtridie,l.7.§.1.D.ſol.matr. *Altera vel tertia die*, l.1.§. quod in, D. quan. appell.ſit. *Alterum diem*, id eſt biduum,d.l.1.§.In propria,ſeu ſecundum diem, l.2.D.eod.tit.

Altera Pars, id eſt Diuerſa, l.2.C.de vſur.& fructib.l.2.C.qui potior.in pign. *Alterius & Alterius facti hæ res ſunt*, l.48. D. ad L.Aquil. *Alterum Eligat*, id eſt alterum è duobus, l.34.§. ait prætor, D. de iureiur.

ALTERVM *tantum*, significat aliud tantumdem, l. 9. D. de vsuris, l. 9. §. quod illicitè, D. de publicanis, l. 3. §. vlt. l. 42. in fi. l. 46. D. de iure fisc. l. 13. D. de liberis & post. l. 27. D. ad L. Iul. de adulter. Vtuntur & his vocibus Plautus Epidico, Act. 3. Sc. 2. Cicero in Oratore, Hircius de bello Hispaniensi, necnon & Valerius Max. & Æmilius Prob. *Tantum alterum*, l. 15. §. in fraudem, D. ad municipal. *Tantum aliud*, in l. 7. de iure fisc. lib. 10. Cod.

ALTERNATIO, pro disiunctione, in l. 7. §. quod autem, D. de iniur. l. 9. D. de seruo corrup. *Rerum & Locorum Alternatio*, l. 2. §. Scæuola, D. quod certo loco. *Alternata cõditione*, l. 8. §. si quis sub iurisiurandi, D. de conditionib. Institu. id est, disiunctiuo modo adscripta, videlicet, vt aut pareat condicioni, aut iuret.

ALTERNIS *annis adiudicari vsusfructus*, l. 16. §. vsufructus, D. famil. ercisc. *Fundum certo pretio conductum habere*, l. 35. §. vlt. D. loca. *Vti frui*, l. 34. D. de vsufr.

Alternis diebus Aqua deberi, l. 1. §. item quæsitum, D. de aqu. cottid. *Vsufructu vti*, l. 5. §. vlt. D. de seruituti. vsufr. *Legatus*, l. 1. D. quando dies.

Alternis mensibus, l. 44. D. de manum. test.

ALTO *se præcipitare*, l. 7. D. ad L. Cornel. de sicar. *Altior quæstio*, l. 3. §. si mecum, D. ad exhib. *Altior & Inferior dignitas*, opponuntur, l. 49. D. de ritu nupt. *Altior Ordo*, Paul. lib. 5. Sent. Tit. 25. *Altiores & humiliores*, l. 3. §. legis, D. ad L. Corn. de Sicar. *Tam altè fodere*, l. 24. §. vlt. D. de damn. inf.

Altius ædificare, l. 4. D. de seruit. vrb. præd. l. 9. C. de seruitutib. *Ædium illarum quoad Altius, quàm vti nunc sunt, Ædificatæ non erunt*, l. 13. §. item Nerua, D. de vsufruct. *Altius tollere ædificium*, l. 8. C. de seruitutib. *Altius ædificia tolli*, l. 19. D. de vsufruct. *Altius tollendi seruitus*, l. 1. D. de seruitutib. vrban. præd. & l. 1. D. de seruit. rustic. præd. *Ius mihi esse ædes meas vsque ad decem, aut vsque ad viginti pedes Altius tollere*, l. 26. D. de except. rei iud. *Si agat, Ius sibi esse ædes suas Altius tollendi*, §. æque instit. de Actionib. Huic contraria Seruitus, *Ne Altius tollerentur Domus*, l. 21. D. de seruit. vrban. præd. *Seruitus ne Altius ædificare liceat*, l. 4. §. vlt. D. de vsucap. *Ne Altius tollat quis ædes suas*, §. prædiorum, Instit. de seruit. Et *Ius non esse Altius tollendi*, d. §. æquè.

ALVEI *Apum*, l. 10. D. de instr. vel instrum. legato. *Alueo concludi Apes*, l. 5. §. apum. D. de adquir. rer. dom.

Alueus fluminis, l. 7. §. quod si vno, & §. sequenti, D. de adquir. re dom. *Alueus vetus, primus & nouus*, l. 1. §. simili, D. de fluminibus. *Alueo mutato*, l. 3. §. si aquam, D. de aqua cottid.

ALVMNVS, pro eo qui alitur, l. 1. §. qui domini, D. de Sc. Silan. l. 62. D. ad Sc. Trebell. l. 26. D. quãdo dies legator. l. 27. §. vlt. l. 41. §. Seium, D. de legat. 3. l. 34. §. vlt. D. vsu & vsufr. l. 14. D. de manumiss. vindicta, l. 21. §. Largius, D. de l. 38. D. de fideic. libert. l. 1. C. de pact. conuent. annu. legat. *Alumnos*, in l. 8. D. de pignorib. & l. 1. C. quæ res pignori. oblig. pleriq; interpretantur filios ex concubinis susceptos. Sic etiam accipiunt *Alumnæ* verbum in l. 16. §. 1. D. de his quæ vt indig.

AMARE *tractanda*, l. 25. §. D. de donat. inter vir. & vxor.

ALYTARCHARVM fit mentio in l. 2. C. de cupressis, lib. 11. l. vlt. de expens. ludorum in Cod. Theodos. & l. 12. de iure fis. in eod. Cod.

ALYTARCHES autem vt in Etymologico exponitur, dicebatur ὁ τῆς ἐν τῷ ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι, εὐκοσμίας ἄρχων ἠλεῖοι γὰρ τὰς ῥαβδοφόρους ἢ μαστιγοφόρους τοὺς τοῖς ἄλλοις κελευμβύους, ἀλύτας καλοῦσι, καὶ τὴν τούτων ἀρχοντα Αλυταρχῶ. Quod Lucianus comprobat, qui in Dialogo περὶ αἱρέσεων ita scribit. ἁπάντων δὲ ἤδη ἐχόντων, Αλυταρχης οἶμαι, ἢ τοῦ ἑλλανοδικῶν αὐτοῦ εἷς φρίαν, ὁπισκοπεῖ τὰς κλήρους ἐν κύκλῳ ἑστώτων. Hinc *Alytarchia*, ad editionem ludorum pertinens munus: quod ad curam Comitis orientis pertinere vult l. 1. C. de off. Com. orien. Sic & *Asiarchæ* ludorum editionem incubuisse, indicio est quòd qui ab Eusebio Ασιαρχῆς lib. 4. histor. Eccl. cap. 15. vocatur, is à Rufino vertitur *Munerarius*. Ac planè Asiarchas munera dedisse populo apparet ex Actis Apostolorum, cap. 19.

AMATORIVM poculum in l. 38. §. qui abortionis, D. de pœn. l. 3. §. 1. D. ad Leg. Cornel. de sicar. & apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 23. & Egesippum lib. 2. cap. 43. Tranquillus *Amatoriũ medicamentum*, appellat in Calig. cap. 1. *Amatorium*, nullo alio adiuncto vterque Quintil. lib. 7. Institutio. cap. 3. & 8. & Declamat. 385. & Plin. lib. 25. cap. 3. & lib. 27. cap. 8. φίλτρα Plutarch. in salubrib. præcept. vocat. vt & Constantin. Hermenopul. lib. vlt. Epit. vbi ita explicat. φίλτρα δὲ εἰσὶ τὰ φιλίας καὶ ἀγάπης ποιητικὰ, δι' ὧν, ὡς φλυκρῶσι τινὲς, δύναταί τις ἕλκειν τινὰ πρὸς τὸ ἀγαπᾶν αὐτον Suid. in lib. γοητείας in verbo μαγεια, Φαρμακεια, ait, ὅταν διά τινος σκευασίας ἁλιατηφόρος πρὸς φιλτρον ἢ ἄλλος δέη τινὶ διά τόματος. Horat. in Epodis, modò *Amoris poculum*, modò *Desiderij*, vocat. Cui contraria *Odij potio* fingitur à Quintil. Declamat. 14.

Amator existere, l. 1. §. 1. D. de seruo corrupt.

AMBIGERE *de finibus*, Terent. Hautontim. Act. iij. Sc. 1. id est, litigare, & vt Lex xij. Tabul. loquebatur, *Iurgare*. *Ambigere de Proprietate domus*, l. 19. C. de rei vindicat. *Ambigi potest*, id est, quæri, seu dubitari, l. 1. §. in propria, D. quando appell. sit. & *Ambigi non potest*, l. 34. D. de donationib. *Nemo Ambiget*, l. 1. §. idem Labeo, D. de aq. cottid.

AMBIGVA *Intentio*, l. 66. D. de iudic. & l. 172. D. de diuers. reg. iur. *Oratio*, d. l. 66. *Pactio*, l. 39. D. de pact. *Ambiguè loqui*, l. 125. D. de verb. signif. *Ambiguum pactum*, l. 172. D. de diuers. reg. iur. id est obscurum. *In Ambiguo*, l. 16. D. ad Sc. Trebel. *In Ambiguo Sermone*, l. 3. D. de reb. dub. *In Ambiguis*, l. 85. D. de diuers. reg. id est, in obscuris. *Non est iuris Ambigui*, l. 10. C. qui dare tut. l. vlt. C. de crimine expil. hered. l. vlt. C. de fideiussorib. tutor. l. 9. C. de collationib.

Ambiguitas verborum, l. 21. D. de reb. dub.

AMBITVS, vt Varro lib. 4. de lingua Lat. scribit, *Iter est quod circumeundo teritur*. Nam Ambitus circum itus est. Atque ita appellatum in 12. Tabulis spatium illud quod inter vicinas ædes intercedere necesse erat, alibi docuimus. Ab hoc, *Ambitum honorum* dicimus, quòd Candidati circumire Populum, & prehensare solerent. Cuius reprimendi causa lata L. Iulia est, de qua in Tit. ad L. Iul. de Ambitu Vetus Glossarium, Ambitus ἐπιθυμία τιμῆς, δωροδοκία, φθορὰ κρίσεως, περιδρομή. Aliud Glossar. ad eadem verba, addit hæc, κινεῖται δὲ καὶ τῶν χρημάτων ἀπὸ σαλπίγγων ἀρχὴν ἡ πομπὴν ἐπάγει δὲ τῷ κόλακι ποιῶ ν ν ῥ. καὶ ἀπιμία ὡς β ξ τ. Et mox ἀρχὴ ἡ καὶ τῶν φθειρόντων τὰς κρίσεις καὶ τὸ δίκαιον.

Ambitionis suspicio, l. 24. §. quid ergo, D. de fideicomm. libert. *Ambitione diuersæ partis*, l. 3. C. de execut. rei iudic. *Ambitiosi Decreta*, per Ambitionem vel gratiam expressa, l. vlt. C. de decret. decur. l. 3. D. de offic. Proconsul. l. 3. D. de minorib. l. 4. D. de decret. ab ord. fac. Sic & *Ambitiosæ Sententiæ*, apud Sueton. in Domitian. cap. 3. & *Ambitiosè*, id est, gratiosè & fauorabiliter, l. 65. §. cùm prætor, D. ad Sc. Trebellia. l. 12. C. de transactionib. *Ambitione & iuris ratione* opponuntur in l. 3. C. si tutor vel. *Non Ambitiosa diligentia* in l. 33. D. de vsur. id est, quę nihil fuci & ostentationis habet.

Si AMBO *decesserint*, l. 32. §. si Ambo, D. de donat. int. vir, id est, pariter & simul.

AMBVLARE, aliud est quàm Ire. Nam qui spatia facit, & in sua vestigia reflectit, Ambulat: It verò qui porrò & vlterius pergit. Quapropter in Itineris definitione hæc verba separãtur, l. 1. D. de seruit. rust. *Ambulare cum telo*, l. 7. C. ad L. Cornel. de Sicar. *Ambulare secundum Tiberim*, l. 23. D. de præscript. verb. *Aliter Ambulans*, in l. 63. §. quod si, D. de adquir. rer. dom.

Nec corporalibus modò rebus, sed incorporalibus quoque & his quæ in iure consistunt, Ambulandi verbum applicatur: Ambularéque dicitur quidquid per multos transit. Et ita, *Ambulare Actio*, l. 7. §. iniuriarum, D. de cap. diminut. *Bonorum possessio per multos*, l. 2. §. vltim. D. de bonor. possess. sec. Tabul. *Emptio per plures personas*, l. 15. D. de minorib. *Possessio per multos*, l. 25. §. perinde, D. de hered. petit. *Stipulatio*, l. 25. §. si operas. D. de vsufruc. Nec absimili loquendi genere, Plinius lib. 10. cap. 30. de quodã Legis Fanniæ capite agẽs, *Quod caput*, ait, *translatum per alias ambulat leges*. Sic *Ambulatoria Conditio*, l. 34. D. de statuliber. quæ scilicet per multos successores currit. & *Voluntas*, l. 4. D. de adim. legat. l. 32. §. pœnit. D. de donat. int. vir. *Actio*, l. vlt. C. de furtis. At in l. 8. §. cõpetit, D. si seruit. vind. *Ambulatoria porticus*, naturali sensu accipiẽda est.

AMICOS appellare debemus non leui notitia coniunctos: sed quibus fuerint iura cum patrefamilias honestis familiaritatis quæsita rationibus, l. 223. D. de verb. signific. *Inter Amicos manumissio*, §. 1. Instit. de libertinis. Vlpian. Tit. 2. Regula. Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 12. *Amicus Noster*, in Imperatorum rescriptis, l. vlt. D. de offic. præf. vigil. l. 4. C. de contrah. stipul. Vide lib. 3. de Formul.

AMITA est patris soror, l. 10. §. auunculus, D. de gradib. & adfinib. *Amita magna, est Aui soror*, d. l. 10. §. amita. *Amitinos Amitinásque* appellamus eos eásve qui quæve, ex Fratre & Sorore nati natæve sunt, l. d. 10. §. eodem. *qui, quæve, ex Fratre, & Sorore propagantur*, l. 1. §. Quarto, D. eod. tit. §. At eos Iustit. de gradib. cognat. & ita accipe in l. 5. C. commun. de successionib.

AMITTERE *Actionem*, l. 46. §. hæc actio, D. de furtis, l. 29. §. 1. D. de donat. l. 1. §. si quis cum, D. de dolo, l. 7. D. de noxalib. actio. l. 2. D. de capt. & postl. l. 1. C. de pœna iud. l. 8. C. de remiss. pignor. *Beneficium*, l. 13. D. de oper. nou. nunt. l. 15. §. si quis, D. de dam. infec. l. 1. D. de iur. aur. annul. *Bonorum possessionem*, l. 3. §. si emancipatus, l. 2. D. de bonor. poss. cont. tab. *Causam*, l. 27. §. 1. D. de liber. cau. *Ciuitatẽ*, l. 1. §. hi quib. D. de legat. 3. l. vlt. D. de cap. min. l. 3. D. de interdic. & releg. l. 7. §. vlt. D. de bonis damnat. l. 2. §. 1. D. de pœnis, l. 4. D. qui satisd. cog. l. 7. D. de his qui sunt sui vel. *Custodiam*, l. 14. D. de custodia & exhib. *Custodias*, l. 12. D. eod. tit. *Dignitatem*, l. 27. D. de ritu nupt. l. 7. §. vlt. D. de Senatorib. *Exactionem*, l. 48. D. de oper. libert. *Factum*, l. 4. D. ad Sc. Treb. *Filium, Filiam, Virum, Parentem*, l. 36. D. de. iudic. Vlpian. lib. Regular. Tit. de solidi Capacit. & Tit. de Decimis. *Filios*, l. 3. C. ad Sc. Tertyll. *Fortunas*, l. 37. D. de negot. gest. *Furto, possessionem*,

Possessionem, l.1. D.de distract. pignor. *Hereditatem*, l. 2. D. si tab. testam. l. 14. D. de liber. & post. l.13. & l.17.D.de adquir. vel omitt. *Honorem*, l.10.§.liberos, D. de in ius voc. l. 7. §. vlt. D.de pœnis. *Imperium*, l.20. D. de offic. præsid. *Instrumenta*, l. 4. l. 10. l. 13. C. de fide instrum. *Ius*, l.37.D.de iure fisc.l. 2.D.de bonor. poss. sec. tab. Vlpian. Tit. 8. Regul. *Ius commune*, l.37. D. de iure fisc. *Ius crediti*, l. 12.§.vlt. D. quod met. caus. *Iura*, l. 11. D. de oper. libert. *Liberos* Paulus lib.4. Sentent. Tit. 9. *Libertatem*, l.15. D. de interd. & releg. l.5.§. 1. D. de publ. Iud. l.16.C.de liber. cau. *Libertatem & familiam*, l.vlt.D.de capi.minut. *Manus*, l. 10. D. qui testam. fac. poss. *Nomen Liberorum*, l.4. D. si tab. testam. nul. ext. *Obligationem Pignoris*, l. 6. D. de remiss. pign. *Oculum*, l. 9. C. de excusat. tut. *Patrimonium*, l.35.D. de neg. gest. *Persecutionem*, l. 17.C.de distract. pign. *Persecutionem Fideicommissi*, l. 34. §. Lucia, D. de legat. 2. *Possessionem*, l.13. §. si quis, D. de dam. inf. l. 11. D. de iureiur. *Possessionem siue sua culpa siue non siue fortuito casu*, l. vlt. C.de Prætor. pugn. *Priuilegium*, l. 2. C. de his qui sponte. *Proprietatem*, l.7.§.ex diuerso, D.de adquir. rer. dom. *Rem Depositam*, l. 20. D. depos. *Rem familiarem*, l. 4. D. vt in poss. legat. *Seruitutes*, l. 5. D. de furt. dot. *Spatio temporis Seruitutem*, l. 10. C. de seruitut. *Testamenti factionem*, l. 1. §. si quis, D. de bon. poss. sec. tab. l. 8. §. vlt. D. qui testam. fac. *Tutelas*, l.7. D. de cap. minut. *Viam*, l.2.D. de via publ. *Vsum*, l.1.D.de nundin. *Virilitatem*, l.4. §. vlt.D.ad L.Corn.de Sicar.

Amittere Rem, l.22. §. vlt. D.de noxal. action. l.1.D.de negot. gest. l.7. D. de in integr. restit. & l.22. §.cùm autem,D.rat. rem hab. l.5.D.de stipulat.prætor.§.si quis agens instit.de Actionib.& apud Cicero. pro Cæcina, id est, *Litem*, l.30.§. 1. D. ad Leg.Aquil.

Amisisse Rem videtur, qui aduersus nullum eius persequendæ actionem habet, l. 14. in f. D. de verb. signif. *Amittere Rem non videtur cuius ea propria non fuit*, l. 83. D. de diuers. reg. iur. In Damnis autem ex lege Aquilia æstimandis, *Amisisse dicimur quod aut consequi potuimus, aut erogare cogimur*, l. 33. in fi. D. ad L. Aquil. In Edicto autem quod proponitur, in l. 4. §. loquitur, D. vi bon. raptor. *Amissa dicuntur ea quæ corrupta alicui relinquuntur, scissa fortè, vel fracta*. Ceterùm quod ad causam Edicti, ex quib. caus. maior. attinet, *Amissum non intelligitur quod alteri ablatum non est*, l.20. D. ex quib. caus. maior. *Amissum in Bello*, dicitur, *quod propter causam belli amittitur*, l. 1.§.ex incendio, D.de incend.rui.

Amittere Pater filium, Vxor virum, Filius parentem, l. 36. D.de iudiciis, Vlpian. Tit. 17. Regular. *Amittere Nepotem*, l. 78. §. quæ habebat, D. ad Sc. Trebell. *Amissus impubes*, Vlp. Tit. 16. Regular. *Amissus in bello filius*, l. 8. de vacat. & excus. *Amissi filij dolor*, l. vlt. §. si quis autem, & §. idem rescripsit, D. de bonis eor. *Amissa filia*, l. 6.D.de iure dot. l. vlt. C. qui numero libert. *Amissi liberi*, l.37. & 39.§.1. D.de oper.libert. *Amissi Bello Liberi*, l. 18. D.de excusat. l. vlt.D.de vacat. & excusat. l. 37. §.vlt. D. de oper. libert. §. filij, Instit. de excus. tut. l. 3. C. de his qui munere.

Amittere dicimur variis modis: veluti, *Bello*, l.19. D. de captiu. & postl. *Casu*, l.7.D.de edendo, l.1.§.1.D.de oblig. & act. *Furto*, l.1.D.de distr.pig.§.præterea instit.quib.mod.re contr. l. 1.C.de re iud. *Naufragio*, l.26. §. non omne, D. manda. *Negligentia*, l.14. D. de custod.& exhibit.reor. *Non vtendo*, l.2. D. de via publ. l.1. D.de nundinis, l. 126.§. 1.D.de verb. obligat. *Repudiatione*, l. 13. D. de adquir. vel omitt. *Repudiando*, l. 17.D. eod. tit.

Amissa res Incendio, & Naufragio, l. 44. D. de adquiren.rer.do.Paul.lib. 2. Sentent.Tit. 4. *Amissa Culpa Custodia*, l.vlt.§.vlt. D.de custod.& exhib. *Vi Amissa possessio*, l. 1.§. est igitur, D. vti possid. *Culpa*, vel *Sponte Stipulatoris*, l.29. §. 1. D.de euictionib. *Amitti possessio Animo, vel Corpore*, l. 44. §. vlt. D. de adquir. poss. & vt nulla possessio adquiri nisi animo & corpore potest, ita nulla amittitur, nisi in qua vtrumque in contrarium actum, l.153.D. de diuers. regul.

Amitti Ciuitas l. 14. §. in domum, D. de bon. libert. *Dominium*, l. 1. §. si seruus, D. si is qui test. lib. *Hereditas*, l.14. §. vlt.D.ad Sc. Trebell. *Ius*, l.1.§. 1. & l. 15. D. aqua cottid. *Iura prædiorum*, l.9.§. est præterea, D. de reb. auct.iud. *Res*, l.21. D.de euictionib. *Seruitutes*, Rubr.quem-ad. seruit. l. 15. D. de pignerat. act. l.15.§. hoc interdicto. D. quod vi aut clam. *Vsusfructus*, Rubr.quib.mod. vsusfr.

Amissa Actio, l. 59.D. ad Sc. Trebell. l.2.D.solut.matr.l.1.D. ex quib. caus. maior. *Custodia*, l. vlt.D. de custod. & exhibit. *Hereditas*, l.11.D.ad exhib. *Nauis*, l.6.D. nautæ caupo. *Possessio*, l. 1. §. est igitur, D. vti possid. *Vsusfructus*, Tit. quib. mod. vsusfr. amitt. l. 126. §. 1. D. de verb. oblig.

Amissa propria forma, l.7.§.cuius tamen, D. de adquir. rer. dom. *Amissa parte bonorum relegari*, id est, adempta, l.37.§. qui abortionis, D.de pœnis. Paul.lib.5. Sentent. Tit.22.& 23.& *Amissis bonis, Amisso patrimonio*, Salust. in bello Catilinar. *Amissarum mercium detrimenta*, l.3. C. de naut. fœn.

Amissum Pignus, l. 6. D. de pignorib. l. 52. D. de fideiussorib. *Amissorum instrumentorum causa*, l. 4. C. de fide instrument. *Amissis instrumentis*, l. 15. C. de iur. dot.

Amissio Animæ, §. vlt. Instit. de public. iudic. *Ciuitatis*, l. 2. & 5. D. de cap. minut. l. 2. D. de pœnis, l. 103. D. de verbor. signific. *Instrumentorum*, l. 1. & l. 8. C. de fide instrum. l. 25. C. de liber. cau. l. 7. C. de præscript. long temp. *Libertatis*, l. 2. D. de cap. minut. *Oculorum*, l. 8. C. decurionib. *Ordinis*, Paul. lib. 5. Sententiar. Tit. 4. *Pignorum*, l. 5. C. de pigner. act. *Amissionis periculum*, l. 1. C. de commodato.

AMOENÆ *Deambulationes*, l. 13. §. fructuarius, D. de vsufruct. *Amœniorem prospectum præstare*, l. 15. §. vlt. D. de seruitutib. *Amœnitatis causa aqua duci*, l. 3. D. de aqua cottid. *Amœnitas Locorum*, l. 7. C. de bon. proscriptor.

AMOMVM, l. vlt. §. Species, D. de publican. Genus est odorati fruticis in Syria & Arabia nascentis, flore albo veluti violæ, foliis similibus Brioniæ. Vide Dioscorid. lib. 1. cap. 14. Plinium lib. 12. cap. 12. Isidor. lib. 17. Etymolog. cap. 8.

AMOVERE, Subripere, Subtrahere, pro eodem ponuntur, l. 6. D. de his quæ vt indign. *Amouere* autem aliud est quàm *Rapere*. Nam Amoueri aliquid etiam sine vi potest, Rapi autem sine vi non potest, l. 3. §. non solum, D. de incend. rui. Vnde *Amotas* res à *Raptis* separat l. 6. C. de ord. cognit. Amouere ergo est Contrectare & furto subtrahere. Sic *Amouere ex bonis hereditariis*, l. 27. §. 1. D. de pecul. *Ex Hereditate*, l. 59. §. 1. D. de manum. testam. *Tabulas vel Cautiones*, l. 3. §. si quis dolo, D. de tabul. exhib. l. 27. D. de furt. *Terminos*, Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 18. id est loco mouere, vt loquitur l. 2. D. de term. mo. *Testamentum*, l. 2. D. de L. Cornel. de fals. Paul. lib. 5. Sent. Tit. 24. *Amouisse* autem *ex hereditate*, quis dicatur, vide l. 71. §. prætor. D. de adquir. vel omitt. Sic *Amotas res*, accipe in l. 53. D. de furt. l. 41. D. de libert. caus. *Amota malo consilio*, l. 4. C. de Testam. manum.

Lenius autem est & mitius Amouendi quàm Furandi verbum. Nam vt eleganter Constantin. Hermenopul. lib. 1. Epit. Tit. 13. explicat. Τὸ μὲν κλέπτειν ἐπὶ ξενῶν καὶ ἀλλοτρίων καθ' ὧν ἔξεστι τινὶ ἄπιμον κινεῖν ἀγωγὴν καὶ ἔστι κλέπτων, ὁ τὰ τῶν, ἀλλοτρίων προσάπτων ἀφαιρούμενος πράγματα ὑφαιρούμενος δὲ ὁ κλέπτων τὰ ἡγεῖται τὰ τοῦ πατρὸς παῖς τὰ τοῦ συζήτου γυνὴ καὶ τὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἀδελφὸς. Igitur quod Sui heredes, Serui, Vxores intercipiendi animo celauerint, interuerterint, consumpserint, eius rei non furtum feciisse eos, sed Amouisse dicimus, lenitate vocabuli rei turpitudinem mitigantes, l. 71. §. prætor ait cum seq. de adquiren. vel omitt. l. 59. §. 1. D. de manum. testam. lib. 16. C. de compensationibus. Hinc *Amotarum rerum actio*, inter coniuges prodita earum rerum nomine quas diuortij consilio alteruter surripuit, toto Tit. de act. rer. amotar. l. 52. D. de re iudicata, l. 9. in fi. D. de iure dotium. Hæc autem Actio cõdictionis furtiuę vicem sustinet, turpitudine & atrocitate facti verbi lenitate temperata. Et ita *Amota diuortij consilio*, accipe in l. 6. C. de compensationib. *Ob res Amotas Retentio dotis*, Vlpian. Tit. 7. Regular. l. vn. §. taceat, C. de rei vxor. act.

Amouere suspicionem, l. 67. §. 1. D. de ritu nupt. *Amoueri Suspicio*, l. 27. D. de cond. instit. l. 50. §. 1. D. de bon. libert. *Amouendæ obscuritatis gratia*, l. 2. §. vlt. D. fin. regund. *Amoto filio*, id est, Submoto, l. 12. §. vlt. D. de bon. poss. cont. tab. *Amota Delatio*, l. 3. C. de religios. & sumpt. *Amota Præscriptione*, l. 3 C. de restit. *Amouere*, id est *Remouere*, l. 11. D. de decurionib.

Amotio Ordinis, l. 43. D. de iniur.

AMPHITAPA in l. 23. §. vestimenta, D. de auro, argen. sunt ex vtraque parte villosa tapetia, quemadmodum Isidor. lib. 16. cap. 29. interpretatur. Nonius quoque Marcellus, *Amphitapas Vestes*, dici scribit, vtrinque habentes villos. Lucilius lib. 1. Satyr.

Atque Amphitapæ villis ingentibus molles.

Varro Manio. *Alterum benè acceptum dormire super Amphitapa benè molli.* Pollux lib. 16. Onomast. cap. 1. ἀμφιτάπτας appellat, & sic definit, Ἀμφιτάπητες οἱ ἐξ ἑκατέρου δασεῖς, τάπητες· δὲ οἱ ἐκ θατέρου. Suidas, Ἀμφίταποι, τάπητες ἀμφιμαλλοι.

AMPHORA *vinarium vas*, l. 206. D. de verb. signif. l. 35. §. in his, D. de contrah. empt. & aliis multis locis. Ex Dolijs autem in Amphoras & Cados vina diffundebant, vt in his esset, donec vsus causa promeretur. Sic *Amphora vini ex Dolio*, l. 38. D. de iudic. l. 74. & l. 83. §. sacram. D. de verb. obligat.

Amphora vini in Apothecis, l. 21. §. certè, D. de furtis, l. 1. l. 5. & l. 15. D. de Tritico vino, l. 51. D. de Adquir. possess. l. 2. C. de peric. & comm.

Amphora autem, quemadmodum Columella lib. 20. cap. 12. scribit, duas vrnas, vt verò Volus. Mæcianus in libro de Asse, & Festus lib. 15. octo & quadraginta Sextarios capiebat, quàm & Latini Quadrantal, iisdem auctoribus, appellarunt.

Amphorarium Vinum, l. vlt. D. de vino trit. quod in Amphoras diffusum est, l. 6. D. de Tritico

tico Vino, ad differentiam *Doliaris*, de quo aliàs.

AMPLECTI, pro Adgnoscere & comprobare. Sic *Amplecti Bonorum possessionem*, l. 7. C. qui admitti. *Hæreditatem*, l. 41. D. de bon. liber. l. 28. §. vlt. D. de verb. signif. l. 3. C. de impuber. l. vlt. C. qui admitti. *Bonam fidem*, l. 1. C. si maior fact. *Fideicommissum*, l. 28. §. idem quæsiit, D. de liber. leg. *Iudicium defuncti*, l. 19. D. de inoff. *Ius successionis*, l. 2. C. si omissa sit. Legatum, l. 5. D. de leg. 2. *Optionem*, l. 28. §. 1. D. de verbor. signif. *Sensum magis quàm verba*, l. 3. §. cõditio, D. de adimend. legat. *Voluntatem parentis*, l. 13. C. de fideicom. *Plantæ* quoque *Terram Radicibus Amplecti*, l. 11. C. de rei vind.

AMPLIARE, & *Detrahere opponũtur*, l. 7. §. vlt. D. de vsufruct. vt *Ampliare & Minuere*, l. 45. §. 1. D. de re iud. l. 1. C. arbitr. tut. vt *Ampliari & Minui*, l. 3. §. diui, D. de iure immunit. l. 2. C. comm. do. manumiss. *Ampliare Ætatem*, l. 16. §. basilicæ, D. de aliment. vel cibar. *Ligatum*, l. 42. §. D. de vsufr. *Membrorum officia humanorum*, l. 14. D. de statu homin. *Modum patrimonij*, l. 1. C. arbitr. tut. *Pœnã damnatorum*, l. 45. §. 1. D. de re iud. *Ripas*, l. 1. §. ripa, D. de fluminib.

Ampliari Dos, l. 24. D. de pact. dotal. *Emolumentum Debiti*, l. 25. D. de liberat. leg. *Imperium*, l. 7. §. si plures, D. de bon. damnat. *Pretia*, l. 3. §. diui. D. de iure immunit.

Ampliandi legati gratia, l. 32. §. cùm ita, D. de legat. 2. l. 30. D. de aur. arg. *Ampliata summa*, l. vlt. §. vlt. D. de liberat. leg.

AMPLA *Domus*, l. 15. §. in hoc, D. de dam. infect. *Pecunia*, l. 40. D. de statuliber. *Amplarũ summarum debitores*, l. 34. §. 1. D. de legat. 3.

Amplior, Modus Aquæ, l. 1. §. illud, D. de aqu. cottid. *Numerus pecoris*, l. 1. §. Trebatius, D. eod. *Pecunia*, l. 51. D. locati. *Pars*, l. 15. D. de bonor. poss. cõt. tab. *Summa*, l. 37. D. solut. matrim. l. 117. D. de verb. signif. *Si quo Amplioris pecuniæ essent Boues*, l. 16. D. de in rem vir.

Ampliores Fines, l. 2. §. cum stichum, D. pro emptore. *Vsuræ*, l. 8, C. de vsufr.

Ampla legata, l. 48. D. de. donat. inter vir. l. 2. §. tractari, D. ad Sc. Trebell. l. 41. §. si militis, D. de test. mil. *Patrimonia*, l. 3. §. vlt. D. vbi pupill. educ. *Amplius pretium*, l. 77. §. qui dotale. D. de legat. 2.

Amplissimus Ordo, Senatus est, l. 2. §. 1. & l. 30. D. ad. Sc. Velleia. l. 10. C. eod. tit. l. 21. §. vlt. D. de leg. 3. l. 1. D. de colluf. deteg. l. 9. §. hoc Senatusconsultũ, D. de Sc. Macedo. l. 5. C. de excus. tut. l. 4. C. de interdict. mat. l. 3. C. de his qui sibi adscrib. l. 3. C. qui manumitti nõ poss. & apud Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 10. & lib. 5. Tit. 4. & 25. & lib. 5. Tit. 25. Valer. Max. lib. 5. cap. 8. Plin. lib. 10. Epist. 4. Sueton. in Othone, cap. 8. & in Vespas. cap. 2. & Symmach. Epist. 4. libr. 4. Hic & *Maximus Ordo* vocatur à Martiali Epigramm. 2. lib. 4. Itaque Senatusconsulta, *Amplissimi Ordinis Decreta, Consultáque* vocantur, l. 2. D. de his quæ vt indign. l. 15. D. ex quib. caus. maior. l. 2. C. ad 50. Macedon. l. 3. C. de his quæ vt indignis, l. 4. C. de excus. tut. l. 3. C. ad Sc. Velleian. l. 2. C. si quis ignor. rem minor. & apud Paulum, lib. 1. Sentent. Tit. 6.

Amplissimorum titulo, Consules honorantur, l. 50. D. de condit. & demonst. l. 1. §. si quis, D. de appellationib.

Amplissimas etiam Potestates, & *Amplissimos Iudices* legimus, l. 29. C. de appellation. l. 3. C. quando prouoc. non est necesse. Quo elogio Præfecti Prætorio ornantur, in l. vlt. §. penult. C. de temporib. appellat. quorum *Amplissima Sedes* dicitur in l. 2. & l. 6. C. de Aduoc. diuers. iudic. & in Epist. de emendat. Cod. Iustin. & in Epist. de Concept. Digest. Eadem & *Amplissima præfectura* vocatur. Nouell. Theodos. de postulãdo. Sic & *Amplissimum præfecturæ prætorianæ iudicium*, l. 1. C. de Sentent. præfect.

Amplissima etiam *sedes* Prætoriana & Vrbicaria vocantur in l. 3. C. vbi Senat.

Amplissimæ Ædes, l. 15. §. ex Edicto, D. de damn. infec. *Facultates*, l. 1. D. de custod. & exhibit. l. 87. §. Lucius, D. de legat. 2. *Res*, l. 20. §. 1. D. quod vi aut clam.

Amplius, pro hoc plus, vel hoc amplius, l. 54. D. de fideicomm. libertat. l. 71. §. vlt. D. de doli excep. *Amplius solutum*, id est plus, l. 102. §. vlt. C. de solutionib. in id *quod Amplius, ex lege Aquilia competit agi*, l. 34. D. de obligat. & Act. id est, quod plus est, vt l. 41. §. vlt. D. eo. tit. *Non amplius agi quam semel*, l. 3. §. si tamen, D. de hom. liber. l. 20. §. familiæ, D. famil. ercisc. *Amplius quam semel defensionem Reip. suscipere*, l. 16. §. vlt. D. de munerib. & honorib. *Non Amplius quam vnum collegiũ*, l. 1. §. vl. D. de collegiis & de off. Procons. *Amplius quàm debiti summa*, l. 23. D. de pigner. act. *Amplius petit*, l. 22. §. si post. D. de condic. indeb.

Amplius dicendum est, l. 2. D. de L. Fabia. *Dici potest*, l. 2. D. de dote præleg. *Dico*, l. 1. §. si is quis, D. de collat. bonorum. *Puto*, l. 3. D. de liber. caus. *Putat*, l. 12. §. Trebatius, D. de instru. vel instr. l. 1. D. de diuort. l. 9. §. 1. D. qui potiores. *Amplius dixerit*, id est, vltra ea de quibus interrogatur, l. 1. §. diuus. D. de quæstionib.

Verbum *Amplius*, ad eum quoque pertinet cui nihil debetur, l. 82. D. de verb. signific.

Anno Amplius, l.6.§.vlt.D.de furt. *Amplius Relinquere*, l.vlt.§.1. D. de doli except. *Non Amplius parte capere*, l.20. D.de mort.cau.donat. *Amplius Quadruplo*, l.78.§.vlt.D.ad Sc.Trebell.

Amplius non Agi, Amplius rem non Peti, Neminem Amplius Petiturum, Cautionis fuit ſpecies, veteribus vſitata, vt patet ex l.4.§.1.D.de verb.oblig.l.14.D.rat.rem hab. l. 2. D. vt legator. l.24. & l.31.C.de tranſact.& Cicer.lib.1.Epiſt.ad Attic.& lib.13.Epiſt.Famil.& lib.de Claris Orat. *Amplius autem non Peti*, vti accipiendum ſit, docet l.15. D. rat. rem hab. *Amplius* etiam Iudices pronuntiabant grauitate rei cõmoti, cùm non liquebat, vt ait Donatus ad illud Terẽt. Enuch. *Liquet mihi deierare*, vt plenius lib.5. de Formul.comprobauimus.

Hæc adiectio *Hoc Amplius*, quam vim habeat declarat Africanus in l.108.§. ſi ita ſcriptum, & §.ſi ei cui, D.de legat.1.& his verbis, *Superiora repeti*, ait Pomponius in l.54.D.de legat.3. Exempla peti poſſunt ex l.77. D.de condic.& demonſtr.l.27.l.33.§.& l.34.& l.67.D. de leg. 3.l.18.§.poſtumis, D.de aliment.vel cibar.

Ampvtare *pedem*, l.3.C.de furtis.

Ampvtatvm *Ius proprietatis*, l.13.C.de pœnis.

An, pro vel, l.83.D.de adquir.vel omitt.& l.11.D. vt in poſſeſſ.legat.

Anademata in l.28.D.de auro arg. Vetus Gloſſarium *Redimicula*, ἀναδέματα & κατεπῆρες Ἀναδέσμην Suidas μίτρας κεφαλῆς interpretatur.

Anagraphn inſtrumentorum facere, l.15.D.de reb.auct.iud.poſſid.id eſt, deſcriptũ facere.

Anakrisis indagatio, examinatio, l. 6.§.1.D.de cuſtod. & exhib. Ἀνάκρισις autem fit cùm Præſes ad ſe cum elogiis & notoriis miſſos ab Irenarchis, examinat, & quaſi recenſet, veritatémque requirit, vt loquitur l.ſinguli, C. de accuſatio. Sic in Actis Apoſtol. cap.2. vbi Feſtus de Paulo qui ex vinculis cauſam dicebat, ita loquitur Διὸ προήγαγον αὐτὸ ἐφ' ὑμῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, Βασιλεῦ Ἀγρίππα, ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης. ἔχω τι γράψαι. in M. Antonino Xiphilin. Philoſopho, ὁ ταῖς τε πύστεσι καὶ ταῖς Ἀνακρίσεσι ἐπὶ μακρότερον ἐποιεῖτο ὥστε παυδαχόθεν τὸ δίκαιον ἀκριβοῦν. Alios huius verbi teſtes dabit Budæus in Commẽt.linguæ Gr.quibus adde Epiphanium lib.2.apud Iſæum περὶ τοῦ φιλοκλήμους κλήρου, & περὶ τοῦ κλήρου τοῦ Ἀριστάρχου, Ἀνακρίσεως profeſſionem, ſiue cenſualem ſiue natalem quæ fit apud magiſtratum ſignificare videtur.

Anceps periurium, l.4.D.de in lit.iur.

Ancillis *Legatis*, *Maſculos non deberi nemo dubitat*, l.81.D.de legat.3. *Ancillarum* autem legato quid contineatur, docet Paul.lib.3.Sentent.Tit.7. *Ancillam*, Ancillæque filiam, inter humiles abiectáſque perſonas numerat.l.7.C.de inceſt.nupt. *Cum Ancillis non poteſt eſſe Connubium*, l. 3.C.eod.tit.

Ancillarum hæc in libris noſtris nomina memorantur. *Agatha*, *Albina*, *Areſcuſa*, *Arethuſa*, *Baſilica*, *Cyprogenia*, *Concordia*, *Elpis*, *Eutichia*, *Feliciſſima*, *Mæuia*, *Pamphila*, *Pardula*, *Samia*, *Seia*, *Thais*, *Tyrena*, *Victorina*, *Tyche*. Officia verò, ſeu miniſteria hæc, *Ornatrices*, *Pediſequæ*, *Lanificæ*, *Focariæ*, *Sarcinatrices*, *Textrices*, *Villicæ*.

Ancillarum operis muliebria & virilia veſtimenta confecta ab vxore proponit Pompon. in l.31.§.1.D.de donat.int.vir. *Ancillas comprimere*, l.25.C.ad L.Iul.de adult.

Ancillaris veſtis l.15.§.ſi quis virgines, D.de iniuriis.

Ancones in l.13.D.de inſtr.vel inſtrument.leg.dicuntur vaſa in cubitum flexa & angulos habentia.

Ἀνεκλόγητος, l.5.§.Iulianus, D.de adminiſtr.& peric.

Ἀνεξέταστος in l.23.§.libertates, D.de pecul.leg.

In anfractvm, l.8.D.de ſeruit.ruſtic.l.6.in fi.D.quemadmodum ſeruit. amitt. id eſt, in flexu. Quod verbum è xij. Tabulis profectum oſtendit d.l.8. Varro lib.6. de lingua Lat. *Anfractum eſt origine flexum duplici, dictum ab ambitu & frangendo. Ab eo iubent Leges Viam in directo pedum octo eſſe, in Anfracto duodecim, id eſt, in flexu.*

Angarias appellant Prouincialibus militibúſque impoſitam onerum vehendorum, baiulandorúmque neceſſitatem, l.11. C.de Sacroſ.Eccl.l.2.C.de Epiſc.& Cler.l.2.C. de quibus munerib.lib.10.& apud Vegetium lib.1. cap.3. & lib. 2. cap. 19. Suidas vtique Ἀγγαρεύειν, ἀνάγκην ἀκούσιον, καὶ ἐκ βίας γενομένην ὑπηρεσίαν interpretatur, & alibi, δημοσίαν, καὶ ἀναγκαίαν δουλείαν. Quod fuiſſe Patrimoniorum munus, poſſeſſionibúſque ſiue patrimoniis indictũ tradit Arcad.in l.vlt.§.patrimoniorũ, D.de munerib,& honor. Sic *Angariorũ Exhibitio*, l.11.D. de vacat.& excuſ. *Præbitio*, l.vlt. D.de munerib.& hon. *Præſtatio*, l.10.§.Angar. D.de vacat.& exc. *Angariari Naues*, l.4. D.de veteran.

Angvlvs *Loci*, l.1. §. ibi. D. de vi & vi armata. *Angularius lacus*, l. 69.D.de contrah.empt.

ANGVSTVS *Amnis*, l. 3. §. 1. D. de aq. cottid. *Locus*, l. 14. D. de seruitutib. *Angustus Legitarius*, l. 22. §. licet, D. de vsu, id est mediocris, & qui portiuncula domus contentus esse possit ad habitandum, vt loquitur, l. 3. D. eo. tit.

Angustiæ non patiebantur terra iter metiri, l. 2. §. si quis, D. si quis caut. *Angustiæ, seu prolixitates locorum*, l. 2. §. vtrum, D. Testam. quemadm. aper. *Angustiæ Temporis*, l. 16. §. vlt. D. ex quib. caus. maior. l. 2. §. si quis tamen, D. si quis cautionib. l. 9. D. de damn. infec. *Verborum*, l. 6. C. de institut.

Angustare aditum, l. 19. §. si inquilinus, D. Locati.

ANIMADVERTERE *in Caput*, l. 2. §. populo, D. de orig. iur. & *In familiam suam*, l. 6. §. vlt. D. de Sc. Sillan. *Animaduertendi ius*, l. 11. D. de off. proconsul.

Animaduerti Grauiter, l. 1. §. 1. D. de extraord. criminib. Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4. *Seuerè*, l. 5. D. de extraord. crimin. *Vltimo Supplicio*, l. 4. §. vlt. D. ad L. Corn. de sicar. & *Animaduerti absolutè*, in l. 2. §. deinde cum esset, D. de orig. iur. Sic, *Animaduertendum facinorosos homines*, l. 3. D. de Iurisdict. *Si Animaduersum erit in Libertinium*, id est si vltimo supplicio affectus fuerit, l. 28. D. de bon. libert. quæ totidem verbis diuerso tamen auctoris nomine repetitur, in l. 7. §. 1. D. de bon. damnat. *Animaduersorum Corpora*, id est morte punitorum, l. 1. D. de cadauerib. punitorum.

Animaduerti autem, propriè, est Capite plecti, veluti *Gladio, Securi, Telo, Fusti, Laqueo*, l. 8. §. 1. D. de pœn. & apud Tertull. ad Scapulam. Proinde *Animaduerti, & Bestiis obiici, vel alias similes pœnas pati*, diuersa faciunt Iurisconsulti, l. 11. §. vlt. & l. 12. D. de pœnis.

Hinc *Animaduersio*, pro Iure Gladij, in l. 1. §. vlt. D. de offic. eius. *Animaduersio Capitis*, l. 2. §. populo, D. de orig. iur. *Prætoris*, l. 15. §. quod ait, D. de iniur. l. 27. D. de pignor. *Publica*, l. 7. §. 1. D. de iniur. *Animaduersionis iustitia*, l. vlt. D. de fugitiuis.

Animaduersio autem alia *Maior*, l. 11. D. de off. proconsul. alia *Modica*, cuius exempla quære infra in verbo *Modica*.

Animaduertere Arbiter, l. 28. D. de probationib. *Prætor*, l. 15. §. ait prætor, D. de iniuriis, *Præses*, l. 2. §. quem ita, D. de vacat. & excus. *Non Animaduerto*, l. 87. D. ad Leg. Falcid. *Animaduertere possumus*, Instit. de his qui sui. *A nemine Animaduersum*, l. 13. D. de in diem addict.

ANIMÆ *Amissio*, §. publica, Instit. de public. iudic. vitæ amissionem significat. Quo genere loquendi vtuntur Plaut. Amphitruo. Cic. lib. 4. Rhetoricor. ad Herenn. & Salustius in bello Catilinar.

ANIMALES *Res mobiles*, seu *Mouentia*, l. 15. §. in venditione, D. de re iud. & contrà *Res mouentes non Animales*, l. 2. D. de supell. leg. *Animales Res*, & quæ *Anima carent*, opponuntur, l. 1. D. de rei vindic. Sic, *Res quæ Anima carent*, l. 47. D. de adquir. poss. *Ea quæ Animalia sunt*, l. 235. D. de verbor. signif.

Animalia quæ in Cœlo, quæ in Terra, quæ in Mari nascuntur, l. 1. §. Ius naturale, D. de Instit. & iure, l. 1. §. 1. D. de adquir. rer. dom. & Instit. de iure nat. & §. ferè, Instit. de diuisio. rer.

ANIMVS affectum, voluntatem, mentem, cogitationem possidendi significat, l. 1. §. sed furiosus, l. 3. §. Neratius, D. de adquir. possess. l. 41. D. ad L. Aquil. *Animo* itaque *Possidet*, vel *Retinet Possessionem*, qui affectum possidendi habet, quique ea mente & cogitatione est vt possidere velit, d. l. 3. in prin. §. Neratius, l. 1. §. interdictum, & §. eum qui, D. de vi & vi ar. Paul. lib. 4. Sent. Tit. 14. Contrà *Animo possidere desinit*, qui affectionem & voluntatem possidendi dimittit, d. l. 3. §. in amittenda. Veluti si quis possessione exclusus timore conterritus accedere nolit, quod vim maiorem vereatur, quódque suspicetur se repelli posse ab eo qui in possessione est, d. l. 3. §. si quis nuntiet & l. 7. & l. 25. §. vlt. D. de adquir. possess. Itaque *Possessio Facti & Animi*, esse dicitur, l. 1. §. Scæuola, D. si quis testand. liber. quia scilicet factum naturale desiderat & animum possessoris. Necesse est enim ad adquirendam possessionem eam animo & opinione domini adprehendi. Sic *Nisi Animus vtriusque consentit*, id est affectus, l. 55. D. de obligat. & act. Denique *Animus & Affectio*, idem sonant, in l. 5. D. de bon. damn. Vnde *Animus Retinendi*, l. 37. D. de pigner. act. *Non Animo*, id est mente, l. 24. §. sed si ita, D. de fideic. liber. *Hoc animo dedit vt*, l. 3. §. subtilius, D. de cond. cau. da. *Hoc Animo tradere*, l. 13. D. de donationib.

Animus, Remanendi apud suos, vel *Reuertendi*, l. 5. §. vlt. D. de captiu & postl. *Animum reuertendi*, habere homo, id est propositum, l. 47. D. de adquir. poss. l. 43. §. si seruus, D. de ædilic. edic. *Animum reuertendi desiisse habere*, *Animalia*, quæ ex consuetudine abire & redire solent, intelliguntur, cùm consuetudinem reuertendi dimiserint, l. 5. §. in iis autem, D. de adquir. rer. dom. l. 8. §. penul. D. famil. ercisc. §. Reuertendi Instit. de diuis. rer.

Animo & Voto, l. 220. D. de verbor. signif. *Animo Donationis*, l. 34. D. de donationib. *Non Animo Furti faciendi*, l. 41. D. ad L. Aquil. *Animo Occidendi*, l. 1. §. diuus, D. ad L. Corn. de sicar.

Retinere, §.gallinarum Inſtit.de rer.diuiſ. *Eius Animi fuiſſe vt*, l. 13. §. ad hered. D. de iure fiſci. *Eo Animo ſe militiæ dare*, l. 4. §. non omnis, D. de re milit. *Hoc Animo fuit vt*, l. 32. §. ſi maritus, D. de donat. inter vir. *Ad animum ſuum reuocare*, l. 11. §. 1. D. de iniuriis. *Ex Animo Accuſare & Colludere*, opponūtur in l. 2. D. ad L. Iul. de adult. *Ex Animo vt fert Natura, & de Induſtria*, apud Terent. Adeph. & *Ex Animo & Simulatè*, apud Ciceron. lib. 2. de Natur. Deor. & *Non ex Animo, ſed extra*, in l. 1. C. ſi aduerſ. delict. l. 3. C. de adq. poſſeſſ. l. 17. §. 1. D. de ædilic. edict.

Animi Affectus, l. 17. D. de iure codic. l. 17. §. 1. D. de ædil. ed. l. 3. C. de adquir. poſſ. *Deſtinatio*, l. 4. D. de concub. l. 76. D. de diuerſ. regul. l. 6. C. de iure deliber. l. 18. C. ad L. Iul. de adult. *Infirmitas*, l. 1. C. ſi aduerſ. delict. *Ira & Offenſa*, l. 32. §. ſi diuortium, D. de donat. inter vir. *Iudiciū*, l. 48. & l. 189. D. de diuerſ. reg. iur. Vlp. Tit. 10. Reg. *Animi mei rationem ſecutus*, l. 88. §. vlt. D. de legat. 2. *Animi ſui dolor*, in lege Dei, Tit. 4.

Animosè liceri, l. 29. D. famil. erciſc. *Animoſior Emptor*, l. 36. §. 1. D. mandati.

ANNONÆ nomine res omnes quæ ad victum pertinent complectimur, Rubr. de L. Iul. de annona, l. vlt. D. de munerib. & honorib. l. 8. D. ad municipalem. *Annona Expeditionis*, l. 4. de erog. mil. in C. Th. *Fiſcalis*, l. 11. de re milit. in C. Th. *Limitaneorum*, l. 10. de an. & trib. in Cod. Th. *Popularis*, l. 37. D. ad palum præterea, &c. *Publica*, l. 1. D. de L. Iul. de anno. *Vrbis*, l. 5. §. negotiatores, D. de iure immunit. l. 10. §. 1. D. de vacat. & excuſat.

Annonæ diuiſio, l. 1. §. 1. D. de munerib. & honorib. *Præbitio*, l. 2. D. de nundin. l. 11. de re milit. in C. Th. *Subſidia*, l. vlt. D. de appellat. recipiēd. *Annonā Adiuuare & ei Seruire*, d. §. negotiatores, & contra *Adtemptare*, & *Vexare Annonā*, l. 6. D. de extraord. crim. *Artior annona*, in l. 17. D. de cōpenſat. l. 53. D. de iudic. & apud Sueton. in Tyber. cap. 8. & in Claud. cap. 18. *Carior*, in l. 2. D. de L. Iul. de Anno.

Annonarius Titulus, l. penult. C. de fid. inſtrument. lib. 10. *Annonaria Cauſa*, l. 46. §. dē debitoribus, D. de iur. fiſc. *Collatio*, l. 1. C. de præſcript. 30. ann. *Res*, l. 2. C. ſine cenſu.

Annonæ autem cura ad *Præfectum annonæ* pertinebat, cuius meminit l. vlt. D. de L. Iul. de ann. vnde *Annonaria præfectura*, l. 1. C. de off. præf. vrbi. quæ & *Annonaria poteſtas* dicitur l. 22. D. de piſtorib. in C. Th.

Annonas in Conſtitutionibus accipimus τὰς σιτήσεις, quæ militaribus palatiníſque officiis ex eorum qui poſſeſſiones tenebant collatione erogabantur, l. 1. & toto Tit. de Annonis & tribut. lib. 10. C. Atque eo modo *Annonas Ciuiles* intellige in l. 14. C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. vn. §. cùm autem in fin. C. de rei vxor. actio. l. 12. C. de hered. inſtit. l. 6. §. his illud, C. de ſecund. nuptiis: quæ & *Panes ciuiles* dicuntur in l. vlt. §. præterea, C. de iur. dot. & Nouell. 88. & apud Iul. Patricium Tit. Quibus pœnis ſubiecti ſunt qui rem immobilem venerabilis loci cōparauerunt. Eo referendum eſt quod Epiph. in cap. κατ' εβιωναίαν αἵρεσιν, ait, ἔχων ἡ ἐπιφολὰς ἀπὸ τῶν βασιλικῶν ἀναλίσκειν ἀλλὰ ἡ αὐτοῖς ὀψωνίοις ἀρκεῖ τὸ βασιλέως πεπιμμένος, id eſt, Annonis, Sedulius lib. 2. Mirabilium diuinor. *Annonam fidei ſperamus pane diuino*. Vet. Gloſſarium Græc. *Annona* παροχὴ ἀγορᾶς ὅτε, δὲ ἡ ἐτησία ἀγανομή. Aliud Vet. Gloſſ. *Annona* σημαίνει παροχὴν ἀγορᾶς ἡ τὴν ἐτήσιον ἀγανομήν. Quàm ſuauis eſt Suidas dum Annonas dictas tradit quaſi μετὰ τὰς νόννας διδομένας.

Annonæ, l. 3. de off. iud. omn. l. 1. de erog. mil. an. in C. Th. *Ærariæ*, l. 34. 35. & 36. eod. Tit. Nou. Th. & Val. de trib. fiſc. *Ciuicæ*, l. 10. & 11. de ann. ciuil. & pan. grad. *Militares*, l. 33. de erog. mil. an. in C. Th. *Annonaria functio*, l. 1. de extraord. ſiue ſord. mul. l. 4. de indulg. debit. in C. Th. *Neceſſitus*, l. 1. de condit. in publ. hor. in Cod. Theod. *Præſtatio*, l. 14. de nauic. in C. Theo. *Ratio*, l. 31. de erogat. milit. l. 19. de Pagan. Sacr. in C. Th. *Res*, l. 7. de diu. reſc. l. 1. de domeſt. & profect. l. 20. de ann. & trib. l. 1. ſine cenſ. vel reliq. in C. Th.

Annonaris Cenſus, l. 15. de metal. & metal. *Commeatus*, l. 3. ne cond. tranſt. poſt. *Tituli*, l. 4. Trib. in ipſ. ſpec. infer. l. 1. de fid. & iur. haſt. l. 2. de immun. conc. in C. Th.

Annonariæ functiones, l. 14. de an. & trib. l. 14. de indulg. deb. *Species*, l. 15. de erog. mil. an. l. 5. Trib. in ipſ. ſpe. infer. l. 3. & 5. de an. & trib. l. 2. de publ. comp. in C. Th. *Annonaria alimenta*, Nou. Theod. & Val. de amb. & loc. limitan. *Compendia*, l. 8. & 9. de med. & profeſſ. in eod. C.

ANNVERE, ſeu *Adnuere ſine verbis*, l. 1. §. ſi quis ita, D. de verb. obligat. *Annuere votis*, l. 5. C. de adoptionib.

ANNVS trecentis ſexaginta quinque diebus conſtat ex Iulij Cæſaris Conſtitutione, l. 4. §. Stichus, D. de ſtatuliber. Sueton. in Iulio cap. 40. *Annum* autem in libris noſtris *Vtilem* ferè accipimus, id eſt, ex his diebus conflatum, quibus experiundi poteſtas fuit, l. 14. §. poſt annum, D. quod met. cauſ. l. 1. §. annus, D. quando de pecul. actio. l. 19. D. de minorib. l. 1. D. ſi is qui teſt. lib. 6. D. de calumniatorib. l. vlt. C. de temp. in integr. reſtit. §. rurſus Inſtit. de Actionib. *Annum ciuiliter non ad Momenta temporum, ſed ad Dies numeramus*, l. 134. D. de verb. ſig. Si cui legetur

getur, *cùm 14. annorum erit*, is capiet cum 14. annos impleuerit, l.49. D. de legat.1. Hoc sermone POST ANNOS, biennium significatur, l.17. in fi.D. de manumiss. testam. Si cui his verbis libertas relicta sit, DVODECIMO ANNO LIBER ESTO, in principio Anni duodecimi liber erit. *Duodecimus enim Annus est*, cùm quantumlibet ex duodecimo anno venerit aut præterierit: Et qui *Duodecimo Anno* liber esse iubetur, omnibus duodecim anni partibus liber esse iubetur, l.41 D.de man. testa. Annos etiam inchoatos plerumque pro plenis accipimus, nisi aliter conceptio verborum, vel loquentis voluntas suadeat, l. 1. D.de manumissio. l.5. qui testam. fac.l.8. D.de munerib.& honorib. l. 3. D. de iur. immunit. l. 74. in fin. D.ad Sc Trebellia.

Quod quis aliquo Anno dare promittit, aut dare damnatur, ei potestas est quolibet Anni die dare, l. 50. D. de oblig. & actionib. *Qui hoc Anno dari, stipulatus sit, nisi omnibus partibus præteritis Anni non rectè petet*, l.42. D.de verbor. oblig. Si *in Annos decem heres dare damnatus, aut quis liber esse iussus est: nouissimo eius temporis die legatum debebitur, & libertas obtingit*, l. 49. D. de condic. & demonst.

Annos sedecim ætatis habere, l. 41.§. libertatem, D. de fideic. libert. *Quando Annorum viginti erit*, l. 30. D. de legat. 1. *Cum erit Annis viginti*, l. 78.§. rogatus, D. ad Sc. Trebell. *Cum erit Annus sedecim*, l.34.§.vni, D. de legat. 3. *Cum fuerit Annorum viginti quinque*, l. 16.§. basilic. D. de aliment. vel cibar. leg. *Cum is Annorum quatuordecim esset factus*, l. 22. D. quando dies legat. *Intra tricesimum quintum Annum ætatis decedere*, l. 18.D. de ann. legat. *Anni Cœpti, Pleni: Annos Complere, Explere, Implere, ad Annos peruenire*: Quære suis locis.

Annalis Actio, quæ intra annum datur, & Anno finitur, l. 1. §. 1. §. Alienatio, & §. vlt. D. quando de pecul. act. *Bonorum Possessio*, l. 6. D.ad Sc. Tertyll. *Exceptio*, Rubr. de Ann. except. C. *Annale Tempus*, l. 2. §. confestim, D. ad Sc. Tertyll. *Annalia Interdicta*, l. 1. §. vlt. D. de interdict.

Annuus Vsus, l. 4. §. 1. D. de penu. leg. & apud Cicero. Topic. *Annua*, id est Annalis. Sic *Annua Actio*, l. 2. D. quando de pecul. actio. ann. *Exceptio*, l. 30. §. si annua. D. de pecul. l. 15. §. hoc interdictum, D. quod vi aut clam. l. vlt. C. quib. ex caus. maior. Sic & *Annuæ Actiones*, l. 24. D. de liber. cau. Et Prætoris Edictum, *Legem Annuam* dici solitam, Cicero in Verr. ait. Nam vt Iustinianus Instit. Tit. de perpet. & temporal. act. scribit, *Ipsius Prætoris intra Annum erat Imperium*. *Annua Adiectio*, in l. 30. §. 1. D. de legat. 1. id est, clausula vulgaris, qua legata proferuntur in Annuam, puta, Bimam, Trimam, diem. *Annua Merces*, l. 7. §. quod in anno, D. soluto matr. l. 18. §. vlt. D. de instr. vel instrum. *Annuæ Pensiones*, l. 12. D. quando dies legat. *Vsuræ*, l. 38. D. de donat. int. vir & vx. *Annua die dare*, id est intra Annum, l. 3. D. de legat. 1. *Annua die dos præstari*, l. 1. D. de dote præleg. Quo genere loquendi, Cicero. Epist. 32. lib. 7. Famil. & ad Atticum Epist. 2. lib. 42. vtitur. Suetonius in Augusto cap. 101. *Reliqua legata variè dedit, produxitque quædam ad Vicena Sestertia, quibus soluendis Annuum diem definiit*. Tertullia in lib. de Corona militis: *Oblationes pro defunctis, pro Natalitiis, Annua die Facimus*. Eadémque figura idem, *Menstrua die*, dixit in Apologet. cap. 39.

ANNVA, *Bima, Trima, die*, id est, Anno, Biennio, Triennio, seu prima pensione, secunda, & tertia, l. 3. §. Stichus, D. de statuliber. His enim verbis præstatio tribus pensionibus diuiditur, l. 19. l. 30. l. 49. D. de legat. 1. l. 3. D. de annu. leg. l. 54. D. de condicio. & demonst. l. 8. §. si annua, D. de pigner. act. l. 6. §. 1. D. de contrah. empt. l. vn. §. cum autem, C. de rei vxor. actio. Vlpian. Tit. 7. Regular. Ergo si *Annua, Bima, Trima die*, sunt relicta, verbi gratia Triginta, Dena, per singulos annos debebuntur, etiamsi non sit adiectum *Æquis pensionibus*, l. 3. D. de annu. legat. Atque ex hac Formula emendandum esse elegantem Senecæ Suasoria 1. locum, pridem animaduerti: *Annua, Bima, Trima, quadrima die, quinto anno*, l. 19. D. de pact. dotal.

Annuum Spatium, l. 4. D. quis ordo in bon. poss. ser. *Tempus*, l. 22. D. de annuis legat. l. 5. C. de iniur. *Annua Legata*, l. 15. §. non idcirco, D. ad L. Falcid. *Interdicta*, l. 4. D. de Interdict. & *Annua Iura*, apud Ouidium, lib. 1. Fastor.

Annua legare, & Quotannis, seu in Annos singulos, idem valent, l. 12. §. 1. D. quando dies legat. Sic *Annua Arundinis millia legare*, l. 12. D. de ann. legat.

Annuum plerumque appellatur, quod alimentorum causa in singulos annos præstatur, & vt vetus Glossarium interpretatur, ἐνιαυσιαῖον σιτηρέσιον. Sic in l. 22. D. de pact. dotalib. l. 15. & l. 28. §. illud, D. de donationib. inter vir. l. 6. §. penult. D. de pecul. leg. l. 6. D. de cessio. bonor. l. 10. §. vxor. & l. 14. D. de annu. leg. l. 18. §. postumis, D. de alim. vel cibar. Plin. lib. 10. Epist. ad Traianum, *Vt publici serui Annua accipiunt*. Seneca lib. 1. de Clemen. An-

nuum illi præſtitit quantum præſtare integro ſolebat. Sueton. in Tiberio. *Præbitiſque Annuis fraudauit.* Iuuenalis Satyr. 6. *Annua præſtent.*

Annariæ *Leges*, Feſto interprete, dicebantur quibus præfiniebatur annus Magiſtratuum capiendorum, Arnob. lib. 2. aduerſ. gent. *In poteſtatibus obeundis, Leges conſeruatis* Annarias: *in Donis, in Muneribus, Cincias.* Eas Cic. Philipp. 5. *Annales* vocat, & Feſti interpretationem perſpicuè comprobat. Meminit & lib. 2. de Orator. Annariam certè *Legem* à L. Iulio Tribuno plebis latam Liuius lib. 39. memorat. Ouid. lib. 5. Faſtor. *Finitáque certis*

Legibus eſt Ætas, vnde petatur honos.

Anniculus Filius, l. 6. D. de ſtatu homin. l. 26. D. de pact. dotal. l. 45. D. de vulg. & pupill. & contrà, *Nondum* Anniculus *Infans*, l. 23. §. ſed & ſi ſeruus, D. ad L. Aquil. *Anniculus fieri*, l. 1. D. de inſpici. vent. Anniculus *amittitur*, (quod ad Legis Papiæ Popeæ quæſtionē ob ius capiendi inter virum & vxorem pertinuiſſe credo) qui extremo Anni die moritur, l. 132. D. de verb. ſignif. Et ita Anniculum accipe apud Vlpian. Tit. 3. Regular. *Agni* Anniculi *minores*, l. 60. D. de legat. 3. *Anniuerſaria Præſtari*, l. 21. §. vlt. D. de ann. legat. *Annoſus*, l. 3. C. de decur. *Sumptus* Annoſæ *litis*, Ambroſ. lib. 5. Epiſt.

Ansa *Poculi*, l. 21. §. ſed ſi Anſam, D. de furtis. *Scyphi*, l. 20. D. de adquir. rer. dom. l. 23. §. ſi quis rei, D. de rei vindicat. Macrob. lib. 4. Saturnal. cap. 2. *Anſis autem teneri vaſa quis dubitet?* Seneca. Plagiarios ſcriptores, furibus ſimiles alienis poculis Anſas mutantibus facit. *Anſam Scypho adiicere*, l. 23. §. ſi quis, D. ad exhib. *Iungere*, l. 7. D. eod. tit. *Anſa* ait Vetus Gloſſarium, Ἴσχλος, ὥσπερ σκεύους.

Anservm *Fera natura non eſt*, l. 5. §. Gallinarum, D. de adquir. rer. do. *Anſerum Paſtores*, l. 66. D. de legat. 3. Vetus Gloſſarium, Anſerarius, χηνοβόσκος.

Αντανακλασις repercuſſio, reflexus, reuerberatio in l. 17. D. de ſeruit. vrb. & apud Cicer. lib. 2. Epiſt. ad Attic.

Ante *Kalendas proximas dari*, qui ſtipulatur, nihil differt ab eo qui *Kalendis ſtipulatur*, l. 13. l. 56. §. qui ita ſtipulatur, D. de verb. oblig. Hoc ſermone Ante *diem decimum Kalendarum*, *vndecim dies non ſignificari*, ait l. 13. §. 1. D. de verb. ſignif. Ante *diem ſolutum*, l. 10. D. de condict. indeb.

Ante *Omnia*, l. 23. D. de probat. l. 27. §. ante omnia, D. de pactis, l. vlt. D. de impēſ. in res dot.

Ex Ante *geſto*, l. 3. D. de ſentent. paſſis, l. 40. D. de oper. libertor.

Anteces-or *Succeſſori* opponitur, l. 55. D. de iudiciis. Is aliàs *Deceſſor* vocatur. Anteceſſor *Præſidis*. l. 9. D. de reb. eorum. *Anteceſſores*, Iuſtinianus in Epiſtola Pandectis præpoſita, iuris ac legum Profeſſores appellat: qui & in eadem epiſtola, *Profeſſores legitimæ ſcientiæ* dicuntur. Heſychius, Ἀντικεύτωρ, ὁ τοὺς νόμους μεμαθηκώς. Huiuſmodi titulo Inſtitutionum Paraphraſtes Theophilus honoratur, vt & Iulianus qui Iuſtiniani Nouellas in Epitomen cōtraxit. Planè in Lexico quodam Bibliothecæ Regiæ ſcriptum inueni, Ἀντικεύτωρ, ἀντιγραφεὺς διαθήκης.

Antecedens *Inſtrumentum*, l. 23. C. de donationib. *Antecedentes creditores in ordine pignorum*, l. 7. C. de action. & oblig. *Antecedentis temporis*, l. 58. §. Teſtamento, D. de admin. tut.

Antestari Priſcum Duodecim Tabularū verbū. Significat autem, in teſtimoniū aliquem vocare, vocationiq; in ius teſtē adhibere, vel vt vetus Horatij interpres, *Teſtem facere*. Vtūtur hoc verbo Plaut. in Perſa Act. 4. Sc. 9. & in Pœnul. Act. 5. Sc. 4. & in Curc. Act. 4. Sc. 4. Horat. lib. 1. Ser. Sat. 9. Plin. lib. 11. cap. 45. Inde *Anteſtati*, qui teſtimoniū vocātibus in ius perhibebāt. Apud Gaium verò Inſtit. Tit. 6. *Anteſtatus*, dicitur qui Emācipationi teſtimonij cauſa adhibetur. Vet. Gloſſ. *Anteſtari*, μαρτυρήσασθαι. *Anteſtari* autem tam actiua quàm paſſiua ſignificatione protuliſſe veteres, Priſcianus lib. 8. teſtatur, qui ex Liuio hæc verba citat. *Impubes neque Libripens eſſe poteſt, neque* Anteſtari, id eſt, προδιαμαρτυρήσαι, ſeu ad Teſtimonium adhiberi.

Antevertere *ſupplicium*, l. 2. C. qui teſtamenta.

Ἀνπάδας in l. 14. §. ſi quis, D. de ædilic. ed. Vlpianus interpretatur *Inueteratas*, id eſt, *Faucium Tumores qui iam diſcuti non poſſint*. Corn. Celſus, lib. 7. cap. 12. Tōſillas quæ poſt inflammationem indurueruūt, à Græcis Ἀνπάδας appellari tradit. Idem lib. 1. cap. 5. *Tonſillas*, & lib. 2. cap. 1. *Glandulas* vocat. Vide de his Paul. Æginetam lib. 6. cap. 50.

Anticipata *Res*, l. 1. C. de vectigal. *Anticipati Tractandi*, Sueton. in Claud. cap. 21.

Antidoron, Remuneratio, in l. 25. §. conſuluit, D. de petit. heredit.

Antixhesis, vt Vet. Gloſſar. Græcum definit, Ἔστιν ἡ ἀπὸ τοῦ ἐνεχυριαζόντος ἀγροῦ καρπῶν ὑπὲρ τόκου ἀναλήψις. Ἀντιχρήσις certè contrahitur, cùm ita pignori domus vel fundus opponitur, vt in vſuras fructus creditor percipiat, aut locando, aut ipſe percipiēdo, habitandóque, l. 2. §. 1. D. de pignorib. l. 32. D. de pigner. actio. vt in ſpecie l. 14. & l. 17. C. de vſur. & vt in l. 6. C. quod cum eo, *cùm in vſurarum vicem creditori facultas habitandi conceditur.*

ANTIOCHENSIVM *Cœlæ Syriæ Ciuitas*, l.37. D. de reb. auct. iud.

ANTIQVARI *Lex Rogatióue* olim dicebatur, quæ non accipiebatur, sed improbabatur, & reiiciebatur. Antiquare enim significat antiqua probare, & vt Festus Pompeius explicat, *in morem pristinum reducere*. Sic *Antiquatum Edictum*, l.5. C. de ædif. priuat. l.2. C. de proxim. sacror. lib.12.

ANTIQVI, l.21. §. si quis de naue, D. ad l. Aquil. l.3. D. si pars hered. pet. qui aliàs & quidem crebrius *Veteres* appellantur, vt fusius comprobabimus, vbi ad eam vocem ventum erit.

ANTIQVVM *Ius*, variè in libris nostris exauditur. Nam ita interdum Ius Gentium vocatur, quod cum humano genere natura prodidit, l.1. D. de adquir. rer. domin. §. singulorum Instit. de diuisio. rer. Plerumque etiam *Antiquum ius* dicitur quod ex lege 12. Tabularum descendit, l.24. §. tignum, D. de rei vindic. quæ & *Antiqua Lex* appellatur in l.2. §.1. D. de noxalib. act. & l.3. C. eod. tit. l.1. C. de exceptio. & *Antiqua prudentia*, in l. penult. in fi. C. de constit. pec. & *Ius Vetus*, in l.1. D. de hered. Et ita *Antiquitatem* accipe apud Iustinian. Institut. de hæred. quæ ab intestato. At in l.29. §. si eius qui, D. de lib. & post. *Antiquum Ius*, accipere oportet, quod ante L. Velleiam obtinuit. Verùm in l.1. §. si nemo & l.2. §. si mater, D. ad Sc. Tertullian. *Antiquum Ius* est, quod Sc. Tertullianum præcessit. Sed & in l.29. §. vlt. D. de legat.2. *Ius Antiquum* est quod ante legem Iuliam & Papiam seruabatur. Quomodo etiam accipiendum est apud Vlpian. Tit.1. & Tit.17. & Tit.18. Regular. Enimuero in l.42. §. vlt. D. de donatio. causa mort. *Ius Antiquum*, est quod Seueri Constitutionem præcessit, qua in donationibus causa mortis Falcidia inducta est. *Antiquum* planè *Ius* in l.1. in fi. D. si quis à parent. manu. Querelam inofficiosi, significat. *Antiquum Ius*, in l.19. §. pater peculij, D. de castren. pecul. quod Constitutiones Imperatorum circa peculium castrense factas antecessit, vt *Antiqua obseruatio*, §.1. Instit. per quas perso. nob. adq. quæ ante Iustiniani cõstitutionem locum habebat. *Antiquum Ius*, in l.18. C. de collationib. quod Anastasianam constitutionem antecessit, qua noua forma Emancipationis faciendæ introducta est. Sic & in l.17. C. de nuptiis, l.6. C. de incest. & inutilib. nupt. *Antiquum Ius* quod ante nouas cõstitutiones obtinebat. *Antiqui Iuris Statuta*, l.12. C. de his qui accus. pos. Benè etiã & acutè, vt omnia, in l.1. C. vnde vir & vxor. Iac. Cuiac. *Ius Antiquum* intelligendum putat respectu Constitutionis nouæ, de qua in l. vlt. de legit. hered. in Cod. Theod.

Antiqua Actio, ex lege xij. Tabular. descendens, l.23. §. tignum, D. de rei vindicat. *Antiqua obligatio*, id est, pristina, l.21. §. si metu, D. quod met. caus. *Antiquior Acceptilatio*, l.13. §. si ita, D. de acceptil.

Antiquior venditio lite, l.2. C. de petit. heredit. *Antiquior*, pro, carior, l.19. §. transfugæ, D. de captiu. & postl.

ANTIQVARII, l.2. de studiis liberal. vrbis Romæ, in Cod. Th. librarij sunt, seu librorum scriptores, & qui vetustos Codices describunt. Sic apud Sidon. Apollinar. Epist. 16. lib. 9. & Cassiodor. lib. de diuin. lectionib. cap. 30. Augustin. de verb. Domin. Sermo. 44. *Quemadmodũ qui videt litteras in codice optimè scripto, & non nouit legere, laudat quidem Antiquarij manum, admirans Apicum pulchritudinem*. Hinc *Antiquaria ars*, apud D. Hieronymum, Epist. ad Florentium. Vet. Glossarium Græcum, *Antiquarium* καλλίγραφον interpretatur.

ANTISTES *Sacer*, l.6. de his qui super relig. in C. Th. *Locorum vel vrbis*, l. vlt. §. Etsi quidem, C. de curat. fur. l.25. C. de c.

ANTISTITES sacræ religionis, l.7. de custod. reor. in C. Th. *Liberalium studiorum*, l.1. C. de decret. decur. lib.10. *Antistes sapientiæ*, apud Plinium lib.7. cap.1.

ANTISTIVS *Labeo*, institutus à Trebatio, de quo vide l.2. §. post hoc, D. de orig. iuris. Eius fit mentio apud Sueton. in August. cap.54. Agell. l.13. cap.10. & 12. Eius libris, qui post mortem editi sunt *Posteriorum* nomen inditum, idẽ Agellius scribit. Eum quoq; Commentarios ad 12. Tabulas composuisse testatur idem Agellius lib.1. cap.12. Citatur & à Plutarcho, ἐν αἰτίοις, vbi tamen Ανπίκιος λάκαν perperam, pro Ανπίστιος λάβεων vulgò scribitur. Labeo etiam lib.1. Prætoris vrbani citatur in l.19. D. de verb. sig. Hũc ob præfractam in sententiis in Senatu dicendis libertatem, qua ne Augusto quidem ipsi cedebat, insaniæ nota Horatius Imperatori suo blãdiens aspergit, Satyr.3. lib.1. Serm. ad quem locum Vetus interpres, *Marcus*, ait, *Antistius Labeo iurisperitus memoratæ libertatis, multa liberè contra Cæsarem dixisse & fecisse dicitur, ab eo latas leges contumaciter reprehendens: Quare in gratiam Augusti eum sic carpit, & Insanum nominat.* Qua in re quàm fuerit Atteio Capitoni æquali suo dispar, Tacit. lib.1. docet.

ANTONINVS *Augustus Pius Noster*, ait Martianus in l.42. D. de fideicomm. libert. Idem *Aurelius Imperator Antoninus* dicitur in l.48. D. de condic. & dem. & *Imperator Titus Antoninus*, in l.55. §.1. ad Sc. Treb. l.3. D. de condict. indeb. & *Diuus Antoninus*, in l.7. D. de in integ. rest. & l.1. §. Diuus, D. de quæstionib. & *Diuus Pius Antoninus*, in l.5. D. de censib. & *Imperator Antoninus*

Pius,l.13.§.1.D.de aliment.vel cibar.à Modestino Αντωνίνος Εὐσεβὴς,l.6.§.1. D.de excusationib. passim verò in libris nostris *Diuus Pius* vocatur,& quòd rarum est,*Antoninus*,nullo alio adiuncto in l.57.D.de legat.2.& *Imperator Antoninus*,in l.17.D.de statu homin.

Antonini Imperatoris nomine,in l.12.D.de fideicommiss.Antoninus Caracalla exaudiendus est,qui & *Diuus Antoninus*,in eadem l.§.vlt.& *Antoninus Augustus*,in l.32.D.de donat.int.vir.& l.vlt.D.de Senatorib.fuit hic Seueri Augusti filius. Obseruãdum tamen est patri aliquoties à Iurisconsultis qui eius temporibus vixerunt in ordine scripturæ anteponi,veluti in l.9. D. de captiuis,*Post Rescriptum Imperatoris Antonini,& Diui Patris eius*:& apertius in l.8.§.1.D.de legationib.*Imperatores Antoninus & Seuerus, Augusti,Germano*,&c. Eodémque modo in l.13. §.1. D. de cond.indeb.l.5.§.Imperator,D.de solutionib.l.vlt.D.de excusat. *Imperator Antoninus cum Diuo Patre suo Rescripsit*.Et in l.14.§.qui compulsus,D.ad Sc.Trebell.& l.15.§.si pignora, D.de re.iud.*Rescriptũ est ab Imperatore nostro, & Diuo patre eius*. Aliter atq; in l.vlt.in princ.& §. si quis professus,D.de public.& l.1.& l.vlt.D.de requir.vel absent.l.33.§.1.D.de condi.& dem.l.3.& l.8.D.de minorib.l.4.§.1.D.de in lit.iur.Sed & *Magnus Antoninus* quandoque appellatur,l.11. D.de legationib.l.vlt.§.Magnus,D.de publican.& in Lege Dei,Tit.4.Quin & aliâs *Diuus Antoninus* vocatur,vt in l.96.D.de legat.3.Interdum *Diuus Magnus Antoninus*, vt l.vlt. D. de veteran.& l.9.D.de diuers.temporal.Ad eum enim,non ad Diuum Pium, hanc *Diui & Magni Antonini* appellationem pertinere,planum facit d.l.vlt.D.de veteran.in qua ita est, *Diuus Magnus Antoninus cum Patre suo Rescripsit*:vt in l.1.D.de requir. vel absent. *Diui Seueri & Antonini Magni Rescriptum est*.Verum nullum dubitandi locum Vlpiano adhibitus Herennius Modestinus relinquit in l.11.§.reprobare,D. de vacat.& excusat.iũcta,l.6.D.de excusationib.Nam quòd illic ait *Diuus Magnus Antoninus cum Patre Rescripsit*,hoc idem in l.6.D.de excusat.ex Vlp. refert his verbis,*Imperator noster cum Patre Rescripsit*.De hoc itidem accipienda sunt Vlpiani in l. 4.§. quędam,D.de offic.Proconsul.verba hęc,*Imperator noster Antoninus Augustus*.Et generaliter,quotiescunque apud eundem Vlpian.& Paulum legimus,*Imperator Noster*,toties Antoninũ hunc demonstrari sciendum est,vt suo loco probabimus.

Anvlorvm alij signandi causa gestabantur, quos *Signatorios* vocabant: alij ornamẽti loco habebantur,l.25.§.ornamenta,D.de aur.arg.l.74.D.de verb.sig.l.penult. D. de bon. damn. Signatoriis autem illis Anulis signa Tabulis imprimebantur:l.22.§.si ab ipso,& §.signum, D. qui test.fac.l.12.C.eo.tit.l.16.§.1.D.de test.mil.Q.Curt.lib.6. *Epistolam sigillo Anuli sui impressã*. Et eo. lib. *Sed eam ignoti Anuli sigillo impresso dari iusserat*.Idem lib.10.*Anulum quo illius regni atque imperij etiam obsignare solitus erat traditum ab ipso*.Anuli autẽ Dactyliothecis cõtinebãtur,l. 52.§. quod in Bibliotheca,& l.53.D.de leg.3.*Anulũ in digito vel in dactyliotheca habere*,l.67.D. de furt. Anulum sponsæ muneri missum à sponso narrat Paul.in 36.§.vlt.D.de donat. inter vir. Anulum à moriente custodiæ causa filiæ traditum proponit Papin.in l.77. §. pater, D. de legat.2. *Anuli certi ponderis,certæque formæ*,l.2.D.locati.

Cæterùm Aureos Anulos solis Ingenuis ferre licuisse, Isidorus lib. 20. Etymologiarum notat.Vnde Asconius Anulos aureos *Ingenuitatis signa* appellat.Proinde Liberti vt ingenuitatis iura consequerentur,ius aureorum Anulorum à principe petere & impetrare solebant, l.11.D.de Sc. Silania. Quod Plinius lib.23.cap.2. perstringit his verbis, *Passim ad ornamenta Anulorum etiam seruitute liberati transiliunt*.Iustinian.Nou.Constitut.74.ὥσπερ γάρ ἐστί τις παρὰ ἡμῶν ἐξυρημένος τρόπος, ὃς τὸν ἀπελεύθερον εἰς εὐγένειαν ἄγει παντελῶς καθαίρων μὲν αὐτὸν ἑτέρᾳ τινὶ τάξει, καὶ διδοὺς αὐτοῖς τὸ τῶν χρυσῶν δακτυλίων δίκαιον.

Ac planè Libertus qui ius Anulorũ aureorũ impetrauerat vt *Ingenuus habebatur*,l.5.D.de iur. aur.anul.& *iura ingenuitatis saluo iure Patroni nanciscebatur*, l.vlt. D. de iur. aur. *omnia ingenuitatis munia habebat*, l. 10.§.patronum D.de in ius vocando,&*in ordinem ingenuorum transibat*,l.44.D. de excusat.Cuiusmodi Libertorum *honorem auctum* fuisse,*non condicionem mutatam*,ait Marcian. in l.33.§.1.D.de condic.& demonst.propterea quòd Patronorum iura in eos salua manebant: Deteriorem enim Patronorum causam per istud beneficium haberi non oportebat, l.42. D. ad L.Iul.de adult.Denique *viuebant quasi Ingenui,moriebantur quasi Liberti*,l.3.D.de bon.libert.

Præterea Anulis aureis donati in Equestrem ordinem transcribebãtur, vt ex Asinio Pollio.lib.10.Epist.Famil.Sueton.in Vitell.cap.12.Tacit.lib.18.& aliis liquet. Atque hoc est *Ius* seu *Beneficium,aureorum Anulorum*,l.1.& 2.D.de iure aur.anul. Quod χρυσῶν δακτυλίων δίκαιον appellatur à Modest. in l.14.D.de excusat.& à Iustin.Nou.74. *Ius Anulorum* simpliciter, l.3. l.5.& l.vlt.D.de iure aureor.Anul.l.10.§.patronum,D.de in ius vocand. l.44. D. de excusat. l.11.D.de Sc.Silan.quod Liberti Petere,*Impetrare*,Accipere *ab Imperatore*, dicebantur.

Anulos interdum Arræ nomine Venditori ab Emptore datos,ostendunt, l.11. §. is qui vina, D.de act.emp.l.5.§.item si institor.D.de institor.& Plin.lib.33.cap.1.

Aperire *Codicillos*,l.1.§.si quis Codicillos,D.de Sc.Silan.*Horrea*,l.56.D.locati.

Partem Cœnaculi,l.27. D.locati.*Puteum in domũ*,l.24.§.vlt.D.de dam.inf.*Refugia*, l.13.§.ſed ſi ædium,D. de vſufr.*Sepulchrum*,Paul.lib.6.Sentent.Tit.23.*Sulcum*,l.29. D.de ſeruit. ruſtic. præd.*Tabulas*,Plin.Epiſt.20.lib.2.Cic.lib.1.Rhetor.ad Herenn.*Tabulas Teſtamenti*,l.25.§.vlt. D.de Sc.Sila.l.3.§.vlt.D.ad Sc.Trebell. *Teſtamẽtum*,l.1.§.ſi is qui,D. ad L.Cornel. de falſ. l.38.§.qui viui,D.de pœnis,l.7.§.ſunt & aliæ,D.de liber.cauſ.l.vlt.D.de appellation.recip. l.1. §.ſi filiis,D.de Sc.Silaniano,l.16.D.de excuſat.tut.Paul.lib.5.Sent.Tit.25.*Viã Publicam*, id eſt,eam ad veterem altitudinem latitudinémque reſtituere,l.1.D.de via publ.

Aperire autem *Teſtamentum*,quis intelligatur,explicat l.1.§.aperire,& §.ſi quis tabulas,D. de Sc.Silan.l.vlt.D.de appellat.Apertũ vtiq; cenſebatur Teſtamentũ, ita demum recip. ſi Authenticum patefactum eſſet,non item ſi Exemplum, l.10.& l.vlt. D. Teſtament. quem. aper.Ceterùm vti quóque ritu Tabulæ Teſtamenti Aperirentur,docet Paul. l.4. Sentent. Tit.6. Vlpia.& Caius in l.4.6.& 7.D.Teſt.quemad.aper.& Imperatores in l.2.C. eod.Tit.

Aperto Teſtamẽto,l.18.§. poſtumis,D.de alim.vel cibar.l.35.§.1.D.de Sc.Silan.*Ex die Aperti Teſtamenti*,l.16.D.de excuſationib.

Apertæ Tabulæ Teſtamenti,l.21.D.de condic.& dem.l.26.§.idem, D. de fideicom. libertat. *Apertarum Tabularum Tempus*,l.31.§.idem euenire,D.de excuſat.*Ante Apertas Tabulas*,l.42.D.de heredib. Inſtit.l.1.§.vlt.D.de iur.& facti ignor.l.1.D.de bon.poſſeſſ.l.24. D.de liberat. leg. l.31.D.de condic.& dem.Vlpian. Tit.18.Regular.l. vn. C. de his qui ante Aper. *Ex Apertis Tabulis*,l.58.§.Teſtamento,D.de admin.& peric. *Poſt Apertas Tabulas*,l.30.§. vlt. D.de adim. legat.& l.24.D.de liberat.legata.

Aperiri Codicilli,l.vlt.§.vlt.D.de legat.2.l.25.§.ſi quis filium,D.de legat.1.l.26. §. idem, D. de fideic.libert.*Epiſtolæ*,l.75.D.de legat.2.*Secundæ Tabulæ*,l.vlt.D.ad.Sc.Trebell.

Aperti Codicilli,l.26.§.idem,D.de fideic.libert.*Apertis Codicillis*, l.66. §.eũ qui, D.de legat. 2.l.18.§.poſtumis,D.de aliment.vel cibar.

Apertura Tabularum,l.3.§.vlt.D.de heredib.inſtit.l.1.§.Aperire,D.de Sc.Silan.l.vn.§.cùm igitur,C.de caduc.tollend.

Apertus Riuus,l.1.§.ſi quis ex Riuo,D. ne quid in flum.publ. *Apertus Riuus* & *Opertus*,ſeu *Tectus*, opponũtur,l.1.§.vlt.& l.2.D.de Riuis. *Apertus Riuus*,*Terreno*,opponitur,l.2. D. de aqua cottid. *Per Apertum*,*& per Specus*,*Aqua ducta*,opponuntur,l.3. D.de Riuis.

Aperto Pariete,l.40.& l.vlt.§.vlt.D.de ſeruit.prędv.vrb.

Aperta fraus,l.3.C.de iure fiſci,l.10.C.de adminiſt.tut.*In re Aperta*,l.2.D.de appellationib.

Apertæ Fruſtrationes,l.7.C.de execut.rei iud.

Apertè agi,l.22.§.ſi in, D.ratam rem hab.l.vlt.D.de donat.cauſa mort.*Apparebit*,l.10.D.de inoff.Teſtam.*Approbatum*,l.39.D.de adq.poſſ.*Cauetur lege*,l.5.D.ad L.Iul.de adult. *Conuicti*, l.vlt.C.quor.appellation.*Expreſſum eſt*,l.3.C.in quib.cauſ.pign.vel hypot.tac.cõtr.*Iniquum eſt*,l.63.§.ſi ſub conditione,D.ad Sc.Trebell.*Iuſſus*,l.7.D.ſi cui plus quam per.*Oſtẽdiſſe*,l.46. D.de legat.2.

Apertiſsimum eſt,l.14.D.de legat.præſtant. *Apertiſsimè videtur*,l.57. D.de manumiſſis Teſt.

APES *in fundo*,l.9.§.1.D.de vſufruc.*Apes feræ*,l.6.D.de furt.*Apium fera natura eſt*,l.5.§.apium. D.de adquir.rerum dom.& §.apum Inſtit.D.de diuiſ.rer.

Apes in Patrimonio noſtro tamdiu computantur, quamdiu conſuetudinem habent reuertendi, l. 8. §. vlt.D.famil.erciſc.*Cùm Apes meæ ad tuas aduolaſſẽt*,l.27.§.ſi cùm Apes,D.ad l.Aquil. *Apes alienas fumo facto fugare*,l.49.D.eod.tit.

APEX *Poteſtatis*,l. 6. de iis qui adminiſtrantibus vel officium in Cod. Theod. *Apices Iuris*, in l.29.§.quodam,D.mandati.*Apices Auguſti*,l.6. C. de aduocat. diuerſ. iud. *Diuini*,l.7.C.de Epiſc.& Cleric. in C. Theod. & in opere Caroli Magni auctoritate aduerſus ſeptimam Synodum Nicenam compoſito,cap.25.*Sacri*,l.3.C.vbi Senator.l.5. C. de emancip.liber.l.24.de erogat.militar.anno.in C.Th.l.3. ad Leg. Corn. de ſicar. in eod.C. Sic & *Apices adnotationis expreſſæ*,in l.7. de petit. & vltro datis in C. Th. & *Apices noſtræ Serenitatis*, in Epiſt.prima Iuſtinia.cui initium eſt,Inter claras.

APISCI *Poſſeſſionem*, pro adipiſci, l.37. D.de pigner.act.l.1.§.1.l.30.§ quod per, l. 40. & l.51.D.de adquir.poſſeſſ. l.41.D.de vſucap.l.15.D.de Carbon. edic.l.67. D. de furt. l. 25. §. de eo.D.de hered.pet.*Apiſcendæ Dignitatis*,l.40. D. de donat. inter vir. *Poſſeſſionis*, l.23.§.de eo,D.de petit.heredit.l.1.D.quorum bonorum,l.2.§.vlt.D.de interdict.l.3.§.item,D.ad L. Corn.de ſicar.l.1.D.quod legator.Crebrius tamen eſt Adipiſcendi verbum.Sic *Adipiſci Ciuitatem*,l.4.D.de Captiuis.*Dominium*,Vlpian.Tit.20.Regul.*Honores*,l.3.§.vlt.D.de decurio. *Iuſtam cauſam*,l.7.C.de adquir.& retin.poſſ.*Libertatem*,l.13.§.hæc quæſtio.D.de manu. teſt.

l.4.D.de manumiſſionib.*Procurationem vrbicam beneficio Principis*,l.11. §.ex facto,D.de minorib.

Adeptus Cõſulatum, l.25.ſi pecuniam,D.de donationib.*Libertatem*, l. 23. D.de pecul. leg.l.1. C.de oper.libert.l.4.C.de teſtam.milit.l.6.C.de ſuis & legitim.*Poſſeſſionem*,l.2.§.vlt.D.de precario,l.18.§.1.l.22.l.74.§.vlt.D.de adqui.poſſeſſ.*Adepti facultatem*, l.15. D. de mort. cau. donat. *Adeptio Dominij*,Vlp.Tit.20.Regular.

Apocha Græcum vocabulum eſt,& cautionem ſolutæ pecuniæ ſignificat,quæ à creditore debitori probandæ ſolutionis cauſa dari ſolet,ἀπὸ τῦ ἀπέχειν. Latini proprium nomen non habent: ideóque vtuntur peregrino,l.vlt.§.Titius,D.de condictio.indebiti,l.27.D.de furt.l.47.§.tutela,D.de admin. & peric. l. 18. C.de fide inſtru. l.9. D.de acceptilationibus, vbi traditur Apocha non aliàs contingere liberationem quàm ſi pecunia ſoluta ſit. Vetus Gloſſarium Græcum. Διαφέρει Αποχὴ Αφώσεως ὅτι ἡ μὲν Αποχὴ, ὑ καθαρὰν ἔχει τὴν ἐλευθερίαν, ὑδὲ ἀμάρτυρον. ἡ δὲ Αφόωσις, ἐξ ἅπαντος τρόπυ ὑ μαρτύρου ἐλευθερῖ. ὑ πάλιν, ἡ μὲν Αφόωσις πάντως ἐλευθερῖ. ἡ δὲ Αποχὴ, οὐκ ἄλλως ἢ μὴ καταβληθῇ τὰ χρήματα. quæ poſtrema verba ſumpta ſunt ex d.l.9. D.de Acceptilat.Artemido.lib. 4.de Somn.interp.cap.82. ἔδοξε χρεώστῃ σωαυθήσας τὸ χρέος ἀπολαβεῖν ὑ ἀποχὴν τῷ χρείστῃ δοῦναι. ὁ γὰρ ἀποχὴν παρασχὼν, τοκὸν ὑ λαμβάνει. Apocha autem appellatur *pecuniæ ſolutæ Profeſſio* in l. 14. C. de ſolutionib. *Apocha*, ait Vetus Gloſſar. *Cautio quam creditor dat debitori ſoluenti qua profitetur ſe accepiſſe nummos, hincque Profeſſio dicitur.* Plerumque etiam *Securitas* ab Imperatoribus vocatur,quia debitorem reddit ſecurum,l.35. §. vltim. D. de inofficioſo teſtament.l. vltim. C. ſi cert.petat, l. 1.de Apoch. publ. lib. 10. C. Et ita *Securitates* accipiendas puto in Nouell. Valentiniani Tit. 7. Cur autem Apochæ *Securitatis* nomen ſit inditum Caſſiodor. explicat Epiſt.8.lib.11.Arrian.lib.2.Epicteti,cap.31. ὑδ' ἐγγύην ἄλλως σφαλίζεται ἡ ἀσφάλεια χάρᾳ. Eo etiam alludere videtur B.Auguſtin.Homil.11.cum ait, *Securitatem tibi Procurator dedit.Nihil valet Securitas Procuratoris.Vtinam dominus tibi ſecuritatem daret,& ego te ſollicitum redderem.* Quemadmodum autem Apocha ſolutionis probandæ cauſa datur à creditore debitori quo ſe accepiſſe probet,præſcriptionis impediendæ cauſa Antapocha datur,l.18.C.de fide inſtrument.

Apostoli libelli ſunt Dimiſſorij,ſeu literę quę ab eo à quo appellatũ eſt,ad eum qui de appellatione cogniturus eſt,dătur,qui ſcriptũ habebant à quo dati eſſent, id eſt, qui appellare,& aduerſus quem & à qua Sententia dicebantur, *Dimiſſoriæ literæ* dicuntur, quod per eas cauſa ad eum qui appellatus eſt,dimittitur,l.106.D.de verb.ſignific.l. vnica, D. de libell.dimiſſor.l.9.D. de iure fiſci.Paul.lib.5.Sentent.Tit.34.Dicuntur & *Libelli Appellatorij* in l.1.in fi.& l.5.§.vlt.D.de appellationib. & lib.4.Hiſtor.Tripart.cap. 34. de quibus, l.3. & l.7.& l.13.D.de appellationib.accipiendæ ſunt. Extat in Baſilicis, *Apoſtolorum* interpretatio huiuſmodi. Ἀπόστολοι καλοῦνται δι' ὧν πρὸς τὸ δικαστὸ γίνεται μεῦσις πρὸς μέλλοντα κρῖναι τὸν ἔγκλητον.

Apoſtoli, Reddi dicebantur, l.9.D.de iure fiſci,l.5.C.de appellationib.

Apothecæ,cellæ ſunt vinariæ,l.21.§.ſed etſi de naue,D.de furt.*Vina quæ in Apothecis ſunt*, l.12.§.ſed ſi fundus,D.de inſtr.vel.inſtr.l.1. C.de verb. ſignif. *In Apothecam depoſitum Vinum* proponit Vlpian.in l.11.§.qui vinum,D.locati,& *Vinum quod in Apothecis eſt* legatum, l. 30. §. item ſi,D.de lega.1.vel *Vinum ex Apotheca illa*,l.47.§.ſed ſi id,D.eod.tit.Plinius lib.14.cap.4. *Tantum pecuniarum detinent vini Apothecæ.* Arnob. lib. 7. *Vinum omne omnino quod in cellis atque Apothecis eſt conditum.* Sunt & Librorum & aliarum rerum Apothecæ, Collumella lib.1. de re ruſtic.cap.6.l.5.§.ſi horrearius,D.de his qui deiecerunt,vel effud. l.12. §. inſtructo, D. de inſtr. vel inſtru. leg. D. Matth. cap.3.Euang. καὶ συνάξῃ τὸν σῖτον αὐτῦ εἰς τὴν ἀποθήκην. Et rurſus cap.7.ὑδὲ ἀπειρύσιν, ὑδὲ θερίζυσιν, ὑδὲ συνάγυσιν εἰς ἀποθήκας. Sic & D. Lucas cap.12. Euang. καθελῶμὴν τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννήματα μου καὶ τὰ ἀγαθά μου. Quibus in locis vetus interpres ἀποθήκην horreum vertit. *Apothecis exhauſtis*,l.40.D.de ſtatuliber.

Apparatvs,veluti *Scænicæ veſtis*,vel *Aulæi*,l.15.§.ſi veſtimentorum, D. de vſufruct. *Apparatus* de inſtrumento quod in Taberna ſeruus habet, vſurpatur in l. 5. §. ſi præter, D. de tributor.

Apparere dicebantur Magiſtratibus Officiales qui eis officij cauſa pręſto aderant,veluti Scribæ,Lictores,Præcones,& cętera miniſteria. Cicer.in Orat.pro Cluent.*Quid ſibi autẽ illi Scribæ,quid Lictores, quid cæteri quos Apparere huic quæſtioni video,volunt?* Senec.lib.2.Controu. *Non ſine cauſa Sacerdoti Lictor apparet.* Quadrigarius apud Agell. lib.2. cap.2. *Quod poſteaquam Lictor*

Lictor ille qui Apparebat *citò intellexit.* Liuius lib. 9. cum de Flauio scriba verba facit, *Inuenio in quibusdam Annalib. cum appareret Ædilib.* Æmil. Prob. in Eumene, *Eumenes annorũ quinque & quadraginta cum ab ann. 20. septem annos Philippo apparuisset.* Quibus verbis id significat quod initio dixerat Philippum Eumenem habuisse *ad manum scribæ loco.* Festus lib. 12. Naualem Scribam definit, *qui in naue apparebat.* Sed & de Viatoribus & Præconibus in antiqua legis Tabula quæ Romæ extat non semel hoc verbum vsurpatur. Seruius ad illum 12. Æneid. *Sæuíque in limine regis,* Apparent, versum, Apparent ait, id est, *præsto sunt ad obsequium.* Vnde etiam Apparitores constat esse nominatos, quorum in l. 3. D. de seru. fugit. l. 50. D. de euictionib. fit mentio. *Hinc* Apparitio *Præsidis,* pro ipsis Apparitoribus in l. vlt. §. vlt. D. quod met. cau.

Apparere Tabulæ dicuntur quæ extant. Vlpian. lib. Regul. Tit. 7. Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 7. Apparere, etiam de his quæ detẽguntur & emergunt, veluti in l. 44. §. vlt. D. de Iudic. *Cùm postea seruus* Apparuit: & in l. 29. D. de liber. cau. *licet liber* Apparuerit: & in l. 16. §. 1. D. de his quæ vt indign. *Vulgo conceptam* Apparuit: & in l. 8. D. de bon. libertor. *mox* Apparuit *eum accepisse.* At in l. 39. §. vlt. D. de noxal. actionib. *Apparere* dicitur *Seruus,* qui se sistit, seu sui copiam facit.

Apparet ex Rescripto, l. 26. D. de Excusationib. *Ex his* Apparet, l. 15. §. Ex his, D. de iniur. *vt* Apparet, l. 1. §. 1. D. Commoda. *Prout voluisse Testatorem* Apparuerit, l. 13. §. 1. D. de manumiss. testam. *Si mos non* Appareat, l. 34. D. de diuers. regul. Sic *Apparere,* l. 33. D. de contr. empt. l. 48. D. de diuers. regul. l. 14. D. de legat. 1. *Si palam appareant,* l. 43. D. de contr. empt.

Appellare, varias habet significationes: præcipuas tres in libris nostris, quas Cornelius Fronto in libro de Differentiis vocum ita perstringit. *Appellat, vel à potentiore propter iniuriam, vel inuocat auxilium Magistratus, vel cùm pecuniam reposcit.*

Interdum ergo *Appellare,* iudicio conuenire significat, vt in l. 29. D. de Iudiciis, *Qui prior* Appellat, id est ad Iudicem prior prouocat. *Appellare debitorem,* in l. 15. §. si quis, D. de Iniuriis, & *Appellari Reus,* l. 16. §. vlt. D. de fideiussorib. Valer. lib. 4. cap. 8. *Neque de sorte quemquam Debitorum suorum, neque de vsura* Appellari *à suis passus est.* Et lib. 6. cap. 2. *Pro eo pecuniam spopondi, quo nomine nunc Appellor.* Senec. lib. 1. de Benefic. *Nemo beneficia in Kalendario scribit, nec auarus exactor ad horam & diem debitorem* Appellat. Idem lib. 2. cap. 6. Si *Appello, si ad iudicem voco, incipit non beneficium esse, sed creditum.* Quintilia. lib. 5. cap. 11. *Pauper eras, & tum maximè à creditoribus* Appellabaris. Eodémque sensu, *Sponsorem* Appellare, apud Cicero. lib. 1. Epist. ad Attic. non semel. Hinc & bona nomina non Appellando Mala fieri Sex. Alphius fœnerator crebris sermonibus vsurpare solebat. Atque vt *Appellare* dicebantur creditores, ita *Respondere* debitores, l. 50. §. 1. D. de legat. 1.

Aliàs *Appellare,* est blanda oratione alterius pudicitiam adtemptare, l. 15 §. si quis virgines, & §. Appellare, D. de iniuriis. Quo in significato, Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. *Filiam de stupro* Appellare, *& cornicularium stupri causa* Appellare, dixit Seneca lib. 2. Controuers. *Ter illum* Appellauit *de stupro, adiectis pretiis.* Quintil. in Declamat. pro Milite contra Tribun. *Appellatis de stupro vim adferes.* Idem Institut. Orat. lib. 4. cap. 1. *Vxor marito dixit* Appellatam *se de stupro à Tribuno.*

Postremò *Appellare,* est ab inferiore iudice, ad superiorem prouocare: quod voce, vel libello, fiebat l. 14. C. de Appellationib. Sic *Appellare ad Imperatorem,* l. 39. D. de minorib. & *ad Principem,* l. 17. D. eo. tit. *Ad Præsidem,* l. 54. D. de appellation.

Appellare Iudicem, l. 1. §. si quis, D. de appellationib. *Principem,* l. 1. §. si quis, D. quando Appellan. sit. *Principes,* l. 6. §. vlt. D. de vacat. & excusat. Sic D. Paulus Actorum cap. 25. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι.

Appellare à Iudice, l. 29. D. de tutorib. & curat. A *principe,* l. 1. D. à quib. appell. *In* Arbitros, id est, ab Arbitris, l. 1. D. qui & à quib.

Appellari Imperator, l. 20. & l. 21. D. de appellationib. *Magistratus,* l. vlt. D. qui & à quib. *Princeps,* l. 1. D. à quib. appell. l. 5. D. de Appellationib. recipiend.

Appellare aduersus aliquem, l. 1. D. de appellat. recip. l. 1. D. An per Alium & *Contra Aliquem,* l. 7. D. de munerib. & honor. l. vlt. §. vlt. D. de appellationib. *Contra Fiscum,* l. 6. D. de appellat. recip.

Appellare Aduersus *Sententiam,* l. 18. D. de accusationib. *Contra iniustam Sententiam,* l. 27. D. de re iud. *De Sententia,* l. 4. C. de liber. cau.

Appellator, pro eo qui appellauit, l. 1. D. si pendente, l. 1. §. Dies, D. quando Appellan. sit, l. 6. §. vlt. l. 12. l. 16. l. 27. & l. 31. C. de Appellation.

Appellatio iniquitatis sententiæ querelam continet, l. 17. D. de minorib. Vetus

Gloſſarium, *Appellatio eſt proclamatio ab inferiori ad ſuperius Tribunal, vel grauaminis releuatio per clamationem ex minori ad maiorem Iudicem factam, prætextu iniqui grauaminis vel iniuſtæ ſententiæ.*

Appellationem Appellator, *Facere, Interponere, Perſequi, Peragere*, dicitur: & Agere, ſeu *Reddere cauſas Appellationis*. A Iudice verò à quo appellatur, *Appellatio Admitti, Recipi*, & contrà, *Non Recipi & Repudiari*: Is verò ad quē Appellatur, *de Appellatione, vel ex Appellatione Cognoſcere: ad Appellationem Iudicare: Ex Appellatione Pronuntiare*: Et ab eo *Appellatio Iuſta, vel Iniuſta Pronuntiari.*

Appellationem Facere, l. 1. D. an per alium. *Appellatione facta*, id eſt interpoſita, l. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Factæ Appellationes ad Principem*, l. 21. D. de appellationib. non recip.

Appellationem interponere, l. 18. & l. 24. §. vlt. & l. vlt. D. de Appellation. l. 1. §. ſolent, D. quando appell. ſit: vnde *Appellatione Interpoſita*, l. 6. §. 1. & l. 14. §. ſed ſi, D. de bon. libertor. Rubr. nihil innoua. appellat. interpoſ.

Appellationem Explicare, l. 24. §. vlt. D. de Appellat. *Appellationis cauſam Perſequi*, l. 27. D. eod. *Res per Appellationem extracta*, l. 12. §. vlt. D. de bon. libertor.

Appellatio Admitti, l. 6. D. de appellationib. & *Recipi* vel *non*, l. vn. D. nihil innoua. l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr. & peric. l. 4. l. 5. & l. 6. D. de appellation. recip. Rubr. quor. appellation. *Non Recipere Appellationem Iudex* dicitur, qui, vt vulgo loquimur, ei non defert, l. 6. §. quid tamen, D. de iniuſto rup. l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr. & peric. l. 6. D. de Appellat. recip. Sed & *Repudiata* dicitur *Appellatio* à Iudice, quæ non eſt admiſſa, nec recepta, l. 3. C. de Appellationib.

Appellationis Cauſas Agere, l. 39. §. Rerum, D. de Adminiſtr. & peric. l. 5. §. 1. & l. 7. D. de Appellationib. *Reddere*, l. vn. D. ſi penden. appellat. *Cauſæ Appellationis Reddi*, Rubr. an per alium Cauſæ Appellatio. l. 1. D. ſi penden. appellat. l. 28. §. vlt. D. de Appellat. *In cauſis Appellationis reddendis*, l. 4. D. de Appellationib. l. vlt. D. an per alium.

De Appellatione Cognoſcere, l. 6. §. 1. C. de appellat.

Ex Appellatione cognoſcere, l. 20. D. de quæſtionib. l. 8. C. de locato. *Dicta Sententia*, l. 18. §. 1. D. de minorib. *Pronuntiauit Imperator*, l. 20. D. pro ſocio. *Pronuntiatum eſt*, l. 102. §. 1. D. de ſolution. *Ad Appellationem iudicare*, l. 48. D. de condic. & demonſtrat.

Appellatio Iniuſta Pronunciatur, cum malè, & temere, vel non rectè, aut non iuſtè appellatum pronuntiatur, l. 39. D. de minorib. l. 24. D. de appellat. l. vlt. D. de re iud. l. 20. & l. 57. §. vlt. D. de adm. & peric. l. 2. §. cùm quidam, D. ad Leg. Falcid. l. 6. D. de his qui not. infam. l. 2. D. quando appelland. ſit. *Si Iuſta ſit Appellatio, & hoc Pronuntietur*, l. 21. D. de Appellationib.

Appellationum Tempora, id eſt, conſtituta ad appellandum tempora, l. 1. cum ſuis §§. D. quando appellan. ſit. l. 5. in fi. & l. 20. D. de appellationib. l. 5. in fi. D. de appellationib. recip.

Appellere *Nauem ad Ripas*, l. 5. D. de diuiſ. rer. & *ad Portum*, l. 1. C. de naut. fœn. *Pecus ad Aquam*, l. 4. D. de ſeruit. ruſt. præd. l. 1. §. hoc autem interdictum, D. de fonte. Vnde *Appulſus Pecoris ad Aquam*, l. 14. §. vlt. D. de aliment. vel cibar. l. 1. D. de ſeruit. præd. ruſtic. pro iure ſeu ſeruitute Pecoris ad aquam appellendi. Et *Appellere Pecus*, abſolutè, l. 2. D. de riuis. *Appellendi Seruitus*, l. 6. §. vlt. D. de ſeruit. ruſt. præd. Sic *Pecus ad Aquam appelli*, l. 1. §. Trebatius, D. de aqua cottid.

Appendere *Ius*, dicitur, quod eſt in ſuſpenſo, l. vlt. §. vlt. D. ad Sc. Tertyll.

Appendi, l. 19. D. de aur. arg.

Appendices *Conſtitutionis*, l. 38. D. de adquir. vel omitt.

Appetere *Bona*, l. 1. D. de collat. bonor. *Matrimonium*, l. vlt. §. vlt. D. de Diuort. *Scripta*, l. 2. §. poſt hoc Quintus, D. de orig. iur.

Appetere Iudicio, l. 14. §. his demum, D. de bon. libertor. *Per calumniam*, l. 27. §. 1. D. ad L. Iul. de adulter. At in l. 6. §. vlt. D. de Sc. Silania. *Appetitum Dominum* accipe, qui ferro petitus, nec occiſus eſt.

Applicare interdum, Nauem Appellere ſignificat, l. 2. §. poſt hoc quoque, D. de orig. iur. Sic *Per mare in Aſiam Applicare*, l. 4. §. quædam, D. de off. proconſ. Interdum verò Adiungere. Sic *Summæ Applicare Vſuras*, l. 9. §. vlt. D. de pact. *Peculium quod acceſſit*, l. 8. §. vtrum, D. de pecul. leg. *Adiunctiones*, Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7. *Vnciam ſemiſsi*, Voluſius Metianus in lib. de Aſſe. Eodémque genere loquēdi, *Applicari Fideiuſſor Obligationi*, id eſt, Adhiberi, l. 16. §. fideiuſſor, D. de fideiuſſorib. & *Perſona Obligationi, & Solutioni*, l. 56. §. quæ

ſibi

ſibi, D. de verbor. oblig. *Applicari Vſuras*, id eſt, Accedere, l. 17. §. eos qui. D. de vſur. l. 54. D. locati.

Applicare ſe ad Honores, & Munera, l. 2. D. de iure immunit.

Applicare ſe Fideiuſſor, l. 54. D. locati. *Seruum*, l. 45. D. famil. erciſc. *Titulos*, l. 2. D. de ſtatu homin.

Applicari Demonſtratio, l. 8. D. de auro arg. *Applicari cauſæ ſtatuliberi*, l. 13. §. 1. D. de ſtatu liber. *Parti*, l. 1. C. de alluuionib. *Quæſtioni*, l. 19. D. de quæſtionib. *Huic applicatur*, l. 19. D. de ſolution.

Applicati Debitoribus Exactores, l. 41. §. vlt. D. de fideicommiſ. libert. *Applicitus Fundus*, l. 19. D. de in diem addict. *Adplicitus Hortus Domui*, l. 41. §. 1. D. de legat. 3. Plin. Epiſt. 17. lib. 2. *Applicitum cubiculo hypocauſtum. Adplicitus morbo*, l. 7. D. ad Sc. Trebell. *Applicatæ ſtipulationes condicioni*, l. 31. D. de oblig.

APRONIANVM SENATVSCONSVLTVM omnibus ciuitatibus quæ ſub Imperio populi Romani ſunt reſtitui debere & poſſe fideicommiſſam hereditatem iubet, l. 26. D. ad Sc. Trebell. & hoc intelligi credo in l. 1. D. de libert. municip. Ab Apronio Conſule nomen habet, qui Marci temporibus Conſulatum geſſit.

APTI *Boues*, l. 12. §. ſed ſi boum, D. de vſu & habit.

Aptum Verbum, l. 181. D. de verb. ſignific.

APTARI *caſus*, l. 29. §. ſi eius qui, D. de liber. & poſtum. *Edictum*, l. 3. D. de Carbon. edic. *Exceptio*, l. 27. §. item ſi, D. de pactis. *Fideicommiſſum*, l. 75. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Interpretatio ſingulis verbis*, l. 20. §. pridie, D. de hered. petit. *Stipulatio ad Fideicommiſſa*, l. 1. §. 1. D. Vſufructuar. quemad. cau. *Parum aptè ſcribit*, l. 108. §. qui margarita, D. de legat. 1.

APVD & *Penes*, differunt. *Apud* aliquem eſt quod ab eo qualitercunque tenetur: *Penes*, cum eſt quod quodammodo ab eo poſſidetur, l. 63. D. de verbor. ſignif. Sed hæc differentia vt plurimùm confunditur, l. 1. & l. 3. §. ſi penes, & l. 4. D. de tabul. exhib. l. 6. §. quæ autem, D. de adminiſtr. & peric. *Apud acta*, l. 17. D. de in ius voc. l. 7. §. vlt. D. de decurionib. & aliis locis quos ſ. adduxi. *Apud Ædem deponi*, l. 5. §. vlt. D. depoſiti, id eſt, in æde ſacra, vt l. 1. §. ſi pecunia, D. eo. l. 11. §. 1. D. de minor. *Apud Ciuitates Incolæ*, l. 2. D. de veteran. *Fungi muneribus*, l. 1. C. de municip. *Apud Domicilium ſuum eſſe*, l. 26. §. vlt. D. de fideicom. libert. *Apud aliquem Concipere, & Parere, edere Partum*, l. 4. §. heres, l. 10. l. 33. D. de vſucapionib. l. 82. §. fundus, D. de legat. 1. *Educari*, l. 3. C. de alend. liberis. *Fideiubere*, l. 15. §. vlt. & l. 69. D. de fideiuſſorib. *Fideiuſſor exiſtere*, l. 53. D. locati. *Furtum facere*, l. 70. D. de legat. 1. *Intercedere*, l. 2. & l. 8. §. quanquam, C. ad Sc. Velleian. l. vlt. C. de euict. *Interuenire*, l. 24. D. de fideiuſſorib. *Mandator exiſtere*, l. 71. D. de fideiuſſorib. l. 58. D. Mandati. *Obligare fidem*, l. 27. §. vlt. D. ad Sc. Velleian. *Obligari*, l. 16. l. 21. §. quod ſi ſtipulator, & l. 69. D. de fideiuſſorib.

Apud auiam procreatus, l. 6. D. de bon. poſſ. cont. tab. *Apud Dominum fugere Mancipium*, l. 3. C. de ædilitiis actionib. *Parere*, l. 29. D. de pignorib.

Apud Furem adoleſcere, l. 67. §. 1. D. de furt. *Concipere & edere partum*, l. 48. §. ancilla, D. de furtis, l. 10. D. de vſucapionib. *Eſſe Seruus*, l. 14. D. de ſtipulat. ſeruor.

Apud Hoſtes Concipere, l. 6. D. de ſtatuliber. *Concipi*, l. 1. §. interdum, D. ad Sc. Tertyll. *Decedere*, l. 3. §. vlt. D. de verb. ſignific. l. 1. §. ſi filius, D. de vent. in poſſ. mitt. l. 18. §. ſeruus, D. de ſtipul. ſeru. *Defungi*, l. 8. C. de legitim. heredib. & l. 8. C. de ſuis & legitim. *Eſſe*, l. 25. D. de ſtipul. ſeru. l. 11. §. vlt. D. de appellationib. l. 3. §. 1. D. de verb. oblig. l. 2. §. liber. D. ad Sc. Tertyll. l. 1. §. 1. D. de adſign. libert. l. 1. §. ſi filius, D. de ſuis & legitim. l. 1. C. de re milit. *Mori*, l. 15. D. de ſuis & legit. *Viuere*, l. 5. C. ſolut. matrim.

Apud Nos edita ex feris & volucribus, l. 1. D. de adquir. rer. dom. *Apud Patrem vel Matrem morari*, l. 1. C. diuortio facto, l. 1. §. 1. & l. 3. §. etiam, D. de liber. exhib. *Apud ſe eſſe pecuniam*, l. 4. §. quos autem, D. de admin. & peric. *Apud ſe habere Pupillum*, l. 3. §. Iulianus, D. de liber. exhib. *Apud Venditorem habere peculium*, l. 35. D. de ſtatuliber.

APVD *Arbitrum Animaduerſum eſt*, l. 8. D. quæ in fraud. cred. *Conſtare*, l. 42. D. de liber. cau. *Reddere Rationes*, l. 37. D. de fideicommiſſ. libert.

Apud Conſulem Manumittere, l. 1. D. de officio conſul. l. 14. D. de manumiſſionib.

Apud Conſilium Cauſam probare, l. 9. D. de auctorit. & conſen. & Vlp. Tit. 1. Regular. *Manumittere*, l. 6. l. 19. & l. 24. D. de manumiſſ. vindic. l. 19. §. vlt. D. de fideicom. libert. l. 1. C. de vind. liber. *Apud eum qui de libertate Cogniturus eſt diſceptatur*, l. 17. §. vlt. D. de liber. cau. *Apud eum qui de Appellatione cognoſcit*, Perſequi l. 6. §. 1. C. de appellationib. *Is apud quem res agi-*

tur, l. 2. C. de edendo. Et *Apud quem Satisfpetitur*, l. 3. §. 1. D. vt in possess. legator.

Apud Iudicem Agere, l. 122. §. Seia, D. de verb. oblig. l. 3. D. iudicat. solui. *Agi*, l. 25. D. de liberis & post. l. 10. D. quod met. cau. l. 3. C. mandati. *Causam agere*, l. 1. C. de ingen. manumiss. *Causa acta*, l. 1. §. vlt. D. de liber. exhibend. *Confiteri*, l. 1. §. si serui, D. de quæstionib. *Consistere*, l. 1. C. ad Leg. Iul. de plagiar. *Controuersiam habere*, l. vlt. C. de aliment. pupill. *Defendi*. l. 5. D. de inoff. test. & l. 20. D. iudic. solui. *Dicere*, l. 32. D. de furtis. *Docere*, l. 1. C. rerum amotar. *Examinari*, l. 32. D. de vsuris. *Experiri*, l. 23. D. depositi. *Furti agi*, l. 32. D. de furtis. *Impetrare*, l. 6. D. de inoff. test. *Iturus*, l. 3. D. iudic. solui. *Litigare*, l. 23. §. vlt. D. de liber. cau. *Negare*, l. 3. C. de transact. *Petere*, l. 28. §. vlt. D. de liberat. legata, l. 32. D. de furtis. *Petebatur*, l. 32. §. cùm quidam, D. de recep. qui arb. *Probare*, l. 9. C. ad Sc. Velleian. *Probari*, l. 10. §. cùm autem, D. de edendo. *Quæri*, l. 1. C. de crimine expil. hered. l. 5. §. præterea, D. de ope. no. nūt. l. 1. C. ad exhib. *Superata*, l. 16. D. qui potior. in pign. *Victus*, d. l. 16.

Apud Competentem Iudicem Accusare, l. 3. C. de nuptiis. *Conuenire*, l. 4. C. de institor. act. l. 3. C. quod cum eo, l. 4. C. de vi bon. rapt. *Conuuniri*, l. 1. C. rer. amot. *Apud suum Iudicem conuenire*, l. 1. C. de vendit. rer. fiscal. *Apud suos Iudices causam agere*, l. 1. C. de ingen. manumitt. *Iudex apud quem res petentur*, l. 9. §. Alfenus. D. de dam. infect.

Apud Imperatorem Appellationis cognitione finita, l. 39. D. de minorib.

Apud Legatum Manumittere, l. 17. D. de mand. vind. *Postulare & Agere*, l. 9. D. de pœnis.

Apud Magistratus Exhibere, l. 1. D. de fugitiu. *Legis actio est*, l. 4. D. de adoptionib. *Manumittere*, l. 18. D. de man. vindic. l. 14. D. de manumissionib. *Professa*, l. 37. D. de legat. lib. 3.

Petebatur Apud me pecunia, Agell. lib. 14. cap. 1. *Apud me Quæsitum*, l. 24. D. de pignerat. act. *Apud Officium cauere*, l. 18. D. de in ius voc. *Apud præfectum Ægypti Manumittere*, l. 21. D. de manum. vind. *Apud Præfectum vrbis Agere de falso Testamento*, l. 135. §. vlt. D. de verbor. oblig. *Audiri*, l. 1. §. Initio, D. de offic. præfect. vrb. *Victa*, l. 38. D. de minorib. *Apud Præfectum prætorio recitare Testationem*, l. 21. D. de his qui not. infa. *Apud Præsidem prouinciæ Agere*, l. 4. & l. vlt. C. an seruus. *Cognoscere*, l. 11. C. de liberali causa. *Conuenire*, l. 4. C. de noxal. actio. *Constare*, l. 2. C. de reuoc. donat. *Dicenda causa*, l. 5. C. de ordine cognitionum. *Docere*, l. 9. C. ad Leg. Corn. de falsi. *Experiri*, l. 16. C. de fideicommiss. *Grauatus*, l. 17. §. quæritur, D. ad L. Iul. de adult. *Instituit Accusatio*, l. 10. C. ad Leg. Corn. de falsi. *Lis contestanda*, l. 6. C. de ord. cognit. *Obiicere*, l. 13. D. de Carbon. edict. *Obtinere*, l. 97. D. de legat. 3. l. 74. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Ostendere*, l. 7. C. sol. matrim. *Pati controuersiam*, l. 7. C. ne de statu defunct. *Persequi*. l. 6. C. de iure deliber. *Petere*, l. 17. C. de pignor. *Petere Restitutionem*, l. 39. D. de minorib. *Postulare*, l. 9. D. de pœnis. *Probare*, l. 15. C. de rei vindic. l. 16. C. de donat. inter vir. l. 9. C. de postlim. reuers. l. 10. C. ad L. Corn. de falsi.

Apud Prætorem Accusatus, l. 1. §. vlt. D. de suspec. tut. *Adoptare*, §. in plurimis Instit. de adoption. *Causam agere*, l. 2. D. de in ius voc. *Consentire*, l. 58. §. vlt. D. mandati. *Conuenire*, l. 9. C. arbitr. tut. *Dicere*, l. 8. D. de confess. *Disceptare*, l. 3. §. 1. D. de liber. exhib. *Excusare se*, l. 11. §. ex facto, D. de minorib. *Exhibere*, l. 3. §. exhibere, D. de tabul. exhibend. l. 5. §. 1. D. depos. *Manumittere*, l. 1. D. de offic. Prætor. l. 1. & l. 22. D. de manum. vindict. & apud Quintil. lib. 3. pag. 52. *Petere*, l. 30. D. de pact. dotalib. *Postulare*, l. 39. D. de Euictionib. *Profiteri*, l. 3. D. de accusationib. *Quæri*, l. 83. §. 1. D. de hered. Instit. *Victa*, l. 38. D. de minorib.

Apud Proconsulem Manumittere, l. 17. D. de manumiss. vindicta. *Obtinere*, l. vlt. §. vlt. D. ad Sc. Trebell.

Apud Procuratorem Causa agi, l. 3. C. de his quæ vt indign. *Desiderare*, l. 20. D. de quæstion. *Apud Rectorem Prouinciæ repetere*, l. 8. C. arbitr. tut. *Apud Tribunal Postulare*, l. 9. D. de pœnis. *Apud semetipsum Emancipari, & in Adoptionem dari*, l. 3. D. de Adoptionib. *Apud se manumittere Consul, & is qui Consilium præbet*, l. 5. & l. 20. §. vlt. D. de manum. vind. Iisdem autem, quibus & auctores iuris, loquendi figuris, alij quoque auctores vtūtur. Cic. pro Cluentio, *Apud eosdem Iudices Reus est factus*. Et alibi, *Causam nescio quam Apud Iudicem defendebat*. Inuenias & apud eundem lib. 2. de Orato. *Apud Iudicem dicere*. Plinius lib. 10. Epist. *Ecdicus Amisenorum Ciuitatis petebat apud me*. Ascon. in Milonia. *Factus Reus ambitus apud Manlium Torquatum*. Et mox: *Apud Fauorinum Quæstorem de sodalitiis damnatus est*.

Apvd *Iulianum* Marcellum scribere, vel notare, cum legis (vt in l. 2. §. sciendum, & §. seq. & l. 11. §. si locupleti, D. de min. l. 2. D. de pecul. l. 1. D. de penu. leg. l. 53. §. 1. D. de legat. 3. l. 9. D. de verb. sign. & aliâs sæpe) Notas significari accipe, quas is ad Iulianum scripsit. At cùm *Apud Alfenum*, vel *Melam Seruium*, scribere legimus, admonendi sumus, Seruij sententiam referri, vt in l. 65. §. item scriptū, D. pro soc. l. 77. in fi. D. de verb. signif. l. 3. §. Seruius, D. de pen. leg.

leg.l.67.D.de solut.Etenim Seruij Sulpitij Auditores plurima eiu sRespõsa, quæque ab eo docente exceperant,literis mandauerunt,l.12.in prin.& §.sed an instrumenti,D.de instruc. vel instrum. l.22.D. de negot.gest.l.25.D.qui testam.l.1.§.sed & apud, D.de aq. & aq.pluu. l. 7. D. de dote præleg.

Apud Iulianum quæritur, l.3.D.quib. ex caus.in poss. *Apud Iulianum Africanus quærit*,l. 39. D. de legat.1.*Apud Plautium placuit*,l.28.§.si ex,D.de donat.inter vir. & vxor. *Apud Vitellum Cassius notat*,l.12.§.sed si fundi,D.de fund.instr.vel instr.*Apud Vrseium Cassius scribit*,l.10.§.si massæ,D.quib. modis vsusfruc.*Apud Marcellum notaui*,ait Vlpian.in l.11.§. quamquam, D.de iniuriis.*Apud veteres Varium fuit*,l.140. D.de verbor.obligat.

AQVÆ in iure ciuili hæc præcipuè genera memorantur. *Profluens, Pluuia, Æstiua, Cottidiana, Diurna, Nocturna, Calida, Frigida.*

Aqua Profluens, l.2.D.de diuis.rer.§.1.Instit. eod. Tit. *Aqua fluens*,l.2.§.apud, D.de aq. & aq.

Aqua Pluuia, est quæ de cælo cadit,& imbre excrescit,l.1.§.1.& toto Tit.D.de aq.& aq.pluu. arc.Cic.pro Muren.&Frõt.lib.de limitib.agrorũ.Idẽ Cic.Topic.*Vt aqua pluuia, vltimo genere, ea est quæ de cœlo veniens crescit: sed propriè*,(vel vt meus Vetus Codex habet *Propiore*) *in quo quasi arcendi ius continetur*.Idem ibidem, *Si aquam Pluuiam tantummodo intelligeremus quam imbri videremus venire*. Imbribus autem conceptæ *Viua Aqua* opponitur in l.1.§.hoc interdictum, D.de fonte,l.11.D.quod vi,aut clam.

Æstiua Aqua est,quæ æstate tantùm ducitur, licet & hieme duci possit. Quæ plenius & latius explicantur in l.6.D.de aqua cottid. & in l.1.§.æstas,D.ne quid in flum.publ.

Cottidiana Aqua,est qua quis cottidie vti possit si velit,quæque duci assiduè possit, vel æstiuo tempore,vel hiberno, etsi aliquo temporis momẽto aliquando ducta non est,l.1.§. sunt duo genera cum §§.seq.& toto Tit.de aqu.cottid.& æstiu.*Cottidiana Seruitus* dicitur, l. 7. D. quemad.seruit.amitt.*Aqua cottidiana vel æstiua quæ interualla longiora habet*,l.15.D.de seru.rust. præd.*Diurna Aqua*,est quæ interdiu ducitur. *Nocturna* quæ noctu tantùm, l.10.D.quemadmod.seruit.amitt.l.17.D.de aq.& aq.pluu.

Sunt & *Frigidæ*, & *Calidæ Aquæ*,l.1.§. idem Labeo scribit, D. de aqua cottid. l.3. §.1. D.de aq.& aq. plu.l.3.§.hoc interdictum,D.de Riuis.Vbi Aquæ CalidæRiuos Hierapoli ciuitate Phrygiæ esse traditur.Quod & Vitruuius lib.8.cap.3.confirmat.*Ad eundem modum*,inquiens, *Hierapoli efferuet Aquæ Calidæ multitudo*.

Sunt & *Aquæ Puteales*,item *Perennes*,l.1.§.loquitur,D.de aqua cottid. *Aquæ* autem *Perennes* sunt quæ perpetuò fluunt, & ab illis separantur quæ arescunt,d.§.loquitur.

Aquæ Salientes quæ ex Tubulis & Fistulis erumpunt,l.79.in fi. D.de verbor.significat.l.12. §. fistulæ, D. de instruct. vel instrum.legat.l.2.D.de supellect. leg. Et apud Suet. in Augusto. Et ita *Salientes* accipe in l.15.D. de actionib. empt. Saliebant verò aquæ,vel Cantharis, vel Rostris personarum,vt apparet ex l.41.§.item hoc prohibetur, D.de leg.1.l.17.§.castella, D.de actio.empt.

Aquæductus Seruitus,ius est aquam ducendi per fundum alienum, l.1. D. de seruit. præd. rust. l.10. D. si seruit.vindic.l.vn.§.hoc interdictum, D.de Riuis. Vetus Gloss.*Aquæ ductus.* τὸ ἄλλην μὲ ὕδωρ δι' ἀλλοτρίου ἄγειν.

Aquæ Ius, l.47.& l.49.D.de contr.emptio.l.31.D.de seruit.præd.rust.& apud Cicer.Epist. 1.lib.3.ad Q.Fratrem.& *Aquæ Seruitus*,d.l. 31. & l.8. D. de aqua & aqu. pluu. id est, *Aquæ ducendæ ius*,vt ibidem Vlpianus loquitur,&*ius aquæ ducendæ* in l.25.D.de seruit.pręd.rust.*Ductus aquæ* dicitur,l.Hoc iure,§.ductus,D.de aqua & aqu.pluu.

Ducebatur autem Aqua Fistulis, Riuo, Tubulis, item per lapidem stratum, vt l.17. D. de seruitu.præd.vrban.l.78.D.de contrah.empt.l.11.§.vlt.D.com.præd.l.38.§.vlt. D. de actio. empt. l. 17. §.1. D. de aqua & aqu.pluu. & Vitruuius l.4. cap. 7. & Pallad. l. 9. cap. 11. docent.Vulgò autem Fistulis aqua ducebatur:lapide verò strato ita demum si cõuenerat.Tollebatur verò & trahebatur aqua nonnunquam per Rotas,l.40.in fin.D.de contrah.emptio, l.2.D.commun.præd.Diuidebatur Aqua Mensuris, Digitis, videlicet, Vnciis, & Modulis, l.5.D.de aq.cottid.l.2.& l.3.D.de aquæduct.Cod.Theod.& apud Frontin.in lib.de Aquæductib.

Aquam Ducere à Capite, Riuo, Castello, Flumine, ex Fonte,Iurisconsulti dicũt,*Aqua Duci, Decurrere, Deriuari, Compelli, Contineri, Transmitti, Inquinari, Vitiari, Corrumpi, Deterior fieri*,dicitur,l.1.§.1. & §.Labeo,D.de aq.cott. *Aqua Exiguior fieri, Dilatari, Diffundi, Coangustari* dicitur, l.1.§. deterior, D.de fluminib.*Aqua depressior, Artior, Rapidior*,l.11.D.ne quid in flum.pub.

Seruitus Aquæd ucendæ, l. 9. D. de seruit. præd. rust.

Aquæ hausti in rusticorū prædiorū seruitutibus numeratur, l. 1. & l. 2. D. de seruit. rust. præd.

Seruitus Aquæ hauriendæ, l. 9. D. de seruit. præd. rust. & *Ius hauriendi*, l. 3. §. qui habet, D. eod. Tit.

Aquagium, in l. 3. §. penult. D. de aq. cottid. l. 15. D. de seruit. præd. rustic. id est, ductus aquæ vt Fest. lib. 1. interpretatur.

Aliàs Aquæ iter vocatur, l. 21. D de seruit. præd. rust. l. 19. D. quemadmod. ser. amitt. §. iter, D. com. diuid. l. vlt. D. de aq. cottid. l. 40. §. in lege, D. de contrah. emptio. Aquæductus planè Dionys. Halycarnas. lib. 3. τὰς τῶν ὑδάτων Αγωγάς vocat. Alij Αγωγὰς appellant. Suidas, Ο χαλὸς, φάλαγξ, Αγωγὸς ῥύαξ. Nam vt Phrynich. scribit Αγωγὰς καλοῦσι τὰς ὀχετὰς τῶν ὑδάτων. Moscop. περὶ σχεδῶν Αγωγὸς δι' ὃ ὕδωρ ἔρχεται. Zonar. quoq; Tom. 3. ὅλκοι ὕδατος Patria Constantinopolitan. lingua Αγωγὸν appellari scribit.

Aquæ controuersi, pro impetu aquæ, l. 24. §. sed etsi controuers. D. de damn. infect.

Aqua Sulci, in agris aquæ è liris educendæ causa fiebant, qui ἔλικες Græcè appellantur, l. 1. §. sed & si quis arare, & l. 20. D. de aqua & aquæ pluuia. Columella lib. 2. cap. 8. & Festus Pompeius lib. 5. *Aquariæ rotæ* Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7.

Aquarij appellantur Aquarum custodes, quos Græci ὑδροφύλακας vocant l. penult. C. de aquæductib. lib. 11. & apud Frontin. in lib. de aquæduc. Ita possunt Aquarij serui accipi, in l. 12. §. idem respondit, D. de instruct. vel instrument. & apud Firmicum lib. 4. Mathes. cap. 6.

Aquilices, l. vlt. D. de iur. immunit. & apud Plin. lib. 10. Epist. Tertull. lib. 3. aduersus Marcion. ab aqua elicienda dicti, cuius inueniendæ rationem monstrant. *Indagatores Aquarum* vocat Columella lib. 2. de re rustic. cap. 2. Non. Marc. *Aquæ Libratores*, l. 2. de excusatio. artif. in Cod. Theod.

Aquilex, *Aquam colligens. Varro Quinquatribus, Tuscus* Aquilex. Vnde *Aquilicia festa* dicebantur, quibus Ioui pro Aqua è cœlo elicienda sacra faciebant, quorum Tertullian. in Apologet. cap. 40. meminit. A Græcis autem *Aquilices* ὑδροσκόποι & ὑδροφάνται vocantur, quorum Cassianus lib. 2. γεωπονικῶν meminit: vbi ad eorum artem pertinentia quædam aquæ inueniendæ argumenta traduntur, vt & à Plin. lib. 26. cap. 6. Vitruuius lib. 8. cap. 1. Plutarcho in Pompeio, & Cassiodoro Epist. vltim. lib. 3. Variar. & Pallad. lib. 9. cap. 8.

Aqua & Igni accipitur noua nupta. l. 66. §. vlt. D. de donationib. inter vir. & vxor.

Aqua & Igni interdicere, l. vlt. D. de legationib. & in lege Dei Tit. 12. & 15. *Interdici*, l. 10. §. vlt. D. ad Leg. Iulian. de vi publ. l. 1. §. si quibus, D. de legat. 3. l. 18. D. de statu homin. l. vlt. D. de Leg. Cornel. de fals. l. 4. §. vlt. D. de gradib. & adfinib. l. 59. §. si heres, D. de heredib. instit. Et apud Vlpian. lib. Regul. Tit. 10. & Tacit. lib. 3.

Vnde *Aquæ & Ignis interdictio*, l. 14. D. de bonor. possessionib. l. 29. §. & quid si tantum, D. de liber. & postum. seu *Aqua & Igni interdictio*, l. vlt. D. de duob. reis, l. 5. D. de cap. minut. in cuius locum successit *Deportatio*, l. 2. §. 1. D. de pœnis, l. 3. D. ad Leg. Iulian. pecul. Et ita in lege 1. C. de repudiis. *Matrimonium quidem Deportatione, vel Aquæ & ignis interdictione non soluitur.* & in l. 24. C. de donationib. inter vir & vxor. *Sin autem Aqua & igni interdictum erit, vel Deportatio illata.*

Aqua venundari solet in aliquibus Regionibus, l. 1. D. de aliment. vel cibar. *In ea Regione Africæ, vel fortè Ægypti res agi proponebatur vbi Aqua venalis est*, l. 14. §. vlt. D. eod. Tit.

Aquiminilia, vasa escaria, quæ supellectili adnumerentur, l. 3. §. 7. D. de supell. leg. Aquiminalia vocantur apud Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7. Similique scripturæ figura, Vet. Glossariū, *Aquimanile*, χέρνιβον. Aliàs *Aquiminarium* appellatur, l. 19. §. si cui, & l. 21. §. vlt. D. de auro argent. ex quibus locis apparet *Aquiminarium* ad epulandum in ministerio habitum, & propter escam paratum fuisse: ac proinde Escarij Argenti appellatione comprehensum. Ideóque cùm alteri *Argentum Potorium*, alteri *Escarium* legatum esset, *Aquiminarium Escario* cedere Cassius respondit d. l. 21. §. vlt.

AQVILEIÆ meminit l. 61. §. vlt. D. locati. Ea inter claras vrbes Ausonij versibus sexto loco celebratur.

AQVILIVS Gallus Iurisconsultus Ciceronis familiaris, ad quem pro Quintio sæpe conuertitur oratio, à quo formula inuenta est instituendorum postumorum, quæ in l. 29. D. de liber. & post exponitur. Hic est de quo Plin. lib. 17. cap. 1. *Caius Aquilius eques Romanus domo*

sua

sua clarior quàm iuris ciuilis scientia. Citatur Galli nomine, l. pen. D. de legat. 1. l. 7. §. sed & alia, D. quod vi aut clam. Ab eo & *Aquiliana Stipulatio*, in quam omnes omnino obligationes, quacunque ex causa proficiscentes, nouandi causa deducuntur, vt sic in verborum obligationem translatæ, Acceptilatione perimi possint. Cuius Formula refertur in l. 18. §. 1. D. de Acceptil. §. præterea Instit. quib. modis toll. obligat. Eius fit mentio in l. 2. l. 4. l. 5. l. 9. §. qui per fallaciam. l. 15. D. de Transactionib. l. 3. l. 4. l. 15. l. 32. & l. 46. C. eod. tit. l. 38. D. de dolo.

Aquiliana Stipulatio, ait, Vetus Glossarium Græc. ἐκ ἐστὶν ἀγωγὴ ἀλλ' ἐπερώτησις ἐκ τῆς βέρβης, ἐπινοηθῆσα ὑπὸ Ἀκυΐλιν Γάλλον τὸν νομικόν. πάντα τοίνυν ἐξ ὁίας δὴ τινὸς αἰτίας χρεωστούμενα ἡ ἐπερώτησις διὰ τῶν ῥημάτων εἰς ἑαυτὴν μετάγει. καὶ λοιπὸν οὐκ ἔστι χρέος ἐκ τῆς δεῖνα ἡ δεῖνα ἀγωγῆς, ἀλλὰ χρέος ἐξ ἐπερωτήσεως· αἱ δὲ πρὸ τοῦτο ἀγωγαὶ ἀναιροῦνται· καὶ αὐτὴ ἡ ἐπερώτησις ἀναιρεῖται διὰ τὴν Ακκεπτιλατίνος, ἤτοι τῆς Ακυιλιανῆς ἐπερωτήσεως. ἡ δὲ Ακυιλιάνα ἔχει φύσιν τοιαύτην· εἴ τις ἤθελε ἐλευθερῶσαι τὸν χρεώστην αὐτοῦ, πρότερον παρεσκεύαζεν αὐτὸν καταβῆσαι ὅτι χρεωστῇ· ἐρώτα γὰρ οὕτως· ὁμολογεῖς χρεωστεῖν μοι τυδὲ ἀπὸ τῆς δὲ τῆς αἰτίας· ἐκείνου δὲ λέγοντος ναί, τότε ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐπερώτησις ἐγένετο παρὰ τοῦ χρεώστου πρὸς τὸν δανειστήν· εἰπέσοι ὁμολογήσας χρεωστῶν ἀπὸ τῆς δὲ τῆς αἰτίας καὶ τῆς δὲ, ἔχεις λαβών, καὶ ἀπεκείνετο, ἔχω λαβών, ἃ καὶ ληρῆται ἀπενεγκάμην. καὶ λοιπὸν διὰ μὲν τῶν πρότερων ῥημάτων ἐπίκτητο ἡ ἐπερώτησις βεβαῦσαι τὴν ἐνοχήν· διὰ δὲ τῶν δευτέρων, ἡ Ακκεπτιλατίων ἤτοι εἰκονικὴ καταβολή, ἀφωσοῦσα τὸν χρεώστην.

Aquilia *Lex*, Plebiscitum est, de Damno iniuria dato, l. 1. & toto Tit. D. ad Leg. Aquil. & Instit. de Leg. Aquil.

Aquilinvs, Serui nomen l. 19. §. vlt. D. de fideicommissar. libert.

Aratrvm in ciuitatem induci dicitur in l. 21. D. quib. mod. vsusfruct. amitt. quando funditus euertitur, & solo æquatur. Seneca lib. 1. de Clement. ad fi. *Aratrum vetustis vrbibus inducere.*

Arbiter Iudicem datum, addictúmque à Prætore plerumque significat. l. 19. D. comm. diuid. l. 3. C. eod. tit. l. 24. D. depos. coniuncta l. 7. D. de negot. gest. l. 1. D. de pact. dotalib. l. 6. C. de reb. credit. l. 2. C. de sent. & interloc. l. 5. C. de distr. pignor. Vetus Glossarium, χαμαιδικάστης, *Pedaneus Iudex, Arbiter.* A *Iudice* tamen separatur in l. 7. D. ad Leg. Iuliam repetund. l. 15. D. de re iud. §. omnium Institut. de Actionib. vt & apud Agell. lib. 20. cap. 1. Quin hoc controuersum fuisse apud veteres Consultos, Cicer. pro Murena scribit, *Iudicem* an *Arbitrum* dici oporteret. Inde in Formularum notis, apud Valer. Probum, *Tantum Iudicem Arbitrúmque Postulo vti des.* Quorum verborum illa ex eodem Cicero. pro Roscio Comœdo differentia colligi potest, quod qui Bonæ fidei iudiciis, vel Arbitrariis dabatur, *Arbiter*: qui strictis, *Iudex* dicebatur. Quod Festi interpretatio comprobat, qui *Arbitrum* inde dici ait, quod totius rei habeat facultatem & arbitrium. Nam in Arbitriis cum & hoc actionum natura, & clausulæ, *Ex bona fide*, vel *Quantum Æquius melius sit dari*, verba, indulgerent, solutius æquitatem sequi permittebatur: contrà quàm in strictis iudiciis, quibus addictus Iudex angustissimis formulæ, à qua discedere vel latum vnguem non poterat, cancellis circumscriptam habebat potestatem. Hoc discrimen Senec. lib. 3. de Benefic. cap. 7. perspicuè declarat. *Quæcunque*, ait, *in cognitionem cadunt, comprehendi possunt, & non dare infinitam licentiam Iudici. Ideò melior videtur cõdicio causæ bonæ, si ad Iudicem, quàm si ad Arbitrum mittatur: quia illum formula includat, & certos, quos non excedat, terminos ponit: Huius libera & nullis adstricta vinculis religio: & detrahere aliquid potest, & adiicere, & sententiam suam, non prout lex aut iustitia suadet, sed prout humanitas & misericordia impulit, regere.* Ac planè obseruare possumus Arbitros in his potissimum iudiciis nominari, quæ ex bona fide descendunt. Veluti, *Arbiter Familiæ erciscundæ*, l. 1. D. de collat. dot. l. 20. l. 44. §. vsumfructum, l. 47. l. 52. §. arbiter, D. familiæ ercisc. l. 5. l. 15. l. 17. C. eod. tit. l. 2. C. de inoff. dona. & apud Cicero. pro Cecina: qui & *Arbiter diuidendæ Hereditatis* appellatur in l. 18. C. famil. ercisc. l. 78. D. de heredib. instituend. l. 2. & l. vlt. D. de distract. pignor. l. 13. C. de probatio. & *Arbiter diuidendis Bonis datus*, l. 3. C. commun. diuid. *Arbiter Diuisionis*, in l. 26. §. 1. D. de pact. dotalib. l. 77. §. pater pluribus, D. de legat. 2. & l. 8. C. de collat. Quo alludens auctor Queroli, *Exprome*, ait, *thesaurum: diuisio celebretur, quoniam præstò est Arbiter.*

Arbiter Communi diuidundo, l. 31. D. de vsu & vsufr. leg. l. 4. D. de seru. leg. l. 6. §. si fundus, l. 26. D. commun. diuid. l. 3. §. 1. D. de oper. nou. nun. & apud Paulum lib. 1. Sent. Tit. 18. & Isidor. lib. 5. Etymol. cap. 25.

Arbiter pro Socio, l. 38. D. pro soc. & apud Cicer. pro Quintio, & pro Rosc. Com.

Arbiter Tutelæ, l. vlt. D. de appellat. l. vlt. D. rem pup. sal. fo.

Arbiter dotis recuperandæ, l. 48. D. de solutionib. & *Arbiter qui de dote cognoscit*, l. 1. D. de pact. dot. Quo sunt referenda hæc Tertulliani verba lib. 2. ad Vxorem: *Sustinent quarum dotes obiectione nominis mercedem silentij faciant, scilicet apud Arbitrum spiculatorem litigaturi.* Nam olim Rei vxoriæ Actio bonæ fidei iudiciis adnumerabatur, §. fuerat. Instit. de actio. l. 8. D. de cap. min. Cic. 3. Officior.

Arbiter Aquæ pluuiæ arcendæ, l. 24. D. de aqu. & aqu. plu. & apud Cicer. Topic. in loco à coniugatis.

Arbiter Funeratiæ, l. 15. §. sed interim, D. de Religios.

Arbiter Actionis Quod metus causa, l. 14. §. hoc autem, D. quod met. cau. Datur & in his causis Arbiter quæ Arbitratu viri boni æstimandæ ac definiendæ sunt, l. 12. D. de leg. 3. Veluti, ad determinandam Viam: latitudinémque Actus vel Itineris statuendam, l. 13. §. si totus, & §. latitudo, D. de seruit. præd. rustic. Item si inter vicinos de altitudine Ædificiorum sit controuersia, l. 2. in fi. D. de seruit. præd. vrban. Ad Fideiussores item probandos, l. 9. & l. 10. D. qui satisd. cog. l. vlt. D. à quib. appell. non lic. quos *Fideiussorum vires æstimare* Imp. ait in l. 6. C. de aduoc. diuers. iudic. *Arbiter* quoque Falcidiæ, ad ineundam bonorum quantitatem cum legi Falcidiæ locus esse dicebatur, l. 12. D. ad Leg. Falcid. l. 1. §. cùm lex. D. si cui plus quàm per Leg. Falcid. l. 2. C. de vsur. legat. *Arbiter* & à Prætore de rationibus excutiendis inter Heredem & Seruum redditur, computationis ineundæ, rationúmque examinandarum & dispungendarum causa, l. 5. in fi. D. de manumissio. l. 37. D. de fideicommiss. libert. l. 1. §. si seruus, D. si quis test. lib. l. 53. D. de iudic. l. penult. D. de lib. cau. l. 50. D. de condic. & demonstr. Nihil aliud autem significat quàm virum bonum à Prætore electum cuius arbitrio rationes computentur, l. 47. §. si Sticho, D. de fideicomm. libert. *Arbiter* & de Alimentis Patroni datur, arbitraturus quantum sit in facultatibus. l. 5. §. vlt. D. de lib. adgn. Nec non inter Fructuariũ & Proprietarium de refectione ædium, & vt sarta tecta habeantur, *Arbiter* datur. l. 7. §. quoniam igitur, D. de vsufruct. *Arbitrum* dat Prætor, cuius iuteruentu tribuantur merces, l. 7. D. de tributor. Sed & cùm Magistratus in possessionem fideicommissi seruandi ventrísve causa miserunt, *Arbitrum* dant ad definiendum quantum deminui oporteat, distrahendáque ea quæ mora deteriora futura sunt, l. 1. §. pen. D. de ventr. in possess. l. 27. D. de reb. auct. iudic. Præterea ad executionem Iudicati *Arbiter* datur, l. 15. §. si super, cum aliis §§. D. de re iudic. & l. vlt. D. de iudic. vt & ad restituendum fideicommissum, l. 8. D. de confess. Quinetiam in Reuocatoria Actione *Arbiter* interuenit l. 8. D. quę in fraud. credit. Postremò & in cõtrouersia Finium, de modo agrorum Arbiter vel ex conuentione litigatorum, vel Prætoris datione sumebatur, l. 7. D. fin. regund. l. 44. D. de recept. qui arbitr. Terent. Heautont. Act. 3. Sc. 1. *Vicini nostri hic ambigunt de Finibus. Me cepere Arbitrum.* Sic Qu. Fabium Labeonem Arbirrum Nolanis & Neapolitanis de Finibus, seu Finium constituendorum, à Senatu datum, Cicero lib. 1. Officior. & Valer. Max. lib. 7. cap. 3. memorant. Idem Cic. lib. 1. de Legib. *Nec Manilia lege singuli, sed ex* 12. *tres Arbitri Fines regemus.* Et in Topic. *Si in vrbe de Finibus cõtrouersia est, quia Fines Agrorum magis esse videntur quàm Vrbis, Finibus regendis Arbitrum adigere non possis.* Vbi Boët. *Arbitros finium regundorum*, ait esse, *qui finalia litigia discernunt, vt cum est orta de finibus contentio, eorum dirimatur arbitrio.* Sueton. in Otho. cap. 4. *Cuidam de parte Finium cum vicino litiganti adhibitus Arbiter.* Inde elegãter Tertullia. in lib. de Pallio, *Amnem Finium Arbitrum*, dixit, qui agros disterminat. Ad hos vtique Finium Regundorum Arbitros, Vetus Glossarium respexit in illo corrupto loco, in quo est, *Arbares Scodates lib. de Offic. Proconsul.* οἱ περὶ τῶν ὅρων διαγράσαντες Διαιτᾶ. Nam quod aliquibus in mentem venire posset illic, *Aruales Sodales*, reponendum, frustra est: propterea quod Aruales illi XII. fratres nihil cum finalibus iurgiis commune habebant: Tantum pro frugibus sacra publica faciebant, vt fruges ferrent Arua, & à ferendo & Aruis, Aruales dicebantur, quemadmodum Varro lib. 4. de ling. Lat. scribit. *Arbitros* etiam ad æstimandas possessiones post bellum ciuile datos, Cæsar lib. III. de Bello ciu. narrat.

Arbitrum Petere, l. 31. D. de vsu. *Dare*, l. 15. D. de re iud. l. 2. C. comm. vtr. iud. *Dat Prætor*, l. 8. §. D. de reb. auct. iud.

Arbiter dandus, l. 37. D. de fideic. lib. *Arbitri dantur*, l. vlt. D. à quib. appell.

Arbiter datus inter Aliquos, l. 19. D. comm. diuid. l. 3. C. eod. tit. Cic. lib. 1. Offic.

Per Arbitrum cõpelli, l. 1. D. de dot. collat. *Reciperare*, l. 11. §. D. de aq. & aq. plu. l. 26. D. cõm. di.

Quemadmodum autem *Arbitri* & *Iudices*: ita *Arbitria* & *Iudicia*, differunt, vt Cic. pro Rosc. Com. exponit. *Arbitria* enim ea Iudicia dicuntur quę in bonum & æquum concipi, & ex bona fide reddi solebant. Sic *Arbitrium Familiæ erciscundæ*, l. 47. D. familiæ erciscund. l. 17. C. eo. tit.

Arbitrium

Arbitrium Communi diuidundo, l.2.§.1.D.de aqua & aquæ pluu.Vitruu.lib.2.cap.8.*Itaque cum Arbitria communium parietum sumuntur, non æstimant eos quanti facti sunt.*

Arbitrium pro Socio, Cic.pro Quintio, *Quasi hi qui magna fide societatem gererent*, *Arbitrium pro Socio condemnari solerēt.* Idē pro Rosc.Com. *Cur nō ad Arbitriū pro Socio adegeris, Q. Roscium quæro.*

Arbitrium Aquæ pluuiæ arcendæ, l.23.§.vlt. D. de aqua & aquæ pluu. *Arbitrium rei uxoriæ*, apud Cic.3.Offic. & in Topic. *Arbitrium Tutelæ*, Rubr.Arbitr.Tutel.C.Sic & in l.2.C.de vsur. legat. *Arbitrij* verbum accipitur.

Arbitrium etiam officium Arbitri, circa ea quæ in iudicio versantur, formulāque minimè continentur, significat, l.31.§.culpam, D.de ædilic.ed.l.24.§ penult.& vlt. D.sol. matr.l. 80. in fin.D.de furt.l.3.& l.8.& l.vlt.D.quod cert.loco, l.1.D.de vsur.l.38.§.1.D.de actio.empt. l.14.§.quatenus, D.quod met.cau.l.9.D.de dolo.

Arbitrio Iudicis Committi, l.8.D.eo quod cer.loco. *Contineri*, l.61.D. de furtis. Sed & *Arbitriū* Iudici commissum ex Actione, ait l.3.§.si mecum, D.ad exhibend.

Arbitrio boni Iudicis conuenit, l.3.§.heres, D.commodati. *Arbitrio Iudicantis conceditur Æstimatio*, l.45.§.fiscalibus, D.de iure fisc. *Arbitrio Iudicis cogi*, l.10.§.per hanc, D.quæ in fraud. credit. *Præstare*, l.23.D.de ædil.edic. *In Arbitrium Iudicis*, l.31.§.culpam, D.eod.Tit.

Arbitrium Præsidis Prouinciæ, l.1.C.de nuptiis. *Boni viri*, l.4.D.vsufr.quemad.cau.

In *Arbitrio Res esse*, & *in Iudicio*, l.47.D.famil.ercis. *Arbitrium* autem quandoque *Arbiterium* appellatur, vt in l.9.D.qui satisd.cog. si *Iniquum Arbiterium videatur.*

Hinc *Arbitrariæ Actiones*, l.3.§.in his, D.de vsur.l.1.C. vbi conueniat.qui certo loco, id est, vt Iustinian.interpretatur, ex *Arbitrio pendentes*, §.præterea, Institut.de actio.& vt Caius, *quæ in Arbitrium iudicis referuntur*, l.3. D.quod cert. loc. In his enim Arbitrio iudicis committitur quemadmodum Actori res, vel restituatur, vel soluatur, vel exhibeatur. Idque fiebat propter formulæ verba. *Neque ea res Arbitrio Iudicis restituatur, Dedatur, Exhibeatur*: quibus Arbitriū iudici commissum intelligebatur.

Arbitraria autem ex Stipulatu Actio fit, cum alio, quàm in quem sibi dari quis stipulatus fuerat, loco agitur, l.2.l.4.§.1.l.7.& l.vltim. D. quod cer. loc. Tum enim Arbitrio Iudicis tanti Lis æstimatur, quanti vel Actoris vel Rei interfit eam pecuniam loco constituto solui: pleniſſimúmque hîc est Officium Iudicis, quod quantitati contractus non subseruit, sed vel augere, vel minuere condemnationem, propter loci vtilitatem, potest, cùm eius æstimationis tota ratio Arbitrio eius cōmittatur, l.2.§.vlt.l.8.D.quod cert.loc.l.1.C.vbi conueniat.qui cer.lo.§.prēterea Instit.de Actionib.Sic & *Actio Quod metus causa*, *Arbitraria* appellatur, l.14.§.hæc autem, D.quod met.caus.præterea quod Arbitrio Iudicis qui ex ea actione cognoscit, restitutio comprehenditur. Is enim rei restituendæ facultatem, vsque ad sententiam Reo tribuit. Quod nisi restitutio fiat, in Quadruplum cōdemnatio sequitur. Et generaliter quæcunque alia stricta iudicia ita redduntur, vt Rei restitutio, Deditio, Exhibitio, Officio iudicis committatur, ea *Arbitraria* dicuntur l.9.D.de dolo.d.§.præterea, & ibi Theophil.

Verùm, vt ad Arbitros, à quibus digressi sumus, redeamus, *Adigere Arbitrum* veteres dicecebant, pro, adigere ad Arbitrum sumendum. Cic.3. Offic. *Arbitrum illum Adegit quidquid sibi dare facere oporteret ex fide Bona.* Idē Topic. *Finibus Regundis Arbitrum adigere*, dixit. Et pro Rosc. Com. *Arbitrum pro Socio Adigere.*

Prætera *Arbiter*, in quem litigatores pœna adiecta compromittunt, appellatur. Vet. Gloss. *Arbiter est qui ex cōpromisso partiū de causa cognoscit, nullā habēs iurisdictionē propriā vel delegatā, sed electus à partib. ad litē earum sua sententia dirimendā.* Et postea, *Arbitri sunt qui consensu partiū eliguntur, & in eos sub pœnæ stipulatione cōpromittitur.* Huiusmodi Arbiter. *ex Compromisso sumptus Iudex* dicitur, l.81. D. de iudiciis, & apud Paul.lib.5.Sent.Tit.5.& ex *Cōpromisso addictus*, l.1. C.de recep.arb. Græci αἱρετὸν δικαστὴν dicunt. Constantinus Hermenop. lib.1.Tit. 4. Αἱρετὸς δικαστής ἐστιν ὁ δικαστῆ τάξιν ἀναδεξάμενος καὶ ἐπαγγειλάμενος ψῆφῳ τιμεῖν τὸ φιλονεικούμενον. Dicuntur & *Recepti Arbitri*, ab eo, quod arbitrium recipiant. Tit. de Recept.& qui Arbitr. D. propterea quod, vt Iustinian.ait, *ex recepto, hoc est, ex compromisso, causas dirimendas suscipiunt*, l.12. C.de iudiciis. Vnde & *Compromissarij* appellantur, l.20.C.de pact.l.5.C.de recept.arbitr.l.vlt.C.vbi & apud quem cognit.quib.locis Iustinianus *Compromissarios* ab *Arbitris* ex cōmuni sententia electio, quos neque pœna compromissa vallat, neque iudex dat, sed nulla sententia præcedente communis electio vt illorum sententiæ, stetur, procreat.

Arbitrer autem à litigatoribus *Adiri, Capi, Sumi, Eligi* dicitur, l.44.D.de recept. qui Arbitr. quæ singillatim suis quæque locis confirmantur.

Arbitrium Recipere, l.3.§.1. ait Prætor, l.9. §. si quis iudex, & aliàs passim in Titul. de Recept.& qui Arbitr.receper.Quod & *Suscipere Arbitrium* dicunt, l. 4. & l.13.§. penult. D. eod. Tit.& *Compromissi Arbitrium recipere*, in l.21.§.Papinianus eod. Tit. *Recepisse* autem *Arbitrium* videtur qui Iudicis partes suscepit,finémque se sua sententia cõtrouersiis impositurum pollicitus est,l.13.§.penult.D.eodem Titul. Et cùm Sententiam dicit,*Arbitrari* dicitur l. 27. §. si quis,D.eod.Tit.Nec *Arbitrium* modò,sed & *Arbiterium* scribitur,l.3.§.1.l.7. l.16.l.19.§.dicere, & l.21.§.si quis ex.D.eod.tit.

Arbitrium etiam *Arbitratum* significat,l.4.D.vsusfruct.quemad.caus. *Arbitrium* porrò aliud, est liberum & solutum, quod in mera voluntate positum est, & *Arbitrium plenum voluntatis* dicitur, l.7. §.1. D. de reb.dub.l.2.§. quanquam,D.de legat.2.l.28. D. de adoptio. & hoc significatur his verbis,*Si libuerit*,*Si voluerit*. Cuius generis *Arbitrij* quo libera facultas & voluntas designatur,exempla sunt hæc, *In ipsorum Arbitrio est*,l.1.D.naut.caup. *Arbitrio suo uti*,l. 10.D.de vi & vi arma.*Arbitrio bonæ voluntatis*,l.10.C. quomodo & quand.*Arbitrio suo*,*& sponte sua*,l.49.D.famil.erciscund. *In Arbitrio suo non habet*, l.5. C.de repud. *Sui Arbitrij esse*, l.22. D.de rit.nup.*In Arbitrio eius ponere*,l.1. C. si maior.fact. *Ad Arbitrium suum*, id est, *pro Arbitrio suo*,l.42.D.de iure dot.

Aliud est *Arbitrium viri boni*,quod his verbis exprimi intelligitur,*Si Arbitratus fueris*,*Si iustum putaueris*,*Si cõprobaueris*,*Si tibi videbitur*, Ἐὰν δοκιμάσῃς. l.75.D.de leg.3.l.41.§.soror,& l.46.D. de fideic.libert.l.3. D.de annu.leg.Vbicunque autẽ in Arbitrium,siue Iudicis, siue alterius, quid confertur,pro Arbitrio viri boni hoc habendum, & quasi viro bono commissum accipiendũ est,l.17.§.Prętor ait,D.de iniur.l.30.D.de oper.liber.l.6.D.pro soc.l.1.D.de legat. 2.l.43.D.de leg.3.l.69.§.gener.D.de iure dot.l.3.C.de dot. promiss. Idq; in cõdicionib. bonæ fidei iudiciis adscriptis maximè locum habet,l.22.§.vlt.D.de diuers.regul. iur. l.77. & l. 78.D.pro socio.Ita,quod operum faciendorum lege comprehendi solebat,vt *Arbitrio* alicuius Opus fieret,Adprobaretúrve,ad boni viri Arbitratũ referebatur.l.24.D.loc.Eadẽ est vis verbi *Arbitratus*,l.51.D.sol.matr.l.16.§.vlt.& l.penult.D.de vsuf.l.16. §. ait Prætor.D.de Procurator.Verba autem hæc,*Arbitratu illius fieri*, (quæ plerunque conuentionibus adiiciebantur,l.43.D.de verbor.obligation.l.vlt.C.de contrah.empt.)ius significãt,& in seruum non cadunt,l.68.D.de verbor.signif.

Arbitratu Boni viri vsurum fruiturum se, Fructuarius,vt adsolet,cauẽs,hoc significat *Non deteriorem se causam vsusfructus facturum:cæteráque facturum quæ in re sua faceret*. Denique *ita vsurũ quemadmodũ bonus paterf.vti debet*,l.1.§.rectè,D.de vsufr.quẽad.cau.l.6.in fi.D. de vsu & hab. *Arbitratu Boni viri Æstimato pretio*, l.35. D.mãdati. *Æstimatione habita*,l.57.D.de cõtr.emp. quib. addit.l. 44.§.vlt.D.famil.ercis.l.77.& l.vlt.D.de Procur. *Arbitratu Iudicis*,l.10.D.quod met. causa.& l.5.§.vlt.D.de pos. *Arbitratu Soceri*,l.69.§.gener.D. de iur.dot. *Titij*,l.45. D.de verb. oblig.*Suo Arbitratu*, pro *Arbitrio*,l.5.D.de castr.pecul.

Arbitratur Modũ,l.7.D.de quæst.*Arbitrandus est Modus*,l.8.§.modus,D.de transact. *Arbitrabitur Iudex restitui*,l.35.§.1.D.de rei vindic.*Arbitratur Iudex quòd factũ est*,l.13.§.cũ igitur,de D.vsuf.

ARBOR *nulla propriè dicitur,quæ Radicem non conceperit*,l.3.§.1.D.Arbor furt.cæs. *Arborum* autem appellatione,& in 12. Tab. & in Prætoriis Edictis,*Vites*,*Ederæ*,*Arũdines*,*Salicta*, cõtinentur,l.3.D.arb.furt.cæs.l.1.§.arboris,D.de arborib.cæd.Stirps quoq; oleæ *Arbor* rectè dicitur d.l.3.§.vlt. *Arbor Radicitus eruta*, l.26.D.de acquir. rer.domin.

Arborum quædam *Frugiferæ* sunt,l.13.§.fructuar.D.de vsufru. seu *Fructiferæ*,vt Paul. lib.5. Sentent.Titul.20. & in Leg. Dei, Titul. 12. quales sunt, *Pomiferæ*, l.45. §. conduct. D. de iure fisc. Aliæ, *Non frugiferæ*, veluti Cupressi, l. 16. §. 1. D.quod vi aut clam: seu *Infructuosæ*, l.13.§.fructuarius. *Arbores Cæduæ* vel *Gremiales*,l.7.§.si fundum D. sol.matr. *Arbores Terminales*, apud Paul.lib.5.Sent.Tit.22.quæ pro terminis & finib.obseruãtur, quales olim habebantur Arbores Antemissæ & Peregrinæ, quæ & Finales appellãtur. Vide Sic.Flac.Hygen.& alios Auctores de limit.*Grandes Arbores*,l.11.D.de vsufr.*Arbor Sycaminon*,l.10.D.de extr.crim. *Arbore vel materiæ causa*, *vel comburendi gratia succinduntur*,l.55.D.de legat.3.

Arborem ponere,l.17.D.de seruit.præd.vrb.*Sitam habere*,l.7.D.eod.Tit.

Arbor eruta,& *succisa*,l.19.D.cõm.diuid.*Impendens*,l.4.§.si quis mihi,D.si seruit. vind.*Quæ in Alienas Ædes imminet*,Paul.lib.5.Sent.Tit.6.*Radicibus eruta*,l.26.D.de adquir.rerumdo. *Arbores in Area positæ*,l.1.C.de interdict.*Arbores demortuæ*,l.18.D.de vsufr.*Euulsæ*, *vel vi Ventorũ deiectæ*,l.12.D.eo.Tit.*Vento deiectæ vel absumptæ igne*,l.58.D.de cõtr.emp.*Vi Tempestatis Euersæ*, l.59.D.eo.Tit.*Arborũ furtim Cæsarum Actio*,Tit.Arbor.furt.cæs.d.l.25.§. culpæ,D.locati.*Arbores Cædere*,*Excindere*,*Succidere*, Vide suis locis.*Arbor*,pro Malo nauis,l.3.& l.6.D.de lege Rod. & apud Paul.l.2.Sent.Tit.7.Vet. Glossar.*Arbor Nauis*, ἱστὸς πλοίου. Isidor.lib.19.Etymol. cap. 2. *Malus est Arbor nauis qua vela sustinentur*.Silius Italicus,lib.3.*Pendentibus Arbore Nautis*.

ARCA in qua nummi conduntur, & reponuntur. Sic *In Arca depoſuiſſe Pecuniam* Seruum proponit l. 52. §. planè, D. de pecul. *Pecunia quæ in Arca eſt*, l. 30. D. de legat. 1. l. 7. §. pecuniæ, D. de adminiſtr. & peric. l. 30. §. verum, D. ad L. Falcid. l. 4. D. de fideiuſſorib. *In Arca Nummi*, l. 34. §. ſed ſi non, l. 51. l. 108. §. qui quinque, D. de legat. 1. *Centum quæ in Arca habeo*, l. 1. §. 1. D. de dote præleg. l. 34. §. ſed ſi non corpus, D. de legat. 1. *Decem quæ in Arca erant*, l. 1. §. ſi decem, D. vt legator. *Ex Arca decem ſuſtulit, & ſumpſit*, l. 12. & 17. §. 1. D. de condic. & dem. *In Arca poſitum Argentum*, Cicero Topic. *In Arca recluſa pecunia*, & in *Arcam repoſita*, l. 15. §. vlt. D. de re iud. *In Arca reponere nummos*, l. 13. D. de negot. geſt. *Pretium in Arca*, l. 7. D. de contr. empt. *In Arca multus fiſcus*, Iuuenal. Sat. 14. *Pecunia in Arca domi inuenta*, l. 41. §. legauerat, D. de legat. 3. *Nummos quos in Arca habet*, l. 51. D. de legat. 1. *In Arcam verſa pecunia*, l. 82. D. pro ſoc. Eodémque ſenſu Arcæ nomen vſurpat Martialis Epigr. 3. lib. 5. & Epigr. 44. lib. 8. *Arca communis ſociorum*, l. 82. D. pro ſoc. *Vniuerſitatis* vel *Collegij*, l. 1. §. 1. D. quod cuiuſcum. vniu. *In Arca Inſtrumenta & cautiones debitorum*, l. 64. D. de legat. 3. *Arca in æde depoſita*, l. 31. §. eiuſmodi, D. de donat. *Arca clauſa*, l. 26. D. depoſiti, *Ærata*, l. 19. §. ſi inquilinus, D. locati. *Arca Refracta, vt Vniones, puta, tollerētur*, l. 22. D. de furtis. Martial. Epigr. 43. lib. 5. *Callidus effracta nummos fur auferet Arca*. Hinc *Arcarius Seruus*, l. 41. §. vlt. D. de fideic. libert.

Arca Frumentaria & Olearia, in l. 1. D. de munerib. & honorib. l. 1. C. de frumen. vrb. Conſtant. l. 2. de curatorib. Kalend. in C. Theod. *Vinaria*, l. 3. de Cal. coct. in C. Theod. & apud Symmachum lib. 9. Epiſt. 121. & lib. 10. Epiſt. 42. & 47. *Arca Quæſtoria*, apud eundem auctorem, Epiſt. 33. lib. 10. *Arca Vicarianæ ſedis*, apud Caſſiodor. Epiſt. 24. lib. 2. Variar. *Arca Fiſcalis*, in l. 4. C. de munerar. lib. 11. l. 12. de numer. act. ſcrin. in C. Th. in quam nimirum Tributa inferebantur, vt Iuſtinian. in Nouell. περὶ τῆς τῶν δημοσίων ἀνύσεως non procul ab initio ſignificat. Eſt autem corruptum & deprauatum hoc verbum in l. 11. C. de ſuſcept. lib. 10. in qua *mercedis diſcuſſionem*, pro, *arcæ diſcuſſionem*, vitiosè legi, cum ex ſcriptis codicibus, tum verò ex l. 26. eo. tit. in C. Theod. patet

Arca ſublimium Poteſtatum, l. 6. de indulgēt. deb. in C. Th. *Ampliſſimæ Præfecturæ*, l. 16. & 17. eo. tit. *Præfecturæ*, Nou. Leon. & Maior. de curioſ. *Prætoriana*, Nou. Valent. de Suariis, & Nou. de ind. reliquor. *Arcæ & ſacrarum largition. vires*, l. 6. de conl. don. vel releu. poſſ. in C. Th. *Arcæ ratio*, l. 19. de ſuſc. præp. & arc. His adde, l. 5. de exſec. & exact. in C. Th. l. 20. de ſuſcept. præp. & an. in eod. C. Vnde *Arcarij*, *Arcæ cuſtodes*, *auríque illati ſuſceptores*, l. vlt. C. de ſuſceptor. & arcar. lib. 10. l. 8. de aquæduct. in C. Theod. l. 1. de his qui cum diſpenſat. contraxer. in eod. Cod. l. 11. de iure fiſ. in eod. C. *Arcarius ſiue Suſceptor*, l. 32. de ſuſcept. præp. & Arcar. in C. Th. Vet. Gloſſ. *Arcarius*, ὑποδεκτὴς χρυσοῦ. Effertur & hoc verbum Græco idiomate à Macario Homil. 13. his verbis, ἔχουσι δὲ καὶ φόβον ὁ τῶν Ἀρχαείων τῶν φοβυμένων τὰ πονηρὰ πνεύματα: Eodémque loco paulo poſt, vbi ſcriptum eſt, ἐγκεχειρισμένοι Ἀρχὰς ἐπαρχότητος, ἢ ϑησαυρὸν βασιλικὸν, ϖαῖτα τὸν τρόπον, μήπως ἄρα ϖροσκρόσωσι τῷ βασιλεῖ, videndum ne Ἀρχας potius quàm Ἀρχὰς legendum ſit: vt eos intellexerit quorum curæ & cuſtodiæ Præfecturæ Prætorianæ Arca credita & commiſſa erat. *Arcarium* autem *Arcæ Arbitrum* appellari à Caſſiodoro Epiſt. 10. lib. 1. Variar. facilè mihi perſuaſerim. *Arcariorum Apochæ*, apud eundem Caſſiodorum Epiſt. 8. lib. 12.

Arcæ Lapideæ, mortui condendi cauſa ſtructæ, meminit, l. 7. §. vlt. D. de religioſ. & ſumpt. funer. Plin. lib. 13. cap. 13. *Agrum ſuum in Ianiculo repauſtinantem offendiſſe Arcam, in qua Numa qui Romæ regnauit ſitus fuiſſet*. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. *Duabus Arcis Lapideis repertis, quarum in altera, ſcriptura indicabat corpus Numæ Pompilij fuiſſe*. Auctor lib. de viris illuſtribus cap. 42. de Annibale, *Poſitus eſt apud Abyſſam in Arca Lapidea, in qua hodie quoque inſcriptum eſt*, Hannibal hic ſitus eſt. Vet. Gloſſar. Arca κιβωτος, σορὸς, λάρναξ. Huiuſmodi Arcas Caſſiodor. Epiſt. 19. lib. 3. Variar. ita deſcribit. *Arcæ quæ in Rauennati vrbe ad recondenda funera diſtrahuntur, quarum beneficio cadauera in ſupernis humata ſunt, lugentium non parua conſolatio*. *Arcula*, eodem ſenſu, l. 39. D. de religioſ. & ſumptib.

ARCERA in 12. Tabulis quid ſignificaret, vide apud Varro. lib. 4. de lingua Lat. & Agell. lib. 20. cap. 1. ARCERE *Aquam, eſt curare ne influat*, l. 2. §. Idem Labeo. 9. D. de aq. & aq. plu. Cicero pro Murena, & Topicis. *Arcentur collegia illicita, Senatuſconſulto*, ideſt prohibentur, interdicuntur, vetātur, l. 1. D. de collegiis. *Arceri à Profeſſione*, l. 5. C. de poſtul. *Honore*, l. 8. D. de interd. & releg. *Honoribus*, l. 12. D. de dec. l. 8. D. de inter. & releg. l. 6. §. debitor, D. de mun. & hon. *Italiâ*, l. 1. §. 1. D. nihil innouari. *Itinere*, l. 1. D. de mort. infer. *Omni commodo*, l. 4. D. ad Sc. Treb. *Poſſeſſione*, l. 1. §. ſi quis, D. ne vis fiat. *Eo loco vnde Arcetur*, l. 27. §. vlt. D. ad municip. *Arcendi Incendij cauſa*, l. 7. §. eſt & alia, D. quod vi aut clam. *Arcendæ Tempeſtatis*, l. 12. §. ſi domus, D. de inſtructo vel inſtrum. *Arcendis Incendiis præerant*, l. 1. D. de offic. præf. vigil.

ARCHIA sunt tabularia publica, & vt Suidas exponit, εἴθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται, καὶ χαρτοφυλάκια. In his publica Instrumenta deponuntur, & adseruantur, l. 9. §. nonnunquam, D. de pœnis: vt & Iustinia. Nouell. Constit. 15. significat his verbis, ὥστε εἰ ταῖς πόλεσιν οἴκημά τι δημόσιον ἀφορισθῆναι, καθ' ὁ προσῆκόν ἐστι τοὺς ἐκδίκους τὰ ὑπομνήματα ἀποτίθεσθαι, προβαλλομένου τινὸς κατὰ χώραν, ὃς τὸν τόπον ἔξει φυλακῆς, ὥστε ἀδιάφορα μένειν αὐτὰ, καὶ βάτιον εὐείσιτεσθαι παρὰ τῶν ἐπιζητούντων, καὶ εἶναι παρ' αὐτοῖς ἀρχεῖον. Idem Nouell. 74. Chartam reponi iubens, ἐν τοῖς ἐκκλησίας ἀρχείοις, addit, τυτέστιν ἐν τῷ εὐαγεῖ κειμηλιοφυλακίῳ. Pausan. in Achaicis εἰ γε ὀνομάσαι τις πόλιν, καὶ τάτης οἵς γε οὐκ ἀρχαῖα, ἃ γυμνάσιων ἐστίν. Sic *Archia Romana* dixit Tertullian. lib. 3. aduersus Marcio. Sanè apud Vopiscum in Taciti vita perperam vulgò in *Euicis* Archiis, pro *Ciuicis* Archiis scriptum credo. Ciuitatum enim Tabularia his verbis significari probabile est. Archiorum autem custodes *Archiotæ* dicuntur, l. vlt. §. hi quoque, D. de munerib. & honor.

ARCHIATROS in l. 6. l. 9. l. 10. de profess. & medic. lib. 10. C. & in l. 2. 8. 12. 13. 15. 16. & 18. eod. Tit. in C. Theod. & l. vnic. de comitib. Archiatr. in eod. Cod. accipere debemus Principum Medicos, quorum fidei & peritiæ Imperatorum salus tuenda committitur, quíque in eorum comitatu medicinam factitant: quos *Archiatros nostri palatij*, vocant Impp. l. 8. C. de metat. & epidemit. lib. 12. Et *Archiatros sacri Palatij*, in l. 14. & 19. de med. & profess. & Rubr. de comitib. & Archiatr. sacri Palatij in C. Theod. quibus ob medendi curam à comitatu principis discedere non licuisse ostendit lex 2. C. quibus non obiicit. Eadémque est huius vocis vis & potestas apud Galenum lib. de Theriaca, & lib. 1. de Antidot. cap. 1. & 4. & lib. de locis affect. cap. 1. Et Symmach. Epist. 40. lib. 10. & in Antiquis Inscriptionib. Cassiodorus lib. 6. Variar. Epist. 19. eum qui Commitiuæ Archiatrorum honore decoratur, affatur his verbis. *Vt inter salutis Magistros solus habearis eximius: & omnes iudicio tuo cedant, qui se ambitu mutuæ contentionis excruciant. Esto Arbiter artis egregiæ, eorúmque distingue conflictus, quos iudicare solus solebat affectus. In ipsis ægros curis, si non contentiones noxias prudenter abscondis. Magnum munus est, subditos habere prudentes, & inter illos honorabilem fieri, quos reuerentur cæteri.* Hinc Archiatria, l. 8. de medic. & professorib. in Cod. Theod.

ARCHIEROSYNA, l. 112. de decurionib. l. 31. de erog. milit. ann. in C. Theod.

ARCHIMANDRITÆ in l. 4. C. de summa Trinit. & l. 1. de Alexandr. pleb. primatib. in C. Theod. qui Cœnobiis præerant, eadem forma, qua Archiepiscopi, & Archigerontes, l. 6. & l. 14. C. de Episc. audien. l. 14. C. de sacr. Eccl.

ARCHIMIMVS, in l. 25. D. de oper. libert. & apud Sueton. in Vespasian. quod nomen vetus Horat. interpres in 6. Satyr. lib. 1. Sermon. tribuit saltatori cuidam Cæsaris qui Lepos vocabatur.

ARCHIGVBERNVS, in l. 46. ad Trebell.

ARCHITECTVS, l. vlt. D. de iure immunit. *Architecti*, l. 1. 2. & 3. de excus. artific. in Cod. Theod.

ARCVS, Nonio Marcello interprete, omnis suspensus fornix dicitur. Arcus autem ducendæ aquæ causa olim fiebant, vt ostendit l. 2. & l. 11. D. de aq. & aq. pluu. Plin. lib. 10. Epist. *Ipse perueni ad fontem purissimum, ex quo videtur, aqua debere perduci, sicut initiò tentatum erat, Arcuato opere.* Et mox. *Manent adhuc pauciſsimi Arcus.* Frontinus quoque lib. 1. de aquæductib. vrbis Romæ, aquas per multa passuum millia *Arcuato opere* duci tradit.

ARCIFINIVS *Ager*, vt Frontin. in lib. de agror. qualit. scribit, nulla mensura continetur: sic enim est ab arcendis hostibus, auctore Varrone appellatus. Quare & *Occupatorius Ager* dicitur, eo quòd in tempore occupatus est à victore populo, territis exinde fugatísque hostibus. Quod & Sicul. Flacc. in lib. de condicionib. agrorum comprobat, qui *Occupatorios*, *Arcifinales* vocat, & ab arcendo vicinos hanc appellationem finxisse quémque tradit, dum non tantum terræ occuparet, quantum colere posset, sed quantum spe colendi reseruaret. Isidorus verò aliam huius verbi notationem profert, lib. 15. Etymolog. cap. 13.

ARDERE *Domus*, l. 40. §. 1. D. de cond. indeb. & *Res*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 6. *Arsit Frumentum*, l. 3. §. Nec non, D. de in rem ver. & *Pars Domus*, l. 40. §. 1. D. de condict. indeb. *Ardentia Stramenta*, l. 44. §. cum stramenta, D. ad L. Aquil.

AREA in Vrbe, dicitur *Locus sine Ædificio*, l. 221. D. de verb. signif. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Vbi frumenta secta terantur & arescant* Areæ. *Propter horum similitudinem loca in vrbe pura*, Areæ. Ac plerumque hoc verbum sic à consultis accipitur, vt significet Solum cui Ædes imponuntur,

imponuntur,& quod depositis ædibus manet. Vnde *Ædificij pars* esse *Area* statuitur, l.20.§.si sublatum, D.de seruitutib.præd.vrb.l.98.§. Aream, D. de solutionib. l.221. D. de pignerat. act.l.44.§.si areæ,D.de legat.1.l.34.§.vlt.l.71.D.de vsufr.l.39.D.de legat.2.l.79.§. vlt. D. de legat.3.*Ad Aream redactæ Ædes*,l.10.§.1.D.quib.mod.vsusfruct. amitt.Cic.lib.13. Epist. *Quod de Domo scribis,hoc est,de Area.* Liuius lib.4.*Domum deinde,vt monimento Area esset oppressæ nefariæ spei,dirui extemplo iussit.*

Sic in *Aliena Area Ædificare*, l. 27. §. idem est,& l.37.D.de rei vind. l.10.D. de doli mali except.*In area ædificare*,l.14.D.de seruit.vrb.præd. *Aream dare vbi Insulam Ædifices*, l.20.D.de contr.emption. *Areæ Ædificium impositum*, l.30.D.de legat.2.

Sed & *Aream*,vt Fest.l.1.indicat, appellabant in quam collecta ex omni tecto pluuia descendebat,quomodo accepimus in l.2.& l.20.§.si seruitus, & §.qui in Area, D. de seruitut. prædior. vrbanor. *Si Area ab vtralibet parte Ædium sit*,l.1.§.hoc amplius, D. de cloac. Hæc ita in prædiis vrbanis.In rusticis verò,*Area* locus est qui terēdis frugibus, leguminibúsque exprimendis deseruit,l.14.§.vlt.D.de alim.vel cibar. l.vlt.§. vlt.C.de seruitutib. Vnde *Messiū & Arearum tempore*, dixit Scæuola in l.15.§.testator, D.de alimentis,vel cibariis.

ARELATÆ fit mentio in l.13.D.de Institor. *Ciuitas est*,vt Cassiod. lib.8. Variarum Epist. 10.scribit, *supra vndas Rhodani constituta,quæ in Orientis prospectum Tabulatum pontem per fluminis dorsa transmittit.* Eam inter claras vrbes Ausonius septimo loco ponit his versib.*Pande duplex Arelate tuos blandà hospita portus. Gallula Roma Arelas.* Idem Epist.23. ad Paulin. *Atque duplex Arelas.*

De *Arena* vide infra lib.8.in voce Harena.

ARESCVSA, Ancillæ nomen est,l.15.& l.16.D.de statu hom.l.43. & l. 45. §. vlt.1. D. de act.emp.l.1.§.vlt.D.de cond.& demōstr.l.38.§.duob.& l.45.D.de act.emp.D.de lega.lib.3. & apud Agell.lib.9.Noct.Attic.cap.4.*Arethusa* scribitur in l.75.§.illud,D.de verb.obl.& l.3. §.item Iulianus,D.de statulib.lib.1.D.de oper.seruor.l.25.§.vlt.D.quando dies legator.

ARVERVNT *Arbores*,l.4.§.si vites,D.de censib. *Aridi fructus*,l.vlt.D.de iure fisc.ξηρὸι καρποὶ Nouell.32.

ARGENTI *Auríve* appellatione,tam *Factum*, quàm *Infectum* cōtinetur, l.78.§.illud, D. de legat.3.Proinde cum Aurum,vel Argentum legatur,& Vasa Aurea,Argenteáque, & omne omnino siue *Factum* siue *Infectum* Argentum,non tamen Signatam pecuniam legato contineri placet,l.19.in princ.& §.vlt.l.27.§.1.D.de auro,arg.Nec enim illa Ciceronis in Topicis ratiocinatio probanda est,que Argento omni legato, pecuniam numeratam, quæ Argenti nomen retinet, contineri concludit. *Factum* porrò Argentum (quod nomen vsurpatur in l.27.D.de adquir.rer.do.) Q.Mutius definiebat *Vas Argenteum*, videri esse.Vlpianus verò rectè ita definiri posse ait, *quod neque in Massa,neque in Lamina,neque in Signato, neque in Supellectili,neque in Mundo,neque in Ornamentis sit*,l.27.in princip.& §.vlt.D.de auro,arg. Itaque à *Signato Factum*,separatur.Seneca lib.1. de Benefic. cap.11. *Libentius donabo Argentum factum, quàm signatum*: *Argentum* autem *Factum*,Isidor.l.16. cap.17. definit, *quod est in Vasis & Signis*: proinde *Argento*,*Auróque Facto*, & Gemmas aureis Anulis inclusas, & Cymbia Argentea crustis aureis illigata.& aurea Emblemata quæ in Lapidibus, Absidibúsque Argenteis sint, & replumbari possint,adnumerari,si ea Argenti numero testator habuerit, Paul. scribit in l. 32.D.de aur.arg.facto.Denique Auro vel Argento id continetur, ex quo Auro vel Argento aliquid effectum est,siue id suæ, siue alterius vsionis causa paratum est, *quod in Supellectilis nomen non cadat*,l.19.§.argento,& l.27.§.cui legatum,D.eod.Tit.

Facti autem Argenti complures sunt species,prout & variis vsibus subseruit.Est *Argentum Escarium,Potorium,Viatorium,Balneare.Escario Argento* legato,(quod & *Escale* appellatur in l.8. D.de supellect.leg.)id debetur quod ad Epulandum testator in ministerio habuit, id est, ad esum & potum d.l.19.§.19.§.si cui escarium.Omnia itaque Vasa propter escā parata,quę non Cocinatorij instrumenti sint,legato cedent.Sed & ea in quibus & potabat & edebat testator,continebūtur,l.32.§.quidam eod.Tit.In *Argento Potorio*, non id tantùm in quo bibi possit,sed & quod ad præparationem bibendi comparatum est,l.21.D.de Auro, Arg.*Viatorium* verò *Argentum* & Balneare dicimus,quo in itinere & Balneo quis vti consueuit, l. vltim. in princ.& §.1.eod.Tit.

Infecti Argenti appellatio,ait Vlpian.*Rudem materiam continet,id est non factam*.l.19.§.infecti, eo.*Infectum* enim *Argentum* est *Rude*,& *in opera nulla coniectum Argentum*,& *in Massa constitutum*, l.fi.C. de pos.

Argenti planè appellatione Supellex Argentea non venit,nisi Argenti numero à testato-

re habita est, l. 19. §. idem Celsus, & §. Argento. eo. Itaque Argentum accipimus id omne quod ita ex Argento est, vt neque Supellectilis instrumento cedat, neque proprio alicui & speciali generi adscribi possit: vulgo *Bufetum* appellamus. In eadem significatione hoc verbo vtitur auctor Rhetor. ad Herenn. lib. 4. *Perspicit*, ait, *Argentum quod erat expositum, visit Triclinium stratum*. Et ita quoq; accipiendū in l. 4. D. de legat. 1. l. 2. D. de legat. 2. l. 22. D. manum. test. l. 1. l. 3. §. 1. & §. vlt. D. de supellect. leg. *Argentum Mensale* vocat Vopiscus in Claud. Sic *Argentum ad Ministerium Præbere*, l. 5. §. si de te, D. commoda. *Argentum Commodare alicui quod is amicos ad cœnā inuitaturū se diceret*, l. 18. D. eo. Tit. *Argentū portare* l. 9. §. is quoque, D. de oblig. & act.

Argentum Muliebre, l. 12. §. vlt. D. de instruct. vel instrum.

Pusulatum, in l. 31. D. loca, vt in Pand. Floren. scriptum est (nam apud Tranquill. in Nero. cap. 44. & Martial. Epigramm. 85. lib. 7. *Pustulatum* scribitur) id est, vt quidam interpretantur, purum, putum, & quod multo igne excoctum Pusulas seu tuberculos collegerit.

Argenti quid sub cura Serui erat, Ratio, l. 22. D. de manumiss. test. *Argentei Nummi*, l. 9. D. de L. Cornel. de fals.

Argenti fodinæ, l. 1. D. quod cuiusque vniuers. l. 3. §. vlt. D. de reb. eor. l. 13. §. proinde, D. de vsufruct. l. diuortio. §. si quis in fundo. D. sol. matr. & apud Varro. lib. 1. de re Rust.

ARGENTARII, seu Argētariæ Mensæ Exercitores, Mēsularij erant qui in foro Tabernas, & Mensas suas positas habebant: apud quos fœnebres pecuniæ deponebantur, quas per partes erogabant & collocabant: quarum probatio, scriptura, codicibúsque eorum continebatur, l. 4. l. 9. §. pen. D. de eden. l. 50. D. de adm. & peric. tut. l. 23. D. de liber. leg. l. 15. §. sed etsi pecunia, D. de re iud. Vetus Glossarium: *Argentarij sunt, Argentariæ Mensæ exercitores qui solebant Rationes & Instrumenta conficere: conferentes accepta & data.* Hi vtiles se omnibus contractibus exhibebant. Nam & mutuas pecunias dabant, & fide iubebant pro aliis, & constituebant: & Κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἤλαττον, quemadmodum Iustin. in Nou. 4. ad fi. & Nou. 137. & Suidas comprobant. Per eos etiam Venditiones fiebant, l. 18. D. de petit. hered. l. 88. D. de solutionib. & Auctiones, vt ex Seneca in Declamatio. præfatio. & Quintilian. lib. 11. cap. 1. colligi potest. Vnde *Argentariorum vsus necessarius* dicitur, l. 8. D. depositi. Singulorum autem Rationes Argentarij conficiebant, omniáque, quæ apud se gerebantur, in Codices accuratè referebant, quos idcirco edere postulantibus cogebantur, l. 4. & l. 6. & l. 9. §. 1. & l. 10. D. de eden. Quod & apud Græcos fieri solitum Demosthen. Oratio. περὶ πιστεως indicat. Οἱ γὰρ τραπεζῖται, ait, εἰώθασιν ὑπομνήμασι γράφεσθαι, ὧν τε δίδοασιν χρημάτων, καὶ εἰς ὅ, τι, καὶ ὧν αὖ τις λήγῃ, ἵν' ἦ αὐτοῖς γνώσιμα τά τε ληφθέντα, καὶ τὰ τεθέντα περὶ τῆς λογισμῶς. Idē & in Orat. περὶ Κάλλιππου, non procul ab initio scripsit. Argentarij porrò à Iustin. Ἀργυροπράται vocantur Nouell. 137. vt & à Suida in voce Ἀργυρόμοιβος, & in voce Κολλύβειος. Itē *Argenti Distractores* in l. vlt. C. de pignorib. l. penult. circa fi. C. de constit. pecun. l. vn. negot. ne milit. lib. 12. C. Et *Argenti Venditores*, & *Pecuniarum Venditores*, lib. 16. histor. Miscell. non semel: ab eo quod species Auri Argentíque gemmásque venderent, vt ex superioribus locis liquet.

Argentarij duo quorum nomina simul eunt, l. 38. D. de recept. qui Arbitr. *Argentarij Socij*, l. 25. & l. 27. D. de pactis. Cicer. lib. 2. Rhetoric. ad Herenn.

Argentarius Coactor, in l. 40. §. vltim. D. de statulib. & *Argentariæ Coactiones* apud Tranquillum in Vespasiano cap. 1. Vetus Horatij interpres in Satyr. 6. lib. 1. *Coactores*, ait, *mercenarij erāt eorum qui habebant Argentariam. Argentarij, qui habent summam rerum venalium. Coactores etiam dicuntur Argentarij in auctionibus, quia Pecunias erogant: qui & Collectarij nominantur.*

Argentariæ Officium, l. penult. D. de eden. *Societas*, l. 52. §. cum duo, D. pro Socio.

Argentariam Administrare, l. 19. §. 1. D. de edendo. *Facere*, l. 4. §. 1. D. eod. tit. vt & apud Cicer. lib. 7. in Verrem, & pro Cecina, & auctorem lib. de Viris Illustrib. cap. 72. *Argentaria Exercetur*, l. 4. §. 1. D. de eden. *Argentaria dissoluta*, Cicer. pro Cecina.

Argentaria Mensa, l. 4. D. de eden. *Argentariæ Tabernæ*, l. 32. D. de contrah. empt.

ARGVERE, accusare, indicare, postulare, conuincere significat, l. 197. D. de verbor. signific. *Arguere Adulterij*, l. 37. D. ad leg. Iul. de Adult. *Cædem*, l. 3. §. si ex stipulatu. D. de Sc. Silan. *De Inofficioso*, l. 31. §. sed si heres, D. de inoff. test. *Falsum Testamentum*, l. 5. D. de his quæ vt indign. l. 18. D. de accusationibus. *Fraudem Tutoris*, l. 4. C. de suspect. tut. *Testamentum de Inofficioso*, l. 3. §. si heres, D. de inoff. Testam. *Ad Arguendum dolum*, l. 13. C. de transactionib. *Metum*, l. 6. C. de his quæ vi.

Argui, id est, accusari, & postulari, l. 2. D. de Leg. Iul. repetund. Sic *Argui Crimine*, l. 43. §. vlt. D. ad Leg. Corn. de sicar. *Ex suo mendacio*, l. 41. D. de pigner. act. *Factum*, l. 2. D. si ventr. nom. *Furti, damnive iniuria*, l. 24. §. vlt. D. de liber. cau. *Furto*, l. 8. D. de præscript. verb. *Inofficiosum Testamentum*

teſtamentum, l. 28. D. de inoffic. teſt. Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 5. *Ingratus Libertus*, l. 4. D. de obſeq. parent. *Præuaricatio*, l. 1. C. de ſentent. aduerſ. Inde *Argutus*, quod & acutum hominem & conuictum facinorum ſignificat, vt Priſcianus lib. 10. interpretatur. Vnde ioci cauſam arripuit Plautus Pſeudolo: Quærenti namque *Ecquid Argutus eſt?* Reſpondet CH. ex inſperato, *Malorum facinorum ſæpiſſime. Arguto Pectine*, dixere Arcad. & Honor. in l. vlt. C. de veſtib. Olober. lib. 11. poſt Virgilium lib. 1. Georgic. & Apuleium lib. 2. de Aſino aur.

ARGVMENTVM, vt Cicero in Partitionib. definit, *eſt Probabile inuentum ad faciendam fidem*: vel vt idem Topicis, *Ratio quæ dubiæ rei facit fidem*: vel vt Quintilian. lib. 5. cap. 10. *Ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ, quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt, confirmat.* Sic in l. 3. §. eiuſdem, D. de Teſtib. *Quæ Argumenta ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant.* Sic *Argumenta veriſimilia probabiliáque*, l. 8. C. de quæſtionib. *Argumentis Cognoſcendum*, l. 5. §. à barbaris, D. de re milit. *Examinanda cauſa*, l. 1. §. idem Cornelio, D. de quæſtion. *Quærendum*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 14.

Argumentum rei præbet, l. 32. D. de ſeruit. præd. vrb. l. 1. §. non alij, D. de vi & vi ar.

Argumentum pro Sententia adfert, l. 1. §. ſex, D. de collat. bonor. l. 12. D. quando dies leg. ced. *Eiuſque Rei Argumentum eſt*, l. vlt. D. de Publicia. *Argumenti cauſa proferre*, l. 19. D. de L. Corn. de falſ. *Argumento eſt*, l. 1. §. ſi iuſſerim, D. de adquir. poſſ. *Eodem Argumento probatur*, l. 12. D. de condict. indeb. *Argumento vtitur*, l. 23. §. Marcellus, D. de iureiur. l. 9. D. de ſeruit.

Argumentum præſtitiſſe, l. 11. §. mulier, D. ad L. Iul. de adulter.

Argumenta proferre, l. 74. §. vlt. D. ad Sc. Trebell.

Argumenta rei qua de agitur, dicere, id eſt indicia, ſigna, notas, l. 3. D. ad exhibend.

De ARISTONE I.C. dicam lib. 16. in Saluij prænomine.

ARMA (quod ad interdictum, de Vi Armata pertinet) ſunt omnia Tela, *hoc eſt, Fuſtes & Lapides, non ſolùm Gladij, Haſtæ, Frameæ, id eſt, Romphæe*, l. 3. §. arma, D. de vi & vi arma. Cic. pro Cecin. in interpretatione verborum illius Interdicti, *Armatos quos iure appellare poſſumus? Opinor eos, qui ſcutis teliſque parati ornatíque ſunt. Quid igitur ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem præcipitem de fundo egeris*, & quæ ſequuntur. Caius etiam, *Armorum*, inquit, *appellatio, non vtique Scuta & Gladios, & Galeas ſignificet, ſed & Fuſtes & Lapides*, l. 41. D. de verbor. ſignificat. Sed & in lege Iulia de vi publica, Armatos intelligere debemus, non vtique eos qui tela habuerunt, ſed etiam quid aliud quod nocere poteſt, l. 9. D. ad Leg. Iul. de vi pub. Porrò Romphæarum verbum quo Vlpia. in d. l. 3. vtitur, ab Agellio lib. 10. cap. 25. exponitur.

Armorum quædam partes enumerantur in l. 14. §. vlt. D. de re milit. Vbi & *Armorum Cuſtodis* fit mentio, vt & in l. vlt. D. de iure immunit.

Armari Nauis dicitur quæ armamentis neceſſariis inſtruitur, l. 1. §. non autem, D. de exercitor. l. 34. D. de reb. auct. iud. l. 5. D. qui potior. in pign. Cæſar lib. 1. de Bello Ciuili, *Earum clauis aut materia atque armamentis diſtractis, ad reliquas armandas reficiendáſque vtuntur.* Et contrà, *Exarmari Nauis* dicitur, quæ armamentis ſuis ſpoliatur, l. 2. §. 1. D. de Leg. Rod.

Armatis Hominibus occupare loca publica, l. 2. D. de collegiis.

Armata Manus, l. 3. §. aduerſus, D. de ſepul. violat. & alijs locis quos require lib. 11. invoce, *Manus. Militia*, l. 6. & l. 18. D. de re iudicata, l. vlt. C. vbi quis de Curiali, l. 1. C. de iur. & facti, l. 4. C. qui dare tutor. l. 2. C. qui milit. de qua plura eod. lib. 11. dicemus. *Vis*, l. 1. §. vlt. & Rubr. D. de vi & vi ar. Eius interpretationem pete ex l. 3. §. Armis, D. eo. tit. Sic *Armata vi terreri*, l. 9. C. de obligat. & act.

ARMAMENTA in l. 3. D. de ſupell. leg. l. 3. §. 1. D. de rei vindic. l. 6. D. de Leg. Rod. l. 1. §. 1. D. de exercitor.

De *Armamentariis*, vide Iuſtinia. Nouel. 85. quæ de Armis, inſcribitur.

ARMARIVM, l. 30. D. de adq. poſſeſſ. l. 19. §. proinde, D. de Iudiciis. Vet. Gloſſar. *Armarium eſt locus vbi quarumcunque artium inſtrumenta ponuntur.* Sic *Armaria librorum aut veſtium, aut armamentorum gratia parata*, l. 3. D. de ſupellect. leg.

Armaria librorum, l. 52. §. ſed ſi Bibliothecam, D. de legat. 3. Ac proinde Armarium Pomponius eorum numero adſcribit quæ ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtant, l. 3. D. de vſucapionib. *Armariis* legatis, clauſtra, & clauos cedunt, l. 52. §. vlt. D. de legat. 3.

Armarium ex Tabulis facere, l. 7. §. cum quis, D. de adq. rer. dom. *Armario Tabulam iungere*, l. 7. D. ad exhibend. *Armarium effringitur*, l. 3. §. effracturæ, D. de off. præf. vigil. ad *Effringendum Armarium*, l. 54. §. ferramenta. D. de furt. *Si quis Armarium quod tollere non poterat aperuerit*, l. 21. D. eo. tit.

ARMENTA dicuntur maiorum animalium velut Boum, vt minorum, Grex, l. 12. §. ſed ſi Boum, D. de vſu & habit. Ita à *Grege & Equitio* ſeparatur, l. 1. §. vlt. D. de rei vind. Proinde

Armento Legato, Boues, non etiam Greges Ouium & Caprarum continentur, l. 81. §. vlt. D. de legat. 3. Boues vtique magis Armentorum quàm Iumentorum nomine appellantur, l. 89. D. de verbor. significat. Seruius tamen in 3. Georg. *Armenta* definit, *Equorum* esse & *Boum, quod hæc animalia apta sint armis, vt scutis, Boum, coria Equi, prælio.* Quam opinionem iterum tuetur in lib. 3. Æneid. his verbis, *Armenta dicta sunt, quasi armis apta, Nam Equi inter sunt prælijs: Boues armant ex coriis. Armenta quoque dicta sunt maiora animalia, quæ arationi congrua sunt.*

ARRA dicitur quod pro emptione datur, vt euidentius probari possit conuenisse de pretio, l. 35. D. de contrah. empt. l. 16. C. de fide instrum. Institutio. de empt. & vend. in princ.

Arræ nomine Anulorum accepisse Institorem cùm oleum vendidisset, proponit Vlpianus in l. 5. §. item si institor, D. de institor. *Arræ nomine certam summam dedit emptor*: & mox, *Anulus datus Arræ nomine*, l. 11. §. is qui vina, D. de actionib. empti. si *Arræ nomine datum*, l. 6. D. de lege commiss. *Acceptis Arræ nomine certis pecuniis*, l. vlt. D. eod. tit. *Si Arræ nomine Aurum datum sit*, l. vlt. C. quando liceat ab empt. Dicitur autem *Arra*, auctore Isidoro lib. 10. Etymolog. cap. vlt. à Re pro qua datur. Aliis magis placet, à Græco verbo ἀῤῥαγὴς, quod firmum significat deriuare. Veteres *Arrabonem* appellabant, vt Varro lib. 4. de ling. Lat. notat, & Plauti Terentiique testimoniis comprobari potest. Suidas Ἀῤῥαβὼν, ἡ ταῖς ὠναῖς περὶ τῶν ἀνουμένων διδομένη πρώτη καταβολὴ, ὑπὲρ ἀσφαλείας.

Nec verò in argumentum modò contractæ Emptionis, sed & Spõsaliorum nomine *Arræ* dantur, l. 38. D. de ritu nupt. l. 3. & l. vlt. C. de sponsalib. quæ *Sponsalitiæ* vocantur, l. 16. C. de episc. aud. l. vlt. C. de episc. & cler. l. 1. C. si nupt. ex rescript. pet. Rubr. de sponsalib. & Arris sponsalit. C. & *Arræ Nuptiales*, apud D. Greg. Epist. 69. lib. 1. Dantur autem à Sponso, Sponsæ. Hesychius: Μνήστρα, ait, ὁ δὸς τὴν γάμῳ Ἀῤῥαβῶνα. Vet. Gloss. *Arra est, non solum sponsio coniugalis, sed pro qualibet promissa re data vt compleatur.* Inter *Arram* autem, & *Pignus*, quid interfit, perstringit D. Augustin. seu quis alius, Serm. de visione Dei. Hinc *Arrale Pactum*, l. 3. C. de actionib. emp.

ARRIANVS citatur à Paulo in l. 5. D. de gradib. & l. 47. D. de obligat. & act. ab Vlpiano in l. 19. D. de hered. instit. in qua Pomponius ei anteponitur. l. 1. §. qui se, D. quor. legat. Eius liber secundus de Interdictis citatur ab eodem Vlpiano in l. 11. D. de hered. petit.

ARRIVS Menander libros quattuor *Militarium*, seu *de re Militari*, scripserat, ex quibus aliquot in Pandectis capita sumpta sunt. Citatur is ab Æmilio Macro, in l. 1. D. de veteranor. & milit. & l. 14. D. de pœn. & à Marciano, l. 13. §. eius, D. de re milit. Menandri etiam Arrij Consiliarij meminit, Vlp. in l. 11. §. Ex facto, D. de minorib.

ARTA *Mulier*, l. 14. §. si quis igitur, D. de ædilic. edict. *Artior Annona*, l. 17. D. de compensationib. & apud Sueton. in Tiberio, cap. 8.

Artare & Prorogare Tempus, opponuntur l. 2. D. de re iudic. *Artare se*, id est in angustias coniicere, l. 2. §. si quis tamen, D. si quis caution. *Artari pœna tempore*, l. 8. §. quisquis, D. de pœnis, *Artandi non erant*, l. 1. §. longius, D. de successor. edict.

ΑΡΤΑΒΩΝ meminit Iustinia. Edicto 13. Ἴσως ait, ὡς κατὰ τοὺς Ἀρταβῶν, ὑπὲρ ἑκάστου νομίσματος ἀπαιτήσεται παρὰ τοῦ σώφρονος τὸ λεῖπον τῇ ἐμβολῇ. Existimo autem de Ægyptia Artaba ea verba accipienda. Fuit enim mensura hoc nomine apud Ægyptios, modios quinque capiens, auctore B. Hieronymo lib. 2. Commentarior. in Esaiam cap. 5. Quod & Aristophanis interpres in Acharnanensibus testatur. Ἀχάρν, inquiens, μέτρον ἐστὶ περσικὸν ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις. Fuit & mensuræ Persicæ medimnum Atticum & præterea tres chœnicas capientis idem nomen, vt Herodot. lib. 1. & Pollux lib. 4. Onomast. cap. 23. & Suidas in verbo Ἀρτάβη tradunt.

ARTICVLEIANI Senatusconsulti sententia exponitur in l. 51. §. sed & Articuleiano D. de fideicomm. libert. Puto id Articuleio Pæto Consule factum, qui cum Traiano vna Consulatum gessit.

ARTICVLVS, non pro particula tantum accipitur, id est, præpositione, coniunctionéve, vt *Articulus Tum* in l. 4. D. de condic. & dem. sed & pro qualibet voce ponitur. Proinde verbũ, Est, *Articulus* vocatur in l. 34. §. item scribit, D. de aur. arg. Sic *Articulus, Quisque*, in l. 29. D. de hered. instit. Quinetiam pro Clausula & oratione sumitur vt in l. 27. §. qui suspectam, D. ad Sc. Treb. *De facto hoc Articulo, Quisquis mihi heres erit.* Et, *Articulus do vt des*, l. 5. §. 1. D. de præsc. verb. *Transgrediamur ad hunc Articulum*, l. 22. §. Transgrediamur, D. sol. matr. *Ab Articulo Appellantes*, l. 5. C. quor. appellation. non rec. *Articuli*, pro casibus, seu factorum speciebus, l. 12. D. de legib. *In multis iuris nostri Articulis*, id est partibus, l. 9. D. de statu homin. *In duos Articulos diuisio deducitur*, l. 1. D. de diuisio. rer.

ARTIVM aliæ *Liberales*,l.4.D.de decr.ab ord.fac.l.10.§.angariorũ,D.de vacat.&exc.mun. quas Ouidius *Ingenuas* nõ ſemel vocat. Aliæ *Ludicræ* appellãtur,id eſt,vt Seneca interpretatur,*quæ ad voluptatem oculorum aut aurium tendũt*. *Artem* itaque *Ludicram* Saltatores, Geſticulatores,Mimi,Pãtomimi,Hiſtriones,& alij id genus,nõ item Athletę,Deſignatoréſque facere intelliguntur,l.1.3.& 4.D.de his qui not.infa.Cic.lib.4.de Rep.referente D.Augu.lib.2.de Ciuit.Dei cap.13.*Cum Artem Ludicram,Scenámque totam in probro ducerẽt*.Sic,*Æſopum Roſciúmque Ludicræ Artis peritiſſimos*,Valer.Max.vocat lib.8.cap.10.Idem eiuſdem libri cap.7. *Quapropter non Ludicra Ars Roſcium,ſed Roſcius Ludicram artem commendauit*.Et ita Artes Ludicras accipere debemus apud Columell.in procemio librorum de re Ruſt. Quintilian. lib. de cauſis corrup. eloquent. Plinium in Panegyrico.

Artem Ludicram Facere,l.37.D.de oper.libert.l.14.D.de pœnis,l.42.& l.44.D.de ritu nupt. Vlpian.Tit.13.Regular.& *Exercere*,Quintilianus lib.3. cap.9. vnde Iocus ille apud Plautum Aulularia, *Continuò meum cor Artem cepit facere ludicram*,id eſt, exilire,palpitare,moueri. Sic & *Artem pantomimi exercere*,l.27.D.de oper.libertor.

Ars Æqui & boni,l.1.D. de iuſtit.& iur.*Medicinæ*, l.25.§.1. D.de bon.libert.*Fabrica*, l.19. in fi. D.de inſtruct.vel inſtrum.*Geometriæ*,l.2.C.de malefic.& Math.

Artis Scientia & Profeſſio,Paul.lib.5.Sentẽt.Tit. *Artem à Peritia ſeparat* l.26.§. ſi ſeruus, D. de vſufruct. *Arte ſua vti*,l.vlt.D.de obſeq.

Artes Docere ſeruos,l.6.D.de impenſ.in res dotal. *Artes vetitas Exercere*,l.7.D.de extraordin. crim.

Artifex Homo,l.43.D.de contrah.empt.*Artificem facere ſeruum*,l.32.D.de rei vindicat.

Artifex Voluptatis,l.7.§.dabitur,D.de oper.libert.Sic & *Artifex Voluptatum*, apud Ammian. Marcell.lib.29.*Scenici Artifices* apud Symmach.Epiſt.5.lib.1.Cicero pro Archia, Vet.Gloſſ. *Artifices*, τεχνίται ὑπηρέται τῶν τερπνῶν πραγμάτων.

Artifices Serui, qui aliquod artificium callent,& in aliquo artificio verſantur, l.vltim. D.de oper.ſeruor.l.12.§.item reſpondit,D.de inſtruct.vel inſtrum. Opponuntur his *Mediaſtini*, in d.l.vlt. Hi ſunt qui nullam certam artem exercent, ſed in mediis ædibus præſto & ad obſequia quęque parati ſunt.Feſtus *Artifices dicti,quod ſcientiam ſuam per artus exercent:ſiue quod apte opera inter ſe artent:qua ex cauſa etiam Artes appellatæ ſunt*.

Artificium in Seruis ab *Officio* ſeparatur,l.65.§.1.D.de legat.3.l.24. D. de manumiſſ. teſt. l.4.§.in ſeruis,D.de cenſib.vt & ab operis,l.11.§.planè,D.ad exhib. Sic *Operæ quæ in Artificio ſunt*,ab his quæ *in Officio ſunt*,diſtant,l.26.§. libertus, D. de condict. indeb. Quin & docere Grammaticam,*Artificium vocat*,l.71.D.pro ſocio.

Artificium autẽ *Officio non mutatur*. Et ideò ſi Lecticarius legatus ſit,& is poſtea Cocus fiat, Legatum non extinguitur.l.65.§.1.D.de legat.3.Siquis Textorem, ſed & Oſtiarium fecerit, non ad aliud Artificium,ſed ad alium vſum tranſtuliſſe videtur,l.61.D.de legat.3.

Artificium Conſequi,l.32.D. de rei vindic.*Diſcere*,l.31.D.eod.tit.*Exercere*,l.38. D. de oper.libert.*Diſcere*,l.31.D.de rei vind.*In Artificio verſari*, l. 65. §. ſi vnus,D.de legat.3. *Artificij cauſa in Collegia adſumi*, l.5.§. quibuſdam,D.de iure immunit.*Plura Artificia Scire*,d.l.65.§.ſi vnus.

Artificium omne incrementum recipit,l.65.§.ornaticibus,D.de legat.3.

Artificiis inſtruere Seruos,l.25.D.de pigne.act.l.3.§.C.commun.de legat.l.vn.§. Eunuchi.C. de ſeru.com.man.l.12.§.idem reſpondit,D.inſtr.vel inſtrum.Cicer.3.in Verrem,& Cornel. Nepos in vita Attici.

Artificium,pro commento,fraude,& machinatione,l.15.§.vlt.D.de excuſat.l.vlt.§.vlt.D. de ſuſpect.tut.

ARVNDO l.3.D.arbor.furt.cæſ.*Cædua*,l.40.§.fundum, D.de contrah. empt. *Arundine pro ligno vtuntur in Ægypto*,l.55.§.lignorum.D.de legat.3. *Arundine vti ad palos*, l.9.§. inſtrumenti, D.de vſufruct.*Arundinis millia trecenta*,l.12.D.de ann.legat.*Arbores* dici ait,l.3.D.arbor.furt. cæſ.*Arundinetum*,d.l.9.§.inſtrumẽti.Et apud Cato.de re ruſt.cap.6.*Arundineta*,l.12.§.ſi aliqua, D.de inſtruct.vel inſtru.

ARVVM, Ager in quo ſationes fiunt.*Id Aruum quod in decem annos proximos ſatum erit*, l.4. D.de cenſib.*Si Arui vſusfructus legetur & ibi viuere ſunt poſitæ*,l.10.§.agri, D. quib.mod.vſufruct.At Varro lib.1.de re ruſt.cap.19. Aruum appellari tradit, quod Aratum nec ſatum eſt. Similique modo Feſtus Pomp.*Aruum dicimus Agrum necdum ſatum*.

AS in duodecim Vncias diuiditur,l.13.§.vlt.D.de hered.inſtit. Habent autem & hæ partes propria nomina,ab Vncia vſq; ad Aſſem,puta hęc,*Vncia,Sextãs,Quadrans,Triens,Quincunx, Semis, Septunx, Bes, Dodrans, Dextans, Deunx*, As, l.50. §. vlt. D. de heredib. inſtitut. *Vncia* au-

tem in *Semunciam*,& hæc rurſus in *Sicilicum* ſubdiuiditur,l.8.§.ſi quis impuberi, D. de inoff. Teſtam.l.21.§.filium,D.de annu.leg.& apud Plin.lib.13.cap.15.Inde autem *Sicilicum*,vt Feſt. lib.17.ſcribit,quòd ſemunciã ſecet.Vncia & Semis,*Seſcuncia* appellatur,l.8.§.ſi quis impuberi,D.de inoff.Teſt.l.42.D.de vulg.& pupill.ſubſt.& l.vlt.D.de coniung. cum emancip. lib. l.5. D.de legat.præſtand.l.vlt.C.de liber.præt.Auſoniùs in Technopægn.

Biſſenis partes quis continet æquipares? As.
Tertia defuerit ſi portio,quid reliquum? Bes.

Idem in ratione libræ Edylio xj.------*Si defuit Vncia,totus*
Non erit As,noménque Deunx iam caſſus habebit.
Nec Dextans retinet nomen Sextante remoto:
Et Dodrans Quadrante ſatus auctore carebit:
Diuulſúſque Triens prohibet perſiſtere Beſſem.
Iam Quincunx tibi nullus erit,ſi prima reuellas
Et Semis qui ſemis erit pereuntibus Aſſis
Partibus,& cuius Libræ pars ſeptima Septunx?

Aſſis autem appellatione Solida Hereditas venit.Ita,Ex Aſſe heres,l.19.D.de libert.& poſt. l.59.§.1.& l.vlt.D.de iure dot.l.1.§.vlt.D.de iur.& fac.l.3. C. de iure delib. l.2. C. de hered. inſtitut. & aliis propè innumeris locis. *Ex Aſſe inſtitutus*, l.7. D. de condic.& dem.& aliàs crebrò. Martial.lib.7.Epigramm.

Heredem Fabius Labienum ex Aſſe reliquit.

Plin.Epiſt.1.lib.5.*Quod ſi heredem quidem inſtituiſſet ex Aſſe.* Sidonius Apollinaris Epiſt. 2. lib. 7. Ex *Aſſe heres* . Hereditatem planè in duodecim partes Romanos partiri ſolitos adnotat Galen. lib. 2. περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστῳ ψυχῇ ἰδίων παθῶν, de duodenario numero loquens his verbis. σύμμετρον δὲ εἶναι κείναντες τὸν δωδέκατον, εἰς τοσαῦτα μέρη τὸν ὅλον διέτεμον. ὅπερ δὲ κείσιμον τῇ τοιαύτῃ τομῇ, τῇ πεῖρα βασανίσαντες αὐτὴν, ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Ρωμαῖοι λέγονται, τὴν οὐσίαν ἅπασαν, ὅταν διαιρῶνται, διαιροῦντες εἰς δώδεκα μέρη: καὶ τῶν ἐν τῷ βιῷ γαμῶν τὰ μὲν μείζω, εἰς δώδεκα μοίρας τέμνονται καὶ πλείω.

Aſſe Dato,l.75.D.de hered.inſtituend.*Deſcripto*,l.5.§.1.D. eod.Tit.*Expleto*,l.13.§. vltim.& l.17.§.ſed ſi Aſſe.D. eod. Tit. *Poſt completum Aſſem*,l.coheredi,§.qui diſcretas,D.de vulgar. & pupill. id eſt, *Duodecim Vnciis diſtributis* vt interpretatur Papinianus in l.75. §. filiis, D. de hered.inſt.& contrà,*Aſſe toto non diſtributo*,l.77.D.de hered.inſtit.

Nec Hereditatem modò & patrimonium, ſed & omne quodlibet ſolidum & integrum Aſſis nomine,eiúſque partibus notabant, l.76. D. pro ſoc. Voluſius Metian.in lib. de Aſſe, *Aſſis Appellatio ad rerum ſolidarum, hereditatiſque totius : diuiſio autem eius ad partium demonſtrationem pertinet.*

Itaque fundum Aſſis partibus diuidebant. Vnde *Beſſem* & *Trientem Fundi*, in l.39.§.ſi à me. D.de euictionib. Adde vt *Quadrantes* & *Semiſſem Fundi*,l.8.D.de rei vindicat. *Pretij* quoque *Beſſem* dixit Vlpianus l.12.§.contrario,D.mandati. Hinc *In Aſſem* , in Solidum, ſeu pro Solido ſignificat.Sic in *Aſſem Actio Dari*,l.vlt.D.de donat.*Inſtitui*,l.11.§.1.D.de interroga.in iur. *Impendium reddere*,Plin.Epiſt.15.lib.1.*Pro herede gerere*,l.10.D.de adſ.*Satisfdare*,l.3.§.miſſa,D.de legat.præſt.& l.5.§.ſi ex duobus, D. vt in poſſeſſ. leg. *Satisfacere*,l.1. §.1. D. de ſeparationib. *Vendere*,l.9.D.quib.mod.pign.*Vendicare*,l.40.§.vlt.D.de legat.3.

Ex Aſſe & ex parte Legatum debere,opponuntur,l.1.§.ſi cui,D.vt legator.

Ex Aſſe etiam *Auferri hereditas*,quæ tota aufertur,l.2.D.de his quæ vt indign.

Ex Aſſe & pro parte Poſſidere,l.5. D.qui ſatiſd. qua loquendi forma Sidonius Apollinaris crebrò vtitur :veluti, Epiſt.1.lib.2. Epiſt. 2. vlt. lib. 3. Epiſt. 11. & 12. lib. 6. Epiſt. 6. lib.8. & Epiſt.2.lib.9.Eadémq; figura Columella lib.2.de re Ruſtic.cap.3.*In Aſſe*,ait,*fiunt octo Menſes & Dies decem*, id eſt ſubductis & computatis omnibus diebus.Vſuras etiam Aſſis partibus diſtinguebant, vt libro vltimo docebimus.

Ascendere *in Tectum*,l.3.D.de ſeruo corrup.*Ad Aſcendendum Scalam commodare*, l.54.§. qui ferramenta,D.de furtis.

Ascendentes,vocant,parentes maioréſque noſtros, à quibus geniti & procreati ſumus: vt contrà *Deſcendentes*,eos qui ex nobis prognati ſunt,l.vlt. D. de ritu nupt. Conſtantinop. Hermenop.lib.4.Epit.cap.6.

Ascodro-

ASCODROGITÆ in l. 10. & l. 11. C. de hęretic. (sic enim illic legendum cùm recta ratio docet, tum l. 65. eo. tit. in C. Th.) Hęretici fuere, qui vtrem inflatum in sua Ecclesia positum ac coopertum veneratione prosequebantur, & circa eum lasciuientes more bacchantium discurrebant, auctore Philastrio Brixiensi Episcopo in Hæreseon catalogo.

ASIA *Prouincia*, quæ proconsulari imperio regebatur, l. 6. D. de custod. & exhibit. reor. l. vlt. D. de censib. l. 4. §. quædam, D. de off. procōs. l. 2. §. ab his, D. de orig. iur. Cic. lib. 1. de Diuinit. *Cùm Asiæ prouinciæ præessem.* Tacit. lib. 4. *qui Proconsul Asiam curauerat.* Asiæ autem Proconsulatum, Stat. Papin. lib. 5. Syluar. in Proteptico designat, cùm ait *Quantúsque potentes-*

Mille vrbes Asiæ sortito rexerit anno,
Imperium mulcente Toga.

Asia porrò prouincia, quemadmodum Cic. pro Flacco tradit, constabat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Et quod Herodianus lib. 6. ait πᾶσαν δὲ τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον Εὐρώπῃ, καὶ διαρυμβδίου Αυγαίω τε καὶ τῳ προπόντιδος, Ασίαι τε πᾶσαν κελευμένῳ, ad eos amplos fines pertinet, quibus Pomponius Mela lib. 1. cap. 1. & 2. Asiam circumscribit: quàm latissimè patentem Asiæ appellationem, quæque à Phasi de ad Nilum porrigebatur, Aristides ad maritimas ciuitates coartatam coangustatámque fuisse, auctor est, in Oratione quam de concordia ad Asianas ciuitates conscripsit: in qua, vt & in quarta eiusdem Sophistæ sacra Oratione, perperam interpres Asiæ Prætorem nuncupat, quem Proconsulem vertere debuit. *In Asiam missum libertum ad purpuras emendas*, narrat l. 4. D. de auro argen. τῷ Κοινῷ τῆς Ασίας Diuum Pium rescripsisse refert Modestin. in l. 6. §. 1. D. de excusationib.

Hinc *Asiani*, l. 4. §. quædam, D. de offic. proconsul. & apud Quintilianum lib. 8. cap. 1. & lib. 12. cap. 1. pro Asiaticis. Sic *Asiana Diœcesis*, l. 5. C. de metallar. lib. 11. l. vlt. C. de temporib. reparationib. l. vnic. vt nemo ad suum patrocinium lib. 11.

Asiarchia, l. 6. §. ἐθνάς, D. de excusationib. sacerdotium Asiæ prouinciæ significat, cuius fit mentio in l. 8. D. de vacat. & excusat. & apud Aristid. sacra oratione 4. Cuiusmodi Sacerdotio qui fungebantur *Asiarchæ* dicebantur, l. vlt. de expens. ludor. in Cod. Theod. vt S. notaui in voce Alytarches.

ΑΣΗΜΩΣ loqui dicitur in l. 8. D. de ædilic. edicto, cuius vox absque intellectu & significatione est.

ASINVS *Machinarius*, in l. 60. §. vlt. D. de legat. 3. & l. 12. §. si aliqua, D. de legat. 3. quid significet, exponam lib. 11. *Asina Molendaria*, l. 18. §. Asinam, D. de instr. & instrum.

ASPARGINE, in l. 4. §. cum autem, D. de lege Rod. id est, περικλύσμασι, vt Glossar. vetus interpretatur. Vtuntur & hac voce Virgil. lib. 3. Æneid. Ouid. lib 3. Metamorphos. Plin. lib. 36. cap. 22. Silius Ital. lib. 4. & 14. Ammian. Marcell. lib. 13.

ASPECTV *Atrox iniuria æstimari*, l. 2. D. de feriis: veluti si quis Prætori dentes excussos ostendat, vt est apud Iuuenalem Sat. vlt. *Ex Aspectu corporis Ætas probata*, l. 32. D. de minorib. id est, *ex inspectione habitudinis corporis*, vt loquitur Iustinianus Instit. Tit. quib. mod. tut. finit. Sic in l. 3. C. si minor. se maior. *Si alterius circumueniendi causa minor ætate maiorem te Aspectu probare laboraueris.* *Aspectus Auri*, l. 32. §. Auro, D. de auro argen. *Ex Aspectu Vasorum*, l. 32. §. Neratius, D. eod. tit. *Aspectus Publicus*, l. 2. C. de ædific. priuat.

ASPERITAS *Dominorum*, l. 1. D. de his qui sui, & §. sed & maior. Instit. eod. tit. *Quæstionis*, l. 15. D. de quæstionib.

ASPERNARI, recusare significat, l. 1. D. quod quisque iur. *Non Aspernatur Prætor consilium*, l. 8. D. de collatio.

ASTROLOGVS in l. 15. §. si quis, D. de iniur.

ASSVRIVS *Sermo*, l. 1. §. vlt. D. de verb. obligat.

Ἀστυνομικὸι, in l. 1. D. de via pub. quæ ex Papiniani Astynomico singulari sumpta est, eos significat qui Ædilitatem in Municipiis gerunt, ad quos Viarum cura pertinet.

ASYLVM, l. 17. §. apud, D. de Ædil. edic. Seruius in 8. Æneid. interpretatur *Templum misericordiæ, vnde nullus posset Abduci.* Dionys. Halicar. lib. 2. de Romulo, ἱερὸν αὐτῆς Ασυλον ἱκέταις, ᾧ Ναὸν ἐπὶ τύτῳ κατασκευασάμενος, τοῖς καταφεύγουσιν εἰς τῦτο τὸ ἱερὸν ἱκέταις, τῦ μηδὲν κακὸν ὑπ' ἐχθρῶν παθεῖν ἐγγυητὴς ἐγένετο. Liuius lib. 35. *Vbi & in fano, lucóque, ea religione, & eo iure sancto, quo sunt Templa, quæ Asyla Græci appellant.* D. Augustin. lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 34. *Romulus & Remus Asylum constituisse perhibentur, quò quisquis confugeret ab omni noxa liber esset.* Statius, *commune animantibus ægris confugium* vocat, lib. 2. Thebaid. Plutarch. in Romulo ἱερὸν φύξιμον appellat. In quod ait, ἐδέχοντο πάντας, ὅτε Δεσπόταις δοῦλον, ὅτε ὑπὲρ χρη-

τοῖς, ὅτ' ἀρχὴν ἀνδροφόνον ἐκδιδόντες. Tiberium porrò ius morémque Asylorum, quæ vsquam erant, aboleuisse Sueton. in eius vita cap.37.narrat,quod pluribus verbis,addita eius facti ratione, Tacit. lib. 4. Annal. refert.

ATAVVS est Abaui vel Abauiæ pater, Proaui vel Proauiæ AVVS, AVI AVIÆQVE PROAVVS, matris vel patris Abauus,l.vlt.§.quinto gradu, D. de gradib. & adfinib.Festus Atauum inde dictum censet,quod sit *Aui Ata*, seu *Tata*, id est *Pater, vt pueri vsurpare solent*. Cic. pro Cœlio, *Non Auum, Proauum, Atauum audieras Consules fuisse*.

ATEIVS *Capito*, maximæ auctoritatis Iurisconsultus,qui & Consul fuit, l. 2. §. post hoc quoque, D. de orig. iur. Eius Consulatus fit mentio in l. 29. D. de ritu nupt. Nec Consulatum modò sed alios quoque honores gessit.Munatio namque Planco,& Gaio Silio Coss. quemadmodum Frontinus libro 2. de Aquar. ductibus scribit, Curator AQVARVM factus est. Tiberij deinde temporibus, Druso Cæsare,& Norbano Flacco Coss. cùm Tiberis cõtinuis imbribus auctus plana vrbis stagnasset, eius coërcendi cura eidem, cum Lucio Aruntio, mandata est, vt Tacit.libro 1.scribit.Verum operæpretium est de eo eiusdem Taciti lib. 9. Annalium verba subiicere, quæ ita habent. *Capito Ateius, de quo memoraui, principem in ciuitate locum studiis ciuilibus adsecutus, sed auo Centurione, Sullano patre PRÆTORIO, Consulatum ei adcelerauerat Augustus, vt Labeonem ANTISTIVM ijsdem artibus præcellentem, dignatione eius Magistratus anteiret*. Fuit certe ad obsequium principum non sine adulationis reprehensione pronus,qua famam suam maculasse dehonestatsèque dicitur. Id adeò ex eo intelligitur, quòd Tiberio vetante, L. Ennij Equitis Romani nomen inter eos recipi cùm is maiestatis postularetur, quòd effigiem principis ad vsum promiscuum argenti vertisset, noster hic Ateius, quemadmodum Tacit. memoriæ prodidit, per libertatis speciem Imperatori blandiens, non debere patribus ius de reo cognoscendi statuendique eripi censuit: nec tãtum facinus impunitum relinquendum. Auctor est Suetonius in libro de Claris Grammaticis,à Marco Pomponio Marcello Tiberium in Oratione reprehensum : adfirmante verò Capitone, verbum quo de quæstio erat, & Latinum esse,&,si non esset,futurum certè: *Iam mentitur*,inquit,*Capito. Tu enim, Cæsar, ciuitatem potes dare hominibus, verbis non potes*.Itaque cùm se totum principum seruitio mancipasset,Antistium Labeonem æqualem suum,non minus quàm Horatius insaniæ arguebat. Ei rei testimonio est, quod Agellius lib. 13. cap.12. scriptum reliquit. *In quadam, Epistola Ateij Capitonis scriptum legimus, Labeonem ANTISTIVM legum atque morum populi Ro. iurisque ciuilis doctum apprimè fuisse. Sed agitabat, inquit, hominem libertas quædam nimia, atque vecors: vsque adeo vt Augusto iam principe & Rempub. obtinente,ratum tamen, pensumque nihil haberet,nisi quod iustum sanctúmque esse in Romanis ANTIQVITATIBVS legisset*.

Sanè is diuini humanique iuris peritissimus fuit,& si quis mihi fidem nõ habeat Macrobio habeat.qui lib.6.cap.13.eum *Pontificij iuris inter primos peritum* vocat. Argumẽto sunt eius libri, Agellius enim lib. 1. cap. 6. verba quædam eius ex quinto librorum quos *de iure Pontificio* composuerat, citat. Festus quoque Pompeius eius librum sextum *Pontificalem*. Macrobius verò lib.3.cap.10.librum eius *de iure Sacrificiorum. Collectaneorum*,item,an *Cõlectaneorum* libros scripserat. *Collectanea* appellantur apud Agellium lib.2.cap.24.Ex iisque librum octauum qui, de *Iudiciis publicis*,inscriptus erat,idem Agellius lib.4.cap.14.citat: quem ego librum ab eodem auctore lib.10.cap.6.significari crediderim,quò loci *Cõmentarium de publicis Iudiciis*,Capitonis laudat. At in eiusdem Agellij codicibus lib.20.cap.2.& apud Nonium Marcellũ,in voce *Siticines, Conlectanea* appellantur. Eius quoque Epistolas Agellius lib. 13.cap.12. laudat. Scripserat & librum de *Officio Senatoris*, teste eodem Agellio lib.4.cap.20. citatur & à Plinio lib. 14.cap.13.sed enim apud eum lib.2.cap.24.corruptum eius nomen est.Citatur & nomine Capitonis ATEIJ,à Festo in verbis,*Porcam, Propudianus, Reus promittendi, Rutilæ*. Rursus ATEIJ Capitonis nomine,in verbis *Sinistrũ, Stellam*.Citatur quoque *Capitonis* nomine à Proculo, in l.13.D.de seruit.vrban.præd.& *Ateij* nomine,in l.79.§.vlt. D. de iure dot. & l.30.§.vlt.D.de legat.3. *Ateius Seruium respondisse scripsit*, l. 39. §.vlt. D. de aur. arg. & l.79. §. vlt. D. de iure dot. *Apud Ateium relatum est*,l.2. §.apud, D. de aq.& aq.

ATHLETÆ qui virtutis gratia palæstra exercentur, l. 4. D. de his qui not. infam. l. 6. §. Vlpianus, D. de excusationib. l.vlt.§. si fœnerator, D.quod met. cau.l.5.C.quæ res pign.l. 2.D.de re iud.l.5. D. de naut. fœn.

ATILICINVS, non leuis iuris auctor: cuius complures in libris nostris extant sententiæ:quæ à posterioribus Iurisconsultis,nullo neque libro, neque libri indice,adscripto,laudantur. Is aliâs Proculo anteponitur, vt in l.27. D. de pactis, aliâs postponitur, vt in l.5.D. de seruitut. præd. rust. & l.21. §.si quis ex litigatoribus, D. de recep. qui arbit. Itaque vter

vtro

vtro antiquior fuerit, dubium est. Verùm omnem dubitationem ipsemet Pomponius eximit, qui Atilianum citat in l. 48. D. de legat. 1. Ac forte (nihil enim adfirmo) is est qui Proculum per literas consulit in l. 17. D. de pactis dotal. Ex hoc Cæsaris ad Statilium Taurum Rescriptum refertur in l. 35. D. de seruit. præd. rust.

ATINIA lege cauebatur, vt ne res furtiua vsucaperetur, nisi in potestatem eius, cui subrepta esset, reuersa fuisset, l. 4. §. quod autem, l. 31. D. de vsucapio. l. 215. D. de verb. signific. Plebiscitum autem fuit teste Agellio, lib. 18. cap. 7.

ATNEPOS (vel vt in Pandectis Florentinis vatiè scribitur) *Adnepos Adneptis*. Hi sunt Abnepotis, vel Abneptis, filius, filia: Pronepotis vel Proneptis, Nepos, Neptis: Nepotis, vel Neptis, Pronepos, Proneptis: Filij, vel Filiæ, Abnepos, Abneptis, l. 1. §. quinto & l. vlt. §. quinto, D. de gradib. & adfinib.

ATRIENSES *Serui* qui atrium obseruant & custodiunt, l. 15. §. 1. D. de vsufr. l. 8. D. de instr. vel instrum. l. 203. D. de verb. signific. & apud Cicer. 5. Paradox. Qui & *Atriarij* in l. 1. §. caupones, D. nautæ, caupo. Vetus Glossarium Latino-Græcum, *Atrienses*, Ναιτάριος, Ναιταύρης. Et in lib. de Offic. Proconsul. hanc significationem reperiri adnotat. Aliud Vetus Glossarium Latinum, *Atriarij*, seu *Atrienses, sunt custodes Atrij*.

ATROX *Iniuria*, l. 2. & 3. D. de feriis, l. 7. §. vlt. D. de iniur. l. 38. §. liberto, D ad Leg. Iul. de adulter. l. 4. C. de decurionib. Ea fit, aut Persona, aut Tempore, aut Re ipsa, d. l. 7. §. vlt. & l. 8. & l. 9. D. de iniur. §. atrox. Institut. eod. tit. Arnob. lib. 4. aduers. Gent. *Ac ne vestras aures conuicio aliquo petulantiore pulsaret, de Atrocibus formulas constituistis iniuriis.*

Atrox Persona, & Famosa, l. 3. D. de offic. præf. vig.

Atroci Manu illata, l. 6. §. 1. D. de agnosc. & alend. liber. *Atrox Seditio*, l. 3. §. qui seditionem, D. de re milit. *Vis*, l. 1. & l. 3. D. quod met. cau. l. 1. §. hoc interdictum, D. de vi & vi ar. vt *Atrox valetudo*, apud Tacit. lib. 4. Annal.

Atroces Abactores, in Lege Dei, Tit. 11. *Atrociores fures, & Effractores*, l. 1. §. vlt. & l. vlt. D. de effractoribus.

Atrocius crimen, l. 37. D. de minorib. *Atrocius & Leuius factum*, opponuntur, l. 16. §. qualitate, D. de pœnis. *Atrociora Maleficia*, l. 8. D. de quæstionib.

Atrocitas Facinoris, vel *Sceleris*, l. 157. D. de diuers. reg. l. 1. §. ex interdicto, D. de vi & vi arm. l. 1. C. de precib. Imp. Sueton. in Caligula cap. 12. *Iniuriarum*, Cicer. lib. 2. de Inuēt. *Verborum*, l. 4. C. de obseq. patro. l. 9. C. de his quæ vi. *In Atrocitate non debet patria potestas consistere*, l. 5. D. de Lege Pomp. de parricid. *Atrocissimè Tractare Ancillas*, l. 2. §. vlt. D. de his qui sui, & in Lege Dei, Tit. 3.

ATTESTARI *vicinos*, Paul. l. 2. Sentent. Tit. 27.

ATTILIA lex iubebat mulieribus pupillísve non habentibus tutores, dari à Prætore & maiore parte Tribunorum plebis, quos *Tutores Attilianos* appellabant. Vlpian. Regular. Tit. 11. Iustin. Institut. de Attiliano tut.

ATTINGERE *Bona* Heres dicitur qui iis se immiscet, & ea adprehendit, l. 1. §. vlt. D. de separationib.

Sic & *Attingere Hereditatem*, l. 1. §. nonnunquam, D. si mulier vent. nom. *Minimum ex hereditate*, Cic. lib. 11. de Finib. & contrà, *Nihil Attingere hereditarium*, l. 88. D. de adquir. vel omitt.

Attingere Metropolim, l. 4. posthac. D. de Offic. Proconsul. *Pecuniam*, l. 20. §. Papinianus, D. de heredit. pet. l. 62. D. de rei vind. *Personam*, l. 86. §. cùm seruus D. de legat. 1. *Tutelam*, l. 10. §. vlt. D. de appellat. l. 1. §. vlt. D. de eo qui pro Tut. l. 7. §. 1. D. de Tutelis, & contrà. *Non Attingere*, l. 10. §. vlt. de appellationib.

Attingere Cognatione, vel Adfinitate, l. 5. D. de iniuriis. *Attingi Hereditas*, l. 25. §. si quis, D. de heredit. petit.

Attingi Suspicione, aut Conscientia, l. 1. §. si quis, D. de Sc. Silan. *Vinculis*, l. 4. C. de pact. conuent.

AVCTIO, vt Victori. *Afer* in lib. de Orthographia tradit, ab Augendo ducta est. *Ex Auctione emere*, l. 2. §. Tutor. D. pro emptore. *Sub Auctione licitanda*, l. 5. C. de fide instrument. lib. 10. *Auctionem facere*, Plautus non semel. Cicer. 6. in Verr. lib. 2. Epist. ad Q. Fratr. & l. 12. ad Atticum. *Auctionis diem Obire*, idem Cicer. pro Roscio Amerin. & lib. 13. Epist. Famil. id est die quo Auctio proscripta & proposita est, adesse.

Hinc *Auctionalia*, in l. 1. §. officio, D. de Tutella. & Rationib. quæ *Auctionariæ Tabulæ*, apud Cicer. 2. in Catil. & de Lege Agraria vocantur, & *Auctionales*, à D. Ambrosio: Basilica, τραπεζιτικὸς λόγος interpretantur, idcirco, vt quidem existimo, quòd apud Argentarios Licitationes Auctionésque fieri, & Adiectiones admitti solerent: quarum probatio eorum Codicibus continebatur.

Attingere Bona Heres, diciturqui iis ſe immiſcet & ea aǽprehendit, l.1.§.vlt.D. de ſeparat.

AVCTORARI, auctorem fieri, auctoritatémque adcommodare & interponere ſignificat, l.4.D.de auctor.& conſ.l.9.D.quod fal.Tut.

AVCTORATVS *depugnandi cauſa*, in Lege Dei.Tit.9.

AVCTORATOS autem Acron in Satyr.7.lib.2.Sermo.Horat.appellatos ab antiquis tradit, qui ſe ludo vẽdiderant:& Auctorationem, Gladiatorum venditionem. Itaque in Vet.Gloſſ. *Auctoratus*, definitur αὐθαιρέτως εἰς ὅλον ἑαυτὸν βάλλων, ἢ μονόμαχος. Sic apud Quintilianum Declamatio.302.quæ inſcribitur, *Auctoratus ad ſepeliendum patrem. Quidam*, ait, *vt patrem ſepeliret, Auctorauit ſe.* Seneca in lib.de Apotheoſi Claudij, *ſed & proximo munere inter noxios auctoratos.* Liuius lib.7. *Eo enim pignore, veluti Auctoratum ſibi proditorem ratus eſt.* Et inde, *Auctoramentum Gladiatorum*, in Lege Dei, Tit.4.& apud Sueton. & in Tiber. & Quintil. Declam. 9. *Auctoramentum Militiæ*, l. 1. de quæſtion. in C. Th.

AVCTORES dicuntur à quibus ius in nos tranſiit l.136.in fi.D.de diuerſ.reg. & à quibus cauſam habemus: idcircò quòd nos re auxerint. Auctorem enim ab Augendo dictum Soſipater lib.1.cenſet. Itaque *Auctorũ* appellatione plerunque vẽditores demõſtrantur, l.4.§.vlt. l.52.§.vlt.D.de actio.empt.l.28.l.51.l.64.D.de euict.& l.3. D.de diuerſ. temp.l.15.D. de minorib.l.4.§.1.D.de appellat.l.198.§.penul.D.de diuerſ.reg.iur.l.1.in fin. D.de fluminib.l.21. D.de liber.cauſ.l.vlt. D. de adminiſtr.rer. Et hi ſunt primi Auctores. *Secundi* verò Auctores dicebantur qui pro euictione fideiubebant, l.4. D. de euictio. qui βεβαιωταὶ à Iuſtinian. vocantur Nouel.4.Itaque in Vetuſto Gloſſario, Secundus Auctor, βεβαιωτὴς redditur. *Venditionis confirmatores* à Iuliano Patricio. Atque vt *Auctor* ita & *Auctrix*, l.16.C.de euictionib.

Auctorem Laudare, l.6.§.ſi tibi iter, D.de actio.empt.l.2.C.eod.tit.l.63.§.1.D. de euictionib. l.7.C.eo.tit.l.2.C.de in lit.dan.tut.Cicer.3.de Orat.id eſt Nominare, vt Agell.lib.2. cap. 6. & Feſtus lib.10.exponunt.

Auctori Denuntiare dicitur Emptor. *Auctor* ipſe verò vel *Adeſſe ad agẽdam cauſam*, vel *Defugere*, l.139.D.de verb.oblig.l.39.in fi.D.de euictionib.l. 1. C. de peric. & commo. rei vend. Huiuſmodi *Auctor*, vel *Bonus*, *Locuples*, *Idoneus*, eſt: vel contrà, *Malus*: Et ſic *à Malo Auctore emere*, Cicer.lib. 7.in Verrem.

Auctor Damni dandi, l.4.§.hoc edicto.D.vi bon.rapt. *Doli*, l.9.§.vlt.D.de tributor. *Libertatis*, l.3.C.de donat.quę ſub modo. *Operis*, l.11.§.1.D.de aq.& aq.pl. *Seditionis*, l.3.§.item qui, D.ad L.Corn.de ſicar. *Auctores cædis*, l.7.C.de his quæ vt indign. *Auctores Seditionis & Tumultus*, l.3. §. item qui ſeditionis, D.ad L.Cornel.de ſicar.& apud Paul.lib.5.Sentent.Tit.22.

Auctores etiam fuiſſe *Senatui* aliquid cenſendi dicebantur Impp.cum in eorum ſententiam, quam Oratione in Senatu habita & recitata, expreſſerant, aliquid decernebatur. Sic Antoninus Oratione in Senatu habita *Auctor fuiſſe Senatui cenſendi*, l. 32. D. de donat. inter vir. Et Ampliſſimum Ordinem *Auctore D.Marco* cenſuiſſe, ait lex 5.C.de excuſ.tut. Ita *Auctore Traiano* facta Senatuſconſulta legimus in l. 1. C. de petit.hered. & l. 5. D. de magiſtr. conuen. & *Auctore Hadriano*, apud Vlpianum lib.Regul.Tit.4.& Tit.25.Suetonius in Veſp.cap.11. *Auctor fuit Senatui decernendi, &c.* Sic *Auctores Legis* in Lege Dei, Tit.4.

Auctores quoque dicebãtur qui mulieribus propter ſexus infirmitatem dabantur, ſine quib. nec vllam quidem rem priuatam agere poterant, vt ait Liuius lib.40.meminit Cic.Topic.& pro Flacc.Senec.l.2.Controuerſiar. *Auctores Iuris*.l.32.D. de vſuris, l.6.C.de dona.inter vir. l.1.C.quib.ad libert.l.3.C.de repud.l.1.C.de iniur.& apud Agell. lib. 5. cap. 19. Idem lib.2. cap.10.Seruium Sulpit.Iuris Ciuilis Auctorem vocat.& Ita *Proculum non leuem Iuris Auctorem* vocant Diui Fratres in l. 17. D. de Iure Patronat. Sic Velleius Patercul. Scæuolam *Diuini atque humani Iuris Auctorem*:& Sextus Aurel. Victor in Alexãdro Vlpianum & Paulum *Iuris Auctores*. Aggenus Vrb. Commentar. Frontin. *Caſſius Longinus Iuris Auctor*.

Sed & Prudentes ac Iuriſconſulti, *Auctores*, abſolutè vocantur l.1.§.1. D.de vſufruc.adcreſ. l.8.C.de appellation. l.3.C.de adquir.& retin.poſſ.l.vlt.C.de neg.geſt.& apud Cicer.lib.1. de orato. *Auctores Scholæ*, Inſtit. de empt.& vend.

Auctore Iudice, l.137.D.de diuerſ.Regul.l.14.§.1.D.de relig. *Auctore Prætore deferri iuſiurandũ*, l.5.§.qui opus, D.de oper.nou.nunc. *Poſſidere*, l.1.§.ſi pecunia, D.depoſiti, l.11.D. de adquir. poſſeſſ. *Tranſactio fieri*, l.8.D.de tranſactionib.

Auctore Prætore, vel Præſide, l.1.C.de præd. minor. *Auctorem habet Prætorem*, l.1. §. quæſitum, D.quod legator.

Auctor prætereà appellatur, is cuius auctoritate quid fit, geritur, cõtrahitur. Sic *Tutore Auctore Pupillus, Contrahere, Adire hereditatem, Abſtinere, Rupudiare*, & alia id genus facere, dicitur.

Auctor fieri dicitur, qui auctoritatem accommodat, interponitur, l. 11. D. de adoptionib. l. 31. D. de vsurpation. Vlpian. Tit. 12. Regular. Sic *Auctor fieri ad Litem*, l. 27. D. de Testam. tut. Planè *Auctorē fieri*, hoc est, dicere probare se id quod agitur, l. 3. D. de auct. & consens. Nec enim præsentia corporis sufficit ad Auctoritatem, si Tutor vel somno, vel morbo oppressus taceat, vel inuitus retineatur, l. 1. §. vlt. eo. Tit. Nec multum interest, ab fuerit Tutor cum negotium cõtraheretur, an præsens ignorauerit quale esset quod contraheretur, l. 14. D. eod. tit. Atque ita *Prætorum, Tutorúmque Auctoritatem* accipimus, Tit. de Auctorit. Tut. & l. 8. D. de transactio. *Auctoritas* autem, *Accommodari*, Interponi & Interuenire dicitur.

AVCTORITAS, pro iure dominij in 12. Tab. vsurpabatur, vt & in Lege Atinia. *Auctoritatem, actionem pro euictione*, Venuleius interpretatur in l. vlt. D. de euiction. quam Græci βεβαίωσις δίκην vocant, vt Pollux lib. 8. scribit. Plaut. Trinummo Act. 1. Sc. vlt.

Si exquiratur vsque ab stirpe Auctoritas.

Hoc sensu Paulus lib 2. Sentent. tit. 17. *Venditorem Auctoritatis munere obnoxium*, & *Auctoritatis duplo tenus obligari*, dixit. Sic *Auctoritatem præstare*, Cicer. pro Cluent. *Promittere*, Seneca lib. 4. Natur. Quæst. & contrà, *Auctoritatem defugere*, Plautus Pœnulo, Act. 1. Sc. 1. Terentius Eunucho Act. 2. Sc. 3. Cicero pro Sylla.

Hinc *Instrumenta Auctoritatis*, quibus origo rerum & probatio iuris nostri cõtinetur, quæ vulgò Titulos adquisitionum appellamus, l. vlt. D. de pigner. act. & apud Senecam Controuers. 22. lib. 4. vbi, quæ *Emptionis Tabulæ*, primùm, eædem postea *Auctoritatis Tabellæ* appellantur. *Instrumenta ad probationem originis Prædiorum*, appellat, l. 24. C. de fideicommiss. Tertullia. in lib. de præscript. aduers. hæret. *Habeo Origines firmas ex ipsis Auctoribus, quorum fuit res.*

Auctoritas Augusti, Instit. quib. non est permiss. fac. test. in princ. & Tit. de codicillis in prin. & l. 2. §. primus, D. de origi. iuris. *Auctoritas Patrum*, l. 2. §. ita in ciuitate, D. de orig. iur. *Prudentium*, l. 7. D. de iustit. & iu. l. 2. §. his legibus, D. de orig. iur. *Auctoritate Publica*, l. 2. §. exactis, D. de iustit. & iur. l. 2. §. his legibus, D. de origine iuris.

Auctoritas Contractus, l. 1. C. si antiquior. *Decreti*, l. 50. D. ad Sc. Trebell. *Defuncti*, l. 7. D. de ann. legat. *Edicti*, l. 3. D. de edendo. *Fiscalis*, l. 2. C. quib. ad libert. *Hippocratis*, l. 12. D. de statu hom. *Iudiciorum*, l. 5. §. vlt. D. de hered. pet. *Iubentis*, l. 1. C. si in caus. iudic. *Iudicis*, l. 12. C. de rescind. vendit. *Iudicati*, l. 1. C. qui pro sua, l. 7. C. de sentent. & interlocut.

Auctoritas Iuris, l. 50. D. ad Sc. Trebell. l. 1. C. de condict. ob caus. l. 2. C. ne filius pro patre, l. 36. D. de statuliber. l. 8. C. de transactionib. l. 112. §. vlt. D. de legat. 1. l. 1. C. si aduers. fisc. l. 6. & l. 14. C. ad Sc. Maced. l. 39. §. tutor datus. D. de administr. & peric. *Iuris Ciuilis*, l. 6. C. de rer. permut. *Publici Iuris*, l. 4. C. de incolis, l. 2. C. qui morbo se excus.

Auctoritate Iuris declaratur, l. 7. C. qui potior. *Manifestatur*, l. 5. C. de exceptionib. *Responsum*, l. 6. C. de pact. conuen. *Auctoritate iuris improbatur pactum*, l. 3. C. de collationib. *Sub Auctoritate iuris scientiæ*, l. 91. §. sequitur, D. de verb. oblig.

Auctoritas Legis, l. 4. C. ad L. Iul. de adult. *Legis Falcidiæ*, l. 10. C. famil. erciscund. *Legum*, l. vlt. C. de except. l. vlt. C. de iur. & fact. ignor. *Magistratuum*, l. 3. §. 1. D. de reb. eor. *Præsidis*, l. 2. §. vlt. D. de oper. publ. l. 2. C. si propter public. l. 3. C. de præd. min. *Præsidis Prouinciæ*, l. 23. D. quę in fraud. cred. l. 5. C. de patria potest. l. vlt. C. si in caus. iudic. *Prætoris*, l. 5. §. si pupillus, & §. si fundus, & §. fundum, D. de reb. eor. *Principis*, l. vlt. D. quis & à quo appell. l. 4. D. de admin. rer. l. 3. D. de oper. pub. l. 63. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. l 9. §. propriè, D. de diuis. rer. l. 2. D. de Adoptionib. & institut. eod. tit. l. vlt. C. si in causa iud. *Auctoritas Reiiudicatæ*, l. 3. §. idémque, D. de rebus eor. l. 27. D. de inoff. testam. l. 14. §. vlt. D. de appellation. l. 5. C. de re iud. l. 4. C. de sent. & inter. *Rerum perpetuò similiter iudicatarum*, l. 38. D. de legibus. *Rescripti*, seu *Rescriptorũ*, l. 2. C. de appell. l. 3. C. si min. l. 3. C. vnde vi, l. 5. C. de reu. don. *Rectoris Prouinciæ*, l. 2. C. de seru. Reip. l. 10. C. de pign. *Senatusc*õ*sulti*, l. 15. §. 1. D. ad L. Corn. de falsi. l. . D. de collegiis, l. 9. D. de reb. eor. l. 5. & l. 14. C. ad Sc. Maced. l. 14. C. de don. inter vir. l. vlt. C. si adu. don. l. 7. & l. 11. C. de prę. d. min. l. vlt. C. de his qui sibi adscrib. *Senatus*, l. 2. D. de vsufr. ear. rer, *Sententiæ*, l. 18. D. de accusationib. l. 16. §. si plures, D. de pignor. l. 3. C. de ingen. manum. l. 1. C. quando prouocare. *Tuberonis*, l. 7. D. de supellect. leg.

Auctoritate cognoſcentis Aboleri Accuſatio, l. 1. §. accuſationem, D. ad Sc. Turpill. *Auctoritate Iudicis intercedente*, l. 2. C. de reſcind. vendit. *Niti*, l. vlt. C. de ſentent. quæ ſine. *Protegi*, l. 6. C. quod cum eo.

Auctoritate ſua diſtrahere Bona, l. 6. §. qui iudicati, D. de re iudic. *Diuidere*, l. 4. C. qui bon. ced.

Ex Auctoritate *Præſidis*, l. vlt. C. ſi in cauſ. iudic. *Principis*, l. 63. §. vlt. D. de adquir. rer. do. *Seueri*, l. 92. D. de condic. & dem.

Auctoritas Interuenire, l. 8. C. de nuptiis. *Auctoritatem Præſtare*, l. 19. §. ſufficit, D. de admin. & peric. *Auctoritas Perſcribi*, quo ſenſu in Senatuſconſ. olim diceretur, expoſui lib. 2. de Formulis. *Accommodare & Interponere*, vide ſuis locis.

Avctoritates Magiſtratuum, pro literis, & Edictis quæ publicis locis proponuntur, aliquid iubentes, vetantéſve, l. vlt. C. de fabricenſib. lib. 11. l. 10. C. de aquæductu, lib. 11. l. vlt. de cenſu ciu. non adſcrib. in C. Theod. l. 1. ſi cer. pet. chirog. in eod. C. Nou. Valentinia. de Indulgent. debit. Sic & in Caſſiodoro aliquoties, & in Beatorum Paſſionibus, vt vocant, hoc verbum accipitur.

Avcvpandi *gratia fundum ingredi*, l. 3. D. de adcreſc. dom. *Ab Aucupe pantheram emere*, l. 11. § vlt. D. de actionib. emp. *Aucupes ſerui*, l. 99. D. de legat. 3. l. 129. §. Labeo, D. ad L. Aquil. *Aucupibus reſcriptum*, l. 16. D. de ſeruit. præd. ruſtic. *ab Aucupio Reditus Agri*, l. 12. §. ſi quis eodem, D. de inſtr. vel inſtrum. *Aucupiorum Reditus*, l. 9. §. Aucupiorum, D. de vſufructu.

Avdacia *Furoris*, l. 7. C. vnde vi, l. 3. de aquæductib. in C. Theod. Optat. Afer lib. 5. *O rabidam furoris audaciam.* Vigilius lib. 1. contra Eutychen: *Illud etiam ſolita furoris Audacia reprehendere ſolet. Eodem modo temeritatis Audaciam*, legimus in Epiſt. Conſtantij, apud eũdem auctorem. *Quantæ Audaciæ ac Temeritatis ſint Publicanorum factiones*, l. 1. D. de publican.

Audacior factus hac ſpe, l. 1. D. ſi is qui teſt. lib. *Audaciſſimus quiſque*, l. 1. §. ſed & ſi quis, D. de Carbon. edict.

Auſim dicere, l. 1. §. 1. D. de ſuis & legit. *Si Audeat dicere debitor*, l. 6. C. de ſeruo pign. da.

Audenter poſſis dicere, l. 29. §. videndum, D. de liber. & poſt. *non Audenter itaque dicitur*, l. 1. §. vlt. D. ſi quis hered. pet.

Avdire, Iudex, Præfectus vrbi, Præſes, dicitur qui cognoſcit. Sic *Audire Cauſam*, l. 26. D. de appellationib. *Crimina*, l. 6. D. de accuſationib. *Cuſtodias*, l. 18. §. vlt. D. de quæſtionib. l. 12. D. de publ. iud. & apud Sueton. in Domitia cap. 17. *Ex Interdictis*, l. 1. §. ſi quis, ſeruum, D. de offic. præf. vr. *Propitiis Auribus Mulierem*, l. 33. D. de iure dot. *Querelas*, l. 12. §. vlt. D. de re milit. *Scelera*, Iuuenal. Sat. 13.

Audiri Cuſtodiæ pro Tribunali, vel de Plano, l. 18. §. vlt. D. de quæſtionib. *Rei*, l. 1. D. de furib. balnear. *Audita Cauſa*, l. 27. §. vlt. D. de liber. cau.

Audiri, vel *non Audiri debere*, ſeu *Audiendi eſſe*, vel *non*, qui aliquid Deſiderãt, Poſtulant, Offerunt, Volunt, dicũtur, ſi eorum iuſtum vel iniuſtum eſt deſiderium, ſi æqua vel iniqua poſtulatio. *Audiri debet*, l. 12. D. de vulg. & pup. l. 46. D. de procurator. l. 3. §. ſi quis minor. D. de minorib. *An Audiri debeat*, l. 11. §. quæ propter, D. ad L. Iul. de adulter. *Audiri eum oportere ſi velit*, l. 44. §. vlt. D. de fideic. libert. *Audiri poteſt Reus ſi ſatisdationem dare paratus ſit*, l. 7. §. 1. D. qui ſatis. cog.

Audiendi heredes ſi repetere velint, l. 34. D. de negot. geſt. *Audiendi eſſe qui actionem ſibi dari poſtulant*, l. 4. D. de Sc. Sylan. *Audiendus qui poſtulat ſuo nomine litem ſuſcipere*, l. 64. D. de procurator. *Audiendus eſt*, l. 123. D. de legat. 1. *Audiendi ſunt cum deſiderant*, l. 56. D. locati. *Hactenus erit Audiendus ſi*, l. 25. D. de procuratorib. *An Audienda eſſet dicendo*, l. 41. §. ſorore, D. de fideic. libert. Denique *Audiendus eſt*, & *Repellendus eſt*, opponuntur, l. 24. §. Scæuola, D. de minor.

Audiri non debet debitor, l. 6. C. de ſeruo pignor. da. *Non Audietur Reus ſemel delatus, ſi velit, &c.* l. 2. §. qui hoc, D. ad L. Iul. de adulter. *Nec Audiri debebit*, l. 78. §. ſi fundus, D. de iure dot. *Audiri non oportere ignauiam prætendentes*, l. 78. §. etiam, D. de legat. 2. *Non facile apud Iudicem Audietur*, l. 14. §. vlt. D. de ſeruo corrupt. *Nec Audiri debet ſi velit ſibi caueri*, l. 18. §. 1. D. de dam. inf. *Neque ſi poſtea ſuccurri ſibi velit Audiendum eum*, l. 18. §. ſi quis metu, D. de dam. infec. *Audiendus non eſt deſiderans*, l. 22. D. ad Leg. Falcid. *Nec Audiendus eſt debitor, ſi eligit*, l. 35. D. de pignerat. act.

Audiendus non eſt promiſſor ſi velit fidem conſtitutæ rei frangere, l. 25. D. de pecun. conſtit. *Non eſt Audiendus deſiderans Adiri hereditatẽ*, l. 83. D. de here. inſtit. *Audiendi non ſunt offerentes*, l. 16. D. de munerib. & honor. *Non eſt Audiendus ſeruus, ſi velit*, l. 25. D. de fideic. libert.

Audiens dicto, l. 30. D. de recept. l. 1. §. 1. D. ſi quis omiſſ. l. 21. §. 1. D. de act. rer. amot. l. 19. D. de ædilic. ed. l. 20. D. de oblig. & act.

Minus

Minus Audiens,l.vlt.D.de legit. tutor. id eſt,qui tardius exaudit.

Audiri Prætorias ſtipulationes,id eſt,exaudiri,ſeu accipi,l.5.D.de verb.oblig. *Audito quod*,l. 9. D.quod met.cau.

AVDITORES,pro,Diſcipulis in l.2.§.poſt hos, & §§.ſeq.D.de orig.iur.l.1.§.ſed & apud,D. de aq.& aq.pluu.l.7.D.de dote præleg.l.12.§.in princ.ſed & inſtrumenti, D.de inſtruct. vel inſtrum.Seneca Controuerſ.2.lib.9.*Initio,contumeliæ cauſa,à deridentibus,Diſcipuli Latronis,Auditores vocabantur.Deinde in vſu verbum eſſe cœpit, & promiſcuè poni pro Diſcipulo Auditor.*

AVDITORIVM locus in quo cauſæ aguntur,l.1.D. an per al.cauſ.app.l.1.§.vlt. D.ne de ſtatu def.l.4.D. de libertat.cau.l.7. C. de poſtulando. ακροατήριον vocatur Act. Apoſt. cap. 2. *Auditorium Magiſtratuum*,l.penult.D.de offic. adſeſſ.l.78.§.penult.D.de iure.dot. *Præfecti Prætorio*,l.40.D.de reb. cred. Ambroſ. in Oratio. funebri de Obitu Fratris, *Quam incredibili admiratione in Auditorio Præfecturæ ſublimis emicuit.* Paulinus in vita Ambroſ. *In Auditorio Præfecti prætorio ita ſplendidè cauſas perorabat. Auditorium Præfecti vrbis*,l.18.de appellat.in C.Theod.

Auditorium Principis,l.19.§.1.& §.ſeq.D.de minorib.l.22.D.ad Trebell.Hoc *Sacrum Conſiſtorium*, in recentioribus Imp. Conſtitutionib. l. vlt.§.in his,C.de temp. appell. l. 35. C. de appellat.*Auditorium Sacrum*,l.2.D.de pact.& tranſact.in C.Th.l.13.40.44.48.de appellat. in C.Th.l.3.4.& 5.de reparat. in eod. C. Cenſorin.de die Nat. cap.5. *Quam denique Vrbs Roma & Auditoria Sacra mirata ſunt.* Auſonius in gratiarum Actione. *Ne faſtigium Auditorij Sacri dictorum tuorum timidus interpres offendam.* Symmach. Epiſt. 17. lib. 8. *Prouinciali Actione decurſa quæ ad Sacri Auditorij Cognitorem neceſſaria prouocatione peruenit.*

Sed & *Auditorium Sacrum amplitudinis Præfectorianæ vel vrbanæ præfectorianæ*, dicit l. 67. de appellat.in C.Th. *Auditorium Procuratoris Afr.* l. 3. de appellationib. eod.C.

Auditorium Publicum,l.1.in fi.D.ne de ſtatu defunct.

Auditorium recipere,l.41. §. vlt.D. de recept. qui arbitr. *In Auditorium induci*,l.18.D.de min. *In Auditorio Dixi*,l.78.§.pen.D.de iure dot.*Examinari*.l.18.D.de minor.*Quæretur*,l.4.C.de libert. cauſ.

Auditorium,pro Schola,l.vlt.D.de ſtudiis liberalib.in Cod.Theod.

AVEHENDI *Vini Tempus*,l.4.§.vlt.D.de peric.& commo.

AVELLI *Fundus*,l.17.D.de fundo dot.*Nummi*,l.3.§.ſi quis,D.de ſtatulib. *Poſſeſſio*,Paul. l.5. Sent.Tit.2.*Res*,l.16.D.de mor. cau. donat.l.82.D.de legat.1. *Termini*,l.1.D.de termino mo.

AVERTERE. amouere & intercipere ſignificat.Sic *Auertere Onus*.Tertull.lib.5.aduerſus Marc. Si *nullum omnino Onus Auertiſti vel Adulteraſti*.Vnde *Oneris Auerſi Actio* in l.31.D.locati. Sic *Auertere Mercem*,l. 7. §. penult. D. de tributor. Act. *Merces*,l. 3. §. ſed etſi quis, D. Stellionat. *Peculium*, l. 21. D. de pecul. *Pecuniam*, Cicer. in Diuinat. *Rem Frumentariam*, idem Cicer. Orat. 5. in Verrem. Eodémque genere. *Auertere hereditatem*, dixit Epiſt. 25.Familiar. Idem lib. 12. lib. 13. Epiſt. 29. *Deinde cùm ferè conſiſtat hereditas in iis rebus quas Auertit Oppia.* Seneca lib.2.de Tranquillitate animi, *Magno labore affectata hereditas Auerſa eſt.*

Auertere Curſum Fluminis,l.1.C.de alluui. *Flumen, Torrentem*, l. 2.§. Idem Labeo, D.de aqua & aquæ pluu.

Auerti Aqua,l.1.D.de aqua & aq.pluu.*Auerſa Sella*,l.1.§.origo,D.de poſtul.*Auerſa*,id eſt,ſubtracta,ſubrepta,l. .§.præterea,D.ſi is qui teſt.

AVERSIONE venire dicitur, quod vniuerſaliter,vno pretio,ſeu,in ſemel dicto nō in ſingulas res,ſinguláve corpora certo pretio venit,vt Caius loquitur in l.35.§.in his,cum §. ſeq. D.de cont. empt. ſeu confusè vniuerſis rebus venditis conſtituto pretio, vt in l. 36. D. de ædil. edic. Sic in l.4.§.1.D.de peric.& comm.rei venditæ.*Auerſione Vinum veniſſe*, accipe, cùm omne quantumcunque fuit,vno pretio veniit,non in ſingulas Amphoras vel Metretas certo pretio conſtituto.Sic in l.62.in fi.D.de contrah. empt. *Auerſione locatum Opus*, id eſt, vno pretio,non in ſingulas Operas,vt Iauolen.loquitur,l.51.§.vlt.D.loca.Vnde in l.36.D.eo.tit. *Auerſione locatum Opus*,ei opponitur,*quod ita cōductum eſt,vt in pedes mēſuráſq; præſtetur.* Et *Auerſione locata Inſula*,l.35.D.loca.id eſt,vno pretio tota,vt in l.58.eo.tit. Hæc etiam aduerſa facit Paul.in l.vlt.§.vlt.D.de Lege Rod.*Auerſione Nauem conductam*,& *Pro numero impoſitarum Amphorarum mercedem conſtitutam.* Eodem modo accipe & in l. 1. §. exercitorem, D. de exercitoria.Vetus Gloſſar.*Auerſio eſt,cuiuſque Operis certa determinatio,ſecundum quam quiuis pro mercede certa opus etiam determinatum ſuis impenſis ſuſcipit finiendum.*

AVFERRE,interdum eſt, alieni iuris Rem inuito ignorantéve eo qui eam habet, tenet, poſſidet, tollere, Sic *Auferre Furto Rem*,l.3.C.de furt.Et ita *Auferre Clàm rem commodatam*,l.59.

D. eod. tit. Auferre Apes, *vel Fauum*, l. 26. D. de furt. *Paruum Vini ex Dolio*, l. 21. D. eod. tit. *Pocula duo*, d. l. 21. §. sed & si quis, Ablatum *Mancipium, per vim vel furtum*, l. 23. C. de rei vindicat. *Ablatæ Res per furtum*, l. 58. in prin. & §. vlt. D. de ædilic. edic.

Aliúdque est *Auferre*, aliud Abducere. *Auferri* namque dicũtur Res mobiles quæ anima carent. Abduci, Animales, l. 67. D. de fideiuss. l. 17. D. de euic. *Auferre* tamen Aprum, dixit Procul. in l. 55. D. de adquir. rer. do.

Interdum verò *Auferre Rem*, *Litis Æstimationem*, *Hereditatem*, vel *Partem eius*, est consequi, nanciscí, recuperare. Quod variis modis contingit: veluti, *Iudicio, per Actionem*, *per Bonorum possessionem, ex Testamento ab Intestato.*

Auferre Æstimationem per Actionem, l. 85. D. de legat. 1. *Auferre per Iudicium*, l. 22. §. vlt. D. de euictionib. *Auferre Rem* Agendo, l. 12. in princ. & §. si simpliciter, D. qui potior. in pign. *Auferre duplum propter Furti Actionem*, l. 21. D. de hered. vel act. Et ita *Auferre Duplum*, accipe in l. vlt. D. si famil. furt. feciss. *Auferre Partes*, l. 76. D. de legat. 2. *Auferre ab vno ex heredibus litis æstimationem*, l. 66. §. Eum qui, D. de legat. 2. *Auferre id quod contulit*, l. 55. D. pro soc. *Auferre pretium rei in dotem datæ Mulier*, l. 15. D. de iure dot. *Auferre pecuniam debitam Fiscus*, l. 21. D. de iure fisci. & *Auferre pecuniam Procurator*, id est pretium rei venditæ, l. 9. D. si pars heredit. *Abstulisse pecunias ex mercibus*, l. 13. D. de oblig. & actionib. Ablatum dicitur *à Manumisso*, quod ab eo præstitum est, l. 3. D. si. famil. furt. feciss.

Auferri Pecunia debitori, in l. 12. D. ad L. Iul. pec. dicitur, quæ ab eo exacta est. Sic & *Iniusta Appellatione pronuntiata fundum* Ablatum proponit Scæuola in l. 57. §. vlt. D. de admin. & peric.

Denique *Auferri* Res dicitur quę euincitur, l. 38. §. hi qui sunt, D. de verb. obl. l. 28. D. de contrah. empt. *Auferri fundus cognitione Prætoria*, l. 39. D. de euictionib. *Ablata re*, idest euicta, l. 17. D. de euictionib.

Auferre partem hereditatis Patronus per Bonorum possessionem contra Tabulas, l. 125. D. de legat. 1. l. 43. D. de condic. & dem. *Auferre emancipatus Quadrantem*, l. 1. §. si ex dodrante, D. de collat. *Auferri semis heredi per Bonorum possessionem*, l. 35. D. de vulg. & pupill.

Ab intestato rem Auferre, l. 12. D. de iniust. rup. *Auferre legatum ex Testamento*, l. 44. D. de hered. pet. *Dominium*, l. 7. C. ad Sc. Velleia. l. 23. C. de iure dot. *Hereditatem*, l. 12. D. de his quæ vt indign. *Legata*, l. 30. D. de adim. legat. *Possessionem*, l. 44. D. de adquir. possess. & l. 2. C. de inoff. test. *Quod plus relictum quam Lege cõceditur*, l. 43. D. de condic. & demonst. *Testamenti factionem*, l. 43. D. de vulg.

Aufert *Falcidia*, l. 10. D. de dote præleg. §. 1. D. de ann. leg. & *Sententia*, l. 97. D. de diuers. Reg. Aufert *hereditatem causa*, l. 2. D. de condict. indeb.

Auferri *Bona Damnatione & Sententia*, id est Adimi, l. 3. C. si pendente appell. l. 21. D. de Lege Corn. de fals. l. 3. *Beneficium*, l. 5. §. qui mortis, D. de his quæ vt ind. *Dignitas*, l. 9. D. de Senat. *Dominium*, l. 36. D. de noxalib. actionib. Pars *Bonorum*, l. 7. D. de iure Patron. *Possessio*, l. 12. D. de precar. *Potestas*, l. 11. D. ad L. Cornel. *Res*, l. 1. in fi. D. de Donationib.

Auferri *hereditas heredi vt indigno*, l. 2. D. de his quæ vt indign. *Successio quasi indigno*, l. 46. D. de iure fisci. l. 8. §. meminisse, D. de inoff. test.

Averta in l. 12. C. de cursu pub. lib. 12. & l. 47. & l. 48. eod. Tit. in C. Theod. quid significet, explicat Græcus interpres apud Budæum in Annotationib. ad l. Eos. D. ad L. Cornel. de fals. Ἀβέρτα, ait ille, Ἐστι τὸ ὑποζύγιον ὅταν ἀποφέρονται τὰ γένη: ἔστω δὲ αὐτὸ ἑξήκοντα λίτρων. καλεῖται δὲ Ἀβερτα ἐκ τοῦ ἀποφέρεσθαι. Vnde Auertarius, in l. 22. de cursu pub. in C. Theod.

Aveidivs *Namusa*, Seruij Auditoribus adnumeratur, l. 2. §. hic cum, D. de orig. iur. ibidémque, reliquorum libros in centum quinquaginta ab eo digestos Pomponius refert.

Aufidius *Seruium respondisse refert*, l. 52. §. vlt. D. pro socio. *Apud* Aufidium *libro primo rescriptum est*, l. 29. D. de op. vel elect. De eo quoq; accipienda sunt verba hæc, *Namusa Seruium respondisse scribit*, l. 40. §. dominus, D. de condic. & dem. Eodémque *Namusæ* nomine citatur in l. 5. §. sed interdum, D. commoda. l. 2. §. apud Namusam, D. de aq. & aq. pl.

Aveidivs *Tuccæ* IC. è Seruij Auditorum numero in l. 2. §. hic cum, D. de orig. iur.

Avfvgere *à Præceptore, Seruus*, l. 17. §. 1. D. de ædil. edic. *Aufugerunt Serui*. l. 36. §. vlt. D. de fur.

Avgere *Æstimationem*, l. 7. §. si maritus, D. de donat. int. *Reditus*, l. 5. §. vlt. D. de operib. publ. *Societatem*, l. 26. D. pro soc.

Augent Hereditatem Partus & Fœtus, l. 25. §. vlt. l. 27. D. de hered. petit.

Avgeri & *Minui*, opponuntur, l. 65. D. de legat. 2. *Augeri Crimen*, l. 6. §. 1. D. de re milit. *Hereditas, Fructibus*, l. 178. §. 1. D. de verbor. signif. l. 2. C. de pet. hered. *Legatum*, l. 35. D. de vulg. & pup. *Obligatio*, l. 8. D. de eo quod certo lo. *Vtilitas*, l. 23. §. vlt. D. de iudiciis.

Auctum *Patrimonium*, l. 2. C. ne tut. vel curat. *Peculium*, l. 65. D. de legat. 2. *Pretium*, l. 12. C. de actionib. empti.

Aucta *Hereditas* & *Diminuta*, aduersantur, l. 22. D. qui & à quib. *Aucta Societas industria Socij*, l. 25. D. pro soc. *Auctis facultatibus*, l. 11. §. auctis, D. de vacat. & excus.

Avgmentvm & *Deminutio* opponuntur, l. 8. D. de eden. l. 20. §. Item non solum, D. de hered. petit. l. 34. D. de oper. libert. Ad *Augmentum dare*, l. 9. §. vlt. D. de administr. & peric.

Augmentum *Dotis*, l. 31. §. vlt. D. sol. matr. *Fœnoris vel Fructuum*, l. 44. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Fundi*, l. 8. D. de legat. 1. *Hereditatis*, l. 26. D. de hered. petit. *Patrimonij*, l. 10. C. arbitr. tut. *Augmentum*, pro adiectione pretij, in l. 4. C. de fide instr. lib. 10.

Augmenta Fœtuum & Partuum, l. 3. D. de instr. vel instr. *Hereditatis*, l. 26. & l. 40. D. de hered. pet. *Si qua hereditati Accesserunt*, l. 20. §. Item non solum, D. eod. tit.

Avgvres Consuli prohibet l. 5. C. de malefic. & Mathematic. Eorum etiam fit mentio, in l. 4. & l. 6. eo. tit. in C. Theod.

Avgvsti cognomine qua ratione quáque de causa ornatus fuerit Octauius Cæsar, docent Sueton. in Augusto cap. 7. Ouidius lib. 1. Fastor. Dio lib. 43. Pausanias in Laconicis, ad quos lectorem reiicio. De Augusto quædam attinguntur in l. 2. §. post hunc, & §. Et vt obiter, D. de orig. iur. & Instit. quib. non est permiss. de Codicill. *à Diuo Augusto lata est lex Iulia, de adulteriis coercendis*, l. 1. D. ad L. Iul. de adulter. *Lege sub Augusto datum Imperium Præfecto Ægypti*, l. 1. D. de off. præf. August. *Augusti beneficiis gratiosa Berytensis Colonia*, l. 1. D. de censib. *Diuus Augustus incendiis per se consuli maluit: septémque cohortes Vigilum constituit*, l. 1. 2. & 3. D. de off. præf. vigil.

Augusti libri, quos de vita sua conscripserat, citantur in l. 1. D. de cadauerib. punit. Eum enim vitam suam, 30. libris, Cantabrico tenus bello, nec vltra, exposuisse, testatur Sueton. in eius vita, cap. 85. *Augustana Colonia*, l. 1. D. de censib. *Augusta Maiestas*, l. 4. C. de iure fisci. & *Domus*, Rubr. de priuileg. dom. Aug. lib. 11. C. *Fortuna*, l. vlt. C. de iudiciis.

Avgvsta, appellatur Augusti coniunx, l. 31. D. de legib. l. 57. D. de legat. 2. l. 6. in fin. D. de iure fisci, l. 7. C. qui testam. l. 3. C. vbi senator. l. vlt. C. de quadr. rescript. *Augustarum, Plotinæ & Faustinæ* meminit l. 57. D. de legat. 2. & *Pulcheriæ*, l. vlt. C. de lustrali collatione.

Avgvstalis *Præfectus*, Rubr. de off. præf. August. D. & C. & l. 11. C. de Aduocat. diuersor. iudicior. id est Præfectus Ægypti, vt in l. 1. D. de off. præf. Augustal. l. 1. §. 1. D. de L. Corn. de fals. qui & *Augustalis*, absolutè appellatur, l. 57. & 59. C. de decurionib. lib. 10. Sic *Augustalis vir spectabilis*, l. 190. & 392. de Episc. Eccl. & cler. in Cod. Theod. *Augustales*, l. 4. de patrocin. vicor. l. 57. de appellationib. in eod. C. quorum Iudicium, *Augustalianum* vocatur in l. vlt. de patrocin. vicor. eod. C. & eorum potestas, munúsve, *Augustalitas*, in l. 11. de censitorib. peræquator. in eod. C. *Augustales Vicarij*, l. 2. C. de his qui per met. iudic.

Avibvs *Legatis*, & Anseres, & Gallinæ, & Phasiani, & Auiaria debentur, l. 66. D. de legat. 3. *Aues, quæ in insulis maritimis aluntur in Reditu sunt*, l. 11. D. de instr. vel instr.

Avlævm *Scænæ apparatus*, l. 15. §. Etsi vestimentorum, D. de vsufructu, Donatus in Præfatio. Commentarior. in Terenr. *Aulæa*, ait, *in Scæna sternuntur: quod pictus ornatus erat, ex Attalica Regia, Romam vsque perlatus: pro quibus Siparia posterior ætas accepit.* Ac planè Aulæa ab Aula Attali Regis Asiæ, in qua primùm inuenta sunt vela ingentia, nomen traxisse, Seruius in 3. Georg. tradit. Lucret. lib. 2. *Sic vbi tolluntur festis Aulæa Theatris, surgere signa vides, &c.*

Avlvs Cascelivs, Quinti Mucij Volosij Auditor: qui Quæstoria dignitate contentus, Consulatum aspernatus est, cum ei ab Augusto offerretur. Is librum vnum Beneditorum scripsit. Auctor Pompon. in l. 2. §. Ex his Auditoribus. D. de orig. iur. Cuius loci indicio mendum quod Plinij codicibus tàm in Auditoris, quàm Præceptoris edendo nomine tenacissimè hæret, detegam. Apud eum enim lib. 8. cap. 11. scriptum inueni, *Apud nos Volcatium nobilem, qui Cesellium, ius ciuile docuit Canis à grassatore defendit*, quorum loco repone, *Volcatium nobilem qui Cascelium ius ciuile docuit.* Illud addam Cascelium hunc acerrimum publicæ libertatis adsertorem & vindicem fuisse, quo nomine debitis à Valerio Maximo laudibus adfectus fuerat, quibus librariorum iniuria fraudari eum non patiar, tantíque viri non minus virtutem quam nomen ab interitu & obliuione vindicabo. Elogium autem quo eum Valerius ornauerat, extat lib. 8. cap. 2. in hæc verba, A. *Cæsellius*, emenda, Aulus *Cascelius vir Iuris ciuilis scientiæ clarus, quam periculosè contumax? Nullius enim*

aut gratia aut auctoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum quas Triumuiri dederant Formulam componeret : hoc animi iudicio victoriarum beneficia extra ordinem legum ponens. Idem cùm multa de temporibus Cæsaris liberius loqueretur, amicique ne id faceret, monerent: Duas res quæ hominibus amarissimæ videntur, magnam sibi licentiam præbere respondit, Senectutem & Orbitatem. Eius summam iuris peritiam commendauit Horatius in Arte poëtica. Ad eum enim pertinet quod ait, *Nec scit quantum Cascelius Aulus,* ad quæ verba vetus Interpres, *Cascelius*, ait, *iurisperitus fuit, & sapiens, vt Agellius testatur, qui libros Noctium Atticarum scripsit.* Cascellius porrò littera l. geminata appellatur in l. 158. D. de verb. signif. & l. 1. §. item sciendum, D. de aq. & aq. pl. l. 1. §. hoc interdictum, D. quod vi aut clam. l. 40. §. 1. D. de condic. & dem. l. 39. D. de vulg. & pup. l. 29. & l. 100. D. de legat. 3. l. 6. D. de dote præl. l. 4. & l. 26. §. vlt. D. de instr. vel instr. l. 10. D. de suppell. leg. l. 39. §. 1. D de auro arg.

AVLVS *Ofilius* in Seruij Sulpitij Auditoribus numeratur, l. 2. §. Hic cum, D. de orig. iur. & vt ibidem refertur, libros de iure plurimos scripsisse dicitur, veluti, de *Legibus Vicesimæ*, de *Iurisdictione*. Idem Edictum Prætoris primus diligẽter composuit. Præterea libros *Iuris Partiti* complures: quorum secundus & quintus citantur in l. 55. D. de legat. 3. Eiusdem liber sextus decimus Actionum laudatur in l. 3. §. Poculenta, & §. siue autem, D. de penu. leg. Citatur & *Ofilius ad Atticum*, in l. 234. §. vlt. D. de verb. signif.

AVOCARE *pro Abducere.* Sic *Auocare Aquam*, l. 26. D. de damno inf. *Lapidem*, l. 6. D. de donationib. *Partem eius quod datum est*, l. 6. D. de probationib. *Partem hereditatis*, l. 17. D. de iniusto rupt. *Possessionem*, l. 3. D. de actionib. emp. l. 63. D. de euictionib.

Auocari, ab Officio, l. 24. D. de iudiciis. *Ab Opere*, l. vlt. D. de nundinis. *à Signis*, l. 3. §. vlt. D. de testib. *Reipublicæ causa*, l. 75. D. de iudiciis.

Auocari Hereditas, l. vlt. D. de his qui in testam. delent. *Homo, Seruiana*, l. 36. D. de noxalib. *Milites à Signis*, l. 3. §. testes. D. de testib. *Possessio*, l. 15. D. de condict. indeb. *Pignora*, l. 6. C. de obligat. & actionib. *Res*, l. 20. D. de solutionib.

AVOLARE, & Reuolare, l. 6. §. pauonũ, D. de adquir. rer. do. §. pauonum Instit. de diuis. rer.

AVRARIVS *Canon*, in l. 11. C. de excusatio. muner. lib. 10. l. 13. C. de extraord. munerib. *Præstatio fuit à mercatoribus & negotiatoribus conferri solita, quæ & Auraria pensitatio vocatur*, in l. 2. C. de fund. patrim. lib. 11. & *Auraria præstatio* in l. vn. qui à præbitio. tiro. in C. Th. & *Auraria functio* in l. 13. & l. 19. D. de lustrali collat. in C. Th. Nou. Th. & Val. de Negot. & apud Cassiod. Epist. 26. lib. 2. Variar. *Præstatio*, l. 19. de Annon. & Tribut. in C. Th. l. vn. qui à præbitio. tiro. l. 6. D. de conlat. donat. vel reb. in eod. C. *Auraria nostræ Ratio*, l. 29. de suscept. præpos. it. in C. Th Et *Auraria pensio* apud Cassiodor. lib. 11. Variar. Epist. 30. Et *Aurum mercatoribus indictum*, in l. 6. de lustrali collat. in C. Theod. & *Negotiatorum Collatio*, in l. vlt. de excusatio. artific. in C. Th. Et hoc forte est *Aurum Negotiatorium*, apud Lampridium in Alexandro, à quo id Aurum Romæ remissum refert. *Aurarius*, Nou. Valent. de Episcop. iud. *Aurarius susceptor*, qui aurum collatum recipit, l. 1. C. de apoch. public. *Aurea Pecunia*, l. 35. D. de pact. *Aurei Nummi*, l. 159. D. de verb. signif. l. 53. §. si quis de manu. D. de furtis.

AVREVS, in l. 2. D. in ius voc. vt eant. l. penult. D. de in ius voc. l. 32. D. de minorib. l. 7. D. de iurisdictio. l. 8. §. vlt. cum l. seq. D. de inoff. test. l. 25. D. de Sc. Silania. l. vn. D. ad Leg. Iul. amb. & aliàs sæpè. Sic & Græci absolutè χρύσιον dicunt. Moscopul. ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων. τὸ δὲ χρύσιος μόνον ἀεὶ λέγεται, χωὶ δηλοῖ νόμισμα ἐκ χρύσου. *Aurei*, l. 37. §. 1. D. de pecul. *Aureum* autem & Solidum idem valere intelligimus ex collatione, l. 5. §. Prætor ait, D. de his qui deiecer. vel effud. cum §. item is cui, Instit. de oblig. quæ ex quasi del. & ex l. 4. D. de man. test. cum l. 8. in fi. & l. 9. D. de inoff. testam. & l. 32. D. de minorib. & l. 2. C. de fideicom. Sed & quod Socrates, lib. 4. & 34. ὀκτὼ κόντα χρύσινους, octoginta Solidos vertit Cassiodor. lib. 8. Histor. Tripart. cap. 13. & lib. 12. cap. 2. Idem fecit in vertenda ad Calliopem Epistola quæ à Socrate lib. 7. cap. 25. refertur. Et *Aureos Solidos* dixit Apul. lib. 9. & 10. de Asino aur. Vterque viginti quinque Denariis seu centum Sestertios nummos valebat, vt Dio lib. 55. tradit. Quem Dionis locum Zonaras Tomo 2. referens, δώδεκα δὲ, ait, παρὰ ῥωμαίοις αἱ εἴκοσι καὶ πέντε δραχμαὶ χρυσοῦν νόμισμα ἦν, παρὰ δὲ τοῖς ἕλλησιν εἴκοσι δραχμῶν, ὡς δίων φησί, τὸ χρυσοῦν ἀλλάττεται νόμισμα.

Aurichalcum Vas, l. 45. D. de contrah. empt. Festus Pompeius: *Aurichalcum quidam putant ex ære & auro siue quod colorem habeat aureum. Orichalcum sane dicitur quod in montuosis locis inuenitur: Mons etenim Græcè ὄρος appellatur.* Vetus Horatij ineterpres in arte poëtica ad hæc verba, *Tibia non vt nunc, Orichalco vincta, Orichalcum*, ait, *dictum Æs Montanum quod in montibus*

colligitur

colligitur: vel Aurichalcum *quasi* As Auri.

Aurifex qui ex Auro aliquid facit, l.2.de excusat.artifi.in C. Th. & apud Iul.Firmic.lib.3. Mathes.cap.4.*Aurificem anulos facere*, ait Cic.pro Fonteio, & Gaius in l.2.D.locati. *Aurifices Specierum*, & *Aurifices Solidorum*, in l.7.C.de Palatin.sacr.largir.lib.12.*Collegiũ Aurificum* in Antiq.Inscriptionib.

Aurifici faciũdum Aurum datum: & Aurifici Aurum Testatorem dedisse ita vt eo ea Auro aliquid sibi faciat, mercedem præstaturũ pro opera Aurifici. Item Aurum dedisse, vt non tamen ex eo Auro fieret sibi aliquod corpusculum, sed ex alio, proponit l.34.D.de Aur.Arg.

Aurifodinæ, l.1.D.quod cuiuscunque vniuers.& l.13.§.inde, D.de vsufruct.

Auri Libras stipulatus, & *Auri Libra venire*, l.34.D.de Auro Arg.

Auro facto quæ adnumerentur, docet Paul.in l.32.§.1.D.de Auro Arg.

Aurum Factum, est, ait Vlpian. ex quo Auro aliquid est effectum, velut vasa Aurea, Emblemata, Signa, Aurum muliebre, & cætera quæ his rebus sunt similia: *Infecto* verò Auro legato, id debebitur quòd Testatoris ita factum est, vt eo quod ad rem comparatum est non possis vti sine refectione: *Signatum* verò Aurum si legetur, videtur legatum quod eius aliqua forma est expressum, velut quæ Philippi sunt, itémque Nomismata, & similia, l.27.§.Cui legatum, D.de Auro Argent.

Aurum factum id videri Seruius existimabat, quo cõmodè vti possumus, l.27.§. cui Aurum, D.eod.Tit.

Sanè in Cõstitutionibus principalibus varię Auri species memorantur, veluti, *Aurum Coctum*, l.1.de Auri ponder.in C.Theo.*Comparaticium*, l.3.de milit.veste in eod.Cod.*Coronarium* Rubr.de Auro Coron.in Cod.Iustin.& Theodos.*Glebale*, l.2.C.de Prætor.& Honor.Præt. lib.12.*Lustrale*, l.11.& l.17.de lustr.conlat.in eod.C.*Oblatitium*, l.5.Tit.2.lib.6.in eod.C.*Obrizum*, l.fi.C.de vet.num.pot.l.vn.de oblat.vot. *Sacrarum largitionum & priuatarum*, l.48.D. de cursu pub.in eo.Cod. *Publicum*, l.vn.de auct.pub.proscr.

Auri certum pondus, l.19.D.de Auro Argent. & *Massa*, l.5.C.de susceptorib.& arc.lib.10.

Avrelivs *Arcadius Charisius*, *Magister Libellorum*, librum singularẽ *de Officio Præfecti Prætorio* scripserat: item librum singularem *de Muneribus & Honoribus*: alium item librum singularem *de Testibus*: è quibus aliquod in Pandectas capita translata sunt. Is Herennium Modestinum citat in l.vlt.§.mixta, D.de munerib.

Vox ista, Avt, interdum, disiunctiuæ, interdum subdisiunctiuæ orationis est, l.124. D. de verb.signif. De huius particulæ vi vide l.13.§.vtrum, D.de reb.dub.& l.53.D.de verb.signif. & l.penult.C.de verb.significis.his verbis Titio mævio vtri hæres volet dato. veluti duo rei credendi cõstituuntur, l.6.D.de legat.lib.2.Cùm ita stipulantur Mihi avt Titio dari, Titij persona in hoc adiecta intelligitur, vt ei solui possit, l.56.§.qui sibi, D. de verb.signific.

Avthenticvm est quod vulgò Originale dicimus, l.2.D.de fide instr.l.vlt. D.test.quem-adm.aper.& apud Paul.lib.5. Sentent.tit.14.& quod inde describitur, *Exemplum*, vulgò Copia & Sumptum appellatur. Sic *Authenticæ* tabulæ in l.4.§.vlt. D. famil.ercisc. & *Authenticæ Rationes* in l.8.D.eod.tit.& *Authenticæ Probatoriæ*, l.penult.de diuers.Offic.lib.12.C.

Avtomataria, l.41.§.penult.D.de legat.lib.1.interpretor mechanica arte ita constructa opera, vt suapte vi sine cuiusquã impulsione moueantur, vertantur, agitentur. Suet.in Claudio, *Si automaton, aut pegma, vel quid aliud parum cesserit.*

Avvncvlvs est matris frater, l.5.D.vnde legit.l.vlt.§.tertio, D.de gradib.& adfin.§.tertio Instit.de grad.cogn.Paul.lib.4. Sentent. Tit.11.Festus Pompeius, *Auunculus Matris meæ frater, traxit appellationem ab eo quod æque tertius à me, vt* Auus *est, sed non eiusdem iuris. Ideóque facta deminutio est: siue* Auunculus *appellatur, quod* Aui *locũ obtineat, & proximitate tueatur Sororis filiũ.* Auunculorum autem tres Gradus constituuntur, *Magnus* videlicet, *Maior*, *Maximus.*

Auunculus Magnus, est Auiæ Frater: mihíque is *Auunculus Magnus est*, qui Patri meo, vel Matri meæ est Auunculus, l.1.§. quarto, l.vlt.§.Auunculus Magnus, D.de gradib.& adfin. §.quarto instit.de gradib.cogn.

Auunculus Maior, Is est Proauiæ frater, Patris vel Matris Auunculus Magnus, l.vlt.§. quinto, D.de gradib. seu, Auiæ, tam Paternæ, quàm Maternæ Frater. Paul.lib.4. Sentent. Tit.11. Et ita L.Cæsar *Auunculus Maior* Octauij appellatur à Velleio Patercul. lib.2. propterea quòd Nepos esset Iuliæ Sororis Iulij Cæsaris. Paulus ex Festo *Maiorẽ Auunculũ* interpretatur Aui & Auiæ auunculum. Persius Satyr.6.*Maior* Auunculus *exit*. Vbi Cornutus. *Maior autem* Auunculus, Auiæ *Frater*. Sueton. in Octauio cap.7. *Alterum Testamẽto Maioris* Auunculi. Idem in Claud. cap.3.*Nam & Auunculus Maior Augustus*. Inuenitur & hoc verbũ apud Sex. Aurel. Vict.in Th.

Auunculus verò *Maximus*, eſt Abauiæ frater: Patris vel Matris Auũculus Maior, d.l.vlt. qui & Abauunculus, l.3.D.de gradib.

AVVS, eſt Patris vel Matris Frater. Item *Auia*, ſimiliter tam Paterna, quàm Materna, l.vlt. §.ſecundò, D.de gradib. & adfinib. Feſtus Pompeius, *Auus Patris Matríſque Pater: dictus à Græco vocabulo quod eſt apud eos πάππος, mutatis quibuſdam litteris. Alij volunt quod ex ea voce appelletur, quod apud eoſdem Græcos τάτα appellatur, ſignificátque magnum: cum veluti Magnus Pater ſit Auus. Alij putant Auum dictum eſſe quia ad duos attineat quaſi adduum: vel quia ad Patrem fit additus.*

Auus Paternus, l.5.§.1.D.de adgnoſc. & alend.lib. *Maternus*, l.45.D.ſoluto matrimon.l.13.§. Diui, D.de excuſat.l.5.§.Item Diuus, D.de agnoſc. & alend.

AVITVS *Contractus*, l.12.D.de adquir.vel omitt. *Seruus*, l.20.§.vlt.D.de ſtipul.ſeru. *Auiti Liberti*, l.10.§.vlt.l.11.l.21.& l.47.§.Paulus, D.de bon.libert.l.17. D. de iure patron. *Lares*, apud Valer.Max.lib.7.cap.7.

Auita Affectio, l.67.§.1.D.de ritu nuptiar. *Conuentio*, l.45.D.ſolut.matrim. *Lex*, l. vn. de honorar. codicill. in C.Th.no. *Succeſſio*, l.7.C.deagro deſer.lib.11.

Auitæ Res, l.30.§.vlt.D.de except.rei iud. *Sedes*, apud Tibull.Eleg.1. lib. 1. Auitæ opes apud Tacit.lib.xiij.D.Hieronym.Epiſt.ad Demetriadem. *Nunc Auitas venundare dicitur poſſeſſiones.* Sic enim ille locus emendãdus eſt. *Auitæ diuitiæ*, Ouid.dePõt. *Auita Bona*, l.vlt.D.ad Sc.Treb. & in Formula interdictionis Bonorum, apud Paul.lib.3.Sent.Tit.4. vbi *Bona paterna Auitáque* coniunguntur, vt & apud Cic.Oratione 2.in Verr. *Patrimonia Paterna atque Auita.* Quintil. Declamatione 26. *Exui Patrimoniis Paternis atque Auitis. Auita Sepulchra*, l.28.D.de rei vindic.

AVXILIVM *Ætatis*, l.vlt.D.de ſucceſſor.edic.l.11.D.de inſtitoria, l.2.C. de in integr.reſtit. *Auxilio Ætatis reſtitutionem impetrare*, l.vlt.C.ſi vnus ex plurib. *Auxilio Ætatis defendi*, l.51.§. cum interd.D.de fideiuſſorib.

Auxiliũ Appellationis, l.vlt.§.iuſſus, D.de appellationib.l.8.§.ſi ignorantes, D.mandati, C.de appellat.l.1.C.de his qui per met.l.4.C.de munerib.patrimon.

Auxilium Conſtitutionum, l.26.D.de fideicom.libert. *Diuiſionis*, l.10.§.1.D.de fideiuſſ. *Exceptionis*, l.94.§.vlt.& l.95.§.1.D.de ſolutionib. l.9.D.de adqui.rer.dom.l.15.C.ad Sc.Velleia. l.3.C.de bon.auct.iud. *In integrum Reſtitutionis*, l.1.C.ſi aduerſ.delic.l.1.C.de his qui veniam. l.3.C.ſi minor ſe maior.l.6.C.quibus nõ obiicit.l.2.D.ne de ſtatu defunct.l.26.§.item inquit. D.ex quib.cauſ.maior.l.36.l.37.& l.39.§.vlt. D.de minorib.l.1.D.de his quę vt indig.l.95.§. quod vulgò, D.de ſolutionib.l.52.§.1.D.de fideiuſſ.l.39.§.ab eo, D. de adminiſtr. & peric.l. vlt.C.ſi aduerſ.vſucap.l.1.C.de tranſactionib.l.3.& l.vlt.C.ſi aduerſ.vend.l.vlt.C.ſi aduerſ. donat.l.1.C.de reſt.milit. *Iuris*, l.2.C.de vſur. & fructib.legat. *Prætoris*, l.67. D. de procurat. l.4.§.vlt.D.quibus ad libert. *Prætoriæ iuriſdictionis*, l.67.§.ſed & is, D.de ritu nupt. *Prouocandi*, l.1.D.à quib.appell.l.1.D.qui & à quib. *Prouocationis*, l.15. C.de excuſ.tutor.l.8.C.de ſentent. & interloc.l.10.C.de appellationib.l.2.& l.9.C.quando prouocare. *Senatuſconſulti*, l.7.§.1.D. de Sc.Maced.l.26.D.ad Sc.Velleian.l.12.D.de minorib. l.3.D. de fideiuſſor. l.vlt. C.famil. erciſc.l.2.l.4. l.6. l.7.D. ad Sc. Maced.

Auxilium Deſiderare, l.50.D.de manum.teſt.l.3.C.de tut.vel curat.qui ſatiſd. *Impertiri*, l.2.C. de inoff.donat. *Implorare*, l.52.§.1.D.de fideiuſſorib. *Habere*, l.26.D.de fideic.libert. *Munit*, l.3. C.de bon.auct.iud. *Omittere*, l.8.§.ſi ignorantes, D.mandati.

Auxilium tribuendum eſt, l.2.D.de ſtatu hom.l.26.§.1.D.de fideic.libert. *Tribuitur Exceptionibus*, l.10.C.de exception. *Auxilium fert Prætor*, l.63.D.de rei vind. *Auxilium* autem *ferre*, quod ad Sc. Silanianum attinet, quid ſit exponit l.1.§.excuſantur, D.de Sc.Silan.

Auxilio Reſtitutionis iuuari, l.39.§.ab eo.D.de adminiſtr.& peric.l.6. C.quib. non obiicit, l.1. C.de fideiuſſor. *Vti*, l.11.D.de inſtitor.l.26.D.ad Sc.Velleia.

Auxilium Ordinarium, & Extraordinarium, Vide ſuis locis.

Auxilia appellabantur ex fœderatis, amicíſque populis, in exercitu conſcriptæ Cohortes, l.9.§.exercitum, D.de his qui not.inf. vt & apud Suet.in Tiber.cap.16. Tacit.lib.5.& Liuium perſæpe. Feſtus Pompeius, *Auxiliares dicuntur in Bello, Socij Romanorum, exterarum nationum: dicti ex Græco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum creſcentium auctionem.*

LIBRI PRIMI FINIS.

DE VER-

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE,

LIBER II.

BABYLONICORVM quæ Equis insternebantur, & *Babylonicarum Pellium*, fit mentio in l. 25. §. 1. D. de auro arg. leg. l. vlt D. de publican. Festus in voce *Solla. Et Solaria vocantur Babylonica, quibus eadem insternuntur.* Plaut. in Sticho, *Cùm Babylonica peristromata, consutáque Tapetia aduexit.* Aristid. in Encom. Vrb. Rom. Ἐσθῆτας δὲ αὖ βαβυλονίους, καὶ ἡδὺς ἐκ τῆς ἐπ' ἐκεῖνα βαρβαρικῆς κόσμους. Hieronym. Epist. ad Lætam. de institutio. fil. *Babylonicæ Pellis vermiculata pictura.* Silius Italic. lib. XIIII.

---------- *Fulvo certaret vt auro,*
Vestis, spirantes referens subtegmine vultus
Quæ radio celat Babylon.

Martialis lib. 14. Epigr. sub Titulo. *Cubicularia polymita.*

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: Victa est
Pectine Niliaco iam Babylonis acus.

Idem lib. VIII.

Non ego prætulerim Babylonica picta superbè
Texta Semiramia quæ variantur acu.

Et ita βαβυλονια ὑφάσματα accipienda censeo apud Dio. Chrysost. Oratio. περὶ πλούτου. Vetus Glossar. *Babulonicum*, μλὴ πολύμιτος. Nam, vt Plin. lib. VIII. cap. XLVIII. docet, colores diuersos picturæ inserere Babylon instituit. Apul. lib. 1. Floridor. *Habebat cinctum Balteum quod genus pictura Babylonica miris coloribus variegatum.* Ruffinus Iosephi Interpres lib. 7. Bell. Iudaic. cap. 24. *Et aliâs quidem vestes ex rarissimis generibus Purpuræ portare, alias diligentissima pictura variatas arte Babylonia.*

BACCHARI *circa fana*, l. .. §. apud, D. de Ædilic. edict. *Bacchata mulier seruili Amore*, §. vlt. Instit. de succeff. sublat.

BAIVLARE *suo corpore*, l. 235. D. de verb. signif. Festus Pomp. *Baiulos dicebant Antiquis, quos nunc dicimus Operarios. Vnde adhuc Baiulari dicitur.* Vet. Gloss. Βεολατ, Βαστάζῃ. Emēda Baiulat.

BALANI, l. 167. D. de verb. signif. vbi à Nucleis separantur, vt & in l. 55. D. de legat. 3. Balanos autem in Phœnice Syriáque Palmæ fructus populari nomine appellari, Plinius lib. 13. cap. 4. tradit.

BALLISTRARII in l. vlt. D. de iure immunit. & βαλιστείων τάγμα in Nouell. 85. Ad exemplum autem scripturæ Pandectarum, in Vet. Glossario, *Ballistra* scriptum est, & vertitur, σφενδόνη, μάγγανον.

BALLVCA in l. 1. & l. 2. C. de metallar. lib. 11. in qua addita sunt à Triboniano verba hæc, quæ Græcè χείσαμος, vel, vt alij legunt, χείσιμος dicitur: quemadmodum patet ex l. 3. eod. tit. C. Theod.

BALNEA & *Balneas*, vt cæteri Latini auctores, ita & Iurisconsulti promiscuè dicunt, .50. D. ad Leg. Aquil. l. 35. §. vlt. & l. 91. §. penult. D. de leg. 3. l. 17. in fi. D. de instr. vel instr. l. 30. §. Ædilis, D. loca. Paul. lib. 5. Sent. Titul. 3. Aliorum auctorum exempla Nonius, & Flauius Sosipat. lib. 1. suppeditant. In Pand. Flor. ferè semper *Balineum* scribitur,

l. 3. in fi. D.de off.præf. vig. l.17. in fi. D. de vſufr. l.14. D.de impenſ. in res dot. l. 58.in fi. D. loca.l. vlt. §.1. D.de auro argen.l.12.D. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 5.§. vlt. D. Commoda. Dixi, ferè, propter l. 9. D. qui potior. in pign. ha. & l. 55. §. lignis, de legat.lib.3.A Græcis *Thermæ* appellantur, l. 1. §. 1. D.de munerib.& honorib. l.5.& 6. C.de aquæ duct. lib. 11. Dicuntur & *Balnearia*, l. 13. D. de ſeruit. vrb. præd. & apud Senecam lib. 3. Natur. Quæſtio.Idem in lib.de Tranquill. vitæ,*Iam inter Balnearia*,ait,*& Thermas*,*Bibliotheca quoque*, *vt neceſſarium domus ornamentum expolitur.*

Balnea autem vel *Publica* erant, l. 2.§.ſi quid in mari, D. ne quid in loco publ. l. 13. §. penult. de iniur. vel *priuata*, l.17. in fi.D.de vſufruc. cum aliis ſ. citatis.Interdum etiam à priuatis hominibus publicè præbebantur, d.l.35.§.vlt.D.de legat.3.

Balneæ priuatæ, l.1.ne Comitib.& Tribun.in C.Theod. *Balnea extruere*,l.50.D.ad L. Aquil.

Porrò *Balneorum* partes, formámque, Vitruu. lib. 5. cap. 10. ita deſcribit, *Aëna ſupra Hypocauſtum tria ſunt componenda: Vnum, Caldarium: alterum, Tepidarium: Tertium, Frigidarium: & ita collocanda, vti ex Tepidario in Caldarium quantum aquæ calidæ exierit, influat: de Frigidario ad Tepidarium ad eundem modum.* Idem ſubiicit, *Laconicum, Sudationéſque, Tepidario coniungendas.* Plinius apertius ſingula lib.5.Epiſt.ad Apollinar. exponit. Cuius rei & ex libris noſtris probatio peti poteſt. *Tepidarij* quidem certè meminit, l. 19. D. de ſeruit. vrb. *Hypocauſti* verò & *Sphæriſterij* (quod Balneis adiungi ſolitum, Plinius quoque Epiſtola iam allegata indicat) meminit l.16.D.Manda. & *Diætarum Hypocauſtarum*, l.55.§. lignis, D.de legat. 3. *Fornacis* ac *Fiſtularum*, l. 58.§.vlt.D. loca. & *Tubulorum*, l. 13.D.de ſeruit.vrb.Ex Hypocauſto autem per Tubulos, Cuniculóſque & Fornaces vapor trahebatur: Inde *Balnearij Vapores*, in l.3.§. hoc interdictum,D.de riuis,& in l.8. §. vlt. D. ſi ſeru. vind. De *Tubulis* & *Fornacibus* Balneorum mentio habetur in l.13.D.de ſeruit.vrb.præd.& l.58. in fi. D. loca.

Balneator, qui Balnea præbet, l. 4.§.ait Prętor, D.de his qui not. infam. l. 30. §. ædilis, D. Locati. Vetus Gloſſ. *Balneator*, Βαλανεὺς. *Balneator* etiam *Seruus*, qui Balnei vſibus deſeruit, l.17. in fi. D. de inſtr. vel inſtr.l.15.§.1.D.de vſufr.

BALNEARII *Fures*, Rubr.de Furib.Balnear. D. & in Lege Dei, Tit. 7. & apud Catull. in Epigr.cui initium eſt, O fur optime, & Tertullian.in lib.de Idololat. Quos idem auctor. in lib.de fuga in perſecutio.ad fi. *Fures Balnearum* vocat.HOS cur cæteris Furibus acerbius veteres plecterent, exponit Ariſtot. in Problemat. *Balnearium Furtum*, l. vlt.D.de furib. baln. quod in Balneo admiſſum eſt. *Balneare Argentum*, l.32.§.Titia, &l. vlt.§.vxori, D.de aur.arg. quo mulier in Balneo vti conſueuit. *Balnearium Inſtrumentum*, l. 17.§.vlt.D.de inſtr.& inſtr.

BAPHIA officinæ ſunt infectorum, qui veſtibus murice & cocco tingendis operam dabant l.2.& l.penult.C.de murilegul.lib.11.l.vlt.C.de veſtib.olober. lib.11.quæ excerpta eſt ex l. vlt.De murilegul.C.Th.Huiuſmodi multa Baphia & in Orientis & in Occidentis partibus Imperatores habebant: quæ ſub diſpoſitione Comitum ſacrarum largitionum in Notitia imperij Rom.ponuntur.Ac de Baphiis Phœnices, videndus eſt Strab. lib. 16.Pręponebantur autem Baphiis procuratores, vt eadem Notitia oſtendit. Lamprid. in Alexandr. *Ita vt Alexandrina purpura hodiéque dicatur, quæ vulgò Probiana dicitur: idcirco quòd Aurelius Probus Baphiis præpoſitus, id genus Muricis reperiſſet.*

BARBAROS in Impp.Conſtitutionibus accipimus,quicumque Rom. Imperio non parebant,l.26.C.de epiſc.& cler.l.2.C.quæ res vendi non poſſ.l.2.C.quæ res export. nõ poſſ. Sic & in l.6.§.vlt.D.de bon.damnat. interpretor. Inde *Barbaricum*, pro Barbarorum ſolo, l.2.C.de commer.l.1.C.quæ res export.l.vlt.C.de eunuch. Ammian. Marcell.lib. 18. *Viſus in Barbarico miles per* Hortarij *regna tranſibat intacta*.Eutrop.lib.9.de Deciis patre & filio,*Vterque*, ait,*in Barbarico interfecti ſunt*.Idem lib.7. *Albis in Barbarico longè vltra Rhenum eſt.*

BARBARICARII vel BRANBARICARII vocabantur,qui argento, vel auro,vel ære,caſſidas & bucculas tegebant, & deaurabant, vt apparet ex l.1.de fabricenſib.in C.Th.Sic accipe in l.1.de excuſ.artif.lib.10.C.l.7.C.de palat.ſacr.larg.lib.11.quo loco deComite ſacrarum larglitionum in partibus Occidentis agit.InVetuſtis Gloſſis manuſcriptis Noui & Veteris Teſtamenti inueni ſcriptum, *Barbarica opera de auro.* & aliâs, *Barbarica opera ſubtiliter ornata.* Illud non ſilebo in duobus poſtremorum Codicis librorum locis corruptum hoc Barbaricariorum nomen eſſe:nimirũ in l.1.de prępoſit.agent.in reb.lib.12.& in l.1.de priuilegiis ſcholar.æquè lib.12.C.Similiter in Notitia, qua parte de officio Magiſtri Officiorum per Orientem agitur,*Barbariorum*,meo quidem iudicio,pro *Barbaricariorum* perperam legitur.

BASES *collocandorum Vaſorum cauſa paratæ*,l. 100. §. cui Corinthia, D. de legat. 3. *Baſibus ſtructilibus adfixæ Statuæ*, l. 245. D. de verb. ſignif.

BASILICA in l.83.§.sacram,& l.137.§.cum quis,D.de verb.oblig.in §. vlt.Instit.de cõtr. empt.Primam Romæ Basilicam Cato extruxit,vt Auctor lib.de vir.illustr.cap.47. testatur, quæ *Porcia* appellata est.Aliã Iulius Cæsar,quę *Iulia* dicta,cuius apud Plin.lib.5. Epist. vlt. & Suet.in Calig.& in Inscript. antiq.extat mentio.*Opimiæ* etiam *Basilicæ* Varro lib 4.de lingua Lat.meminit.Fuêre & alię Romæ Basilicæ,vt ex Victore,aliisque constat:quas quòd à proposito longius hic sermo recedat,non enumero. Statius Papin.lib.1. Syluar. *Regiam* vertit, hoc versu: *Illic Belligeri sublimis Regia Pauli.* *Basilica Thermarum*,l.3. de Pactis in C. Th. Sed & in l.32.§.Idem cum, D.de Auro,Argen. *In Basilica Argentum muliebre* fuisse refertur,*quod negotiandi causa venale proponeretur.*

BASTAGA onus iumentis portandarum rerum fiscalium significat,l.8. C.de cohortalibus, lib.12.& in Leonis Imp.libro de Bellico apparatu,non semel.Vnde *Bastagarij*,quibus id oneris incumbit,l.4.& l.8.C.de murilegul.lib.11.& l.4.& l.11.eo.Tit.in C.Th.

Bastagam autem *Priuatam* sub dispositione Comitis largitionum priuatarum diuinæ domus:Præpositos verò Bastagarum sub dispositione Comitis sacrarum largitionum Notitia collocat.

BELLE', id est eleganter.Sic *Bellè Definit*,l.5.§.& Bellè,D.de oper.nou.nunt. *Dictum*,l.3. §.Aristo.D.de Riuis. *Quæri potest*,l.2.§.vlt.D.de suis,& legit.l.4. §.vlt.D.quib.mod.pig.*Tractari Belle potest*,l.2.Tractari,D.ad Sc.Tertyll. *Non Bellè dicetur*,l.4.D.de vsu & habit.

Bellissimè putabant,l.20.D.de fideic.liber. *Quæritur*, l.1.§.bellissimè,D.vt legator.no.cau.l. 7.§. Bellissimè,D.quod vi aut clam. *Scribit*,l.1.§.quia autem,D.quod legator.

BELLO *Perire*,l.9.§.cum bello,D.de reb.dub. *Bello Amissi*,l.18.D.de excusat. *In Bello Amissum dicitur quod propter Belli causam amittitur*,l.1.§.1.D.de incend.ruina.

Belli Alea,l.vn.de lusor.D.anu.in C.Theod.

BENE *Collocare Pecuniam*,id est Tuto,seu bonis Nominib.l.13.D.de administr.& peric.Et ita *Bene Collocatæ Pecuniæ*,l.33.D.de vsur.Similique modo *Bene credere*,l.12.§.hoc amplius, D. mandati,id est,absque vllo periculo,& damni metu.Huic contrarium est *Malè credere*, apud Plautum.Pœnul. Act.3.Sc.2. *Bene Emere*,l.38.D.de legat.3.& apud Martial.Epigr.10.lib.8. *Bene est*,id est,bene res habet,l.15.§.in venditione,D.de re iud.*Bene Iudicatum*, l.38. D.de minorib. *Bene & ex fide administrare*,l.67.§.vlt.D.de ritu nupt.

BENEFICIVM pro priuilegio alicui indulto,l.43.& l.152.D.de diuers.reg.iur.l.38. D.ex quib. caus.maior,l.21.D.de testam.milit.

Beneficium Imperatoris,quod à diuina eius indulgentia proficiscitur, l.3. D. de constit. principum. *Beneficiis Augusti gratiosa colonia*,l.1.D.de censib.*Beneficium Principis*,l.43.D. de vulg. & pupill. l.vlt.D.de adoptionib.l.98.D.de adqu.vel omitt.veluti,*Beneficium D.Traiani*,l.13.§.Item l.15. §.Senatus,l.42.§.1.& l.49.D.de iur.fisc.*Diuus Adrianus cuidam speciali Beneficio præstitit*,§.sciendum.Instit.de hered.qualitate.

Beneficium quibusdam datum Plebis iniuria est,l.9.de lustrali conlat.in C.Theod.

Beneficio Principis adeptus Procurationem, l.11.§.ex facto, D.de minorib. *Pœna liberatus*, l.8. §. vlt.D.de pœnis.

Beneficium Imperiale,l.5.de denuntiat.vel edit.inC.Th.*Principale*,Vlpian.Tit.3.Regular.l.5. de conlat.donatar.l.vn. de his qui veniam ætat.in C.Th.

Beneficium Ætatis,l.6.D.de in integ.restit.l.7.§.nõ solùm,l.42. D. de minorib.l.45.§.vlt.D. de iur.fisci,l.26.D.de liberat.leg.l.1.C.si aduers.rem iudic.l.vlt. C.si minor se maior . l. 29.§. 1.D.de minorib.l.1.C.de filiosa.*Anulorũ*,l.42.D.ad L. Iul. de adult.l.1. & l.2. D. de iur. aur. anul. *Cessionis*,l.1.C.qui bon.ced.*Emancipationis*.l.1.D.si à parente,l.7.D. vt legator. *Libertatis*,l.33.D.de pœnis,l.1.D.de bon.libert.l.67. D. de legat.2.*Militiæ filiofamilias cõcessum*,l.vlt. D.ad Sc.Tertyll.*Militare*,l.3.& l.10.D.de Testam.milit.*Religionis*,l.18.D.de procur.

Beneficium Edicti,l.vlt.D.quod quisque iur.l.vlt. D. de successor.edic.*Iuris Prætorij*,l.3.C. de legitim.heredib.*Prætoris*,l.15.§.si tamen,D.de damn.infec.l.11.D.de Carb.edic.*Prætorum*, l.1.D.de Carbon.edic.l.13.§.vlt.D.de oper.nou.nunc.

Beneficium Constitutionum Principalium,l.18.D.de stipulat.ser.l.2.C.de donation. caus. mort. *Legis*,l.21.D.de legat.præst.*Legum*,l.6.D.de in integr.restit. *Legis Corneliæ*,l.8.C. de legitim. heredib.l.63.§.si cum,D.ad Sc.Trebell. *Legis Iuliæ de maritandis ordinibus*, l. 48. §.1. D. de rit. nupt.*Legis Iuliæ de cessione Bonorum*,l.4.C. qui bon.ced. *Orationis*,l.31.§.quod ait,D.de donat. inter vir.l.2.C.de curat.fur. *Senatusconsulti*,l. 9.l. 10. l. 12. &l.24.§.1. D. ad Senat. Velleian.l. 38.D.de iur.fisc.l.2.C.de calumniato.Paul.lib.3.Sent.Tit.12.

Beneficium etiam commodum & emolumẽtum ſignificat. Sic *Beneficium Bonorum Poſſeſſionis*, l.4.in fi.& l.10.§.vlt.D.de bon.poſſ.contr.tab.l.6.D.de Bon. poſſ.l.8. D. de collat.Bonor.l.1.§.vlt.D.de ſucceſſor.edict.l.6.§.1. & l.4. §. vlt.D.de Bonor.poſſeſſ.contr.tab. quod & *Commodum* dicitur in l.5.D.de Bonorum poſſeſſion. contr.tab.

Beneficium Legis Falcidiæ, l.13. l.18. l. 22. l.47.§.vlt.l.58.l.59.l.77.l.89.l.90.& l.94. D. ad L. Falcid.l.8.& l.10.C.eod.Tit.l.9.§.ſi quis,D.de iur.& fact.ignor.l.18.§.vlt.D.ſi quis om.l.5.§. qui mortis,l.13.& l.15.D.de his quę vt indign.l.16.§.idem,D.ad Sc.Treb.l.9. C.de oper.lib. *Beneficium Quartæ*,l.63.§.ſi cum,D.ad Sc.Trebell.

Beneficio adfici hominem, hominis intereſt,l.7.D.de ſeruit.export. *Beneficium tribuere*,l.17.§.ſicut D.commoda. *Beneficij ac nudæ voluntatis fuerat*.Ibidem.

Beneficium,non pro merito,& benefacto, ſed ſimpliciter pro facto,occaſione, imò etiam delicto.Sic *Res abeſſe Beneficio furis*,dicitur in l.46.D. de furt. & *Damnum alicuius Beneficio contigiſſe*,in l.40.§.1.D.de damn.infect.id eſt,vt vulgò loquimur,per eius medium.Sic *Maximis Beneficiis Patronum ſuum liberti adſecuti*, qui malè de eo meriti ſunt dicuntur, l. 27. C. de inoff. teſta.

Beneficio alterius pars acceſſiſſe, dicitur in l.7.in fi. D. communi diuid. quæ propter alteram acceſſit. *Beneficio Pacti admitti ad petitionem*, id eſt, ratione, ſeu occaſione, l.55. D. de pactis. *Beneficio aliorum Admiſſi*,l.10.§.vlt. D.de Bonor.poſſeſſ.cont.tab.

Beneficio alicuius Legis Pecuniã debere deſinere,l.50.D.de act.em. *Beneficio fratris cõſequi*,l.20.D. de Bon.poſſeſſ.contr.tab. *Beneficio Liberorum, vel Ætatis excuſare*,l.1.§.item cum, D.quæ ſent. ſine appell.

Beneficiarij,l.5.& l.7.de cohort.princip.in Cod.Th. *Beneficiarij*,vt ait Feſtus,dicebantur *Milites qui vacabant muneris beneficio*:quales ſunt qui enumerantur in l.vlt.D.de iure immunit.

Benevolentia pro humanitate & benignitate.Sic *Beneuolentiæ* eſt,l.62.D.de hered.inſt. *Beneuolentiam ſuam interponere*,l.52.D.de adquir.vel omitt. *Contra Beneuolentiam introducebant*, §.optionis,Inſtit.de legat.

Benigna interpretatione,l.16.D.de donationib. l.1. C. de neceſſ.ſeru. *Dicendum*, l. 112. D. de condic.& dem. *Poteſt defendi*,l.9.D.de pact.dotal. *Reſpondetur*,l.2.D.de liber. §. poſt. *Benigni Iuris interpretatione*,l.3.C.de donat.quæ ſub mo.

Benigna interpretatio voluntatis,l.12.D.de aliment.& cibar. *Benigna eſt Opinio dicentium*, l.4. §. ſiue autem,D.de manumiſſionib. *Benigna ratione receptum*,l.70.§.cùm alium,D.de legat.1.

Benignior eſt Prætor,l.1.§.ſi filium,D.de vent.in poſſeſſ.mit. *Benignior Interpretatio*,l.192.D.de diuerſ.Regul. *Quæ Sententia Benignior eſt*,l.14.§.1.D.de vſu & habit.l.4. D.mandati. *Benignior eſt diuerſa Sententia*,l.8.D.de collatione. *Benigniores Sententias fauor libertatis exprimit*, l.32.§. vlt. D.ad L.Falcid.

Benignum eſt,l.5.§.vlt.D.de legat.3. *Benignum eſt dicere*,l.49.D.de ædilic.edic. *Benignius reſpõſum*,l.168.D.de diuerſ.Regul. *Semper in dubiis, Benigniora proferenda ſunt*,l.56. D.de diuerſ. Reg. Benignè Accipi, l. 19. D. de liber.& poſt. *Accipiendum* eſt,l.24.§.vlt.D.de adminiſtr.& peric. *Admittendum*, l. 2. §. in filiis, D.de decurionib. *Dicetur*,l.14.§.accuſaſſe,D.de bon. libertor. *Dicẽdum eſt*, l.10. D de cond. & demonſtr. l.14.§.1.D.de bon.libert. *Dici poterit*,l.1.D.quib. mod. vſufruct. *Decreuit Seuerus*,l.18.D.de iis quib.vt indign. *Interpretari*,l.24.D.de reb.dub. *Placuerunt*,l.16.C.de poſtl.reuerſ. *Quis dixerit*,l.1.D.vt in poſſ.legat. *Temperare*,l.5.C.de bon.mater.

Benignius eſt,l.20.D.de reb.credit.l.2.§.quid ſi,D.de ſtatulibert.l.10.D.ad Sc.Trebell.l.15. §.vlt.D.de l.Corn.de falſ.l.25.D.de donationib.l.38.D.de hered.petit.l.44.§.1.D.de condic.& demonſtr. *Benignius acceptum eſt*,l.1.§.furioſum,D.de oblig.& act. *Admitti*,l.64.§.vlt.D. ſol.matr. *Dicetur*,l.6.D.de ſtatulib.l.13.§.ſi quis, D.ad L.Iul. de adulter. *Interpretandum*,l.255. §.vlt.D.de diuerſ.Regul. *Perſequendum eſt*, l.8.D.de liber.cauſ. *Punitur*,l.35.D.de bon. libert. *Benignius & Suptili Ratione opponuntur*, l.11. D. de ſeruit.præd.ruſt.vt & in l.20.D.de reb.credit.l.25.D.de donationib. *Benigniſſimè reſcripſerunt*,l.4.D.de iure patr.

Benignitas Æquitatis,l.25.D.de legib. *Principis*,l.11.C.de Sentent.paſſ. *Benignitatis Temperamentum*,l.11.D.de pœnis.

Berillvs in l.vlt.§.ſpecies,D.de publican.gemma eſt in India naſcens, quæ à gentis ſuæ lingua nomen habet,viriditate ſimilis Smaragdo,ſed cum pallore, vt Plin. lib.37. cap.5. & Solin.in Polihiſt.cap.53.& Iſidor.lib.16.Etymolog.cap.7.ſcribunt.

Berytvs, vrbs eſt Syriæ Phœnices,quam Metropolitano nomine ac dignitate exornarunt Imperatores Theodoſius & Valẽtinian.Rubr.de Metrop.Beryto,lib.11. C.Celebris fuit legum ſtudiis. *Berytenſis colonia Auguſti Beneficiis gratioſa*.l.1.D.de cenſib.

Bes octo duo decimas Assis significat, vt Volus. Mæcian. in lib. de Asse tradit. Festus Pompeius, *Bes appellatus est quòd bis triens sit, quamuis dura compositio fiat* Bessis *ex triente.* Bessis *uncia octo sunt, triens quattuor.* Varro lib. 5. de lingua Lat. *Bes Veteribus Des dicebatur dempto Triente.*

Pro Besse *petere*, l. 6. C. de hereditar. actionib. & l. 7. C. de bon. auct. *Bes pretij*, pro octaua parte, l. 12. §. contrario, D. mandati. *Pro* Besse *socius*, l. 7. D. pro socio.

Bestiæ dicuntur, quæ natura Feræ sunt, l. 1. §. in bestiis, D. si quadrup. pauper. veluti, Vrsi, Leones, Pantheræ, l. 2. D. ad Leg. Aquil. Vlpia. ad Edictum Prętoris de Postulando, *Bestias*, inquit, *accipere debemus, ex feritate magis quàm ex animalis genere*, l. 1. §. bestias, D. de postul. Elephantos planè & Camelos, Bestiarum numero esse Vlpia. Tit. 19. Regular. tradit. Et re vera eorum natura fera est. Quia tamen collo dorsóve domantur, & Iumentorum operam præstant, ideò in L. Aquilia. *Quadrupedum* appellatione continentur, d. l. 2. §. vlt. D. ad Leg. Aquil. *Bestiarum*, autem aliæ sunt *Marinæ*, aliæ *Terrestres*, l. 44. D. de adquir. poss.

Ad Bestias *Damnari* dicebantur, qui in hoc damnabantur, vt Bestiis subiicerentur, l. 6. D. ad Leg. Iul. pecul. l. 8. in fi. D. qui testament. l. 25. §. si quis planè, D. de adquir. vel omitt. l. 18. D. de appellation. l. 29. l. 30. & l. 31. D. de pœn. §. pœnæ, Instit. quib. mod. ius pat. pot. & apud Tertull. lib. 1. ad Scapul. Agell. lib. 5. cap. 13. B. Hieronym. in lib. de scriptorib. Ecclesiasticis, *Ignatius, commouente persecutionem Traiano, Damnatus ad* Bestias, *Romæ vinctus mittitur*, quod Sophronius vertit, θηριομαχῆται κελευσθείς. Eodémque sensu, *Ad* Bestias *dari*, l. 12. D. de pœnis, l. 8. D. ad Leg. Corn. de falsi. l. 11. D. ad Leg. Corn. de sicar. l. 1. D. de veteran. *Bestiis Dari*, l. vn. ad L. Fab. in C. Th. Dio ita damnatos, τοὺς τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης δεδομένους dicit lib. 58. Et ita Seruos quosdam cædis insimulatos θηρίοις παραδοθέντας narrat Lucian. in ψευδομάντει. *Ad* Bestias *Pronuntiari*, apud Tertullia. in lib. de resurrectio. carn. *Bestiis Obiici*, l. 9. D. de leg. Pomp. de parricid. apud Paul. lib. 5. Sent. Tit. 29. Apul. lib. 6. de Asin. aur. Asin. Pollio lib. 10. Epist. Familiar. *Bestius verò etiam ciues Ro. obiicit.* Bestiis *subiici*, l. 12. C. de pœnis, & in Lege Dei Tit. 11. Et ita Bestiarum *Damnationem accipe*, in l. 6. D. ad Leg. Iul. pec. Hoc autem supplicium quo plerumque Christianos sub impiis Imperatoribus adfectos historiarum monumenta loquuntur, Euseb. lib. 8. Histor. Eccles. attigit his verbis. τὸν δὲ παραχεῖμα μετὰ τὰς μάστιγας, εἰ θηρσὶν ἀνθροποβόροις ἀγῶνα καὶ τὰς ἐν τούτῳ παρδαλέων, καὶ διαφόρων ἄρκτων, συσσιτε ἀγελών, καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκαυτηριασμένων βοῶν προσβολάς. Cæterum qui bestiis obiiciebantur, ad stipitem alligabantur, vt ex Vopisco in Aureliano, & ex Passionibus Martyrum liquet. Artemidor. lib. 5. de Interpret. somnior. cap. 49. καταδικασθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ θηριομάχησε, καὶ προσδεθεὶς ξύλῳ βράθη ὑπ' ἄρκτου. Atque hoc inhumano & immani spectaculo populus Romanus oculos suos pascere diu sustinuit, quod acriter B. Cyprianus & Prudentius insectatur. Illius verba in Epistola 103. quę de vitandis homini Christiano spectaculis tractat, verba sunt hæc. *Inter quæ nonnunquam & Homo fit hostia, latrocinio Sacerdotis: dum cruor etiam de iugulo calidus exceptus patera, dum adhuc feruet, & quasi sitienti Idolo in faciem iactatus crudeliter propinatur, & inter voluptates spectantium quorundam mors erogatur, vt per cruentum spectaculum sæuirè discatur: quasi parum sit homini priuata sua rabies, nisi illam & publicè discat. Ad pœnam hominis fera rabida nutritur in deliciis, vt sub spectantium oculis crudelius insaniat: eruditur artifex* Bellua, *quæ clementior fortasse fuisset, si non illam magister crudelius sæuire docuisset.* Prudentij de hoc argumēto versus extant lib. 1. & 2. cōtra Relationem Symmachi. His vtique comitem se addit Saluianus Massil. qui æquè in cruēta hęc spectacula lib. 6. inuehitur, quæ ad extremum à principibus Christianis abolita fuere, vt in nostris quos ad L. Dominico raptim cōscripsimus Commentariis olim docuimus.

Ad Bestius etiam *Dari* dicebantur, qui citra damnationem cum Bestiis depugnādi causa in harenam intromittebantur, l. 11. §. 1. & §. vlt. D. de L. Corn. de sic. l. 4. D. de accusationib. l. 1. D. de ædil. ed. l. 3. §. Lege Iulia, D. de testib. Quidam enim operas suas, vt cum Bestiis pugnarēt, locabant, l. 1. §. qui operas, D. ad Sc. Tertyll. l. 37. D. de oper. libert. & in Lege Dei, Tit. 3. De huiusmodi hominibus ita B. Cyprian. Epistol. 1. ad Donatum: *Quid illud, oro te, quale est, vbi se feris obiiciunt, quos nemo damnauit ad* Bestias? *Ætate integra, honesta satis forma, veste pretiosa, viuentes in vltroneum funus ornantur. malis suis miseri etiam gloriantur: pugnant ad* Bestias, *non crimine, sed furore.* Ita Bestiis Addictum accipe apud Apuleium lib. 10. Metamorphos. Et hos, Bestiarios Latini appellabant: quo verbo Cicer. in Oratio. contra Vatinium, & pro Sestio, Senec. lib. 11. de Benef. cap. 19. & Epist. 1. lib. 10. & Tertullian. in Apologet. cap. 42. vtuntur. θηριομάχους Græci vocant. Basil. περὶ πλεονεξίας, ὀχ ὁρᾶς τοὺς ἐν τοῖς θεάτροις παγκρατιαστὰς καὶ μίμους καὶ θηριομάχους. Seruos vendere vt cum Bestiis pugnarent, l. 42. D. de contrah. empt. & hoc modo *in Arenam se dare dicebantur*, id est ad pugnam ad Bestias, l. vlt. D. de fugitiu.

BIARCHI in l. 3. C. de agent. in reb. lib. 12. l. vlt. C. de offic. præf. præto. Afr. Officiales quidam fuere ex ſchola Agentium in rebus. Vnde *Biarchia* in l. 1. C. de offic. magiſtr. officior.

BIBLIOTHECA, *aliâs locum ſignificat, aliâs* ARMARIUM, *ſicut dicimus, Eboream Bibliothecam emit: Aliâs, Libros: ſicuti dicimus Bibliothecam emiſſe: & Armaria plerique Bibliothecas appellant*, l. 52. §. ſed ſi Bibliothecam, D. de legat. 3. Feſtus Pomp. *Bibliothecæ & apud Græcos, & apud Latinos tam librorum magnus per ſe numerus, quàm locus ipſe in quo libri collocati ſunt, appellantur. Bibliothecæ parietibus inhærentes*, l. 41. §. Item hoc, D. de legat. 1. *Si mihi Bibliothecam vendideris, ſi Decuriones Campani locum mihi vendidiſſent, in quo eam ponerem*, l. 50. D. de contrah. emption.

BIDENTES inter vaſa vtilia culturæ numerantur, in l. 8. D. de inſtruc. vel inſtr. vt & ab Ouidio lib. 4. Faſtor. *Glebam ſanè verſis* BIDENTIBUS *frangendam monet*. Virgil. lib. 2. Georgic. *Solúmque Bidente verſare*, dixit Tibull. lib. 2. Eleg. 3. *Foſſorem Bidentibus ſoli terga conuertere*, ait Columella lib. 4. cap. 14. *Bidente Paſtinari ſolum vineæ*, præcipit Plin. lib. 17. cap. 21. Vetus Gloſſarium *Bidens* & *Bidentis*, Δίχελλα.

BIDVVM, & *Alterum diem*, pro eodem ponit Vlpian. in l. 1. §. In propria cum ſeq. D. quãdo appellan. ſit. *Biduum Biſſexti pro vno die habetur*, l. 98. D. de verb. ſignif. l. 3. §. proinde, D. de minorib. Vetus Gloſſar. *Biduum*, Δίημερον.

BINÆ *Ædes*, l. 10. & l. 36. D. de ſeruit. præd. vrb. l. 19. §. 1. D. comm. diuid. *Nuptiæ*, l. 1. D. de his qui not. infam. *Regiones Vrbis*, l. 3. D. de offic. præf. vigil. *Vxores*, l. 3. C. de inceſt. nupt. *Bina Mancipia*, l. vlt. D. comm. diuid. *Sponſalia*, l. 1. D. de his qui not. infam.

BIS *idem exigi*, l. 57. D. de diuerſ. reg. iur. *Bis idem præſtare*, l. 22. §. cùm autem, D. rem rat. hab. *Bis Edita ratio*, l. 7. §. vlt. D. de eden. *Bis fieri poteſtas*, l. 5. §. vlt. D. de bon. auct.

BISEXTVM *Calendis*, l. 98. D. de verb. ſignif. *Biſſexto Natus, ſiue Priore, ſiue Poſteriore Die*, l. 3. §. proinde, D. de minorib. vbi, Biduum id pro vno die haberi, & poſteriorem diem Kalendarum intercalari, Vlpianus tradit. Quod ille ex Celſo hauſiſſe videtur, qui æquè in d. l. 98. definit, nihil referre vtrum quis Biſexti priore, an poſteriore die Biſexti quis natus ſit. Nam id Biduum pro vno die haberi: & poſteriorem diem intercalari, non priorem: ac proinde eum qui Biſexto Calend. natus eſt, habere diem Natalem ſextum Kalendas: Item, eum qui quo Anno intercalatum non eſt, ſexto Kalendas natus eſt, cùm Biſextum Kalendis eſt, Natalem diem habere, priorem Biſexti. Iſidorus lib. 6. Orig. cap. 17. *Biſſextus eſt poſt annos quattuor vnus dies adiectus. Creſcit enim per ſingulos annos quarta pars aſſis*, i. *duodecim horarum. At vbi quarto anno Aſſem compleuerit, Biſſextilem annum facit. Dictus autem Biſſextus quia bis ſexies ductus, Aſſem facit: quod eſt vnus dies.* Quod ex parte verum eſt, ex parte falſum. Nam Biſſexti quidem ab eo prodita definitio recta eſt: notatio verò vitioſa. Inde enim Biſſexto nomen, quòd quo anno intercalamus, bis Sextum Kalendas Martias computamus. Biſſextum autem non alium quam Iulium ipſum Cæſarem patrem ciet: ab eóque auctore originem ducit. Is enim, quemadmodum Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 14. tradit, ad numerum Solis, qui diebus 365. & quadrante curſum conficit, Annum direxit, vt dies, quibus Sol Zodiacum luſtrat, annum efficerent: & ne Quadrans deeſſet, ſtatuit vt quarto quoque anno vnus intercalaretur Dies: eo ſcilicet Menſe, ac loco, quo etiam apud veteres Menſis intercalabatur, id eſt ante quinque vltimos Menſis Februarij dies. Idque *Biſextum* cenſuit nominandum. Quod & Cenſorinus de Die Natali cap. 20. de eodem Cæſare agens, confirmat, his verbis. *Præterea pro Quadrante Diei qui Annum verum ſuppleturus videbatur, inſtituit vt peracto quadriennij circuitu, Dies vnus, vbi Menſis quondam ſolebat, poſt Terminalia intercalaretur: quod nunc Biſextum vocant.* Quæ cùm ita ſe habeant, mirum eſt quod Auſonius in quintum Annum Biſſextum reiicit, cùm quarto quoque Anno contingat. Verba eius Eidyllio 14. ſunt huiuſmodi.

Quadrantémque Dij: Quinto qui protinus Anno,
Menſe Numæ extremo, nomen capit Embolimæi.

Qua in re labi eum & errare quidam adfirmare auſi ſunt: quaſi verò tam craſſus error tanto vati obiici poſſit. Equidem in defenſum eum, & inaudita cauſa damnari non patiar. Nec enim fallitur Auſonius: falluntur potius qui eius verba aut non capiunt, aut male accipiunt. Hoc ſiquidem ille ſenſit, Quadrantem illum diei, qui quadriennio collectus vnum diem efficit, in Biſſextum cogi Quinto quoque Anno, incipiente, planè, non exacto Anno. Sed quoniam alienæ rei nemo idoneus defenſor eſt abſque ſatiſdatione, locupletem reum dabo Macrobium, qui eum ab hac reprehẽſionis nota vindicet. Etenim de vitio à Sacerdotibus circa intercalarem diem poſt exceſſum Iulij Cæſaris commiſſo tractans, *Nam cùm*, ait,

oporteret

porteret Diem qui ex Quadrantibus consit, Quarto quoque Anno *confecto, antequam Quintus inciperet, intercalare, illi, Quarto non peracto, sed incipiente, intercalabat. Hic error sex & triginta* Annis *permansit: quibus* Annis, *intercalati sunt Dies duodecim, cùm debuerint intercalari nouem. Sed hunc quoque errorem serò deprehẽsum correxit Augustus, qui* Annos *duodecim sine intercalari Die transigi iussit: Vt illi tres dies qui per* Annos *triginta & sex vitio sacerdotalis festinationis exercuerant, sequentibus Annis duodecim, nullo die intercalato deuorarentur. Post hoc vnum Diem, secundum ordinationem Cæsaris, Quinto quoque incipiẽte* Anno, *intercalari iussit.* Verùm in alienas Mathematicorũ possessiones lõgius irruere, instituti mei nõ est. Illud tãtum obiter adnotabo, vulgi sermone tritũ de infausto Bissexti omine prouerbium, à Paganis, quorum animos ea superstitio occuparat, ortum videri. Quod me Ammianus Marcellinus docuit, qui lib. 26. De Valentiniano ad Imperij culmen euecto loquens, *Nec videri*, ait, *die secundo, nec prodire in medium voluit*, Bissextum *vitans Februarij Mensis tunc illucescens, quòd aliquoties rei* Romanæ *fuisse cognorat infaustum.* Et paulò pòst, de Bissexto sentiens, *Elapso*, inquit, *Die parum apto ad inchoandam rerum magnitudinem, vt quidam existimant.*

Blæsvs Iurisconsultus, citatur l. 31. D. de vsu & vsufruct.

Blandiri sibi dicuntur qui in sua causa sibi aliquid vani persuadent, l. 3. §. 1. in fi. D. de administr. & peric. l. 12. C. de fideiussorib. l. 17. C. de Nouationib. l. 4. C. de Iudæis, L. 125. de Decurionib. in Cod. Theod. B. Augustin. Serm. qui incipit, Inter pressum. *Nec sibi malè blandiuntur qui post gratiam acceptam corrigi nolunt.* Idem in Psalm. 98. *Non sibi ergo blandiantur, quia eos in quibusdam exaudit Deus.*

Blatta serica in l. vlt. de murileg. in C Theod. quæ & *Sericoblatta* vel *Sericablatta* dicitur in l. 10. de murilegul. lib. 2. Codicis Iustin. & l. 13. eod. Tit. in C. Theod. Vnde *Pallium Blattosericum*, apud Vopiscum in Aureliano. Est autem *Blatta* Purpuræ genus, cuius fit mentio in l. 1. Cod. quæ res vendi non possess. Cassiodor. lib. 1. Variar. Epist. 2. *Cum Blatta quam nostro cubiculo dare singulis annis consueuisti, venire festina.* Sidonius Apollina. in Panegyric. Mario. *Pontus Castorea, Blattam Tyrus, æra Corinthus.* Lamprid. in Heliogabalo, *Parauerat igitur funes Blatta & Serico, & Cocco intortos*: Eutropius quoque lib. 7. Neronem retibus aureis piscatum, quæ *Blatteis Funibus* extrahebat, scribit. Sed & *Blatteam Tunicam* apud Gregorium Turonensem lib. 2. Histor. cap. 38. legimus. Inde *Blattiarij*, l. 2. de excusat. artif. in C. Th.

Bombycinæ vestis fit mentio in l. 25. §. 1. D. de Aur. Arg. leg. & apud Paul. lib. 3. Sent. Tit. 6. Isidor. lib. 19. cap. 22. *Bombycina vestis à Bombyce vermiculo, qui longissima ex se fila generat, quorum textura Bombycinum dicitur: conficiúrque in Insula Coo.* De Bombyce, autẽ & Serico elegantem Clementis Alexand. ex lib. 2. Pædagog. cap. 10. locum subiiciam. Ἐκπεσὼν, inquit ille, μεθιᾶσιν νῆμα χρυσοῦ καὶ σῆρας ἰνδικοὺς, καὶ τοὺς περσικοὺς βόμβυκας χαίρειν ἐῶντες. ὃς σκώληξ φύεται τὸ πρῶτον, εἶτα ἐξ αὐτοῦ δασὺς ἀναφαίνεται κάμπη μεθ' ἣν εἰς τέλος μεταμόρφοσιν νεοχμοῦται βομβύλιον. οἱ δὲ νεκύδαλον αὐτὸ καλοῦσιν, ἐξ οὗ μακρὸς πίπτει βλαστήμων, καθάπερ ἐκ τῆς ἀραχνῆς ὁ τῆς ἀραχνης μῖτος. Seruius in lib. 2. Georgic. Virgilij, ad illum versum,

Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres.

Apud Indos, ait, *& Seres, sunt quidam in* Arboribus *vermes, qui* Bombyces *appellantur, qui in aranearum morem fila tenuissima deducunt.* Pollux lib. 7. Onomast. cap. 17. σκώληκες εἰσὶν οἱ βόμβυκες ἀφ' ὧν τὰ νήματα αἴρεται, ὥσπερ ὁ ἀράχνης. Tertullian. lib. de Pallio. *Prorsus haud latet* Bombycem (*vermiculi genus est*) *quæ per aërem aliquando araneorum more scopis idonius distendit, dehinc deuorat, mox æquè reddere, perinde si negaueris animata iam stamine aluo.* Meminit & idem Tertull. lib. 3. aduers. Marcio. De hoc qui plura scire desiderat, adeat Plin. lib. 11. cap. 23.

Bonorvm appellatione & *Prædia* & *Mancipia* & *Supellex* & *Kalendarium* continentur, l. 87. D. de vsufruct. leg. Sed enim *Bonorum* appellatio, aut *Naturalis* est, aut *Ciuilis*. Naturaliter ex eo Bona dicuntur quòd Beent, id est, beatos faciant, l. 49. D. de verb. signif. Vnde & Beatos Latini appellant diuites atque locupletes. Plaut. in Pœnulo. *Bonam ego, quàm* Beatam *esse primò dici mauolo.* Seneca lib. 3. Controuersiar. *Insolens malum est* Beata *vxor: Cùm immensum pondus auri orba attulerit, cum pecunia* Arcas *nostras ornauerit, quid aliud quam* Beatæ *seruiemus?* Idem lib. 3. Epist. de Sabino diuite homine, *Nunquam, vidi hominem* Beatum *indecentius.* Secundum hęc Bona propriè dici non possunt quæ plus incommodi quàm commodi habent, l. 83. D. de verb. signif. Proinde Bona intelliguntur cuiusque, quę subducto ære alieno supersunt, l. 39. §. 1. D. de verb. signif. l. 72. D. de iure dot. l. 2. §. 1. D. de collat. bonor. Eáque ratione Bona ab *Hereditate* separantur, l. 82. D. de legat. 3. l. 16. §. 1. D. ad Sc. Trebell. Multúmque interest, *Hereditatis* an Bonorum vsusfructus legetur. Vsufructu enim Bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendum est, l. 69. D. ad Leg. Falcid. l. vlt. D. de vsu & vsufruct. leg. At *Hereditatis* appella-

tio etiam onera continet. *Bonorum* etiam *Parte* legata, Funeris impensa, manumissorúmque pretium, ex medio deducitur, aliter atque si *Hereditatis pars* legata sit, l. 8. §. vlt. cum l. seq. D. de legat. 2. & l. 26. §. vlt. D. de legat. 1. Æs denique alienum in Bonis non est. Quod & significat Quintil. Declamat. 273. *Bona*, inquiens, *sunt, vt opinor, ea quæ detractis alienis deprehensa sunt. Finge, alium Creditorem fuisse eius, quem deprehendisti. Non dubium est, quin quamuis ad te Bona pertinerent adulteri, recepturus tamen suum Creditor fuerit.* Concludamus ergo Naturaliter id Bonorum cuiusque esse intelligi quod ęri alieno supereſt, l. 11. D. de iure fisci. Ciuiliter verò, *Bona* vniuersitatem successionis significat, qua in ius demortui succeditur, suscipitúrque eius rei commodum & incommodum, l. 3. D. de Bonor. possess. l. 14. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. Vt cum *Bonorum possessionem* dicimus, idem hic valet *Bonorum* appellatio, quod & *Hereditatis*, iúsque successionis, non etiam singulas res demonstrat, l. 208. D. de verb. signif. Est enim iuris magis quàm corporis possessio, l. 3. §. 1. D. de bonor. possessio. Eáque de causa *Bonorum possessio*, iuris nomen esse dicitur, sicut & *Hereditatis*, l. 119. D. de verb. signific. Et hoc sensu *Bona Adire*, & *Adgnoscere*, pro hereditatem Adire Iurisconsulti dicunt, vt libro superiore comprobauimus. Sic & *Bonis se Immiscere*, l. 91. D. de adquir. vel omitt. l. 1. in princ. D. de collat. dot. & ex diuerso, *Bonis Abstinere*, l. 17. D. de iniust. rupt. d. l. 91. l. 44. D. de re iudic. l. penult. & vlt. D. de collat. dot. Interdum vtrumque nomen *Hereditatis* & *Bonorum* exprimitur, vt in l. 57. & l. 78. §. pluribus, D. ad Sc. Trebell. & l. 83. D. de legat. 3. *Ex Hereditate, Bonísve meis*, & in l. 32. D. cod. tit. *Ex Hereditate de Bonis meis*, & in l. 88. §. quæ marito, D. de legat. 2. *Ex Hereditate*, *Bonísue Titij*. Sic & in l. 64. §. vlt. D. solut. matrim. *Æstimationem hereditatis, vel Bonorum liberti.* Et tamen *Bonorum omnium Hereditatem* inuenies in l. 41. §. vlt. D. de vulg. & pupill.

Bonorum autem Possessio, & *Possessio Bonorum*, longè differunt. *Possessionem* tamen *Bonorum*, conuerso verborũ ordine dixit Macer, in l. 4. §. vlt. D. de off. eius cui mandat. Nec hanc subtilem verborum structuram obseruauit Paul. in l. 35. D. de obligatio. & actio. Cic. etiam pro Cluentio Auito: *Intestatum esse dico mortuum, Possessionémque Bonorum ex Edicto Prætoris huic illius Sororis Filio adolescenti honestissimo ortam. Bonorum* autem *Possessio*, (quæ Constantino Διαδοχὴ, à nostris etiam interdum simpliciter *Possessio* appellatur, l. 12. D. de Carb. edic. l. 77. §. Titio, D. de leg. lib. 2. & apud Vlpian. Tit. 28. Reg.) definitur, *Ius esse persequendi, vel retinendi Patrimonij, siue Rei, quæ cuiusque, cùm moritur, fuit.* l. 3. §. Bonorum igitur, D. de Bonor. possess. *Bonorum* namque *Possessio*, commoda & incommoda hereditaria, itémque Dominiũ rerum quæ in his Bonis sunt tribuit, l. 1. D. de Bon. poss.

Bonorum verò *Possessio*, alia *Contra Tabulas* appellatur, quæ contra ipsum Testamẽtum, contra lignum, contra voluntatem defuncti competit: qualis est, quæ Filio Emancipato, Patronóque prætorito datur, l. 6. §. 1. D. de Bonor. possess. l. 19. D. de contr. tabul. Hæc Græcè ἀντίθεσις καὶ Διάθηκη tam in Basilicis, quàm in Vetustis Glossariis, redditur.

Alia *Secundum Tabulas*, & secundum Voluntatem, quam Prætor omnibus iure scriptis heredibus pollicetur, §. sunt autem, Instit. De Bon. possess. d. l. 6. §. 1. Et hæ, facto in scriptis Testamento competunt: At si sine scriptis Testamentum conditum est, *Secundum Nuncupationem*, vel *Contra Nuncupationem, Bonorum Possessio* datur, l. vlt. C. de Bon. possess. secund. Tabul. l. 1. C. de Bonor. possess. contr. Tab. l. vlt. C. de codicil. l. vlt. de Testament. & codicill. in C. Theod. Aliæ etiam ab Intestatò, ius habentibus Legitimũ, vel etiam non habentibus propter capitis diminutionem, dantur, quæ enumerantur in §. 1. & seq. §§. Instit. de Bon. possess. & lib. 38. Pandect.

Præterea *Bonorum Possessio*, quædam *Edictalis*, nimirum quæ Edicto defertur, & ex Edicto competit, l. 30. §. 1. D. de adquir. vel omitt. l. 1. §. 1. D. si tabulæ Test. nul. ext. Quædam verò est, quæ Decreto petitur, quæ cognitionem pro Tribunali, Decretúmque desiderat & exposcit, l. 2. §. dies cum seq. D. quis ordo in Bonor. possess. l. 2. §. si quis ex liberis, D. ad Tertyll. quæ *Decretalis* dicitur, l. 1. §. Decretalis, D. de successor. ed. Sunt & aliæ Bonorum Possessionis differentiæ, veluti *Bonorum Possessio Ordinaria*, l. 3. §. vlt. De Carb. ed. l. filium, §. si quis contra, D. de leg. præst. Qualis est, *Vnde Liberi*, aut alia quæ Liberis datur, ad differentiã *Carbonianæ* quæ *Extraordinaria* est. *Bonorum Possessio Litis ordinandæ gratia*, quæ in hoc accipitur, vt institui. & ordinari iudicium de Hereditate possit, l. 8. D. de inoffic. Testam. Sunt & *Bonorum Possessiones, Cum Re*, & *Sine Re*, de quibus Vlpian. Tit. 28. Regular.

Bonorum autem *Possessio*, à Prætore *Peti, Postulari, Dari, Decerni*, & contrà *Denegari* dicitur. Eam verò *Petere, Postulare, Accipere, Adgnoscere, Admittere*, is cui ea datur. Idem & *Admitti* ad *Bonorum Possessionem* dicitur, & contrà *Excludi à Bonorum Possessione.*

Bonorum

Bonorum autem *Possessores Heredis loco sunt*, l. 117. D. de diuers. regul. & *in omnibus vice Heredum habentur*, l. 2. D. de bonor. poss. eósque *Prætor Heredum loco constituit*, l. D. de contr. tab. Vetus Glossarium, Bonorum *possessores sunt, qui alicui succedunt iure Prætorio.* Bonorum *etiam Possessori adsimilatur is, cui libertatis conseruandæ causa bona addicuntur*, l. 4. §. is autem, D. de fideic. libert.

BONORVM *Emptor* dicebatur qui à creditoribus bona debitoris distrahentibus emerat, in quem omnes quæ venditionem bonorum passo, vel in eum, competebant, Actiones transferebantur, vtilibúsque agebat & conueniebatur, ceu Honorarius successor, actionibus. Theophil. in Tit. de successio. sublat. quæ fiebant per bon. vend.

Nunc quæ Res *in* Bonis esse dicantur, videamus, eò ante præmisso, quòd aliud est *in* Bonis *esse*, longè aliud *ex* Bonis. Nam *in Bonis* id esse dicitur, quod dominij nostri vel quasi dominij est. *Ex bonis* verò quidquid ex substantia nostra est, etiamsi Commodatum tantùm, vel Depositum vel Pigneratum sit, l. 2. §. in hac, D. vi bon. rapt.

In Bonis autem habere olim dicebantur qui pleno iure, id est, ex iure Quiritium, Domini facti non erant, puta, quibus neque Mancipata res, neque in iure Cessa, nec statuto ad vsucapionem tempore ab his possessa erat, vt Vlpian. Tit. 1. & Tit. 19. & Tit. 22. Regular. explicat, & Theophil. in Institutio. Tit. ex quib. caus. manum. lic. qui eleganter ficto vocabulo hos Bonitarios *Dominos* appellat. Vet. Glossar. Bonitarius, φυσικὸς δεσπότης. Aliud Glossarium. *In* Bonis, δεσποτεία φυσική. *Ex iure* verò *Quiritium*, Vet. Glossar. interpretatur, Δεσπότης ἔννομος, ἐκ τῦ νόμῦ τῶν Κουρήτων, ἢ τῶν Ῥωμαίων.

Latius autem & generalius dicimus, *In* Bonis esse quod in Patrimonio nostro aliqua ratione est, l. 1. D. de diuis. rer. l. 25. §. non solum, D. quæ in fraud. credit. Ita Res per vim alienata *in* Bonis esse dicitur eius qui vim passus est, l. 9. §. licet, D. quod met. cau. Et Seruus domino non defendente ductus, *in* Bonis eius esse qui duxit, l. 26. §. vlt. D. de noxalib. l. 2. §. vlt. D. si ex noxal. cau. *In* Bonis etiam Venditoris res vẽdita est, antequam ab eo Emptori tradita sit, l. 8. §. si debitor, D. quib. mod. pign. §. cum autem, Instit. de empt. & vend. *in* Bonis autem nostris computantur non solùm quæ dominij nostri sunt, sed & quæ bona fide à nobis possidentur, vel Superficiaria sunt. Æquè si quid in Actionibus, Persecutionibus, Petitionibúsque est, Bonis adnumeratur, l. 49. D. de verb. signific. l. vlt. D. de vsu & vsufr. leg. Princeps itaque *Bona* concedendo videtur Obligationes concedere, l. 21. D. de verb. signif. Planè iniuriarum Actio *in Bonis* nostris non computatur antequam litem contestemur, l. 28. D. de iniur. Pœnales verò Actiones, siue Legitimæ, siue Honorariæ, exceptis Popularibus, *in* Bonis actoris computantur, l. 32. D. ad Leg. Falcid. Ex Populari enim causa nemo ante litis contestationem Creditoris loco rectè esse dicitur, l. 12. D. de verb. signif. Dos etiam *in Bonis Mariti* esse dicitur constante matrimonio, l. 21. §. idem respondit, D. ad municipal. l. 7. §. si res & l. 75. D. de iur. dot. Denique *Rem in bonis* nostris habere intelligimur, quotiens possidentes Exceptionem, aut amittentes ad recuperandam eam Actionem habemus, l. 82. D. de adquir. rer. dom. Substitutio quæ nondum competit, Hereditas item non adita, *extra Bona* sunt, l. 42. D. de adquir. rer. dom. l. 63. D. ad Leg. Falcid. *In* Bonis etiam nostris non est quod euincitur, l. 151. & l. 190. D. de diuers. reg. iur. Seruitutes nec *in* Bonis sunt, nec *extra Bona*, l. 1. D. de vsu & vsufruc. leg. *In* Bonis *nostris Rem habere*, l. 52. D. de adquir. possess. *In* Bonis *nostris manere*, l. 2. D. de sepulchr. viol. *In* Bonis *emptoris esse seruus*, l. 38. §. quæsitum, D. de liber. cau. Planè in Edicto, quo in bonorum possessionem legatarios Prætor mittit, Bonorum appellatione non eæ tantùm res, quarum proprietas ad heredes pertinet cõtinentur, sed & agri Vectigales, & quæ pignori data sunt, & quæ bona fide possidentur, l. 5. §. bonorum, D. vt in poss. leg. Similique modo, in his verbis Prætoris, *Si dolo malo eius qui liber esse iussus erit, post mortem domini, ante aditam hereditatem in* Bonis *quæ eius fuerunt qui eum liberum esse iusserit, factum esse dicetur*, plenius Bonorum causam pro Vtilitate omni accipiemus, vt & pigneratæ res & commodatæ, & alienæ bona fide possessæ comprehendantur, l. 1. in prin. & §. hæc actio, D. si quis test. liber.

In Bonis *esse* dicitur, qui in eorum possessionem missus est, l. penult. D. vt leg. nom. cau. Sic lib. 13. Epist. apud Cicer. ad Attilium, *Eius frater Catinæ nuper mortuus est: nullam omnino arbitramur de ea hereditate cõtrouersiam eum habiturum, & est hodie in* Bonis, id est, Bona tenet ac possidet. *Domum in tuis* Bonis fecit l. 19. C. de donat. inter vir.

Bonis *cedere*, *Interdicere*, & Bonorum *Cessio* & *Interdictio*, vide suis locis.

BONVS *Iudex*, l. 39. D. de rei vindic. l. 3. §. heres, D. commoda. *Miles*, l. 3. §. à barbaris, D. de re milit. *Paterfamilias*, l. 22. D. de manum. test. l. 9. §. sed si, D. de vsufruc. l. 15. §. vlt. D. de vsu & habit. l. 35. §. si res, D. de contr. empt. *Vir*, l. 77. & l. vlt. D. de procurat.

Boni autem *Viri* nomine quilibet iuſtus,æquus,innocens,& prudens,conſideratúſque Paterfam.accipiendus eſt,l.3.§.tametſi,D.de recep.qui arbitr.l. penult. D. vſufr. quemadm. cau.l.16.in fi.D.de vſu & habit.l.47.§.ſi Sticho,D.de fideic.libert.l.58.§.1. D.loca. l. 45. D. de procuratorib.l.5.§.1.D.vt legat.ſeu fideic.Horat. lib.1. Epiſt.

-------Vir Bonus eſt quis?
Qui Conſulta Patrum,qui Leges, iuráque ſeruat,
Quo multæ magnæque ſecantur Iudice cauſæ,
Quo Reſponſore,& quo cauſæ Teſte tenentur.

Nec eius modo qui iudicandi munere fungitur, ſed cuiuſlibet integræ vitæ & exiſtimationis,idoneíque & diligẽtis patrisfa. Arbitrium, Viri Boni Arbitratui ſeu Arbitrio cõtinetur: pro eodémq; *Virum Bonũ*,& *Bonum Patremfam.* noſtri auctores dicũt l.9. §.ſed ſi lapidicinas, l.13.§.vlt.& l.15.§.etſi veſtimentorum,D.de vſufru.l.20.§.1.D.de oper.libert.l.13.D.de ann. leg.l.23.D.de man.teſt.*Bonus vir & innocens cõiunguntur*, l.vlt. C.de alim.pup. præſt. *Iudicémque viri Boni & Innocentia officio fungi debere*,ait l.4.D.famil.ercíſ.Vnde,*ad Iudicem*,id eſt,*ad Virum Bonum*,in l.137.§.cum ita,D.de verb.oblig. Et ita *Arbitratus viri Boni* in libris noſtris intelligendus eſt, qui omnibus ferè Stipulationibus comprehẽdi ſolebat,l.17.& l.12.D.iudic. ſol.l.21.§.ſiue autem, D. de oper.nou.nunc.l.51. D.ſolut.matr. l.12.§. & cuius, D. de damn. infect.& l.4.C.de reſtitutio.milit.Iuſtin.Nouell.89.Σποδέφεσθαι δὲ τὰς νόμῳ καὶ τῇ γνησίων ἁπάντων βουλόμθα, καὶ τὸ πρέπον τε καὶ τὸ τῆς οὐσίας μέσον καὶ αὐθρὸς ἀγαθοῦ δοκιμαζόμθον: τοῦτο δὲ τὸ παρὰ τοῖς ἡμετέροις νόμοις λεγόμθον. *Boni viri Arbitratu.* Vetus Gloſſar. *Arbitratum* definit, ἀγαθῆ αὐθρὸς δοκιμασίαι. *Vir Bonus Arbitratur.* l.vlt.C.de aliment.pupill. *Vir Bonus non Arbitratur indefenſam eſſe Rem,de qua Prætor iudicium accipere non cogat*,l.18.D. iudicat.ſol.

Viri Boni Arbitratu Defendi,l.77.& l.vlt.D.de Procuratorib. *Præſtare partem pretij*,l.30.D. de liber.cau.*Repleri quod deeſt*,l.25.D.de inoff.teſt.

Boni viri Arbitrio competentem ferre Sententiam,l.31.§.1.D.de donationib.

Viri Boni Arbitrio conuenit,l.80.D. pro ſocio. *Viro Bono non conuenit*,l.6. D. de ſeru.export. *Viris Bonis conueniet*, l.5.§. Papinianus, D.de adminiſtr.& peric.

Curator vir Bonus eligitur,l.1.§.eligitur,D.de vent. in poſſeſſ. mitt. *Virum Bonum ab vtraque parte eligendum,apud quem vt Sequeſtrem fructus deponantur*,l.5.§.1.D.vt legator.ſeu fideic. *Non debent accipi qui Arbitrum quaſi virum Bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt*,l.3.§.1.D.de Recep. qui Arbitr.

Arbitrium heredi quaſi viro Bono dedit,l.46.§.1.D.de fideic.liber.*Arbitratum heredum viri Boni more agentium ſequi*, l.21.D.de ſtatuliber. *Ab ignoto & tranſeunte emiſſe ſe dicere non conuenit volenti euitare alienam Bono Viro ſuſpicionẽ*,l.5.C.de furtis. *Viris Bonis metus Stupri maior quàm Mortis*,l.8.D.quod met.cauſ.

Boni mores,l.5. D. de vſuris, l.14. §. vlt. D. ſol. matr. qua de voce dicam vberius lib. 11.

Bonæ *fidei* verbum variè ſumitur.Interdum enim *Bonam fidem* in animi ſciẽtia ponimus, cùm videlicet quis eam rem,quam poſſidet,ſuam eſſe exiſtimat,l.136.D.de diuerſ.reg. l.24. D.de vſurpat.l.1.§.1.D.de Sc.Sila.l.10. D.de adquir.rer.do.l.2.§.in hac,D.vi bonor. rapto. & alias crebrò.Sic *Bona fide Poſſidere & non Bona fide*,opponũtur,l.3.§.genera,D.de adq.poſſeſſ.Vt *Bona fide*,& *Mala fide*,l.1.§.ſed & per eum,D.eod.tit.

Bona fide autem *poſſidere* dicitur,qui ignorat rem alienam eſſe.l.3.D.ad Leg.Fab.Et è contrario *Mala fide poſſidet*,qui conſcius ad ſe non pertinere,poſſidet,& qui intelligit alienum ſe poſſidere,l.38.D.de vſurpat.Quod & Conſtantin.lib.1.Epit.tit.3.oſtendit. καλῇ πίστι, ait, κατέχει, τυτέστι, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἀλλότριον τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἀπατώμθος, καὶ νομίζων δικαίως κατέχειν αὐτό. ἡ κακῇ πίστι, τυτέστι, ξένον εἶναι γινώσκων τὸ πρᾶγμα. Generaliter autẽ qui à quolibet rem emit,quã putat ipſius eſſe,*Bona fide emit*:At qui ſine tutoris auctoritate à Pupillo emit,vel eo auctore quem ſcit Tutorem non eſſe,non videtur *Bona fide emere*,l.27.D. de contr. empt. vt nec Tutor qui Pupilli rem per interpoſitam perſonam emit,l.5.§.vlt.D.de auctor.& cõſ. Aliter atq; ſi deceptus falſò Tutore auctore emerit,l.15.§.qui à pupillo, D. de Publicia. *Bona fide emere* planè non videtur,qui ſciens ab eo emit,quem Prætor vt ſuſpectum heredem deminuere vetuit,l.7.§.qui ſciens,D.pro emptore.At qui à Procuratore, licet minoris diſtrahente,quàm res vendi potuiſſet,emit,*Mala fide emere* non videtur,niſi fraudem participauerit,d.l.7.§.penult.Qui contra denunciationem à Domino factam emit, *Bona fide non emit*, l. 17. C.de rei vind.

Denique *Bonæ fidei emptor, eſſe videtur,qui ignorauit eam rem alienam eſſe aut putauit cum quo vendidit, ius vendendi habere puta Procuratorem aut Tutorem eſſe*,l.109.D.de verb.ſignif.

In Sc.

In Sc. de Hereditatis petitione, *Malæ fidei Possessor*, is intelligitur qui sciens ad se non pertinere possedit. Ex quo autem sciuit quis à se Hereditatem peti, ex eo tempore cœpit *Malæ fidei Possessor esse*: siue ei denuntiatum est, siue sine denuntiatione resciuit, l.22.§.petitam, D.de hered.pet. Itaque statim post motam Hereditatis cõtrouersiam, in *Mala fide* Possessor cõstituitur. Enimuero qui *auctore Iudice comparauit*, Bonæ *fidei Possessor est*, l.137. D.de diuers. reg. Cæterùm Bona *fide non Possidet, qui id quod possidet, non putat sibi per leges licere vsucapere*, l.32. §.1. D.de vsurpat. Sed nec Bonæ fidei possessor videtur qui Tacitum Fideicommissum in fraudem legis suscepit, l.18. D. de his quæ vt indign. At ne ille quidem, vel antè illatam controuersiam, Bonę fidei Possessor habetur, qui inultam defuncti necem omiserit, l.1. C. de his quæ vt indign. nisi si deceptus ignorantia facti fuerit, l.17. D. eod. tit. Malæ fidei item Possessor est, qui ab herede post motam cõtrouersiam, quæstionis illatæ non ignarus, comparauit, l.2. C.de petit. hered. Bonæ fidei certè Possessor esse quis desinit, ex quo cognouit rem alienam esse, l. 48. D. de adquir. rer.dom. Sed & post Litem contestatam, *Omnes incipiunt malæ fidei Possessores esse, quinimmo post controuersiam motam*, l. 25. §. si ante, D. de hered. pet. l. 45. D. de rei vindicat. Denique Bona *fide emere* dicitur, qui à non Domino, imprudens, & ignorans emit, l.18. D. de dam. infec. Atque vt Bona *fide Emere, Possidere*, ita & Bona *fide Accipere*, dicitur qui ab eo quem dominum esse iusta ratione ductus existimat, per traditionem rem accipit, l. 38. D. de vsurpation.

Bona *autem fides tantundem possidenti præstat, quantum Veritas quotiens Lex impedimento non est*, l. 136. D.de diuers. reg. Nam *vbi Lex inhibet vsucapionem bona fides possidenti nihil prodest*, l.24. D. de vsurpationib.

Eodem autem sensu quo *Possideri* & *Emi Rem* Bona *fide* interpretati sumus, etiam Bona *fide Seruire* nobis vel *Serui Alieni*, vel *Liberi homines* dicũtur, quos Alienos vel Liberos ignoramus l. 23.§. hæ actiones, & l.25. §.1. D.de ædilic.edic. l.10.§. Idem placet, l.23. & l. 54. §.vlt.D. de adquir. rer. dom. l.19. D.de pactis, l. 11. D.de Acceptilationib. l.1. §.1. D. de peculio, l. 1. §.non solùm, D. depositi, l.7.§.si iussu, D. quod iussu, l.1. §. vlt.D. de tributoria, l. 33. D. de stipul. seruor. l.12.§. vlt. D.de liber.cau. l.73. D. de legat. 3.

Bona *ergo fide Seruire Alienus Seruus*, dicitur qui à non Domino bona fide possidetur, l. 19.D. de stipul. seru.l. 43. §. si seruus, D.de ædilic. ed. l.19. D.de euiction.l. 22.§. Item si, D.ad Sc. Turpill. l.27.§.de eo, D.ad L. Iul.de adulter. l. 21. D.de adq.rer.dom.l.1.§.sed & per eum, D.de adq. possess. l.25. D. de adq. vel omitt.

Bona etiam *fide Seruire Liber homo*, dicitur qui bona fide possidetur ab eo qui eum iustam seruitutem seruire existimat, l.19. & l.49. & l.54. D. de adq. rer. dom. l. 6. §. sed si hominis, D. de negot. gest. l.11. D. ex quib.caus.maior.l.8.§.si liber, D.mandati, l.15. §. si liber, D.de adquir. possess. l.118. & l.126. §.Chrysogonus, D. de verb.obligat. l.45.§. vlt. D.de adquir. vel omitt. l. 54.§.vlt. D.mandati, l.3. §. si seruus, D.de donat. inter vir.

Porrò tàm Bonæ *fidei Emptorem*, quàm Bona *fide Emptorem*, promiscuè Iurisconsulti dicunt, vt in l. 7. in fi. D.de Publicia, l. 8. D.pro empto. l. 13. §. vlt. D. de minorib. l.1.§.cùm prædium, D.de pignorib.l.4. §. auctoris, D.de dol. except. l.9. D. quæ in fraud. credit. l.12.§. aliquando, D. quod met. caus. l.26. D. de statu homin.l.27. §.1.D.ad Leg. Iul.de adult. l. vlt.D.de administrat. rer. l.2. C.si quis ignor. l.5. C. de vsucapionib. Similitérque tam Bonæ *fidei*, quàm & Bona *fide Possessorem*, l. 9. §. sed non vti, D. de adquir. rer. dom. l. 22. §. si prædo, D.de pigner. act. l.14.D.de religios. l.2.C.si maior fact.alien. l. 18. D. de petit. hered.l.11.l.12.l.13. D.de noxalib.l.3.D.ad Leg.Fab. de plag. l. 48. D.de rei vindicat. l. 137. D. de diuers. regul. Sic & Bona *fide Dominus*, l.12. §. vlt.D.de liber.caus.appellatur, qui à non Domino quem tamen Dominum putabat, emit.

Aliâs *Fides* Bona cõtraria est fraudi, dolo, astutiis, malitiæ.l.3.in fi.D.pro soc.l.58.D.de diu. reg. Itaque Bona *fide*, est citra fraudem, sine dolo, sine captione cuiusquam. Eáque vt plurimum opponuntur inter se, Bona *fide & Dolo Malo*, vel *per Fraudem*, l. 35. D. loca. l. 22.D. de man. test. l. 2.D.de separatio. l.12. §.1.D. de liber.cau.l.9. D.quæ in fraud. credit. l. 27. D. ad Sc.Velleian. Vnde in l.68.D.de contrah.empt. Proculus Bonam *fidem præstare*, interpretatur, vt *Dolus Malus absit*. Bona *fide, ignoranter, citra dolum, vel fraudem*, l. 45. D. de solutio. l. 46. §. 1. D.de iure fisci. Bona *fide, & non in fraudem alicuius*, l.34. D.de procuratorib. Bona *fide & citra fraudem*, l.22.D.de man. test. Bona *fide*, id est, citra calumniam, & non tergiuersandi animo, l.7.§.planè, D. de petit. hered. Bona *fide*, vel *non* Bona *fide*, l. 57. D. de obligation. & actionib. l. vlt. C. si aduers. vendit. Modestin. in l. 6. §. vlt. D. de excusationib. tut.

μὴ συκοφαντία ἀλλ' ἐκ καλῆς πίστεως. Denique *Bonæ fidei* contraria est *Mala fides*, l. 1. C. de rescind. vendit. quæ idem valet, quod Dolus malus, l. 1. C. de long. temp. prescrip. *Mala* enim *fide est* astutè, callido consilio, malitiosè, dolosè. Vnde in l. 5. §. vlt. D. de auct. & cõs. *Non mala fide, sed simpliciter. Bonæ* item *fidei* contrarius est, *Dolus*, l. 5. C. de rescind. vendit.

Hoc sensu *Bona fides in omnibus Contractibus desiderari*, dicitur l. 4. C. de obligat. & actionib. Abesse enim ab iis fraus & Dolus debet. Eáque *Bona Fides quæ in contractibus exigitur, Æquitatem summam desiderat*, l. 31. D. depositi.

Bona Fides legem Contractus seruari exposcit, l. 13. D. comm. præd. l. 2. in fi. D. de admin. rer. ad ciuit. *Bona Fides exigit, vt quod conuenit, fiat*, l. 21. D. loca. *Nec quicquam magis Bonæ Fidei congruit, quam id præstari, quod inter contrahentes actum est.* l. 11. D. de actio. empt. *Bona Fides exigit vt Arbitrium tale præstetur quale Viro Bono conuenit*, l. 24. D. locat. *Contra Bonam Fidem est Vsuras desiderare temporis ante moram ab eo qui beneficium in re aliena suscipienda præstitit.* l. 24. in fi. D. depos. *Bonæ Fidei non conuenit abnegare id quod accepit*, l. 11. D. depositi. *Bona Fides non patitur, vt bis idem exigatur*, l. 57. D. de diuers. regul. *Vt qui suum negotium, quasi meum, gessit, me obliget*, l. 6. §. sed si quis ita, D. de negot. gest. *Vt cùm Emptor alicuius Legis Beneficio pecuniam rei venditæ debere desisset antequam Res ei tradatur, Venditor tradere compelletur, & re sua careret*, l. 50. D. de actionib. empt. *Bona Fides non patitur à contractu venditionis iure perfecto, alterutro inuito, recedi*, l. 3. C. de rescind. vendit. *Quatenus Bona Fides patitur conuentionem seruari iubebit Iudex*, l. 22. C. de locato. *Bona Fides hoc non patitur*, l. 6. §. si quis ita, D. de negot. gest. *Bona Fides suadet præstari vsuras*, l. 18. C. de negot. gest. *Hæc est Bona Fides, vt commissam rem recipiat is qui dedit*, l. 31. §. 1. D. depos.

Bonæ Fidei cõuenit, vt si sciens quis ignoranti furem pignori dederit, omni modo damnum præstet, l. 61. §. quod si sciens, D. de furtis. *Bonæ Fidei non congruit de apicibus iuris disputare*, l. 29. §. quædam, D. Mandati. *Bonæ Fidei non conuenit eo pacto stari, quod alteri captiosum sit*, l. 7. §. vlt. D. de rescind. vendit. *Aduersus Bonam Fidem mandatum est, si meretrici pecuniam credi mandes*, l. 12. §. si adulescens, D. manda. *Bonæ Fidei hoc congruit*, l. 10. §. si procurator, D. mandati.

Bonam Fidem Adgnoscere, l. 9. §. sicut, D. de administr. & peric. *Præstare*, l. 18. D. de negot. gest. l. 68. D. de contr. empt. l. 5. §. Iulianus, D. de administr. & peric. l. 10. D. mandati. *Bona Fide Abesse*, l. 30. D. de noxalib. l. 19. D. de damno inf. *Condemnari*, l. 24. D. de appellationib. *Credere*, l. 2. D. quod fallo tutor. *Constitutus Tutor*, l. 3. §. Tutor, D. de susp. tut. *Consumere Pecuniam*, l. 9. §. 1. D. de auct. & cons. *Dare Heredibus*. l. 40. D. de statuliber. *Distrahi Res*, l. 7. §. quæsitum, D. de minorib. *Diuortium facere*, l. 36. §. idem D. ad L. Iul. de adulter. *Erogare*, l. 4. C. de in lit. iuran. l. 3. C. de administr. *Exactum Iusiurandum*, l. 30. §. In popularibus, D. de iureiuran. *Expensas facere*, l. 39. §. vlt. D. de minorib. *Facti Sumptus*, l. 33. §. vlt. D. de administr. & peric. l. 18. C. famil. ercisc. l. 3. D. de vent. in possess. *Facta Impendia*, l. 27. §. Impendia, D. mand. l. 46. §. litis, D. de procurator. *Gerere*, l. 44. D. de adquir. vel omitt. *Gesta Res*, l. 12. D. de administr. & peric. *Gestum*, l. 7. §. si vxor. D. de donat. inter vir. *Mercari*, l. 5. C. de vsucapionib. *Percipi fructus & Reditus*, l. 32. §. Modestinus & §. sequenti, D. de administr. & peric. l. 3. §. cùm Polidius, D. de vsur. *Reddere Creditum*, Plinius lib. 2. cap. 55. *Redditæ rationes*, l. 32. D. de condic. & dem. *Sumi contentio ex persona alterius*, l. 9. C. de procuratorib. *Vendere*, l. 47. D. de minorib. l. 1. §. sed si, D. si quid in fraud. patron. *Bona Fide vendere vinum, id est, quantum sine ipsius incommodo fieri potest operam dare, vt quam minime detrimento sit ea res emptori*, l. 1. §. licet, D. de peric. & comm.

Bona Fide contracta res, l. 21. D. de reb. dub. *Deminuta*, l. 3. §. nonnunquam, D. de vsur. *Interpositæ Transactiones*, l. 10. C. de transactionib. *Soluere*, l. 46. §. in reatu, D. de iure fisci. *Solui*, l. vlt. D. de bonis damnator. *Venire ad defensionem causæ*, l. 34. D. de iure fis.

Ex Bona Fide est, Seruum cum quo negotium gestum est, deceptum non esse, l. 51. D. de ædilic. edic. *Ex Bona Fide esse, &c.* l. 22. §. Iulianus, D. mandati. *Quod seruus deposuit is apud quem depositum est seruo rectissime reddet, ex Bona Fide*, l. 11. D. depositi.

Ex Bona Fide Actio oritur, l. 2. §. 1. D. de precar. *Datum*, l. 2. §. ad frumenti, D. de administr. & peric. *Rationem reddere*, l. 46. §. procurator, D. de procuratorib. *Scribere Elogia*, l. 6. D. de custodia & exhib. *Non est ex Fide Bona rem suam Dominum Prædoni restituere compelli*, l. 31. §. vlt. D. depositi. *Quia non sit ex Bona Fide, id ei restitui quod Testator ad eum peruenire noluerit*, l. 46. D. de hered. instit.

Secundum Bonam Fidem admissa Compensatione, l. vlt. C. de contrar. iud. *Restitui*, l. 15. C. de iure dot. *Satisfacere*, l. 6. C. de testament. tutel. Vetus Glossarium, *Bona Fide*, καλῇ πίστει, reddit.

Bona Fides, aliâs, Æquum & Bonum significat, l.1. §.1. D. de act. empt. l. 45. §. 1. D. loca. Etenim quod in l.5. D. de obligat. & act. Gaius ait, quod *Alterum alteri ex Bona Fide præstare oportet*, hoc idem ipse in l.2. D. eod. tit. ait, *Ex Æquo & Bono*. Hinc *Bonæ Fidei Iudicia, & Contractus*, l. 7. D. de negot. gest. l. 5. D. de in lit. iur. l. 7. D. quod cert. loc. l. 3. §. in hac, D. commod. l. 36. D. de pecul. l. 32. §. in Bonæ, D. de vsur. l. 57. D. de obligatio. & actio. l. 22. D. de donatio. l. 6. D. quod cùm eo, l. 3. §. quia adsidua, D. de ædilic. ed. l. 34. §. qui seruum & l. 108. §. cum quid, D. de leg. 1. Et *Iudicia Bona Fide*, l. vlt. D. de fideiussorib. tut. & *Iudicia quibus ex Fide Bona agitur*, vt Cicero lib. 3. Officior. ea nuncupat, videlicet, quæ *ex Bona Fide oriuntur, atque descendunt*, l. 57. D. de contr. empt. Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 17. l. 7. §. sed etsi non ignoramus, C. de rei vxor. act. *Contractus quibus Bona Fides inest*, l. 152. §. vlt. D. de diuers. regul. In his enim Iudiciis alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex Bona Fide, seu, ex Æquo & Bono, præstare oportet, l. 2. & l. 5. D. de obligat. & action. liberáque potestas permittitur Iudici ex Æquo & Bono æstimandi quantum actori præstetur, §. in Bonæ, Instit. de Actionib. tantumdémque in illis Iudiciis officium Iudicis valet, quantum in Stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio, l. 7. D. de neg. gest. Hâc potestatem nanciscebatur Iudex, vt Cicero Topic. & pro Rosc. Comœ. indicat, cùm in Formula à Prætore additum erat, *ex Fide Bona*, vel *quantum Æquius Melius*, aut, *Vt inter Bonos bene Agier oportet, & sine fraudatione*, de quibus diximus lib. 5. de Formulis. Hac ratione *Bonæ fidei adiectione temperandam actionem*, dixit Vlpia. in l. 12. D. de dolo.

Proinde abesse à Bonæ fidei Iudiciis quam maximè Dolus, malitiáque omnis debet, etiamsi conuenerit, ne Dolus præstetur. Hoc enim Bonæ fidei contrarium est, l. 24. D. de diuers. regul. iur. Doli quoque exceptio, præstatióque his iudiciis inest, l. 21. D. sol. matrim. l. 84. §. qui seruum, D. de leg. lib. 1. Sed & Pacti Exceptio his inest, l. 3. D. de rescind. vendit. In his iudiciis semper ad Æquum & Bonum interpretatio redigitur. Non recipiunt itaque eam præstationem quæ contra Bonos mores desideratur, l. 5. D. de vsur. Sed nec conuentionem aliquam iniquam admittunt, l. 11. §. vlt. D. de actionib. empt. *Bonæ fidei ratione fructus in his Iudiciis præstantur*, l. 21. D. de hered. vend. Quæ moris sunt & consuetudinis in his iudicis veniunt, l. 31. §. quia adsidua, D. de ædilic. edict. Consensu maximè hæc iudicia sustinentur, l. 117. D. de diuers. reg. *Omnia quæ contra Bonam fidem fiunt, veniunt in huiusmodi actiones*, l. 1. §. 1. D. de actionib. empt.

In Bonæ fidei Iudiciis quod ad Vsuras attinet, tantundem potest Officium Arbitri, quantum Stipulatio, l. 24. D. depositi. *Rationem Affectus haberi Prudentioribus placuit*, l. 54. D. mandati. *in litem iuratur*, l. 5. D. de in lit. iur. *Bonæ fidei iudiciis exceptiones postea factæ quæ ex eodem sunt contractu, insunt*, l. 7. §. adeò, D. de pact.

Bonæ fidei Contractui consonat, l. 48. D. de actionib. empti. *Bonæ fidei contractus non hac patitur conuentione, vt Emptor rem amitteret & Pretium venditor retineret*, l. 11. §. vlt. D. de actionib. empti. *In Bonæ fidei contractibus, inopia probationum Iureiurando res deciditur*, l. 3. C. de reb. credit. *In Bonæ fidei Contractibus ex Mora Vsuræ debentur*, l. 32. §. in bonæ, D. de vsur. Symmachus Epist. 86. lib. 2. *Vox iuris ac legum est, Bonæ fidei cõtractum non posse rescindi. Bonæ fidei debitor*, Tranquillus in Augusto cap. 42. *Eidem Populo promissum quidem congiarium reposcenti, Bonæ fidei se esse respondit*. Ammian. Marcell. lib. 25. *Quam reposcenti naturæ, Debitor Bonæ fidei redditurus exsulto: Bonæ fidei interpretatio hanc quoque conuentionem admittit*, l. 58. D. de pact. Bonæ fidei autem Iudicia à Iustinia. enumerantur, in §. actiones, Instit. de actionib. l. 2. C. de rer. permut. l. vlt. C. de petit. hered. quibus aduersantur, *Stricta Iudicia*, vel *Stricti Iuris Actiones*, vel *Stricti Iudicij Actiones*, l. 5. D. de in lit. iur. vt lib. 17. fusius docebimus. Hûc pertinet, quod Vlpian. ait, *cum res æstimata datur negotium ciuile gestum, & quidem Bona fide*, l. 1. D. de æstimator.

Illud defunctoriè, quò curiosis satisfiat, pro coronide adiiciam, vt plurimum *Bonæ* nomẽ, *Fidei* anteponi: interdum tamen etiam *Fidem Bonam* Iurisconsulti cõuerso ordine scripturę dicunt, vt l. 6. §. si quis ita, D. de neg. gest. l. 3. §. nonnunquam, D. de vsur. l. 31. D. depositi, l. 4. D. de cust. & exhib. l. 2. §. vlt. D. de admin. rer. Sic cõtra *Fidem Bonam vendere*, l. 3. D. de extr. cogn.

Bona Gratia dissolui olim Matrimonium dicebatur, quod nullius ex coniugibus culpa, & sine animi sui ira & offensa, consensu mutuo, vel iusta aliqua & rationabili ex causa soluebatur, l. 32. §. si diuortium, D. de donatio. inter vir. l. 14. D. qui & à quib. vt eueniebat, cùm propter Sacerdotium, vel Sterilitatem, vel Senectutem, aut Valetudinem, aut Militiam satis commodè retineri matrimonium non poterat, vel cum marito capto ab hostibus, & quinquennio à tempore captiuitatis elapso, mulier ad alias nuptias migrabat. His enim causis matrimonium *Bona Fide*, dissolui intelligebatur, l. 60. & l. 61. & l. 63. D. de donat. inter vir. l. 6.

D.de diuort.Iustinian.Nouell.Constit.22. διαλύονται δὴ εἰ ζωῇ συμβαλόντων γάμοι, οἱ μὲν κατὰ προφασιν εὔλογον, οἱ δὴ καὶ Bona gratia, καλοῦται. Idem Nouell. 117. Καὶ εἰ, Bona gratia, διαλυθῆναι συμβαίη τὸν γάμον. Iustin. similiter Nouell. 11. τὸ ἓν παλαιὸν ἐξῆν ἀκωλύτως τοὺς τοιούτους ἀπ' ἀλλήλοις χωρίζεσθαι κατὰ κοινὴν συγγνώμην τε καὶ συναίνεσιν τοῦτο πράττοντας, ὥστε νόμους κεῖσθαι πολλοὺς τοῦτο λέγοντας τι καὶ διορίζοντας, καὶ Bona gratia, τὴν οὕτω προιοῦσαν γάμων λύσιν τῇ πατρίᾳ καλοῦσι φωνῇ. Vetus Glossarium, Bona gratia, ἄνευ μέμψεως, καὶ αἰτίας ἀλόγου.

Bona Causa, l.63.§.vlt.D.de euictionib. l.2.D.de condic.ob turp.caus.l.30.D.de liber.leg. l.11.C.de administr.tut. Ouidius lib.1.Trist. Eleg.8.

Quælibet officio fit Bona *Causa tuo.*

Sic *Bonam causam habere*,l.73.D.de iudiciis,l.11.§.1.D.de administr.tut. & ex diuerso, *Malam causam habere*, l.55.D.de euictionib. *Bonæ Opinionis* cognati, l. 6. C. de suspect. tut. *Bona Ratione*, l.3.§.si quis,D.de homine lib. *Bona ratione emere*,Cicer.pro Fonteio.

Bonis Condicionibus emere,l.54.D.de ædil.edict. *Bonis condicionibus distrahi serui iubentur*, id est, nullis adiectis, appositisve legibus grauibus, aut duris, l.1.D. de his qui sunt sui vel al.l.1. in fi.D. de quæstionib. §.1. Instit. De his qui sunt sui vel al. *Hinc meliorem condicionem facere & adferre*, l.1.& l.3.4.& l.6. D.de in diem addict.

Bonum significat vtile. Vnde *Bonum publicum*, pro vtilitate publica, in l.1.D.de vsurpationib.& apud Plaut.Trinum.Act.1. Sc. 11.in fi. Liuius lib. 34.*Accipe quoties id fecerint,& quidem semper Bono publico.*Idem lib.9.& 27. de Fabio, *Qui sibi continuari Consulatum nisi id Bono publico fieret, profectò nunquã fuisset.*Vtitur eodem verbo Tacit.lib.5.& Macro.lib.3.cap.17.Satur. Sic *ad Bonum publicum natum Imperatorem*,ait SymmachusEpist.42.lib.3.& *ad Bonum publicum natos liberos*, idem Epist. 22. lib. 10. & *Bono Reip.natus*,in Inscriptionibus antiquis non raro. Proinde solemnem illam veterum prefationem,*Quod Bonum Faustum felixque sit*,Ouidius lib. 1.Fastor.hoc modo concipit, *Vtile sit, faustúmque precor.* Sic & *Bono Domini cesserit*, l.3.§. necnon, D. de in rem vers.

Quò Bonum est, pro quæ vtilitas est, Iurisconsultis familiaris locutio, l.13. in fi. D. ad Sc. Velleian. l.13.§. denique, D.de vsufruc. l. 3.§. si quis ex liberis, & l. 10. §. liberi, D. de bon. poss. contr.tab. l.93. D.de solutionib. Sic & Cassianum illud, *cui Bono*, quod à Cicer. pro Milone,& pro Roscio Comœ. & 2. Philipp. memoratur, Priscianus lib. vlt. interpretatur, *cuius gratia, cuius commodo,ad quod Bonum.*

Bono autem, vt plurimùm *Æquum* adiungitur: vt vice mutua *Æqui*, *Bonum* plerumque socium est: vt vix alterum ab altero seiungatur: Ac planè in iure ciuili quidquid vtile est, idem & Æquum habetur, propterea quod ad ciuium vtilitatem omne Ius referendum est, vt & ipsa Iuris ciuilis à Cicer. in Topic. tradita definitio docet. Itaque Horatius *Vtilitatem Iusti & Æqui matrem* scitè appellauit. Cicer. Philipp. 11. *Iouem ipsum ius hoc sanxisse*,ait,*vt omnia quæ Reipubl. salutaria essent, legitima & iusta haberentur.* Idem, *Æquitatem ab Vtilitate non posse seiungi*,ait lib.3. de Finib. Vsque adeò autem amicè conspirant,vt in ea qua inuicem connecti solent copula, modò hoc, mod illud,nomen, sine iusta alterius indignatione & querela principatum orationis teneat. Quod ex his quæ superiore libro protuli testimoniis planum fit:quibus hic qui sequitur cumulus accedet.

Bono & Æquo non conuenit,*aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire pro alterius lucro*, l.6.§. vlt. D.de iur. dot. *Eum qui Innocentem infamauit, non esse Bonum Æquum ob eam rem condemnari*, l.18.D.de iniuriis. *In his quæ extra Testamentum incurrerent,possunt res ex Bono & Æquo interpretationem capere*, l.16.D.de condic.& demonst. quo loci Bonum Æquum *scripti iuris Rationi* opponitur.*Quodquidem tempus ex Bono & Æquo prætorem obseruare oportet*,l.71.§.In pecunia,D.de legat.1. *De Bono & Æquo quæstio*, l.91.§.sequitur, D.de verb. oblig. *Ad Bonum & Æquum redigenda*,l.24.§.1.D.de minorib.

Præterea *ex Bono & Æquo*, Actiones quædam *Esse*,& *Oriri*,item,*in Bonum & Æquum concipi*, dicuntur. *Ex Bono & Æquo est Iniuriarum Actio*,l.11.§.1.D.de iniur.*Ex* Bono & Æquo *oritur Actio Funeraria*, l.14.§.hæc actio,D.de Religios. item Actio *quæ competit de Effusis & Deiectis*, l. 5.§.hæc autem,D.de his qui deiec. vel effud. *Ex Bono & Æquo introducta indebiti condictio*, l. 66.D.de condict.indeb.*Quod ob rem datur,ex Bono & Æquo habet repetitionem*,l. 65.§. quod ob rem,D.eod.*In Bonum & Æquum concepta est de Dote Actio*, l.8.D. de cap. minut. vt & *Actio Sepulchri violati*,l.10. D. de sepulchro viol. *Ex Bono & Æquo Exceptio accommodanda est*, l.2.§. cùm tamen,D.si quis caution. Sic,*Nec melius nec Æquius*,l.penult.§.vlt.D.solut.matr.l.82.in fi.D.de solution.quæ erat rei Vxoriæ Formula, vt Cic. lib. 3. Officior. tradit.

Pro Bono æstimanda, l.13.§.vlt.D.de ann.legat.id est, ex æquo & Bono.

Boni consulere, l.12.D.de iure dot. l. 3. D. de decurionib. *Bonum iudicare*, id est, vt interpretatur Quintilian. lib. 1. cap. 10. *Bonum Nomen*, & *Bona Nomina*, Quære lib.12. *Bonum Vinum*, l. 75. D.de verb. obligat. *Æquè Bonum reddi*, l.3. D.de reb.cred.

Bonitas Agri, l.25. D.de seruit. præd. rust. l.64.D. de ædil.ed. *Fructuum*, l.15. §. vlt. D. de euictionib. *Frumenti*, l.65.§.1.D.de condict.indeb. *Fundi*, l.45.D.de euictionib. *Loci*, l.1.D.de euict. l.45. §.vlt. D.de act. empt. *Mancipiorum*, l.36. D. de ædilic. edict. *Regionis*, l.64.D.de euict. *Vini*, l.15. D.de peric. & commod. *Pro Bonitate*, l. 45.& l.64.D.de euict. *Eadem Bonitate solui Mutuum, qua datur*, l.3. D.de reb.credit. id est, æquè bonum reddi, vt ibid.

BIOKΩAYTAI, Officiales quidam à vi prohibenda, vocabantur, quorum mentio fit in Nouell. Constit. 8. & Nouell. 145.

BORBORIANI, in l.5. & l.10. & l.penult. C.de hæretic. & Manich. Hos, vitiis implicatos seculi, & malis cõcupiscentiis seruientes, non sperasse iudicium futurum, sed potius carnalem seculi concupiscentiam laudasse, Philastrius in hæreseon catalogo scribit.

BOVES *magis Armentorum, quàm Iumentorum generis appellantur*, l. 89. D. de verb. signif. *Boues Iumentorum appellatione non contineri, verius est, sed Pecoris appellatione continebuntur*, l.38.§. Iumentorum, D. de ædilic.edic.

Boues Aratorij, l.5.C. quæ res pigno. l.1.D. de cursu pub.in C. Th. *cursui Publico destinati*, l.1.& l.53. de cursu pub.in C. Th. *Domiti*, l.6. D. de instr. vel instrum.

Bouem, qui Cornu petit in l. 43. D.de ædilic. ed. Græci dicunt, τὸν κυρείποντα βοῦν. Plato lib. 9.de Legib. Plutar. ἐν αἰτίοις, & in M. Crasso, olim fœnum in cornu alligari bubus solitum, scribit, vt eo signo admonerentur qui in eos inciderent, vt ab iis cauerent. Virgil. Bucolic.

Iam cornu petat & pedibus qui spargat arenam.

BPABEYTAΣ Græcè dici certaminum designatores, Vlp. scribit in l. 4.§.1.D. de his qui not.infa. qui Gymnicis certaminibus præerãt, Agonothetæ verò qui Scenicis, ita vocabantur. Pollux lib.3. Onomast. cap. vlt. ἀλλὰ τοῖς μὲν μουσικοῖς κριταὶ κάθηται· τοῖς δὲ γυμνικοῖς ἐφεξῆς βραβευταὶ, οὓς καὶ βραβέας ὁ Πλάτων καλεῖ. Moschop. ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων· βραβεῖς καὶ βραβευταὶ οἱ διοικηταὶ τοῦ ἀγῶνος, οἱ τὰ ἆθλα διδόντες, ἀφ' οὗ βραβεῖον τὸ ἆθλον.

BRACHIVM *Statuæ Addere, & adiucere*, l.23.§.si quis, & §.ac in his, D.de rei vindicat. l.14. D.de auro argen. *Coadunare*, l. 7. D. ad exhib.

BRACTEARII, in l. 1. C. de excus. artific. lib. 10. qui Bracteatores appellantur à Iulio Firmico, lib. 8. cap. 19.

BREVIS, l.3.de debitor.fis. l.1.de excusat.artific.in C.Th. Sic appellari, τὴν Ἐπιστολὴν, καὶ σύντομον γραφὴν, Zonar.in Concil. Carthagin. tradit. Et ita *Breues*, seu *Breuia*, accipe in l. 5. C.de conuen.fis.debit.lib.10. l.1.C.de exact. tribut. eod.lib.l.9.C.de erogat. milit.anno lib.12. l.8.de falsa mon.in C.Th.l.2.de bon.vacant.l.13.de Annon.& Tribut.l.13.de indulgent.debitor.l.1.de stud.liberalib.vr.Ro. in eod.Cod. *Breues Quadrimenstrui*, Rubr.de Quadrimẽstr. breuib.in C.Th. l.173.de decurionib.in C.Th.l.27.de susceptorib.præpos.in eod.Cod. *Breues Quadrimenstrui*, qui ad Officium præfecti prætorio solemniter dirigebantur, l.1. C.de Apoch. pub.lib.10. Quadrimenstruos Breues per idoneum Tractatorem Largitionalium Titulorum, super commendandis ratiociniis publicis, periculo Rectorum prouinciarum ad sacratissimã vrbem transmitti iubẽt Impp. l.3. C. de cano. larg.tit. lib.10. *Breues Nominatorij*, siue *Notarij*, l.3.de indulg.deb.in C.Th. *Officij Palatini*, l.2.de incorporat.in eo. C. *Breues duplici ratione conscripti*, l.14.de nauicul.in C.Th. Sic *censuum* Breuibus, dixit Symmac. Epist. 60. lib.10. Iulianus Imp. in Epist. τῷ κοινῷ τῶν Ἰουδαίων· εὑρὼν τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν φυλαττόμενα. Et mox, τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν ἐν τοῖς ἐμοῖς σκρινίοις ἀποκείμενα. Lamprid. in Alexãdr. *Notarium, qui falsum causæ Breuem in cõsilio Imperatorio retulisset*. Optat. Af. lib.1. de schismate Donatist. *Breuis auri & argenti sedẽti* Cæciliano, *sicuti delegatum à* Mensurio *fuerat traditur adhibitis testibus. Sub Breui annotari*, Greg. Epist. 45. lib.7. Euseb. lib.10. Histor. Eccl. vocẽ hanc in rescripto Cõstantini Græcè à se reddito retinet. Sic enim habet, ἅπασι τοῖς προφερομένοις κατὰ τὸ βρεουΐον τὸ πρὸς σε παρὰ ὁσίου ἀποταλὲν ταῦτα τὰ ῥήματα διαδοθῆναι κελεύσον. *Cautiones debitorum & Breues*, dixit auctor Hist. Misc. lib. 16. D. Hieronymus in Epist. ad Florentium: *Quæso vt meos Libros, quos me non habere* Breuis *subditus edocebit, Librarij manu in charta scribi iubeas.*

Breui reuersa, l.48.D.de diuers.reg. l.3.D.de diuort. *Breui Manu*, vide lib.11.

Breuiariæ Rationes, l.vlt.D.de pecul.leg. & *Breuiarium Rationum*, Sueton. in Galba cap. 12. & *Imperij*, idem in Augusto, cap. vlt.

BRITANNIÆ *Præses*, l.2.§.prius, D.de vulg.& pup. *Britannica classis*, l. 46. D.ad Sc.Trebell.

BRVNDESIVM, l.3.§.vlt.D.de act.empt.l.1.§.sed etsi,D.de exercitoria.*Brentesium* scribitur in l.122.§.Callimachus,D.de verb.oblig.Festus. *Brundisium* vocat.

BRVTVS iuris auctor, l.2.§. post hos,D.de orig.iur.& apud Cicero. lib.7. Epist. Familiar. citatur in l.68.D.de vsufruc.l.13.D.de in diem addict. l.4. D. de captiuis, l. 3. §. Neratius, D.de adquir.possess.Marci Bruti libri de iure Ciuili laudantur à Cicer.pro Ciuentio.

BVBVLCVS tam qui bobus arat in fundo,quàm qui boues eius fundi pascit, l.18.§.cum de villico, D. de instr. vel instr.

BVCVLÆ, Buccarum Tegumenta significant,l.1.de Fabricensib. in C. Th. & apud Apul. lib.6.de Asino aur. Vnde *Bucularum Structores*, l.vlt. D.de iure immunit. Cassidis seu Galeæ eam partem fuisse, ostendit Iuuenal.Sat.10.his versibus, *Truncis affixa trophæis Lorica,& fracta de casside Bucula pendens*. Vet. Gloss. *Bucula*, παράγναθος. Spartian. in Maximino iuniore. *Fecit gemmatas galeas fecit & Bucculas*.

BVCELLATVM, genus panis bis cocti, l.1.C.de erogat.milit.anno. Ammian. Marcell.lib. 17. *Frumentum ad vsus diuturnitatem excoctum*, ita appellari scribit: quo milites pasci in castris solebant. Spartian.in Pescennino, *Idem pistores sequi expeditionem prohibuit, Buccellato iubens Milites, & omnes contentos esse*. Paulinus & Theras. in Epist. August. 36.*De Bucellato Christianæ expeditionis,in cuius procinctu cottidie ad frugalitatis annonam militamus, Panes quinque tibi misimus*.

BVCELLARII,in l.vlt.C.ad L.Iul.de vi publ.sunt,vt Suidas interpretatur,οἱ Ελληνογαλάται: quorum Regionem, ibidem Γαλλογραικίαν esse ait. Sic accipe apud Gregor. Turon. lib. 2. cap. 8. Vetus Glossar. *Bucellarius*, ὁ παραμένων στρατιώτης.

BVBROSTIS, in l. 3. §. alio, D. ad Leg. Corn. de sicar. animal est similimum Scarabeo longipedi,quod inter herbas bouem maximè fallit. Vnde & nomen inuenit: deuoratúmque tacto felle ita inflammat vt rumpat: auctore Plin. lib. 30. cap. 4. Vide & Dioscorid. lib. 2. & lib. 6.

BVRGI, in l.2.§. in Sardinia. C.de off.præf. præt. Afr. l.penult.de fund.rei priuat.lib.10. C.Luitprandus lib.3. de Reb.per Europ.gest.cap.12.de Burgundionibus agens:*Et quoniam ipsi domorum congregationem quæ muro non clauditur, Burgum vocant, Burgundiones, quod est Burgo expulsi, à Romanis appellati sunt*. Isidor. lib.9.cap. 4. *Burgarij à Burgis dicti, quia crebra per limites constituta habitacula Burgos dicunt. Vnde & Burgundionum genti inhæsit nomen, quos quondam subacta Germania Romani per castra disposuerunt*. Quæ Orosio accepto ferre debuit. Hinc & *Burgarij*, l.vn. de Burgar. in Cod. Th.

BVRDONES, in l.49.D. de legat. lib. 3. Isidor.lib.9. Etymolog. cap.1. ex Equo & Asina natum,Burdonem appellari scribit.

BVSTORVM *Religio*,l.5.de sepulch. viol. in C. Th. vide apud Fest. Busti explicationem.

BYRRHI, in l.1. quo quemque habitu in Cod. Theod. Vopiscus in Carino. *Donati sunt ab Atrebaticis Byrrhi petiti, donati Byrrhi Canusini*.

BYSSINVM *Opus*, in l. vlt. §. species, D. de publican. vt *Byssina vestis*,apud Apuleium lib. 11. de Asino aur. & *Linum Byssinum*,Plin. lib. 13. cap. 1. qui & eius meminit,lib. 19.cap.1. Ceterùm Byssum lini genus esse apud Indos candidissimi & mollissimi, Pollux lib. 7. Onomast. cap. 17. & Isidor. lib. 19. Etymolog. cap. 27. scribunt. In Ægypto quoque Byssum quàm maxime natum, ex cap. 27. Ezechielis, Hieronymíque Commentariis intelligimus. Byssinam quoque vestem Iudæis sacerdotibus familiarem fuisse, Ioseph. lib.6. Belli Iudaïci ostendit.Strabo lib.15.τοιαῦτα καὶ τὰ συρικὰ ἐκ τινῶν φλιῶν ξαινομένης βυσσου. VideEustath.inDionys.de Situ orbis.Aretas in Apocalypsin Ioannis,Byssum interpretatur corticem arboris Indicæ in linum redactum.

BYSACIVM Africæ campus, & Bysacenus campus apud Plin. lib. 18. cap. 15. Hinc in l. 2.D. de offic. præt. Africæ. BYZACENA *Prouincia*, vt & l. 33. de susceptorib. præpos. in Cod. Theod. l. 12. de diuers. off. & apparit. in eod. Cod.

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE VERB.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE,

LIBER III.

CONDEMNATIONIS nota, in Tabellis iudiciariis, erat, quemadmodum Asconius in 3. in Verrem indicat. Eáque est *Tristis Littera*, in Miloniana. *C. Littera*, ait Quintilianus lib. 1. cap. 7. *Gaius notatur*. Eadem inuersa Caiam significari tradit. Sed & eandem litteram inuersam Sicilici notam fuisse, Volusius Mæcianus in lib. de Asse docet.

CABALLI *qui in Pistrino sunt*, l. 15. D. de instr. vel instr. *Caballatio*, l. 24. de erogat. milit. in Cod. Th.

CACCABI *argẽtei*, Vasis ad coquendũ adnumerãtur, l. 19. §. si cui, D. de aur. arg. *Caccabi in quibus Pulmẽtarium coquebatur*, l. 18. §. Asinã, D. de instr. vel instr. Varro lib. 4. de ling. Lat. *Vas vbi cibum coquebant, ab eo Caccabum appellarunt*.

CADAVER, vt Seruius in 8. Æneid. scribit, est *Corpus nondum sepultum, quod careat honore sepulturæ*, l. 3. §. aduersus, D. de sepulch. viol. *Cadauera punitorum*, Rubr. de Cadauerib. punit. *Cadaueri iniuria fieri*, l. 1. §. Item, D. de Iniuriis, *cadauer prosequi*, l. 2. D. de in ius voc. *cadauera spoliare*, l. 3. §. aduersus. D. de sepulch. viol.

CADERE *Ædes*, l. 22. D. de dam. inf. *Arbor ex fundo*, l. 2. §. si ex fundo, D. ne quid in loco pub. *Arbores vi Tempestatis*, l. 7. §. si fundum, D. sol. matr. *Glans ex Agro*, l. 1. D. de glande legen. *Glans ex Arbore*, l. 30. §. vlt. D. de. verb. signif. *cadere in Alienam speciem*, l. 7. D. de supell. leg. *In speciem Aleæ*, l. 5. D. de naut. fœno. *In speciem Donationis*, l. 13. §. vlt. D. de donat. inter vir. *Cadere in causam pignoris*, l. 29. D. de pignor. *In Fideicommissum*, l. 18. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *In Legatum*, l. 69. D. ad L. Falcid. *In periculum Actio*, l. 2. §. vlt. D. de custod. *In Quæstionem*, l. 3. D. de appellat. *In Rationem Legis Falcidiæ*, l. 30. D. ad L. Fal. *In Seruitutem*, l. 27. D. de adim. leg. *Cadere in Edictum*, l. 20. D. de liber. cau. *Cadere in crimine Doli*, l. 1. §. 1. D. de oblig. & act. *cadere in Seruum Obligatio*, l. 22. D. de diuers. reg. *Pœna*, l. 12. §. omnibus, D. de accusationib. *cadit nomen*, l. 164. D. de verb. signif. *Scientia*, l. 2. §. vlt. D. quis ordo in bon. poss. *cadunt verba in eum*, l. 163. D. de verb. signif. *Non Cadere in Infantes*, l. 22. D. de furtis.

CADERE *causa*, est litem, seu causam perdere, l. 95. §. si creditor, D. de solut. l. 71. §. vlt. D. de condic. & demonstr. l. 45. §. neque, De iure fisci, & apud Cic. lib. 1. de Finib. Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 11. *Cadere causa* & *Litem perdere*, idem valent apud Cic. lib. 1. Orato. ex quo loco apparet eos qui plus Lege agendo petebant quàm Lex permitteret, causa cecidisse. *Causa cadere* Iustinianus interpretatur Rem amittere in §. si quis agens, Instit. De actio. Cic. lib. 11. de Inuentione: *Ita ius ciuile habemus constitutum vt causa cadat is qui non quemadmodum oportet egerit*. Idem lib. 7. Epist. Famil. *Multi minus iam te Aduocato causa cadent*. Quintil. lib. 7. cap. 3. *Est etiam periculosum, cùm sivno verbo sit erratum tota causa cecidisse videamur*. Sueton. in Caio Cæsare cap. 39. *Et litigatorum plærique quod occurrere absentes ad Vadimonium non possent, Causa caderent*. Eodémque modo *Cadere Formula*, in veterum libris dicitur, qui non vt oportuit, actionem instituit. Quintil. lib. 3. cap. 8. *In omnibus ferè causis in quibus cecidisse quis Formula dicitur, hæ sunt quæstiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere*. Seneca Epist. 49. *Quid enim aliud agitis cùm eum quem interrogatis, scientem in fraudẽ impellitis, quam vt Formula ceciderisse videatur?* Quintil. Declam. 350. *Non ignoro esse frequẽtem huiusmodi in iudiciis minoribus dũtaxat cõtentionẽ, vt petitor excidisse Formula, vt aliter quam potuerit, agere dicatur*. Sic enim ille locus emẽdandus est. Suet. in Claudio, cap. 13. *Nam & ius qui apud priuatos Iudices plus petendo Formula excidissent, restituit Actiones*.

Cadere in Bello, l. vlt. De his qui not. infa. *Cecidisse in Acie*, l. 35. §. vlt. D. ex quib. cauſ. maior. dicuntur qui in acie ſunt interempti, vt ait l. 18. de excuſationib. vbi & *pro Republica Cecidisse* ait Vlpianus eos qui in acie amiſſi erant.

Cadere in Commissum, dicuntur ea quæ fiſco committuntur, l. vlt. §. diui quoque, & §. ſi quis profeſſus, D. de publican.

Cadere in Casum, in l. penult. C. de delatorib. lib. 10. Hinc *Caduca Bona*, generaliter appellantur, quæ ex aliqua cauſa in fiſcum cadunt, l. 3. D. de his quæ in teſt. delent. l. 9. & l. 20. D. de Sc. Silanian. l. 2. in fi. D. ſi quis aliq. prohib. teſt. l. 30. de petitio. & vlt. dat. in C. Theodoſ. Vnde in Veteri Gloſſario, *Caducum* definitur, τὸ χωρεῖν εἰς τὸν φίσκον. Sic *Caducæ Hereditates*, apud Cicero. 10. Philipp. Iſidor. lib. 5. Etymolog. cap. 25. *Caduca*, ait, *inde dicuntur, quia eis Heredes ceciderunt*. In Gloſſis Veteris & Noui Teſtamenti, *Caduca Bona definiuntur Res damnatorum, facultates quæ ſucceſſorem legitimum non habent, & quibus nemo ſuccedit Heres. Caducarius, quicunque fit Heres in bona alicuius qui Heredem non habet*. Sic *Caduca Bona*, pro Vacantibus apud Caſſiod. lib. 5. Variar. Epiſt. 24. & Epiſt. 8. lib. 6.

Caduca etiam *Legata*, quæ à Legatariis ceciderant, dicebantur. Nam vt Vlpian. Tit. 17. Regular. ſcribit, *Quod quis ſibi relictum ita vt iure Ciuili capere poſſit, aliqua deinde ex cauſa non ceperit, proprie id Caducum appellatur*, quia is videlicet ceciderit ab eo. Iuſtiniano verò interprete, *Caduca* ea *Legata* olim accipiebantur, quæ poſt mortem Teſtatoris ante apertas Teſtamẽti tabulas, mortuo Legatario deficiebant. *Quaſi Caduca* verò aut *in cauſa Caduci* erant ea, quæ viuis Teſtatoribus deficiebant, ideò quòd vel Legatarij præmorerentur, vel condicio ſub qua relicta eſſent, viuo adhuc teſtatore deficeret, l. vn. §. & cum triplici, C. de caduc. toll. §. Quintus autem, Epiſt. de confirmatio. Digeſtor. Symmachus in Relatione: *Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla Lex, nullus caſus facit Caducas?* Eodémque modo *Caduca Dos*, vocabatur, quæ in cauſam illiciti vel aliqua lege improbati matrimonij dabatur, l. 38. §. penult. & l. 61. D. de rit. nupt. Vlp. Tit. 16. Regular. Inde Lex, quæ Caducorum ius introduxit, *Caducaria* dicitur ab eodem Vlp. Tit. 28. Regular.

Caduca Glans, quæ ex arbore cecidit, l. 30. D. de verbor. ſignific. vt & *Caduca Oliua*, apud Columell. lib. 12. cap. 49. At *Caduca Aqua* apud Frontin. lib. 2. de Aquæductib. quæ vel ex lacu abundat, aut ex Caſtellis efluit, aut ex manationibus fiſtularum. Vide & Varronem lib. 3. de Re ruſtica cap. 5. *Caduca Pars Partus* apud Ouid. de Ponto, lib. 2. Eleg. 8.

CÆCVS, id eſt, vtriſque luminibus orbatus, l. 1. §. caſum, D. de poſtulan. Sic accipe in l. 6. D. de Iudiciis, in qua *Cæcum iudicandi Officio fungi*, ait Vlpianus.

CÆDERE *Arbores ex Fundo*, l. 13. §. ſi ex, D. quod vi aut clam, & apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 20. *Arundinetum*, l. 9. §. vlt. D. de vſufructu. *Carbonem*, l. vlt. D. de iure immunit. *Lapidem*, l. 13. §. vlt. D. comm. præd. l. 9. §. ſed ſi Lapidicinas, D. de vſufr. l. 39. §. ſi quis alicui, D. de legat. 1. *Siluam*, l. 9. §. vlt. D. de vſufr. l. 20. D. de vſu & habit. l. 29. D. locati, & apud Tertullianum lib. de præſcriptione aduerſus Hæreticos.

Cædi Arbores, toto Tit. Arbor furt. cæſa. *Cæſa Arbor vel Dempta*, l. 6. D. de donat. *Cæſæ Harundinis, vel pali compendium*, l. 59. §. vlt. D. de vſufr. *Cæſum Fœnum*, l. 48. D. de vſufructu, l. 13. D. quib. mod. vſusfr. amitt. *Marmor*, l. 7. §. ſi vir, D. ſol. matrimo. *Cæſa Arundineta & Salicta*, l. 12. §. ſi aliqua, D. de inſtru. vel inſtr.

Cæduæ Arbores, l. 7. §. ſi fundum, D. ſol. matr. *Arundo Cædua*, l. 40. §. cum fundum, D. de contr. empt. *Silua Cædua*, d. §. cum fundum, l. 9. §. vlt. & l. 48. D. de vſufructu, l. 4. D. de cenſib. *Silua* autem *Cædua eſt, vt quidam putant, quæ in hoc habetur vt cæderetur. Seruius eam eſſe, quæ ſucciſa, rurſus ex Stirpibus, aut Radicibus renaſcitur*, l. 30. D. de verb. ſignif.

Cædere Flagellis, l. 23. §. vlt. D. de vſufructu, l. 2. §. item, D. de priuat. delict. l. 10. §. prætor, D. de in ius voc. *Virgis, Loris, Pugnis*, l. 27. §. Rupiſſe, D. ad L. Aquil. & in Lege Dei Tit. 2. & apud Liuium lib. 2.

Cæſi Flagellis, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4. *Fuſtibus*, l. 1. D. de veteran. l. vlt. D. de off. præf. vigil. & l. 10. §. vlt. l. 28. §. & vt generaliter, D. de pœnis, l. 18. D. de iure fiſci, l. vlt. D. de effractorib. l. 16. C. ex quib. cauſ. & apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 18. & 21. & Tertul. in Apologetico. *Loris*, l. 43. §. ſi quis, D. de ædil. edict. *Cæſus Flagellis à Magiſtratu*, l. 17. §. ſeruus, D. de iniuriis. *Cæſi Flagellis ab Ædilibus*, l. 12. D. de decurionib. *Cæſus ad necem*, in Lege Dei Tit. 2. *Iure Cæſus*, l. 9. C. ad L. Iul. de adulter. *Cæſa ſaxis Statua*, l. 27. D. de iniuriis.

CÆLATA *Vaſa*, l. 6. D. de rei vindic. *Cælatura Poculorum*, l. 13. D. de condict. furt.

CÆLVM pro aëre Iuriſconſulti dicunt, l. 1. D. de adquir. rer. dom. l. vlt. §. penult. D. quod vi aut clam. l. 26. D. de furt. l. 1. D. de ſeruitut. vrb. præd. l. 17. §. proinde, D. de vſufr. l. 2. D.

l. 2. D. pro ſuo, l. 1. §. 1. D. de aqua cottid. Seruius in illud Virgilij, lib. 1. Georgic. *Varium cæli prædicere morem, Cæli*, ait, *id eſt*, Αέρις. *Lucretius, in hoc cælo qui dicitur Aër.* Iunilius Epiſcopus Africanus commentario in Geneſin, *Poſt irradiatum ſideribus Cælum, poſt impletum volatilibus Aërem, qui ob viciniam, Cæli nomen meruit.* Sic accipe apud Tacitum *Grauitatem cæli*, lib. 3. Et eodem ſenſu apud Sueton. in Tiber. *Prouincias grauioris cæli. Cælum Agri*, l. 13. §. ſed ſi ædium, D. de vſufruct.

Cæleſtis Aqua, quæ de cœlo cadit, l. 1. §. 1. D. de aq. & aq. pl. l. 28. D. de ſeruit. vrb. præd. & apud Columellam lib. 12. cap. 16. & Palladium lib. 1. Tit. 16.

CÆLESTVS *Salinenſis*, in Africa ſummo honore cultus: Cuius meminit Vlpia. in Tit. 22. Regular. Capitolin. in Pertinace. *Deinde Proconſul Africæ factus eſt: in quo Proconſulatu multas ſeditiones perpeſſus dicitur, vaticinationibus earum, quæ de templo Cæleſti emergunt.* Quæ ſcriptura ſi recta eſt, conſequens eſt vtrumque ſexum huiuſmodi numini priſcum errorem adſignaſſe. Vt enim Cęleſtũ Deum, ita & Cæleſtem Deam Pœnos coluiſſe inuenio. Auctores locupletes habeo, Ammianum Marcellinum lib. 22. & Apuleium Apolog. 1. Ambroſium etiam, cuius verba ipſa ex Epiſtola cõtra Relationem Symmachi apponam. *Vnde Phrygij vates, & ſemper Romanis inuiſa non æquè Carthaginis numina, quàm Cæleſtem Afri, Mitram Perſæ, plerique Venerem colunt, pro diuerſitate nominis, non pro numinis varietate.* Poll. in 30. Tyrann. *Afri Celſum Imperatorem appellauerunt Peplo deæ Cæleſtis ornatum.* D. Auguſtin. lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 4. *Ludis turpiſſimis qui Diis Deabúſque exhibebantur, oblectabantur, Cæleſti virgini & Therecinthiæ matri deorum.* Quod & Græci auctores perſpicuè comprobant, fœminino genere οὐρανίαν hanc Deam appellantes. Herodian. lib. 5. φασὶ δὲ αὐτὸ Διδὼ τὴν φοινίσσαν ἱδρύσασθαι ὅτε δὴ τὴν ἀρχαίαν Καρχηδόνα πόλιν ἔκτισε, βύρσαν καταπιοῦσαν. λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν οὐρανίαν καλοῦσι, φοινικὲς δὲ ἀφροδίτην ὀνομάζουσι, σελήνην εἶναι ἡγούμενοι. Xiphilinus in Heliogabalo. Τὴν οὐρανίαν τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπελέξατο. Fit & ab aliquot aliis auctoribus huius numinis mentio, ſed ita vt dubium nomen relinquant. Capitolin. in Macrino. *Vates Cæleſtis apud Carthaginem, quæ repleta Deo ſolebat vera canere ſub Anto. Pio, &c.* Proſper lib. 1. de promiſſio. & prædic. cap. 38. *Apud Africam Carthagini Cæleſtis ineſſe ferebant templum nimis amplum omnium Deorum ſuorum ædibus vallatum.* Saluian. Maſſil. lib. 6. de vero Dei iudicio: *Habent quippe intra muros patrios inteſtinum ſcelus, Cæleſtem illum ſcilicet Afrorum dæmonium.*

CÆLIVS SABINVS Iuriſconſultus Caſſio Longino ſucceſſit plurimúmque temporibus Veſpaſiani potuit, l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. Eius librum quem de edicto Ædilium Curulium compoſuerat, citat Agellius lib. 4. cap. 2. Vbi tamen perperam *Cæcilius* appellatur. Ex eo libro ſumpta veriſimile eſt ea de quibus laudatur in l. 14. §. 1. & l. 17. cum ſuis §§. l. 20. l. 38. §. Cælius & §. vendendi, & l. vlt. D. de ædilic. edic.

CÆSARIS appellatio, à Gaio Iulio Cæſare, ad reliquos deinceps Principes manauit. Moſchop. ἐν συλλογῇ Ἀτθιδ. ὀνομ. Καῖσαρ ῥωμαϊκῶς, ait, ἑρμηνεύεται αὐτομὴ. αὐτεπιτομον γὰρ τὴν αὐτοῦ μητέρα καὶ ἐξέβαλον αὐτον. ἐγένετο δὲ καὶ αὐτος ὕπατος τοῦ πατρὸς, καὶ ἰδιοποιησάμενος τοὺς ὑφ' αὐτὸν ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς, καὶ εὐτεύξεν ἐπιμιτον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ᾧ μετεδόθη τοῖς μετὰ ταῦτα εἰς σύμβολον τιμῆς, ᾧ ἐπὶ νικῶ ὀφίκιον. *Cæſar* ergo Imperatorem ſignificat, l. 3. D. de off. præf. vigil. l. 28. D. de off. præſ. l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. Et ita *Tiberius, Cæſar* appellatur in d. l. 2. §. Ergo Sabino, D. de orig. iur. l. 41. D. de hered. inſtit. l. 38. §. vlt. D. ad Leg. Iul. de adulter. & Hadrianus *Imperator Cæſar* in l. 10. §. præter, D. de hered. petit. *Cæſaris Coloni*, l. vlt. D. de off. procurat. Cæſ. l. 5. §. coloni, D. de iure immunit. *Imago*, l. 73. §. ad Statuam, D. de pœnis. *Locus*, §. Theſauros, inſtit. de diuiſio. rer. *Poſſeſſio*, l. 3. §. ſi in locis, D. de iure fiſci. *Prædia*, l. 39. §. vlt. D. de legat. 1. *Procurator*, & *Curator*, l. 1. & l. vlt. D. de off. procurat. Cæſ. l. 5. D. de iure fiſci. l. 25. §. 1. D. de adquir. vel omitt. l. 15. §. item, D. locati. *Ratio*, l. 6. §. vlt. D. de iure fiſci. *Res*, l. 1. D. de off. procurat. *Seruus*, l. 41. D. de hered. inſtit. l. 17. D. de pœnis. l. 46. §. ſeruus, D. de iure fiſ.

Poſtea Cæſares appellari cœpere qui ab Imperatoribus ſucceſſores deſignabantur. Quo nomine primum appellatum L. Ælium Verum, Spartianus in eius vita tradit, his verbis: *Huic naturalis pater fuit L. Ælius Verus, qui ab Hadriano adoptatus, primus Cæſar eſt dictus.* Et ita Imp. Conſtantin. in l. 7. C. de malefic. & Math. In *Comitatu*, ait, *meo*, vel *Cæſaris.*

CÆSARIANI pro officialibus Procuratoris Cæſaris, l. 9. C. de pœnis proſcriptor. l. 5. C. de iure fiſc. lib. 10. & Rubr. de Cæſarian. in C. Th. l. 2. de bonis vacant. in C. Th. Vſurpat & hoc nomen Arrianus lib. 3. Epicteti cap. 24. & lib. 4. cap. vlt.

Cæſariana Metalla, l. 6. §. vlt. D. ad Leg. Iul. peculat. *Prædia*, l. vlt. D. de offic. procurat. Cæſ.

Cæsarienſis Colonia in Palæſtina, l.1.§. vlt. D. de cenſib. *Cæsarienſes Colonos fecit Veſpaſianus*, l.vlt. D.eod. tit.Fuit & Cæſarea Cappadociæ, gentis caput:vnde *Cæsarienſes Aduocati*,§.vlt. Inſtit. quib. alien. lic. §. ſed cum hoc,Inſtit. de inutilib. ſtipul.*Cæsarienſis Aduocatio*, l. vlt.C. de pactis & *Cæsariana*, l. 12. C.de legit. heredib. *Cæsarienſis ciuitas* Mauritaniæ prouinciæ, l. 2. §.1. C.de off.præf. Prætor.Afr.

CADI *Vini*, l. 6. & l. 14. D. de trit. vino. l. 15. §. proprietatis, D. de vſufr. *In Cadis diffuſa vina ſeruabantur*, l.15. D. de tritic. vino. Cadis planè ad vina condenda veteres vſos oſtendit Plinius lib. 19. cap. 5. Ouid. lib. 5. Faſtor.

Promit fumoſo condita vina cado.

Hoc autem Vinarium vas,10. Congios capiebat,vt Dioſcorid. lib. 5. vel, vt Pollux lib. 10. cap. 20. Vrnas tres.

CALAMITATEM, vt Donat. in Eunuch. Terent. Act. 1. Sc. 1. tradit, *Ruſtici Grandinem appellant, quòd comminuat calamum, hoc eſt culmum ac ſegetem.* Vnde *Calamitoſæ Tempeſtatis vis*, l.15.§.1.D. locati, & apud Cicero. lib. 3. in Verrem. Et Ager huiuſmodi calamitatibus obnoxius *Calamitoſus* dicitur à Cato. de re Ruſt. cap.1. & 35. Eſt autem Ager ita *calamitoſus* vel cœlo, vel *Loco*, vt Cic. 2. Agraria oſtendit.

Generaliter verò pro quolibet aduerſo caſu & detrimento,pro qualibet clade & iactura, *calamitatis* nomen vſurpatur, l.vlt.C. de vſufructu.Hinc in l. 10. D. qui ſatiſd. cog.*Si medio tempore fideiuſſoribus calamitas inſignis accidit.* Et in l. 2. §. cùm tamen, D.ſi quis cautionib. *Si aliqua fortuita calamitas locum euertit.* Et *calamitas pupilli*, id eſt damnum,l.vlt. D.de adminiſtr. & peric.Denique *calamitas Belli*,l.vn.C.de caduc.tollend.Hinc &*calamitoſi*,l.19.D.de offic. præſid. id eſt, vt Nonius interpretatur, *Ærumnoſi, malis, Calamitatibúſque prægrauati.*

CALAMVM in l.vlt.§. ſpecies, D.de publican. odoratum & aromaticum accipe, qui in India, Arabia, & Syria gignitur, multis nodis geniculatus, fuluus, fragrans ſpiritus ſuauitate, qui cùm frangitur in multas partes fit fiſſilis. Meminere huius Theophraſt. lib. 9. de Hiſtor. plantar.cap.7.& Plin. lib.12. cap.22. Solinus in Polyhiſtor.cap. 53. B.Hieronym. in cap.6.Eſaiæ,& Iſidor.lib.17.Origin.cap.8.

CALATIS *Comitiis* in pace & otio facta olim Teſtamenta, Iuſtinian. tradit Inſtit. de Teſtament. ordinand. *Calata* autem *Comitia*, vt ex Lælio Felice & Labeone, Agellius lib. 15. cap. 27. adnotat, erant, quæ pro Collegio Pontificum habebantur aut Regis Sacrorum, aut Flaminum inaugurandorum cauſa. Quorum alia Curiata erant,alia Centuriata. Curiata per Lictotem Curiatim Calari, id eſt, conuocari,ſolebant:Centuriata, per Cornicinem.Addítque iiſdem comitiis in Cõcione populi,& Sacrorum Deteſtationem,& Teſtamenta fieri conſueuiſſe. Theophilus ad Iuſtinianum, ὁ κῆρυξ ἅπασαν περίεισι τὴν πόλιν, συγκαλῶν· καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνέρχεται, ἢ ὁ βουλόμενος ὑπὸ μάρτυρι διατίθεται τῷ δήμῳ. εἴρηται δὲ *Calatis comitiis* ἐντεῦθεν. *Calare* γὰρ ἐστὶ τὸ καλεῖν: *Comitia* δὲ, ἡ σύνοδος.

CALAVTICA, in l. 27. in fi. D. de auro,arg. Nonius Marcell. tegmen id eſſe muliebre quod capiti innectitur, tradit, citátque illud Ciceronis, in Clodium, *Tunc cùm vincirentur pedes faſciis, cùm Calauticam capiti accommodares.* Auſonius in Periocha Odyſſ. Homeri, *Ino Calauticam capiti ſuo ademptam natanti accommodat.* Seruus in 9. Æneid. ad hæc verba, *Et habent Redimicula, Mitræ, Pilea*, ait, *Virorum ſunt: Mitræ, fœminarum, quas Calautica appellant.* Planè in Vetuſto Gloſſar.*Calautica*, εἶδος ζώνης, definitur.

CALCARE *vuam*, l. 25. D. de actionib. empt. id eſt pede premere. Sic *Calcatas Vuas*, dixit Varro lib. 1. de re Ruſtic. cap. 54. Ouid.lib.2. Metamorph.

Stabat & Autumnus Calcatis ſordidus vuis.

Cuius verſus æquè atque alterius quem lib. 1. de Formulis notauimus, amore vſque adeo exarſiſſe Ouidium obſeruaui,vt eum iterum vſurparit lib.4. Faſtor.Vuas autem Torculario Calcari monet Cato de re Ruſt. cap. 112.

CALCEM *Coquere*, l.12. D. de vſufructu, & apud Cato.de re Ruſtic. cap.16. *Portare*,l.15. §. 1. D.eod. tit. *Ad Calcem coquendam Lignis vti*, l. 55. §. lignis,D. de legat. 3. *Calx & Arena*, l. 1. §. 1. D. de ligno iuncto.

Calcis Coquendæ ius, l. 1. l. 5. l. 6. §. vlt. D. de ſeruitutib. præd. vrb. & §. In ruſticorum,Inſtit. de ſeruitutib. ἄσβεστον καίειν, ἐξαίνειν Theophilus ibidem.Ex quo autem Lapidum genere potiſſimum,Calx optima coquatur,docet Plin.lib.36.cap.13.

Calcis coctores, Rubr. de Calc. coctor. vrb. Ro. in Cod. Theod. *coctio*, l.2. D.eod. tit. *Excoctio*, l. 3. & l. 4. de Decurionib. & Silentiar. in eod. C. *Præſtatio*, l. 1. de calc. coct. in eod. Cod.

Calcaria pro fornace in quo Calx loquitur, l.8. §. in Calcariam, D. de pœnis, ex qua apparet in Calcariam nocentes quandoque damnatos. *Calcarium Fornacem*, Plinius lib. 17. cap. 9. vocat. Scitum est illud Tertulliani, lib. de Carne Christi, cap. 6. *De Calcaria in Carbonariam.*

CALCE *Petere*, vel *Percutere*, *Equus*, l.1.§.1. & l.1. §.& generaliter, D. si quadrup. *Calcem reiicere Mula*, l. vlt. D.eod. tit. Vnde, *Calcitrosus Equus*, d. l.1.§.1. D. si quadr.& Instit. eod.tit. id est, Calce petere, vel Calcem reiicere solitus. *Calcitronem vocat* Cælius Sabinus apud Agellium lib.4.cap.2.Constantinus Harmenopulus cum Theophilo λάκτισιν vertunt. *Calcitrosa Iumenta*, l. 4.§. idem Pomponius, D. de ædil. edict.

CALCIARIVM eadem forma qua Vestiarium in l.8.§.qui transigit, D.de transactionib. pro eo quod ad pedum Tegumenta subministranda, seu ad Calceatum, alicui relictum est. A Vestiario separatur in l.21. D. de aliment. & cibar. Sueton. in Vespas. cap. 8. *Classiarios verò, qui ab Ostia & Puteolis Romam pedibus per vicos commeant, petentes constitui sibi aliquid Calciarij nomine, posthac excalciatos cursitare. Calciatum coerrare* debere Præfectum Vigilum, ait l.3. §. sciendum, D.de off. præf. vigil. vt *Calciatum cothurnis*, dixit Plinius lib.7.cap. 10.

CALCVLVS pro cõputatione. Sic *Calculus subduci*, l.8.D.depositi. *communi calculo subiici*, l.11. §.quæsitum, D.ad L. Falcid. *Calculi confusio*, l.11.§.si filio, D. ad Leg. Falcid. *Error*, l.1. §.1. D. quæ sent. sine appell.l.5.§.si quis rogatus, D.de donat. int. vir. l.8. D.de admin. rer. ad ciuit. l. vn. C.de error.calc. *Ratio*, l. 81. D. de hered. instit. Paul. lib. 5. Sent. Tit. 5. *Tenor*, l. 8. D. de administr. rer. *Calculi Fiscalis satisfactio*, l. 19. quor. appellat. non recip. in Cod. Theod.

Calculus pro re pecuniaria & nummaria, in l.6. §.vlt. D.de his qui not. infam. l. 29.D. de dolo. Artemidor. lib. 2. cap. 5. ψῆφον γὰρ καλοῦμεν, ὥσπερ λίθον τὸν ἐν δακτυλίῳ, οὕτω δὴ καὶ τὸν τῶν χρημάτων ἀριθμόν. Quintil. lib.7. cap. 5. *Tutelæ præterea, in quo iudicio solet quæri an alia de re quam de calculis cognosci oporteat.* Idem lib.11.cap.3. *Non dico de homicidio, sacrilegio, parricidio, sed de Calculis certè, atque Rationibus in lite.*

CALCVLATORES l.7. §. rescriptum, D. de oper.libert. l.1.§. ludi, D.de extraord.cognit.l.4.C.de professorib.& medic.lib.10.quos & *Tabularios* appellatos ostẽdit d.l.1.§.ludi, ψηφιστὰς vocat Modestin. in l. 15. D.de excusationib. Hi numerandi computandíque artem docebant. Vnde Librariis, Notariisque adiunguntur in d. §. ludi, & l.7. §. dabitur, D.de oper. libert. Martial. lib. 10. Epigramm. *Nec Calculator, nec Notarius velox.* D. Augustin. lib. 11. contra Academic. *Quibus duobus repertis nata est illa Librariorum & Calculonum professio, velut quædam Grammaticæ infantia.* Vbi *Calculones*, nisi mendosus est locus, pro *calculatoribus* posuit. Nam antiquitus pueri scribendi & calculi ponendi artem simul docebantur, vt Horat. Epist. 1. lib. 1. ostendit. Vnde idem Satyr. 6. de pueris, *Læuo suspensi loculos tabulámque lacerto.* Iuuenalis, *Ponatur calculus, adsint cum tabula pueri.* Illic enim Tabula, Calculatoria intelligenda est.

Calculus etiam pro Sententia ab Impp. vsurpatur. Et ita, *Deteriorem calculum Reportare*, l.10. C.de appellationib.& ex contrario, *Meliorem calculum, veriorémque Sententiam reportare*, Nou. Theod. & Valent. Ne Ducian. vel limitan. milit. *Deteriore calculo eripere*, l. 4. C. de auctorit. præst. *Iudicialem calculum accepisse*, l.12. C.de Iudiciis.

CALEFACTIO *Balnei*, l.35.§.vlt. & l. 55. §. lignis, D. de leg. 3. *calefactio publici Balnei*, l. vlt.§.1.D. de muner. & honor. *Calefactiones Thermarum*, l.1.D.eo.tit.

CALENDÆ, vt Vetus Glossarium, αἱ πρῶται ἑνὸς ἑκάστου μηνὸς ἡμέραι.

Calendæ Ianuariæ, l.5. D. de feriis, l. 133. D. de verbor. signif. *Februariæ*, l. 12. D. de verb. oblig. l. 98. D.de solutionib. *Martiæ*, l. 58.D.de vsufructu, l.19.de exactionib. in C.Theod. *Apriles*, l.7.§. è contrario, D. fol. matr. *Maiæ*, l.10. D.de verbor. obligat. *Iuliæ*, l. 9. D. qui potior. in pignor. *Septembres*, l.13.D.de recept.qui arbitr. *Nouembres*, l.7.§.Papinianus, D.fol. matrim. Ex Calendis autem Martiis, fundos & prædia locari, iisdémque, pensiones inferri consueuisse, satis apertè colligitur ex d.l.58. D. de vsufruct. & l. 7. §. è contrario. Eundem diem mulieribus festum fuisse muneráque illis mitti solita, ostendit l.31.§.si vir vxori, D. de donationib. int. vir.& Vet. Horatij interpres ad Odam 8. lib. 3. confirmat, quod accuratè Guilel. Bud. obseruauit. Solinus in Polyhistore: *Romani in initio Annum decem mensibus computabant, à Martio auspicantes: adeò vt eius die prima de aris Vestalibus ignem accenderent: mutarent veteribus virides Laureas: Senatus & Populus Comitia agerent: Matronæ seruis suis cœnas ponerent, sicuti Saturnalibus Domini. Illæ, vt honore promptius obsequium prouocarent: hi quasi gratiam repensarent perfecti laboris.* Quæ ille ex Macrob. lib.1.Saturnal.cap. 12. non absque plagij crimine sumpsit.

Vnde scitè Martial. lib. 5. Epigramm. *Martias Calendas, Saturnalia Fœminarum* appellat.

Calendas autem in Stipulationibus & pecuniæ creditæ Cautionibus, *Primarum, Proximarum, Secundarum, Tertiarum,* & *Futurarum*, appellatione discerni consueuisse docui lib. 6. de Formulis. Sic in l. 7. §. Papinianus, D. sol. matr. *Ex Calendis Nouembribus Primis.* Et in l. 40. D. de reb. creditis, *Dari Calendis Futuris.* Vlpian. in l. 41. D. de verb. obligat. *Qui Calendis Ianuariis stipulatur, si adiiciat, Primis vel Proximis.* Et mox, *sed & si dicat, Secundis, vel Tertijs, vel quibus alus.* Idem in l. 1. §. si quis simpliciter, D. eod. tit. *Si ita interrogatus, Intra Calendas quintas?* Martialis Epigram. 100. lib. 1. *Atque intra, puto, septimas Calendas.* Porrò qui *Ante Calendas proximas* stipulatur, similis est ei qui *Calendis* stipulatur, l. 13. D. de verb. obligat.

CALENDARIVM, librum fœnebris pecuniæ creditæ, seu Codicem in quem Nomina debitorum referuntur, significat, l. penult. D. de reb. cred l. vlt. D. de pecul. l. 88. D. de leg. 2. l. 6. De instruc. l. 39. §. negligentiæ, D. de admin. vel instr. l. 40. §. seruus, D. de statuliber. l. 23. D. de pecul. leg. l. 37. D. de vsu & vsufruc. leg. & peric. l. 3. C. de compensat. Seneca lib. 13. Epist. *Diuitem illum putas, quia in omnibus prouinciis arat, quia magnus illi Calendarij liber voluitur.* Hoc autem nomen ex eo descendit, quòd in Calendas veteres fœnerari solerent. Ideóque Calendarum nomine eiusmodi librorum paginis præposito, quæ deinde nomina fecissent, adscribere solebant. Horatius Ode 2. Epod. *Hæc vbi locutus Fenerator Alphius &c. Omnem relegit Idibus pecuniam, Quærit Calendis ponere.* Plutarch. in libello περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι. Ὃδε ἀναμνήσει τῶν καλανδῶν καὶ τ νουμηνίας ἢν ἱερωτάτην ἡμερῶν ἅπασαν, ἀποφράδα ποιοῦσιν οἱ δανεισταὶ, καὶ σύνοιδεν. Vnde Martial. Epigram. 44. lib. 8.

Superba, ait, densis Arca palleat nummis:
Centum explicentur paginæ Calendarum.

Ouid. lib. 2. De Remed. amor.

Qui Puteal, Ianúmque timent, celeréque Calendas,
Torqueat hunc æris mutua summa sui.

Vbi *Celeres Calendas* vocat, quòd voto & desiderio debitorum celerius redeant, & vsurarum incrementum adferant. D. Ioan. Chrysostom. Oratio. 7. de non fœneran. Μὴ δὲ φαυλότερον τῶν δανιζόντων ἐπὶ τόκοις συχνοῖς. οὗ μᾶλ' ἐπισαμένων τῶν ἡμερῶν τὸ καὶ μικρὸν ἀεὶ ῥεῖ. *In Calendarium versa Pecunia*, dicitur, quæ nominibus & fenore occupata est, l. 91. D. de leg. 3. *Calendario destinatæ pecuniæ*, id est, nominibus faciendis, l. 64. D. de leg. 3. *Ex Calendario nomina*, l. 34. §. 1. D. eod. tit. l. 17. §. ex quadrante, D. de doli mali & met. exc. *In Nominibus omnis substantia Calendarij*, d. l. 34. §. 1.

Calendarij Actio, l. 39. §. negligentiæ, D. de administr. & peric. *Curatio*, l. vlt. D. de munerib. & honor. *Instrumenta*, l. 41. §. Legauerat, D. de legat. 3. l. 27. §. liberto. D. de instr. vel instrum. *Calendario præpositus seruus*, l. 41. D. de reb. credit.

Calendarium Exercere, l. 41. §. legauerat, D. de legat. 3. *Exerceri*, l. 34. §. 1. D. eo. tit. *Facere*, l. 88. D. de legat. 2. *Calendaria prælegare*, l. 34. D. de legat. 3.

CALIGATI *Milites*, l. 2. D. de his qui not. infam. l. 9. D. de custod. & exhibit. reor. l. 6. §. exploratores, D. de re milit. l. 21. C. de nupt. Iustinia. in Nouell. 74. γραπώτας ἐνόπλους, ὃς ὁ νόμος Καλιγάτους καλεῖ, τυτ' ἐστὶν εὐπλειτέρους καὶ ἀγαπετοὺς. à Caliga, quod erat γραπτικὸν ὑπόδημα, vt ait Dio. lib. 57. Vnde Caius Cæsar, quod manipulari habitu inter Milites educatus esset, Caligulæ cognomen reportauit, vt Sueton. in eius vita. cap. 9. refert. Quo de pedum tegmine aliquid olim in Select. Antitiquit. diximus. Ita *Caligatum Militem* accipe apud Quintilian. Declamatio. & Iuuenal. Sat. 3. & 14.

CALLIDOS, Cic. lib. 3. de Nat. Deor. appellare se ait, quorum tanquam Manus opere, sic Animus vsu concalluit. Similitérque Donat. in Adelph. Terēt. Act. 3. Sc. 3. Callidum eum dici ait qui Callum sibi, vsu artis, induxerit. Ita *Callidum Commentum Tutoris*, dicitur, qui subiecto nomine alterius, rem pupilli fraude & dolo sibi comparauit, l. 9. D. de reb. eor. Sic & *Callido Commento*, l. 20. D. de his qui not. infa. *Consilio*. l. 7. §. prætor ait, D. de Publician. *Callide circumueniunt*. l. 31. D. de recept. Vnde *Calliditas*, fraudem, Machinationem, Fallaciam, Dolum malum significat, l. 1. §. 1. D. de dolo, l. 1. §. 1. D. de ædilic. ed. l. 47. D. de diuers. regul. l. 3. D. de seruo cor. l. 12. §. potest, D. de liber. cau. *Calliditate & dolo circumuenire*, l. 2. D. de proxenitic.

Calliditas eius qui data opera in locum abditum res contulit, vt actori incommodior esset exhibitio, l. 11. D. ad exhibend. *Non sine Calliditate circunuentam*, l. 3. §. si quis volentem, D. de libero homine. *Infirmitati non Calliditati mulierum Velleiano consultum*, l. 15. C. ad Sc. Velleian.

CALICEM

CALICEM *Diatretum faciendum dare*, l. 27. §. si calicem, D. ad Leg. Aquil. id est perforatum & pertusum. Nec enim illorum admittenda interpretatio est qui Calicem Diatretum fractum explicant: siquidem in illius legis specie, proponitur Calix qui Diatretus faciendus datus esset, fractus fuisse vel Artificis imperitia, vel quod rimas haberet vitiosas: Et industria summa elaboratos eiusmodi calices ex eo apparet quod illic Vlpian. memorat, plerosque Artifices, (hi sunt qui Diatretarij vocantur, in l. vn. C. de excusat. artif. lib. 11.) cùm eiusmodi materiæ dabantur, conuenire solitos, non suo se periculo facere.

CALIDA *Aqua*, l. 3. §. hoc interdictum, D. de riuis. l. 1. §. idem Labeo, D. de aq. cottid. l. 3. §. 1. D. de aq. & aq. pluu.

CALLISTRATVS, Libros 6. *Cognitionum*, seu *de Cognitionibus*, scripserat: Edictorum Monitoriorum, seu *Edicti Monitorij*, vel *ad Edictum Monitorium*, æquè libros sex: *De iure fisci & populi*, libros quattuor: *Institutionum*, libros tres: *Quæstionum*, libros duos. Hunc Alexandro in consilio fuisse, Lampridius in eius principis vita refert. Verùm illic in ratione temporum fœdè lapsus est, qui Alfenum, Celsum, Proculum, Africanum, Vlpiano & Paulo, Papinianique discipulis permiscet. Sanè quibus ille potissimum temporibus vixerit ex eo colligitur quod in l. 38. D. de legib. *Imperator*, ait, *noster Seuerus rescripsit*, vt & in l. 14. §. plebeij, D. de munerib. *Idque Imperator noster Seuerus Augustus in hæc verba rescripsit.* At in l. vlt. D. de offi. procurator. Cæs. *Imperatores*, ait, *nostri, Seuerus & Antoninus rescripserunt.*

CALOR animi impetum ac feruorem, & quemlibet efferuescentem inconsultúmque mentis motum significat. *Calor Iracundiæ*, l. 3. D. de diuortiis, l. 48. D. de diuers. regul. Lucan. lib. 7.

Si modò virtutis stimulis iræque calore.

Inconsultus, l. 1. §. quæri, D. ad Sc. Turpillian. l. 5. C. de iniuriis, l. 19. C. de inoffi. test. *Iuuenilis*, l. 4. C. de auctor. præstanda. l. vlt. §. filiis, C. de bonis quæ liber. *Licitantis*, l. 9. D. de publican. *Mariti*, l. 12. §. vlt. D. ad L. Iul. de adulter. *Calore ducti interfecerint hominem*, l. 7. §. vlt. D. de Lege Iulia repetund. *Calore quodam peieratum*, l. 2. C. de reb. credit. *Per Calorem ad Accusationem prosilire*, l. 2. C. de Abolitionib. *Calorem* etiam *Bellantium*, dixit Sil. Italic. lib. 12.

CALVISIANA *Actio*, appellatur, quæ Patrono datur ad reuocanda ea quæ in fraudem eius Libertus alienauit, l. 16. §. idem scribit, D. de hered. petit. l. 1. §. si pluribus, l. 2. & l. 3. §. si intestatus, & l. vlt. D. si quid in fraud. patr. l. 2. D. si à paren. quis manumiss. l. 16. §. 1. D. de iure patro. Vetus Glossarium, *Caluisiana Actio est per quam reuocantur quæ in fraudem Patroni Libertus alienauit. Caluisiano Iudicio reuocatur id quod alienatum est*, d. l. 16. §. 1.

CALVITIANO Senatusconsulto Impar matrimonium improbabatur, iubebatúrque non proficere ad capiendas hereditates: Vlpian. Tit. 17. Regular.

CALVMNIA, vt Non. Marcell. explicat, est, *Malitiosa & mendax infamatio.* Beda in lib. de Ortograph. *Calumnia*, ait, *est Crimen falsum: Cùm nobis Aduersarius aut malum quod non fecimus obiicit, aut bonum quod fecisse probamur, in contrarium interpretari conatur.* Cassiodor. in Psal. 117. *Calumniam*, esse scribit, *Commentum aliquod periculosæ facultatis obiectum.* In pecuniariis porrò causis æquè atque in criminibus calumnia interuenit. Atque adeo Calumniæ Actio olim reis absolutis aduersus improbos litigatores, & eos qui temerè petierant, dabatur, quæ eos decima parte litis multabat, vt Iustinian. & Theoph. scribunt in §. hæc autem, Instit. de pœna tem. litig.

Per Calumniam Petere, dicitur, qui vexandi alicuius gratia petit, l. 46. D. de petit. hered. l. 29. §. penult. D. de liber. caus. *Per Calumniam in possessionem ventris nomine missa*, videtur, quæ sciens prudénsque se prægnantem non esse, vel ex alio concepisse, voluit in possessionem venire, l. 1. §. per calumniam, D. si mul. ventr. nom. l. 15. & l. 16. D. de his qui not. infam. l. 3. §. Vnde Marcellus, D. de iureiur. l. 12. D. de mort. caus. donat. l. 3. §. vlt. D. ne vis fiat ei qui in poss. miss. *Per Calumniam* vel *Calumniosè satis petere*, & *per calumniam desiderare, vt cautio interponatur*, dicitur qui nullo iure & vexandi aduersarij causa cautionem postulat, l. 3. §. 1. D. vt in poss. leg. l. 1. in fi. & l. 8. D. de prætor. stipulatio. *Per Calumniam Appetere*, l. 27. §. 1. D. ad L. Iul. de adulter. *Facere*, l. 1. §. 1. D. de vacat. & excusat. *Instituere Actionem*, l. 43. D. de iniuriis. *Petere*, Cic. 4. in Verrem. *Peti in seruitutem*, l. 29. D. de liber. cau. *Vocari in ius*, l. 4. §. vlt. D. ne quis eum qui in ius voc.

Calumniæ causa negotium facere vel *non facere*, l. 1. D. de Calumniator. id est, *per Calumniam*, d. l. 1. §. 1. *Calumniæ causa & calumniandi animo litem vel negotium instituere*, l. 10. D. de Iudic. *Calumnia fieri alicui*, l. 3. §. vlt. D. de Calumniatorib. *Calumniæ crimen*, l. vlt. D. eod. tit. *Calumniæ*

causa damnatus, l. 4. §. Calumniator, D. de his qui not. infam. *Calumniæ causa quid feciſſe iudicatus*, l. 1. D. eod. tit. *Calumnias commouere*, l. 3. C. de Aduocat. fiſci. *Calumniarum Redemptor*, l. 1. C. de his qui potentior.

Calumniam Tuliſſe, Cælius Epiſt. 18. lib. 8. Familiar. ait, Accuſatorem, qui iudicio publico victus, & per Calumniam accuſationem inſtituiſſe iudicatus erat, eadem plane loquēdi figura, qua ſuffragiorum *Puncta Ferre*, & *Tribum Ferre*, veteres dicebant. Quod non adnotaſſem niſi ea in re magni nominis virum dormitaſſe, alióſque in errorem induxiſſe animaduertiſſem.

De calumnia iurare, l. 13. §. qui damni, D. de dam. infect. l. 3. D. teſtam. quemadm. aper. & apud Senec. Controuerſ. 4. lib. 7. *Iurare non Calumniæ cauſa*, id eſt, *vexandi aduerſarij, poſtulare ſe vt ſatisfietur*, l. 7. D. de dam. infect. l. 15. in fi. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 15. D. ad exhib. l. 11. D. de rer. amot. act. Sic *Iuſiurandum de Calumnia*, in l. 34. §. datur autem, D. de iureiur. l. vlt. D. de fideicom. *De Calumnia Pronunciare*. apud Plin. Epiſt. 31. lib. 6. *Sine Calumnia*, in l. 37. D. de minor. id eſt, citra Calumniæ periculum, vel *ſine Calumniæ timore*, vt l. 2. C. de Calūniat. *Calumnia ſubmouemus*, l. 22. C. de pœnis, id eſt, Calumnioſa accuſatione liberamus.

Calvmniari, eſt falſa crimina intendere, l. 1. §. 1. D. ad Sc. Turpillian. à verbo antiquo *Calvor*, quod in 12. Tab. morari, & fruſtrari, Gaio interprete, ſignificabat. Vnde *Calumniatores*, eos qui per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus, appellatos, idem ſcribit, l. 233. D. de verbor. ſignific. Veteres Gloſſæ manuſcriptæ, *Calumniator falſi criminis accuſator, à caluendo, id eſt, fruſtrando & decipiendo dictus*. Sed & improbus quiſque litigator, & qui non debitum petit, temeréque alicui controuerſiam mouet, *Calumniator* appellatur, l. 5. §. 1. D. ne quis eum qui in ius, l. 39. §. 1. D. de liber. cau. l. 4. §. Calumniator, D. de his qui not. infa. & Tit. de Calumniatorib. Atque vt *Calumniator*, ita & *Calumniatrix*, l. 1. §. ſed & ſi quis, D. de ventre in poſſeſſ. mitt.

Calumnia, & nimis callida, ſed malitioſa Iuris interpretatio, à Cicero. lib. 1. Officior. coniunguntur. Et ita Paul. in l. 19. D. ad exhibend. *Non oportere ius ciuile Calumniari, nec verba captari*. Vnde Cic. lib. 2. ad Herenn. *Calumniatoris officium eſſe*, ait, *verba & litteras ſequi*. Idem pro Cecina. *Scriptum ſequi Calumniatoris eſſe, Boníque Iudicis, voluntatem ſcriptoris auctoritatémque defendere. Paulus, Mulieribus*, ait, *tunc ſuccurrendum eſt, cùm defendantur, non vt facilius calumnientur*, l. 110. §. vlt. D. de diuerſ. regul.

Calumniator porrò, idem & *Calumnioſus* vocatur. *Calumnioſum* autem Paul. lib. 1. Sent. Tit. 5. definit, eum qui ſciens prudénſque per fraudem alicui negotium comparat: quo ſenſu in Edicto de Calumniatoribus, hoc nomen accipiendum eſt. D. Auguſtin. Sermo. 24. *Iam ille Calumnioſus qui vult alteri facere cauſam, & qui tollere ab illo, vel pro compoſitione gaudet*.

Calumnioſa Accuſatio, l. 14. §. ſi patris, D. de bon. libert. *Adnotatio*, l. 82. §. vlt. D. de legat. 3. *Poteſtas Aduerſarij*, l. 11. §. 1. D. de iuriſdictio.

Calumnioſæ Actiones, l. 6. C. de adminiſtrat. tutor. l. 12. C. de inoff. teſt. *Calumnioſis Criminibus inſectari innocentes*, l. 6. §. ne potentiores, D. de off. præſid.

Calumnioſe, id eſt per Calumniam, l. 8. D. de ſtipulat. prætor. l. 3. D. ad Sc. Turpill.

Cameli, inter Pecudes & Beſtias quaſi Mixti ſunt. Nam & Iumentorum operam præſtant, & Natura eorum fera eſt, l. 2. §. 1. D. ad L. Aquil. Ac planè, Camelos, vt Plin. lib. 8. cap. 13. refert, *inter Armenta paſcit Oriens, omnéſque Iumentorum, in iis terris, dorſo funguntur*. Vlpianus tamen in Tit. 20. Regular. Camelos, quamuis collo dorſóve domarentur, *nec Mancipi* habitos ſcribit: quoniam Beſtiarum numero erant.

Camelarii, l. vlt. §. Camelaſia, D. de munerib. & honor. quibus Camelorum cura mandatur.

Camelasia inter Munera Ciuilia Perſonalia numeratur, l. 1. & l. vlt. §. Camelaſia, D. de munerib. & honor. Nam animi prouiſione & corporalis laboris intentione hoc munus abſque aliquo gerentis ſumptu & detrimento ſuſtinebatur: propterea quod ratione habita & alimentorum & Camelorum, certa pecunia Camelariis dari debebat: vt ſolo corporis miniſterio obligarentur. Vſurpat hoc *Camelaſiæ* nomen Ammianus Marcellin. lib. 17.

Campanvs Iuriſconſultus citatur in l. 47. D. de oper. libert. & l. 34. D. de fideicomm. libertatib.

Campaniæ fit mentio in l. 2. & l. 7. de indulgent. debit. in Cod. Th. l. 27. de appellationib. in eod. Cod. quam *Felicem* merito appellat Plin. lib. 3. cap. 8. in eáque *ſummum Liberi patris, cum Cerere certamen*, veteres dictitaſſe ait. Vnde *Campanus Municeps*, l. 1. D. ad municipal.

CAMPANI, l.9.§.ſed ex facto, D.quod met.cau. *Campani Decuriones*, l.50.D.de contr.emp. *Campanum Vinum*, pro exemplo optimi adducitur in l. 74.& l.75. D. de verb. oblig. §. præterea ſi quis, Inſtit. de actionibus.

CAMPVS *Iaculatorius*, l.9.§.vlt. D.ad L. Aquil. *Campus Martius*, l.39. §.vlt.D.de legat.1.& Tit.de Campo Mart.in C. Th. quem in publico vſu habitum, ait l.6.D.de contr.empt. *In Campo publico ludere*, l.2.§.ſi quis in mari, D.ne quid in loco pub.

CANCELLARE *Teſtamentum*, l.15.§.1.D.de teſtam.milit.l.2.D.de his quæ in Teſtam.delent. *Cancellari chirographum*, l.24.D.de prob. *Cancellatæ Tabulæ*, & *Cautiones*, l.82.§.vlt.D.de furtis, l.1.§.ſi heres, D.ſi tab.teſtam.apud Paul.lib.2.Sent.Tit.32.*Pro Cancellato haberi*, l.47.D.de pactis, *Cancellatum chirographum*, l.22.C.de ſolutionib. *Teſtamentum*, l.vlt.C.de edicto D. Hadr.

CANCELLARII *Iudicũ*, Cõſiliariis, Domeſticiſque adiũguntur, l.3.l.5.& l.8.C.de aſſeſſor.l.1. §.pro annonis, C.de off.præf.præt.Afr. In Edicto Turci Apro., *Præda dãnata, quam Tribunus, Officiũ, Cãcellarius, & Scriba, de pecuariis capere conſueuerant*. Imp.Cõſtant.l.1.de agent.in reb.in C. Th. *quod & circa Scrinia noſtra, & Cãcellarios, & Largitionales, & Officiales Comitũ rerum priuatarum*. Sic & *Cãcellarium Præpoſiti*, dixit Caſſiod. lib. 1. Variar.Epiſt. 35. *Cancellarij Prouinciarum*, apud eundem Epiſt.1.lib.12.Variar. qui Cancellos Principis agebant, vti ibidem ait. A *Cancellis* enim nomen traxiſſe eos, idem Caſſiodor.Epiſt.6.lib.11.docet his verbis. *Reſpice quo nomine nuncuperis: Latere non poteſt quod inter Cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas ianuas*. Ex quo loco, & ſequentibus verbis, apparet intra Cãcellos, vndique conſpicuum Cancellarium ſtetiſſe. Vnde munus, dignitáſque eius, *Cancellorum Officium* vocatur ab eodem Caſſiod.Epiſt.27. lib. 12. *Cancellarium* autem ad Reſponſa ſua Principẽ elegiſſe, eiúſque fidei Cõſiſtorij ſecreta commiſſa: per eum ad Principis aures ſupplicum deſideria perlata: per eum acceſſiſſe, qui principi præſentãdus erat: iuſsáque principis expediſſe idem Caſſiod.oſtendit. Vet. Gloſſ. *Cancellarius eſt qui habet officium, ſcripta, reſponsáque Imperatoris, atque Mandata inſpicere, & malè ſcripta cancellare, & bene ſcripta ſignare.*

CANCELLVS ędiũ ſingulari numero, l.9.D.quod vi aut clam. *Cãcelli in ædibus*, l.41.§.itẽ hoc, D.de leg.1.l.12.§.fiſtulæ, D.de inſtrum.vel inſtr. Septa ſunt ex rectis, obliquis, tranſuerſis lignis, contexta & compacta: plagulis, ſeu foraminibus inuicem diſtincta. *Feneſtratas Ianuas*, Caſſiodor. Epiſt. 6. lib. 11. appellat.

CANDELABRA, Supellectili adnumerantur, l.3.D.de ſupell. leg. *Candelabro incluſum Sigillum*, l.6.D.ad exhib. Paul.ex Feſto. *Candelabrum dictum, quod in eo candelæ figantur.*

CANDIDATI *Principis*, qui ſolis libris principalibus in ſenatu legẽdis vacabãt, l.1. D.de officio Quæſt. per eos Orationes principũ in Senatu recitatas aliâs docui. D. Hieronym. de vita ſancti Hilarionis: *Conſtantij Imperatoris Candidati rutilans coma. Candidati*, l.21. & l. 22.de præt. & quæſt.in C. Th.

CANIS inter Pecudes non eſt, l.2.§.vlt.& l.25.§.hac actione, D.ad L.Aquil. *Canem irritare*, l. 11.§.itẽ cum eo, D.eo. A *Cane feroce læſus*, l.2.D.ſi quadr. *Canes robuſti & fortes*, &c. l.44.D. de adq.rer.do. *Canem ſolutum vel alligatum habere*, l.40.& l.41.D.de ædil. edict.

CANON in Impp. Cõſtitutionibus, anniuerſariã pẽſitationẽ, præſtationẽ, functionẽ, collationemq; ſignificat, l.1.C.de indictio.lib.10.l.vn.C.de coll.don. lib.10.l.3.C. quæ res vẽdi nõ poſſ.l.vlt.C.de coll.fund.patr.lib.11.l.2.C.de præd.tamiac.l.pen. & vlt.C.de diu. præd. lib.11.l. 8.de extraor.ſiue ſord.in Cod.Th.l.30.de anno.& trib.in eod.Co.Sic *Impoſitum Canonem, pro qualitate iuris cuius prædia ſunt vel loca, per ſingulos annos ſoluentes*, l.14. C. de fund. patrimonialib. lib. 11.

Canon Anniuerſarius, l.16.C.de Iudęis, *Antiquitus Inſtitutus*, l.3.de cond.in pub.horr.in C.Th. *Aurarius*, l.10.C.de excuſ.mun.lib.10.& l.13.de extraor. ſiue ſord. mun.in C.Th. *Ciuilis*, l.5.C. de diu.præd.lib.11.Nou.Valen.& Marc.de præd.ciuit. *Delegationis*, l.13.de extraor. ſiue ſord. in C.Th. *Emphyteuticus*, l.10.C.de iure emphyt. *Glebæ*, apud Sidoniũ Apollinarẽ lib.6.Epiſt. ad Cẽſoriũ. *Metallicus*, l.2.C.de metall.lib.11. *Fundorũ, Priuatorũ, vel Emphyteuticorũ* l.19.de exact.in C.Th. *Nauli*, apud Iuſtin.Edicto 14. *Patrimonialis*, l.7. C. de omni agro deſerto, lib. 11. *Publicus*, l.3.C.quæ res vendi non poſſ.l.8.de murileg.& gynec.in C.Th.qui Δημόσιος Καιὼν, in l.1.C.de anno.& trib.lib.10. *Rei priuatæ*, l.3.C.de his quę ex publ.coll.lib.10. *Senatorius*, l.4. de præd.Senat.in C.Th. *Suarius*, Nou.Maior.de indulg.reliq. *Telonei*, apud Caſſiod.Epiſt.39. lib.5.Variar. *Titulorum omniũ*, l.16.de bon.proſcr.in C.Th. *Veſtiũ*, l.1.C.de milit. veſte lib. 12.

Canõ Frumentarius vrbis Romæ, Rubr.de cano.frum.lib.12.C.Lampr.in Heliogabalo, *Iuſſerat & Canonem populi Romani vnius anni meretricibus, lenonibus, & exoletis intramuranis dari: extramuranis alio promiſſo: cùm eo tempore, iuxta prouiſionẽ Seueri & Traiani, ſeptẽ annorum Canõ Frumẽtarius Romæ eſſet.* Spart.in Seuero, *Rei frumẽtariæ, quam minimã repererat, ita cõſuluit, vt excedẽs ipſe vita,*

septẽ annorũ Canonẽ relinqueret. Appellatur & *canon Vrbicarius* in l.2.& 3.C.de cano.frum.vrb. Rom.lib.12.& l.3.&l.6.eo.tit.in C.Th.*canõ Vrbanus*,inl.26.de nauicular.inC.Th.*canõ sacratiſsimæ vrbis*,l.35.eod.tit.in C.Th.l.5.de cano. frum. in C.Th.

Canonici Equi, l.3.C.de equor.collat.lib.11. *Veſtes, atque equi, ceteræque Canonicæ ſpecies*,l.1.de exaction.in C.Th.*canonici Tituli*,l.36. de ann. & tribut.in C.Th.

Canonica indictio,l.1.C.de prox.ſacr.ſcrin.l.10.*Inlatio*,l.40.de Epiſc.Eccl.& cler.*Penſitatio*,l. 2.C.de lucris aduoc.lib.12.*Solatio*,Nou.Th.& Valent.de releu. adær. vel don.poſſ. *Veſtis*,l.2. de diſtr.pign.quæ.trib.cauſ.ten.*canonicæ præbitiones*,l.4.trib.in ipſ.ſpec.inf.in C. Th.l.14.de nauicul.in eod.Cod.Porrò horum annuorum Canonum exactores,*Canonicarij* appellantur in Nou.Iuſtin.30. & Nou.163. Nou.Maior.de indulg.reliq.& apud Caſſio.Ep.13.lib.10.Var.

CANTHARIDVM fit mentio in l.3.§. alio SC.D.ad L. Corn.de ſicar. quo & Magnetem à Nereide peremptum Poëtæ fabulantur. Ouid.in Ibin.

Cantharidum ſuccos, dante parente, bibas.

Sic & *Cantharidis venena*,dixit Tertull.lib.1.aduerſusMarcio.Sunt autem *Cantharides*,vermiculi minutorum Scarabeorum forma: ex quo& nomen traxere:quorum noxiam& maleficam vim,Dioſcorid.lib.2.& lib.6.& Plin.lib.11.cap.36.& lib.29.cap.4.explicant.

CANTHAROS, ludicras quaſdam effigies, & ad arbitrium effictas interpretor, ex quarum Roſtris aqua ſalire ſolebat,l. 41. §. item hoc prohibetur, D. de leg. 1. coniuncta l. 17. §. penult.D. de action. empt. Auſonius in Epiſt. Eidilij 17. *Harum verticularum variis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum. Elephantus belua, aut Aper beſtia, Ager volans, Mirmillo in armis ſubſidens, venator & latrans Canis. Quin & Turris & Cantharus, & alia huiuſmodi innumerabilium figurarũ, quæ alius alio ſcientius variegant.* In vetuſtoEpigr.vrbisRo.verſus habẽtur huiuſmodi:

Perdiderat Laticum longæua incuria curſus,
Quos modò nunc pleno Cantharus ore vomit.

Eucherius in librum Regum,*Lutres*,ait, *Conchæ vel Canthari aquarij.* In libello quo quattuor Martyrum coronatorum mors narratur, hæc verba inueni. *Tunc Sempronianus, Claudius, Caſtorius, & Nicoſtratus cœperunt in nomine Chriſti cauare Conchas, & Pegas, & lectos, cum Sigillis & Cantharis, cum magna tenuitate artis.*

CAPAX id eſt, ſuſceptibilis alicuius rei:veluti *Capax Culpæ*,item *Doli*, vel *non, Impubes & Pupillus*,l.1. §.hoc edicto,D.ne vis fiat ei, l.3. §.1. D.de ſepul. viol. l.23.D. de furtis,l.3.§. vlt. D.de tribut. l.1.§.an in pupillum, D.depoſiti: qui *eius ætatis eſt, vt dolum capiat*, l. 15. D. de liber. cau. *Capax* autem eſſe & *Furandi, & Iniuriæ faciendæ*, PUPILLUS cenſetur, qui proximus pubertati ſit,l.3.D.de diuerſ.reg.Sic *iam Iniuriæ Capax Impubes*,l.5.§.& ideo, D.ad L. Aquil. *non Capax Conſilij Impubes*, l.8.§.vlt.D.de adquir. vel omitt. *Capax obligationis*,l.12.D.de ſtipulat.ſeruor. l.98.§. ſi ſeruus,D.de ſolutionib.*Solutionis*,d.§.ſi ſeruus.

Capax etiam dicitur,qui ex Teſtamento capere poteſt,l.29.D.de liber.leg. *Capax portionis*, l.8.C.commun.de ſucceſſionib.Inde *Capacitas Legatarij*,l.55.§.1.D.de legat.3.&*Solidi Capacitas*,Rubr.apud Vlpian.Tit.17. Regular. *Capacitatis priuilegium & modus*, l.1.de bon. proſcript. in Cod. Theod.

Capaces Auditus, l.65.§.ſi pupillo, D.ad Sc.Trebell.*Capaces fluuij Naues*,l. 1.§.ſed etſi, D.de exercit. *Capacitati alicui parata vaſa*, Paul.lib.3. Sent. Tit.7.

CAPERE cum effectu accipitur. *Capere* enim dicitur qui ſic accepit, vt habeat. Ideóque non videtur quis *Capere quod erit reſtituturus*, ſeu, *quod ei neceſſe eſt alij reſtituere*,l.71. D. de verb. ſignif. l. 51. D. de diuerſ. reg. quô pertinet l. 43. D. de legat. 2. l. 1. §. ſed ſi, l. 2. §.ſi fidem, D. ſi quis aliq. teſt. prohib. l. 8. §. ſed & ei, D. de inoff. teſt. l. 4. D. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 57. D. ad Leg. Falcid. *Cepiſſe* planè videtur quis, quamuis alij adquiſiuit, l. 140. D. de verbor. ſignif. *Capere ex Teſtamento* nihil videtur qui tantum erogat, quantum accepit, l. 122. in fi. D. de legat. 1. *Non videtur cepiſſe qui per exceptionem à petitione remouetur*, l. 13. D. de diuerſ. reg. iur. In Edicto de Calumniatoribus *Pecuniam Cepiſſe* videtur, qui Obligatione liberatus eſt, l. 2. D. de calumniatorib. quô referenda eſt l. 115. D. de diuerſ. reg. vt ex inſcriptione apparet. Id quod confirmatur, l. 22.§. vlt. D. ad L. Falcid. l. 18. §.1. & l. 31. §. vlt.D. de mort. cau.cui adde l. 31.§.vlt.D.eod. tit.

Capere ex Teſtamento, l.23.§.vlt.D.de ædilic.edict. l.vlt.D.de legat.1.l. 10.D.de his quæ vt indign. id eſt, adquirere & conſeq. vi. Sic *Capere Hereditatem*, l.12. D. de bon. poſſ. l. 12. D. de L. Corn. de falſ. & apud Vlpian. Tit.22.Regular.l.62.D.de hered.inſt.*Legatum*,l.24.§.ſi quis alienũ,D.de fideic.lib.*Libertatem*,l.48.D.de manum.teſt.*capere abſolute*,l.11.D.de vulg. & pup.d.l.62.& l.7.D.de leg.2.*capere non poſſe*,l.3.D.de iure fiſ.vel,*vſque ad certum modum Capere poſſe*,l.27.D.de proba.*nihil, vel nõ Totum capere poſſe*,l.55.§.1.D.de leg.2.*Solidũ Capere poſſe*, l. 42.

l.42.D.de legat.2.Vlp.Tit.17.Regul. *Aliquando vir & Vxor inter se Solidum Capere possunt*: & ex diuerso, *Solidum Capere non posse*, dicũtur, qui totius quod relinquitur, capaces non sunt, l.72. & l.78.D.de hered.inst.l.6.D.de vulg.& pup.Tertull.in lib.de Monogam. *Et existimãt Cælibes & Orbos ex Testamento Dei Solidũ Capere nõ posse*.Idem in lib.1.ad Vxor. *Tu modò vt Solidum capere possis hoc meæ admonitionis Fideicommissum.*

Vnde *capiẽdi ius*, in l.2.§.diui fratres, l.1.§.1.& l.13.§.cum ante, D.de iur.fisc.& apud Iuuen. Sat.1. *Si capiendi ius nullum Vxori*, id est Testamento consequendi, seu accipiẽdi. *Non capienti reddere*, id est, ei qui capere non potest, seu cui Capiendi ius non est, l.42.D.de iure fis.

Vnde *Mortis causa capio*, quo nomine ea liberalitas quę morte alicuius obuenit, nec propriũ nomẽ habet, significatur, Rub.de mort.cau.donatio.& capion. Quidquid enim propter mortẽ alicuius capitur, Mortis causa Capi dicitur, exceptis his capiendi figuris quæ proprio nomine appellãtur, l.8.l.18.l.21.& l.31.D.de mort.caus.don l.54.D.de cond. & dem. Vet. Gloss. *Capio causa mortis est, cum pro morte alicuius occasio capiendi eueniat.*

Capere Pignus, l.38.D.de pigner.act.& *capi Pignus in causa iudicati*, Rubr.si in causa iud.pign. cap. *Pignori capi Res*, l.15.§.in vẽditione, D.de re iud.Vide plura lib.14. Vnde *Pignoris capio*, d.l.15.§.si super, D.de re iud.& l.vlt.de distrahend.pignor. in C.Th. *Capere* etiam percipere significat. Sic *Capere Fructus*, l.20.D. de adq.poss.l.8.§. quæ marito.D.de leg.2. *Capere Alimenta ex prædiis*, l.4.& l.11.D.de aliment.vel cibar. *Capi Fructus ex prædio*, l.8.D.de reb. auct. iud.Et ita *captos Fructus*, id est perceptos, dicũt IC.in l.2.& l.4.D.de vsur.l.60.D.de in diem addict. l.7.§. quod in anno, D. sol. matr.l.9.D.de instruc. vel instr.

Capere condiciones, id est recipere, seu admittere, l.4.C.de donat.quæ sub mo. *capit interpretationẽ*, l.18.§.vlt.D.de diu.reg. *Res nõ capit restitutionẽ*, l.9.§.Papinianus, D.de min. Sic *Capere Aquam*, l.19.D.de seru.vrb.præd. *Capere Dolum*, qui capax est doli, l.15.D.de lib.cau.vt & *Intellectũ Capere*, l.1.§.Apiscimur.D.de adq.poss.qui eius ętatis sunt vt intelligãt quid agãt, quẽadmodũ loquitur l.6.D.rempup.sal.Vnde *captu carere*, id est intellectu, apud Paul.lib.5.Sẽt. Tit.5. *Capere dignitatem honoris*, l.6.D.de mun.& hon.id est, sustinere. *Capit Æstimari, Dici, Intelligi, interpretari, opinari*, id est εὑρίσκεται, inuenire est apud Tertull. Apolog.cap.17.lib.de Spectac.de hab. Mul.adu.Herm.3.& 5.adu.Marc. *Capere* etiam vsu adquirere, & suum facere, significat, l.48.§.1.D.de adq.rer.do.l.21.& l.23.D.de vsuc.l.2.§.cùm Stichum, D.pro empt. l.12.D.de dam.inf.Ita *Dominium capere*, l.15.§.Iulianus, D.de dam.inf. l.6.§. Iulianus, D.de prec. *capere dominiũ possidẽdo*, l.15.§.vectigalibus, D.de dam.inf.& *in suum Dominium capere*, l.5.D.eo.tit. *Tempore capere*, & *Possessione capere*, l.10.§.1.l.13.§.1.D. de vsuc.l.3.in fi. D.de adq. poss. *capere lõga possessione*, l.5.§. Neratius, D.de adq.poss.l.3.& 4.§.1.& §. seruus, & l.vlt.D. pro emptore, l.33.§.si dominũ, D.de adq.poss. *per longam Possessionem*, l.3.§.vlt.l.36.& l.43.D. de adq.poss. *Diuturna possessione*, l.7.D.pro emp. *Per longũ tẽpus Rem capere*, l.12.D.de dam. inf. l.vlt.D.pro emp. *Per longi tẽporis spatiũ in suum dominiũ capere*, l.5.D.de dam.inf. *capere vsu*, l.2. in prin.& §.si a pupillo, D.pro emp.l.44.§.etsi, & §.filiusf.D.pro emp. *Vsu per eas personas capere*, l.28.D.de vsuc. *Vsu eũ capturũ*, l.31.§.vlt.D.de vsurp. *capi Vsu*, l.30.§.vlt.D.de vsurp. *Lõgo tẽpore capi*, l.48.D.de adq.poss.l.11.§.1.& l.26.D.de vsuc.l.7.§.qui bona, D.pro emp.l.2.§.cũ Stichũ eo. *Per longũ tẽpus capi*, d.l.48.§.1.eo.l.7.§.illud, D.de aq.rer.dom. Deniq; quod *Vsucapere*, hoc *vsu adquirere*, dixit Iul.in l.82.§.1.D.de leg.1. Auctor verò Rhet.ad Herenn. lib.4. *vsu suũ facere* dixit. Plaut. Amphytrio. Act.1.Sc.1. *Quouis nũc es? S. Tuus, Nam pugnis vsu feci sti tuũ* Hinc *Vsucapio*, id est dominij adeptio per vsũ, seu possessionẽ, quę & *Dominij capio*, in l.18.D. de dam.inf.& *Longa possessione capio*, l.4.§.vlt.D. pro emp.l.26. D. de vsurp.& *capio*, nullo adiũcto, l.36.D.de adq.poss. *capere Arbitrũ & Iudicẽ*, dicũtur litigatores, qui eum sumunt, & eligũt. Plaut. Truculen. Act.II.Sc.pen. *Tecũ bellator Arbitrũ æquum ceperim.* Idem Mostellaria, Act.3.Sc.1. *Cape hercle te obsecro cum eo vna Iudicẽ.* Terẽt. Heautontim. Act.3. Sc.1. *Vicini nostri hîc Ambigũt de finibus, me cepere Arbitrũ.* Donatus in illud Hecyræ, Act.4.Sc.1. *Cùm illum generũ cepimus, vt Arbitrũ capere dicimus, id est eligere. Virgil. Ante locũ capies oculis.* Sic *Arbiter captus*, id est sũptus, in Argumento Amphitrionis, Plaut.& *Iudex Captus*, apud Plaut.Mercatore, Act. 4.Sc.3. *Capere Feras, Bestias, & Volucres*, dicũtur Venatores & Aucupes, vt & *Pisces*, Piscatores, l.3.D. de adq.rer.do.l.11.§.vlt. D.de act.emp. *Capi Animalia, cœlo, Terra, Mari*, l.1.D.de adq.rer.do.l. 1.D.de adq.poss. *capta Terra Marique*, l.44.D.eod.tit. *Capta, Terra, Mari, cœlo*, l.26.D.de furt. Vnde *Captum Piscium*, vel *Auium, vel Missilium emi*, dixit Pom.in l.8.D.de cont.emp.

Capi ab Hostibus, l.11.D.vnde legitimi. *captus ab hostibus*, l.1.§.si filius, D.de vent.in poss.l.11. D.de pecun.constit.l.1.D.de suis & legitim.hered. *Capti ab hostibus*, l.36. D.de fideicom.libert.l.18.§.seruus, D.de stipul.seru.l.6.D.de statulib.Et ita, *Captum*, accipe l.45.§.vlt. D.de ritu nupt. At in l.5.§.vlt.D.de adquir.rer.dom. *capi ex Hostibus* dicuntur, quæ eripiũrur hostibus. *A Piratis capti Latrones*, l.19.§.à piratis, D.de capt. *Capta ab hostibus loca*, l.39.D.de relig.

Hinc *Captiuitas*, l.7.D.de iure codicillor. l.44.D.de vſurpat.l.45.§.vlt.D.de ritu nupt.

Captiuitas Patris,l.1.§.poſt ſuos, D.de ſuis & legit.*Fratris*,l.vlt.D.vnde legitimi. *In Captiuitate eſſe*, l.23.§.item & §.hi plane,D.ex quib.cauſ.maior.*Captiuitatis tempore*,l.1.de captiu.De *Captiuitate reuerti*,l.2.D.de ſuis & legit. *Captiuus*,qui apud hoſtes eſt,tit.de captiuis & poſtl. *Capta à Beſtiis marinis & terreſtribus*,l.44.D.de adq.rer.domin.

Capi interdum ſignificat fraudari & decipi,l.21.D.ex quib.cauſ.maio.l.3.§.ergo, l.12.§.ex facto,& §.ſciendum,D.de minorib.Inde verba illa Edicti Prætorij, *Et ſi quid Dolo Malo captus fraudatúſve eſt*,l.36.D.de pecul.l.1.§.filiusfam.D.depoſ.Cic.3.Offic. *Nam quãti verba illa, Vtine propter te, fidémve tuam, Captus fraudatúſve ſim*.Sic*Captus Minor*, pro circũſcripto,in l.9.§. minor.D.de iureiur.l.3.§.ſed vtrum,D.de minor.*Captus fraude aduerſarij*,l.2.C. de actionib. emp.l.5.C.de in integ.reſtit. *In nullo captus*,l.36.D.de pigner.act.*Non capitur, qui ius publicum ſequitur*, l.116.§.1.D.de diuerſ.regul.Non Capitur Minor,emendo rem ſibi perneceſſariam, licet mortalem,l.11.§.ſciendum,D.de minor. Inde *Captio*, pro fraude, deceptione, damno & fallacia aceipitur,l.34.D.de action.emp.Sic *incidere in Captionem*,qui captus fraudatúſve eſt,l.1.D.de in integr.reſtit.*Multis captionibus ſuppoſitum eſt Minorum ætatium Cõſilium*,l.1.D.de minor. *Magna captio erit Emancipati*,l.3.D.de collat.bonor.*Non magna captio eſt*,l.66.§.1.D.ad Sc. Trebell.*Si cum Captione alterutrius id futurum eſt*, l.13.§.vlt.D.de vacat.& excuſ. *Quod ſine Captione Actoris fiat*, l.5.§.interdum, D.de his qui deiecer. vel effud. *Aliter interpretantibus, ſummam fore Captionem*,l.39.D.de auro arg. *Aliter conſtitui, ſine magna Captione non poterit*,l.43. D.ad L.Aquil.*Quoties nihil ſine Captione inueſtigari poteſt*,l.200.D.de diuerſ.regul.*Si nulla Captio iuris intercedat*,l.14.D. de probation.*Si redundet in eum* Captio,l.22.§.vlt. D. mandati.

Hinc *Captioſum*,id eſt fallax,atque damnoſum,l.41.D.de vſurpation. l.14. §. aliquando, D.quod met.cau. Vnde *Captioſa & Lucroſa*,vt aduerſa & pugnãtia ponuntur in l.6.§.ſi quid cum pupillo,D.quæ in fraud.credit. Sic *Captioſa Liberalitas*, l.5. D.de tranſactionib. *Prætor nemini Beneficium ſuum vult eſſe Captioſum*,l.8.D.de ſtipulat. prætor. *Captioſum Pactum*, l.7.D. de reſcind.vend.*Contrà ſtatui Captioſum erit*,l.41.D.de vſurpation.

Captus Luminibus,id eſt,orbatus,l.1.§.cæcum,D.de poſtulan.l.17.D.ad municipal.l.vn.C. qui morbo ſe exc.l.3.C.qui dare tut. & apud Valer.Max.lib.8.cap.7.*Mente Captus in aduerſa corporis valetudine*,in l.17.D.qui teſtam.fac.l.2.C.de cur.furt.id eſt,qui mentis compos non eſt. Vide plura lib.11.

Capsarii,qui mercede ſeruanda in Balneis veſtimenta ſuſcipiũt,l.3.§.vlt.D.de off.præf. vigil.ab eo,opinor,quòd Capſis ea includant.Ac plane ἱματοφυλακοῦντας in Balneis fuiſſe, oſtẽdit Lucianus in Hippia.Quinetiam Epiph.lib.1.contra hęreſ.cap. cõtra Bionæos de B. Ioãne Euãgeliſta agens ἦλθεν, ait, εἰς αὐτὸ τὸ λοῦτρον ὡ γενόμενος πρὸς τὸν ἐωϑότα ὑποδέχεσθαι τῶν λουομένων τὰ ἱμάτια, ἤρετο, τίς ἐνδον ἐστιν ἐν τῷ βαλανείῳ ὁ δὲ Θλεάριος ἐπὶ τῷ φυλάττειν ἱμάτια προσκαρτερῶν, ἐν τοῖς γὰρ γυμνασίοις ἔργον τοῦτο ποιῶν ὑπαρχὴ ποιεισμῷ ἕνεκα τῆς ἐφημέρου τροφῆς. Idem alio eiuſdem libri loco, ἐν δὲ τῷ ἐξιέναι ἱματοφύλακές εἰσί τινες πρὸς ταῖς θύραις, δι' ὧν καμψαείκον ἐπ' αὐτῶν ἐπιτεταγμένον, vbi Καψαείων repone. In quibuſdam etiam Prouinciis, in Balneis,ad veſtimenta cuſtodienda,cõducta habebãt Mancipia,vt oſtendit l. 4.§.Lenocinium, D.de his qui not. infa. *Capſarij* etiam Capſarum opifices dicũtur in l.vlt.D.de iure immun. *Capſarius* quoque in l.13.D.de man.vind.appellatur,qui pueris in ludum euntibus libros portat,à Capſis librorum gratia comparatis, de quibus fit mentio in l.3.D.de ſupell. leg. Quo ſenſu& accipiendum eſſe cenſeo hoc verbum apud Suet.in Nero.cap.36.cùm ait, *Conſtat quoſdam, cum Pædagogis & Capſariis,vno prandio pariter necatos*. Nam pueros ingenuos huiuſmodi ſeruuli ſequi ſolebant,miniſterij cauſa, Iuuenal. Sat.10.

Quiſquis adhuc vno partam colit ære Mineruam, Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula Capſæ.

Remigius Epiſcopus Autiſſiodorẽſis in Pſalm.57.de Iudęis agens,*Et in eadem Paſchali ſolemnitate captiuati diuerſi per mundum Capſarij Chriſtianorum facti ſunt,quia ſeruant libros Legis & Prophetarum*.Quod vtique ex B.Auguſtino ſumpſit,qui in Pſalmũ 31.*Nobis*,ait,*ſeruiũt Iudæi tanquã Capſarij noſtri: ſtudentibus nobis codices portant*.Capſarios autem Philoſtrat. in Hippodromi Theſſali Sophiſtæ vita deſignat, cùm ait, ὁ Παιδαγώγος προσκαθημένους, ἀκολούϑους τε παῖδας, ἀχϑη βιβλιῶν ἐν πήρεις ἀνημμένους.

Capſellæ, in quibus fructus componuntur, l.12. §. conſeruandi,D.de inſtru. vel inſtr.

Captare aliquem à veteribus dicebantur,qui ſimulato, obſequio,munuſculiſve eius ſuprema iudicia aucupabantur,venabantúrque eo artificio, quod belle ab Horat.Satyr.5.lib. 2. depingitur.Plin.lib.11.Epiſt.*Regulus qui ſperaret aliquid ex nouis Tabulis,quia nuper Captare eum cœperat*.Idem lib.4.Epiſt.*Mancipatum(ita vulgo ex moribus hominis loquebantur) fœda & inſolita parentibus indulgentiæ ſimulatione captabat*. Martial. lib. 6. Epigramm.

Scis te Captari: ſcis hunc qui Captat auarum, Et ſcis quid captat, quid, Mariane, velit. Idem alibi,

Dum

Dum me captares, mittebas munera nobis.

Seneca Controuerſ. 6. lib. 1. *Aliquis Captare orbos ſenes vult, & ſuas opes in alienas mortes diffundere: excutiat teſtamenta, ſcrutetur cenſus.* Eodémque ſenſu, *Captari Teſtamenta* dicebantur. Seneca lib. 6. de Benefic. *An vt Aruntium & Aterium & cæteros qui Captandorum Teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas habere eadem, quæ Deſignatores, & Libitinarios vota?* Quintilian. Declamat. vlt. *Neque auia Captare eius teſtamentum fas putauit, cui deſtinauerat ſuum.* Plin. lib. 20. cap. 14. *Et paulò ante, Iulium Vindicem adſertorem illum à Nerone libertatis, captatione teſtamenti ſic lenocinatum.* Vnde *Captatores,* Vetus Horatij interpres in illam 2. Satyr. lib. 2. interpretatur, *Heredipetas.* Nec illa modo officij ſimulatione, ſeu hamatis & viſcatis muneribus ſenes orbos & locupletes, ad quorum bona animum oculóſque adiecerant, demereri ſolebãt, verùm & alia captandarum hereditatum ab illis ratio reperta eſt, qua ſenibus eiuſmodi plagas tendebant, in eas vt illi impudentes incurrerent. Teſtamẽtis enim ſuis eos heredes ſcribebant, eáque palam obſignabãt, aut etiam recitabant, vt eo pacto mutuam illorum liberalitatem allicerent, ac prouocarent. Quam Captatorum technam patefacit Lucianus in Dialogis mortuorum, his verbis, Ἔδοξε δέ μοι, ait, καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν, ἐν αἷς ἑκάστῳ καταλέλοιπα τὰ μὲν παῦρα, ὡς καὶκεῖνος ζηλώσῃ, τὰ δὲ αὐτὸ τοῦτο πράξῃ. Apud eundem in iiſdem Dialogis, Crates Diogeni narrat, Moirichum & Ariſteam, quorum vterque diuitiis affluebat, inuicem hereditatem captaſſe, Καὶ τὰς διαθήκας, ait, ἐς τὸ φανερὸν ἐπίθεντο, Ἀριστέας μὲν ὁ Μοίριχος, εἴ τροαποθάνοι, δεσπότην ἀφιεὶς τῶν ἑαυτοῦ πάντων, Μοίριχος δὲ ὁ Ἀριστέας, εἰ τροαπέλθοι αὐτοῦ. Quintilianus Declamat. 325. *Sic, quidam heredes ſcribunt eos quos Captant: tanquam intellecturos, tanquam ſecretè ſcriptos.* Vnde *Captatoriæ Inſtitutiones* nominantur, quæ alienæ liberalitatis exprimendæ, eliciendæque cauſa fiunt, l. 70. l. 71. & l. 81. D. de hered. inſtit. quales ſunt hæ, *Qua ex parte me Titius heredem ſcriptum in Tabulis ſuis recitauerit, ex ea parte Heres eſto,* l. 1. D. de his quę pro nõ ſcript. hab. Et ita *Captatorias Inſtitutiones* accipe in l. 11. C. de teſt. milit. & *Captatorias Scripturas,* in l. 64. D. de legat. 1. Cæterùm *Captatoriæ* non ſunt eę *Scripturæ,* quę affectionibus mutuis expreſſæ elicitæque ſunt, d. l. 71. D. de hered. inſtit. Vnde in Nouell. Valent. Tit. 4. de Leonio & coniuge qui ſe teſtamẽto in eodem Codice ſcripto viciſſim heredes inſtituerant, aiunt Impp. *Quoniam nec Captatorium dici poteſt, cùm duorum fuerit ſimilis affectus, & ſimplex religio Teſtamẽta cõdentium.* Sanè eas demũ Inſtitutiones pro Captatoriis habitas, improbatásque fuiſſe cõſtat, quarum cõdicio in futurum, non item in præteritum tempus cõferebatur, l. 20. §. vlt. D. de cond. inſtit. Generaliter etiam *Captare Hereditatẽ, Legitimam vel ex Teſtamẽto,* dicitur, qui de ea cõſeruãda laborat, ad eam adfectat, & ne ſibi & faucibus eiuſmodi bolus eripiatur ſatagit, l. 1. D. ſi quis aliq. teſt. prohib. l. 25. C. de tranſact. *Captare impunitatem,* l. 1. §. cùm quis, D. de quæſt. *Quæſtum ex alieno damno,* l. 13. §. vlt. D. de reb. eor. l. 1. C. de hered. tutor. *Captari verba,* l. 19. D. ad exhib.

Caput in naturali ſignificato, pro præcipua parte corporis, l. 44. D. de Religioſ. in qua Paulus, *ſi in diuerſis locis ſepultum ſit, illum Religioſum ſibi videri locum,* ait, *vbi principale conditum eſt, id eſt Caput: cuius Imago fit: inde cognoſcimur.* Cui bellè congruit quod Ambroſius lib. 5. Hexameron cap. 9. ſcribit. *Quid ſine Capite eſt Homo, cùm totus in capite ſit? Cùm Caput videris, Hominem adgnoſcis: ſi Caput deſit, nulla adgnitio eſſe poteſt: iacet truncus, ignobilis, ſine honore, ſine nomine: Sola æra fuſa Principum Capita, & ducti vultus de ære, vel de marmore, ab hominibus adorantur.*

Capitis Accuſare, l. 3. §. ſi capitis, & l. vlt. D. de bon. lib. l. 9. §. vlt. l. 10. & l. 17. D. de iure patron. l. 22. D. de his quæ vt indign. l. 10. §. ſi liberta, D. de in ius voc. *Accuſatio,* l. 10. D. de iure patro. *Crimine Damnati,* l. 1. C. de bon. proſcrip. *Iudicium,* l. 7. D. ad L. Iul. repet. *Iudicia,* apud Cicer. lib. 9. Epiſt. Famil. *Periculum,* l. 36. D. de fideic. libert. l. 11. D. de public. l. vlt. D. de incẽd. *Pœna affectus,* l. 7. D. de mort. cau. donat. *Pœna plecti,* l. 9. D. de Lege Pomp. l. 10. D. ad L. Corn. de ſicar. *Pœna puniri,* l. 18. §. miles, D. de re milit. *Pœna vindicari,* Paul. lib. 4. Sent. Tit. 3. & lib. 5. Tit. 13. *Pœnas luere,* l. 6. §. Exploratores, D. de re milit. *Poſtulati,* l. 53. D. de fideiuſ. *Punita,* l. 5. D. de bon. dam. *Reus,* l. 45. D. de ſolut. l. 21. D. de accuſat. *Reus factus,* l. 1. §. 1. D. ſi quis cautionib.

Capite Damnari, Cic. 1. Tuſcul. quæſt. *Luendum,* l. 18. §. locus, D. de pœnis. *Plecti,* l. 28. §. ſolẽt, D. de pœnis, l. 3. §. aduerſus, D. de ſepul. viol. *Puniri,* l. vlt. D. de incend. rui. l. 2. §. vlt. D. quando appell. ſit. l. 5. §. deſert. l. 7. l. 10. l. 13. §. vlt. D. de re milit. l. 9. D. ad L. Iul. pecul. l. 1. D. de veteran. l. 1. §. vlt. D. de extraord. crimin. l. 11. §. publicanus, D. de public. l. 14. l. 28. §. omnia, l. 38. §. vlt. D. de pœnis, l. vlt. D. de cuſt. & exhib. l. 3. D. ad L. Iul. maieſt. l. 1. D. de effractor. l. 1. D. ad L. Iul. de vi pub. l. 3. §. legis, D. ad L. Corn. de ſicar. l. 1. §. vlt. D. de extraord. crimin. Paul. lib. 2. Sent. Tit. 27. & lib. 25. Sentent. Tit. 3. Tit. 21. Tit. 22. & Tit. 31. *Puniendus ſit,* l. 38. §. vlt. D. de pœnis. *Sancire,* Varro lib. 1. de re Ruſt. cap. 5.

Capitalis Accusatio, l.1.§. Incidit, D.ad Sc. Turpill. *Animaduersio*, l.5.C. de iurisdict.omn. iudic. l.1. C.de crim. pecul. *Causa*, l.2. §.1. D.de iure fis. l. 13. D.de statu homin. Paul. lib.5. Sentent. Tit. 5. l.6.§. super his, C. de appellationib. *Fraus*,l.1.§. in causa, D. de quæstionib. l. 23.§. excipitur, D.de ædilic. edict. & apud Cicero. de Orato. & pro Rabirio. *Pœna*, l. 6. §. per vinum, D.de re milit. *Pœna*, l. 27. §.vlt. D.de pœnis, l.1. D.de requirend. vel absentib. l.1.§.in causa, D. de quæstionib.l.4.C.de seruis exportand.l. 3. C. si pend. appell.l. 10. C. de bon. proscript. l.vlt. C. si reus vel accusat. *Sententia*, l. 22. §.1. D. de legat. 3. l.16.C. de pœnis.

Rei Capitalis accusare, Cic.4.in Verr. *condemnatus*, l.4. D.si quis caut. *Damnari*, l. 1.D.ad L. Corn. de sicar. *Damnatus*, l.9. §. vlt. D. de iure patron. l.2.D.de pœnis. *Damnata*,l.39.D.de pœnis, & apud Cicer. pro Cluentio. *Quæstione*, Cic. 4.in Verr. *Rerum capitalium condemnati*, idem Cicer. pro Sextio,& pro Domo sua.

Capitales Actiones, l.5.D.si ex noxali. *Causæ*, in Lege Dei, Tit. 14. *Pœnæ*, l.28. D. de pœnis. *Quæstiones*, l.6.C.de quæstionib.

Capitale crimen,l. 15.D.de donationib.l.1. D.de Lege Fabia, l. vlt. D. ad Sc. Turpill. l. 18. C.de transact. l.13.C.de his qui accusare,l.3.C. de accusationib.*Capitali Crimine Damnatus*,l. 26. §.vlt.D.de pact.dotal. l.1. §.Remouet,D.de postuland. *Postulari*, l.2.D.de custod.& exhibit. *Capitalis iudicij reus*,l.31.D. depositi cap. *Capitale Periculum*, l. 1. §. Sportulas, C. de off. præf. prætor. Africæ. *Supplicium*, l.5.C.de his qui ad eccl. confug. l. vlt. C. quæ res vendi. l.30.C.de appellationib.l.vlt.C.ad L.Iul.de vi pub.l.8.C.ad L. Corn.de sicar.

Capitalia crimina, l. 6.§.vlt.D. de interdict. & releg. l.7.D.de bon. eor. l. 2. D. de public. iudic. *Iudicia*, l.33. §. publicè, D. de procurator. *Maleficia*, l. 8. D. de quæstionib. *Capitalium criminum rei*, l.3. C.de accusatio. Cæterùm, licet *capitalis*, Latinè loquentibus, omnis causa existimationis videatur: tamen appellatio *Capitalis*, Mortis, vel amissionis Ciuitatis, intelligenda est,l.103.D.de verb. signif. *Capitalia Iudicia*, ait Paulus, *sunt ex quibus pœna, Mors, aut Exilium est, hoc est Aquæ & Ignis interdictio. Per has enim Pœnas eximitur Caput de ciuitate: Non Capitalia sunt,ex quibus pecuniaria,aut in corpus aliqua coërcitio,Pœna est*, l. 2. D.de public. iudic. *Rei Capitalis condemnatum*, ait Vlpian. *accipere debemus, qui Morte, Exilióve coercitus est*, l.4. D. si quis caution. Idem alibi, *Rei capitalis damnatum sic accipere debemus, ex qua causa damnato, vel Mors, vel etiam Ciuitatis amissio, vel Seruitus, contingit*, l. 2. D. de pœnis. Et ita, in ea parte Edicti qua Patronus qui Libertum capitis accusauerit, ab eius Bonorum possessione repellitur, is demum videtur *Capitis Accusasse, qui tali iudicio appetit, cuius pœna, aut supplicium* (vltimum scilicet) *habuit, aut Exilium,quod sit vice Deportationis, vbi ciuitas amittitur*, l.14.§.is demum, D. de bon. libert. *Capitisque Accusationem* Labeo eam esse existimabat, cuius Pœna, Mors, aut Exilium esset, l. 10. D. de iure patron. Quo sensu in l. 33. §.1.D. de fideicom. libert.l. 10. §.si liberta.D.de in ius voc. l.5. §.si quis à liberti, D.de liber. adgn. l. 22. D. de his quæ vt indign. l.vlt.D.de bon.libert. hæc verba interpretanda sunt.

Capitalem quoque *Fraudem admisisse*,in Edicto Ædilium Curulium, accipimus eum, *qui tale aliquid admiserit, propter quod capite puniendus sit*,l.1.& l. 23. §. excipitur, D. de ædilic. edict. *Capitis* ergo *Pœna* est, Bestiis obiici, vel alias similes pœnas pati, vel Animaduerti, l. 11. §. vlt. D. de pœnis.

Capitalis tamen, vt iam dixi, omnis causa existimationis videtur, l.103. D. de verbor. signif. vt & Cicero pro Quintio satis apertè indicat. Idémque pro Rosc. Com. Turpia & famosa iudicia, *summæ existimationis, & pœnè dixerim Capitis*, vocat. Sed & lib.4. in Verr. *Caput existimationémque*, & lib. 3. Officior. *capitis & famæ certamen*, coniungit. Secundumquæ in l. 1.§. Remouet, D. de postulan. *capitali crimine damnatum* accipere debemus, qui eo crimine damnatus sit,cuius pœna existimationem lædit,ac minuit. Sic & *Capitis minutionem*, pro existimationis minutione, dixit Tertullian. in lib. deSpectacul.cùm ait,*Damnauit ignominia, & capitis minutione.*

Capital, facinus capitale, & capitis pœna luendum, significat, auctore Festo. Sic *Capital admittere*, l. 6.§.si quis commilitonem, & §. qui sit,D.de re milit.Plaut.Menæch.Act.1.Sc.1.

Nunquam ædepol effugiet, tametsi Capital fecerit.

Ei capital erit, l.vlt.D. de termino mo.id est, *Capitale erit*, vt l. 4. §. vlt. D. ad Leg. Corn. de sicar. Sic & apud Cicero. lib. 2.de Legib. item lib. 2.de Inuentio.& Plin.lib.18. cap.13.*Capitale Admittere*, l.27.§.1.D.de pœnis.

Capitales Inimicitiæ, sunt cùm quis odio Capitali ab aliquo diffidet, l.8. & l. 14. §. vlt. D. de procurator. §. inimicitiæ, Instit.de excus. tut. l.23.D.mandati, l.3.§. vlt. D. de adimend. leg. l.9.D.de his quæ vt indign. l.5.D.de recept. qui arbit. & apud Paul.lib. 2. Sententiar. Tit.28. Sic & *Capitales Minæ*, l.7. C.de his quæ vt indign.

Caput etiam pro Persona dicitur. Ita *Liberum caput*, accipe apud Iustinianum, Instit. de Tutelis, & apud Vlpianum Tit. 11. Regular. Agell. lib. 5. cap. 19. *Capita Libera*, l. 2. §. Cùm in eadem, & §. Iactura, D. de Lege Rodia, & contra, *Seruile caput*, l. 3. §. vlt. D. de cap. minut. Sic, *Ambulare cum Capite Obligationes*, l. 7. §. 1. D. eod. tit. Sic *Caput de ciuitate eximi*, l. 2. D. de public. iudic. & qui se Adrogandum dat, *cum Capite fortunas suas in alienam familiam transferre*, l. 11. §. vlt. D. de bon. possess. sec. tab. Sic & *Noxa Caput sequi*, l. 2. D. si ex noxali causa, l. 18. D. de furt. l. 21. §. 1. D. commodati, l. 1. §. vlt. D. de priuatis delict. l. 6. §. si apud. D. depositi.

In Caput alicuius interrogari, & torqueri, l. 1. §. seruum, cum tribus §§. seq. & l. 2. l. 3. l. 10. §. potest, D. de quæstionib. id est, *In personam*, vt ait l. 5. D. de quæstionib. Eodémque genere. *In Caput liberti testimonium dicere*, l. 14. §. is demum, D. de bonis libertor. Hic Seneca Controuers. 1. lib. 7. *Quidam tam mites sunt vt non possint in Caput ne testimonium quidem dicere. In caput filij quæstionem habere*, Cic. pro Cluentio.

In Capita diuidere, id est in viriles, &, vt Iustinia. Nouell. 118. interpretatur, κατὰ τὸν τῶν προσώπων ἀριθμὸν. & vt Vetus Glossar. explicat ἐξ ἴσου: vel, *veritim*, seu, *pro numero singulorum*, vt ait, l. 8. & 9. D. de bon. proscript. in Cod. Theod. sic, videlicet, vt æquales partes quisque ferat, & tot fiant partes, quot personæ sunt, §. vlt. Instit. de hered. quæ ab intest. §. hoc etiam, Instit. de legit. agnat. succes. l. 2. §. 1. D. de suis & legitim. seu, vt ex Gaio in Lege Dei, Tit. 16. *vt quotquot erunt ab vtraque parte personæ, tot portiones fiant*. Vlpian. Tit. 27. Regular. *Adgnatorum hereditates diuiduntur in Capita: veluti, si sit fratris filius & alterius fratris duo pluréve liberi: quotquot sunt ab vtraque parte personæ, tot fiunt portiones, vt singuli singulas capiant*. Cui opponitur *in Stirpes diuidere*, l. penult. C. de legit. hered. §. & quia, & §. vlt. Instit. de hered. quæ ab intestato, & apud Gaium lib. 2. Institutio. Tit. 8. & Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 2. Vlpian. Tit. 28. Regular. id est, *pro Stirpibus, non pro virilibus portionibus*, vt l. 2. C. de suis & legitim. Paulus lib. 7. Sententiar. vt est in Lege Dei, Tit. 16. *Hereditas in Stirpes, non in Capita, diuiditur, ita vt Filius, & plures Nepotes singulos semisses habeant*. Inde *Tributum capitis*, quod in singulas personas confertur, l. 3. & l. vlt. D. de censib. l. 10. C. de agric. & censit. lib. 10. ὁ κατὰ κεφαλὴν εἰς φερόμενον, vt loquitur Plutarch. περὶ παιδ. ἀγωγ. *Exactores Pecuniæ pro Capitibus*, l. vlt. D. de munerib. & honor. *Censum Capitum*, dixit B. Hilarius in lib. ad Constantinum Augustum, hoc loco, *Censum Capitum remittis, quem Christus, ne scandalo esset, exoluit*. Cuiusmodi *censum*, solo interdum *capitum* nomine designari sciendum est: vt in Panegyrico Flauiens. Imper. Constantino dicto, in quo ita est, *Septem millia Capitum remisisti, quartam amplius partem nostrorum censuum*. Quo beneficio effectum, ibidem scribit, vt Parentes adultorum non pœniteret filiorum, quorum onera sibi remissa lætarentur. Sic & *Capita releuata* Impp. dicunt in l. 6. C. de conlatione donat. Et ita Sidonius Apollinar. Carmine 13. quo ab Imperatore Maioriano trium Capitum remedium, seu releuationem petit, venustè ei Herculeum laborem exantlandum, tributúmque Capitis, ceu Monstrum, depugnandum proponens,

Lestrigonas (ait) *nos esse puta: Monstrúmque, Tributum,*
Hîc, Capita, vt viuam, tu mihi tolle tria.

Census autem *capitis* etiam *Capitatio* appellatur, l. vlt. §. penult. D. de munerib. & honor. l. 8. C. de sacros. Eccles. l. 11. & l. 16. C. de Episc. & Cler. l. vlt. C. de ann. & tribut. lib. 10. l. 2. C. de fund. priuat. lib. 11. l. 9. C. de agricol. censit. lib. 11. l. 2. de immunit. conc. l. 8. & l. 11. de erogat. milit. ann. l. 1. de fugitiu. colon. l. 2. de censu, siue adscript. l. 2. de excoct. & transl. in Cod. Theod. Κεφαλητίωα vocat Zonar. in Leone Isaur. *Capitationem* verò, aliam *Humanam*, aliam *Animalium*, constituit l. vlt. C. de conlat. donat. in C. Theod. Nam & *Animales* fuisse *publicas functiones*, æquè ac *Terrenas* ostendit l. 23. C. de agricol. censit. lib. 11. quam *Terrenam* siue *Animarum descriptionem*, appellat eadem l. vlt. Illam vtique Capitationem sola Rusticana Plebs extra muros posita pensitabat, l. 1. C. vt rustici ad nullum obsequium lib. 11. Plebs verò Vrbana minimè in Censibus pro Capitatione sua conueniebatur, sed ab ea immunis habebatur, l. 1. C. de Capitatio. ciu. eximen. lib. 11. Et quidem in hac Rusticanorum Capitatione, cùm antea per singulos Viros, per binas verò Mulieres, Capitis norma censeretur, Impp. Gratianus, Valentinian. & Theodos. hoc ita moderati sunt, vt binis ac ternis Viris, Mulieribus autem quaternis, vnius pendendi Capitis munus iniungeretur, l. 10. C. de agric. censit. lib. 11. Pro modo autem Capitationis Annonarias species, quotquot annis, tribus pensionibus illatas fuisse, docet l. 15. de annon. & tribut. in C. Th. Hinc *capitatio Plebeia*, l. 2. C. de protostasia, l. 36. de decurion. l. 4. de censu siue adscript.

Capitationis indulgentia, l. 2. de immun. nem. conc. l. 33. de ann. & trib. in C. Th. *Onus & Sarcina*, l. 33. de Epiſc. Eccle. & cler. Quin & *capitatio prædij* dicitur l. 9. C. de act. empt. l. vlt. ſine cenſu vel reliqu. in Cod. Theod. Saluian. Maſſil. lib. 6. de præſen. Dei iud. *vt cum ab his poſſeſſio abſceſſerit, Capitatio non diſcedat.* Sic & in l. vlt. de patrocin. vicor. in Cod. Theod. *Functiones omnes, quas Metrocomiæ debent, & publici vici, pro antiquæ Capitationis profeſſione, debent.* Annonariam etiam Species pro modo *capitationis & ſortium*, vnumquemque prębuiſſe, oſtendit l. 15. de ann. & tribut. in C. Th.

Capita autem & *Iuga* plerumque ſub diſiunctione ſociantur : vt in l. 6. de conlat. donat. in Cod. Theod. *Iugorum ſiue capitum*: & in l. 6. de extraord. ſiue ſordid. in C. Theod. *pro capitibus, ſeu Iugis ſuis*: & in l. 2. de protoſtaſia in eod. Cod. *Nec cuiuſquam alterius, Iuga, aut capita, Senatorum cenſibus adgregentur.* & Prouincias, *pro numero Iugorum, ſeu capitum, conferre* iubet l. 3. de militari veſte in Cod. Theod. Sed & in l. 1. de impon. lucratiu. deſcript. in Cod. Theod. eos qui ex lucratiua cauſa poſſeſſiones detinent quæ aliquando Curialium fuerint, pro ſingulis earum Iugis & Capitibus quaternas Silliquas annuæ ordininibus nomine deſcriptionis exſoluere, Impp. præcipiunt. Sic *Iugatio & Capitatio*, vt in l. 9. de agric. cenſit. lib. 11. Cod. *pro Iugatione vel capitatione* : & in l. 11. de exactionib. in C. Th. *Quidquid pro Iugatione vel Capitatione depoſcitur* : & in l. 1. ne quid publicæ lætit. in C. Theod. *Deſcriptione facta pro Capitatione aut Iugatione*. Aliàs *Iugorum capitatio* coniunctim dicitur, vt in l. 1. de immunit. conc. in Cod. Theod. *Iugorum Capitationes & Profeſſiones.* Vnde ζυγοκέφαλον, Iuſtinian. Nou. 17. & in l. 3. C. vt nemini liceat, lib. 10. Cod. περὶ τῶν ἀναλογίαν τῶν ζευγῶν, ἤτοι ζευγοκεφαλῶν ἐπιτοκείδων.

Pro Capite dari, dicitur quod domino datur vt ſeruum manumittat, l. 11. §. vlt. D. de peculio. Ita Seruus Ancillam quam ſubripuerat, domino *pro Capite ſuo dediſſe*, proponitur in l. 10. D. pro emptore, id eſt, *pro Libertate ſua*, vt loquitur l. 4. §. de illo, D. de vſurpat. vel, *in pactionem Libertatis*, vt l. 2. §. etſi, D. pro empto. ſeu, *ob pactionem Libertatis*, vt in l. 9. D. eod. tit. Quo genere loquendi, Plautus vtitur in Moſtellar. Act. 1. Sc. 3. non ſemel. Et in Perſa Act. 1. Sc. 1. *Vt des mihi Nummos ſexcentos, quos pro Capite pendam.* Idem Pſeudolo, Act. 1. Sc. 2. *Tu autem qui pro capite argentum mihi iam iámque ſæpe numeras.* Et in Pœnuli Prologo, *Vel æs pro capite dent.* Rurſúſque eiuſdem Comœdiæ Act. 3. Sc. 1. *Cùm argentum pro capite debemus, noſtrum dedimus non tuum, liberos nos eſſe oportet.* Et in Rudente Act. 3. Sc. 2. *Doctè atque aſtutè ergo illi pauxillatim pollicitabor pro Capite argentum, vt ſim liber, ac me emittat manu.* Senec. Epiſt. 1. lib. 11. *Eripe te hac ſeruitute, quam extremæ quoque condicionis Mancipia, & in his ſordibus nata, exuere conantur, peculium ſuum, quod comparauerunt Capite fraudato, pro Capite numerant.*

Sed & *Pro Capite dari*, dicitur quod nutrici ad educendum, vel ad ſeruos à Prædonibus redimendos datur, l. 28. §. 1. D. de donationib. int. vir. Similíque modo, Cicero. lib. 3. Officior. *vt ſi Prædonibus pactum pro Capite pretium non attuleris.* Seneca lib. 2. de Beneficiis: *Pecuniam, quam pro Capite dependam*, id eſt, pro redemptionis pretio. Tertullian. in lib. de Fuga in perſecutio. *Sanguine empti, ſanguine numerati, nullum nummum pro Capite debemus, quia caput noſtrum Chriſtus eſt.* Et huc fortè pertinet quod eſt apud Ouid. lib. 1. Amor. Elegia 4.

Nec tu ſi quis erit, Capitis mercede redemptus,
Deſpice gypſati nomen inane pedis.

Capita, Mancipiorum, l. 72. D. de Euictionib. *Seruorum*, l. 35. D. de legat. 2. l. 34. D. de ædilic. edict.

Capita etiam *Gregis*, pro ſingulis corporibus, l. 1. §. vlt. l. 2. & l. 3. D. de rei vindicatio. l. 13. D. de pignorib. *Gregis, vel Armenti*, l. 68. & l. 70. D. de vſufruc. §. ſi grex, Inſtit. de legat. *Pecorum*, l. 10. §. ſi ſerui, D. de iure dot. & apud Pallad. lib. 12. cap. 13. Sic *Capita Boum*, Virgilius lib. 5. Æneid. *Capita caprarum*, Columella lib. 5. cap. 5.

Hoc amplius *Caput*, Statum ſignificat. Vnde *Capite minui*, dicũtur, qui ſtatum mutant. Nec enim aliud eſſe *Capitis minutionem*, quàm *mutationem ſtatus*, indicãt l. 2. D. de in integ. reſtit. l. 1. D. de cap. minut. & l. 9. §. vlt. D. de minorib. coniuncta cum §. Maxima, Inſtit. de cap. dem. Cic. in Topic. Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 7. & Boeth. in Topic. Proinde Seruus cùm manumittitur, *Capite non minuitur*, quia nullum Caput habuit, vt ait Iuſtinian. §. Seruus autem, Inſtit. de cap. dimin. id eſt, nullum ius, ſtatúmque, l. 3. §. vlt. cum l. ſeq. D. de cap. minut. Tribus verò modis *Capitis minutio* cõtingit, vt vel Auſon. in Grypho teſtis eſt. Aut enim Libertatem, Ciuitatémque ſimul amittimus, & hæc eſt *Maxima*, ſeu, *Magna, Capitis diminutio*:

Aut

Aut Ciuitatẽ tãtùm, Libertate retẽta, amittimus: quę *capitis minutio, Media*, ſeu, *Minor*, appellatur: Aut Libertate & Ciuitate ſalua, Familia dũtaxat mutatur, quę *Minima Capitis minutio eſt*, l. vlt. D. de cap. minut. Inſtit. de cap. dem. l. penult. & vlt. C. de vſufruct. Quamobrem Triplex Capitis minutio ab Auſonio incripho inter triadas ponitur. Feſtus lib. 4. *Deminutus Capite appellabatur, qui ciuitate mutatus eſt, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui liber alteri mancipio datus eſt, & qui in hoſtium poteſtatem venit, & cui Aqua ignique interdictum eſt.* Liuius lib. 22. *Sero nunc deſideratis, deminuti capite, abalienati iure ciuium.* In vita Eadmundi Regis manuſcripta quæ apud me extat, non omnino indigna quæ aliquãdo exeat, hæc verba habentur: *Idcirco ſeu ſponte, ſeu inuitus, de carcere ſuo meus ad cœlum euolet liber ſpiritus, nulla Emancipationis aut Abalienationis ſpecie contaminatus, quia Regem deminutum Capite nunquam videbis vanum ad triumphum ſuperuenire.* Cæterum *Magna* Capitis diminutione plerunque etiam *Mediam* Iuriſconſulti comprehendunt, l. 1. §. ſi filius, D. de ſuis & legitim. l. 1. §. capitis, D. ad Sc. Tertyllia. l. 1. D. de vſu & vſufr. Itaque & Boethio, Deportatio, *Maxima capitis minutio eſt*, quæ aliis *Media* eſt. Quinetiam duas tantum Capitis minutiones ponit Vlpian. in d. §. ſi filius, videlicet, *Magnam* & *Minorem*. Capitis autem diminutionem, Vetus Gloſſarium, ἐλαττωσιν ἀρχῆς interpretatur.

Præterea *Caput*, vt Donatus in Andr. Terent. Act. 2. Sc. 6. ait, *eſt origo & ſumma cuiuſque rei.* Ita *à Capite Rationem reddere*, id eſt ab ipſo actus geſti initio, l. 19. §. 1. D. de negot. geſt. Sic & *à Capite edi Ratio*, l. 10. §. 1. D. de eden. Caput quoque originem primam Aquæ, atque vnde ea naſcitur & manat, ſignificat. Sic dicitur *ex capite Aqua duci*, l. 16. D. quemadm. ſeruit. amitt. l. 9. D. de ſeruit. ruſtic. l. 1. §. hæc interdicta, & §. Caput, D. de aqua cottid. Vitruuius lib. 7. cap. 1. *Tum deprimendus eſt Puteus in eo loco, & ſi erit Caput Aquæ inuentum, plures ſunt circa fodiendi.* Vetus Inſcriptio Ro. Tito Veſpaſiano poſita: *Aquas à Diuo Veſpaſiano patre ſuo vrbi reſtitutas, cùm à Capite Aquarum, à ſolo vetuſtate dilapſæ eſſent, noua forma reducendas ſua impenſa curauit.* Plinius lib. 10. Epiſtol. ad Traia. *Sinopenſes aqua deficiuntur, quæ videtur bona & copioſa, ab ſextodecimo milliario, poſſe perduci. Eſt tamen ſtatim ab Capite, paulo amplius mille paſſibus locus ſuſpectus.* Vtitur & hoc verbo Frontinus lib. 1. de Aquæductib. non ſemel. Sicut Flaccus in lib. de condicio agror. *Quidam ab origine, id eſt, à Capite, donec in mare defluant, finem poſſeſſionibus præſtant.* B. Auguſtinus de verbis Domini, Sermo. 36. *Nec poſſe ire Riuum, vbi Caput Aquæ ſecaretur.* Sic & *Caput Fluuionum* dicitur: Virgil. lib. 4. Georgic.

Et Caput vnde altus primum ſe erumpit Enipeus.

Propert. lib. 4. Elegiar.

Fluminaque ad Caput incipient reuocare liquores.

Ouid. lib. 5. Metamorphoſ.

Et Mypſum, capitiſque ſui, Ripæque prioris,
Pœnituiſſe ferunt.

Caput Prouinciæ, l. 7. D. de offic. proconſ. pro Metropoli. Sic Tacit. lib. 3. *Auguſtodunum, caput gentis.* Q. Curtius lib. 5. *Perſepolim vrbem, caput regionis occupare feſtinans.* Eodémque lib. Ecbatana, *Caput Mediæ* vocat. Liuius lib. 21. Taurinorum vrbem, *Caput eius gentis.* Et rurſus eod. lib. *Andragathia, quæ Caput eius populi erat.* Sic, *Caput vrbium* Capua, Ann. Flor. lib. 1. Et *Caput gentis*, Ambracia, & Loſcordum, *Caput gentis Illyricorum*, & Corinthus, *Achaiæ Caput*, apud eundem lib. 2.

Caput Teſtamenti, pro eo quod vulgò *Articulum* dicimus l. 40. §. vlt. D. de teſt. milit. l. 13. D. de inoffic. l. 41. §. 1. & §. feliciſſime, D. de leg. 3. l. 16. §. Baſilicę, D. de alim. vel cibar. l. 15. & l. vlt. D. de pecul. lega. Vnde *Generale Caput*, l. 32. D. de vſu & vſufr. leg. nimirũ quo cauebatur vti Legata & Libertates ab Heredibus præſtarentur, l. 34. §. Lucius, D. de leg. 2. l. 40. §. vlt. D. de legat. 3. hac verborum Formula. *Quiſquis mihi heres erit*, de qua ſatis ſupérque lib. 7. Formul. diximus. Sic accipe *Proprio Capite*, l. 40. D. de ſtatulib. & *Alio Capite*, l. 14. D. de fideicommiſſ. libert. l. 20. D. de aliment. vel cibar. Sic & *Caput codicillorum*, l. 33. §. vlt. D. de vſu & vſufruct. leg.

Capita quoque Legum dicuntur l. 44. §. 1. D. de ritu nupt. l. 10. §. 1. D. ad L. Iul. de Adulter. vt & apud Cicero. de lege Agrar. & lib. 1. de Legib. Cælium lib. 8. Epiſt. Familiar. Sic *Caput primum Legis Aquiliæ*, l. 2. D. ad L. Aquil. *Iuliæ Maieſtatis*, l. 2. D. ad L. Iul. maieſt. *Velleiæ*, l. 29. §. nunc, D. de liber. & poſtum. *Caput Trigeſimum quintum Legis Iuliæ de maritandis ordinibus*, l. 19. D. de ritu nupt. *Caput Quintum & Septimum Legis Iuliæ de Adulteriis*, l. 15. §. 1. & l. 25. D. ad Leg. Iul. de adult. *Caput Quintum Legis Corneliæ*, l. 3. D. ad Leg. Cornel. de ſicar. *Ca-*

put ſeptimum Legis Iuliæ, apud Agell. lib. 2. cap. 15. *Caput Papiæ Poppæa Legis*, apud Sueton. in Claud. cap. 23.

Sic & *Capita Edictorum*, l. 2. D. ex quib. cauſ. maior. l. 1. §. vt initio, D. de poſtul. Varro lib. 5. de lingua Latin. *In eodem Commentario Anquiſitionis, ad extremum ſcriptum eſt, Caput Edicti.* Aſcon. Pædianus in 3. contra Verr. ad verba, *capite Anniano, Propriè*, ait, *Iuris capita dicuntur.* Sic *caput Edicti* à Iuliano introductum, l. 3. §. vlt. D. de coniungend. cum emancipato.

Caput ex Reſcripto, l. 1. D. de interdict. & releg. *Caput Mandatorum*, l. 27. §. vlt. D. de pœn. l. 6. D. de cuſtod. & exhib. reor. *caput ex Mandatis*, l. 1. D. de teſtam. milit. *Caput Sententiæ*, l. 29. §. 1. D. de minor. Sed & *capitulum Legis*, in eandem Sententiam, dicunt Vlpian. & Paul. in l. 27. §. huius legis, & l. 30. §. in hac, D. ad L. Aquil.

Caput Vſuris oppoſitum, Sortem principalem ſignificat, l. vn. ad fi. de vſur. rei iudic. in Cod. Theod. Liuius lib. 6. *De Capite deducitur quod vſuris pernumeratum eſt.* Et paulò poſt, *vt deducto eo de Capite, quod vſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet triennio æquis portionibus perſolueretur*, id eſt, vt vulgò loquimur, *Les arrerages precomptez au ſort principal.* Ambroſius cap. 5. de Tobia, *Offertur pecunia creditori. Vix, inquit, exoluis vſuram, Caput debes.* Et cap. 17. *Nummus datur, & fœnus appellatur: Sors dicitur, Caput vocatur.* Græci eadem in ſignificatione κεφάλαιον dicunt. Æſchines κατὰ Κτησιφῶντος: καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένη τῇ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς ἑως τὸ κεφάλαιον ἀπέδωσαν. Artemidor. lib. 1. cap. 18. Καὶ γὰρ τὰ χρήματα κεφάλαια καλεῖται. Idem eod. lib. cap. 37. τραπεζίταις καὶ δανειταῖς καὶ πᾶσι τὰ χρήματα σωάγουσιν, ἀπώλεια τῶν κεφαλαίων, διὰ τὸ ὁμώνυμον, σημαίνειν. quod & ἀρχαῖον Demoſthenes Olynthiaca 1. & Iſocrates Trapezitico vocant: & Iuſtinian. Nou. 72. Ἀρχαῖα. Ἀεισοφάνης χρημάτων, pro eo videtur accepiſſe τὸ κεφάλαιον, quod Gallico ſermone ſummam totalem vocamus.

Capita Officij, in l. 2. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. Sic appellabantur primates Officij, & qui in Officio primos gradus tenebant. Quemadmodum in ordine caſtrenſi Milites quidam *capita ſcholarum* dicebantur, vt ex Ammia. Macellino lib. 25. liquet. Vegetius etiam, Denis militibus præpoſitos, *Caput contubernij* vocatos ſcribit lib. 11. cap. 8. & cap. 13. Atque vt hunc de Capitis ſignificationibus ſermonem abſoluamus, illud videndum eſt quæ ſit vis ac poteſtas eorum verborum, quæ habentur l. 1. C. de offic. præf. præto. Afr. in extremo, *pro Annonis & capitu Præfecti Prætorio per totam Africam, auri libras centum*, & quæ ſequuntur. Item quis ſit ſenſus Rubricæ, *de Annonis & Capitu adminiſtrantium*, lib. 1. C. Quorum verborum arcanum pridem detexi, & denſiſſimis tenebris facem prætuli, cùm ex l. 6. C. de erogatio. milit. anno. lib. 12. in qua *Annonas & Capita milites ex horreis conſequi*, Impp. conſtituunt, tùm ex Nouellis Iuſtinian. in quibus non ſemel Ἀννόνας καὶ Κάπιτα, Ἀννόνων καὶ Καπίτων ſcriptum offendi: veluti Nouell. 8. Nouell. 24. & Nou. 25. Item Edicto 13. ex quibus, perſpicuè liquet, *Annonas* & *Capita*, Rectoribus prouinciarum & Adminiſtrantibus præberi, aut in eam rem certos nummos præſtari, conſueuiſſe: vnde Ἀννόνας καὶ αἱ Κεφαλίπονας coniunguntur, l. 1. C. de ann. & tribut. lib. 10. Illo autem *Annonarum* nomine, ea ſignificabantur, quæ ipſis Rectoribus pro victu ſuo, *Capitum* verò, ea, quæ pro Pabulo Iumẽtorum eis præſtabantur. Conſtat enim Fœnum, & Paleam, & quæ ad Pabula neceſſaria erant, Adminiſtrantibus ſubminiſtrata fuiſſe: Idque Trebellius Pollio in Claudio, & Vopiſcus in Aureliano indicant. Verùm has in obſcuro latere voces Ammian. Marcellin. non patitur, cuius lib. 21. ipſamet verba apponam. *Interrogatus*, ait, *ex arte quid haberet compendij, reſpondit, Vicenas Annonas, totidémque Pabula Iumentorum, quæ vocantur Capita.* Vnde Impp. in l. 8. de erogatio. milit. anno. lib. 12. C. Fœnum militibus iuſtis Capitibus præſtandum ſtatuũt. Eaque ſunt *Pabula* in l. 9. C. de iure fiſci lib. 10. & *Alimenta Pecoribus*, l. 2. C. de curſu publico lib. 12. Nec tamen ſum neſcius, vocem *Capitum*, eodem ſenſu apud Caſſiodorum & Heſichium inueniri, quam ſi quis emendandis Iuſtiniani verbis aptari poſſe credat, id ei arbitrio ſuo facere per me licebit. Mihi ſuam illis verbis ſententiam conſtare ſufficit.

Capitulum etiam & *Capitularium* appellant Impp. Temonariam functionem, quam in ſordidis muneribus ponunt, l. 14. l. 15. l. 18. de extraord. munerib. in C. Theod. Ex quibus emẽdanda eſt lex 12. C. de excuſat. muner. lib. 10 vbi vulgò *Capitalis atque temonis neceſsitas*, pro, *Capituli atque temonis neceſsitas*, legitur. Vetus Gloſſar. *Tributum Capitulare*, ἐπικεφαλαίῳ φόρος. Atque inde *Capitularij* qui & *Temonarij*, in l. 2. C. de priuileg. eor. qui in ſacr. pal. lib. 12. Et *Capitularij Horreorum ac Tabernariorum*, apud Caſſiodor. lib. 10. Variar. Epiſtola 28. Sanè apud Symmachum Epiſtol. 10. lib. 9. *Capitulani* an *Capitularij* ſcribendum ſit, aliorum eſto iudicium.

CAPITIA in l.27. D.de auro, argent. leg. inter muliebria ornamenta ponuntur. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Capitium, ab eo quod capit pectus, id est, vt antiqui dicebant, indutu comprehendit.* Ex quo Nonij Marcelli inscitia deprehenditur, qui literarum adfinitate aut sono deceptus, *Capitia*, Capitum tegmina interpretatur. Cuius errorem coarguit, nedum firmat aut adiuuat, ab eo laudatus auctor, cuius auctoritatem numquam defugiam. Nam quæ ille in testimonium citat Varronis lib. de vita populi Ro. verba, poterant eum, si mens non læua fuisset, oscitantiæ suæ commone facere. Sic enim habent. *Nec ad orbitam matrumfa. instituti, quod eæ Pectore, ac Lacertis erant apertis, nec Capitia habebant.* Itaque suo ipsum gladio iugulo. Eodémque telo Isidorum confodio, qui à Nonij Marcelli partibus stat, lib. 9. Etymolog. cap. 30. sed non ego credulus illis: qui Varrone duce errare malim, quàm illis magistris erudiri.

CARBONVM appellatione materia non continetur: Titiones quoque & alia Ligna cocta, ne fumum faciant, quæ veteres ἀχάτια vocabant, Carbonibus non adnumerantur, sed proprium genus habent, l. 167. D. de verb. signif. quæ excerpta est ex l. 53. in fi. D. de legat. 3. *Carbonis præbitio* olim in sordidis muneribus numerabatur, l. 15. & l. 18. D. de extraord. munerib. in Cod. Th. ex quibus emendanda est l.13.C.de excus.mun.lib.10. clausula in hunc modum: *Carbonis quoque (nisi eum quem moneta solemniter vel fabricatio secundum veterem morem poscit armorum) ab huiusmodi viris præbitio desistat.*

CARBONIANA *Bonorum Possessio*, l. 20. D. de inoff. test. l. 1. §. & generaliter, D. de vent. in poss. mitt. l.3.§.causæ,& §.vlt. D.de Carbon. edic. l. 2. §. sed si quis cum status, D. ad Tertyll. l.5.§. si quis contra, D.de leg. præstan. quæ scilicet ex *Carboniano Edicto* datur: quo Infantibus aut Impuberibus, quibus controuersia fit, an inter Liberos sint, causa cognita perinde Bonorum Possessio datur, ac si, nulla de ea re controuersia esset: iudiciúmque in tempus pubertatis differtur, l. 1.D.de Carbon.edict.l.3. §. penult. D. de liber. adgn. Quod & *Carbonianum Decretum* appellatur in l. 7. §. quotiens cum seq. D. de Carbon. edicto. Nomen autem habet hoc Edictum ab auctore suo, vt & *Saluianum Interdictum*, & *Seruiana Actio. Carbonianus Bonorum Possessor*, l.3.§.iussum, D.de Carb. ed.

CARCEREM, vt Seruius in lib.1. Æneid. ait, *dicimus Locum in quo seruantur noxij.* Idem in 3. Georgic. & in 5. Æneidos, *Carcerem, numero singulari, ait esse Custodiam noxiorum.* Varro lib. 4. de ling. Lat. *Carcer à coërcendo, quod exire prohibentur. In hoc, pars quæ sub terra, Tullianum.* Porrò Anco Martio regnante, Romæ, ad terrorem increscentis audaciæ, Carcerem foro imminentem, media vrbe, ædificatum, Liuius lib. 1. refert: cui à Tullio Rege, additam partem quæ sub terra, quæ inde *Tulliani* nomen inuenit, ex illo quem modò adduxi Varronis locò planum fit. *Carcerem*, ait Cic. 2. Catilin. *Vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt.* Vlpianus *Carcerem ad continendos homines non ad puniendum haberi debere* scribit, l.8. §. solent, D.de pœnis. *Carcer pœnalium, Carcer hominum noxiorum est*, l.2.C.de exactionib. tribut.lib.11.

In Carcerem Coniici, Valer. Max. lib. 1. cap. 8. *Detrudere*, l.22.D. quod met. cau. Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 8. *Inferri ferrum vel venenum*, l. 8. D. de custod. *Recipi*, l.1. & l.13. D. de custod. & exhibit. *In Carcere contineri*, d. §. solent. *Esse*, l. 6. D.de interdict. & releg. *Impacti*, l. 13.D.de custod. & exhib. *Recipi*, l.8.§.eius qui, D.de iniusto rup.

Carceris Pœna, l.3.D.de custod.& exhib. *Carceri præpositus*, l.5.D.eod. *Effracto carcere euadere*, l.13.D.eod. *Carceres Priuati*, l.vn.C.de carcerib. priuatis.

CARDAMOMVM, in l.vlt.§.Species, D. de Publican. Fruticis genus, Amomo simile, semine oblongo, quod in Arabia, Comagena, & Armenia nascitur, vt Dioscorides lib.1.cap. 5.& Plin.lib.12.cap.14.& Isidor.lib.17.cap.9.scribunt.

CARERE *Ædibus*, l.19.D.de dam.inf. *Bonis*, l.vlt. §.1. D.de bon. eor. *Debito*, l.6.§.vlt. D. ad Leg.Corn. de fals. *Fundo & Mancipiis*, l.79. D.de verb. signif. *Laribus*, l.38.D.de rei vindicat. *Malis hominibus*, l.13.D.de offic.præsid. *Operis*, l.vlt.D.de his qui effuder. *Re sua*, l.3. D. de alienat. iudic. *Seruo*, l.35. D. de fideicomm. libert. *Vsu Aquæ*, l.6. D.de seruitutib.

Carere etiam vacare significat: Sic, *Carere crimine*, l. vn. C. vt Tutor. *Fraude*, l. 36. D. de fideicomm. libert.

CAREVM, in l. 5.D. de penu lega. Dioscorides lib.3. cap. 57. Κάρον, σπερμάτιον γνώριμον ἀναλογῶν Ανίσῳ. Cuius radicem coctam Pastinacæ modo esui esse subiicit. Eius vsum in gulæ deliciis, ad condimenta, maximéque Piscium, prodit Apitius lib. 1, 2. 9. & 10. de re Culinaria.

CARICÆ in Dulcibus numerantur, in l. vlt. §. vlt. D. de trit. vino. Syriam autem Arbores peculiares habere, & ex his, in ficuum genere, *Caricas*, tradit Plinius lib. 13. cap. 5. cuius auctoritate redargui se ac refelli non iniquo animo ferent, qui Caricas, Ficus Siccas, interpretantur.

CARINA *Nauis*, l. 34. §. vlt. D. de legat. 1. id est, *infima Pars Nauis*, vt exponit Festus Pompeius in verbo *Carinantes*. Totius autem Nauis, proprietas Carinæ causam sequitur, l. 61. D. de rei vind.

CARITAS pro Amicitia, l. 19. D. de castr. pecul. l. 10. D. de reb. dub.

Caritas quæ raro accidit, l. 63. §. vlt. D. ad L. Falcid. *Cariſſime fili*, l. 41. §. heredes, D. de fideic. libertat. l. 34. §. vlt. D. de legat. 2. *Cariſſima filia*, l. 34. in princ. & §. Lucius, D. de legat. 2. *Vxor*, l. 57. §. vlt. D. ad. Sc. Trebell.

CARMEN *Famoſum*, l. 21. D. de testib. l. 18. §. vlt. D. qui testam. fac. Seneca Controuers. 6. lib. 6. *Nunquid Carmen famoſum compoſui? Carmen conſcribere, vel proponere, vel cantare aliquod, quod pudorem alicuius lædat*, l. 15. §. generaliter, D. de iniuriis.

CARNIS *Cura, vt iuſto pretio præbeatur*, l. 1. §. Cura, D. de offic. præf. vrb.

CARO *Animalis occiſi*, l. 53. §. si heres, D. de legat. 3. *Caro Bouis mortui*, l. 49. D. de legat. 2. *Occiſi*, l. 14. §. vlt. D. de condict. furt. *Fetus Demortui*, l. 70. D. de vsufructu. *Caro & Corium mortui Pecoris*, l. 30. D. quib. mod. vsusfruct.

CARPASVM, in l. vlt. §. species, D. de publican. Planta est, ex qua succus medicamentis vtilis exprimebatur: cuius Dioscorides lib. 6. cap. 13. & Galenus lib. 1. de compositio. medicament. meminere: & ὀπὸν Καρπάσου vocant. Paulus verò Ægineta, lib. 5. *carpesiam* appellat.

CARPENTARII, in legionibus habebantur, vt ex l. vlt. D. de iure immunit. l. vn. C. de excusation. artific. lib. 10. & Vegetio lib. 2. cap. 11. colligitur. Vtuntur & hoc vocabulo, Vopisc. in Aureliano, & Iul. Firmic. lib. 2. cap. 10. *Carpentarium* autem speciale esse artificij nomen, eóque significari eum qui tantùm Carpentum facit, Isidor. lib. 19. Origin. cap. 19. tradit: cuius vestigiis insistentes plerique, *Carpentarios*, Carpentorum opifices, structoréque interpretantur. Verùm quis fuerit eiusmodi artificum in re militari vsus, aut potius vtilitas tanta, immunitatem vt meruerit, non video. Ac proinde eorum non inuitus sententiæ accesserim, qui, Basilicorum ductu atque auspicio, Carpentarios accipiunt eos qui sagmata, id est strata, Centunculos, Sellas, Clitellas, Camelorum, Iumentorúmque conficiunt. Videndum tamen an non in priore significatione accipi debeant, in l. 31. de cursu publ. in C. Theod. vbi *Carpentarios curſui publico deputatos* Annonis & veste contentos esse, absque vlla mercede, Impp. iubent. Etenim *Carpentis* quoque inuehi solitos Custodes, vel Prosecutores specierum quæ transmittebantur, docet l. 18. eod. tit.

CARPOCRATIANI, in l. 5. C. de Hæretic. & Manich. Hæretici, à Carpocrate ita vocati, qui Christum Dominum nostrum hominem duntaxat fuisse, & ex semine Ioseph carnaliter progenitum, instar reliquorum hominum, adserebat: quemadmodum Philastrius Brixiensis Episcopus in Hæreseon Catalogo, & Isidor. lib. 8. Etymolog. cap. 5. scribunt.

CARRVCHA, in l. 13. §. vlt. D. de vsufr. l. 17. §. penult. D. commoda, l. 28. §. si ex decem, D. de donat. inter vir. & apud Paulum lib. 3. Sentent. Tit. 7. & lib. 5. Sentent. Tit. 6. Sueton. in Nero. cap. 28. Lamprid. in Heliogabalo.

Carrucha Aurea, Martialis Epigramm. 61. lib. 3. *Dormitoria*, l. 13. D. de auro arg. Vnde *Carruchārius*, id est, Cisiarius, l. 13. D. locati. *Carruchariæ Mulæ*, in l. 38. §. quæsitum, D. de ædil. ed. *Carruli*, in l. 53. §. si quis ex sociis, D. pro soc.

CARTHAGO *Aratrum paſſa*, l. 21. D. quibus modis vsusfruct. Carthago, sedes Prætorianæ præfecturæ per Africam à Iustiniano constituitur, in l. 1. D. de offic. præf. præt. Afr. Extat apud Saluianum Episcopum lib. 7. de Gubernatione Dei eius vrbis elogium huiusmodi: *Carthaginem dico & vrbi Romæ maxime aduersariam: & in Africano orbe quasi Romam: quæ mihi ideo in exemplum ac testimonium sola sufficit, quia vniuersa penitus, quibus in toto mundo disciplina Reipub. vel procuratur, vel regitur, in se habuit. Illic enim omnia Officiorum publicorum instrumenta, illic Artium liberalium Scholæ, illic Philosophorum officinæ, cuncta denique vel linguarum Gymnasia vel morum: illic quoque etiam copiæ militares, & regentes militiam potestates, illic honor Proconsularis, illic cottidianus Iudex & Rector, quantum ad nomen quidem Proconsul, sed quantum ad potentiam Consul: illic denique omnes rerum Dispensatores, & differentes inter se tam gradu quàm vocabulo Dignitates: omnium, vt ita dicam, platearum & compitorum Procuratores, cuncta ferme & loca vrbis & membra populi gubernantes.*

CASAM *ædificare in Area, custodiæ causa, earum rerum quæ in Area sint*, l. 73. D. de vsufr. *casam in Litore ponere, quæ se recipiant*, l. 5. D. de diuisio. rer. §. litorum, Instit. eo. tit. *Casæ iunctæ fundo*, l. 20. D. si seruit. vind. *Fundus cum Casa* legatus proponitur, in l. 41. §. feliciſſimo, D. de leg. 3.

CASSIANI, l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. l. 18. D. de furtis, l. 35. §. 1. D. de mort. cau. donat. apud Vlp. Tit. 11. Regul. id est Gaij Cassij sectatores, de quibus plura dicam lib. 7. *Cassianus Furor*, l. vlt. C. ad L. Iul. maiest. *Motus* in Lege Dei, Tit. 15. Concitatus ab Auidio Cassio: qui auidus Imperij, diuorũ fratrũ tẽporibus, res nouas in Oriẽte molitus est, vt in eius vita Vulcat. Gallican. & Capitolinus in M. Antonino narrãt. Cuius partes sicuti, *Cassiani* appellantur à Tertulliano lib. ad Scapulam. CASIARIA *Taberna*, l. 8. §. Aristo, D. si seruit. vind. in qua Casei fermigantur, vt exposui lib. 3. Select. Antiq.

CASSITARE *Stillicidiũ*, id est guttatim & sæpius cadere, l. 20. §. si seruitus, D. de seru. vrb. præd.

CASTELLVM, receptaculum quod aquam publicam suscipit significat, l. 1. §. ait prætor, D. de aqua cottid. Veteres *Diuiciculum* appellabant, auctore Festo lib. 4. quod inde erogationibus fistularum in suum quisque fundum aquam diuisam duceret. Ideóque Hesychius, Κάστελλος, ὄνομα τόπου ἄνω καὶ κάτω φέροντος ἢ μεμίζοντος τὸ ὕδωρ. Ita *Castelli* verbum accipiendũ in l. 78. D. de cõtr. empt. l. 17. §. castella, l. 38. §. firmus, D. de act. empt. l. 19. D. de seruit. rustic. l. 2. D. comm. præd. l. 41. §. item hoc prohibetur, D. de legat. 1. l. 3. C. de aquæduct. lib. 11. l. 5. & 6. eo. tit. in C. Th. & apud Vitruu. lib. 8. cap. 7. Plin. lib. 31. cap. 6. & lib. 36. cap. 15. Front. in lib. de aquæduct. Inde metaphoricôs, Appij Decemuiri Tribunal, *omnium scelerum Castellum*, Virginius dicebat apud Liuium lib. 3. Ex Castello autem Aqua fistulis ducebatur, l. 78. D. de contrah. empt. *Conceptaculum* vocant Impp. in l. 2. de aquæduct. in C. Th. *Castellanus Miles*, l. 2. C. de fund. limit. lib. 10. *Castella per limites constituta*, l. 2. §. cũ autẽ, C. de off. præf. præt. Afr.

CASTIGARE interdum, vt Non. Marcell. notat, vindicare, punire, & coërcere significat. Sic *Castigare Delicta*, l. 12. §. vlt. D. de re milit. *Iure*, l. 3. C. de patr. potest. *Castigare* autem ipsemet Magistratus dicitur. Ita *Castigat Fustibus Præfectus Vigilum*, eos qui negligentius ignem habuerunt, l. 3. §. 1. D. de off. præf. vigil. Et *Præfectus Vrbi*, *Libertum contumelioſum*, l. 1. §. cùm patronus, D. de off. præf. vrb. Similiter & *Proconsul Fustibus Castigare*, in l. 6. D. de accusationib. Sic *Fustibus à Præside Castigatũ*, ait l. 15. §. idem ait, D. de iniur. *Castigari*, l. 14. D. de custod. *à Magistratibus*, l. 17. D. qui & à quib. *Fustibus*, l. 3. §. vlt. D. de iureiur. l. 2. §. in filiis, D. de decurion. l. 5. C. ex quib. caus. infam. irrogat. *Verberibus*, l. 24. §. si seruus, D. de minorib. Cic. lib. 3. Tuscul. Quæstion. & venustè Plaut. Mostellar. *Exuuiis Bubulis Castigare*.

Castigatio Flagellorum, l. 7. D. de pœnis, *Fustium*, l. 3. §. 1. D. de offic. præf. vigil. l. 9. §. de plano, D. de offic. Proconsul. *Verborum*, apud Liuium lib. 37. *Castigatio competens*, l. 1. C. de Sc. Claudia. *Leuis*, l. 5. §. vlt. D. ad L. Aquil. l. 13. §. Item Iulianus, D. locati. seu *Medica*, l. 12. D. de iurisdictio. l. 23. §. quoniam, D. de vsufr. Cuiusmodi Castigatio, Docenti, item Fructuariis, concessa illis locis dicitur.

CASTRA, in l. 3. §. Emãsor, D. de re milit. §. sed hactenus, Insti. de milit. test. Seruius in lib. 2. Æneid. ad verba, Et *Achaica Castra, Vbi*, ait, *Exercitus sit, ibi Castra dicũtur. Vnde est, Nos Castra mouemus.* Idẽ lib. 3. Æneid. ad verba, *nos Castra mouemus. Castra*, inquit, *sunt vbi Miles steterit. Dicta autem Castra quasi Casta: vel, quòd illi Castraretur libido. Nam numquã his intererat Mulier. Vrbana castra*, in l. 15. §. 1. D. ad L. Iul. de adult. *Castrorũ præpositi*, l. 7. C. vbi causæ fisc. *Castrorũ Vallum, Murus, Fossa*, d. l. 3. §. in bello, D. de re milit. CASTRARE, id est virilitatẽ excidere, Spadonẽq; seu *Eunuchum facere*, vt loquitur l. 1. C. de Eunuch. Sic *Castrare hominẽ Libidinis, vel Promercij causa*, l. 3. §. item, D. ad L. Corn. de sicar. Paul. lib. 5. Sentẽt. Tit. 23. *Castrare* autem *Seruum, Liberúmve, Inuitum, Sinlentémve, nemo debet*, l. 3. §. vlt. D. ad L. Corn. de sicar. Et *qui Tibias faciunt, in eadem causa sunt, qua qui castrant*, l. 5. D. eo. tit. *Castrandum seruum tradere*, l. 6. D. eo. tit. *Castrare Puerum*, l. 27. §. & si puerum, D. ad L. Aquil.

Hinc *Castratus, qui ita Spado est vt tam necessaria pars corporis & penitus absit*, vt loquitur l. 7. D. de ædilic. edict. *Castrati* enim dicuntur quibus virilitas excisa, & genitalis pars execta, est: seu, vt Theophil. interpretatur, ἐφ' ὧν γέγονεν ἐκτομὴ τῶν γεννητικῶν μορίων. Sic in §. sed & illud. Institut. de Adoptionib. l. 6. D. de liber. & post. l. 39. §. vlt. D. de iur. dot. l. 14. §. vlt. D. de manum. vindic. l. 6. §. 1. D. de iur. patron. Eos *Exsectos* vocat Hircius lib. de bello Africo, & *Sectos* Martialis Epigrammat. 7. lib. 9. *Non puer auari sectus arte Mangonis.* Solebant autem olim Mãgones pueros Castrare, quo pretiosiores fierẽt, vt apparet, ex l. 27. §. etsi puerũ, D. ad L. Aquil. & l. 1. C. de comm. rer. matr. Quintil. in Declam. *Mãgo iratus pretium, excisa virilitate, producet.* Idem lib. 5. Instit. Orat. cap. 12. *Non alio mediusfidius vitio dicẽtium, quam quo, Mancipiorum negotiatores, formæ puerorum excisa virilitate lenocinãtur.* Et paulò post, *Libidinem iuuet ipsum effeminati sexus mendacium, nunquam tamen hic cõtinget malis moribus regnum, vt si quæ fecerit pretiosiosa, fecerit & meliora.* Tãdem Castratio Marium Senatusconsultis, & Principũ Constitutionibus prohibita fuit, l. 4. §. vlt. & l. 6. D. ad L. Corn. de sicar. vt lib. 2. Antiq.

CASTRENSIS *Notitia* vel *Affectio*, l.8.D.de castr. peculio. *Seruus*, l.9.D.de castr. pecul.l.33. D.de adq.rer.dom.l.3.§.1.D.de adsign.lib.l.30.D.qui & à quib.id est, *in Castris quæsitus*, vt l. 17.D.de manumissionib.l.9.l.15.§. seruus, D.de castr.pec.

Castrenses creditores, l.7.D.de castr. pecul. *Res*, l.3.& l.4.D.de castr.pecul.l.13.& l.22.D.de test. milit. *Castrensis Peculij* fit mētio in l.8.D.de procur.l.2.D.de Sc.Maced.l.1.§.pen.D.de tab.exhib.in l.24.D.de inoff.test.l.1.§.vlt.D.de tab.exhib.l.1.§.si filijf.D.de separat.& l.3.§. patronus&§.si quis filiusf.D.de bon.lib.l.7.§.ne Castrēse & §.si is qui, D.de colla.bon.l.17. D. de in ius voc.l.20.D.qui test.fac.poss.l.28.§.1.D.de liber.& post.l.16.§.si pater, D.ad Sc. Treb.l.8.§.vlt.D.de Sc.Silan.l.90.D.de adq. vel omitt. *Castrēse* autē *Peculiū*, vt ait Macer in l.11.D.de castr.pec.est, *quod à Parētibus vel Cognatis in militia agēti donatum est: vel, quod ipse filiusf. in militia adquisiuit, quod, nisi militaret, adquisiturus nō fuisset*. Paul.lib.3. Sēt. Tit.4. *Castrēse Peculiū* definit, *quod in Castris adquiritur, vel quod proficiscēti ad militiā datur*. Similique modo Vlp. Tit.21. Reg. *Peculiū quod in castris filiusf. adquisiuit, vel ei militaturo pater donauit*, l.3.C.de bon.prosc. *castrense* etiam hoc, *Filijfamilias militis Peculium*, Vlpian. vocat in l.2.§.item si, D.famil.ercisc.

Ceterū quæ *Castrēsi Peculio* adnumerari debeāt, vel in *Castrēse Peculiū cedāt*, vide in l.3.l.7. & l.8.l.15.l.16.D.de castr.pec.l.1.C.eo.tit. & l.4.C.fam.ercis. *Castrēsis Peculij Seruus*, l.8.D.de stip.seru.l.15.§.seruus, l.19.§.vlt.D.de castr.pec.l.10.§.1.D.de manum. *Ancilla*, l.45.§.1.D.de ritu nupt. *Res*, l.98.§.1.D.de solut. Est autē & *Quasi Castrense Peculium*, l.7.§.vlt.D.de donat.l. 3.§.dari, D.de bon.poss.l.1.§.nec Castrēse, D.de collat.bon.l.32.§.si filiusf.D.de donat.inter vir.de quo lib.15.in Peculij diuisionibus dicam. Hinc *Castrēse æs alienū*, in castris cōtractū, ex qua causa Castrēses creditores sunt, l.1.§.si filiusf.D.de separat.l.7.D.de castr.pec. *castrensia Bona*, l.vlt.D.de veter. milit.l.1.l.11.& l.36.§.1.D.de test.milit.l.32.§.si miles, D.de don.inter vir.l.10.D.de castr.pec.id est, *in Castris adquisita*, vt l.vlt.D.ad Sc.Tertill.

Castrēsis Sacri Palatij, sub dispositione sua habebat Pædagogia, Ministeriales quoque dominicos, & curā Palatiorū: appellabatúrque *Spectabilis Vir*. Eius fit mētio in l.vn.qui à præbitio tiro, l.38.de decur.l.3.de priuil.eor.qui in sac.palat.l.1.si petit.soc.sine her.in C.Th.Erant & *Castrensiani* ministri Palatij Rubr. de Castrensian.& minister.

CASVS, ait Festus, *dicimus, ea quæ fortuito hominibus accidunt. Casum, Aduersámque fortunā hominis liberi spectare, neque Ciuile, neque Naturale est*, l.83.§. Sacram versic. sed hęc, D.de verb. oblig. Sic *Casus Patris* remoti à Senatu, l.7.§.vlt.&l.9.D.de Senat.l.34.§.vlt.D.de ritu nupt.ex quo §.sūpta est, d.l.9.D.de Senat.ita tamē, vt Triboniani manū adgnoscamus, qui in d.§.vlt. *crimē*, pro *casu* de suo subiecit, atque supposuit. Sic & *casus Tutoris*, l.5.§.vlt.D.pro derelicto. *Casus Animaliū*, l.23.D.de diu.reg. & *Gregis*, in l.70.D.de vsufr. sed & *Ager casum pati*, l.12.D.eo.tit.

Casuum hę in libris nostris differentię inueniūtur: *casus Aduersus*, l.1.D.ex quib.caus.maior. *captiuitatis*, l.2.C.de postl.reu. *Euictionis*, l.11.D.de euict. *Incendij*, l.3.§.vlt.D.de off.prēf.vigil. l.1.§.is quoque, D.de oblig.& act.qui à Martiale, *nimiū casus in vrbe frequēs*, appellatur Epigr. 99.lib.5. *Maior*, l.7.D.de edēdo. *Casus non volūtarij, sed fortuiti*, l.4.c.de instit.& sub. *Casus* porrò *Fortuiti sunt, quos nullū humanū cōsilium prouidere potest*, l.1.§.si eo tēpore, D.de adm. rer.ad ciuit. *aduersus quos caueri non potuit*, l.4.C.de peric.tutor. *Quibus humana infirmitas resistere non potest*, l. 1.§.is quoque, D.de obl.&act. *quibus Resisti non possit*, l.18.D.cōmodati.l.28.C.de locato. qui & *casus Maiores* dicuntur, d.§.is quoque §.item is cui, instit.quib.mod.re contr. *Fatum* etiam & *Damna Fatalia, Fortunā, & Vim maiorem*, appellāt vt suis locis ostēdemus. *Casus* autē *Fortuiti*, sunt *Incēdiū, Ruina, Naufragiū*, l.5.§.quod verò, D.cōmodati, l.22.D.de neg. gest. l.1.§.is quoque, D.de oblig.& act.§.item is cui. Instit.quib.mod.re cōtr.obl. *Latronum, Hostiúmve Incursus*, d.§.item is cui. In Casibus etiā fortuitis Aggressura Latronū numeratur, d. l.5. C. de pigner.act. *Quod senectute cōtigit, vel Morbo, vel vi Latronū ereptū est*, huiusmodi Casibus accepto fertur, l.5.§.quod verò, D.cōmodati. Iisdemq; Casibus, Caius in l.18.D.cōmod.adscribit, *Mortes seruorū, quæ sine dolo & culpa accedūt Latronū, Hostiúmque incursus: Piratarū Insidias: Naufragium: Incendiū: Fugas Seruorū qui custodiri non solēt*: secundū tamē distinctionem quam illīc adhibet Vlp. in l.23.D.de diu.reg. ad huiusmodi Casus refert *Animalium Casus, Mortes, quæque sine culpa accedūt: Fugas Seruorū qui custodiri nō solēt: Rapinas: Tumultus: Incēdia: Aquarū magnitudines: Impetus Prædonū*. Quinetiā si *Capras Latrones citra fraudē Custodis abegerint*, *Casus* hic fortuitis adnumeratur, l.9. Imperator, D.locati. Sic, *Fortuitis Casibus Debitores fortunas suas amisisse*, in l.37.§.1.D.de neg.gest. Ceterùm *quæ fortuitis Casibus accidūt, nullo Bonæ Fdei iudicio præstātur*, l.5.C.de pigner. act.l.23.D.de diuers. regul. *Huiusmodi Casus Tutoribus vel curatoribus imputare non oportet*, l.4. C.de peric.tut. *Propter fortuitos Casus Dilationē accipi, Humanum est*, l.36.D.de neg.gest. Sic *Casu Inuenire Thesaurum*, §. Thesauros, Instit. de diuisio. rer. *Fortuito facere homicidium*, l. 5.C. ad L.Cornel.de sicar. *Casu* & *voluntate*, opponuntur, Rubr. Nouell. Th. de Homicid. casu vel vol. *Casu Delinquitur, cum in venando, Telum in feram missum hominem interfecit*, l.11.§.delinquitur, D.de pœnis,

D. de pœnis. Sic *Casu incendium committere, id est negligentia*, l.14. D. de incend. rui. *Casu intercedere*, l. 9. D. de vi & vi arm. *Repentini Casus iniquitas*, l.3. C. de inoff. test. *Casu Mutus aut Surdus*, l.6. §. vlt. D. qui test. fac. *Casibus obnoxia*, l. 11. §. si locupleti, D. de minorib.

Casus, pro quolibet euentu. Sic *In primum, vel secundum Casum, substituisse*, l.8. C. de institutionib. *In vtrumque Casum & in vtrumque Euentum substituere*, l.4. D. de vulg. & pupill. substit. *Nullo Casu reuocari*, l.27. D. de mort. cau. donat. *Nonnullos casus posse existere*, l.1. §.1. D. de tut. & rat. *In Casum mortis & Diuortij Stipulatus*, l.29. §.1. & §. vlt. D. de pact. dot. l.2. C. de donat. cau. mor. *In omnem Casum quo solui posset matrimonium*, l.37. §. nuptura, D. de legat. 3. *De his Casibus solummodo fit conuentum qui matrimonium sequuntur*, l.6. D. de condic. caus. data. *Duo casus exprimi*, l.7. §. vlt. D. vsufr. quemad. cau. *Ex vno Casu committi Stipulat*, l.5. §. in hac, D. iudic. sol. *In eum Casum res deuenit*, l.16. D. ad L. Aquil.

Casus etiam pro iis quæ ex facto contingunt dicuntur. Sic *Casus omnes qui quandoque inciderint*, l.10. D. de legib. *In quibus Casibus Lex deficit*, l.64. §. de viro, D. sol. matr. *Casus omissus Senatusconsulto*, l. vlt. D. de adsignand. libert. *Talis Casus terminatus est*, l.16. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Duobus Casibus*, l. 22. D. de in ius voc. *In omnibus eiusmodi*, vel *supradictis Casibus*, l.19. D. de iurisdictio. l.42. & l.45. §.1. D. de act. emp. *In eiusmodi Casibus*, l.37. D. de legib. *In his Casibus*, l.17. §. vlt. D. de adoption. *De Casibus* autem Gaius librum singularem scripserat: & Herennius Modestinus, *De Casibus enucleatis*, librum item singularem.

CASVALIS *condicio*, quæ ab incerto euentu pendet, l. vlt. C. de necessar. seru. l. vn. §. finautem, C. de cad. toll.

CATABOLENSES, l.8. & Rubr. de pistorib. & Catabolensib. in Cod. Th. Cassiodor. Epist. 10. lib. 3. Variar. *Marmora, quæ de domo Pinciana constat esse deposita, ad Rauennatem vrbem per Catabolenses vestra ordinatione dirigãtur.* Ideóque apud eundem auctorem Epist. 47. lib. 4. Variar. *Non Veredarius, sed Catabolensis incurrat*: aliâs emendandum monui.

CATADROMVS, l. penult. D. de actio. empt. funem extentum, ex edito loco in inferiorem demissum, significat. Suet. in Nerone cap. 11. *Notissimus Eques Rom. Elephanto supersedens, per Catadromum decurrit.* Quod idem Xiphilinus ita extulit: Καὶ ἐλέφας ἀνήχθη εἰς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἀψίδα, κἀξῆλθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδρομον ἀναβάτην φέρων. *Demissum Funem*, dixit Virgil. lib. 2. Æneid. Iuuenalis verò Sat. 14. *Rectum Funem*, his versibus,

An magis oblectant animum iactata petauro Corpora, quique solent rectum descendere Funem.

Io. Chrysostom. Homil. 9. Epist. ad Thessal. Καθάπερ ἐπὶ σχοινίου τεταμένης βαδίζοντας οὐκ ἐνὶ ῥαθυμήσαι. Sic & Homil. 16. in Epist. ad Hebræos, διὰ σχοινὸς τεταμένης βαδίζειν. Imp. Manuel Palæologus Orat. 3. ὀρχεῖσθαι ἐπὶ σχοινὸς τεταμένης. Huiusmodi autem homines qui per Catadromum decurrebant, etiam *Funambulos* Latini, Græci *Schœnobatas* vocant. *Elephánti* quoque *Funambuli* spectaculum refertur à Sueton. in Galba cap. 6.

Κατάπλους, seu Ἐπιδημίας Græci appellabant qua parte primum appellere seu applicare in prouinciam Procoss. moris erat, l.4. §. ingressum, D. de offic. proconsul.

CATENÆ quibus Noxij vinciri, cõstringi & alligari solebant, l. vlt. C. de abolitionib. Sanè eos quoque qui Militari Custodia attinebantur, Catenis alligatos fuisse docet Senec. Epist. 5. ex qua & illud discimus, eandem Catenam, & Militem, & Custodiam copulasse, vt lib. 5. Formul. notauimus. Proinde ἅλυσιν illam quæ Militem συνδεῖ habebat, μακρὸν fuisse cõsequẽs est, vt Atheneus lib. 5. indicat. Ac planè *Catenas* prolixiores Reo immitti, non ferreas manicas ossibus inhærentes, constituit Constantinus in l.7. de custod. reor. in C. Th.

CATHOLICORVM *Christianorum nomen*, l.1. C. de summa Trinit. *Catholicum Christianum*, ait, D. August. lib. 9. Confession. cap. 10.

Catholiciani, id est Cæsariani, l. pen. §. vlt. C. de bon. proscriptor.

CATO libro quintodecimo citatur in l.4. §. Cato. D. de verb. oblig. At absque vllo librorũ numero, l.10. D. de ædilic. edict. l.44. D. sol. matr. l.98. §. vlt. D. de verb. signif. §. vlt. Instit. de Adoptionib. Pompon. in l.2. D. de orig. iur. *Deinde Marcus Cato princeps Porciæ familiæ, cuius & libri extant. Sed plurimi filij eius, ex quibus cæteri oriuntur.* Sanè *Cato* Iuris peritissimus vocatur à Valer. Max. Eius egregios de iuris disciplina libros commendat Agell. lib. 18. cap. 18. *Catoniana Regula* ita definit, quod Legatũ, si testamenti facti tempore testator decessisset, inutile foret, id quandocunque postea decesserit, non conualescere, l.1. D. de reg. Cato. l.41. §.1. D. de leg. lib. 1. Appellatur *Catoniana Sententia*, in l.86. §. vlt. D. de cond. & demonstr. & *Catoniana*, l.13. D. de opt. leg.

CAVDICARII, in l.1. de cano. frument. vrb. Ro. l.2. de pistorib. in C. Th. l.9. de suar. vrb. Ro. eod. C. Quorum Corpus Romæ fuisse, Patronósque habuisse ex illis locis planum fit. Existimo autem sic Amnicos Nauicularios appellatos, à nauibus Tiberinis, seu quæ in flu-

uiis vſui erant, quas *Codicarias* vocabant. Feſtus Pomp. *Caudicariæ Naues, ex tabulis craſſioribus factæ.* Non. Marcell. *Codicarias Naues etiam nunc Conſuetudo appellat, quòd in fluminibus ſint vſui.* Varro de vita Pop. Romani lib. 3. *Antiqui plures Tabulas coniunctas Codices dicebant. A quo in Tiberi naues Codicarias appellamus* Senec. lib. de breuit. vitæ, *Plurium tabularum contextus, Caudex apud antiquos vocabatur. Vnde publicæ Tabulæ Codices dicuntur: & Naues nunc quoque, quæ ex antiqua conſuetudine per Tiberim commeatus ſubuehunt, Caudicariæ vocantur,* ſed & Agellius lib. 10. cap. 25. inter Nauium appellationes *Caudicas,* aut vt forte emendatiùs ſcriberetur, *Caudicarias,* ponit. Auſonius Eidyllio 9. *Nauita caudiceo fluitans ſuper æquora lembo.* Romæ vtique Amnicos Nauicularios Imper. Aurelianum conſtituiſſe Vopiſcus refert.

Cavea, Theatri locum ſignificat in quo ſpectatores ſedebant, l. 13. §. ſi quis me prohibeat, D. de iniuriis, l. 2. de venat. ferar. in Cod. Th. Seruius ad eum Virgilij verſum lib. 4. Æneid. *Hic totum Caueæ conſeſſum ingentis, Caueam,* ait eſſe, *conſeſſum Populi.*

Cavere, eſt ſibi proſpicere & conſulere, l. 3. D. de tranſaction. l. 53. §. 1. & ſeq. D. de act. empt. Sic *Cauere Heredibus,* l. 9. D. de probationib. *Cauere alteri, paciſcendo, legem dicendo, ſtipulando,* l. 73. §. vlt. D. de diuerſ. regul. *Cauere ſibi Stipulatione,* l. 21. D. ad Sc. Trebell. *Si quis Cauerit vt Silua ſibi pignori eſſet,* l. 18. §. ſi quis, D. de pignerat. act. *Is qui deberi ſibi cauit in Epiſtola decem,* l. 26. §. vlt. D. depoſiti. *Cauere lege in vendendo,* l. 19. D. quemad. ſeruit. amitt. Varro. lib. 5. de ling. Lat. *A quo Caueri poſtea lege cœptum, ab his qui prædia venderent.* Sic *venditor ab Emptore,* l. 6. D. de ſeru. export. & contra *Diligentius ſibi à venditore Cauere Emptor.* l. 44. §. vlt. D. de dam. inf. *Caueri non poteſt,* id eſt pacto effici, l. 4. D. comm. præd. Vnde omnes Stipulationes natura ſui *Cautionales* eſſe dixit Vlpian. quòd id agatur interpoſita Stipulatione, vt quis cautior & ſecurior ſit, l. 1. D. de ſtipul. prætor. Sic, *plus Cautionis eſſe in Re, quàm in Perſona,* l. 25. D. de diuerſ. reg. Et Cautio generaliter omnis ſcriptura appellatur, qua cui proſpicitur, ſiue obligationis, ſiue liberationis probandæ cauſa, emittatur, vt infrà demonſtrabimus.

Hinc & Iuriſconſulti *cauere* dicuntur, cùm clientibus ſuis & his à quibus cõſuluntur conſilium dant, & remedium monſtrant, ne in aliquos Captionum laqueos incidant. Cic. lib. 1. de legib. *Non enim id quæris quemadmodum Caueamus in iure, aut quid de quacumque Conſultatione Reſpondeamus,* Idémque *Cauendi in iure* verbum lib. 2. Officior. vſurpat. Sed & Epiſt. 6. lib. 7. Familiar. cum Trebatio. ita iocatur. *Tu qui ceteris Cauere didiciſti, in Britannia ne ab Eſſedario decipiaris, caueto.* Idem pro Murena, in illa eleganti Iuriſconſulti cum Imperatore comparatione. *Tu Caues ne tui conſultores: ille, ne Vrbes aut Caſtra Capiantur.* Idem lib. 3. Epiſt. 1. ad App. *L. Valerium Iuriſconſultum valde tibi commendo: ſed ita, etiamſi non eſt Iuriſconſultus. Melius enim ei Cauere volo, quàm ipſe alis ſolet.* In eodémque verbo ſcitè ludit Ouidius lib. 1. De arte amandi, cùm ait: *Illo ſæpe loco capitur Conſultus amore, Quíque aliis Cauit, non Cauet ille ſibi.* Hûc & Plaut. in Epidico alludens, *Hic,* ait, *poterit Cauere rectè, iura qui & leges tenet.* Inde Iuriſconſultus *Cautor Formularum* vocatur ab Antonio lib. 1. de Orato. Similíque modo cautionum nomen in iocum Cicero vertit. Sic enim Epiſt. 13. lib. 7. *Sed vt ego quoque aliquid de veſtris Cautionibus admoneam:* & longè vrbanius Epiſt. 18. *Itaque quando veſtræ Cautiones infirmæ ſunt, Græculam tibi miſi Cautionem chirographi mei.*

Cauere dicitur Debitor Creditori. Sic *cauere Pecuniam,* l. 3. §. in eum, D. de admin. rer. *Cauere chirographum in codice,* l. 5. §. quinimo, D. cõmoda. & *Cauere chirographo,* apud Suet. in Calig. cap. 12. *Si Pugillares mihi cõmodaſti vt debitor mihi caueret,* l. 17. §. ſicut, D. cõmoda. *Cauere Inſtrumẽto Daturũ ſe,* l. 49. D. ſol. matr. *Cum Septitius, literis ſuis, præſtaturum ſe cauerit, pecuniã & vſuras,* l. 134. §. idem reſpondit, D. de verb. oblig. Sic *Cauta Dos,* Rubr. de dote cau. & non numer. C. *Quantitas,* l. 5. C. de condict. ob turp. *Cautum Honorarium,* l. 1. §. ſi cui, D. de extraord. cognit. & *Cauta chirographa,* l. 88. D. de ſolutionib. Vnde *Cautos Nummos,* apud Horat. vetus interpres interpretatur, *Sub chirographo Datos.* Hinc *cautio,* ſcriptura qua ſe Debitor Creditori debere *cauet,* l. 40. D. de reb. credit. ſed & Epiſtulam emiſſam, *Cautionem appellat,* l. 74. D. de pec. cõſt. Vſurpatur in hac ſignificatione hoc vocabulum à B. Ambroſ. lib. 1. de Sacrament. cap. 11. & lib. de Nabuthe Iſraëlita cap. 13. & B. Auguſt. de Verbis Domini Sermo 31. Sic *cautio Deleta,* apud eundem Sermo. 48. & Homil. 40. Sed & quodlibet Inſtrumẽtum, *cautionem* Iuriſconſulti vocant. Ita *cautio creditæ Pecuniæ,* l. 40. D. de minor. l. 29. D. de oblig. & act. *Depoſitionis,* l. vlt. §. 1. D. vt legat. & fideic. *Dotalis,* l. vlt. §. filiæ, D. de leg. 2. *Emptionis,* l. 72. in fi. D. de caution. *Feneratitia,* l. 11. C. de pact. dotal. l. 35. C. de adm. tut. *Pollicitationis,* l. 9. §. ſed ex facto, D. quod met. cau. *Priuatorum,* l. 15. §. 1. D. ad L. Falcid. l. vlt. D. de ſuis & legitim.

Cautionem quaſi creditæ pecuniæ facere, l. 40. D. de minorib. *Cautionem Exponere,* pro chirographum conſcribere, Chirographo cauere, l. 25. §. vlt. D. de probationib. l. 8. C. de non num. pec. & *cautionem interponere,* eodem ſenſu, l. 2. C. eo. tit. Et *Emiſſa cautio,* l. 1. C. eod.

In *cautionem*

In *Cautionem conferre pecuniam* Dotalem *ſub titulo depoſiti*, l.27. D. depoſiti. *In Cautionem deducere debitum*, l.25. §. vlt. D. de probationib. l.2. C. de commun. rer. *In Cautione deductum*, l.95. §. vlt. D. ad L. Falcid. *Cautionem pignori dare*, l.20. D. de pignorib. *Reddere debitori*, l. 2. D. de pact. *Cautio Corrupta, Intercepta, Subrepta*, l.10. §. vlt. D. de edendo.

Similitérque *Cautiones*, pro Chirographis & Inſtrumentis dicuntur, l. 27. & l. 82. §. vlt. D. de furt. *Cautiones Debitorum*, l.12. §. Papinianus, D. de inſtruc. vel inſtr. l.64. D. de legat. 3. l.7. C. de hered. vel act. & apud Paul. lib. 3. Sent. Tit. 7. Sic *Extortas Cautiones*, accipe, in l. 6. D. de offic. procōſ. & *Cautiones Hereditarias*, l.5. D. famil. erciſc. *Cautiones omnes ex quocunque cōtractu*, l.47. §. vlt. D. de pact. *Cautionibus inſeri ſolet cōuentio*, l.15. §. quod dicitur, D. de pignor.

Nec Debitores tantùm, ſed & Creditores *Cauere* dicuntur deberi ſibi, vel ſe accepiſſe, l.5. §. vlt. l.89. & l.94. D. de ſolutionib. Vnde & *Cautio* eam ſcripturam ſignificat quæ ſolutionis probandæ cauſa debitori à Creditore datur. Sic *Cautiones ſoluti Vectigalis*, l.32. §. 1. D. de adminiſtr. & peric. *Soluta pecuniæ*, in l.2. C. de his qui accuſ. poſſ. pro Apocha. *Exoluti fideicommiſſi data ab hærede fideicommiſſariis*, l.15. D. de probat. quam ibidem *Emiſſam manum* vocat.

Cauere interdū Repromittere eſt. Ita *Cauere Stipulatione*, l.11. D. de religioſ. l.1. §. rectè, D. vſusfr. quemad. cau. *Cautum Stipulatione*, l.20. D. iudic. ſol. *Cautúmque* intelligitur ſola repromiſſione abſque Satiſdatione, vel Pignoribus. Sic *Cautum & Satiſdatum*, *Cautio & Satiſdatio*, ſeparantur, l.1. D. de ripa munien. l. penult. D. de hered. petit. l. 57. D. de rei vind. *Cautionis* quoque appellatione nuda Repromiſſio ſignificatur, l.3. C. de verbor. ſignificatio. *Nuda Cautio*, aduerſa fit Satiſdationi in l.2. §. ſed vtrum, D. de iudic. & *Cautionem*, nudam promiſſionem interpretatur, l.63. §. id quod facere, D. pro ſoc. Cui ſi iuriſiurandi religio acceſſerit, *Iuratoria Cautio* appellatur, l. vn. C. vt omnes iud. l. penult. C. de dignitatib. lib. 10. *Adiuratoria Cautio* vocatur in l. vlt. C. de princip. ag. in reb. & l. vlt. C. de priuileg. ſcholar. l. penult. C. de teſtib. l.12. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 11. l.1. §. ſuper peculio. C. de adſert. toll. id eſt, *Promiſſio cum Iureiurando*, §. ſed hodie, Inſtit. de ſatiſdationib. Græcè Ἐξωμοσία & Διωμοσία in Nouell. 53. Conſtantinus Hermen. lib. 1. Epit. Tit. 5. τὴν μεθ' ὅρκου παραίτησιν vocat.

Aliàs *Cauere*, ſatiſdare ſignificat, & id quidem per ſe, ſed cum adiectione. Et ita, *Cauere cum Satiſdatione*, l.11. D. de rei vindic. l.46. D. de procurat. l.2. C. de vſur. & fructib. & *per Satiſdationē*, l.4. D. rem pupill. l.1. §. iubet. D. de collat. bon. *Per Fideiuſſores*, l.25. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. *Reis & Pignoribus*, l.1. §. iubet, D. de collat. bon. l. vlt. §. ſi legatarius, D. quod legator. l.9. §. ſatisfactum, D. de pigner. act. *Satiſdato Cautum debet eſſe*, l.31. D. ad L. Falcid.

Enimuerò *Cautum* intelligitur, ſiue *Perſonis*, ſiue *Rebus*, l.188. §. vlt. D. de verb. ſignif. l.6. §. ſi damni, D. comm. diuid. Quod veteres *Prædibus & Prædiis Cauere*, Aſconio in 3. Verrin. teſte, dicebant. Liuius lib. 22. *Si quibus Argentum in præſentia deeſſet, dandam ex Ærario mutuam Pecuniam: Prædibúſque, ac Prædiis cauendū Populo.* *Caueri Damni infecti*, videlicet, *nomine*, l.1. D. quib. ex cauſ. in poſſ. *Cauere de Dolo & culpa*, l.25. D. ſol. matr. *De Euictione*, l.35. §. petitor, D. de rei vindic. *De Indemnitate*, l.31. D. ad Sc. Velleian. l.16. §. Idem quærit, D. ad Sc. Trebell. *De Rato*, l.6. §. actor, D. quod cuiuſc. vniuerſ. ſeu *de Rato habendo*, l.3. D. rat. rem hab. vel *De Ratihabitione*, l.4. D. eo. tit. *De Reficiendo Pariete*, l.7. D. ſi ſeruit. vind. *De Solido Soluendo*, l.2. D. de fideic. libert. *Rem Saluam fore pupillo*, l. 46. §. Paulus, D. rem pup. ſal. *Caueri de collatione*, l.20. §. videamus, D. de bonor. poſſ. cont. tab.

Idoneè cauere, l.35. §. Defendere, D. de procuratorib. l. 11. §. ſi heres, D. de legat. 3. *Idoneè cautum non eſt*, l.2. C. de magiſtr. conuen. & *Rectè Caueri*, l.1. §. Iubet, D. de collat. bonor. Planè in Conſtitutione D. Marci qua bona addici iubentur ei, qui idoneè creditoribus cauerit de ſolido cuique ſoluendo, l.2. D. de fideicomm. libert. & Inſtit. de eo cui libert. cauſa bona add. in prin. *Idoneè*, ait Vlpia. *eſt vtique Satiſdatò*, vel *Pignoribus datis*. Sed etſi ei promittenti fides habita ſit ſine ſatiſdatione, *Idoneè Cautum* videbitur, l.4. §. addici, D. de fideicomm. libert. Atque ita *Idoneam Cautionem* interpretabimur in l. 50. D. de manum. teſt. vt & in l.4. §.1. D. de adm. rer. ad ciuit. l.1. §. penul. D. quod legat. l.3. C. de magiſtr. conuen. Proinde ſi Mandato adiectum ſit, vt *Idonea cautio* à Debitore exigatur, non videbitur condicioni paritum, ſi neque Fideiuſſor, neque Pignora accepta ſint, l.59. §. vlt. D. mand. At *cautio* quæ propter L. Falcidiam interponitur, fideiuſſorum habet præſtationem, l. 3. §. 1. D. ſi cui plus quàm per L. Falcid. Prætoriæ quoque Cautionales Stipulationes, perſonas deſiderant pro ſe interuenientium, l.7. D. de ſtipul. prætor.

Cauere Simpli, quanti ea Res ſit, l.36. D. de donat. int. vir. *Duplam*, l.49. D. famil. erciſc. l.31. §. quia adſidua, D. de ædilic. edic. *In Triennium, & in longum Tempus*, l.10. D. de ſtipul. Prætor.

Cauere Seruo publico, l.18. D. de adoptionib. *Officio Iudicis*, l.16. D. de hered. petit. *Apud Officium, & Officio*, l.17. D. de in ius voc. *Cautionem*, l.6. D. rat. rem hab.

Cautum esse, l. 4. D. de prætor. stipulat. *Habere*, l. 53. §. 1. D. de act. emp. l. 18. §. si is, D. de dam. inf. l. 15. §. cùm quis, D. de precario, l. 14. D. quib. ex caus. in poss. l. 1. §. si heres, D. ad Sc. Trebell. l. 21. §. 1. D. de oper. nou. nunc. *Postulare*, l. 13. D. de dam. inf. *Promittitur*, l. 1. & l. 2. D. si quis cautionib.

Cautio damni infecti, l. 1. §. si quis purganti, D. de cloac. *De dolo*, l. 5. §. 1. D. de verb. oblig. *De Rato*, l. 33. §. vlt. D. de procuratorib. l. 20. D. rat. rem hab. siue *Ratihabitionis*, l. 1. C. de procuratorib. *De Soluendo interposita*, l. 11. D. de exceptionib. *Cautio Depositionis*, l. vlt. §. 1. D. vt legator. seu fideicomm. *Duplæ*, l. 72. D. de contrah. empt. *Indemnitatis*, quæ pro indemnitate præstatur, l. 32. §. 1. D. de negot. gest. *Iudicio sistendi causa*, l. 38. §. vlt. D. ad Leg. Iul. de adult. *Moratoria*, l. 5. §. vlt. D. de censib. *Muciana*, de qua lib. 11. dicam. *Solita*, l. 5. D. de hered. petit.

Enimuero *Cautionem*, in l. 6. D. de hered. pet. *Accipio Euicta hereditate Legata reddi*, vt apparet ex l. 17. D. eod. tit. Eandémque intelligit Paul. in l. 41. D. ad L. Falcid. cùm ait, *Si iam mota controuersia hereditatis, Legata sine Cautionibus det*, l. 41. D. ad Leg. Falcid. Vetus Glossarium, *Cautio de Euictione est præstita securitas emptori à venditore, vt si fortè per alium res empta euincatur, adeò venditor restituat æstimationem rei. Fideiussoria est, cùm interuenit fideiussor. Iuratoria est cùm quis iurat solemniter se adimpleturum quod promittit. Pignoratitia vel hypotecaria est cùm pignus tradit aut hypotheca supponitur.*

Cautionem Accipere, l. 5. D. de confirm. tut. l. 24. D. ad municip. *Cauere*, l. 6. D. rat. rem hab. *Dare*, l. vlt. D. de fideiussorib. *Exponere*, l. 43. §. vlt. D. de adminis. & peric. *Cautio Desiderari, Exigi, Offerri, Dari, Interponi, Præstari, Remitti*, dicitur. Item *Cautionis, Onus, & Vinculum*: quæ omnia vide suis locis.

Cauet Lex, Vlpian. Tit. 1. Regular. *Cauit Prætor*, l. 2. D. de coniungend. cum emancip.

Cauetur Constitutione, l. 67. §. si rem, D. de legat. 2. *Constitutionibus*, l. 15. §. eos, D. ad Sc. Turpill. l. 4. §. Labeo quoque, D. de doli mali & met. *Compluribus constitutionibus*, l. 14. §. vlt. D. de munerib. & honor. *Multis constitutionibus*, l. 50. D. de iudiciis, l. 7. §. constitutum, D. de interdict. & releg. *constitutionibus Principum*, l. 4. §. vlt. D. ad L. Iul. peculatus. *Constitutionibus Principalibus*, l. 17. D. de excusationib. l. 11. D. qui & à quib. l. 11. D. de exceptionib. l. 3. D. de colluf. deteg. l. 15. §. 1. D. de Lege Corn. de fals. l. 1. C. diuort. fact. l. 37. D. de iniuriis, l. 4. §. vlt. & l. vlt. §. Serui, D. de publican. *Cautum Constitutione*, l. 6. D. de munerib. & honor. *Constitutionibus*, l. 8. D. ad municipal. *Quæ principalibus constitutionibus Cauta sunt*, l. 5. §. licet, D. de iure immunit.

Cauetur Edicto, l. 1. D. in ius voc. l. 11. C. de collationib. *Cautum Edicto*, l. 2. D. de custod. & exhibit. *Epistula D. Traiani*, l. vlt. §. vlt. D. de abigeis.

Cauetur Lege, l. 25. D. de Sc. Sillan. & l. 16. §. ne quis, D. qui & à quib. l. 1. D. de L. Rod. l. 6. §. vlt. D. de L. Fabia, l. 1. D. de L. Pomp. de parricid. l. 3. in prin. & §. vlt. & l. 12. §. lege, D. de accusationib. l. 3. D. de præuaricat. l. 24. D. ad L. Iul. de adult. l. 8. D. ad L. Iul. de vi pub. l. 6. §. vlt. D. ad L. Iul. repetund. l. 1. D. ad L. Iul. pecul. l. 3. §. Lege, D. de Testib. l. 23. D. de ritu nupt. l. 3. §. Cùm in suo, D. de adq. rer. dom. l. 3. C. de suis & legit. *Legibus*, l. 2. D. de minorib. *Cauetur capite Legis*, l. 15. §. 1. l. 25. l. 27. §. vlt. D. ad L. Iul. de adulter. *Cauetur Lege Municipali*, l. 11. §. vlt. D. de munerib. & honor. *Lege Pagana*, apud Plin. lib. 28. cap. 2. *Aperte Lege Cauetur*, l. 5. D. ad L. Iul. de adult. *Nominatim*, l. 1. D. de offic. eius cui mand. *Cautum Lege*, Plin. lib. 16. cap. 5. *Cauta legibus*, l. 5. C. de temporib. in integr. & apud Quintil. lib. 5.

Cauetur Mandatis, l. 17. §. 1. & §. vlt. D. de pœnis, l. 4. §. 1. D. ad L. Iul. pecul. l. vlt. D. de requir. vel absent. l. 6. D. de extraordin. criminib. l. 10. D. de custod. & exhibit. l. vlt. §. sic autem, D. de bonis eor. *Mandatis principalibus Cauetur*, l. 35. D. ad L. Iul. peculat. l. 4. §. non fit locus, D. ad L. Iul. peculat. *Mandatis plenissimè Cautum est*, l. 15. D. de pœnis.

Cauetur Oratione, l. 9. D. ad Sc. Tertyll. l. 1. D. ne de statu defunct. l. 1. D. expil. hered. l. 16. D. de ritu nupt. *Rescripto*, l. 5. §. vlt. D. de iure patron. *Rescriptis*, l. 3. §. Multa, D. de iure fisc. l. 9. D. de diuers. temporalib. l. 1. §. cùm quis, & l. 9. D. de quæstionib. *Senatusconsulto*, l. 16. D. de offic. præsid. l. 1. D. de vsu & vsufruct. l. 32. D. de liber. cau. l. 3. §. vlt. D. de incend. ruina, l. 38. D. de iniuriis, l. 1. D. de adsignand. libert. l. 12. §. 1. D. de religios. *Cautum est Senatusconsulto*, l. 1. D. de colluf. detegen. l. 3. §. vlt. D. de accusationib. l. 10. D. de L. Cornel. de fals. Vlpianus Tit. 24. & 25. Regular. *Cauetur Sententiis Auctorum*, l. 4. §. Labeo quoque, D. de doli mali & met.

Cauere Testamento, l. 31. D. de adimend. legat. l. 37. §. Titia, l. 38. §. Iulius, D. de legat. 3. l. 38. §. vlt. D. de auro arg. l. 15. §. vlt. D. aliment. vel cibar. l. 1. §. 1. D. de reb. eor. l. 5. §. vlt. & l. 60. D. de manum. test. l. 18. D. de fideicomm. libert. l. 25. D. quando dies legat. l. 39.

D. de

D. de pignerat. act. l.18. §.idem quærit. D. famil. erciſc. l. 1. D. vbi pupill. educari, l. 123. D. de legat. 1. l.19. §.qui Marco, & l.21. §. Largius, D. de ann. legat. l. 42. §. præfectus, D. de adminiſt. & peric. Cic. lib. 2. de Finibus: *Idque Teſtamento cauebit is quaſi vobis oraculum ediderit.* Seneca lib. 3. Controuerſ. *cauit teſtamento vt ab heredibus crucifigeretur.* Vtitur & hoc genere loquendi Tertullianus in lib. de præſcript. aduerſ. hæreticos. *Verba quibus ita cauerat*, l.67. §. vlt. D. de legat. 2. *Cauere codicillis*, l. 14. D. de dote præleg. l. 12. D. de liberat. leg. l. 36. D. de condic. & dem. l. 78. §. Tres heredes, D. ad Sc. Trebell. l. 41. §. Codicillis & l. 69. §. 1. D. de legat. 3.

Cautela, & *Supremis Iudiciis*, l. 1. C. de collationib. pro Cautione legitur, in l. 15. §. vlt. D. de procurat. l. 14. D. depoſ. l. 21. D. de iudic. l. 6. D. de pign. act. quod tamen verbum Triboniani magis quàm Iuriſcõſultorum phraſim ſapit: & vereor ne ab illo ſecundum ius poteſtatis ſuæ, eæ quibus, id verbum comprehenditur, clauſulæ ſint inſertæ. Sic enim ille loquitur, vt apparet ex §. ſi verò aliqua, Inſtit. de ſatiſdationib. *Cautelam exponere*, l. vlt. §. 1. C. de adminiſtrat. tutor. l. 2. C. de conueniend. fiſ. debit. lib. 10. §. ſinautem per procuratorem, Inſtit. de ſatiſdat. l. vlt. C. de legat.

CAVILLARI verba, l. 2. §. tractari, D. ad Sc. Tertyll. *Cauillatio*, quam Græci σόφισμα vocant, l. D. de verbor. ſignif. Galenus περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας lib. 2. λόγῳ ἀδυναγῶν διαγνῶναί τε καὶ διακρίναι τοὺς ψευδεῖς ἀπὸ τῶν ἀληθῶν. ἐναργὲς δὲ τοῦτο τεκμήριον ὅτι τὰ καλούμενα Σοφίσματα, λόγοι πυκνὸς ὄντες ψευδῶν εἰς ὁμοιότητα τῶν ἀληθῶν πεπανουργημένοι.

CAVPONES in Tit. Nautæ Caupo. ſtabul. accipiuntur, qui Cauponam exercent, Inſtitoréſque eorum, l. 1. §. caupones, D. nautæ, Caupo. *Caupona*, *Negotiationis nomen eſt*, ait l. 13. D. de inſtr. vel inſtr. Vnde *Cauponam exercere*, l. 43. §. ſi qua, D. de ritu nupt. *Cauponam*, autem dictam à copiis, quod illic & ad victum neceſſaria parentur, diſtrahantúrque, Feſtus lib. 3. tradit. *Cauponæ Domina, vel Miniſtra*, l. 1. ad L. Iul. de adulter. in C. Th.

Cauponia Taberna, l. 13. D. de inſtr. vel inſtr. l. 43. in prin. D. de ritu nupt. *Cauponiæ Artes*, apud Iuſtin. lib. 1.

Cauponium Inſtrumentum, d. l. 43. §. Lenocinium, l. 15. & l. 17. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtr. Paul. lib. 3. Sent. Tit. 7.

CAVSA verbum eſt πολυσήμον. Primum enim Negotium ſignificat, & quamlibet Obligationum originem, l. 11. D. de verb. ſignif. l. 9. D. de reb. cred. l. 9. §. pupillus, D. de auct. & conſ. l. 15. D. de acceptilat. l. 1. D. de obligat. & act. §. vnde in his cauſis, Inſtit. de auct. tut.

Cauſa etiam Litem ſignificat. Ita *cauſa cadere*, litem perdere eſt, l. 27. D. de pignorib. & vt Iuſtinian. interpretatur, *Rem amittere*, §. ſi quis agens, Inſtit. de actionib. Paul. lib. 1. Sent. Tit. 10. Et ſic, *Cadere cauſa à debitore, Creditor* dicitur, qui aduerſus eum expertus, ſuccubuit, l. 95. §. penult. D. de ſolutio. *Cauſam perdere*, l. 63. D. de euictionib. *Cauſa iureiurando deciſa*, l. 1. C. de reb. credit. *Cauſas vel lites tranſactionibus finitas*, l. 9. C. de tranſactionib. Vnde & Cauſidicorum nomen. *Cauſa Præſens*, l. 3. §. vlt. D. de his quæ in teſt. delent.

Cauſa porrò dicitur *Deferri* Patrono. Cicer. Orat. pro Cluent. *Vt hæc ad me Cauſa delata eſt.* Patronus verò, *Cauſam Suſcipere, Recipere, Agere, Defendere, Dicere, Orare, Perorare*, dicitur. Is verò cuius res eſt, *Tenere, Obtinere*. Cornel. Fronto de different. vocum, *Cauſa eſt, de qua agitur: Patrocinium quod accommodatur. Cauſa* autem vel *Bona*, vel *Mala*, *Propria*, vel *Aliena*, dicitur.

Cauſam dicere Reus ex vinculis, l. 25. §. 1. D. ad L. Cornel. de ſicar. & apud Cæſarem lib. 1. Commentar. de bello Gallico.

Cauſam & *Rem*, pro eodem plerumque Iuriſconſulti vſurpant: vt in l. 5. §. *ſed ſi nulla cauſa ſubſit*, D. de pact. id eſt, ſi *Res* non ſubſit. Et in Tit. de condict. cau. dat. *Ob Cauſam*, & *Ob Rem datum*, promiſcuè dicitur. Præterea, *Cauſa*, condicionem, & ius cuiuſque rei ſignificat, l. 2. §. 1. D. de ſtatulib. l. 18. §. ſi fundus, D. de pignerat. act. & l. 25. §. ſi fundus, D. de ſeruit. ruſtic. Sic *cum ſua cauſa Res transferri* dicitur, id eſt cum ſuo onere, vel quo iure, quaque condicione eſt, l. 67. D. de contr. empt. l. 12. C. de diſtract. pign. l. vn. C. rem alienam gerentib. *Cum ſua Cauſa Dominium transfert*, l. 65. D. de contr. empt. *Cum ſua Cauſa tranſit fundus*, l. 1. §. ſi fundus, D. de pign. action. *Cum ſua cauſa bona vindicare*, l. 17. §. ex facto, D. ad Sc. Trebell. *Cum ſua Cauſa, ſuiſque vitiis*, l. 13. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ. l. 1. §. qui autem, D. de vi & vi arm.

Eodémque modo *Cum ſua Cauſa Alienari Seruus*, l. 36. D. de ſtatulib. l. 24. §. quoties, D. de fideicomm. libert. *Legari*, l. 45. §. vlt. D. de fideicomm. libert. Et quod in l. 8. §. illud, D. de fideiuſſorib. dicitur in *Duriorem cauſam*, & in l. 34. D. eo. tit. *In Deteriorem Cauſam*, hoc in eadem l. 8. §. ſi quis ſtichum, & in l. 49. §. vlt. D. de fideiuſſorib. dicitur in *Duriorem condicionem*.

In pari causa, l. 128. D. de diuers. reg. *Melior est causa possidentis*, id est condicio, l. 126. D. eo. tit. Sic & *Deterior causa*, l. 87. D. eo. tit. id est condicio, vt l. 86. l. 133. & l. 134. D. eo. tit. & *Durior causa*, l. 3. D. de solutionib. *Eadem causa esse debet emptoris*, l. 156. §. plerumque, D. de diuers. reg.

In eadem causa sistit seruum, qui ad experiendum ius Actoris non facit deterius, l. 7. D. si ex nox. causa ag. quique ita sistit, vt persecutio Actori deteriori loco futura non sit, quamuis forte exactio possit esse difficilior, l. 11. D. si quis cautionib. Sic *In eadem causa sistere Ancillam* l. 83. §. vlt. D. de verb. oblig. Ita deiectum ab vsufructu, *In eandem Causam restitui à Prætore*, Vlpian. interpretatur, in qua Causa futurus esset: si deiectus non esset, vt si tempore finitus sit, iterum constituatur, l. 9. D. de vi & vi arm. ex qua interpretationem accipit, l. 3. §. vlt. D. eod. tit. *Ad eandem causam pertinebit*, l. 27. §. 1. D. de fideiussorib.

In ea causa esse, vel *non*, l. 57. §. vlt. D. de administr. & peric. l. 5. §. vlt. D. de auct. & conf. tut. l. 3. §. vlt. D. de suspect. tutor. l. 20. D. de oper. no. nunt. l. 1. §. si quis ita, D. de verb. oblig. l. 5. D. pro derelicto, l. 7. §. qui bona, D. pro empto. l. 5. D. de cur. fur. l. 6. §. eius qui, D. de iniusto rup. l. 3. §. si quis, D. de bon. liber. l. 1. §. si ex tribus, l. 8. §. in adoptionem, D. de bon. poss. cont. tab. l. 28. §. si quis, D. de fideic. libert. l. 14. D. de liber. cau. l. 6. D. de munerib. l. 1. D. si à paren. *In eadem causa esse*, l. 9. §. istę, D. de pœnis, l. 3. D. ad L. Iul. de vi pub. l. vlt. §. 1. D. de bon. eor. l. 5. §. si eum, D. de doli mali. *In eadem causa haberi*, l. 4. D. ad L. Falcid. *Manere*, l. 13. D. si quid in fraud. patr. l. 77. §. dulcissimis, D. de leg. 2. *Permanere*, l. 10. C. de distract. pignor. *In causa Hereditaria manere*, l. 5. §. qui in possessione, D. vt in poss. legat. *In causa Fideicommissi deprehendi*, l. 3. §. nonnunquam, D. de vsur. & *Esse*, l. 12. D. de iniust. rup. *In causam Fideicommissi & Codicillorum vim prioris Testamenti conuersisse*, l. 19. D. de test. milit.

Ex causa Fideicommissi Deberi, l. 41. §. felicissimo, D. de legat. 3. *Restituere*, l. 59. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Nihil in causa est quare*, l. 108. D. de verb. oblig.

Alia causa est, l. 12. D. de solutionib. l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. l. 29. l. 47. D. de adquir. poss. l. 22. §. si heres, D. ad Sc. Trebell. l. vlt. D. solut. matrim. l. 29. D. de nouationib. *Alia causa habita*, l. 5. D. de diuers. reg. Et *Diuersa causa est*, l. 8. C. de his quæ vt indignis.

In omnem Causam acceptus fideiussor, l. 56. §. si nummos. D. de fideiussorib. *In omnem Causam conductionis se Obligare Fideiussor*, l. 54. D. locati, *In totam causam Spondere*, l. 91. §. nunc videamus, D. de verb. oblig. *In omnem causam Empti fidem adstringere*, l. 5. C. de pact. int. empt. *Alibi, in omnem Condicionem*, l. 68. §. 1. D. de fideiussorib.

Causa, pro titulo dominij, l. 11. §. eandem, D. de except. rei iud. *Causam Dominij præstare*, l. 46. D. de adquir. poss. *Ex pluribus causis deberi potest: Dominium non nisi ex vna Causa contingere*, l. 3. §. ex plurimis, D. eo. tit. *Non vt, ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis, idem possit nostrum esse*, l. 159. D. de diuers. regul.

Causam Mortis præbere, l. 15. D. ad L. Corn. de sicar. l. 51. D. ad L. Aquil. *Causam discidij præstare*, l. 1. §. vlt. D. ad L. Iul. de adulter. & *Repudij*, l. 6. D. de diuort.

Quod dicitur, *Seruitutes omnes causas habere perpetuas debere*, l. 28. D. de seruit. vrb. hunc sensum habet, Ita constitutas Seruitutes esse debere, vt his continenter vti liceat. Ideóque, verbi gratia, perennem esse oportere eam Aquã cuius ductus ceditur, l. 1. §. loquitur, D. de aqua cottid. l. vnic. §. hoc interdictum, D. de fonte. Insciтè enim faciunt qui illam sententiam ad vsum Seruitutium referunt, qui perpetuus esse nequit, & intermissionẽ necessariò desiderat.

Causæ, non Personæ Beneficium tribuitur, l. 29. D. de re iudicata, *Succurritur*, l. 42. D. de administr. & peric. tut. *Priuilegia quædam Causæ sunt, quædam Personæ*, l. 196. D. de diuers. regul.

Interdum *Causæ* nomen vacat, & nudæ elegantiæ causa aliis vocibus adiungitur. Sic *Causam Bonorum, Dotis, Emptionis, Facti, Pignoris, Possessionis*, pro ipsis Bonis, pro ipsa Dote, pro ipsa Emptione, pro ipso Facto, Pignore, Possessione Iuris auctores dicunt. Ita *Causa Bonorum* accipienda est, l. 68. D. de legat. 2. in l. 1. §. plenius, D. si quis test. lib. l. 70. D. de leg. 2. & l. 52. §. vlt. D. de verb. oblig. Vbi tamen *Causa Bonorum*, vtilitatem significat, id est, vt habere liceat. *Causa condictionis*, l. 96. §. vlt. D. de solutionib. *Dotis*, l. 1. D. sol. matr. l. 1. D. de iure dot. *Edicti*, l. 5. D. vnde liberi. *Emptionis*, l. 4. §. ideò, D. de Sc. Macedon. *Facti*, l. 12. D. ex quib. caus. maior. l. 10. D. de tutor. dat. *Fideicommissi*, l. 3. §. Nonnunquam, D. de vsur. *Fundi*, l. 30. §. si fundum, D. de legat. 3. *Iudicati*, l. 5. D. quando ex facto. *Iudicij*, l. 8. D. de alienat. iudic. *Iuris ac voluntatis*, l. 77. §. fidei, D. de legat. 2. *Iuris Honorarij*, l. 95. §. quod vulgò, D. de solutionib. *Legati*, l. 91. §. duobus, D. de legat. 1. *Naturalium obligationum*, l. 40. D. ad Sc. Trebell. *Nouationis*, l. 4. in fi. D. de vsuris. *Obligationis*, l. 20. D. de donat. inter vir. l. 40. D. ad Sc. Trebell. l. 28. D. de diuers. reg. *Ordinis*, l. 23. §. vlt. D. de appellationib. *Pecuniæ*, l. 26. §. vlt. D. depositi. *Pignoris*, l. 65. D. de euictionib. l. 4. C. eo. tit. l. 5. C. qui potior.

l. 4. §.

l.4. §. vlt.D. in quib.cauſ. pign. l.6.& l.13. D.qui potior. l.4.§. cùm prædium, D.de pignorib. l.18.§. ſi fundus, D.de pignor. l.4. D.de ſeparat. *Poſſeßionis*, l.1. C. per quas perſ. l.4.C. de euictionib. *Proprietatis*, l. 30. §. tribus, D. de adq. rer. dom. *Redhibitionis*, l. 61. §. 1. D. de furt. *Seminis*, l.12.§.1.D.de inſtr. vel inſtrum. *Solutionis*, l.21.D.de rei vindicat. l. 17.§. de eo, D.ad L. Iul.de adult. l.6.C.de donat.int. vir. *Teſtamenti*, l.2.§.1. D.de vulg.& pupill. l.30. §.1. D.de adminiſt. & peric. Rubr.ſi quis omiſſa cau. teſt. l.1. §. hoc interdictum, D.de tab. exhib. *Vſusfructus*, l.10. D.vſusfruct.quemadm.cau.

Cauſa quoque pro omni commodo, vtilitatéque quæ ex re percipi poteſt, accipitur. Tit. de Vſur. & fructib. & omni Cauſa. Gaius in l.20.D. de rei vindicatio. *Nec enim ſufficit Corpus ipſum reſtitui, ſed opus eſt, vt & Cauſa rei reſtituatur, id eſt, vt omne habeat Petitor, quod habiturus eſſet, ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur, reſtitutus illi* Homo *fuiſſet*. Paulus in l.31.D.de reb. cred. *Vt poſt iudicium acceptum Cauſa omnis reſtituenda ſit, id eſt, omne quod habiturus eſſet Actor, ſi litis conteſtandæ tempore ſolutus fuiſſet*. Proinde à Fructibus, & Vſuris, *Cauſa* ſeparatur, & Partum, ac Partus Partuum, & Fœtum Secundum & omnes extrinſecus accedentes vtilitates complectitur. l.2. l. 3. §. in his, l.8. & l.38. §. ſi actionem, cum ſeq. D.de vſur. l. 9.§. quia tamen, D. ad exhib. l. 1. §. hanc actionem, D. depoſ. l. 35. l. vlt. §. vlt. D. de verbor. ſignific. l.12. D.quod met. cau. l.4. C.vnde vi, §. ſi ad exhibendum, Inſtit.de offic.iud.

Cauſa omnis reſtituenda eſt, l.5.§.fructuario, D. ſi vſusfruct. pet. l. 31. D. de reb. credit. *Cum omni cauſa reſtituere*, l.6.C.de adq. & retin.poſſeſſ. *Omnem Cauſam venire in iudicium*, l. 8. §. ſi ſeruitute, D.de precario. *Non ſolum Fructus, ſed etiam omnem Cauſam præſtandam*, l. 17. §. 1. D. de rei vind.

Cauſam, condicionem, Demonſtrationem, ipſa verborum cõceptio diſtinguit, l.12. l.17.§. quod autem, D.de condic.& demonſtrat. l.75.§.1. D.de legat.1. l.2.§. vlt. D. de donationib.

Cauſæ Obligationum, id eſt formæ, ſeu ſpecies, l.44.D.de obligat. & act. Sic & *in Executione Obligationis quattuor Cauſas eſſe*, ait Paul. in l.85. D.de verb.oblig. & *Cauſa plus petere*, §. plus autem, Inſtit. de action. *Ex Cauſa æſtimantur priuilegia, id eſt ex titulo debiti*, l.32.D.de reb. auct. iud. *In Cauſa ius eſſe poſitum*, id eſt in facto, l.52.§. in cliuo, D.ad L. Aquil. *De alterius Cauſa & facto non ſcire*, l.3.D.de iuris & fact. ignoran.

Cauſa, vti in Rhetorum præceptis accipienda ſit, vide apud Quintilian. lib. 3. cap.5. Quas poſtea *Controuerſias* Rhetores appellarunt, eas Ciceronis temporibus *Cauſas* vocatas tradit Seneca in prefatio. lib. 1. Controuerſiar.

Eius Cauſa, id eſt gratia, ſeu fauore, l. 40. D. de condict. indeb. *Ex Magna cauſa*, l. 4. D. de iure delib. l.5. D.de minorib. *Cauſa Audita, Cognita*, & contrà, *Inaudita*, vide ſuis locis.

Cauſari, id eſt Cauſam prætendere, ſeu allegatione cauſæ ſe excuſare, l.3.D. depoſiti, l.11. §. proinde, D. de legat.3. l.1. §. præterea, D.de ſeparationib. l.34. §. 1. D. de ſtatuliber. l.13. D. ad Sc. Trebell. l. 50. §. 1. D. de legat. 1. l. 24. §. proinde, D. de fideicomm. libert. *Cauſari Tempeſtatem, vel Vim Fluminis*, l.21. §. ſi quis tamen, D. ſi quis caut. Sic *Cauſatus Aues*, apud Tibull. Eleg. 3. lib. 1. Planè Non. Marc. *Cauſſari*, *cauſam Dicere vel Defendere* interpretatur.

Cauſatio, l.12. de ſuſc. præp. & arc. in Cod. Theod. l. 2. de ſponſalib. l. 24. de Nauicular. l. 2. de Naufragiis in eod. Cod. Nou. Theod. & Val. de Preſcript. 30. ann. Nou. vn. de Epiſc. i id. Nou. vn. de ſuar. boar.

CAVSARIA *Miſſio*, quæ propter valetudinem laboribus militiæ ſoluit, l. 3. §. Miſſionum, D. de his qui not. infa. l.4.& l.26. D. de teſt. milit. l.1. C. de excuſat. veteran. vel, vt Macer definit, *cauſaria Miſſio eſt, cùm quis vitio animi vel Corporis minus idoneus Militiæ renuntiatur*, l.13.§. miſſionum, D. de re milit. Vnde *cauſarij Milites*, apud Liuium lib.7.& apud Spartian. in Hadria. Valetudinis ſcilicet cauſa, miſſi, aut, vt veteres loquebantur, *quibus morbus cauſa eſt*, vt apud Cicero. lib. 2. Rhetor. ad Herenn. & apud Liuium ſæpe. In hoc verbo mendumeſt apud Apuleium lib. 4. Nam vbi paſſim, *Examinatum ac debilem mereri cauſæ remiſſionem*, emendo *Cauſariam Miſſionem*. Sic *Cauſaria Miſſi milites*, l.6.& l.8.C.de re milit.

CAVSIDICVS, l.6.C.de poſtulan. Nou. Valent. & Marc. de confirmand. his quæ adm. Cauſarum actorem, ſeu Aduocatum ſignificat, ſeu qui *Cauſas in foro dicit*, vt loquitur Gaius in l.1. D. de orig.iur. Auctor lib. de cauſis corrup. eloquent. *Horum autem temporum diſerti*, ait, *Cauſidici, & Aduocati & Patroni, & quiduis potius quàm Oratores vocantur*. Quod vocabulum iam Ciceronis ætate in vſu fuiſſe, ex lib. 1. de Orato. patet. Eóque vtuntur Seneca in Ἀποκολοκυντώσει, & Iuuenal. Sat. 7. Apul. Apolog. 1. *Qui ſcis facta in iudicium vocari, & ideo Cauſidicos appellari, quòd cauſas agant*. Inde *cauſidicina* in l.30. de Cohor. prin. corn. in Cod.

Theod. Ammian. Marcell. lib. 30. & Symmach. Epist. 73. lib. 5.

CAVTERIA, l. 17. D. de instr. vel instrum. leg. inter Pictorum instrumenta numerantur. Ea sunt quibus in Encaustica pictura ad colores ceris inurendos vtebantur. Plinius lib. 35. cap. 11. *Ceris pingere ac picturam inurere quis primus excogitauerit, non constat. Quidam Aristidis inuentum putant, postea consummatam à Praxitele. Sed aliquanto vetustiores Encausticæ picturæ extitere.* Scitè lusit Martial. lib. 1. Epigr. 127. de Phaethonte hoc genere Encaustices pictore, quem, hac modo, δι' τυρου factum ait.

CEDERE *Actione*, id est Actionem mandare, & præstare, l. 15. D. de legat. 2. l. 14. D. quæ in fraud. credit. l. 53. §. qui alienis, D. de furtis, l. 15. D. ad L. Aquil. l. 7. D. de condict. caus. dat. l. 2. D. de tut. & rat. l. 8. D. de legat. 3. l. 63. D. de rei vind. *Actionibus*, l. 14. §. æstimatio, D. de seruo. corrup. l. 3. §. idem Labeo, D. de in rem vers. l. 27. §. 1. D. de minorib. l. 95. §. si mandati, D. de solutionib. l. 70. D. de legat. 2. l. 21. D. de rei vind. l. 45. D. mand. l. 12. D. de re iud. Sic & *cedere Interdicto*, l. 16. §. Iulianus, D. de hered. petit.

Cedere Bonis, l. 17. D. de recept. qui arbitr. l. 11. C. ex quib. caus. infam. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. & l. 8. D. de cess. bonor. & Rubr. Cod. qui bon. ex Lege Iulia. Sueton. in Nero. cap. 37. *Quamuis sæpe commeatum petenti, boníque cedenti*. Vtuntur & hoc verbo, Ouid. Epist. Deianiræ ad Herc. & Iuuenal. Sat. 11. Vetus Glossarium, *Cedere bonis est ab vniuersitate rerum suarum recedere. Cedi autem Bonis non tãtum in iure sed & extra ius potest*, l. vlt. D. de cessio. bon. HINC *cessio Bonorum*, Rubr. de Cessio. bonor. D. *cedere Bonis suis Cognato Donationis causa*, l. 42. D. de mort. cau. donat.

Cedere Foro, l. 7. §. quotiens, D. depos. vt & apud Iuuenalem Sat. 3. quod vulgò *Bancam* ruptam facere dicunt. Hoc inde fluxit, quod in foro positæ erant Argentariorum & nummulariorum Tabernæ, vt docui lib. 2. Select. Antiquit.

Cedere Hypotheca, l. 5. C. de pact. pignor. id est, *Decedere*, vt Cic. Epist. 17. lib. 13. Familiar. *Cedere Ædibus*, l. 13. §. si quis, D. de dam. inf. *Loco*, & *Fundo*, l. 7. D. de aq. & aq. pluu. *Parte*, l. 8. D. si pars hered. pet. l. 8. D. de noxalib. *Pignoribus*, l. 1. D. de pignorib. *Portione*, l. 11. §. cùm esset, D. de legat. 3. *Possessione*, l. 16. D. de dam. inf. l. 4. §. Pedius, D. de alienat. iudic. l. 33. §. si mihi, D. de vsurpationib. Paul. lib. 5. Sent. Tit. 6. l. 9. C. de transactionib. *Rebus Peculiaribus*, l. 9. D. comm. diuid. *Tutela, in iure*, Vlpian. Tit. 11. Regular.

Cedere Vsufructu, l. 17. §. vlt. D. de noxalib. id est *Derelinquere Vsumfructum*, vt ait, l. 64. D. de vsufr. quod vulgo *Deguerpire* dicimus.

Cedere, id est transferre. Sic *cedere Possessionem*, l. 1. §. per procuratorem, D. de adquir. poss. *Seruitutem*, l. 39. D. de seruit. vrb. præd.

Cedi autem Incorporales Res, & Iura, dicuntur, eodem modo quo res Corporales Tradi. Seruius in lib. 3. Æneid. ad hæc verba, *Iterum cessisse marito*, *cessisse*, ait, *verbum de Iure est, Cedi enim Hereditas dicitur*. Sic *Cedere Actum*, *Aquæductum*, *Iter*, *Viam*, l. 15. D. Commun. præd. l. 14. D. de seruit. pręd. rusticorum. *Vsumfructum*, l. 23. D. de liber. cau. l. 3. §. vlt. D. de legat. 3. *Cedere, Ire, Agere*, l. 20. §. 1. D. de seruit. prędi. vrb. *Ius Eundi, Agendi*, l. 10. D. de euictionib. *Ius ei esse Aquam Immittere*, l. 2. §. vlt. D. de aqua & aqua pluu. *Ius ei esse Terram Iacere*, l. 3. D. de seruit. præd. rustic. *vt Quærere liceat*, l. 10. D. de seruit. rustic. præd.

Cedi Iter, l. 5. §. vlt. D. de seruit. præd. rustic. *Ius esse Eundi, Agendi*, l. 11. D. de seruitut. præd rustic. *Cessus in Iure Seruus*, Vlpian. Tit. 11. Regular.

Cessa Aquæ seruitus, l. 17. D. de aqua & aquæ pluu.

Cessæ Actiones, l. 39. D. de fideiussorib. l. 76. D. de solutionib. *cesso iure vti*, l. 11. D. de seruit. præd. rustic. Hinc *cessio Aquæ*, l. 9. & l. 17. D. de aq. & aq. pluu. *Actionum*, l. 76. D. de solutionib. *Itineris Aquæ*, l. 22. D. de seruit. rust. *Iuris*, l. 11. D. de seruit. præd. rust. *Nominum*, l. 30. D. de hered. petit. *cessio in iure*, Cicero. Topic. Vlpian. Tit. 19. Regular. *In iure quoque cessio*, ait, *communis Alienatio est, & Mancipi rerum, & nec Mancipi: quæ fit per tres personas in iure cedentes, vindicantes, addicentes*. Quod plenius Boëth. in Top. Cic. explicans, Cessionis solemnitatem ex Gaio refert, quam nos lib. 5. Formular. descripsimus.

Cessicia Tutela olim dicebatur, quæ in iure cessa erat. *cessicus Tutor*, is cui in iure ea cessa erat, vt Vlpia. Tit. 11. Regular. scribit.

Aliàs *cedere*, vt Nonius notat, *abire superatum, & locum victori dare significat*. Ita *cedere & vltra contendere*, opponuntur l. 1. D. de edendo.

Interdum *cedere*, contineri significat. Sic *cedere Penui, & contineri Penu*, pro eodem promiscuè ponuntur, l. 3. §. 1. & §. seq. D. de penu leg. *Cedere Instrumento*, l. 2. §. eodem, l. 18. §. cui fundum, D. de instr. vel instrum. leg. Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 2.

Cedere Legato, l.13. & l.vlt.D.de ſuppellect. leg.10.l.102. D.de leg. 2.l. 48. l. 82. & l. 85. D.de legat. 1. l.12.§.Neratius, l.16.& l.18. §. quidam, l.20.§. prædia,& §.idem quæſiit, D.de inſtr.vel inſtr.l.6.§.ſicut,& l.12.l.2. & l.4.§.vlt. D.de penu. legat. Paul.lib.3.Sentent.Tit.7. §. ſi quis ancillas, §. Ædibus, & §. ſi quis peculium, Inſtit. de legat.*Cedere Peculio*,l.1.C.de caſtren. pecul.*Veſti Tapeta*, l.25. §. Tapeta, D.de auro arg.

Cedere Venditioni horreorum, l.76. D.de contrah.empt.

Cedere in Fructum, l.7.§.ſi fundus,D. ſol.matr.,*In Modum Agri*, l.51. D.de action. emp. *In Numerum*,l.6.§.vlt.D. ad L.Iul.de adulter.

Cedit pro pacto, l. 35. §. 1. D. de iureiur. *Pro Petitione*, l. 2. D. de naut. fœn. *Pro Solutione*, l. 95. §. 1. D. de ſolutionib.

Cædere Loco Prædæ, l.20. §. 1. D. de captiuis & poſtl. *Loco Solutionis*, l. 27. D. de iureiur. & *in Locum Solutionis*,l.28.§.1.D.de iureiur.

Cedere commodo, l. 17. C. de legat. 2. *Lucro*, l. 17. D. de fundo dot. l. 35. D. de rei vindic. l. 42.D.de vſucap.l.74. D.de ſolutionib.Paul.lib.2.Sent.Tit.23.*Vſuris*,l.102.§. 1. D.de ſolutionib.& *in Vicem vſurarum*,l.1.§.quæri,D. vt in poſſ. legat. *Ceſſiſſe ad vtilitatem pecunia*, l. 26. C. de præd. minor.

Cedere ſolo Ædificium, l.11 C.de rei vindicat. l.5. C. de ædific. priuat. *Omne quod inædificatur*, l. 7. §.cum in ſuo, D. de adquir. rer. do. §. quod in ſuo, Inſtit. de diuiſio rer. *Solo cedere Solent ea quæ inædificantur aut inſeruntur*, §. litteræ, Inſtitutionib. eod. tit. *Frumenta quæ ſata ſunt, Solo cedere intelliguntur*, l.9.D. de adquir.rer. do. §. adeo autem, Inſtit. de diuiſio. rer. *Semper Superficies ſolo cedit*,l.3.§. Labeo, D. vti poſſidet. *Literæ, Chartis, Membraniſque Cedunt: At Tabula, Picturæ cedit*, d.l.9.§.1.& §.ſed non,vt §.litteræ,Inſtit. de diuiſio.rer.

Cedere Diem ſignificat incipere deberi pecuniam: Aliúdque eſt *ceſſiſſe*, aliud *Veniſſe Diem*. *Venit Dies*, cùm peti poteſt: *ceſsit*, cùm obligatio nata eſt , licet exactio in diem differatur, l. 217. D.de verb. ſignific.Sic,*cedere Dies*, *fideiuſſoribus*,l.13.D.iudic. ſol.*Dies ſoluendæ Pecuniæ*, l.27.D.qui & à quib.*Vſurarum*,l.58.§.qui poſt, D. ad Sc.Treb.

Cedere Dies Legatorum, dicitur, ex quo ea debentur, & ad heredem tranſmittuntur. Tit. quãdo dies leg. ced.l.25.&l.68.D.de leg.1. Hoc Theophil.in §.ſi peculium, Inſtit.de legat. ita explicat, προχωρῇ δὲ τὰ λήγατα ἐπὶ δαὶ κατενεχθῆ εἰς ἡμᾶς . καταφορὰ δὲ ἐστιν ἡ τῆς ἀγωγῆς ἅρμοσις. Αρμόζῃ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν πύρων à morte Teſtatoris, ἐπὶ δὲ τῶν αἱρετικῶν μετὰ τὴν ἔκβασιν τῆς αἱρέσεως. *Cedere ſemel*,ſeu *ſimul*, vel *per tempora vſusfructus*,l.1.D.quãdo dies vſusfr. leg. Hinc *ceſſio Diei*,l.7. D.quando dies legator.

Cedere Operæ incipiunt poſtquam fuerint indictæ, l. 13. §. iudicium, & l.34. D. de oper. libert. Sic *cedere Dies Operarum*,l.23. §.vlt. D. eod. tit. Quod de Operis Libertorum accipiendum eſt. Alia enim cauſa eſt Operarum quas quis ſtipulatus eſt: quæ ex die interpoſitæ ſtipulationis cedunt,l.24.D. eod.tit.

Cedere etiam *Tempora* dicuntur, id eſt, currere & computari, l.2.§.in bonorum, D. quis ordo in bon. poſſ. l. 1. D. de iur. & fac. ignor. l. 8. D.de his qui notantur infam. l. 1. D. de bon. poſſ. fur. l. 10. §.vlt. D.ad Sc. Turpill.l.4.& l.15. §.ſi negauerint,D.ad L.Iul.de adult. l. 1. D. de libert. vniuerſit. l. 5. C. qui admitti. *Tempus quod poſt mortem ceſsit*, l. 1. D. de operib. publ.

Cedere Annum & numerari, pro eodem in l. 6. D. de Calumniatorib. Sic *Cedere Annus*, l. 15. §. hoc interdictum, D. quod vi aut clam. l.27. D.de minorib. l. 28.§.ſi cùm, D. ex quib. cauſ. *Dies repetendi rei*, l. 10. §. triginta, D.ad Sc. Turpill. *Dies Vacationis*, l. 4. D. de vacat. & excuſ. *Quinquaginta Dies Tutoribus*,l.45.D.de excuſationib.

Ceſsim ire, pro retro l. 52. §. in cliuo, D. ad Leg. Aquil. Iuſtinus lib. 2. *Vos commiſſo prælio, ite ceſsim, inhibete remos.*

CELARE, id eſt reticere, ſic, *celare conditionem*, l.10.§. patronum, D.de in ius voc. *celare deberi ſeruitutes*, l. 1. §. 1. D. de act. empti ſic & *Celare Aduerſarium*, l. 3. §. vlt. D. quod vi aut clam.*Celata Veritate*, l. vlt.de murileg.in C.Th.

Celare ſe, l.6. D.de adquir. poſſ. *Si Arbiter ſeſe Celare tentauerit*, l. 38.§. Si arbiter, D. de recept. qui arbitr. *Fugitiuus ſe à Domino Celare*, l. 17. D. de ædilic. edict. l. 10. D. de liber. cau. *Hereditatem reſtituere iuſſus dolo malo ſeſe contumaciter Celare*, l. 7. §. cum autem,C.ad Sc. Treb.

Celare, id eſt, occultare vt loquitur l. 4. C. de furt. vel vt Non. Marc.*Tegere & Abſcondere*,

Celare Ancillam, l.34. D. de furtis, *Fugitiuum*, l. 4. D. de fugit. l.5. D.de L. Fabia. *Furem*, l. §. qui furem, & §. qui ex voluntate, D. de furt. *Hominem ingenuum vel Libertinum*, l.vlt.§.

vlt.D.de leg.Fabia.l.9.C.ad l.Fab.de plagia.*Mancipium*,l.25.D.de iniuriis.*Meretricem*,Paul. lib.2.Senten.Tit.32.*Quid,vt verum non appareat*,l.16.§.vlt.D. de l.Corn.de falſ. *Res*,l.37.§.1. D.de act.rer.amot. *Seruum*,l.11.§.vlt.D.de ſeruo corrup.l.40. §. Seruũ, D. de adq. poſſ. *Tabulas*, l. 3. §. ſi quis dolo,D. de Tab. exhib. *Teſtamentum*,l. 2. D. de l. Cornel. de falſ. *Celandi animo Contrectare rem* l. 45.D.pro ſocio.*Retinere pignus*,l.24.§.pignus,D. de furtis.*Celãdos Natales*,l.10.C.de ingen. manum.

CELEBRIS *Ciuitas*,l.7.D.de offic.proconſ. & *Vrbs*, apud Cicero. pro Archia.

Celeberrimus Argentarius, l. 50. D. de adminiſtr. & peric. *Celeberrimi moris eſt*, l.2. C.ſi quis aliquem teſt.

CELEBRARE *Collegium*,l.3.D.de collegiis.*Feſtos Dies*,l.17. §. D. ad municipal. Cicero 1. in Catilin.Liuius lib.1.Ouid.lib.3.Faſtor.Plin.lib.10.Epiſtol.*Memoriam*,l. 18.§.vlt.D.de aliment. vel cibar. & apud Ciceronem lib.2. de Finib.

Celebrari Certamina,id eſt edi,l.21.§. Lucius D.de annu.legat.& *Certaminis forma*,l.77.§. vlt. D.de legat.2.*Celebrari quoque Spectaculum & edi*, Synonyma ſunt in l. 16. D. de vſu & vſufr. leg. & ita *Celebrata certamina*,dixit Virgil.5. Æneid. & *Ludos Celebrare*,Plin.lib.18.cap.3.

Celebrari Alienatio, l.1.C.de alienat.iudic.mun.*Creatio Tutorũ*,l.vlt.§.ne autem,C.de adminiſtat.tuto. *Diuiſio*,l.1.C. diuortio facto, l.8. C. de collationib. Paul.lib. 1.Sentent. Tit. 20. *Donatio*, l.31.§. vlt.D. de donationib. l. 1. C. ſi maior fact. alienatio. *Matrimonia*, l. 19. C. de nuptiis.Claudian.Epigr. 4. *Nuptiæ*,l. 66.D.de donat.inter. vir.l. 3. C.de ſponſalib.Liu.lib. 3.*Sollẽnia nuptiarũ*,Tacit.li.12.*Solutio*,l.1.C.ſi ſeruus extero,l.14.C.de reſcind. vend.l.9.& l.19. C.de ſolutionib.l.14.C.de fideiuſſorib.*Venditio*,l.61.§.vlt. D.de iure dot.l. vlt. §. vlt. C. de adminiſtr.tutor.

Celebrari ſolita in diſtrahendis Pignoribus,l.4.C.ſi vendito pigno. *Celebratus contractus*,l.vlt.C. de fund.rei priuat.lib.11.*Celebratæ functiones*,l.4.C.de donationib.

Celebritas Nuptiarum,l. 22. C.de nupt.

CELERVM *Tribunus*, Equitibus præerat, & veluti ſecundum locum à Regibus obtinebat,l.2. §. quod ad magiſtratus,D. de orig.iur. *Ceterùm* autem nomine, Equites ſub Romulo,Regibú ſque appellatos,Plinius l.33.cap.2.tradit. *Celeres*,ait Feſtus lib.3. *Antiqui dixerunt, quos nunc Equites dicimus : à Celere interfectore Remi, qui initio iis præpoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt in Curiis deni.Ideóque omnino decẽ fuere.*Seruius quoque in lib.11. Æneid. ad verb.*Celeréſque Latini*,Romulum Equites habuiſſe ſcribit,quos *Celeres*,appellauit,vel à *Celeritate*: vel à duce *Celere*, qui dicitur Remum occidiſſe : cuius gratiæ vice à Romulo fieri Tribunus Equitum meruit:& *Tribunus Celerum*,appellatus eſt.qua de re aliàs ſe dixiſſe Seruius ibidẽ ſcribit,nimirum ad ea lib.9.verba,*Tercentum ſcutati omnes*, vbi Romanos Equites tercẽtum primum fuiſſe notat,de ſingulis enim Curiis deni dabantur : quas 30.fuiſſe cõſtat.Liuius lib.1. *Trecentóſque armatos ad cuſtodiam corporis, quos Celeres appellauit, non in bello ſolùm, ſed etiam in pace habuit.* Similitérque Alicarnaſſ. lib.2.Romulum φυλακῆς ἕνεκα τῶ σώματος ſibi robuſtiſſimos iuuenes trecentos legiſſe narrat,ex quaque Curia,quam φράτραν vocat, denos,quos circa ſe ſemper habuit: quibus *Celerum* Nomen inditum, ἐπὶ τῆς ὀξύτητος τῶν ὑπηρεσιῶν, propterea quòd Romani τὰς ἑτοίμους καὶ ταχεῖς ἐπὶ τὰ ἔργα, *Celeres* appellant.Plutarch. in Romulo, de Celere Remi percuſſore, καὶ ἀπὸ ἐκείνου, ait, τὰς ταχεῖς, ῥωμαῖοι, καὶ ὀξεῖς, Κέλερας ὀνομάζουσι.

Celeris Redhibitio,l.4. vnde vi in C.Th.& *Reformatio*, l.14. C.de agricol.& cẽſit. lib.12. & l. vn. vtrum vi in C. Th. id eſt poſſeſſionis per vim, vel alio modo ablatæ interuerſæve reſtitutio:quæ *Poſſeſſionis Reformatio* appellatur in l vn.C.ſi de momentanea poſſeſſ. *Celeri executione reuocari*,l.vn.de inquilin.& colon.in C.Th.

CELERITATEM *deſiderat res Damni infecti*,l.1.D.de dam.infect.*Celeritate coniungendarum inter ſe actionum*,l.3.§.ſed ſi debitorẽ,D.de donat. inter vir.*Celeriter ſolutos*,l.10.D.de cuſtod. & exhibit.id eſt præcipiti feſtinatione.

CELLA in Inſulis & Horreis,l.3.§. effracturę,D.de offi. prętect.vigi.*In ea Cella Libertus habitauit,cui commune & promiſcuum plurium Cellarum iter eſt*, l. 17. §. apud Cælium,D.de ædilic. edic.

Cella etiam & *Cellarium*, à reponendis, celandíſque rebus eſculentis & potulẽtis dicitur, vt Donat.in Adelph.Terẽt.Act.4.ſic.tradit : Sic *Cella olei & vini* l.4.§.1.D.de penu.leg.illa *Olearia*:hæc,*Vinaria*, vtriuſque cõiunctim fit mẽtio l.10.§.vlt. D.de vſu & habit.& apud Cicero.Topic. *Vinariæ* verò ſpecialiter, l.10.§. ſi iuſſerim,D.de adq.poſſ.l.3.§.vlt.D.de tritico vino & d. l. 10.ad eámque pertinet quod de *Deliis in Cella defixis* ſcriptum eſt in l.43.§. collegio,D.de legat.3. Eſt & *Cella Penuaria*,in qua frumentum & legumina habita proponit l. 3. §.

ſunt autem

sunt autem de pen. leg. quæ ab aliis (& quidem si Capro fides haben da est, rectius atque emendatius) *Penaria*, dicitur. Vnde Siciliam *Cellam Penariam* Reipub. Rom. à veteribus appellatam, Cicero 4. in Verrem tradit. Has omnes & alias præterea Cellarum species, Cicero lib. de Senect. complectitur his verbis, *Semper enim boni assiduique domini referta Cella Vinaria, Olearia, Mellaria, & Penaria. Cellam* etiam *promam* dixit Tertullian. lib. de Resurrectio. carn. & *Promptuariam*, Plaut. in Amphitruo. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Vbi quid cõditum esse volebant, à cælando, Cellam appellarunt: Penariam, vbi penus.* Festus Pompeius, *Cella quòd ea celẽtur, quæ volumus esse occulta.* De *Cella* etiam *Vinaria*, videndus Pallad. lib. 1. Tit. 18.

CELLARIVS *Seruus*, l. 24. D. de manum. test. & apud Plaut. Mil. Glor. Act. 3. Scen. 2. qui cellæ præpositus est. *Cellararium* tamen, Vlpian. l. 12. §. si in aliqua, D. de instru. vel instr. interpretatur Seruum ideò prępositum, vt rationes saluæ sint. *Cellararios*, Paul. lib. 3. Sẽtent. Tit. vlt. in Vrbanis ministeriis numerat. A Cellariis vtique cibum & potum familiæ præbitum fuisse, ostendit Columella, lib. 2. cap. 1. Nonius Marcellus, *Promos & Condos appellari voluerunt Cellarios, eo quòd inde promant & eô rursus condant.* Plautus Pseudolo: *Ego sum Promus Condus, procurator peni. Penũ autẽ Cellariũ dicimus.* Fit & *Cellararioru̇* mentio in l. 12. C. de diuers. offic. lib. 12. vt & *Cellararioru̇*, apud Cassiodorum Epist. 28. lib. 10. Variarum.

Cellarium iunctum Dietæ, l. 41. §. 1. D. de legat. 3. Seruius in 1. Æneid. ad hæc verba, *Cura penum struere, Inter penum*, ait, & *Cellarium, hoc interest, quòd Cellarium est paucorum dierum: Vnde & in Cellam dicitur importatum frumentum. Penus verò longi temporis.* D. Augustin. lib. 9. Confess. cap. 8. *Cùm autem ad maritos veneritis, factæ dominæ Apothecarum & Cellariorum, aqua sordebit. Vinum quod ad Cellarij vsus ministrari solet*, l. 6. de anno. & tribut. in C. Th. *Cellarius* Reliqua concedunt Impp. l. 9. de indulgent. debit. in C. T.

Cellaria Annonis adiunguntur, in l. vlt. C. de offic. omn. iudic. in Cod. Theod. Sulpitius Seuer. lib. 2. Histor. sacræ, *Quadringenti, & aliquanto amplius, Occidentales Episcopi Ariminum conuenere: quibus omnibus Annonas & Cellaria dari Imperator præcepit.* Vnde *Cellarienses species*, in l. penul. de indulg. debitor. in C. Th. & l. 32. de erogat. milit. anno. in eod. C.

CELSIORES *Viri*, l. 2. C. de offic. diuerso. iud. *Celsitudinis*, titulus tribuitur Comiti sacrarum largitionũ, l. 18. de proxim. com. disp. in C. Th. & præfecto prætorio, l. 23. de cursu publ. l. 5. de accusat. & inscript. in C. Th.

CELSVS *Pater*, l. 39. D. mandati. *Celsus filius*, l. 29. D. de euiction. l. 6. D. de contrahend. empt. l. 1. D. de rescind. vendit. quæ omnes Pomponij nomen prescriptum habẽt. *Celsus adolescens*, vocatur à Paulo in l. 91. §. sequitur, D. de verb. oblig. Celso autem patri successit Celsus filius, qui patris industriam non æquauit solùm, sed longè superauit. Processit enim honoribus longius, & scriptis suis suum patrísque nomen immortalitati adseruit: quod probare aggrediar, & confusam vtriusque Celsi memoriam ac prope, nominum concursu, intermortuã, in integrum restituere enitar. Ac primùm Celsum filiũ, non item patrem, Consulẽ fuisse, & quidem iterum, adfirmo: ídque à Pomponio accepi in l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. cui consequens est eum Publium Iuuentium Celsum appellatum. His enim nominibus Celsus Consul ornatur in l. 20. §. præter, D. de heredit. petit. ex qua apparet auctorem eum cũ Collegis fuisse Senatusconsulti de Petitione hereditatis: quod (vt in transcursu moneam) accessit Orationi diui Hadriani, vt ostendit l. 22. D. eod. tit. Sed & ipsemet Celsus filius nomen suum in obscuro latere non patitur. Etenim in l. 30. D. de legat. 2. de se ipse loquens, *Iuuentius*, ait, *Celsus respondit.* Præterea hunc Celsum filium libros nouem & triginta Digestorũ scripsisse adseuero: auctorémque habeo Vlpianum in l. 5. §. si duobus, D. Commod. in qua ita est, *Celsus filius scripsit lib. 6. Digest.* Et ita esse docent l. 20. l. 29. D. de legat. 2. quæ sumptæ sunt ex Celsi libris Digestorum, in quibus patrem suum laudat: priore quidẽ in hunc modum: Et *Proculo*, ait *placebat & à Patre sic accepi.* Posteriore verò his verbis, *Pater meus referebat, cùm esset in Consilio Duceni Veri Cons.* Præter Digestorum autem libros idem Celsus etiam Quæstionum nouemdecim, Commentariorum septem, Epistolarum vndecim, aut eo plus, scripserat: vnde complura in Pandectis Capita sumpta sunt. Eundem verò & Digestorum & Commentariorum auctorem fuisse, argumento est quod Vlpia. in l. 19. idem Celsus, D. de auro arg. ait, *Celsus libro nonodecimo Digest. Commentariorum septimo.*

CEMENTA seu CÆMENTA, l. 17. §. si ruta. D. de act. empt. significant lapides rudes & informes, vulgò *Moilon & Blocaille.* Non. Marcell, *Cementa, Lapides non magni modi: quibus Ædificia consurgunt.* quæ Cementa, in structuris, interdum calce & arena, interdum luto solo illita fuisse, Liuius libr. 21. ostendit. Hinc *Alienis* vel *suis Cementis ædificare*, l. 6. §. vlt. & l. 39. D. de rei vindicatio. Vnde *Cementicia Fundamenta*, in l.

57. D. locati, & *Cementicius Riuus*, in l. 3. §. 1. D. de riuis. *Cementicij parietes*, apud Vitruuium lib. 2. cap. 8.

CENA absque diphtongo in Pandectis Florentinis scribitur in l. 18. D. commoda. vbi ad *Cenam inuitare amicum*. Contrà cum diphtongo *cæna* in l. 26. D. de instr. Eadémque scripturæ figura interdum *Cenaculum*, interdum verò *Cœnaculum* in hisdem Pandectis scribitur.

CENACVLVM, l. vlt. D. de seruitutib. vrban. præd. pars superior Ædium. Donat. in Adelph. Terent. Act. 3. Scen. 3. *Veteres*, ait, *Ganeum, meretricum tabernam dixerunt*, ἀπὸ τῆς γᾶς, τὴν ὑπὸ γῆς: *quod ipsa sit in terra, non vt Cœnaculum, superius*. Veteres Glossæ *Cenaculum, superiora*. Cuius appellationis originem indicat Varro lib. 4. de lingua Lat. his verbis, *Vbi cubabant, Cubiculum: vbi cœnabant, Cœnaculum vocitabant*. Et mox: *vt etiam nunc Lanuuij apud ædem, postea quam in superiore parte cœnitare cœperunt, superioris domus vniuersa, Cœnacula dicta*. Cuius grauissimi Testis fidem nunquam eleuabit Isidor. qui aliud huius vocabuli etymon lib. 51. origin. cap. 3. comminiscitur. Vvalafrid. Strabo lib. de reb. Eccles. cap. 7. *Potest enim fieri vt ædes ad edendum in eis, sicut Cœnacula ad cœnandum primò sint facta, & postea longo vsu in aliud verterentur* Fest. Pompe. *Cœnacula dicuntur ad quæ scalis ascenditur*. Liuius li. 39. *Cœnaculũ super ædes datum est Scalis ferentibus in publicum obseratis*. Apulcius lib. 9. de Asino aur. *Méque per Scalas complicitis pedibus in superius cœnaculum attracto*. Proinde cùm Martialis ait, *Et scalis habito tribus sed altis*. se in Cenaculo, ad quod totidem scalis ascendebatur, habitare innuit. Et quod apud D. Luc. Act. Apostolo. cap. 20. scriptum est, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου, hoc vet. Interpres reddidit *cecidit de tertio cenaculo*. Causam verò tantæ Cœnaculorum altitudinis aperit Vitruui lib. 2. cap. 8. cuius verba subieci. *In ea maiestate vrbis, in infinita Ciuium frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo cùm recipere non posset Area plana tantam multitudinem ad habitandum in Vrbe, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coëgit deuenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus Cementitiis, & altitudines extructæ contignationibus crebris coaxatæ, & Cœnaculorum summæ vtilitates perficiunt & despectationes*. Vnde Tertullian scitè, lib. aduersus Valentinianum. *Primus omniũ Ennius Poëta Romanus, Cenacula maxima Cœli simpliciter pronũciauit elati situs nomine: vel quia Iouem illic epulantẽ legerat apud Homerum. Etiam Creatori nostro Enniana Cœnacula in ædicularum dispositia sunt forma: alius atque alius pergulis superstructis, & vnicuique Deo per totidem Scalas distributis quot hæreses fuerint*. Vetus Glossarium, Cœnaculum ὑπερῷον ὑπὲρ, τὸ ἀνόθεν κατασκευάζειν τοῦ μιαθέντος ἐδάφους οἴκημα.

Sic, *Si supra ædes quas possideo, Cenaculũ sit, in quo alius quasi dominus moretur*, l. 3. §. Labeo, D. vti possid. *Singula Cenacula Insulæ*. l. 30. D. locati. *Per Cenacula diuidere domum*, l. 13. §. vlt. D. de vsufruct. *Insula in qua Cenaculum fuit quod legatum erat*, l. 7. D. de instr. vel instr. *Habitare in illo Cenaculo, eóque vti*, l. 7. D. de donationib. *Cenaculum conducere*, l. 11. §. solutam, D. de pignerat. actio. *Cenaculum conductum habere*, l. 1. §. si filiusfamilias, D. de his qui effud. vel deiec. *Si plures in eodem Cenaculo habitent*, l. 5. §. 1. D. eo. tit. *Si plures diuiso inter se Cenaculo habitant*, d. l. 1. in prin. D. eo. tit. l. 5. D. de his qui deiecer. vel. *Cenaculi Lumina*, l. 25. §. 1. D. locati. *Partem Cenaculi aperire, & paulò minus aliqua parte Cenaculi vti*, l. 27. D. eod. tit. *Si Cenaculum ex publico Aditum habeat*, l. 3. §. planè, D. vti possid. *In Cenaculo aquam vt habeat vnusquisque Inquilinus admonetur*, l. 3. §. vlt. D. de offic. Præfect. Vigil. *Qui in aliena Cenacula se dirigunt furandi animo*, l. 7. D. de extraordin. criminib.

Cenacularius, in l. 11. §. solutã, D. de pigner. act. *qui* Cenaculũ conduxit: & *Cenacularium exercere*, in l. 5. §. 1. & §. sed si quis, D. de his qui deiecer. vel effud. dicuntur qui Cenacula locare solent.

CENOTAPHIVM, Monumentum est memoriæ causa factum, in quod Corporis, Reliquiarúmque nihil illatum est, l. 6. in fi. l. 42. D. de religios. l. 6. §. vlt. D. de diuisio. rer. Higin. in fabulis, *Fecit in Ilio Priamus Cenotaphium Paridi*. Lamprid. in Alexand. *Cenotaphium in Gallia, Romæ sepulchrum amplissimum meruit*. Vopiscus in Floriano, *Horum statuæ fuerunt Interamnæ duæ, pedum tricenum, ex marmore, quòd illic eorum Cenotaphia constituta sunt. Inanem Tumulum* vocat Virgil. lib. 3. Æneid. ipso Seruio interprete. *Honorarium Tumulum*, Sueton. in Claudio, cap. 1. Nam quod ille ait, Exercitum Druso *Honorarium Tumulum excitasse*, hoc ipsum Dio lib. 55. Κενοτάφιον τοῦτο αὐτῷ τὸ χῶμα vocat. Pausanias in Messeniacis de Aristomenis sepulchro agens, Κενὸν μνῆμα appellat. Sanè in Glossis quæ Palæmonis nomen præferunt: *Funus Imaginarium, Tumulus esse*, dicitur, *sine cadauere*.

Suidas

Suidas Κενοτάφια, ait, πάντα ἦσαν ἐλιοτόμβια ὡς τυπὸς νεκρῶν, μὴ ἔχοντα νεκρόν. Xenophon lib. 6. Ἀναβάσεως κύρ. Ὃς δὲ μὴ εὕρισκον, Κενοτάφιον ἔστησαν αὐτοῖς μέγα. Hinc illa apud Sopatrum in Hermagorę cõmentar. quæstio, an τυμβωρυχίας Reus agi possit: ὁ Κενοτάφιον διορύξας. Sanè Tumulum illum quem Varianis Legionibus à Druso structum, Tacit. lib. 1. Annalium memorat, quémque à Barbaris disiectum, à Germanico instauratum, eorundem Annalium lib. 2.. narrat, Cenotaphium credere religio mihi esset: nec fas esse censuerim, propterea quod illic cæsorum Reliquiæ conditæ fuerint. Docent hoc Taciti verba quæ subiicere satius fuerit. Ea sic habent. *Igitur Romanus qui aderat exercitus, sextum post cladis annum, trium Legionum Ossa, nullo noscente, alienas Reliquias, an suorum, humo tegeret, omnes, vt coniunctos, vt consanguineos, aucta in hostem ira, mœsti simul & infensi condebant. Primum extruendo Tumulo cespitem Cæsar posuit, gratissimo munere in defunctos.* Quo exemplo Cespiticium quoque Hectoreum Cenotaphium, Virgilius, illo quem paulo antè adduxi loco, facit.

Censere *est constituere & præcipere. Vnde etiam dicere solemus, Censeo hoc facias, & semel aliquid Censuisse. Inde Censoris nomen videtur esse tractum*, ait Iauolenus in l. iii. D. de verb. significat. At Festus Pompe. *Censere nunc significat putare, nunc suadere, nunc decernere.* Et mox, *Census, æstimatio: vnde Censores.* Sequitur apud eundem: *Censores dicti quod rem suam quisque tanti æstimare solitus sit quantum illi Censuerunt.* Qua in re Varronem sequitur, qui lib. 4. de lingua Lat. *Censor*, ait, *ad cuius Censionem, id est arbitrium, Censeretur Populus.* Nec ab eorũ sententia recedit Põpon. in l. 2. §. Post deinde, D. de origi. iur. *Deinde*, inquiens, *cùm Census iam maiori tempore agendus esset, & Consules non sufficerent huic quoque officio, Censores constituti sunt.* Non. Marcell. hunc ex Varronis lib. 20. de Republ. locum citat, *Quod verbum Censeo & Arbitror idem poterat & valebat.* Item ex eiusdem auctoris lib. 2. verba hæc, *Itaque quod hos Arbitros instituerunt Populi, censores appellarunt.* Suidas, Κιδσωρ, τιμητὴς παρὰ ῥωμαίοις ὀνομαζόμενος, ἐξέτασις τῆς τῶν πολιτικῶν διατημάτων πρὸς τὸ σῶφρον καὶ ἀρχαιότροπον ἐχόντων τῆς πολιτῶν ὑπηρέφων τὸν βίον. In Glossis Veter. & No. Testamen. *Censores* definiuntur, *probatores Morum*, vel *Æstimatores*. Et certè *Magistros Morum* à veteribus dictos constat. Ac in l. 8. de censu siue adscript. in Co. Th. *censores* sunt *censitores*.

Censoria lex, l. 203, D. de verbo. significa. & apud Varro. li. 2 de re Rustic. cap. 2. Cicero 3. in Verrem, & de Prouinciis Consularib. id est, lex in publicorum locationibus dicta.

Censere, Senatus, dicebatur, idest decernere & statuere. Inde, *Senatus censuit*, l. 3. D. de edendo, l. 35. D. de mort. caus. donationib. l. 13. in fin. D. de manumiss. vindic. l. 41. D. de legat. 1. l. 52. D. de contrahen. empt. l. 41. §. 1. D. de offic. Procons. l. 1. D. de vsufruct. ear. rer. l. 10. D. de probat. l. 14. D. de accusat. l. 2. §. Senatus, & l. 15. D. de iure fisci, l. 17. D. ad Sc. Trebell. l. 1. §. sed neque, D. de Sc. Silania. l. vn. D. de libert. vniuersit. l. 14. & l. 15. §. item Senatus, & §. matri, & l. 17. D. de l. Cornel. de falsis, l. si impuberi, D. de tutorib. & curat. l. 11. D. qui & à quib. l. 64. D. de ritu nupt. l. 30. §. 1. & §. sed & si quis, D. de fideicomm. libert. l. 114. §. vt quis, D. de legat. 1. l. 71. & l. 83. §. j. D. de heredib. instit. §. sed vtilitatis, Instit. de vsufructu. Vlpian. Titu. 11. Regular. Sueton. in Claud. cap. 6. *Amplissimus ordo censuit*, l. 5. C. de excusat. tuto. *de qua re ita censuerant*, l. 20. §. præter, D. de hered. pet.

Censeri iure manumissoris, l. 8. D. de adsign. libert. *Iuris peritia*, l. 1. D. de Iustitia & iur. & §. 1. Instit. de iur. natur. id est ἀναγράφεσθαι, vt ibi Theophil. *Legum auctoritate*, l. vlt. D. de suis & legitim. *Nulla auctoritate*, l. 8. D. de transactionib. *non nudi Pacti nomine*, l. vlt. C. de rer. permutat. *Priuilegio*, l. 1. §. ex quibus, D. ad Municipal. Sic *in parte ciuium censeri*, Liuius lib. 7. *Sanguine longo censeri*, Iuuenal. Sat. 8. *Moribus & pudore censeri*, Minutius Felix in Octauio.

Censeri dicebantur qui Censum profitebantur. Sic in l. 1. C. in quib. caus. pign. *Vniuersa bona eorum qui Censentur*: & l. 3. C. de Alluuionib. *ea quæ per Alluuionem adquiruntur, separatim Censeri*. & in l. 3. D. de Censib. *Ætatem in Censendo significare necesse est.* Et mox, *Ætas spectatur Censendi tẽpore.* Hinc *Hominum capita stipendio Censa*, dixit Tertullian. Apologet. cap. 13. Ἀναγράφεσθαι dixit D. Lucas, Euangel. cap. 2. cùm ait, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Cuius Census acti sub Augusto meminit Cassiodorus Epist. 52. lib. 3. Variar. his verbis: *Augusti siquidem temporibus Orbis Romanus agris diuisus, Censúque descriptus est, vt possessio sua nulli haberetur incerta, quam pro Tributorum susceperat quantitate soluenda.*

Hinc *Cenſitor*, qui Cenſum agit, l. 4. §. 1. D. de cenſib. Et Cenſitores, qui eodem munere funguntur, Rubr. de Cenſib. & cenſitorib. lib. 11. C. Iuſtinian. qui Peræquatoribus ſociãtur, l. 1. C. de immunit. nemin. conced. lib. 10. & Rubr. de Cenſitorib. Peræquatorib. in C. The. & l. 2. & 3. de præd. Senat. in eod. C. Sic *cenſitores prouinciæ Siciliæ*, apud Caſſiodo. Epiſto. 11. lib. 9. Variar. Vnde eleganter Pompon. in l. 30. §. Alluuio, D. de adquir. rer. domi. *Flumina cenſitorum vice fungi* ſcribit, *vt ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum.* *Cenſitio* apud Spartian. in Peſcen. Nig.

Cenſiti, Rubr. C. de Agricol cenſit. lib. 11. & C. de Colon. Cenſit. & C. in quibus cauſ. colo. cenſ. æquè lib. 11. id eſt, *Cenſibus adſcripti*, l. 20. C. de Epiſcopis & Cleric. l. 18. C. de Colon. cenſit. lib. 11. l. 10. C. de re milit. lib. 12. *Adnotati*, l. 16. C. de Epiſco. & Cleri. *Obnoxij*, l. 17. C. de Tironib. lib. 12. *cenſiti qui in ſuis conſcripti locis, libris Cenſualibus detinentur*, l. 4. C. de agricol. cenſit. lib. 11. *qui iis quibus annuis functionibus & debito conditionis obnoxij ſunt, pænè eſt vt quadam debiti ſeruitute videantur adſtricti*, l. 2. C. in quib. cauſ. colon. cenſ. lib. 11.

CENSVS, perſonarum & bonorum deſcriptionem ſignificat, l. 2. §. poſt deinde, D. de orig. iur. l. 10. D. de probationib. Theoph. in §. vlt. Inſtitut. de libertinis. Κένσος, ait, διὰ σαυὶς, ἤτοι χάρτης, ἐν ᾧ γραμμαὶ ἀπεγράφοντο τὰς οἰκείας οὐσίας, ὅθι τὸ ἐν χωρῷ πολέμῳ καὶ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως, ἕκαστον εἰσφέρειν. Suidas etiam ita patria Romanorum lingua appellari ſcribit, τῷ ἐξέτασιν τῶν ῥωμαϊκῶν πλήθους. *Luſtralem cenſum*, Vlpian. Tit. 1. Regular. appellat, propterea quod, quinto quoque anno, vrbs Cenſebatur, luſtrabatúrque, vt Seruius in 3. æneid. notat. Interdum autem Cenſus inchoabatur, nec perficiebatur. At Cenſu perfecto, Luſtrum condebatur à Cenſoribus, eo ritu quem Varro lib. 5. de lingua Lat. refert. Ideò autem *Luſtrum Condidicebatur*, quia is Cenſendo finis fieret, vt Liuius lib. 1. interpretatur. Sanè nonnunquam eueniebat vt abſque luſtro Cenſus ageretur. Cuius rei exemplum idem Liuius lib. 3. ſuppeditat. Vnde illa ex iure ciuili orta contentio, quam Cicero li. 1. de Oratore proponit, cùm quærebatur, is qui domini voluntate Cenſus eſſet, ſi non eſſet *conditum Luſtrum*, eſſet nec ne liber. *cenſum* autem, vt Liuius lib. 1. refert, Romæ Seruius Tullius inſtituit. Is enim, quemadmodum Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 4. ſcribit, Ἐκέλευσεν ἅπαντας ῥωμαίοις ἀπογράφεσθαί τε τὴν τιμᾶσθαι τὰς οὐσίας πρὸς ἀγύειον, ὀμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον, ἢ μὴν τ' ἀληθῆ καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου τετιμῆσθαι: πατέρων τε ὧν εἰσι, γράφοντας, καὶ ἡλικίαν ἣν ἔχουσι δηλοῦντας, γυναῖκάς τε καὶ παῖδας ὀνομάζοντας, καὶ ἐν τίνι κατοικοῦσιν ἕκαστοι τῆς πόλεως τόπῳ, ἢ πάγῳ. Quæ verba ideò ſubieci quod totam veterem formam Cenſualem exhibeant. Eam verò quæ poſtea recepta fuit, quæque ſuis temporibus obſeruabatur, Vlpian. tradit in l. 3. & l. 4. D. de cenſib. Cenſebantur ergo olim Ciuium Romananorum capita & bona: in eóque *cenſu* Villas omnes, *Ædes* dictas, Varro lib. 4. de lingua Lat. tradit. Hinc *cenſui cenſendo Prædia* apud Cicero. pro Flacco, id eſt, vt ipſemet Cicero ibidem, & Feſt. Pompe. docent, qui Emi, & Venire, ex iure ciuili, ſubſignari apud Ærarium, & Cenſorem poterant: quæ Mancipi erant, & à domino in Cenſum deducta.

Dicebatur autem *cenſus Agi*, l. 2. §. poſt deinde, D. de orig. iur. & apud Liuium lib. 4. & *Haberi*, apud Cicero. lib. 2. in Verr. *cenſum profiteri*, Vlpian. Titu. 1. Regul. vnde *Profeſſiones cenſuum*, in l. 2. D. de cenſib.

In *cenſum deducere*, l. 64. D. de adquirend. rer. domi. & *Deferre*, apud Agell. lib. 16. cap. 10. Tertullian. in lib. de præſcriptionib hæreticor. *Hoc enim modo Eccleſiæ cenſus ſuos deferunt. In cenſum referri*, *Agri*, l. 4. D. de cenſib.

Cenſu Manumitti, vt ait Vlpian. Tit. 2. Regular. dicebantur Serui, *qui luſtrali cenſu, Romæ, iuſſu Dominorum, inter ciues Rom. cenſum profitebantur*: ſeu, vt Cicero lib. 1. de Orato. loquitur, *qui voluntate domini cenſi erant.* Cenſus enim, vt idem Cice. pro Archia Poëta adgnoſcit, indicabat eum qui Cenſus eſſet ſe iam tùm geſſiſſe pro Ciue. Cenſu autem Iuſtam Libertatem contigiſſe docet idem Cice. Topic. his verbis. *Sineque Cenſu, neque Vindicta, nec Teſtamento, Liber factus eſt, non eſt Liber.* Idem pro Cæcina, *Cùm Incenſum vendit, hoc indicat, cùm ij qui in ſeruitute iuſta fuerint, Cenſu liberentur, eum qui cùm Liber eſſet, Cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe.*

Legatio ad Census Accipiendos, l. 1. D. de munerib. & honorib. Tacit. lib. 1. *Interea Germanico per Gallias Census accipienti exceßisse Augustum adfertur. Census Crimen*, in l. 55. D. de iudic. quod aliàs *Fraudati Census* appellatur, l. 1. C. de quæstionib.

Census, etiam, vt Suidas tradit, ἐτήσιον τέλος significat. Ita Κῆνσον dixerunt D. Matth. Euangel. cap. 22. & D. Marcus, cap. 12. quem D. Lucas, φόρον, cap. 20.

Census non Personarum, sed Agrorum est, Nouell. Theod. & Valent. Neq; dom. diuin. *Census fundorũ suorum Iugorum*, l. 1. ne conlation. transl. postul. in Co. Th. *Censibus adscripta Mancipia*, l. 2. sine Censu vel reliq. in Cod. Theodo. *Census Vetus, Nouus*, l. vlt. C. ne rei dominic. *Census, vel Censuum, Magister*, l. 23. C. de Testament. l. vlt. C. de iure emphyteu.

census etiam nomen pro facultatibus Iustinianus vsurpat. Ita *Census Hereditatis*, l. vlt. §. sin autem, C. de iure deliberan. *Nihil in suo Censu habere hi qui in potestate parentum sunt*, l. 7. C. qui bonis ced. Sic Iuuenal. Peculium Castrense *non esse in corpore eius Census* qui paterni iuris est.

Censuarij, l. 7. C. de bon. proscript. In Codice verò Theodo. l. 7. eod. Tit. vnde illa sumpta est, *Casarij* scriptum est.

Censuales, l. 1. de Decurionib. vrb. Rom. l. vn. de priuileg. dom. August. l. 5. & 9. Tit. 2. lib. 6. l. 13. de Pręt. & quæst. l. vlt. de princip. agen. in reb. in Cod. Theodo. Rub. de Tabular. Scrib. logograph. *quibus Censuale negotium mandatur*. l. 5. de his quæ administrantib. vel offic. publ. *Censuales quibus onerosa glebæ adfirmatur exactio*, l. 6. Tit. 2. lib. 6. in C. Theod. Acta autem Senatus à Censualibus confecta, conscriptáque, docet l. 2. de princip. agent. in reb. in Cod. Theodo. his verbis, *Actus ceteros qui à sacratißimo cœtu Senatus tractari consueuerunt, Censualium sollicitudine celebrari*. Capitolin. in lib. de reb. gestis Gordianor. *Senatusconsultum Tacitum fieret, ita vt non Scribæ, non Serui publici, non Censuales illis actibus interessent. Senatores exciperent, Senatores omnium officia Censualium Scribarúmque complerent.*

Censualis Apparitio, l. 23. C. de Testament. *Forma*, l. 4. C. de censib. *Professio*, l. 7. C. de donationib. l. 3. sine censu vel reliq. in Cod. Theodo. de qua lib. 1. Select. Antiquit. dixi. *Sors*, l. 1. de protostas. in C. Theo.

Censuales Functiones, l. 12. de indulgent. debit. in Cod. Theodo. *Libri*, l. 4. C. de agricol. & censit. l. 14. de anno. & trib. in Co. Th. *Paginæ*, l. vlt. sine censu vel reliq. in Co. Theo. *Professiones*, l. vlt. §. si aliquis, D. de munerib. & honorib. l. 3. de priuileg. eorum qui in sacr. palat. milit. in C. Th.

Censuale Ministerium, l. 4. de tab. logog. & cens. *Negotium*, l. omnes, de iis quæ administ. *Officium*, l. 1. de stud. liberalib. vrb. Rom. in Cod. Theodo. l. 18. C. de Testament. ex qua apparet apud Officium hoc *Censuale* Testamenta publicari consueuisse.

Censualia munera, in l. 2. C. de priuileg. eorum qui in sacr palat. lib. 12. *Volumina*. l. 3. eod. tit. in C. Theod.

Censura Armata, l. 1. de offic. Rect. prouin. in Cod. Theod. *Publica*, l. 3. C. de condict. ob turp. caus. *Senatusconsulti*. l. 23. C. ad l. Iul. de adult.

CENTENA, l. 1. C. de offi. magist. officior. id est *Centenæ Dignitas*, vt l. 3. de cohortalib. princip. in Cod. Theodo. l. 1. de Cæsarian. l. 1. de murilegul. l. 5. C. de decurionib. in eod. Cod. Gradus promotionis & dignitatis fuit in Scholis Agentium in rebus. & eorum qui in sacro Palatio militabant: quem in supradictis Constitutionibus, Impp. *Primipilaribus* dari, concedunt: *Cæsarianis*, quamdiu in actu sunt, vt & *Decurionibus* antequam cuncta patriæ suæ munera impleuerint, tribui, vetant: *Monetariis* verò in totum denegant.

Ad hanc verò Dignitatem seu Gradum qui promouebantur *Centenarij* appellabantur, l. 1. C. de Exactionib. tribut. lib. 10. l. 1. de priuileg. Scholar. lib. 12. l. 3. & l. 4. C. de agen. in reb. lib. 12. l. 1. C. de lucris aduocat. eod. libr. l. 162. de decurionib. in Cod. Theod. & in Notitia quæ subiecta est l. 2. C. de offic. Præfecti Præt. per Afri. Sed & qui *Centuriones* à veteribus dicebantur, eos suis temporibus *Centenarios* appellatos, Vegetius lib. 2. cap. 13. scribit. In Modesti autem Epitome *centurios* vocari mendosè legitur.

Centenarij Liberti, in lege Papia dicebantur, qui centum millium seſtertiorum rem habebāt. l. 16. D. de iure patron. Quod ad suorum temporum rationem accommodans Iustinian. sic eam summam interpretatus est, vt minores Centenariis intelligerentur, qui minus centum Aureis haberent substantiam, §. postea, & §. sed nostra. Instit. de succeſſ. lib. At apud Liuiū lib. 1. *Centenarij*, in Classium constitutione, dicuntur qui centum milibus æris censi erant. *Centenariis auri*, l. 12. C. de cursu publi. lib. 12.

CENTONES, in l. 12. §. si domus, D. de instruc. vel instr. numerantur in iis quæ incendij arcendi, extinguendive causa, in Ædibus habentur. Eadémque de causa crediderim, Puppes olim Aceto madefactis Centonibus intectas, vt indicat Sisennæ locus ex lib. 4. Historiar. adductus à Nonio Marc. in hæc verba. *Puppes aceto madefactis Centonibus integuntur: quos supra perpetuæ Classi suspensa Cilicia obtenduntur.* Cæsar lib. 2. de Bello ciuili Musculos describens, *Coria autem, ne rursus igni ac lapidibus corrumpantur, Cētonibus conteguntur* Vegetius lib. 4. cap. 15. de Machina ex qua Vineæ struuntur, agens, *extrinsecus autem*, ait, *ne immisso concremetur incendio, crudis ac recentibus Coriis, vel Centonibus operitur.*

Centonarij & Dendrofori, l. 1. & 2. de Centonar. & Dendrofor. in C. Th. quorum corpus Romæ fuisse etiam ex antiquis Inscriptionibus apparet.

CENTESIMA *Vsura*, est quæ Centum mensibus sortem æquat, seu, cuius menstrua quantitas Centesima sortis principalis pars est. l. 4. §. pro operis. D. de naut. fœno. l. 26. §. in traiecticiis. D. de vsur. l. 8. C. si cer. pet. l. 1. & l. 2. C. de vsur. rei iud. l. 4. C. de ædific. priuat. & apud Paul. lib. 2. Senten. tit. 14. Plin. Epist. 28. lib. 1. B. Ambros. lib. 1. de Iacob, cap. 5. Eam Legitimam, Grauissimam, Maximam, Vsuram appellatam, & aliâs in Select. Antiq. lib. 4. docui. & horum librorum postremo, vbi ad Vsurarum explicationem vētum erit, confirmabo. Ἑκάτην Latini sermonis imitatione vocat Plutarch. in Lucullo.

Cēteſimæ dimidia, l. 26. §. ceteros. C. de vsur. l. 2. C. de vsur. rei iud. *Tertia*, l. 17. §. vlt. D. de vsur. & d. l. 26. §. ideóque. l. 6. §. Mobilium C. de secund. nupt.

Centeſimus Dies, l. 24. D. rat. rem hab. l. 1. §. quod dicitur, D. de succeſſor. edict. l. 3. D. vnde cognat. *Centeſimæ Calendæ*. l. 46. de verb. oblig. l. 21. D. quando dies leg.

Centeſimus Lapis, l. 21. §. licet, & §. vlt. D. de excusationib. §. qui autem excusare. Instit. eo. tit. id est *Centeſimum Miliarium*, l. 1. §. Initio. D. de offic. præfect. vrb. l. 42. D. de excusationib.

CENTIES *Aureorum*, in l. 97. in fi. D. de legat. 3. & l. 88. D. de verb. signifi. Centies centena milia significat: vt *Milies*, in l. 4. §. 1. de statulib. Milies centena milia, quemadmodum Anton. Augustin. lib. 2. Emendatio cap. VI. notauit. Sic, quod Martial. lib. 5. Epigram. ait de Apicio, *cùm bis tricenties ventri dediſſet*, & supereſſe sibi *Centies* duntaxat cogitaret, venenum bibisse, hoc idem Dio, lib. 57. referens, ait δισχιλίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας ei superfuisse. Nam 25. myriades valēt Decies, quas si decies multiplicaueris, habebis 250. myriadas, pro eo quod Latini *Centies* vocant. Seneca in lib. de Consolatio. ad Albin. *Abligurisse* eum ait *seſtertium milies*. Sic & *Decies*, in l. 77. D. de condict. & demonstrat. & l. 6. D. de vsur. id est decies centena milia, siue vt vulgo loquimur, milio. vt & in l. 6. D. de vsur. & apud Plutarch. in M. Anton.

CENTVM *Annos finem esse vitæ longæui hominis*, ait Gaius in l. 55. D. de vsufr. *Centum Aureos in funus consumere*. l. 202. D. de verb. signifi. *Centum Solidorum quantitas*. l. 27. C. de administr. tutor. *Centum Libri, & Volumina*, l. 52. §. 1. D. de legat. 3.

CENTVMVIRI, l. 17. D. de inof. test. l. vlt. C. de liber. præter. & apud Paul. lib. 5. Sentē. Tit. 16. Fest. Pomp. *Cùm essent Romæ triginta & quinque Tribus (quæ & Curiæ dictæ sunt) terni ex singulis Tribubus sunt electi ad iudicandum: qui Centumuiri appellati sunt. Et licet quinque amplius, quàm Centum fuerint, tamen quò facilius nominarentur, Centumuiri sunt dicti.* In quatuor autem Tribunalia, seu Consilia, Centumuiros distributos fuisse, eorúmque quatuor Iudicia ad Centumuirales causas diiudicandas cogi consueuisse, docēt Quintilian. lib. 12. cap. 5. Plin. Epist. 33. li. 6. Vnde Centūvirale iudicium, *Quadruplex* vocatur à Plin. Epist. 24. li. 4. Et quod à Quintiliano, lib. 11. cap. 1. scriptum est: *Duplicibus Centumuiralibus partem victam*, sic accipe, duobus Centumuiralibus Iudiciis, seu duabus partibus. Alioquin enim Quadruplicia nō Duplicia, ea Iudicia fuisse, licet in duas hastas diuisa, satis cōstat. Atq; hûc pertinet quod Valer. Max. lib. 7. cap. 7. *Omnibus consiliis superiorem discessisse* ait Militem, qui de bonis paternis apud C. viros contēdebat. Eodémque etiam referēdum est quod Papinian. Filium *diuisis Tribunalibus actionem Inofficiosi testamenti pertulisse, atque ita varias sententias Iudicum extitisse*, proponit in l. 76. D. de legat. 2. Apud C. viros autem actas fuisse de Inofficioso testamento,

mento, Petitionis hereditatis, Ruptorum, Reſciſſorúmque Teſtamẽtorum cauſas, ex Valer. Maxxiimus. lib. 7. Tit. 7. Quintiliano lib.4.cap.7. Plinio Epiſt.8 .lib.4. liquet. Vnde Querela Inofficioſi Teſtamenti, item Actio Petitionis hereditatis CENTVMVIRALE *iudicium appellatur*, l.13. D. de inoffic.l.30. D. de liberat. lega. l. vlt. C. de petitio. hereditat. Ci cero pro Cæcina, *L.Craſſus iudicio centumuirali, hanc ſententiam detulit.* Idẽ in Bruto, *Scæuolam ex vno ſcalmo captionis, Centumuirale iudicium hereditatis effeciſſe.* Plinius Epiſt. 4.lib. 6. *ita vt in priuati iudicij formam Centumuirale verteretur.* Idémque ſuo tempore Tirones in foro queritur à Cẽtumuiralibus cauſis auſpicari. B. Hieronym. in Epiſt.ad Domnionem. *Et hereditariæ, vel Centumuirales cauſæ de Barathro erutæ.* Feſtus Pomp. *centumuiralia iudicia, qua Centumuiri iudicabant.* Centumuirales autem cauſę, quæ nam fuerint, Cicero lib. 1. de Orat. docet his verbis: *Iactare ſe in cauſis Centumviralibus, in quibus Vſucapionum, Tutelarum, Gentilitatum, Adgnationum, Alluuionum, Circumluuionum, Nexorum, Mancipiorum, Parietum, Luminum, Stillicidiorum, Teſtamentorum, Ruptorum, aut Ratorum, ceterarúmque rerum innumerabilium iura verſentur.*

CENTVRIA, l. 6. §. vlt. D.de re milit. Feſt. Pomp. *Centuria*, ait, *in Agris quidem 200. Iugera: in re verò Militari, Centum homines*, ſignificat. Nam vt bellè Varro lib. 4. de lingua Lat. tradit, Centuria in Agris, primò à 100. Iugeribus dicta: poſtea duplicata antiquum retinuit nomen, vt Tribus multiplicatæ Romæ idem ſemper tenuere nomen. Fontem verò vnde hæc appellatio manauit, aperit Sicul. Flacc, in lib. de Conditionib. agror. Antiquos enim Romanorum, Agrum ex hoſte captum victori populo per bina Iugera partitos ſcribit: centeníſque hominibus ducenta iugera data: & ex hoc facto *Centuriam* iuſtè appellatam. A quo non abhorret quod Feſt. Pomp. ait, *Centuriatus Ager, in ducena Iugera definitus: quia Romulus Centenis ciuibus ducena Iugera tribuit.* Et ita *Centuriarum* nomen accipe in l. 10.de annon.& tribut.in C.Theod.Idémque valet vox Κεντηναρίων, Nou. 128.non procul ab initio.

CENTVRIO, qui Cẽturiæ, ſiue Centũ hominibus, præpoſitus eſt, l. 13. §. inreuerẽs, D. de re milit.l.26.§.cõuenit,ff.de pact.do.l.15.D.de vulg.& pup.l.2.ff.de his qui not.infa.l.40 D.de adminiſt.& peric.l.9. C.de inoffi.teſt.Rubr. de Centurionib. in C.The. ἑκατοντάρχης Græcis vocatur: *Præfectus Centuriæ*, dicitur in l. 6. §.vlt. de re milit. *Centurio cohortis*.l.1.C. de reſtit. Non. Marcell. *Centuriones & Decuriones, à Numero cui in militia præerant*, dictos notat.

CERÆ, Pictoris inſtrumento adnumerantur in l. 17.D.de inſtr.vel inſtr.Vnde Ceræ Pictorum, apud Varro.lib.3. de re Ruſt.cap.17. quarum etiam meminere Vitruuius li. 4. cap. 11. Seneca Epiſt. 122. Plin.lib. 35. cap.7. & Pollux lib. 7. cap. 8.

Ceræ, pro Tabulis ceratis, Marcian.in l.1.§.1.D. de l.Cor.de falſ.*qui in Rationibus, Tabulis Ceríſve falſum fecerint.* Vlpia. Tit.20. Regular. *hæc vti his tabulis*, Ceríſve ſcripta ſunt. Plaut. Aſinar.Act. 4. Sc. 1. *Nec vlla ſit Cera vbi facere poſſit literas.*

In his autem Ceratis Tabulis Teſtamenta conſcribebantur. Vnde *Ceras* pro Tabulis Teſtamenti vſurpauit Iuuenalis Sat.1. cùm ait, *Nonne libet medio Ceras implere capaces, Quadrituo?* Hinc *Prima & Ima Cera* Teſtamentorum. Horat. Saty. 5.lib. 2, Sermon.

Sic tamen vt limis rapias quid Prima ſecundo
Cera velit verſu: ſolus, multíſne coheres. Suetonius in Nerone cap. 17. *Cautum, vt in Teſtamentis Primæ duæ Ceræ, Teſtatorum modò nomine inſcripto, vacuæ ſignaturis oſtenderentur.* Idem in Iulio cap.83. *Pedium ex Quadrante heredem inſtituit: Reliquos in ima Cera*, id eſt in extrema parte Teſtamenti. Hinc & *vltimas Ceras* pro Supremis Tabulis dixit Martialis Epigram.26.li.4. his verſibus, *Nihil Aniano præter aridam veſtem*
Moriens reliquit vltimis pater Ceris. Sed & *Codicis extremam Ceram* dixit Cice. lib. 3. in Verrem.

Cerati Codicilli, l.52. D.de legat.3. ſic *Cerata Tabula* apud Plautum, Aſinaria, Act. 4. Sc.1. & *Tabella*, apud Ciceronem, 1. in Verrem.

Cerei in domeſticum vſum parati. l. 3. §.ligna. D. de penu legata.

KEPATION in Nouell.Iuſtinia. 59. Leonis Conſtitut. 83. Nummi genus, quod 12. Obolos, ſeu Folles valebat. Conſtantin. Hermenop.in legib.Agrariis, τὸ δὲ χέπο τοῦ αὐτοῦ ἡμιεβόλιον Κεράτιον εἶ, ἤγουν φολλεῖς δώδεκα. In Ponderibus verò *Cerates*, Oboli pars media eſt, habens Siliquam & ſemis, auctore Iſidoro lib. 21. cap. 24. Ac plane in d. Nou. 59. Iulianus Patritius *Siliquas* vertit.

CERAVNIVM, in l.vlt.§. ſpecies. D. de publican. Gemmæ genus, ab eo nomen habẽs,

quòd non alibi quàm in loco ictui fulminis proximo inueniatur: de qua Plinius plura lib. 37. cap. 9. & cap. 10. & Isidor. lib. 16. Etymolog. cap. 13. tradunt. Ita *Ceraunia Coruscare* dixit Tertull. in lib. de habit. mulieb. non procul ab initio. Lamprid. in Heliogabalo, *Armauerat & in Ceraunijs, & in Hyacinthis, & Smaragdis venena.*

CERCINA, Insula in mari Africo, quò secessisse Gallũ Aquiliũ Pompon. in l. 2. §. Seruius D. de Orig. Iur. scribit Tacit. lib. 1. *Igitur amotus Cercinã, Africi maris Insulã, quatuordecim annis exilium toleraut.* Strabo lib. 2. de Africo mari agens, παρέκειται δὲ ἐφ' ἑκάτερα τῦ στόματος νῆσοι, μία τε καὶ Κέρκινα. Fit & huius Insulæ mentio apud Cæsarem lib. 5. de Bello Ciuili, Hirtium de Bello Hispanen. Liuium, lib. 4.

CERDO, Setui nomen, l. 42. D. de oper. libert.

CEREALES *Ædiles* duos, qui frumento præessent, Gaius Iulius Cæsar cõstituit, quibus à Cerere nomen inditum est, l. 2. §. deinde Gaius, D. de orig. iur. Dio lib. 43.

CERNERE *Hereditatem*, l. 1. de pat. pote. in C. Gregoriano. & apud Cicer. lib. 11. Epistol. ad Attic. Liuium, lib. 24. & 40. Quintilian. Declamat. 261. Plin. lib. 10. Epist. ad Traian. Vetus Glossar. *Cernere*, παρέρχεσθαι τῇ κληρονομία. Varro lib. 7. de lingua Lat. *Heres, cùm constituit se heredem esse, dicitur Cernere: & cùm hoc fecerit, creuisse.* Idem lib. 5. Verbum, *cernito*, quod in Testamentis adscribi solebat, sic interpretatur, *Facito videant te heredem esse.* Vlpianus verò Tit. 22. Regular. *Cernere*, ait, *esse verba Cretionis dicere*, quæ illic adscribit. In quo verbo lepidus, ex ambiguo, iocus, lib. 4. Rhetor. ad Herenn. refertur, in eum qui multas hereditates adierat, *Prospice tu, qui plurimum Cernis.* Eodem genere loquendi Prudentius in Hymno de Epiphania, *Adire regnum & cernere dixit.*

Vnde *Cretio* in l. 17. C. de iur. delib. & l. 1. & 2. de bon. mater. in Cod. Theod. & in Tit. de *Cretione*, lib. 4. eiusdem Cod. & apud Cicero. lib. 1. de Orato. & lib. 13. Epist. ad Atticũ. Vlpian. Tit. 22. Regular. *Cretio* autem, vt ibidem Vlpian. definit, erat certorũ dierum spatium quod dabatur heredi instituto ad deliberãdum, vtrum expediret ei hereditatem adire, necne. Isidor. lib. 5. Etymolog. cap. 24. *Cretio, est certus numerus dierum, in quo institutus heres aut adit hereditatem, aut finito tempore Cretionis excluditur, nec liberum est illi, vltrà, capiendæ hereditatis ius. Cretio appellatur quasi Decretio: Cernere enim & Decernere significat.*

CERTARE, id est contendere. Sic *Certare Præiudicio*, l. 1. §. Solent. D. de agnoscend. & alend. *Certabatur*, id est controuertebatur, l. 24. C. de legat. *Quod certatum est apud veteres*, l. 3. C. de postum hered. *Certaminum præmia*, l. 10. D. de pollicitationib.

Certamen Circense, l. 3. C. de Spectacul. li. 11. *Chrysanthianũ*, l. 24. D. de annu. lega. *Publicum*, l. 7. §. si quis in colluctatione, D. ad l. Aquil.

Certamina Sacra, l. 4. D. de his qui not. infam. *Certamina celebrari sub nomine Testatoris*, l. 21. §. Lucius, D. de annu. leg. *In Certamina descendere*, l. 2. §. vlt. D. de his qui not. infam. *Certaminis editio*, l. 10. D. de pollicitation. *Certatio*, l. 4. §. vlt. D. de his qui not. infa.

CERYCIA, *quæ Legati Græcorum ferunt*, l. 8. D. de diuisio. rer. Vnde Pollux lib. 8. φόρημα τῶν πρεσβέων vocat. Eius formam & figuram explicat Interpres Thucydidis in lib. 1. his verbis, Κηρυκίον ἐστὶ ξύλον ὀρθὸν, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους, καὶ ἀντικεφάλους πρὸς ἀλλήλοις κεκμένους, ὅπερ εἰώθασιν φέρειν οἱ Κήρυκες μετ' αὐτῶν: ἢ ὅτι οὐκ ἐξὸν αὐτοὺς ἀδικεῖν παρ' οὓς ἀπέρχονται. συμβολον δὲ ἴσως, τὸ μὲν ὀρθὸν ξυλον, τὸ ὀρθὸν λόγου, τὸ δὲ παρ' ἑκάτερον, εἶδος τῶν ὀφέων, τὰ ἀνταναστόμενα γραπόπεδα. Quorum verborum bonam partem ex eo Suidas transcripsit. Plinius lib. 29. cap. 3. *Hic tamen complexus Anguium, & efferatorum concordia, causa videtur esse, quare exteræ gentes Caduceum, in Pacis argumentis circundata effigie Anguium ferunt. Neque enim Crista tos esse in Caduceo, mos est.* D. Ioan. Chrysostomus in Oratio. περὶ νόμου, Τὸν γοῦν τῶν ἐχθίστων κήρυκα πεμπόμενον, ὅστις ὁσίως καὶ ἀσφαλῶς, πάντες σέβομεν καὶ πάσης ἀσπίδος ἰσχυρότερον αὐτῷ δοῦς ὅπλον τὸ Κηρύκειον.

CERTVM, quod ad Certi cõdictionem attinet, est, cuius Species vel Quantitas, quæ in obligatione versatur, aut Nomine suo, aut ea Demõstratione quæ Nominis vice fungitur, qualis, quantáque, sit, ostenditur, l. 6. & l. 9. D. de reb. credit.

In Stipulationum verò diuisione, quarum aliæ, *Certæ* esse dicũtur, aliæ *Incertæ*, *Certum* accipitur quod ex ipsa pronunciatione, quid, quale, quantúmque, sit, apparet: veluti, Aurei decem, Fundus Tusculanus, l. 74. D. de verb. oblig. Itaque hæ Stipulationes in quas huiusmodi res deductæ sunt, *Certæ* appellantur. Contrà, vbi non apparet quale, quantúmq; est in Stipulatione, *Incerta* est Stipulatio, l. 75. cod. tit. Denique *Certa* est Stipulatio, in quã certa quantitas deducitur, siue principaliter, siue pœnæ nomine. At vbi in stipulationem id quod interest, venit, *Incerta*. Proinde, *Si pœnam stipulatus fuero, si mihi pecuniam non credidisses,*

Certa

Certa eſt Stipulatio. Quod ſi ita ſtipulatus fuero, pecuniam te mihi crediturum ſpondes? Incerta eſt Stipulatio: quia id venit in ſtipulationem quod mea intereſt, l.68.D.de verb.obligat. *Si decem mihi aut Titio, vtrum ego velim, ſtipulatus ſum, ex eo quod mihi dandum eſt, Certi Stipulatio eſt: ex eo quod illi ſoluendum eſt, Incerti*, l. 118.§.vlt.D.eod. tit. At, in Actione *Si Certum petetur, Certum* pro certa pecunia numerata accipitur. De ea enim hæc Actio comparata eſt, l.1.D.de condict.trit.l. 1.D. de interrog.in iur.faciend. Vnde & *Pecuniæ Creditæ Actio* vocatur in l. 12.§.1. D. de diſtract.pignor. Et *Actio Certæ pecuniæ*, apud Senec. lib. 4. de Benefic.cap.7. Ita *Certam Pecuniam Creditam* dixit Quintilian.lib.4. cap. 2.& lib.8. cap. 4. & *Certa pecunia*, in l.vlt.§. Lucius, D.de condict.indeb. l. 7.§.vlt. D.de contrahend.emptio.l. 8. §.Certum, D. de legat.2. l.31.§.1. & l.32. D.de fideic.libert.l.vlt.§.Camelaſia, D.de munerib. & apud Cic. pro Roſcio Com. *Certa quantitas*, l.3.§. vlt.D.de ann.legat.l.18.§. Cùm de villico, D. de inſt.vel inſtr.l.45.D.de fideicom.libert. l.vlt.§. Ex quadrante, D. de doli mali except.l.44 §.vlt.D.de ſolutionib. *Certi Nummi*, puta, *qui in Arca ſunt*, vel *quos in Arca habet*, l.37.D.de Verb.obli. l.51.D.de legat.1. *Certa ſumma*, l.28.D.de recept. qui arbit.l.8.§.vlt. D. rat. rem hab.l.1.§.ſi pupillis.D.de tut.& rat.

Certum Corpus nummorum, vtputa, Centum quæ in Arca habet, l.34. §.ſed ſi.D.de legat.1. *Certum Corpus*, & *Numerata Pecunia*, opponuntur, l. 10.de acceptilationib. *Certum Corpus Frumẽti*, l. 47. §.1. D.de legat.1. *Certum Corpus*, & contrà, *Incertũ*, veluti, *Vinum meum*, *Veſtem meam*, l. 85 D.de legat.3.

Certum autem Corpus generaliter eſt, quod ſpecie certa continetur, l. 10. D. de auro & argent. lega. l. 1. §. non ſolum, D. ad leg. Falcid.l.68. D.ad Sc. Trebell. l.26. D. de leg.1. Hoc modo & numerata Pecunia, & Res quæ Pondere, Numero, Menſura, conſtant, Incerta ſunt Corpora, niſi certo loci ambitu concludantur. Nam ſi quis Vinum ſimpliciter, vel Pondus Argenti, Nummóſve generaliter legauerit, Incertam rem legat, quoniam non in certo aliquo corpore, ſed in quantitate hæc conſiſtunt, quæ nullis certis finibus circumſcribitur. At ſi Vinum quod in illa Apotheca eſt, Decem quæ in Arca ſunt, quis leget, vel promittat, tunc Certum Corpus intelligitur legatum vel promiſſum, l.34.§.ſed ſi non corpus, l.47.§. ſed ſi id petatur, l. 51. & l. 108. qui quinque, D. de legat. 1. l. 37. D. de verb.oblig.

Certum porrò eſt id demum quod in oculos cadit, & demonſtrari cerníque poteſt. Sic *Certus Locus*, qui pro diuiſo poſſidetur, l.1.D.de euictionib.l.6. D.de ſeruitu.l.4. D.pro empto. l.8.D.de rei vindic. Et ita *Certa Pars*, & *pro Indiuiſo*, opponuntur, l. 1. & l. 25. D. quib. mod. vſufr. l. 1. §. interdictum, D.Vti poſſidetis, l.35. D. de ſeruit. vrb. Pars enim pro indiuiſo *Incerta* eſt, cùm oculis demonſtrari non poſſit, intellectúque & animo, non diuiſione corporum ſecernatur, l. 5. D. de ſtipul.ſeruo.l.66.§.1. D. de legat. 2. l. 5. §. ſi duobus, D. Commod. At in eo quod dicitur, *Incertam Partem poſſideri non poſſe*, l. 3. §. Incertam, l. 26. D. de adquir.poſſeſſ. l.32.§. vlt. D.de vſucap. aliter *Certam*, & *Incertam partem* accipimus: Nã Incerta eſt, quæ quanta ſit ignoratur, verbi gratia, Quicquid Titius poſſidet. Itaque & pro indiuiſo Pars, *Certa* dicetur, ſi de modo eius conſtet, l.26.& l.76. §.1. D.de rei vindicat. l.11. §.ſi cùm eſſet, D. de interrog. in iur.fac.

Certus Pater, Cicer. pro Sext. Roſc. Amer. *Si tibi fortuna non dedit, vt Certo patre naſcerere. Certa Mater*, l.5.D.de in ius voc. vbi *Mater ſemper Certa* eſſe dicitur. *Certus homo*, veluti, Stichus, Dama, Pamphilus, ad differentiam Hominis in genere promiſſi, legative, qui *Incertus* dicitur l.3.D.ad Sc.Treb. l. 17. D.de liberali cau. l.63. D. de condict. indeb. l.13. l.47.§.vlt.D.de legat.1. l.25.§. ſi incerto, l.39. D.famil. erciſc. *Certũ Hominẽ debere*, l. 23. D. de verb.obli. *Emere*, l.63.§. quod verò, D. de furt. *Dum Certus ſit, is qui datus eſt procurator*, l. 2. D. de Procuratorib. *Certus Contractus* Incerto opponitur, l.9.D.de reb.cred. l. 1. §. debitum, D.de conſtit.pecu.l.18.D.de acceptil.

Certus Libertus, l.28.D.de alimen.vel cibar. *Modus*, l.3.C.de poſtulan. *Percuſſor*, l.6. D. de Sc.Silan.

certi ſtatus eſſe, l. 2. §. ſi quis, D.vnde legitimi. *Certi Anni*, l.28.C.de pact.l.5. C. de vſur. *Certus excuſationis*, l.14. D.de bon.poſſeſſ.

Certa forma, l. 4, Cod. de iure fiſci, lib. 10. Traian. apud Plin. lib.10.Epiſto. *Neque enim in vniuerſum aliquid quod quaſi Certam formam habeat, conſtitui poteſt. Certa forma erogationis*, l.10. §. 1.D. de annu.legat.

Certa cauſa eſt, l. 3. C.de excuſat.tut. *Certis ex cauſis*, l.1. §. ait, D. de poſtulan. l. 53. D. de Iudiciis, l. 4. §.1. D. de cenſib. *Certa Pars, Fundi*, l.6. D.de ſeruitutib. *Hereditatis*, l. 8. §. vlt.

D.de legat.2.*post certam ætatem*, l.23.§. etiam, D. de fideicom. libet. *ad Certam causam agendam*, l.vlt. §. defensores, ff. de munerib.& honorib. *Certa conditione*, l.2. D. de iure immunita. *Certa lege donare*, l.22.C.de donat. *Certam legem accepisse Mandatum*, l.12. C.mand. *Certam legem dicere ei quod soluimus*, l.1.C.de solutionib.

Certa Ciuitas, Vlpianus Titu. 21. Regular. *Familia, veluti Vrbana, aut Rustica*, l.65.D.de legat.2. *Merces*, l.20.§.vlt.D.de manumissionib. & apud Suetonium in Neronem cap.17. *Penus*, l.3. D.de penu legata. *Persona*, l.4.D.de reb.dub. *Possessio*, l.14.D.de seruitut. *Sententia*, l.19.D.de Recept.qui arbitr.§.Curare, Instit.de actionib. *Species*.l.34.§.sed si pondus, D. de legat.4. *Vxor*, l.28.§.si quis, D. de liberis & postum.

Certæ nundinæ, l.138.D.de verb.oblig. *Regiones fundi*, l.8.D.de rei vindica. *Vsuræ*, l.62.D. ad Sc.Trebell.

Certæ & sollemnes Actiones, certis formulis comprehensæ & adstrictæ, l.2.§.deinde, D.de orig.iur. Sic *Certa verba* apud Vlpian, Tit.10.& 20..Regular. id est, vt ita dicam, formalia, & vt Theophil.vertit τόπικα, in §. Procurator, Institut. de his per quos ag.poss. Cicer. lib. 2.de legib. *Sunt Certa legum verba.* Idem lib. 2. de Natu.Deor. *Quidam Imperatores etiam seipsos Diis immortalibus capite velato verbis Certis pro Republica deuouerunt.* Nam quæ Cicero *verba Certa*, ea Seneca Epist.68.lib.9.& auctor lib.de Viris Illustrib. cap. 27. *Sollemnia* dixerunt. Idem Cicero lib.1.de Orato. *Si iudicaretur Certis quibusdam verbis non nouis nuptiis fieri cum superiore diuortium.* Et lib. 2. de Inuentio. *Cur in Certa verba iurant iudices.* Varro lib.5.de lingua Lati. *Hinc fasti dies, quibus Certa verba legitima sine piaculo Prætoribus licet fari. Certior Confessio*, l.1.§.si quis vltro, D.de quæstionib.

Certũ Cõsiliũ debet esse Testãtis, Vlpia.Tit.23. Regula. *Certo iudicio Liberi à Parentũ successione remouẽdi sunt*, l.18. D.de bono.possess. cont.Tab. *Certo iudicio debet quis pro Tutela posteritati suæ cauere*, §. Tutor, Institu. de Legat. *Certũ dicere*, in Edicto de Iniur. quẽ sensũ habeat, vide l.7.§.1.D.de iniur.& in Lege Dei, Tit.2. *Certũ ius & finitũ*, quod descriptũ est, & legibus cõtinetur, vel lõgo vsu in mores perductũ, l.2.in prin.& §.exactis.D.de orig.iur.l.2.D.de iuris & fact.ignor. *Certum ius est*, l.§.C.de legiti.heredib. l.1.C.qui manumitti non poss. l. 2. C. du solutionib. *Certi iuris est*, l.3. D.de peric.& comm.l.37.D.de minori.l.10.C.de liber.caus. *Ius Certissimum est*, l.2.C.de in ius vocan. *Certissimi iuris est*, l.vlt.D.de condict. furtiua, l. 18. C. de excus.tut.l.17. C.ad leg.Falcid.l.2.C. vnde vi. *Certo iure vtimur*, l.49. D. de legat. 1. l. 10. D.si quis caut. l.7. §. hodie, D. de minorib. l.1.§.vlt. D. de liber.exhib.

Certum pondus Auri, vel *Argenti*, l.1. §.vlt.l.9. D.de auro argẽ. *Olei*, l.4. D. de tritic. vin. *Certum genus Argenti*, l.1.§.vlt. D.de auro argen. & *Agrorum*, l. 13.D.de seruitut.præd.rustic. *Certum Olei pondo*, l.60.D.de verb.obli. *Certo Ordine teneri*, l.4. C.in quib.caus. *Certo Pretio*, l.31. §.vlt. D.de fideicom.libert. *Certo Loco*, l.19.§.1. & §.proinde, D.de Iudic.& Titu.de eo quod certo loco. *Certo Loco vel tempore reddi*, l.5.D.commod. *Certo Loco & tempore Constituere*, l.16. §.1. D.de pecun.constit. *Certo Modo factum Diuortium*.l.1.D.vnde vir & vxor.

Pro Certo, l. 3.§.planè, D.de homine liber.l.16. D.de minorib. l.2.§.Seruus, D.de origin. iur. *Certo certius est*, l.38.§.sicut autem, D.de verb.oblig.l.10.§.si cũ mulier, D.quæ in fraud. credit. *Certius est & modestius*, l.14.§.1.D. de ritu nupt. *Certa omnia sunt in Rerum Natura cùm futura vtique fierent*, l.28.§.vlt.D.de iudiciis.

Certa Vasa, l.2. D.de penu leg. *Certis Oneribus destinatum patrimonium*, l.50.§.quid tamen, D. de Iudiciis. *Certè demonstrari*, l.8.§.Heres, D.de hered.instit.

CERTIORARE *Emptorem*, l.1.§.1.D.de action.empt. id est *Certiorem facere*, vt loquuntur Ædiles, l.1. D.de ædilic.edict.

Certiorare, l.20. §.petitam, D. de hered.petit. l.1.§.vlt.D.de eo qui pro tut.l. 1.§.elegãter, D.depositi, l.5.§.1.D.de condict.cau.dat.& l. 36. D.de pignerat.act. l. vlti. D. quis ordo in poss.

Certiorari, l.21.§.in Testamentis, D. qui testam.fac. *Certioratus*, l.3.§.is qui, D.de homine libero, l.1.§ 1.D.si quis omissa caus.

CERVESIA Vini appellatione non continetur, nisi forte Paterfamilias aliud senserit,& vini numero ciusmodi potum habuerit, l.9.D.de trit.vino, quo loci, vt & apud Plin.lib.22. cap.25. à Zytho separatur, quod in quibusdã Prouinciis vel ex Tritico, vel ex Hordeo cõficiebatur, ibidem Vlpianus ait. Verùm nominis magis sono quàm re differunt. Alterum enim Græcum, aut Ægyptium, alterum Gallicum nomen est.

CERVICEM *aduersus Patronum erigere*, dicitur inofficiosus & inreuerens Libertus, l.2.C. de libert. & eor.liber. *Ceruice resupina Iudicem tantum Titulum gerere* aiunt Impp. eum qui in munere

munere ſuo obeundo negligens eſt & deſes, l.6. de cuſtod.reor.in C. Th.

Ceruices autem numero dumtaxat plurali veteres dixiſſe, primúmque Hortenſium in Poëmatis, *Ceruicem* numero ſingulari poſuiſſe, auctor eſt Varro lib.7.&9.de lingua Latin. Nec verò ob ſeruauit Conſtantin.in d.l. 2. illam ſubtilem Seruii differentiam, qui in 2. Æneid. *Ceruix*, ait, *quum numero ſingulari dicitur, Collum ſignificat. Si plurali numero vtamur, ſuperbiam oſtendimus.*

CERVICALIA, Veſtis Nomine contineri, ait Vlpian. in l.25. §.1. D. de auro argen. Ea enim Ceruici ſupponuntur, & in ea inflexa recumbit Ceruix. Meminit Iuuenal. Sat.6. Plin. lib.20.cap.20. Martial.in Apophoret.Epigr.146.

CESPITEM *vellere de Buſtis*, l. 6. de ſepulchr. violat. in Cod. Theodo. Tumulis enim terræ Ceſpes aggerebatur, vt Tacit.lib.1. indicat. *Ceſpes* autem eſt *Terra cum propria herba euulſa*, vt Seruius in 1. Eclog. tradit: vel, vt Feſtus Pomp. *Terra cum herba in modum lateris cæſa.*

CESSARE, morã facere, ſignificat, l.35.D.de neg.geſt. *Ceſſare in Adminiſtratione*, l. 60. §. quid ergo, D.de ritu nupt. *In Bonorum poſſeſſione petenda*, l.2. §. ſed ſi quis, D. ad Sc. Tertyll. *Circa refectionem*, l.32.D.de damn.infect. *In Diſtractione rerum*, l.7.§.1.D. de adminiſt.& peric. *In Exactione pecuniæ*, l.vlt.§.Imperatores.D.adMunicipal. *In exigenda ſatisdatione*, l.53.D. de adminiſt.& peric. *In Exſolutione totius*, l.41.§.1.D.de vſur. *In Officio muneris*, l.1.C.de peric. tuto. *In Petendis Tutoribus*, l.1.C.qui pet.tut. *In Petitione*, l.8.§.1. D.de liberat. leg. *In Probatione*, l.2.C.de probation. *In Satisdatione*, l.5.§.vlt.D.de Carbon.edict. *In Solutione*, l.38.D. de minorib. Cod. de iure dominij.l.38. D. mandati. eod.tit.l.1. *In ſuſcipienda pecunia*, l. 15, D.de aliment.vel cibar. *In Vlciſcenda morte*, l.15.§.vlt.D.de Sc.Silan.Vlpian.in interpretatione Reſcripti Imp.Anton.quo in propria quoque Heredis bona Legatarij mitti iubebãtur, ſi poſt ſex menſes quàm Prætor aditus eſt, *in Solutione Ceſſatum* fuerit: *Ceſſatum* non videri ait, ſi Pupillus Tutorem non habet, nec Curatorem furioſus, vel Adoleſcens, cùm fruſtratio his perſonis indefenſis nocere non debeat, l.5.§.Imperator, & §.ceſſatum, D. vt in poſſeſſ.leg.

Ceſſare dicitur *Tutor*, qui Tutelam non gerit, neque adminiſtrat, l.1.§.1.& l.17.D.de adminiſt.& peric.l.4.§.1.D.rem pupilli. *Ceſſare Adminiſtrare*, l.32. D.de minorib. *Ceſſantes officij admonere*. l.1.D.de feriis. *Ceſſantibus Curatoribus*, l.3. C. de in lit. iur. *Ceſſare*, pro, non adeſſe, l. 2.§.Senatus, D.de iure Fiſci. *Ceſſante emptore in manumittendo*, l. vlt. D. qui & à quib. *Ceſſante Pupillo*, id eſt moram faciente, l.41. D.de fideiuſſorib. Sic & *Ceſſante Socio*, l. 2. C. pro ſoc. *Ceſſante vno*, l.21.D.de bon.libert.l.1.§.1.D. iudicat.ſolui. *Ceſſante Patre*, id eſt, non agente, l.17.§.idem ait, D.de iniuriis. Eodémque modo in l.6. D.de ſepulch.violat. accipe, *Ceſſante eo ad quem ea res pertinet*, *Ceſſante Emptore*, id eſt non appellante, l.4.§.1.D.de appellat. *Ceſſante Procuratore*, id eſt, non reſpondente, l.vlt. D. an per alium ſtipul.

Ceſſare ſtipulatio, cuius effectus aliquo interuallo differtur & intermittitur, l.1. §. non ſolùm, & §.ſi ad fiſcum, D.Vti legator. *Ceſſaturam*, aut *Valituram Stipulationem*, opponuntur, l. 83.§.ſi cui. D. de verb.oblig.

Ceſſare & *Locum habere*, ſeu, *Locus eſſe*, aduerſantur, l.1.§.1.D.Si quadrup. l.10.§.1.D.quæ in frau.cred.l.3.D.de donatio.l.4.§.ſi alienos, D.de fideic.liber. l.1.§.totiẽs.D.de colla.bono. *Ceſſare* ergo eſt Deficere, ſeu Locũ non habere. Sic *Ceſſare* dicitur *Actio*, l.10. D. de adſig. liber.l.20.§.fraudator, D.quæ in frau.cred.l.40.D.de noxal.l.1.§.1.&.§.itẽ ſciendũ, & l.3.§. aquæ, D.de aqua & aq.plu.l.48.§.hæc actio, D.vi bonor.rap. l.17.§.1. D.de iniur. l.10. §.filius, D.de fideiuſſorib. l.17.& l.25.D.de act.rer.amot.l.48.§.ancilla, D.de furt.l.1.§.1.D.ſi is qui teſt.l.3.D.ſi famil.furt.feciſſ.l.2.§.ſi in re, D.vi bonor.rapt.l.11.§.quanquam.D.de iniuriis, l.10. §.ſi debitorem, D.quæ in fraud.cred.l.1.§.1.D.ſi quadrup.

Sic *Ceſſat Addictio*, l.4.§.ſi bona, D.de fideicomm.liber. *Adquiſitio*, l.76. §.vlt. D. de vſu & vſufru. *Æſtimatio*, l.73.§.vlt. D.de legat.1. *Arbitrium Iudicis*, l.vlt.D.de eo quod certo loco. *Bonorum Poſſeſſio*, l.12.D.de bon.poſſeſſ. *Cautio*, l.1.§.ſi impubes.D.de legat.1. l. 39. §. ſi pater, D.de Procurator. *Clauſula*, l.30.D.de legat.1. *Collatio*, l.1.§.totiẽs, & l. vlt. D. de collat.bon.l.9.C.de collation. *Commiſſum*, l.vlt.D.de publican. *Condictio*, l.vlt.D.de cõdict.ſine cau.l.4.§.1.&l.14.D.de reb.cre.§.ſi alieno. *Cõſtitutio*, l.4.& l.24.§.vlt. D.de fideic. libert. *Crimen*, l.22.C.ad L.Iul.de adult. *Delatio*, l.1.C.de delatorib. *Dolus*, l.3. D. ne quis eum. *Edictum*, l.1.§.1.D.de oper.nou.nunciat.l.6.§.1.D.quæ in fraud.cred.l.1.§.proponitur, D.de Carbon.edict. l.25. D.quod met.cauſ.l.2. D.de capite minut.l.3. §. quod ait, D. de incend. l.1.D.quod quiſque iur. *Edicti Pars*, l.4. §. Totiens, D. de dam. infect. *Edicti*

Pœna, l.3.&l.5.D.ne quis eum. *Exceptio*, l.19.D.de nouationib.l.11.§.si quis iter, D.de except.rei iud.l.7.§.si filius, D.de Senatusconſ.Macedon.l.36. D. de iureiuran.l. 8.§. & poſt, D. de fideiuſſorib. *Fauiana*, l. 1. §. vtrum, D. ſi quid in fraud. credito. *Ignominia*, l.30. D. de obligatio.& actionib. *Interdictum*, l.20.§.adquiritur, D.de oper. nou. nunc. l.3.§.1.D.de homin.liber. l.1. §.1.D. de migrando, l.1.§.1.D.de riuis, l.9.D.quod met. cau. l.1.D.vt in flumin.publ.l.5.D.de vi & vi arm. *Iudicium*, l. 4. §. vlt. D.de alien.iudic. l.1.D. comm.diuid. l.4. C.de ordin. cognition. *Ius*, l.19.§.vlt.D.de manumiſſionib. *Ius Adcreſcẽdi*, l.1.& l.3. D. de vſufr.adcreſ. *Ius Legis*, l.7.C.ad l.falcid. *Legatum*, l. 1. D. de dote prælega. *Lex*, l.1.D.de fundo dota.l.1.D.ad l.Iul..ambit. *Lex Falcidia*, l.33. D. ad leg. falcid. l.1. §.ſi is qui, D.ad Sc.Trebell.l.10.C.de teſtament.milit. *Ius legis Falcidiæ*, l. 7.C.ad leg.falcid. *Libertas*, l.4.§.1.D.de manumiſſionib. *Macedonianum*, l.47.§.vlt.D.de ſolutionib. *Mandatum*, l.4.C.ſi cer.pet. *Matrimoniũ*, l.1.§.vlt.D.pro dote, l.17.D.de act.rerũ amot. *Miſſio*, l.4. §.eleganter, D. de dam.infect. *Nouatio*, l.28. D.de nouationib. *Obligatio*, l. 35. & 37.§. vlt. D.de verb.oblig.l.98.§.vlt.D.de ſolutionib. *Oratio*, l.8.§.ſi integra, D.de tranſact.l.5.§.ſi fundus, & l.6.D.de reb.eor. *Pars orationis*, l.6.D.de reb.eorũ. *Petitio*, l.9. C. de donationib. int. vir. & vxo. *Pignerat icia*, l.11.§.ſi in ſortem, D.de pignerat.act. *Pœna*, l.1.§.inter, D.de l.Cornel.de falſ. *Præſtatio libertatis*, l.24.§.ſi petitum, D.de fideicom. libertat. *Priuilegium*, l.24.D.de reb. auct.iud.poſſid.l.2.C.de priuileg.fiſci, l.17.D.de ſtipulat.ſeru. *Quæſtio*, l. vlt.D. ne de ſtatu defunct.l.vlt.C.de ordin.iudic. *Querela*, l.8.§.ſi quis, D.de inoffi.teſtam. *Ratio*, l.2.§.ſi mater, D.de donation.l.4. C.de vſur. *Repetitio*, l.4.& l.8.D.de condict.ob tur.cau.l.vlt.§.vlt. D.de iur.& fact.ign.l.3.D.de donationib. *Reſtitutio*, l.3.§.1.& l.37.D.de minorib.l.23.& l.26. §.per magiſtratus, D.ex qui.cau.maio.l.9.§.vlt. D.de minorib. *Reuocatio*, l.10.§.1. D.quæ in fraud.credit. *Satiſdatio*, l.8.D.de Curatorib.fur. *Scriptura*, l.30. D.de legat.1. *Senatuſconſultum*, l.2.§.ſed ſi quis, D.ad Sc.Tertyl.l.2.D.de leg.Fab.l.12.D.ad Sc. Turpil.l.26.§.euocari, D.de fideicomm.libert.l.1.§.1.& l.3. D. de Sc. Maced.l.1. §. occiſorum, D. de Sc. Silania. l.1.§.dies.& l.3.§.illud, D.de agnoſc.& alend.liber. *Senatuſconſulti Mens*, l.3.& l.7.§.idem ait, & §.ſi filius D.de Sc.Maced. *Vindicatio*, l.7.§.1.D.de donat.inter vir.& vxo. *Voluntas*, l.7.§. vl. D. de donationib. *Vſucapio*, l.1.§.vlt.D.pro donato, l.1. §.vlt. D.pro dote, l.2.§.ſi ſub, D. pro emptore.

Ceſſant Partes Iudicum, l.5.§.ſi quis. D.de agnoſcend.& alend.l.5.§.1.D.de adminiſt.&pericul.l.15.§.ſi poſt, D.de re iudic. *Partes Prætoris*, l.16.D.de noxalib. *Torme̅ta*, l. 14. D.de quæſtionib. *Verba*, l.7. D.de iuriſdictio. l. 67. §. vlt. D. de legat.2. *Ceſſante Cauſa*, id eſt deficiente, l.2. C.quomo.& quan & *Ceſſante Cautione*, l.17.D.de heredita. petit. *Demonſtratione*, l. 97.D.de ſolutionib. *Cornelia*, l.12.D.de l. Corn. de falſ. *Dominio*, l.80.D.de furt. *Electione*, l.77.§. Rogo, D.de legat.2. *Interceſſione*, l.1.C.ad Sc.Velleian. *Iure*, l.3. C. de donationib. inter vir. *Parte*, l.2.C.de vſur.legat. *Prima ſubſtitutione*, l.57.§.vlt. D. ad Sc. Trebell. *Probatione*, l.4.C. de vſucapionib. *Ratione*, l.17.D.de heredit.petit. *Subſtitutione*, l. 41. D. de bon. libert. *Succeſſione*, l.1.C.quando non pet. *Ceſſantibus priuilegiis*, l.6.§.vlt.D.de decur.

Sic & *Ceſſare Pars*, dicitur quæ caduca eſt, quæ deficit, l.41.D.de legat.2. Vnde *Ceſſantium partes*, id eſt, deficientium, l.7.D.ſi cui plus quàm per leg. Falcid. *Ceſſaſſe Pecunia*, in l. 14.§.1.D.de adminiſt.& peric. dicitur quæ otioſa fuit, aut pupillo vacauit, vt loquitur l.12. §. vlt.D.eod. tit.

Vnde *Ceſſatio*, pro mora, l.17.D.de vſur.l.1.D.de operib.publ.

Ceſſatio ab Adminiſtratione, l.37.§.vlt.D.de excuſat. *Nimia ceſſatio in Adminiſtratione*, l.vlt. D. vbi pupil.educ.

Ceſſatio Aliena, l.1.& 2..C.de diuid.tut. *Collationũ*, l.2.C.ſi propter public. *Curatorũ*, l.53. D.de adminiſt.& peric. *Legati*, l.2.§.Legatio, D.de legationib. *Officij*, l.5.C. qui dare tuto. *Tributorum*, l.1.& l.vlt.C. Si propter publ. *Tutorum*, l.2.C.de vſur.pupil.l.2.C.arbit.tut.

Ceſſationis Periculum ſuſtinere, l.31. D.de excuſationib. *Ratio reddenda*, l.2.C. de hered. tut. *Ceſſationum ſolitæ vices*, l.35.§. vlt.D.de legat.3.

CETERORVM, & *Reliquorum* appellatione etiam omnes continentur, veluti, ſi cui *optio* legata ſit, *Ceteri Sempronio*, illo non optante, omnes ad Sempronium pertinent, l.160. D.de verb.ſignif.l.17.D.de optio.leg.

Inter Ceteros, & *Nominatim* exheredari opponuntur apud Vlpia. Tit.25.Regula. &.l. 4.§. 1.C.de liber.prꝛterit.& Inſtit.de exheredat.liberor. Vetus Gloſſarium, *Inter ceteros*, interpretatur ἀόριστως.

Inter ceteros Curator constitutus, l. 21. D. ad Municipal. *Suffragium ferre*, l. 6. §. 1. D. de decur. *Cetera Venditionis*, l. 5. §. si pupillus, D. de reb. eor. *In Cetera parte*, l. 19. D. de liber. & post. De *Cetera parte*, l. 34. D. de bon. libert. De *Cetero*, l. 5. C. de ingen. manum. *In Cetero omni Iure*, l. 41. D. de pœnis. De *Cetero pecore*, l. 38. §. iumentorum. D. de edilit. edict.

Et Cetera, in l. 29. §. 1. & §. nunc de lege, & §. videndum, D. de liber. & postum.

De cetero, id est, in posterum, l. 10. D. de custodia.

Vox CETERVM plerumque absurdi nota est, & significat Alioquin, l. 7. in prin. §. quæsitum. & l. 9. §. vlt. D. de minorib. l. 10. §. vlt. D. de vsurpationib. l. 15. §. sed si emptor, D. de re iudic. l. 5. §. maxime, D. de Carbon. edict. l. 15. §. posteaquam, D. de damn. infect. l. 12. §. 1. in fi. D. de pact. dot. l. 15. §. 1. D. quod vi aut clam, l. 17. §. si iussu, D. de iniur. l. 63. §. hæc ita, D. de furt. l. 2. §. idem Nerua, D. ne quid in loc. publ. l. 5. §. hoc autem, D. de lib. exhib. l. 32. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. l. 49. D. famil. erciſc. l. 5. §. meminisse, D. de oper. nou. nunc. Sic & apud Tertull. in lib. 11. aduers. Marcio. illo loco, *Ceterùm non esset Anima, nec Spiritus.* Et lib. 2. ad Vxor. *Sanctificatur enim infidelis vir à fideli vxore, & infidelis vxor à fideli viro. Cæterùm immũdi essent filij vestri.* Hoc ne leue videatur, Accursium valde torsit in interpretatione l. 5. D. iudic. sol. quæ huius vocis vi percepta non obscurum sensum habet. Contra etiam *Alioquin*, pro *Ceterùm*, ponitur in l. 91. D. de legat. 3. l. 42. D. de adquir. hered. l. 1. C. de pact. conuent. quod & Charis. Sosipat. notat.

CETEROQVIN, id est, Alioquin, l. 35. §. Rerum autem, D. de hered. instit. l. 29. D. de iure fis.

CHALDÆI in l. 5. C. de Malefic. & Mathematic. secundum B. Hieronymi in cap. 2. Danielis interpretationem, γενεθλιάλογοι accipiendi sunt, qui futura ex natiuitatibus prædicũt. Agellius lib. 14. cap. 1. *Aduersus istos, qui se Chaldæos, seu Genethliacos appellant, ac de motu, déque positu stellarum dicere posse quæ futura sunt profitentur.* Spartianus in Seuero, *Quasi de imperio vates Chaldæos consuluisset, reus factus est.* D. Ambros. in 1. Psalm. Dauidis, *Chaldæi, sunt qui syderum cursus à vanæ studio superstitionis explorant: & impiæ ferunt gentilitatis errores.*

Χαμηλικάριοι apud Iustinian. Nouell. 60. *accipe Pedaneos Iudices, qui nulli Tribunali præerant: nec pro Tribunali sedentes, sed de plano, cognoscunt ac iudicant.*

Χάμοθεν apud Modestũ in l. 13. §. χεῖρας, D. de excusationib. accipe, de plano: opponitur enim ei quod prius dixerat, ἀπὸ βήματος.

Χαρακτῆρα habere dicitur Anulus qui formam aliquam gemmæ insculptam habet, l. 22. §. signũ, D. qui test. fac. Auctor Etymologici, χαρακτὴρ, ἡ σφραγὶς Id ipsum ἔκτυπωμα vocat Plin. lib. 10. Epist.

CHARTIS legatis quid contineretur, docent l. 52. §. quod tamen, & §. Chartis, & l. 76. D. de legat. 3. *Chartæ* autem à *Membranis* separantur, l. 9. §. 1. D. de adquiren. rer. dom. §. litteræ, Instit. de diuis. rer. Ac planè *Chartas* supprimente Ptolemæo, Membranas Pergami repertas, Plinius ex Varrone tradit lib. 13. cap. 11. Ideóque inscitè faciũt qui Chartis Mẽbranas cedere cõfundũt, & Chartarũ appellatione Mẽbranas cõprehensas scriptis suis prodiderunt. Nam longe alia Chartarum, longè alia Membranarum materia fuit. Membranæ enim ex pellibus corióve animalium, Pergami primùm paratæ, hodiéque originis suæ nomen tenent. At Chartas, quarum vsu olim maximè humanitas vitæ constabat & memoria, ex Papyro (fruticis id in Ægypto genus) confectas fuisse, docet Vlpian. in d. l. 52. §. Chartis. Apertius verò hoc ipsum declarat Plin. illo quem modo citaui capite, his verbis: *Præparantur ex eo* (de Papyro loquitur) *Chartæ diuisæ Acu, in prætenues, sed quàm latissimas Philyras: principatus medio, atque inde, scissuræ ordine.* Sic enim ille Plinii locus miserè diuulsus & discerptus in vnum iungendus est. Confecturam porrò Chartarum, eiúsque rationem, idem Plinius eiusdem libri cap. 12. exponit his verbis, *Texuntur omnes Tabulæ, madentes, Nili aqua: turbidus liquor vim Glutini præbet: cùm primo supina Tabula scheda adlinitur, lõgitudine Papyri, quæ potuit esse segminibus vtrinque amputatis, Transuersa postea crates peragitur. Premuntur deinde Prælis, & siccantur Sole: atque inter se Plagulæ iũguntur: à proximarũ semper bonitatis diminutione ad deterrimas: nunquã plures, scapo, quã vicenæ.* Vopiscus in Firmo. *Tãtũ habuisse de chartis, vt publicè sæpè diceret, Exercitũ se alere posse papyro & Glutino.* Chartã etiã Cassiod. li. 11. Variarũ, Epist. 38. hoc verborũ ambitu describit, *Iunctura sine Rimis: Continuitas de Minutiis: Viscera niuea virẽtiũ herbarũ: scripturabilis facies, quæ nigredinẽ suscipit ad decorẽ: vbi Apicibus eleuatis, fecũdissima verborũ planatrix seges, fructũ mentibus toties suauissimum reddit, quoties desideriũ lectoris inuenerit,* Auctor Etymologici, χάρτης χωρητικὸς τῶν ἐγγραφομένων. Chartæ porrò vel *Puræ*, erãt, d. l. 52. §. quod autem: vel *Scriptæ*, d. l. 76. Chartæ autem appellatio & ad *Nouam Chartam* referebatur, & ad *Deleticiam*, l. 1. D. de bonor. possess. sec. tab. Varias autem Chartarum, seu

ſpecies, ſeu differentias exequitur Plinius, eiuſdem lib. 13, cap. 12. & poſt eum, Iſidorus libr. 6. Origin. cap. 10. Varium quoque Chartarum vſum ex libris noſtris, notare licet. *Chartas* enim *Epiſtulares*, & *Chartas ad Ratiunculam, vel Logarium paratas* memorat l. 3. §. vlt. D. de penu leg. & *Chartas in quibus Rationes conſcriptæ ſunt*, l. vlt. §. 1. D. de liberat. leg. de Chartis Epiſtularibus extat Martia. Diſtichon in Apophoretis. Epigr. 11.

Hinc *Chartarei Codices*, l. 42. D. de legat. 2. & *Chartea Supellex vatũ*, apud Auſon.

Chartopratæ, in Rubr. de Collegiat. & Chartoprat. lib. 11. C. id eſt, Chartarum venditores.

Chartulæ confiſcatæ, l. 5. C. de conueniend. fiſ. debit. lib. 10.

Hinc *Chartularij*, qui Chartas tractant. Rubr. de Numerariis, Actuar. & Chartular. lib. 12. C. quorum variæ ſpecies in Impp. Conſtitutionibus recenſentur, prout ea officia erãt quibus adiungebantur, ac deſeruiebant. Quidam enim de Cohortalibus Officiis Largitionales titulos retractabant, l. 3. C. de cano. largit. lib. 10. Quidam Numerariis operam præbebant, l. 10. C. de numera. actuar. lib. 12. & in Notitia quæ Nouellæ 8. ſubiecta eſt. *Chartularij* etiam *Magiſtri Equitum & Peditum*, memorantur in l. 5. de diuerſ. offic. & appar. in C. Th. Iuſtinianus quoque Nouella 8. Chartularios tres, τῦ ϑείᾳ κελεύσει τοῖς ξυμβολοις ὑπηρετικοὺς ponit. Atque huiuſmodi munus, *Chartularum miniſterium* dicitur in l. 8. de filiis milit. app. & veter. in Cod. Th. Zonaras porrò Tomo 3. Annal. poſterioribus tẽporibus, *Chartulariũ* appellatũ τὸν τῦ βασιλικῶν ἱπποκόμων ἔπιτροπεύοντα, ſcribit *Chartularios* etiam ſua ætate appellatos qui olim *Commentarienſes* dicebantur, auctor Etymologici tradit, in voce Κομεντησιανοί.

Chartiaticum, in l. 6. D. de bon. damn. & apud Zonar. Tomo 3. quod Officialibus pro Chartis erogabatur. Miniſtris enim Magiſtratuum Chartas præbitas fuiſſe ex Frontino lib. 2. de Aqæductib. intelligimus.

CHASMA vaſtum hiatum ſignificat, qui terra dehiſcente contingit. Cuiuſmodi caſu Agri nonnunquam abſorbentur, l. 47. §. vlt. D. de legat. 1. l. 4. §. 1. D. de cenſib. l. 10. D. de peric. & commo. l. 11. §. ſi locupleti, D. de minorib. Seneca lib. 6. Natural. quæſtio. *Tunc Chaſmata, tunc hiatus vaſti aperiuntur.* Terræ quoque motus σωιζόμενοι ποιοῦτας εἰς τὰ κοῖλα Χασματίας vocari, auctor eſt Ariſtotel. lib. de Mundo. Nec de Terræ modò, ſed & cœli ipſius hiatus, Chaſmatis nomen obtinet, vt Plinius lib. 2. cap. 26. tradit. Seneca quoque lib. 1. Natural. quæſt. in cœlo Chaſma vocat, cùm aliquod cœli ſpatium deſedit, & flammam dehiſcens velut in abdito oſtentat. Seruius in lib. 9. Æneid. ad hæc verba, *Diſcindere cœlum*, χάσμα *dicit factum, id eſt ſubitam aëris diruptionem & quendam receſſum: per quod vult videri in Chaſma Irim ſe recepiſſe.* Et mox, *Sanè Chaſma eſt, vt Plinius vocat, diruptio, & quidam cœli receſſus.* Quibus verbis illum Plinianum quem attigimus locum deſignat.

CHELYNIÆ in l. vlt. §. ſpecies, D. de publican. quid ſignificet, obſcurum eſt: niſi Cheloniam Gẽmam, intelligamus, quam oculum eſſe Indicę teſtudinis, Plin. li. 37. cap. 10. ſcribit.

CHILIARCHÆ *& Centenarij qui ſibi plebis diſtributionem vſurpare dicuntur*, l. 20. de pagan. & ſacrif. in C. Th. Aliâs *Chiliarchæ*, ait Iſidor. lib. 9. Origin. cap. 3. *ſunt, qui mille præſunt militibus, quos nos Millenarios appellamus.*

CHIROGRAPHVM priuatam ſcripturam, ſeu cautionem, manu cuiuſque ſubſcriptam ſubnotatámque ſignificat: & vt Heſichius interpretatur, συμβόλαιον γραμματεῖον: cuius formula proponitur in l. 41. §. vlt. D. de vſur. l. 47. §. vlt. D. de pactis. Ioann. Chryſoſtom. in Epiſto. ad Philippenſ. Homil. 6. χειρόγραφον ϑεῖ, ὅταν τὶς ὀφλημάτων ὑπεύθυνος κατέχῃ. Hoc & ἰδιόχειρον appellatur in l. 11. C. qui potior. in pigno. Sed & Artemido. lib. 1. de Somniis, cap. 44. χειρόγραφα, ait, χεῖρας dici. Inter *Chirographas* autẽ & *Syngraphas* quid intereſſet, explicat Aſcon. in 3. in Verrin. *Chirographum* pro ſcriptura propria pueri manu facta dixit. & Seneca Epiſt. 14.

Chirographũ acceptæ mutuæ pecuniæ, l. 14. C. de ſolutionib. *Ambiguum*, l. 3. C. de litigioſ. *Magnæ pecuniæ*, l. 6. D. de bon. damnat. *Chirographum Titij ante multos annos conſcriptum per quod apparuit fundum alteri obligatum eſſe*, l. 30. §. vlt. D. de except. rei iud. *Chirographum manu ſua perſcribere*, l. 26. §. 1. D. de pignori. Seneca li. 2. de Benefic. cap. 23. *Quidã nolunt Nomina ſecum fieri nec interponi Pararios, nec Signatores aduocari: nec Chirographum dare.* Agellius lib. 14. cap. 2. probari pecuniam datam, conſuetis modis, veluti Chirographi exhibitione ſcribit. *Chirographo proprio adnotare*, l. 30. D. qui teſtament. fac. *Domeſtica cautione & Chirographo obligare ſe ad præſtandum*, l. 3. in prin. D. de iure fiſci. *Si proferatur Chirographum quo ſe caniſſet reſtituturum*, d. l. 3. §. 1.

In Chirographum redigi quantitas, l. 5. C. de non numer. pecun. *Chirographum inane factum solutione*, l. 18. D. ad exhib. *Inductum, id est Cancellatum*, l. 22. C. de solutionib *Redditum debitori*, l. 22. C. eod. tit.

Chirographa debitorum, l. 57. D. de administra. & peric. tut. l. 11. §. 1. D. de seruo corrup. l. 18. §. Titius, D. de mort. cau. donat. *Heredibus Testamenta penè Chirographa sunt*, l. 41. D. ad L. Aquil. *Chirographa Tributorum retro solutorum*, dixit Scæuola in l. 52. D. de action. empti.

Porrò si *Chirographr* legentur vel veneant, non ipsæ Tabulæ, siue corpus, sed debitum & nomen, actionésque, quarum probario tabulis continetur, legari intelliguntur, l. 44. §. eum qui, D. de legat. 1. l. 59. D. de legat. 3.

Chirographa porrò in Tabulis & in Codicibus fieri solebãt. Sic in l. 27. D. de furt. *Si Chirographa Aureorum decem, Tabulæ erant*. Iuuenal. Saty. vlt. *Vana supernacui dicens Chirographa ligni*, Vlpian. inl. 5. §. quinimo, D. commoda. *Si tibi Codicem commodauero, & in eo, Chirographum, debitorem tuum, Cauere feceris*. Quintilian. lib. 6. cap. 3. *In Tabulis est Chirographus*.

Hinc *Chirographarij creditores*, qui solo Chirographo Debitoris nituntur, l. 38. §. vlt. D. de reb. auctor. iudic. l. 4. & l. 6. C. eodem tit. l. 10. C. qui potio. in pigno. Pauluslib. 5. Sentent. Titu. 26. *Chirographarius* autem *Creditor* ad differentiam *Hypothecarij*, de quo in l. 1. §. sciendum, D. de separationib. Sic & *Chirographarius debitor*, in l. 7. C. de nouationib. Solo Chirographo obligatus: & *Chirographaria Pecunia*, Rubr. etiã ob Chirograph. pecu. C. *Chirographarium Debitum*, l. 1. C. eo. tit. *Chirographaria Instrumenta*, l. vlt. C. si cert. pet.

CHLAMYDES inter puerilia vestimenta numerantur, l. 23. §. 1. D. de auro, argen. leg. & ita Ascanio *Chlamydem ferri*, Virgil. 3. Æneid. fingit. vt in l. 1. de habitu quo vti oport. int. vr. in C. Th. *Chlamys* militaris est habitus.

CHOMATA, Aggeres sunt qui aquam Niloticam continent, l. penul. §. in Ægypto, D. de extraordin. criminib. & apud Ioseph. lib. 2. Antiquit. Iudaic. cap. 5. *Chomatum Logographi*, l. 6. de patrocin. Vicor. in C. Th.

CHORVS pluribus eiusdem generis seruis constabat, vt docet l. 34. D. de ædilit. edict. l. 79. D. de legat. 3. Hoc nomine propriè *Coæuorum cantum & saltationem* appellari, Seruius in 1. Georgicor. tradit. Seneca Epist. 84. *Non vides quàm multorum vocibus Chorus constet? Vnus tamen ex omnibus sonus redditur, aliqua illic acuta est, aliqua grauis, aliqua media: accedunt viris fœminæ, interponuntur Tibiæ: singulorum illic latent voces, omnium apparent.*

CHRYSOGONVS *seruus*, l. 126. §. Chrysogonus, D. de verb. oblig.

CHRYSOLITHI in l. 21. §. penult. D. de auro argen. *Auro similis Gemma est, cum marino colore adfinitatem quandam habens, quam Æthiopia gignit*. Auctores sunt Plinius lib. vlt. cap. 9. Isidorus lib. 16. Origin. cap. 14.

CHRISTIANITAS, in l. 112. & l. 123. de decurion. in C. Th. l. vlt. de spectacul. l. 7. de Apostatis, l. 19. de Iudæis, Cœlicol. & Samarit. in eod. C. Th. & apud D. Ambros. serm. 10.

CIBARIIS *relictis, neque Habitatio, neque Vestiarium, neque Calciarium debetur: quoniam de cibo tantum Testator sensit*, l. 21. D. de alimen. vel cibar. Itaque *Cibaria* & *Vestiaria* separantur, l. 4. in princ. & §. vlt. l. 9. §. vlt. l. 12. l. 13. l. 15. §. vlt. l. 18. §. ab heredibus. & §. vlt. D. de aliment. vel cibar. *Cibaria victus magis, quàm colendi causa parantur*, l. 12. D. de instr. vel instr. vbi frumenti & vini ad Cibaria parati fit mentio.

Cibaria Familiæ, l. 5. D. de heredit. petit. l. 31. §. vlt. D. de donat. inter vir. *Mancipiorum*, l. 58. D. de donat. int. vir. & vxo. *Nautarum*, l. 6. D. qui potior. in pigno.

Cibaria dare seruis hereditariis. Vlpia. Tit. 23. Regul. *Cibaria præstare seruis necessariis ad ministerium, vel Libertis*, l. 4. D. de ventre in poss. mitt. l. 1. §. si pupillis, D. de tutel. & ration.

Cibariorum impendia, l. 45. D. de vsufr. l. 18. §. possunt, D. commod. *Extra Cibaria sumptus facere*, l. 10. D. de rei vindic.

Sed & Animalium Pabula, *Cibaria* appellantur. Ita *Cibaria Iumentorum*, l. 3. §. sed quod, D. de penu leg. l. 31. §. vlt. D. de donationib. inter vir & vxo. *Pecudum*, l. 29. §. magistratus, D. ad l. Aquil.

CICATRICES, l. 1. §. vlt. D. de fugitiu. *Cicatricum aut deformitatum nulla fit æstimatio*, l. vlt. D. de his qui deiecer. vel effuder.

CICVTA in venenis numeratur, l. 3. D. ad l. Corne. de sicar. Plin. lib. 25. cap. 13. *Cicuta quoque venenum est publica Athenienſium pœna inuisa*. Vetus Persij Interpres ad Satyr. 5. *Cicuta*, ait, *Calorem in nobis frigoris sui vi extinguit.*

Seruius in 4. Æneid. *Item* cicutæ, *secundum Lucretium, hominibus sunt veneno, quum pingues reddãt capellas.*

CILICIÆ *Prouinciæ* fit mentio in l. 3. D. de Testib. & l. 1. §. vlt. D. de Censib. *Cilicias vtrasque* dicit Iustinian. in l. vlt. C. de temporib. & reparat. Strabo lib. 14. Ciliciam duplicem facit, his verbis: τῆς δὲ Κιλικίας τῆς ἔξω τοῦ ταύρου, ἡ μὲν λέγεται τραχεῖα, ἡ δὲ πεδιὰς.

CILICIA in l. 17. §. quæ tabulæ, D. de act. empt. & apud Cicer. 3. in Verrem, & Sueton. in Augusto, cap. 75. Asconius, ita dici ait, *Texta de pilis in castrorum vsum atque Nautarum.* Quã interpretationem Virgilius lib. 3. Georg. confirmat his versibus, *Nec minus interea barbas incanáque menta Cyniphij tondent hirci, setáque comantes: Vsum in castrorum & miseris velamina Nautis.* Vbi Seruius, *Vsum in castrorũ ideò dixit, quia de Ciliciis & poliuntur loricæ, & tegũtur Tabulata turrium, ne iactis facibus ignis possit adhærere.* Addítque ex Celso Varronem retulisse, inde *appellata cilicia, quòd vsus eorũ in cilicia ortus esset.* Sidon. Apollinar. libr. 11. Epist. 9. *Sic tamen vt superiectis Cilicum velis, patentia interualla virgarum lumine exclusa tenebrarentur.* Idem lib. 4. Epist. ad Turnum, *Cilicum vela foribus appensa.* Eusseb. Emissen. Homil. de S. Ioanne Baptist. *Ille pilis camelorum & cum cilicio vestitus incessit.* Cassiodo. in Psalm. 34. *Cilicium fit ex hœdis, asperum setigerúmque tegumentum.* Vetus Glossarium, *cilicia dicuntur vestimenta pilis caprarum contexta, ex quibus Arabes sibi tentoria faciunt.* Procop. libr. 2. de Bello Persico, ἐξ αἰγείων θριχῶν, τῶν λεγομένων Κιλικίων: quem locum, suppresso auctoris nomine, citat Suidas in dictione, Ἐγέρτα. Sed & quod Exodi cap. 26. scriptum est, δέρρεις τριχίνας, hoc vet. Interpr. *Saga cilicina* vertit. *ciliciis* etiam protegi Pluteo dixit Veget. lib. 4. cap. 15.

CINCIA lex de donis & muneribus à M. Cincio lata, vt Cicero 2. de Orato. scribit, suadente Fabio Maximo, quemadmodum Cato testatur apud eundem Ciceronem in libro sui nominis. Ea cauebatur ne quis ob causam orandam donum, munúsve acciperet. Vnde & *Lex Muneralis* appellata est, auctore Festo lib. 11. Ad eam Paulus librum singularem scripserat, vt Index Pisanus testatur: ex eóque sumpta est lex 28. D. de legib. Meminit eius Tacit. lib. 14. & 15.

CIMILIARCHIVM *sanctæ Ecclesiæ*, l. vlt. §. Sin autem, C. de bon. auct. possid. & *cimiliarchus*, ead. l. §. vlt. Iustinian. in l. 20. C. de agricol. & censit. lib. 11. *Deponantur in Æde sacra, id est in cimeliarchio ciuitatis, sub qua possessio sita est.* Idem Iustinianus Nouell. 74. ἐν τοῖς τῆς αὐτοῖς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Ἀρχείοις, τουτέστιν ἐν τῷ εὐαγεῖ Κειμηλιοφυλακίῳ.

CINERES, *eorum qui exurendi damnati sunt collectos sepulturæ tradi*, l. 1. D. de cadauerib. punitor. *vbi ossa & cineres coniunguntur*, vt & apud Cicero. 3. in Verr. *Cur hunc dolorem cineri atq; Ossibus eius inusisti?* Et rursus 7. in Verr. *Sed ex tua calamitate cineri atque Ossibus filij sui solatium vult reportare.* Idem 3. Philipp. *Dedisse pœnas sceleratum Trebonium cineri atque Ossibus clarissimi viri.* Virgil. Æneid. 5. *Nunc vltro ad cineres ipsius & Ossa parentis Adsumus.*

CINGERE *Arbores*, deglabrare est, l. 5. & l. 7. §. siue autẽ, D. arbor. furt. cæsar. Ita *Siluam cingere*, accipio in l. 29. D. locati.

cingi iussus Miles, l. 43. D. de testa. milit. *cinctus est in alia Militia*, l. 38. §. 1. D. eo. tit. *Omnes* enim, vt ait Seruius in li. 8. Æne. *qui militãt, cincti sunt*: vt & aliàs in Select. Antiq. adnotaui. Sic *cinctus Tribunus Legionis*, l. 25. D. de testament. milit. Vnde CINGVLVM Militiæ, l. 18. de palatin. sacrar. largit. in C. Th. l. vlt. de postulan. in eod. C. & apud B. Ambros. serm. 7.

Cinguli, Honor, l. 14. de priuileg. eor. in C. Th. *Sacramenta*, l. 2. quid probare deb. in eod. C. *cingulo exuti*, l. 1. C. ne rei dominicæ vel templor. *Spoliandus*, l. 3. Cod. de domestic. & protector. lib. 12. *Post depositum cingulum*, l. 2. Cod. vbi de ratiociniis. *Dignitatem & cingulum amissuro*, l. 2. C. vt nemini liceat in coemptione specier. lib. 10. *cingulũ* autem (cuius appellatione, in Impp. Constitutionib. Insignia Armatæ, Palatinæque Militię significantur) Græci Ζώνλω vocant. Zonaras in Comment. Nicenę Synodi, τῶν τρατευομένων, ait. ὁ Καίων ἀφαλέγεται ἡ ὑποῤῥίψαντων μὲν τὰς ζώνας ἤγουν τὰτῆς τρατείας ὠνόμα. Vnde Suidas, ζώνλω τὸ ἄξιωμα interpretatur. Et quod apud Basiliũ Magnum in Oratio. de Martyre Gord. scribitur ῥίψας τὸν ζώνλω, nihil aliud sonat quàm quod Tertullian. de præscript. aduersus hæretic. ait, *Cingulo abiecto & deposito.*

Illud sciendum est in dignitatum gradibus definiendis quosdam fuisse, qui præsentes in Comitatu, illustris dignitatis Cingulum merebant: quibusdam verò absentibus Cingulum illustris mittebatur dignitatis: Quidam præsentes, à Principibus, sine Cingulo, Codicillos tantùm honorariæ dignitatis adipiscebantur. Quibusdam absentibus

similiter

similiter sine Cingulo mittebantur Illustris insignia dignitatis, l. 2. C. vt dignita. ordo seruet. lib. 12. C.

CINNA Iurisconsultus ex Seruij Sulpitij Auditoribus vnus, l. 2. §. his enim, D. de orig. iur. Citatur in l. 6. D. de ritu nupt. l. 4. D. de condic. & demonst.

CINNAMOMVM, in l. vlt. §. species, D. de publican. nascitur in Indiæ & Æthiopiæ regionibus, frutice breui, duorum tantum cubitorum, colore subnigro, vel cinereo, tenuissimis virgulis, cortice, in modum cannæ, rotundo & gracili: vt Dioscorid. lib. 1. & Plin. lib. 12. cap. 19. & Isidor. lib. 17. cap. 7. scribunt.

CIRCA plerumque, aduerbium est loci. vt *Circa Lacum pedes decem*, l. 69. D. de contraben. empt.

Circa latus Principis agere, l. 30. D. de excusationib. *Circa Principem occupati*, l. 11. §. ex facto, D. de minorib.

Cerca Patrem esse, l. 14. §. si patris, D. de bon. libert. *Familia quæ Circa Patremfamilias est*, l. 3. in prin. & §. Circa, D. de penu leg. *Circa se & circa suos habere familiam*, l. 3. §. sed quod diximus, D. de penu leg.

Porrò dictio hæc & locis & personis, & rebus eleganter aptatur. sic, *Circa portam & muros dispositæ familia*, l. 1. D. de offi. Præfect. Vigil. *Circa Cenam traiici Tullæ*, l. 26. D. de instr. vel instrum. *Circa Adiudicationes, & Condemnationes res expediri non potest*, l. 42. §. si plures, D. de Procuratorib. *Circa Aduocatos patientem esse oportet*, l. 9. §. Circa, D. de offic. Procōs. *circa arbores fieri, & Circa arborum fructum*, l. 7. §. notauimus, D. quod vi aut clam. *Circa causam dissentire*, l. 36. D. de adquir. rer. dom. *Circa commodatum aliud existimandum*, l. 61. §. Circa, D. de furt. *Circa compromissum datus Iudex*, l. 23. D. de appellationib. *Circa Dationē*, l. 57. D. de condic. & demonst. *Circa Donum, munus, personas inferere*, l. vlt. D. de liber. *Circa Edendum patrimonium quantitatem minuisse*, l. 1. §. solent, D. de offic. Præfect. Vrb. *Circa Emptores*, l. 20. D. de fideicomm. libert. *Circa eum qui se ingenuum dicat*, l. 14. D. de probat. *Circa filiumfamilias tractata quæstio*. l. 36. D. de adminiſtr. & peric. *Circa fugitiuum*, l. 13. §. 1. D. de actionib. emp. *Circa furti actionem*. l. 32. D. ad L. Aquil. *Circa iniuriarum actionem*, l. 5. §. 1. D. ad L. Aquil. *Circa inscriptionem errare*, l. 35. D. ad L. Iul. de adult. *Circa interpretationē doli*, l. 61. §. Circa, D. de furt. *Circa iurisdictionem partes spectandæ*, l. 11. D. de iurisdictionib. *Circa legem Falcidiam hoc obseruandum est*, l. 36. D. ad L. Falcid. *Circa legem Falcidiam ratio habetur*, l. 87. §. qui filium & §. coheres, D. ad L. Falcid. *Circa legem Falcidiam*, id est in ratione legis Falcidiæ, l. 18. D. de reb. dub. *Circa Matrimonium*, l. vlt. D. de ritu nupt. *Circa Nepotes facultas eligendi data*, l. 57. §. vlt. D. ad Sc. Trebel. *Circa omne negotium suum se probe gerere*, l. 1. §. præterea, D. de offi. Præfect. Vrb. *Circa operam seruorum*, l. 40. D. de adquir. rer. Dom. *Circa Patronum*, l. 2. C. de libert. & eor. lib. *Circa peculium*, l. 5. §. 1. D. de liber. leg. *Circa petendum ac defendendum*, l. 155. §. plerunque, D. de diuers. reg. *Circa pupillum referi pssit*, l. 11. D. de adminiſt. & peric. *Circa rem rusticam occupati*, l. 1. D. de feriis. *Circa sepulturam ineptæ voluntates*, l. 114. §. 1. D. de legat. 1. *Circa stipulationem & ex Testamento actionem*, l. 77. D. de solutionib. *Circa Vxorem pro in vxore*, l. 51. D. de donat. inter vir. *Circa vxorem hoc videtur probasse*, l. 51. D. de donat. inter vir. Sic *nouo Circa Principem exemplo*, Sueton in Claud. cap. 14. *Circa parem quærere*, Quintilian. lib. 7. cap. 2. *& Circa lites*, ibidem.

CIRCITORES, *quibus Vestiarij vel Lintearij dant vestem circumferendam, & distrahendam*, l. 5. D. de Institor. Veget. etiam lib. 3. cap. 8. *Circitores*, in re Militari appellatos scribit, qui vigilias circumibant, & renunciabant si qua emersisset culpa.

Circitores, in l. 2. C. de offic. Præfect. Præt. Afr. & l. 3. de agentib. in reb. in Cod. Th. Hi ex schola fuere agentium in rebus. Vnde *Circitoria Dignitas*, in l. 2. de filiis militum appar. in C. Th.

CIRCVLATORES *qui Serpentes circum ferunt, & proponunt*, l. vlt. D. de extraordin. criminib. Vtuntur hoc verbo Seneca lib. 6. de Benefic. cap. 11. Asin. Pollio. in Epist. ad Cicero. lib. 10. Familiar. & Plin. Epist. 7. lib. 4. eos Vet. Glossarium vertit, ὀχλαγωγὸς καὶ ἀγύρτας. Vetus Iuuenalis interpres ad Satyr. 6. *Quod Circulatores* (ait) *hoc consueuerint adhibere, vt delectis sibi locis duobus, eos lustrent, id est circumeant, deinde per eos, Sortes, id est Taxillos, iactitent: quo exinde, quod suæ Geneseos signum se accommodauerit, inspiciatur, nunquid viuet, & quando: Et paucis ex verbis idem conscriptis, sortes educant suas.*

CIRCVM *se habere Seruos cultus sui causa*, l. 60. §. 1. D. de legat. 3.

CIRCVMAMBVLARE, l. 3. de D. adquir. possess.

CIRCVMCELLIONES, l.52.de hæretic.in C.Th.*Genus hominum*, vt Augustinus lib. de hæresibus,cap.69.ait,*agreste fuit & famosissimæ audaciæ,nõ solum in alios immania facinera perpetrando,sed nec sibi eadem insania & feritate parcendo.Nam per mortes varias, vt maximè præcipitium, & aquarum,& ignium,seipsos necare consueuerunt:& in ipsum furorem alios seducunt vt seipsos occidant: quod si facere alij contemnunt, mortem illis minantur, dicentes,hoc modo illos* Martyres *fieri.* Isidorus lib.8.Origin. cap.4.*Circumcelliones dicti eò quòd agrestes sunt, quos* Cotopitas *vocant supradictæ hæresis habentes doctrinam.Hi amore martyrij semetipsos perimũt,vt violenter de hac vita discedentes,Martyres nominentur* . Hos Philastrius *Circuitores* vocat in hæresicon catalogo, de quibus talia scribit: *In Africa sunt qui Circuitores dicuntur: Hi Circumeunt terras,& quos inueniũt in via,cogunt eos vt interficiantur ab illis:dicentes se desiderare pati martyrium: & sub hac causa multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex iis velut Biothanati moriuntur, sese dantes ad præcipitium, diuersúmque subeunt calamitatis interitum: qui cùm sine causa perire ita properant,honestæ mortis sustinent detrimenta: & iudicio Dei futuro se potius implicant quàm soluunt.*

CIRCVMCIDERE, id est pręputium excidere & exsecare.Sic *Circumcidere filios suos*, l.11. D.ad l.Cornel.de sicar. *Circumcidi ritu Iudaico*, apud Paul.lib.5.Sentenr.Tit.22. *Circumsectũ* autẽ pro *Circũciso*,dixit Sueto.in Domitiano,ca.12.Strabo li.17.de Ægyptiis.Καὶ τὰ αἰδοῖα ἐκτέμνειν,ᾗ καὶ ἥλεα ἐκτέμνειν,ὅπερ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νόμιμον.Non solos enim Iudæos,sed & Ægyptios, & aliquot alias præterea gẽtes Circũcisione vsas D.Ambros.Epist.77.tradit his verbis:*Denique Ægyptij qui & Geometriæ & colligẽdis syderũ cursibus operã intendũt suã,impiũ iudicat Sacerdotẽ, qui nequaquã habeat Circũcisionis insigne. Nã neq; Magici cæminis sapientiã,nec Geometriã aut Astronomiã,iudicant viam suam obtinere sine Circũcisionis signaculo. Et ideò vt impetrandi vim operationi adhibeant suæ,purgationem quandam vatum suorum Circũcisionis arcano celebrandam existimant.Reperimus autem in historia veterum,non solos Ægyptios,sed etiam Æthiopum & Arabum & Phœnicũ aliquos Circũcisione erga suos vsos.Et hanc putant se adhuc probandæ viam seruare rationi, eo quòd sui corporis primitus & sanguinis initiati,insidias Dæmonum,quas illi generi nostro moliuntur,exiguæ partis arbitrentur consecrationibus destruendas.* Idem lib.2.de Abraham Patriarcha,cap.11. *Denique Ægyptij quartodecimo anno Circũcidunt mares,& fœminæ apud eos & eodem anno Circũcidi ferũtur, quod ab eo videlicet anno incipiat flagrare passio virilis,& fœminarum menstrua fumant exordia.*

Circumcidi Rami,id est circumamputari,l.1.§.vlt.D. de arborib.cædend. & *Arbores*, apud Plin.lib.16.cap.40. Sic *Circumcidere corticem* Columell.lib.3.

CIRCVMCOLENTES, id est accolæ, l.1.D.de fluminib.public.

CIRCVMDVCI, id est cancellari,obliterari,aboleri, sic *circumduci Acta*, l. 45. D. de re iudic. *Causa*, l.6.C.quomodo & quando iud. *Cognitio*, l.22.D.de appellationib.l.27.§.1. D. de liber. cau. *Edictum*, l. 73. §. 1. D.de iudiciis. Aliâs *Circunduci*, Circunueniri significat: & ita, *Circunductam religionem*, dixit Paulus lib.5.Senten.Tit. 5.

CIRCVMFLVIT *Amnis agrum*, l.30.§.1.D.de adquir. rer.dom.

CIRCVMIRE, *Ædes sacras*, & *Opera publica*, l.7.§.1. D.de offic.Proconſ. *Vigilias*, l.12. §. vlt.D.de re milit.

CIRCVMLVVIVM, ait Festus,*est ius prædiorum. Circumluuiones*,dixit Cice.lib.1. de Orat.

CIRCVMSCRIBERE, circumuenire & decipere significat. Ita *Circumscribere Adolescentulos*, Cic. Philipp.14. *Ignorantiam*, l. 11. C. de distract.pignor. *Pupillos*, Iuuenal.Sat.10. *Quot Circumscripserit Hirrus Pupillos.* Sic & *Circumscribere Vectigalia*, id est fraudare,Quintilia. Declamat.340. *Circumscribi*, similiter est circumueniri & fraudari. Sic *circumscribi Lex*, l. 18.§.dolo, D.de dolo. Seneca Controuers.3.lib.6. *Circumscriptio semper crimen sub specie Legis inuoluit. Quod apparet in illa,Legitimum est: Quod latet, insidiosum: Semper Circumscriptio per ius ad iniuriam venit.*

Circumscriptus Iudex,cuius religio circũuenta est,l. 33. D.de re iudic. & Circũscriptus qui fraude aduersarij vel ætatis infirmitate captus,deceptúsq; est.Ita *Circumscriptus Actor*, l.16. D.de dolo. *Minor*, l.39. §.est & casus,D.de Procuratorib. l.7.D.de dolo,l.16.D.de minori. l.7.§.vlt.D.de exceptionib. l.32.D.ad Sc.Velleian,l.9.§.si minor, D.de iureiuran.l. 98. D. de solutionib.l.19. D.de nouationib. *Pupillus*, l.5.D.de dolo, *Circumscriptus autem non videtur esse Minor qui iure sit vsu communi*, l. vlt.C.de in integ.restitut.

Circumscriptus Ponderibus minoribus,l.32. D.de actionib.empt. *Circumscripta Mater*, l. 6. C. soluto matr.*Minor 25.annis*,l.2.C.si aduer.libert.

Circumscribendi causa, l. 7. §. doli,D.de pact.l.2. D. si ventr.nom. l.3.C. de repud. Hinc *Circumscriptor*, apud Cicero.2.in Catilin. Iuuenal.Sat.15. *Pupillum in iura vocantem Circumscriptorem.* Seneca Controuers.3.lib.6. *Circumscriptores dici solent qui aliquid abstulerunt.* Circumscriptio

cumſcriptio, pro deceptione, l. 4. D. ſi menſor falſum, l. c. C. de bon. auctor. iud. Vnde *Circumſcriptiones adoleſcentiũ*, apud Cice. lib. 3. Offici. & pro Cluẽtio.

CIRCVMSPECTIO, l. 7. §. quæſitum, D. de minorib. *Circumſpectius*, l. 1. §. hoc autem, D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.

CIRCVMVENIRE, *eſt decipere, & circumſcribere*, l. 1. D. ſi quis omiſſ. l. 1. §. 1. D. de dolo, l. 16. §. & generaliter, D. de minorib. l. 13. §. ſi quis colludente, D. de act. empt. *Circumuenire Ignorantiam alicuius*, l. 29. §. ſi cum, D. mandati, l. vlt. D. de crim. ſtellionat. *Circumuenire Iudicis religionẽ*, l. 33. D. de re iudic. l. 1. C. ſi tutor vel cur. falſ. allegat. Et *Falſis allegationibus Circumuenta Iudicis religio*, l. 5. C. de præd. & al. reb. minor.

Circumuenire Leges, dicitur qui in earum fraudem aliquid facit, l. 123. §. vlt. D. de legat. 1. *Sententiam legis*, l. 29. D. de legib. Paul. in l. 40. D. de iure fiſ. *non tantum Legem circumuenire volunt, ſed etiam interpretationem legis. Matrem*, l. 9. C. de pact.

Circũuenitur Oratio, l. 8. §. ſi cùm lis, D. de tranſact. *Voluntas defuncti*, l. 4. D. ſi quis omiſſa cau. *Voluntas Teſtantium*, l. 91. D. de condic. & demonſtr.

Circumuentus, l. 11. C. de Tranſactionib. *Circumuento minore*, l. 40. D. de fideiuſſorib. *Circũuenti minores*, l. 2. C. ſi tut. vel curat. interuen. *Circumuentus non ſine calliditate*, l. 3. §. ſi quis, D. de homin. lib. *Circumuentus à latronibus*. l. 6. §. vlt. D. de re milit. *Crudelitate*, l. 11. C. de oblig. *Circum in hoc venta eſt mulier*, l. 12. §. mulier, D. de iure dot. *Circumuenta ſoror*, l. 1. C. ſi aduerſ. *Circumuẽtio*, l. 49. D. de diuerſ. reg. l. 18. D. de minorib.

CIRCVS, in l. 3. D. de operib. publ. locum curriculis equorum conſtitutum ſignificat. ἱπποδρομον Græci vertunt: & in his Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 3. De cuius verbi origine parum inter auctores conuenit. Seruius quidem in lib. 8. Æneid. ad hæc verba, *Magnis Circenſibus actis*, *Circenſes*, inquit, *ſine ludorum adiectione*, *dicti*, *vel à circuitu*, *vel quod vbi nunc* Metæ *ſunt*, *olim gladij ponebantur*, *quos circumibant*. *Hi in honorem Conſi Dei conſiliorum celebrantur*. Caſſiodor. Epiſto. 4. lib. 3. Variar. *Circus à circuitu dicitur*: *Circenſes, quaſi Circuenſes: propterea quòd apud antiquitatem rudem, quæ necdum ſpectacula deduxerat in ornatum fabricarum, inter enſes & flumina, locis virentibus, agerentur*. At aliam huiuſce appellationis notationem adfert Tertullian. in lib. de Spectacul. his verbis. *Circus ſoli principaliter cõſecratur, cuius ædes medio ſpatio, & effigies de faſtagio ædis emicat, quod non putauerint ſub tecto conſecrandum quem in aperto habent: Quod ſpectaculum primum à Circe, habent: Soli patri ſuo, vt volunt, editum affirmant. Ab ea & Circi appellationem argumentantur*. Prioribus verò conſentiens Iſidorus lib. 15. cap. 2. *Circum*, ait, *Romani dictũ putant, à circuitu equorum: eò quòd ibi circum* Metã *equi currant*. Ac planè omnem Ambitum & gyrum, *Circum* dici, Non. Marcell. ſcribit. Circi autem Romani deſcriptio extat apud Dionyſium Halicarnaſ. lib. 3. Hinc *Circenſes Equi*, l. 1. D. de munerib. & honorib. *Ludi*, l. 122. D. de legat. 1. l. 8. §. vt quoque, C. de repud. qui abſolutè *Circenſes* dicũtur in l. 12. §. equitij, D. de vſu & habita. *Hos ſollemnes Circi ludos*, Ouid. lib. 5. Faſtor. vocat. Sic & *Circenſe certamen*. l. 3. C. de Spectacul. lib. 11. & l. 7. de Scænic. in Co. Theod. Curricula autem ludorum Circenſium ſollemnia ſeptem fuiſſe tradit Agell. lib. 3. cap. 10.

CIRTENSIVM *Reſpublica*, l. 9. §. ſi quis ius ignorans, D. de iur. & fact. ignor. *Cirtenſes* autem, à Cirta oppido Numidiæ, quod Strabo lib. 12. qui Κίρταν vocat. Ptolemæus verò Κίρταν ἰκλίαι appellat. Pomponius Mela cap. 6. libri 1. *Vrbium quæ habet* (Numidiã deſcribit) *maximæ ſunt, Cirta, procul mari, Sittianorum: quondam Regia domus Iubæ & Siphacis, cùm foret opulentiſſima*. Eam etiam poſterioribus temporibus Conſtantinam dictam, Aurel. Victor ſcribit.

CISIARIVS, id eſt, Carrucarius, vel Plauſtrarius, l. 13. D. loca. à Ciſio vehiculi genere.

CISTA, in l. 1. §. ſi Ciſta, D. depoſiti: ex qua apparet veſtes eiuſmodi arcula includi conſueuiſſe. Et vt certè Pollux li. 7. ca. 19. εἰς ἃ κατετίθεντο τὰς ἐσθῆτας, à Græcis Κίστας dictas tradit. Heſichius Κίστη, ἀγγεῖον πλεκτὸν εἰς ὃ βρῶμα ἐνετίθετο, καὶ ἱμάτια.

CISTERNÆ ſunt, quæ imbribus concipiuntur, nec viuam aquam habent, l. 1. §. hoc interdictũ, D. de fonte, l. 14. in fi. D. de alimen. vel cib. Tacit. li. 21. *Piſcinæ Ciſternæque ſeruandis imbribus*. De harum ſtructura videndus Pallad. lib. 1. Tit. 16. & 17. Philoſtrat. lib. 2. de vitis Sophiſtar. in Herode, vocat ὀμβείων ὑδάτων ϑήκας. Vet. Gloſſar. *Ciſterna*, Δεξαμενὴ Ioſeph. lib. 5. cap. 13. Δεξαμενάς τε ποιῆσαι τὰς ὑδάτων ὑποδοχάς. Idem lib. 7. cap. 21. πολλὰς δὲ καὶ δεξαμενὰς εἰς ὑποδοχὴν ὕδατος, καὶ χρηστὸν ἄφθονον ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῶν τόπων κατεσκεύασεν, id eſt, vt Rufin. vertit, Multas verò Ciſternas recipiendis aquis, abundéque ſuppeditandis locos maximè idoneos fecerat. Δεξαμενὰς planè Heſichius ὑδάτων δοχεῖα interpretatur. Ci-

ſternam autem vnde dictam Feſt. Pomp. tradit, quòd *Cis ineſt infra terram.* B. Hierony. in vita Pauli Eremitæ, Ciſternam. Cubam Syro ſermone dici tradit. Porrò *Ciſterna vt Aquæ ita & Vini dicitur*, l. 21. §. ſed ſi de naui, D. de furt. pro loco effoſſo ad vini cuſtodiam.

CITARE, vt quidam bene admonuêre, eſt per, Præconē, ſeu voce Præconis, vocare. l. 7. D. de in integr. reſtit. l. 73. D. de iudic. l. 10. D. de publ. iud. l. 20. D. de teſtib. Cicero pro Flacco, *Citat Præco, voce maxima, legatos Æmonenſes.* Liuius lib. 1. *Patres in curiam per Præconem ad Tarquinium citari iuſſit.* Idem lib. 3. *Citari iubet in Curiam patres.* Et mox, *Poſt audita in foro vox præconis eſt.* Valer. Maxim. lib. 2. cap. 4. *Præco lecto nomine Salinatoris, Citandum id ſibi eſſet nec ne, hæſitauit.* Quintilian. lib. 6. cap. 5. *In publicis certè iudiciis, vox illa Præconis præter patronos, ipſum, qui egerit, citat.* Sueton. in Tiber. cap. 11. *Citatum pro Tribunali voce præconis conuiciatorem rapi iuſſit.* Q. Curt. lib. 10. *Cùm Præco, exceptis qui nominatim citarentur, adire prohiberet.* vnde apud Martia. Epigr. li. 4. *eſt Præconiū facere, Nec pauidos triſti voce Citare Reos.* B. Auguſtin. in lib. de Grāmatic. *A Clamo, fit Clamito, à Cio, Cito, quod ſignificat frequenter Vocito. Vnde dicimus aliquos voce Præconis Citatos, id eſt, frequenter vocatos.* Hoc & comprobat Plutarchus, qui quod Latini *Citare*, hoc ἀνακαλεῖσθαι σάλπιγξι dixit in Gracchi vita. Sed tamē & *Edicto citatus* quis dicitur, l. 15. §. diuus, D. de iure fiſci. l. 1. §. ſcientes, C. de adſert. toll. Iuſtinia. Nouella de litigioſ. Κελεύομεν γὰρ τὰς ὀρδιναείους δικαστὰς ἤγουν τοὺς ἐμβάθμους μὴ μόνον ταῖς τῶν κηρύκων φωναῖς, ἀλλ' ἐπὶ μιᾶ καὶ ἐδίκτων προσηκόντων, ὧν δήπουθεν τὸ δικαζομένων μέρος ἀπολιμπανόμενον, καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον. Sed & *Citare Libello* legimus apud Plaut. in Curculio. Act. 1. Scen. 3. *Citare in teſtimonium*, l. 30. D. de teſtib. *citare teſtes*, Cicer. pro Quintio, & 3. in Verr. Reus etiam *lege Citari* dicitur apud eundem Cicero. prq Cluentio. *Ter Citatus Reus*, l. 10. D. de publi. iud. l. 8. C. quomodo & quand. iud.

CITATIOR *Aqua*, l. 1. §. 1. D. de aqu. & aq. plu. id eſt rapidiot.

CITERIORE *die*, l. 4. D. de pecun. conſtit. l. 15. D. de pactis dotalib. l. vlt. §. cum mihi, de verb. oblig. CITHAROEDICA *veſtis*, l. 127. D. de verb. ſigni. vt *Citharœdicus habitus*, apud Sueton. in Nero. cap. 25.

CITRA, pro abſque, vel ſine. Sic *Citra Abolitionem*. l. 1. §. ſi quis, D. ad Sc. Turpil. *Citra Appellationem*, l. 16. D. de appellationib. l. 1. D. de feriis. *Citra Auctoritatem*, l. 4. D. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. *Citra Auxilium reſtitutionis*, l. 16. D. de minorib.

Citra Bellum, l. 19. D. de captiuis.

Citra Cauſæ cognitionem, l. 8. §. ſi Prætor, D. de tranſactionib. *Citra Conſcientiam*, l. 46. D. de adquir. vel omitt. *Citra Conſilium*, l. 67. D. ad Sc. Trebell. *Citra Corporis donationem*, l. 19. D. de donationib.

Citra Decretum, l. 14. C. de præd. minor. *Citra diſceptationem*, l. 17. C. de euictionib. *Citra diſtinctionem*, l. 18. D. de his quæ vt indign.

Citra Falcidiæ rationem, l. 41. §. cùm filiæ, D. de vulg. & pupil. *Citra Falſi accuſationem*, l. 18. C. de tranſactionib.

Citra Inquiſitionem, l. 5. D. de confir. tuto. *Citra Interuentum*, l. 68. D. de ſolutionib.

Citra Mandatum, l. 19. & l. 21. C. de Procuratorib. l. 20. C. de nego. geſt. *Citra metum Senatuſconſulti*, l. 45. D. de donat. int. vir.

Citra Pactum. l. 11. C. de actionib. emp. *Citra Pœnam*, l. 34. D. de iure fiſ. *Citra Præſcriptionem*, l. 13. D. de fideiuſſorib. *Citra Prætorem*, l. 8. §. vlt. D. de tranſactio. l. 28. D. qui & à quib. *Citra Prætoris auctoritatem*, l. 7. §. vlt. l. 8. §. eam tranſactionem, & §. ſi eidem, & §. ſi in annos, D. de tranſactionib. *Citra prouocationem*, l. 1. §. 1. D. quæ ſentent. ſine appell.

Citra Querelam, l. 15. D. de inoffi. teſt. *Citra Teſtationem*, l. 5. §. vlt. D. de adminiſtr. & peric. *Citra Veniam*, l. 6. §. qui Iudicis, D. de decurionib.

Citra Verbera, l. 8. C. quib. ex cauſ. infa. *Citra voluntatem*, l. 22. §. 1. D. ſoluto matr. l. 2. C. de vſucap. pro dot. l. 1. C. ſi aliena res.

Citra Beneficium, l. 24. C. de rei vindic. *Citra Bonorum poſſeſſionem*, l. 3. C. ad Sc. Orfi. *Citra fraudem geſtum*, l. 1. C. de iure fiſci. *Citra Conuentionem*, l. 1. §. 1. D. de pignorib. *Citra Delegationem*, l. vlt. D. de in diem addict. *Citra indignationem*, l. 2. §. hoc amplius, D. de his qui not. infa.

Citra Ordinem, l. 14. C. de pactis. *Citra Temporis finem*, l. 15. D. de re milit. *Citra Periculum*, l. vlt. D. de publ. iudic. *Citra ſocietatem*, l. 31. D. pro ſoc. Citra Voluntatem, l. 6. D. de adquir. vel omitt. l. 7. C. de reb. cred. l. 7. C. comm. vtr. iud.

CITREÆ *menſæ*, l. 21. §. quamuis. D. de actio. empt. & apud Cicero. 6. Actio in Verrem, & pro Fonteio, & Plinium lib. 13. cap. 15. Petron. Arbiter, *Ecce Afris eruta terris*

Citrea

Citrea Mensa. Vide & Martial. Apophoret. Epigr. 89.

CIVES *Romani*, l. 32. D. de iure fis. Instit. de nuptiis, & apud Paul. lib. 2. Senten. Tit. 24. Eorum differentias & genera vide in l. 4. D. de his qui sui vel alie. iur. Ciues Ro. vti fierent qui manumittebantur, vide Instit. de libertinis. & apud Vlpia. Tit. 2. Regular.

In orbe Romano qui sunt, Ciues Romani effecti sunt ex Constitutione Imperatoris Antonini, l. 17. D. de statu hom.

Ius potestatis quod in liberos habemus proprium est Ciuium Romanorum, Institut. de patr. potest. *Ciues Ro. aliâ quam per portas egredi non licet*, l. vlt. D. de diuisio. rer. *Mancipatio locum habet inter Ciues Ro.* Vlpian. Tit. 20. Regular.

In Caput Ciuis Ro. iniussu populi animaduerti non poterat, l. 2. §. exactis, D. de orig. iur. *De capite Ciuis Ro. iniussu populi non erat lege permissum Consulibus ius dicere*, d. l. 2. §. deinde cum. *Ciuem Romanorum parit*, l. 18. D. de statu homi.

Ciues Origo, Manumissio, Allectio, vel Adoptio facit, l. 7. C. de Incolis, lib. 10. *Suæ cuiusque Ciuitatis Ciues*, l. 1. D. ad Municipal.

CIVILE *Ius*, est *ius propriũ cuiusque Ciuitatis*, l. 6. & l. 9. D. de iust. & iur. l. vlt. D. de superficieb. & vt Paul. ait, *quod omnibus, aut pluribus in quaque ciuitate vtile est*, l. penult. D. de iust. & iur. vel, vt Cicer. in Topic. *Æquitas constituta iis qui eiusdem Ciuitatis sunt ad res suas obtinendas.* Paulò plenius ad definit. Vlp. in l. 6. D. de iustit. & iur. Secundum quæ ius id quod Romana ciuitas ex Legibus, Senatusconsultis, Plebiscitis, Principum Constitutionibus, Prætorũ Ædiliúmque Edictis, ac Prudentium responsis, vsa est, *Ciuile* appellatur, l. 7. & l. 9. D. de iust. & iur. §. ius autem, Instit. de iur. natur. *quasi proprium Romanæ Ciuitatis*, l. 1. D. de adquirẽ. rer. domin. Cic. lib. 1. de legib. *Ne nostri Populi, quæ vocãtur Iura Ciuilia.* Hoc tamen commune *Iuris Ciuilis* nomen suum fecit ac proprium ea pars Iuris quæ *sine scripto in sola Prudentiũ interpretatione consistit*, l. 2. §. nouissimè, & §. deinde cùm esset, D. de origin. iur. l. 74. D. de heredib. instit. Librum etiam Sexti Papirij quo leges sine ordine latas in vnum composuit, appellatum *Ius Ciuile Papirianum*: Librum æquè Gnæi Flauij qui Actiones continebat, *Ius Ciuile Flauianum*, tradit Pompon. in d. l. 2. in prin. & §. postea cum, l. 144. D. de verb. signifi. & apud Macrob. lib. 3.

Ciuilis Sapientia, pro Iuris Ciuilis sciẽtia, l. 1. §. 1. D. de extraord. cognit. sic Cicero de claris Oratorib. *Ciuiles Artes & Forenses*, Eloquentiam & Iuris Ciuilis scientiam appellat. *Sic Ciuilia iura nosse*, Iuuenal. Saty. 2. *Iure Ciuili res facti infirmari non potest*, l. 1. §. si vir, D. de adquir. possess. *Iure Ciuili Seruus non possidet*, l. 38. §. hæc quoque, D. de verb. oblig. *Quod attinet ad Ius Ciuile, Serui pro nullis habentur*, l. 32. D. de diuers. regul. *Iure Ciuili receptum est, quotiens per eum cuius interest condicionem impleri, fit quo minus impleatur, vt perinde habeatur ac si impleta condicio fuisset*, l. 24. D. de condic. & demonst. *Iure Ciuili creditoribus hereditarius Necessarij heredes tenentur*, l. 57. D. de adquir. vel omit. *Iure Ciuili destitutũ testamentũ*, l. 38. §. vlt. D. devulg. & pupill. *Iure Ciuili ad successionẽ admitti non possunt Cognati*, l. 1. & l. 2. D. vnde agnati. *Iure Ciuili constitutum, &c.* Insti. de vsucap. *Ciuilis constitutio est pœnalibus actionibus heredes non teneri, ne ceteros quidem successores*, l. 1. D. de priuat. delict. *Contra Iuris Ciuilis regulas Pacta conuenta rata non habentur*, l. 2. D. de pact. *Exheredati Iure Ciuili testamenta parentium non turbant*, l. 8. D. de bon. poss. cont. tab. *Iure Ciuili capere*, Vlpian. Tit. 18. Regular.

Interdum *Iuris Ciuilis* appellatione lex XII. Tabul. demonstratur, vt in l. 1. D. de tutel. l. vlt. D. de bon. eor. qui sibi ante sent. coniuncta l. 220. D. de verb. signifi. l. 6. §. 1. D. de bon. possessionib. l. 1. D. de bono. possess. contra tabul. l. 1. & l. 2. D. Vnde cognati, l. 10. C. de iur. deliber. & instit. de vsucapionib.

Plerumque verò *Ius Ciuile, Prætorio* opponitur l. 17. D. de castren. pecul. l. 1. §. vlt. l. 3. §. 1. D. de constitu. pecu. l. 23. D. qui testam. fac. l. 14. D. de testib. l. 7. D. de L. Cornel. de falsis, l. 5. Cod. de pact. Ideóque *Ciuiles Actiones* appellantur, pro Legitimæ, seu quæ ex legitimis & Ciuilibus causis descendunt, vt loquitur Iustinianus in §. sed istæ quidem, Instit de actionib. ad differentiam earum quas Prætor ex sua Iurisdictione comparatas habet, §. alię, Instit. eod. tit. Ita *Ciuiles Actiones Honorariis* opponuntur, l. 25. §. vlt. D. de obligat. & actio. l. 3. §. 1. D. naut. caup. Eóque sensu *Ciuilis Actio* accipienda in l. 1. §. vlt. D. de superficieb. l. 7. §. 1. D. ad Sc. Trebell. l. 3. §. vlt. D. si mens. fals. mod. l. 14. §. is qui, D. de furt. id est, *Iuris Ciuilis Actio*, vt ait l. 14. D. de precar.

Similíque modo *Ciuiles Obligationes, à Prætoriis & Honorariis* separãtur. *Ciuiles autem dicũtur quæ aut Legibus constitutæ, aut certè Iure Ciuili comprobatæ sunt. Prætoriæ verò, seu Honorariæ,*

quas Prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit, §.1. Inſtit. de obligationib. & ita, *ciuilis obligatio*, in l. 7. D. de pact,

Ciuilis incerti Actio, id eſt Præſcriptis verbis, l. 7. D. de pact. l. 15. D. de præſcript. verb.

Ciuile negotium geſtum, id eſt ex quo ciuilis obligatio naſcitur, l. 1. D. de æſtimator.

Aliàs *Ciuilis Actio, Criminali opponitur*, Rubr. quando Actio ciuil, crimin. præiudic. C. Vt *Negotium Ciuile, Criminali*, l. 2. D. de appellationib. recipien. Et ita *Ciuilis diſceptatio*, in l. 1. C. ſi quis aliq. teſt. & *Petitio*, l. 17. C. de his qui accuſ. non poſſ. *Ciuile Iudicium*, l. vlt. C. de noxalib. act. χρηματικὰς καὶ ἐγκληματικὰς vocat. Hermenopul. lib. 1. Tit. 2.

Interdum *Ciuile Naturali* opponitur, vt in l. 83. §. ſacram, D. de verb. oblig. *Neque Ciuile neque Naturale eſt*. Ita *Ciuilis Cognatio, Naturali* aduerſatur, l. 4. §. cognationis, D. de gradib. & adfin. Quo ſenſu *Matrem Ciuilem* dixit Pauluslib. 4. Sententiar. Tit. 10. *Ciuilis ratio & Naturalis* ſeparantur, Inſtitut. de nupt, l. 8. D. de capite minut.

Ciuilis Poſſeſſio, iuſta & legitima quā quis animo rei vt ſuæ poſſidēdæ abſque vitio nactus eſt, quæ in iure conſiſtit, & ad vſucapionem proficit, l. 2. §. 1. D. pro herede, l. 24. D. de adquirend. poſſeſ. l. 3. §. vlt. D. ad exhibend. l. 1. §. deiicitur, D. de vi & vi arm.

Ciuilis appellatio Bonorum, l. 49. D. de verb. ſignifi. *Ciuiles Honores*, l. 11. C. de liber. cauſ. *Ciuiles* autem *Quæſtiones* apud Rhetores quænam dicantur, exponit Chir. Fortunat. lib. 3. Rhetoricor.

Ciuile, pro æquo, iuſto, legitimo, ordinario, l. 78. §. ſed & ſi non ſit, D. de iure dot. *Ciuile non eſt caſum, aduerſámque fortunam ſpectari hominis liberi*, l. 83. §. ſacram, D. de verb. oblig *Ciuile eſt quod aduerſarius tuus à te exegit, vt rei quam apud te fatearis fuiſſe, exhibeas venditorem*, l. 5. de furt. Huic aduerſatur Inciuile, cuius exempla lib. 9. proferentur.

Ciuile Negotium gerere, Vlpianus Tit. 12. Regular. *Ciuile Munus*, l. 1. C. ad L. Iul. de vi pub. quod & *ciuicum* appellatur, l. 4. C. de fabricenſib. lib. 11. & l. 6. eod. tit. in Cod. Theodo. ſicut *Ciuilia iura*, Horatius, *ciuica* vocat Epiſto. 3. lib. 1. & Ouidius lib. 1. Faſtorum, *Ciuiles Artes & forenſes*, *Ciuica Arma*. *Ciuilia munera*, l. 2. §. 1. D. de vacat. & excuſ. l. 1. C. de munerib. patrimon. l. 3. C. ne vxor pro mar. l. 2. C. ne fil. pro patr. l. 8. C. de his quæ vi, l. 1. C. quod cum eo. l. 8. & l. 13. C. de excuſ. tut. l. 8. & l. 13. C. de excuſ. tut. l. 7. C. de appellationib. l. 17. C. de poſtliminio reuerſ. l. 17. in prin. & §. ſolet. D. ad Municipal. l. 2. §. vlt & l. 6. §. pater, D. de decurionib. l. 1. & l. 3. §. quamuis, D. de munerib. & honorib. l. 18. D. de verb. ſignifi. Eadem & *ciuilia onera* dicuntur, l. 6. D. de curat. fur.

Ciuilia officia, l. 2. D. de diuerſ. regul. l. 13. D. de vacat. & excuſat. l. 12. §. Moribus, D. de iudiciis, l. 13. D. de vacat. & excuſ. l. 15. §. qui poſt, D. ad Sc. Turpill. Iuuenal. Sat. 7. *Dic igitur quid cauſidicis ciuilia præſtent Officia*. Quintil. Decla. 268. *Illi nihil ciuilibus officiis periculoſius credunt*. Idem Declamat. 283. *Sed non neceſſe habeo, Iudices, commendare vobis officia ciuilia, in quibus iam diu ſatisfeci*. M. Fab. lib. 2. Inſtit. Orat. de locis contra teſtes agens. *Vt quidam* inquit, *nec ignobiles in Officiis ciuilibus ſcriptos eos in promptu habuerint*. Plinius Epiſt. 24. li. 4. *Illum ciuilibus Officiis Principis amicitia exemit*. Ea quænam ſint explicat Vlpia. in l. 2. D. de diuerſ. reg. iur. *Fœminæ* (inquiens) *ab omnibus Officiis, ciuilibus, vel publicis, remotæ ſunt: Et ideò nec Iudices eſſe poſſunt, nec Magiſtratum gerere: nec Poſtulare: nec pro alio Interuenire: nec Procuratores exiſtere*.

Ciuilia Bella, quæ Ciues cum Ciuibus gerunt, l. 9. §. 1. D. de legat. 3. l. vn. C. de caduc. tollen. *ciuiles diſſenſiones* vocat Vlpia. in l. 21. §. vlt. D. de capt. & poſtlim. Bella autem Ciuilia octies geſta, Seruius ad hæc lib. 6. Æneid. verba, *Aſſueſcite bella*, refert: Nimirum, *Ter à Cæſare contra Pompeium in Theſſalia: Item contra eius filium Magnum in Hiſpania: itē contra Iubam & Catonem in Africa: mortuo Cæſare ab Auguſto, contra Caſſium & Brutum in Philippis, ciuitate Theſſaliæ: contra L. Antonium, Peruſæ: contra M. Antonium & Cleopatram in Epiro: & Sext. Pompeium in Sicilia*. Cæterùm in l. 1. D. de cenſib. *Bellum ciuile*, accipe quod contra Seuerum Peſcenninus Niger in Oriente mouit. *Ciuilia Verba*, quæ & legitima, & directa, & imperatiua appellantur, l. 7. D. de vulg. & pup. Vlpia. in Inſtit. Tit. de fideicommiſſ. *Fideicommiſſum eſt, quod non ciuilibus verbis, ſed precatiue relinquitur*, id eſt, non directo, & imperatiuis, ſed precariis & inflexis verbis. *Ciuiliter* interdū eſt Ciuili iure: vt cū dicimus quem *Ciuiliter obligari*, l. 1. §. hæc actio. 1. D. ſi menſ. falſ. mod. l. 1. §. ſi quis ita, D. de verb. obligat. l. 14. D. de obligat. & action. l. vlt. D. rem pupill. ſal. fo. l. 7. D. de caſtren. pec. l. 1. D. de contrar. tut. l. 8. §. vlt. D. de acceptilationib. *Ciuiliter poſſidere*, l. 3. §. vl. & l. 7. D. ad exhib. l. 24. D. de adqui. poſſ. id eſt, *Ciuili iure*, vt loquitur l. 38. §. hæc quoque, D. de verb. obligat. *Ciuiliter* & *Naturaliter* opponuntur. Ita *Ciuiliter reſolui obligatio*, veluti Acceptilatione

tione & cõfuſione. *Naturaliter* verò, Solutione, aut interitu rei promiſſæ, l. 107. D. de ſolut. nib. Similitérque in l. 53. D. de adquir. rer. do. *Ciuiliter adquiri* dicuntur quæ Iuris miniſterio, verbis, ſine aliquo corporali facto, adquiruntur, veluti *Stipulatio*: *Naturaliter* verò, ſeu corporaliter, veluti, *Poſſeſſio*. *Ciuiliter & quaſi more ciuitatis*, l. 42. de verb. ſignificat. vbi *Ciuiliter*, *Turpia*, & *Natura*, opponuntur.

Ciuiliter, id eſt, legitimè, & ſecundum Iuris Ciuilis regulas, vel Ciuili modo. Sic, *Ciuiliter nupta*, l. 28. §. ſi quis. D. de liber. & poſt. *Liberum hominem Ciuiliter in poteſtate non habebemus*, l. 23. §. vlt. D. de acquir. poſſ. *Ciuiliter Annum, non ad momenta Temporum, ſed ad Dies, numeramus*, l. 134. D. de verb. ſignifi.

Ciuiliter & Iure Prætorio, opponuntur, l. 17. D. de Caſtren. pecul. Aliàs *Ciuiliter* ſignificat Ciuili iudicio & ad pecuniariam perſecutionẽ refertur. Proinde *ciuiliter Agere*, & *Criminaliter*, opponuntur, l. vlt. D. de furt. Rubr. Victum Ciuiliter & Crim. agere poſſe, in Co. Th. Sic *Ciuiliter exerceri Incendia*, l. 28. §. incendiarij. D. de pœnis. *Moueri actio*, l. 37. D. de iniur. *Diſceptatio*, l. 3. C. de ordine iudicior.

Ciuiliter modò, l. 9. de ſeruitutib. id eſt, cum aliquo temperamento.

CIVITAS, Cicero lib. 1. de Repub. *Eiuſmodi coniunctionem Tectorum, Oppidum, vel Vrbem, appellamus Delubris diſtinctam, ſpatiíſque communibus. Omnis ergo Populus, qui eſt talis cœtus multitudinis, qualẽ expoſui, Ciuitas eſt: Omníſque Ciuitas, eſt Conſtitutio Populi.* Seruius ad illud 2. Æneid. *Inuadunt Vrbem: Vrbs*, ait, *Muros ſignificat. Ciuitas verò, eius habitatores.* Non. Marcell. *Inter Vrbem*, & *Ciuitatem hoc intereſt: Vrbs, eſt Ædificia. Ciuitas, Incolæ.*

Ciuitas mutui datione obligari poteſt, l. 27. D. de reb. cred. *ciuitati relicti vici*, l. 77. §. vlt. D. de legat. 2. *Ciuitatibus legari poteſt, etiam quod ad honorem ornatúmque Ciuitatis pertinet*, l. 122. D. de legat. 1. *Quod ad certam ſpeciem Ciuitatis relinquitur*, l. 1. D. de adminiſtr. rer. *Ciuitates priuatorum loco habentur*, l. 16. D. de verb. ſignifi. *Ciuitatium ſerui*, & *ſi qua ſunt Ciuitatum velut bona*, l. 17. D. de verb. ſignifi. *Ad Ciuitates pertinentes res*, Rubr. de admini. rer. ad ciuit. pertin. D. *Si Ciuitates per eos qui res earum adminiſtrant, non defendantur*, l. 8. D. quod cuiuſcunque vniuerſit. *Ciuitatis ad quam Decuriones pertinent ſedes*, l. 1. D. de decurionib. *Cuiuſque Ciuitatis ciues, & in Ciuitate recepti*, l. 1. D. ad Municipal.

Ciuitas Antiochenſium, l. 37. D. de reb. auct. iud.

Ciuitas Berytiorum, l. 1. C. qui ætate vel prof. *Emiſenorum*, l. vlt. D. de cenſib. *Rhodiorum*, l. 6. C. de offic. rector. prouin. *Sebaſtenorum*, l. 21. §. Lucius, D. de annu. leg. *Tyriorum*, l. vlt. D. de cenſib.

CLABVLARIS *Curſus*, l. 2. & l. 5. de Curioſis, in Cod. The. Vehicularis curſus, genus quoddã fuit, ad cuius procurationẽ eligi viros idoneos, qui & Euectiones cõmeantiũ exactiſſima cura inſpicerẽt, & Animalibus alimenta quæ fiſcus ſuggerebat, miniſtrarent. Præcipiunt Impp. in l. 23. de curſu publ. in eod. C. Th. Impp. Conſtantius & Iulianus in d. l. 2. de Curioſis, in C. Th. cauentes, *Ne quis amplius poſtulet quàm conceſſit Euectio*, addunt, *Vt habens vnius copiam Redæ, flagitet Mulas duas: aut Redam vſurpet, cui Biro tum, vel Veredum poſtulare, vel Clabulare, permiſſum eſt.* Proinde in l. penult. C. de curſu publ. lib. 12. vbi vulgo *Curſum Ambularem* legitur, reponendum eſſe *Curſum Clabularem*, auctoritate manuſcriptorũ Codicum pridem monui, de cuius lectionis veritate ac fide, tum dubitanti mihi in mentem venit hoc idem vocabulum Ammianum Marcellinum vſurpaſſe. Verba eius lib. 20. ſunt hæc: *Iulianus contemplans rationabiles querelas, cum familiis eos ad Orientem proficiſci permiſit, Clabularis curſus poteſtate permiſſa.*

CLABVLAS, vel *Taleas*, olim dictas, quæ de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcidebantur, Varro lib. 1. de re Ruſti. cap. 40. tradit. Quem locum Non. Marcell. in voce Taleas, vtans ſciſſiones lignorum vel præſegmina interpretatur. Sed nihil hæc ad vehicularem curſum faciunt.

CLAM, id eſt latẽter & furtiuè, l. 54. D. de adminiſtr. & peric. *Clam* & *Palam* aduerſantur, l. vlt. D. de ritu nuptiar. *Clam in Libertate morari*. l. 12. §. 1. D. de liber. cauſ.

CLAM *Poſſidere cùm dicimus, qui furtiuè ingreſſus eſt poſſeſſionem, ignorante eo quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, & ni faceret, timebat*, l. 6. D. de adquiren. poſſeſſ.

Clam nanciſcitur poſſeſſionem, qui futuram controuerſiam metuens, ignorante eo quem metuit, furtiuè in poſſeſſionem ingreditur, d. l. 6. Heres quoque eius qui precariam poſſeſſionem tenebat, ſi in ea manſerit.

Clam poſsidere videtur, auctore Paul.lib.5.Senten.Tit.6. Ita *Clam ab aliquo Poſsidere*, accipimus in Interdicto, Vti poſſidetis, l.1.D.vti poſſid.& l.4. D.pro ſuo. & in l.10. D.ſi ſeruit.vindice. Eodémque modo *Clam ab aliquo Aquam ducere*, in Interdicto de aqua cottid. *Clam vti cum* Vlpianus definit, *& qui ipſe prohibitus vtitur, vel qui prohibito eo, cui id ius vtendo conſeruabat, vtitur*, l.3. in princ.& §.1. D. de itin.actúque priuat.

In Interdicto, Quod vi aut clam. *Clam videtur facere qui celauit aduerſarium, neque ei denunciauit, ſi modò timuit eius controuerſiam, aut debuit timere*, l.3. §. vlt. D. quod vi aut clam. *Clam* etenim *facit, qui exiſtimare debet ſibi controuerſiam futuram*, l.4.D.eo.tit. Aliàs Vlpian. definit, *Clam factum videri, quod quis cum controuerſiam haberet, habiturúmve ſe putaret, fecit*, l.73. §. vi factum, D.de diuerſ.reg.iur.

Clandeſtina Poſſeſsio, l.40.§.vlt.D.de adquir.poſſeſ. l.7. §.inter,& §.Iulianus, D.comm.diuid. *Clandeſtina damna*, l.2. §.damni, D.vi bonor.raptor. *Clandeſtinæ inſidiæ*, l. 9. C. de his quæ vt indig.

Clara *Perſona*, in Pandectis intelligitur *Senatoris, vel Vxoris eius*, l.5. D. de curat. fur. Eodémque modo *Claram Dignitatem* accipe, l. vlt.D.quod met.cau.l.vn.C. de his qui potentior.nom. Et *Clariſsimam Dignitatem*, l.8.D.de Senatorib. quę *Claritas* vocatur, l.10. C. de nupt.

Clariſsimi Viri, l.18. D. de iure fiſci, l.52.§.1. D.de iudic. l.35. D.de legat.3. l.16.§.1. D. de his quæ vt indign.l.12. D.de public.iudic. *Clariſsimæ Perſonæ*, l.100. D.de verb.ſignif. *Clariſsimarum* autem *Perſonarum*, appellatione, fœminæ nuptæ Clariſſimis perſonis continẽtur, non item filiæ Senatorum, niſi quæ Viros Clariſſimos ſortitæ ſunt, l.8. D. de Senatorib. Ita *Clariſsma Perſona per maritum facta*, l.22.§.1.D.ad Municipal. *Clariſsimæ fœminæ nomen adepta, ob matrimonium cum Senatore contractum*, l.10.C.de nupt.

Sanè PrætorVrbanus, *Vir Clariſsimus* dicitur in Oratione Seueri, l.1. D.de reb. eor. Procõſules etiã, *Viri Clariſsimi* appellãtur, l.1.C.ſi ex falſ.l.3.C.ſi aduerſ.rem iudi.& alibi, vt lib. 3.deFormul.monui. Sed &in principalibus Conſtitutionib. vt ibidẽ notaui, Præſides Prouinciarum *Clariſsimorum Virorum* titulo honorantur, l.1.C.ſi aduerſ.libert. l.1. C. ſi aduerſ. fiſc. l.2. C.de delatorib. lib.10. l.vlt. C. de offic.iud. l.34.§. vlt. & l.41. C.de Epiſc.& Cleric. Item Magiſtri Cenſus, l. vlt.C.de iure emphyt. & Principes Agentium in rebus, l.vlt. C.de decurionib.lib.10. Et Silentiarij Sacri Palatij, l.vlt. C.de excuſationib.tuto. Aduocatos quoque poſt depoſitum Aduocationis officium *Clariſsimi ordinis Comitis* dignitate frui, conſtituit Anaſtaſius l.1.C.de aduocat.diuerſ.iudicum.

Clari & aperti Iuris eſt, l.14.C.de fideicommiſſ.

Claritas generis, l.14.C.de dignitatib. & *Perſonarum*, Plinius Epiſt.38.lib.2.

Clarissimatvs *Dignitas*, l.9. de domeſt. in C.Th.l.16.de proxim.comit.diſpoſit. l.74.& l.180.de decurion.in eod.Co. *Honor*, l.8. & l.10.de domeſtic.& protector.in C.Th. & Nouella Theodoſij & Valentin. de Tributis fiſcalib. id eſt *Clariſsimorum dignitas*, vt loquitur lex.6.de proximis Comitum diſpoſition. ſeu eorum qui Clariſſimorum nomine decorantur, l.8.de domeſtic.in eodem Cod. Ammian. Marcell.lib.21. *Nec ſub eo Dux quiſquam cum Clariſsimatu profectus eſt.*

Clavdiæ *Aquæ*, fit mentio in l.2. §.fuit autem, D.de origin. iur. l. vlt. de aquęductu, in C.Th.& apud Caſſiodor.Epiſt.6.lib.7.Variar. Ea, vt Pomponius in d. l.2. §. fuit autem. tradit, ab Appio Claudio Centẽmano, qui eam in vrbem induxit, hoc Claudiæ nomen inuenit. Appius etenim Claudius Cæcus in Cẽſura, quã cum C.Plautio, primũ, dein, ſolus, cùm ſe magiſtratu collega abdicaſſet, geſſit, non modò viam muniuit, & vſque Brunduſium lapide ſtrauit, quæ inde Appię appellationem traxit: verumetiam Aquam Anienem in vrbem induxit, quemadmodũ Liuius lib.9. Auctor lib. de Viris Illuſtrib.cap.34.& Caſſiodor. in Coſs. Catalogo auctores ſunt. Pomponio vtique in hac Claudiæ Aquæ appellatione adſtipulatur Eutrop. lib.2.his verbis, *Eo tempore Appius Claudius Cenſor Aquã Claudiam induxit: & Viam Appiam ſtrauit.* Verum contradicere videtur Iulius Frontinus, qui ab Appio Claudio ductã Aquam, æquè atque ab eo munitã Viam, Appiam appellatam ſcribit: Claudię verò Aquæ alios, vt ita dicam, ſeu parentes, ſeu natales adſignat. Cuius idcirco verba ſubiicere è re cenſui. Ea in lib. primo de Aquæductib. de Appia Aqua ſunt hæc. *Appia, Valerio Maximo, P.Decio Murena Coſs.anno xx.poſt initium Samnitici belli, inducta eſt ab Appio Claudio Craſſo Cenſore, cui poſtea Cæco fuit cognomẽ: qui & viã Appiã, à porta Capena vſque ad vrbẽ Capuã, muniendã curauit. Collegã habuit C. Fabiũ (Plautiũ Liuius appellat) cui ob inquiſitas eius aquæ venas, Venocis cognomẽ datũ eſt. Sed is quia intra annũ & ſex menſes, deceptus à Collega, tanquam*

ideos

idem facturo, abdicauit se Censura, nomen Aquæ *ad Appij tantum honorem pertinuit, qui multis tergiuersationibus extraxisse* Censuram *traditur, donec & Viam & huius* Aquæ *ductum consummaret.* Claudiæ verò Aquæ, originem idem auctor cod. lib. edit huiusmodi. *Post hos Caius Cæsar qui Tyberio successit, cum parum & publicis vsibus & priuatis voluptatibus septē ductus aquarū sufficere viderentur, altero Imperij sui anno M. Aquilio Iuliano, P. Nonio Aspernate, Coss. anno Vrbis conditæ* DCCXX. *duos ductus inchoauit: quod opus Claudius magnificentissimè consummauit, dedicauitque, Sulla & Iuliano Coss. anno post Vrbem conditam* DCCC. *Sexto Calendarum Augustarum. Alteri nomen quod ex fontibus Cerulo & Curtio perducebatur, Claudiæ datum. hæc bonitate proxima Martiæ. Altera, quoniam duæ Anienis aquæ in Vrbem fluere cœperant, vt facilius appellationibus dignoscerentur, Anio Nouus vocari cœpit, & quòd illas omnes præcesserat prior Anio, cognomen ei Veteris est adiectum.* Plinius quoque ab Appio inductam aquam, *Appiam* vocat, lib. 36. cap. 15. quò loci de Aqua Claudia itidem hæc scribit, *Vicit omnes antecedētes* Aquarum *ductus nouissimum impendium operis inchoati à C. Cæsare, & peracti à Claudio: quippe à Lapide quadragesimo, ad eam excelsitatem, vt in omnes Vrbis montes leuarentur, influxere Curtius, atque Ceruleus Fontes: Erogata in id opus Sestertia quingenta* L V. M. Frontino verò in Claudiæ Aquæ appellatione assentitur Aurelius Victor in Epitome: Etenim de Claudij principatu agēs, *Huius tempore*, inquit, *Aqua Claudia Romæ inducta.* Locupletior testis Sueton. in Claudio cap. 20. *Claudiæ* Aquæ *gelidos & vberes fontes, quorum alteri Ceruleo, alteri Curtio & Albudino nomen est, simúlque riuum* Anienis *Noui lapideo opere in vrbem perduxit, diuisitque in plurimos & ornatissimos Lacus.* Cuius discordiæ sedandæ causa, necesse est duplicem Claudiam Aquam faciamus: vnam, ab Appio Claudio: alteram, ab Imperatore Claudio inductam.

Clavdia *Lex*, ad legitimas feminarum Tutelas pertinebat, auctore Vlpiano, Titu. 12. Regular. Quam Constantini Constitutione sublatam, ait Zeno in l. 3. C. de legit. tut. Extat verò ea Constantiniana Constitutio, in l. 2. de Tutor. & curatorib. in C. Th.

Clavdiani Senatusconsulti, de Mulieribus quæ se seruis iunxerant, fit mētio apud Vlpian. Titu. 12. Regular. Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 10. l. 4. ad Sc. Claudianum, in Co. Th. l. 10. de murilegul. l. 179. de decurionib. in eod. Cod. Sublatum id à Iustiniano, l. vn. C. de Senatusc. Claudia. vt ipsemet testatur §. vlt. Instit. de succession. sublat.

Claudianum item Sc. de nuptiis, quas maior sexagenario cum ea quæ quinquagenaria minor erat, contraxisset. Vlpian. Titu. 17. Regular. Silaniano etiam Senatusconsulto *Claudianum* adiungitur, Rubr. de Sc. Silania. & Claudia. D.

Clavdivs *Imperator Diuus* appellatur l. 2. §. post deinde, D. de origin. iur. l. 15. D. de lege Corn. de falsf. Eutrop. lib. 7. de Claudio. *Post mortem consecratus est, Diuúsque appellatus. Constitutio Claudij*, l. 3. §. proinde, D. de minorib. *Edictum Diui Claudij*, l. 14. §. maritus, D. de lege Corn. de falsf. l. 2. D. qui sine manumissio. & apud Vlpian. Tit. 4. Regular. *Diuus Claudius constituit*, l. 1. C. ne liceat potentiorib.

Claudianis temporibus, l. 3. §. vlt. D. de incend. ruin. §. vlt. Instit. de adsignat. libertor.

Clavdivs *Tryphoninus*, Notas ad Scæuolę Digesta scripserat, vt ostendit l. 58. D. de administrat. & pericu. ex quibus Tribonianus descripsit integra capita, in l. 36. D. de legat. 3. l. 17. D. de fideicommiss. liberta. l. vlt. D. de his quæ vt indig. extra quos tres locos Notæ istæ, nudo Claudij nomine præfixo, Scæuolæ fragmentis sparsim insertæ citantur in l. 38. §. Damæ, D. de legat. 2. l. 37. §. nuptura, & l. 41. §. Scæuola, D. de legat. 3. l. 32. §. 1. D. de vsu & vsufr. leg. l. 15. §. testator. & l. 16. §. Basilice, D. de alim. vel cibar. l. 28. §. Sticho. D. de liberat. legat. l. 77. §. vlt. & l. 78. §. Titia, D. ad Sc. Trebellia. l. 59. §. 1. D. de manumis. testam. Vnde apparet Claudianas istas Notas Scęuolæ Responsis summa breuitate subiectas fuisse. Idem Tryphoninus *Disputationum* libros vnum & viginti scripserat, è quibus complura Pandectarum capita sumpta. Fit huius Triphonini mentio in l. vlt. D. de iure fisci, & apud Lamprid. in Alexandro, vbi vulgò male *Tryphonius* legitur. Hunc Imperatorum Seueri & Antonini temporibus vixisse, colligitur ex eo quod l. 39. D. de pœnis, ait, *Ab Imperatoribus nostris rescriptum est.*

Clavdivs *Venuleius Saturninus*, *I. C. Stipulationum* libros 19. *de* Actionibus, libros 10. *Disputationū*, libros 7. *De Interdictis*, libros 6. *de officio Procōsulis*, libros 4. *Publicorū*, seu, *de Publicis Iudiciis*, libros 3. *de Pœnis Paganorum*, librum singularem. ex quibus complura Pandectarū capita sumpta sunt. *Claudij Saturnini Prætoris* meminit l. 6. §. vlt. D. mandati. Eum Antonini Pij temporibus vixisse, argumēto est quòd Marcianus l. 1. §. eam rem, D. quæ res pign. ait, *Diuus Pius Claudio Saturnino rescripsit.* Errant vtique qui ab hoc Venuleio Claudium Saturninum diuellunt.

CLAVES *Arcæ*, l.1.C.de crim.expil.hered. *Cellæ*, l.1.§. si iusserim, D.de adqui. possess. *Horrei*, l.2.C.de peric. & commod. *Portarum*, l.12.§.vlt.D.de re milit. *Claues magis Domus portio, quàm Instrumentum sunt*, l.12.§.fistulæ, D.de instruc.vel instr. *Clauibus traditis, ita mercium in Horreis conditarum possessio tradita videtur, si Claues apud Horrea traditæ sint*, l.74. D.de contrahend.empt. *clauicarij*, in l.1.C.de excusat. artific. lib. 11. id est, *Clauium Artifices*. Sed & Commentariensium ministri, seu Carcerum custodes, his non dissimiles quos vulgò *Guichetiers* vocamus, *Clauiculary* vocantur à Firmico lib.3. Mathes.cap.6.

CLAVI *Aurei, & Purpurei*, pars sunt Vestimentorum, l.19.§.1. D.de auro, argen. vbi ex Pomponio adiicit Vlpian. *Et si non sunt Claui vestimentis consuti, tamen Veste legata contineri*, Idem Vlpian.l.13.§.1. D. eod. titu. *claui qui vestibus insuuntur*. Claui ergo alij ex Auro, alij ex Purpura, vestibus insuebantur. Quintilia.lib.8.cap.5. *Vt adfert lumen clauus Purpuræ, loco insertus*. Sosipat.lib.1.Institut.Grammatic. *clauum* exponit, *impurpuratam vestem*, ἐμπόρφυρον ἔνδυτα, καὶ ἔνηλον. Et inde Coco Clauata Mantilia, dixit Lampridius in Alexandro Seuero, *Et auro clauatas vestes*, Vopiscus in Aureliano.

Clauorum autem alij *Lati* erant, alij *Angusti*. Varro lib.8.de lingua Lat. *Nam si quis Tunicam in vsu ita consuat, vt altera Plagula sit Angustis clauis: altera, Latis: vtraque pars in suo genere caret Analogia*. Sueton. in Augusto, cap. 23. *Togis neque restrictis neq; fusis: Clauo, nec Lato, nec Angusto*. Clauo autem Lato Senatores, Angusto, Equites vtebãtur. Inde est, quod ait Lampridius in Alexand. *Tum satis esse constituit, vt Equites Romani à Senatoribus, claui qualitate, discernerentur*. Proinde Ouidius in Equestri se ordine mãsisse significãs, lib.4. Tristium, Eleg. 9. *Curia*, ait, *restabat: Claui mensura coacta est*. Vnde *Lato clauo honorum ab Imperatore*, apud Vlpian. Titu. 8. Regul. est in Senatorij Ordinis insignibus honorari. quo genere loquendi, *Latum clauum à Cæsare impetrare*, dixit Plinius Epist. 9. lib.2. *Latum* autem *clauum, Latiorem* Plinius lib.9.cap.39. & *Maiorem* Statius Silua 2. lib.3. *Purpuram Latiorem*, Iuuenalis Satyra 2. Herodianus verò lib.3. vbi de Plautiani honoribus agit, πλατύσημον ἔνδυτα appellat. Hinc *Laticlauij* qui Latum Clauum gestabant, apud Sueton. in Augusto, cap.38. & in Nerone cap. 26. *Clauos ex Naufragio auferre*, l.3.§.vlt.D.de incend.rui.

CLAVVS morbis adnumeratur, l. 12. D. de Ædilit. edict. Sic autem à Medicis appellatur, Callosum Tuberculum album, rotundum, capiti Clauorum non absimile: quod toto quidem corpore, præcipuè tamen pedum plantis, digitísque, innascitur, dolorémque gradum mouentibus gignit. Cornel. Cels. lib.5.cap.28. *Clauus autem nonnunquam etiam alibi, sed in pedibus tamen maximè nascitur: præcipuè tamen ex contuso: quamuis interdum aliter: dolorémque etiam si non aliàs, tamen ingredienti mouet*. ἦλον Græci eadem ratione & loquendi figura dicũt. Plinius lib. 21. cap. 29. de Lilij radicibus. *Propter Clauos pedum in vino decoquuntur*, Alia Clauis pedum remedia demonstrat idem auctor lib. 20. cap. 3. & lib. 31. cap. 9. & lib.21.cap.20. & lib.24.cap.6. & lib.28.cap.16. Huius doloris impatientia Silium Italicum inedia vitam finisse, Plin. Epist.7.lib.3. ita scribit: *Erat illi natura insanabilis Clauus: cuius tædio, ad mortem irreuocabili constantia decucurrit, vsque ad supremum diem beatus*.

CLAVSVRAS vel *Clusuras*, in l. 2. §. in Sardinia, C.de offic.præfect. prætor. Afr.l. 4. C. de offic.mag.offic.l.vlt.C.de offic. magist. milit. Suida interprete accipe ὀχυρώματα τῆς Ἀγαβάσεως, vel vt ex ore Curtij loquar, Angustias Adituum quæ Regionem aperiunt. Hæc vox quantum Iaco. Cuiacio debeat, ex eius lib. 3. Obseruationum, cap. 24. liquet, cui nos quoque Spicilegio aliquo opem feremus. Extat apud Cassiodorum lib.2. Variar. Epistola Regis Theodorici ad vniuersos Gothos & Romanos, & *eos qui Portubus & Clusuris præsunt*. Imper. Leo in lib. de Bellico apparatu cap.9. prout à Io. Chæco Latinè redditus est: *Præmitte ex tuis qui aditus angustos & minus patentes, quos Clausuras nominant, anticipent*. Nicetas in Annalibus, προκαταλαμβάνειν τὰς δυσχερείας, αἳ κλεισύρια τῶν ἰζυφείτζε καταωμάζονται. Has & Clusas posterioribus seculis vulgus appellauit. Luitprandus lib. 1. cap. 2. *Quibusdam namque difficillimis separata à nobis erat interpositionibus, quas Clusas nominat vulgus*. Et lib.5.cap.8. *Præceperat enim Rex clusarum custodibus, ne quempiam transire permitterent, nisi qui prius quis esset diligenti inuestigatione inquirerent*. Sed & in Annalib. Regum Francorum, Pipini, Caroli, Ludouici, hæc verba leguntur, *Resistentibus Longobardis & clausura Italiæ tuentibus ad ipsas montium angustias, quas Clusas vocant, acerrimè pugnatum est*. Et alibi, *Coniunxerat autem se vterque exercitus, ad Clusas*. Rursúsque

alio

alio loco, *Hoc sentiens Desiderius, statim Clusas reliquit. Clausuras* tamen Chronicorum eiusdē temporis auctor, dixit illo loco, *Hastulfus Rex Lōgobardorum supradictam iustitiam contradicendo, Thermopylas, id est, Clusuras Longobardorum petiit.*

CLAVSTRA *Ædium* esse, etsi Ædibus adfixa non sint, ait l.17.D.de actionib. emp. *Claustra* Armariorum & Loculorum, l.52.§.vlt.D.de legat.3.

CLAVSVLÆ nomen de cuiuslibet orationis Parte, Capite, Scriptura, vsurpatur. Sic *Clausula Compromissi*, qua de Die proferēdo cauetur, l.25.§.hæc autē, D.de recept. qui arbit. *Clausula Edicti*, l.23.§.hi planè, & l.26.§.itē inquit, D.ex quib.cau.maior.l.3. D. quod met. cau.l.9.D.de edendo, l.19.§.vlt.D.de testament.tut.l.5.§.1.D.de legit.tut.& apud Cicero. 5.in Verrem. Hinc *Clausula generalis edicti*, l.26.§.1.D.ex quib.caus.maior. *Noua Clausula Edicti*, id est, nouum caput à Iuliano introductum, l.3.D.de coniungend. cum emancip. *Clausula de bonor.possess.cont.tab.* l.1.§.hæc autem, D.de bon.possess.cont.tab. *Clausula de Ventre in possessionem mittendo*, l.6.D.de inoffic.test.

Clausula de suspectis tutoribus, id est caput, l.1.D.de suspect.tut. *Senatusconsulti*, l.23. D. de hereditat.petit. *Clausula Stipulationis*, l.17.& l.19.D.iudic.solui. *Clausula de Dolo malo*, l.13.§.eū qui, D.de acceptilat.l.19.D.rem rat.hab.l.6.D. iudic. sol. quæ aliàs *Doli Clausula*, l.22. & l.119.D.de verb.oblig.l.4.§.in stipulatione, D.de doli except.l.17.& l.19.D.iudic.solu.l.22. in fi. D.de re iud.l.3.C.de recept.arbit. Sic autem appellant Iurisconsulti eam Stipulationis partem, qua *Dolum malum abesse, affuturúmque esse*, comprehendebatur, l.4.& l.121. D.de verb. oblig.l.18.D.iud.sol.l.36.§.1.& vlt.D.de recept.qui arbitr.l.69. D.de verb.signific. Eodem modo *Ob rem non defensam, Clausula* dicitur, qua in Iudicatum solui Stipulatione, re non defensa, Quanti ea res erit, promittitur, l.3.§.vlt.& l.13. & l.17. D.iud. sol. l.15. D. de procuratorib.quæ & *de re defendenda Clausula*, appellatur in l.6.D.eod.titu. Sic & *Clausula ob rem iudicatam*, l.20.D.de acceptil. & l.13.& l.vlt. D.iudic. sol. quæ & *de re iudicata*, & *rei iudicatæ Clausula* dicitur l.6.l.7.& l.vlt.D.eod.

Clausula Testamenti, l.13.D.de auro, argen. l.30.& l.31.D.de legat.1.quæ ibidem Scriptura & Adiectio appellatur.

CLISTERE, Medicamentum alicui infusum, proponit l.9.§.1. D. ad Leg. Aquil. quô loci Clister est instrumentum quo Medicamentū iniicitur: Quod, Galeni tēporibus, fuisse vesicam, cui cornea, vel alterius materię, fistula, recta, & fracta ad finē, annexa erat, ex multis eius auctoris locis colligi ferunt. Eius certè vsum homines ab Ibi Ægyptia volucri didicisse, idem Galen.in Introductor.seu medico, & Plin.lib.8.cap.27.tradunt.

CLVSOS in Senatusconsulti Silaniani tractatu, vti accipere debeamus, vide in l.3.§. subuenitur, D.ad Sc.Silanianum.

Clusa Arca, l.26.D.depositi. *Clusum Templum*, l.10.§.vlt.D.ad l.Iul.pecul. *Clusæ adhuc Tabulæ*, l.15.§.iussum, D.de adquir.vel omitt. *Clusis Horreis*, l.1.§.cum tantum, D. depositi. *Clusis Tabulis*, l.3.C.de iur.deliber.

CLEMENTIA *mea*, l.1.de temp.cursu, l.3.& 5. de indulgentiis debitor. *Nostra*, l.1.C.de summa Trinit. *Principalis*, l.1.C.de iis qui veniam ætatis.

CLERVM dici Suidas, ait, σύστημα τῶν Διακόνων καὶ Πρεσβυτέρων.

CLERICOS interpretantur Impp.eos, qui diuino cultui ministeria religionis impendunt, l.2.de Episcop.in C.Th. Quo nomine comprehendi omnes qui in Ecclesia Christi deseruiunt, veluti, *Ostiarios*, *Psalmistas*, *Lectores*, *Exorcistas*, *Acolytos*, *Subdiaconos*, *Diaconos*, *Presbyteros*, Isidor. lib. 7. Origin. cap.12. tradit. Iustinian.etiam Nouell.123. τοὺς δὲ πρεσβυτέρους καὶ Διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ Ἀναγνώστας, καὶ Ψάλτας, καὶ πάντας κληρικοὺς καλεῖσθω. Quorum Ecclesiasticorum Ordinum fit mentio in l.6.C. de Episcop. & Cler.

CLIBANVS, Thoracem quo pectus tegitur, significat, vt ex Latina interpretatione libri Imperat.Leonis, de Bellico apparatu cap.6.patet. Auctor etiam libelli De rebus bellicis qui Notitiæ Imperij Roma.subiungitur, de Thoracomacho agens, *Hoc enim*, ait, *vestimenti genus quod de coactili ad mensurā & tutelā pectoris humani timoris sollicitudo, solertia magistra, compoposuit: vt hoc inducta primū lorica, vel Clibanus* (sic enim emend.est) *aut his similia, fragilitatē corporis, pōderis asperitate nō læderent.* Clibanū autē ferreū fuisse pectoris tegumē ostēdit Macar. Homil.17. Hinc *Clibanarij* in l.9.de annon.ciuic.in C.Th.& apud Eutrop.lib.5. id est Equites Cataphracti. Et ita verbū hoc accipiendū in Notitia Imperij Ro.in qua cū Magistri Militum Præsentalis dispositio recensetur, inter Vexillationes, *Equites Clibanarij*, Parthi, & Persæ numerantur. Ex quarum nationum lingua, in Latium, verbū *Clibanariorum* inuectum existimo, adductus Lampridij in Alexandro verbis, quibus Alexandrum deuictis à se Per-

sis ad Senatum scripsisse refert, *Centum & viginti Equitum millia fudimus: Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant, decem millia in eo bello interemimus.* Clibanariorum autem Equitum descriptionem habemus apud Ammian. Marcellinum, lib. 16. & Suidam in verbo, φάραγξ. Reperitur & hoc verbum apud Vegetium lib. 3. cap. 6. vbi ita est: *Et bini Catafracti equi iungebantur ad currum, quibus insidentes Clibanarij, Sariſſas, hoc est, longissimos Contos in Elephantos dirigebant.* Clibanarios autem Periphrasticôs Claudianus ita describit lib. 6. de Consulat. Honor.

Vt Chalybe indutos Equites, & in ære latentes
Vidit cornipedes, quanam de gente, rogabat,
Ferrati venêre viri? quæ terra metallo
Nascentes informat equos? Nunc Lemnius auctor
Addidit hinnitum ferro.

CLIENTES liberi homines dicebantur, qui se ad potentioris alicuius ductum applicabant, vt eius patrocinio defenderentur, protegerentúrque, de quorum origine, vide Dionys. Halicarnass. lib. 2. Plutarch. in Romulo, qui *Patronos* πατρικίους, *Clientes*, πελάτας vertit Fit de his mentio l. 3. D. de vsu & habit. l. 5. §. 2. de his qui deiecer. l. 3. §. sed & quod, D. de pen. leg. l. 89. D. de furt. l. 7. D. de captiuis, l. 3. C. de nouationib. Agell. lib. 5. cap. 13. *Constabat ex moribus Po. Ro. primum iuxta Parẽtes locum tenere Pupillos debere, fidei tutelæque nostræ creditos: secundum eos proximum locum Clientes habere, qui sese itidem in fidem patrociniúmque nostrũ dederunt.*

Clientes etiam dicuntur, quorum causam patrocinio nostro tuendam suscipimus. l. 1. C. de aduocat. diuers. iud. Ouid. lib. 1. Amor. *Qui modò Patronus, iam cupit esse Cliens.* Idem lib. 3. de Arte amandi. *Facundus causam sæpè Clientis agat.* Symmach. Epist. 178. lib. 5. *Nũc illa Cliẽtũ turba omnis, fortuito insultet errori.* Seruius ad eum 6. Æneid. versum, *Aut fraus innexa Clienti.* B. Augustin. Epist. 59. *Antistites, velut Aduocati, Susceptos suos per manus impositionem misericordissimæ offerunt potestati.* Saluian. lib. 5. de Guberat. *Quærunt auxilia, & patrocinia Maiorum. Nihil Susceptis, sed sibi.*

CLIPEI verbo, in l. 5. §. si id quod positum, D. de his qui deiecer. vel effud. Imago significatur. *Illic* enim *Pictor in pergula Clipeum vel Tabulam expositam habuisse proponitur.* Quæ vocis huius significatio à Cornelio Fronto. & à Sosipatro adnotata est. Fõtes verò ex quibus huiusce significationis origo manauit, Plinius aperit lib. 35. cap. 3. his verbis. *Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur Imagines. Vnde & nomen habuere Clipeorum: non vt peruersa Grammaticorum voluit subtilitas, à Cluendo. Origo plena virtutis faciem reddi cuiusque in Scuto, qui vsus illo fuerit.* Eóque sensu in his, quos subieci, veterum auctorum locis hoc vocabulum exaudiendum est. Liuius lib. 42. *Et duodecim Clipea ærata, ab Ædilibus curulibus, P. Claudio, & Ser. Sulpitio Galbæ, sunt posita.* Sueton. in Domitiano, cap. vlt. *Scalas etiam inferri, Clipeósque & Imagines eius, coram detrahi.* Trebellius Pollio in Claudio, *Illi Clipeus aureus, vel (vt Grammatici loquuntur) Clipeum aureum, Senatus totius iudicio in Romana Curia collocatum est.* Vetustæ Gloss. *Clipeum, vbi imagines proponuntur.* Beda de Orthograph. *Clipeus, masculino genere, in significatione Scuti ponitur. Neutrali autem, Imaginem significat: sed auctoritas variat.*

CLIVVS *Capitolinus*, l. 52. §. in Cliuo, D. ad L. Aquil. & apud Cicer. 2. in Anton. Oratio. & Epist. 16. lib. 2. ad Attic. Asconius in Milonianam. *Cn. Manlius Tribunus pleb. cùm per tumultum ageret, & Cliuum Capitolinum obsideret.* αὐλὸν τὸν εἰς τὸ Καπιτώλιον φέρουσαν, Dionys. Halicarnass. lib. 6. dixit.

Ceterũ crebro in libris nostris hæc Cõdicio in formula occurrit, *Si in Capitoliũ ascẽderit*: quæ Capitoliũ excelso & edito loco situ fuisse satis indicat. Vnde & *Alta Capitolia*, Lucan. lib. 9. & Silius Italicus lib. 12. vocant: nec non & *Capitolia scandere*, apud eos inuenies. Plinius in Panegyr. *Tibi ascendenti, de more, capitolium.* Lampridius in Alexand. *Capitolium, septimo die, cùm in vrbe esset, ascendit.*

Cliuos facere, l. 20. §. 1. D. de seruit. vrb. *Cliuosa Via*, l. 2. §. deteriorem, D. ne quid in loc. publ.

CLOACA, locus est concauus, per quem colluuies defluit, l. 1. D. de cloac. Vetus Gloss. *Cloaca est locus in quo defluunt sordes.* Victorin. in lib. de Ortograph. *Nõ est cloaca, vt putatis, sed cluaca, quasi conluaca.* Dionys. Halicarnass. lib. 3. Cloacas ὑπονόμους vocat, interpretatúrq; παίφροις δ' ὧν ὅτι τὸν Τίβεριν χεύσῃ πᾶν τὸ συῤῥέον, ἐκ τῶν φρεάτων, ὕδωρ. De Cloacis autẽ vrbis Romæ, vide Liui. lib. 5. Plin. lib. 36. cap. 15. Cassiodor. Epist. 30. lib. 3. Variar. Eas primùm fecit Tarquinius Priscus, vt cum Liuio lib. 1. auctor est Eutropius lib. 1.

Cloacam

Cloacam Ducere, & *Cloacam Immittere* Iuriſconſulti dicunt, l. 1. §. hoc amplius, D. de cloac. & l. 2. §. ſi quis cloacam, D. ne quid in loco publ. l. 7. D. de ſeruitutib. Liuius lib. 5. ad fin. *Ea cauſa eſt, vt veteres Cloacæ primò per publicum ductæ, nunc priuata ſubeant tecta.* Idem lib. 1. *Aquas Cloacis è faſtigio in Tiberim ductis ſiccat.*

Cloacæ immittendæ ius, l. 7. D. de ſeruitutib. *In Cloacam demitti ſolitus ſeruus*, l. 54. §. vlt. D. de actionib. empt.

Cloacarium Tributum, quod Cloacarum purgandarum cauſa infertur, l. 27. §. ſi quid Cloacarij, D. de vſufruct, l. 39. §. heres, D. de legat. 1. Ad Cloacarum autē purgationē olim his qui diu pœna functi erant, vſos Traiani Epiſtola ad Plin. lib. 10. Epiſtolarum oſtendit.

COACERVARE *Summas maiores & minores*, l. 36. D. mandati. *Coaceruatio Summarum*, l. 11. D. de iuriſdict.

COACTILIA, de quibus in l. 27. de auro argen. Lazar. Baif. noſtris pheltris fuiſſe non abſimilia putat. Et erant certè ex lanis per ſe coactis facta veſtimenta, vel tegumenta: aut, vt Cæſar lib. 2. de Bello Ciuili loquitur, *ex Subcoactis*. Auctor libelli De rebus Bellicis, ad Theodoſ. cùm de Thoracomacho agit. *Hoc enim Veſtimenti genus, quod de Coactili, ad menſuram & tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis, timoris ſollicitudo, ſollertia magiſtra compoſuit.*

Hinc *Taberna Coactilicia*, quam in Liguria patrem Pertinacis exercuiſſe, legimus apud Capitolinum in Pertinace.

COACVISSE Vinum, l. 85. D. de legat. 3.

Coadunatæ Summæ in vnam, l. 9. §. vlt. D. de pact.

COALESCERE dicitur Planta, Arbor, Cruſtráve agri, quæ in fundum radices immittit, & quaſi vnitatem cum terra facit, l. 5. §. penult. D. de rei vindicat. l. 8. & l. 26. §. 1. D. de adqu. rer. dom. l. 9. §. Alfenus, D. de dam. infect. *Concha* etiã *Coaleſcere* dicitur l. 19. §. penult. D. de auro argen. *Coaleſcere Vitis in fundo*, l. 21. §. vlt. D. quod vi aut clam.

COANGVSTARI *Aqua*, l. 1. §. deterior, D. de fluminib. Vbi *Coangustari* & *Dilatari*, opponuntur. *Coangustari lex interpretatione*, l. 12. D. de verb. ſignif.

COARTARI, l. 2. D. de oper. libert. *Coartabitur tua pars*, l. 31. D. Mandati.

Coartata Via, l. 2. §. ſi vir, D. ne quid in loco publ.

COCINATORIVM *inſtrumentum*, pro Coquinario, l. 19. §. ſi cui eſcarium. D. de auro arg. Eodem ſenſu *Cocitatoria Vaſa*, l. 6. D. de penu leg.

COCCVM, in l. 70. §. penult. & §. vlt. & l. 78. §. Coccum, D. de legat. 3. Plinius lib. 9. cap. 41. *Coccum Galatiæ rubens granum, vt dicemus in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniæ, in maxima laude eſt.* Idem lib. 22. cap. 2. *Atque vt ſileamus Galatiæ, Africæ, Luſitaniæ, granis, Coccum Imperatorium dicatum paludamentis, Tranſalpina Gallia, herbis Tyrium atque Conchylium tingit.* Vide plura lib. 16. cap. 8. meminit & Strab. li. 3. Eſt & apud Dioſcor. li. 4. caput περὶ κόκκου βαφικῆς. vbi quod de Siculis mulieribus τῷ φόματι ἀναλέγεσθαι ſcribit, non ſic accipiendum eſt, quaſi ore legant, ſed ori, ſeu oris gratia, eius nimirum fucandi oblinendíve cauſa.

CODICES, vt Varro lib. 3. de vita Pop. Rom. apud Non. ſcribit, antiquitus, *plures Tabulas coniunctas*, dicebant. A quo, in Tiberi, *Naues Codicarias* appellabant. Seneca quoque in lib. de breuitate vitæ, *plurium Tabularum contextum Codicem* apud Veteres dictum ſcribit. & inde *Publicas Tabulas, Codices*, dici. Sic Tabulæ in pluribus Codicibus ſcriptæ, l. 3. §. ſi Tabulæ, D. de Tabul. exhib.

Codices Argentariorum, l. 9. §. penult. de eden. & l. 88. D. de ſolutionib. l. 45. D. de Iudiciis. *Nummulariorum*, l. 9. §. Nummularios, D. de edendo. Iuuenal. *Qui venit ad dubium, grandi cum Codice, nomen. Rationum*, l. 10. §. 1. D. de eden. *In Codice cauere*, & *in Codice Chirographũ ſcriptum*, l. 5. §. quinimmo, D. commodati.

Codices, Membranei, vel *Chartacei*, vel *Eborei*, vel *alterius materiæ*, l. 52. D. de legat. 3. Hinc volumina Imperialiũ Conſtitutionum *Codices* appellarunt. *Codices* autem tres ante Iuſtinianeum fuiſſe, *Gregorianũ, Hermogenianũ*, & *Theodoſianũ*, docet l. vn. de Iuſtin. Cod. cõfir. & Epiſt. de nouo Cod. facien. & Iſidor. lib. 5. Origin. *A Codicibus, Codicilli*, κωδικέλλους ducti ſunt. Itaque *Codicillos* & *Pugillares*, pro eodem ponit Catullus. Epig. de Męcha.

Codicilli Cerati, l. 52. D. de legat. 3. *Codicillos* etiam appellamus eam ſcripturã, qua quis vltimam ſuam voluntatem mandauit, non tantam ſollemnitatem deſiderantẽ, quantã Teſtamentũ, quæ & à teſtato & ab inteſtato confici poteſt. Tit. de Codicill. Inſtitu. & C. de iure

codicillor. D. Theophil. sic definit, Κωδίκελλος ἐστὶν ἐλλιπούσης ἐν διαθήκῃ γνώμης πρόπτωσις ἀναπλήρωσις. Moschop. verò Latinæ linguæ non admodum peritus, in lib. περὶ ὀρφῶν, Κωδίκελλον διόρθωσιν ἢ διαθήκης explicat. Vetus Glossarium, *Codicilli sunt Codices parui, in quibus qui testamentum facere nolunt aliqua necessitate impediti, vltima voluntate de rebus suis disponunt. Codicilli facti*, l. 27. in prin. & §. 1. D. de legat. 3. *Ab herede*, l. 77. §. cùm existimaret, D. de legat. 2. *Ad filium*, l. 14. D. de iure codicill. *Ad Testamentum*, l. 36. D. de testamen. milit. *Ab Intestato*, l. 16. D. de iure codicill.

Codicillos ad certam personam scribere, l. 37. §. Seiam, D. de legat. 3. *Codicilli ad omnes heredes scripti*, l. 31. §. vlt. D. de legat. 2. *Codicillis scriptis*, l. 18. D. de condic. institut.

Codicilli confirmati, l. 31. D. de legat. 1. l. 39. & l. 41. §. codicillis, D. de legat. 3. & apud Vlpianum, Titu. 25. Regular. id est, *Testamento confirmati*, vt l. 43. D. de manumiss. testa. l. 18. D. de annu. legat. l. 18. in fi. D. de milita. testamen. & apud Vlpian. Titu. 2. & 24. Regular. & Plin. Epist. 16. lib. 2. quod fiebat in hunc modum, CODICILLOS QVOS POSTEA FECERO VALERE VOLO, l. 6. §. licet, & l. 8. §. vlt. D. de iure codicill. vel aliis verborum figuris, quas lib. 7. de Formul. exposui.

Codicillos ad Testamentum factos, testamento superadditos interpretor in l. 8. §. hæc oratio, D. de transactionib. & l. 5. §. qui principale, D. de his quæ vt indign. l. 16. D. de iure codicill.

Codicilli ad Testamentum pertinentes, l. 1. C. de cod icill.

Codicillos autem semper pluratiuo numero proferri ait Gaius in l. 188. D. de verb. signifi. *Codicillum* tamen numero singulari dicunt Impp. l. 7. de bon. matern. in Cod. Theodo. & l. 40. de hæretic. in eodem Cod.

Codicilli, pro diplomatis & literis, quibus honores mandantur, l. 41. D. de excusation. l. 1. C. vt omnes iud. l. 12. C. de dignitatib. lib. 10. §. filiusfamil. Instit. quib. mod. patr. pot. sol. & apud Sueto. in Claud. ca. 29. Auctor lib. de causis Corrupt. Eloq. *Quod si non in alio oritur, nec in codicillis datur.* Arrian. li. 3. Epict. cap. 7. ἀλλὰ ἡ κρίτης εἰ τῆς Ἑλλάδων· οἶδας κρίσιν τίς σε ἐποίησεν εἰδέναι, ἢ γὰρ μοι κωδικέλλον ἔγραψε. Machar. Homil. 39. ὥσπερ βασιλεὺς γράψας ἐπιστολὰς οἷς βούλεται κωδικέλλοις ἢ δωρεὰς ἰδίας χαρίσασθαι, σημήνῃ πᾶσιν ὅτι ταχέως ἀποδόσατε ἐλθεῖν. Sidon. Apollinar. Epist. vlt. lib. 1. *Ad Gallias administrandas, fascibus prius, quam codicillis ausus accingi.* Gregor. Turon. lib. 2. cap. 9. *cùm autem Asterius codicillis Imperialibus Patritiatum sortitus esset.*

Sic *Codicilli clarissimatus*, l. 80. de decurionib. in C. Th. *consulares*, l. 23. de prætor. & quæstor. in eod. Cod. *Honorarij*, l. 4. de primicer. l. 1. & 4. de codicill. honor. l. 16. de metatis, l. 1. de oblationib. equor. l. 41. & l. 74. de decurionib. in eod. Cod, *Imaginarij*, l. 8. de honorib. in eod. Co. *Nauicullariorum*, l. 15. de nauicular. eod. C. *Perfectissimatus*, l. 5. de perfectis. dignitat. in Co. Th. *Prætorij*, l. 23. de prætor. & quæstor. in eod. Co. *Proconsulares*, l. 5. & l. 7. & l. 8. de honorar. Cod. *Senatorij*, l. 74. de decurionib.

codicillorũ Adeptio, l. 1. de præfect. prætor. in Cod. Th. *Insignia*, l. 1. ad L. Iul. repetund. in eod. Cod.

COELEBS, apud Vlpian. Tit. 14. & 18. Regul. ἄγαμος, qui vxorẽ nunquam habuit, vt loquitur Mitio Terentianus Adelphis. Festus Pompeius *cœlibem ductũ existimant quod dignam cœlo vitam agat.* Sic *cœlibes*, l. 1. C. de infirmand. pœn. Vnde *cœlibatus*, in d. Rubr. de infirmand. pœn. Cœlibatus, & apud Sueton. in Claud. cap. 16. & 26.

COEMPTIO, sollemnis matrimonium contrahendorum ritus erat, cuius Cicer. lib. 1. de Orato. & in Oratio. pro Flacco, & pro Murena, meminit: item Seruius in 2. Georgic. & in 8. Æneid. & Isidor. lib. 5. Origin. cap. 34. Boëtius in Topica, *Coemptio*, ait, *certis sollemnitatibus peragebatur, & sese in coemendo* (sic enim lego) *inuicem interrogabant: Vir ita, An sibi mulier materfa. esse vellet: illa respondebat, velle. Itáque Mulier Viri conueniebat in manum, & vocabantur hæ Nuptiæ, per Coemptionem: & erat mulier Materfa. Viro, loco filiæ.* Quamobrem & Suorum heredũ loco habebatur, vt Vlpian. Tit. 22. Regul. tradit: & in ius, manũ, potestatémque viri cum capite fortunas suas transferebat, vt Cic. in Topic. ostendit. Planè apud Vlpian. Tit. 11. Regular. *coemptor*, fiduciarius pater dicitur, quoniam cum Patre Naturali vnà emit.

COEPISSE *Opus*, dicitur, qui fundamenta iecit, vel locum purgauit, l. 1. §. cœpisse. D. de pollicitationib.

cœpit Abesse, l. 1. D. de offic. eius cui mand. *Auctius esse ærarium*, l. 2. §. deinde cum, D. de orig. iur. *Esse sui Iuris*, l. 21. §. filiusfamil. D. de pact. *Furere*, l. 17. D. de adquir. vel omitt. l. 31. §. si seruus, & §. si vi. D. de vsurpationib. *Senatus se interponere*, l. 2. §. deinde quia, D. de orig. iur. *Vindicare*, l. 7. D. de actio. empti, l. 12. §. vlt. D. de adquir. possess. *Causa agi*, l. 1. §. Iulianus, D. de agnosc. & alend.

Cæptus Annus, id est inchoatus, *Pleno* & *Impleto*, opponitur, l. 8. D. de munerib. l. 5. C. quando dies legator. *cæptus Magistratus*, l. 7. §. quamuis, D. de postul.

Cæpta controuersia, l. 6. §. vlt. D. de inoffic. test. l. 20. C. de procurator. *Iniuria*, l. 1. D. quod quisque iuris. *Lis*, l. 12. D. ex quib. caus. maior. & l. 49. D. de iudic. *Post cæptam litem*, l. 5. D. de hered. petit. *Cæpto Iudicio*, l. 1. C. de iudic. *cæptum criminaliter Iudicium*, l. 9. C. ad L. Corn. de falsi. *cæptum Opus*, l. 9. D. de pollicitationib.

COEPPE, pro quippe, l. 3. §. ex contrario, D. de adquir. possess.

COERCENDI, verbum generale est. Nam & Pecuniaria multa, & Corporali animaduersione, & Pignoribus captis, & Vinculis, Coercere Latini auctores dicunt. Cicer. lib. 3. Officior. *Eos Morte, Exilio, Vinculis, coercent.* Idem lib. 3. de Legib. *ciuem noxium, & nec obedientem, Magistratus, Multa, Vinculo, Verberibus, coercento.* Sic & in Sc. quod à Frontino lib. 1. de aquæductib. refertur, *Multa, Pignoribus, cogito, coercito.* Et ita accipe quod Vlpian. in l. 2. D. de in ius voc. *Qui coercere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci.* Sic & Pomponius in l. 2. §. exactis. D. de orig. iur. *coercere possent, & in Vincula publica duci iuberent.*

Coercere Pignoribus captis, l. 4. §. 1. D. de damn. infect. Instit. de satisdationib. tut. Cicer. lib. 3. de Orato. *Pignoribúsque captis incipit Craßum coercere.*

coercere Receptores, l. 13. D. de offic. procon.

Coercere deprehensa ministeria Præses Prouinciæ, l. 6. §. illicita, D. de offic. præsid. *Coercere fraudem*, l. 12. §. vlt. D. de re milit. *Licentiam*, l. 4. C. de obseq. patro.

Coerceri Animaduersione, l. 1. C. de accusationib. *constitutione*, l. 1. D. de his qui sui vel alie. iur. *constitutionibus*, l. 1. D. quod cuiuscũq; vniuersit. *Exilio, vel Interdictione rei certæ*, l. vlt. D. de iniur. *Multis*, l. 1. §. post editũ, D. de inspicien. vent. *Pœna*, l. 7. C. ad L. Corn. de sicar. l. 2. §. Imperator, D. de iure fisc. l. 20. & l. 21. D. de L. Corn. de falsi. l. 4. C. de decurion. l. vlt. D. de L. Fabia, l. 6. D. ad L. Iul. peculat. l. 7. C. de furt. l. 51. §. 1. D. de manumiss. testam. & *Pœna Metalli*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 19. *Publicè*, l. 11. §. vlt. D. de euictionib. *Variis æstimationibus*, l. 41. D. de pœn. *Verberibus*, in Lege Dei, Tit. 13. *Vinculo*, l. 14. D. de offic. præsidis.

Coerceri debet quæ Prætorem decepit, l. 17. D. de his qui not. infa. *Coercendorum maleficiorum potestatem habere*, l. 1. C. qui accus. poss.

Hinc *Coercitio Delictorum*, l. 131. D. de verb. signifi. quæ *Pecuniaria* est, aut *in Corpus*, l. 2. D. de publi. iudic. *Gladij potestas vel cuius alterius coercitionis*, l. 6. D. de offic. procons. *Coercitio capitalis*, l. 200. D. de verb. signific. *corporis*, l. 6. §. vlt. D. de pœnis. *Extraordinaria*, l. 1. §. vlt. D. de pœnis, l. 2. D. Stellionat. l. 16. *Morum*, l. 15. §. 1. D. soluto matrim. *Publica*, l. 5. D. de pact. dotalib. Paulus lib. 1. Sentent. Tit. 10. *Seruorum*, in Lege Dei, Tit. 3.

Coercitio, porrò alia est grauior: veluti capitalis: alia *Leuis*, l. 7. §. prẽterea. & l. 11. §. Quãquam, D. de iniur. & *Modica*, l. vlt. D. de offic. eius cui mand. est iurisdict.

Coercere Aquam in Interdicto de Fonte, est continere sic ne defluat, vel dilabatur, dummodo nouæ venæ non aperiantur, l. 1. §. penult. D. de fonte. Cicer. Topicis, *Genus est Aqua Pluuia, Nocens: eius Generis formæ, Loci Vitio & manu nocens, quarum altera iubetur ab Arbitro coerceri.* *Coercere Arbores ramos*, stringere est, l. 1. §. deinde, & §. vlt. D. de arborib. cæd. *Coerceri custodia Feræ, Bestiæ, Volucres*, dicuntur, id est contineri, l. 3. D. de adquirend. rer. dom.

COETV CONCVRSV, l. 5. D. ad L. Iul. de vi publ. Ad explicationem horum verborũ pertinent quæ Senec. Controuers. 8. lib. 3. ita scribit. *Non quotiens conuenerunt in aliquem locum plures, cœtus & concursus est: sed quotiens conuocati, quotiens parati quasi ad ducem suum concurrerunt. non si vna vicinia coit, aut si transeuntium paucorum numerus affluxit, sed vbi totus aut ex parte magna Populus: vbi diuisa est in partes ciuitas. Cœtus multitudinis magnæ nomen est coeuntis ex consensu quodam.*

COGERE. interdum congregare significat. Sic *Cogere Homines*, l. 2. §. dolo, D. vi bono. rapt. *Turbam*, l. 4. §. si quis, D. eodem titu. Vnde *Coactis hominibus*, l. 195. §. vlt. D. de ver. signifi. sic *Cogi Iudices*, l. 30. D. de liber. cau. *Cogi numerus*, l. 2. D. de decret. ab ordine.

Cogere etiam colligere est.

Ita *Cogere fructus*, l. 5. §. quæri, D. vt in possessio. legato. l. 36. §. vlt. D. de hereditat. petitio. l. 8. §. vnde si quis, D. de inoffic. testam. l. 34. §. vlt. D. de statulib. l. 61. §. locaui, D. de furt.

Cogi fructus, l. 3. D. de seruitutib. præd. rustic. *Cogendis fructibus*, l. 50. D. de vsufruct. l. 32. §. Lucius, D. de vsu & vsufruct. *Cogendorum fructuum causa*, Paulus lib. 3. Senten. Tit. vlt. *Coacti fructus*, l. 27. §. 1. D. de inst. & instr.

coactis Vindemiis, l.7.§.1.D.sol.matr. *Cogi aqua*, id est colligi, l.1.D. vt in flum.

COGI *ad fiscum Bona*, dicūtur, quæ fisco vindicātur, l. 45. §. Eius, D. de iur. fis. & *Cogi in fiscum*, l.31.D.eod.titu.l.vlt. D.de bon.eor.l.vlt.D.de requirend. *A fisco cogi partem*, l. 24. D. ad L.Corn.de fals. Sic *Cogi in ærarium*, Tacit.li.1. *Vt bona ablata Ærario in Fiscum Cogerentur.* Varro lib.4.de lingua Lat. *Vt cùm quid esset Coactum in publicum, si erat auersum.*

Cogi duo in eundem semissem, l.142. D.de verbor.signifi.

Cogere ex mercedibus suis, l.3.§.si quis seruum, D.de Statulib. *Cogit Prætor Arbitrum officiò suo perfungi*, l.3.§.vlt. & l.11. D.de recept.qui arbit.

Cogi per Prætorem l.37. D.de fideicom.libert. *Per Proconsules, Præsidésque*, l. 19. D. de ritu nup.

Cogere Metu, l. 12.§. 1. D.quod met. cau. *Coactus metu*, l.10.§.1.& l.21.§.si metu, & §.vlt. D.quod met.cau. *coactus per vim*, l.1.C.de rescin.vend. *Coacta ratione dici potest*, l.23.D.ad L.Falcid.

COACTOR *Argentarius*, l.40.§. Argentarius, D.de statulib.& apud Horat. lib.1. Serm. Saty.6. ad quem locum Vetus Interpres, *Coactores*, ait, *Mercenarij erant eorum qui habebant Argentariam. Coactores etiam dicuntur Argentarij in auctionibus, quia pecunias cogant, qui & Collectarij nominantur.* Hinc, *Coactiones Argentarias facilitare*, dixit Sueton. in Vespasiano cap.

COGITATIO *Defunctæ*, l. 13. §.vlt.D.de aliment.vel cib. *Cogitatione Mortalitatis donare*, l.21.D.de mort.cau.donationib. *Cogitationis pœnam nemo patitur*, l.18.D.de pœn. *Sola Cogitatio furti faciendi, furem non facit*, l.1.D.de furt.

COGNATI, ait Iustinianus, *sunt qui per fœminini sexus personas cognatione iunguntur*, Institut. de legit.adgnat.tut. *Cognati*, ait Paulus in l.vlt.§.1. D. de gradib. & adfinib. *sunt & quos* Adgnatos *lex* XII. *Tab. appellat. Sed hi, sunt per patrem Cognati, ex eadem familia. Qui autem per fœminas coniunguntur, Cognati tantùm nominantur. Inter* Adgnatos *igitur, & Cognatos, hoc interest quod inter genus & speciē. Nam qui est* Adgnatus, *& Cognatus est: non vtique autē, qui Cognatus est, & Adgnatus est. Alterum enim Ciuile, alterum Naturale nomen est.* At Vlpianus in Lege Dei, Tit. 16. *Cognati*, inquit, *sunt qui nos per Patrem, aut Matrem, contingunt. Cognati* autem, vt idē Vlp. in l. 1.§. 1. D.vnde cognati, scribit, *appellati sunt quasi ex vno nati: aut, vt Labeo ait, quasi commune nascendi initiū habuerunt.* Modest.in l. 4.§.1. D.de gradib. *Cognati ab eo dici putantur, quòd quasi vna, communitérve, nati: vel ab eodem orti, progenitive sint. Cognationis* verò nomē â Græca voce dictum videri tradit Paulus: Συγγενεις enim illi vocant, quos nos *cognatos* appellamus. d.l.vlt.§.1.D.de gradib.

Cognationes autem *quædam Iure ciuili, quædam Naturali dicuntur: Nonnunquam etiam vtroque Iure concurrente copulatur* Cognatio. *Et quidem Naturalis* Cognatio, *per se, sine Ciuili* Cognatione *intelligitur, quæ per fœminam descendit, quæ vulgò liberos peperit. Ciuilis autem, per se, quæ etiam Legitima dicitur, sine Iure Naturali,* Cognatio *constitit per* Adoptionem. *Vtroque Iure consistit* Cognatio, *cum iustis nuptiis contractis copulatur. Sed Naturalis quidem* cognatio *hoc ipso nomine appellatur. Ciuilis autem* cognatio *proprie* Adgnatio *vocatur, videlicet, quæ per mares contingit*, l. 4. §. 1. D. de gradib.

Cognationem facit etiam Adoptio. Etenim quibus fiet Adgnatus hic qui Adoptatus est, isdem etiam Cognatus fiet. Sed eorum tantùm Cognationē in Adoptiua familia nanciscetur, quibus fit Adgnatus, l.1.§. Cognationem, D.vnde cognati.

Cognatus ei qui adoptatur, nemo fit ex ea familia in quam per adoptionē venit, præter patrem eósve quibus adgnascitur, l.4.§. in adoptionem, D.de gradib. *Eæ demum cognationes contrahuntur in* Adoptionibus, *quæ legitimæ essent, id est quæ* Adgnatorum *ius haberent*, l.12. §. vlt. D. de ritu nupt. Et ita in l.19. D. de reb.dub. *cognatus factus per* Adrogationem. *Naturalis* ergo *cognatio* ad Legitimæ differentiam dicitur, l.17. §.1.D.de adoptionib. Largius verò Florentin. in l. 3. D. de Iustit. & Iu. *Inter nos cognationem quandam Naturam constituisse*, ait.

Nec Liberorum modò hominum, sed & *Seruiles* quoque *Cognationes* dicuntur, l.14. §. 1. D. de ritu nupt. Instit.de seruili cognatio.

Porrò si quis *Cognationi* leget, idem est ac si Cognatis leget, l. 19. D. de reb. dub. *Ex tota Cognatione*, l. 57.§.vlt. D. ad Sc. Trebell.

Cognationis Ius, l.1.§.1.D.de legat.præstand.§.quod autem, Instit.de capit.diminut. *Cognationum Iura*, l.1.§.vlt.D.de legat.præst.l.20. D.qui & à quib.l.vlt.D.de sent.pass.

COGNOMEN *nomini additum*, l.1. C.de liber. cau. & ita *Cognomen à Nomine & Prænomine*

nomine, separatur in l. 1. D. de liber. & postum.

Cognoscere, absolutè, est *Rem, causámque cognoscere*, vt loquitur Cic. Epist. 2. li. 3. Famil. Quod vel à Magistratib. & Principibus, pro Tribunali, vel, à Iudicibus datis, de plano fit. Sic in l. 8. & l. 9. D. de offic. præsid. scribitur æstimare debere Præsidem, Proconsulémve, *Vtrum ipse Cognoscere, an Iudicem dare debeat*. Vlpia. in l. 1. D. de Constitutionib. & Iustinianus in §. quod vero Principi. Instit. de iure natu. *Quod Imperator cognoscens decreuit*. Sueto. in Claud. cap. *Cognoscens quondam in Augusti foro victúsque nidore prandij, quod, in maxima æde Martis, Salius apparabatur, deserto Tribunali ascendit ad Sacerdotes*. Plin. lib. 10. Epist. ad Traian. *Postulauitque vt Cognoscerem pro Tribunali*. Et mox, *Cum sedissem Cogniturus*. Quæ vt ad Magistratuum, Imperatorúmque Cognitiones, ita quæ sequũtur exempla ad Iudicum datorum notionem pertinent. *Iudex qui ex hac Actione cognoscit*. l. 4. §. 1. D. de eo quod cert. loc. *Officio Iudicis familiæ erciscundæ cognoscentis*, l. 35. D. de heredib. instit. *Qui Tutelæ cognoscit*, l. 2. D. vbi pupill. educ. *Iudex qui de dote cognoscit*, l. 27. §. vlt. D. de rei vindi. *Iudex qui de dãno dato cognoscit*, l. 17. §. vlt. D. de damn. infect. *Qui cognoscit*, l. 1. D. vt legat. seu fideicom. *Qui de ea re cogniturus est*, l. 69. §. vlt. D. de legat. 3. *Qui de inofficioso cogniturus est*, l. 3. §. si emancipatus, D. de bono. possess. cont. tab.

Cognoscere de Appellatione, l. 6. C. de appellationib. *De Suspecto*, l. 1. §. Damus, D. de suspect. tutor. *De suspectis Tutoribus*, l. 4. D. de offic. eius cui.

Cognoscere Causam, l. 1. C. vbi de possessio. l. 3. C. si non compet. iud. & *Causam de falso*, l. 1. C. de offic. Rector. Prouin.

Ex Actione Cognoscere, l. 4. §. 1. D. de eo quod cert. loc. *Ex Interdicto*, l. 2. C. de interdict. *Itẽ, Super aliqua re*. Sic *Officis Iudicis super hoc cognoscẽtis*, l. 13. D. de ritu nupt. *Diuus cõmodus cũ super eo negotio cognoscceret*, l. 26. D. de proba. *Romæ quidem Præfectus Vrbis solus super ea re cognoscat*, in Lege Dei, Tit. 14. *Sũmatim oportet Iudices super ea re cognoscere*, l. 5. §. si vel parẽs, D. de adgnoscend. & alend. *Qui super ea re cogniturus erit*, l. 7. §. si maritus, D. de donat. inter vir. l. 15. §. 1. D. de testa. milit. l. 1. C. de condict. ob turp. caus. l. 2. C. de non numer. pecu. *Apud Iudicem qui super ea re cognoscit*, l. 6. §. si quis autem, C. de appellationib. *Super Causa status cognoscere*, l. 1. C. de ordin. iudic. *Proconsule etiam super hac causa cognoscente*, l. 2. C. si aduers. rem iudic.

Inde *Cognitor*, pro quæsitore, in l. 1. §. calumniatoribus, D. ad Turpil. Prudẽtius in Romano, *Hic tum Cognitor pronũtiat, Claudatur infans carcere. Cognitor Annonarius*, l. 38. de nauicular. in C. Th. *Ordinarius*, l. 12. de leg. & dec. legat. l. 1. de relig. *Priuatarũ litiũ*, l. 5. ad l. Iul. repet. in eod. C. *Sacer*. l. 9. de reparationib. in eod. C. qui *Sacri Auditorij Cognitor*. & apud Symmach. Epist. lib. id est, qui in sacro Auditorio cognoscit, l. 4. de reparat. C. Th. Hoc eodem nomine olim, vt Asconius in Diuination. auctor est, appellabatur, qui *præsentis causam vt suã tuebatur*: vel, vt Festus lib. 3. scribit, *qui alterius litem coram ab eo datus, suscipiebat*: Quod & Anianus in interpretatione Tituli de Cognitorib. & Procuratorib. in C. Th. bene sensit. Et ita *Cognitorem* à *Procuratore* separat Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 2. & lib. 5. Tit. 27. & Quintilia. Declamat. 356. M. Fab. lib. 3. cap. 6. *Si cognitor fieri non potuisti*. Vnde & *cognitoria opera*, apud Paul. lib. 5. Senten. Tit. 7.

Causa cognita, hoc significat, re cognita, examinata, & ex vtraque parte audita, & vocatis his, quorum interest, seu adhibitis his qui contradicent, vt loquitur l. 39. D. de adoption. Nam causæ cognitio tunc interuenit, cùm de negotio præsente vtraque parte, & audita vocatáve disceptatur, l. 13. §. 1. D. de minorib. l. 5. §. 1. D. de his quæ vt indign. l. vn. C. si aduers. dot. l. 3. C. de quæstionib. l. 1. C. de ordin. cognit. Itaque in l. vlt. §. illud, C. de temporib. & reparat. *Cùm cognitionaliter audisset*, id est, vtraque parte præsente & adhibita causæ cognitione.

Vbicũq; autẽ causæ cognitio interuenit, ibi Prætor plerũque, & Tribunal desideratur, l. 2. §. dies, D. quis ordo in bon. poss. Nam, vt Impp. aiũt, *Cognitio causæ non interpellatione planaria, sed considente magis Iudice legitimè colligitur*, l. 4. C. de dilationib. Sueton. in Claud. cap. vlt. *in vltima cognitione pro Tribunali*. Proinde in his quæ causa Cognita fiunt, ferè semper Prætoris interuentus fit mentio l. 8. §. vult igitur, D. de transactionib. l. 3. D. de restitut. in integr. l. 13. §. 1. l. 44. & l. 45. De minorib. l. 22. in fi. D. de re iudic. l. 2. §. sed si dubitetur, l. 28. §. sed & si dies, D. de iudic. l. 9. §. vlt. de arbitr. l. 15. D. de bon. auct. iud. l. 27. §. hæc autem. D. de Procuratorib. *Quæcunque causæ cognitionem desiderant, per Libellum non possunt expediri*. l. 9. §. 1. D. de offic. procõs. l. 71. D. de diuers. regul. iur. *Causa* autem *cognita Constitui, Decerni, Statui*, Iurisconsulti dicunt: Cui aduersatur *Incognita re*, apud Ciceronem pro Cluentio. *In*

cauſæ Cognitione verſari, l.13.& l.16.D.de minorib.

Cognitio Appellationis,l.9,D.de iur.fiſ. *Cuſtodiarum*.l.6.D.de offic. Proconſ. *De liberali cauſa*,l.8.D.de libera.cau. *De ſuſpectis Tutoribus*, l.4.D.de offic.eius cui mand. *Falſi*, l.17. §.ex quadrante,D.de doli mali except. *Mutandi Procuratoris*, l.27.D.de procuratorib. *Suſpecti Tutoris*,l.10.D.de ſuſpect.tutorib.

Cognitio Præſidis, l.15.§.1.D.ad l.Iul.de adult.l.39.D.de minorib.l.3.D.Stellionat. *Prætoria*, l.13.§.vlt.& l.24.§.vlt. l.38.D.de minorib.l.39.D.de euictionib.l.27.D.de procuratorib.l.3. §.Iulianus,D. de lib. exhib. Sic, *Cognitione Prætoria petuntur Liberi*, l.1.§.1.D.de rei vindicat.*Cognitio Senatus*,Plin.Epiſt.11.lib.2. *Centurionum de Milite*,Iuuenal.Sat.vlt.

Cognitiones, in l.1.D.de offic.adſeſſ.Quarum varia genera recenſet l.5. D.de extraordin. cognitionib. *Imperialium Sententiarum in Cognitionibus prolatarum*, libros ſex Paulus ſcripſerat. *Extraordinariæ Cognitiones*, Rubric. de extraordinar. cognitionib. D.vbi ſcilicet Magiſtratus ipſe cognitionem ſuſcipit. Proinde quod eſt apud Sueto. in Claud. cap.16. *Alium interpellatum ab aduerſario de propria lite, negantémque Cognitionis rem, ſed ordinarij iuris eſſe, agere cauſam confeſtim apud ſe coëgit*: ſic accipe, id eſt, negantem ad Principis cognitionem rem pertinere,nec cognoſcere ipſum,ſed Iudicem dare debuiſſe.*Cognitionibus occupatus Præſes*,l.2.§.in bonorum,D.quis ordo in bon.poſſ.

Cognitionis dies,l.73.§.1.D.de iudic. *Cognitionis ſacræ examen*,l.3.de reparationib.appellat. in C.Th. *Cognitionem impetrare*, l.3.§. Pomponius,D.de minorib, l.39.D.de donationib. *Præbere*, l.3.C.de ord.cognit.l.4.C.ſi ſeruus exportã. *Suſcipere*,l.9.D.de offic. præſid. & apud Sueton. in Iulio Cæſare,cap.23. Plin.Epiſt.31. lib.6. *Recipere*,Ambroſ.Epiſt.24.lib.5. *Recepi cognitionem,ita tamen vt compoſitionis eſſem Arbiter.*

Ad Cognitionem Præſidis non pertinere perſona, l.15.§.1.D.ad l.Iul. de adult. *Ad Cognitionem Præſidis ſpectare*, l.3.D. ſtellionat. *Ad Principem remiſſa cognitio*,l.22. D. de appellationib. *Ad Iudicis Cognitionem remittendum eſt*,l.135.§.Seia.D.de verb.obligat. *Niſi hoc Cognitione Iudicis faciat*, l.vlt.D.de curat.furioſ.

Cognitio Suſcipi, l.penult.D.de iuriſdictionib. l.vlt. D. de heredib. inſtit. Valer. Maxim. lib.5.cap.8. *Cognitione ſuſcepta,domi conſedit*. Sic *Inter Accuſatorẽ & Reum Cognitione ſuſcepta* l.10.D.de public.iudic. *Cognitionis ſuſceptæ tempore*, l.1.§.ſi quis ad hoc,D.de quæſtionib. *cognitio recipi*, apud Plin.Epiſt.22.lib.4. *Cognitioni præiudicium fieri*, l.3.§.planè,D.de hom. lib. Cognitio autem vt *Suſcipi*, ita *Finiri, Solui, Circumduci, & Induci*, dicitur. *Cetera Cognitionis differre*, l.39.D.de minorib.

Cognoſcere Inſtrumẽta,eſt relegere,&recognoſcere,l.56.D.de verb.ſignif.quæ,vt ex inſcriptione apparet,pertinet ad quæſtionem l.15.D.de reb.auct.iud.poſſid.

cognita Legibus cauſa, l.1.D.de his qui ſui vel alie.

Cognita rei veritate, l.10.D.de iudic. l.11.D.de exceptionib. *cognito quod*, l.15.D. de probationib.l.1.§.vlt.D.de eo qui pro tuto. *Cognitam ſtupro dicunt*, Papinianus in l.14. D. de his quæ vt indign.& Impp. in l.22.C.ad L.Iul.de adult.cum qua ſtuprum factum eſt. Lamprid.in Heliogabal. *Antonino autem Caracallæ ſtupro cognita:ita vt Varius vel Heliogabalus vulgo conceptus putaretur*.Ouid.lib.2.Amor.Eleg.7. *Et mihi iucundo non ruſtica cognita furto.* Vtitur & eodem genere loquendi Tacit.lib.20. Catullus quoque *Vnis ſenibus cognitas fœminas* vocat,quæ vnum expertæ virum fuerant.

COHERES dicitur,qui vnà cum alio heres exiſtit. *coheredem dare*, id eſt,adſcribere,l.16. D.de hs quæ vt indign.l.39. D.de cond.& demonſt.l.2. §.vlt.D.de lib. & poſt. l.28. D. de excuſat.l.70.§.vlt.D.de legat.2. Sic *Coheres Dat*,l.41.D.de reb.cred.

COHÆRERE *Actus*, l.37.D.de admin.& peric.*Cohærere perſonæ conditio*,l.95.D.de cõdi. & demonſtr. l.24. D. de adimend.legat. l.6.§.vlt. D.de ſtatulib. *Id quod Legatur*, l.18.§.tale,D.de liber.legat. *Legatum*, l.9.D.quando dies legat. *Obligatio*,l.4.D.de nouationib.

Cohærere, *Inſula alueo fluminis*, l.[illegible]. ſi qua Inſula, D.de adquirend.rer. dom. *Iuriſdictioni Imperium*,l.1.§.1.D.de offi.eius cui mand. *Matrimonio Dos*,l.16.D.de caſtr.pecul. *Monumento locus*, l.7.C.de religioſ. *Solo fructus*, l.61. §.locaui, D. defurt. *& Superficies*, l.44.§.1.D.de obligat.& actio.

Cohærentia ædificio,l.23.D.de vſurpation.*Rei cohærentis munera*,l.11.D. de vacat.& excuſat.

COHORS *Magiſtratuum*, l.1.D.de lege Iul.repetund. *Cohortes Prætoriæ*, l.9.D.de excuſationib. *cohortes Vigilum*,l.3.D.de offic.præfect.Vrb. *Vrbanæ*, l.8.§. ſed ignominiæ, D. de re milit.

milit. Statius lib. 1. Syluar. *Quæ signa colunt Vrbana cohortes.* Varro lib. 4. de lingua Lat. *Cohors, quod vt in Villa, ex pluribus tectis, coniungitur, ac quiddam fit vnum, sic, hæc ex manipulis pluribus copulatur Cohors, Cohortis Præfectus,* l. 2. D. de his qui not. infa.

COHORTALES, l. 3. C. de hered. decur. l. 3. C. de offic. rect. prouin. l. 4. de veteran. in C. Th. l. 14. de hæretic. in eod. C. l. 11. de cohorta. princ. id est, cohortibus adscripti, seu *cohorti obnoxij*, vt loquitur l. 12. C. de cohorta. princ. li. 12. l. vlt. eo. tit. in C. Th. τακτικοὶ Iustinianus vocat, vnde *Cohortalium corpus*, l. 2. C. de defens. ciuit. *Cohortalis condicio*, l. 2. C. de aduocat. diuers. iudic. *Militia*, l. 48. de hæretic. in C. Th. l. 1. de cohortalib. prin. in Co. Th. Hinc *Cohortale Officium*, l. 13. de cohortalib. princip. lib. 12. Cod. *Cohortalia Officia*, l. 3. de Canone largitional. lib. 10. Cod. *Cohortalium* autem nomine accipere debemus Apparitores, & *Officia Rectorum Prouinciarum*, vt loquitur l. 4. C. de cohortalib. princip. lib. 12.

Cohortalina, l. 65. de hæretic. in C. Theo. *Cohortalini*, l. 184. de decurionib. l. 26. & l. 28. de cohortalib. princ. *Cohortalinorum Militia*, l. 14. de priuileg. eorum qui in sacr. palat. *Cohortalinus*, ait Vetus Glossarium, αὐτάλης, ὑγρὸς τὸ ὑποτρέφον.

COIRE, in vnum conuenire significat, l. 1. D. de quib. reb. ad eund. Sic *Coire Religionis causa*, l. 1. D. de colleg. *Coire Collegium vel Corpus*, l. 1, & l. 3. §. vlt. D. eod. titu. *Corpus cui licet coire*, l. 20. D. de reb. dub. *Collegiis vel corporibus quibus ius coeundi lege permissum*, l. 5. §. quibusdam, D. de iure immunit. *Collegiis quibus coeundi ius est*, l. 1. D. de manumissionib. quæ seru. ad vniuersitat.

Coire etiam est in matrimonium conuenire, l. 24. D. de donat. inter vir. §. si aduersus, Institut. de nupt. *Coire inter se*, apud Vlpianum Tit. 16. Regular. *In Matrimonium Coire*, l. 21. D. de condic. & demonstr. & l. 134. D. de verb. obligat. *Qui Matrimonio Coituri sunt*, l. 27. D. de donationib. inter vir. *Coito Matrimonio*, l. 8. D. de condict. cau. data. Vnde *Coitus*, pro Coniunctione, seu concubitu, §. si aduersus, Instit. de nuptiis.

Coire Societatem, id est contrahere, l. 4. l. 6. l. 8. l. 71. l. 73. D. pro socio, l. 1. §. si libertatis, D. quar. rer. act. & in Lege Dei, Tit. 8. *Coire Societatem ad obligationem innocentium*, l. 1. D. de l. Cornel. de fals. seu *Ad occisionem innocentum*, vt in Lege Dei, Tit. 8. *Coire Societatem quo annona carior fiat*, l. 2. D. de l. Iul. de annona. Sic *Coiri Societas*, id est contrahi, l. 1. & l. 3. §. 1. l. 5. in princ. & §. 1. l. 7. & l. 30. & l. 57. l. 58. D. pro socio, l. 70. §. vlt. D. de fideiussorib. *Coire negotiationem*, l. 52. §. quidam, D. pro socio. *Coire cum furibus*, l. 1. D. naut. caup.

Coire in accusationem innocentium, l. vlt. D. de concuss. *Coire in alienam litem* dicuntur, qui de emolumento litis communicando paciscuntur, vt quidquid ex condemnatione in rem vnius redactum fuerit, inter eos communicetur, l. 6. D. ad L. Iul. de vi publ. Plin. lib. 5. Epist. 14. *Quæstus est venire Aduocationes, venire etiam Prœuaricationes, in lites Coiri.*

Κοινὸν, vniuersitatem significat. Sic in l. 27. D. de iudiciis, & l. 5. D. ad L. Iul. de vi publ. Diui Hadrianus, & Pius, τῷ Κοινῷ τῆς Θεσσαλῶν Græcè rescripsisse dicuntur. Refertur & in l. 1. §. 1. D. de appellationib. Rescriptum Diui Pij πρὸς τὸ Κοινὸν τῆς Θράκων. Vt & in l. 6. §. 1. D. de excusationib. aliud eiusdem Diui Pij Rescriptum τῷ Κοινῷ τῆς Ἀσίας. Similitérque in l. 25. D. de appellatio. Rescriptũ Imperat. Alexandri τῷ Κοινῷ τῆς ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων. Κοινοπραξίαν seu Κοινοπραγίαν Græci specialiter appellant Totorum Bonorum Societatem, Institut. de Societate, quam Κοινωνίαν vocat Constantin. Hermenopul. lib. 3. cap. 10. & 11. Κοινόβιον, Iustinianus Nouell. 5. pro Monasterio. Vnde *Cœnobitæ*, l. 6. de pœnis, in C. Th. Isidorus lib. 7. cap. 13. Plura esse genera Monachorum, Cœnobitas, Anachoretas, & Eremitas scribit, additque, *Cœnobitæ, quos nos in commune viuentes possumus appellare: Cœnobium enim plurimorum est.* Vide eundem lib. 2. de Offic. Eccles. iast. cap. 16.

COLERE *Agros*, l. 5. §. quæri, D. vt in possess. legat. *Fundum Colonus*, l. 30. §. vlt. D. de vsu & vsufruct. *Fundos*, l. 5. C. an seruus.

Colere fide Dominica, l. 18. §. cum de villico, & l. 20. §. 1. D. de instr. vel inst. *Mercede*, d. l. 20. §. 1. *Nummis*, l. 26. D. de furt.

Coli Fundus, l. 1. §. 1. D. locati, *Colendi Agri causa*, l. 25. D. de vsu & habit. *Colendorum Agrorum causa*, l. 203. D. de verb. signif. *Colendorum Prædiorum causa, empta pacatáque*, l. 60. §. vlt. D. de legat. 3. Coli dicebatur Terra, vt Parens, honore hinc sumpto, quod olim laureato Vomere, Triumphali Aratore, & ipsorum manibus Imperatorum, Colerentur agri, vt scribit Plin. lib. 10. cap. 3. Sed & lepidus fertur in filium qui patris monumentum exarauerat iocus: *ho c est vere patrem colere.* *Colere Concordiam*, l. 20. C. de inoffi. testa.

Cultores, in l. 12. D. de inst. vel instr. id est *Cultores Agrorum*, vt l. 2. D. de nundin. Liu. lib. 4.

Cultura Agri, l.13.D.de re milit. *Fundi*, l.24.§.si domus, D.Locati. *Prædiorum*, l.4.Co.de adquir.possess. *Vinearum*, l.1. D.de tigno iuncto.Cic.lib.4.& 5.de Finib.

Diligens cultura Prædiorum, l.3.§.diui fratres, D. de iure fisci. *Cultura Intempestiua*, l. 25. §. conductor, D.locati, *Studio Culturæ*, l.13.D.de re milit.

Cultus Villæ, l.12.§.Neratius, D.de instr.vel instr.

COLLACTANEVS, qui simul mammam suxit, l.13.D.de manumiss.vindict.§.iustæ autem, Instit.quibus ex causis manumitt.non licet. Caper in lib.de Orthograph. *Collactaneus est eisdem mammis educatus.* Sic *Collactanea*, l. 30. §. Titia, D. de adimen. legat. vbi Sceuola σύντροφον vocat, vt & Theoph.in d.§.iustæ.

COLLAPSA *villa*, l.7.§.vlt.D.soluto matr. *Collapsum Balneum*, l.5. C.de ædific. priuat.

COLLECTARIVS in l.16.C.si cert.pet. Suidas κολλεκτάριος, ἀργυραμοιβός, ἤτοι κέρμα αὐτὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος, τραπεζίτης, ὁ Ἀργυροπράτης. Rursus in voce Ἀργυραμοιβός, hæc Synonyma facit. Vetus Horat. Interpr. ad Saty. 6. lib. 1. Sermon. Coactores Argentarios, *Collectarios* nominari tradit. Denique quod est apud Eusebium lib. 5. Hist. Eccles. cap. vlt. Ἕως ἠπατήθη ποτὲ ὑπὸ Ἀσκληποδότου καὶ ἑτέρου Θεοδότου τινὸς ζαπεζίτου, Rufinus ita vertit, *Hic deceptus aliquando ab Asclepiodoto quodam & Theodoto Collectario.* Palæmonis Glossis Nummularius exponitur, *Collectarius, Mensarius.* Fuisse autem Romæ Collectariorum corpus, vendendis solidis, quos plerunque publicus vsus deposcebat, obnoxium, quibus Arca Vinaria statutum pretium submministrabat, Symmach.Epist. 42. lib. 10. docet. Quod pertinet ad interpretationē Nouellæ Theodos.& Valētiniani, de pretio Solidi, in qua ita est: *Quo præcepto etiam illud in perpetuum volumus contineri, ne vnquam intra septem millia nummorum Solidus distrahatur, emptus a Collectario septem millibus ducentis.*

COLLEGARVM, *appellatione hi continentur qui sunt eiusdem Potestatis*, l. 173. D.de verb.significat. l.11.D.ad municipal.ab eo quòd vnà lecti sint, vt Varro lib. 5.de lingua Latin.scribit. *Collegam σύναρχον* vocat Appianus lib.2.bellor.ciuil. *Collega Prætoris*, l.18.§.vlt. D. de manumiss.vind. *Collega Magistratus Municipalis*, l.19.§.vlt. D.de tutor. & curat.dat. *Collegæ Præsidum*, l.7.de custod.& exhibit. *Duo Magistratus Collegæ*, l.45. D. de administr. & peric.

Sed & Contutores, Concuratoréve, *Collegæ* appellantur, l.2.l.14.& l.4. §. cum testamēto, D.de administ. & peric.l.5.D.de suspect.tutor.l.7. D.rem pupil.salu.for. l.penul. D. de tutorib. & curator. l.1.C.de diuid.tut. l.3. C.de probationib. l.4. C. de magistrat. conuen. Et qui eadem legatione funguntur, l.2. C.de legationib. lib. 10. Quinetiam Coheredes *Collegæ* dicuntur, l.101.D.de solutionib. Necnon hi quoque qui eiusdem Collegij sunt, l. 41.§.1.& vlt.& l.42.& l.vlt. D.de excusationib.

COLLEGATARII sunt, quibus coniunctim legatū est, l.6.& l.10. D. de vsufruct. adcresc.l.34.§.si duobus, D.de legat.1.§.si eadem res, Instit.de legat.

COLLEGIVM. Dio lib.48. τὰ ἑταιρικὰ, ἐπιχωρίως, à Ro. Κολλήγια vocari scribit. *Collegium tres faciunt*, l.83.D.de verb.signifi. *Collegia Romæ certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis, atque Constitutionibus principalibus confirmatum est: veluti Pistorum & quorundam aliorum, & Nauicullariorum: qui & in Prouinciis sunt.* l.1.D.quod cuiuscunque vniuersitat. Collegia ergo alia *Licita* sunt, alia *Illicita*, l.1.§.1.l.2. & l.3. D. de collegiis. l.1.§. vlt. D. de offic. præfect.vrb. *Licita* sunt, *quibus coëundi ius Lege permissum est*, l.1. D. de manumissionib. quæ seru. ad vniuersit. l.5.§.quibusdam, D.de iure immunit. quæ vel Legibus, vel Senatusconsultis, vel Principalibus constitutionibus confirmata, comprobatáve sunt. *Illicita* cōtrà, quæ sunt absque Legum, Senatus, Principúmve auctoritate constituta. Qua de re memini me dicere, lib.1.Select.Antiquit.

Collegium Decurionum, l.6.§.vlt.D.de decurionib. *Fabrorum*, l.93.§.collegio, D.de legat.3. *Nauicullariorum*, d.l.1. D. quod cuiuscum. vniuersit. *Ordinum*, l.94.de decurionib.in Cod. Th. *Pistorum*, d.l.1.& l.vlt. D.de excusationib. *Senatorum*, l.92. de decurionib. in C.Th. *Templi cuiusdam*, l.38.§.fideicommisit, D.de legat.3. *Collegia singularum vrbium*, l.79. de decurionib.in C.Th.

Ceterum præter Collegia Artificum, hæc insuper Collegia in vrbe Roma memorantur, *Augurum*, Cic.lib.2.de Nat.Deor.& Epist.9 .lib.3.Familia.Valer.Max.lib.1. cap. 1. *Pontificum*, Cic.orat.de aruspic.respons. Liuius lib.5. 29. 31. 38. Macrob.lib.1. Saturnal. cap. 16. *Quæstorum*, Sueton.in Claud.cap.23. *Tribunorum Plebis*, Valer.Max.lib.6. cap.3. Liuius lib. 42. *Viatorum*, Agellius, lib.12.cap.3.

Collegij Seruus, l.25.§.1.D.de adquirend.vel omitten. *Eiusdem Collegij esse*, l.vlt.D.de Collegiis.

Porrò *Collegium, Celebrare, Vsurpare: In Collegio recipi, à Collegio recedere, dissolui Collegia,* Iurisconsulti dicunt.

COLLEGIATVS, Nou. Valentinia. vii. De Episcop. iudic. l. Nou. Leon. & Maior. de Curialib. *Collegiatum proprium corpus adstringit,* l. 16. de palat. sacr. largit. in C. Th.

Collegiati l. penult. C. de commerc. l. 9. C. de sacros. Eccl. l. vn. C. de collegiat. lib. 11. l. 1. ne oper. à conlat. exig. in C. Th. l. 12. de veteran. l. 1. & 2. de Collegiat. l. 41. de oper. pub. l. 1. l. 2. & l. vlt. de his qui condicio. propr. decl. l. 31. de sacros. Eccl. in C. Th. *Municipes Collegiati, & Corporati Vrbium,* l. 5. de locatio. fundor. iur. Emphyt. in C. Th. Hoc autem *Collegiatorum* nomine appellabantur certi homines, ex diuersis Ciuitatum corporibus, publici ministerij causa, conscripti: quos operas Prosecutionibus Equorum præbuisse, eóque Prosecutionum onere adstrictos fuisse indicat l. 1. ne operæ à collatorib. exigant. in C. Theod. In descriptione etiam Vrbis Constantinopolitanæ, cuius incertus est auctor, singulis regionibus *Collegiati* adtribuuntur, qui, è diuersis Corporibus ordinati, incendiorum casibus subuenire consueuerant. Nugas vtique agit Isidorus, qui lib. 9. Etymologiar. cap. 4. *Collegiatos* idcirco dictos ait, *quòd eorum Collegio custodiisque deputarentur, qui facinus aliquod commiserant: fuisséque hoc sordidissimum genus hominum patre incerto progenitum.*

COLLIBERTVS, l. 77. §. volo. D. de legat. 2. l. vlt. D. vt legat. seu fideic.

Conlibertus l. 11. §. Quamquam, D. de iniur. l. 9. D. de aliment. vel cibar. Arnob. in Psalm. 118. *Rogans te doceri à domino quid doceas Collibertum dicere. Duo Colliberti,* l. 71. §. vlt. D. pro Socio. *Conliberti* l. 38. §. 1. D. de legat. 3. l. 78. §. Pluribus D. ad Sc. Trebell. *Conliberti* porrò dicũtur qui ex iusta seruitute ab eodem Patrono manumissi sunt, seu qui eundem Patronum habent. *Collibertos* autem *Patrem & Filium,* notare licet in l. vlt. D. vt legator. seu fideic. Item, *Matrem, & Filiam,* in l. 1. D. de obseq. parentib.

COLLIGARE *Machinam,* l. 8. l. 5. §. sed interdum, D. commodati.

COLLIGATVM *verbis,* id est contractum, l. 8. §. acceptum D. de acceptilat. *eo genere quo quid Colligatum est, dissolui,* l. 35. D. de diuers. regul.

COLLIGERE *Hereditatem,* l. 25. §. Sed quid si, D. de adquir. vel omitt. id est adire, subire, amplecti.

Colligere Naufragia, l. 7. & l. vlt. D. de incend. ruina. *Plebem,* Tit. de his qui plebem aud. in C. Th. *Arbores quæ aggeres Nili Colligunt,* l. vlt. D. de extraordin. crimin.

Colligi in vnum locum, l. 1. §. 1. D. de pact. Vnde *Collecti Testes,* l. 21. §. In testamentis. D. Qui testam. fac.

Colligi Aqua in fossa, l. 1. §. Si quis, & §. idem lib. 6. D. ne quid in flum. pub.

Colligi Pecunia ex bonis, l. 15. C. de donat. inter vir. *ex Computatione,* l. 47. §. si Stichum, D. de fideicomm. libertatib.

Colligi Reditus publici, l. vlt. §. 1. D. de munerib. & honorib.

Colligi ex Rescripto, l. 8. D. de pactis. *Ex Senatusconsulto,* l. 27. §. si homo, D. de rei vindic. *Per quod Colligi,* l. 12. §. Idem. D. de vsufruc.

Collectus humor, l. 14. §. Item de eo, D. de ædilic. edic. *Collectæ vsuræ,* l. 1. D. de petit. hered. *Collecti fructus,* l. 71. D. de rei vind. *Collectio fructuum,* l. 27. §. Si oliuam D. ad l. Aquil.

COLLISI *Scyphi,* l. 24. D. de verb. sign.

COLLO *domantur Quadrupedes,* Vlpian. Tit. 20. Regular.

In Collum quid inijcere vt torqueatur, l. 7. D. ad l. Iul. de vi pub.

Id autẽ vinculi genus quo Collum adstringebatur, *Collare* dictũ Non. Marcell. auctor est.

COLLOCARE *Pecuniam,* vel *Pecunias,* l. 15. D. de administr. & peric. Paul. lib. 2. Sent. tit. 4. *Benè,* l. 13. §. vlt. D. de administr. & peric. *In diem,* l. 43. D. mandati. *In emptionem Prædiorum,* l. 2. §. vlt. D. eod. tit. *In prædiis,* Cicero pro Cæcina.

Collocare fœnore, Sueton. in Augusto cap. 38. *quod pecunias leuioribus vsuris mutuati, grauiore fœnore collocassent.*

Collocare Publicum fœnus, l. vlt. C. lib. 11. quo quisque ordine. *Sortes,* l. 24. D. de vsu & vsufr. leg.

Collocare in Nomina duo millia nummorum, l. 58. §. Pupillo, D. de administ. & peric.

Collocare in mercem quid, l. 43. §. Si quis nihil, D. de furt.

Collocari Pecunia, l. 6. C. de rei vindicat. Cicero lib. 3. Offic. *Sed de toto hoc genere Collocandarũ pecuniarum.* Traianus ad Plinium lib. 10. Epistol. *Vt quantitas vsurarum minuatur: quò facilius pecuniæ publicè Collocentur.* Sic, *Exactæ pecuniæ, & rursus Collocatæ,* l. 64. D. de legat. 3. *Bene Collocata pecunia,* l. 33. D. de vsuris, Cic. pro Cæcin. *cùm pecunia ex partitione deberetur, nusquam eam posse melius collocari.*

Collocari Pecunia idoneis nominibus, l. 89. D. ad l. falcid. *Penes aliquem*, l. 26. §. 1. §. quando dicet legator. *Collocari nominibus Nummi*, l. 83. D. de legat. 3.

Collocare in matrimonium filiam, l. 19. l. 36. & l. 67. D. de Ritu nupt. l. 27. D. depositi, & apud Cicero. lib. 2. De Diuinatio. *In Matrimonio*, l. 77. §. vlt. D. ad Sc. Trebell.

Collocare filio meo filiam suam in Matrimonio, Vlpian. Tit. 25. Regular.

Collocare nuptui, l. 1. C. de interdict. matrim. l. 3. C. de pact. conuent. & apud Columell. lib. 4. cap. 3. *Nuptum*, l. 88. D. de Solutionib. & apud Cæsar. lib. 1. de Bello Gall.

Collocare se nuptiis, l. 11. D. de his qui not. infam.

Collocari in matrimonio, l. 4. & l. 7. C. De interdict. Matrim. *Nuptum*, l. 15. D. de his qui not. infam.

Collocata ab Auia, l. 57. D. de Ritu nupt. *In Matrimonium*, l. 64. & l. 67. §. Si puellæ, D. de Ritu nupt. Vnde *Collocatio filiæ* dicitur à Cicer. pro Cluentio.

Collocari fundus sæpius, id est ad licitationem deduci, l. 11. D. de in diem addict.

Collocari opus, l. 51. §. vlt. D. locati.

Collocari Instrumenta, l. 5. C. comm. vtriusque iudic.

Collocantur in persona conditiones. l. 6. D. de condic. & demonst.

Collocata bona in eum l. 67. D. de Ritu nupt. *Collocata voluntas*, l. 9. §. hoc amplius, D. de adquir. rer. do.

Collocandi meriti spe, l. 27. §. Iubet, D. ad l. Aquil.

Collocata ciuitas, id est sita, l. 1. D. de Censib.

COLLOQVIVM eorum qui in domum aliquam conuenire soliti sunt ad tractandum de Adulterio, l. 9. D. ad l. Iul. de adulter. Varro lib. 5. de lingua Lat. *Hinc Colloquium, cùm conueniunt in vnum locum, loquendi causa.*

COLLVCTATIO, l. 7. §. si quis in colluctatione, D. ad l. Aquil. & apud Columellam lib. 6. cap. 2.

COLLVDERE, l. 3. § hoc interdictum, D. de homine lib. exhib. id est, *Lusoriè agere*, vt loquitur l. 50. §. 1. D. de legat. 1.

Colludere cum Aduersario, l. 5. C. de pignorib. *Colludere cum Reo, & translatitiè munere accusandi defungi*, l. 1. §. præuaricatorem. D. ad Sc. Turpilian.

Colludere magis cum Reo, quam ex animo Accusare, l. 3. D. ad l. Iul. de Adulter. *Collusisse Procurator*, dicitur, qui passus est vincere aduersarium, vt absolueretur, l. 7. §. si dolo, D. de dolo. Sed & extra Iudicii *Colludere* dicimus: veluti, *Si emptor cum Procuratore Collusit, & eum præmio corrupit, quò vilius mercaretur*, l. 7. §. Procurator, D. pro emptore. *Si quis Colludete Procuratore meo, ab eo emerit*, l. 13. §. si quis colludente, D. de actionib. emp. *Si Collusi cum Tutore*, l. 19. D. locat. *Si Colludente Tutore auctore circumscriptus sit pupillus*, l. 5. D. de dolo. *Si coheres Collusit cum Patrono*, l. 6. §. si Patronus, D. si quis omissa cau. *Colludentibus heredibus*, l. 12. C. de testament. manum.

COLLVSIO Rubr. de Collusio. deteg. l. 9. D. de liber. cau. & apud Cicer. 5. in Verr. *Si Suspecta sit Collusio*, l. 29. D. de inoff. test. *Collusionis suspicio*, l. 6. §. non simpliciter. D. si quis omissa cau.

Collusionem detegere, l. 8. §. 1. D. de in ius voc. l. 2. D. de Collusio. detegen. *Collusione facta*, l. 36. D. de munerib. & honorib. *Si Collusio non intercesserit in distractione*, l. 49. D. de minorib. *Collusio detegi*, l. 4. & l. vlt. D. de Collusio. deteg.

Per Collusionem Actum, l. 30. §. In Popularibus, D. de iureiuran. *Absolutus*, l. 8. §. 1. D. mandati. *Cedere Lite*, l. 19. D. si seruus vind. *Constituere cum Aduersario*, l. 19. §. vlt. D. ad l. Iul. de adulter. *Actum quid*, l. 1. D. de Collusio. deteg. *Pronunciatus ingenuus*, l. 4. D. eo. tit.

Per Collusionem comparare, l. vlt. C. si vendito pigno. *Venundata prædia*, l. vlt. C. si aduers. fisc.

Collusoriè de hereditate Litigare, l. 50. §. si quis ante, D. de legat. 1.

Hinc *Collusor*, in l. vlt. Cod. de Collusio deteg. dicitur qui Collusoriè egit. At in l. 1. §. 1. D. de aleatorib. *Collusores* accipiendi sunt, qui simul, seu inuicem vel inter se ludunt. Cicero Philipp. 3. *Licinium Lenticulam de alea condemnatum, Collusorem suum, restituit.* Idem Philipp. 5. *Cum collusoribus & compransoribus tuis.* Senec. lib. 2. de Benefic. *Necesse est autem lusor bonus aliter illam Collusori, longè aliter breui mittat.* Sueton. in Calig. cap. 40. Et *quondam proximo Collusori demandata vita sua.* Sic & *Collusores pueri*, apud Spartian. in Seuero.

COLLVENDO & *Alluendo*, l. 30. §. Tribus, D. de adquir. rer. do.

Colluuies, l. 1. D. de cloacis.

COLLY-

COLLYRIVM *ex medicamentis factum*, l.7.§.cùm quis D.de adquir. rer. dom. §. cùm ex aliena, Inſtit. de rer.diuiſ.

COLLYRIA *in inſtrumento Medici eſſe*, ait l.18.§. in inſtrumento, D.de inſtruct. vel inſtrum. quæ vox originem ſuam in Latio non ſeruat. Nam ab ea, vnde prodit, gente, Κολλύρια dicta, Suidas teſtis eſt, qui ἰατρικὰ φάρμακα ita appellari ſcribit. Præualuit tamen Collyriorũ appellatio, quorum varias ſpecies vide apud Cornel. Celſ. lib.6.cap.6. Ac planè non vnius generis Collyria antiquitus fuiſſe, nec Oculis duntaxat, ſed & aliis corporis partibus adhibita, ex Medicorum libris intelligere licet. Nec dubitabis Gorræo duce atque auſpice, adfirmare hoc Medicamenti genus figura tereti compoſitum fuiſſe. Certam namque habuiſſe formam ex eo colligitur, quòd pleraque medicamenta Collyrij forma fingenda eſſe veteres rei medicæ auctores præcipiunt. Atque adeò Oribaſius Collect.medic. lib.10. cap.23. Collyriis figuram tribuit Caudæ Muris ſimilem. Vnde coniectura capi poteſt hoc Medicamenti genus oblongũ & rotundũ fuiſſe, indéque nomen traxiſſe, ac Κολλύριον ἀπὸ κολούρης οὐρᾶς appellatum, quod eſſet inſtar mutilatæ caudæ, vel ab κολοβραίνω, quod interdum φράγνυμι ſignificat. Vtcumque ſit, compoſita fuiſſe Collyria, ex Liquoribus, Succis, Seminibus, Fructibus ſtirpium, & Animalium particulis, Aromatibus, Metallicis, ideóq; variis morbis applicita conſtat: Eius rei ergo condi, reponíque ad varios vſus ſolebant: & vbi res exigebat, ea vel integra, ſicuti condita erant, adhibebantur in vſum: vel ſoluebantur in puluerem: qui aut ſiccus, aut humore aliquo dilutus, affectæ parti vel oblinebatur vel linamento exceptus indebatur, vel ſuffitionibus aut alio modo inſeruiebat.

COLOBA in l.1.quo quemque habitu in vrbe eſſe oport. in C. Th. Veſtimenti genus: de quo & cuius forma aliud nihil proferre poſſum, præter id, quod Iſid. lib.19.Etymolog. cap.22. ſcribit: *Colobum dictum, quòd longum eſſet, & ſine manicis*: Colobiorum etiam Seruius in lib.1.& 11.Æneid. Meminit.

COLONVS eſt *qui fundum colit*, l.30.§. vlt.D.de vſu & vſufr. leg. vt & Columella indicat lib.1. cap.7. Coloni autem nomine interdum Seruum proprium accipimus, per quem prædia coluntur: interdum generalius, extraneum quemlibet qui fundum colendum fruendúmque conduxit. Ideoque vt Prædij Vrbani conductor, *Inquilinus*, ita Ruſtici, *Colonus* dicitur. Vnde *Colonus* & *Inquilinus* ſeparantur, l.24.§.ſi domus, & l.25.§.1.D.locati, l.13.§.ſi venditor, D.de actionib. emp. l.vlt.D.de vi & vi ar. l.31.§.ſi ſeruus D. de vſurpationib. l.14.§. 1. D. de religioſ. l.4.§.ſi quis D. de cenſib. Quorum nominum differentiam Martian. in l.37. D. de adquir. poſſ. explicat his verbis: *pro Colono, in Agro: Ædibus autem, pro Inquilino ſit.* Vet. Gloſſ. Lat. *Colonus eſt, qui agri colendi cauſa, prædium habet.* Gloſſar. Græc. Colonus ἀγλοπάραικος.

Coloni autem, ſi Serui proprij erant, Fundum, vel *fide Dominica* Colebant, vel, *Mercede*, vt extranei Coloni ſolebant, l.18.§. cùm de Vilico, & l.20.§. liberto. D. de Inſtrum. vel inſtr.

Colonus vel *ad pecuniam numeratam conducebat*, vel *Partiarius* erat, id eſt damnum & lucrum cum domino fundi partiebatur, l.25.§. vis maior, D. locati. Qui *ad pecuniam numeratam conduxerat* is aliàs, *Mercede Colere* dicitur, vt in d.l.20.§.liberto: aliàs, *Nummis*, vt in l.26. D. de furt. vel, *Penſionis certa quantitate*, d.l.18.§.cùm de vilico, vel, *certa Penſione*, vt l.22.D.de pact. dotal. Plinius duplicem hanc Colonorum differentiam ſic expreſſit Epiſt.37.lib.9. *Non Nummis, ſed Partibus locem.*

Colonus & *Locator* opponuntur l.12. D.de vi & vi ar. *Coloni Colonus*, l. vlt.D. eo. tit. *Colona*, l.77. D.de rei vind.

Hinc COLONIA prædium dicitur, quod ſub colono poſſidetur. l.24. colonus. D. loca.l.12.§. quæritur, & l.20.§.prædia.D. de inſtr. vel inſtr.leg. vulgò Firmam, vel Medietariam appellamus: Et ita accipe *Coloniam* apud Columellam lib. 11. cap. 1. cùm de villico loquens, ait: *Non vrbem, non illas nundinas, niſi vendendæ aut emendæ rei neceſſariæ cauſa frequentauerit. neque enim Coloniæ ſuæ terminos egredi debet.*

Colonia, pro villa in qua quis colendi cauſa diuerſatur, l.27.§.1.D.ad municipal.

Hinc & *Colonica lex*, apud Varro. lib.1. de re Ruſt. cap. 2. quæ Colonis quibus prædia colenda dabantur, dici conſueuerat.

Interdum autem *Coloni*, conductores prædiorum ad fiscum pertinentium accipiuntur, l. 8. C. de excus. tut. qui & *Coloni Cæsaris* l. vlt. D. de offic. Procur. Cæs. l. penult. §. colonos. D. de iure immunit. Et *Coloni prædiorum fisci*, l. vlt. §. 1. D. ad Municipal. *Coloni vel Conductores rei priuatæ*, l. 3. de actorib. procur. & cond. rei priu. in C. Theod. *Colonus Originalis*. l. 1. de inquil. & col. in C. Th. *Priuatus Patrimonialis*, l. 2. de fugit. colo. orig. in eod. Cod.

Vnde *Colonatus perpetuus*, l. vn. de mend. nõ inualid. l. 33. de Decurionib. in C. Th. *Quæstio*, l. 2. de colonis originar. in Cod. Th. & Nouell. de colon. vag. vel agn. eor. Vnde *Colonarium ius*, apud D. Gregorium, Epist. 21. lib. 3.

Coloni etiam appellabantur qui in Colonias deducti erant, l. 17. §. error. D. ad Municipal.

Colonos fecit Antoninus Antiochenses, *Vespasianus Cæsarienses*, ait Paulus l. vlt. D. de censib. id est, *Ius Coloniæ eis dedit*, vt loquitur Vlpian. l. 1. D. eod. tit.

Hinc *colonia*, l. 27. §. 1. D. ad Municipal.

Sic *Colonia Beneuentanorum*, l. 57. ad Sc. Trebell. *Grauiscanorum*, l. 30. D. de legat. 2. & apud Liuium lib. 40. *Leptitanorum*, l. 30. D. de vulg. & pupil. *Philippensium*, l. 32. D. ad Sc. Trebell. Hinc *Colonicæ Leges*, apud Varr.

Coloniæ autem proprie Colonorum deductione fiebant. Quibusdam tamen Ciuitatibus, licet in eas nulli Coloni deducti essent, Coloniæ ius Imperatores dabant. Idque non vno modo. Quædam enim nihil præter nudum *Coloniæ nomen* accipiebant: vt de Ptolemensium Colonia, Vlpian. tradit in l. 1. D. de censib. Aliis *Ius Italicum* dabatur, Iurisque Italici eas Imperatores faciebant: vt de Tyriorum Colonia, de Berytensi, de Augustana, de Heliopolitana, de Emisena, de Palmyrena, & aliis traditur in d. l. 1. & l. vlt. D. de censib. in qua l. vlt. quosdam *Colonos factos, saluis Tributis*: quosdam *Colonos factos, non adiecto eo, vt Iuris Italici esset*, Paulus refert. *Colonarios autem Latinos* apud Vlpian. Titu. 20. Regular. intelligere debemus eos qui in Latinas Colonias deducti erant, & ea lege deducti, vt Latinitatem solam, seu Latij Ius, non item Ciuitatis Ro. haberent: ad differentiam eorum Colonorum qui *Ciues Romani* dicebantur. Eáque est *Latinitas antiqua, quam in Colonias missam*, ait Iustinianus l. vn. §. 1. C. de latin. libert. toll. Sciendum est enim non vnam Coloniarum conditionem fuisse, sed alias *Latinas*, alias *Ciuium Romanorum*, constitutas, Liuius lib. 39. *Illud agitabant vti Colonia Aquileiam deduceretur: nec satis constabat, vtrum Latinam, an Ciuium Romanorum, deduci placeret. Postremò Latinam potius deducendam Patres Censuerunt*. Et mox, *Eodem anno Mutina, & Parma, Coloniæ Romanorum Ciuium sunt deductæ*. Idem libr. 34. *Coloniæ Ciuium Roman. eo anno deductæ sunt Puteolos &c.* Et paucis interposui, *Salernum, Buxentúmque Coloniæ Ciuium Roman. deductæ sunt, Latinam* etiam *Coloniam* Carteiam deductam idem lib. 43. narrat. *Sano Latinæ Coloniæ*, cum solo iure Latij fruerentur, suffragiorum quidem ius, non item ea quæ iuris Quiritium erant, consequebantur. Etenim vel ipsos Ciues Romanos, si in Colonias Latinas proficiscerentur, Romanam Ciuitatem amisisse, Cicero pro Cecina docet, Mediam quoque Capitis diminutionem contigisse deductione in Colonias Latinas, eosque qui in eiusmodi Colonias deducebantur, Mediam Capitis diminutionem passos, Boeth. in Topic. scribit: Ac per hoc, neque Connubij, neque Testamenti, neque Mancipij aut Nexus, aut Patriæ potestatis Ius, quod erat proprium Ciuium Romanorum, habuisse. Hac de causa, vt idem Cic. pro Domo sua scribit, qui Ciues Romani in Latinas Colonias proficiscerẽtur, fieri non potuisse Latinos, nisi auctores facti essent, noménque dedissent: propterea quòd, vt existimo, iure à maioribus prodito, Ciuitatem nemo inuitus amittere poterat.

Porrò *Colonum à Municipe*, *Coloniam à Municipio* separari notandum est in l. 17. §. error, & in l. 27. §. 1. D. ad Municipal. & apud Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 6. & in Legis Mamiliæ, & Peduceæ Fragmentis, & apud Ciceronem de Lege Agraria, & 2. Philipp. Ac planè separatam *Municipiorum & Coloniarum* causam fuisse tradit Agellius lib. 10. cap. 13. & vti à Municipiis Coloniæ differrent, docet his verbis, *Municipes, sunt Ciues Romani ex Municipiis, suo iure & legibus suis vtentes: muneris tantùm cum Popu. Roma. honorarij, participes: à quo munere capessendo appellari videntur: nullis aliis necessitatibus, neque vlla Popu. Roman. lege adstricti, cùm nunquam Populi Romani eorum fundus factus esset.*

Et mox,

Et mox, *Sed Coloniarum alia necessitudo est: non enim veniunt extrinsecus in ciuitatem: nec suis radicibus nituntur: sed ex ciuitate quasi propagatæ sunt, & iura institutáque Populi, non sui arbitrij, habent.* Similitérque Sicul.Flacc. lib.de Condicionib.Agror. Ciuitatum, alias *Colonias*, alias, *Municipia*, quasdam *Præfecturas* dici, haberéque vocabulorum differentiam ait. Subiicítque, *Municipia quidam putant à munitionibus dicta: alij à munificentia: eo quod municipes essēt Ciuitates. Coloniæ autem inde dictæ sunt, quòd Populi Rom. in ea Municipia miserint Colonos: vel ad ipsos priores Municipiorum populos coërcendos, vel ad hostium incursus repellendos.* Sanè Varro lib.4. de lingua Lat. Colonias eodem modo quo vrbes conditas fuisse ita scribit. *Quare & Oppida quæ prius erant circumducta aratro, ab Orbe & Vrbe, Vrbes: & ideò Coloniæ nostræ omnes in litteris antiquis scribuntur Vrbes: quòd item conditæ vt Roma: & ideò Coloniæ vt Vrbes conduntur, quòd intra pomœrium ponuntur.* Hygenus lib. de limitib. constit. *Finitis ergo ampliorum bellorum operibus, augendæ Reipub. causa, illustres Romanorum viri Vrbes constituerunt, quas aut victoribus Pop. Ro. Ciuibus, aut emeritis Militibus adsignauerunt: & ab Agrorum nouæ dedicatione culturæ, Colonias appellauerunt. Colonici Decuriones*, apud Sueton. in Augusto, cap. 46. id est Coloniarum Decuriones, vt idem Sueto. eod.lib. cap,100. nimirum qui conscripti erant publici consilij causa. *Colonica Lex*, apud Frontinum, lib.de limit.agror. Lex qua Colonia deducta erat.

Color *Naturalis & Natiuus*, l.70.§. versicoloribus, D. de legat.3. vbi Purpuram & Coccum natiui coloris non esse traditur. Hinc *Coloria vestis*, l.32.§. Titia, D. de auro argent.legat.

Colores Pictorum, l.17. D.de instr. vel instrum. *Colorum temperandorum vasa*, Paul.lib.3. Sentent.Tit.7.

Color, pro prætextu, in l.4. D.ad Sc.Trebell. *Color quæsitus*, l.49. D. de donationib. inter vir. l.7. in princ. D. de Sc. Macedon. *Colore honestatis velari*, l.14. C. de contrab. empt. *Hoc Colore agitur*, l.2. D.de inoffic.test. *Res illo Colore defenditur*, l.5. D. de inoffi. test. eadem verba vsurpantur quæ Institutionib. eodem tit. Porrò vox hæc è Rhetorum Scholis in forum deducta est, vt ex Senecæ & Quintiliani Declamationibus liquet: A Græcis χρῶμα vocatur, de cuius vi ac potestate alius dabitur dicendi locus.

Colvm *Niuarium, ad præparationem bibendi comparatum*, ac proinde, *Argento potorio inesse*, ait l.21. D. de auro argen. Eo Nix ad niuatas potiones percolabatur. Ideóque & celebratur à Martiale in Apophoret. Epigr.103. Constat enim veteres voluptatis causa Niuem adseruasse, qua in summis æstiuis caloribus vina diluerent. Seneca luxuriam sui seculi carpens, lib.4. Natur.quæstion. ca.13. *Quoniam non contenti vina diffundere veterana, & per sapores, ætatésque disponere, inuenimus quomodo stiparemus Niuem: vt ea æstatem euinceret, & contra anni feruorem defenderetur loci frigore.* Et paulò pòst, de Stomacho agens, *Vbi quotidianis cruditatibus, non temporis æstus, sed suos, sentit: vbi ebrietas continua viscera insedit, & præcordia, bile in quam vertitur, torret, aliquid necessariò quæritur, quo æstus ille frangatur qui ipsis incalescit remediis, incitat vitium. Itaque non æstate tantùm, sed & media hyeme niuem hac causa bibunt.* Et mox ait quosdam non *Sorbere solum Niuem, sed etiã esse: & frusta eius in Scyphos suos deiicere, ne inter ipsam bibendi moram tepescant.* Idem Epist. 78. *O infœlicem*, ait, *ægrum! quare? quia non Vino Niuem diluit.* Plin.lib.19.ca.4. *Hi Niues, illi glaciem potant: pœnásque montium in voluptatem gulæ vertunt. Seruatur algor æstibus: excogitaturque vt alienis mensibus Nix algeat.* Præter hos de Niuis potione videndus Athenæus lib.3.

Colvmbæ *quæ de Columbario emitti solent*, l.8. D.famil. erciscun. *Columbarum* autem *feram* esse *Naturam, licet ex consuetudine auolare & reuolare soleant*, definiunt l.3.§. pauonum, D.de adqui.rer.dom. & §. pauonum, Institut.de diuisio. rer.

Colvmbarivm, in l.8.§. idem Pomponius, D. famil. erciscun. Qua voce & Varro, lib.3. de re Rust. cap.7. & Columella lib.2. cap.15. vsi sunt. *Turrim* vocat Ouid. his versib.

Aspicis vt veniant ad candida tecta Columbæ,
Accipiat nullas sordida Turris aues.

Sanè Varro, *Columbaria* & περιστερεῶνας separare videtur, Columbariáque appellare *Latibula Columbarum, in quibus nidificant*, vt loquitur Isidor. lib.10. Origin. cap.2. Columbaria enim vocat eos ordines qui singulis paribus Columbarum fiebant rotundi à terra vsque ad Cameram, & os habebant quo introire & exire possent.

COLVMNÆ *Ædium* l. 21. D. de legat. 3. *Coumnæ* ædibus detractę, subductæ, ab Ædibus seperatæ. l. 41. §. 1. & §. item hoc prohibetur. D. de legat. 1. *Columna* tolli, transportari, reponi, frangi, l. 25. §. qui columnam, D. locati. *Columnam restituere quæ onus vicinarum ædium ferebat*, l. 33. D. de seruit. præd. vrba. *Columnas structiles super parietem imponere quæ Tectũ Porticus sustineant*, l. 8. §. 1. D. si seruit vindic. Fest. Pomp. *Colũnæ dictæ, quod Culmina sustineant.*

COMAGENA l. 23. D. de auro argent. Vnguenti genus, quod quale sit, ex Plinij verbis à me subiectis facilè intelligi potest. Sic autem ille lib. 10. cap. 23. de Anseribus tractans, scribit. *Aliud reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur. Adipem eorum in vase æreo cum cinnamo niue multa obrutum, ac gelido rigore maceratum, ad vsum præclari medicaminis, quod ex gente dicitur Comagenum.* Idem lib. 29. cap. 3. *Fit ex adipe Anserum, alioquin celeberrimi vsus est ad hoc, in Comagene Syriæ parte, cum Cinnamo, Cassia, Pipere albo, herba quæ Comagene vocatur, obrutis niue vasis, odore iucundissimo, utilissimum ad perfrictiones, conuulsiones, cæcos ac subitos dolores, Vnguentúmque pariter & Medicamentum est.*

COMATÆ *puellæ, quas sibi mulieres exornant*, l. 49. D. de legat. 3. Martial. Epigramm. 98. lib. 12. *Rumpis Basse latus, sed in Comatis.* Interpres Horat. ad ea verba Epod. 11. *Aut teretis Pueri longam renodantis Comam*, id est, *in nodum colligentis, sese ornãtis*, id est, *Pueri Comati. Antea enim pueri formosuli suam Comam Vitta nectebant, vt compositi suis amatoribus magis placerent.*

COMBVSTA *Domus*, l. 57. D. de contrahend. empt. *Insula*, l. vlt. D. de pignorib. l. 22. D. de legat. 1.

COMES *Matronæ*, l. 1. §. iniuriam, & l. 9. D. de iniur. *Pueri*, l. 1. §. vlt. D. de extraord. crimin. & apud Paul. lib. 5. Senten. Tit. 4.

COMITES, in l. 5. D. de L. Iul. repet. l. 1. §. sed & si comites, D. de extraord. cognit. Accipere debemus eos qui Proconsules, Præsides, Legatos, Procuratoréve Cæsaris, in Prouincias proficiscentes comitantur, adsectantur, iisque in officio sunt.

Comites eorum qui Prouincias regunt, l. 16. D. de offic. præsid. *Comites eorum qui Reipublicæ causa absunt*, l. 41. §. 1. D. de excusationib.

Comites Legati Cæsaris, l. 4. D. de offic. adsessor. quod Papiniani responsum citatur ab Vlpiano, in l. 19. §. vlt. D. locati. *Comites Legatorum*, l. 32. D. ex quib. caus. maior.

comites Proconsulis, vel Legati sui, l. 6. §. si quis Comitum, D. de pœnis. & apud Plinium Epist. 27. lib. 7.

Comites Præsidum & Proconsulum, Procuratorúmve Cæsaris, l. 12. §. vlt. D. de vacat. & excusatio. Cic. lib. 5. Epist. ad Attic. *Adhuc sumptus publicè aut priuatim, in me, aut in quemquam Comitũ factus.* Seneca lib. 2. Declamation. *Syracus contra Maximum Stertinium à quo premebatur, cùm Comes eius fuisset, dixit, Per annos 15. in officio tuo fui.* Plinius lib. 9. cap. 30. *Non sunt prætereunda & L. Lucullo Proconsuli Bæticæ comperta Polypus, quæ Trebenus Niger, è Comitibus eius, prodidit.* Sueton. in Iulio, cap. 42. *Sanxit ne quis Senatorus filius, nisi Contubernalis, aut Comes Magistratus peregrè proficisceretur.* Plinius Epist. 22. lib. 6. *Brutianus cum Montanum Atticinum Comitem suum in multis flagitiis deprehendisset.*

In *Comitibus* porrò Cicero Orat. 3. in Verr. *Præfectos, Scribas, Medicos, Helenses, Aruspices, Præcones*, numerat. Eáque est *Cohors Comitum* apud Iuuenal. Satyr. 8. Quæ *Cohors Prætoria*, Cicero. Epist. 1. ad Quintum Fratrem, & Ausonio in Professor. Burdegalens. Catalogo, cap. 5. Ac planè quod est apud Ciceronem 3. in Verr. *Cohorti Prætoriæ*, Asconius interpretatur, *Comitibus Consularibus:* quo referri possunt hæc verba L. 1. D. de L. Iul. Repet. *vel cùm ex Cohorte cuius eorum est.*

COMES, nomen Dignitatis. Epiphanius lib. 1. contr. hæres. ὃς ἦ παρ' αὐτῷ τῷ βασιλέως ἀξιώματος Κομήτων ἔτυχε. Et mox, καὶ εἰ μὴ Κόμης ἦν, ἦ τὸ τῆς Κόμητος ἀξίωμα ἐκώλυεν ἀπ' αὐτῆς τὸν τ Ἀρειανὸν διωγμόν. Rursúsq; γέρας αὐτῷ δίδοσι ὡς ἤδη ποθεν ὑπον ἀξιώματος ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλέα. Κόμητα γὰρ αὐτὸν κατέφησε. Suidas, Κόμης, ὁ λαῶ ἄρχων, ἦ κλιέται Κόμητος. Augustin. libr. 5. de Ciuit. Dei, cap. 6. *Quum ille in officio Comitis militat.*

Comitum autem in principalibus Constitutionibus variæ, pro administrationum varietate, appellationes & species extant. Summa tamen eorum diuisio in duo genera diduci potest. Quidam enim in Palatio militabant, circa latus Principis agentes, & circa ipsum Imperatorem occupati. Alij per Prouincias constituti erant. Circa latus Principis agebãt hi quos serie literarum subieci.

Comites Ærarij, l. 1. C. de Quæstorib. lib. 12. l. 32. de suscep. præp. & arc. in C. Th. l. 39. de appellationib. qui & *Sacri & priuati Ærarij Comites*, in l. 1. qui à præbitio. tiro. in C. Th. *Comites vtriusque Ærarij*, Nouell. 1. de palatin. in Nouell. Theod. & Valent. Hi *Inlustres viri* vocantur

cantur in d.l.32.de ſuſcept.præp.in C.Th.

Comites Archiatrorum, l.vn. qui à præbitio. tiron.in C. Th. de quorum dignitate videdus eſt, Caſſiodor.lib.6.Variar.in formula *Comitiuæ Archiatrorum*. *Comes Commerciorum*, l.1.de anno.& cap..l. 2.C.quæ res vend. non poſſ.l.vlt.C.de commerc.

Comites Conſiſtorij Principis, l.1.de palat.ſacr.priuat.l.vn.de comitib.conſiſtor.in C.T. qui & *Comites ſacri Conſiſtorij*, V. S. P. §.1.de nouo Cod.facien. l.4.C.de aduocat. diuerſ. iud. Vnde *Comites Conſiſtoriani*, l.13.C.de excuſat. mun. lib. 10. Rubr. de comitib. conſiſtorian. l.vlt.C.de diſcuſſorib.lib.10. l.vn.Qui cond. rei priu. fid. in C. Th. l. 15. & 18. de extr. ſiue ſord.mun.l.vn.qui à præbit.tir. & eq. exc. l.vlt.de honor. C.Th. & Valent. Nou. 1. de tironib. & occ. deſert.

Comites Diſpoſitionũ, l.8.C. de proxim.ſacr.ſcrinior.lib.12.l.vn. qui à præbit.tir. & equor. l.12.& 18. de prox.com.diſpoſ.

Comes Domorum Principis, l.vlt.C.vbi cauſ.fiſcal.l.vn.C.vt omnes iud. l.5.C.ad L.Iul. repetun. l.3.C.de palatin.ſacrar.largit. l.vlt.C.de diuerſ.offic. lib.12.

Comes Domeſticorum Vir illuſtris, l.6.C.de aduocat. diuerſ. iudic. l. 64. de decurionib. lib. 10.l.vn. qui à præbitio.tiron.in Cod.Th. l.42. de hæretic. l.2. 3. & 5. de domeſt. & protect. l.1. de venat.ferar.in eod.C. & *Clariſſimus* appellatur,l.38.de decurionib. eod. Co. Eius fit mentio apud Ammianum Marcellin. lib. 20. & lib. 31. non ſemel, vt & apud B.Auguſt. Epiſt.60. Cyrill. in Imperialibus literis, quæ illic adſcribuntur.& Gregor. Turonenſ. lib. 2. cap. 8. 9. & 10. *Comites* autem *Domeſticorum* duos Notitia ponit, *Equitum & Peditum*.His ſuberant Domeſtici Equites ac Pedites & deputati eorum.

Comes Fœderatorum, apud Zonar.Tomo 3. Annal. in Tiber.

Comes Excubitorum, apud Zonar. in Iuſtino Curopal.& in Epiſt.Vigilij Papæ,quæ 2. Concilior.Tomo refertur.

Comes Horreorum, l.vlt. C.de piſtorib. lib.11.

Comites Largitionum Priuatarum, ſiue *Sacrarum*. in partibus tam Orientis quàm Occidentis habebantur. Hoc nomen apud Cyrill.in Epiſt. Imperatoriis ab interpretibus malè explicatum eſt,qui Iohannem *Comitem Sacrarum Largitionum*, modò *Comitem Sacrenſem*, modò *Comitem Sacrorum*, vertunt. Auguſtin. lib. 6. Confeſſio. cap. 10. *Romæ adſidebat Comiti Largitionum Italicarum*. Meminit eorum Iuſtinia.in Epiſt.de nouo Cod.confirmand. §.1. l.1.C.de quæſtorib. l.3.C.de Palatin.ſacr.largitio. l.vn. C.de auri pub.penſ.lib.10. Sub horum autem diſpoſitione erant. *Comites Largitionum per Prouincias conſtituti*. Item *Comites Cõmerciorum, Metallorum, Veſtiariorum*. *Comites* quoque & *Rationales ſummarum per prouincias ſparſi, necnon Procuratores Baphiorum, Gynæceorum, Monetarum, Linificiorum, Baſtagarum, Præpoſitiq; Theſaurorum & Argentariorum*. Hic Vir Illuſtris appellatur l.3.de incorporat. in Cod. The.

Comes Sacrarum Remunerationum, l. 41. D.de appellat. *Comes Sacrarum & priuatarum Remunerationum*, l.2. de commeatu ſeu Largitionum. l. 121. de decurionib. *Comes rerum Priuatarum*, l.3.de bon.vacant.lib.10.C.l.vlt.de petit.bon.l.64.de decurionib.lib.10. C. l. vlt.C.de adſeſſor. l.6.C.vbi cauſ.fiſcal.l. 1. C.de aduoc.diuerſ.iudic. Nouell. 7. Valentin. Hic patrimonium Principis & res eius priuatas curabat, vacantiáque bona occupabat: & vt Caſſiodor. in formula *Comitiuæ rerum priuatarum* ſcribit, *per Rationalium curam, priuatam Principum gubernabat ſubſtantiam*. *Comes Priuatorum* vocatur à D.Gregor.Epiſt.24.lib.11.Sub huius enim diſpoſitione erant *Rationales, Procuratores*,& *Præpoſiti rerum priuatarum per prouintias conſtituti*. Item *Baſtaga priuata*: *Præpoſiti* quoque *Gregum Stabulorum*,& *Saltuum*. Decorabatur autem titulo *Illuſtris viri*. Theodorit. lib. 3. Hiſtor.Eccleſ. cap.11. τῶν ἰδίων τῶν βασιλέως χρημάτων τῶν ἡγεμονίαν πεπιστευμένον, ait *comitem rerum priuatarum* dictum. Vetus Gloſſarium, *Comes priuatarum rerum eſt, qui priuati commodi & rerum fiſcalium habet adminiſtrationem vt eas conſeruet & negotiorum*. *Comes ſacrarum Largitionum eſt per quem Imperator ſuam liberalitatem & munificentiam ſuam exercet*. *Comes ſacri patrimonij eſt qui procurat patrimonium Imperatoris*. *Vir Illuſtris* vocatur, l.7. de locat.fund.iur. emphyt.l. 12. de extr. ſiue ſord. mun. l. 1. de equor. curul.l.27. & 32. de pet. & vlt. dat.l.24. de pal.ſac.largit.l.14. de tiron. Theod.& Valent.Nouell.7.de loc.reip.& aliis locis.

Comes ſacræ veſtis, l. vn. qui à præbitio. tiro. in C.Th.qui *Comes veſtiarij*, in Notitia appellatur. *Comes Scholarum*, l.3.G.de offic.magiſt.offic.l.1.C.de priuileg.Scholar.lib.12. Rubri.de Comitib.& Tribun. Schol.

Comes Stabuli ſacri, l.vn.de comitib.& tribun.ſchol. lib.12. l.29. de anno. & tribut.l.3.de equo r. conlatio.l.1.qui à præbitio.tiro.in Cod.Theo.Aimoinus Monachus,lib. de Geſt. Francor. 3. cap.43. *Theſaurarius Clodouei à Cupanio ſtabuli Comite de Biturico retractus.* Vnde Conneſtabilem noſtrum originem duxiſſe credibile eſt. Sic enim idem auctor eiuſdem libri cap.70. *Lendegiſilus Regalium Præpoſitus Equorum,quem vulgò Conneſtabilem vocant.* Rhegino Monachus lib. 2.Annalium, *Eodem anno, Burchardum Comitem Stabuli ſui (quod corruptè Conſtabulum appellamus) cum claſſe miſit in Corſicam.* Fuiſſe autem eam dignitatem in pretio Ammian.Marcell. exiſtimandi copiam præbet, qui Valentinianum Imperatorē in hoc dignitatis gradu fratrem Valentem locaſſe refert. Sic enim lib.26. de eo loquens ſcribit, *Nicomediam itineribus citis ingreſſus Kalendis Martiis Valentem fratrem Stabulo ſuo,cum Tribunatus dignitate,præfecit. Comes Theſaurorum*, l.vlt.C.vt dignitat.ordo ſeruet.lib.12.& l.2. C.de Palatin.ſacr.largit.eod.lib. Meminit & *Comitis Theſaurorum per Thracias*, Ammian. Marcellin. lib.29. Legimus & in Notitia, *Comites Auri, Comites Formarum, Comites Riparum, & Aluei Tiberis, Comites Portuum*, quorum & apud Caſſiodor. lib.7. Variar.Epiſt.9.fit mentio.

Quidam etiam erant *Comites Prouinciarum*, l.1. de offic.rector.prouinc.in Co.Th.qui & *per Prouincias conſtituti*,l.3. C.de offic. præſid. *Comites qui Prouincias regunt*, Rubr. de Comitib.qui prouinc.reg.lib.12. C. Caſſiodor.Epiſt. 24.lib.7. *Comiti quidem Prouinciarum poteſtas data eſt.* Huiuſmodi erant *Comites Ægypti*, l.1. C. de comitib.Tribun.lib.12. l.11. de pagan. ſac.& templ. in C.Th. l.3.de patrocin. vic. l.8. de princip.agent.in reb. l. vn. de comitib. & tribun.ſcholar. eod.Co. *Comites Ægyptiatici limitis*, l.51.de curſ.publ. in C.Th.

Comes Africæ, l.13.de diuerſ.offic. in C.Th.l.51.& 56.de hæretic. in eod. Cod. & apud D. Auguſtinum Epiſt.40. & in Notitia Occidentis. Hic *Vir Clariſſimus* dicitur l.13. de petit. & vltro dat. in C.Theod. ſub cuius diſpoſitione erant *Præpoſiti Limitum orę Africanæ.*

Comes Diœceſeos Aſianæ,l.1.fin.regund.in C.Th.

Comes Hiſpaniarum, l.5.de donat. l.3.de mat.bon.l.1. de accuſ.& inſcript.in C.Th.

Comes Macedoniæ, l.2. ſine cenſu vel reliq.in C.Th.

Comes Orientis, qui V. C. & SP.vocatur,l.3.C.de aduocat.diuerſ.iudicum, l.3.C. de can. largit. titu. lib.10. l. vn. C.de claſſic. lib.11. l.29. & l. 32. C.de appellat. l. 2. in fi. de aduoc. diuerſ. iudicio.l.vlt. C. de modo mult. l.15.& l.16. de pœnis,in C.Th.l.8. de principib. agent.in reb.l.7.de iuriſdictio. l.21. de diuerſ. offic.in eod. Cod. Cui ſuberant Palæſtina vtraque,Phœnicia,Syria vtraque, Cilicia vtraque, Cyprus, Oſrhœna, Meſopotamia, Iſauria, Arabia. Zozimus lib.5.Κόμητας Ἑῴας πεποίηκεν. αὐτῇ δὲ ἡ ἀρχὴ βάλλεται τὸν παρεβεβλημένον αὐτῆς, ἐφεξάνει πᾶσι τοῖς τὰς ἑῴας ἐπαρχίας ἰθύουσι, καὶ ὅπη τοῖς δεῖ κτλ. δεῖν παραπομπούοις εὐζήλω φρ. *Comes Rheni*, l.9.de re milit.in C.Th. *Comites Ponticæ Diœceſeos*, l.1. C.de comitib. & tribun. ſcholar.lib.12. *Comites* etiam tres ſunt *Iuſtinianei, Pacatianæ* videlicet *Phrygiæ, Galatiæ primæ, & Iſauriæ*.Nouell.Conſtitut. 8.& Nouell.24. & Nou.27. Idem Iuſtinianus *Comitem Armeniæ ſuſtulit*, l.vlt.C.de offic.magiſt.milit. Memorantur præterea in Notitia, *Comites Phœnices, Syriæ Auguſtæ, Eufratenſis, Arabiæ, Thebaidos, Pentapoleos, vtriuſque Armeniæ, vtriuſque Ponti, Scythiæ, Myſiæ, primæ & ſecundæ, Daciæ, Pannoniæ, Pamphiliæ, Iſauriæ, Lycaoniæ, & Piſidiæ.*

Comites autem *Prouinciarum*, gladio bellico,etiam pacatis rebus, accinctos fuiſſe, docet Caſſiodor.Epiſt.1.lib.7

Comitis etiam nomine atque honore,plerumque Impp.dignitatis augendæ & amplificādæ cauſa, ornabant eos quos ad Palatina Officia aut Munera publica vocabāt. Hinc in l.14. de extraor.ſiue ſord.in C.Th. *Eos qui,cū honore Comitū,nomine Magiſtrorū,Memoriæ præfuerint, vel Epiſtolis, vel Libellis.* Auſonius in Gratiar. actio. de Conſulatu. *Procurrunt & aliæ dignitates,atque in vocem gratulationis erumpunt, ac ſe prius debere profitentur: tot gradus, nomine Comitis, propter tua incrementa congeſti.* Itaque & Magiſter Equitum & Peditum, *Comes* appellatur, l.5.de ſentent.ex peric.recit. l.2.de re milit. l.113. de decurionib. in Cod.Th. vt & Magiſter Militum *Comes* dicitur, l.8.de re milit. l.5.de paſcuis,l. 18. de tiron. l. 16. de deſert. vel accuſ. eor. l. 7. ad L.Iul. repet. l.8.de metat. l. 1. ne comit.& trib. lau. Similitérque Magiſtro vtriuſque Militiæ *Comitis* nomen præponitur, in l. 128. de decurionib.l.13. de re milit. l. 18. de erogat. milit.anno. l.1.de excoct. & tranſl.l.3.de paſcuis. l.13.de veteran.l.12.de filiis milit. app.l.1.de calumniat.l.14.de patrocin.vicor.in C.Th.

Sic & Magiſter Officiorum *Comitis* nomine ornatur, l.8.de curſu publ. l.vn. de decan.l. 15.de metat.l.11.de indulgent.crimin. *Comes & Præpoſitus Sacri cubiculi*, Valent.& Marc. Nouel.vn. de indulg.reliq. *Comes & Procurator Diuinæ domus*, l. 16. de bon.proſc. *Comes*

& Patri-

& *Patricius*, l.14. de infirmand. his. *Comes Perfectiſſimus & Amicus*, l.2. de bon. vacant. *Comes Spectabilis & Caſtrenſis Sacri Palatij*, l. 1. & 2. de Caſtrenſian. l. 12. de palatin. ſacrar. largit. in C.Th.

Præterea & *Comites Militum* erant, l.1. C.de offic. Vicar. & apud Caſſiodor. Epiſt. 28. lib. 7. qui & *Comites Militares* appellantur, l.6. C.de adſeſſorib. l.1. C. ne rei milit. comit. *Comites rei Militaris*, Rubr. de comitib. rei milit. lib.12.C. l.17.de prox.com.diſpoſ. *Comites quibus regendæ Militiæ cura commiſſa eſt*, l. vlt. de re milit. in C. Th. veluti *Comites Italicianorum, & Gallicianorum*, l.1.de Conſub.& præſ. *Comes rei militaris per Africam*, l.3. de erogat. milit.anno. in C.Th. *Comites* autem rei militaris in partibus Oriētis duo erant, per Ægyptum vnus, per Iſauriam alter, vt Notitia docet. Comitum porrò varij gradus, & ordines erant. Nam, & *Primi*, *Secundi*, *Tertij Ordinis*, *Comites* legere eſt. Euſeb. lib. 4. de vita Conſtantin. Κομήτων δὲ ὁ μὲν πρώτης τάγματος ἠξιοῦτο· οἱ δὲ δευτέρας· οἱ δὲ, τρίτης. Exempla horum ordinum ſuppetunt in l. vn. C.de comit. qui prouinc. reg. lib.12. l.14. l.15. & l. 16. de cenſit. peræq. & inſp. l.18.de medic.& profeſſorib.in C.Th. Nouell. 3. Th. & Valent. de tironib. & occ. defert. *Comites minores*, l. 1. ne Comit. & Tribun. lauac. in C. Theo. *Inferiores*, l. 2.eod.tit. *Comites* autem *vice ſacra* iudicaſſe oſtendit l. 1. de his qui per met. iud. in C.Th.

Hinc Comitiva, l. vlt. C.de diſcuſſorib.lib.10. l.47. C.de decurion.eod.lib. l.2.de quæſtor. & magiſtr. offic. in Cod. Th. l. 4. ad L. Iul. ambit. & apud Caſſiodo. Epiſt. 2. lib. 1. Variar. id eſt *Comitum Dignitas*, vt loquitur l.1. C.de aduocat.diuerſ.iudic. Seu *Comitū honor*, vt l.14. de extraord. ſiue ſordid in C.Th. Sic *Comitiua Conſiſtoriana*, l. 25. C.de procuratorib.l.8.C.de aduocat. diuerſ.iudic. *Diſpoſitionum*, l.12. tit.2.lib.6.C. Th. *Honoraria*, l.150. de decurionib. C.Th. *In diſcuſſionibus*, l.4. ad L.Iul.ambit. *Primi diſpoſitionum*, l.14. de proxim.Com. *Priuatarū*, l.49.de appellationib. *Proximatus* l.11.de proxim.comit.diſpo.in C.Th. *Comitiuæ honor*, l.12.de med. & profeſſ. Quod vocabulum in Caſſiodori libris Variar. crebrò vſurpatur. Illic enim inuenies *Comitiuam Archiatrorum*, Epiſt.23.lib.6. *Ciuitatis*, Epiſt.26. & 27.lib.7. *Domeſticorum*, Epiſt.15.lib.2. *Formarum Vrbis*, Epiſt.6.lib.7 *Gothorum per ſingulas Prouincias*, Epiſt.3.lib.7. *Neapolitanam*, Epiſt.23.& 25.lib.7. ſeu *Neapolitanæ Ciuitatis*, Epiſt.24.eiuſd.lib. *Patrimonij*, Epiſt.9.lib.6. *Portus vrbis Romæ*, Epiſt. 9. lib.7. *Principis Militum*, Epiſt.25.lib.6. *Priuatarum*, Epiſt.8.lib.6. *Prouinciæ*, Epiſt.7.lib. 7. *Rauennæ*, Epiſt.13.lib.7. *Romanam*, Epiſt.13. lib.7. *Syracuſanæ Ciuitatis*, Epiſt.22.lib.7.

Erant autem diuerſi *Comitiuarum* gradus. Nam & Primi ordinis & Secundi, & Tertij, *comitiuo* inuenies.

Comitiua primi ordinis, l. vlt. C.de profeſſorib. & medic. lib.10. l.6. C.de principib. agen. in reb. lib.12. l.1. C.de comitib. & tribun.ſcholar. l.1. & l. 2. C.de comitib. rei milit.lib.12. l. vlt. Cod. de numerar. lib. 12. l. 9. de ſuariis vrb. Roman. & trib. ſchol. l. 1. 2. & 3. de com. rei milit. l. vn. de com. qui inluſt. ag. adſ. l. vn. de com. & arch. ſac. palat. l. vn. de com. vac. l. 1. de com. ord. primi. art. diu. l. vn. de profeſſ. qui vrb. l.189. de decurionib. l.54.de hæret. l. 16. 17. & 19. de med. & profeſſor. in Cod. Theod.& apud Caſſiod. Epiſt.12. & 13.lib.6.Variar. Ex quo mendum eluam, quod Vegetij impreſſos omnes codices occupauit, in quibus lib.2. cap.9. ita paſſim ſcriptum eſt, *Proprius autem iudex erat Præfectus Legionis, habens communem primi ordinis dignitatem*, cum tamen legendum ſit, *Comitiuam primi ordinis*, vt ſcripti Codices,& Modeſti Epitoma docent. *Secundi ordinis*, l.2.de comit.rei milit. l.17. & 18. de prox.com. diſp. & apud Caſſiodor. Epiſt.26.lib.7. *Tertij ordinis*, l.9.& 10.de ſuar.rec.& ſuſc. l.127.de decurion. in C. Th. *Comitiua tertia*, l.17. de prox. com. diſpoſ. in C.Th. *Comitiua* etiam *Vacantis honore & dignitate*, conceditur apud Caſſiodorum lib.2. Variar. Epiſt.16. *Comitiuæ* vtique honorem vicinum fuiſſe Illuſtribus, quos proximitate contingebat, Spectabiléſque anteibat, docet Caſſiodor. Epiſt.12. lib. 6.

Comitatvs, pro aula, Sic *Comitatus Principum*, l. 43. D. de teſtament. milit. qui & *Comitatus Sacer*, l. 13. §. ignominioſa, D.de re milit. l.1. C. de his qui per met. l. 47. & l.66. de appellationib. l. 5.de legat.& decret. in C.Th. *In Comitatu meo vel Cæſaris*, ait Conſtantin. in l.6. C.de malefic. & Math. Poſsidonius in vita B. Auguſtini. *Apud Mediolanum vbi tunc temporis Imp. Valentiniani Iunioris Comitatus erat.* Epiphan. lib.1. contra hæreſ. cap. 1. Εὐαγωνάων αἴνεσι δὲ ὅτι τὸ κομιτάτον καὶ βασιλεῖ Κονσταντίνῳ φιλίῳ τῳ. Auſonius Symmacho, *Expertus es fidem meæ mentis, atque dictorum, cùm in Comitatu degimus ambo*. Et mox, *In Comitatu, inquam qui frontes hominum aperit: mentes tegit*. Caſſiodor. Epiſt. 22. lib. 3. Variar.

Congruit Comitatum noſtrum viris nos decorare nobilibus. Idem Epiſt. 32. lib. 5. ad *Comitatum noſtrum occurre.*

COMITATENSES *Milites*, l. 4. de veteranis l. 7. de priuilegiis eorum qui in ſacr. palat. l. vlt. §. pro limitaneis. C. de off. præf. prætorio Afr. id eſt, qui *Comitatui conceſſi ſunt*, vt loquitur l. 13. C. de re militari libro 12. Sic *Comitatenſes Legiones*, l. 7. C. de palatin. ſacrar. largit. lib. 12. l. 18. de re iudicata in C. Th. & l. 7. de Tironibus, l. vlt. de re milit. l. 1. de bon. milit. in Cod. Theod. *Numeri*, l. 12. C. de re milit. lib. 12. l. 7. de Tironibus in C. Theod. *Vexillationes*, l. 22. de erog. militaris annon. l. 1. de bonis milit. in C. Theod. Hinc & *Comitatenſe munus*, l. 38. de decurionib. in C. Theodoſ. *Legiones* autem *Comitatenſes*, ſub diſpoſitione Magiſtrorum Militum ponit Notitia Imperij.

COMITIA, quorum fit mentio Inſtit. de Teſtament. ordin. in prin. ſignificant Populi conuentum Magiſtratuum creandorum cauſa. Vnde à Græcis ἀρχαιρεσίαι appellantur. Ac Maiores quidem Magiſtratus, Centuriatis Comitiis, Minores, Tributis, & Curiata lege fiebant, vt Agell. lib. 13. cap. 14. Comitiorum autem hæc genera recenſentur, *Calata*, *Centuriata*, *Tributa*, *Curiata*. Hæc per Lictorem Curiatim calari, id eſt conuocari conſueuerant, & in his ex generibus omniũ ſuffragiũ ferebatur. At *Centuriata* per Cornicinem conuocabantur, & in his ex cenſu & ætate, vt in *Tributis*, ex regionibus & locis, Suffragia ferebantur. Auctor idem Agell. lib. 15. cap. 27. ex quo præterea diſcimus, eum qui non vniuerſum Populum ſed partem aliquam adeſſe iubebat, non *Comitia*, ſed *Concilium Edicere* debuiſſe.

Planè *Centuriata* Comitia per Cornicinem conuocata, etiam Varro libr. 5. de lingua Lat. circa finem ſatis apertè oſtendit. Verùm idem clarius lib. 4. *Liticines*, ait, *à Lituo: & Claſſicos, à Claſſe: qui item Cornu canunt, vt tùm cùm Claſſes Comitiis Comitiatum aduocant.* Centuriata vtique in Campo Martio habita ea ratione quam Agellius adfert, conſtat. Curiata verò in Comitio habita, declarat Varro lib. 4. de lingua Lat. his verbis *Comitium, ab eo quod coïbant Comitiis Curiatis, & litium cauſa.*

COMITIALEM *Morbũ habere*, l. 53. D. de ædilit. edict. *Comitiali Morbo occupatus*, l. 1. §. 1. D. de auctorit. & conſenſ. Cornelius Celſus lib. 3. cap. 24. *Inter notiſſimos Morbos, eſt etiam is, qui Comitialis*, vel *Maior, nominatur. Homo ſubitò concidit, ex ore ſpumæ mouentur: deinde, interpoſito tempore, ad ſe redit, & per ſeipſum conſurgit. Id genus, ſæpius viros, quàm feminas, occupat.* Quod autem Celſus *Concidere*, Plinius, *Corruere*, dixit lib. 28. cap. 6. his verbis. *In quo loco primùm caput defixerit corruens morbo Comitiali.* Morbum autẽ hunc, *Comitiale vitium*, idem Plin. appellat lib. 20. cap. 17. Quod quidẽ nomen ab eo inditum conſtat, quòd cuilibet è Populo morbus huiuſmodi ſuperueniens Comitia dirimeret: vt Sereni verſus docent; quos ego emendatiores quàm vti in vulgatis codicibus habentur, ſubiiciam. Sic autem habent.

Eſt ſubita ſpecies Morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod fieri nobis Suffragia iuſta recuſat.
Sæpe etenim membris acri langore caducis,
Concilium Populi labes horrenda diremit.

Græci ἐπιληψίαν vocant, & ἱερὰν νόσον, id eſt, vel ipſo Galeno teſte, magnum, potius quàm ſacrum aut diuinum, ſeu diuinitus immiſſum: quia quod magnum eſt, ſæpe ἱερὸν vocatur. Qua ratione & Ἡρακλεια νόσος, id eſt, Herculeus morbus, ab Hippocrate & veteribus appellatur: non quod Hercules eo morbo correptus fuerit, ſed, vt eo nomine ipſius vim & magnitudinem deſignarent. Verba Galeni de hac re in Hippocrat. librum 6. de Morb. vulg. Comment. 6. ſunt hæc. τὴν ἐπιληψίαν οἱ παλαιοὶ καὶ μεγάλην νόσον ἐκάλουν, καὶ πάθος παιδίων, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρων, καὶ τοπων· ἐπειδὴ καὶ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν πλεονάζει. τινὲς δὲ Ἡρακλείαν αὐτὴν ἐκάλεσαν, οὐχ ὡς ἐπιλήπτῳ τῷ Ἡρακλέους ὄντος, ἀλλ' ἐοικόσιν οὗτοι. ὀνόμασιν αὐτὴν, ὡσαύτως γε γνόντες, καὶ δεινὴν μεγέθους, ὀνόμα ποιῆσαι τὴν Ἡρακλείαν. ἱερὰν δὲ νόσον ἔνιοι, καὶ ψευδῆ δόξαν, ὠνόμασαν, ὡς καὶ τῷ περὶ τῆς ἱερᾶς νόσου συγγράμματι δεδήλωται. Quo loquendi genere, Elephantiaſin quoque Ἡράκλειον appellatam, ἐκ τοῦ δὲ μεῖζον δόξαι, ὅτι ἀλκιμώτερον, Aretæus lib. 1. περὶ χρον. παθ. cap. 13. tradit: Quanquam Ariſtoteles Problemat. ſectio. 30. Herculem re vera Comitiali morbo laboraſſe ſcribit. In hoc vtique morbo, apertos oculos nihil cernere, animo caligante, Plinius lib. 11. cap. 37. auctor eſt. Idem fortè Ariſtotelis in Problemat. auctoritate fretus, hunc morbum ſolas animalium Coturnices, præter hominem, ſentire, lib. 10. cap. 23. adſerit. Verùm Hippocrates & Plutarchus refragantur. Hoc autem morbo laborantes Græci ἐπιληπτους Latini etiam *Caducos* vocant. Firminus lib. 3. cap. 6.

Ex humorum ſtatiua perſeuerantia qui circa caput collecti fuerint, facient Caducos, & Lunaticos, aut adſidua interceptione deficientes. Iſidorus lib.10. Origin. *Caducus, à Cadendo dictus: id eſt Lunaticus, eo quod certo Lunæ tempore patiatur.* Hos & *Comitiales* appellat, Plinius lib.20.cap.5.& lib.20. cap.13.& 14.& 22.& lib. 21. cap.21.& lib.22. cap.8. Verùm ne me in poſſeſſiones ſuas irruere Medici querantur, cautio eſt.

COMITER *conſeruare Maieſtatem*, l.7.D.de captiu. & apud Cicero in Oratio. pro Corn. Balbo.id eſt,ſine dolo malo & fraude & ἀδόλως, vt Polybius vertit, ἐν ἐκλογαῖς.

Aliàs *Comiter*,eſt, *Hilarè*,& *Lubenter*, vt Varro lib.6.de lingua Lat. explicat.

COMMEARE vias,l.27.§.vlt.D.de lege Cornel.de falſ. & *Per Viam*,l.3.§.vlt. D. de itin. actúque.

Commeari per itinera, l. 1. §. ſumma,D.de his qui effuder. *Ad Commeandum vſum viæ corrumpi*, Vlpian. interpretatur, *ad Eundum* vel *Agendum*,l.2.§.deinde ait, D. ne quid in loco pub. Feſtus,*Remeare,Redire*, vt *Commeare,vltrò,citrò ire*.Sic *Commeantes* accipe apud Paul.lib. 5. Sentent.Tit.6.D. Vnde *Commeatus viæ publicæ*, l.2. §.ſi viæ. *Commeatus* & *Remeatus*, l.4. D.de pœnis.

Commeatum dare, l.12. §. 1. D. de re milit.*Commeatus dari dicitur*, ait Feſt.in voce, *Remeare,id eſt, Tempus quo ire, & redire commodè poſſit.* Quo nomine plerunque facultas militibus ad tempus recedendi conceſſa atque indulta ſignificatur, id eſt, ἐξαίτησις τοῦ ἀφεθῆναι, vt interpretatur Suidas in voce, Κομιάτον. Sic *Commeatu abeſſe Miles*, l. 35. §. vlt. D. ex quib. cauſ. maior. *Miles Commeatu accepto, ſi domo ſua eſt*, l. 34. D. eod. tit. *Datis Commeatibus Abeſſe,& dimitti Milites*, l.16. C. de erogatio. milit. anno. lib. 12. *Qui vltra Commeatum abeſt, vel vltra formam Commeatui datam*,l.2.§.vlt. D. ad municipal. *Commeatum diſcedendi dare*, l.1. Cod.de Commeatu lib.12. vt & apud Liuium lib.1. lib. 20.& 23.

Hoc ſenſu *Commeatum Petere* & *Accipere*,legimus,id eſt, abeundi licentiam, ſpatiúmque ad Commeatum & Remeatum. Velleius Patercul. *Vt cùm Commeatu petito, Romam veniſſet, Conſul fieret.* Sueton. in Claudio cap. 16. *Quod ſe inſcio, ac, ſine commeatu, Italia exceſſiſſet.* Idem in Tiber. cap.10. *Tunc autem,honorum ſatietatem prætendens, Commeatum petiit.* Sic *Sumpto temporario commeatu*, l.21. de Prætorib. & Quæſtorib. in C. Th.

Ex illis autem ſuprà adductis locis apparet Milites ſignis, caſtrísve diſcedere non niſi Commeatu accepto potuiſſe. Quibus autem Commeatus dabatur, his certum temporis ſpatium intra quem adeſſent, præſtituebatur. Ad quem illis præfinitum diem, occurrere neceſſe habebant. Alioquin haud impunè id auferebant, niſi iuſtas excuſationis cauſas & propter quas vadimonium deſeri poſſet,adferrent. Hinc illa, *Ad diem Commeatus non venire*, l. 3. §.ſi ad diem,D. de re milit. *Commeatus ſpatium excedere*, l. 14. D. eod. tit. Cicer. lib.1.Rhetor.ad Herenn. *Vt ille qui ad diem Commeatus non venit, quòd eum aquæ intercluſiſſent.* Quintilia. lib.7. cap.4. *Vt cùm Miles ad Commeatus diem non adfuit.*

Sed nec Magiſtratibus vrbe Roma excedere,aut certè longiùs excurrere,& peregrè proficiſci, niſi Commeatu indulto, licebat. Cuiuſmodi Commeatus à Senatu peti ſolitos, beneficij ſui fecit Claudius, vt Sueton. in eius vita cap.22.refert. Inde eſt quod Plin.lib.10. Epiſt.24. à Traiano Commeatum 30.dierum petit, vt in Municipium,in quo Principum ſtatuas ponere deſtinabat, excurrere ei liceret. Quod ei Traianus Epiſt.25.indulget.Atque is eſt *Commeatus*, quem ſe, vt Præfectum Ærarij accepiſſe, Epiſt. 4. lib. 3. narrat.

Commeatus autem quattuor menſium Fauſto viro illuſtri conceſſi formula proponitur, apud Caſſiodor.lib.3. variar. Epiſt.21.

Liberum Commeatum Senatores impetraſſe,id eſt *vbi velint morandi arbitrium*, ait Paul. in l. 22. §. Senatores ad municipal.

COMMEMORATIO *In Chirographo,Pecuniarum*,l. vlt.D.de probationib. *Neceſſitudinis*, l.34. C. ad l. Iul.de adulter. *Reſidui*, l.2. C.de hered.inſtit.

COMMENDARE *Titium*, l.66. §.ſi Titiũ,D.de furt.*Si petieris à me vt re alicui Cõmendarem*, l.65.D.de adquir.rer.do.*Quod venditor vt Commendet dicit*,l. 37. D. de dolo. *Ea quæ Commendandi cauſa in venditionibus dicuntur*, l. 43. D. de contrah. empt. *Medicos tibi Commendo*,l.41. §. herede,D.de fideic. libert. Ex verbo, *Commendo*, Teſtamento,vel Codicillis,fideicommiſſa Libertas relicta non videtur, l.12.C.de fideicomm.libert.

Rogo Commendatum habeas amicum,l.12.§.cùm quidam,D.mandat.*Peto vti Decembrem, & Se-*

uerum Commendatos habeas, l.41.§.herede, D. de fideic.libert.

Commendare Iudici æquitatem petitionis ſuæ, l.4. C.de obſeq.patro. *Ad Commendandam Patris voluntatem*, l. 16. C. de fideicommiſſ.

Commendari ſibi Ciuitatem, l.7. D.de offic. Proconſ.

Commendatio ſui, l.4.D.de offic. proconſ. *Commendatione non eget*, l.1.D.de in integ.reſtit.

Interdum *Commendare*, nihil aliud eſſe quàm deponere, Papinianus lib. 9. Quæſtion. & Vlpian. lib.30.ad Edict.interpretantur, l.24.D.depoſ. l.186. D. de verbor. ſignific. Et ita accipe in l.26. D.depoſiti, & l.6.C.eod. tit.

Commendare Corpus, eſt temporis cauſa deponere, donec iuſtæ ſepulturæ tradatur,& quaſi æternæ ſedi detur,l.14.§.impenſa.D.de religioſ.coniuncta l.4.eod.tit.Sic in Inſcriptio.Antiqua, *Oppreſſus neceſsitate, Corpora eorum fictili Sarcophago Commẽdauerim, donec is locus quem emeram ædificaretur.* Vnde *Commendatur corpus*, dixit Paul.lib.1.Sentent.Tit.25.

COMMENDATICIÆ literæ l.penult.D.de adquir.rer. dom.Macrob. lib.11. cap. 4. de Auguſto, *Nomenclatori ſuo, de cuius obliuione querebatur, dicenti, Nunquid ad forum mandas? Accipe, inquit, Commendaticias: quia illic neminem noſti.* Apul.lib.7.Metamorph. *Qui, proximis diebus, Commendaticiis fictis literis Miloni ſeſe virum commentitus bonum, arctius conciliauerat.* Auguſtin. Sermo.207.Et *Commendaticias literas ad Iſraëlitarum Regem depoſcit.* B.Hieronym. in Epiſt. in Saturnia. *Virginij Epiſcopi tui Commendaticias ad cæteros Epiſcopos Epiſtolas legens.* συστατικὰ dicuntur in Can. Apoſtolor. 33.

COMMENTARIENSES in l. 6.D.de bon.damnator.l.4. & vlt. C. de cuſtod. reor. l.5. de pœnis, in Cod. Th. & apud Iul. Firmic.lib.3.Matheſ.cap.6.ſunt *Carcerum cuſtodes*, vt loquuntur Impp.in l.vlt.de cuſtod.reor.in C.Theod. ſeu, *Carceri præpoſiti*,vt Paul.in l.8.D. eod.tit. Cuius nominis ea,vt quidem exiſtimo,ratio adferri poteſt, quòd in Commentarios nomina eorum qui Carcere continebantur, referrent. *Qui Commentarienſis nomine exoſa miſeris clauſtra cuſtodiunt*, l.5.de iis quæ adminiſtrantibus vel offic. public. in Cod.Th.

Ad Commentarienſes receptarum perſonarum cuſtodia, obſeruatióque pertineat, aiunt Impp. in l.4. C.de cuſtod.reor.

Commentarienſes etiam appellantur quorum manu acta ſubnotantur, quotiens apud fiſcũ agitur,l.45.§.quotiens,D.de iur.fiſc. Commentarienſes inter officiales Præfecti Prætorio Africæ ponit Iuſtinian. in Notitia quæ ſubiicitur l.1.C.de offic. Præf. Præto. Afr. Erant & olim in legionibus *Commentarienſes*, vt ex Notitia apparet. *Commentarienſis gradum repetere*, l. 1.C.ad leg.Iul.de amb. Auctor Etymologet.Κομμενταρήσιοι, ait, τοὺς ὅτι τοῦ ὑπομνηματογράφων πραιτόντας ὁ νόμος καλεῖ, ἢ ὑπηρετοῦντας ταῖς ἐγκληματικαῖς δίκαις, ὑπασπιζόντων αὐτοῦ ἀπληκτείαν καὶ κουβικουλαείων, μετὰ πλήθους ῥαβδούχων, σιδηρέων δεσμῶν, καὶ πειναίων ὀργάνων, σαλευόντων τὸ φόβῳ τὸ δικαστήριον, εἰσὶ δὲ ἢ οἱ νῦν λεγόμενοι χαρτουλάριοι. At Heſichius, Κομμενταρήσιος, τὰς ἐγγραφὰς τοῦ ἐγκλήματος δεχόμενος. Aſcon. Pedian.in 3. Verrin. *Accenſus, Nomen eſt ordinis & Promotionis in Militia: vt nunc dicitur Princeps, vel Commentarienſis, aut* Cornicularius.

In COMMENTARIVM *Principis delati* Tribuni Militum,& *Præfecti*, & *Comites Legatorum*, l. 32. D. ex quib. cauſ. maior. In Commentarios autem ſuos etiam Principes Beneficia ſua referebant,vt apparet,ex Epiſt.96.& 106.lib.10.Epiſtolar.Plinij.

COMMENTIRI, l.1.§.ſi quis,D.de quæſtionib.Apul.lib. 7. de Aſino aur. *Miloni virum ſeſe commentitus bonum.*

COMMERCIVM eſt, *Emendi vendendíque inuicem ius*,ait Vlp.Tit.20.Regular.Theophilus §.1.Inſtit.de inutilib.ſtip.Κομμέρκιον,ait, ἔστιν ἡ τοῦ δικαίου πρᾶσιν ἢ ἀγοράζειν ἐξουσία. Liuius lib. 43. *Illa petentibus data vt Militarium Equorum iis Commercium eſſet: educendíque ex Italia poteſtas fieret. Commercium* Hermogenian. in l.5.D. de iuſtit. & iu. appellat Mutuam rerum communicationem, quæ per contractus negotiationéſque explicatur. *Commercij iure vendita*, l.6. D.de captiuis.*Commercio redempta*,l.10.l.11.l.12.& ſeq.C.de poſt limin.reuerſ. *Commercio interdici*,l.24.§.1.D. de minorib.Sic *Commercium interdictum eſſe Prodigo*,ait Vlpia. Tit. 20. Regular.

Commercium earum rerum non eſſe dicitur, quæ vſibus hominum, dominioque ſubiici,& in obligationẽ deduci, alienaríque,& adquiri non poſſunt,l.34.§.vlt.D.de legat.1.l.6.D.de contrah. empt. l.1.§.1.D.quæ res pign.l.vlt.D.de act.empt.l.83.§.ſacram, D.de verb.oblig. §.1.Inſtit.de inutil. ſtipul.

Agrum cuius Commercium non habes legari tibi poſſe, l.49.§.Labeo,D.de legat.2. *Res cuius aliquis Commercium non habet*,l.62. D. de adquir. rer. dom. *Si Stipuler rem cuius Commercium habere*

bere non possum, id est cuius habendæ capax non sum, l.34.D.de verb.oblig.d.§.1.de inutilib. stip. *Si res aliena, cuius Commercium Legatarius non habet, ei cui ius possidendi ius est, per fideicommissum relinquatur*, l.40.D.de legat.1.

COMMILITO, l.10.D.de Leg.Corn.de falsl.2.§.initium, D.de orig.iur.l.9.§.1. D. de iuris & facti ignorant. l.2.C.de test.milit. συστρατώτης, quem & *Commilitem* Cæsar.lib.2.de Bello Ciuili vocat. *Commilitium*, l. 19. D. de castr.pecul.l.4. C. de castr. pecul. lib.12. quo verbo etiam vtuntur Iustinus lib.5.& 11.& Ammian.Marcell.

COMMINARI *Præfectus vrbi*, l. 1. §.cùm patronus, D.de offic.præfect.vrb. *Seuera interlocutione Comminari Præfectus vigilum*, l.3.§.1.D.de off.præf.vigil. *Comminari Prætor*, l.3.§.sed si, D. vbi pupill.educ. *Comminari solent Prætores*, l.7.§.si deponi, D.de administr.& peric. *Comminari Proconsul*, l.9.§.de plano, D.offic. proconsul. *Cõminatur qui Edictum Peremptorium dat*, l.71.D.de iudic. *Comminari Accusationem*, l.7.D.de inoffic.test. *Comminari se & alios*, l.1. §. quæstionis, D. de quæstionib. *Comminatio seueritatis non defuturæ*, l.1.D.de iure patronat. *Comminationes*, Tit. Comminationes, Epistol.Cod.

COMMINISCI, ait l.1.§.1.D.de eo per quem fact. Varro lib.5.de ling. Lat. Verbum hoc dictum ait, *à Con & Mente: cùm finguntur in mente quæ nõ sunt. Cõmenta fraus*, Paul.lib.5.Sent.Tit.5.

Hinc COMMENTVM, pro fraudulẽta machinatione callidáq; & subtili astutia, in l.11.§.socer, & l.15.§.1.D.ad L.Iul.de adult. *Commentũ Adoptionis*, l.76.D.de cond.& dem. *Cretionis*, l.1.de mater.bon.in C.Th. *Fraudis*, l.3.C.de except. *Frustrationis*, l.20.de appellat.in C.Th. *callidum cõmentũ*, l.20.D.de his qui not.inf. *Turpe inuidiosúmque cõmentũ eius, qui lites Principi donat*, l.22. §.lites, D. de iure fis. *Commenta callide adhibita*, l. vlt. C. de vxorib. milit. *Commenta Detestabilia*, l.1. de pistorib. in C. Th.

COMMINVS, id est in præsenti, l.3.D.de pign.act. Sic *Comminus Respondere*, l.137.D.de verb. oblig. id est Coram. *Comminus partibus constitutis*, l.3.C.de fructib.& lit. expens.

COMMISCENDAS *Partes*, l.1.§.si coheredi, D.ad L. Falcid.

COMMIXTA *Causa*, l.5.§.generaliter, D.de don.int.vir. *Commixtis Mercibus*, l.11.§.domus, D. de publ. *Confusum atque Commixtum*, l.3.§.vlt.D.de rei vind.

COMMODARI dicitur Res quæ vtenda datur, §.item is cui res, Instit.quib.mod.re cõtrah. oblig. Inter *Commodatum* tamen & *Vtendum Datum, Labeo tantùm interesse credebat, quantùm inter Genus & Speciem. Commodari enim rem Mobilem, non etiam Soli: Vtendam dari, etiam Soli. Sed vt apparet, propriè Commodata res dicitur, & quæ Soli est*, l.1.§.1.D.cõmod. Isidor.in libris differẽtiar. & Beda in lib.de Orthograph. *Cõmodamus*, aiunt, *Amico pro tempore, Equum, Vestem, Seruum: hãc ipsam rem quam dedimus recepturi. Mutuo Damus, Pecuniam, Triticum, Vinum, & hu similia quæ mutata recipi necesse est.* Quæ illi videtur sumpsisse ex Paulo, qui in l.2.D.de reb.cred. *Mutuum*, ait, *Damus, recepturi nõ eandẽ Speciem, quam dedimus: alioquim Commodatum erit, aut Depositum.* Isidor. lib.5.Orig.cap.25. *Commodatum est id quod nostri iuris est & ad alios temporaliter translatum est, Cõmodo temporis, quandiu apud eum sit. Vnde & Commodatum dictum est.* Vetus Glossar. *Commodare est, Rem, vel vsum eius quamdiu velis, concedere.* Aliud Glossar.Græc. *Commodatum*, τὸ εἰς χρῆσιν δεδόμενον πρᾶγμα. *Cõmodata Res tũc propriè intelligitur, si nulla mercede accepta, vel cõstituta, restibi vtenda data est. Alioqui, mercede interueniente, Locatus tibi Vsus videtur. Gratuitum enim debet esse Cõmodatum*, §. Commodata Instit. quib. mod. re contr. oblig. Interdum autem accipientis duntaxat gratia Commodatur Res, interdũ vtriusque: vt exemplo demõstratur in l.18. D. cõmodati. Plerũque verò Cõmodatũ solã vtilitatẽ cõtinet eius cui cõmodatur: interdũ tamẽ & sua dũtaxat causa quis Cõmodat, l.5.§.cõmodatũ, D.eo.tit. *Commodare Argentũ ad Ludos & cæteras Apparationes*, l.28.D.de aur.arg. *Si cui ideò Argentũ cõmodauerit, quod is Amicos ad cenã inuitauerit.* Et mox, *Si communem Amicũ ad cenã inuitauerimus, túque eius rei curam suscepisses, & ego tibi Argẽtum Cõmodauerim*, l.18.D.cõmodati. *Cõmodare Carrucam*, vel *Vehiculum*, l.17.§.si duobus, D.Cõmodati. *Codicem*, l.5.§.quinimmo, D.eo.tit. *Equam quam pullus Comitabatur*, d.l.5.§. vsque, D.eo.tit. *Equum vt ad Villam adduceres, vel vt ad Bellum Duceres*, d.l.5.§.quod verò. *Equum quo vtereris vsque ad certum locum*, l.vlt.D.eodem. *Iumenta*, l. 4. D. de furtis. *Pondera*, l.18.§. de eo, D.de dolo, l.52.§.maiora, D.de furtis. *Pugillares*, l.17.§.sicut, D. cõmodati. *Seruũ Tectorem vt in Machina operaretur, vel vt de plano opus faceret*, d.l.5.§.si tibi. *Tigna ad fulciẽdam Insulã*, l.17.§. sicut, D.eo. *Vasa vitiosa*, l.18.D.eo. *Commodari Bos*, l.1. D. cõmodati. *Commodator*, l.7.§.vlt.D. cõmodati, l.14.§.si res & l.53.§.1.D.de furt.l.vlt.C.eo.tit.id est *qui rẽ commodauit*, vt l. 59. D. eo.tit. *Is cui Cõmodaui, & vt cui Commodata res est*, l.24. §.item Pomponius, & §.an pater, D. de furt. qui *Cõmodatũ suscepit, qui rem vtendã accepit*, vt l.vlt.C. eo.tit. *Cõmodatũ Rogare & Accipere*, l.5.§.quod verò & §.quod interdum, l.10.l.13.D.commodati.

Interdum *Commodare*, accommodare significat. Sic *Commodare Adsensum*, l. 11. C. de oper. libert. *Consensum*, l. 1. C. si in communi eademque cau. *Fidem Amico*, l. 12. §. si quod, D. si quid in fraud. patro. *Intercessum rebus propriis*, l. 3. C. qui morbo. *Notionem*, l. 3. C. de noxalib. action.

COMMITTERE *Aduersus Testamentum*, l. 8. §. illud, D. de liber. leg. dicitur, qui contra Testatoris voluntatem petit. *Committere in Legem*, l. 39. D. ad L. Iul. de adult. l. 56. §. vlt. D. de fideiussorib. l. 6. D. de præuaricatio. l. 5. C. de legib. *Lege*, Varro lib. 2. de re Rust. cap. 1. Quintil. lib. 7. cap. 1. *Cõtra Leges*, l. 37. §. vlt. D. de minorib. *Committi in Legem*, l. 10. D. de Lege Corn. de falsi. l. 24. D. de obligat. & act. Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 26.

Committere in Legem venditionis, l. vlt. D. de lege commiss. *Committere in Pœnam*, l. 23. §. 1. D. de recep. qui arbit. l. 47. D. de actionib. emp. *Pœnam Edicti*, l. vlt. D. quod quisque iur. *Pœnam Compromissi*, l. 37. D. de recep. qui arbit. l. 1. C. eo. tit. Sic & *Committere Multam*, Cicero pro Cluentio. *Committere in pro socio Actione*, l. 25. §. Labeo, D. pro soc. *Stipulationem*, l. 29. D. de negot. gest. l. 63. D. de verbor. oblig.

Committi cautio, l. 114. §. apud, D. de leg. 1. *Indebiti condictio*, l. 3. D. ratã rem hab. *Lex Venditionis*, l. 4. §. elegãter, D. de lege commiss. l. 71. D. ad L. Fal. *Multa Testamento*, l. 6. D. de condic. & demõstr. *Pœna*, l. 4. §. Cato. l. 69. l. 77. D. de verb. obl. l. 24. D. de hered. pet. *Ex Cõpromisso*, l. 13. D. de neg. gest. l. 52. §. dies, D. de recep. qui arbitr. *Cõmitti Stipulatio*, cuius casus vel condicio existit, l. 13. D. si quis caut. l. 14. D. de procur. l. 64. D. de iudic. l. 24. & l. 67. D. de cond. & dem. l. 3. in prin. & §. ob rem, l. 7. D. iud. sol. l. 12. l. 21. §. habet autẽ. l. 24. §. quãquã, D. de dam. inf. l. 1. l. 11. §. si filio. & l. 70. D. ad L. Fal. l. 1. D. vt in poss. leg. l. 38. §. quęsitũ, l. 63. & l. 81. D. de verb. obl. l. 33. D. de fideiussorib. *committitur clausula Stipulationis*, l. 15. D. de procurat. *committi Stipulatio vel in solidũ*, l. 17. D. iud. sol. *vel in Partẽ*, l. 2. §. vlt. D. de stipulat. prætor. *Cõmittere etiam Edictum*, dicitur qui ei locum facit, l. 3. §. si quis ex liberis, l. 8. §. in adoptionem, l. 10. §. exhæredati, & l. 11. D. de bon. poss. cont. tab. l. 1. §. & in adoptionẽ, D. de cõiungend. l. 126. D. de legat. 1. *Cõmisso Edicto*, l. 8. §. vlt. & l. 10. §. 1. & §. exheredati, D. de bon. poss. cont. tab. l. vlt. §. vlt. D. de legat. 3. COMMITTERE interdum est, *admittere & perpetrare*, l. 13. §. de præteritis, D. de vsufr. vt cùm dicimus, *cõmittere crimẽ*, l. 5. D. ad L. Iul. pecul. l. 1. C. vi bon. rapt. *culpã vel Dolũ*, l. 7. C. ad exhib. *Dolo Malo*, l. 43. D. ad L. Iul. de adult. *Furtum vel Iniuriam*, l. 25. §. ex facto, D. de oblig. & act. *Noxam*, l. 18. D. de iudiciis. *Scelus*, l. 7. D. de L. Pomp. de parricid. *Stuprũ Adulteriúmve*, l. 9. §. 1. l. 37. D. de min. *quod Commisit medicus per Imperitiã*, l. 6. §. sicuti, D. de offic. præsid. *Committi Dãnum*, l. 15. §. vlt. D. de dam. inf. *Peculatus*, l. 12. D. ad L. Iul. pec. *Stuprũ*, l. 101. D. de verb. signif. *Commissus Dolus in rem*, l. 9. §. hæc actio, D. de dolo. *commissam Plagã*, l. 12. C. de ingẽ. man. *Stellionatus*, l. vlt. C. de crim. stellion. *commissa delicta in legatione*, l. 24. §. 1. D. de iudiciis. Interdum *cõmittere* significat mãdare, & fidei alicuius credere ac permittere, vt Non. explicat. Sic *committere causam suã alicui*, l. 31. D. de recep. qui arbitr. *Custodiã*, l. 14. D. de cust. & exhib. *Nauẽ minus Idoneis hominibus*, l. 16. D. de rei vind. *Negotia*, l. 23. D. de min. *Rem minori*, l. 3. §. vlt. D. de min. *committere Rem*, id est perferẽdã dare, l. 10. §. vlt. D. cõmod. *Committere Prætor*, l. 13. D. de iudic. *cõmittere custodiæ Instrumẽta*, l. 5. C. si quis alteri vel sibi. *cõmittere se Iurisdictioni*, l. 1. §. in operis. D. de oper. no. nunt. *committere fidei heredis*, l. 13 D. de inoff. test. & in Fideicõmissorũ formulis passim. *cõmitti Administratio*, l. 58. D. de proc. l. 5. §. quotiẽs, D. de carb. edic. *Exactio*, l. vlt. §. 1. D. de admin. rer. ad. l. 1. D. de min. *Gestus*. l. 14. §. 1. D. de solut. *Potestas*, Gaius Tit. 3. Instit. *cõmitti Fideiussoribus*, l. 3. D. de cust. & exhib. *cõmissum est Procuratori*, l. 1. §. 1. D. de off. procur. Cæs. *cõmissæ sibi Legiones*, l. 2. D. de his qui not. inf. *cõmitti Fisco Homo*, l. 2. C. si seruus export. *cõmitti in publicũ Fundus*, l. 17. §. vlt. D. ad Sc. Velleian. *Prædia*, l. 13. D. de neg. gest. Hinc *cõmissum* appellatur, quod ob vectigal nõ solutũ, vel omissã apud Publicanos professionẽ, fisco vindicatur, seu, *cuius dominiũ vectigali adquiritur*, vt loquitur l. 14. D. de publ. Sic *cõmissum fieri*, l. 1. C. de vectigal. Sueton. in Calig. cap. 41. *Vectigalius b indictis, neque propositis, cùm per ignorantiã scripturæ, multa cõmissa fierẽt. In cõmissũ cadere seruus, vel Res*, l. vlt. in prin. & §. serui, & §. si quis professus, D. de publ. *In cõmissum incidere Vectigalis*, l. 9. §. vlt. D. de min. *In causã Cõmissi incidere*, l. vlt. §. diuus, D. de publ. l. 2. C. de vect. *cõmissi Pœna*, l. 7. §. vlt. & l. vlt. §. quotiẽs, D. de publ. *cõmisso tollionus*, l. 61. §. vlt. D. locati. *Vindicari Res*, l. 11. §. eam rẽ, & l. vlt. §. si propter, D. de pub. quint. Decl. 341. *quod quis professus nõ est apud Publicanos, pro cõmisso tenetur. cõmissis mercib⁹*, l. 11. §. dominus, D. de publ. *cõmissa vectigaliũ nomine*, l. 14. D. eo tit. *commissæ* etiã *Hypothecæ* dicũtur à Cicerone lib. 13. Epist. Fam. quę creditoris factę sunt, ob pecuniã sua die nõ solutã. Eodẽq; sensu *Fiduciã cõmissã* dixit in Orat. pro Flacco. Inde & *Lex Cõmissoria*, appellatur Pactũ, quo vẽditio cõmittitur ac resoluitur: quotiẽs videlicet placuit, vt si intra diem pretium solutũ non esset, res inempta fieret, l. 1. & toto Tit. D. de leg. cõmiss. l. 38. D. de min. l. 25. D. de hered. pet. quæ etiã, *Cõmissoria* simpliciter appellatur, l. 4. §. elegãter & §. in cõmissoriã, D. de l. Cõm. l. 13. §. ibidem.

dem Papinianus, D. de actio. empt. l. 11. §. pen. D. quod vi aut clam. Cõmissoriam autẽ Index βασιλικῶν explicat, ἀγορασίαν ἢ πρᾶσιν ἐπὶ ὅρῳ γενομένην ἵνα εἰ μὴ ἐντὸς τῆς ὡρισμένης προθεσμίας καταβληθείη τὸ τίμημα, ἀναλύηται. *Cõmissoria* porrò *Lex* in Pignoribus reprobatur, Tit. de leg. Commiss. in pign. rep. C.

Cõmittere postremò *Animalia* dicũtur, quæ inter se cõfligũt, l. 1. §. cũ boues, D. si quadr. paup.

COMMONITORIVM in l. vn. C. de suffrag. l. 2. si cert. pet. de suff. in C. Th. l. 10. de curios. l. 7. de erog. mil. ann. in eo. C. Nou. 38. & apud D. August. Epist. 129. & 158. Cõmonitoriũ autem Suidas interpretatur ἐπιστόλην προτρεπτικὴν ἀποστελλομένην εἰς χώρας. Vet. Gloss. *Commonitorium*, ἐπιστολὴ ἀποστελλομένη μετὰ προτάξεως. Vtitur hoc verbo Cyrillus Epist. 1. ad Successũ Episcopum Isauriæ. Commonitorij quoque Formula proponitur apud Cassiodor. lib. 7. Variar. Vincent. Lirinensis in lib. aduers. profa. nouatio. *Me verò subleuandæ recordationis, vel potius obliuionis mea gratia, Commonitorium mihimet parasse suffecerit.*

COMMOVERE *Limites & Terminos*, loco mouere est. Sic in Lege Mamilia. *Qui Termini hac lege statuti erunt, ne quis quem eorum eijcito, neue Commoueto, sciens dolo malo.* Tertullian. in lib. de Præscriptio. aduers. hæret. *Qua potestate Apelles Limites meos Commoues?*

COMMODVM, emolumentum & Beneficium significat. Ita *Commodum Bonorum Possessionis*, l. 5. D. de bon. poss. cont. tab. quod *Beneficium* dicitur, l. 4. D. eo. tit. *Commodum Legis Falcidiæ*, l. 21. D. ad Sc. Trebell. l. 90. D. ad L. Falcid. id est *Beneficium*, vt l. 18. l. 47. §. vlt. l. 59. & l. 89. D. eo. tit. *Commodum Senatusconsulti*, l. 5. §. si quis rogatus, D. de donat. inter vir. l. 3. §. emãcipatos, D. de adsignand. liber. *Tertyllianum Commodum*, l. 2. D. ad Sc. Tertyllian.

Commodo Possessoris fungi & frui, l. 62. D. de iudiciis, l. 1. §. inter, D. vti possid. l. 12. §. potest, D. de liber. cau. id est, *ad onera Petitoris aduersarium compellere*, vt ait l. 24. D. de rei vindic. *Cõmodum autem Possidendi in eo est, quod etiam si eius Res non sit qui possidet, si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet suo loco possessio. Propter quam causam cùm obscura sunt vtriusque iura, cõtra Petitorem, iudicari solet*, §. commodum, Instit. de interdict.

Commodum Temporis, l. 31. §. quod vir, D. de donat. int. vir. l. 73. D. ad Sc. Trebellian. l. 24. §. 1. D. sol. matrimo. *Commodum medij Temporis*, l. 15. D. de annu. leg. l. 40. D. ad L. Falcid. l. 10. §. præterea, D. quæ in fraud. credit. l. 3. §. vlt. D. de legat. 3. *Commodũ Repræsentationis* l. 1. §. si quis, D. ad L. Falcid. l. 1. in prin. & §. idem quærit. D. de dot. prel. *Quod ex Repræsentatione Cõmodi sentit mulier*, l. 2. D. eo. tit. *commodum in Repræsentatione*, l. 10. §. si cùm in diem, D. quæ in fraud. credit. *Commodum commodorum*, l. 1. §. si indemnitas, D. de admin. rer.

Commodum Carboniani, l. 1. §. nõ tantum, D. de Carbon. *Collationis*, l. 6. D. si tab. test. l. 1. §. planè, D. de collat. bon. *Detentionis*, l. 8. *Dotis*, l. 11. §. socer, D. ad L. Iul. de adulter. *Edicti*, l. 10. §. liberos, D. de in ius voc. *Fideicommissi*, l. 5. C. de conditionib. *Hereditatis*, l. 11. D. de legat. 1. l. 63. & l. 93. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 15. §. vlt. D. de legat. præstand. l. 9. C. de sent. pass. l. 15. C. de fideicomm. *Partis Debitæ*, l. 19. D. si quis omiss. *Patronatus*, l. 3. D. de iure patron. *Pignoris*, l. 83. D. ad Sc. Trebell. *Præscriptionis*, l. 13. §. 1. D. de re milit. *Quartæ*, l. 3. §. vlt. & l. 4. D. ad Sc. Treb. *Separationis*, l. 1. §. plus, D. de separat. *Testamenti*, l. 71. D. ad Sc. Treb. *Victoriæ*, l. 22. §. 1. D. de inoff. test. l. 7. D. fam. ercis. *Vsurarum*, l. 1. de vsuris in C. Th.

Commoda & Incõmoda opponũtur, l. 10. D. de diu. reg. *Cõmoda & Incõmoda hereditaria*, l. 1. D. de bon. possess. & apud Vlpian. Tit. 26. Regular. *Proprij*, l. 3. §. ne quid, D. de minor. *Commoda ex Tribu consequi*, l. 35. D. de legat. 3. *Commoda Militiæ*, l. 22. D. de legat. 2. *Emeritæ Militiæ* apud Sueton. in Caligula cap. 43. Quæ & *Commoda Veteranorum* apud Cicer. Epist. 2. lib. 11. Famil. & Sueton. in Nerone cap. 32. *Commoda Præmiorum, quæ propter Coronas sacras præstantur*, l. 40. D. de re iud. *Commoda Primipili* l. 23. D. de adim. leg. l. 1. C. de primipilo. Sic & *Commoda Sacerdotum*, apud Suet. in Augusto cap. 29. Hæc verba, *Cùm Commodum erit, dari*, ita interpretabatur Seruius Sulpitius, *Cùm primũ sine turpitudine & infamia dari possit*, l. 79. in fi. D. de iur. dot. Proculus ita, *Cùm sine incõmodo promissoris poterit*, l. 125. D. de verb. signif. Latinè loquẽtibus etiã hæc verba, *Cũ erit Cõmodũ* significant, cũ voluerit, vt in l. 21. in prin. D. quãdo dies leg. ced. *Cũ aliquid demũ quod scribẽdo cõprehẽdere sit Cõmodũ, fecerit.* Et ita Ascon. in Verrin. interpretãdũ esse cẽset illud Terent. Adelphis, *Dabitur argentum, dum erit cõmodũ. Ex Cõmodo*, id est, ex facili, l. 4. D. de vacat. & excusat. *Ex Commodo Patroni*, l. 24. D. de oper. libert. *Commodissimum est*, l. 80. D. de verb. oblig. l. 12. D. de reb. dub. l. 31. D. de testam. milit.

Commodè diuidi Res, §. eo quoque Instit. de offic. iudic. *Referre Argentum*, l. 5. §. si de me, D. commoda. *Satis Commode Nubere*, l. 63. D. de condic. & demonstr. *Commodius conficere*, l. 46. D. de neg. gest. *Dicetur*, l. 12. D. de reb. auctor. iud. *Dici puto*, l. 7. D. de adim. legat. *Est*, l. 1. §. licet, D. de peric. & commo. l. 30. D. de liber. cau. l. 2. D. de L. Rod. l. vlt. D. de stipul. Prætor. l. 4. D. de seruo. corrup. l. 29. D. de iudiciis. *Existimare*, l. 7. §. Celsus, D. quib. ex caus. in poss.

Lõgè Commodius eſt, l. 24. D. de rei vindic. §. & quia longè, Inſtit. de interd. *Commodiſſimè dici*, l. 1. §. apud, D. depoſiti. *Fieri poſſe*, l. 7. §. idem Celſus, D. quib. ex cauſ. in poſſ. *Forma ſeruãda eſt*, l. 46. D. mandati. *Statuitur*, l. 18. D. de teſtam. milit.

Commoditates Rei ſuæ, l. 41. §. 1. D. de fideic. libert.

COMMORARI *In quaque Regione*, l. 18. §. Aſinam, D. de inſtruc. vel inſtr.

COMMORIENTES l. 32. §. ſi ambo. D. de donat. int. vir. id eſt qui ſimul, ſeu pariter decedunt. QUOS *pariter mortuos vocat* l. 16. D. de reb. dub. Græci συναποθνήσκοντας, Ter. in Prologo Eunuchi.

COMMVNDATA *Mulier*, l. 25. §. ornamenta, D. de auro, arg.

COMMVNIS *Res* dicitur quæ ad plures pertinet, l. 46. D. de ritu nupt. vt *Communis Libertus, qui plurium eſt*, l. 23. D. de in ius voc. *Seruus Communis ſic omnium eſt, non quaſi ſingulorum totus: ſed pro partibus, vtique indiuiſis: vt intellectu magis partes habeant quam corpore*, l. 5. D. de ſtipul. ſeruor. *Communis* AGER *Meus & Tuus*, l. 6. §. inde, D. de aq. & aq. plu. *Communis duorum Fundus*, l. 2. D. de Saluiano interd. *Communis cum alio Fundus*, l. 1. C. de fun. dot. *Communis ex parte Fundus*, l. 47. §. vlt. D. de minor. *Ex æquis partibus mihi tecum communis Fundus*, l. 8. D. de rei vind. *Locus*, §. in communem, Inſtit. de diuiſ. rer. *Paries*, l. 35. l. 36. & l. 39. D. de damn. inf. l. 11. D. comm. diuid. *Riuus*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 6.

Communis Hereditas inter fratres, l. 35. D. de pactis, *Cum Municipibus*, l. 9. D. quod cuiuſcumque vniuerſitat. *Cõmunis*, autem *Res inter aliquos eſt cum Societate, vel ſine Societate. cum Societate, veluti inter eos qui pariter eandem rem emerunt. Sine Societate, veluti inter eos quibus eadem res Teſtameto legata eſt*, l. 2. D. comm. diuid. *Communiter* enim AGI, ait Vlpianus in l. 31. D. pro ſoc. *etiam citra Societatem, vt puta cum non affectione Societatis incidimus in Cõmunionem*. Potro *Cõmunia* quędã ſunt *Pro diuiſo*, quorum ſecretæ ac diſtinctæ partes ſunt, oculiſque cerni, ac demõſtrari poſſunt: Quędã *pro indiuiſo*, quæ nullis dum factis partibus cõmuniter poſſidẽtur, non diuiſione corporum, ſed iuris intellectu, l. 5. §. vlt. D. de reb. eor. l. 8. D. de rei vindic. l. 25. §. vlt. D. de verb. ſignif. l. 94. D. de ſolution. Sic *Communis pro Indiuiſo Arbor*, l. 83. D. pro ſoc. *Inſula*, l. 29. D. de adquir. rer. dom. *Lapis*, l. 8. D. de adquir. rer. dom. *Subſtantia*, l. 83. D. pro ſoc.

Pro Indiuiſo Commune Prædium, l. 7. C. comm. vtr. iud. *Cõmunia Prædia*, l. 8. D. de adq. rer. dom.

Communis rei pars pro indiuiſo, l. 7. §. vlt. D. quib. mod. pign. Planè in Oratione Seueri de rebus eorum qui ſub tutela, vel cura ſunt, ſine decreto non alienãdis, hæc verba, *Si Cõmunis Res* ſic accipere debemus, *ſi pro indiuiſo Communis erit. Cæterùm ſi pro diuiſo Cõmunis ſit, ceſſante Oratione, Decreto locus erit*, l. 1. & l. 5. §. vlt. D. de rebus eor.

Communis Pater, l. 26. D. de iure dot. l. 9. l. 12. & l. 13. C. de collation. *Communis Filius*, l. 49. D. de donat. inter vir. l. 78. §. filia, & §. maritus, D. ad Sc. Treb. l. 2. D. ad Sc. Tert. l. 25. & l. 95. D. ad L. Falcid. l. 41. D. de legat. 3. & l. 1. D. de dote præleg. l. 14. D. de liber. leg. l. 17. §. marito, D. de doli exceptione, l. 1. C. ſi contract. matrim. l. 8. C. de inſtit. & apud Vlp. Tit. 15. Regul. *Filia*, l. 11. D. quib. mod. pign. l. 8. C. de ſuis & legit. *Frater*, l. 34. §. inter, D. de ritu nupt.

Condemnatio Fit, l.1.§.item cùm, D. quæ ſentent.ſine appell. l.68.D. de rei vind. l.41. D. de iudiciis. *Condemnatio Facienda*, l.6. D.de vi & vi arm. l.37.§.vlt.D.de iniuriis. l.2.§.penult, D. ne quid in loco publ.l.50.D.de furtis. *Condemnatio in tantum fiet quanti*, l.8.§.eum, D.de prec. *Condemnatio Facta*, l.vlt.§.1.D.de appellat.l.4.C.depoſiti, & l.6.C. mandati. l.3. C. de ſentent.quæ ſine. *Condemnatio Minoris facta*, l.15. C. de vſuris. *Nullam fieri Condemnationem*, l. 5.§. vlt. D.de rei vind. *Condemnationes Factæ*, l.36.D.famil. ercis.

Condemnationem Pati, l. 14. §. hac autem, D. quod met. cau. *Condemnatione Plecti*, d.l.14. §. ſi quis per vim.

Condemnatus pro Condemnatione, vt *Stipulatus*, pro Stipulatione, l.vlt.D.de re iudic.

Condemnator pro eo qui reum peregit, apud Tacit. lib.4

CONDERE *Iura*, §. reſponſa, Inſtit.de iur.natur. Ouid.lib.2.de Remed. amor.

Ac ne fortè putes noua me tibi Condere iura.

Vnde *Conditores Iuris*, l.23.C.de procurat.l.1.C.de comm.ſer.man. l.vlt. C.de legib. Sic *Legũ atque Iuriũ Fictor, Conditor*, apud Plaut.Epidico, Act.3.Sc.vlt.HINC Eutropius lib.1.Vlpianũ *Iuris conditorem* appellat. *Condere Leges*, l.3.& l.vlt.C.de legib. *conditores Legum*, l.8.C.de pact. conuent. *condere ſub Terra*, l.31.§.vlt.D.de adq.rer.do.

Condere Lustrum, & *Facere*, pro eodem dicta, Varro lib. 5. de ling. Latina docet.

Conditum Testamentum, l. 7. C. de Testament.

Condi Ciuitates, §. Commodius, Instit. de diuisio. rer. *Condita Regna*, l. 5. D. de iustit. & iur.

Condi Corpus, l. 14. §. funeris, D. de religios. *Condendi Corporis* cura, l. 88. §. 1. D. de legat. 2.

Condi Libri, l. 52. §. 1. D. de legat. 3.

Conditi Fructus, l. 5. §. non passim, D. de reb. eor. *Conditæ Merces in Horreis*, l. 74. D. de contr. empt. *In Condito habere*, l. 97. D. de legat. 3.

CONDITA appellabant species & copias publicas in horreis seruandi causa repositas. Tit. de condi. in publ. horr. Capitolin. in Gordianis: *Cuius viri tanta in Republ. dispositio fuit, vt nulla esset vnquam ciuitas limitanea potior, & quæ posset exercitum Populi Rom. ac Principem facere, quæ totius anni in Aceto, Frumento, & Lardo, atque Hordeo & Paleis, Condita nō haberet.* Symmach. lib. 1. Epist. 19. *Cùm clementia vestra meminisset carrucæ faciendæ impendium de sacro Ærario esse decretum: censuit vt eius argentum publicis Conditis redderetur.* Idem Epist. 34. de frumento & oleo annonario agens, *Cuius rei*, V. C. *Præf. Annonæ, partium suarum diligens executor, Prætorianæ amplissimæ præfecturæ, vt ipse adserit, dudum fecit indicium, missis de more Breuibus, quæ angustias patefacerent Conditorum.* Ammian. Marcellin. lib. 29. *A prouincialibus Commeatum exercitui prohibuit dari, merces & Condita hostium, virtutis nostrorum Horrea esse, fiducia memorans speciosa.*

CONDICERE olim denuntiare significabat, §. appellamus, Instit. de actionib. *Condictio*, ait Festus lib. 3. *est in diem certum eius rei, quæ agitur denunciatio*: Vnde *Condictum Diem*, Decemuiri in 12. appellarunt iudicij causa constitutum, vt ex Cicer. lib. 1. Officior. & Plauto in Curculione liquet. Idem Festus *Condictum* interpretatur *simul dictum*: Nam Condicere nihil aliud est, quàm diem locúmque communi consensu constituere.

Hinc & *Condictiones*, omnes in personam Actiones generaliter appellari traditum est, quòd olim qui in personam agerent, aduersario denuntiare solerent, vt certa die iudicio adesset, quemadmodum Theophil. in d. §. appellamus, scribit. Igitur in personam Actio *Condictio* dicitur l. 25. D. de oblig. & act. l. 1. C. de donat. quæ sub mo. & *Condicticia Actio*, l. 7. D. de condict. cau. dat. l. 24. D. de reb. credit. §. is quoque Instit. quib. modis re contr. l. 3. C. de donat. quæ sub modo. Et *Condicticia* simpliciter, l. 55. D. de donat inter vir. §. tripli. instit. de actionib. Vet. Glossar. *Condicticia*, ἀπαιτητικὸς λόγος τῦ ὀικείου δανείου ἢ ἐστὶ ἀπαιτητικὸς λόγος τῦ μετὰ πλάνην καταβληθέντος χρέους. Eadem & *Actio Condictionis* dicitur l. 1. C. de condict. indeb. l. 2. C. de condict. ob caus. Vetus Glossar. Græc. *Condictio*, κονδικτίκιος δανειακὸς. Sed & *Condicticia* pro Condictione furtiua ponitur in l. 13. §. idem Iulianus, D. de iureiurand.

Condictio autem vel *Certi* est, vel *Incerti*. *Certi Condictio* ex omni causa competit ex qua *Certum* petitur l. 9. & l. 24. D. si cert. pet. l. 28. §. exceptio. D. de iureiur. l. 17. in fi. D. de exercitor. l. 17. §. penult. D. rer. amot. Instit. quib. mod. re contr. obl. & de verb. oblig. in princ. quæ & *Condicticia Actio per quam Certum petitur*, appellatur in l. 23. D. de reb. credit.

Condictio Incerti, ex diuerso, ex omni causa datur, ex qua incertum petitur. Cuiusmodi Cōdictiones & Liberationes, & Cautiones, & Iura Prædiorum, & ea quorum incerta æstimatio est, condicūtur, l. 2. §. aliud, D. de donatio. l. 3. D. de condict. sine causa, l. 5. & l. 8. D. de actio. empt. l. 46. §. 1. D. de iur. dot. l. 12. D. de nouatio. l. 22. in fi. l. 40. §. penul. D. de condic. indeb. l. 35. D. de seruit. vrb. l. 16. §. Pomponius, D. de minorib. l. 5. §. 1. D. de vsufr. ear. rer. l. 12. in fi. D. de condict. fur. l. 3. C. de postul.

Præter illas autem *Certi*, & *Incerti* Condictiones de quibus egimus, hæ Condictionum species in libris nostris memorantur, *Indebiti*, *Causa data*, *Causa non secuta*, *Ob turpem causam*, *Sine causa*, *Furtiua*, *Ex Lege*, *Triticiaria*. *Indebiti* est, quæ ad repetendum indebitum solutum vel promissum competit: *Ob causam*, quæ ad repetēdum id quod ob rem datum est, causa non secuta, datur: *Ob Turpem causam*, quæ ob turpem causam dati repetitionem continet: *Sine Causa*, qua quod sine causa datum est, vel aliâs ad aliquem sine causa peruenit, aut denique sine causa apud aliquem esse incipit, Condicitur. *Ex Lege*, quę ex Lege noua descēdit, quę proprium actioni quam dat, nomen non tribuit, l. 1. de condict. ex lege, D. & C. l. 28. D. ad L. Iul. de adulter. l. vlt. C. de petit. hered. l. vlt. §. sin verò heredes, C. de iur. deliber. §. tripli, & §. quadrupli, Institut. de actionib.

Condictio Liberationis, l. 1. C. de erro. calc.

Condicere Cautionem, l. 3. C. de postulādo. *Dotem*, l. 17. §. vlt. D. de reb. auct. iud. *Liberationem*, l. 6. C. de iur. & fac. ignor.

Condici Liberatio, & Satisdatio, l. 1. D. vt in possessio. legator.

Condictione Repetere, l. 3. §. vlt. D. de transaction. *condicticia experiri*, l. 55. D. de donat. int. vir.

Per Condictionem Agere, l. 5. §. 1. D. de condict. indeb. *Petere*, l. 41. D. sol. matr. l. 53. D. de condict. indeb. l. 22. D. rat. rem hab. *Repetere*, l. 22. §. fugitiuus, D. mandati, l. 7. C. de non numer. pecun.

Per Condictionem Petitus Homo, vel Fundus, l. 31. D. de reb. credit. *Reddi*, l. 2. C. de condic. ex lege. *Repeti*, l. 7. C. de interdic. matr. *Cōdicantur*, ideſt ſimul dicantur, l. 66. D. de cōtr. emp.

CONDICIONES vel *in Præſens*, vel *in Præteritum*, vel *in Futurum conferuntur*, l. 16. §. 1. D. de iniuſto rup. l. 10. §. vlt. D. de cond. inſtit. l. 100. D. de verb. oblig. §. Condiciones, inſtit. eo. tit. Sed eæ demum *Poteſtatem Condicionem obtinent*, id eſt, in euentum aliquem negotium ſuſpendunt, quæ in futurum conferuntur, l. 37. & l. 39. D. de reb. credit.

Condicionum verò quæ in futurum conferuntur, aliæ *in Caſum* & incertum euentum, aliæ *in Arbitrium* conferuntur. Illas *Caſuales* Iuſtinia. appellat, quòd ex fortuito caſu pendeant, l. vn. §. ſinautem, C. de caduc. toll. Iuriſconſulti, *in euentum collatas Condiciones* vocant, l. 78. §. vlt. D. de condic. & dem. & *in Caſu conſiſtentes*, l. 33. §. pen. D. de fideicomm. libert. quæ *non ſunt in poteſtate*, l. 31. §. 1. D. ad Sc. Trebell. Aliâs, *Poteſtatiuas*, Iuſtinia. vocat, d. l. vn. §. ſinautem. Iuriſconſulti *Condiciones in Arbitrium collatas*, l. 13. D. de adquir. vel omitt. *Condiciones quæ ſunt in Arbitrio*, l. 1. §. qui ſub condicione, D. ſi quis omiſſa cau. teſtam. l. 1. §. ſciendum, D. de ſuis & legitim. *Quæ ſunt in poteſtate noſtra*, l. vlt. D. de condicio. inſtit. l. 77. D. de cōdic. & dem. l. 4. D. de hered. inſtit. Vidētur etiam appellari *Promiſcuæ*, in l. 11. §. 1. D. de cōdic. & dem.

Condiciones præterea, vel ſunt in Dando, vel in Faciendo, l. 6. §. vlt. D. de ſtatuliber, l. 33. §. 1. D. de fideic. libert. l. 8. D. ſi quis omiſſa. Illæ *in Dando conſiſtunt*, l. 31. §. 1. D. ad Sc. Trebellia. l. 68. D. de ſolutionib. vel (vt in l. 82. D. de condic. & dem. Calliſtr. loquitur) *in Datione exiſtunt*. Hæ in faciendo verſantur, *in Facto conſiſtunt*, l. 68. D. de ſolutionib. Vnde & *Facti Condiciones* vocantur, l. 31. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. Aliâs, *condiciones Facti* opponūtur *condicionibus iuris*, id eſt, quæ ex iure veniūt, l. 21. D. de cond. & dem. *Condiciones* præterea quædā *Poſſibiles*, quædā *Impoſſibiles*, dicūtur, quarū definitiones vide apud Paul. lib. 3. Sēt. Tit. 5. Alias Cōdicionū differētias pete ex l. 2. & l. 11. §. vlt. D. de cōd. & dem. *Cōdicio quæ omnino extitura eſt*, l. 9. D. de nouat. *Cōdicio Teſtamētis Adſcribi, Dari, Poni, Præponi, Adponi, Adiici, Iniici, Inſeri* dicitur. *cōdicionem*, porrò *Pendere, Suſpendi, Euenire, Exiſtere, & Impleri*, & cōtrà *Deficere & Extingui* dicimus. *Ex Conditione* vel *In Condicionem*, l. 15 §. miles, D. de teſt. milit. & *ſub Condicione*, paſſim.

Condicio, aliâs qualitatem & ſtatum perſonarum ſignificat, l. 32. & l. 34. D. de adquir. vel omitt. & l. penult. D. quib. ad libert. Vnde *Condicio Mancipiorum*, l. 15. D. de vſufructu. *Condicionem Matris ſequi*, l. 1. C. de poſtlim. reuerſ. *Condiciones Agrorum*, id eſt, qualitates, l. 1. §. denique, D. de aq. & aq. plu. De quibus libellum elegantem ſcripſit Siculus Flaccus.

Condicio quoque de Nominibus vſurpatur. Ita *Non Bonam Condicionem eligere*, l. 7. §. competent, D. de admin. & peric. Sed & *Condicio Horæ*, l. 1. §. dies, D. quando appell. ſit.

Condicio etiam, vt Donat. in Andr. Terent. Act. 1. Sc. 1. ait, *eſt Pactio certam legem in ſe continens*. Vnde & Cicero *Condiciones pactionéſque coniungit*, lib. 5. in Verr. & 1. Officior. *Condicio quæ initio Contractus dicta eſt*, l. 6. §. vlt. D. de contrah. empt. *Nulla Condicione emere poſſe Domum*, l. 30. §. vlt. D. de leg. 3. *Ea Condicione nauem cōduxiſti, vt ea Merces tuæ portarentur*, l. vlt. §. 1. D. de lege Rod. *poſſe non hac Condicione deponi*, l. 39. D. mandati. *Sub hac Condicione ſtare locationem*, l. 25. D. locati.

Condicio interdum pro matrimonio & cōiunctione ſpōſaliorum & nuptiarum vſurpatur, l. 36. D. de ritu nupt. l. vlt. D. de proxenetic. l. 65. D. de iudic. l. 19. & l. 18. C. de nupt. & apud Liuium lib. 3. & Sueton. in Galba cap. 5. Seneca lib. de Superſtitio. citante D. Auguſtino, *Quoſdam tamen Cœlibes relinquimus, quaſi Condicio defecerit. Hoc ſenſu condiciones expediri*, ait l. vlt. D. de ſponſalib. *condicionē quærere, vel non* d. l. 36. D. de ritu nupt. *cōdiciones quæſitas per Amicos* apud Suet. in Auguſto cap. 69. Arnob. lib. 1. *Atque in cōiugalia fœdera veniunt Condicionibus antè quæſitis*. Sic *Cōdiciones deligere*, Plin. Epiſt. 14. lib. 1. *De cōdicionibus tractare*, Suet. in Claud. cap. 36. *Faſtidire cōdiciones*, Senec. Cōtro. 6. lib. 7. *Repudiare cōdicionē*, l. 11. D. de ritu nupt. *Cōdicionem nuptiarū inuētam*, idem Senec. lib. 3. Cōtr. 1. *cōuenta* etiā, vt ait Feſtus, *cōdicio dicebatur, cùm primus ſermo de Nuptiis & earum Condicione habebatur*. Itaque & in Renunciatione Sponſaliorum hæc verba probata fuiſſe, *Condicione tua non vtor*, Gaius ſcribit l. 2. D. de ſponſalib.

* D. de diuor. & repud.

Condicio etiam pro causa vsurpatur. Ita *Melior Condicio adferri & offerri*, l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. & passim, D. de in diem addictio. l. 41. D. de rei vindic. *In ea Condicione est*, l. 1. §. si quis, D. vnde cognati, l. 7. D. de adm. & peric. l. 45. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 2. D. de incend. ruin. l. 29. §. vlt. D. de verb. oblig. *In ea Condicione est Testamentum*, l. 11. §. 2. l. 13. §. si seruum, D. de testam. milit. *In eadem erunt Condicione*, l. 20. §. licet, D. de hered. petit.

Interdum *Condicio*, *Optionem* seu *Electionem* significat. Sic *Condicionem Deferre*, id est, optionem l. 1. §. si quis in fraudem, D. si quid in fraud. credit. l. 16. D. de administr. & peric. Hirtius, siue Oppius, de Bello Africo, *Quibus cùm condicionem ferrent vt oppido excederent, idque sibi vacuum traderent, condicionémque repudiassent.*

Condicio defertur, l. 55. D. de adquir. vel omitt. l. 5. §. 1. D. vt legat. fideicommisso. *Condicio deferri debet*, l. 8. §. si quid irritum, D. de inoff. test.

Condicione delata iurare, l. 3. D. de iureiuran. *Condicio Iusiurandi*, l. 9. C. de reb. credit. *Condicionalis Debitor*, l. 5. §. 1. D. de liber. leg. *Condicionales Creditores*, l. 54. D. de verb. signif.

Condicionalis Datio. l. 9. D. de adimend. legat. *Institutio*, l. 10. D. de condicionib. instit. *Obligatio*, l. 14. D. de nouationib. *Stipulatio*, §. ex condicionali. Instit. de verb. obligat. *Ven-* D. de in diem addict. *Condicionales Libertates*, l. 4. §. si ex die, D. de fideicomm. liber.

Condicionale Legatum vel Fideicommissum, l. 3. D. de legat. 1. l. 3. §. vlt. D. de ann. legat. l. 11. §. si fideicommissum, D. de legat. 3. *Condicionale Legatum & Purum*, opponuntur l. 41. §. 1. D. de legat. 1. l. 4. D. quando dies leg. *Condicionalia Legata*, l. 1. §. si in annos, & l. 65. §. 1. D. ad Leg. Falcid. l. 1. §. si legata, D. si cui plus. *Condicionaliter Stipulari*, l. 9. §. qui stipulatur, D. de solutionib.

Condvcere, *Cenacula*, l. 30. D. locati. *Domum*, l. 11. §. solutam, D. de pigner. act. *Fundum*, l. 29. D. quib. mod. vsusfr. amit. l. 19. D. de adquir. vel omitt. *Fundum Fruendum*, l. 1. §. vlt. D. si ager vectig. *Habitationem in Annum*, l. 19. §. si quis cum, D. locati. *Hospitium*, l. 29. D. de dam. inf. l. 15. §. vlt. D. ex quib. caus. maior. *Insulam*, l. 30. D. locati. *Nauem, vt de Prouincia Cyrenensi Aquileiam nauigaret*, l. 61. §. 1. D. eo. tit. l. 1. D. de præscrip. verb. *Possessiones à Fisco*, l. 47. §. vlt. D. de iure fis. *Seruum Mulionem*, l. 60. §. seruum, D. locati. *Superficiem, ad Tempus, vel nõ ad Modicum Tempus*, l. 1. §. quod ait, D. de superfic. *Tabernam, Horreum, Pergulam, Armarium, Officinã*, l. 19. §. nam vbi, D. de iudiciis. *Vehiculum, vt Onus tuum portaret*, l. 60. §. vehiculũ, D. locati.

Conducere Mancipia vehenda, l. vlt. D. de Lege Rod. *Merces exuehendas*, l. 5. D. ad exhibend. *Mulierem vehendam Naui*, l. 19. §. si quis mulierem, D. locati. *Onus vehendum*, l. 13. §. 1. D. eo. tit. *Res perferendas*, l. 3. §. 1. D. nautæ caupo.

Conducere Columnam, Dolium, Tignum Trãsportanda, l. 25. §. qui columnam, D. locati. *Vinum de Campania Transportandum*, l. 11. §. qui vinum, D. eo. tit.

Conducere Balineum præstandum, l. 58. §. vlt. D. locati. *Domum Faciendam*, l. 59. D. locati. *Faciendum quid*, l. 48. D. locati. *Riuum Faciendum*, l. vlt. D. locati.

Conducere Operas, l. 1. D. de æstimator. l. 19. §. vlt. D. locati. *Seruum Docendum*, l. 13. §. si quis seruum, D. eo. tit. *Seruandum Aliquid*, l. 19. D. commodati. *Vitulos pascendos, Sarciendum quid, Poliendúmve*, l. 9. §. Celsus, D. locati.

Conductum habere Cenaculum, l. 1. §. si filiusfa. D. de his qui effuder. vel deiecer. *Conductum habere fundum certo pretio alternis annis*, l. 35. §. 1. D. locati. *Cõductum habere à Municipibus*, l. 1. §. 1. D. vt in flum. pub. *Ad tempus habere Conductum*, l. vlt. D. si ager vectig. *Conductam habere Tabernam vel Officinam*, l. 19. D. de iudiciis. *Conducta habere Vectigalia*, l. 3. D. de Sc. Silan. l. 16. D. de verb. signif. *In Conducto habitare*, l. 1. §. habitare, D. de his qui effuder. l. 5. §. domum, D. de iniuriis. *In Conducto fundo aliquid necessario, vel vtiliter Augere*, l. 55. §. 1. D. locati. *Ex Conducto Locato Actio*, l. vlt. §. 1. D. de lege Rod. quibus autem casibus *Ex cõducto Actio* Cõductori detur vide l. 15. D. locati. *A me Conductus vsusfructus*, l. 29. D. quib. mod. vsusfr. *Cõductor Apothecæ*, l. 5. §. si horrearius, D. de his qui effud.. *Domus*, l. 60. D. locati. *Diuersorum Portuum*, l. 3. de indulgent. deb. dom. in Cod. Th. *Fundi*, l. 54. §. inter, D. locati. *Horreorum*, l. 56. D. locati. *Operis*, l. 13. §. si lege, & l. 36. D. locati. *Perficiendi Operis*, l. 2. §. idem, D. de administr. rer. ad ciuit. *Prædiorum*, l. 40. §. seruus, D. de statuli ber. *Vectigalis*, l. 2. §. vlt. D. de admin. rer. ad ciuit. l. 68. §. 1. D. de fideiusso. *Villæ*, l. 11. §. vlt. D. locati, *Conductorem Repellere*, l. 59. D. de vsufr. *Conductio Fundi*, l. 18. D. locati. *Vectigalis*, l. 47. D. de iure fis. *In Cõductione remanere*, l. 13. §. qui impleto, D. locati.

Cõduci Aqua in vnum locum, l. 3. §. si aqua, D. de riuis, & apud Pallad. lib. 1. de re Rust. Tit. 16.

Conferre, in commune redigere significat. Sic *Conferre Pecuniam & Operam*, l. 1. C. pro socio. *Operæ, plus Industriæ, Pecuniæ, in Societatem*, l. 6. D. de collat. bon. *Cõferre in Mediũ Bona*, l. 2. §. vlt. l. 3. §. Iulianus, D. de collat. bon. *Conferre Dotẽ fratribus*, l. 1. & l. 3. C. de collat. l. 23. D. si quis omissa cau. *Conferre in Medium Dotem*, l. 4. C. eo. tit.

Conferri in Commune, l. 1. §. nec Caſtrenſe, D. de collat. bonor. Vnde *Collatio*, inter fratres ſororéſque facta ſucceſſionis cauſa, bonorum contributio, Tit. de Collatio. bonor. & de Collatio. dot. D. & de collationib. C. l. 20. §. videamus, D. de bonor. poſſ. contr. tab. l. 6. D. ſi tabul. teſt. l. 39. §. 1. D. famil. erciſc. l. 6. C. de inoff. teſt.

Aliâs *Conferre*, Contribuere eſt, l. 22. D. de dam. infec. Sic *Conferre in Funus*, l. 16. l. 20. l. 23. l. 27. & l. 30. §. vlt. D. de religioſ. l. 78. D. de iur. dot. *Pecuniam*, l. 5. D. de cenſib. *Sumptus ad refectionem Ædificij*, l. 4. C. de Ædific. priuat. Si *Vinum alius contulerit, alius Mel*, l. 7. §. voluntas, D. de adquir. rer. do. Sic *Conferri Agri à vicinis ad Viam vicinalem*, l. 3. D. de locis, & itinerib. public. *Collatio* quoque fieri dicitur à vectoribus, nauis Leuandæ gratia, l. 2. §. ſi conſeruatis, & §. ſi res quæ, l. 4. §. poteſt, & l. 5. D. de L. Rod. de iac. Quæ & *Contributio* dicitur, l. 1. & l. 3. D. eod. tit.

Conferre etiam, tribuere, largiri, & erogare, ſignificat. Ita *Conferre Beneficium in Mulierem*, l. 50. D. de ritu nupt. *Conferre Donationem*, l. 2. C. de crimine ſtell. l. 9. l. 11. & l. 15. C. de don. inter vir. & vxor. *Conferre Donationem in Maritum*, l. 13. D. de donat. inter vir. & vxor. *Conferre Donationes*, l. 5. C. ad Leg. Falcid. *Conferre per Donationem in Vxorem*, l. 68. D. de legat. 2.

Conferre in Arbitrium alterius, l. 11. §. ſi ita, D. quod vi aut clam. *Conferri in Arbitrium*, l. 1. D. de legat. 2. l. 46. §. 1. D. de fideicomm. libert. l. 7. D. de contrah. empt.

Collata Condicio in alicuius Perſona, l. 8. D. ſi quis omiſſa cau. *In Arbitrum*, l. 13. D. de adquir. vel omitt. *In Futurum*, l. 71. D. de heredib. inſtit. l. 16. §. vlt. D. de iniuſto rup. *Collata in alterius factum inſtitutio*, l. 23. §. vlt. D. de hered. inſtit.

Collata Liberatio in Perſona, l. 37. §. vlt. D. de oper. libert. *Libertas in Longum Tempus*, l. 4. §. 1. D. de ſtatuliber. *Obligatio*, l. 5. C. ſi quis alt. vel ſibi, *Obligatio ſub Condicione & in Diem*, l. 8. D. de verbor. oblig. *In Diem, In Condicionem, In Caſum*, l. 59. D. de reb. cred. *Penes ſe Emptio*, l. 35. D. de minorib.

Conferre in Tabulas, l. 35. D. de teſt. milit. *Collata Legata in Tabulis*, l. vlt. D. de iure Codicillor.

Conferri in Tempus mortis, l. 46. §. 1. D. de verb. obligationib. *Collatus in mortis tempore Sermo*, l. 88. D. de legat. 3. *Collatum in tempus mortis Fideicommiſſum*, l. 114. §. apud, D. de leg. 1. *Collata pacta in Tempus*, l. 13. D. de pact. dotalib. *Collata verba in Præteritum*, l. 27. §. Titius, D. de liberat. leg. *Collatæ in vnum Clauſulæ*, l. 6. D. iudic. ſol.

Conferre in aliquem iumenta Donationis liberalitate, l. 10. & l. 13. C. de donationib. ante nupt. *Conferre in Filium Facultates, Donationibus*, l. 87. §. Imperator, D. de legat. 2. l. 4. C. de his qui numero. *Partem bonorum, Donationis cauſa*, l. 3. §. filium, D. de admin. rer. l. 11. C. de donationib. *Conferri Donatio in Patronã*, l. 50. D. de legat. 2. *Portio in Nepotis perſonã*, l. 76. §. pater, D. de leg. 2. *Collata donatio in Filium*, l. 23. §. ſeruum, D. de fideic. libert. *In Vxorem*, l. 18. C. de donat. int. vir. *Collata Donatio in te*, l. vlt. C. ſi aduerſ. credit. *Collatæ Donationes in Vxorem*, l. 15. §. ex donatio. D. ad Leg. Falcid.

Collata Donatio in caſum, l. 19. D. de reb. credit. *In Tempus*, l. 32. §. ſi ſponſus, D. de donat. inter vir. & l. 12. D. de iure dot. *Collata Stipulatio in Diem*, l. 10. D. ſi quis cautionib.

Collata Inſtitutio in Seruum, l. 48. §. vlt. D. de hered. inſtit. *Pars in Exterum*, l. 67. §. ſi duos, & §. ſed & ſi fundum, D. de legat. 2. *Collatæ Voluntates in Ciuitates*, l. 3. §. vlt. D. de pollicitationib. *Collatum ab Vxore in Maritum*, l. 40. D. de donat. int. vir. *Collata in ſinu ſerui in fraudem fiſci*, l. 16. §. Ariſto, D. qui & à quib. man.

Conferre Libertatem in aliquem, l. 7. C. de Teſtam. manumiſſ. *Secreta voluntatis*, l. 3. C. de codicill. *Supremum Iudicium in Fratrem*, l. 40. §. vlt. D. de pactis.

Conferri Compendium, l. 3. C. de donat. quæ ſub modo. *Honor & Munus in aliquem*, l. 1. §. ſolent, D. quando appellan. ſit.

Conferri Pœna in Præteritum vel in Futurum, l. 12. D. de condic. & dem.

Conferri in perſonam Iniuria, l. 18. §. vlt. D. de iniuriis.

Conferre Societati, id eſt vtilis eſſe, l. 29. D. pro ſocio.

Conferre ſe in aliam prouinciam, l. 1. C. vbi cauſa ſtat. *In Numerum Hoſtium*, l. 5. §. 1. D. de cap. minut. *Conferri Moduli cum Opere*, id eſt Comparari, l. 8. §. ſed vt, D. de oper. no. nunt. *Conferenda erit Quantitas*, id eſt comparanda, l. 20. D. de manum. vind.

Collatio Tributorum, Vectigalium, aliarúmque functionum, dicitur l. vlt. §. patrimoniorum, D. de munerib. & honor. l. 8. §. muneris, & l. 11. D. de vacat. muner. l. 27. §. ſi quid cloacarij, D. de vſufructu. Sueton. in Nero. cap. 38. *Collationibúſque non receptis modò, verùm & efflagitatis, prouincias priuatorúmque cenſus penè exhauſit.*

Collatio

Collatio Prædiorum, l. 11. D. de vacat. & excusat. *Collationes Prædiorum*, l. 14. §. 1. D. de munerib. & honorib.

CONFESTIM, id est *Statim*, l. 56. §. qui ita, D. de verbor. obligat. l. 9. l. 37. & l. vlt. D. de fideicomm. libert. l. 43. D. de test. milit. In Senatusconsulti autem Tertylliani quæstione, vti vox hæc accipienda sit, vide in l. 2. §. confestim, D. ad Sc. Tertyll.

Confestim, & ex Interuallo, opponuntur, l. 51. D. ad L. Aquil. vt *Confestim*, & *Interiecto Tempore*, l. 52. §. fideiussores, D. de fideiussorib. & *Confestim, ac post Tempus*, l. 55. §. qui fideicommissum, D. ad Sc. Trebell. *Confestim Agere*, l. 18. D. de fideiussorib. l. 61. D. de procurator. *Petere*, l. 72. D. eod. tit. *Proficisci & Discedere*, l. 19. D. de iudiciis.

CONFICERE *Negotium*, l. 46. D. de negot. gest. *Quod facturum se Promiserit*, l. 137. §. cùm ita, D. de verb. oblig. *Instrumenta Emptionum suo nomine*, l. 58. §. filius, D. de donat. int. vir. & vxor. *Rationes*, l. 30. D. mandati. *Testamenta*, l. 4. C. de curat. furios.

Conficere sibi Vestimenta, ex Lana, l. 31. D. de donationib. inter vir. & vxor. *Species Vestis*, l. 18. §. vlt. D. de auro arg. *Confici Stipulatio*, l. 1. D. de verb. obligat. *Confectum Compromissum*, l. 14. D. de recep. qui arbit. *Testamentum*, l. 45. §. Romæ, D. de excusationib.

CONFIDEIVSSOR, qui simul cum alio, fideiussit, l. 10. l. 39. & l. 48. D. de fideiussorib. l. 23. & l. 27. D. de pact. Sic *Consponsor* apud Cicer. Epist. 19. lib. 6. Familiar.

CONFINES *Fundi*, id est, vicini & iisdem finibus se inuicem attingentes. l. 54. D. de legat. 2.

Confinem Agrum, Emere, l. 1. §. illud labeo, D. de aqua cottid. *Possidere*, l. 63. §. vlt. D. de contrah. empt. *Confinis Fons fundo*, l. 20. §. vlt. D. de seruit. præd. rust.

Confinem suum in vendendo prædio celauerit, l. 35. §. vlt. D. de cõtrah. empt. Sic *Confinem suum*, pro vicino, Martial. lib. . Epigram. Planè in Vrbanis Prædiis, *Confines*, non dici, sed magis *Vicinos*, ait Paul. in l. 4. §. hoc iudicium, D. fin. regundor. *Confines fundi plurium Fundorum*, l. 4. §. non solùm, D. finium regundorum. *Confinia duo Prædia*, l. 29. D. de seruit. præd. rustic. *Confinia Templa*, Ouid. lib. 1. de Arte aman.

CONFINIVM *Prædiorum*, l. 35. §. 1. D. de legat. 3. l. 4. §. vlt. D. fin. regund. *Si in Confinio fossa sit*, l. 2. §. præterea, D. de aq & aq. plu. *In Confinio meo*, l. 5. D. finium regund. *Confinium* porrò non intelligitur si via publica fluménve interuenerit, d. l. 4. §. vlt. D. finium regund. *Confinium* etiam in prædiis rusticis duntaxat dici, non in vrbanis, ibidem traditur. *In Confinio Arbores*, vel *Ædificium ponere*, l. 2. D. fin. regund.

Propè *Confinium posita Arbor*, l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. do. *Arbor in Confinio nata*, l. 83. D. pro socio, l. 19. D. comm. diuid. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Queis nonnulla nomina in vtraque Lingua habent radices, vt Arbores quæ in Confinio natæ in vtroque agro serpunt. Si in Confinio Lapis nascatur*, l. 8. D. de adquir. rer. do.

Vt autem *Confinium*, ita *Trifinium* Veteres dicebant quotiens in eũdem locum triũ possessionum fines concurrebant, vt in auctoribus de limitib. legimus.

CONFIRMARE *Acceptilationem*, l. 72. D. de fideiussorib. *Codicillos*, l. 22. §. qui codicillos, D. de Lege Corn. de fals. *Iudicium*, l. 1. C. de codicillis. *Statum Liberorum*, l. 57. §. vlt. D. de ritu nupt.

Confirmari Adoptio non iure facta, l. 29. & l. 34. D. de adoptionib. Corpus, l. 1. D. quod cuiusc. viuers. *Nuptiæ*, l. 38. §. idem Pollioni, D. ad L. Iul. de adulter. *Obligatio, aditioni hæreditatis*, l. 95. §. Aditio, D. de solutionib. *Pactum*, l. 5. D. de pactis. *Testamentum, Aditione hereditatis*, l. 18. D. de stipulat. seruor. *Tutores*, Rubr. de confir. tut. & curat. D. & C.

Confirmati codicilli, dicuntur qui Testamento auctoritatem & vim acceperunt, l. 30. D. de legat. 1. l. 35. §. vlt. l. 41. §. codicillis, D. de legat. 3. l. 43. D. de manumiss. test. l. 123. D. de verbor. signific.

Confirmata Libertas, l. 5. C. de donationib. *Cõfirmatis Tabulis per Aditionem hereditatis ex Testamento*, l. 11. §. 1. D. ad Sc. Trebell.

Confirmatio Adoptionis, l. 34. D. de adoptionib.

CONFISCARI *Bona* dicuntur, quæ in fiscum coguntur, l. vlt. §. penult. D. de bon. eor. l. 3. C. de re milit. lib. 12. Sic *Confiscari Hereditates*, dixit Sueton. in Domitiaon cap. 13. Sed & *Confiscari Reus* dicitur, cuius bona publicantur, l. 9. §. penult. D. de tutel. & rat. distr. l. vlt. C. de debit. Sueton. in Augusto cap. 5. *Deuictisque his, & Confiscatis, promissa veteranis præmia soluerentur.*

CONFITERI *Crimen intelligitur qui paciscitur*, l. 15. D. de his qui notantur infam.

Confiteri de intentione aduersarij, l. 9. D. de exceptionib. *Confiteri in se*, l. 1. §. si quis vltrò, D. de quæstionib. *Voce propria Scelus*, l. 2. C. quor. appellat.

CONFESSVS, l. 40. §. 1. D. de pactis, *Cõfessus in Iudicio*, l. 4. D. ad Leg. Iul. maiest. *Confessus Reus*, l. vlt. D. de bon. cor. *Confessus in Homicidio & Incẽdio*, l. 6. §. vlt. D. de interdict. & relegat. Capitolin. Anto. Pio vt *etiã Paricida confessus in Insula deserta poneretur. Pro Cõfesso haberi*, l. 9. §. nũc videndum, D. de minorib. *Confessi Debitores*, Paul. lib. 5. Sent. Tit. 5. *Confessum Nomen, quod non est in Controuersia*, l. 15. §. sic quoque, D. de re iud.

CONFESSIONEM Quintilian. Declamatio. 313. ait accipiendam *qualemcunque contra se pronuntiationem.*

CONFESSORIA *Actio*, quæ aduersus confitentem datur de Damno dato, l. 23. §. vlt. l. 25. §. 1. D. ad Leg. Aquil. Sic quoque appellatur ea Actio, quæ ex alicuius ad interrogata responsione competit, l. vlt. D. de interrogat. in iur. fac.

Confessoria Actio, de Seruitute competens, qua seruitutes vindicantur. Datur enim ei qui Seruitutem sibi competere intendit, l. 2. & l. 4. §. 1. D. si seru. vindic. l. penult. & vlt. D. si vsusfr. pet. §. æquè Instit. de actionib. Hæc actio ferè adfirmatiuis verbis concipitur. Interdum tamen & negatiuis vt in specie, l. 4. §. vlt. & l. 6. D. si seruit. vindic.

CONFLARE *Argentum*, l. 7. §. voluntas, D. de adquir. rer. do. *Lancem*, l. 22. D. depositi. *Statuas*, l. 5. D. ad Leg. Iul. maiest.

Conflata Massa, l. 19. D. comm. diuid. *Conflatum Aurum*, l. 49. §. vxori, D. de legat. 2. *Vas*, l. 7. §. cùm quis, D. de adquir. rer. dom. *Conflato Ære meo & Argento*, l. 12. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.

CONFLICTVS, *Criminis*, l. 17. C. de his qui accus. non poss.

CONFLVERE *In vnius personam Obligatio*, l. vlt. §. vlt. D. de nouationib.

CONFINGERE *In se Homicidium*, l. 1. §. si quis vltro, D. de quæstionib.

CONFRINGERE *Fores Ædificij*, l. 27. D. ad L. Aquil. *confractæ Arbores*, l. 24. §. Item apud, D. de dam. inf.

CONFVGERE *ad Ædem Sacram*, §. 1. Instit. de his qui sui, vel al. *Ad Auxilium Commune*, l. 3. §. vlt. D. rat. rem hab. *Ad Ecclesias*, l. 1. C. de his qui ad Eccles. *Ad Iustam Defensionem*, l. 11. §. quæ propter, D. ad L. Iul. de adulter. *Ad Statuas*, l. 1. §. 1. D. de offic. præsid. l. 5. D. de extraord. criminib. l. 1. §. 1. D. de off. præf. vrb. l. 1. C. de his qui ad statuas. §. 1. Instit. de his qui sui vel alie. *In Fidem*, l. 5. D. de manumissionib.

CONFVNDI dicitur quod alij ita commiscetur, vt deduci & separari non possit, aut certè difficilis sit eius separatio, l. 3. §. vlt. l. 4. & l. 23. §. item ea. D. de rei vindic. §. si duorum, Instit. de diuisio. rer. Sic *Confusas Materias*, accipe in l. 7. §. voluntas, D. de adquir. rer. do. l. 5. §. sed si, D. de rei vind. *Massam*, l. 27. D. de adquir. rer. do. Sic *Cõfundi Dos cum Bonis*, l. 8. C. de collat. *Fructus cum vsu*, l. 14. §. vlt. D. de vsu & habit. *Fructus & Quarta portio Mercedis*, l. 7. §. Papinianus, D. solut. matr. *Legatorum Ratio*, l. 11. §. quæsitum, D. ad L. Falcid. *Partes*, l. 1. §. si coheredis, D. ad Leg. Falcid. *Reditus duorum Prædiorum*, l. 191. §. Titio, D. de legat. 1. *Semisses*, l. 87. §. qui filium, D. ad Sc. Trebell. & contrà, *non Confundi Pœna*, l. 34. §. si is cui, D. de oblig. & act.

Confusio Bonorum, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 9. *Calculi*, l. 11. §. si filio, D. ad Leg. Falcid. *Rei cum Pecunia*, l. 26. §. si centum, D. de condict. indebiti. *Confusionem facit Ferruminatio per eandem Materiam*, l. 23. §. item quæcumque, D. de rei vind.

Confundere Obligationes Adeundo, l. 29. §. vlt. D. de iure fis.

Confundi autem *Obligatio* dicitur, quoties in eãdem personam & Debitoris & Creditoris ius deuenit, id est, cùm vel Debitor Creditori, vel contrà, Creditor Debitori heres existit, l. 21. §. cùm & tu, l. 50. & l. 71. D. de fideiussorib. l. 6. & 14. C. ad Leg. Falcid. l. vlt. C. de contra. iud. tut. l. 5. C. de heredit. actio. *Cùm quis debitori suo heres existit confusione Creditor esse desinit*, l. 2. §. cùm quis, D. de hered. vel act. *Si Debitor Creditori heres existat, Confusione liberatur*, l. 1. §. si debitor, D. ad Leg. Falcid, *Si Debitor heres Creditori exstiterit, Confusio hereditatis, peremit petitionis Actionem*, l. 75. D. de solutionib. *Aditione hereditatis confundi obligatio*, l. 59. & l. 80. D. ad Sc. Trebell. *Aditione hereditatis, Confusione obligationis eximitur persona*, l. 71. D. de fideiussor. *Porrò vbi successit Creditor Debitori, velut solutionis iure sublata obligatione, etiam Mandator liberatur: vel quia non potest pro eodem apud eundem quis Mandator esse. Quod si Creditor Fideiussori heres fuerit, vel Fideiussor Creditori, Cõfusione obligationis non liberatur Reus*, l. 71. D. de fideiussorib. *Si duo sunt Rei promittendi & alter alterum heredem scripsit, Confunditur obligatio. Sed & si fideiussor Reum heredem scripserit, Confundetur Obligatio*, l. 93. D. de solutionib. *Aditio hereditatis non-*

nunquam

numquam iure Confundit obligationem: veluti, ſi Creditor Debitoris, vel contrà, Debitor Creditoris adierit hereditatem: aliquando pro Solutione cedit: ſi forte qui Pupillo ſine Tutoris auctoritate nummos crediderat, heres ei exſtitit, l. 95. §. aditio, D. de ſolut. *Confuſione perinde extinguitur Obligatio ac Solutione*, l. 21. D. de liberat. leg. Nam, vt ait Paulus in l. 41. D. de euictionib. *Cùm debitor Creditori ſuo heres exſtiterit, ratio quædam inter Heredem & Hereditatem ponitur: & intelligitur maior hereditas ad Debitorem peruenire: quaſi ſoluta pecunia quæ debebatur hereditati: & per hoc minus in bonis heredis eſſe. Et ex contrario, cum Creditor Debitori ſuo exſtitit heres, minus in hereditate habere videtur, tanquam ipſa Hereditas Heredi ſoluerit.*

Et ita *Confuſionis iure Liberatum*, ait l. 71. D. de fideiuſſorib.

Eodémque ſenſu *Confuſam Actionem*, accipe l. 17. D. de his quæ vt indig. l. 58. D. ad Sc. Trebell. & *Confuſas Actiones*, l. 8. D. de his quæ vt indign. l. 87. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. l. 7. C. de bon. auct. iud. l. 6. C. ad L. Falcid. l. 3. C. de fideicommiſſ. *Ob Aditam hereditatem Actionibus Confuſis*, l. 18. §. 1. D. de his quæ vt indign. Sic & *Confundi Petitionem*, ait l. 6. C. de heredit. act. *Confuſione extingui Actionem pro portione*, l. vlt. C. de contrar. iud.

Similique modo *Confunduntur Seruitutes*, cum idem vtriuſque Prædij & quod ſeruit, & cui ſeruitus debetur, dominus fit, l. 1. & l. 15. D. quemad. ſeruit. amitt. l. 7. D. de fundo dot. l. 38. §. vlt. D. de legat. 1. l. 18. D. de ſeruitutib. l. 18. §. 1. D. de his quæ vt indign. *Si quis Ædes quæ ſuis Ædibus ſeruirent, cùm emiſſet, traditas ſibi accepit, Confuſa, ſublatáque Seruitus eſt*, l. 30. D. de ſeruit. præd. vrban. *At ſi partem prædij nanctus ſum, quod mihi, aut cui ego ſeruiam, non Confundi ſeruitutem placet: quia pro parte Seruitus retinetur*, d. l. 30. §. 1.

Pari modo, *ſi Fructuarius Proprietatē adſecutus fuerit, deſinit Vſusfructus ad eum pertinere, propter confuſionem*, l. 4. D. vſufructuar. quemad. cau.

Sed & ſi *Fructuariū Dominus proprietatis heredem ſcripſerit, Cōfuſio fit Vſusfructus*, l. 6. D. de manum. teſt. *Si Seruus in quo Vſusfructus alienus eſt noxæ dedatur à Domino proprietatis Vſufructuario, liberabitur: Confuſa Seruitute, Proprietatis comparatione*, l. 27. D. quib. mod. vſusfr. amitt. *Siue fundus legatus fundo Heredis Seruitutem debuit, ſiue ei Fundus Heredis, Confuſione Dominij, Seruitus exſtinguitur*, l. 116. §. vlt. D. de leg. 1.

Confuſè conſtitutum pretium, l. 36. D. de ædilic. edict.

CONGERERE *Stercus in Aream*, l. 5. §. Item Celſus, D. ad exhibend. *congeri quæ Refectioni ſunt neceſſaria*, l. 5. D. de itin. actúque. *Terram*, l. 57. D. locati.

Congeſtio Terræ, d. l. 57. D. locati.

CONGREDI, iudicio Conſiſtere ſignificat. Ita *Congredi Creditores*, ait l. 1. D. de ſucceſſ. edicto. *Congredi cum Venditore*, l. 2. C. de ædilic. actionib. *Congredi cùm Aliquo*, l. 5. C. mandati, *Contra Aliquem*, l. 2. C. ſi mater indemnitat. *Congredi in Iudicio*, l. 3. C. quib. res iudic.

CONGRVERE, id eſt conuenire. Sic *Congruit Bono & graui Præſidi*, l. 13. D. de offic. præſid. *Congruit Dicto Scriptum*, id eſt conſentit, l. 77. §. cùm imperfecta, D. de legat. 2. *Congruit cum his*, l. 67. §. ſi omiſſa, D. de legat. 2. *Congruit Rationi*, l. 88. D. ad Leg. Falcid. *Cui Sententiæ Congruit Ratio*, l. 3. D. de vſufr. adcreſ. *Congruit Voluntas*, l. 104. D. de leg. 1. *Congruere Mulieris Pudicitiæ*, & patris *voto*, l. 22. §. cùm proponeretur, D. ad Sc. Treb. *congruere ſummis*, l. 1. §. ſi ſtipulanti, D. de verb. obig. *Congruens eſt*, l. 4. §. antequam, D. de offic. proconſ.

Congruens Interpretatio, l. 20. §. præter, D. de hered. petit. *Reſponſio*, l. 12. D. de obligat. & act. *Reſponſum*, l. 15. C. de tranſactionib. *Iuri ac debitæ Religioni Sententia*, l. vlt. C. de crim. ſtellionat. *Sexui Pudicitia*, l. 1. §. ſecundum, D. de poſtul. *Congruenti Moderatione*, l. 1. C. ſi adueſſ. donat. *Pœna Coërceri*, l. 4. C. de decurion. *Viſciſci*, l. 1. C. ſi ſeruus. *Congruentes Honores*, l. 15. D. de munerib. & honor. *Congruentibus Muneribus Fungi*, l. 1. D. de decurionib.

Congrua Sententia, l. 31. §. 1. D. de donationib. *Vltio*, l. 18. C. de his qui accuſ. non poſſ.

Congruum Arbitrio, l. 4. D. de in lit. iur. *cum Iuris & æquitatis Ratione*, l. vlt. D. de offic. præfect. prætor. Afr. *Congruum Fidei humanæ*, l. 1. D. de pact. *Humanæ Naturæ*, l. 65. §. ornatricibus, D. de legat. 3. *Rationi*, l. 12. §. codicillis, D. de captiu. *Reuerentiæ paternæ*, l. 50. D. ad Sc. Trebell. *Solertiæ*, l. 1. C. ſi maior factus. *Voluntati*, l. 25. D. ad Sc. Trebell.

Congruè Reſpondere, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 3. *Congruenter Reſpondere*, l. 1. §. eadem, D. de verb. obligat. *Congruentius videtur*, l. 4. C. de patria poteſt.

CONIICERE *vina in Dolia*, l. 15. §. vlt. D. de tritico, vino.

Coniicere Cauſam, Afranius Materteris apud Non. Marcell. *Cauſam Coniicere hodie ad te volo.* Agellius lib. 5. cap. 10. *Et cum ad Iudices Coniiciendæ conſtituendæque controuerſiæ gratia veniſſet.* Ex quo, *Cauſæ coniectio*, in l. 1. D. de diuerſ. reg.

Coniici in vincula, l.3. D. de custod. & exhibit.

CONIECTVRA *Pietatis*, l.102. D. de condic. & demonstr. *Voluntatis*, l.78. §.1. D. de legat. 2. & l.12. §. sed & ipse, D. de instr. vel instr.

Coniectura Capi, l. 8. D. de publiciana. *In eo quod Tempore atque facto finitum est, nullus est Coniecturæ locus*, l.137. §. cùm ita, D. de verbor. oblig.

CONIVNGERE *Matrimonio*, l.13. C. de postlim. reuers.

Coniungi Matrimonio, l.16. C. de nuptiis. *Coniuncta filia ei, cuius Nuptiis ei interdictum sit*, l. 10. D. de condic. & demonst.

Sed & *Coniungi* sibi dicuntur, qui aliquo Cognationis gradu sibi iunguntur, §. eius verò instit. de Nuptiis, §. itaque instit. de legit. adgnat. tut.

Coniungi Iuaicia, l.23. §. vlt. D. de liber. cau.

Coniuncti Notitia, l.225. D. de verbor. signif. *Coniuncti per virilis sexus Cognationem*, Instit. de legit. adgnat. tut. *Coniuncta Persona & Extranea*, opponuntur l.2. C. de litigios. *Coniuncta per Adoptionem personæ*, l. 1. §. vlt. D. de ritu nupt. *Coniuncti Re & Verbis*, l. 142. D. de verb. signif. *Coniuncti in Legato*, l.94. D. de legat. 3. l. 1. D. de vsufr. acer. & ita *Coniunctos* accipe in l. 34. D. de legat. 1.

Coniunctio autem in Legatorum datione triplici modo intelligitur. Aut enim per se Cõiunctio cõtingit: aut RE *& Verbis: aut Verbis tantùm: nec dubium est quin Coniuncti sint, quos & Nominum & Rei complexus iungit*, l. 142. D. de verbor. significat. *Coniunctionis ius ex diuersis Testamentis non Contingit*, l. 16. D. quib. mod. vsusfr. *Re Coniuncti videntur, non etiam Verbis, cùm duobus separatim eadem res legatur, in hunc modum, verbi gratia, Titio Fundum lego: eundem Fundũ Sempronio lego*, l.89. D. de legat. 3. & l. 3. §. 1. D. quib. mod. vsusfr. amitt. *Verbis Coniuncti sunt, non etiam Re, qui eadem oratione, partibus factis, coniunguntur, veluti, Titio & Seio fundum Æquis partibus lego*, d. l.89. & d. l. 3. §. 1. Vtroque modo Coniuncti sunt, quibus ita legatur, *Titio & Seio Fundum Lego*, d. l.142. & l. 3. §. 1. D. quib. mod. vsusfr. amitt. *Coniunctim Heredes institui, aut Coniunctim Legari, hoc est, totam Hereditatem, & tota Legata singulis data esse: Partes autem Concursu fieri*, l. 80. D. de legat. 3. l. 8. D. vsusfr. quemadm. caueat. *Nihil distat, vtrum ita Legetur, Titio & Mæuio: an ita, Titio cum Mæuio. Vtrubique enim Coniunctim Legatum videtur*, l.36. §. nihil, D. de legat. 1. *Coniunctim cum aliquo Institutus*, l.59. §. cùm quis, D. de hered. instit. *Coniunctim heredes scribere*, l.20. §. libertus, D. de bon. libert.

Coniunctim datum Legatum, d. §. libertus, *Coniunctim Legatum*, l.3. §. hoc autem, D. de legat. præst. *Coniunctim duobus dari Semis*, l. 59. §. Titius, D. de hered. instit.

Coniunctim autem *Legare* in libris nostris vt plurimum est, RE & Verbis coniunctim legare, l. 16. l. 33. & l. 34. §. si coniunctim, D. de legat. 1. l. 1. D. de vsufr. adcresc. Nam Re coniunctis separatim & disiunctim legari potius dicitur, quàm Coniunctim, l. 1. §. interdum, D. de vsufr. adcresc. §. si eadem res, Instit. de leg. d. l. 33. D. de legat. 1. l. 63. D. de hered. instit.

Coniunctim & Partes Legare, opponuntur l.20. D. de legat. 2. *Coniunctim & Disiunctim*, adueruantur, apud Vlpian. Tit. 25. Regular. vt *Coniunctim & separatim Vsusfructus relictus*, l.1. D. de vsufr. adcresc l. vn. §. sin autem, C. de caduc. toll. *Coniunctæ duæ Tabernæ*, l.1. D. de seruit. leg. *Coniunctum in Ædificium*, l. 63. D. de donat. int. vir. *Coniuncta fundo Litora*, l.51. D. de contrah. empt.

CONIVNCTIO, interdum propinquitatem personarum significat, l.1. §. accusationem, D. ad Sc. Turpill. l. 14. C. de appellationib.

Aliàs *Coniunctio*, pro matrimonij coniunctione ponitur, l. 38. §. idem, D. ad L. Iul. de adulter. Ita *Coniunctio Filiæ*, l.11. D. de statu homin. l. 77. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. l. 7. C. de interd. matr. Sic *Coniunctio Illicita*, l. 38. §. 1. D. ad Leg. Iul. de adulter. Vnde & Nuptias, *Maris & Feminæ Coniunctionem*, definit Modestin. l. 1. D. de ritu nupt. Sic & Iustinianus, Instit. de iure natur. *Hinc descendit Maris atque Fœminæ Coniunctio, quam nos Matrimonium appellamus*. Vnde *Coniunctiones* pro Nuptiis, l.42. D. de ritu nupt. l.197. D. de diuers. regul. l.10. D. de condic. & demonst. l. 13. §. si quis vxori, D. ad L. Iul. de adulter. *Coniunctio*, etiam, de seruili contubernio vsurpatur, l.39. D. de iure. dot.

Coniunctio, pro articulo quo oratio coniungitur, l. 66. D. de hered. instit. & l. 33. D. de legat. 1. Et ita *Coniunctio & Disiunctio* opponuntur, l.28. §. vlt. D. de verb. signif. *Coniunctionem nonnumquam pro disiunctione accipi*, docet l.29. D. de verbor. signif. vt *Coniuncta sæpe pro Disiunctis accipi*, ait l.53. D. de verb. signif.

Coniuncta & Disiuncta oratio, opponuntur l.28. §. vlt. D. de verb. signif. *Coniunctè Stipulari*. l. 137. §. si vt aliquid, D. de verb. oblig.

CONLVCARE

CONLVCARE Fest. lib. 16. interpretatur succisa arbore locum luce implere: *Sublucare* verò, ramos earum supputare, & veluti subtus lucem mittere. Illo verbo vtūtur Cato, de Re rustic. cap. 139. Columella lib. 2. cap. 22. Hoc verò, Paulus lib. 5. Sentent. Tit. 6.

CONNEXVM, aut vt in Pandectis Florent. scribitur *Conexum*, dicitur, quod cohæret, coniunctúmque est. Ita, *Conexa Administratio*, l. 21. C. de neg. gest. l. 11. C. arbitr. tut. *Ratio*, l. 37. D. de administr. & peric. tut. *Conexi inter se Sanguine*, l. 1. §. post suos, D. de suis & legitim.

Conexum Ædificiis, l. 59. D. de rei vindic. *Iudicio*, l. 5. §. si tutor, D. de administr. & peric. *Si quid Conexum fuit vt separari ratio eius quod in Seruitute gestum est, ab eo quod in Libertate gessit, non possit*, l. 17. D. de neg. gest.

CONNIVENTIBVS *Oculis*, l. 14. D. de manumissionib.

CONNVBIVM, vel, vt in Pandect. Flor. scribitur, *Conubium*, est, *Vxoris iure ducendæ facultas*, quemadmodum interpretatur Vlpian. Tit. 6. Regular. qui hæc præterea adiicit, *Connubium habent Ciues Romani cum Ciuibus Romanis: cum Latinis autem & Peregrinis, ita, si concessum sit. Cum seruis nullum est Connubium. Inter Parentes, & Liberos, infinitè, cuiuscumque gradus, Connubium non est.* Seruius in lib. 1. Æneid. Ad ea verba, *Connubio iungam stabili, Connubium ait, est ius Legitimi Matrimonij.* Imp. Constantin. in l. 3. C. de incest. nupt. *Cum Ancillis non potest esse Connubium. Nam ex huiusmodi Contubernio Serui nascuntur.* Sic *Conubium esse cum alio*, l. 11. D. de diuort. *Conubium Habere*, l. 45. §. hoc caput, D. de ritu nupt. *Conubium Adimi*, l. 1. D. de concub. l. VII. §. vlt. D. de diuort. *Sine Conubio*, in Lege Dei Tit. 4.

CONNVMERARI *Dies*, l. 1. D. de adgnosc. & alend. *Non Connumerari eis*, l. 44. §. non obest, D. de ritu nupt. *Connumerari inter Liberos*, l. 14. D. de statu hominum.

CONQVIESCERE *Intentio*, l. 9. C. de postlim. reuers.

CONQVIRERE *Fugitiuos*, l. vlt. D. de offic. præf. vigil. id est, *Inquirere* & *Requirere*, vt loquitur l. 1. §. hoc autem, & l. 3. D. de fugitiu. *Fures, Latrones, Plagiarios, Sacrilegos*, l. 13. D. de offic. præsid. l. 4. §. 1. D. ad L. Iul. pecul. Traianus Plinio de Christianis agens Epist. 98. lib. 10. *Conquirēdi non sunt: si deferantur & arguuntur, puniendi sunt. Conquirere Librum*, l. 6. §. 1. D. ad Sc. Turpill. *Conquisitis vndique Fabris*, l. 137 §. item, D. de verbor. obligat.

CONSANARE, l. 10. D. de ædilic. edict.

CONSANGVINEI Fratres dicuntur de vno patre nati, vt Gaius lib. 2. Instit. Tit. 8. definit. Ex eodem Gaio lib. 3. Institut. in Lege Dei, Tit. 16. referuntur hæc, *Qui eodem patre nati sunt Fratres, Adgnati sibi sunt, qui etiam Consanguinei vocantur: nec requiritur an matrem eandem habuerint.* Ibidem ex Paulo lib. 7. Sentent. hæc adscribuntur, *Consanguinei sunt eodem patre nati, licet diuersis matribus qui in potestate fuerunt mortis tempore. Adoptiuus quoque frater si non sit emancipatus & hi qui post mortem patris nati sunt, vel causam probauerūt. Soror iure Consanguinitatis, tam ad Fratris quam ad Sororis hereditatem admittitur.* Generalius Cassius, in l. 1. §. consanguineos, D. de suis & legit. *Consanguineos* definit eos, *qui sanguine inter se conexi sunt.* Sic & Seneca in ἀποκολοκυντωσι. *Nouissimè, Fratris Filia, Sororis Filia, Generi, Soceri, Socrus, omnes planè Consanguinei.* Theophilus verò in Tit. de legit. adgn. success. Institut. οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς τεθέντες Ἀδελφοὶ, ῥωμαϊστὶ μὲν λέγονται Κονσαγγίνεοι, ἑλληνιστὶ δὲ, ὁμαίμιοι. Quo modo & Vetus Glossar. *Consanguineos*, ὁμαίμιους interpretatur. At Socrates lib. 3. Histor. Eccles. cap. 1. *Consanguineos*, ὁμοπατρίους Ἀλελφοὺς vocat. Suidas Ἀμφάτορες, οἱ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς, ἑτέρας δὲ μητρός. Et ita *Consanguineos* accipe in l. 2. D. de suis & legitim. l. 1. §. vtrum, l. 6. & l. 7. D. ad Sc. Tertyllia. *Consanguinea Soror*, l. 2. §. si sit Consanguinea, D. ad Sc. Tertyll. l. 3. C. de suis & legitim. & apud Vlpianum Tit. 27. Regular. quæ à Demosthene ὁμοπάτρια dicitur in Oratione contra Aristogiton. Huius autem vocis etymon si quis desideret, cōsulat Soranum lib. Isagoges medicin. cap. 16. Dicam & de fratribus consanguineis plura. lib. 6.

Hinc *Consanguinitas*, pro fraternitate, quæ a patre communi descendit, l. 4. D. vnde cogn. l. 44. D. de adoptio, l. 13. C. de probatio. l. 1. 2. 3. 6. C. de legitim. hered. §. ceterùm, & §. hoc etiam, Instit. de legit. adgnat. succ. Vetus Glossar. *Consanguinitas est vinculum duarum personarum ab eadem stirpe descendentium, carnali propagine contractum. Consanguinitatis* planè *Iura* à patre oriuntur, l. 4. D. vnde cognati. Nec refert eadem matre, an ex diuersis geniti sint, l. 3. C. de legit. tut. l. 1. l. 3. & l. 6. & l. 14. C. de legit. hered. l. 1. C. ad Sc. Orphitia. l. 5. C. commu. de succession. *Consanguinitatis* autem *Iura* inter se habent etiam post Mortem vel Captiuitatem patris editi: sed & Adoptiui, cum Naturalibus, l. vlt. D. vnde legitim. l. 1. §. vlt. D. de suis & legitim. l. 7. D. ad Sc. Tertyllia. §. 1. Institut. de legit. adgn. succ. *Consanguinitatis Titulus*, l. 1. C. de legitim. heredib.

CONSCINDI *Vela*, l. 6. D. de incend. rui. naufr.

CONSCISCERE *ſibi Mortem*, l. 45. §. eius, D. de iure fiſci, l. 17. §. 1. D. de ædilic. edict. & l. 32. §. ſi maritus, D. de donat. inter vir. l. 6. §. qui vulnerauit, D. de re militari. l. vlt. §. vlt. D. de bon. eor.

CONSCIVS & *Particeps*, l. 4. §. vlt. D. de noxalib. actionib. Sic, Te *Conſcio & fraudem Participante*, l. 10. §. quod ait, D. quæ in fraud. credit. *Conſcius Fraudis*, l. 1. §. in cauſa, D. de quæſtionib. *Seruorum*, l. 5. D. ſi famil. furt. feciſſ. *Conſcius nihil ad ſe Pertinere*, l. 25. §. de eo, D. de hered. petit. *Me non Conſcio*, l. 14. §. aliquando, D. quod met. cau.

Conſcientia Cædis, l. 1. §. ſi quis in bello, D. ad Sc. Sillan. *Delictorum*, l. 15. D. qui & à quib. *Fraudis*, l. 10. §. ſi quis, D. quæ in fraud. credit. *Sceleris*, l. 32. §. ſi maritus, D. de donat. inter vir.

CONSCRIBERE *Codicillos*, l. 5. C. qui teſtam. fac. *Legem*, l. 39. D. de pact. *Rationes*, l. 3. §. interdum, D. ad exhib.

Conſcribere Curatori, pro ſubſcribere, l. 1. §. idem ait, D. de ventr. in poſſ. *Conſcripta condicio*, l. 2. §. Tractari, D. ad Sc. Tertyll. *Conſcriptæ Rationes*, l. vlt. §. 1. D. de liberat. leg. *Conſcriptum Inſtrumentum*, l. 17. C. ad Sc. Velleian. l. 17. C. depoſiti. *Conſcripto Teſtamento*, l. 1. C. de vſuris.

CONSECRARE *Publicè*, l. vlt. D. vt in poſſ. legator.

Conſecratæ Res, l. 63. §. vlt. D. pro ſoc. *Publicè Conſecratæ Res*, l. 6. §. ſacræ, D. de diuiſio. rer. *Statuæ aut Imagines Imperatoris Conſecratæ*, l. 6. D. ad L. Iul. maieſtat. *Nondum conſecratæ Imagines Cæſaris*, l. 5. D. eo. tit.

CONSENTIRE *In Arbitrum*, l. 17. D. de recep. qui arbit. *In Iudicem*, l. 57. D. de re iud. *In Præſidem*, l. 15. D. de iuriſdictio.

CONSENSISSE *autem* videntur qui ſciant ſe non eſſe ſubiectos Iuriſdictioni eius, & in eum conſentiant. Cęterùm ſi putent eius Iuriſdictionem eſſe, non erit eius Iuriſdictio. Error enim Litigationum non habet Conſenſum, l. 2. D. de iudic. *Non videtur in Iudicem Conſenſiſſe, qui edi ſibi genus apud eundem deſiderat Actionis*, l. 33. D. de iudic. *Non Conſentiunt qui errant*, l. 15. D. de iuriſdictio. *Non videtur Conſentire Furioſus, qui ſentire non poſſit*, l. 8. §. vnius, D. de opt. leg. *Conſentire poteſt Surdus*, l. 48. D. de oblig. & action.

Conſenſiſſe nonnunquam is demum accipitur qui nominatim & expreſſis verbis idipſum teſtatus eſt. Interdum & is qui non contradixit: veluti in eo, quod dicitur, filiam patri de dote agenti Conſentire debere, *Conſentire videtur Filia, niſi euidenter contradicat*, l. 2. §. voluntatem, D. ſol. matr. In conſtituendis quoque Sponſalibus Filiæ, Pater, niſi euidenter diſſentiat, conſentire intelligitur, l. 7. §. vlt. D. de ſponſalib.

Conſentire in vnum, l. 1. D. de pact. *Animus vtriuſque Conſentit*, l. 55. D. de obligat.

Conſentire Pignori, l. 9 §. vlt. D. quib. mod. pign.

Conſentire venditioni Pignoris Creditor, l. 7. D. quib. mod. pign. *Conſenſiſſe* autem vti intelligatur Creditor Debitori, explicat, l. 8. §. non videtur, D. eo. tit.

Conſentire ad Diuortium, l. 45. §. deinde, D. de ritu nupt. *Ad Redhibendum*, l. 31. §. Marcellus, D. de ædilic. edic.

Conſentirè Filiæ, l. 7. §. vlt. D. de ſponſalib. *Matrimonio*, l. 34. D. de ritu nupt. *Nuptiis*, l. 48. D. de ritu nupt. l. 48. D. de oper. libert. l. 12. §. medio, D. de captiu. *Obligationi*, l. 5. C. ad Sc. Velleian. *Patri*, l. 3. §. ergo, D. de minorib. *Tranſactioni*, l. 8. C. de ingen. manum. *Viro prædia in dotem danti*, l. 11. D. quib. mod. pignus.

Conſentire in Corpore, l. 21. §. 1. D. de action. emp. *Conſenſum in Corpus*, l. 9. §. vlt. l. 11. & l. 15. D. de contr. empt

Conſentiunt omnes, l. 1. §. ſerui, D. ſi ex noxali cau. *In hanc ſummam omnes Conſenſerunt*, l. 27. §. ſi plures. D. de recept. qui arbitr. *Omnes Auctores de hoc Conſenſerunt*, l. 1. §. interdum, D. de vſufr. adcreſ. *Conſentientibus Partibus*. l. 9. & l. 14. D. de recep. qui arbitr. *Conſentiendum non eſt Parentibus*, l. 4. D. de inoff. teſt.

Conſentire, id eſt congruere & conuenire. Sic *conſentire Acceptilatio cum Obligatione*, l. 14. D. de acceptilation.

Conſenſus Nuptias facit, l. D. de diuerſ. reg. iur. id eſt *Maritalis Affectio*, vt ait l. 32. §. mulier, D. de donat. inter vir. *Conſenſu Contractum matrimonium*, intelligitur l. 66. D. de donat. int. vir.

Conſenſum dare Diuiſioni, l. 2. C. comm. vtr. iud. *Venditioni*, l. 9. D. quib. mod. pign. l. 11. C. de euictionib. l. 4. C. de vſucap. pro emptore. *Conſenſum Intercedere debere*, l. 9. D. de contrah. empt. *Conſenſu mariti Profecta*, l. 21. D. de donat. int. vir.

Consensu fiunt Obligationes in Emptionibus Venditionibus: Locationibus Conductionibus: Societatibus: Mandatis. Ideo autem istis modis Consensu dicimus Obligationem contrahi, quia neque Verborum, neque Scripturæ vlla proprietas desideratur: sed sufficit eos qui negotia gerunt consentire, l. 2. D. de obligat. & act. vel, vt Iustinian. loquitur, *quia neque Scriptura, neque Præsentia omnimodo opus est, at nec dari quidquam necesse est vt substantiã capiat Obligatio: sed sufficit eos qui negotia gerũt. Cõsentire*, Instit. de Obligationib. *Locatio & Conductio cùm Naturalis sit, & omnium Gentium, non Verbis, sed Consensu contrahitur*, l. 1. D. locati. *Obligatio Mandati Consensu contrahentium consistit: ideo per Nuncium quoque, vel per Epistulam mãdatum suscipi potest*, l. 1. D. mãdati. *In re Hypothecæ nomine Obligata ad rem non pertinet quibus fit verbis, sicuti est & in his Obligationibus quæ Consensu contrahuntur*, l. 4. D. de fide instrum.

Consensu Peragitur Emptio & inter Absentes contrahi potest, & per Nuntium, & per litteras, l. 1. §. vlt. D. de contrah. empt. *Stipulatio ex vtriusque Consensu perficitur*, l. 137. §. 1. D. de verbor. oblig. *Consentientes in aliquam rem ex Consensu obligari, necessario ex voluntate nostra videmur*, l. 52. D. de obligat. & actionib.

Consensu diuidere Hereditatem, l. vlt. D. famil. erciſc. & *ex Consensu*, l. 1. C. famil. erciſc. *Consensu Contrahi Matrimonia*, l. 2. C. de repudiis.

Nihil Consensui tam contrarium qui Bonæ Fidei Iudicia sustinet, quàm Vis, atque Metus, l. 116. D. de diuers. regul. *Quid tam contrarium Consensui est, quàm Error qui Imperitiam detegit?* l. 15. D. de iurisdictio.

CONSENTANEVM *Iuri fuit*, l. 8. C. quomod. & quan. iud.

Consentaneus Effectus, l. 1. §. illud etiam, C. de lat. libert. toll. *Consentanei casus*, l. 1. §. vlt.

CONSEQVI interdum significat sequendo adprehendere. Sic *Consequi Fugientem*, l. 10. §. si debitorem, D. quæ in fraud. credit.

Aliâs *Consequi* est obtinere, nanciſci, seruare, l. 76. D. de procuratorib. Ita *Consequi Actione*, l. 1. D. de alienat. iud. mut. l. 2. D. de condic. cau. da. l. 31. §. idem Marcellus, D. de ædilic. edict. l. 65. D. pro soc. l. 29. D. de actionib. emp. l. 11. §. vlt. D. de seruo corrupt. l. 4. D. vbi pupill. educ. l. 7. D. ad Leg. Aquil. l. 22. §. interdum, D. mandati, l. 2. C. mandati, l. 11. C. de negot. gest. *Agendo*, l. 7. §. vlt. D. de doli mali except. l. 1. §. 1. D. de superficieb. l. 2. D. de triti. vino. l. 7. D. commoda. *Arbitrio Iudicis*, l. 29. D. de ædilic. edicto. *Condictione*, l. 3. D. de condict. sine causa, & l. 4. C. de condict. ob cauſ. *Ex Stipulatu*, l. 28. D. de damn. infect. *Ex Testamento*, l. 1. §. 1. D. si vsusfr. pet. *Iudicio*, l. 1. §. an in hoc, D. de contr. tut. l. 47. D. de condic. indeb. l. 57. in prin. & §. 1. D. de administr. & peric. l. 3. D. de exercitor. l. 52. D. de actionib. empt. l. 22. D. de negot. gest. l. 22. §. qui ædem, D. mandati, l. 4. l. 25. §. si vnus, & l. 49. & 51. §. vlt. D. famil. erciſc. l. 4. §. vlt. D. comm. diuid. l. 4. D. vbi pupill. educ. l. 14. D. de Publicia. l. 32. D. de damn. infec. l. 18. §. vlt. D. commoda. *Officio Iudicis*, l. 11. D. de noxalib. l. 1. D. de alienat. iud. l. 3. D. ex quib. cauſ. maior. *Petendo*, l. 54. §. 1. D. de hered. petit. *Sententia*, l. 75. §. 1. D. de iudiciis. *Consequi cura aut Diligentia*, l. 19. D. commodati.

Consequi per Actionem, l. 26. D. de seruit. præd. vrban. l. 5. D. de dolo, l. 5. §. item Celsus, D. ad exhib. *Per Exceptionem*, l. 25. D. de administr. & peric. l. 57. D. de legat. l. 18. §. si filiusfam. D. famil. erciſc. *Per Hereditatis Petitionem*, l. 7. D. si pars hered. pet. l. 51. §. vlt. D. famil. erciſc. l. vlt. D. de possessor. hered. petit. *Per Prætorem*, l. 17. §. vlt. D. de noxalib.

Consequi Æstimationem Litis, l. 8. §. vlt. D. quib. mod. pignus, l. 3. D. de tabul. exhib. *Debitum*, l. 1. C. de distract. pignor. *Fructuum Nomine*, l. 1. §. vlt. D. si vsusfr. pet. *Impensas*, l. 38. D. de hered. petit. l. 28. D. de damn. infect. l. 10. §. per hanc, D. quæ in fraud. credit. *Partem*, l. 60. D. de pactis. *Partes Rerum*, l. 1. §. quinimmo, D. si pars hered. pet. *Plus ex Pretio*, l. 30. D. de rei vindicat. *Pretium & Pretia Rerum, & Pecuniam*, l. 25. §. item si, l. 35. & l. 36. §. si prætor, D. de hered. petit. *Sumptus*, l. 14. D. de doli mali & met. *Quanto minus Consequi possim*, l. vlt. D. de reb. cred. l. 116. D. de verb. oblig. l. 21. D. de solutionib. l. 15. D. de verbor. signif.

Consequi aliâs Adquirere & adipiſci significat. Sic *Consequi Dominium*, l. 67. D. de solutionib. *Herditatem*, l. 18. D. de vulg. & pupill. *Legata*, l. 23. D. de dolo, l. 45. §. 1. D. de fideicomm. libert. *Licentiam Fruendi*, l. 5. §. 1. D. si vsusfruct. petat. *Liberationem*, l. 39. §. si Titius, D. de lat. l. 1. l. vlt. C. ad exhibend. *Libertatem*, l. 10. D. de in ius voc. l. 31. D. de minorib. *Maximos Fructus*, l. 11. §. vlt. D. de publican. l. 29. D. qui & à quib. l. 27. §. vlt. D. quando dies legator. l. 4. D. quib. ad libert. l. 68. D. de solutio. l. 12. C. de liber. cau. l. 4. & l. 13. C. de testam. manum. *Liber-*

tatem ex Teſtamento, l. 18. D. de fideicomm. libert. l. 20. l. 39. l. 57. 59. & l. 60. D. de manum. teſt. *Poſſeſſionem*, l. 18. §. cùm vnus, D. famil. erciſc. Sic & *Conſequi Artificium*, l. 52. D. de rei vindic. *Sententiam*, l. 75. D. de iudic.

Conſequi Dominij Capione, & *Publico Iure*, l. 18. D. de damn. inf. *Ex Re, vel Operis*, l. 5. §. fructuario, D. ſi vſusfruct. pet.

Conſecutæ Nuptiæ, l. 27. D. de donat. inter vir.

Conſequens eſt, hoc ſæpe ſignificat, conueniens, & rationi æquitatíque conſentaneum eſt, l. 7. §. illud, D. de adquir. rer. dom. l. 4. D. de captiu. l. 38. D. de iure dot. l. 3. §. vtilitas, D. de itiner. actúque priu. l. penult. D. qui potior. in pign. l. 4. §. 1. D. de off. eius cui mand. l. 1. D. de collat. bonor. l. 1. §. ſi ſeruus, D. de furtis, l. 20. §. videamus, D. de bonor. poſſ. cont. tab. l. 24. D. ad municipal. l. 18. l. 30. §. 1. D. de dam. inf. l. 34. D. de diuerſ. reg. l. 1. §. filiam, D. de dot. collat. l. 1. §. 1. D. ſi tab. teſt. l. 4. D. de captiu. l. 9. D. de liber. cau. l. 47. D. de dam. inf. l. 7. C. de teſtament. l. 2. C. vbi & apud quem, l. 9. C. de ingen. manum. l. 5. C. de ſentent. & interlocut. l. 2. C. de commod.

Conſequens eſt Dicere, vel *Erit*, l. 3. §. ſed etſi, l. 15. §. vlt. D. quod vi aut clam. l. 1. §. 1. D. de migrando, l. 16. §. idem Mæcianus, D. ad Sc. Trebell. l. 1. D. de feriis, l. 1. D. de litigioſ. l. 7. §. de fructibus, D. de except. rei iud. l. 13. §. 1. D. de acceptilatio. l. 30. & l. 40. §. 1. D. de damn. infect. l. 19. §. ſi quis, D. de donationib. *Conſequens Fuit*, l. 1. D. ſi pars hered. pet.

Cui Conſequens videtur, l. 61. D. de furtis, l. 4. C. arbitrium tutel. *Videri poſſe*, l. 18. §. ſi is qui, D. de dam inf. *His Conſequens erit*, l. 18. §. vlt. D. ad Leg. Falcid.

Huic Sententiæ Conſequens eſt, l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. *Conſequens non eſt Sententiæ*, l. 57. D. de manum. teſt. *Conſequens Futurum*, l. 24. D. ratam rem haberi. *Conſequens eſt obſeruari*, l. 18. §. item, D. de iure fiſ.

Per Conſequentias, l. 19. D. de dolo, l. 1. & l. 7. D. de auct. & conſ. tut. l. 1. §. item aut per ſemetipſum, D. de iniuriis, l. 9. D. de pœnis, l. 7. §. dubitatum, D. de interdict. & releg. l. 27. §. ſi homo, D. de rei vindicat. & l. 29. D. de liberat. leg. l. 92. D. de condic. & demonſtrat. *Producere ad Conſequentias*, l. 14. D. de legib. Ad *Conſequentia*, l. 141. D. de diuerſ. reg. iur.

Conſequenter ait, l. 24. §. proinde, D. de fideic. libert. *Dicemus*, l. 38. D. ex quib. cauſ. maior. *Placuit*, l. 13. D. iudic. ſolui. *Proinde Conſequenter erit*, l. 24. §. proinde, D. de fideicomm. libert. *His Conſequenter*, l. 18. D. famil. erciſc. *Conſequenter Prioribus*, l. 11. §. ſi filio, D. ad Leg. Falcid. *Conſequenter*, l. 3. §. ſed etſi, D. de legat. præſt.

CONSERERE *Agrum*, l. 9. §. ſeminarij, D. de vſufr. *Conſita*, l. 53. D. de rei vindicat.

Conſerere Manum, veteres dicebant non modo cum Hoſte in Prælio, verùm etiam cum Aduerſario à quo Fundus per in rem actionem petebatur. Petitor enim Poſſeſſorem ex iure, id eſt, ex eo loco, in quo Prætor ius dicebat, in rem præſentem Manum Conſertum vocabat. Varro lib. 5. de lingua Lat. *Conſerere Manum dicimus cum Hoſte.* Sic, *ex Iure Manum Conſertum vocare.* Ennius apud Cicer. lib. 7. Epiſtol. Familiar.

Non ex iure manum Conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt.

Idem Cicero lib. 1. de Orato. *Multíſque præeſſem, qui aut Interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manum Conſertum vocarent.* Vtrubique enim, non vt vulgò, *Manu*, ſed, vt recta loquendi ratio ſuadet, *Manum Conſertum*, legendum. Similíque mendo laborat Agellius, apud quem, lib. 20. cap. 9. ſcriptum eſt, *Ex iure manu Conſertum*, (pro *manum*) *verba ſunt ex antiquis Actionibus, quæ cum Lege agitur, & Vindiciæ contenduntur, dici, nunc quoque, apud Prætorem ſolent.* Vbi & illos Ennianos verſus citat. Subiicítque, *Manum Conſerere eſt, de qua re diſceptatur, in re preſenti, ſiue Ager, ſiue quid aliud eſt, cum aduerſarium ſimul manu prehenderet in ea re ſolemnibus verbis vindicare: id eſt, Vindicia correpta manu, in re atque in loco præſenti.* Ac demum, Ex *Iure Manum Conſertum vocare*, ait eſſe cùm, *alter alterum, ex iure, ad conſerendam manum, in rem de qua ageretur vocat.* Ac proinde harum notarum, E. I. M. C. V. quas Valerius Prob. albo Notarum iuris adſcribit, recta interpretatio eſt hæc, *Ex Iure Manam*, (non autem *Manu*) *Conſertum vocauit.* B. Hieronymus in præfatione Commentarior. Epiſt. ad Epheſios, *Neminem Manu Conſerta, vt noſtra tranſcribat, vel Legat, in ius trahere volo.*

CONSERVARE *Exiſtimationem*, l. 18. C. ex quib. cauſ. infam. *Rem, vel Ius Suum*, l. vlt. D. de

D. de legib. *Sententiam*, l. vlt. D. quod cum eo. id eſt confirmare, vt vulgo loquimur. *Conſeruandi iuris noſtri cauſa*, l. 1. §. nunciatio, D. de oper. no. nunciat. *Ad Conſeruandam meam auctoritatem*, l. 7. D. de ann. leg. *Conſeruari Libertas*, l. 55. D. de fideicomm. libert. *Conſeruatus eſt Latro*, l. vlt. D. de receptatorib. *Conſeruandorum Fructuum Cauſa*, l. 36. §. fructus, D. de heredit. petit. *Conſeruanda ſunt*, id eſt obſeruanda, l. 10. D. de pactis.

CONSERVVS l. 7. §. vlt. & l. 14. §. ſi ſeruus, D. de ſeruo corrupt. l. 9. §. 1. D. de pecul. l. 15. D. de ſtipul. ſeruor. l. 25. §. Pedius, D. de ædilic. edict. l. 14. §. vlt. D. de manumiſſ. vindic. & apud Varro. lib. 2. de re Ruſt. cap. 10. & 17.

Conſerui, l. vlt. §. 1. D. de liber. leg.

Conſeruabus, pro Contubernalibus, in l. 27. §. 1. ad fi. D. de inſtr. vel inſtr.

CONSIDEREMVS, l. vlt. D. de condicionib. inſtit.

CONSIGNARE, obſignare eſt. Ita *Conſignare Legem*, l. 13. §. idem Iulianus, D. de actio. empt. *Teſtationes*, l. 9. §. 1. D. de pœnis. *Teſtamentum*, l. 24. D. qui teſt. fac. poſſ. Plaut. in Curculio. Act. 2. Sc. vlt.

Eamus intrò, vt Tabulas Conſignemus. Idem Perſa.
Et iſtas Tabellas, quas Conſignaui tibi.

Sueton. in Claudio cap. 38. *Tabellas Dotis ipſe Conſignauerit.* Sic & *Conſignare Epiſtolas*, dixit idem Plaut. Trinummo Act. 3. Sc. vlt. *Conſignari Tabulæ Inſtrumentáque* dicuntur, quæ anulo impreſſo obſignantur, l. vlt. D. de dote præleg. l. penult. D. de donat. inter vir. & vxor. l. 24. D. qui teſtam. fac. poſſ. l. 23. C. ad Sc. Velleian. Plaut. Bacchidib. Act. 4. Sc. 8.

Aequum eſt Tabellis Conſignatis credere.

Ita *Conſignationem Tabularum Inſtrumentorúmque*, accipe in l. 1. §. 1. & l. 16. D. de Leg. Cornel. de falſ.

Conſignatam Pecuniam in publico Deponere, l. 64. id eſt, in *Sacculo Signato* repoſitam, vt loquitur l. 1. §. ſi pecunia, D. depoſiti.

Conſignatam Sortem in publico Deponere, l. 19. C. de vſuris. *Conſignata Quantitate*, l. 9. C. de pignerat. act.

Conſignato Debito atque Depoſito, l. 20. C. de pignorib. *Conſignatum Deponere*, l. 12. C. de compenſationib. l. vlt. C. de tut. pign. l. 1. C. de remiſſ. pign.

CONSILIVM, Theophilus in §. eadem, Inſtit. qui & quib. ex cauſ. manumitt. ait eſſe σωέδριον φανερῶν ἀνδρῶν, κατὰ τὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνον σωιζάμενον. ἐγίνετο δὲ τοῦτο τὸ Κονσίλιον, οὐ μόνον ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς Ἐπαρχίαις. Idem ſubiicit, quod & ab Vlpian. Tit. 2. Regular. traditur, Romæ in *Conſilium* adhibitos quinque Senatores, & quinque Equites Romanos: in Prouinciis verò, viginti Recuperatores, Ciues Romanos, apud quos cauſam probare minor 20. annis ſeruum manumittens, ex Lege Ælia Sentia cogebatur. Sic *Conſilium Beticæ*, l. 1. D. de abigeis.

Conſilium Præbere, exercéreque dicitur *Prætor* vel *Conſul*, qui conſilium cogit, l. 1. D. de off. Conſul. l. 5. D. de manum. vind. l. 2. D. de offic. eius cui mand. *Apud Conſilium Manumittere*, l. 27. D. de manumiſſ. teſtam. l. 19. & l. 24. D. de manumiſſ. vind. l. 1. & l. vlt. C. de vind. libert. *Conſilio adhibito Manumittere*, l. 15. §. vlt. D. de manumiſſ. vind. *In Conſilio Manumittere*, l. 2. & l. 3. C. ſi aduerſ. libertat. *Conſilium Impertire*, l. 79. §. vlt. D. de iudic.

In Conſilium Aduocare aliquem, Senec. lib. 1. de Clement. cap. 15. & 16. *Adſumi*, l. 30. D. de excuſationib. *Euocati*, Plin. Epiſt. 31. lib. 6. *Ire*, Cic. pro Cæcina *Mittere*, apud Senec. lib. 2. de Ira. Plin. lib. 7. cap. 43. *Rogare*, apud Agell. lib. 14. cap. 2. *Proferre ad Conſilium*, idem Agell. lib. 12. cap. 7. *Conſilium Fraudis*, l. 10. D. de alienat. iud. mut. cau. fac. *Conſilium non Fraudulentum*, l. 47. D. de diuerſ. regul. iur. *Conſilium Dare*, in Furti quæſtione, quid ſit vide l. 58. §. 1. D. de furt. *Conſilium dederunt omnes Iuriſperiti*, l. 17. §. 1. D. ſi ſeruit. vindic. At in l. 39. D. de vulg. & pup. Ex *Conſilio Labeonis, Ofilij Caſcelij, Trebatij*, accipe, ex præceptis & regulis Iuriſconſultorum, non quod Conſilium Iuriſconſulti dediſſent.

Conſilium retinere habendi ſecum Liberos, l. 8. D. de condic. & demonſtrat. *Conſilium Teſtantis*, Vlpian. Tit. 21. Regular.

In Conſilium adſidere, l. vlt. D. de off. adſeſſor. *In Conſilio eſſe*, l. 29. D. de legat. 2. Iuuenal. Sat. 3. *Quando in Conſilio eſt Ædilibus?* Plinius Epiſt. 22. lib. 6. *Recepta Cognitio eſt. Fui in Conſilio. In Conſilio cognoſcentis eſſe oportet*, l. 1. C. qui & aduerſ. *Conſiliis publicis intererat*, l. 1. §. Caſum, D. de poſtulando. *Conſilius Adhiberi*, Cicero Topic. de Iuriſconſultis loquens. *Nam & Adſunt multùm, & Adhibentur Conſiliis.* Spartianus in Hadriano. *Cauſas Romæ atque in Prouinciis frequenter audiuit, adhibitis Conſilio ſuo, Conſulibus atque Prætoribus, & optimis Senatoribus.*

Plin. lib. 6. Epiſt. ad Maximum. *Adhibitus in Conſilium à Præfecto Vrbis, audiui ex diuerſo agentes ſummæ ſpei adoleſcentes.* Idem eo. lib. de Iauoleno, *Intereſt tamen Officiis, adhibetur Conſiliis.* Quintilian. lib. 4. cap. de Narratio. *Interim propter aliquem in Conſilium adhibitum nos repetere illa ſimulemus.*

De Conſilij Sententia pronuntiatum dicebatur, quod ex eorum qui in Conſilium adhibebantur ſententia ſtatuebatur, vt apud Cicer. ſæpe, Plinium Epiſt. 1. & 5. lib. 5. & Epiſt. 31. lib. 6. & Apuleium Apolog. 1. Quæ verba his notis ſcribi ſolita, D. C. S. Valer. Prob. auctor eſt.

Conſiliarius, l. 11. §. ex facto, D. de minorib.

Conſiliarius qui adſidet, l. 5. D. de offic. aſſeſſor. l. 1. de adſeſſorib. domeſtic. in C. Th.

CONSISTERE dicitur, quod valet vtiléque eſt, ac efficax. Sic *Conſiſtere Actio*, l. 1. C. ſi ſeruus exter. *Donatio Iure*, l. 27. D. de donat. inter vir. *Emptio*, l. 4. C. de contrah. empt. *Fideicommiſſum*, l. 76. D. de legat. 2. l. 40. D. de legat. 3. *Iudicium*. l. 24. D. de iureiurand. l. 7. C. de iudiciis, & l. vlt. C. de noxalib. action. *Iudicium inter nos*, l. 11. D. de iudiciis, *Iudicium inter Seruum & Dominum*, l. 1. D. de Leg. Iul. de annona. *Legatum*, l. 82. in prin. & §. vlt. D. de legat 2. l. 8. §. ſi ei, & §. vlt. D. de iure codicill. l. 44. D. de legat. 1. l. 49. D. ad Leg. Falcid. l. 15. D. de his quæ vt indign. *Mandatum*, l. 35. D. mandati. *Matrimonium*, l. 3. D. de iur. dot. *Nuptiæ*, l. 2. D. de ritu nupt. §. inter eas, Inſtitut. de nupt. *Obligatio*, l. 1. §. idem, D. de verbor. obligat. l. 32. D. mandati, l. 6. C. quæ res pignori, l. 7. C. commun. vtriuſque, l. 4. C. ad Sc. Velleian. *Petitio*, l. 7. C. famil. erciſc. *Precarium*, l. 6. §. vlt. D. de precar. *Stipulatio*, l. 9. §. vlt. & l. 108. D. de verbor. obligationib.

Non Conſiſtit Inſtitutio, Vlpian. Tit. 22. Regular. *Legatum*, l. 39. §. Titius, D. de legat. 1. l. 89. D. de heredib. inſtit. *Neque Pignus, neque Depoſitum, neque Precarium, neque Emptio, neque Locatio, ſuæ rei Conſiſtere poteſt*, l. 46. D. de diuerſ. reg. iur.

Conſiſtere etiam dicitur quod in aliquo poſitum eſt. Sic *Fructus hominis in Operis Conſiſtit*, l. 4. D. de oper. ſeruor. *Fructus Prædij in Pecore*, l. 3. D. de ſeruit. præd. ruſtic. *In Facto Conſiſtit Summa Quæſtionis*, l. 52. §. ex peccato, D. de obligat. & act. *Obligationum ſubſtantia non in eo Conſiſtit*, l. 3. D. eod. tit. *Opera in actu Conſiſtit*, l. 1. D. de oper. ſeruor. *Vſusfructus ex Fruendo Conſiſtit*, l. 1. D. quando dies leg. *Pleraque nutu Conſiſtunt*, l. 52. §. vlt. D. de obligat.

Conſiſtere in Obligatione, l. 9. §. illud, D. de ſtatuliber. *Conſiſtere Res in Abuſu*, l. 5. D. de vſufruct. ear. rer.

Conſiſtere in Solo, & Superficie, Seruitutes, l. 3. D. de ſeruitutib. l. 20. D. de ſeruit. præd. vrb.

Conſtitit, pro Conſiſtit ſæpe in Pandectis vſurpatur. *Conſtitit Ademptio*, l. 26. D. de adimend. leg. *Fructus*, l. 4. D. de oper. ſeruor. *Iudicium*, l. 1. D. de Leg. Iul. de anno. *In factum hæc Diſceptatio*, l. 34. D. de negot. geſt. *In Facto, Condicio*, l. 68. D. de ſolutionib. *Totum Ius*, l. vlt. D. de legib. *Vſusfructus in Fundo & Ædibus*, l. 3. §. 1. D. de vſufruct.

Conſtitit ex vtraque Parte, l. 4. §. vlt. D. de his qui notant. inf. l. 1. D. de præuaricatio.

Non Conſtitit quod Datur, l. 67. D. de legat. 2. *Non Conſtitit Seruitus*, l. 13. §. 1. D. de ſeruitutib. præd. ruſtic.

Non Conſtitit Stipulatio, l. 11. D. de ſtipulat. ſeruor.

Conſtiteremus pro Conſiſteremus, l. 72. D. de iudiciis.

Conſiſtere, interdum, Iudicio Congredi, & in Iudicio aduerſus aliquem ſtare ſignificat. Sic, *Conſiſtere aduerſus Adoleſcentem*, l. 1. C. qui pet. tut. *Aduerſus Coheredes*, l. 2. C. de euictionib. *Aduerſus Dominos*, l. 53. D. de Iudiciis. *Aduerſus eum qui de libertate litigat*, l. 9. D. de liber. cauſa. *Aduerſus Fideiuſſores*, l. 1. C. de magiſtratib. conueniend. *Aduerſus quemlibet poſſeſſorem*, l. 13. §. in ſuperficiariis, D. de pignorib.

Conſiſtere cum Aduerſario, l. 1. C. qui legitimam perſonam. *Cum Debitoribus*, l. 49. D. de heredit. petit. *Cum Domino*, l. 5. D. de manumiſſ. l. 7. D. de Leg. Cornel. de falſ. Senec. lib. 2. de Ira, *Alius iudicia patris accuſat, quæ mereri ſatis fuit: alius cum matre Conſiſtit.* Quintilian. Declamat. 252. *Vt diceret qua alia Lege cum alio Conſiſtere potuerim.*

Aliàs, *Conſiſtere Iudicio*, dicunt Impp.

Conſiſtere

Consistere communi diuidundo Iudicio aduersus eum cum quo præ lium commune est, l.1.C.communi diuidund. *Consistere Iudicio ciuiliter aduersus eos qui negotia gesserunt*, l.8.C.de negot.gest. *Consistere Iudicio venditi aduersus eum cui agrum vendidisti*, l.1.C.de actionib.empt. *Tutelæ Iudicio aduersus fratrem proposita actione Consistere*, l.3.C.de exceptionib.

Aliâs, *Actione consistere* dicunt. Sic *Ciuiliter in rem Actione instituta aduersus aliquem Consistere*, l. 1.C.ad L. Fab. *Consistere Actione aduersus Heredes*, l. 3.C.de heredib.tut. *Actionibus, aduersus Fideiussores*, l. 1. C. de magistrat. conuent.

Consistere in Fundo, l.15.D.de seruitutib. *In Prouincia*, l.1.C.vbi in rem actio.

CONSISTORIVM, l. vlt.C.de offic. diuers.iud. Locus in quo Iudices consistunt: & vt Suidas interpretatur, σωνέδριον, ἢ τὸ σύστημα ἔνθα περὶ τῶν ἐπεχόντων βυλέυονται. Vet. Glossar. *Consistorium vel Prætorium, vel Tribunal, est locus in quo more ius redditur.*

Consistorium etiam, vt Suidas alibi exponit, θεῖον συνέδριον significat. Similitérque Vet. Glossar. Κονσιστόριον, Σηκρετάριον βασιλικὸν. Et ita *Consistorium Sacrum Principum*, l.28. de præt. & quæst. l.2. de primic.& not. l.5. de prox. com. dispos. l.8. ad L. Cornel. de sicar. l.10. de leg. & dec. legat. in C. Th. *Consistorij Secreta*, l. 7. de priuileg. eor.in C.Th. Ausonius Gratianum alloquens in Gratiar. actione pro Consulatu. *In illa verò sede, vt ex more loquimur, Consistorij, vt ego sentio, Sacrarij tui.* Inde *Consistoriani Comites*, Rubr. de Comitib. Consistoriar. lib. 12. Cod. & apud Ammian. Marcellin. lib.31. & Ambros. Epistol.37. lib.5.

CONSOBRINI, *Consobrinæ*, propriè, qui, quævè, ex duabus Sororibus, propagantur, quasi *Consororini*, l.1.§.quarto,& l.vlt.§.eodem gradu, D. de gradib.& adfinib. §.quarto, Instit. de gradib. cognat. Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 11. Non. Marcell. cap. vlt. lib. de prop. sermon. Obtinuit tamen & *Patrueles* quoque *Fratres*, id est ex Fratribus natos, & *Amitinos*, id est ex Fratre & Sorore genitos, communi Consobrinorum nomine appellari, d.l.vlt. §.eodem gradu, & §.1.Instit.de legit. agn.succ.l.1.C.vnde legit.Paul.lib.4.Sentent.Tit.11. *Consobrinus, Consobrina*, id est *Auunculi, & Materteræ, Filius, Filia.* Ausonius in Parentalib. Epigr. 28. de Iulia Idalia Consobrina,

Quæ genita est mihi pæne soror:
Filia nam fuit hæc Amitæ.

Idque à proprietate sermonis recedere, Theophil. censet: κυρίως γὰρ, ait, Κονσοβρῖνος λέγονται, οἱ ἐκ θηλειῶν δύο ἀδελφῶν τεχθέντες. Vet. Glossar. *Consobrini*, οἱ ἐξαδελφοι ἐκ δύο θηλειῶν ἀδελφῶν. Glossar. Latinum, *Consobrini sunt qui ex Sorore, & Fratre, aut duobus Fratribus, vel Sororibus, sunt nati.* & mox, *Consobrinus est filius Auunculi.* Donatus in Hecyram Terentij, Act.3. Sc.3. ad ea verba. *Consobrinus noster, Sobrini*, ait, *sunt ex duabus Sororibus: Consobrini, ex Fratre & Sorore, Consobrinus noster: cùm de Fratre natus est alter, & alter ex Sorore, Consobrini.*

CONSOCER, l. 32. §.proinde & §. sequen. D.de donat. inter vir. Et *Consocrus*, apud Sueton. in Claudio, cap.28.& Ausonium in Parentalibus, Epigr.30.

CONSOLIDARI dicitur vsusfructus, qui ad Proprietatem à qua abscesserat, reuertitur, eique coniungitur, commiscetur,& cum ea confunditur, l.3.§.vlt.& l.6.D.de vsufr.adcresc. l.78.§. ipsius autem. D. de iure dot. Iustinianus in §. finitur, Instit.de vsufr. *Consolidationem fieri* ait, *cùm fructuarius proprietatem adquisierit.*

CONSONAT *Rescriptum*, l.90. D.de cond.& dem. *Consonans est*, l. 34.§. non semper, D. de iureiur.

CONSORTES *Fratres* dicuntur, non diuiso patrimonio, l. 21. §. vlt. D. de excusationib. id est, qui *Bona Communia habent*, vt loquitur l. 78. D. de adquir. vel omitt. Sic *Consors Frater*, apud Plin.Epist.18. lib.8.accipi debet, nec alioquin sensus constaret. Quintilianus in argumento Declamationis 321. *Fratres Consortes inimici esse cœperunt: diuiserunt.* Varro lib. 5. de lingua Lat. *Consortes, quibus vna sors est.* Fest. Pomp. *Sors & Patrimonium significat: Vnde Consortes dicimus.* Virgilius in Ciri.

Quattuor antiquis quæ Heredibus est data Consors.

Quintilian.Declamatione 320. *Consortes enim potest facere Casus. Ceterùm quidem cum duo homines omnes fortunas suas contulerunt, omnes casus miscuerunt, vnum quoddam factum est. Consors Munerum*, l.2.ne conlat. transl. postul.in C. Theod. *Petitionis*, l.2.si petit. hoc sine hered. defec. in C. Theod. *Consortes Litis*, l.1.C.de consortib.lit.

Vnde *Consortium*, pro Societate & communione. *Si inter fratres voluntarium Consortium initum fuerit*, l.52.§. idem Papinianus, D. pro socio. *Consortium Collationu*, l.5. D. de lege Rod. *Obeundorum Munerum*, l. 4.C.de castrens.pecul. *Vitæ*, l.1.D.de ritu nupt.

Consortium pro Coniugio siue licito, l.5. C.de naturalib.liber.l.vlt.de nuptiis in Cod.Th. siue illicito, l.1.de incest.nupt.in C.Th.

Consortium Curiale, pro Collegio & Ordine, l. 33. de decurionib. in Cod. Theod. & l. 7. de susceptorib. præpositi. in eod. Cod.

Consortioni subiacere, l. 96. §. cum eodem, D. de solutionib.

CONSPECTV *Deterreri*, l. 28. §. famosos, D. de pœnis. *Conspectum Ædium auferre*, l. 38. D. de seruit. præd. vrban.

In Conspectu Prætoris facta Iniuria, l. 7. §. vlt. D. de iniur. *In Conspectu Populi Romani*, Cicero lib. 3. de orat. non procul ab initio: *In Conspectu Seruorum*, l. 1. §. si sibi manus, D. de Sc. Sillan.

In Conspectu habere Ædificia, l. 39. D. de seruit. præd. vrb. *In Conspectu nostro est Examen Apium*, l. 5. §. examen, D. de adquir. rer. dom. *Pecuniam quæ in Conspectu est*, l. 29. D. de verbor. oblig.

In Conspectu inumbratæ quietis, l. 18. §. 1. D. de adquir. possess.

CONSTANS *Iudex*, l. 19. D. de off. præsid. *Voluntas*, l. 1. D. de Iustit. & iure. *Constantissimus Homo*, l. 6. D. quod met. cau.

Constantia Debiti, l. 11. §. si rem, D. de legat. 3. *Constantia* pro inconstantia, l. 27. D. de procuratorib.

Constanter Dicemus, l. 1. §. 1. D. de legat. 3. *Constantius Defendendum*, l. 1. §. idem, D. de Sc. Sillan.

CONSTARE *Adoptio*, §. inter eas, Instit. de Nuptiis. *Iudicium*, l. vlt. C. an seruus. *Obligatio*, l. 3. §. vlt. D. de oblig. & action. *Officium*, l. 20. D. de ritu nupt. *Modus*, l. 42. D. de action. empt. *Ratio*, l. 17. §. si iussu, D. de iniur. l. 15. D. de re milit. l. 1. D. de obseq. parentib. l. 8. §. Igitur, D. mandati.

Constare omnibus suis partibus, l. 1. D. de orig. iur. *Quæ Rectè Constiterunt*, l. 98. D. de verbor. obligation.

Quanti Constiterit puer, l. 73. D. de legat. 2.

Constare de Proprietate, l. 18. D. de exceptionib.

Constat inter omnes, l. 1. D. de minorib. l. 46. D. de furt. l. 5. §. illud, D. de iniur. *Satis Constat*, l. 22. D. de iure patron. *Constitit*, eodem sensu, l. 56. l. 57. & l. 63. §. si heres, D. ad Sc. Trebell. l. 13. D. de duob. reis, l. 37. D. de reb. auctor. iud. l. 44. §. vlt. D. de condicionib. & demonstr. l. 4. D. de seruit. leg. l. 23. D. de fideicomm. libert. l. 11. §. vlt. l. 75. l. 76. & l. 77. §. Mæuio, D. de legat. 2. l. 50. §. tractatum, & l. 79. D. de iudiciis, l. 9. D. de seruitut. l. 78. D. de hered. instit. l. vlt. D. de suis & legit.

Constante Coniunctione, l. 39. D. de iure dot. *Matrimonio*, l. 5. D. de bon. damnator. l. vlt. D. de seru. corrupt. l. 21. D. de manumiss. l. 26. D. ad Leg. Iul. de adult. l. 7. §. 1. D. de ritu nupt. l. 5. D. de diuor. & rep. l. 1. §. idem Iulianus, D. de dote præleg. l. 37. §. nuptura, D. de legat. 3. l. 137. D. de verb. obligat. l. 11. C. ad Sc. Velleian. l. 2. C. de dot. caut. l. 13. C. de donat. inter vir. l. vlt. C. sol. matr. l. 3. C. de iure dot. *Vsufructu*, l. 5. §. 1. D. de vsufr. ear. rer.

CONSTITVERE interdum est pecuniam iam ante debitam absque stipulatione promittere, eámque certa die creditori soluendam in se recipere, l. 8. D. de iudiciis, l. 3. §. in eum, D. de administ. rer. Theophil. in §. de constituta, Instit. de actionib. ἀσυμφωνεῖν, dicit. Vnde *Constitutæ pecuniæ Rei*, Ἀσυμφώνητοι à Iustiniano vocantur, Nouel. Constit. 6. Vet. Glossar. *Constituta* Pecunia, χρημάτων σύγχυσις κατὰ ἀσυμφώνησιν. Ita *Constitutam Pecuniam* accipimus toto Tit. de Pec. constit. Inde *Constitutoria Actio*, quæ de pecunia constituta datur, l. 20. D. de pecun. constit. quæ & *Actio Constitutæ Pecuniæ*, appellatur in l. 33. D. de donatio. Vetus Glossarium, *Constitutæ Pecuniæ Actio*, ἤτοι ἐγγύης, καὶ ἀσυμφωνίστως, ἤτοι χρηματικῆς καταβάσεως. de qua vide l. 2. C. de cõstit. pec. & Theophil. in §. In Personam, Instit. de actionib. Vetus Glossar. *Constitutor est, qui se pro alio soluturum promittit, & alterius in se transfert obligationem.*

Constituere Actionem Prætor, l. 1. D. si vent. nom. in poss. *Constituta Actio*, l. 59. D. de solutionib. l. vlt. C. vi bonor. rapt. *Constituenda Actio*, l. 10. §. vlt. D. de fideicommis. libert.

Constituere Actorem, l. 10. C. qui dare tut. *Constitui Actor*, l. 24. D. de administr. & peric. l. 1. C. de acto. vel tuto.

Constituere Curatorem & Curatores, l. 16. D. de excusationib. l. 39. §. curatores, D. de administr. & peric. l. vlt. C. de filiisfam. *Constitui Curator*, id est Creari, l. 1. §. hoc autem, & §. eligitur, D. de ventr. in poss. l. 1. §. si frater, & §. si cum, l. 5. §. quoties, D. de Carbon. edict. l. 90. D. de solutionib. l. 21. D. ad municipal. l. 5. D. de curat. fur. l. 2. C. de neg. gest. l. 1. D. de munerib. & honorib.

& honorib. *Conſtitutus Curator Bonis*, l.15.D.ex quib. cauſ.maior.l.7.§. ſi tutor. D. de tutel. & rationib. *Conſtitutus Curator Decreto Prætoris ac Præſidis*, l.30.§.1.D.de excuſation. *Conſtituti Curatores*, l.3.C.de confir. tut. *conſtituere Heredes*, l.8.C.de inſtitut. *Conſtituti plures Heredes*, l.28. §.1.D.de fideic.libert.l.17.C.eod. *Conſtituere Coheredes*, l.16.C.de probat. *Conſtituere Procuratorem*, l.4.C.mand. *Conſtitui Procurator*, l.44.§.vlt.D.adSc.Treb.l.87.D.deſolut.l.8.C.qui petant.tut. *Conſtituere Tutores*, l.1.D.de iuriſdict. *Conſtituti Tutor*, l.14.D.de adminiſtr.& peric.l.3. §.iudicio, D. de contrar. tut. l. 5. C. de peric. tut. l. 9. C. qui dare tut. l.2. C. de confir. tut. l. 4. C.quando ex fact. tut. l. 4. C. de peric. tut. *Poteſtas Tutelas Conſtituendi*, l.120. D. de verbor. ſignif.

Conſtituere quoque *Ius*, dicimus. Sic, *quod quiſque Populus ipſe ſibi Ius Conſtituit, & quod Naturalis ratio inter omnes homines Conſtituit*, l. 9. D. de Iuſtit. & iure. *Neceſſitas Ius Conſtituit*, l. 40. D. de legib. *Auctoritate Iura Conſtituentium*, l. 120. D. de verbor. ſignif. *Iuris Conſtituendi via*, l.2. §. nouiſſimè, D. de orig. iur. *Conſtitui Iura*, l. 3. l.4.& l.8.D. de legib.

Conſtituere Seruitutem Ædificio, l. 10. D. de ſeruit. præd. ruſt. *Conſtituere Vicino ius aliquod Pactionibus atque Stipulationibus*, §. ſi quis velit, Inſtit. de ſeruitutib.

Conſtitui Seruitutes per Traditionem, vel per Patientiam, fortè ſi quis per domum ſuam paſſus eſt Aquæductum traduci, l. 11. §. vlt. D.de Publiciana. Nam, vt Vlpian. ait in l. 1.§.vlt. D.de ſeruit. præd. ruſtic. *Traditio & Patientia Seruitutium, Inducet officium Prætoris.* Sic *Conſtitui Vſus & vſusfructus*, l.1. D.de vſu & habit. *Teſtamento, Pactionibus, & Stipulationibus*, l.3.D. de vſufructu. *Conſtitui Iure vſusfructus, vel Tuitione Prætoris*, l.1. D.quib.mod.vſusfruc. Tunc autem *Conſtituitur Vſusfructus, cùm quis frui poteſt*, l. vn. §. dies, D. quando dies leg. ced. Proinde ante aditam hereditatem, vel antequam dies legati ceſſetit, *Conſtitutus* non intelligitur, l.1. D. quib. mod. vſusfr. amitt. Sic *Conſtitui Aquæductus*, l.2.C.de ſeruitutib. *Via*, l.23.D.de ſeruit.præd.ruſtic. Planè iam impoſitę ſeruitutes, *Conſtitutæ*, dicuntur l.10.D.ſi ſeruit.vindic. l.136. §.vlt. D. de verb. oblig.l.12.D.de ann.leg.& aliâs multis locis.

Conſtituere Nuptias & Sponſalia, l.13. §. 1. & §. cùm autem, D. de his qui not. inf. l. 6. D.de ſponſalib. *Ad Conſtituenda Sponſalia ſufficit nudus Conſenſus*, l. 4. D. de ſponſalibus. *In Sponſalibus Conſtituendis parui refert, per ſe & coram, an per Internuntium, vel per Epiſtulam, per alium hoc factum eſt*, l. vlt. D. de ſponſalib. *Bina Sponſalia, Bináſve Nuptias in eodem tempore Conſtitutas habuerit*, l.1.in fi.D.de his qui not. inf.

Cnſtituere Ædiles, l. 2. §. iiſdem temporibus, D. de orig. iur. *Conſtituit Auguſtus ſeptem Cohortes*, l. 3.D.de offic. præf. vigil. *Quæſtores Conſtituebantur à Populo*, l. 2. §. deinde cùm ærarium, D.de orig. iur. *Conſtituti Decemuiri*, d.l.2.§ deinde cùm eſſet.

Conſtituere Obligationem, l.7. D. de vſuris. *Conſtitui Obligatio*, id eſt contrahi, l. 3. §. 1. D. de obligat. & actionib. *In Conſtituenda Obligatione*, l. 44. §. vlt. D. eod. tit. *Conſtitui Obligatio, & Tolli*, opponuntur l. 8. §.1.D. de acceptilat. *Conſtitui Precarium*, l.5.§.illud, D.de precar.

Conſtituere ſibi Debitorem, l. 7.C. de probationib. *Conſtitutus Debitor*, l. 51.D. de pactis, l. 8. C.de compenſat.l.1.C.de condic.ex lege. *Conſtituti Debitores*, l.1.C.rem alien.gerentib. *Conſtitui duo Rei*, l. 13. D.de duobus reis, l.40.D.de fideiuſſorib.

Conſtituere apud ſe, l. 5. §. omnibus, D.de legat. præſt. *Conſtituit non Agere*, l. 23. §. vlt. D. de inoff. teſt. *Conſtituere Nolle petere Bonorum poſſeſſionem*, l. 4. D.quis ordo in poſſeſſ.

Conſtituere in Poſſeſſione, l. 1. C. quor. legator. l. 1.C. de Carb. edic. *Conſtituere aduerſarium Poſſeſſorem* l. 8. C. quomodo & quando. *Conſtitui in Poſſeſſione*, l. 14. C. de liber. cau. *Conſtitutus in Poſſeſſione*, l.1. C. etiam ob chirographar. l. 15.C.de probationib.l.9.C.ad L.Corn. de falſ. *Conſtitutæ Poſſeſſiones*, l.1.C. de contrah.empt.

Conſtituere Pretium, l. 39. D. de contrah. empt. *Conſtitui Pretium*, l. 34. & l.36. D. de ædilic. edict. *Pretia*, l.63.§.vlt.D. ad Leg. Falcid. *Conſtituere partes Societatis*, l. 76. D.pro ſocio. *Conſtituere Vectigalia*, l.10. D. de publican.

Conſtitui Ancilla, l. 34. C. de liber. cau. *Serui*, l. 22. C.de liber. cau. *Conſtitutus Liber*, l.8. C. de condict. ob cau. l. 5. C. de ord. cogn. l. 14.C. de poſtlim. reuerſ. *Seruus*, l. 11.C.de fideicomm.libert. *Seruus Pœna*, l. 17.§. ſi quis rogatus, D.de Sc. Trebell. *Conſtituta Libera*, l.36.C. de liber.cauſa. *Conſtituti Ingenui*, l.11.C.de ingen.manum. *Conſtituti Libertinæ Condicionis*, l.vlt. de colluſ.deteg. *Conſtituti ſerui ſub Domino*, l.14. C.de quæſtionib.

Conſtitutus, id eſt poſitus. Sic *Conſtitutus in Dignitate*, l.5. D. de ſenatorib. *In Munere*, l. 1. D. de operib. publ.

Conſtitutus in Diſcrimine, l. 2. C.ad L. Cornel. de ſicar. *In Diſcrimine vitæ, per Infirmitatem*, l.39.§.1.D.de legat.3. *Conſtituta in Diſcrimine Mortis*, l.5. C.ad Sc.Trebell.

Conſtituti Secundo Gradu, l. 5. C. comm. de ſucceſſ. *Tertio Gradu*, l. 6. C. de legitim. heredib. *Quinto Gradu*, l. vlt. C. de ſucceſſor. edicto. *Conſtituti quocunque Gradu Heredes*, l. 73. C. de euictionib.

Conſtituti in eodem Loco, vel Prouincia, l. 2. C. de diuid. tut. *in eadem Prouincia*, l. 1. C. vbi in rem actio. *Conſtitutus Romæ*, l. 16. §. 1. D. de fideiuſſorib. *Conſtitutus apud Hoſtes*, l. 20. D. de negot. geſt.

Conſtituti Horti in Ædificiis, l. 198. D. de verbor. ſignif. *Conſtituta Municipia in Prædiis*, l. 10. C. famil. erciſc.

Conſtitutus in Familia, l. 1. §. familia, D. de publican. l. 8. §. ſi filium, D. de bon. poſſ. cont. tab. *Conſtituti in eadem Familia*, l. 12. C. de collationib.

Conſtitutus in Poteſtate, l. 5. D. de adgno. & alend. Vlpian. Tit. 21. Regular. l. 18. C. de iure delib. *Conſtituta Filiafamilias*, l. 13. C. de collationib. *Conſtituta in Poteſtate Filia*, l. 7. C. de impuber. & aliis.

Conſtituti in Poteſtate, l. 17. C. de donationib. l. vlt. C. de donat. quæ ſub modo. l. 3. C. de filiisfam. l. 17. C. de collationib.

Conſtituti in Sacris Parentis, l. vlt. C. de curatore furioſi.

Conſtitutus ſuæ Poteſtatis, l. 2. C. ad Sc. Maced. *Conſtitutus ſui Iuris*, l. 93. D. de condic. & demonſt. l. 12. C. de neg. geſt. l. 3. C. mandati, l. 5. C. de ſponſalib. *Conſtituta ſui Iuris*, l. 3. C. de curat. fur.

Conſtituti ſui Iuris, l. 114. §. diui, D. de legat. 1. l. 5. D. de agnoſcend. & alend. l. 7. C. ſi quis alteri, l. 1. C. de actore vel tuto.

Conſtitutus Ætatis Legitimæ, l. 27. D. de negot. geſt. *Perfectæ*, l. 9. §. 1. D. de tutel. & rat.

Conſtitutus in Minori Ætate, l. 28. C. de iure dot. *Conſtitutus Maior*, l. 3. C. de donat. ante nupt. *Minor Annis*, l. 4. C. de teſtam. milit.

Conſtitutus in Ætate, l. 1. C. quis dare tutor. *Intra Annos*, l. 4. C. de legit. heredib. *Intra Ætatem*, l. 20. §. vlt. D. de liberat. leg. *Ætas in qua Conſtitutus eſt Pupillus*, l. 3. §. 1. D. vbi pupill. educ. l. 9. §. ſi duobus, D. de tutel. & rationib. *Conſtituto Pubere*, l. 39. §. Tutores, D. de adminiſtr. & peric.

Conſtituta Minor Annis, l. 11. C. de ſolutionib. l. 14. C. de procurat. l. 2. C. ſi aduerſ. libert. *Minoris Ætatis*, l. 48. §. vlt. D. de minorib. *Conſtituta in Pupillari Ætate*, l. 16. C. de præd. minor. *Conſtituta intra Ætatem*, l. 12. D. de adminiſtr. & peric. *Conſtituta in Ætate*, l. 4. C. quando ex facto, l. 2. C. de auctor. præſtan. *Conſtituta Filia impubere*, l. 77. §. vlt. D. de condic. & demonſtr. *Conſtitutæ intra viceſimum Annum*, l. 3. §. ſed & ſi, D. vbi pupill. educ. *Conſtituta Maior*, l. 24. C. de vſur.

Conſtitutus Actor Seruus, l. 99. §. vlt. D. de verbor. ſignif. *Conſtitutus Extraneus*, l. 26. C. de iure dot. *conſtituti in cauſam Pignoris*, l. 2. C. de poſtlim. reuerſ.

Conſtituuntur loco Heredis, Vlpian. Tit. 26. Regular. *Conſtituti in locum aliorum*, l. 3. C. de ſuſpect. tut.

Conſtituitur Infamis, l. 4. C. de excuſat. tut. *conſtituti Bonæ Opinionis*, l. 6. C. de ſuſp. tut. *conſtituti Filij*, l. 14. C. de probationib.

Conſtituendi Iudices Poteſtas, l. vlt. C. de pedan. iudicib. *Medicorum Conſtituendorum Arbitrium*, l. 1. D. de denot. ab ord.

Conſtituet Iudex, l. 38. D. de rei vind. *Conſtitui Alimenta*, l. 5. §. ſi quis ex his, D. de agnoſcend. & alend. *Conſtitui Quæſtiones apud diuerſos Iudices*, l. vlt. D. rem pup.

Conſtitutus Diſceptator, l. 7. C. fam. erciſ. *Socius*, l. 4. C. comm. vtriuſque.

Coſtitui Iudicium, l. 3. C. de ord. cognit. *Conſtituto Bonæ fidei Iudicio*, l. 42. §. 1. D. de mor. cau. donat. *Conſtituta ſunt Interdicta*, l. vlt. D. de ſeruitutib.

Conſtituere Agrum Deteriorem, l. 2. C. de pigner. actio. *Conſtituere Domicilium*, l. 4. C. vbi cauſa ſtat.

Conſtitui Dominus, l. 15. §. Iulianus, D. de damno inf. l. 11. C. de action. *Domina*, l. 1. C. ſi quis alteri vel ſibi. *Conſtitutum veſtrum Fundum*, l. 13. C. de rei vind.

Conſtitui Pœna, l. 20. D. de pœnis. *Conſtituta Pœna Senatuſconſulto*, l. 52. D. de contra. empt. *Conſtitutus Dies inter Contrahentes*, l. vlt. §. 1. D. de L. Rhod. *Conſtitutum Salarium*, l. 4. D. de decrer. ab ord.

Conſtitui Dos, l. 10. D. quæ in fraud. credit. *Conſtituta Dos penes aliquem*, l. 18. C. de donatio. *cõſtitutæ res extra dotẽ*. l. 95. D. ad L. Falc. *In ſuſpẽſo cõſtituta accuſatio*, l. 5. C. ſi reus vel accuſator.

Conſtitutus

Conſtitutus non Soluendo, l. 6. C. de hereditat. actionib. l. vlt. C. qui manumitt. non poſſ. *Conſtituta Obnoxia*, l. 13. C. ad L. Falcid.

Conſtitutus in ſimili Condicione, l. 8. C. qui dare tut. *In Spe*, l. 1. §. quamuis, D. de ſuſpicien. vent. *conſtituta in Matrimonio*, l. 19. C. de iure dot. *Conſtituti in cauſis Capitalibus*, l. 6. §. ſuper, C. de appellationib.

Conſtituere ſibi, Familiæque ſuæ Sepulchra, l. 5. D. de religioſ.

Conſtituit fictio Legis, l. 1. C. de poſtlim. reuerſ. *Princeps*, l. vlt. §. vlt. D. de bon. damnat.

Conſtitutum eſt, l. 29. D. de inoff. teſt. l. vlt. D. de damn. infect. l. 13. D. ad Leg. Falcid. l. 15. D. de mort. cauſ. donat. l. 18. D. de vſucapionib. l. 53. D. de fideicomm. libert. l. 20. §. in fundo, D. de ſtatuliber. l. 8. D. de munerib. l. 63. D. de re iud. *Quod Conſtitutum eſt*, l. 9. §. vlt. D. de manumiſſ. teſt. l. 5. C. ne de ſtatu def.

Conſtitutum autem eſſe cùm legis, id vel Lege aliqua, vel Principali Conſtitutione cautum, accipe. Et ita *Conſtitutum* eſſe, in l. 34. D. de negot. geſt. dicitur, quod ab Anton. Reſcriptum eſt, l. 11. C. de neg. geſt. *Conſtitutum* quoque, l. 37. D. ad L. Iul. de adult. dicitur, quod ab Hadriano reſcriptum patet ex l. 6. §. penult. D. eod. tit. Sed & *Conſtitutum*, in l. 7. §. conſtitutum, D. de interd. & releg. dicitur, quod à Claudio Imp. ſtatutum eſſe, ex Sueton. lib. 3. Antiquit. oſtendi. Similiter in l. 4. §. idem diuus, D. ad Leg. Cornel. de ſicar. *Conſtitutum*, dici lib. 2. Antiquit. demonſtraui, quod à Domitiano Conſtitutum eſt. Sic & in l. 5. C. ne de ſtat. defunct. *Conſtitutum* dicitur, quod eſt à Nerua conſtitutum, quemadmodum probat l. vlt. D. eod. tit. aut etiam ab Hadriano, vt ait Marcian. in l. 1. D. eod. tit. quamquam hoc ipſum Senatuſconſulto inductum docet, l. vlt. C. eo. tit.

Conſtitutam Partem, l. 3. D. ſi à par. quis man. opinor intelligi quæ Patronis lege Papia præſtituta eſt.

Conſtitutum Ius quod ex Conſtitutionibus principum deſcendit. l. 1. §. item cum contra, D. quæ ſent. ſine appell. At in l. 1. D. de act. rer. amot. l. 94. D. de condic. & demonſtr. l. 25. D. de donat. int. vir. l. 20. §. is cui ſeruus, D. de ſtatulib. l. 22. C. de vſur. verba hæc, *Coſtituto Iure*, latius accipienda ſunt. Quintilianus Declamat. 254. *Si idem effici iure vetere & iam olim Conſtituto poteſt.* Et mox, *non iure nouo ſed vetere atque olim Conſtituto reuerſus eſt.* Agellius lib. 12. cap. 13. *Si aut de vetere, inquam, Iure, aut Recepto, aut Controuerſo, aut Ambiguo, aut Nouo, aut Conſtituto, dicendum eſſet.*

Conſtitutum Vſucapioni Tempus, l. 4. D. pro ſuo. l. 2. D. de diuerſ. tempor. quod quale olim eſſet, docet Cicero Topic. Vlpian. Tit. 20. Regular. Iuſtinian. Inſtit. de Vſucapionib. Similitérque in l. 34. §. vlt. D. de ſeruit. præd. ruſt. l. 6. §. 1. l. 7. l. 10. & l. 19. §. 1. D. quemadm. ſeruit. amitt. l. 12. §. idem tractat. D. de vſufruct. l. 22. D. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 10. D. de vi & vi arm. l. 17. D. de aqua & aq. pluu. l. 27. §. vſusfructus, D. de nox. act. *Conſtitutum Tempus*, ſeu, *Conſtitutum ad amiſſionem Seruitutis Tempus*, accipere debemus Biennium, quod L. 12. Tab. Vſucapioni, amittendíſque non vtendo Seruitutibus præſtitutum erat, vt ex Paulo lib. 1. Sentent. Tit. 19. liquet. Quomodo *Statutum Tempus*, interpretor in l. 32. D. de ſeruit. præd. vrban. l. 34. D. de ſeruitutib. præd. ruſt. l. 2. 7. & 19. D. quemadm. ſeruit. amitt. l. 66. §. penult. D. de contr. empt. l. 1. & l. 3. C. ſi quis ignor. rem min. l. 2. C. ſi maior. fact. quod & legitimum & Sollemne aliàs appellatur.

Conſtitutum Tempus, l. 95. §. quod vulgò in fi. D. de ſolutionib. quod ad reſtitutionem in integrum petendam legibus præſcriptum eſt, vt & in l. 9. §. ſi minor. D. de iureiur. Olim quidem poſt legitimam ætatem impletam annus vtilis, hodie quadriennium continuum, l. vlt. C. de tempor. in integr.

Conſtitutum Tempus Ætatis, in l. 62. in fi. D. de ritu nupt. interpretare ex l. 66. eo. tit. l. 7. D. ad Leg. Iul. de adulter. l. 28. §. ſi quis eo tempore, D. de liber. & poſt. l. 6. C. de interdic. matr.

Conſtitutum Tempus, in l. 8. D. de captiu. quinquennium accipe ex l. 6. D. de diuort.

Conſtitutum Tempus, in l. 19. C. de tranſactionibus. olim annus, hodie biennium, l. vn. C. de dolo.

Conſtitutum Luendi Tempus, l. 63. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.

Conſtituti Dies, l. 7. D. de re iud. qui iudicatis ex L. 12. Tab. vel Conſtitutionibus principum indulgentur. Ita *Conſtitutum Iudicatis Tempus*, intelligo in l. 2. D. de diuerſ. temp. *Statutum ſpatium poſt Condemnationem*, l. vlt. C. de execut. rei iud. de quo vide l. vlt. §. vlt. C. de vſur. rei iud.

Conſtituta Tempora, §. qui autem, Inſtit. de excuſ. tut. Quinquaginta dies intellige, ex

Marci Conſtitutione præſtitutos Tutoribus datis ad Excuſationum cauſas conteſtandas, l. 16. l. 38. D. de excuſationib.

Conſtituta Appellatoria Tempora, l. 5. in fi. D. de appell. recip. interpretare ex l. 1. §. biduum & §. quod in ſententiis, D. quando appell. ſit.

Conſtitutum, quoque dicitur Regula Iuris, l. 13. §. Regula, D. de liber. & poſtum.

Ad Conſtitutum, pro ſtato & Condicto die, Veteres dixiſſe non eſt ignotum. Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 5. *Cùm alius eum ſalutaſſet, alius conuiciatus eſſet, qui tam ſerò veniſſet ad Conſtitutum.* Cicer. pro Cæcin. *Qui ad Conſtitutum iuris experiundi gratia veniſſent.* Sic & *Conſtituto Experiri*, dicit pro Cælio. Eóque alluſit idem auctor, Epiſt. lib. 7. Familiar. cùm ait, *Si quod habes Conſtitutum cum Podagra, fac in alium diem differas.*

CONSTITVTIO *Ciuilis*, l. 1. D. de priuat. delict. *Iuris*, l. 16. D. de furtis, l. 5. C. de repud. l. 10. C. de teſtam. man. *Optimi Principis*, l. 11. D. de legib. *Conſtitutiones Principum*, l. 1. §. 1. & l. vlt. D. de L. Corn. de falſ. l. 1. C. de ſeruis Reip. Aliâs *Principales Conſtitutiones*, *& Sacræ appellãtur*, vt ſuis locis probabimus. *Conſtitutiones* autem *Principum* accipimus, quodcumque Imperatores, vel per Epiſtulam & Subſcriptionem ſtatuerũt, vel cognoſcẽtes Decreuerũt, vel de plano Interlocuti ſunt, vel Edicto præceperunt, l. 1. D. de conſtit. princ. §. ſed & quod Principi, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. Nam & Reſcripta, & Epiſtulæ Principum, *Conſtitutiones* appellantur l. 5. §. conſtitutio, D. vt in poſſ. leg. l. 29. D. ad Sc. Trebell. l. 5. D. de manumiſſionib. iuncta, l. 4. D. eo. tit. l. 8. §. ſi quis impubes, D. de inoffic. teſtam. coniuncta, l. 1. §. ſi quis impuberi, D. de collat. bonor.

Conſtitutio, in l. 41. §. vlt. D. de donat. cau. mor. Conſtitutio Seueri intelligitur, qua in donationibus mortis cauſa Falcidia inducta eſt, l. 2. C. de donat. cauſ. mort. l. 5. C. ad Leg. Falcid. *Beneficio Conſtitutionis*, in l. 41. in fi. D. de re iud. ſcilicet Diui Pij, vt apparet ex l. 29. D. de diuerſ. reg. iur.

Conſtitutio ſuſpenſi Iuris, Poſtliminium ſignificat in l. penult. D. de ſuis & legitim.

Conſtitutionibus Continetur, l. 1. §. nec caſtrenſe, D. de collat. bonor. *Obſeruatur*, l. 5. D. de public. iudic.

CONSTANTINVS Imp. qui *Veneranda Chriſtianorum fide Romanum muniuit Imperium*, l. 5. C. de naturalib. lib. Hic *Diuæ Memoriæ* vocatur, l. 3. C. de legit. tut. & *Inclytæ Memoriæ*, l. 1. C. de frumen. vrb. Conſtant. lib. 11. Diuum quoque appellatum, lib. proximo oſtendam.

Ab eo CONSTANTINOPOLIS nomen traxit: cuius Elogium vide apud Auſon. Epigr. 1. Clararum vrbium. Ea *Æterna vrbs*, appellatur Nou. 3. de prædiis ciuit. *Alma Vrbs*, l. 8. C. de hæretic. & Manich. l. 7. C. de temporib. in integr. reſtit. l. vlt. C. vbi cauſa ſtatus. *Caput omnium Ciuitatum*, §. vlt. Inſtit. de ſatiſdationib. *Florentiſſima Ciuitas*, l. 15. C. de iudic. l. 7. C. de Curator. l. 12. in fi. C. de præſcript. long. temp. *Florentiſſima Vrbs*, l. 13. C. de ædific. priuat. *Inclyta Vrbs*, l. 22. C. de hered. inſtit. *Maxima Vrbs*, l. 7. C. de feriis. *Regia Vrbs*, l. 25. C. de nuptiis, §. vlt. Inſtit. de ſatiſdat. *Roma noua*, l. 4. C. de operib. publ. vt & apud Socrat. Hiſtor. Eccleſ. lib. 5. cap. 8. & in Concilio Conſtantinopolitano non ſemel. *Sacratiſſima Vrbs*, l. 7. C. de aduocat. diuerſor. iudic. l. 30. C. de donationib. *Eius Natalis Dies*, l. 10. C. de feriis.

CONSTRINGERE *ſe Sponſione*, l. vn. C. de ſuffrag.

Conſtringi, id eſt obligari, l. vlt. C. quod cùm eo. *Conſtringi laqueis Criminis*, l. vn. C. de priuat. carcerib.

CONSTRVERE *Opus*, l. 4. C. de operib. publ.

CONSVETVDO eſt Ius non ſcriptum, moribus vtentium comprobatum. Dio. Chryſoſtom. in Oratio. de Conſuetud. Ἔστι δὲ ἔθος, γνώμη μὲν τῶν χρωμένων κοινή. Νόμος δὲ ἄγραφος ἔθνους ἢ πόλεως: δίκαιον δὲ ἑκάστοις, καὶ ταῦτα πᾶσιν ἄρεσκον, εὕρημα δὲ αὐθράπτου ὑδενὸς, ἀλλὰ βίου καὶ χρόνου. Artemidor. lib. 6. cap. 3. τῶν νενομισμένων ἃ μὲν σωθέντων ἀλλήλοις οἱ ἄνθρωποι, αὐτοὶ ἑαυτοῖς πράττουσι, καὶ καλεῖται τὸ τοιοῦτον, Ἔθος μὲν ἔστι δὲ, ὡς ἡ φήμη λέγει, νόμος ἄγραφος. *Diuturna Conſuetudo pro Iure & Lege in his quæ ex non ſcripto deſcendunt, obſeruari ſolet*, l. 33. D. de legib. *Quæ longa Conſuetudine comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſeruata, non minus quàm ea quæ ſcripta ſunt Iura, ſeruantur* l. 35. D. eod. tit. *Conſuetudo vim Legis obtinere debet*, l. 38. D. eo. tit. *Optima eſt Legum interpres Conſuetudo*, l. 37. D. eo. *Conſuetudo Ius firmauit*, l. 40. D. eo. *Ne quid contra Longum Conſuetudinem fiat, ad ſollicitudinem ſuam Præſes*

Prouinciæ

Prouinciæ reuocabit, l. 1. C. quæ sit longa Consuet. *Consuetudinis, vsúsque Longæui, non vilis auctoritas est*, l. 2. C. eod. tit. *Moribus & Consuetudine inductum*, l. 32. D. de legib. *Consuetudine Obtentum*, l. 39. D. eo.

Consuetudo Inueterata, Longa, l. 32. l. 34. & l. 35. D. de legib.

Consuetudo Fori, l. 1. §. in honorariis, D. de extraord. cognit.

Consuetudo Regionis, l. 71. D. de contrah. empt. l. 6. D. de euictionib. l. 21. §. 1. D. qui testam. fac. l. 50. §. vlt. D. de legat. 1. l. 75. D. de legat. 3.

Ex Consuetudine cuiusque loci, l. 4. D. de feriis. *Secundum Consuetudinem quæ retro obtinuit*, l. 7. D. de offic. proconsul.

Consuetudo quæ retro obtinuit, l. 7. D. de offic. proconsul. l. 19. C. de locato. *Ex Consuetudine in Prouincia præstantur vsuræ*, l. 21. D. de ann. legat.

Consuetudo Loquendi, l. 132. D. de verbor. significat. Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7. *Patrisfamilias*, l. 21. §. 1. D. qui test. fac. poss. & l. 50. §. vlt. D. de legat. 1. l. 75. D. de legat. 3. Quintilianus lib. 1. cap. 12. *Consuetudinem Sermonis vocabo, Consensum eruditorum: sicut, Viuendi, Consensum Bonorum. Cùm ex Consuetudine Domus esset*, l. 23. §. 1. D. de pecul. leg.

Consuetudinem habendi possideo, l. 20. D. de seruit. vrban. præd.

Consuetum Præstari, l. 9. §. earum, D. de publican.

Contra Consuetudinem desideras, l. 1. C. de calumniatorib.

Quæ sunt Moris & Consuetudinis, l. 31. §. quia adsidua, D. de ædilic. edict. *Non est Consuetudinis*, l. 17. §. 1. D. de aq. & aq. plu.

Animalia Consuetudine Abire & Redire, Pauones & Columbæ, ex Consuetudine Auolare & Reuolare, solent, l. 3. §. Pauonum, D. de adquir. rer. dom. §. Pauonum, Instit. de diuis. rer.

Consuetudo, pro Concubinatu interdum vsurpatur. Sic, *Consuetudo liberæ Mulieris*, l. 24. D. de ritu nupt. *Consuetudinis causa, non Matrimonij*, l. 34. D. ad L. Iul. de adult.

CONSVLERE *Principem*, l. 6. §. legatos, D. de offic. proconsul. l. 6. D. de operib. publ. l. 14. D. de off. præsid. *Consulitur Imperator*, l. 2. D. de off. procur. Cæs.

Consuli Principes, l. 31. D. de pœnis. *Consulti Imperatores à Procuratoribus*, l. 48. D. de iur. fisci. *Consulto Principe*, l. 16. D. de Leg. Corn. de sicar. *Antoninus Consultus Rescripsit*, l. 95. D. de legat. 3. *Imper. Antoninus cùm à Iudice Consuleretur Rescripsit*, l. 32. §. cum quidam, D. de recept. qui arb. *Consulti Principes rescripserunt*, l. 11. D. de decurionib. l. 1. D. de inspic. vent. l. 48. D. de iure fis.

Consulentibus de iure Iudicibus non debent Præsides Consilium impertire, l. 79. §. 1. D. de Iudiciis.

Consuli, quoque dicebantur Prudentes, his à quibus Consilij expetendi causa adibantur, l. 41. D. de reb. credit. l. 47. §. vlt. D. de hered. institut. l. 14. §. quidam, D. de admend. legat. l. 52. §. 1. & §. in olim, D. ad Leg. Aquil. l. 15. D. de public. l. vlt. D. si quadrup. l. 14. D. de pecul. leg. l. 17. §. vlt. D. si seruit. vind. l. 6. D. de manumissionib. l. 43. §. vlt. D. de dam. inf. l. 19. D. ad exhib. l. 57. D. de iudic. l. 9. D. de re iudic. l. libert. §. largius, D. de nun. legat. in quo verbo scitè ita lusit Cicero Epist. 3. lib. 7. Familiar. *Consuli quidem te à Cæsare scribis: sed ego tibi, ab illo, Consuli mallem.* Et Epist. 13. *Puto te malle à Cæsare Consuli quàm inaurari.*

Consulentibus Respondebant Iurisconsulti, l. 2. §. & vt obiter, D. de orig. iur. Inde hæc non raro in libris nostris, *Consultus Respondit*, l. 78. §. filiam, D. ad Sc. Trebell. l. 5. D. de adimend. legat. l. 7. D. quib. ex caus. in poss. l. 1. §. vlt. D. ad Leg. Falcid. l. 191. D. de diuers. regul. l. 16. §. vlt D. de instr. vel instr. Hinc *Consultum Iuris*, dixit Horat. pro Iurisperito, & *Consultum*, absolutè Ouidius lib. 1. de Arte aman. cùm ait,

Illo sæpe loco capitur Consultus amore.

Et lib. 3. Amor. illo versu,

Atque eadem Sponsum Consulti ante Atria mittit.

Consultos etiam pro Iurisperitis accipe apud Horatium Epist. 2. lib. 2. *Quædam si credis Consultis, Mancipat Vsus.* Quæ vox & augmentum gradus admittit. Et ita *Consultissimus Princeps* l. 1. C. ne liceat potent. l. 6. C. de testam. manumiss. *Consultissimus Vir*, l. 3. C. de adquir. & retin. poss. Liuius lib. 1. de Numa, *Consultissimus vir, vt in illa quisquam ætate esse poterat, omnis Diuini atque Humani Iuris.*

Inde & CONSVLTOR dicebatur, qui Iurisperitum consulebat. Cicer. pro Muræna, *Vigilas tu de nocte, vt Consultoribus tuis respondeas.* Idem Tusc. Quæst. lib. 2. *Drusi domum*

Consultoribus compleri solitam accepimus. Et pro Cornel. Balbo, *Q. Scævola Augur cum de iure Prætorio consuleretur, homo iuris peritissimus, Consultores suos nonnunquam, &c.* Horat. Sat. 1. lib. 1. *Sub Galli cantum Consultor vbi ostia pulsat.*

Ad quem locum vetus Interpres, *Consultor*, ait, *qui Consilium rogat: nam Consultus est qui dat Consilium.*

Hinc CONSVLTATIO, Quæstionem seu facti Speciem Iurisperito propositam, & de qua Iurisperitus Consulitur significat, l. 27. §. Sticho, D. de liber. leg. l. 27. D. qui testam. fac. *Consultationi inserta verba*, l. 34. D. de legat. 2. *Secundum ea quæ in Consultatione collata essent*, l. 14. §. quæ Marco, D. de ann. legat. Cicer. lib. 1. de Legib. *Non enim id quæris hoc sermone, Pomponi, quemadmodum in iure caueamus, aut quid de quaque Consultatione respondeamus.* Idem Topic. *Iurisperiti de Consultationibus suis disputant.*

Consultatio similiter appellatur, cùm ad Imperatorem quid de iure dubitans, Magistratus refert: ad cuiusmodi *Consultationes Respondere & Rescribere*, dicitur. *Ad Consultationes Proconsulum Respondere*, l. 6. §. Legatos, D. de offic. proconsul. *Arrius Seuerus quia dubitabat, ad Imperatorem Seuerum retulit: ad quam Consultationem Successor eius Benidio Quieto rescripsit*, l. 11. §. ex facto, D. de minorib. *Si Præses Prouinciæ, vel quis alius, Consuluerit, & ad Consultationem eius fuerit Rescriptum*, l. 1. §. 1. D. de appellationib.

Consulere Mathematicos, Ariolos, Vaticinatores, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 23. Ita *Consultus Astrologus*, l. 15. §. si quis, D. de iniuriis.

CONSVLI olim *Populus* dicebatur, cùm Magistratu Senatorio Plebeióve interrogãte, Populus rogabatur, vellet, iuberet, aliquid fieri. Fest. Pomp. *Rogatio est, cum Populus Consulitur.* Cicer. pro Milo. *Nihil de eius morte populus Consultus est.* Idem pro Domo sua, *Si populus de ea re Cõsultus esset.* Senatus quoque *Cõsuli* diicebatur, vt vel vnus Cicer. Epist. 22. lib. 10. Familiar. idoneus testis est. vnde Senatusconsultũ dictũ. Hinc *Consultum Amplissimi ordinis*, pro Senatusconsulto, l. 3. C. ad Sc. Velleian. & l. 4. C. de excusationib. tutor. Sic HORATIUS. Epist. 16. lib. 1. *Qui Consulta Patrum, qui Loci, iurá que seruat. Consulta Diualia*, l. 24. C. de testament.

Consulere etiam prospicere significat. Sic, *Consulere infirmitati filij*, l. 21. §. filium, D. de annu. legat. *Suo Commodo*, l. 5. §. 1. D. de dol. mal. except.

Similitérque *Consuli* prospici est, l. 17. §. 1. de pactis. Sic *Cõsuli Heredi*, l. 33. D. de pactis. *Heredibus*, l. 40. §. vlt. D. eod. tit. *Indemnitati*, l. 7. D. de dolo. *Libertis*, l. 11. D. de adsignand. libert.

Consulitur per Actionem, l. 63. D. de legat. 2. d. l. 7. D. de dolo. *Consultum Fratri*, id est prospectum, l. 77. §. Curatoris, D. de legat. 2. *Infirmitati*, l. 5. C. ad Sc. Velleian. *Legatario*, l. 12. D. quando dies legat. *Vtrique*, l. 21. §. 1. D. de oper. nou. nunc. *Satis Consultum Heredibus*, l. 59. §. 1. D. de manumiss. test.

CONSVLTO *& Casu*, opponuntur in Lege Dei, Tit. 1. Item *Consulto & per Errorem*, l. 53. D. de diuers. regul. *Consultò*, id est data opera, de industria, & vt vulgo loquimur, ex certa scientia, l. 1. §. solent, D. de offic. præf. vrb. l. 23. §. vlt. D. de oper. libert. l. 18. §. Sabinus, D. de instr. vel instr. l. vlt. §. item, D. ad municipal. l. 2. §. si consulto, D. de bonor. possess. sec. tab. l. vlt. D. de liberat. leg. l. 35. §. vlt. D. locati.

Aliâs, *Consultè* legimus: vt *Consultè Denuntiare*, l. 5. D. quis vi aut clam. *Consultè Abstentus*, l. 4. C. arbitr. tutel.

Consultius est, l. 15. & l. 16. D. de transactionib. *Esse Videtur*, l. 3. C. de adquir. & retin. possess. *Facies*, l. 8. C. si quis alteri. *Fecerit*, l. 1. C. in quib. caus. tut. vel cur. l. 12. C. de rescind. vendit. l. 1. C. in quib. casib. *Restituet*, l. 1. C. de dolo. *Consultissimè*, l. 8. C. de condic. instit.

CONSVLES à Consulendo dicti sunt, l. 2. §. sed exactis, D. de orig. iur. Suidas Κονσύλους αὐτοκράτορας αὐτὺς οἱ τ Ρωμαίων πολίται διονομάζας ἀνόματα οἷα δὴ πρεσβύλους ἢ πρεσβυτόρους πινὰς. ὡς Ἑλληνεσιστὶ ταῦτα, ἀφ' τὴν ἐπιβολὴν ἐξουσίας, Ὑπάτους πρεσβευόμασιν. Cognoscebant autem de Fideicommissis, & Libertatibus, vt ex l. 3. in fi. D. de aliment. legat. l. 50. D. de condic. & dem. Vlpiano in Tit. 25. Regular. & Iustiniano, in Tit. de fideicomm. hered. in prin. liquet. Tutores etiam dabant, antequam proprius Tutelaris Prætor ab Imperatore Marco institutus esset, vt Spartia. in eius vita scribit. Consilium quoque præbebant manumittere volentibus, l. 1. D. de offic. cons. l. 20. D. de manum. vind. Amplissimorum Titulo ornatos S. lib. 1. demonstraui. Fit eorum mẽtio RUBR. de Cõsulib. lib. 12. C. l. 12. de Iurisdictio. in C. Th. l. 2. de libert. & eor. liber. l. 1. qui bonis ex L. Iul. in eod. Cod. Consulatum etiam omnibus fastigiis dignitatum anteponendum, ait l. vn. de consul. præf. magistr. in eod. C.

Consul

Consul & Dies in temporis designatione coniunguntur, l. 1. §. editiones, D. de eden. l. 28. D. de probationib. l. 34. §. 1. D. de pignorib.

CONSVLARIS, qui Consulatum gessit, l. 11. D. de dolo, l. 3. §. quæsitum, D. ex quib. caus. maior. l. 3. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. l. 52. D. de procuratorib. & l. vlt. D. de Senatorib. l. 1. C. de consulib. lib. 12. *Consularis Dignitas*, d. l. vlt. & §. filiusfamilias, Institut. quib. mod. ius patr.

Consulares Feminas intelligimus Consularium vxores, l. 1. D. de Senatorib. *Consulares Viæ*, publicæ, quæ & *Prætoriæ* & Βασιλικαὶ dicuntur, l. 2. §. viarum, D. ne quid in loco publ.

Consulares etiam appellabantur qui certas quasdam Prouincias, & Italiæ Regiones regebant, l. vn. C. vt omnes iud. l. vn. C. de offic. com. sacr. patr. l. 7. de prox. comit. dispos. in Cod. Theod. l. 3. de acc. & inse. l. 3. de murileg. & gynæc. l. 1. ne quis in pal. man. l. 6. de met. l. 6. de ag. in reb. in cod. Cod. *Consulares* autem vt ex Notitia colligitur in Orientis partibus, 15. erant: videlicet, per Orientis diœcesim, 5. per Asianam, 3. per Ponticam, 2. per Thracias totidem: per Illyricum, 3. In Occidentis verò partibus 22. Nimirum, per Italias, 8. per Africam, 2. per Hispanias, 3. per Gallias, 7. in Pannonia, 2. Huiusmodi erant *Consularis Æmiliæ*, l. vn. de vectig. & comm. l. 3. de censu siue adsc. l. 4. de denunt. vel edit. resc. in C. Th. *Aquarum*, l. 2. de diu. offic. *Beticæ*, l. 3. de bonis proscripto. *Bizacenæ*, l. 1. de conlat. donat. vel releu. poss. *Campaniæ*, l. 71. de decurion. l. 4. de diu. resc. l. 5. ad Sc. Claudianum, l. 12. de pœnis, l. 1. de collegiat. l. vn. quor. vsus interd. l. 24. de curs. publ. in C. Th. & apud Cassiodor. Epist. 23. lib. 3. Variar. *Fenices*, l. 52. de decurion. l. 9. de lustr. conlat. l. 9. de filiisfam. mil. app. *Liguriæ*, l. 4. vnde vi. l. 4. de denunt. vel edit. rescr. *Numidiæ*, l. 8. de Episc. Eccl. & cler. l. 17. de lustr. conl. *Palæstinæ*, l. 55. de decurion. *Pannoniæ*, l. 6. de veteran. *Picen.*, l. 71. de decurion. l. 5. de pact. & transact. l. 2. de exhib. vel transm. reis, l. 4. quib. equor. vsus conces. aut den. Nou. Maiorani de bon. proscr. *Siciliæ*, l. 29. de curs. publ. ang. & parang. *Syriæ*, l. 11. de cohort. princ. cornic. *Syriæ Coëles*, l. 6. de iure fis. l. 7. & 8. de non rec. appell. *Tusciæ*, l. 72. de decurionib. l. 5. de denunt. vel edit. resc. *Venetiæ*, l. 1. de exsec. & exact. l. 10. de exactionib. Atque hæ sunt Ἀρχαὶ Κονσουλαρείαι Nou. 8. *Consulare Fastigium*, Nou. Th. & Val. de honoratis. *Consularium Insignia*, l. 5. de honorar. cod. cill. in C. Th.

Consularitas, l. 74. de decurionib. Extat Consularitatis Formula apud Cassiodor Epist. 2. lib. 6. Variar. *Consularitatis Dignitas*, l. vn. de cons. præsid. l. 7. de honor. cod. l. 10. de ag. in reb. *Fasces*, l. 14. ad L. Iul. de amb. *Insignia*, l. 2. Tit. 2. lib. 6. C. Th. Consularibus planè, quemadmodum Cassiod. Epist. 2. lib. 6. Variar. tradit, Secures & Fasces præferebantur: vultus etiam regnãtium geniati obsequij pompa præmittebat, curulésque inclytas ornabat: vt non solum summi Iudicis, sed & Dominorum reuerẽtia cumulati ornarẽtur. Præterea in aliquibus Prouinciis ornatu Penulæ Consularis, Carpenti etiam subuectione decorabatur. Vnde apparebat eum vices præcelsæ gerere dignitatis.

CONSVMERE, id est impendere. Sic *in Funere aut in Monumento aureos cẽtum Consumere*, l. 202. D. de verb. signific. *Consumere in funus rem Legatam*, l. 63. D. de legat. 3. *Consumi pecunia in Monumentum*, l. 40. §. vlt. D. de condic. & demonstr. *Consumptum Funeris causa*, l. 1. §. vlt. D. ad Leg. Falcid.

Consumere Pecuniam, l. 18. §. vlt. D. de iure fisc. l. 9. §. 1. D. de amot. & cons. l. 8. §. eam. D. de transactionib. *Malè Consumere pecunias*, l. 32. D. de minorib. *Consumentis melior causa*, l. 34. D. de minorib. *Consumptum*, id est, perdituro, *Pecunia Credi*, l. 25. §. Restitutio, D. eo. tit.

Consumi Pecunia, l. 1. D. de nautic. fœnor. *Consumpta Pecunia*, l. 15. D. de reb. dub. l. 12. D. de reb. credit.

Consumere Nummos, l. 30. D. de actionib. emp. l. 13. & l. 18. D. de reb. credit. *Consumpti Nummi & Extantes* opponuntur, l. 9. §. hoc Senatusc̃ōsultũ. D. ad Sc. Maced. *Consumpti Nummi*, videtur qui aliis permutati vel ita mixti sunt, vt discerni non possint, vel aliàs expensi, l. 11. §. vlt. l. 12. l. 13. l. 14. l. 18. l. 19. §. vlt. D. de reb. credit. l. 25. §. 1. D. de vsufruc. l. 17. l. 78. & l. 94. D. de solutionib. l. 56. §. si nummos, D. de fideiussor. l. 81. D. de iure dot. Ipso enim vsu assidua permutatione pecunia quodammodo extinguitur, §. constituitur, Instit. de vsufructu.

Consumere alienum Vinum vel Frumentum, l. 30. §. 1. D. ad L. Aquil. *Fructus*, l. 4. §. post litem, D. finiũ regund. *Si Legata Consumant Vniuersorum Bonorum quantitatem*, l. 18. D. de testam. milit. id est, exhauriant.

Consumpta Penus, l. 2. & l. 4. D. de penu legata. *Consumptum Vinum*, l. 83. §. sacram, D. de verbor. obligatio. *Consumpti Bona Fide Fructus*, l. 1. §. cùm prædium, D. de pignorib.

Consumere Actionem, l. 14. §. qui enim, D. quod met. caus. l. 2. D. de priuat. delict.

Concurrentes Actiones alia aliam Consumit, l. 130. D. de diuers. reg. l. 60. D. de obligat. & actio. id est *perimit*, vt l. 34. §. si is cui, D. eod. tit.

Proinde CONSVMI dicuntur *Actiones*, quæ tolluntur, perimuntur, pereunt, extinguntur, l. 28. §. exceptio, l. 30. §. in popularibus, D. de iureiuran. l. 7. D. de vsufructu, l. 34. in prin. D. de obligationib. & act. l. 14. §. eum qui, D. quod met. cau. Quod enim illis in locis *Consumi*, hoc *Tolli* dicitur, l. 38. §. vlt. D. pro socio. Ita *Conductio furtiua Consumi per Furti Actionem*, l. 7. §. 1. D. de condict. furt. id est *Tolli*, vt l. 18. D. eod. tit. Sic & *Consumi Obligatio*, l. 5. D. de fideiussorib. *Consumpta pars Obligationis*, l. 17. D. rat. rem hab.

Consumere Stipulationem, l. 66. D. de procuratorib. l. 18. D. de obligat. *Consumpta Stipulatio*, l. 133. D. de verbor. oblig.

Consumi Optionem, l. 2. D. de opt. leg. *Consumpsit ius Legati*, l. 20. D. eod. tit.

Consumitur Existimatio quotiens Libertas adimitur, l. 5. §. consumitur, D. de extraord. cognit.

Consumi dicuntur quibus vita adimitur, & *Consumendi Damnati*, quibus capitalis pœna irrogatur. Valer. Max. lib. 7. cap. 2. *Ignorauit præcipi herus vt excellentissimum quemque seruorum aut exilio summoueret aut morte consumeret.* In Lege Dei Tit. de Abigeis hæc Vlpiani, verba referuntur, *Nam ad Gladium damnati confestim Consumuntur: vel certe, intra annum debent Consumi. hoc enim Mandatis continetur. Enimuero qui in Ludum, non vtique Consumuntur, sed etiam & Pilcum & Rudem accipere possunt.* Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 17. *Sane qui ad Gladium dantur, intra annum Consumendi sunt. Consumenda damnata*, l. 3. D. de pœnis. Græci eodem modo δαπανᾶσθαι dicunt. Libanius περὶ φάσεως, τῶν δὲ φόμασι θηρίων δαπανηθέντων.

Ferruminatione iunctum Statuæ bracchium, vnitate maioris partis Consumi, l. 23. §. item quæcunque. D. de rei vindicat.

Consumptus est Flamma, l. 45. §. cùm stramenta, D. ad L. Aquil.

Consumpta incendio Ædes, Valer. Max. lib. 7. cap. 8. *Domus*, l. 57. D. de contrah. empt. *Insula*, l. 19. §. si quis, D. locati. *Pars Insulæ*, l. 25. D. de verb. obligat. *Villa vel Ædes incendio Consumptæ*, l. 1. §. Rectissimè, D. de vi & vi arm.

Consumptum Tempus, l. 31. D. ad L. Iul. de adulter.

CONSVMMARE *Ædificium Inchoatum*, l. 61. §. 1. D. de vsufruc. l. 135. D. de verb. signif. *Cœpta Opera*, l. 7. D. de offic. proconsul. *Insulam*, l. 137. §. item, D. de verb. oblig. *Mandatum*, l. 17. §. sicut, D. commodati.

Consummari Donatio, l. 4. D. de donat. *Obligatio*, l. 13. D. de duob. reis. *Opera*, l. 4. §. ædes, D. de offic. proconsul. *Via*, l. vlt. D. de seruit. præd. rust.

Consummatum Opus, l. 4. §. quæ post, D. de censib. *Consummato Anno*, l. 8. §. eam transactionem, D. de transactionib. *Consummata Iniuria & Cœpta*, opponuntur l. 1. §. vlt. D. quod quisque iur.

Consummatio Operis, l. 8. §. vlt. D. ad Leg. Falcid. Vlpian. Tit. 21. Regular. *Testamenti*, l. 1. §. ideò, D. de his quæ in testam. delent.

CONTAGIONIS, *quæ Testes deterret, timor*, l. 8. C. de testament. *Contagium potius, quàm Coniugium*, l. vlt. C. si nuptiæ ex rescripto.

CONTEMNERE negligere & aspernari significat. *Contemnere Prætorem* videtur, qui in iure interrogatus non respondet, l. 10. §. qui tacuit, D. de interrogationib. *In ius vocati est, non Contemnere Auctoritatem Prætoris*, l. 5. D. de iudiciis. *Qui Contemnat venire*, l. 28. §. 1. D. de fideic. libert.

Contemnere pro se introducta, l. 41. D. de minorib.

Contemnere Matrimonium suum, l. 2. §. Lenocinij, D. ad Leg. Iul. de adulter. *Voluntatem*, l. 5. §. vsque adeo, D. de administr. & peric.

Contemni Nuntiatio, l. 3. §. Aristo, D. de Riuis. *Contemptum Iudicium*, l. 5. C. de religios.

Contemptio Dignitatis, l. 19. D. de offic. præsid.

Contemptibilis, l. 9. §. circa, D. de offic. proconsul. *Si quid non Contemptibile venierit*, l. 37. §. 1. D. de euictionib.

CONTEMPLATIO *Personarum*, l. 8. §. modus, D. de transactionib. *Vtilitatis Publicæ*, Paul. lib 2. Sententiar. Tit. 19. *Contemplatione alterius possidere*, l. 13. §. si quid absentes, D. de hered. pet. *Contemplatione delatæ hereditatis re sua lautius vsus*, l. 25. §. si quis, D. de hered. petit. *Si Contemplatione Domini pecuniam dedi seruo*, l. 10. §. in rem, D. de in rem ver. *Si Contemplatione tui Mutuam pecuniam Procuratori tuo dedero*, l. 6. §. 1. & §. si quis, D. de negot. gest.

Contemplatione Fructuarij aliquid ſeruo Relictum vel Donatum, l. 22. D. de vſufruct. *Contemplatione Venditoris heres Inſtitutus Seruus*, l. 23. §. vlt. D. de ædilic. edic. *Cuius Contemplatione Teſtator id fecerit*, l. 11. §. interdum, D. de legat. 3. *Hac Contemplatione Donatum, vt in quartam habeatur*, l. 22. D. de inoff. teſt.

Contemplatione Mortis facta Donatio, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 24.

Contemplatione Donationis venditio Cõtrahi, Paulus ibidem. *Cõtemplatione Dotis ac Peculij filiam exheredauit*, l. 65. §. vlt. D. de rei vind. *Contemplatione Hoſtilis incurſionis*, l. 1. C. de commoda.

Contemplatione Ventris non attigit Hereditatem, l. 1. §. nonnumquam, D. ſi mulier. ventr. nom.

Contemplatione Salutis, æſtimari non placuit laboris eximij mercedem, l. 34. §. vlt. D. de donationib. *Alia Contemplatione adgnouit legatum*, l. 24. §. proinde, D. de fideicomm. libert. *In Contemplationem venire*, l. 60. D. ad Leg. Falcid.

CONTENDERE, Litigare & Iudicio certare, ac diſceptare ſignificat: vt *Contendere de Libertate*, l. 2. D. ſi ingen. eſſe dic. l. 24. D. de dolo. *De Mutua pecunia*, l. 42. D. de iureiuran.

Contendere Legato, id eſt de legato, l. 16. D. vt legator. ſeu fideicomm. *Cedere vel Contendere vltrà*, l. 1. D. de edendo.

Contendere pro in iudicio dicere, allegare, adfirmare, l. 5. D. de his quæ vt indignis, l. 10. §. quod ait, D. quæ in fraud. credit. l. 45. D. famil. erciſc. l. 68. D. de rei vind. Atque ita *Contendere & Negare*, aduerſantur, l. 2. D. ſi ſeruit. vind.

Si Contendat, l. 20. D. de excuſationib. l. 28. D. de fideiuſſorib. l. 20. §. 1. & l. 39. §. ſi quis dicet, D. de noxalib. l. 1. §. ſi quis filium, D. de Carbon. edict. & l. 28. §. quæ iurauit, D. de iureiur.

Propter immenſas Contentiones plerumque res ad Diuiſionem peruenit, l. 26. D. de ſeruit. præd. vrb.

Contentioſa Iuriſdictio, Voluntariæ opponitur, l. 2. D. de officio proconſul.

CONTENTVS *ero*, l. 51. §. vlt. D. ad Leg. Aquil. Quintilian. Declamat. 11. *Contentus ſum dicere*, vtitur & Declamat. 259. Auctor lib. de cauſis corrup. eloquent. *Probaſſe Contentus ſum*, Sulpit. Seuer. lib. 2. Hiſtor. *Id tantùm adnotaſſe Contentus ſum.*

Contentus alterutra actione eſſe debebit Actor, l. 18. D. ad L. Aquil. *Contenti eſſe vna Actione debemus*, l. 6. §. vlt. D. naut. caup. *Contenti eſſe Pœnis Legum debemus*, l. 19. D. de verbor. obligat.

Contentus Fideiuſſoribus quos accepit, l. 10. D. qui ſatiſd. cog. *Iure Ciuili*, l. 22. D. de legat. præſt. *Legato*, l. 18. D. de legat. præſt. *Parte*, l. 44. D. de pactis. *Pignoribus*, l. 15. §. ſi pignora, D. de re iudic. *Rebus*, l. 62. §. 1. D. de iur. dot. *Tredecim*, l. 47. D. de pactis. *Vni Legato*, l. 8. §. 1. D. de legat. 2. *Id quo quis Contentus erat, ei Præſtetur*, l. 5. §. ſatis acceptis, D. de verb. oblig.

Contentus eſſe Prætor debet vt iubeat, l. 31. D. de reb. auct. iud. *Contentus Lucrum ex dote retinere*, l. 11. §. Socer, D. ad Leg. Iul. de adulter. *Contentus eſſe Teſtator vel alterum facere*, l. 13. §. 1. D. de manumiſſ. teſt.

Contenta Dote, l. vlt. D. de dot. collat. l. 52. D. de act. empt. l. 3. C. de collationib. *Iudicio Mariti*, l. 53. D. de legat. 3. *Nomine Debitoris*, l. 96. D. de ſolutionib.

CONTESTARI ſignificat Teſtibus adhibitis aliquid declarare ac profiteri, l. 1. D. quod iuſſu. l. 7. §. vlt. D. de decurionib. l. 3. C. de fide inſtr. *Conteſtari contrariam Voluntatem*, l. 7. §. 1. D. de decurionib.

Vnde *Conteſtatio*, pro Teſtatione l. 20. §. vlt. D. qui teſtam. fac. l. 19. C. de vſuris, & apud Paul. lib. 2. Sent. Tit. 13.

Conteſtatio Pœnitentiæ, l. 12. C. de contr. empt. *Conteſtatio publicè propoſita*, l. vlt. C. de his qui per nat. *Conteſtatione Facta*, l. 8. C. de diſtract. pignor.

Hinc *Conteſtari Litem*, dicebant eos qui iudicium accipiebant, ex eo quòd, eos qui tum aderant, Teſtes faciebant. Feſtus, *Conteſtari dicuntur duo aut plures aduerſarij, quòd, ordinato iudicio, vtraque pars dicere ſolet, Teſtes eſtote.* *Conteſtata* autem *Lis* tunc videtur, cùm Iudex, per narrationem negotij, cauſam audire cœperit, l. 1. C. de lit. conteſt.

Porrò *Conteſtari* non actiua tantùm, ſed & paſſiua ſignificatione, vſurpari inuenio, l. 11 in fi. D. de feriis, l. 3. §. ſi is cuius, D. de ſepul. viol. l. 16. D. de offic. præſid. l. 22. §. eo autem tempore, D. ſol. matr. l. 3. C. de nouation. Sic *Conteſtatum Iudicium*, l. 7. §. 1. D. de petit. hered. l. 19. D. ſol. matr. & *Conteſtatam Litem ex actione* dicunt, l. 37. D. de neg. geſt.

Ceterùm Lis Conteſtata etiam in Accuſationibus publicorum Iudiciorum dicebatur, l. 20. D. de accuſationib. vel in Capitalibus cauſis, *Litis Conteſtatio* locum habet. l. 1. C. ex delict. defunctor.

Conteſtandas excuſationum cauſas, l. 38. D. de excuſationib.

Conteſtatò, aduerbium, l. 1. §. Iulianus, D. de agnoſc. & alend.

CONTEXTVS *Teſtamenti*, l. 75. D. de legat. 3. *Verborum totius Scripturæ*, l. 44. D. de manum. teſt. *Vno Contextu Teſtamentum fieri*, debere dicitur, id eſt, nullo alieno actu intermixto, l. 31. §. vlt. D. qui teſtamen. fac. *Per Contextum Rationum ſcriptum*, l. 111. D. de condic. & dem.

Contextu ædificiorum vnita Domus, l. 15. §. ex hoc edicto, D. de damn. infect.

Contextum etiam appellatur quod in tela eſt, nondum pertextum vel detextum, l. 22. D. de auro arg. Et ſic *Contexta* accipe in l. 70. §. verſicoloribus, D. de legat. 3.

CONTIGNATIO, *Vna Contignatione tectæ viuæ ædes*, l. 36. D. de ſeruit. præd. vrb. *Contignatio tranſuerſa quæ ab vtraque parte domus ſuſtinetur*, l. 47. D. de dam. inf. Liuius lib. 21. *Et in foro Boario, Bouem in tertiam Contignationem ſcandiſſe*: Vtuntur & hac voce Hirtius, ſiue Oppius de Bello Alexandr. Vitruuius lib. 2. cap. 9. Plin. lib. 35. cap. 13. & Ammian. Marcellin. lib. 19.

CONTINERE complecti & comprehendere ſignificat. Sic, *Publiciana tempus emptionis Continet, & Bonam fidem emptoris*, l. 7. §. Publiciana, D. de Publician. *Priſtinam Speciem non Continet*, l. 5. §. 1. D. de rei vind. *Continent rei perſecutionem Actiones*, l. 24. §. vlt. D. de obligat. & actionib.

Contineri Pondere, Numero, Menſura, Res, l. 38. D. de iudic. l. 34. §. ſed ſi pondus, D. de legat. 1. l. 6. D. de rei vind. id eſt *Conſiſtere*, vt loquitur l. 2. §. Mutui, D. de reb. credit. ſeu *Conſtare*, vt loquitur l. 35. §. in his, D. de contrah. empt.

Contineri Res Solo, l. 1. D. de rei vindic. *Vſu*, l. 7. D. de vſufr. ear. rer.

Continere ſe Terra Fructus, l. 78. D. de rei vindic.

Continui Terra, l. 3. §. 1. D. arbor. furt. cæſ. dicuntur quæ terra tenentur, eíque cohærent. *Non Continent Speciem*, l. 5. D. de rei vind.

Continetur Condicioni, l. 41. §. Stichus, D. de fideicomm. libert. *Huic Actioni*, l. 57. D. de ædilic. edict. *Huic Stipulationi*, l. 3. l. 5. D. vſusfruct. quemadm. cau.

Continetur Arbitratu Iudicis, l. 10. D. quod met. cau. *Conſtitutionibus Principum*, l. 24. D. ad municipal. l. 1. §. 1. D. de pollicitationib. *Inſtrumento*, l. 35. D. de pactis. *Mandatis*, l. 6. §. vlt. D. de off. proconſ. *Officio Arbitri*, l. 32. §. arbitri, D. de recept. *Officio Iudicis*, l. 17. §. vlt. D. de noxalib. l. 22. D. de vſu & habit. l. 38. & l. 44. D. de heredit. petit. l. 76. D. de rei vind. l. 69. §. vlt. D. de legat. 1. l. 12. D. ſi ſeruit. vindic. *Reſcripto*, l. 7. D. de excuſationib. l. 11. D. de minorib. l. 12. D. de pollicitationib. *Multis Reſcriptis*, l. 7. §. ſi tutor. D. de adminiſtr. & peric. l. 1. §. cùm quis, D. de quæſtionib. *Senatuſconſulto*, l. 60. §. quamuis, D. de ritu nupt. *Verbis Edicti*, l. 7. §. vlt. D. de iuriſdictio. *Appellatione*, l. 136. l. 138. l. 145. l. 146. & l. 173. D. de verb. ſignif. l. 2. §. 1. & l. 27. §. cum eo, D. ad Leg. Aquil. & aliàs Sæpe. *Vindicatione*, l. 3. D. de rei vind.

In Continenti Agro, l. 65. §. 1. D. de adquir. rer. dom.

Continentes Prouincias eas accipere debemus, quæ Italiæ coniunctæ ſunt, vtputa Galliam, & Prouinciam. Sicilia etiam inter Continentes eſt, cùm modico freto ab Italia ſeiungatur, l. 99. §. 1. D. de verbor. ſignif.

CONTINENTIA *Ædificia*, l. 2. & l. 154. D. de verbor. ſignific. l. 6. D. de procuratorib. l. 4. §. vlt. D. in quib. cauſ. pign. id eſt, vrbi propinqua, contigua & adiacentia. *Quæ in Continentibus Romæ Ædificiis fiunt*, l. 139. D. de verbor. ſignific. *In Continentibus Vrbis natis*, l. 147. D. de verbor. ſignific. *Romæ vel in Continentibus nati*, l. 45. §. Romæ, D. de excuſationib. *Extra Continentia Vrbis eſſe*, l. 173. & 199. D. de verb. ſignif. *Locus qui eſt extra Continentia*, l. 1. §. apud Labeonem, D. de aq. & aq. plu.

EX CONTINENTI, & *In Continenti*, id eſt confeſtim, nec vllo interiecto tempore, vel interpoſito interuallo. Proinde *Ex Continenti*, &, *ex Interuallo*, opponuntur, l. 89. D. de condic. & demonſtr. l. 7. §. quinimo, D. de pactis. *In Continenti*, & *ex Interuallo*, l. 3. §. cùm igitur, D. de vi & vi arm. Item, *In Continenti*, &, *Poſt Interuallum*, l. 1. §. quæ onerandæ, D. quar. rer. act. At in l. vlt. C. de errore aduocat. *Ex Continenti*, interpretantur Impp. *Triduo Proximo*. *Ex Continenti acceptis literis veni*, l. vlt. §. vlt. D. de obligat. & actionib. *Ex Continenti Arbiter dandus*, l. 37. D. de fideicomm. libertat. *Ex Continenti fecit Stipulationem*, l. 6. §. vlt. D. de nouationib. id eſt *mox*, vt Ibidem.

Ex Continenti

Ex Continenti Pacta ſubſecuta, l. 7. §. Quinimmo, D. de pactis, id eſt, *in Ingreſſu contractus facta*, vt ibidem Vlpian. loquitur, ad eorum differentiam quæ *Poſtea Interponuntur*, vt ibidem ait, ſeu quæ *Poſtea fiunt*, vt loquitur Papinianus in l. 72. D. de contrah. empt.

In Continenti Conuenit, l. 135. §. Seia, D. de verbor. oblig. *Decedere*, l. 42. D. de fideicomm. libert. *Iurare aut Promittere*, l. vlt. D. de liber. cau. *Occidere*, l. 23. §. vlt. D. ad L. Iul. de adult. *Facta Conteſtatio*, l. 12. C. de contrah. empt.

Perpetuò & continenter Ire, l. 14. D. de ſeruitutib.

CONTINGERE, notiſſima ſignificatione ſignificat accidere. Sic *Contingere Damna*, l. 7. D. de damna inf. *Damna quæ caſu Contigerunt*, l. 41. §. Titium, D. de fideicomm. libert. *Contingere Incendium Culpa*, l. 59. D. de legat. 1. *Quod Senectute contigit, vel Morbo*, l. 5. §. quod verò, D. commoda. *Si Contigit aliquid Teſtatori*, l. 6. §. irritum, D. de iniuſto rup. *Nihil eius Culpa neque dolo Contigiſſet*, l. 50. D. de rei vind. *Contingere Dominium, ex vna cauſa*, l. 3. §. Neratius, D. de adquir. poſſ. *Ex Diuerſis Teſtamentis ius Coniunctionis non Contingit*, l. 16. D. quib. mod. vſusfr. *Contingens Damnum*, l. 24. D. de minorib.

Contingit Abſolutio, l. 1. D. de acceptilationib. *Cognitio*, l. 4. D. de offic. eius cui mand. *Liberatio*, l. 9. l. 12. §. vlt. l. 14. §. 1. l. 34. §. 1. l. 38. l. 73. & l. 95. & l. 98. §. mihi, D. de ſolutionib. l. 3. §. vlt. D. de duobus reis, l. 11. §. vlt. l. 13. §. ſi quis, & §. vlt. & l. 19. D. de acceptilat. l. 9. §. illud, D. de ſtatuliber. l. 18. D. de pecun. conſtit. l. 22. §. ſi mandauero, D. mandati. l. 9. C. de fideiuſſorib. *Libertas*, l. 4. in prin. & §. vlt. D. de manumiſſ. vindic. l. 3. D. de teſtam. manumiſſ. *Nouatio*, l. 14. & l. 24. D. de nouationib. *Reſtitutio vel Defenſio*, l. 4. §. vlt. D. de verbor. obligat. *Vſucapio*, l. 24. & l. 25. D. de vſurpationib. & l. 17. §. proprietatis, D. de vſufruc. & *Non Contingit Vſucapio*, l. 7. §. qui bona, & §. ſi tutor, D. pro empt. *Valetudo quæ poſtea Contigit*, l. 15. D. de recept. qui arbitr.

Contingere etiam attingere ſignificat. *Ædificij Pars quæ Solum Contingit*, l. 2. C. de rei vind. *Fundus qui Viam publicam Contingit*, l. 1. §. idem Labeo, D. ne quid in loco pub. *Contingere Ripam*, l. 1. §. ſi inſula, D. de fluminib.

Contingere Defunctum Adfinitate, l. 5. §. hæc autem, D. de his qui effuder. vel deiecer. *Sanguine*, l. 12. D. de manum. vind. *Contingit ea res ſcriptos Heredes*, l. 12. §. filius, D. de religioſ. *Quos proxima Spes ſucceſſionis Contingit*, l. 1. §. denuntiari, D. de inſpic. ventre. *Quos Cauſa Contingit*, l. 47. D. de re iudic. *Quos id munus Contingit*, l. 3. §. eos, D. de muner. & honor. *Quos nulla Culpa Contingit*, l. 7. D. de bon. damnat. *Contingere Damnum vnumquemque*, l. 15. §. cùm autem, D. de dam. inf. *Contingi Damno*, l. 15. §. ſi quid in via, D. eod. *Contingere auctorem Iniuria*, l. 51. D. de euictionib. *Contingi Crimine*, l. 7. §. ſed & in eum, D. de fugitiu.

Contingens ſibi Pars, l. 16. D. de Sc. Sillan.

CONTINVARE *Honorem*, l. 13. D. ad municipal. l. 14. §. gerendorum, D. de munerib. & honorib. *In Continuandis honoribus*, l. 18. D. ad municipal. *Continuare Iter*, l. 137. §. cùm ita, D. de verb. oblig. l. 38. §. vlt. D. ex quib. cauſ. maior.

Continuatur Hereditas cum tempore mortis, l. 138. D. de diuerſ. regul.

Continuatio Dominij, l. 34. D. de ſtatuliber. & l. 11. D. de liber. & poſtum. *Furti*, l. 67. §. 1. D. de furt.

CONTINVVM *Tempus*, vulgari ſignificatione dicitur, quod continenter & iunctim numeratur, prout cedit, labitur & currit. l. 7. D. quemad. ſeruit. amitt. Sic *Continuus Annus nuda Proprietas*, l. 2. D. quib. mod. vſusfr. *Quindecim Annis Continuis Seruire*, l. 1. C. ſi mancip. ita fuer. alien. *Si tibi ex Die mortis meæ per annos Continuos quinque menſtruos Sexagenos dederit*, l. 40. §. Pamphilo, D. de ſtatuliber. *Ex Continuis Trecentis Sexaginta quinque Diebus Annus Conſtat*, l. 4. §. Stichus, D. de ſtatu liber.

In Biennium Continuum à morte Teſtatoris Legatus Vſusfructus, l. 6. D. de vſu & vſufruct. leg. *Si Continuo Triennio ſeruiſſet*, l. 38. §. vlt. D. de liber. cau. *Reſpublica per Quadriennium Continuum ludos non edidit*, l. 17. D. de vſu & vſufr. leg. *Vectigal in Quinquennium Continuum conducere*, l. 7. C. de locato. *Non tam Continuum tempus exigendum eſt vt præcipitari cogatur: nec rurſus, tam longum, &c.* l. 20. §. vlt. D. de ſtatuliber.

Aliâs *Continuum Tempus* Vtili opponitur: eóque ſignificatur, Tempus quod ſolido Dierum ac Menſium numero computatur: nulla, eorum Dierum, quibus experiundi poteſtas non fuit, ſubductione facta: & ignorantibus quoque cedit, l. 8. D. de his qui not. infa. l. 31. §. 1. D. de vſurpationib. l. 1. C. de quadr. præſcript. l. vlt. C. de temporib. in integr. reſtit. *Continua tempora numerantur*, l. 24. §. vlt. D. ad Sc. Velleia.

Continui quattuor Menſes, l.38. D.de excuſationib.

Poſt Quinque Annos Continuos ex die Commiſſi Adulterij, l. 1. §. Accuſationem, D. ad Sc. Turpillianum.

Poſt Quadriennium Continuum, l. 1. C. de quadrienn. præſcript. & l. vlt. C. de tempor. in integr. reſtit.

Continuum Quinquennium, l. 29. §. Sex menſum, D. ad Leg. Iul. de adulter. l. 5. C. eod. tit. l. 2. D. de colluſio. deteg. id eſt, *Quinquennium non vtile ſed Continuo numerandum*, l. 35. D. ad Leg. Iul. de adulter.

Ita *Continui Dies*, Vtilibus, & Seſſionum diebus opponuntur, l. 1. §. dies, D. de adgn. & alend. l. 5. §. ſatisfactionis, D. vt in poſſ. leg. *Continuos Dies*, Theophil. in §. qui excuſare, Inſtit. de excuſationib. tutor. ἡμέρας ἐφεξῆς τε ἰχθυας appellat. Conſtantinus verò eos Dies συναπτὰς καὶ διηνεκεῖς vocat. Sic *Continui quinque Dies*, apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 33. *Continui quinquaginta Dies*, §. qui autem, Inſtit. de excuſationib. tut.

Continua Cretio dicebatur in qua non adiiciebantur verba hæc, *Quibus ſcieris poteríſque*. Itaque ei qui ſub huiuſmodi Cretione inſtitutus erat, etiam illi dies imputabantur, quibus ignorauerat ſe heredem inſtitutum, aut ſciuerat quidem, ſed non potuerat cernere, quemadmodum ait Vlpian. Tit. 22. Regular.

Continuæ Sterilitates, l. 63. §. vlt. D. ad Leg. Falcid. *Continuus Actus*, l. 137. D. de verb. obligat. ſine aliquo longo interuallo, & aliquo actu contrario obligationi.

Continua tria Prædia, id eſt, contigua & vicina, & ſe inuicem contingentia, l. 31. D. de ſeruit. præd. ruſt. l. 7. in fi. D. comm. præd.

CONTRA *Legem facit, qui id facit, quod Lex prohibet*, l. 29. D. de legib. Sic *Contra Legem nihil ſit futurum*, l. 37. D. de condic. & dem. *Prætor nihil contra ius fecit*, l. 1. C. de codicillis.

Contra Edictum facit, qui vetante Prætore facit, l. 103. D. de diuerſ. reg. iur.

Contra Sacras Conſtitutiones iudicatur, cùm de iure Conſtitutionis, non de iure Litigatoris pronuntiatur, l. 1. §. item cùm contra, D. quæ ſentent. ſine appellat. *Cùm prolatis Conſtitutionibus, contra eas pronunciat Iudex, eò quod non exiſtimat cauſam de qua iudicat per eas iuuari: non videtur Contra Conſtitutiones Sententiam dediſſe*, l. 32. D. de re iudic. *Præſes Prouinciæ Vſuras Vſurarum condemnauit Contra Leges, & ſacras Conſtitutiones*, l. 27. D. eod. tit. *Contra Edictum Prætoris*, l. 25. D. de obligat. & act. *Contra Senatuſconſultum mutuatus*, l. 14. D. de reb. credit.

Contra Teſtamentum non facit, qui plus facit quàm Teſtator iuſſerat, ſed qui minus, l. 22. D. de verbor. ſignif.

Contra Iudicium Teſtatoris facere, l. 34. D. de excuſationib.

Contra Voluntatem defuncti petere, l. vlt. §. 1. & §. vlt. D. de doli mali excep. *Contra Voluntatem Teſtatoris Deſiderare*, l. 36. §. 1. D. de condic. & dem. *Contra Voluntatem Domini credere*, l. 11. §. vlt. D. de reb. credit. *Præſtandam Libertatem*, l. 31. D. ad Sc. Trebell.

Si Contra feciſſet, l. 15. §. 1. D. ad L. Falcid. *Contra Placitum fecerit*, l. 16. D. de tranſactionib.

Si Contra Sentiant, l. 39. D. de re iud. id eſt, *Diſſentiant*, vt l. 36. D. eodem tit. *Licet quidam contra Senſerint*, l. 23. §. 1. D. de rei vind.

Contra Reſcripſerunt, l. 7. D. de diuiſ. rer.

Contra Reſcriptum eſt, l. 15. §. ſic quoque, D. de re iud. *Contrà Statui*, l. 41. D. de vſurpationib. *Contrà Puto*, l. 44. §. ſi duorum. *Scribit*, l. 21. D. ad L. Aquil. *Contra ego Sentio*, l. 54. D. de condic. & demonſtr. *Contrà*, id eſt ſecus, l. 14. D. de re iudic. l. 23. D. de recept. qui arbitr. l. 2. D. ſi quadrup. paup.

Contrà, pro ex diuerſo, ſeu per contrarium, l. 2. §. vlt. D. de verb. oblig. l. 25. §. Contra, D. famil. erciſc. l. 9. §. vlt. D. ſi ſeruit. vind.

Contrà, pro ex aduerſo, l. 13. D. comm. prædior. *Contra ſe venientem Nauem*, l. 29. §. ſi nauis, D. ad L. Aquil. *Contra Liceri*, Cic. lib. 3. Officior.

CONTRARIO *Conſenſu diſſolui*, l. 35. D. de diuerſ. regul. *Contrario Diſſenſu Diſſolui*, l. 80. D. de ſolutionib. *Contrario Imperio tollere*, l. 14. D. de re iudic.

Sub Contraria Condicione, l. 10. & l. 14. D. de adim. legat. l. 3. D. vt legator. ſeu fideicomm. l. 9. §. 1. D. de legat. præſt. *Sub Contrariis Condicionibus*, l. 8. §. 1. D. de ſtipulat. prætor. l. 27. D. de legat. 2.

Contraria Fortuna vſus, l. 75. D. ad Sc. Trebell. *Contraria Ripa*, l. 61. §. ſi quis, D. de adquir. rer. dom.

Niſi ſit Contraria Voluntas, l. 15. §. proprietatis, D. de vſufruct. *Niſi Contrarium ſpecialiter ab herede adprobetur*, l. 58. §. vlt. D. eod. tit.

Contraria Iudicia, Rectis & Principalibus, opponuntur l.17.§.1. l.18.§.poſſunt, D. commod. & l. 6. §. vlt. D. de his qui not. infa. Sic autem appellantur ea Iudicia, quæ ei qui Commodatum accepit, aduerſus Commodatorem, Mandatario, aduerſus Mandantem, Depoſitario, aduerſus Deponentem, Creditori qui pignori accepit, aduerſus Debitorem qui dedit, & ei cuius Negotia geſta ſunt, aduerſus eum qui geſſit, Tutori in Pupillum, competunt. §. ex quibuſdam, & ibi Theophil. Inſtit. de pœna tem. litig. Id quod ſignificatur his Titulorum verbis, *Commodati vel contra: Depoſiti vel contra: Mandati vel contra.* Sic in l. 8. §. ſi quocumque, D. de negot. geſt. l. 27. D. de vſur. l. 6. C. ſi al. res pign. *Contraria Actio Commodati*, 17.§.1. & l.18.§.vlt. & l.22. D. commod. *Pigneraticia*, l. 1. §.1. D. de furtis. *Tutelæ*, l.1. D. de contrar. & vt. actio.

Contrarium Iudicium Commodati, l. 17. §. vlt. & l. 18. D. commodati. *Mandati*, l. 14. §. vlt. D. de publicia. *Tutelæ*, l. 28. D. de minorib. l. 7. §. 1. & §. præterea, D. de contrar. tut. l. vlt. D. de eo qui pro tut. l. 2. C. de in lit. iuran. Cicero. lib. 3. Officior. *In his magni eſſe Iudiciis ſtatuere, præſertim cùm in plæriſque eſſent Iudicia Contraria, quid quemque cuique præſtare oportet. Contraria Actio*, pro Negatoria, l. 8. D. ſi ſeruit. vindic.

Contrariam Sententiam Accipere, Merere, Reportare, dicuntur, qui iudicio vincuntur, vel condemnantur, l. 29. §. vlt. D. de except. rei iud. l. 4. C. mandati. l. 8. C. de his quæ vt indign.

Contrariis Miniſteriis corrumpere artificium Serui, l.17.§.1. D. de re vindicat.

In Contrarium, pro, ex contrario, l. 69. D. ad Sc. Trebell. *Omnibus in Contrarium actis*, l. 153. D. de diuerſ. regul.

Per Contrarium, l.1. §. ſi venter, D. de ventr. in poſſ. mitt. l. 8. §. vlt. D. de tranſactionib. l. 20. §. per contrarium, D. qui teſtament. fac. l. 25. D. de procuratorib. l. 6. D. de pact. dotalib. l. 8. §. Ariſto, D. ſi ſeruit. vind. l. 22. D. de minorib. l. 44. §. vlt. D. de vſu & habit. l. 8. D. de procuratorib. l. 12. §. 1. D. de ritu nupt. l. 9. §. vlt. D. de adminiſtr. & peric. tutor. l. 1. §. per contrarium, D. de dote præleg. l. 6. §. ſicut, D. de pecul. legato. l. 30. §. quod dicitur, D. de adquir. vel omitt. l. 20. §. per contrarium, D. qui teſt. fac. poſſ. l. 1. §. dies, D. de adgnoſc. & alend. l. 2. D. de his quæ vt indignis, l. 17. D. de ſeruitutib. præd. vrban. l. 33. D. ad Sc. Trebell. l. 23. D. de ædilic. edict. l. 1. D. de pœnis, §. per contrarium, Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. *E*, vel, *Ex, Contrario*, l. 4. D. quib. ad libert. l. 11. §. vlt. D. de duob. reis, l. 4. §. vlt. D. de manumiſſ. vindic. l.33.§.1. D. de procuratorib. l. 21. §. 1. & l. 56. D. ad Leg. Falcid. l. 76. §. vlt. D. de vſu & vſufr. l. 1. §. 1. D. de ſeparationib. l. 3. §. ex contrario, & l. 48. §. 1. D. de adquir. poſſ. l. 5. D. ad Leg. Falcid. l. 25. D. de liber. legat. l.23. §. vtrum, D. de reb. dub. l. 45. D. de legat. 2. l. 7. §. è contrario, l. 10. §. vlt. D. ſolut. matr. l.15. D. de oper. nou. nuntiat. l. 5. §. ingenui. D. de ſtatu hominum, l.24.§.1. D. de ritu nupt.

CONTRADICERE, & *non Conſentire*, diuerſa facit Vlpian. in l. 5. D. de ſeruitutib. vrb. præd. *Contradicere Deſiderio alterius*, l. 1. §. 1. D. de poſtulan. *Contradicebatur ei*, l. 3. §. ſuo, D. de minorib. *Huic Contradici poteſt*, l. 14. §. idem Labeo, D. de religioſ. *Exſtitit qui mihi Contradiceret, & Contradici non debuit*, l. 11. §. quidam, D. ad L. Iul. de adulter. *Nec audietur Contradicens Legatarius*, l. 5. §. vlt. D. de cenſib. *Contradicentibus Litigatoribus*, l. 33. D. de recept.

Contradictor, l. 27. §. vlt. D. de liber. cau. *Non iuſti Contradictores*, l. 3. D. de colluſ. deteg.

Contradicto Iudicio, l. 34. D. de legib.

In modum Contradictionis, l. 15. D. de inoffic. teſtam.

CONTRAHERE *Negotium*, l. 32. D. de reb. cred. l. 32. D. de condict. indeb. *Antequam Negotium Contraheretur*, l. 70. D. de legat. 1. *Negotium Contractum eſt inter eos*, l. 2. D. de condict. indeb. *Negotij Contrahendi tranſigendique cauſa*, l. 1. §. 1. D. de pact. *In Negotiis Contrahendis*, l. 57. D. de oblig. & act. l. 5. D. de diuerſ. reg. iur.

Contrahere Obligationem, l. 36. D. de iudic. l. 1. D. de verbor. oblig. *Permutationem*, l. 1. §. vlt. D. de rer. permut.

Contrahi Emptio Venditio, l. 5. D. de pignorib. & Tit. de contrah. empt. & vend. l. 34. D. de ædilic. edic. *Depoſitum*, l. 31. D. depoſiti. *Hypotheca*, l. 4. D. de pignorib. *Locatio*, l. 2. D. locati. *Mandatum*, l. 2. D. mand. & Inſtit. eod. tit. *Obligatio*, l. 2. D. de oblig. & action. l. 1. §. ſi ſtipulanti, D. de verb. oblig. & tit. de quib. mod. re. *Obligationes*, l. 4. D. de fide inſtrum. *Societates*, l. 5. D. pro ſocio. *Stipulatio*, l. 1. §. ſi quæ, D. de verbor. oblig. Tit. de contrah. & commu. ſtipul. C.

Contrahere Rem & Rationem, Cicero pro Cluentio. *Contrahendarum rerum genera*, l. 5. §. conuentionales, D. de verb. oblig. Idem Cicer. lib. 3. Officior. *Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Si cùm essem tibi Contracturus*, l. 8. §. si cum, D. ad Sc. Velleian. l. 13. D. de sponsalib.

Contractum propriè dicimus, *vltro citróque Obligationem, quod Græci* Συνάλλαγμα *vocant: veluti, Emptionem, Venditionem, Locationem*, Conductionem, Societatem, l. 19. D. de verb. significat. quæ ab *Acto, Gestóve, Contractum* separat, vt & in l. 2. §. 1. D. de cap. minuit. Vetus Glossar. Συνάλλαγμα, ἐκ τοῦ σὺν, καὶ Αλάττω, τὸ πράκτω. At Moschopul. ἐν σύλλογῃ Αττικ. ὀνοματ. Συναλλάξιν, ἐπὶ συμφωνίας γάμου dici tradit. *Omnis Obligatio pro Contractu accipitur, vt vbicumque aliquis obligetur, & Contrahi videatur, quamuis non ex Crediti causa debeatur*, l. 20. D. de iudiciis. *Contractum facere*, l. 23. D. de liberat. leg. *Contractus factus, siue Re, siue Verbis, siue coniunctim*, l. 9. §. quoniam, D. de reb. credit. *Contrahere videtur qui adit hereditatem, vel se miscet*, l. 3. §. vlt. & l. 4. D. quib. ex caus. in poss. eat.

Contraxisse vnusquisque in eo loco intelligitur, in quo, vt solueret, se obligauit, l. 21. D. de obligat. & act. *Contractum non vtique eo loco intelligitur, quo Negotium gestum sit: sed quo soluenda est Pecunia*, l. 3. D. de reb. auct. iud.

Contrahi quoque dicitur, *Iudicio*, l. 3. §. idem scribit, D. de peculio.

Contrahere Nuptias, l. 10. l. 12. §. 1. l. 34. §. 1. l. 38. & l. 50. D. de ritu nupt. l. 73. D. de iure dot. l. 5. D. de quæstionib. l. 6. C. de institutionib. l. 4. C. de excusat. tutor. Vlpian. Tit. 6. Regular. & Instit. de Nuptiis, in prin.

Contrahi Nuptiæ, l. 31. D. ad municipal. l. 17. C. de excusat. tutor. l. 1. C. si quacumque. *Contractis iure Nuptiis*, l. 69. §. nuptiis, D. de iure dot. *Contractis, vel non Contractis Nuptiis*, l. 10. D. de sponsalib. l. 4. §. vlt. D. de vsu & habit.

Contrahere Matrimonium, l. 61. §. vlt. D. de iure dot. l. 15. C. ex quib. caus. infa.

Contrahi Matrimonium, l. 10. §. vlt. & l. 35. D. de ritu nupt. l. 66. D. de donat. inter vir. l. 7. D. de agnosc. & alend. *Si Matrimonium inter eosdem postea fuerit Contractum*, l. 31. D. de donationib.

In Contrahendis Matrimoniis, l. 14. §. vlt. D. de ritu nupt. *In Sponsalibus Contrahendis*, l. 14. D. de sponsalib.

Contrahere Debita, l. 39. §. filius, D. famil. ercisc. *Nomina*, l. 37. D. de negot. gest. *Contractum Æs alienum*, l. 17. D. de testam. milit. *Contracta Reliqua*, l. 5. C. an seruus.

Contrahi cognationes, l. 12. §. vlt. D. de ritu nupt.

Contrahere Crimen, l. 2. D. de condict. ob turp. caus. l. 20. D. de accusationib. l. 5. D. ad L. Iul. maiest. l. 3. §. si cùm, D. de Sc. Sillania. l. 14. D. de publican. l. 2. C. ad L. Iul. de adulter. *Culpam*, l. 31. §. litem, D. de negot. gest. *Fraudem*, l. 8. D. de publican. *Furtum*, l. 2. C. de vsucapio. pro dote. *Vim*, l. 1. C. ad L. Iul. de vi pub.

Contrahere Damnum, l. 57. D. de administr. & peric. *Labem*, l. 15. C. ex quib. caus. infa. *Contrahi Crimen*, sic *Post Contractum Capitale Crimen*, l. 15. D. de donationib. *Post Crimen Perduellionis Contractum*, l. 31. §. vlt. D. eod. tit. *Apud quos Crimen Contractum ostenditur*, l. vlt. D. de accusationib. *Incestum esse Contractum*, l. 38. §. 1. l. 39. §. vlt. D. ad L. Iul. de adulter.

Contrahi Stuprum, l. 16. §. 1. D. de his quæ vt indign.

Contrahere Aureos, pro redigere, l. 96. D. de legat. 1. *Contrahi*, pro in vnum cogi, l. vlt. D. de curat. bon. dan. *Contrahi Populum*, id est conuocari, Quintilian. Declamat. 254. *Ne Frumentum Cõtrahatur*, l. vlt. D. de appellationib. recip. id est cogatur. *Contracta Turba*, id est, coacta & conuocata, l. 4. §. si quis, D. vi bonor. rapt.

CONTRECTARE est rem loco mouere, l. 3. D. de actio. rer. amot. l. vlt. D. de condict. furt. & in Tit. de furtis passim. Atque ita in quæstione Furti verbum hoc accipiendum, ostendit, l. 3. §. si rem, D. de adquir. possess. l. 15. D. ad exhibend. Nec enim aliud est Contrectare, quàm rem alienam intercipiendi causa amouere, vt loquitur Iustinian. in §. furtum autem, Instit. de obligat. quæ ex delicto. Vt autem Contrectatione furtum committitur, ita purgatur si res reponatur, l. 40. D. de statulib. l. 4. §. Labeo quoque, D. de vsurpationib.

Hinc *contrectatio Fraudulosa rei alienæ*, in definitione Furti, l. 1. D. de furt. & Instit. de obligationib. quæ ex delicto, vbi Theophil. ψηλάφησιν vertit, & amotum, ψηλαφώμενον.

CONTRIBVI *Legatum ceteris*, l. 22. §. vlt. D. ad L. Falcid. *Contribui omnia Legata*, l. 18. D. de testam. milit. *Vbi simul plura Contribuuntur*, l. 27. §. 1. D. de adquir. rer. dom.

Contributa Bona, id est vnita & confusa, l. 1. D. de separationib. *Contributæ Actiones*, l. 26. §. Ceterum, D. vi bon. raptor.

Contributio Dodrantis, l. 6. C. ad Leg. Falcid. *Legatorum*, l. 11. §. si filio, D. ad L. Falcid. *Pretij*, l. 85. D. de legat. 2.

Contributioni Locus est, l. 11. §. quod vulgò, D. ad Leg. Falcid. *Si Iam Contributio facta sit*, l. 2. §. vlt. D. ad L. Rod. de iact. *Contributione Sarciri quod pro omnibus datum est*, l. 1. D. ad L. Rod. de iactu.

In Contributionem Venire Fructus, l. 7. §. item si, D. soluto matr. *Legata & Fideicommissa*, l. 30. §. cùm lex, D. ad L. Falcid.

CONTROVERSIA Litem & Quæstionem significat.

Controuersiam facere Heredibus, l. 4. C. ne de statu defunct. *Impuberi*, l. 3. §. 1. D. de collat. bonor. *Pupillo*, l. 6. §. huic autem, D. de Carbon. edicto.

Controuersiam Facere, l. 1. §. ait Iulianus, D. quod vi aut clam. *Hereditatis*, l. 6. D. de adquir. poss. l. 32. §. si is, D. de recept. qui arbitr. l. 3. & l. 7. D. de Carbon. edict. l. 15. §. vlt. D. de liber. cau. *Itineris, Viæ vel Actus*, l. 4. §. si quis mihi, D. si seruit. vind. *Possessionis*, l. 2. §. 1. D. vti possid. *Status*, l. 39. §. si status, D. de procuratorib. l. 3. §. planè, D. de homine libero, l. 27. §. vlt. D. de liberal. cau. l. 3. §. si is, D. de Carbon. edict.

Controuersiam FACERE *de Hereditate*, l. 3. §. duæ autem, D. de Carbon. edict. *De parte Hereditatis*, l. 8. D. Si pars heredit. *De Pecorum proprietate*, l. 1. §. vlt. D. de abig. *Controuersiam Possessionis facere mihi videris, qui prohibes me vti mea Possessione*, l. 3. §. 1. D. vti possid. *Si Heredibus suis Tutelæ causa Controuersiam non fecerit*, l. 26. D. de liber. leg. *Controuersia de Finibus orta est*, l. 44. D. de recept. qui arbitr.

Controuersiam Mouere, l. 25. D. de adoptionib. l. 30. §. 1. D. de excep. rei iud.

Controuersia fieri Hereditatis, l. 44. §. 1. D. de condicionib. & demonst. *Ingenuitatis*, l. 1. C. de testib. *Libertatis*, l. 1. C. qui dare tut. *Paternæ Hereditatis*, l. 7. D. de Carbon. edict. *Pubertatis*, d. l. 7. §. 1. *Status*, l. 1. §. si qui ad, D. de vent. in poss.

Controuersia Fieri de Hereditate paterna, l. 7. §. si mulier, D. de Carbon. edicto. *De Libertate*, d. l. 7. §. si mater. *De Paternis bonis*, d. l. 7. §. si Pupillus.

Controuersia Differri, l. 1. §. si quis filium, & l. 3. §. 1. D. de Carbon. edict. *Moueri*, l. 4. & l. 7. §. si Pupillus, D. de Carbon. edicto, *Controuersiam Pati*, l. 1. §. 1. & l. 3. D. de Carbon. edicto. *In Controuersia esse Seruus*, l. 4. §. vlt. D. de Statuliber.

Controuersia Esse, l. 1. §. Idem ait, D. de vent. in possess. mitt. l. 1. in prin. D. de Carbon. edict. *Si status & Hereditatis Controuersia sit*. Et mox, *Nec vlla Bonorum Controuersia sit*, Item, *Si simul de Paternis & de Maternis bonis Controuersia sit, vel etiam de Fratris*: l. 6. in prin. & §. 1. D. de Carbon. edic. *Cùm Controuersia esset de Hereditate inter scriptum Heredem & Patruum*, l. 62. D. mandati. *Si inter Me & Te Controuersia sit de Hereditate*, l. 15. D. de except. rei iud. *Ex Persona eorum inter quos Controuersia erit*, l. 3. §. Iulianus, D. de liber. exhib. *Cùm ipso Argentum Controuersia sit, an cum alio*, l. 10. D. de edendo. *Ne quam cum eis Controuersiam habeat*, l. 77. §. dulcissimi, D. de legat. 2.

Controuersia inter Legitimum Scriptum Heredem orta, & finita, l. 14. D. de transactionib.

Controuersiam Diiudicare, Cic. lib. 3. de Finib. *Distrahere*, Sueton. in Iulio cap. 85. *Referre*, l. 7. §. 1. D. de ventr. in poss. *Sustinere*, l. 7. C. de liber. cau. *Controuersiam Futuram* Metuens, l. 6. D. de adquir. possess.

In Controuersia esse Seruus, l. 4. §. vlt. D. de statulib.

Debitum quod non est in Controuersia, l. 1. D. de solutionib.

Sine vlla Controuersia Dare Præstare, l. 40. §. Pamphilo, D. de statuliberis, l. 41. §. Stichus, D. de fideicommiss. libert.

Sine Controuersia consequi Legata, l. 33. §. vlt. D. de vsu & vsufr. lega. *Reddere*, l. 3. §. qui vinum, D. locati. *Rem Possidere*, l. 13. D. de reb. auct. iud. *Soluere*, l. 1. §. quod exigimus, D. de pecun. constit. l. 9. C. de legat.

Iam *Controuersiæ* nomen propriam in Rhetorum libris significationem habet: quam Seneca in Præfatio. lib. 1. Controuersiar. exponit his verbis, *Declamabat autem Cicero, non quales nunc Controuersias dicimus: nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, quas Theses vocabant. Hac autem genus Materiæ, quo nos exercemur, adeo nouum est, vt nomen quoque eius nouum sit. Controuersias nos dicimus, Cicero Causas vocabat. Hoc vero alterum nomen quidem Græcum est, sed in Latinum ita translatum, vt pro Latino sit. Scholastica Controuersia multo recentius est, sicut ipsa Declamatio.* Auctor Dialogi de Oratoribus. *Nempe enim duo genera* Materiarum *apud Rhetoras tractantur, Suasoriæ & Controuersiæ. ex his Suasoriæ quidem, & si tanquam planè leuiores & minus prudentiæ exigentes, Pueris delegantur. Controuersiæ robustioribus assignantur.*

Cantrouersum Ius. Liuius lib. 3. *Cùm veluti in Controuerso iure esset, tenerentur ne Patres Plebiscitis*. Agell. lib. 12. cap. 13. *Si aut de Vetere, inquam, Iure, aut Recepto, aut Controuerso, &c. Controuersia*, pro vi & Impetu accipitur, in l. 24. §. Idem Seruius, D. de dam. inf. his verbis, *Si Controuersia Aquæ Insulam subuerterit.*

CONTVBERNIVM in re militari, Manipulum militum significat, vt Vegetius lib. 2. cap. 13. scribit: vbi, Centurias in Contubernia diuisas fuisse scribit: vt decem militibus sub vno Papilione degentibus vnus quasi praeesset Decanus, qui *Caput Contubernij* nominabatur. Et ita vox hæc accipienda est, l. 5. §. à Barbaris, D. de re milit. & apud Sueton. in Iulio cap. 11. & 42. rursúsque in Calig. cap. 10. in Vespasia. cap. 3. Vnde & Commilitones, *Contubernales* appellantur à communibus Tabernaculis, l. 183. l. 184. D. de verbor. signific. l. 21. §. 1. D. commodat. l. 39. §. penult. D. de legat. 3. l. vlt. D. de auro arg. l. 2. C. vbi de ratiocin. Festus Pompeius, *Contubernales dicuntur a Tabernis quæ fiebant ex tabulis: vnde & Tabernacula dicta sunt licet ex tentoriis & ex pellibus fiant.*

Contubernium etiam Seruilem coniunctionem significat, l. 23. C. ad L. Iul. de adulter. inter Seruiles enim Personas, non *Matrimonium*, sed *Contubernium* contrahi dicitur. Sic *Pedisequa Actori Seruo in Contubernio tradita* proponitur, l. 59. D. de manum. test. Similique loquendi genere, *Personas Contubernio sibi coniunctas*, veniisse, proponit l. 35. D. de ædilic. edict. Vnde quæ à Serui in Contubernio habentur, Seruæ, non Vxores, aut Coniuges, sed *Contubernales* appellantur. Sic *Colonorum & Saltuariorum Contubernales*, l. 20. §. Liberto, D. de instructo vel instrum. *Stichus cum Contubernali sua Liber esto*, l. 81. D. de condic. & demonstr. l. 31. D. de statuliber. *Fundum, cùm Vilico & Contubernali eius & filiis dari volo*, l. 41. §. Concubinæ, D. de legat. 3. *Seuerus Vilicus, & Victorina Seueri Contubernalis*, l. 41. §. herede, D. de fideicomm. libert. *Qui Sticho Contubernalem eius & Liberos legauerat, Stichi Contubernali & Liberis Diaria deberi*, l. 20. D. de alim. & cibar. legat. Columella lib. 1. cap. 8. *Sed qualicumque Vilico Contubernalis mulier adsignanda est, quæ contineat eum, & in quibusdam rebus adiuuet.*

Contubernalem etiam *Vilicæ*, pro marito, dixit idem Collumell. lib. 12. cap. 1. & 3.

Quandoque & *Contubernalium* appellatio ad alios Affectus porrigitur. Et ita Vlpianus, *Contubernales quoque Seruorum, id est Coniuges & Natos*, l. 12. §. Instructum, D. de instructo, vel instr.

Contubernij quoque nomine appellatur ea Coniunctio quæ inter Liberas & Seruiles personas intercedit, l. 29. C. de liber. cau. l. 24. C. ad L. Iul. de adultet. Nam, vt Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 19. scribit, *Inter Seruos & Liberos Matrimonia Contrahi non possunt: Contubernium potest.* Ac proinde, quemadmodum. Vlp. Tit. 6. Regular. tradit, *Ex Libero & Ancilla Seruus nascitur.* Proinde si mulier Ingenua, Ciuisque Romana, vel Latina, alieno se Seruo coniunxerit, in Contubernio, non in Matrimonio haberi dicitur, apud Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 21. *Libera Serui secuta Contubernium*, Paul. ibidem. *Si Libertæ suæ permittat Patronus in Contubernio alieni Serui morari*, Vlp. Tit. 12. Regular. *Eam quæ in Contubernio patris vel filij fuerit*, l. 14. §. 1. D. de ritu nupt. *Ex Contubernio Ancillarum Serui nascuntur*, l. 3. C. de incest. nupt. *Eum quem in Contubernio Ancillam tuam sibi iunxisse memorasti*, l. 4. C. de dolo. *Si liber homo, ancillæ Contuberium sequatur*, l. 3. & 7. C. de liber. cau. *Si Tutor Ancillam suam Contubernio sibi coniungit*, l. 3. C. de necessar. seru. Sic cum Ancilla aliena Liberum hominem Contubernium habuisse, narrat l. 9. C. comm. de succes.

Quinetiam Libertorum qui ex iusta seruitute manumissi erant *Contubernales* vocantur, l. 41. §. Codicillis, D. de legat. 3.

Sed & Liberæ Mulieris consuetudo nuptiis non intercedentibus, *Contubernium* appellatur, l. 5. l. 10. l. 11. C. de naturalib. lib. §. quibus connumerari, Instit. de heredit. quæ ab intest.

Denique iniusta quælibet atque illicita Coniunctio, *Contubernij* nomen sortitur, l. 3. de incest. nupt. in Cod. Theod. *Mulierem quæ Stupro Cognita, in Contubernio Militis fuit*, l. 14. D. de his quæ vt indign. *Militem qui Sororis filiam in Contubernio habuit*, l. 11. §. 1. D. ad Leg. Iul. de adulter.

CONTVMAX est, qui tribus Edictis propositis, vel vno pro tribus, quod *Peremptorium* appellatur, euocatus, vel denuntiationibus conuentus, præsentiam sui facere contemnit, si modò ad iurisdictionem eius, ad quem Vocatur, pertinet. l. 53. D. de re iud. Paul. lib. 5. Sententiar. Tit. 5. *Trinis Literis vel Edictis, aut vno pro omnibus dato, aut trina Denunciatione conuentus, nisi ad Iudicem ad quem sibi denunciatum est, aut cuius vel Edicto conuentus est, Venerit Literis, quasi in*

tumacem dicta ſententia, auctoritatem rerum Iudicatarum obtinet. Et ita *Contumacem* accipe in l. 5. D. de pœnis, l. 7. & l. 8. C. quomodo & quando iud. Cæterùm qui ad maius Auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit, *Contumax* non videtur, l. 54. in fi. D. de re iud.

Contumax non is tantùm dicitur, qui iudicio deeſt, quíque ad iudicium non venit, ſed & qui decreto Prætoris non obtemperat, & Reſtituere, vel Exhibere, vel Tutelam adminiſtrare iuſſus, non paret, l. 1. §. propter caſum, D. de poſtul. l. 3. §. condemnatio, D. de tabul. exhib. l. 40. & l. 49. D. de adminiſtr. & peric. l. 19. D. de dolo.

Contumax quoque eſt, qui in iure interrogatus, omnino non reſpondet, l. 10. §. qui tacuit, D. de interrogationib. *Quaſi Contumaces damnantur Domini, qui neque abſentem Seruum defendunt neque exhibent, aut qui iurare nolunt in poteſtate ſua non eſſe*, l. 21. §. prætor, D. de noxalib. act. *Vt Contumaces plectuntur, qui clam delinquunt*, l. vlt. D. de ritu nupt. *Tanquam in Contumaces ſententa proferenda*, l. vlt. C. vbi quis de Curiali. *Quod eſt Contumacius*, l. 1. C. vt intra cert. temp.

Contumacia Iuris, l. 38. §. 1. D. ad Leg. Iul. de adulter. *Contumacia non reſtituentis*, l. 10. D. de act. rer. amot. *Contumaciam Litigatoris punire*, l. 3. §. 1. D. de recep. qui arbitr.

Contumaciæ Pœna, l. 3. §. condemnatio, D. de tab. exhib. *Contumacia & Obſequium*, aduerſantur l. 2. D. de re iudic.

Per Contumaciam ſuam Condemnari, l. 18. D. de dolo, l. 1. C. quor. appellatio.

Per Contumaciam Actiones denegantur, l. 1. §. ſi frater, D. de collat. bonor.

Per Contumaciam Cauere nolle, l. 5. §. 1. D. vt legator. ſeu fideicommiſſ. *Non Cauere*, l. 1. §. cùm duobus, D. de collat. bonor. *Ceſſare*, l. 3. C. de accuſationib. *Differre Solutionem*, l. 31. D. de accuſationib. *Non Exhibere*, l. vlt. §. 1. D. de appellationib.

Contumaciter Deeſſe, l. 4. C. quomodo & quando. *Negligere*, l. 8. C. eod. tit. *Se Celare*, l. 7. §. vlt. C. ad Sc. Trebell.

CONTVMELIA, Iniuriam ſignificat, à contemnendo dicta, quam Græci ὕβριν vocant, l. 1. D. de iniuriis, & Inſtit. eod. tit. Seneca in libro qui inſcribitur, *In ſapientem non cadere iniuriam*, cap. 10. *Contumelia eſt minor Iniuria, quam queri, quam exequi poſſumus: quam Leges quoque nullam dignam vindicta putauerunt.* Idem capite ſequenti, *Contumelia a Contemptu dicta eſt, quia nemo niſi quem Contemſit, talem iniuria notat.*

Contumelia Iudiciorum, l. 30. C. de appellationib. *Sanguinis*, l. 38. §. 1. D. ad Leg. Iul. de adulter.

Contumeliam Facere, l. 11. §. 1. D. de recept qui arbitr. l. 1. D. de iure patron. *In Contumeliam alterius proponere libellos*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4. *Quod ad Contumeliam pertinet*, l. 33. D. de iniur. *Falſis Contumeliis Matrimonium deformant*, l. 30. C. ad L. Iul. de adulter.

Contumelioſus Exactor, l. 20. D. de vſur. *Libertus*, l. 1. §. cùm patronus, D. de off. præf. vrb.

Contumelioſè vti, l. 17. §. 1. D. de vſufruct.

CONTVRBARE dicitur qui ſoluendo eſſe deſinit, quíque nomina expedire, & æs alienum quod contraxit exſoluere non poteſt, l. 5. §. idem Labeo, D. de inſtitor. l. 16. D. de in rem verſ. & apud Cicero. Epiſt. 7. lib. 4. ad Attic. & Oratio. pro Plancio. Vt autem *Conturbare Rationes*, quod φυρᾶν ψήφους, Cicero vocat Epiſt. 5. lib. 6. ad Attic. ita Catull. *Conturbare Baſia*, In Epigram. ad Lesbiam. Martial. Epigram. 9. lib. 4.

Conturbabit Atlas, & non erit vncia tota,
Decidat tecum qua pater ipſe Deum.

Inde *Conturbatorem Aprum*, feſtiue dixit idem Martialis Epigram. 26. lib. 7.

CONTVSA *Vaſa*, l. 1. in princ. D. de peric. & commodo.

CONTVTOR, l. 7. §. 1. & §. contutor, l. 21. & l. 24. §. vlt. l. 41. & l. 54. D. de adminiſtr. & peric. l. 3. D. de ſuſpect. tut. l. vlt. §. Titius, D. de liberat. leg. l. 28. §. ſi ſtipuler, D. de verbor. oblig. l. 1. C. de ſuſpect. tu. *Contutores*, l. 1. & l. 2. C. de contrar. iudic.

CONVALESCERE, propriè eſt ad ſanitatem corporis, & incolumitatem redire, priſtinámque valetudinem recuperare. Sic *Conualeſcere Donator*, l. 13. D. de mort. cau. donat. l. 19. D. de reb. credit. l. 12. D. de condict. cau. da. l. 56. D. de donat. int. vir.

Inde μεταφορικῶς *Conualeſcere* dicitur, quod cùm ab initio non valuiſſet, aut in pendenti fuiſſet, ex poſtfacto confirmatur, & vires recipit. Sic *Conualeſcere Dominium*, l. 33. §. vlt. D. de donat. int. vir. *Donatio*, l. 33. §. vlt. & l. 59. D. de donat. inter vir. & vxor. Paulus lib.

2. Sentent. Tit. 25. & lib. 3. Sentent. Tit. 8. *Iter*, l. 7. D. comm. prædior. *Legatum*, l. 40. §. 1. D. de legat. 1. l. 4. C. de legat. *Libertas*, l. 20. §. 1. D. de condicionib. inſtit. *Pignus*, l. 8. §. quod ſi, D. quib. mod. pign. l. 9. §. vlt. D. qui potior. *Stipulatio*, l. 27. D. de iure dot. *Teſtamentum Ruptum*, l. 33. D. de teſtam. milit. l. 6. §. quatenus, D. de iniuſto rup.

CONVEHI, l. 1. §. ædificare, D. de mort. infer.

CONVELLERE *Iudicium*, l. 2. C. qui teſt. fac.

Conuelli Fides, l. 8. C. de remiſſ. pignor. *Forma Iuris*, l. 42. D. de pactis, l. 5. C. de adquir. & retin. poſſ. *Status*, l. 1. C. de vectigal. l. 4. C. de appellationib. *Veritas*, l. 11. C. de fide inſtrum. *Voluntates*, l. 20. C. de teſtament.

CONVENIRE dicuntur qui ex diuerſis locis in vnum colliguntur, l. 1. §. 1. D. de pactis. *Conuenire in vnum Creditores*, l. 7. §. vlt. l. 9. & l. 10. D. de pactis. *Conuenire*, ſimpliciter eodem ſenſu, l. 4. §. iudicio, D. de fideic. libert. *Conuenire in Domum*, l. 9. D. ad L. Iul. de adult. *Conuenire aduerſus Rempublic.* l. 1. D. ad L. Iul. maieſt.

Conuenire in Manum, dicebatur Materfamil. quæ in matrimonium, certis verbis, ſolemni ritu, coibat, Cicer. Topic. *Vxorum duæ Species. Vna Matrumfamiliarum: hæ ſunt, quæ in Manum Conuenerunt.* Paulus in Lege Dei, Tit. 4. *Quæ, auctore eo, cùm in poteſtate eſſet, viro in Manum conuenerit.* Vlpian. Tit. 9. Regular. *Farre Conuenitur in Manum, certis verbis*, Idem Tit. 23. *Adgnaſci ſuum Heredem*, ait, *in Manum conueniendo.* Sed & Tit. 11. *Conuentione in Manum ſtatum mutari*, ait. Apuleius lib. 6. de Aſin. aur. *Pſyche Conuenit in Manum Cupidinis.* Idem lib. 8. *Puella in Boni Tlepolemi Manum venerat.* Quorum verborum loco veriſimile eſt Tribonianum ſubſtituiſſe hæc, *Conuenire in Matrimonium*, l. 15. D. de ritu nupt. l. 121. §. 1. D. de verbor. oblig. quanquam hoc eodem loquendi genere vſus eſt Agell. lib. 18. cap. 7. Sic & *Conuenire contra Mandata*, l. 17. D. rer. amotar.

Conuenire quoque dicuntur, *qui ex diuerſis animi motibus in vnam Sententiam decurrunt*, l. 1. §. 1. D. de pactis. Ita, *Conuenire* pro paciſci, l. 17. § ſi Calicem, D. ad Leg. Aquil. l. 2. l. 4. l. 5. D. de pact. dotal. l. 6. §. 1. D. quemad. ſeruit. amitt. l. 36. D. de pactis, l. 33. D. de ſeruit. præd. ruſtic. & aliàs paſſim.

Inde CONVENTIO: quod nomen eſſe generale, ait Vlpian. & ad omnia pertinere, de quibus negotij contrahendi, tranſigendíque cauſa, conſentiunt, qui inter ſe agunt, l. 1. D. de pact. Conuentioni autem hęc Epitheta adiunguntur, *Iuſta, Poſtea, Legitima, Publica*, quæ ſuis quæque locis require.

Hinc & CONVENTIONALES *Stipulationes, quæ ex Conuentione Rerum fiunt*, l. 5. §. 1. & l. 52. D. de verbor. oblig.

Conuenire inter aliquos dicitur id de quo conſentiunt. Sic *Conuenire de Corpore*, l. 5. D. de rei vind. *Conuenit inter Litigatores*, l. 1. §. inter, D. vti poſſid. *Si Conuenerit inter Litigatores quid pronuncietur*, l. 26. D. de re iudic.

Conuenerit Iudex inter duos, Quintil. Declamat. 342. Quô pertinent hæc Legis Iuliæ Iudiciorum verba, *Quominus inter Priuatos Conueniat*, quæ ab Vlp. citantur in l. 2. §. 1. D. de iudic. *Conueniat inter duos litigantes*, Quintilian. Declamat. 321. *Nec inter eos Conueniat*, l. 5. D. famil. erciſ. *Si Conueniat tibi cum Aduerſario vt opus faceres*, l. 1. §. poteſt, D. de oper. no. nunc. Sic, *Inter Conuenientes*, id eſt conſentientes, l. 27. D. ad municipal.

Conuenit, l. 31. & l. 53. D. de donat. int. vir. l. 74. §. 1. D. de iudiciis, l. 11. D. de duob. reis, l. 35. §. 1. D. de vſufructu, l. 31. D. de donationib. l. 65. §. 1. D. de rei vindic. id eſt, Conſtat. *Inter omnes Conuenit*, l. 12. D. qui ſatiſd. cog.

Conuenit, id eſt decet, ſeu oportet, l. 16. D. vſusfr. quemad. cau. *Conuenit tam viuo quàm mortuo Patrono honorem à Liberto exhiberi*, l. 4. §. aduerſus, D. de dol. except.

Conuenit Arbitrio, l. 3. §. heres, D. commod. *Conueniens eſt viri boni arbitrio*, l. 6. D. pro ſocio. *Conueniens eſt*, l. 7. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 7. D. de fideicommiſſar. libert. *Conueniens eſt dicere*, l. 17. D. famil. erciſc. *His Conueniens eſt*, l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. *His Conuenienter*, l. 10. §. 1. D. de adquir. rer. dom. *Conuenienter Fortunæ*, l. 6. D. de munerib. & honor.

Conuenire etiam in ius vocare, & Iudicio perſequi ſignificat. Vt *Conuenire Actione*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 32. l. 14. C. de pignorib. l. 5. C. de pact. conuent. l. 14. C. de furt. l. 6. C. de hered. vel act. vend. *Iudicio*, l. 55. D. de donat. int. vir. l. 1. C. de ſuſpect. tut. l. 19. C. de excuſat. tut. *Notione Præſidis*, l. 20. C. de pignorib.

Conueniri dicitur is quo cùm agitur. *Conuentri Actione*, l. 59. D. ad Sc. Trebell. l. 4. §. item videamus, D. de fideicomm. libert. l. 13. D. de rei vind. l. 26. §. ſi is quem, D. de noxalib. act.

Conuentus

Conuentus Actione, l. 3. §. si meum, D. ad exhib. *Condictione*, l. 6. C. de pact. conuent. *Conuentus Heres*, l. 25. §. contra, D. famil. erciſc.

Conueniri ex Stipulatione, l. 20. §. hoc amplius, D. famil. erciſc. *Interdicto*, l. 1. §. Labeo, D. de fluminib. l. 2. §. idem Labeo, D. ne quid in loco pub. *Fauiano Iudicio*, l. 1. §. ſed ſi fortè, D. ſi quid in fraud. patr. *Iudicio*, l. 4. C. de hered. vel act. vend. l. 1. C. de ſuſpect. tutor.

Conueniri Fauiana, l. 1. §. ſed ſi, D. ſi quid in fraud. *Lege Aquilia*, l. 18. §. vlt. D. ad L. Aquil. l. 15. §. ſufficienter, D. de vſufructu. *Pigneraticia*, d. l. 18. §. vlt.

Conuentiri in Rem, l. 36. D. de rei vindicat. *In Vſuras*, l. 20. §. Papinianus, D. de hered. pet. *Nomine Hereditario*, l. 13. D. de dolo. Et inde *Conuentio*, l. 45. D. de rei vindic. l. 15. §. ſi in ſepulch. D. quod vi aut clam. l. 7. C. de præſcript.

Conuenire Teſtatò, l. 10. §. ſi quis particeps. D. quæ in fraud. credit. l. 122. §. coheredes, D. de verbor. obligat. *Conueniri denunciationibus Debitores*, l. 10. C. de pignorib. *Conuentus Edictis, Literis, trina Denunciatione.* Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 5. *Conuentus Denunciationibus*, l. 7. C. quomo. & quando.

CONVENTVS, contractam in vnum locum ex compluribus hominum generibus multitudinem ſignificat: aut cum à Magiſtratibus, Iudicij cauſa, Populus colligitur, vt Feſtus auctor eſt. Theophil. verò in §. eadem, Inſtit. quib. ex cauſ. manumitt. non lic. definit, ῥητὸν χρόνον τοῦς κατάλυσιν δικῶν ὑπενεχθέντων, ἐν ᾧ ὅτε δικασταὶ καὶ οἱ δικαζόμενοι σωίεσαν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. Idem Inſtit. de ſucceſſionib. ſublatis, νικατα δικαστήρια ὁρδινάρια ἦν, τυτέστιν, νίκα ἐκινεῖτο ἐν μόνῳ τῷ καίρῳ τῦ Κονβεντυ. Subiicítque de Conuentu tractaſſe ſuperiore illo quem adduxi loco. Seruius ad illum Virgilij verſum lib. 5. Æneid. *Indicítque forum, id eſt*, (ait) *tempus & locum agendorum negociorum deſignat, qui Conuentus vocatur.* Atque ita *Conuentum Agere*, ſeu, *Habere*, dicebatur Proconſul, cùm ſtato anni tempore in celebri aliqua Prouinciæ cui præerat ciuitate, iudiciorum exercendorum gratia conſidebat: quo loci Prouinciales de Controuerſiis ſuis diſceptaturi conueniebant. Quod loquendi genus vſurpant, Cic. lib. 7. in Verrem, Cæſar lib. 6. de Bello Gall. Liuius lib. 38. Florus lib. vlt. Et ita verbum hoc accipiendum eſt, apud Plin. Epiſt. 66. lib. 10. Sed & latè patentes prouinciæ in *Conuentus* diſtribuebantur, quorum caput conſtituebant celeberrimam ciuitatem, cui Populos aliquot qui eô diſceptandi iuríſque obtinendi gratia Conuenirent, adtribuebant, quod Hiſpaniæ exemplo comprobabo. De ea namque Plin. lib. 3. cap. 3. agens, *Nunc*, ait, *Vniuerſa Prouincia diuiditur in Conuentus ſeptem: Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunienſem, Aſturum, Lucenſem, Bracatum.* Et paulò poſt, *Tarracone diſceptant Populi* 44. & ibidem. *Carthagini conueniunt Populi* 62. *In Conuentum Clunienſem Varduli ducunt Populos* 14. *In eundem Conuentum Carietes, & Vennenſes quinque ciuitatibus vadunt. Lucenſis Conuentus populorum eſt* 16.

CONVERSATVS *Dolo*, l. penult. §. vlt. D. quod falſo tuto. *Conuerſatus in Fuga*, l. vlt. C. ne de ſtatu defunctorum.

CONVERSATIO interdum cottidianæ vitæ conſuetudinem ſignificat, vt in l. 19. D. de offic. præſid. *Conuerſatio, Inhoneſta, Mala, Prodiga, Turpis*, l. vlt. C. de ſponſalib. l. 23. §. præſenti, C. de nuptiis. *Conuerſationis aliæ vſum accipere Sepulchrum*, l. 12. §. 1. D. de religioſis.

CONVERTERE *ad vſum agri*, l. 9. §. vlt. D. quod vi aut clam.

Conuertere Viridaria ad alium modum, l. 13. §. ſed ſi ædium, D. de vſufructu. *Pecuniam ad vſus proprios*, l. 25. §. vlt. D. depoſiti. *ad vſus ſuos*, l. 10. §. ſi procurator, D. mandati.

Conuertere Pecuniam, in aliam rem, l. 4. D. de adminiſtr. & peric. tut. *in Calendarium*, l. 39. §. patronus, D. de adminiſtr. & peric. tut. *In Emptionem Poſſeſſionum*, l. 3. C. de vſur. pupill. *In Prædiorum comparationem*, l. 4. C. de adminiſtr. tut. *In ſuam Rationem*, l. 31. §. vlt. D. de admend. leg. *In vſus ſuos*, l. 3. §. planè, D. de contr. tut. l. 28. §. Titius teſtamento, D. de liberat. leg. l. 1. C. de vſur. pupill. l. 7. C. de furtis, l. 1. C. qui potior. *In alios vſus*, l. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit.

Conuertere Conclaue in vſum Ædium, l. 31. D. de legat. 3. *Domum in Hortum*, l. 3. C. de ædific. priuat. *Fructus in Dotem*, l. 4. D. de pact. dotal.

Conuertere in Nomen, & in Rationes ſuas, quod exactum eſt, l. 88. D. de legat. 2. *Conuertere Res in Vxoris vſum*, l. 78. §. cùm vir, D. de legat. 3. *Conuertere Vſum alienæ rei in ſuum Lucrum*, l. 54. §. 1. D. de furtis.

Conuertere vim Teſtamenti in cauſam Fideicommiſſi, l. 19. D. de teſtam. milit.

Conuertere Ordinem, l. 3. §. prius, D. de vulg. & pupill. ſubſtitut. l. 2. D. ſi quis omiſſa.

Conuerti in Dotem hoc ipſum quod obligata eſt, l. 38. D. de iur. dot. *Conuerti Pecunia in Dotem*, l. vlt. D. de condict. ſine cau. *Conuertitur Solutio in Dotem*, l. 71. §. ſi poſt diuortium, D. de condic. & dem. *In Dotem tacitè Conuerſa*, l. 39. D. de iure dot. *In Dotem Conuerſa Obligatio*, l. 43. §. vlt. D. de iure dot.

Conuerti in alios vſus ſumma, l. 9. §. ſi quis ius, D. de iur. & fac. ignor. *Conuerti Semis ex ſubſtitutione, in Poſſeſſionem*, l. 43. D. de bon. libert.

Conuerti in præſtationes, l. 17. §. ſicut, D. commodati. *Pecunia ex Donatione in Pecuniam Creditam Conuerſa*, l. 57. D. de donat. int. vir. *Conuerſa Res in pecuniam, aliámve rem*, l. 18. D. quod. met. cau. *Conuerſum in Peculium*, l. 5. §. non autem, D. de tribut. *In Rem*, l. 1. l. 3. §. 1. D. de in rem ver.

Conuerſum Ploſtrum, l. 52. §. in cliuo, D. ad Leg. Aquil. *Conuerſo more procrearis*, l. 14. D. de ſtatu homin.

CONVICIARI *ei à quo Appellat*, l. 8. D. de appellationib. id eſt, *Conuicium Facere*, l. 42. D. de iniuriis. Quintil. in argumen. Declamat. 364. *Pauper ad Diuitis domum nocte Conuiciari ſolebat.*

CONVICIVM, *Iniuriam verbis factam ſignificat*, l. 1. §. 1. D. de iniuriis. Cicero pro Cælio, Maledictionem, ſi petulantius iactetur *Conuicium* nominari ait. Nec vero omne Maledictum, *Conuicium eſt*: ſed id ſolum quod cùm vociferatione dictum eſt: ſiue vnus, ſiue plures dixerint, quod in cœtu dictum eſt, *Conuicium eſt*. Quod autem non in Cœtu, nec Vociferatione dicitur, *Conuicium* non propriè dicitur, ſed, *Infamandi cauſa dictum*, l. 15. §. ex his, D. de iniuriis. Tractum nomen, vel à *Concitatione*, vt Labeo exiſtimabat, vel à *Conuentu & collatione Vocum, quaſi Conuocium*, l. 15. §. conuicium, D. de iniuriis, vt & Feſtus lib. 3. ſentit. Nam eo ſæpe verbo ſola vocis contentio deſignatur, vt apud Cicero. pro Archia poëta, & pro Cluentio, & pro Quintio. Conuicia etiam Feſta pro dictis iocularibus quæ in nouum maritum nouámque nuptam iaciebantur, dixit Seneca in Medea. Eadémque verba Martialis, Militum qui triumphantem Imperatorem ſequebantur, dicteriis accommodat, Epigr. 3. lib. 7.

Conuicium Dicere, l. 1. D. de iure patronat. *Facere*, l. 34. D. de iniuriis, & apud Quintilian. in Sermo. Declam. 164. *Purgare*, l. 25. D. de procuratorib. *Conuicij Acerbitas*, l. vn. C. de ingrat. lib. *Homicidij Conuitium obiicere*, l. 5. C. de iniuriis. *Conuicij Conſilio aliquid iniurioſum dicere*, l. 5. C. eod. tit. *Cùm Conuicio exheredare*, l. 3. D. de liber. & poſt.

CONVINCERE *Alium*, l. 1. D. ad Leg. Iul. de amb. *Seruum*, l. 25. D. de Sc. Silania. *Si poſſit aduerſarius Conuincere Rem ab alio poſſideri*, l. vlt. D. de rei vindic.

CONVINCI, l. vlt. §. 1. D. de bon. eor. l. 2. D. de termino mot. *Conuinci Fraus*, l. 2. C. de in lit. iur. *Rei alienæ Scientia*, l. 30. D. de euictionib. *Conuincendi Mendacij gratia*, l. 18. §. teſtes, D. de quæſtionib.

Conuincentur incendium feciſſe, l. vlt. D. de offic. præf. vigil. *Conuinci Scriptura, aut Teſtibus*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 5.

Conuictus Argumentis, l. 2. C. quor. appellationib. *Tormentis vel Interrogationibus*, l. 16. C. de pœnis.

Conuictus Iniuriarum, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4. *In Prævaricatione*, l. 5. D. de preuarication.

Negantes Debitores & Conuicti, l. vlt. C. de execut. rei iud. *Apertè manifeſtéque Conuicti*, l. vlt. C. quor. appell. *Rei manifeſta probatione Conuicti*, l. 18. C. de pœnis. *Conuicti Debiti redhibitio*, l. 4. C. quor. appell. non recip. *Conuictum facinus Quæſtione*, l. 19. C. ad Leg. Iul. de adulter.

CONVOCARE *ad Seditionem*, l. 1. D. ad Leg. Iul. maieſt. *Conuocatio*, l. 4. §. ſi quis, D. vi bonor. raptor.

CONVOLARE *ad Secundum Legatum*, l. 33. D. de legat. 2. *Ad Secundas Nuptias Conuolare*, l. 9. C. de repud. & Auth. ex Teſtamento, C. de ſecund. nupt. id eſt, *Tranſire ad Secundas Nuptias*, vt loquuntur Impp. in l. 4. C. eod. tit. vel ad *Secunda vota Migrare*, vt l. vlt. C. eod. tit. πρὸς τὸ δεύτερον ἐλθεῖν συνοικέσιον, vt Nou. Conſtitut. 22. §. εἰδὲ τινες.

COPIA pro facultate & poteſtate ponitur, vt *Copia non eſt Iudicis*, l. 1. §. dies, D. quando appelland. *Magiſtratus*, l. 26. §. ait prætor, D. ex quib. cauſ. maior. *Si eius à quo prouocatur, Copia non fuerit*, l. 1. §. dies, D. quando appelland.

Copiam Facere deſcribendi, l. 1. D. de edend. *Inſtrumentorum Inſpiciendorum*, l. 5. D. de iure deliber. *Copia fieri Rationum & Actoris*, l. 8. D. famil. erciſc.

Copiam Habere Iuriſconſulti, l. 9. §. ſed iuris, D. de iur. & fac. ignor. *Prætoris*, l. 2. §. confeſtim, D. ad Sc. Tertyll. l. 1. D. de diuerſ. tempor. *Rei*, l. 47. D. de legat. 1. *Reciperanai*, l. 22. D. de noxalib. action. *Qui id agit, ne Aduerſarius eius Copiam ſui habeat*, l. 2. D. quib. cauſ. in poſſ. *Si nullius eorum Copiam habeat*, l. 1. §. 1. D. de adgnoſc. & alend. *Vt primum Copiam eius habuerit*, l. 1. §. dies, D. quando appelland. *Copiam eorum quos Conſuleres, habuiſſe*, l. 10. D. de bonor. poſſeſſ.

Copiam ſui non facere, l. 36. D. de rebus auctor. iud. l. 7. §. Illud, & §. vlt. D. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 1. §. dies, D. quand. appell. ſit. l. 3. §. Tutor, & l. 7. §. præterea, & §. vlt. D. de ſuſpect. tutorib. §. ſi quis Tutor, Inſtit. eod. tit. id eſt, *Sui Poteſtatem non facere*, vt loquitur Iulian. in l. 18. D. ſi ſeruit. vind.

Copia pro multitudine & abundantia, vt, *Si Copia eſt Ciuium*, l. 3. C. quemadmod. ciuil. *In his ciuitatibus quæ Copiam virorum honeſtorum habent*, l. 12. D. de decurionib. vbi *Copia* & *Paucitas*, opponuntur. *Pecuniarum Copia ampliari Imperium*, l. vlt. §. ſi plures, D. de bon. damnator.

COPIAS pro commeatu, annona, alimentis, pabulis, & aliis id genus quas vulgus munitiones & prouiſiones vocat vſurpari pridem docui lib. 1. de ſolutionib. Et ita vox hæc accipienda eſt. in l. 20. D. de compenſat. l. 5. D. de feriis. & apud Frontin. lib. 3. Stratagemat. cap. 4. Plin. Epiſt. 19. lib. 2. & Epiſt. 28. lib. 6. Tacit. lib. 5. *Parthos inopes Copiarum & pabulo attrito relicturos oppugnationem*, & lib. 20. *Nihil æquè exercitus noſtros quàm egeſtas Copiarum fatigabat.*

Copias etiam pro materiis ad ædificandum idoneis dixit Vitruuius lib. 5. cap. 7. & lib. 6. cap. vlt.

COPIATÆ, in l. 15. de Epiſcop. Eccl. & cleric. in Cod. Theod. & apud Iuſtinian. Nouell. 60. ſunt Νεκροθάπται καὶ περὶ τὸν λειψάνων ἐκφορὰν χάμνοντες. Sic enim Vetus Gloſſarium interpretatur. Libitinarios vel Pollinctores, vel Viſpilliones reddere poſſumus. Epiphanius ad fin. lib. 3. contra hæreſ. in ordine Eccleſiæ ponit, Κοπιάτας, τὰς τὰ σώματα περιστέλλοντας τῶν κοιμωμένων. Proinde apud B. Ignatium Epiſtola 8. qua gradus, ordinéſque Eccleſiaſticos recenſens, poſt Πυλωρὰς, τὰς Κοπιῶντας, ponit, vtrumne Κοπιάτας emendandum ſit, ſubſiſto. Mouet dubitationem, quod Ignatij temporibus nondum vox hæc in vſu fuiſſe videtur. Imperatores namque Conſtantius & Conſtans, in d. l. 15. de Epiſcop. *Clerici verò*, aiunt, *vel hi quos Copiatas recens vſus inſtituit nuncupari.*

COPVLARE, pro, iungere matrimonio, l. vlt. C. de interdict. mat. *Copulare Matrimonium*, in Lege Dei, Tit. 6.

Copulati in Matrimonio, l. 32. §. Oratio, D. de donat. int. vir. *Copulatæ Nuptiis*, l. 8. D. de Senatorib. & Nou. Martiani, de Nuptiis Senator. *Copulato Matrimonio*, l. 3. C. de dot. promiſſ. l. 6. D. de condict. cau. dat. In *Copulandis Nuptiis*, l. 8. C. de nupt.

COQVERE *Calcem*, l. 12. D. de vſufructu. *Colcis coquendæ Ius & Seruitus*, l. 5. & l. 6. §. 1. D. de ſeruitut. præd. vrbanor. *Ad Calcem Coquendam*, l. 55. §. lignis, D. de legat. 3. *Ad Coquendos Carbones*, d. l. 55. §. ſi lignum. *Coquitur Pulmentarium*, l. 18. § Aſinam, D. de inſtr. vel inſtr. *Cocta Ligna*, d. l. 55. § vlt. & l. 167. D. de verb. ſignif.

CORAM, vt Seruius in lib. 2. Æneid. ait, ſignificat, *In Conſpectu, quòd ἐνώπιον dicitur*. Sic *Coram Pluribus*, l. 33. D. de verbor. ſignific. *Coram Prætore*, l. 1. §. ſi pecunia, D. depoſiti.

Coram aliquo facere quid iuſſus non videtur præſente eo feciſſe, niſi is intellegat. Itaque ſi Furioſus, aut Infans ſit, aut dormiat, non videtur *Coram eo* feciſſe. Scire autem non velle is debet. Nam & inuito eo rectè fiet quod iuſſum eſt, l. 209. D. de verbor. ſignific. Sic *Coram Titio adire*, l. 25. §. ſi coram, D. de adquir. vel omitt. *Coram Sententiam dicere Arbiter* debet, id eſt, præſentibus partibus, l. 27. §. proinde, & l. 44. D. de recept. qui arbitr. *Coram* autem *dicere videtur, qui ſapientibus dicit.* Ceterum *Coram Furioſo, vel Demente, non videtur dici.*

sed nec *Coram Pupillo*, nisi præsens Tutor sit, l. 27. §. coram, l. 47. & l. 49. D. de recept. qui arbitr.

CORBES cogendorum fructuum causa comparabantur, l. 8. §. cogendi, D. de instr. vel instr. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Corbes, ab eo quòd spicas, aliúdve quid conruebant, hinc, minores, Corbulæ dictæ.* Sanè ad messem, in aream deferendam paratas fuisse ostendit, idem Varro lib. 1. de re Rustica cap. 50. Vnde *Messoria Corbis*, non modo apud Ouid. lib. 14. Metamorphos. Propertium lib. 4. Valerium Max. lib. 1. cap. 6. Sed & apud Ciceronem in Sextiana, quem locum Seruius in lib. 1. Georgic. citat, *Corbem* fœminino genere dici adnotans.

Per Corbem mensuram Vini facere, l. 1. §. vlt. D. de peric. & comm. rei vend.

CORIVM *Bouis mortui*, l. 49. D. de legat. 2.

CORNELIÆ Leges quattuor præcipuæ in libris nostris memorantur.

Cornelia de Sicariis & Veneficis, toto Tit. D. ad Leg. Cornel. de sicar. l. 1. D. de public. iud. l. 1. D. ad Leg. Pomp. l. 23. §. si dolo, D. ad Leg. Aquil. l. 17. §. si iussu, D. de iniur. l. 30. §. si quis quem eorum, & l. 25. D. ad Sc. Silania. l. 3. §. vlt. D. de incend. ruin. l. 11. C. de his qui accus. non poss. & apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 23. Significatur ea Lex in l. 15. §. euentus, D. de pœn. vt apparet ex l. 7. C. ad Leg. Cornel. de sicar. Tulit autem eam legem Cornelius Sylla Fœlix Dictator, vt Senec. in lib. qui inscribitur, Quare bonis viris, &c. Idem in Ludo de morte Claudij. *Is Lege Cornelia, quæ de Sicariis lata est, quærebat.* Sylla eáque nominatim, eos qui Proscriptos à se occiderant, exceperat, vt Sueton. in Iulio ostendit.

Cornelia de Iniuriis ab eodem Sylla lata, auctore Venuleio in l. 12. §. 1. D. de accusationib. Huius legis mentio fit, in l. 5. cum suis §. §. & l. 7. §. 1. D. de iniur. l. 22. D. ad Leg. Iul. de adult. l. 42. §. 1. D. de procuratorib. & apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4.

Cornelia de Falsis, toto tit. ad Leg. Cornel. de fals. Cuius & Sueton. in Augusto, & in Nerone meminit. & Imp. in l. 2. C. de fide instrum. Ea verò tenetur, qui Testamentum falsum sciens dolo malo scripserit, signauerit, recitauerit, amouerit, suppresserit, subiecerit, resignauerit, deleuerit, vt Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 7. & l. 38. § qui viui, D. de pœnis, & alij in l. 2. & l. 9. §. penult. & l. 30. D. de Leg. Cornel. de fals. & l. 9. D. de dolo, significant. Eámque ob causam ea Lex, *Cornelia de Testamentis*, vel *Testamentaria* appellatur, l. 1. D. de public. iud. l. 3. §. si quis dolo, D. de tabul. exhib. l. 2. D. de accusationib. l. vn. C. quando ciuil. act. §. item Lex Cornelia, Instit. de public. iud. & apud Cicero 3. in Verrem, & Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 27. Pertinebat & ad hanc Legem suppositi partus crimen, l. 11. in fi. D. de accusationib. l. 10. C. ad Leg. Cornel. de fals. Atque hęc Lex nudo Corneliæ nomine exaudienda est in l. 1. & l. 2. 4. & 5. C. de his qui sibi adscrib. l. 1. D. de his quæ pro non scrip. hab.

Est & *Cornelia* de Captiuis, quæ Testamenta eorum, qui apud Hostes decesserint ante captiuitatem facta cõfirmat, nec non intestatorum legitimam Hereditatem, perinde atque si in ciuitate decessissent, defert, l. 10. 11. & 12. §. 1. l. 22. D. de captiu. l. 1. C. eo. tit. l. 4. §. 1. D. de bon. libert. l. 1. D. de suis & legitim. l. 1. §. Lex Falcidia, l. 18. D. ad Leg. Falcid. l. 28. & l. 29. D. de vulg. & pupill. l. 39. D. de test. milit. l. 15. D. de vsurpationib. l. 8. C. de legit. hered. l. vlt. C. quib. ex caus. maior. l. 14. C. de castr. pecul. Nec verò Testamenta tantùm, sed & Secundæ tabulæ & Substitutiones, & Tutelæ Testamento apud Hostes morientium conscriptæ, ea Lege confirmantur, vt in l. 8. & l. 29. D. de vulg. & pupill. & à Paulo lib. 3. Sentent. Tit. 6. traditur. Refertur & alia Lex Cornelia, in l. Lex Cornelia, D. ad Sc. Silania.

Cornelianus Fundus, l. 24. D. de adquir. possess. l. 7. D. de stipul. seruor. l. 28. D. de nouationib. l. 40. §. qui dotalem, D. de condic. & demonstrat.

CORNICVLARII, l. vlt. D. de iur. immunit. l. 3. C. de off. diuers. iud. Rubr. de cohortalib. & princip. cornicul. lib. 12. Cod. l. 1. & l. vlt. de apparitorib. præf. præt. eo. lib. & aliâs sæpe in postremis Codicis libris. Quo nomine appellatos constat, eos qui Corniculo merebant, vnde nomen habent. Sueton. in lib. de clar. Grammatic. de Orbilio. *Deinde in Macedonia Corniculo Equo meruit.* Auctor. lib. de viris illustribus, de M. Æmilio Scauro, *primo in Hispania Corniculum meruit.* Liuius lib. 10. *Equites omnes ob insignem multis locis nauatam operam, Corniculis, Armillísque argenteis*, donat. Vsus est *Cornicularij* verbo etiam Valer. Max. lib. 6. cap. 1. Tranquill. in Domitian. cap. 17. Ascon. in 3. Verrin.

CORNVARII in l. vlt. D. de iure immunit. qui cornua conficiunt, vel Cornicines qui Cornu canunt, quos *Æneatores* à priſcis dictos Feſtus lib. 1. ſcribit. A *Tubariis* autem eos Paternus ſeparat, vt & *Cornicines*, à *Tubicinibus*, Vegetius lib. 11. cap. 22. & Modeſtus in Epitome eiuſdem. Seneca in ludo de morte Claudij, *Tibicinum, Cornicinum, omníſque generis Æneatorum turba. Cornu percuſſus à Boue*, l. 52. §. quidam, D. ad Leg. Aquil. *Cornu petere ſolitus Bos*, l. 1. §. 1. D. ſi quadrup. paup.

CORONÆ *Sacræ*, quæ Athletis in Certaminibus Sacris præſtantur, l. 40. D. de re iud. l. 5. C. quæ res pign. oblig. *Coronæ Menſarum*, l. 19. §. perueniamus, D. de auro arg. quas conuiuiis adhiberi ſolitas ex antiquorum teſtimoniis tritum eſt. *Coronarium Aurum*, in Rubr. de auro coronar. Cod. & l. 15. de legat. in C. Theod. Seruius in lib. 8. Æneid. ita appellatum tradit Aurum quod à victis gentibus dabatur: quod propter conceſſam vitam illis impoſitum erat. Planè ſubactæ bello prouinciæ iam inde ab antiquis florentis Reipubl. Roma. temporibus Coronas aureas, Populo, Imperatoribúſque offerebant, vt Liuius lib. 44. & 48. oſtendit. Tertullia. in lib. de Corona milit. Coronarum differentias perſequens, *Sunt*, ait, & *Prouinciales*, *Aureæ*, *Imaginum iam non virorum capita maiora quærentes*. Vopiſcus in Probo: *Coronas quas mihi obtulerunt omnes ciuitates Galliæ, Aureas, veſtræ, Patres Conſcripti, clementiæ dedicaui*. Inde *Auro Coronario* nomen: Agell. lib. 5. cap. 6. *Triumphales Coronæ, ſunt Aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem Triumphi mittuntur. Id vulgò dicitur, Aurum Coronarium*: cuius Cicero 1. Agraria, & in Piſonem meminit: quod ab Alexandro Seuero Romæ remiſſum: à Iuliano quoque prouincialibus indultum, Lamprid. in Alexandr. & Ammian. Marcellin. lib. 25. ſcribunt.

CORPORVM tria ſunt genera: Vnum, quod vno ſpiritu continetur, quod Græci ἡνωμένον & συμφυὲς vocant, vt Homo, Tignum, Lapis. Alterum, quod ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod συνημμένον vocatur, vt Ædificium, Armarium, Nauis. Tertium, quod *ex Diſtantibus Capitibus* conſtat, vt Corpora plura, non ſoluta, ſed vno nomini ſubiecta, veluti Populus, Grex, Legio, l. 30. D. de vſurpationib. l. 23. §. at in his, D. de rei vindic. Plutarch. in Præcept. connubialib. Τῶν σωμάτων φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διεχόντων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ χόλον, καὶ στρατόπεδον. τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν, καὶ ναῦν. τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ζώων ἕκαστον. Seneca quoque Epiſtol. 102. quædam Corpora *Continua* eſſe tradit, vt Hominem: quædam *Compoſita*, vt Nauem, Domum, omnia denique quorum diuerſæ partes iunctura in vnum ſunt coactæ: quædam *ex Diſtantibus*, quorum adhuc membra ſeparata ſunt, tanquam Exercitus, Populus, Senatus. Illi enim per quos iſta corpora efficiuntur, iure aut officio cohærent, natura diducti & ſinguli ſunt. Idem lib. 2. Natural. Quæſt. cap. 2. *Corpora* quædam eſſe *Compoſita*, ſcribit quæ conſtant aut Nexu, aut Aceruatione, vtputa Funis, Frumentum, Nauis. Rurſus *non Compoſita*, vt Arbor, Lapis: quæ etiam *Vnita Corpora* vocat: non ad numerum referens, ſed ad naturam Corporis, nulla ope externa, ſed vnitate ſua cohærentis.

Liberum Corpus, l. vlt. D. de his qui effud. l. 3. D. ſi quadrup. *Corpora Libera*, l. 2. §. iacturæ, D. de L. Rod. *Corpus Quadrupedis*, l. 27. D. ad L. Aquil.

Corpore & Actu Adprehendere & Apiſci Poſſeſſionem, l. 1. §. ſi iuſſerim, & l. 3. D. de adquir. poſſeſſ. *Corpore Poßidere*, l. 1. §. interdictum, & §. eum qui, D. de vi & vi arm. *Corpore* autem *Poßidemus* non tantùm per nos, ſed & per Seruos, vel Colonos, l. 3. §. ſi quis nuntiet, D. de adquir. poſſeſſ. *Corpore & Animo Poßidere*, ſeparantur d. l. 3. *Corpore noſtro tenere*, l. 44. §. vlt. D. eod. *Corpore quæritur poſſeßio*, l. 3. C. eod. tit.

Corpore Quæſtum facere, l. 47. D. de rit. nupt. l. 38. D. de oper. libert. & l. 5. D. ad Sc. Trebell. Plaut. Pœnulo Act. 5. Sc. 3. *Facerem indignum genere Quæſtum Corpore*. Et Ciſtellar. Act. 2. Sc. 1. *Dotem quærere Corpore*, Eoque ſenſu accipe quod idem ait Milite, glorioſ. Act. 3. Sc. 1. *Eam des quæ ſit quæſtuoſa, quæ alat corpus Corpore*. id eſt, quæ quæſtu ex Corpore facto, ſe alat. Eodem loquendi genere, *Corpus invulgus dare, pecuniámque ex eo quæſtu merere*, dixit Agell. lib. 6. cap. 7.

Corpus, pro Cadauere. Sic *Corpus Inferre*, l. 40. D. de religioſ. *In Patriam reportare*, l. 30. §. ab heredibus, D. de adimend. legatis. *Perferri*, l. 14. §. impenſa, D. de Religioſ.

Terra Conditum Corpus, l. 39. D. de Religioſ. *Condendi Corporis cura*, l. 88. §. 1. D. de legat. 2. *Locum in quo Corpus impoſitum ſit*, l. 37. §. vlt. D. de Religioſ. *Ad Corpus cuſtodiendum, vel commendandum Factum*, l. 14. §. impenſa, D. eod.

Corpora Mortuorum detineri, l. 38. D. de religios. *Extrahere*, l. vlt. D. de Sepulcho viol. *Non Contracta*, l. 7. D. eod. tit. *Tradita Sepulturæ*, l. 3. §. non perpetuæ, D. eo.

Porrò *Corpus*, non animalium modò rerum dicitur, sed & earum quæ anima carent. vt *Corpus Arborum*, l. 40. D. de act. empt. *Loci*, l. 4. D. si seruit. vind.

Corpus Homeri, l. 52. §. sed Homeri, D. de legat. 3.

Corpora Instrumentorum, l. 3. §. is ipse, & §. si quis dolo, D. de tabul. exhib. l. 15. D. de reb. auctor. iud. *Rationum*, l. 37. D. de fideicomm. libert. *Corpus Ignotum*, l. 69. §. gener, D. de iure dot.

Corpora quæ sunt in Hereditate, aut in Peculio, l. 33. D. de ædilic. edic. *Corpora Hereditaria*, l. 19. D. de hered. petit. l. 11. D. de distract. pign. *Corpora maternæ Hereditatis*, l. 77. §. dulcissimis, D. de legat. 2. *Corpora in eadem specie manserunt*, l. 18. D. quod met. cau.

Corpus Patrimonij, l. 20. D. quod met. cau. l. 25. §. quod autem, D. de hered. pet. l. 72. D. de legat. 2. l. 9. §. si quis ius ignorans, D. de iur. & fac. ignor. l. 23. & l. 25. D. de adim. leg. Sic Iuuenal. Sat. vlt.

Placuit non esse in Corpore Census Paterni.

Corpora Nummorum, l. 24. D. depositi, l. 5. & l. 34. §. sed si, D. de legat. 1. l. 13. §. vlt. D. de reb. credit. l. 29. D. de verbor. obligat. *Nummi interdum vice Corporis funguntur*, l. 51. D. de legat. 1. *Corpora Pecuniæ*, l. 34. §. vlt. D. de pignorib.

Corpus & Ius, separantur, l. 8. D. de aqua & aq. l. 2. §. 1. D. de precar. vt *Corporis Dominus, ab eo qui ius habet*, l. 13. D. de dam. inf. *Corpus & Quantitas* opponuntur, l. 34. §. sed si, non corpus, D. de legat. 1. l. 94. D. de solutionib. *In Corporibus Bona, vel Actionibus*, l. 3. D. de bonor. poss. *Si Peculium sit in Corporibus, Puta, Fundi, vel Ædes*, l. 6. de pecul. leg. *Corporum possessores, à Debitoribus Hereditariis* separantur, l. vlt. D. quor. bonor.

Corpora pro Collegiis & Vniuersitatibus, l. 1. D. quod cuiuscumque vniuersit. l. 3. §. à municipibus, D. de bonor. possess. l. 7. §. 1. D. ad exhib. l. 1. §. seruum, D. de quæstio. l. 9. §. animaduertendum, D. quod met. cau. l. 1. §. si autem Collegium, D. ad Sc. Trebellia. l. 21. D. de reb. dub. l. 17. §. eos qui, & l. 41. §. vlt. D. de excusationib. l. 38. §. quindecim, D. de legat. 3. *Corpus cui licet coire*, l. 20. D. de reb. dub. *Corpus vel Collegium*, l. 10. §. qui manumittitur, D. de in ius voc. l. 36. §. vlt. D. de fideicomm. libertat. & Tit. de collegiis & corporib. D. *Corporibus vel Collegiis*, l. 5. §. quibusdam, D. de iure immunit. Sic, *Corpus Ciuitatis*, apud Liuium lib. 36.

Corpora Artificum, Lamprid. in Alexand. veluti, *Corpus Fabrorum*, d. l. 5. §. quibusdam, & l. 17. §. eos qui, D. de excusationib. *Mensorum Frumenti*, l. 10. §. 1. D. de vacat & excusat. *Nauicullariorum*, d. l. 5. §. licet. *Corpus omne Mercatorum*, apud Ambros. Epist. 33.

Ceterùm qui in Corporibus erant, seu Corporibus ciuitatum adscripti, CORPORATI vocabantur, l. vlt. C. de nauicular. lib. 11. l. vn. de priuileg. corpor. vrb. Rom. l. vn. de Alex. prim. eo. lib. Vnde *Corporatorum Subsidia*, dixit D. Ambros. lib. 3. Officior. & *Corporatos Negotiatores*, Symmach. Epist. 27. lib. 10. qui eos Membra æternæ Vrbis appellat, eorúmque ministerio Vrbis onera sustineri docet his verbis. *Hic Lanati pecoris inuector est: ille ad victum Populi cogit Armentum: hos Suillæ carnis tenet functio: pars vrenda Lauacris ligna comportat. Sunt qui fabriles manus Augustis operibus accommodent: per alios fortuita arcentur Incendia. Iam Caupones, & obsequia Pistoria, Frugis & Olei Baiulos, multósque id genus patriæ seruientes, enumerare fastidium est.*

Corporales Res sunt, quæ Tangi possunt, veluti Fundus, Homo, Vestis, Aurum, Argentum & aliæ res id genus, l. 95. D. de leg. 3. l. 1. §. hæ autem, & §. quædam, D. de diuisio. rer. l. 8. D. quib. mod. pign. Caius lib. 1. Instit. Tit. 1. *Tangi* enim, vt Lucretius ait, *Nisi Corpus, nulla potest Res.* Diomedes lib. 1. Grammatic. *Altera significat Res Corporales quæ videri, tangíque possunt: vt Homo, Arbor: Altera Incorporales, quæ intellectu tantummodo percipiuntur, verum quæ nec videri, nec tangi possunt: vt Deus, Pietas, Iustitia, Dignitas.* Incorporales itaque res sunt, quæ tangi non possunt, quæ in iure consistunt, vt Hereditas, Obligatio, Seruitus, l. vlt. C. de long. temp. præscript. Seruitutes enim prædiorum licet Corporibus accedunt, Incorporales tamen sunt, l. 14. D. de seruitutib.

Corporalis Possessio, l. 40. §. vlt. D. de pignerat. act. quæ Corpore detinetur. *Corporaliter enim possidet, qui incumbit possessioni*, l. 23. §. 1. & §. corporaliter, l. 24. & 25. §. vlt. D. de adquir. possess.

poſſeſſ. l. 4. §. tunc in poteſtatem, D. de vſurpationib. *Corporaliter rei poſſeſſio detineri*, l. 29. D. de ſolutionib.

Corporalia Pignora ad differentiam Nominum & Iurium, l. 15. §. ſic quoque iudices, D. de re iud. ea dicuntur quæ Corporaliter capiuntur, & quæ in corpore conſiſtunt. *Corporaliter* etiam *acceptum Pignus*, dixit Iulianus Patricius in Nouell. Tit. 20.

Corporalis Labor, l. vlt. D. de munerib. & honor. *Corporale Miniſterium*, l. vlt. §. mixta, D. de munerib. & honor. *Corporalia Munera*, l. 3. §. Corporale, D. de munerib. l. 8. §. Philoſophi, D. de vacatio.

Corporale Vitium, l. 40. §. vlt. D. de adoptionib. *Corporalia Vitia*, l. 1. §. vlt. D. de ædilic. edict.

Si nihil Corporale eſt in Hereditate, l. 3. §. 1. D. de bonor. poſſeſſ. *Quæ Corporalia ſunt*, l. 3. D. de adquir. poſſ.

Corporaliter præſtitum Iuſiurandum, l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. l. 2. l. 3. C. ſi minor ſe maior. vetuſtiſſimi quique interpretes tactis ſacris interpretantur. Quod tamen Alexandro, d. l. 1. auctori nunquam in mentem venit: vt mihi veriſimile ſit Triboniani eſſe hoc, non Alexandri verbum. Vtitur & hac loquendi figura, D. Gregorius Epiſt. 13. lib. 7.

Corporaliter tenere, l. 1. C. commun. de vſucap. *Corporaliter tenetur*, l. 24. D. de adquir. poſſ. *Corporaliter pignori datur*, l. 1. §. per ſeruum, D. eod.

CORRADERE *Nummos*, l. 3. §. planè, D. de ſtatuliber. *Corradi Summa*, id eſt, colligi, l. 5. D. de adminiſtr. & peric. *Corraſa Pecunia*, l. 6. D. de bon. damnator. *Corraſi Nummi*, d. l. 3. §. ſi quis, D. de ſtatuliber. *Corradere Picturas*, l. 38. D. de rei vind.

CORREVS, qui eiuſdem obligationis eſt particeps & ſocius, l. 3. §. nunc de effectu, D. de liber. leg. iuncta l. 16. D. de acceptilatio.

CORRIGI dicuntur quæ praua vel dura ſunt, cum in melius emendantur, reformantur, aut benigna interpretatione molliuntur, Græci ἐπανορθοῦν dicunt. *Corrigendi iuris ciuilis gratia*, l. 7. D. de iuſtit. & iur. *Arbitrium quod ita prauum eſt, vt iniquitas eius appareat, Corrigi per Iudicium*, l. 79. D. pro ſoc. *Læſum ius Corrigitur*, l. 1. D. ex quib. cauſ. maior. Plin. Epiſt. 21. lib. 5. *Inuenimus qui curua Corrigeret.*

Corrigere Ædificia, l. 57. D. Locati. *Domum*, l. 3. C. de locato. *Leges*, l. 2. §. exactis, D. de orig. iur.

Corrigere Sententiam, l. 20. D. de recept. qui arbitr. l. 55. D. de re iud. *Corrigi Sententia*, l. vlt. D. à quibus appell. l. 1. §. 1. D. quæ ſent. ſine appell. l. vlt. C. quib. appell. non lic.

Corrigere Libertum, l. 2. §. cùm patronus, D. de offic. præf. vrb. *Corrigendi animo verberare*, l. 15. §. adiicitur, D. de iniuriis. *Corrigi Officio Iudicis*, l. 1. §. cùm ſeruus, D. ad L. Aquil. *Corrigendis moribus præfici*, l. vlt. §. 1. D. de munerib. & honorib.

Corrector Vir Clariſſimus, l. 1. C. de iur. & fac. ign. *Correctores Prouinciarũ*, l. 10. & l. 20. D. de offic. preſid. l. vn. C. vt omnes iud. In Italia autẽ *Correctores*, Notitia ſtatuit his regionibus, Apuliæ, Calabriæ, Bruttiorum, Lucaniæ. Vopiſc. in Aurelia. *Tetricum triumphatum Correctorem Lucaniæ fecit.* Correctoris autem Lucaniæ & Bruttiorum mentio habetur in inſcriptionibus, l. 1. de appellationib. & l. 1. de relationib. in Cod. Theodoſ. & apud Caſſiodorum Epiſt. 47. lib. 3. Variar. Verùm Bruttiorum nomen corruptum eſt in inſcriptione, l. 1. ad L. Cornel. de falſ. in C. Theod. vt & in l. 1. quib. equor. vſus in eodem Cod. In partibus verò Orientis duo Correctores erant, Auguſtanicæ & Paphlagonicæ. Atque ſecundum hæc κορρεκτορείαι ἀρχαὶ accipiendæ ſunt apud Iuſtinian. Nou. 8.

CORROBORATA *Donatio Poſſeſſione*, l. vlt. C. ſi aduerſ. credito. *Corroboratum Præſcriptione*, l. 1. C. eod.

CORRVMPERE *Album Prætoris*, l. 7. & l. 9. D. de iuriſdictio. *Chirographa Debitorum*, l. 11. D. de ſeruo corrup. *Edicta Propoſita*, l. 32. D. de L. Corn. de falſ. *Tabulas*, l. 25. D. de dolo. *Tabulas Publicas*, Cicero pro Cluentio & 4. in Verrem.

Corrupiſſe, quod ad Leg. Aquiliam attinet, videtur, qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit, l. 27. §. inquit Lex, cum §. ſeq. D. ad Leg. Aquil. Item ſi frumento arenam aut aliud quid immiſcuit, cuius difficilis ſeparatio ſit, quaſi de Corrupto agetur, d. l. 27. §. ſi quis veſtimenta. *Corrupiſſe* etiam intelligitur *Tabulas*, qui eas interleuerit, l. 42. D. ad Leg. Aquil. l. 35. D. de dolo, l. 16. §. denique, D. famil. erciſc. l. 31. D. de furt.

Corrumpere Seruum, quod ad titulum de Seruo corrup. pertinet, videtur qui eum dete-

riorem facit. Quod quomodo accipiendum sit, exponitur in l. 1. §. vlt. D. de seruo corrup. *Serui corrupti* Actio, l. 50. D. de pactis, de qua Vet. Gloss. Græc. ait, ἡ χείρονα ποιῆσαι τὸν ἀλλότριον δοῦλον, καὶ ἀπαλείφουσα τὰς ἀγαθὰς αὐτοῦ τρόπους. *De Seruo Corrupto* Cognoscere, l. vlt. D. de offic. prælid. vbi & *Corrupti Actoris* fit mentio.

Corrumpere Corpus, & Mores, Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 14. *Corrumpere feritate vel* Sæuitia *Mancipia, & res mobiles*, l. 15. §. sufficienter, D. de vsufr.

Corrumpere pro vitium offerre, & violare. Sic *Corrumpere Viduam*, l. 3. D. de quæstionib. *Virgines*, l. 38. §. qui nondum, D. de pœnis.

Corrumpere Aduersarium, l. 1. D. de bonis eorum. *Delatorem*, l. 29. D. de iure fisci. *Arbitrum, vel Pecunia, vel Ambitione*, l. 31. D. de recept. qui arbitr. *Iudicem*, l. 1. & l. 21. D. de Leg. Corn. de falsi. l. 26. §. item per, & §. magistratus, D. ex quib. caus. maior. l. 2. in fi. D. de condict. ob turp. caus. l. 21. D. de Leg. Corn. de falsi. *Corrupti Iudices*, l. 7. C. quando prouocare. *Corrupti pecunia Iudices*, l. 38. §. iudices, D. de pœnis. *Testes pecunia Corrupti*, l. 33. D. de re iudic. *Pretio* Corruptus *Carceri præpositus*, l. 8. D. de custod. & exhib. *Corrupta fide Inquisitionis*, l. 3. §. tutor, D. de suspect. tut.

Corrumpere Aquam, l. 1. D. quod vi aut clam. *Artificium Serui*, l. 17. §. 1. D. de vsufruct. *Cœlum*, l. 13. §. si tamen, D. de vsufr. *Fructum*, l. 35. §. vlt. D. locati. *Fructus*, l. 15. D. de rei vindic. *Frumenta Niues* Corruperunt, l. 78. §. vlt. D. de contrah. empt. *Mensuras, Vini, Frumenti*, l. 32. D. de L. Cornel. de falsi. *Viam Opere*, l. 2. §. Idem Labeo, D. ne quid in loco publ. *Dum ne quid ex publica lege* Corrumpant, l. vlt. D. de colleg.

Corrumpere Stipulationem, l. 11. D. vsufructuar. quemadm. caue. *Corrumpi* dicuntur *Stipulationes, Legata, Libertates*, quæ aliqua ratione vitiantur & intercidunt, l. 11. D. de seruitutib. l. 2. D. de seruit. leg. l. 30. §. diuus, D. de fideicomm. libert. l. 72. D. de verb. obligat. *Corrumpi ius*, l. 19. D. de damn. infec. *Corrumpi ius*, & *Incorruptum ius*, l. 9. D. de liber. cau. l. 30. D. de noxalib.

Corrumpi Aquarum ductus, l. 13. §. de præteritis, D. de vsufr. *Fructus*, l. 23. D. commun. diuid. l. 24. D. de vindic. *Rationes*, l. 15. D. de reb. auctor. iud. poss.

Corrupta vetustate villa, l. 32. §. Lucius, D. de vsu & vsufr. leg. & l. 50. D. de vsufruc. *Corruptas Fenestras*, l. 25. §. si vicino, D. locati. *Corruptæ Statuæ*, l. 5. D. ad Leg. Iul. maiest. *Corrupto Itinere*, l. 3. §. vtilitas, D. de itin. actúque. *Corruptas res reddere*, l. 29. §. Magistratus, D. ad Leg. Aquil. *Corrupta vestimenta*, l. 1. §. hæc autem, D. de his qui deiec. vel effud.

Corruptum Matrimonium, l. 23. C. ad Leg. Iul. de adulter. *Monumentum*, l. 7. D. de sepulch. viol.

Corruptelæ, l. 9. §. 1. D. de seru. corrupt.

COSTVM, l. vlt. §. species, D. de publican. Radix est herbæ in India, Arabia, & Syria nascentis, iucundi odoris. De qua vide Dioscoridem lib. 1. Plinium lib. 12. cap. 12. & Isidor. lib. 17. cap. 9.

COTIS *Ferro subigendo necessariæ*, fit mentio in l. 11. D. de publican. & apud Plin. lib. 36. cap. 22. Idem, Cotibus ad ferri aciem deterendam vti, ait lib. 27. cap. 3.

Hinc *Cotoriæ*, l. 15. D. de publican.

COTTIDIE *constitui vsusfructus*, l. 1. §. interdum, D. de vsufruct. *Percipi Fructus*, l. 1. D. quando dies vsusfruc. legat. *Seruitutem Habere*, l. 7. D. quemad. seruitut. amitt.

Cottidie fieri constat, l. 4. D. de sponsalib. *Inseri solet*, l. 15. §. 1. D. de pignorib. *Inualescere videmus*, l. 12. §. si fundum, D. de instr. vel instr. *Poscamus ab alio*, l. 9. §. si nummos, D. de reb. credit. *Prætores Restituunt*, l. 7. §. quæsitum, D. de minorib. *Precario rogantur Creditores*, l. 6. §. vlt. D. de precario. *Suspecti Tutores Postulantur*, l. 1. D. de suspect. tut.

Cottidianus Victus, l. vlt. §. Irenarchæ, D. de muner. & honor. l. 6. §. vlt. D. de offic. proconsul. l. 25. §. quod autem, D. de hered. petit. *Vsus*, l. 12. D. de vsu & habit. l. 7. D. de supell. leg. l. 20. D. de auro & arg. leg. l. 1. §. ait prætor. D. nautæ caupones. *Cottidiana Aqua*, l. 15. D. de seruit. vrb. præd. & tit. D. de aqua cottid. & æstiu. *Comparatio*, l. 44. D. de vsurpationib. *Cottidiani Penoris*, l. 4. §. 1. D. nautæ caupon.

Cottidianum esse dicitur, quod *Cottidie Competit*, l. 7. D. quemadmod. seruit. amitt. *Cottidiana sunt hæc*, id est, *Cottidie ex facto accidunt*, l. 25. D. de liberat. leg.

Cottidianarum Rerum, siue Aureorum, septem libros scripserat. Caius, quos Theophilus in

procœmio Instit. §. quas ex omnibus vocat Κώδικας ἐνθα διαλέγεται περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν κυρωθέντων πραγμάτων.

CRABATTVS *Argento inaurato tectus*, l. 20. §. Instructis. D. de instr. vel instrum.

CRASSA *Negligentia*, l. 6. D. de iur. & fac. ignor.

CRATISTI *Serui* fit mentio in l. 54. D. de manumiss. test.

CREARE *Magistratum*, Ordo dicitur, l. 1. §. Solent, D. quando appelland. sit: & Creditores *Creare vnum cui Caueatur, omnium nomine*, l. 4. §. Creditoribus, D. de fideicommiss. libertat.

Creari dicuntur qui ad aliquod Munus & honorem in Municipiis, suffragiis, & decreto Ordinis vocantur atque eliguntur, l. 13. §. vlt. D. de munerib. & honor. l. 2. D. de vacat. & excusat. l. 1. C. si propter inimicitias. Sic *Creari Curator Reipublicæ*, l. 3. §. in eum, D. de administratione rer. ad ciuit. *Curatores emendi Frumenti & Olei*, l. vlt. §. 1. D. de munerib. & honor. *Decurio*, l. 1. §. 1. D. de magistratib. conueniend. l. 6. §. Pater, & l. 13. D. de decurionib. l. 2. D. ad municipal. l. 4. C. ne filius pro patre, l. 1. C. quod cùm eo, l. 8. C. quando prouocare. *Duumuiro*, l. vlt. D. ad municipal. *Legatus*, l. 12. D. de legationib. *Magistratus*, l. 21. §. 1. D. de appellationib. l. 1. C. de periculo nominat. *Sacerdos*, l. 1. C. de periculo successorum.

Sed & *Creari Curator* dicitur, l. 10. C. qui dare tutores, siue Minoribus constituatur, siue Bonis detur, l. 2. D. de curator. bonor. dan. *Creare Inuidiam*, l. 1. C. de his qui ad statuas.

Creatores, id est nominatores, l. vlt. C. de herèd. decur. vnde, l. 59. lib. 10. C. de decurionib. *Creatio Curatoris*, l. 13. §. vlt. D. de munerib. & honorib. *Tutoris*, l. 39. §. tutor, & l. 53. D. de administr. & peric. tut. *Creatio Magistratuum*, l. 1. D. ad Leg. Iul. ambit. Rubr. si propter inimicit. & Rubr. si quis post creation. C. *Tutorum & Curatorum*, l. 28. C. de iur. dot.

CREDERE dicimur cuicumque rei adsentimur, alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex Contractu. Itaque *Rerum Creditarum* appellatione, Prætor Edicto suo omnes Contractus, quos alienam fidem secuti instituimus, complectebatur, l. 1. D. de reb. credit. Vt plurimum tamen, *Credere*, nihil aliud est, quàm mutuam Pecuniam dare, & à reliquis negotiorum figuris separatur, l. 24. §. Restitutio, & l. 27. §. 1. D. de minorib. l. 1. & l. 3. §. Is autem, D. de Sc. Macedon. & aliàs passim. Quo in verbo elegans est iocus apud Martial. lib. 12. Epigramm. in eum qui sub pignoribus duntaxat ei nummos credere volebat,

Cùm rogo te Nummos sine pignore, non habeo, inquis:
Idem, si pro me spondet Agellus, habes.
Quod mihi non Credis veteri Thelesine sodali,
Credis Colliculis, Arboribúsque meis.

Benè Credere, l. 12. §. si quis mandauerit, D. mandati. & ex diuerso, *Malè Credere*, apud Plaut. Pœnulo, Act. 3. Sc. 2. id est, debitori minus idoneo. Seneca lib. 4. de Benefic. *Pecuniæ etiam malè Creditæ exactio est.*

Aliàs *Credere* significat Committere: vt *Credere Administrationem*, l. 32. §. item respondit, D. de peric. & administrat. tutor. *Credenda est Custodia*, id est, committenda, l. 14. D. de custod. & exhib. *Creditum Munus*, l. 21. C. ad Leg. Iul. de adulter. *Onus*, l. 45. D. de religios. & sumptib.

CREDITORVM appellatione non illi tantùm accipiuntur, qui pecuniam mutuam dederunt, sed & hi quibus ex quacumque Actione vel Persecutione, vel iure Ciuili, vel Ordinario, vel Extraordinario, purè, vel in diem, vel sub condicione debetur: modò non perpetua aliqua exceptione summoueri possint, l. 10. l. 11. & l. 15. D. de verbor. significat. l. 4. D. de separationib. Nou. Constit. 4. §. vlt. Vetus Glossar. Græc. *Creditor*, δανιστής ἐστιν ὁ ἐξ οἱασοῦν αἰτίας χρέωμένος. Glossar. Latinum, *Creditor est qui ex quacumque causa fidem sequitur alienam. Creditores appellantur quibus quacumque ex causa Actio cum fraudatore competat*, l. 16. §. ne quis, D. qui & à quib. Quinetiam si cui ex Delicto debeatur, *Creditoris loco* accipietur: Ex populari planè causa, ante litis Contestationem, rectè dicetur *Creditoris loco* non esse, l. 12. D. de verbor. signific. Maritus ex promissione Dotis, Creditoris loco habetur, l. 25. §. 1. in fi. D. qui potior. in pign. l. 41. D. de re iud. l. 19. D. de oblig. & actio. Et ex diuerso, Vxor dotem repetens, in Creditoribus numeratur, l. 31. D. sol. matr. Is cui sub condicione legatum est, pendente Condicione *Creditor* non est, sed tunc demum cùm

ea extiterit: aliter atque si sub condicione Stipulatus est: Nam & hic pendente Condicione *Creditor* est, l. 42. D. de oblig. & action. l. 27. D. qui & à quib. l. 54. D. de verb. signif. §. ex condicionali, Instit. de verb. obligat. Planè quibus duntaxat Natura debetur, Creditorum loco non sunt, quia petitionem non habent, l. 10. §. vlt. D. de verbor. significat. Similitérque Crediti appellatio eam tantùm pecuniam demonstrat quæ peti potest, non etiam eam quæ petitionem quidem non habet: solutione autem facta repeti non potest, l. 94. §. vlt. D. de solutionib.

CREDITRIX l. 16. D. qui potior. l. 88. §. instituto, D. de legat. 2. l. 5. C. ad Sc. Velleian. l. 1. & l. 7. C. de remiss. pignor. l. vlt. C. creditor. euiction. non deb. l. 6. C. de vsuris.

CREDITVM & *Debitum*, opponuntur, l. 1. D. de compensationib. vt *Credita*, & *Debita*, l. 3. D. famil. erciscu. Quintilianus Declamatio. 360. *Tu amisso viro cum dotem non petisti, fecisti Creditum ex dote.*

Creditum omne, l. 45. D. de Religios. *Crediti ius*, l. 12. D. quod met. cau. *Ex Crediti causa Deberi*, l. 20. D. de iudic. l. 104. §. vlt. D. de legat. 1. *Crediti* appellatione quid contineatur, vide l. 94. D. de solutionib. Sanè *Creditum* à *Mutuo* differt, quò Genus a Specie. Nam & *Creditum* consistit extra eas res quæ Pondere, Numero, Mensura continentur: sicut, si eandem rem recepturi sumus, *Creditum* est. Sed & sine Re, Verbis Credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interposito, veluti Stipulatione, l. 2. §. creditum, & §. vlt. D. de reb. cred. Verùm hæc generalis *Crediti* appellatio nonnunquam restringitur ad mutuam pecuniam significandam. Vt ecce, quod Sc. Macedoniano cautum est, *Filiosa. Credi* non licere, non ad verba, sed ad numerationem referendum est. Sola enim Mutui datio prohibetur: Cetera negotia rectè cum Filiisfa. contrahuntur, l. 3. §. is autem, & l. 4. D. de Sc. Macedon. Et ita *in Creditum ire*, pro credere in l. 2. D. de reb. credit. l. 19. §. vlt. D. ad Sc. Velleia. l. 2. §. 1. D. si cert. pet. l. 65. in fi. D. Sc. Trebellia.

Alioquin *In Creditum Abiri* ex causa Emptionis, vel alio simili Contractu, dicitur, l. 3. §. is autem, D. de Sc. Macedo. Proinde in l. 5. §. planè, D. de tributor. *In Creditum abire*, est, fidem emptoris sequi, & ei fidem habere de pretio. Sed & *in Creditum iri* dicitur, cùm rei dominium in accipientem transfertur, vt vel aliam eiusdem generis reddat: quod & locatione fieri potest, l. 31. D. locati.

In Creditum Dare, & *Accipere*, l. 19. §. vlt. & l. 20. D. de reb. credit. est credendi causa dare, vt ibidem. *Maius Creditum conferre in Debitores*, l. 34. §. 1. D. de legat. 3.

In Creditum Possidere, l. 15. §. si pignora, D. de re iud. id est, in Crediti vicem atque locum possidere. Sic *in Vetus Creditum Pignora accipere*, l. 22. D. quæ in fraud. credit. *Quasi in Creditum Habere Nomen alicuius*, d. l. 10. §. si quid, id est sequi. Sed & *In Credito* esse *Argentum* dicitur, quod in Nominibus est, l. 27. §. Argento, D. de auro argen.

CREDVLITAS *Creditorum*, l. 3. §. sed si sic, D. de in rem verso. *Nimia Credulitate circumuenta es*, l. 11. C. de obligat. & act.

CRETAM *Fodere*, l. 38. D. de dolo. *Cretæ fodiundæ causa Specum facere*, l. 59. D. de furtis. *Cretæ eximendæ Seruitus*, l. 5. D. de seruit. præd. rustic.

Cretifodinæ, l. 13. §. inde est, D. de vsufructu, l. 77. D. de verb. signif. l. 13. D. de publicanis, l. 3. §. vlt. D. de reb. eor. l. 7. §. si vir in fundo, D. solut. matr.

CRIMEN pro criminatione & accusatione, l. 21. D. de Sc. Silania. l. vlt. D. de Concussio. l. 109. D. de diuers. reg. iur. l. 3. C. de calumniatorib. & Instit. de suspect. tutorib. iu prin. Vbi quod Iustinia. crimen. Theophil. κατηγορίαν vertit. Eodem sensu, *Perseuerare in Crimine*, dixit Vlpian. in l. 7. D. de accusationib. id est in accusatione. Et *Importare Crimen*, in l. 9. §. vlt. D. de statuliber. l. 14. §. is demum, D. de bon. libert. Eademque l. ad fi. *Crimen enim quod intendit etiam perfecit*. Sic *Intendere Crimen*, l. 8. D. de his qui not. infa

CRIMINOSVS, l. 33. C. de decurionib. lib. 10. *Criminosi Serui*, l. 41. D. de contr. empt. *Criminosum non est*, l. vlt. C. si quis aliq. test.

CRIMINALIS *Accusatio*, l. 3. C. de Leg. Aquil. *Actio*, Rubr. quand. act. ciuil. *Causa*, l. 15. C. de quæstionib. Constantin. Hermenop. lib. 1. Tit. 2. ita Pecuniarias causas & Criminales definit, χρηματικαὶ μέν εἰσιν ὅταν ζημίαι χρημάτων τοῖς ἔχουσιν αὐτὰς προξενῶσιν. Ἐγκληματικαὶ δέ, ὅταν βαρυτέραν ἔχωσι τιμωρίαν.

CRIMINARI

CRIMINARI *Aliquem*, l. 4. §. si quis, D. vi bonor. raptor. *Subiectum Partum*, l. 27. §. vlt. D. de testam. tut.

CRINA, l. 23. D. de auro argen. Plin. lib. 21. cap. 5. *Est & rubens Lilium, quod Græci* χρίνον *vocant*. Moschopul. in libr. περὶ σχεδῶν. Κρίνον παροξύτονον, εἶδος φυτοῦ εὐώδους. εἰσὶ δὲ κρίνα, τὰ λευκα: τὰ δὲ μέλανα, ὑάκινθοι λέγονται.

CROCVFANTIA in ornamentis muliebribus numerantur, l. 27. D. de aur. arg. Planè in Glossario, Reticulum, γύργαθος & χροκύφαντος vertitur.

CRVCIATVS *Carceris*, l. 11. D. de appellat. *Corporis*, l. 1. & l. 4. C. de his quæ vi. l. 9. C. de contrah. stipulat. l. 13. C. de transactionib. l. 8. C. de rescind. vendit. *Cruciatibus Corporis illicitis adfici*, l. 4. C. de decurionib. lib. 10.

CRVDÆ *Vineæ*, l. 27. §. si oliuam, D. ad L. Aquil.

CRVORE *Madens*, l. 2. §. initium, D. de orig. iur.

CRVS *Fregit Seruus*, l. 52. §. vlt. D. ad Leg. Aquil. l. 26. D. comm. diuid. *Mula Crus Agasoni Fregit*, l. vlt. D. si quadrup. paup. *Crura Equi casu Fracta*, l. vlt. D. ad Leg. Aquil. *Crurales Fasciæ*, in l. 25. §. 1. D. de auro, arg.

CRVSTA *ex Fundo Lapsa*, l. 9. §. Alfenus, D. de dam. infect. *Crustæ Marmoreæ*, l. 17. §. quæ Tabulæ, D. de actio. empt. quæ scilicet parietibus opere tectorio inducebantur. Quintilia. Declamat. 9. *Non me aurata Laquearia, nec radiantes marmore columnæ, nec graues Crustæ fecerint immemorem fragilitatis*. B. Cyprian. Epist. 2. lib. 2. *Iam tibi auro distincta Laquearia & pretiosi marmoris Crustis vestita domicilia*. Idem, tractatu contra Demetrian. *Minus de effossis & fatigatis montibus eruuntur marmorum Crustæ*. Cassiod. lib. 1. Variar. *Discolorea crusta marmorum gratissima picturarum varietate texatur*. Isidor. lib. 19. Etymolog. cap. 13. *Crustæ*, ait, *Tabulæ sunt marmoris. Vnde & Marmorati parietes & Crustati dicuntur*: quo loco marmora secandi in Crustas rationem explicat. Inde *Incrustationes* in l. 13. in fi. D. de seruit. vrb. l. 79. in fi. D. de verb. signific. *Crustis* etiam *Aureis illigata, Cymbia, Argentea*, memorantur in l. 32. D. de auro, argen.

CRVX, inter summa supplicia ponitur, apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 17. *Cruce affici*, idem Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 21. *Cruci Suffigi*, idem lib. 5. Sentent. Tit. 23. *In Crucem Tolli*, idem lib. 5. Sentent. Tit. 22. 23. & 25. Abest vox hæc à Pandectis, beneficio Triboniani, qui eam expunxit, propter abrogatum, abolitúmque à Constantino Crucis supplicium.

CVBICVLARII, l. 65. D. de legat. 3. l. 14. §. si patris, D. de bon. libert. l. 203. in fi. D. de verb. signif. & apud Sueton. in Tiber. cap. 21. Memorantur & in Constitutionibus, *Præpositi sacro Cubiculo*, l. vlt. C. vbi senator. & apud B. Ambros. Epist. 27. lib. 5. & in Inscriptione l. vlt. C. vbi causæ fiscal. Ex qua colligitur, eos de causis Dominicorum Inquilinorum, Colonorúmve, vnà cum Comite Domorum cognouisse. Præpositum etiam Cubiculo legimus apud Sueton. in Domitia. cap. 17. quem Xiphilin. πρόκοιτον vocat.

CVBITVS *Nili*. l. 1. de Nili aggerib. in Cod. Theod. Incrementa enim exundantis Nili Cubitis metiri Ægyptij solebant, quemadmodum Plinius lib. 5. cap. 9. & lib. 36. cap. 7. & Nicephor. lib. 7. cap. 46. significant. Philostratus in Dionysio Milesi. οἵ καὶ πήχεσι διαμετρεῖσθαι τὴν γλῶτταν, ὥσπερ τὰς Νείλου ἀναβάσεις. Erátque adeò apud Memphim, in Serapidis templo, Mensura è sculpto saxo constructa, inscriptis per interualla Cubitalibus Lineis, per quam Nili incrementa indigenis indicabantur: vt Heliodor. histor. Æthiop. lib. 9. ostendit. Quam mensuram à Paganorum templis ad Christianorum ædem Constantinus transtulit. Postea inde demptam, Iulianus Serapidi restituit, teste Nicephoro lib. 10. Histor. Ecclesia. cap. 4.

CVCVMELLÆ l. 17. §. 1. D. si seruit. vindic.

CVIVSQVE pro cuiuscumque, l. 10. §. non solum, D. de adquir. rer. dom. l. 32. §. vxori, D. de vsu & vsufr.

CVLEI, seu *Cullei*, (in hac enim scriptura Pandectæ Flor. variant,) tam Vini quàm Tritici dicuntur, l. 17. §. vlt. D. de ann. leg. l. vlt. §. vlt. D. de pignerat. act. l. 3. §. vlt. D. de vino trit. Festus lib. 3. *Culleola dicta à similitudine Culeorum, quibus Vinum, siue Oleum, continetur*. Quod & ex Catone de re Rust. cap. 154. apparet. *Culeos* etiam inter ea quæ exportandorum fructuum causa parantur, numerat. Vlpian. in l. 12. §. conseruandi, D. de instruc. vel instrum. *Culeus* autem Vrnas 40. capiebat, auctore Columella, lib. 3. de re Rust.

cap. 3. Plin. lib. 18. cap. 31. *Sæpenumero septenos Culeos singula Iugera, hoc est, Amphoras centenas quadragenas musti dedere.* Priscian. lib. de Ponderib.
Est & bis decies quem conficit Amphora nostra.
Culeus. hac nulla est maior mensura liquoris.

Culeo Insui, l. 9. D. de Lege Pomp. §. Alia deinde, Instit. de publ. iud. l. 4. quor. appell. non recip. in Cod. Theod. l. 1. de parricid. in eod. Cod. ex qua Tribonianus bonam partem d. §. Alia, transcripsit. Senec. lib. 1. de Ira, *Et cùm parricida insuam Culeo.* Et lib. 1. de Clement. cap. 23. *Pater tuus plures intra quinquennium insuit Culeo, quam omnibus seculis insutos accepimus.* & Controuers. 1. lib. 7. *Insui fratrem Culeo iubes.* Lactant. lib. 3. cap. 14. *Parricidæ sumus & insuendi, te iudice, in Culeum.*

Culeum autem Isidor. lib. 5. Etymolog. cap. 37. definit, *Vtrem ex corio factum, in quo Parricidæ cum Simia & Gallo & Serpente inclusi, in mare præcipitabantur.* Nam vt Iustinianus in d. §. alia deinde, tradit, Lege Pompeia de parricidiis cauebatur, vt Parricida insutus Culeo cum Cane, & Gallo Gallinaceo, & Vipera & Simia, vel in vicinum mare, vel in amnem proiiceretur. vbi Theophil. *Culeum, ἀσκὸν βόειον* vertit, Dionysij Alicar. exemplo. Nam quòd Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. de Tarquinio agens, ait, *Culeo insutum in mare abici iussit. Idque iudicij genus multo post parricidij lege irrogatum est*, hoc ipsum Dionys. Alicarnass. narrans lib. 4. εἰς ἄσκον, inquit, ἐρράψας βόειον ἔρριψεν εἰς τὸ πέλαγος. In Glossis inuenio *Culeum* definiri *follem Bubulum, in quo Parricidæ mittuntur.* In alio verò libro, *Culeum, tunicam ex scorto in modum crumenæ factam, quæ liniebatur pice & bitumine, in qua inclusi Parricidæ cum Simia, Serpente, & Gallo mittebantur in mare, vt contendentibus inter se animantibus, maioribus pœnis adficerentur.* Anianus vtique ad l. 1. de parricid. in Cod. Theod. *Culeum* interpretatur, *factum de coriis Saccum.* Ac planè *Culeum* vereres *Corium* quoque vocant. Auctor Rhetoricor. ad Herenn. lib. 1. Legem proponit huiusmodi, *Qui parentem necasse indicatus erit, is obuolutus & obligatus Corio, deiicitor in profluentem.* Sed & Iuuenal. Sat. 13. hac periphrasi Culeum describit.
Et reducendum Corio Bouis in mare, cum quo
Clauditur aduersis innoxia Simia fatis.
Et ita *Culeum & Serpentes* accipe apud Senec. lib. 1. de Clement.

Cvcvma, l. 1. §. Diuus, D. ad Leg. Cornel. de sicariis, & in Lege Dei, Tit. 1.

Cvlpam, Caius in l. 72. D. pro soc. interpretatur, *Desidiam, ac negligentiam.*

Culpam quoque Paulus in l. 226. D. de verb. signific. & Vlpian. in l. 213. §. vlt. D. eod. tit. & in l. 22. §. si heres, D. ad Sc. Trebell. l. 4. D. de magistr. conuen. l. 7. §. 1. D. de suspect. tut. vt & Impp. in l. 5. C. de peric. tutor *Negligentiam* appellant, & *Segnitiam* Impp. in l. 7. C. de pignerat. actio. Vetus Glossar. *Culpa, ἡ ῥᾳθυμία.* Itaque à Dolo & fraude separatur, l. 8. §. de tempore, l. 9. §. est præterea, D. de reb. auct. iud. d. l. 7. §. 1. D. de susp. tut. l. 30. D. ad L. Aquil. Eique *Diligentia* opponitur, l. 68. D. de contr. empt. Culpa autem quædam *Lata* quæ & *Magna*, & *Dissoluta Negligentia*, *Dolo Proxima*, *Propè & Proxime Dolum accedens*: Alia *Leuis*, cui *Diligens Custodia* opponitur: Quædam *Leuissima*, quæ exactissimam diligentiam desiderat: de quibus singulis, suo loco, vt ex ordine literarum occurrent, dicemus. *Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti*, l. 36. D. de diuers. reg. *Culpa est quod cùm à diligente prouideri poterit non esset prouisum*, l. 31. D. ad Leg. Aquil. *Culpa*, vt ait Donatus in Hecyr. Act. 2. Sc. 1. est *si nescientes læserimus.*

Culpæ Coloni adnumeratur, si propter inimicitias eius vicinus Arbores exciderit, l. 25. §. culpæ, D. locati.

Culpæ adnumeratur Imperitia, l. 9. §. Celsus, D. locati. & *Infirmitas Mulionis, per quam Impetum Mularum retinere non potuit.* l. 8. D. ad L. Aquil. *Culpæ adsignatur nimia Præceptoris sæuitia*, l. 6. D. ad Leg. Aquil. *Lusus quoque noxius in Culpa est*, l. 10. D. eod. tit. *Culpæ Custodum qui furiosis adhibentur adscribendum est, si negligentiores in officio fuerint*, l. 14. D. de offic. præsid. *Culpæ reus est Possessor qui per Insidiosa loca Seruum misit*, l. 36. D. de rei vindic. *Culpæ reus est qui die ventoso in stipulam suam vel spinam, comburenda eius causa, ignem Immisit, si is vlterius euagatus & progressus alienam segetem vel vineam læserit*, l. 30. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Culpæ reus intelligitur Medicus qui bene secuit & dereliquit curationem*, l. 8. D. ad L. Aquil. *Culpa inhabitantium plerumque incendia fiunt*, l. 3. §. 1. D. de offic. præf. vigil.

Culpa abest si omnia facta sunt quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset, l. 25. §. qui Columnam, D. locati. *Culpa caret qui scit sed prohibere non potest*, l. 50. D. de diuers. regul.

Culpa Diuertere, l. 9. §. nonne videndum, D. de minorib. *Culpa mariti Diuortii Factum*, l. 44. §. 1. D. soluto matrimo. *Culpa Mulieris*, l. 11. §. vlt. D. ad Leg. Iul. de adulter. *Culpa Mulieris*

mulieris diremptum vel dissolutum Matrimonium, l. 38. D. soluto matrimo. & Contrà, *Diuortium sine Culpa viri factum*, l. 101. §. Socrus, D. de condic. & demonst. &, *sine Culpa Mulieris*, l. 45. D. soluto matrimonio. *Culpa* autem *Mariti* vel *Mulieris*, Diuortium factum, solutúmve Matrimonium dicitur, cùm alteruter discidij causam præstitit, ob mores, verbi gratia, improbatos, l. vlt. C. de repudiis, l. vn. §. fileat. C. de rei vxor. act. & apud Vlpian. Tit. 6. Regular. Cicer. Topic. *Si Viri Culpa factum est diuortium.* Terent. Hecyra, Act. 3. Sc. 5. *Neque Culpa hoc euenisse discidium mea.* D. Hieronym. in vita Fabiolæ. *Maluit Culpam subire discidij.* Donat. in 4. Æneid. ad hunc locum. *Coniugium vocat, hoc prætexit nomine Culpam.* Verbo, inquit, *iuris vsus est, vt diceret Culpam: Sic enim definitum est, Culpam esse Mulieris cum pudoris in causa peccauerit.* Quod vocabulum alio eiusdem libri loco vsurpatum est, hoc versu,

Huic vni forsan potui succumbere Culpæ.

Vbi, *Culpæ* nomine, *amissionem pudoris*, significari tradit Vetus Horatij Commẽtat. in Odam 27. lib. 3. Carmin. Sic Ouid. Heroid. Epist.

Cognato poterit nomine Culpa tegi.

Culpa Vxoris diremptæ Nuptiæ non videntur, si illa furenti nuntium remiserit, si modò furor ferendus non sit his qui circa eum sunt, l. 22. §. si maritus, cum seq. D. sol. matrim.

CVLTELLVS *Tonsoris*, l. 11. D. ad L. Aquil.

Articulus CVM, copulam significat, l. 142. D. de verb. signific. Itaque si quis *Titio Cum Seio* legare dixerit, vtrique legasse intelligitur, sicut vtrumque legatur, vbi *Fundus cum Domo* legatur, l. 112. §. si ita legatum, D. de legat. 1. Cęterùm cùm quis *Titio Cum Seio* legat, sine altero alter ad Legatum admittitur. Nam & cùm Prætor dicit, *Ventrem cum Liberis in possessionem esse iubebo*, etsi non sint Liberi, Venter in possessionem mittetur, l. 121. D. de legat. 1. l. 13. in fi. D. de manumiss. test. l. 31. D. de statulib.

Hæc verba, *Cùm quatuordecim Annorum erit factus*, &, *Si quatuordecim Annorum erit factus*, eandem condicionem habent: Sed posteriori scriptura, per Condicionem, Tempus: Priori, per Tempus, Condicio demonstratur, l. 22. D. quando dies leg. ced. l. 49. in prin. & §. 1. D. de legat. 1.

CVMVLVS *Æris alieni*, l. 4. D. ad Sc. Trebellian. *Debiti*, l. 8. D. de pact. l. vlt. C. qui bon. ced. *Legati*, l. 2. §. Tractari, D. ad Sc. Tertyll. *Patrimonij*, l. 3. D. vbi pupill. educ. *Cumulare Vitium*, l. 6. C. arbitr. tut.

CVNABVLA *Iuris*, l. 2. §. deinde Sextus, D. de orig. iur. *Firma Legum Cunabula*, Iustinian. in procœmio Institutio. & §. sed ne in, Institut. de legat. *His Cunabulis initiata auctoritas*, l. 1. D. de off. præf. præt.

CVNCTATIO *Consulis*, l. 20. D. de manum. vindic.

CVNEI, Peditum sunt globi, vt *Vexillationes*, Equitum turmæ. Atque ita hæc verba distinguenda sunt in l. 1. de bonis milit. in Cod. Theod. Vegetius libr. 3. cap. 19. *Cuneus dicitur multitudo Peditum, quæ iuncta cum acie, primo angustior, deinde latior, procedit, & aduersariorum ordines rumpit.* Idem lib. 1. cap. 26. *Tertiò præcipiendum est, vt Quadratam aciem repentè constituant: quo facto, in Trigonum, quem Cuneum vocant, acies ipsa mutanda est.* Ammian. Marcellin. lib. 31. *Congregatósque in Cuneos sensim progrediens.* Et mox: *Vesperáque intendente Gotthorum vastatoriis Cuneis propè flumen Hebrum subitò visis.* Quibus in locis promiscuè *Globos* & *Cuneos* ab eo auctore appellari cernimus. *Globos* autem etiam *Drungos* (non, vt vulgò legitur, Drumos vel Grunos) vocitatos, Veget. lib. 3. scribit. Qua de re aliàs plura, ne extra propositum sermo decurrens lectori fastidium pariat.

CVNICVLVS *per quem Vapor trahitur in Balnearijs vaporibus*, l. 3. §. hoc interdictum, D. de riuis. *Cuniculum Agere*, l. 11. D. de aqu. & aq. plu. *Cuniculo Aquam auocare*, l. 26. D. de damno infec. *Pergentem in Iulij*, more Græco dixit Pompon. in l. 3. §. vlt. D. si seruit. vindic. *Cuniculis defossis in altum alienarum Ædium fundamenta labefactare*, l. 6. C. de metallar. lib. 11.

CVPA *Clusum Triticum*, l. 31. D. loca. *Cuppæ*, l. 15. §. proprietatis, D. de vsufruct. *Cuppæ* seu *Cuppulæ*, l. 3. §. 1. D. de tritico, vino. *Cupæ* autem inter ea numerantur quę exportandorum fructuum causa parantur, l. 12. §. conseruandi, D. de instr. vel instr. & apud Paul. lib. 3. Sent. Tit. 7. & ex eorum genere quæ Conseruandi fructus gratia parantur, l. 8. §. vlt. D. de instr. vel instr.

CVPITVS, Serui nomen, in l. 41. §. libertatem, D. de fideicomm. libert.

CVPRESSVM Nauigiis aptã arborem fuisse, indicat l. 26. D. de adq. rer. do. Virg. lib. 2. Georg.

------- *Dant vtile lignum. Nauigiis pinos, domibus, cedrósque Cupressósque.*

Arrian. lib. 8. de reb. geſt. Alexand. Naues cæſis Cupreſſis ab Alexandro cõpactas memorat.

Cupreſſum ex luco Daphnes excindi vetant Impp. Soli Alytarchæ vrbis Antiochenæ, vnius cupreſſi excidendę facultatem dant, l. 12. de iur. fiſc. in Cod. Theod. *Cupreſſeum Corpus*, l. 26. D. de adquir. rer. dom.

CVRA *Corporis neceſſaria*, l. 50. §. vlt. D. de oper. libert. *Cura Rei*, l. 1. D. vſusfruc. quemad. cau. *Cura Funeris*, l. 14. §. ſi cui, D. de religioſ. *Condendi Corporis*, l. 88. §. 1. D. de legat. 2.

Cura à *Cultura* ſeparatur, §. ſi quis à non domino, Inſtit. de diuiſ. rer. Nam vt Agri, *Coli*, Ita Oues & Pecora *Curari* dicuntur, quemadmodum ĩ. ſuo loco docebo. *Cura acta Pecorum*, l. 9. §. eſt prȩterea, D. de reb. auct. iud.

Curæ appellatione interdum Curatorum actus, Munus, ſeu Curatio ſignificatur, Tit. de reb. eorum qui ſub Tutela vel Cura ſunt. *Cura Adulti*, *Furioſi*, *item Prodigi*, *Muti*: *etiam Ventri*: *etiam ad exhibendum cibum*, *potum*, *tectum*, & ſimilia l. 1. D. de munerib. & honor. l. 20. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 16. & l. 41. D. de excuſationib. l. 16. D. de ſuſpect. tut. l. 1. §. ex illa, D. de L. Cornel. de falſ. l. vlt. C. ſi tut. vel cur. l. 1. C. qui morbo.

Cura Ventris, *Bonorum*, l. 3. §. non tantùm, D. de ſuſpect. tut. *Operis*, l. vlt. D. de vacat & excuſ. *Cura Cuſtodiendi Aquæductus*. l. vlt. §. 1. D. de munerib. & honor.

Curam Adminiſtrare, l. 19. D. de iudic. l. 1. §. finito, D. de contrar. & vt l. 11. §. ex facto, & l. 47. §. 1. D. de minorib. l. 1. §. item ſi, D. de ventr. in poſſeſſ. l. vlt. D. de vacat. & excuſ. l. 3. §. non tantùm, D. de ſuſpect. tutorib. l. 5. C. de adminiſtr. tutor. l. 2. & l. vlt. C. de heredib. tutor. l. vlt. C. de excuſat. veteran. *Agere*, l. 3. §. 1. D. nautæ caupo. *Gerere*, l. 1. §. ſed eſt æquiſſimum, D. de poſtulan. l. 67. §. ſed & ſi, D. de ritu nupt. l. 22. D. de excuſationib. l. 6. C. de hered. act.

Curæ Adminiſtratio, l. 4. C. de tranſactionib. *Officium & Tempus*, l. 46. in prin. & §. 1. D. de adminiſtr. & peric. *Ratio*, l. 20. §. vlt. D. de liberat. leg. *Curæ Rationem reddere*, l. 1. §. ex illa, D. de Leg. Corn. de falſ.

Curam habere Prætor, l. 1. D. de ventr. in poſſeſſ.

Curæ habebit Iudex, l. 5. C. de condic. ob cauſ. l. 2. C. de ord. iudic. *Præſes*, l. 1. C. vbi cauſa ſtat.

Ad Curam Principis pertinet, l. 1. D. de L. Iul. ambit. *Ad Curam Præfecturæ Pertinet*, l. 1. §. Cura, D. de offic. prȩf. vr. *Ad Curam ſuam Pertinet*, l. 3. §. 1. D. de recep. qui arbit.

Sub Cura Præſidis ciuitatis, l. 37. D. ad municipal. *Sub Cura Villici*, *Prædium*, l. 35. D. de legat. 3. *Sub Cura Serui eſſe Argentum*, l. 21. D. de manum. teſtam.

CVRA PALATII. Dignitatis nomen in aula Conſtantinopolitana. l. 1. C. de comitibus & trib. ſchol. lib. 12. Quod ex Ammian. Marcellino cùm aliàs tum lib. 31. facilè intelligitur. *Tribunus*, ait, *Equitius*, *cui tunc erat Cura Palatij credita*. Meminit & Gregorius Turonenſis lib. 2. Hiſtoriar. cap. 8. Zonaras Κυροπαλάτιν vocat. Sic enim Annal. Tomo 3. in Iuſtino ſcribit. Ιγνῖνος δὲ τὸ γένος τυγχάνων Ιλλυριος, Κυροπαλάτης πρὸ τῆς βασιλείας τετίμητο. Idem in Leone Iſauro. τὸν γαμβρὸν τῷ Αρτοβάσδῳ συνῴκισεν, Κυροπαλάτην αὐτὸν ὀνομασας. Et in Stauracio. Επιβουλευε δὲ τῷ Κυροπαλάτῃ Μιχαὴλ. Vnde *Excura Palatij*, eadem figura, qua *Exconſule*, & *Excomite*, apud Ammian. Marcellinum lib. 22. legimus.

CVRARVM ius, l. 2. C. de apparitoribus præfe. prætor. lib. 12. Sic enim illic legendum olim monui, cùm antea perperam *Curiarum* ſcriptum eſſet: quemadmodum etiam *Curiæ*, pro *Curæ* cum vitio ſcriptum fuiſſe tum temporis docui in l. 2. C. de executorib. & exactorib. lib. 12. At in l. 1. C. de offic. magiſt. offic. rectè *Ad curas agendas & curſum exeant*: vt & in l. 2. C. de curioſ. lib. 12. *in Curis agendis & euectionibus publici curſus inſpiciendis*. Sic *Curarum ius atque arbitrium*, l. vn. ne præfectiani in C. Th.

Curagerendarij, l. 1. de curioſis in eod. C. *Curatoricij Equi*, l. 29. de annon. & tribut. in C. Th. *Curatoricio nomine Equi Flagitati*, l. 2. de equor. conlat. in eo. C. Vnde & *Curioſorum* nomẽ deſcendere veriſimile eſt, qui huic Curarum miniſterio deſeruiebant, vt infrà docebo.

CVRARE, pro Ægris mederi, l. 11. §. 1. D. ad exhibend. l. 2. in fi. D. de oper. libert. *Curare Ægrum*, l. 53. §. vlt. D. de furt. l. 7. §. vlt. D. ſol. matr. *Ægros*, l. 4. §. Stichus, D. de neg. geſt. *Familiam*, l. 6. §. his verbis, D. de reb. auctor. iudic. poſſ. *Seruum*, l. 11. D. ad exhib. l. 30. §. vlt. D. de ędilic. edict. *Seruum Ægrotum*, l. 10. §. vlt. D. de neg. geſt. l. 10. C. eod. tit. *Vulneratum*, l. 9. §. ſi ipſe, D. de pecul. l. vlt. C. in quib. cauſ. ceſſat.

Curare Patronam & eius familiam, *Medicus* dicitur l. 10. §. vlt. D. de ann. leg. & *Curare gratis Amicos*, l. 27. D. de oper. libert. *Curandos Oculos Medico committere*, l. 3. D. de extraord. cognitionib.

Curare

Curare Corpora, verbum Militare, frequens apud Liuium & Curtium. Seruius in lib. 4. Georg. *Curare Corpus, si de Hominibus dicimus, & Cibo & Lauacro intelligimus, aut alterutro.*

Curare Ædes sacras, l. fin. D. ne quid in loco sac. *Negotia*, id est gerere, l. 14. §. 1. D. comm. diuid. l. 5. C. de magistr. conuen.

Curare & dare Operam, l. 29. D. loc. l. 30. §. ab heredibus, D. de adimend. leg. Sic *Curare debet Venditor*, l. 21. §. 1. D. locati.

Curare debet Iudex, l. 5. & l. 25. §. Iudex, D. famil. ercisc. §. curare, Instit. de action. *Præfectus Vrbi*, l. 1. §. præterea, D. de offic. præf. vr. *Præses Prouinciæ*, l. 9. C. de pignorib. *Prætor*, l. 9. D. de Carbon. ed. *Proconsul*, l. 7. D. de offic. proconsul.

Curabit Præses, l. 5. §. vlt. D. de oper. publ. l. curabit, C. de action. empt. l. 10. C. de administ. tut. l. 6. C. de iniur. *Curent Magistratus*, l. 22. D. de testib. *Curandum est*, l. 5. §. quod si, D. vt in poss. legat. *Curate*, id est date operam, l. 68. § 1. D. de legat. 3.

Curari, id est obseruari, l. 107. D. de verbor. oblig.

Curari dicuntur *Oues & Pecora*, l. 60. §. vlt. D. de legat. 3. l. 7. §. non solum, D. soluto matr. nec non & *Arbores*, l. 3. D. de impens. in res dot.

Curari etiam dicuntur *Vestimenta* à Fullone, l. 12. D. de furt. l. 31. D. loca. B. Cypria. Epist. 16. lib. 3. *Nemo Tunicam scissam accipere & induere potest, nisi eam ab artifice perito sartam viderit, & à fullone curatam acceperit. Curandum lacum locare*, l. 27. §. vlt. D. ad L. Aquil.

CVRATIO, id est Cura, &, vt vulgo loquimur, *Curatela*, l. 3. D. de postulan. l. 29. §. ex causa, D. de minorib. l. 1. D. de cur. fur. & apud Vlpian. Tit. 12. Regular. & Instit. de Tutel. *Curatio Furiosi aut Prodigi*, l. 1. l. 4. & l. 13. D. de cur. fur. l. 3. D. de admin. & peric. l. 1. C. qui num. tut. *Curatio Hereditatis*, l. 13. D. de neg. gest. *Curatio Demandata*, l. 9. D. testam. quemadm. aper. *Duas Curationes administrare*, l. 30. §. cùm oriundus, D. de excusationib.

Curationis Iudicium, l. 11. D. de auct. & consl. id est *Actio administratæ Curæ*, vt l. 4. C. de trãsactionib. quæ Negotiorum gestorum Actio est, l. 4. in fi. D. de tut. & rat. dist. l. 1. C. quod cum eo. *Curator* enim *Negotia gerere*, dicitur, vt Tutor Tutelam administrare, l. 67. D. de ritu nupt.

Curationem Restituere, eadem forma, qua & *Tutelam*, dixit Paulus in l. 33. D. de minorib. id est curæ administratæ rationes reddere.

Magistratuum etiam *Curationes* dixit Cicer. 4. in Verr. quæ vox hoc sensu accipienda est in l. 1. D. ad Leg. Iul. repet. in qua *Curatio*, à *Magistratu*, *Potestateque* separatur. Sic & apud Cic. in Orat. pro domo sua, *Aut in isto genere omnino quicquam aut Curatione aut Potestate valuissem. Curatio Calendarij* l. vlt. D. de munerib. & honorib.

Curatio vulnerati, vel ægri, l. 3. D. si quadrup. l. 7. & l. 8. D. ad Leg. Aquil. l. vlt. D. de his qui effuder. *Curatio Serui Ægri*, l. 13. §. præterea, D. de action. empt. *In Curationem serui impendere*, l. 22. D. commod.

CVRATORES multiplicis generis in libris nostris memorantur. *Curatorem Prætor dare solet Adulescenti, Furioso, Furiosæ, Fatuo, Fatuæ, Muto, Surdo, Prodigo, & qui Negotiis suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt*, l. 1. §. vlt. l. 2. l. 3. l. 4. & l. 5. D. de postulan. l. 14. §. penult. D. de solutionib. l. 4. §. vlt. D. rem pup. salu. for. l. 1. §. Æquè, D. de munerib. & honorib. l. 48. D. de admin. & peric. Tit. de Curat. fur. *Cæteros quoque, quibus Curatores, quasi Debilibus, vel Prodigis, dantur: vel* Surdo, *Muto, vel Fatuo*, l. 19. l. 20. & l. 21. D. de reb. auct. iud. Horat. Epist. 1. lib. 1. *Nec Curatoris egere à Prætore dati.* Festus Pomp. *Curatores dicuntur, qui Pupillis loco Tutorum dantur, siue illi qui rei Frumentariæ, Agrisve diuidendis, præpositi sunt.* Vetus Glossar. *Curator est qui res administrat Adolescentis. Curator Pupilli*, Adulescentis, *Furiosi, Prodigi*, l. 1. §. 1. D. de contrar. & vt l. 10. D. quæ in fraud. credit.

Datur item *Ventri Curator*, l. 1. D. de munerib. & honorib. l. 1. §. quotiens & §. sequenti & l. 5. D. de vent. in poss. mitt. l. 48. D. de administ. & peric. l. penult. §. etsi curator, D. de ritu nupt. l 8. D. de curat. fur.

Curator Bonorum, l. 22. §. si curator, D. Mandati. *Curator Bonis Consensu Creditorum datus*, l. 9. D. rat. rem hab. l. 3. D. de curat. fur. Tit. de Curat. bon. dan.

Curàtor autem *Bonis datus*, vel *Custodiendis*, vel *Distrahendis Bonis*, constituebatur. *Nam ex Carboniano Edicto possessione petita, si satis non detur, Custodiẽdis bonis Curator datur*, l. 1. §. vlt. D. de munerib. & honor. *Et cùm in satisdatione Pupillus & aduersarius eius cessant, Curator constituendus est, qui bona administret, & quandoque, ei qui iudicio vicerit, restituat*, l. 5. §. vlt. D. de Carbon. edict.

Curatores Bonis dati, quæ fuerunt eius qui ab Hostibus captus est, & reuerti speratur: item Custodien-

dis ab eo relictis, cui nec dum quisquam ciuili vel honorario iure successit, Curatores *constituti*, l. 1. §. vlt. D. de munerib. & honorib. *Nomine eius qui hostium potitus est, si* Curator *vt plerumque, fuerit bonis constitutus*, l. 15. D. ex quib. caus. maior. *Si Bonis* Curator *datus sit, vel Absentis, vel ab Hostibus capti, vel dum deliberant scripti Heredes de adeunda hereditate*, l. 22. §. vlt. D. de reb. auct. iud.

Ventri Tutor *à Magistratibus Populi Ro. dari non potest*, Curator *potest*, l. 20. D. de tutor. & curat. dat. Bonorum, *Ventris nomine*, Curatorem *dari oportet*, l. 8. D. de curat. fur. *Si ventri* Curator *datus sit*, l. 24. D. de reb. auct. iud. *Quotiens* Venter *in possessionem mittitur, solet mulier* Curatorem *Ventri petere: solet &* Bonis, l. 1. §. quotiens, D. de vent. in poss. *Hoc iure vtimur, vt idem* Curator *& Bonis & Ventri detur*, d. l. 1. §. hoc autem, Curatores Bonorum, *Ventri, quibus sola Custodia, & rerum quæ deteriores futuræ sunt, venditio committitur*, l. 10. D. de administrat. & peric. *Cùm Venter in possessione sit, aut Pupillus heres* Tutorem *non habeat*, Curator *decerni solet*, l. 1. D. de curator. bon. dan. *Vt* Curator *detur* Bonorum *eius, cui an heres exstaturus sit, incertum est*, l. 2. D. de feriis. Curator Bonorum *patris constitutus, quia filius hereditate paterna abstinuerat*, l. 90. D. de solutionib.

De altera verò Curatorum specie hæc extãt exempla. Curator *Bonis distrahendis datus*, l. 9. §. his verbis, D. de reb. auct. iud. Curator *ex Senatusconsulto constituitur distrahendorũ* Bonorum *gratia, cum clara persona, veluti Senatoris vel vxoris eius, in ea causa sit vt eius bona venire debeant*, l. 5. D. de Curator. fur. vnde in l. 9. D. eod. tit. *Cuius Bonis distrahendis* Curatores *facere Senatus permisit*: & in l. 3. D. de curator. bon. dan. *Bonis per* Curatorem *ex Senatusconsulto distractis.* Similitérque in l. 22. D. de minorib. *Per Curatorem Bonorum decreto Prætoris ad distrahenda Bona secundum iuris formam constitutum.* Bonorum, *Magistratus Reipub. tres Curatores constituerunt, qui apud Græcos* Ἐπιμελητὰι *vocantur*, l. 46. §. 1. D. de administrat & peric.

Curator Bonis interdum petebatur à prægnante, l. 2. §. si mater, D. ad Sc. Tertyllia. Curator *portionis*, l. 1. §. si frater, & §. si cum duobus, D. de collat. bonor.

Curator *Cæsaris*, id est Procurator, l. vlt. D. de offic. procur. Cæsar. l. 3. §. si curator, & l. 5. D. de iure fisci.

Curator *diuinæ vel dominicæ Domus*, in inscriptio. l. vlt. C. de quadr. præscript. & in Nouell. Iustin. Constit. 1.

Curator *Ciuitatis*, l. vlt. D. quod cuiusque vniuersit. & l. vlt. D. de administr. rer. ad ciuit. Græcè λογιστὴς, vt est in l. 3. C. de modo multar. Curator *Ciuitatis*, l. 3. & 8. de donat. l. 5. de exh. vel transm. reis l. 3. de superexact. l. omnis, de iis quę administr. in C. Th.

Curator *Reipublicæ*, l. 37. D. de pact. l. vlt. D. de offic. adsess. l. 2. §. graui, l. 3. §. 1. & §. penult. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin. l. 46. D. de dam. inf. l. 2. C. de sentent. quę sine cert. quantit. l. 1. C. ne quis liber inu. lib. 12. Curator *Reipublicæ cui locorum publicorum procuratio data est*. l. 3. §. si planè & l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam. Vlpianus autem librum singularem scripserat de *Officio Curatoris Reipubl.*

Curatores *Corporum*, l. penult. in fi. D. de colleg. Curator *Municipum*, l. 5. §. hęc verba, D. quod vi aut clam. Curator *Calendarij*, l. vlt. §. 1. D. de administr. rer. l. 1. de curatorib. Calendar. in C. Theod. Ac planè in inscriptio. quadam, hę notæ. Cur. *Kal. Frabatenorum*, Curatorem Calendarij designant.

Curatores *Frumenti & Olei emendi*, quos Σιτῶνας καὶ Ἐλαιῶνας appellant, l. vlt. D. de munerib. & honorib. Curator *comparando Frumento*, l. 21. D. ad municipal. Curator *ad Siliginem emendam, decreto Ordinis constitutus*, l. 30. D. de neg. gest. Curator *qui Annonam administrat*, l. 21. §. in locum, D. de appellationib.

Curatores *Operum*, l. 7. D. de offic. proconf. l. 1. & l. 2. §. 1. D. de operib. publ. l. 2. §. sed & si, D. ad municip. l. 17. §. penult. D. de vsur. & apud Sueton. in August. cap. 37. quibus scilicet extruendorum, vel reficiendorum ædificiorum publicorum cura mãdabatur, l. 1. §. hi quoque, & l. vlt. D. de muner. & honor. Plin. lib. 10. Epist. ad Traia. *Videntur non mediocres pecuniæ posse reuocari à Curatoribus Operum, si mensuræ fideliter agantur.*

Curatores *Viarum*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 6.

Curator *ad Cogendas Angarias creatus*, l. 1. C. quemadm. ciuilia, lib. 10.

Curator *Munerum & Venationum*, Sueton. in Calig. cap. 27.

Cvria, trita significatione, Senatus Romani, amplissimíque ordinis consessum significat: quæ Senatoria dicitur, l. 1. de Consulibus in Cod. Theod. & *Curia Præclara*, l. 3. de fide test. & instr. in eod. Cod. Theod. Et μεγαλὴ βουλὴ, Nouel. 70. *Curia Imperatorum*, l. 8. D. de decurionib.

Decu-

Decurionum quoque & Municipum *Curia* appellatur, l. 3. D. quod cuiuſque vniuerſit. l. 38. §. iudices, D. de pœn. l. 24. D. ad municipal. & apud Apuleium lib. 3. Floridor. Vnde Theophil. in §. quibus Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. *Curiam* vocat βουλευτήριον τῆς πόλεως. Sic *Curiæ Datus*, §. vlt. Inſtit. de nuptiis. *Tradere*, l. 3. C. de natur. lib.

Vnde *Curiales*, qui Curiis adſcripti erant, l. 30. C. de locato, l. penult. C. de exactor. tribut. lib. 10. l. 12. l. 18. l. 20. C. de epiſc. & cler. l. penult. C. de hered. decur. & in Cod. Theod. l. 30. de decurionib. l. 31. de ſuſcept. præp. & aliàs paſſim. vt & apud Saluian. lib. 3. & Caſſiodor. Epiſt. 24. lib. 2. Variar.

Curiales, Afri, l. 21. D. de decurionib. in Cod. Theod. *Antiocheni*, l. 51. eod. Tit. *Claudiopolis, Pruſiadis, & aliorum oppidorum, ſiue Manſionum, per Bythiniam*, l. 119. de decurionib. eo. Cod. *Diuerſarum Ciuitatum*, l. 19. & l. 30. de decurionib. omn. ciuit. eod. Cod. *Prouinciæ Miſiæ*, l. 96. eod. Tit. *Curiales decem primi Ordinis*, l. 2. de quæſtionib. in Cod. Th.

Curiales inferiores, l. 173. de decurionib. *Ordinarij*, l. 16. de Nauicular.

Curialium Decretum, l. 7. C. de profeſſor. & medic. lib. 12.

Curialis Nexus, l. 58. de decurion. *Origo*, l. 48. de hęretic. in C. Th.

Curialia Munera, l. 34. de decurionib. in C. Th. *Munia*, l. 15. eod. tit. *Officia*, l. 42. eod. tit. *Onera*, l. 135. eod. Tit. *Vincula*, l. 9. & l. 155. eod. tit.

Curialitas, Nou. Th. & Val. de ſucc. curial.

Curiatæ appellatæ ſunt à Regibus latæ leges, vt ait Pompo. in l. 2. D. de orig. iur. *Curiata* autem Lege Adoptiones factas Sueton. in Auguſt. cap. 64. Appian. lib. 3. de Bellis ciuilib. Dio lib. 39. & 46. oſtendunt, Curia autem ab Alicarnaſſ. λόχις καὶ φρατρὶα vertitur, vt & ab Appiano lib. 3. de Bell. ciuilib.

CVRIOSVS *Homo*, l. 9. §. ſed facti, D. de iur. & fact. ignor. *Curioſus eſſe Creditor*, l. 3. §. ſed ſi ſic, D. de in rem verſo. *Curioſitas*, l. 6. D. de iur. & fac. ignor.

CVRIOSI Curis agendis & euectionibus Curſus Publici inſpiciendis operam dabant, l. 13. C. de curſu publ. lib. 12. l. 2. C. de curioſis. l. 1. C. de offic. magiſtri offic. ad eoſque cura vehicularis Curſus pertinebat, vt loquitur, l. vlt. D. de munerib. & honor. Hos quoque crimina Iudicibus nuntiaſſe, indicat l. 1. C. de curioſ. Tertullian. in lib. de fuga in perſecutio. *In matricibus Beneficiariorum & Curioſorum.* In paſſione B. Mennæ, Heliodori cuiuſdam mentio fit, qui *Curioſi* officio fungebatur. Ad hoc verbum pertinent quæ à Suida, in verbo Κυρίοσος referuntur ἐκ τῆς βίβ χρυσοστόμ. Ea ſunt huiuſmoi, Ελκόμβιος ὑπὸ τῆ Κυσιόσυ τῆς πόλεως, ἐν μεσῃ τῇ πόλ. *Curioſos* etiam *Publicanos* vectigalium redemptoribus Iulius Firmicus lib. 3. coniungit.

Curioſi Litorum, Nou. vn. Th. & Valent. de trib. fiſcal. *Primi ſcholarum Curioſi*, l. 6. de curioſ. in Cod. Th.

CVRRERE *in Equis*, l. 20. D. de præſcr. verb. *Currere ad Litigandum*, l. 4. C. de obſer. patro. *Currere Mancipium per plures emptores*, l. 56. D. de contrah. empt. *Currere Flumen*, l. vlt. D. de ſeruit. præd. ruſtic. *Currit Quinquennium*, l. 2. C. de colluſ. detegend. *Tempus*, l. 48. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ. l. 19. §. vlt. D. de ædilic. ed. *Currunt Tempora*, l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict.

Currere Præſcriptio, l. 3. C. quib. non obiicitur. *Vſucapio*, l. 2. D. pro donato.

Currunt Vſuræ, l. 35. D. de vſuris, l. 7. §. ſi deponi, D. de admin. & pericul. Vnde *Curſus Vſurarum*, l. vlt. C. de vſur. pupill.

CVRSORES, l. 99. §. vlt. D. de legat. 3.

CVRSVS *Aquæ* l. 1. §. 1. D. ne quid in flumine public. & l. 1. §. non autem, D. de flumine public. *Fluminis*, l. 30. §. Tribus, D. de adquir. rer. do. l. 1. §. non autem, D. de fluminib. l. 1. C. de alluuionib. *Curſus Clabularis*, l. 2. & l. 5. de curioſ. l. 62. de curſu pub. in C. Th. *Publicus*, l. 4. C. de off. præſid. l. 5. C. de modo multar. Tit. de curſu publ. lib. 12. C. l. 10. de extraor. ſiue ſordid. in C. Th. & apud Sidon. Apollin. lib. 1. Epiſt. 5. *Vehicularis*, l. 1. & l. vlt. D. de muner. & honor. & apud Caſſiodor. Epiſt. 29. lib. 1. Variar. Imperator autem Iulianus, quemadmodũ Socrat. lib. 3. hiſtor. Eccleſ. cap. 1. refert, πεπαῦλε τὸν δημόσιον τῶν χρεῶν δρόμον, οἷον ἡμιόνων, βοῶν τ' ὄνων: μόνων δὲ τῶν ἵππων, ταῖς δημοσίαις χρείαις συνεχώρησεν ὑπάρχειν. Quorum verborum, quæ per ſe ſatis plana ſunt, ſenſum, mirum eſt Caſſiodorum adſecutum non eſſe, qui lib. 6. hiſtor. Tripartit. cap. 1. Iulianum narrat publicum curſum Mularum & Caballorum abſcidiſſe: quorum alterũ verum, alterũ falſum eſt. *Curſum* autem *Publicum* priuato vſurpare non licebat, l. 54. de curſ. pub. in C. th. nec à quoquã ſine euectionis auctoritate moueri poterat, l. 27. eo. tit. eique præerant Procuratores, Prefecti prouinciarum Prefecti vehiculorum, l. 4. eo. tit.

CVRSVALES *Equi*, id est Cursui publico deputati, l. 19. C. de cursu publ. lib. 12. l. 64. de cursu pub. in Cod. Th. & apud Cassiodor. lib. 4. Variar. Epist. ad Godiscalcum & lib. 5. Epist. ad Manillam. *Cursualis sollicitudo*, l. 7. de curios. in Cod. Th. *Cursuale Obsequium*, l. 9. de re milit in Cod. Th.

CVRVLES *Equi*, l. 5. C. de spectac. lib. 11. l. 7. C. de numerar. actuar. lib. 11. l. 4. C. de munerib. patrimon. lib. 10. Rubr. de equis Curulibus in Cod. Th. & apud Symmach. non semel. *Curule Certamen*, l. 1. de Equis Curulib. in Cod. Theod. Circenses significat.

CVSTOS *Armorum*, l. 14. §. vlt. D. de re militar. *Conditorum*, l. 1. de condict. in publ. horr. Cod. Th. *Domus*, l. 1. C. de repud. vel abstin. hered. *Feræ Bestiæ*, Paul. lib. 7. Sentent. Tit. 16. *Horreorum*, l. 4. C. de locato. *Littorum*, l. 17. de nauicular. in Cod. Th. *Prædij*, l. 15. §. Testator. D. de aliment. vel cibar. *Villæ*, l. 15. §. vlt. D. de instr. vel inst. leg. *Custos*, apud Catonem lib. de Re Rust. in Formula oleæ vendendæ, pro Custode villæ.

Custos iuris Ciuilis, Prætor dicitur à Cicer. lib. 3. de Legib. Traianus etiam ab Aurel. Victore *Iuris inueterati Custos* appellatur.

Custos Vrbis, apud Iuuenal. Sat. 13. Præfectum Vrbi significat, cuius custodiæ & fidei Vrbs Roma commissa erat, vt ait l. 1. D. de offic. præf. vrb. Pedo Albinouan. in Eleg. de Mœcenate.

Num minus Vrbis erat Custos, & Cæsaris Hospes?

Quod Mœcenatis munus Horat. designat Ode 29. lib. 3. Carmin. cùm ait.

Tu ciuitatem quis deceat status
Curas: & Vrbi sollicitus times.

Proinde apud Plinium lib. 14. cap. 24. vbi vulgo scribitur, *Piso Curator vrbis*, facilè adducor, vt credam *Custos* scribendum. Planè Piso qui φύλαξ πόλεως appellatur à Iosepho lib. 18. Antiquitat. cap. 8. Lucius Piso quem sub Tyberio fato obiisse, præcipuámque ex eo gloriam quòd Præfectus vrbi recens continuam potestatem & insolentia parendi grauiorem mirè temperasset, Tacitus scribit. Lectionem tamen vulgatam ferri posse non ignoro.

Custodes Ædium, l. vlt. §. hi quoque, D. de munerib. & honor. *Carceris*, l. 1. D. de effractorib. l. 7. de custod. reor. in Cod. Theod. *Horreorum*, l. 3. §. effracturæ, D. de offic. præf. vigil. *Pecudum Principis*, l. 2. C. Theod. lib. 9. Tit. 30. *Custodes Furiosis non ad hoc solum adhibentur ne quid pernicioſius in se moliantur, sed ne aliis quoque exitio sint*, l. 14. D. de offic. præsid.

Custodes, pro obseruatoribus, l. 3. §. 1. D. de admin. & peric. tut. Hoc sensu & *Custodes Accusatoribus* datos apud Cicer. 1. in Verr. & Ascon. Pedian. legimus *Custodem* & appositū in Obsecrationibus publicis, qui attenderet, Plin. lib. 6. cap. 2. scribit. Ita *Vota sub custode mandare*, Senec. lib. 1. de Clement. tradit. Sic *Custodem Silio ac Messalinæ datum*. Tacit. lib. 11. scribit.

Custodes etiam appellabantur qui dati erant & appositi ad mulieres custodiendas. Tibullus lib. 1.

Ipse malus docui quo pacto ludere posset
Custodes. Propert. lib. 2. Eleg.
Quos igitur tibi Custodes, quæ limina ponam?

Martial. Epigram. 69. lib. 3.

Custodes das Polla viro, non accipis ipsa,

Custodes Mulieri mittere ad Ventrem custodiendum & inspiciendum, l. 1. §. denunciare, §. Illud, & §. Iulianus, D. de adgnosc. & alend. *ad Ventrem inspiciendum & obseruandum*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 25. *Custodes apponere mulieri*, l. 1. D. de inspicit. vent. *Custos poni ab herede*, l. 1. §. idem ait, D. de ventre in possess. mitt. Sic & *Custodes apponere* apud Cæsar. lib. 1. de Bello Gall.

Custodes etiam eos qui impuberibus ad eos regendos apponebantur, appellabant. Horat. in arte Poët.

Imb erbis iuuenis tandem Custode remoto
Gaudet equis. Plaut. Mercat. Act. 1. Sc. 1. *Seruum me mittit, qui olim à puero paruulo mihi Pædagogus fuerat, quasi vti mihi foret Custos.* Sic etiam Terent. Phormio. Getam Antiphoni Custodem appositum ait.

CVSTODIRE *Ædes, per Insularium: Fundum, per Saltuarium*, l. 16. §. 1. D. de vsu & habit. *Domum*, l. 49. D. de oper. libert. *Fructus & res hereditarias*, l. 5. §. quæri, D. vt in poss. leg. *Partum*, l. 2. & l. 4. D. de inspic. vent. l. vlt. C. de Carbon. edict. *Seruum*, l. 36. §. vlt. D. de act. empt. *Siluam*, l. 29. D. locati. *Vestimenta*, l. 4. §. Ait prætor, D. de his qui not. infa. *Vinctos*, l. 27. §. vlt. D. de pœnis.

Aliud

Aliud eſt *Cuſtodire*, aliud *Poſſidere*, l. 1. D. quod legat.

Cuſtodire Athletam, l. vlt. D. quod met. cau. *Ventrem*, l. 1. §. quemadmodum, D. de adgnoſc. & alend.

Cuſtodiendum diligentius furioſum, l. 9. D. de L. Pomp. de parricid. *Cuſtodire Nigligenter*, l. 27. D. quemadm. ſeruit. amitt.

Cuſtodire, id eſt obſeruare. Sic *Cuſtodire Formam*, l. 11. D. de ſeruit. præd. vrb. *Iudicium*, l. 70. D. de condic. & demonſtr. *Legem Integram*, l. 12. C. mandati. *Pactum*, l. 18. D. de pact. dotal. Sic *Magiſtratum adſidua iuriſdictione vim legum Cuſtodire*, Columella lib. 12. cap. 1. *Cuſtodire in Perſona*, l. 4. C. de ſolutionib. *Cuſtodiunt Procuratores*, l. 2. C. de ſeruit. *Cuſtodire Debebis*, l. 26. D. de extraord. crim.

Cuſtoditur Ius, §. 1. Inſtit. de iure nat. *Cuſtodiri*, id eſt ſeruari, l. 32. D. de legib. l. 41. D. de excuſationib. l. 20. D. de fideicommiſſ. libert. l. 6. D. extraord. criminib. l. 7. D. quemadm. ſeruit. amitt.

Cuſtodiri Partus, l. 2. D. de ventr. inſpic. *Qui in vtero eſt*, l. 7. D. de ſtatu homin. *Seruus*, l. 21. D. de rei vind. *Cuſtodiendi Aquæductus*, l. vlt. §. 1. D. de munerib. & honor. *Cuſtodiendum Argentum Dare*, l. 20. D. commoda. *Cuſtodiendum Corpus Defuncti*, l. 14. §. impenſa, D. de religioſ. *Cuſtodiendis Bonis*, l. 1. D. de munerib.

Cvstodia *Domus Indicta Liberto*, l. 49. D. de oper. libertor. *Cuſtodiam Dominus præſtare Serui*, l. 1. D. de Sc. Syllan.

Cuſtodia Carceralis, l. 7. de cuſtod. reor. in Cod. Th. Nou. vn. Th. & Valent de Iudæis. *Horreorum*, l. vn. ne prefectian. in C. Th. *Templi*, l. 34. D. de liber. cau. *Ad Cuſtodiam Templi relicti Serui*, l. 17. D. de alim. & cibar.

Cuſtodia & obſeruatio rerum, l. 10. D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. l. 5. D. vt in poſſeſſ. legat.

Cuſtodiam Committere, l. 61. §. vlt. D. de furtis. *Suſcipere*, l. 3. §. 1. D. de tabul. exhibend.

Cuſtodiæ cauſa Claues & Anulum maiori natu filio pater moriens tradit, l. 77. §. pater, D. de legat. 2. *Cuſtodiæ cauſa quid fecit*, l. 20. D. de adquir. vel omitt.

Cuſtodia Cauſa mitti in Poſſeſſionem, l. 3. §. Labeo, D. vti poſſid. *Poſſidere*, l. 3. D. de adquir. poſſeſſ. *Cuſtodiæ cauſa rem tenet*, miſſus in poſſeſſionem Legatorum ſeruandorum cauſa, l. 2. D. pro herede, l. 1. §. quæſitum, D. quod legat. nec enim tam Poſſeſſio rerum, quàm *Cuſtodia* ei datur, l. 5. D. vt in poſſ. legat. *In Cuſtodia bonorum eſſe*, l. 1. §. quoties, D. de ventr. in poſſ. mit. *Cuſtodiæ Committere*, l. 1. D. naut. caupo. *In Cuſtodiam retinere*, l. 4. D. de fugit. *Cuſtodiam rerum concedit Prætor*, l. 12. D. quib. ex cauſ. in poſſ. *Cuſtodia noſtra Coercere*, l. 3. D. de adq. rer. do. *Cuſtodiæ noſtræ ſubiectæ Aues*, l. 3. §. item feras, D. de adquir. poſſeſſ.

Cuſtodia diligentem rei curam, & qualem bonus ac diligens Paterfa. in ſuis rebus præſtare ſolet, diligentiam ſignificat, l. 35. §. ſi res, D. de contr. empt. Vet. Gloſſar. *Cuſtodia*, ἡ ἀκριβεςάτη καὶ ὑπερβάλλουσα παραφυλακή. *Cuſtodia plena, vt & Diligentiam præſtaret*, l. 2. in fi. D. de peric. & commo.

Cuſtodia Diligens, l. 5. §. cuſtodiam, D. commod. l. 1. §. penulti. & l. 2. D. de ſeru. fugit. (vbi ait lex, *Diligens Cuſtodia etiam vincire permittit*) l. vlt. de exhib. vel tranſmitt. reis in Cod. Theod.

Fida Cuſtodia, in l. 1. de cuſtod. reor. & l. vlt. eo. tit. in Cod. Theod. *Sub fida Cuſtodia* duci eſt, quod vulgò ſub bona & ſecura garda dicimus.

Cuſtodia aduerſus vim parum proficit, l. 31. D. de action. empti. *Cuſtodia rei ad te pertinet*, l. 48. §. ſi ego, D. de furtis.

Cuſtodiam præſtare, l. 2. §. vlt. D. de pericul. l. 1. D. de Sc. Syllan. l. 32. D. de act. empt. l. 13. §. vlt. D. de pignerat. act. l. 2. D. vſusfruct. quemadmod. cau. l. 5. §. quod verò & §. vſque adeo, D. commod. l. 14. in prin. & §§. ſeq. D. de furt. l. 35. §. ſi res vendita, D. de contr. empt. l. 4. & l. 17. §. ſi cum mihi, D. de præſcript. verb. l. 52. §. damna, D. pro ſoc. l. 4. C. de locato, & apud Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 4.

Cuſtodia præſtanda eſt, l. 3. §. Labeo, D. commod. *Cuſtodiam Ponere*, id eſt deponere & alij tradere, l. 51. D. de adquir. poſſ.

Cuſtodia Publica, vel Priuata, Nouella vnica Valentiniani de confirman. his.

Cuſtodiæ appellatione, Publicũ intelligimus plerũque qua rei cõtinẽtur, l. 224. D. de verb. ſignif. l. 13. §. pen. D. de re milit. l. 9. D. qui teſtamen. fac. Cic. lib. 1. de Diuinat. *Eſt apud Platonem Socrates, cùm eſſet in Cuſtodia publica.* Apul. lib. 1. de Aſino aur. *Per Magiſtratum in publicam Cuſtodiam receptum.* Valer. Max. lib. 9. cap. vlt. *In publica cuſtodia ſpiritum poſuit.* Ita *Cuſtodiæ ſqualorem* accipe Nou. Valentiniani de confirmand. his.

Cuſtodia Militaris, l. 4. §. 1. D. ſi quis caut. l. 2. C. quib. ex cauſ. maior. l. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10. *In Militari Cuſtodia haberi,* apud Tacit. lib. 3. & lib. 20. φρουρὰ στρατιωτικὴ dicitur in l. αὐτοκράτωρ, D. de appellationib. & apud B. Ignat. Epiſt. 1. Militibus enim vt plurimũ rei credebantur & committebantur, niſi graue eſſet crimen, propter quod carcere claudi deberẽt, vt probat, l. 10. D. ex quib. cauſ. maior. & l. 1. & l. 3. & l. 12. D. de cuſtod. reor & Plin. lib. 10. Epiſt. ad Traian.

Cuſtodia Coërceri, l. 8. D. ex quib. cauſ. maior. *Detineri,* l. 28. §. ad ſtatuas, D. de pœnis. *Cuſtodiæ Tradi* Sueton. in Tiber. cap. 16.

In Cuſtodiam conici, Vlpian. Tit. 1. Regular. Sueton. in Auguſto, cap. 26. Hirtius lib. de Bello Hiſpan. Hygin. lib. Fabular. cap. 27. Sic apud D. Lucam, cap. 23. βεβλημένος εἰς φυλακήν. Item βάλλειν εἰς φυλακὴν legimus in Actis Apoſtol. cap. 16.

In Cuſtodiam Dari, Cic. lib. 7. in Verrem. *Retinere,* Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 6. *Tradi,* Quint. Curt. lib. 8.

In Cuſtodia habere, Seneca lib. 2. de Ira. *In Cuſtodia retenti Rei, inopia Idonei fideiuſſoris,* l. 6. §. ſuper his, & l. 12. C. de appellat. *In Cuſtodia decedere,* l. 45. §. 1. D. de iure fiſci. *Defunctus,* l. ſi quis, D. qui teſt. fac. poſſ. *Sub Cuſtodia eſſe,* l. 13 §. Diuus, D. de re militari.

Cuſtodia euadere, Quintil. lib. 2. cap. 39. *De cuſtodia vel carcere dimittere,* l. 52. §. ſi fugitiuum, D. de furtis. *Eripere è Cuſtodia* in Epiſt. Bruti ad Cicero. *Emitti è cuſtodia, & leuari vinculis,* Cicer. lib. 1. Tuſcul. quæſt.

Cuſtodia ſæpe ipſi Cuſtodes, & qui Cuſtodias adſeruant, ſignificat, l. 12. §. vlt. D. de cuſtod. & exhibit. Tertullian. in Apologet. *Nube reuoluta quæ obſtruxerat ſepulchrum, & Cuſtodia porrò diſiecta.* Sic *Cuſtodiam Fallere,* dixit Seneca Epiſt. 70. Seruius in lib. 11. Æneid. *Cuſtodia dicitur quæ Cuſtodit: vt, Cernis Cuſtodia qualis? nam vt hi qui cuſtodiũtur Cuſtodia dicantur vſurpatum eſt: Vnde male eſt in vſu, Cuſtodiæ audiuntur.* Quod Latinum vocabulum vſurpatur & in Græco D. Matth. Euangelio, cap. 27. Suidas, Κυστωδία τὸ τῶ δεσμωτηρίῳ ἐπικείμενον στράτευμα: τὸ σύστημα στρατιώτικον. Moſchopul. περὶ σχεδῶν. φυλακὴ τὸ δεσμωτήριον, καὶ οἱ φυλάσσοντες αὐτὸ, ἢν παρὰ ῥωμαίοις, Κυστωδία λέγεται.

Cuſtodias etiam, ipſos, qui ſub Cuſtodia tenentur & adſeruantur, appellant, l. 28. §. in exulibus, D. de pœnis. Seneca Epiſt. 77. *Vnus ex Cuſtodiarum agmine.* Et Epiſt. 76. *Cùm aduehereretur nuper inter Cuſtodias.* Idem *Cuſtodiam* numero ſingulari pro Reo qui ea cõtinetur, dixit Epiſt. 5. & Calliſtrat. in l. 12. D. de cuſtod. & exhibit. Hoc ſenſu, *Audire Cuſtodias,* ait l. 12. D. de publ. iudic. l. 18. §. vlt. D. de quæſtionib. *Auditionem Cuſtodiarum,* Tertul. in Apologet. *Recognoſcere Cuſtodias,* Sueton. in Tiber. cap. 61. *Cuſtodiarum ſeriem recognoſcere,* idem in Calig. cap. 27. *Cuſtodiis occupatus,* l. 2. §. in bonorum, D. quis ordo in bonor. *Iudicandis Cuſtodiis præſidere,* Tertullia. in Apologet. *Cognitio Cuſtodiarum,* l. 6. D. de offic. proconſ. & l. 9. D. de feriis.

Cuſtodiam etiam appellant Latini auctores, qua Pupilli ſub Matribus continentur. Horat. lib. 1. Epiſt. ---------- *Vt piger annus*
Pupillis quos dura premit Cuſtodia Matrum.
Seneca in lib. de Conſolatio. ad Albinam, *Pupillus relictus ſub Tutorum cura, vſque ad decimumquartum annum, ſub Matris Cuſtodia ſemper.*

Cydoneum in l. 9. D. de tritico vino, id vini genus, quãtum coniicio, ſignificat quod Dioſcorides lib. 5. κυδωνίτην οἶνον vocat: inde ſcilicet quod ex malis cotoneis in muſti metreta maceratis conficitur.

Cylindri, l. 34. §. vlt. D. de auro, argen. oblongi lapilli fuere ad ornatum mulierum pertinentes: de quibus vide Plinium lib. 37. cap. 5. & cap. 8. Tertull. in lib. de habitu muliebr. *Latent in cingulis ſmaragdi, & cylindros gladius ſub ſinu nouit.*

Cymbia *Vaſa,* l. 34. §. 1. D. de auro argen. quæ à Polluce lib. 6. cap. 16. & Nonio Marcello inter genera Poculorum ponuntur. Meminit & Plinius lib. 37. cap. 8.

Cyprvs *Inſula,* l. 17. de pœnis in C. Th.

Cyprus Afrodienſium ciuitatis Epiſcopus, l. 37. de annon. & tribut. cod. C.

FINIS lib. 3. DE VER-

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE.

LIBER IIII.

DAciæ Prouinciæ fit mentio in l. vlt. C. de diuerſ. offic. lib. 12. *Daciam*, autem duplicem fuiſſe, Vnam, *Mediterraneam*, alteram *Ripenſem*, teſtis eſt Iuſtinianus Nou. 131. meminit & *Ripenſis Daciæ*, Ammianus Marcellinus lib. 26. eáque oriundum fuiſſe Aurelianum Imperatorem Eutropius lib. 9. ſcribit. *Daciam* autem prouinciam trans Danubium à Traiano conſtitutam, ſublato exercitu, & prouincialibus, reliquit idem Aurelianus, deſperans eam poſſe retineri: abductóſque ex ea populos, in Moëſiam collocauit: appellauítque ſuam *Daciam*, quę nunc duas Moëſias diuidit, quemadmodum Flauius Vopiſcus in eius vita auctor eſt. Eutrop. lib. 9. *Prouinciam Daciam quam Traianus vltra Danubium fecerat, intermiſit, vaſtato omni Illyrico: & in Moëſia collocauit: & eſt in dextera, Danubio in mare fluenti, cùm antea fuerit in læua.*

DACTYLOTHECA, Anulorum cauſa paratam Thecam ſignificat, l. 52. §. quod in Bibliotheca, & l. 53. de legat. 3. & l. 67. D. de furt. Plin. lib. 37. cap. 1. *Gemmas plures, (quod peregrino nomine appellant Dactylothecam) primus omnium, habuit priuignus Syllæ Scaurus.*

DAMAS, Seruile nomen, l. 105. de verb. oblig. l. 2. §. cùm Stichum, D. pro empto. l. 162. §. vlt. D. de verb. ſignific. l. 41. §. 1. & §. Stichus, D. de fideicomm. libert. l. 40. §. argentarius, D. de ſtatuliber. & apud Perſium. Sat. 5. *Dama* dicitur, l. 29. §. vlt. D. de legat. 3.

DAMASI *Pontificis* fit mentio, in l. 2. de fide Catholica in C. Th.

DAMNARE *in Metallum, in Opus Publicum, ad Beſtias*, l. 3. D. de veteran. l. 4. §. 1. D. de incend. rui.

Damnare dicitur non modò iudex ſed & Accuſator qui reum peregit, cauſámque tenuit, Quintil. Declam. 331. & in argum. Declam. 313. & Declam. 361.

Damnari ex parte, l. 3. D. de ſtipulat. prætor. *In æſtimationem rei*, l. 3. D. de Compenſat. *In Duplum*, l. vlt. D. de calumniat. *Iudicio*, l. 25. §. ſi incerto, D. famil. erciſc. *Litis æſtimatione*, l. 30. D. depoſiti. *Pro Parte*, l. 29. D. famil. erciſc. *Tutelæ*, l. 42. D. de verb. ſignif. *Vltimo Supplicio*, l. 29. D. de pœnis. *Damnari ad noxam vicarium dedere*, l. 19. D. de noxalib.

Damnatus in capitali crimine, l. 13. §. vlt. D. qui teſt. fac. *Ob carmen Famoſum*, l. 18. §. vlt. D. eod. tit. l. 21. D. de teſtib. *Damnatus Cædis*, Cic. 3. in Verrem, & apud Quintil. in Argumento Declam. 305. & in Tit. Declam. 313. *Conſpirationis in patriam*, Cæſar. lib. 1. de Bello Gall. *Commodati & Depoſiti*, in Lege Dei, Tit. 11. *Contrario Iudicio*, l. 6. §. vlt. D. de his qui not. infa. *Furti, Vi bonorum raptorum, de Dolo Malo & fraude*, l. 1. & l. 4. §. vlt. D. de his qui not. infa. l. 2. C. ex quib. cauſ. infa. l. 63. D. de furtis. *Iniuriæ*, l. 18. C. ex quib. cauſ. infa. *Iniuriarum*, Quintil. in Argumen. Declam. 350. & Declam. 331. *Proditionis*, Quintil. Declamat. 368. *Sordium*, Plin. Epiſt. 12. lib. 2. *Damnata Adulterij*, l. 29. §. quod ait, D. ad Leg. Iul. de adulter.

Damnatus in Adulterio, l. 13. D. de his quæ vt indign. & apud Quintil. in Argument. Declamat. 304.

Damnatus Lege Iulia Miles, l. 2. §. Miles, D. de his qui not. infa.

Damnata Legibus Mulier, l. 3. D. de bon. damnat. *Vltimo Supplicio*, l. 18. D. de ſtatu homin.

Damnatus in Metallum, l. 8. §. vlt. D. de pœnis, l. 12. D. de iure fiſ. Plinius Epiſt. 11. lib. 2. *In Opus Publicum, ad Tempus*, l. 6. C. ex quib. cauſ. infa. *Damnati ad Beſtias*, l. 31. D. de pœnis.

Damnatum in Edicto Prætoris (quo rei Capitalis Damnatis Bonorum poſſeſſio denegatur, l. 13. D. de bonor. poſſeſſio.) accipimus eum qui non prouocabit. Ceterùm ſi prouocet, nondum *Damnatus* videtur. Eadem cauſa erit, & ſi ab eo Damnatus ſit, qui ius damnādi nō habuit. *Damnatus* enim ille eſt, vbi damnatio tenuit, l. 2. §. vlt. D. de pœn. l. 6. §. hi autem omnes, cum ſeq. D. de iniuſt. rupt.

Damnare Heredem ſuum in Teſtamento, l. 16. D. commun. præd. l. 87. D. ad Leg. Falcid. *Si emptor fundi Damnauerit Heredem ſuum, vt venditorem liberaret*, l. 26. §. Ideò, D. de cōdict. indeb. Et ibidem, *Si debitorem ſuum Damnauerit liberare. Siue, te ſolum Damnauero, vti monumentum facias*, l. 7. D. de annu. leg. *Quod quis Damnatur dare*, l. 50. D. de oblig. & act. *Si Heres Damnatus ſit non petere à debitore*, l. 8. D. de doli except. *Si heres Teſtamento quid vendere Damnatus ſit*, l. 5. D. de actionib. emp. *Damnatus Fundum vendere*, l. 87. D. ad L. Falcid. *Vti frui ſinere*, l. 14. D. de vſu & vſufr. *Si duo coheredes Damnati ſunt ſtatuam ponere*, l. 44. §. ſi duo, D. famil. erciſ. *Damnari heres poteſt, vt alicui domum extruat.* Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7. *Teſtamento Damnatus heres ne officeret luminibus*, l. 31. D. de ſeruit. præd. vrb. Horatius Satyra 2. lib. 3. de heredibus Staberij, *Ni ſic feciſſent, Gladiatorum dare centum Damnati populo paria, atque Epulum.*

Damnatus autem dicitur Heres, à quo ita legatum eſt, *Heres Damnas eſto Dare, Facere, Præſtare, Vendere*, aut aliud quid: cuius Formulæ extant exempla, l. 4. §. vlt. l. 35. l. 36. §. vlt. & aliàs paſſim, D. de legat. 1. l. 15. D. de vſu & vſufr. cùm aliis multis quæ cuique in promptu ſunt. Quod legati genus, *Damnationis*, vel *Per Damnationem*, appellabatur, §. 1. Inſtit. de legat. Vlpian. Tit. 24. Regular. Gaius lib. 2. Inſtit. Tit. 5. *Per Damnationem legata res*, Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7. Illius autem legatorum Formulæ, *Damnas eſto*, non in Iuriſconſultorum, tantùm libris, ſed & apud Quintilian. lib. 7. cap. penult. exemplum occurrit. Agrætius in lib. de Ortograph. *Vnde & in iure, Damnas iſtius, & iſtud eſto legatum, dicitur, hoc eſt, ſoluendo eſto, quod ſolui omnibus neceſſe eſt, etſi res aliena legetur.* Qua Formula in Legibus quoque ſcribendis veteres vſos inuenio: vt in Lege Aquilia, *Tantum Æs Dare Domino Damnas eſto*, l. 2. D. ad Leg. Aquil. & in Lege Mamilia, *Colonis, Municipibúſque in quorum agro factum erit, dare Damnas eſto*: Et ad fi. *Neue quis, cui ob eam rem hac Lege Damnas eſto.* Similiter in illo Senatuſconſulto quod à Frontin. lib. 2. de Aquæductib. adducitur, *Si quis aduerſus ea commiſiſſet, in ſingulas res in denamillia Damnas eſſet.* Rurſúsque in Lege quæ in eodem lib. recenſetur, *Reficere, reſtituere, ædificare, ponere, demoliri, Damnas eſto.* Illud adiicere non pigebit, verbum *Damnas* etiam numero multitudinis de pluribus heredibus dici, vt in l. 122. §. 1. D. de legat. 1. *Lucius Titius, & Gaius Seius Publio Mœuio decem dare Damnas ſunto.* Sic & in l. 34. §. 1. D. de legat. 3. *Viginti dare Damnas ſunto, ſine dolo malo.*

Damnas ſit, pro, Damnatus ſit, l. 82. D. de condic. & demonſtr.

Damnari, id eſt improbari, & infirmari, vt in l. 19. D. de inoffic. teſt. *Licet quaſi furioſæ Iudicium eius damnetur.*

Damnatio, pro condemnatione, l. 2. §. vlt. & l. 29. D. de pœnis, l. 1. §. 1. D. de bon. damn. l. 27. D. famil. erciſc. l. 6. D. de quæſtionib. l. 42. D. de rei vindic. l. 3. D. de dam. inf.

Damnatio ad Furcam, l. 28. D. de pœnis. *Beſtiarum*, l. 6. D. ad Leg. Iul. peculat. *Capitis*, l. 3. C. ſi pend. appellat. *Paterna*, Quintilian. Declamat. 367. *Damnatio fiet*, l. 4. §. 1. D. fin. regūd. l. 16. D. de iniuriis.

DAMNVM, ab ademptione & deminutione patrimonij dicitur, l. 3. D. de damn. infect. Quintilian. Declamat. 320. *Damnum* definit *amiſſionem bonorum quæ habuerimus*: ibidémque tradit *Damnationem* ex eo dictam eſſe, quòd pleriſque criminibus pecuniaria pœna imponeretur. Proinde nemo *Damnum facit* niſi cui de ſuo aliquid deminuitur & deperit: aliúdque eſt, *Damnum facere*, aliud, *Lucro prohiberi*, l. 26. D. de damn. infect. Aliud, *Lucrum extorqueri*, aliud, *Damnum infligi*, l. 6. §. ſimili modo, D. quæ in fraud. credit. *Damnum* planè accipere cenſetur

censetur is, cuius ædium luminibus officiatur, l. 25. D. de dam. infect. Damnum verò pati non videtur qui eo veluti lucro quo adhuc vtebatur, prohibetur, l. 26. D. eo. tit.

Ceterùm quod ad Interdictum attinet, quo Prætor, *ne quid in loco publico fiat, neve quid in eum locum immittatur, qua ex re quid illi Damni detur*, interdicit, *Damnum pati* videtur, *qui commodum amittit, quod ex publico consequebatur, quale quale sit, veluti, si Prospectus, aut Aditus deterior, angustiórve fiat*, l. 2. in prin. & §. merito, D. ne quid in loc. publ. Is *Damnum dat, qui iubet dare*, l. 169. D. de diuers. reg. *Nemo Damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere ius non habet*, l. 151. D. eod. tit. *Damnum feciſſe dicitur, qui occasionem præstat*, l. 30. §. in hac, D. ad Leg. Aquil. *Quod quis ex culpa sua Damnum sentit, non intelligitur Damnum sentire*, l. 203. D. de diuers. reg. *Damnum*, in Societate, *non intelligitur, nisi omni lucro deducto*, l. 30. D. pro soc.

Damnum dare fistulæ, l. 18. D. de seruit. vrb. prædior. *Nauis*, l. 29. §. si Nauis, D. ad Leg. Aquil. *Damnum in seruo Hereditario datum*, l. 6. §. si damnum, D. ad Sc. Trebellian. *Damnum dare mulier in rem viri*, l. 56. D. ad L. Aquil. *Damnum Iniuria dare*, l. 19. D. commoda. *Damnum per Iniuriam dare*, l. 4. C. de L. Aquil.

Damnum Iniuria datum, in L. Aquilia, accipimus, *quod cum Damno iniuriam attulerit*, l. 49. §. 1. D. ad Leg. Aquil. vel, vt Iustinianus ait, *Damnum culpa facientis datum*, Instit. de iniur. in prin. *Damnum culpa datum*, l. 15. §. si quis seruo, D. de iniuriis.

Damni Iniuria Agi, l. 7. §. est & alia, D. quod vi aut clam. l. 23. D. de fur. l. 28. §. colonus, D. de iureiur. l. 29. §. 1. & §. item Labeo, D. ad L. Aquil. *Argui*, l. 24. §. vlt. D. de liber. cau. *Conueniri*, l. 28. §. Colonus, D. de iureiuran. *Teneri*, d. l. 27. §. si furnum, & §. Proculus, & §. si calicem, & l. 45. in fi. D. ad Leg. Aquil. *Damni Iniuria Actio*, l. 1. §. Damni, D. de his qui effuder. l. 6. §. 1. D. naut. caup. & apud Cicer. in Orat. pro Quint. Rosc. Comœd. & *Damni Iniuria dati*, apud Quintil. Declamat. 373. & in Declamat. cui Titulus est pro paupere contra diuitem.

Damnum Iniuriæ, l. 31. D. de furtis. Vnde *Damni Iniuriæ agere*, l. 15. §. si quis seruo, D. de iniur. l. 14. in fin. D. de præsc. verb. l. 2. §. Rerum, D. vi bon. rapt. l. 27. §. Proculus & §. si calicem, & l. 41. D. ad Leg. Aquil. l. 54. D. de adquir. rer. dom. & l. 31. D. de furt. Sic & *Damni Iniuriæ Actio*, l. 9. §. vlt. D. de tut. & rat. distr. l. 30. D. ad Leg. Falcid. l. 18. in fin. D. solut. matrim. l. 57. in fi. D. locat. l. 10. §. vlt. D. de eden. l. 27. §. si quis, D. de manum. l. 29. §. si nauis, & l. 32. D. ad Leg. Aquil. l. 37. D. de donat. inter vir. l. 51. D. de furt. l. 11. in fi. D. de eden. l. 6. §. vlt. D. nautæ caupo. l. 3. §. vlt. D. de diuers. reg. iur. l. 3. D. de feriis. §. at aduersus, Instit. de pœn. tem. litig. *Damnum* autem *quod Iniuria fit*, ab eo *quod extrinsecus Contingit*, separat Vlpian. l. 24. §. hæc stipulatio, D. de dam. infect.

Damnum Capere, l. 39. D. ad L. Aquil. *Committere*, l. 17. D. famil. ercis. *Damnum Facere*, id est Dare, l. 30. §. in hac, D. ad Leg. Aquil. l. 151. D. de diuers. reg. Contra, in l. 18. §. non solum, & l. 26. D. de dam. inf. *Damnum Facere*, est, pati, & sentire. *Damnum Decidere*, l. 46. §. hæc actio, & l. 61. §. 1. D. de furtis.

Damnum Pati, l. 29. §. 1. D. ad L. Aquil. *Subire*, l. 3. D. de vi & vi arm. *Damnum respicere ad aliquem*, l. 6. §. 1. D. com. diuid.

Damni causam Præbere, l. 13. §. cùm inter, D. de dam. inf. *Culpam Dare*, l. 45. §. qui cùm aliter, D. ad L. Aquil. *Damnum in bonis adferre*, l. 44. §. eum qui, D. de vsurpationib. *Damno Adfici*, *Contingi*, vide suis locis.

Damnum non modò *Pecuniarium*, l. 5. §. cùm autem, D. de his qui effud. vel deiec. sed & *Existimationis*, l. 1. C. si cont. mat. *Famæ*, l. 1. C. de modo multar. *Infamiæ*, l. 6. C. ex quib. caus. infa. *Litis*, l. 33. D. de re iud. l. 1. D. de interrogationib. §. Tripli, Instit. de actionib. *Voluntatis*, l. 23. §. seruum, D. de fideic. libert.

Damni verò Pecuniarij varia sunt adiuncta. *Damnum futurum*, l. 7. D. de ripa mun.

Damnum Fatale, l. 3. §. 1. D. nautæ caupo. *Damnum non inconsultè accidens, sed Fato*, l. 11. §. sciendum, D. de minorib. *Damna Fatalia quæ imprudentibus accidunt*, l. 2. in fi. D. de peric. & comm. rei vend. l. 52. §. damna, D. pro soc. *Damna quæ casu contigerunt*, l. 41. §. Titius, D. de fideic. libert. *Damna postea incidentia*, l. 30. §. rursus, cum seq. D. ad Leg. Falcid.

Damnum Infectum, id est, *Damnum nondum factum, quod futurum veremur*, l. 2. D. de damn. infect. Vet. Glossarium Græc. *Damni infecti*, ἀγωγὴ ζημίας μελλούσης. Aliud Glossarium

Damni infecti, περὶ ἐπιστημόνης, ἤτοι μελλήσης ζημίας, ὡραιωτέα. καὶ ἐπὶ προσωπικὴν, καὶ διαβαίνει κατὰ κληρονόμους, καὶ εἰς κληρονόμους. κινεῖται. ἡ νίκα ἡ τῆς Γείτονος οἰκία, διὰ τὸν φροσιαν αὐτῆ σατρότητα, πᾶσιν ἀπειλῆ.

Damni Infecti Cauere, l. 13. §. si alieno, D. de dam. inf. l. 3. §. sed & si quis, D. quod vi aut clam. *Satisdare*, l. 5. §. 1. D. vt in poss. leg. id est, *de Damno infecto*, vt l. 13. §. 1. & l. 22. D. eo. tit.

Damni Infecti Fictio, l. 33. D. de dam. inf. *Stipulatio*, l. 23. l. 24. l. 30. l. 32. & l. 40. D. eod. tit. l. 18. D. rat. rem hab.

Damni Infecti mitti in Ædes, l. 15. §. si Damni, D. ex quib. caus. maior. id est *Damni Infecti nomine in possessionem vicinarum Ædium mitti*, vt l. 15. §. Iulianus, l. 21. & l. 44. §. 1. D. de damno infect.

Damni infecti promittere, l. 28. §. Ædium, D. de iudiciis, l. 2. §. Venditor, D. de hereditat. vrb. action. l. 26. & l. 44. D. de damn. infect. Cicero Topicis, *At si quis in pariete communi demoliendo Damni infecti promiserit*. Eodémque modo *Damni infecti Repromittere*, l. 43. D. de dam. infec. *Satisdari*, apud Plinium lib. 36. cap. 2. & *Stipulari*, l. 18. §. vlt. l. 28. & l. 42. D. de damno infect. Sic & *ex Damni infecti agere*, l. 40. §. quotiens, D. de dam. infect. *in possessionem iri Damni infecti*, l. 18. §. si pupillus, D. eodem tit. in cuiusmodi loquendi figuris subaudiendum est *nomine*, vel, *causa*. Aliàs *Damnum infectum promittere*, l. 9. §. his verbis, D. de reb. auct. iud.

Sine Damno, id est, sine deminutione, & vt Theophil. interpretatur δίχα πασης δαπάνης, §. at ex contrario Instit. quib. alien. lic. l. 25. C. de adm. tut. l. vlt. §. penult. C. de reb. auct. iud. Sic in l. vlt. §. patrimoniorum, D. de mun. & honor. *Damnis administrantis*, id est impendiis. At in l. 23. §. seruum, D. de fideicomm. libert. *Citra Damnum voluntatis*, id est, offensam voluntatis testatoris.

DAMNOSVS *Contractus*, l. 9. D. de confirmand. tut. *Dolus*, l. 11. §. vlt. D. de doli exceptio. *Socius*, l. 14. D. pro socio.

Damnosa Hereditas, l. 57. D. de adquir. vel omitt. l. 119. D. de verb. signific. l. 32. D. Mandati, l. 33. D. solut. matr. l. 16. C. de iure deliberan. §. extraneis, Instit. de hered. qualit. & lit. & apud Vlpian. Tit. 25. Regular. id est, *quæ Damnum habet*, vt loquitur, l. 3. D. de bonor. possess.

Damnosa esse Absentia, 140. D. de diuers. reg. *Culpa*, l. 61. §. quod verò, D. de furtis. *Fides*, Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 2. *Fuga*, l. 1. C. de seruis fugit. *Mora*, l. 17. D. de peric. & comm. *Negligentia*, l. 65. D. de euictionib. *Simplicitas*, l. 1. D. de dolo. *Vis Maior*, l. 25. §. vis maior. D. locati.

Damnosa Insula, l. 4. D. de impens. in res dot. *Damnosæ Ædes*, l. 40. §. quotiens, D. de dam. infec. *Damnosam sibi nouationem facere*, l. 27. §. si minor. D. de minorib. *Nec ea res Damnosa est Heredi*, l. 73. D. ad L. Falcid.

Damnosa, & Lucrosa, opponuntur l. 1. D. de dolo.

Damnosum factum, l. 25. §. in illa, D. famil. ercisc. *Officium*, l. 7. de testam. quemadm. aper. *Damnosa fisco postulare*, l. 3. C. de precib. Imp. off.

ΔΑΝΕΙΖΕΣΘΑΙ, mutuam pecuniam accipere significat, l. 34. §. 1. D. de pignorib. & l. 88. §. Instituto, D. de legat. 3.

DAPHNES Lucus ad vrbem Antiochiæ fuit amœnissimus, & Cupressis maximè opacus, vt Nicephor. lib. 10. Eccles. hist. cap. 28. & lib. 16. cap. 23. scribit. Eius fit mentio lib. 11. C. Rubr. de *Cupressis ex Luco Daphnes*: & apud Lamprid. in Alexandr. & Eutrop. lib. 5. lib. 2. Macchab. cap. 4. Egesippus lib. 3. cap. 5. *Intus dulces aquæ vberes*: *Daphnem vocant, quòd nunquam deponat viriditatem*. Idem lib. 4. cap. 1. *Iuxta amœnissimum illud & celebre per Syriam, Daphnes nemus, Ciparissis intextum, scatens fontibus*. De eo etiam videndus B. Ioann. Chrysost. in Oratio. de Babyla Martyre.

DARDANARII, Annonæ aliarúmque mercium acerbissimi venditores & vexatores, l. 6. D. de extraord. criminib. l. 37. D. de pœn. Vet. Glossar. *Dardanarius*, παντοπώλης πανομετάβολος, σιτοκάπηλος.

DARE, est accipientis facere, §. sic itaque Instit. de actio. Itaque hæc stipulatio, *Fundum Tusculanum dari*, hoc continet, vt *dominium omnimodo efficiatur stipulatoris quoquomodo*, l. 75. §. vlt. D. de verb. oblig. Nec videntur *Data*, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt, l. 128. D. de diuers. reg. Seneca lib. 1. de Benefic. cap. 10. *Dare*, inquit, *aliquid à se dimittere est, & id quod tenueris, habendum alteri tradere*.

Dedisse

Dediſſe intelligendus eſt etiam is qui compenſauit vel permutauit, l. 76. D. de verb. ſignific. *Dediſſe intelligor ſi quidem mandatu meo datum eſt vel à Procuratore meo omnium rerum, vel ab eo qui negotium meum, & ratum habui*, l. 7. D. de calumniatorib. In edicto Ædilium, cuius verba referuntur in l. 25. §. vlt. D. de ædil. ed. *Dari, non id ſolùm accipimus, quod numeratur venditori, vt puta, pretium & vſuras eius*, ſed & *ſi quid emptionis cauſa erogatum eſt*, l. 27. D. eo. tit.

Dare facere, l. vlt. D. comm. præd. l. 71 D. pro ſoc. l. 47. D. de legat. 2. l. 27. D. de nouat. l. 18. §. 1. D. de acceptilat. l. 29. §. ſi à fure, D. de verb. oblig.

Dari fieri, l. 13. D. de inoff. teſtam. l. 122. §. Callimachus, D. de verb. oblig. l. 11. D. rem pup. ſalu. for. *Dari fierive*, l. 1. D. vt legator. ſeu fideic. *Dare, Facere, Præſtare*, l. 13. §. idem Iulianus, D. de action. empt. l. 37. D. de oper. lib. *Dare, Præſtare*, l. 40. §. Pamphilo, D. de ſtatulib. l. 17. D. de aliment. vel cibar. l. 37. §. pater, D. de leg. 3. *Dare, reſtituere*, l. 29. §. Titius, l. 41. §. Stichum, D. de fideic. libert. Hæc autem verba, *Quod te mihi Dare facere oportet*, licet coniuncta videantur, ſic tamen accipienda ſunt, vt quoduis eorum ſufficiat probare, l. 53. D. de verb. ſignific.

Dare Vſumfructum heres iuſſus (vt in ſpecie, l. 3. D. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 10. §. vlt. l. 32. §. 1. de vſu & vſufr. leg.) *Dare* intelligitur, ſi legatarium in fundum inducat, eúmve patiatur vti frui. l. 3. D. de vſufr. Sic *Dari Vſumfructum*, l. 37. D. de vſufruc. l. 30. §. vlt. D. de iureiurand. Atque ita *Dari* quoque *Seruitutes* per patientiam intelliguntur, l. 19. D. de ſeru. præd. ruſt. *Dari* etiam *vacua Poſſeſſio* dicitur in l. 32. §. arbitri, D. de recep. qui arbitr.

Dare ſe in arenam, l. vlt. D. de fugitiu. *In Concubinatum*, l. 13. D. ad L. Iul. de adulter. *In Matrimonium non Legitimum*, l. penult. §. vlt. D. ad municipal. Eodémque loquendi genere, *Tradere ſe in Concubinatu*, ait, l. 41. D. de ritu nupt.

Dare ſe Militiæ, l. 28. & l. 29. D. de liber. cau. l. 4. §. 1. & §. ſeq. D. de re milit. *Dare Nomen Militiæ*, l. 43. D. de oper. libert. *In Militiam*, d. l. 4. §. qui poſt. *Dari in Militiam*, l. 3. §. vlt. D. eod. l. 12. D. de cuſtod. & exhibit.

Dare Sententiam, id eſt dicere, l. 5. C. de ingen. man. l. 6. C. quando prouoc. Ita, *Dare Sententiam contra Dominum*, l. vlt. D. quod cum eo. *Secundum Teſtamẽtum*, l. 10. D. de inoff. teſt. *Dare diuerſas Sententias*, l. 28. D. de re iud. *Dare Vindicias*, id eſt dicere apud Liuium lib. 2.

Dare, ſimpliciter, eodem ſenſu: vt in l. 27. in fi. D. de liber. cau. *Contra Libertatem dabit*, id eſt ſententiam feret. Tacitus lib. 4. *Ita ſecundum Meſſenos datum*, id eſt, pro Meſſenis pronũciatum. Sueto. in Claud. cap. 15. *Abſentibus ſecundum præſentes dabat facillinè*. Plin. lib. 7. Epiſt. ad Macri. *Finem cognitioni quæſtio impoſuit quæ ſecundum reos dedit*. Hæc autem locutio imminuta & cõciſa eſt. Plenè enim ſic enunciatur, *Secundum aliquem litem dare*: quam loquendi figuram in pronũciationibus vſitatam, ex Valer. Max. lib. 3. cap. 3. & Senec. in præfatio. lib. 7. Declam. aliâs docui. Cic. pro Quint. Roſc. *Quominus ſecundum eas lis detur, non recuſamus*. Lucan. lib. 3. *Secundum Æmathiam lis tanta datur*. Agell. lib. 5. cap. 19. *Nam ſi contra te lis data erit, merces mihi ex ſentẽtia debebitur, quia ego vicero*. Apud Liuium quoque lib. 23. legimus, *Et ſecundum eum in lite Iudicem*, (aut *Iudicium*) *Dare*.

Dari Sententia ſecundum Aduerſarium, l. 14. §. vlt. D. de appellationib. *Data Sententia*, id eſt dicta, l. 29. D. de liber. cau. l. 57. D. de re iud. l. 14. §. hæc autem, D. quod met. cau. *Data Sententia contra me*, l. 56. §. 1. D. de euictionib. l. 2. C. de fide inſtr. *Contra iuris Rigorem*, l. 19. D. de appellationib. *De parte Bonorum*, l. 1. §. 1. D. ſi penden. appell.

Dari, id eſt damnari. Sic *Dari ad Hoſtias*, l. 1. D. de veteran. l. 12. D. de pœnis, l. 8. D. de Lege Cornel. de falſ. l. 11. D. ad Leg. Cornel. de ſicar. *In Exilium*, l. 4. D. de interdict. & releg. l. 29. D. de excuſationib. l. 4. D. de extraord. cognit. l. 3. C. ſi penden. appellat. *In Ludum Venatorium*, l. 8. §. vlt. D. de pœnis. *In Metallum*, l. 1. D. de iure patron. l. 17. l. 23. l. 28. §. & vt generaliter, D. de pœnis, l. vlt. D. de effractorib. Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 21. *In Opus Metalli*, l. 3. §. ſi in Metallum, D. de munerib. l. 1. D. ſi penden. appellat. l. 8. §. vlt. l. 17. D. de pœnis. *In Opus Publicum*, l. 17. l. 28. & l. 34. D. de pœnis, l. 1. §. 1. & l. vlt. D. de effractatorib. l. 4. §. 1. D. de incend. rui. l. 7. D. de extraord. crim. l. 18. D. de iure fiſ. *In Quæſtionem*, l. 12. D. de quæſtionib.

Dare Iudices Litigantibus, l. 1. D. de iuriſdiction. l. 12. §. 1. D. de iudiciis, l. 1. & l. vlt. D. quis & à quo, & aliàs ſæpe. *Dandorum Iudicum ius habere*, l. 81. D. de iudic. *Dare Viatorem*, l. vlt. D. de iudiciis. *Vicarios*, l. 4. §. legati, D. de legationib. *Datus Vicarius*, l. 13. D. eod. tit. *Cui Iuriſdictio data*, l. 2. D. de iuriſdictio.

Dari Actio, Bonorum, Poſſeſſio, Exceptio, Petitio, Perſecutio, innumeris Pandectarum locis dicitur. *Dare Tutores, & Curatores*, l. 1. l. 4. l. 5. & aliàs paſſim, Tit. de Tutorib. & curat. dat. *Ius Dandi Tutores*, l. 3. D. eo. tit.

Dare Procuratorem ad Agendum, l. 11. C. de procurator. *Ad Defendendum*, l. 8. in prin. & §. ad defendẽdum, l. 42. §. porrò, D. eo. tit. *Ad Iniuriarum actionem*, d. l. 8. §. sed & filia. *Ad Litem Suscipiẽdam*, l. 69. D. eod. tit. *Ad Seruianam*, l. 42. §. is cui, D. eo. tit. *Dari Procurator*, l. 1. §. vlt. D. de procuratorib. *Ad Litem Futuram*, l. 3. D. eo. tit. *Aduersus Tutorem*, l. 18. D. de auctor. & consen.

Dari Procurator non quidem ad Agendum, sed ad Administrandum, l. 43. D. de procuratorib. *Datus Procurator ad Defendendum*, l. 1. §. exceptionem, D. quar. rer. act. l. 10. D. iudic. sol. *Ad duas res petendas*, l. vlt. §. vlt. D. de procuratorib. *Ad Legatum petendum*, l. 62. D. de procuratorib. *Ad Litem Suscipiendam*, l. 8. §. procuratorem, D. eo. *Ad Rem Mobilem Petendam*, l. 56. D. eo. tit. *In Rem suam*, l. 30. D. eo. tit. l. 20. D. de appellationib.

Dari plures Procuratores in solidum simul, l. 32. D. de procurat. *Vnius litis Plurium Personarum plures*, l. 31. §. vnius, D. eod. tit. Vt autem Procurator *Dari*, ita & Actor, l. 61. §. vlt. D. quod cuiuscumque vniuers.

Dare Satis, l. 5. §. vlt. D. de hered. petit. *Dare Satisdationem*, l. 7. D. de oper. no. nunt. *Dari Satisdatio*, l. 32. §. quæsitum, D. de recep. qui arbitr. *Si non talis data sit Satisdatio, sed solita Cautio*, l. 5. D. de hered. petit. *Non data Cautione*, l. vlt. D. vsufr. quemad. cau.

Dari Fideiussores, l. 5. D. de cõtrah. empt. & passim sub Tit. de fideiussorib. Sic *Dari Vades* vnde *Datis Vadibus*, apud Horat. Sat. 1. lib. 1. Salust. in Bello Iugurth.

Dare Legare Pecuniam, l. 1. D. ad L. Falc. *Dare Legatum*, l. 12. §. 1. & l. 23. D. de inoff. test. l. 21. D. de opt. leg. l. vlt. §. filio, D. de legat. 2.

Dari Legatum & fideicommissum, l. 126. & l. 127. D. de legat. 1. *Datum Fideicommissum à Legatario*, l. 8. D. de legat. 3. l. 21. C. de fideicommiss. *Ab Herede*, l. 34. D. de vsu & vsuf. *Datum Fideicommissum Matri*, l. 15. §. fideicommissum, D. ad L. Falc.

Data Fideicommissa ab Intestato, l. 36. D. de legat. 3. *Tabulis*, l. 72. §. filius, D. de legat. 2.

Datum Legatum, l. 1. §. item si, D. ad L. Falcid. *Dato Legato*, l. 64. D. de condic. & dem. *Data Legata à Matre*, l. 17. §. fundo, D. de doli except.

Dari Hereditas, l. 10. D. de condic. institut. l. vlt. D. de legat. 2. & l. 5. C. de pact. conuent. *Libertas Testamento*, l. 15. D. quę in fraud. l. 81. & l. 94. D. de condic. & demõstr. l. 3. C. de testam. manumiss. l. 3. C. de fideicommiss. libert.

Dari Condicio Testamento, id est adscribi, l. 35. §. 1. D. de adquir. vel omitt. l. 3. §. condicio, D. de adimend. legat.

Data Condicio Heredi, l. 70. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered. *Libertati*, l. 11. D. de legat. 2. *Testamento*, l. 36. D. de vsu & vsufr. l. 8. D. si tab. testam. *Data Condicione*, id est adposita, l. 12. D. de vsur. l. 35. §. 1. D. de adquir. vel omitt. l. 217. §. vlt. D. de verbor. signif.

Dare in adoptionem, Filium, & Nepotem, Auus, Pater, l. 8. §. vt autem, & l. 13. §. 1. D. de bonor. possess. contr. tab. l. 12. D. de castr. pecul. l. 5. C. de suis & legit. Nec Naturalis modò Pater, sed & Adoptiuus, in Adoptionem dant, d. §. vt autem. Sed & ipsemet qui Adoptatur. *Dare se in Adoptionem*, dicitur l. 10. & l. 17. D. de bonor. poss. cont. tab. l. 19. D. de mort. cau. donat. *Dare se Adrogandum*, l. 23. D. de testam. milit. l. 2. D. de cond. institution. & l. 14. §. vlt. D. de bonor. poss. contr. tabul. & l. 35. D. de ritu nuptiar. *Datus in Adoptionem*, l. 10. §. 1. & §. sequenti, & l. 11. D. de bonorum poss. cont. tab. l. 22. D. de testam. milit. l. 22. §. 1. D. de Lege Corn. de fals. l. 1. §. si filius, D. de vent. in poss. l. 7. §. vlt. D. de oper. libert. l. 2. D. quod cum eo. *Filia in Adoptionem Data*, l. 2. D. de dot. collat.

Dare Operas, l. vlt. §. vlt. D. de liber. cau. l. 8. & l. 22. §. 1. & l. 26. §. vlt. l. 30. D. de oper. libertor. id est præstare, vt l. 15. & l. 35. D. eod. tit. *Operas in publico, quod vectigaliũ causa locatum est, Dare*, l. 34. D. ex quib. caus. maior.

Dari Operæ, id est edi. Sic *Dantur operæ Patrono*, l. 16. §. vlt. D. de oper. libertor. *Per singulos Dies*, l. 20. §. quædam, D. de statuliber. *Dari operas Stipulatus*, l. 37. D. de vsufruct. l. 38. D. de stipulat. seruor.

Data Opera, l. 9. §. vlt. & l. 51. §. 1. D. ad L. Aquil. l. 5. D. de cap. minut. l. vlt. §. vlt. D. de incend. rui. l. 5. D. ex quib. caus. maior.

Dare Diem Stipulationi, id est præstituere, l. 13. §. vlt. D. de dam. inf. *Dies Datus est*, id est præfinitus, l. 5. D. de operib. pub.

Dare Legem, id est dicere, l. 13. D. comm. præd.

Dare causam Delatori, l. 34. D. de procurat.

Dare Testimonium, l. 3. D. de Testib. id est perhibere. *Dare Iusiurandum*, id est præstare, l. 37. §. Codicillis, D. de leg. 3. & apud Plaut. Amphitr. Act. 3. Sc. 3. *Dare Iusiurãdũ*, apud Ter. Adelp. Act. 2.

Act.2. Sc.1.*Dato Iureiurando*, id est præstito,l.5.§.dato, & l.9. D. de iureiuran.

Datio *Bonorum Possessionis*, l.1.§.1.D.de ventre in possess. *Curatoris*,l.16.D.de curator. furio.l.vlt.C.de magistrat.conueniend.*Dotis*,l.8.& l.23.D.de iure dot.*Fideiussoris*,l.2.D.qui satisd.cog.*Iudicis*,l.32.D.de iudic.l.2.D.quæ sentent.sine appell.*Legati*,l.10.D.de reb.dub.l.3. §.si Titio,l.9.& l.14.§.vlt.D.de adimēd.legat.l.14.D.de iure codicill.*Libelli*,l.7.D.de inoff. test.*Libertatis*,l.80.D.de verb.signif.*Mutui*,l.3.§.si debitum,D.de minorib.l.1.§.1. D.de oblig.& act. l.2.l.8.& l.27. D. de reb.credit.l.7.§.mutui,D.ad Sc.Macedonia.*Partis*, l.2. D.de verb.obligat. *Pecuniæ*,l.57.D.de condic.& demonstr.*Pignoris*,l.16.§.potest,D. de pignorib. *Tutoris*,l.vlt D.de offic.iuridic.l.6.§.1.& §. Tutoris, D. de tutel. l. 77. D. de diuers. regul.l. vlt.D.de offic. iuridic.l.10.D.de tutorib.& curat. dat.*Datio*,id est solutio,l.68.D.de solutio. *Datio Legati*,& *Ademptio*,aduersantur l.14.§.vlt.& l.26.D.de adim. leg.l.10.D.de reb.dub.l. 14.D.de iure codicill.*Datio* itē *Facto* opponitur,l.82.D.de cond.& dem.l.30.D.ad Sc.Treb.

Dativi *Tutores* dicebantur,auctore Vlpia.Tit.11.Regular. qui testamento dati erant. l. 7. D.iudic.solui.*Datiuos* tamen & *Testamentarios Tutores* separat Modestinus in l.7.D. rem. pup. sal.for.quemadmodum *Datiuam Tutelam à Testamentaria & Legitima*,Iustinianus in l.40.C.de Episc.& cler.*Datiúsque* idem Imper.in l.vlt.C.de legit.tut.accipit,qui à iudice dantur.

Dasvmianvm *Senatusconsultum*,l.36.& l.51.§.Senatusconsulto, D.de fideic.libert.quo cauebatur de his qui fideicōmissariā libertatē præstare rogati,iusta ex causa abessent,vt nec Libertas impediretur,nec Libertus eriperetur his qui fraude carerēt,l.39.D.de fideic.libert.

De pro à.Sic *De me petere*,l.5.§.si de me,D.cōmodati. *De Roma abire*, l.35.§.non solum, D. de procurator.*De te Stipulatus*,l.37.D.de vsufruct.l.67.§.vlt.D.de furt. l.108.§.Stichū, D. de leg. 1. *De Titio Stipulatus*,l.36.§.1.D.de vsufr.*De Fundo*, pro ex fundo,l. 6.§. 1. D. com.diuid. *De Prædiis*,pro ex prædiis,l.8.§.1.D.de transactio.*De quibus*, pro à quibus, l.11.D.de vacat. & excus. *De domo numerata*, l. 40. D.de reb.credit.

Dealbatores, l.1.C.de excusat.artific.lib.10

Deambvlandi *Ius*, l. 12.§. 1. D. de vsu & habit. *Deambulationes in hortis*, l. 13.§. fructuarius, D. de vsufruct.

Deavrare l.1.de Fabricēsib.in C.Th.*Deauratores*, l.1.C.de excus. artif.lib.10.

Deberi propriè id tātùm intelligitur,quod peti&ab inuito exigi potest,l.108.D.de verb. signif. Vnde festiuus ille Martialis lib. 2.Epigramm.iocus.

Sexte nihil Debes,nil Debes,Sexte,fatemur: *Debet enim,si quis soluere iure potest.*

Itaque nec *Seruus* Debere,nec *Seruo Deberi* quidquā intelligitur, l. 41.D.de pecul. Ac proindē eos qui Natura tantùm obligātur,*Debitores* per abusionem dicimus: cùm Debitores hi tantùm propriè dicantur,à quibus inuitis pecunia exigi potest,l.16.§.fideiussor.D.de fideiussorib. l. 108.D.de verb.signific.Obtinuit tamen,vt etiā *Natura Deberi* dicamus,licet eius petitio nulla sit,l.1.§.vlt.D.de pec.constit.l.1.§.id quod natura,D.ad L.Falcid.l.85.D.de diuers. reg. l. 10.D.de oblig.& act.& aliis vulgatis locis:adeò vt qui Natura tātùm obligatus soluerit,*Debitum soluisse* dicatur l.16.§.pen.D.de solutionib. Et *Debiti* appellatio plerunque solam Naturalem obligationem comprehendit,l.40.§.dominus,D.de condit.& demōstr.l.25.§.1.D. quando dies leg. Sic fit vt *Deberi* aliquid vel *Natura*, vel *Ciuili*, vel *Honorario iure*, possit, l. 1.§.debitum,l.3.D.de pecun.constit.l.1.D.de nouatio.l.47.D.ad Sc. Treb.Eáque est *Iuribus* Debita pecunia,l.3.§.1.D.de pecun.constit.*Debetur* porrò vel purè,vel in diem, vel sub condicione,l.16.D.de petit.hered. Nam & quod die certa præstare oportet,*Deberi* dicimus,licet dies eius nondum venerit, l.9.D.vt leg.nom.cau.

Verbum,*Debuit*,omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, siue Ciuilis, siue Honoraria,siue fideicommissi sit persecutio,l.178.in fi.D.de verb.signif.*Debere Legatum*,l.17. D.vt legator seu fideicommiss. *Debere Pecuniam purè*, *in Diem*, *sub Condicione*, *sub Pignoribus*, *sub Pœna*, *sub Vsuris*, vide suis locis.*Debere Seruitutem*, *Ædes*,l.6.D.de seruit.præd.rust.*Area*, l.14. D. de seruit. præd. rust. *Domus*, l.21. D. eod. *Debere Fundus*, *Seruitutem*,l.20. D. si seruit. vindic.*Prædia Seruitutes* l.34.D.de seruit.præd.rust.*Vicinus Seruitutem Prædio*,l.17.§.etsi, D.de aq. & aq.pl.*Deberi Seruitus Fundo*,l.2.§.1.& §.rectè,D.si seruit.vind.l.6.§.1.D. quemad. seruit. amitt.l.23.§.quæcunque,& l.27.D.de seruit.præd.rust.l.10.C.de seruit.*Prædiis & Personis*,l.1. §.permittitur,D.de aq.cottid.l.14.§.vlt.D.de seruit.*A vicino*,l.1.§.vlt.D.de remissionib.

Deberi Iter per Fundum,l.9.D.si seruit.vindic.l.7. D.comm. præd. l.15.D. quemad. seruit. *Via*, *Fundo*, l.25. D.de aqua & aq.plu. *Via*, *per Fundum*,l.7.D.quemadm.seruit.*Via*,*per vicinum Agrum*, l.6.D. quemadm.seruit.

Debita Ædibus Seruitus,l.5.C.de seruitutib.l.21.D.de aq.& aq.pl.*Debitū Sepulchro Iter*,l.4.D. quēad.seruit.amitt.*Debitæ Seruitutes Prædijs*,l.25.§.Itē culpæ,D.famil.ercis.*Deberi Seruitus per*

Stipulationẽ,l.27.§.si quis,D.de vsufr.*Debere Legatum*, l.17.D.vt legator.seu fideic. *Pœnam ex* Cõpromisso,l.vlt.D.de recep.qui arbit.*Speciẽ ex causa Lucratiua*,l.17.D.de oblig.&act.*Debere habere possumus*,l.19.D.de seruitut.*Deberi Legatũ*,l.91.§.duobus,D.de leg.1.*Deberi Libertas ex causa fideicõmissi*,l.26.§.subuentũ,D.de fideicõmissar.libert.*Ex Testamento*,l.10.§.1.& §.vlt.l.24.§.1.D.eo.tit.*Fideicommissa*,l.19.D.de quæstio.*Deberi ex Testamẽto Stichus*, l.18.D.de oblig.& act.

Deberi Parentum hereditas,Liberis,intelligitur, propter Votum Parentum, & Naturalem ergaLiberos caritatem,l.7.§.vlt.D.si tab.test. l.vlt.D.de bon. damnator. *At non sic Parentibus,Liberorum,vt Liberis,Parentium* Debetur *Hereditas*,d.l.7.§.vlt.& l.15.D.de inoff.test.

Debita Portio, quæ Liberis ex substantia paterna, iure Ciuili debetur, l. 8. §. vnde, D. de inoff.test. nimirum quarta pars successionis quæ ab intestato obtigisset. Appellatur & *Debitum Bonorum subsidium*,l.2.l.5.C.de inoff.donat.

Debita etiàm *Pars*,seu *Portio*,appellatur,quæ Patronis ex lege Papia relinqui debet,l.114.§.1.D.de legat.1.l.28.& l.vlt.§.filium,D.de legat.2.l.1.§.pen.D.si cui plus quàm perL. Falcid. l.21.D.de iure patr.l.20.D.de donatio.l.60.D.ad Sc.Trebell. l.19. §.1. D. de condic. & demonstr.l.3.§.Totiens,l.19.l.20. §.1.l.24.l.25. l.41.l.44. D.de bon. liber. l. 6. §. si patronus, l. 19.D.si quis omiss.caus.test.l.3.in prin.& §.si intestatus,D.de adsign. libert.Instit.de success. libert. *Debitus Patronis Honor*,l.5.D.de oper.libert. *Pietas Parẽtibus etsi inæqualis est,eorum potestas æquà* Debetur,l.34.D.de curator.fur. *Debita Pietas*,l.19.D.quæ in fraud.credit. *Debitum officium*, l.1.C.de his quib.vt indign. *Debitu iri*,l.1.D.de condic.& dem.

Debitor,tam ex Cõtractu quàm ex Delicto intelligitur,l.14.cum seq.D.de hered.petit.In eo quod dicitur *Debitores Rerumpublicarum ab honoribus arceri*, *Debitores* accipimus eos demum qui ex administratione reliquantur,vel qui ex Pollicitatione, quæ recusari non potest,obstricti sunt,l.6.§.sed& eos demum,§.si ex pollicitatione,D.de mun.& hon. *Debitor in diem,vel sub cõditione*,l.16.D.de hered.petit. *Desinit Debitor esse is,qui nãctus est exceptionẽ iustam, nec ab Æquitate naturali abhorrẽtem*,l.66.D. de diu.reg. *Nouos Debitores facere*,l.34.§.1.D.de leg.3.

Debitrix Mulier, l.8.§.si mulier,& l.24.D.ad Sc.Velleian.l.2.C.eod.tit.l.33.D.solut.matr. *Debitrix domina*,l.9.C.de pignorib. *Debitrix Fisci*, l.4.D.de iure fisci.

Debiles *Personæ*,l.19.in fi.D.de reb.auct.iud. Hi nimirũ,qui propter infirmitatem,& perpetuo aliquo morbo, suis negotiis superesse non possunt, l.4.& l.5.D.de postulan.l.2.D.de cur.fur. *Debilis Seruus*,l.6.D.de oper.seruor. *Debilẽ Seruũ tradere*,l.108.§.si seruus,D. de leg.1.

Debilitatvs *Homo*, l.13. D. de rei vind. *Mulus*,l.27.§.si quis seruum, D.ad L. Aquil. *Seruus*, l.84.§.Ædes, D.de legat.1.

Decanos in vrbe Constantinopolitana humandorum corporum curam gessisse, patet ex Nouel.59.quę de sumptibus funerum tractat:in qua est, οἱ τῇ κλίνῃ ὑπηρετοῦμενοι Δεκανοί.Argumentum huius rei certissimum est quòd illic Iustinia. Δεκανὸς,ἤτοι Κοπιάτας vocat.Κοπιάτας autem,ex Veteri Glossario, *νεκροθάπτας*, superiore libro interpretati sumus.Atque ita *Decanorum* nomen intelligendum est,in l.4.& l.9.C.de sacr.Eccles.In Monasteriis porrò Decanos appellatos qui denisMonachis prę essent,D.August.lib.1.de morib.Manich.ostendit. Vet. Gloss.Δεκάνοι, ἐρχὴ δέκα ὀνομάτων συνημμένων. & alibi, Δέκανοὶ Κολλεγιάτοι συνημμένοι. Sed & D. Ambros. Epist.33.lib.5.missos *de Pallatio Decanos* narrat.Et ita *Decanorum Corpus* accipe,l.vn. de decan.in C.Th.

Decanica, l.30.de hæret.in C.Th.Iustinianus Nou.79.καὶ καθείργεσθαι ἐν τοῖς καλυμμοις Δεκανικοῖς. Quidam *Secretarium* interpretantur.

Decaproti,l.3.§. decaprotos,l.vlt.§.Mixta,D.de munerib.& honor.l.10.D.de pollicitationib.Latinè *Decemprimi* dicuntur Cicer.proSex.Rosc.Amer.*Decretum Decurionum statim fit, vt Decemuiri proficiscantur.* Vsurpat hoc verbum,Firmicus lib.3.Mathes.cap.12.& ita in l.2.de quæstionib.C.Th. *Decemprimis ordinis Curiales*,&in l.35.deEpisc.& cleric.eo.C.*à Decemprimis Curialibus*.Apparet autem ex supradictis locis,Decẽprimos tributa exegisse,&pro oneribus defunctorum fiscalia detrimẽta resarcisse. Alij sunt *Decemprimi Domestici*,l.8.& 9.de domest. & protect.l.vn.de præpos.lab.*Decemprimi Scholarum*,l.10.de domest.& protect.in C.Th.

Decaprotia,l.vlt.§. mixta,D.de munerib.& honor.& l.8.C.de muner.patr. lib. 10. quę & *Decemprimatus* appellatur in l.1.D.de mun.& hon.l.7.8.& 9.de domest.& protec.inC.Th.

Decedere,pro diem obire,l.26.D.de recept.qui arbit.l.4.D.qui satisd.cog.quod sexcentis Pandectarũ locis inuenies:Interdũ tamẽ additur,*Vita decedere*,quę locutio Papiniano familiaris est,l.42.D.de mort.cau.don.l.75.§.vlt.D.de legat.2.l.10.D.de ann. legat.l.8. D.de dot. præleg. l. 77. §. Mæuio, & §. libertis, D. de legat.2. l. 57.§.vlt.D. de vsufructu. l. 84.& l.86. D.de adquir.vel omitt.l.11.§. vlt.D. de bonor. poss. sec. tab. l.17. §.vlt.D. de cast. pecul. l.12.D.de Leg. Corn. de fals.& l.13.D. de inoffic. test. Eodémque loquendi genere vtuntur

tuntur Impp.l.1.C. de restitutionib.l.1.C.ne de statu defunct.

Decedere autem non Homines tantùm,sed & Equos,& reliqua animalia,Iurisconsulti dicunt,l.1.§.& cùm, D.si quadrup.paup. l.10.§. vlt.D.quib.mod.vsufr. l.65.§. 1.D.de legat. 1. & *Fetus* Pecorum, l.70.§.vlt. D.de vsufructu, & *Capita Gregis*,l.13.D.de pignorib.

Decedere *Prouincia* dicebatur Proconsul,qui anno finito discedens, eam successori tradebat.Cic. Diuinatio.& Epist.15.lib.2.Familiar.& Suet. in Calig. cap. 48. Idem Cic. Epist. 6. lib.3. Familiar. Proconsuli ad decedendum 30. dies L.Cornel.constitutos fuisse docet. *Decedere Possessione* , l. 1. §. 1. si ventr. nom. l. 5. §. 1. & §. in possessionem , D. vt in possess. legat. l. 15. §. si quis metu , D. de dam. inf. seu *Decedere de Possessione*, l. 5. §. vlt. D. quib. ex caus.in poss. l. 31. D. de dolo. l. 8. §. Tutor. D.qui satisd. cog. id est *Discedere de Possessione*, vt l. 6. §. vlt. D.vt in poss. legat. l.18. §. cùm vnus, D. famil. ercis. & *Discedere* simpliciter,l.3.§.si qui,D.de adquir.poss.

Decedere & Accedere, opponuntur l.31. D. de legat.3. l.10. §. 1. D. de iure dot. l. 33.§. 1. D. ad Leg. Falcid. Sic *Decedere Legata*, accipe, l. 1. §. idem Iulianus, D. si mulier ventr. *Legato nihil* Decedit, l. 72. D. de legat. 1. *Pro rata ex omnibus* Decedat portio,l.18. D.de test. milit.

Decedere Dominium *ab aliquo*,id est abscedere,l.10. §. vlt.D. de condict. furt. *Decedere,quod consumptum est*,l.25.§.à deo,D.de heredit.pet.*Decessisse Tempus*,l.2.C. de vendend.reb.

Decessus nouissimi, pro obitu,l.34.D.de vsu & vsufr.

Decessio, pro deminutione & detractione, l. 28. D. si quis omiss. caus. test.l. 178. §.1. D. de verbor. signif. l. 51. D.de euictionib. l. vlt. D. quando de pecul. l. 6. §. si quid post. D.com.diuid. quibus in locis. *Accessio & Decessio* contrariè referuntur, vt & apud Cicer. lib.3. Officior. his verbis: *Eorum neque Accessione vitam meliorem fieri, neque Decessione peiorem.*

Decessor, l.4.§.rectè,D.de offic.proconsul. quem vulgò prædecessorem dicimus. Ita *Decessor Præsidis*, l.42. D.de minorib. l. 1. C. de sent. & interl. l.1. C. de sent. rescind. Spartia. in Pescennino. *Pescenninum mihi laudas: Adgnosco. Nam &* Decessor *tuus,manu strenuus, vita grauem dixit.* Cassiodor. Epist. 16. lib. 8.Variar. *Nam quod vobis per Decessores, prædecessorésque nostros temporibus domini Aui nostri longa consuetudo dedit.Præcessorem* vocat Iulianus Nou.125.

Decessori, Successor opponitur, l. 10.D.de offic.proconsul. Cic.Epist.2.lib.3. Familiar. vt ἡγέμων καὶ Διάδοχος Nou. 95.

Decemvirorvm qui 12. Tabulas perscripserunt, meminit l.2. §. exactis, D.de orig. iur. l. 63. D. de donat. inter vir.

Decemuir Litibus iudicandis,apud Spartian. in Hadria.& in Antiq.inscriptionib.

Decernere est causa cognita aliquid statuere.

Decernere Prætor,l.17.D.de vsuris,l.3.D.de offic.præt. l.15.§.si fortè, D. de dam. inf. l.1. §. 1. D. de iure dot. l.15.D.de noxalib.l.7.l.1.C.arbit.tut.

Decernere etiam *Principes* dicebãtur,l.28.D.de inoffic.test. l.25.§.quod autem,D.de hered. petit.*Quod Princeps cognoscens* Decreuit,l.1.D.de constit.prin.§. sed & quod principi, Instit. de iure natur. *Decreuit Imperator*, l. 11. §. Imperator, D.ad L.Falc.d.*Seuerus*,l.5.§.his verò,D.de his quæ vt indign. *Decretum est à Principibus*,l.1.D.de bonis eor.

Decernere Actiones,id est,dare,Prætor dicitur,l.2.§.interdum,D.de vulg.& pup.l.55.D.de fideicom.libert.l.46.§.1.D.de admin.& peric.l.1.§.ait prætor,D.de dolo.

Decerni Actio,l.22.D.de pecun.constit.l.5.D.de confir.tut.l.2.§.ius,D.de administr.rer.l. 1. §.1.& l.7.§.si dolo,D.de dolo,l.98.D.de adquir.vel omitt. *Auxilium*, l. 1. C. si aduers. vsucap. *Bonorum Possessio*, l. 1.§. Edictalis,D.de successor.edic.*Repetitio*,l.1.C.si aduers.cognit.

Decerni Alimenta,l.71.§.prætores,D.de suspec.tut.l.2.& l.3.D.vbi pupill.educ.l.8.D.de decurionib.l.27.§.de inoffic.D.de inoff. test. *Decreta alimenta à Prætore*,l.38.D. famil.ercisc.

Decernere Curationem & Tutelam, l. 3. §. vlt. D. de administr. & peric. De *Honoribus Decernendis decerni*, l.13.§.si quis de honorib. D. de iniur. *Decretus honor*, l.1.§.1.D.de pollicitat.

Decernere Municipes,l.1.D.de libert.vniuersit.Decernere *Heres, de hereditate*,id est constituere an ad se pertinere velit,l.13.§.1.D.de adq.vel omitt.

Decretvm dicitur quod causa cognita statuitur, pronunciatur , l. 1. D. de off. adsess. Decretum *enim causæ cognitionem desiderat* ,vt apparet ex l. 9. §. vbi decretum,D. de off. proconsul. à quo §. credibile est auulsam esse l. 71. D. de diuers. regul. licet inscriptio in libri, vnde sumpta dicitur, numero variet. Sanè Theophilus ad Tit. de iure naturali, Decretum interpretatur, ἀπόφασιν βασιλεως μεταξὺ δύο μερῶν παρ' αὐτῷ δικαζομένων ἐκφερομένην:

& Paulus tres Decretorum libros inscripserat, seu Imperalium Sententiarum in cognitionibus prolatarum. Vnde fit vt *Decretum*, pro *Tribunali* tantùm, non etiam *de Plano* interponi possit, l. 7. in fi. D. de confirm. tuto. l. 3. §. si causa, D. de bon. possess. Hinc & *Decreta* à Prætoribus Latinè interponi debere, ait l. 48. D. de re iud.

Decreta Consulum, vel Præsidum, l. 3. D. de minorib.

Dispensator Seruus appellatur, qui familiæ rationes diſpenſat, peculiíque adminiſtrationem habet, l. 51. l. 62. D. de ſolutio. l. 24. D. de man. teſt. l. 10. D. de ſeruo corrup. l. 1. D. de auro, argent. l. 166. l. 203. D. de verb. ſignif. & apud Martial. Epigr. 43. lib. 5. Marcus Tullius in Hortenſio, referente Nonio, in verbo Aera: *Quid tu, inquam, ſoles, cùm rationem à Diſpenſatore accipis* (ſic enim legendum cenſeo) *ſi æra ſingula probaſti, ſummam quæ ex his confecta ſit, non probare?* Quintil. lib. 6. cap. 4. *Diſpenſatori, qui cùm ad reliqua non reſponderet.* Idem, ſeu quis alius eſt, Quintil. Declamatio. 353. *Diſpenſatorem, ſupra rationes poſitum eſſe* ait. Sueto. in Veſpaſiano cap. *Admonente Diſpenſatore, quemadmodum ſummam rationibus vellet inferri &c.* Per Diſpenſatores vtique olim nomina faciebant, vt apparet ex l. vlt. §. ſi inter, D. de verb. obligat. Quint. Declamatio. 345. *Satis ſit vobis, ô Diuites, hoc veſtras præſtare fortunas, quòd per Diſpēſatores fœneratis.* Vnde Theophil. in §. rectè, Inſtitut. manda. *Diſpenſatorem* definit οἰκέτην ὃς εἴωθεν ἐκδανείζειν τὰ δεσποτικὰ χρήματα. Diſpenſatores verò, vt & vetuſta Gloſſaria definiunt, dictos, quibus pecuniarum adminiſtratio crederetur, ipſa nominis notatio arguit, quam ab antiquo pecuniæ appendendæ more, non numerandæ, Varro lib. 4. de lingua Lat. ad fi. & Sex. Pōp. & Iſidorus deducunt. Sanè quē ſeptuaginta interpretes, τὸν ἐπὶ τοῦ οἴκου vel ἐπὶ τῆς οἰκίας, Geneſ. cap. 43. & 44. item quem οἰκόνομον lib. 3. Reg. cap. 18. & lib. 3. Eſdræ cap. 4. vetus Interpres, *Diſpenſatorem*, reddit: vt & D. Lucæ cap. 12. vet. Gloſſar. *Diſpenſator*, διοικητὴς, οἰκονομος. Sed & qui Principum pecunias curāt, theſaurorúmque adminiſtrationem gerunt, in Conſtitutionibus *Diſpenſatorum* nomen habent, l. 1. C. ſi aduerſ. fiſc. l. 4. C. de fide inſtr. Tit. de his, qui cum Diſpenſat. contr. in C. Theod. Qua in re Seruorum miniſterio primum vſos Imperatores conſtat. Sueton. in Auguſto cap. 66. Diomedem Diſpenſatorem ſeruum Auguſti memorat. De Cæſare etiam ſic Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 3. *Secuto omnium riſu, Diſpenſatorem Cæſar vocauit, & centum Seſtertia Græculo numerari iuſſit*, Plinius quoque lib. 7. cap. 39. Armeniaci belli ſub Nerone Diſpenſatorem iuſtam ſeruitutem ſeruiſſe indicat, manumiſſum, & quidem immēſo pretio, narrans. Sed & Claudij ſeruum Diſpenſatorem quingenariam lancem habuiſſe idem Plinius lib. 33. cap. 11. refert.

Diſperire Negotia, l. 5. D. de obligationib.

Diſpertire, id eſt, diuiſionem facere, l. 71. D. de vſufruct.

Dispicier *Iudex*, l. 2. C. arbit. tut. l. 1. C. de præd. mino. l. 19. C. de vſur. Dispicite *Patres*, l. 22. D. de heredit. petit. *Diſpicere de condicione inſtitoris*, l. 1. D. de inſtitor. Diſpiciamus, l. vlt. D. de præd. ruſtic. l. 1. D. de his qui ſeruit. ſui vel al. Inſtit. de obligat. quaſi ex contr. *Diſpici poteſt*, l. 2. §. ſi tamen, D. de recep. qui arbit. *Diſpicienda erunt à Iudice*, l. 25. §. 1. D. de pign. act.

Displicere *Condicio*, l. 34. D. de iureiurando. *Emptio*, l. 65. §. Item ſi, D. pro ſocio. *Prædiū*, l. 11. §. ſi ita, D. quod vi aut clam. *Pretium vel Menſura*, l. 71. D. de contrah. empt. *Res*, l. 3. D. eod. tit. l. 2. §. ſed & illa, D. pro emp. l. 6. D. de reſcind. vend.

Diſplicet merito, l. 30. §. Neratius, D. famil. erciſc. *Diſplicebat ei ex cōmiſſoria*, l. 38. D. de mino.

Diſplice-

DISPLICEBAT *Proculo*, l. 32. D. depoſit. DISPLICERET *Heredibus*, l. 4. §. ſorore, D. de fideic. libert.

DISPOLIARI, l. 31. §. quod legaturus, D. de donat. int. vir.

DISPOLIATIO, l. 6. de ſepul. viol. in C. Th.

DISPONERE *Familiam*, l. 7. D. de opt. vel elect. *Rationes*, Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 7. *Res*, l. 35. §. Rerum, D. de hered. Inſtit. *Diſponere Arbiter*, l. 19. D. commun. diuid.

DISPONI *à Prætore*, id eſt ſtatui, l. 3. §. Iulianus, D. de lib. exhib. *Diſpoſitum à Teſtatore*, l. 114. §. Diui, D. de legat. 1. DISPONI *Rationes*, l. 1. C. de bon. proſcrip.

Diſpoſita Familia, l. 1. D. de officio. præfect. vigil. *Diſpoſiti Milites*, l. 1. §. quies, D. de officio præf. vrb. *In* DISPONENDA *Quæſtione*, Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 6. *Sic hoc* DISPONENDUM *eſt*, l. 14. §. quatenus, D. quod met. cau.

DISPOSITIO *Defuncti*, l. vlt. C. famil. ercis. *Vltima*, l. 28. C. de Teſtament. l. 1. §. his itaque, C. de comm. ſer. man.

DISPOSITIONES *extremæ*, l. 2. C. comm. de manumiſſionib. *Vltimæ*, l. 8. C. qui teſtament. fac. DISPOSITIONES *principales*, l. vlt. C. de fructib. & lit. exp. *Epiſtolarum*, ac *Libellorum*, l. 1. de prom. comit. diſpoſ. in C. Th. DISPOSITIONUM *Scrinium*, l. 3. & l. 4. & l. 11. C. de proxim. ſac. ſcrin. lib. 12. *Diſpoſitionum Comes*, in l. 8. C. eod. Tit. & Rubr. de proxim. comit. diſpoſit. in C. Th. & *Comitiuam primi* DISPOSITIONUM, l. 4. Cod. tit.

DISPVNGERE, eſt conferre accepta & data, l. 56. D. de verbor. ſignific. quod caput ad quæſtionem l. 15. D. de reb. auct. iud. poſſ. pertinet, vt ex ipſis Inſcriptionib. facile colligitur.

Diſpungi Rationes, l. 6. §. vlt. D. de ſtatuliber. Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 31. *Apud me iſtæ acceptorum expenſorúmque rationes Diſpungentur.*

DISPUNCTIO, l. 15. §. vlt. D. de reb. auct. iud.

DISPVTARE *de Apicibus Iuris*, l. 29. §. quædam, D. mandati. DE *inofficioſo*, id eſt, dicere, l. 1. D. de inoffic. teſtam.

DISPUTATIO, l. 65. D. de diuerſ. reg. *Fori*, l. 2. §. his legibus, D. de origin. iur. DISPUTATIO *de vna re*, l. 21. §. plenum, D. de recept. qui arbitr. id eſt controuerſia ſeu diſceptatio.

Diſputationum libros decem Vlpianus ſcripſerat: vt Index Pandect. Florentin. præpoſitus tradit, id eſt, *publicanum diſceptationum*, vt pater in l. 11. C. de quæſtionib. *Diſputationum* quoque libros Venuleius Saturninus & Claudius Tryphoninus ſcripſerant, ille, ſeptem, hic, vnum & viginti: vt ex eod. Indice. Pandectar. Florentinar. apparet.

DISQVIRI, l. 8. C. de petit. hered. l. 5. C. ad Sc. Macedonia. DISQUISITIO *huius rei Iudicis eſt*, l. 3. D. ex quib. cau. maior.

DISSENTIRE *In Cauſis*, l. 36. D. de adquir. rer. dom. *In ipſa Emptione, ſiue in pretio, ſiue in quo alio: item in Nomine*, l. 9. D. de contrahen. empt. *Diſſentire in adſumendo tertio*, l. 17. §. ſi in duos D. de recept. qui arbitr. *Diſſentire de qualitate*, l. 21. §. quamuis, D. de actionib. emp. *Naturalis hominum ad Diſſentiendum facilitas*, l. 17. §. principaliter, D. de recept. qui arbit. DISSENTIENTES *Auctorum Sententiæ*, l. 3. C. de adquir. poſſ. DISSENSIONES *Ciuiles*, l. 21. §. vlt. D. de capti. & poſtlim. DISSENSIONES inter Iuriſconſultos, quas à Labeone & Capitone inchoatas, Sabinus & Nerua auxerunt, l. 2. §. hi duo, D. de orig. iur.

DISSENSU *contrario diſſolui Emptio vel Venditio*, *vel Locatio*, l. 80. D. de ſoluionib.

DISSERERE *Breuiter*, l. 4. §. ſed quoniam, D. de gradib. & adfinib.

DISSIMILIS *Cauſa*, l. 2. § 1. D. de L. Rod. *Condicio*, l. 3. D. de locis itinerib. *Sed hoc* DISSIMILE *eſt*, l. 60. D. de condict. indebit. *Longè ei* DISSIMILE *eſſe*, l. 32. D. mandat. *Sed hæc* DISSIMILIA *ſunt*, l. 83. §. ſacram, D. de verb. oblig. *Diſſimiliter atque*, l. 16. D. de contrahend. empt.

DISSIMVLARE, l. 4. §. in inſulam, D. de re milit. l. 40. D. de pœnis. l. 13. §. extat, D. de iur. fiſc. l. 19. §. vlt. D. de nouation. l. 9. §. circa, D. de offic. proconſ. l. 2. C. ſi res. alien.

DISSIMULARE *de Condicione ſua*, l. 4. D. quib. ad libert. procl. DE *modo pœnæ*, l. 14. D. de offic. præſi. *Proprias probationes*, l. 1. §. prævaricatorem, D. ad Sc. Turpil. DISSIMULARE *ignorantia*, l. 2. C. ſi aliena res pign. *Obſcurè*, l. 43. §. vlt. D. de contr. empt. DISSIMULANTE *Actore*, l. 30. D. de rei vindic. *Marito*, l. 11. C. de diſtract. pign. DISSIMULATA *Condicione*, l. 1. G. quib. ad libert. *Obligatione*, l. 3. §. maximè, D. ſtelliona. *Non Diſſimulato*, l. 15. D. de in ius vocan.

DISSIMULATA DONATIO, l. vltim. C. mandat.

DISSIMVLATIO *Culpabilis*, l. vlt. C. de nupt. *Falſa ficti* DIVORTII, l. 30. C. de iure dot. *Iuris*, l. 6. C. quæ res pigno.

DISSIMULATIONE *aboletur Actio iniuriarum*, l. 11. §. 1. D. de iniuriis. §. vlt. Inſtit. eod. tit. DISSIMULATIONE *præteritum crimen*, l. 3. C. quib. ex cauſ. ſer. *Tacita* DISSIMULATIONE *renunciatum inofficioſi*

querelæ,l.1.C.de in integ.restit.minor. *Per Dissimulationem Reuersa*,l.27. D. de pact. dot. *Seruare Sua*, l. 1.§.1. D.de dol.

DISSIPARE id est dilapidare.Sic *Dissipare Bona*,l.38.D.mandat.Vlpian.Tit.13.Regular. l.1. *Pecuniam*, l. 27. §. 1.D. de curat. fur. D.de minorib. *Substantiam suam*,l.vlt.D.vt legat.seu fideicomm.

Dissipare quid DOLO, l.1.§.1.D.si is qui testam. *dissipaturus Dotem*, l. 22. §. sin verò, D. sol. matrim.

Dissipare Ædificium, pro disturbare & demoliri,l.3.§.penult.D.de incend.ruin.

Dissipari Bona fraudibus,l.3.C.de postlim.reuers.

DISSOCIARI,l.4.D.pro Socio.*Dissociatum Matrimonium*, id est Dissolutum,l.14. C. de nuptiis,l.23.C.ad L.Iul.de adulter.

DISSOLVERE *quid eo genere quo colligatum est*. l.35. D.de diuers. regul. *Vinculum*, l. 19. D. de condict.indeb.

Dissoluere Aggeres,l.10.D.de extraordin.*Spem nuptiarum*,l.6.D.de sponsalib.*Sponsalia*,l.10. D.eod.tit.

Dissolui Adoptio,l.55.D.de ritu nupt.§.ergo,Instit.de nuptiis.*Debitum*,l.39.D.de hered.pet. *Delicta*,l.34.D.Sol.matrim.*Donatio*,l.11.§.maritus,D.de donationib.int.vir.*Emptio*,l.3.§.vlt. D.de rescind.vend.l.7.§.Adeo,D.de pactis.*Iudicium*,l.42.§.vlt.D.solut.matrim. *Legatum*,l. 49.§.si vxori.D.de legat. 3.*Mandatum*,*morte*,l.vlt.D.de solutionib.*Matrimonium*,l. 6. & l. 7. D.de diuort.l.5.D. de bon. damn. l.62. D.de donat.int.vir.l.45.§ vlt. D. de ritu nupt. l. 1. D.de lib.exhib.l.28.D.solut.matr.l.1.C.eod.tit.l.3.C.de nupt l.21.C.de iur.dot.l. 6. C. de repud.*Obligatio*,l.21.§.vlt. D.de pact.l.69.& l.89.D.de solutionib.l.35.D.de diuers.reg. l. 2. & l.10.C.de remiss.pignor. *Ornamentum*,l.10.D.quibus mod.vsufruct. *Pactum*, Paul. lib. 1. Sentent.Tit.1. *Quantitas*,Paul.lib.2.Sentent.Tit.32.l.2.C.de condict.ex leg.1.*Venditio*, Paul. lib.2.Sentent.Tit.15.*Vinculum*,l.95.§.naturalis, D.de solutionib.l.2.C.de postlimin. reuers. *Dissoluta omni causa*,l.7.D.de transactionib.

Dissolui Collegia,l.3.D.de collegiis.l.38.§.fideicommisit.D.de legat.3.

Dissolui Nauis,dicitur,cùm tabulæ refringuntur & resoluuntur, l. 88. D. de legat. 3. l. 83. §.sacram,D.de verb.oblig.l.98. §.vlt.D.de solutionib.l.6.D.de incend.ruin.l. 10. §. in nauis,D.quib.mod.vsufr.

Dissolutum Ædificium,l.23.§.vlt.D.de rei vind.

Dissoluta Negligentia,id est crassa & supina, l.29.D.Manda.Auctor Rhetoric.ad Herenn. lib.3.*Quam ille modestiam esse, eam nos inertiam & Dissolutam negligentiam dicemus*.

Dissolutor sepulchrorum,l.8.§.1.C.de repudiis & *Dissolutrix*,ibidem,§. sequen. *Dissolutio*, l. 6. D.de aur.argent.

DISSONÆ *Sententiæ*,l.38.D.de re iud. & *Dissonantes* in l.24.D. de manumissionib. *Dissonæ Voluntates*,l.3.C.de codicil.

DISTAT *Aliquid*,l.4.§.metus: D.de doli mal.excep.*Distat Solutio à Fabrica*, l.2. §. idem, D. de eo,quod certo loco.*Distant Ædes*,l.38.D.de serui.præd.vrb.*Distant hæ Actiones inter se*,l.8. §. 1.D. si seruit.vind.*Longè distat*,§.sed si is ab eo,Instit.quib.mod.re contrah.oblig.*Distinctio seruabitur*, l. 15. D. de castr. pecul. *Distantia corpora*, l. 23. §. item quodcumque, D. de rei vindic.l.30. D.de vsurpat.

DISTERMINANTVR *vicini*,*in vrbanis Prædiis*,*communibus Parietibus*, l. 4. §. hoc iudicium,D. fin.regund.

DISTINGVIT *Maleficia voluntas & propositum delinquentis*, l. 53. D.de furt. *Non Distinguemus*, l.32.D. de recept. qui arbitr. *Distingui Pretium à Pretio*, *non magna pecunia*,l.1.de reb. dubiis.

Distinctio adhiberi,l.8.D.de postulan.l.95.§.quæsitum,D.de solutionib.l.1.C. quib. ad libert.*Distinctionem recipiunt*.l. 30.§.incertæ,D. ad Leg. Falcid. *Sine Distinctione*, l. 25. D. de iudic.

DISTRAHERE interdū significat vēdere,l.16. C. de adminis.tut.Sic *Distrahere Fundū*, l.8. §.si vni,D.de transactionib.*Distrahere aliqua ex Hereditate*,l.5.D.de hered.petit.*Hereditatē*, l. 23. D. de heredit. institor. *Res Hereditarias*, l. 58. §. cùm autem, D. ad Senatusconf. Trebel.

Distrahere Pignus,l.5.§.1.D. de heredit. petit.l.4.D.de act.do.*Prædia*,l. 39.§.vlt.D.famil. erciscund.*Seruum*,l.49.D.eod.tit.

DIſtrahi *Frumenta*,l.3.C.quæ res vend.*Pignora*,l.7.D.de iur.delibe.l.1.C.de execut.rei iud. *Prædium*,l.1.l.12.l.13.& l.17.C.de præd.minor.*Prædia*,l.1.& l.11.D.de reb.eor.*Res*, l. 25.D.de contrah.empt.l.49.D.de minorib.l.15.§.quod ſi,D.de re iudic.*Seruus*,l.29. D. de contrah. empt.

Mandatum diſtrahendorum Seruorum,l.57.D.mandati.

Diſtractus Fundus,l.39.D.de rei vindic. *Diſtracta Hereditas*, l. 24. §. Sceuola, D. de minorib.*Diſtractum Prædium*,l.36. D. de ſeruit. præd. ruſtic.l.1.C. ſi maior fact. *Diſtracta Pignora*,l.9. D. de minorib. l. 2. §. vlt. D. de eo quod cer.lo. DIſtractis *rebus*, l. vlt. D.ſi pars hered.*Diſtrahendis Mercibus*,l.16.D.de inſtito.

Diſtrahere aliâs eſt Diſſoluere,ſeu Dirimere, Sic *Diſtrahere Matrimonium*,l.2.D.de diuort. l.7.C.de donat. ante nup. Proinde *Contrahere*,& DIſtrahere,*Matrimonium*,opponuntur,l.14. C.de nuptiis.

DIſtrahi, id eſt Diſſolui.Sic *Diſtrahi Coniunctio*,l.38.§.1.D.ad L.Iul.de adult. *Matrimonium*, l.2.D.de diuortiis.l.33. D.ſoluto matr.

Diſtrahi dicitur *Societas*, quæ voluntate, renuntiatione vel alia qualibet ratione dirimitur,l.27.l.63.§.vlt.l.64.& l.65.D.pro ſoc.Senec.Epiſt.66.lib.8. *Cùm viſum fuerit Diſtrahamcum illo Societatem: & nunc tamen dum hæremus,non erimus æquis partibus Socij.*

Diſtrahere Negotium,& *Contrahere*,pugnant inter ſe,§.Item is cui, Inſtit. de obligat. quaſi ex contrar.*Diſtrahere Negotium*,id eſt, cõmunione diſcedere,l.51.§.vlt.D. famil. erciſ.*Magis, Diſtrahendæ obligationis animo,quàm contrahendæ dare*,l.5.§.is quoque,D.de obligat.& actionib. *Ad Diſtrahendam Emptionem*,l.11.§.is qui vinci,D.de actionib.emp.

Diſtrahere Controuerſias,dirimere & decidere,apud Sueton. in Iulio, cap.78. & ita Cicer. pro Cæcin. *Omnia Iudicia,aut Diſtrahendarum Controuerſiarum, aut Maleficiorum puniendorum cauſa reperta* eſſe ait.

DIſtrahi *funus*,l.5.D.ad L.Iul.de vi publ.

Diſtrahi ab repetitione,l.31.D.depoſiti.id eſt auocari.

DISTACTORES *Argenti*,l.27.C.de pign.l.2.§.vlt.C.de conſtit.pecun. id eſt Argentarij, de quibus dixi lib.1.

DISTRACTIO,id eſt Venditio,l.49.D.de minorib.l.120.§.1.D.de legat.1.l.5.§. non paſſim, D.de reb.eor.*Diſtractio fundi*,l.8.§.ſi vni,D.de tranſactionib. *Mercium*,l. 5.§.non tamen,D. de inſtitor.*Pignoris* , l. 51. §. creditor, D. de fideiuſſor.l.1.D.de negot.geſt.l.8.C.de diſtract. pign.Rubr.de Diſtractio pignor.D. & C. *Rei*,l.15.§.quod ſi,D.de re iud.l.7. §. vlt. D. de adminiſtrat.& pericul. l. vlt.C.debitor. vendit.*Diſtractiones Pignorum*,Paul.lib.1.Sentent. Tit.10.

Diſtractus & Contractus aduerſantur, §. Item is cui,Inſtit. de obligat. quaſi ex contrar.

DISTRIBVERE *Amicis ſuis hoſpitiola*, l. 6.D. de his qui deiecer. *Diſtribuere legata Teſtator*, id eſt, dare,l.73.§.vlt.D.ad L.Falcid.*Diſtribuere Onera inter Filios heredes*,l.30.D.famil.erciſc. DIſtribuere *Pecuniam*,l.96.§.ſi ſcriptus,D.de legat.2.*Diſtribui Summam*,l. 2. cùm in eadem, D. de leg.Ro.

Diſtribui Admiſtratio inter Tutores,l.3.§.vlt.D.de admini.& peric.*Diſtribui res Hereditariæ*, id eſt Diuidi,l.1.D.famil.erciſc.*Diſtributa inter eos Pecunia*,l.55.D.de adminiſt.& peric.

Diſtributio Aſſis, l.13.§.1.D.de hered. inſtit.*In Diſtributionem relinqui*,l.117.D.de legat.1.id eſt,*Ad Diuiſionem ſingulorum ciuium*,vt l.112. D.eod.tit.

DITARI *alieno ſcelere*,l.1.C.ex delict.DItiores *Reddere*,l.2.C.de alluuionib.

DITIO *Romana*,l.vlt.C.de infantib.expoſit.*Romani Nominis*,l.2.C. de inceſt. & inutilib. *Vrbium municipúmque*,l.vlt.C.de vectigal.*In ditionem venerant Prouinciæ*,l.2.§. D.de orig.iur.

DItio pro poteſtate Dominica,l.2.C.de libert.& eor.lib.

DIVERSA *Pars*,pro aduerſario,l.71.D. de iudiciis.Sic & DIuerſam *partem* accipe,l.12. C. de pact.l.4.& l.6.C.ad exhib.l.1.C.de præd.mino.l.4.C.de vſucap.pro emp.l.3.C. de execut. l.5.C.comminat.epiſt.l.3. C.ſi ex falſ.l.vlt.C.ſi tut.vel cur.l.1.C. ſi maior rei iud.fact.alien. l.5.C.de ſeruit. l.16. C.de euictio.l.3.C.de poſtl.reuerſ.l.6.l.9.& l.14.C.de tranſactionib.l.5. C.de ingen. man. l. 4. & l.6.C.ad exhibend.l.2.C.de liber.cauſ.l.4.C.quomodo & quan. Quintilian.lib.4.cap.2. *Actori ſatis eſt dixiſſe,certam creditam pecuniam peto,ex ſtipulatione legatum peto, ex teſtamento* DIuerſæ *partis expoſitio eſt, cur ea debentur.* Idem DIuerſam *partem* dixit, lib.5.cap.6.vt & eiuſdem nominis Declamationum auctor,Declamat. 270. & Declamat.

338. & Tertul. lib. 3. aduerſ. Marcio. Ouid. lib. 1. de remed. Amor. *Diuerſis partibus arma damus.*

Diuerſæ partis Aduocatus, l. 31. D. de recept. qui arbit. Sueton. in lib. de clar. Grammatic. *Siquidem ignotus adhuc cum iudicio frequenti teſtimonium diceret interrogatus à Varrone* Diuerſæ partis *Aduocato quidnam ageret.* Sic Diuerſam factionem dixit Sueton. in Tiber. cap. 2. *In* Diuerſas partes ire, l. 191. D. de verb. ſignif. At in l. 21. §. 1. D. ad L. Falcid. *Ex* Diuerſis partibus, id eſt, ex Diſpartibus.

Diuerſus exitus, id eſt contrarius, l. 12. D. de neg. geſt. *Diuerſi ſexus Filij*, l. 34. §. Lucius, D. de legat. 2. *Diuerſi iuris heredes*, l. 24. D. de inoff. teſtam. *Diuerſo iure habentur Prædia*, l. 4. C. famil. erciſc. *Diuerſo genere Actionis*, l. 5. D. de except. rei iud. *Diuerſum vocabulum*, l. 7. C. de codicill.

Diuerſi *Motus*, l. 1. D. de pactis. *Diuerſis aliis Ciuitatibus vel locis*, l. vlt. C. quæ res exportari. *Diuerſæ Perſonæ*, l. 60. D. de condict. indeb. *Scripturæ*, l. 14. C. de fide inſtrument. Diuerſa *Corpora*, l. 16. D. de except. Diuerſa *inter ſe Teſtimonia*, l. 27. D. de leg. Cornel. de falſ. Diuerſa *Prædia*, l. 20. §. 1. D. ſi ſeruit. vind. *Diuerſis rationibus ſuccedere*, l. 2. C. de ſolutionib.

Diuerſis Temporibus, l. 7. & l. vlt. D. comm. præd. *In* Diuerſis littoribus, l. 3. C. quæ res vendi non poſſ.

Diuerſa *Cauſa eſt*, l. 29. D. cõm. diuid. l. 41. D. de oper. libert. l. 15. §. 1. D. qui ſatiſ. cog. l. 38. D. de neg. geſt. l. 58. §. acceptis, D. ad Senat. Trebell. l. 94. D. de condic. & demonſtr. l. 6. D. de legationib. l. 3. §. in eum, D. de adminiſt. rer. l. 8. D. de aliment. vel cibar. Paul. lib. 4. Senten. Tit. 7. *Longè Diuerſa cauſa*, l. 1. C. de pecul. *Diuerſa Condicio eſt*, l. 87. §. ſed vt, & §. fructuarius, D. de adquir. rer. dom. Diuerſam *condicionem cuiuſque facere*, l. 2. §. 1. D. de ſtipul. prætor.

Diuerſa *Ratio eſt*, l. 51. §. vlt. D. de hered. petit. *In* Diuerſa *ſunt Opinione*, l. 38. §. vlt. D. de vulg. & pup.

Diuerſa *Schola*, l. 138. D. de verb. oblig. §. Diuerſæ. Inſtit. de empt. & vend. *Sententia*, l. 8. D. de collat. bonor. l. 40. §. vlt. D. de reb. credit.

Diuerſæ *Sententiæ proferri*, l. 24. D. de inoffic. teſta. Diuerſas *ſententias dicere*, l. 27. §. ſi plures, D. de recept. qui arbitr. Diuerſas *iudicum ſententias tulit*, l. 15. §. filium, D. de inoffic. teſtament.

Diuerſum eſt, l. 14. §. 1. D. comm. diuid. l. 43. D. de condic. & dem. l. 35. §. vlt. D. de neg. geſt. *Dicemus*, l. 26. §. ſi is quem, D. de noxalib. l. 31. D. de inoff. teſtam. *Nulla ratione dicetur*, l. 39. D. de manumiſſ. teſtam. *Probantibus*, l. 80. D. de furtis. *Probatur*, l. 11. D. de iur. aureor. *Seruatur*, l. 4. D. de offic. adſeſſ. *In herede vel legatariis* Diuerſum, l. 41. D. ad L. Aquil.

Ex Diuerſo, l. 73. D. ad leg. Falcid. l. 60. D. de fideiuſſor. l. 2 §. vlt. D. mandat. l. 107. D. de condic. & dem. l. 15. D. de except. rei iud. l. 54. §. cùm furti, D. de furt. l. 47. D. de oblig. & actio. l. 27. §. 1. D. de minorib. l. vlt. D. comm. præd. l. 55. §. cùm furti, D. de furt. l. 35. D. de rei vindic.

Ex Diuerſo *allegaretur*, l. 26. D. de probationib. *Dictum eſt*, l. 53. D. de adminiſt. & peric. *Reſpõdebatur*, l. 41. D. famil. erciſc.

In Diuerſum *probat*, l. 8. § Ariſto, D. ſi ſeruit. vind.

Diversitas *Condicionum*, l. 44. D. de excuſationib. *Mentium*, l. 2. D. de diuort. *Rerum*, l. 40. D. de iur. fiſc. *Rerum vel perſonarum*, l. 34 §. non ſolùm, D. de iureiuran. *Reſponſionis*, l. 1. §. cùm adiici, D. de verbor. obligat. Diuerſitas *Nonnulla eſt*, l. 2. §. ſi ſub condicione, D. pro emptore.

Diuerſitatis Ratio, l. 16. §. vlt. D. de iur. patron. l. 3. D. de iniuſt. rupt. l. vlt. D. de ritu nupt. Diuerſitas *ſeruatur*, l. 4. D. de offic. adſeſſ.

Divertere dicitur Vxor, quæ à viro cui nupta eſt diſcedit, l. 42. D. de Iudiciis. l. ſ. §. ſi cùm, D. de doli except. l. 27. §. ſi cùm maritus, D. ad L. Aquil. Sponſa enim *Diuortiſſe* nõ rectè dicitur, l. 191. D. de verb. ſignif. Quinetiam breui reuerſa vxor, quæ per calorem repudium miſerat, nec Diuertiſſe videtur, l. 3. D. de Diuort. ex qua excerpta eſt, l. 49. D. de diuerſ. reg. iur.

Diuertere à Furioſo, l. 45. §. deinde, D. de ritu nupt. *à Marito*, l. 78. §. Filiam, D. ad Sc. Trebell. l. ſ. C. de donat. int. vir. l. 2. C. de condicionib. l. 7. C. de inſtit. & ſubſtit. *A Viro*, l. 8. D. de vſu & habitat. l. 14. D. ad L. Falcid. l. 65. D. de ſolutionib. *Ab Inuito*, l. 62. §. vlt. D. de donat. int. vir.

int.vir.l.1.§.ſed ſi,D.vnde vir.*Diuertere Culpa*,l.9.§.1.D.de minorib.

Divortivm *inter Virum & Vxorem fieri dicitur:Repudium verò Sponſæ remitti videtur,quod & in Vxoris perſonam non abſurdè cadit.* l. 101.§.1. D.de verb. ſignif. *Inter Diuortium & Repudium hoc intereſt,quòd Repudiari etiam futurum matrimonium poteſt:non rectè autem Sponſa* Diuortiſſe *dicitur,quòd Diuortium ex eo dictum eſt,quòd in diuerſas partes eant, qui diſcedunt*, l. 191. D.de verbor.ſignif.

Diuortium *vel à Diuerſitate mentium dictum eſt:vel quia in diuerſus partes eant qui diſtrahunt Matrimonium* d.l. 191. & l.2.D.de diuort.Nam & Diuortia *Aquarum*,Cic.lib.2.Epiſtol. Famil. ad Cælium dixit, & Diuortia *itinerum*,Liuius lib.44. *Diuortium Veris & Hyemis*, Columell. lib. 4.cap.27. Diuortia vtique,Iſidor.lib.15.Etymolog.cap.vlt.flexus viarum ait eſſe,hoc eſt,vias in diuerſa tendentes,quæ & Diuerticula.Virgil.lib.9.Æneid.*Obijciunt Equites ſeſe ad Diuortia nota*, id eſt,ad Diuerticula vię militaris,vt ibi Seruius & Donat.in Eunuch.Terent. Diuortiũ *facere vir*,Cic.lib.1.de Orat.& Epiſt.50.lib.12.& Epiſt.7.lib.13.ad Attic.*Item Vxor*,l. 64. D. de donat.int.vir.*Diuortium à Seio Titia fecit*,l.34. D.ſolut.matr.*Diuortium factũ*,l.46.D.famil. erciſc. *Inter Lucium maritum & Seiam*,l.45.D.ſolut.mat.*Non ſecundum legitimam obſeruationem*, l.3.D.de donat.int.vir. Diuortio *facto*,l.20.D.de verb.oblig.l.41.§.Teſtamento,D.de legat.3. l.7.§.Papinianus,l.40.&l.43.D.ſol.matr.l.55.D.de neg.geſt.l.82.D.de ſolutionib. l.62.§.1. D.de donat.int.vir.Rubr.Diuort.fac.C.Paul.lib.2.Senten.Tit.25.id eſt,*Matrimonio ſeparato*, vt l. 1. C. diuort.fac.Diuortio *Separata*,l.22.D.ad Senat.Trebell.Diuortium *Fictum*, l. 30. in fi. C. de iure dot.Diuortium *Verum*,& contrà,*Simulatum*,l.64.D.de donat.int.vir.*Diuortium non eſt niſi Verum, quod animo perpetuam conſtituendi diſſenſionem fiat*,l.3.D.de diuort.

Diuortium *intercedere*,l.32.§.ſi Diuortium, & l.62.§. vlt. D. de donat. int.vir.l. 1.§. item ſi vir,D.pro donato.*Sequi*,l.1.§.ſed ſi,D.vnde vir & vxor.Diuortium *quandoque futurum*,l. 12. D. de donat.int. vir.Diuortij *cauſa amotæ res*,l.2.C.rer.amot.l.17.D.eod.tit.*Auferre rem*,l.vlt. C. eod.Tit.Diuortij *cauſa factæ* Donationes,l.11.§.vlt. & l.60.§.Diuortij,& l.64. D. de donat. int. vir.Diuortij *Conſilium*,l.17.§.1.& l.25.D.de act.rer.amot.

Divi appellabantur Imperatores,qui,poſt exceſſum,conſecrati, atque inter Deos relati erant,eo ſollemni ritu quem Herodian.lib.3.deſcribit. poſt cuiuſmodi ἀποθέωσιν,Aræ, Templáque eis conſtitui , Sacerdotes ac Sodales creari, & ludi fieri, omnéſque diuini honores decerni ſolebant, vt ex Tacito, Tranquillo , Spartia. Capitol. & aliis id genus auctoribus liquet. Quod Proſper lib. de promiſſ. & prædict. cap. 7. ita exagitat. *Æterna cùm dicitur quæ temporalis eſt, vtique nomen eſt blaſphemiæ : cùm mortales, licet Reges, in ea dicantur Diui, eíſque ſupplices dicunt,Numini* (ſic enim lego) *veſtro:Altaribus veſtris, Perennitati veſtræ, & cetera, quæ vanitas non veritas tradidit,atque execrabilia ſunt.* Sed & Carolus Magnus,(aut alius qui Caroli nomine eum librum ſcripſit) in Opere contra Synodum Græcorum lib.1. cap.3.*Priſcæ*,ait,*Gentilitatis obſoletus error,Chriſti aduentu repulſus,quoddam cernitur in his reliquiſſe veſtigium, qui ſe fidei & religionis Chriſtianæ iactant retinere faſtigium,qui & intra Eccleſiam nouas & ineptas Conſtitutiones audacter ſtatuere affectant: & ſe Diuos,ſuáque geſta* Diualia *gẽtiliter nuncupare non formidant.* Et paulò poſt,*Sceptra Imperialia retinentes,poſt mortem in* Deos *credebantur transferri: & Diui vocabantur,& ſimulachra illorum,Dij nuncupabantur.Quæ nomina aſpernato vero* Deo,*contempta humilitate,dæmonica vel humana arrogantia ſibi vſurpauit:quæ ita Chriſtianus odiſſe debet,ſicut odit auctorem.* Inuenio autem in libris noſtris Diuos appellari, *Auguſtum, Claudium, Veſpaſianum, Titum, Neruam, Traianum, Hadrianum, Antoninum Pium, Pertinacem, Verum,* Marcum, *Commodum, Seuerum, Antoninum Caracallam, Claudium, Aurelianum*, quos etiam conſecratos atque in Diuorum numerum relatos fuiſſe, Eutrop. lib. 7. & 8. memoriæ prodidit.

Diuus Auguſtus,l.1.D.ad leg.Iul.de adulter.l.1.§.Diuus deinde, D. de orig.iur. l. 1. D. de offic.præf. vigil.l.1.& l.8.D.de quæſtionib.Eutrop.lib.7. de Auguſto. *Moriens Diuus appellatus eſt.*

Diuus Claudius, l.15.D.de L.Cornel. de falſ.l. 2. §.poſt deinde,D.de origin. iur. l. 14. §. maritus,& l. 15. D. de leg. Cornel. de falſ. l. 2. D.qui ſine manumiſſion. & apud Vlpianum Tit. 4. Regular. l. 1. C. qui non poſſ. ad libert.Eutrop.lib.7.de Claudio.*Poſt mortem conſecratus eſt,diuúſque appellatus.*

Diuus Veſpaſianus,l.4.§.vlt.D.de legationib.

Diuus *Titus*,l.2,§.poſt deinde,D.de orig.iur.

Diuus *Nerua*, l.2.§.poſt deinde,D.de orig.iur.l.vlt.D.de termino moto,l.vlt.D.ne de ſtatu defunct.

Diuus Traianus, l.vlt.§.vlt.D.de abigeis.l.6.§.vlt.D.de extraord.criminib.l.4.§. vlt. D.ad L.Iul.pecul.l.10.§.vlt. D.ad Senatusc.Turpil.l.13.l.15.§.senatus,l.16.D.de iure fisc.l. vlt. D. de requirēd.absentib.l.1.§.Seruum & §.qui quæstionem,D.de quæstionib.l.5.D. de pœnis. l.5.C.de magistr.conuen.§.vlt.instit.de succession.libert.

Diuus Hadrianus,l.2.D.de termin.mot.l.1.D.de abigeis,l.2.D.de custod.& exhibit.l.3.§. Diuus Hadrianus,D.de sepulc.viol.l.6.§.vlt. D.de extraord criminib. l. 27. §. vlt. D. ad L. Iul.de adulter.l.1.§.Diuus,& §.item,& l.6.D.ad L.Cornel.de sicariis l.9.D. de lege Pomp. l.4.vlt.D.ad leg.Iul.peculat.l.7.& l.14.D.ad Senatusc.Turpill.l.1.& l.21.D.de Quæstionib. l.2.D.si ingenuus,l.5.§.Diuus.de iur.immunit.l.15.& l.28.§.Diuus, & §. in exulibus, D. de pœnis,l.83.§.1.D.de heredib.instit.l.4.§.ordine,D.de legationib.l.26.& l.27.§.1.D.de fideiussorib.Rub.de edicto,D.Had.tollen.C.

Diuus Pius,l.7.§.1.& §.vlt.D.de accusationib.l.6.D.de custod.& exhibit.l.14.l.28.§. Imperator,D.ad leg.Iul.de adult.l.5.§.1.& l.6.D.ad L.Iul.de vi publ.l. 6. D. ad L. Iul. de vi priuata.l.1.§.vlt.& l.11.D.ad L.Cornel.de sicariis.l.15.§.& quatenus,D.de lege Cornel. de falsi.l.6.§.vlt.D.ad leg.Iul.pecul.l.vlt.§.vlt.D.de bon.damnat.l.9.§.vlt.& l.22.D.de pœnis. l.9.§.vlt.& l.10.D.de quæstionib.l.52.D.de adqui.vel omit.l.10.§.in adrogato, D.de vulg.& pupil.l.11.D.de munerib.& honor. l. 5. §.1.D.de iure immunit. l. 4. D.de legationib. *Diuus Pius Antoninus*,l.34.D.de negot.gest. l. 18. D. Quod met. cau.l.12.D.de testament. manumiss.*Diuus Antoninus Pius*,l.4.C.de locato, & *Diuus Antoninus*,l.7.C.de in integr. restitut.

Diuus Marcus,l.1.§.1.D.de effractorib. l.1. D. expilat.hereditat. l.3.§.1.D. ad L. Corn. de sicariis.l.17.D. de quæstionib.l.2.D.de collusion.det.l.8.in prin.& §.qui transigit. D. de transactionib. l.1.D.de feriis.l.4.C.de re milit.l.2.C.de impuber.Sex.Aurel.Vict.& *quod de Romulo ægrè creditum est, omnes pari sensu præsumpserūt Marcum cælo receptum esse, ob cuius honorem, Templa, Columnæ, multáque alia decreta sunt.*

Diui Fratres,l.13.§.vlt.D.de offic.præsid.l.1.D.de effractorib. l.1. §. vlt.D. de collegiis, l.9. §.vlt.D.de lege Pompeia,l.11. D.de lege Cornel.de falsis.l.1.§.ad quæstionem, & §. Diui, D.de quęstionib.l.8.§.1.& l.26.& l.27.D.de pœnis.l.1.§.vlt.D.de bon.damnat.l.6. §.1.& l. 7.D.de diuisio.rer.l.6.D.de munerib.& hon.l.5.§.licet,D.de iure immunit.l.4.§.1.D.de legationib.Hi sunt, Marcus Antoninus Philosophus,& Ælius Verus: primíque hi duo Augusti appellati, & Fastis Consularibus sic inscripti sunt,auctore Spartia.in Ælio Vero. Eutrop.li.8.*Post hūc imperauit M.Antoninus Verus, haud dubiè nobilissimus: quippe cùm eius origo, paterna à Numa Pompilio, materna à Salentino Rege penderet. Cùm eo L Annius Antoninus Verus: túmque primum Romana Respublica duobus æquo iure imperium administrantibus paruit: cùm vsque ad eum, singulos semper habuisset Augustos.*

Hi & aliis variis nominibus in libris nostris nuncupantur.Veluti,*Diuus Marcus & Lucius Imperatores*,l.57.§.1.D.de ritu nupt.seu *Impp.Verus & Marcus*,vt in l.30.D.de reb.auct. iud. possid.& l.4.D.de curat. bon.dan.

Diui Marcus, & Verus, l.24.D.de tutor.& curat.dat.*Diuus Marcus & Verus*,l.4. D. de vulg. & pupill.*Impp.Antoninus & Verus*,l.37.D.de pactis,l.3.D.de Transactionib. *Impp. Antoninus & Verus Augusti*, l. 14. D. de seruit.prædior.vrban.l. 17. de seruit. præd. rust. l. 29. D. de probationib. l. vlt. D. de leg. Iul.de anno. l.vlt.D. ad Senatusconsl. Turpil. Iidem & *Fratres Imperatores* appellantur,l.33.D.de pœnis,& l.38.§.non numquam,D.ad L. Iul. de adult. Eodem sensu aliâs,*Diuus Marcus cum Fratre suo*,l. 31.D.de leg. Corn.de falsi.

Diui Marcus & Commodus,l.1.D.de leg.Cor.de Falsi. *Diuus Marcus cum Filio suo rescripsit*,l.3. D.qui sine manumiss.*Diuus Marcus & Diuus Commodus*,l.7.C.vt in possess.legat.

Diuus Commodus,l.vlt.D.de in lit.iuran.l.26.D.de probationib.l.31.D.de iure fisc.l.102.D. de legat.1.

Diuus Eluius Pertinax,l.5.§.demonstratur,D.de iure immunit.& *Diuus Pertinax*,d.l.5.§. vlt. l.1.C.de bon.libertor.Sex.Aurel.Vict. de Heluio Pertinace, *Huic mortuo Diui nomen Decretum est.*

Diuus Seuerus,l.7.D.de munerib.& honor.l.1.D.de Collegiis.l.3.§.non perpetuę,& §.Aduersus,D.de sepulchro viola.l.2.§.Si publico,& l.13.si minor.D.ad L.Iul.de adulter.l. 1.§.1. D.de lege Corn.de falsi.l.1.§.Diuus,& l.9.D.de Quæstionib.l.1.C. de peric. eor.l. 8.§. est pœna, D.de pœnis.l.9.C.de præd.minor.& de eo accipienda,sunt verba hęc *Diui patris eius*, in l. 3.D.de reb.eor.& *Diuus pater eius*,l.13.D.eod. tit.

Diuus Seuerus & Antoninus, l.13. & l.20. D.de accuſatio.l.4.D.de extraord.criminib.l. 10. §.vlt.D.ad L.Iuliam peculat.l.3.§.vlt.D.de lege Fabia de plagiar.l.1.D.de requirend.vel abſentib.l.31.D.de pœnis.& ita ſemper loqui Marcianum obſeruaui.

Diui Seuerus & Antoninus, l.1.§.ex illa, D.de leg.Corn.de falſ.l.5.D.ad L.Iul.pecul.l.vlt.D. de requirend.vel abſentib.l.30.D.de inoff.teſt.l.14.§.cùm pater, D.de legat.1.l.27.D.de pigner.act.l.4.D.de legationib.l.89.D.ad L.Falcid.l.6.D.de iur.Codicil.*Diuus Seuerus & Imperator Antoninus*, l.18.D.de minorib.

Diuus Antoninus, l.3.§.effract.D.de offic.prefecti vigil. l.1.§.Diuus, D.de quæſtionib.l.1.§. ſi coheredis.D.ad L.Falcid.l.6.C.vt in poſſ.legat.l.vlt.C.de edendo, l.4. C.ad Sc. Trebell. *Diuus Magnus Antoninus*, §.reprobari, D.de munerib. l.§.vlt.

Diuus Claudius, l.1.C.qui non poſſ.ad libert.l.1.C.non liceat potentiorib.

Eodémque Diui nomine, Claudius hic à Trebellio Pollio. in eius vita, & à Vopiſco in Aureliano ornatur.

Diuus Aurelianus, l.1.C.de omni ag.deſer.lib.11.Nam & hunc inter Deos relatum, eíque diuinos honores à Senatu decretos Vopiſcus in eius vita refert.

Atque hi ſunt *Diui Principes*, l.3.D.de requirend.vel abſentib.l.38.D.de neg.geſt.l.1.& l.3. C.de donat.quæ ſub modo, l.16.C.ad L.Iul.de adult.l.3.C.de his qui ſibi adſcrib. l. 7. C. Quando prouoc.l.1.C.Si pignus pignor.l.1. C. de debitorib. ciuit. quos & *Diuos Parentes*, ſuos appellant Impp.in l.6.C.ad L.Iul.de adulter & l.5.C.de his qui numero liber. l. 1. C. in quib. cauſ. in integrum reſtitut. l.1. C.diuortio facto, l.6.C.de teſt.milit.l.vlt.C.qui nõ poſſ.ad libert.l.6.C.de ſeruo pign. da.l.4.C.de reparat.appell.in C.Th.Planè in l.vlt.D.de reb.eor.*Diuorum Principum* nomine, Seuerus & Antoninus exaudiendi ſunt.

Nec verò paganis modò & gentilibus Imperatoribus, verùm etiam Chriſtianis Diuorũ appellationem tribui ſciendum eſt. *Conſtantinus* namque *Diuus* vocatur, l.5. C. de naturalib. liber. vt & *Leo*, l.29.C.de inoff.teſt.l.25.C.de teſta.l 32.C.de donationib.Imperatorẽ quoque Diuum nominat Iuſtinian.in l.26.C.de donat int. vir. Sanè paſſim Chriſtiani Principes, *Diuæ Memoriæ* à ſucceſſoribus nuncupantur, l.vlt.C.mãdati, l.9.C.de repudijs, l.3.C.de repudijs.l.3.C.de quadr.præſcript.l.17.de prætorib.in C.Th.l.9.C.de repud.l.19.C. de collationib.l.10.C.de pact.conuẽt.l.vlt.C.de quadr.præſcrip.§.qui igitur, *Diuinæ Memoriæ*, l. 18.de prætorib.in C.Th.l.vlt.C.mandati.*diuinæ Recordationis*, l. 7. C. de naturalib.lib.

Diuinos autem ſibi honores cùm Principes vindicarent, eo factum eſt, vt Imperatorum Conſtitutiones, nec non *Domus*, *Diuinæ* appellentur.

Diuina Auguſta, l.vlt.circa fi.C.de quadr.præſcript. *Conſtitutio*, l. vlt. C. de legit.hered. *Domus*, l.12. D.ad Sc.Turpil.l.4.C.de priuileg.dom.Aug.lib.11.l.8.C.de exactionib. tribut. lib.10.Rubr.vbi cauſæ fiſcal.vel diuin.Dom.& in Inſcript. l.vlt.C.de quadr.præſcrip.*Indulgentia*, l.3.D.de conſtitut.princ.l.23.§. 1. C. de nuptiis. *Sanctio*, l. 4. C. de temporib.& reparat.

Diuinæ Aures, l.vlt.C.de adqu.poſſ.*Iuſſiones*, l.7.C.de natur.lib.*Sanctiones*, l.2.C.de quadr. præſcript.

Diuinum Beneficium, l.7.C.de interd.matr.*Oraculum*, l.vlt.C.de iure domin.*Reſcriptum*, l.19. C.de operib.publ.

Divalis *Conſtitutio*, l.10.C.de ſecund.nupt.l.17.de extraord.ſiue ſordid.l. 74. D. de decurionib.l.2.ne ſanct.baptiſ.in C.Th.Nou.Th.& Valent. de Codic. Theod.auctor. *Iuſſio*, l.1.§.vlt.C.de adſertio.toll. *Lex*, l.2.C.quando & quib.lib.10. *Sanctio*, l. 28. de petit. & vlt. dat.l.10.de agentib.in reb.in C.Th.

Diuales Conſtitutiones, l.vlt.C.quando mul.tut.offic.

Diuale Beneficium, l.17.de prox.com.diſpoſ.in C.Th.*Præceptum*, l.6.de domeſt.& prot.l. 12. de piſt.& catab.l.6.de ſuar.pu.& ſuſc.in C.Th.*Reſponſum*.l.1.de Caſtrenſianis, in C.Th. *Reſcriptum*, l.25.de petit.& vlt.dat.in C.Th. *Scitum*, l.30.de erog.mil.an.in C.Th.

Diualia Conſulta, l.23.C.de Teſtament.*Statuta*, l.1.C.de collatio.donator.lib.10.

DIVINVM *Ius*, quod ad cultum deorum pertinet.Tacit.lib.5. *Cocceius Nerua Diuini humaníque iuris ſciens*.Hinc, Nuptias, *Diuini iuris Communicationem* definit Modeſt.in l.1. D. de ritu nupt.propterea quod eorundem ſacrorum vir & vxor participes eſſent.Qua ratione & Vxor *rei humanæ ac diuinæ ſocia* dicitur, in l.4.C.de crim.expil.her.Et Iuriſprudentia, *Diuinarum rerum ſcientia*, definitur, quòd, vt aliàs docui, placandorum deorum ritus ſolemnéſque cerimoniæ, & Sepulchrorum iura ad hanc ſcientiam pertinerent.

Diuini Iuris, esse dicuntur res Sacræ & Religiosæ, l.1.D.de diuisio. rer. Quomodo & *Diuinas Res*, Vlpian. interpretatur in l.1.D.de interdict. Quæ definitio à Gotthis interpolata est, apud Caium lib. 2. Instit. Tit. 1. *Diuini iuris causa competere Interdicta*, quæ de his rebus, competunt, veluti, Ne quid in loco sacro fiat, &, De mortuo inferendo, l.2.§.1.D.de interdict. tutor.

Diuinum Numen, l.8.D.de condic.instit.

Diuina vis, l.24.§.Seruius, D.de dam.inf. quæ aliâs, *Vis Maior* & θεῦ βία vocatur.

Dividere *Actionem*, l.11.D.de duob.reis, l.1.C.de fideiussor. tut. *Actiones*, l.51.§.duo rei, D. de fideiussor.

Diuidere *Bona inter filios Pater*, l.20.§.si Pater, D.famil.erciscund.

Diuidere *Fundum regionibus*, l.31.D.de vsu & vsufr.l.13.§.idem Celsus, D.de action.empt.

Diuidere *Hereditatem Testator in vncias*, Paul.lib.3.Sentent. Tit. 5. Diuidere *Hereditatem Fratres inter se*, l.122.§.vlt.D.de verb.oblig. *Fratres communem Herditatem consensu inter se diuidentes*, l.vlt.D.famil.erciscund. *Diuidere Res, Libertos & Alimenta quæ dare Testator certis libertis iusserat*, l.41.D.famil.erciscund.

Diuidere *inter se Administrationem*, l.26.D.de neg.gest. *Si velint* Diuidi *inter se tutelã & Tutores*, l.3.§.& vlt.4.D.de administ.& peric.

Diuidunt *Societatem socij*, l 16.D.Comm.diuid.

Diuidi *Actio*, l.10.§.1.& l.51.D.de fideiussorib.l.1.§. nunc tractemus, D. de tutel. & rat. l. vlt.D.rem pupil.sal.l.7.D.de fideiussorib.& nominat. *Obligatio*, l.26.& l.27.§.vlt.D.de fideiussorib.l.25.§.contra, D.famil.erciscund.

Diuidi Aqua, l.5.D.de aqua cottid.l.17.D.de seru.præd.rustic. *Condicio*, l.6.§.vlt.D.de statulib. *Hereditas*, l.2.D.famil.erciscund. *Pensio inter heredes*, l.58.D.de vsufruct. *Periculum*, l. 20.§. vlt.D.de iure fisc.

Diuidi Aquarum iter Mensura, aut Temporibus, l.19.§.vlt.D.comm.diuid.

Diuidi *æqua lance, Ager, Hereditas*, l.23.§.vlt.C.de legat. *Diuisus Fundus regionibus*, l. 6. §. 1. D. quemad.seruit.amitt.

Diuisa *Condictio*, l.2.C.de locat. *Diuisa summa & iuncta* opponuntur, l.8.§.vlt.D.de leg.1.

Diuisum Patrimonium, l.25.D.famil.erciscund. *Diuisum administrationis periculum per prouincias*, l. vlt.C.si ex plurib.tut.

Diuisis *actionibus*, l.11.C.de duob.reis. *Diuisis partibus locare fundum*, l.87.D.de legat.2.

Pro Diuiso *possidere*, l.8.D.de rei vind. *Pro* Diuiso *possideri nequit res mobilis*, l.8.D.de re vindic. *Pro* Diuiso *& pro Indiuiso*, opponuntur, l.43.D.de adq.possession. *Pro* Diuiso *& pro indiuiso communia*, aduersantur, l.5.§.vlt.D.de reb. cor.

Diuisa *Prouincia*, l.3.D.de offic.adsess. *Diuisis Regionibus*, l.29.D.de adquir.rer.dom.

De *Periculo* Diuidendo, l.vlt.C.de constit.pecul.

Diuidi *sine interitu quædã res non possunt*, l.35.§.vlt.D.de rei vindic.l.1.§.sed si res, D.depos it. *Diuidi non potest Seruitus*, l.1.§.quãuis.D.si quid in fraud.patr.

Ea quæ in partes Diuidi *non possunt singula singulis heredibus debentur*, l. 92. D. de diuers. reg.

Stipulationes non diuiduntur earum rerum quæ Diuisionem non recipiunt. Veluti Viæ, Itineris, Actus, Aquæductus, ceterarúmque seruitutium, l.72.D.de verb.obligat.

Quædam legata Diuisionem *non recipiunt: vt ecce, legatum Viæ, Itineris, Actúsve: ad nullum enim ea res pro parte potest pertinere*, l.80.§.quædam, D.ad L.Falcid.

Si quis Viam, Iter, Actum, Stipulatus erit, talis Stipulatio per legem 12. *Tabul. non diuiditur: quia nec potest*, l.25.§.in ea, D.famil.erciscund.

Diuisionem *non recipit Seruitus*, l.13.§.1.D. de acceptilation. l.4.§.si fundum, D. si seruit.vindic. Diuisionem *non admittunt Statua & Seruitus*, l.11.§.si in opus, D.de legat.3. l. 72. D. de verbor. obligationib. *Operis effectus in partes* Diuidi *non potest*, l.85.§.secundo, D.de verb.oblig.

Quædam natura Diuisionem *non admittunt, veluti cùm Viam, Iter, Actum, stipulamur*, l. 2. D. de verb.oblig.

Si Diuisionem *res promissa non recipiat, heredes promissoris singuli insolidum tenentur*, l.2.§.Si Diuisionem, D.de verb.oblig.

Diuisionem *non recipit partus Ancillæ*, l.31.§.idem ait, D.de ædilic. edict. Diuisionem *non recipit Noxæ deditio Serui*, l.27.§.Item si, D.ad L.Aquil.

Diuisionem non recipit restitutio Seruitutis, l.4.§.si fundus, D.si seruit.vindic.

Planè

Planè *Diuiſionem* recipit legatum Vſufructus,l.80.D.ad L.Falcid.*Si de eo cautum ſit quòd Diuiſionem recipiat,veluti Amplius non agi*, l.4.§.1.D.de verb.oblig.*Ea quæ in Nominibus ſunt non recipiunt Diuiſionem,cùm ipſo iure 12.tab. Diuiſa ſint*,l.6. C.famil.erciſc.

Diuiſio Anni, l.7.D.ſol matrim.*Annonæ*,l.1.D.de muner.& honor.*Aquæ*,l.25.D.de ſeruit. præd.ruſt.*Adminiſtrationis inter Tutores*,l.2.C.de diuid.tut.*Bonorum & Æris alieni*,l.40.§.poſt Diuiſionem,D.de pact.*Bonorum Paternorum*,l.8.C.de collationib.*Bonorum pœnè omnium*,l.30. §. qui filias, D.de adim.legat.*Hereditatis*,l.28.D. de auctor. & conſenſ. *Liberorum inter Parentes*,l.1.C.diuort.facto.

Diuiſio Prædiorum vicem Emptionis obtinet,l.1.C.commun.vtr.iud.

Diuiſio rerum communium,l.1.D.comm.diuid.l.8.C.comm.vtr. iud. *Diuiſio ſupremi iudicij*, l.20.§.ſi pater,D.famil.erciſc.

Diuiſio Æqua,l.8.C.de bon.proſcript.*Rectè facta*,l.9.C.de fide inſtrument.*Tam difficilis,vt pœnè impoſſibilis eſſe videatur*,l.55.D.fam.erciſ.*Diuiſiones per fraudem,vel dolum,vel perperam ſine iudicio factæ*,l.3.C.comm.vtriuſq.iudic.

Diuiſionis Pactum,l.7.C.comm.vtr.iud.*Placitum*, l.45.D.de pact. *Iudicium*,l.77.D. de legat.2.

Diuiſionem facere,l.2.C.comm.diuid.*Bonorum inter Filios*,l.77.§. euictis, D.de legat.2.*Inter heredes*.l.15.D.de his quæ vt indign.*Per Diuiſionem obtingere Nomina*,l. cùm pater, §.hereditatem, D.de leg.2.*Ad Diuiſionem Res peruenit*,l.26.D.de ſeruit.præd.vrb.

Diuiſiones pro erogationibus & diſtributionibus,quæ ſingulis Ciuibus vel Decurionibus fiunt,l.23.D.de ann.lega.l.122.D.de legat.1.

Diuiduitas,pro Diuiſione,l.80.§.vlt.D.ad L.Falcid.

DIVINARE. *Si non Diuinauit*, l.29. §. ſi cùm debitor.D.mandat.*Cùm Diuinare non potuerit*, l.31. D. L. Aquil. *Vnde Diuinat is quicum Tutore contrahit*,l.4. §.illa etiam,D.de except. doli.

Diuinationem illicitam polliceri,l.15.§. ſi quid aſtrologus, D. de iniuriis. Ceterùm cùm de conſtituendo Accuſatore quærebatur, iudiciúmque ſuper ea re reddebatur,cuinam potiſſimũ ex duobus,pluribúſve,accuſatio,ſubſcriptióve in Reum permitteretur, ea res atque iudicum cognitio, *Diuinatio* olim appellabatur, quemadmodum Quintilian.lib.3. cap. 10. & lib.7.cap.4. Agellius lib.2.cap.4.& Aſconus in Ciceronis Diuinationem tradunt: Cuiuſmodi appellationis varias iidem auctores cauſas adferunt.Vnde & illam Ciceronis rationẽ quę vulgo *Diuinatio* inſcribitur,idem Agellius citat hoc titulo, *M. Tullius Oratione de accuſatore conſtituendo.*

DIV Vlpian.interpretatur *non minus Decennio* in l.16. §. Ariſto. D. qui & à quibus man.

Diu in libertate morari,l.3.§.ſi ſeruus,D.de adquirend.poſſeſſ.l.1.C.de longi tẽpor.præſcrip. *Diu poſſidere hereditatem*,l.6.§.1.D.de adquir.vel omit.hered.id eſt, *Per longum tempus*, vtl. 10. D. de petit.hered.*Diu tractum negotium*,l.vlt. D. de re iud.*Diu non apparentibus conductoribus*, id eſt biennij ſpatio,aut eo plus,l.56.D.locat.*Diu & ferè ſemper incerta eſſent Dominia*,l.1.D.de vſurpat.*Diu iacere bona*,l.1.§.largius, D.de ſucceſſor.ed.

Diu in poſſeſſione fuiſſe,l.2.C.de adquir.poſſ.

Diu ſubhaſtatæ res,l.3.C.de execut.rei iud.

Diu vſus eſt ſeruitute,l.5.§.ſi quis,D.de itinere actúque,l.1.§.ſanè,D. de aqua & aqu. pluu. *Diu paſſus*,l.1.C. de patr. pot.*Diu Vagatus*,l.1.§.emanſor,D.de re milit.*Si Diu in ſolutione Reus ceſſabit*,l.38.D.mandat.*Si Diu non apparuerit Arbiter*,l.32.§.ſi Arbiter,D.de recept. qui arbit. *Quod Diu Æquum viſum eſt*, l. 2. D.de conſtit.prin.

Diutius poſſidendo,l.20.D.de vſurpat.*Ea quæ Diutiſſimè fuit cum marito*,l.5.C. de vxorib. eor. qui Reipub.

DIVTINA *Poſſeſſio*,l.9.D.de diuerſis temp.l.4.C.de præſcript.long. temp. *Diutina poſſeſſione capere*,l.18.D.de vſurpationib.l.43.D.de adquir.poſſ.*Diutinam poſſeſſionem implere*, l. 7. & l.13.D.pro emptore. *Diutino tempore in reatu eſſe*,l.25.D.de pœnis.

DIVTVRNO *Vſu ius Aquæ ducendæ nactus*,l.10.D.ſi.ſeruit.vindic.

Diuturna Conſuetudo,l.33.D.de legib.*In Diuturna cuſtodia manere*,l.5.C.de cuſtod. reor.*Diuturna Incubatio*,l.vlt.C.ne rei Dominicæ vel templor.

Diuturnum Silentium,l.1.C.de commun.rer.alienat.l.1.C.ſi aduerſ.credit.

DIVTVRNITAS *Poſſeſſionis*,l.7.C.de præſcript.long.temp.*Temporis*,l.57.D.de ritu nup.*Longi Temporis*,l.2.C.quib.non obiicit.l.10.C.de non.numer.pecun.

DIVVLGARI *Iudicia secreta*, l.1.§.si quis Tabulas, D.depositi.

DIVRNVS *Fur*, in Lege Dei, Tit.7.& apud Cicero.pro Milone, D. Augustl.lib.2.Quæstionũ super Exod.& Sulpit.Seuer.lib.1.Sac.histor.id est, *Interdiu Deprehensus*, vt loquitur Gaius, in l.4.D.ad L.Aquil.& l.54.§.furem, D.de furt.

Diurni Effractores, l. vlt. D.de effractorib.qui interdiu effracturæ crimen admittunt.

Diurnus vsus, l.10.in fi.D.de seruit.præd.vrban. *Diurna Aqua*, l.17.D.de aqua & aqu. pluu. *Merces*, l.23.D.de fideicomm.libertatib.& apud Horatium Sat.7.lib.2.Sermon.

Diurnæ Horæ, l.2.D.de aq.cottid.l.25.D.ad L.Iul.de adult. *Operæ*, l.2.D.de ann. legat.& apud Paulum lib.2.Sentent.Tit.18.

Diurnum Officium, l.1.& l.3.D.de oper.libert. *Diurnum quiddam præstare*, l.10.C. de operis libertor.

DOCERE *Pictorem aut Librarium*, l.28.D.de rei vindic.

Docere, id est ostendere, seu apud iudicem probare, l.14.§.in hac, D.quod met. cau. l.5. D.de inoff.testam.l.23.§.vlt.D.ad L.Aquil.l.9.§.si minor, D.de iureiuran.l.2. §.sequitur, D. de dol.except. *Docere de Crimine*, l.2.C.si ex falsinstr.l.10.D.si seruit.vind.l.7.D.de aqua. *Docere de Periurio*, l.18.D. de iureiuran. *Docere Dolum admissum*, l.18.§.1.D. de probationib. *Docere se circumuentum*, l.7.§.non solum, D.de minorib.

Doce, id est proba, l.9.C.de rei vindic. *Doce apud Iudicem*, l.1.C.rer.amot. *Si Docuerit*, id est probauerit, l.1.§.permittitur, D.de aq.cottid.

Doceri Prætor, l.1.C.si aduersus creditorem. *Doceri Rationibus*, l.5.C.famil.erciscu.

Dociliora sunt Mancipia rudia, l. 37. D. de ædil. edic. *Doctores*, l. 2. C. de professorib. lib.10.

Doctrina Artificum, l.31.D.de solution. *Puerorum*, l.39.D.de verbor.signif.l. 28. §. 1. D. de donat.int. vir. *Doctrinæ alicuius studiosus*, l.19.D.ad exhibend. *Doctrinæ fiducia*, l.2.§.Labeo, D. de orig.iur. *In doctrinam impendere*, l.28.§.1.D.de donat.int.vir.

DOCVMENTA *Idonea*, l.29 C.de donationib. *Verissima*, l.2.C.vbi de ratiociniis. *Ex ipsis rerũ inuenimus documentis*, l.31.C.de testament. *In ipsis rerum claruit Documentis*, l. 3. C. de iure domin.impet.

DODRANS Assis pars, l.29.D.de vsufruct l.1.D.ad L.Falcid.l.13.§.vlt. D. de heredib. instituend.§.hereditas Institutionib.eod.Tit. *Dodrans Bonorum*, l.35.D.de hered.instit. *Ex Dodrante fecit heredem*, l.9.D.de iure fisc. *Ex Dodrante restituere*, l.17.§. ex quadrante, D.de Doli except.

DOLARE *Tigna*, l.235.§.vlt.D.de verb.signif.

DOLABRA in instrumento Lanionis numeratur, l.18.D.de instruct.vel instru. *Prefectus vigilum cum hamis & Dolabris coerrare debet*, l.3.§.Sciendum, D.de offic.prefect.vigil.

DOLIA, maiora & capaciora vasa, Vinaria, Frumentariáve dicebantur, in cellis & horreis, plerumque defodi solita, l.76.D.de contrah.empt.l.93.§.penult.D.de legat.3.l.3. §.1. D.de trit. vino.l 206.D.de verb.signif.l.76.D.de contrah.empt.l. penult. in fi. D. de act. empt. Plin.lib.4.cap.21. *Imbecilla Vina demissus in terram Doliis seruanda.* In Doliis vtique Vina condebantur, & inde postea in Amphoras, Cados, & Metretas, diffundebantur, l.15.D.de vino, trit.& l.38.D.de iudic.l.8.§.si quis ita, D.legat.2.l.27.§. liberto, D.de instr.vel inst. *In Dolia* ait Proculus, *Vina ea mente conijcimus, vt ex his postea, vel in Amphoras & Cados diffundamus, vel sine ipsis Doliis veneat*, l.15.D.trit.vino & ol.

Ex illo Dolio Amphoras vini, l.38.D.de iudiciis.

Dolia quæ in fundo sunt, l.26.D.de action. empt.

Dolia quæ in Cella defixa sunt, l. 93. l. 95. §. collegio. D.de leg.3. *Defossa*, l.8. D.de instruct. vel instru. *In horreis Defossa*, l.76.D.de contrah.empt. *In fossa in fundo*, l.54.§. vlt. D. de act. empt. *Humi demersa*, Columella lib.12.cap.6. *Dolia, Quassa, Integra*, l27.D.de action.empt.

Dolia autem tamdiu Vinaria vasa eos censeri & Iulianus tradit, *quamdiu vinum haberent: cùm sine vino esse desinerent, in eo numero non esse, quoniam ad alium transferri possent: veluti si Frumentum in his addatur*, l.206.D.de verb.signific.

Dolia Fictilia, item Plumbea, quibus terra adgesta est, & in his Viridaria posita, eáque gratia ædibus ita interdum illigabantur, vt ibi perpetuo essent posita, l.26.D.de instruct.vel instrum. Sanè apud Plin.lib.14.cap.1.vbi vulgo *Foliis inclusæ* legitur, in vno ex manuscriptis meis, *Dolius inclusæ*, in altero verò, *Doliis Fictilibus inclusæ*, scriptum est.

Dolearium, l.35.§.penult.D.de cont.empt.

Dolia-

Doliare Vinum, l.1.§.vlt.D.de peric.& commod.quod *In Doliis eſt*, vt loquitur Cato de re ruſtic.cap.148.ad differentiam *Amphorarij*.

DOLON, in l.53.§.1.D.ad L.Aquil.& apud Sueton.in Claud.cap.13. flagellum ſignificat interprete Seruio in 7.lib.Æneid.intra cuius virgam pugio latebat, à falliendo Græcè dictum eſt, id eſt, ἀπὸ τοῦ δόλου, quod ligni ſpeciem præferat, interius gladium habens. Plutarc. in Tiber. ξιφίδιον λησρικὸν, ὃ Δόλωνα καλοῦσι. Heſychius, Δόλονες, ait, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα. Artemidor.lib.2.de Somniis cap.14. Ὄρμαι δὲ καὶ ἄγκιστρα καὶ καθετῆρες καὶ οἱ λεγόμενοι Δόλωνες δόλους ἢ ἑνέδρας σημαίνουσι. In libro quodam manuſcripto qui Famina Heſperica inſcribitur, *Huic quidam robuſtus ferali* DOLONE *tyrannus hirta craſſi latera terebrauit apri*. Et aliàs, *Truces reciproco libramine penetrant* Dolones. Gloſſæ Palænis, *Dolones, tela abſcondita*. Iſidor.lib.18.Etymolog.cap.1. *Dolones ſunt vaginæ ligneæ inter quas latet Pugio, ſub Baculi ſpecie*.

DOLOR *Atrocis Iniuriæ*, l.1.C.de Ingrat.liber.

Dolor Maritalis, l.15.D.ad L.Iul.de adulter. *Inconſultus*, l.4.D.eod.tit. *Iuſtus*, l.38.§.Imperator, D.eod. tit.l.3.§.ſi maritus, D.de Sc.Silan. *Verus*, l.30.C.ad L.Iul.de adult.

Doloris impatiens, l.2.C.qui teſtam.fac. *Impatientia*, l.38.§.vlt.D.de pœnis.l.3.§.Qui autem, D.de bonis eor.qui ante *Sent*.l.34.D.de teſtam.mil.

Fidem Doloris adferre, l.7.C.de calumniatorib. *Ad Dolorem noſtrum porrigitur*, l.2.D. de libe. cau. *Doloris Sanitatem Polliceri*, l. 1.§.medicos, D.de extraord.cognit.

Dolore concitatus Equus, l.1.§.ſi equus, D.ſi quadrupes pauper.

DOLVS alius *Bonus*, alius *Malus*. Dolum Bonum veteres pro ſolertia dicebant, maximè ſi aduerſus hoſtem latronémve quis machinaretur, l.1.§. non fuit, D. de dolo. D. Auguſtin. Epiſt.29. *Quanquam & apud illos, Rom.linguæ diſertiſſimus dixerit, Neque illi tamen* Dolus *ad cauendum, aut aſtutia deerant: Aſtutiam ponens in bono*. Eodem modo & Baſilius in Prouerbia, quandam & eſſe καλὸν καὶ ἐπαινετὸν παῤῥησίαν tradit.

Doli autem Mali vocabulum à 12.Tab.manaſſe docet Donat. in Eunuchum Act.3.Sc.3. his verbis, *Quod autem addidit, Dolo malo: aut ἀρχαϊσμὸς eſt, quia ſic* 12. *Tabulis à veteribus ſcriptum eſt: aut ὑπόθετον* Doli *eſt perpetuum: aut Diaſtole eſt, quia eſt & Bonus, quo à medentibus falli ægros, non tantum decipi, Lucretius poëta teſtatur*.

Ceterùm Dolum malum C.Aquilius Gallus (vti Cic.3.Officior. & Topic. ſcribit) definiebat, *cùm aliud agitur, aliud ſimulatur*. B.Auguſtin.Sermo.22.de Iacob.& Eſau. *Dolus ergo quid eſt? quando aliud agitur, aliud ſimulatur. Quando itaque aliud eſt in intentione, aliud in factis*, DOLUS *dicitur*. Quam Doli definitionem Seruio Sulpitio, Sext.Pedio & Iulio Paulo placuiſſe inuenio, vt apparet ex l.1.§.Dolum, D.de dolo.& Paul.lib.1.Sent.Tit.8. & l.7.§.ſed ſi fraudandi, D. de pactis, in qua Vlpianus, *Dolus Malus*, ait, *ſit calliditate & fallacia: &, vt ait Pedius, Dolo Malo pactum fit, quotiens circunſcribendi alterius cauſa, aliud agitur & aliud agi ſimulatur. Ineſt autem* DOLO *& fraus*. Verùm Aquiliana illa Doli definitio in Labeonis reprehenſionem incurrit, quem Philoſophiæ ſtudio, & ingenio ſuo fretum traditionibus veterum non adquieuiſſe Pompon.ſcribit. Ille ergo *Dolum Malum* definiebat eſſe *omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendũ altetum adhibitam*. Baſilius Magnus ἐν ἀσκητικοῖς Δόλον definit eſſε Τὸ πρὸς ὑπόβολὴν πρόϊεργον, ὅταν ἀγαθόν τι σχηματισάμενος ᾖ τοῦτο ὥσπερ δέλεαρ τινὶ προτεθείς, δι' αὐτοῦ τὰ τῆς ὑποβολῆς κατεργάσηται. Vnde *Dolus Malus*, & *Fallacia*, & *Fraus*, & *Calliditas* coniungi ſolent, l.47.l.51.D.pro ſoc.l.1.D.de diuerſ.reg.l.1.D.de his qui not. infa. Et *Dolus callidum conſilium* dicitur, in l.7.§.Prætot ait.D.de publicia. & *Machinatio*, l. 36. D. de verbor.oblig.l.15.D.de dolo.l.vlt.D. de ſi vent.nom.

Dolus, Bonæ fidei contrarius eſt, l.5.C.de reſcind.vendit. *Fides Bona contraria eſt Fraudi & Dolo*, l.3.§.ſocietas, D.pro ſocio. *Dolum ſemper abeſſe oportet à iudicio Bonæ fidei*, l.6.§. vlt. D. de actionib.empt. *Si conuenerit ne* Dolus *præſtetur, hoc Bonæ fidei iudicio contrarium eſt*, l. 23. D. de diuerſ.reg.

Dolum ex Indiciis, aut vt alij legunt, *ex Inſidiis perſpicuis probari conuenit*, l. 6. C. de reſcind. vendit. *Dolus Emptoris qualitate facti, non quantitate pretij æſtimatus*, l.10.C.eod.tit.

In Edicto de Seruo Corrupto, *Dolo malo adiecto, Calliditatem notat Prætor eius qui perſuadet: Ceterùm ſi quis ſine* Dolo malo *deteriorem fecerit, vt ſi Luſus gratia fecerit, non tenetur*, l.3. D. de ſeruo. corrupt. Hac Edicti de Peculio, parte, qua Prætor hoc peculio imputat, quod Dolo malo Domini factum eſt, quominus in Peculio eſſet, *Dolum malum accipere debemus, ſi ei ademit Peculium, vel ſi eum intricare Peculium in necem creditorum paſſus eſt. Sed & ſi quis cùm ſuſpicaretur aliũ ſecum acturum, aliò Peculium auertat,* Dolo *non curet*, l.21.D. de Peculio. *Doli Mali*, in Edicto

de Albo corrupto, fit mētio: *quia si per Imperitiam, vel Rusticitatem, vel Casu, aliquis fecerit, non tenetur*, l. 5. D. de iurisdictio. In Edicto de eo per quem factum erit, quo Prætor Dolum eius coercet qui impedit aliquem iudicio sisti, *Feciſſe Dolo Malo non tantum is putatur, qui ſuis manibus, vel per ſuos, retinuerit: verum q ui alios quoque rogauit vt eum detinerent vel abducerēt, ne iudicio ſiſtat: ſiue ſcientes ſiue ignorantes quid eſſet quod commiſceretur.* Dolum *quoque malum ſic accipimus ſi quis venienti ad iudicium aliquid pronuntiauerit triſte propter quod is neceſſe habuerit ad iudicium non venire*, l. 1. §. 1. & §. Dolum, D. de eo per quem fact.

Magna Negligentia Dolus eſt, l. 226. D. de verb. ſignif.

Dolus *eſt, ſi quis nolit perſequi quod perſequi poteſt, aut ſi quis non Exegerit quod exigere, ſoluere*, l. 44. D. mandati. *Dolo facere videtur, qui id quod poteſt reſtituere non reſtituit*, l. 8. §. vlt. D. eod. tit. *Qui cùm haberet reſtituendi facultatem, nō vult reſtituere*, l. 36. D. de peculio. *Qui ex aliena tactura lucrum quærit*, l. 17. §. Proculus, D. de inſtitor act.

Dolo fecit qui ſe Patremfamilias ſimulauit, l. 6. D. de Senat. Maced. Dolo *malo facit qui Depoſitum repoſcenti non reddit*, l. 5. §. eſt autem, & §. vlt. & l. 13. D. depoſit. *Dolo facit qui contra Tranſactionem petit*, l. 23. §. ſi quis poſt, D. de condict. indeb. *Si quis ſine cauſa ab aliquo fuerit ſtipulatus, deinde ex ea ſtipulatione experiatur, licet eo tempore quo ſtipulabatur nihil* Dolo *malo admiſerit, tamen dicendum eſt eum cùm litem conteſtatur* Dolo *facere, qui perſeueret ex ea ſtipulatione petere*, l. 2. §. Circa, D. de doli exceptio.

Dolo *facit qui petit quod redditurus eſt*, l. 8. D. eod. tit. *Dolo fecit, qui paſſus eſt ædificare, & non reddat impenſas*, l. 5. §. ſi donaui, D. de doli except. *Si nullus* Dolus *interceſsit ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe* Dolum *habet, cùm quis petit ex ea ſtipulatione, hoc ipſe* Dolo *facit, quòd petit*, l. 36. D. de verbo. oblig.

Dolo *Malo non Edit, & qui malitiosè edidit: & qui in totum non edidit*, l. 8. D. de edend. *Dolo facit qui ſciens vendidit*, l. 13. §. ſi Titius, D. de act. empt. *Auctor Doli eſt, qui id egit, ne tribuerit*, l. 9. §. ſi ſeruo, D. de trib. uto.

Dolo *Malo Iudex in fraudem Legis ſententiam dicere videtur, ſi euidens arguatur eius vel Gratia: vel Inimicitia: vel etiam Sordes*, l. 15. §. vlt. D. de iudiciis.

Non poteſt Dolo *carere qui imperio Magiſtratus non paruit*, l. 199. D. de diuerſ. reg. Dolo *carere nō videtur, ſi iam mota quis controuerſia hereditatis, legata ſine Cautionibus det*, l. 41. D. ad L. Falcid. *Non caret* Dolo *Pater, qui honore proprio omiſſo, propter compendium, alienam inſtitutionem maluit*, l. 26. D. ſi quis omiſſa cau. teſt.

Nihil Dolo *Creditor facit qui ſuū recipit*, l. 129. D. de diuerſ. reg. *Non videtur* Dolo *exſequi, qui ignorat cauſam cur non debeat petere*, l. 177. §. non videtur, D. eod. tit. *Qui iuſſu Iudicis aliquid facit, non videtur* Dolo *malo facere, qui parere neceſſe habet*, l. 167. §. vlt. D. eod. tit. *Nullus videtur* Dolo *facere qui ſuo iure vtitur*, l. 55. D. eod. tit. *Nec videbitur* Dolo *feciſſe, cùm fraudem excluſerit*, l. 77. §. Titio. D. de leg. 2. Qui in poteſtate habet, Interdicto de libero hom. exhib. non tenetur, quia Dolo *malo non videtur habere, qui iure ſuo vtitur*, l. 3. §. is tamen, D. de lib. hom. exhib. *Nullus videtur* Dolo *facere qui ſuo iure vtitur*, l. 55. D. de diuerſ. reg. *An non facit* Dolo *qui iure perpetuo vtitur*, l. 42. D. de action. emp. *Si quis eum quem ab Hoſtibus redemit retineat*, Dolo *malo non facit*, l. 3. §. ſi quis eum. D. de lib. hom. *Qui iuſtam cauſam habet hominis liberi apud ſe retinendi non videtur*, Dolo *Malo facere*, l. 3. §. proinde. *Si quis volentem retinuit, non videtur* Dolo *malo retinere. Sed quid ſi volentem retinuit, non tamen ſine calliditate, circumuentum, vel ſeductum, vel ſollicitatum: neque bona vel probabili ratione hoc faciat, rectè dicitur* Dolo *malo retinere*, d. l. 3. §. ſi quis volentem. *Is qui neſcit apud ſe eſſe Hominem liberum* Dolo *caret: ſed vbi certioratus retinet*, Dolo *malo non caret*, d. l. 3. §. is qui. *Quotiens quis iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis, ſine calliditate tamen, putauit ſe liberum, & in libertate moratus eſt, dicendum eſt hunc in ea cauſa eſſe, vt ſine* Dolo *malo in libertate fuerit*, l. 12. §. poteſt. D. de liber. cau. Dolo *non fecit heres qui rem apud Teſtatorem depoſitam, vel commodatam, diſtraxit, ignarus depoſitam vel commodatam*, l. 1. §. quod autem, D. depoſit. *Si quis inficiatus ſit non aduerſus Dominum, ſed quod eum qui rem depoſitam petebat, Verùm Procuratorem non putaret, aut eius qui depoſuiſſet Heredem, nihil* Dolo *malo fecit. Poſtea autem ſi cognouit, cum eo agi poterit, quoniam nunc incipit* Dolo *malo Facere, ſi reddere eam non vult.* l. 13. D. depoſiti. *Si ignorans in* Merce *ſeruum habere minus tribuit, non videtur* Dolo *minus tribuiſſe: Sed re comperta ſi non tribuat*, Dolo *nunc non caret*, l. 7. §. ſi cuius, D. de tributor.

Abſurdè dicitur Dolo *videri eum facere, qui non ipſi quem conuenit, ſed alij reſtituturus, petit*, l. 44. §. vlt. D. ſolut. matr.

Dolo *facere*, l. 8. §. ſi ſeruitute, D. precari, Dolo *aliquid facere*, l. 6. D. de tutel. & ration. Dolo *facere mulier*, l. 2. D. ſi ventr. nom. *Tutor*, l. 7. D. de adminiſtrat. & peric. *Tutor in Tutela gerenda*

renda,l.49.D.de obligat.& act.

Dola facere Quo minus habeant in poteſtate,l.12.& l.26.§.1.D. de noxalib. *Quominus poſſideret* l.16.D.ad exhibend.l.25.§.perinde, D.de heredit.petit.l.4.§.vlt.D.ſi quis omiſſa.l.63.D.de legat. 2.l.25.D.de rei vindic. *Quo minus poſſit Facere*, l.63.§.tempus, D. pro ſocio. *Quo minus poſſit Reſtituere*,l.68.D.de rei vindic.*Quo minus quis in iudicio vocatus,ſiſtat*, l. vlt. D. de eo per quem factum.*Quo minus res in cauſa hereditaria maneant*,l.vlt. D. vt in poſſeſſ. legatorum. *Quo minus ſint in poteſtate*,l.16.D.de interrog.*Quo minus ſoluendo eſſet*,l.18.§.vlt.D.ſolut. matr.

Dolo malo feciſſe Quo minus Perueniat,quis intelligatur,vide l.2.§.non tantũ,D.de hered.vel act.*Parẽ eſſe conditionem oportet eius qui quid poſſideat,vel habeat,atque eius cuius Dolo malo factum ſit Quo minus poſſideret vel haberet*,l.2.§.D.ne quid in loco pub.vnde ſumpta eſt l.150. D. de diuerſ.reg.*Semper qui Dolo fecit quominus haberet,pro eo habendus eſt,ac ſi haberet*,in l.157. §.1. D. eod.tit.

Dolo facere ne in poteſtate habeat,l.16.D. de noxalib. *Si Venditor Dolo fecit vt rem pluris venderet*,l.Iulianus,§.ſi venditor,D.de actionib.empt.*Dolo fecerunt,vt minus caueatur*,l.7.D.de magiſtrat.conuen.

Dolo facere paſſim dicitur,ſed & *Dolum facere*,l.7.§.Proculus,D.de inſtitor.l.18.D.ſolut.matrim.*Dolum malum facere in ſubiectione*, l.19.§.cùm me abſente, D.de neg.geſt.

Dolo malo eius factum eſt,quominus peruenerit,l.27.D.de dolo.*Dolo cuius effectum eſt, vt lis periret*,l.18.§.dolo,D.eod.tit.*Is cuius Dolo malo factum eſt,vt vir,&c.*l.14.D.ad L.Iul.de adult.

Dolo Deſinere poſſidere,l.27.§.ſi homo & l.52.D.de rei vindic.l.26.§.item ſi, D. de noxal. l. 36.§.ſi prędo.D.de hered.petit.*Qui Dolo Deſiit poſſidere, pro Poſſeſſore damnatur: quia Dolus pro Poſſeſſione eſt*,l.131. D.de diuerſ.regul.*Dolo feciſti vt Deſineres poſſidere*,l.68.§. illud, D. pro ſocio,l.1. D.de diſtract.pign.*Dolo deſinere eſſe Tabulæ apud Pupillum*,l.4.D.de tabul. exhib.

Dolo malo corrumpere Album, l.7.D.de iuriſdict. *Curare vt ab alio corrumperetur*, l. 9. D. de iuriſdict.*Falſum ſcribere,ſignare,recitare*,l.2.D.de falſ.*Non exhibere*, l. 8.D.de eden.*Plus Demonſtrare*,l.18.§.vlt.D.de contrahend.emp.*Prætermittere quid in iudicando*,l.40.§. vlt. D. de iudiciis.*Violare ſepulchrum*,l.3.§.1.D.de Sepul.viol.

Qui Dolo dicit factũ aliquid,licet in Exceptione, docere Dolum admiſſum debet,l.18.§.1. D. de probationib.

Dolo inductus,l.48.D.de fideiuſſorib.*Verſatus*,l.15.D.de interrogationib.*Dolo mariti res interiiſſe*,l.18.D.§.vlt.de ſolut.matr.

De Dolo Agere,l.27.§.illud, D.de pactis,*Promittere*,l.32.D.de noxalib.*Repromittere*,l.15.D. de pignerat.act.*Per Dolum aliquid allegare*,l.75.D.de iudiciis.*Obligatus*,l.36.D.de verb. oblig. *Siquis per Dolum pluris æſtimatum fundum in ſolutum dederit*,l. 46. D. de ſolut. *Sine Dolo malo ad iudicium prouocare*,l.63.D.de diuerſ.reg.*Sine vllo Dolo malo meo*, l. vlt.§.vlt.D.de eo per quem fact.*Sine Dolo malo deſinere poſſidere*,l.17.D.de except.rei iud.*Si ſine Dolo malo perierit Res*,l.1.§. ſi rem,D.depoſit.*Si ſine Dolo malo ſtipulantis factum eſt*,l.31.D.de recept.qui arbit.

Dolus Auctoris,l.5.§.de auctoris,D.de doli excep.*Venditoris*,l.7.§.Prętor ait,D.de public.

Doli Auctor,l.9.§.vlt.D.de tribut. *Capax*,l.1.§.hoc edicto,D.ne vis fiat ei. *Participes*, l.1.§. Planè,D.de tutel.& rat.

Dolus malus in Impuberem non cadit,l.22.D.ad L.Corn.de falſ.*Doli Capax non eſt Impubes, & Pupillus*,l.3.D.de iniuriis,l.1.§.hoc edicto,D.ne vis fiat ei qui in poſſ. *Doli non Capaces, vt admodum Impubes*,l.3.§.1.D.de re ſepulc.viol. *Iam Doli capax Impubes,vel Pupillus*,l.23.D. de furt. l.1.§.an in pupillum,D.depoſi.Nimirum ſi *proximus ſit pubertati*,l.13.§.vlt.D.de dolo.l.111.D. de diuerſ.regul:§.& placuit,Inſti.de oblig.quæ ex delic.naſc.*Dolus Abeſſe*,l.43. §. vlt. D.de contrah.emp.& aliâs ſæpè *Intercedere*,l.3.§.Si quis eum,D.de liber.hom. l. 30. Et ita accipe quòd eſt Si *eius Ætatis ſit,vt Doli capax ſit*.C.detranſact. *Obijci*, l.30.§.in Dolo,D.de pecul. *Puniri*,l.21.§.1.D.de Sc. Sillan. *Purgari*, l. 13.§. ſi Titius,D.de action. empt.

Doli Clauſula appellatur pars illa ſtipulationis, qua Dolum abeſſe comprehendimus,l.22. l.53.l.119.l.121.l.135.§.vlt.D.de verb.obligat.l.4.§.in ſtipulatione,D. de doli except.l. 22. in fi.D.de re iud.l.22.§.ſi in ſtipulationẽ,D.rat.rem.hab.l.1.in princ.& l.3.D.ſi cui plus quàm per l.Falcid. l. 19. D. iudic. ſol. l. 45. D.de hered. pet. l. 31. D.de recept.qui arbitr. Quæ & *Clauſula de Dolo malo*,appellatur in l.13.§.eum qui fundum,D.de acceptilatio.l.21.§.habet D.de nou.oper.nunc.l.19. D.rat.rem hab.l.6.D.iud.ſolu.Et *Doli ſtipulatio*, l.121.in fin.D.de verbo.obligat. de qua vide quæ dixi lib.6.Formula.in l.3.D.de Tributor. Cæterùm in l.30. D.de pecul.

Doli clauſula appellatur adiectio illa quæ actioni de peculio additur, ET SI QVID DOLO MALO DOMINI ACTOR FRAVDATVSVE EST, l.26. in fin. D. eod. tit.

Doli Stipulatio, l.121. §. vlt. D. de verb. oblig. *Doli Iudicium*, pro actione de dolo, l. 25. D. de Dolo. *Doli præſtatio*, l.152. §. in contractibus, D. de diuerſ. regul.

Contractus quidam Dolum malum duntaxat recipiunt, vt Depoſitum, & Precarium, l.23. D. de diuerſ. regul. *Dolus duntaxat in Actione Depoſiti venit*, l. 1. §. quod autem, D. depoſiti. *Dolum ſolũ præſtat is qui Precario rogauit*, l. 8. §. quoque, D. de precario. *Dolum malum duntaxat in exigendo legato præſtare*, l.108. §. cùm quid, D. de legat. 1. *Si mora per Mulierẽ fuit quo minùs Dotem reciperet, Dolum malum duntaxat in ea re, non etiam Culpam, Maritus præſtare debet*, l. 9. D. ſolut. matrim. *Interdum in Negotium geſtorum Actione dolum ſolummodo verſari*, l.3. §. Interdum, D. de negot. geſt.

Doli mali Exceptio, præter, ea quæ traduntur, Tit. de doli mali met. except. locum habet in ſpecie, l.11. §. vlt. D. de bon. poſſ. ſec. Tab. l.22. D. de adim. leg. l.4. & l.23. D. ſol. matr. l.32. §. cũ quidam, D. de recep. qui arbit. l.154. D. de diuerſ. reg. l.29. D. de iur. dot. *Non ſolet exceptio Doli nocere his quibus voluntas teſtatoris non refragatur*, l.19. §. vlt. D. de diuerſ. reg.

DE DOLO *Replicandum*, l.4. §. Marcellus, & l.5. §. ſi donaui, D. de doli except.

Dolo proxima Culpa, l.8. illud, D. de preca. l.8. D. de edend. *Proximum factum*, l. 7. D. depoſit. *Dolo malo aut fraudandi cauſa Coita ſocietas*, l.3. §. ſocietas, D. pro ſocio.

Res in ſe Dolum habet, l.36. D. de verb. oblig.

DOLOSIS *Artibus*, l.6. C. ſolut. matr.

DOLOSE *Facere*, l.3. D. ſi menſor. falſ. mod. l.9. §. ſi quis rem, D. ad exhib. l. 2. §. generaliter, D. de Doli excep. *Verſatus*, l.3. §. vnde Celſus, D. de minor. l.25. §. de eo, D. de hered. petit.

DOMARE *Equitium*, l.12. §. Equitij, D. de vſu & habit. *Domiti Boues*, l.8. D. de inſtr. vel inſtr. *Domitum Pecus*, l. vlt. D. de abigeis.

DOMICILIVM *in eo loco ſingulos habere nõ ambigitur, vbi quis Larem, rerúmque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit: vnde rurſus nõ ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet: vnde cùm profectus eſt, peregrinari videtur*, l.7. C. de incolis lib.10. Et ita *Domicilii accipe*, l.19. §. 1. & l.50. ad fi. D. de iudic. l.1. D. de tut. dat. l.39. in fi. D. de condicio. & dem. *Domicilium* autem vbi quis habere intelligatur, tractat. Vlpia. l.27. cũ ſuis §§. D. ad municipal. Planè ſola Domus poſſeſſio, quæ in aliena ciuitate comparatur, *Domicilium* non facit, l.17. §. ſola, D. ad municip. Sed nec *Domicilium*, quis ibi *habere* intelligitur, vbi Studiorum cauſa habitat, niſi decẽ annis tranſact. eo loco, ſibi ſedes conſtituerit, l.5. §. domum, D. de iniur. l.2. C. de incol. lib.10. Miles ibi *Domicilium* habere videtur, vbi meret, ſi nihil in patria poſſideat, l.23. in fi. D. ad municip. Senatores, etiamſi vbicunque morãdi poteſtatem impetrauerint, *Domicilium* tamen in Vrbe retinent, l.22. §. Senatores, D. ad municipal. 8. C. de incol. lib.10. *Mulier in Domicilium viri per condicionem Matrimonij redit*, l.65. D. de iudiciis. Enimuero, *quæ deſponſa eſt, ante contractas Nuptias, ſuum non mutat Domicilium*, l.32. D. ad municip. Liberti, eorúmque filij, Patroni manumiſſor. *Domicilii* ſequuntur, l.6. in fi. & l.22. D. ad municip. Vidua amiſſi mariti *Domicilii*, quoad aliis ſe nuptiis non iunxerit, ſequitur, d.l.22. §.1. Relegatus in eo loco, in quem relegatus eſt, interim neceſſarium *Domicilium* habet d.l.22. §. relegatus. Habere tamen & eo loci, vnde arcetur, poteſt, l. 27. in fin. eod. tit. Si quis inſtructus ſit duobus locis æqualiter, & vtrubique ſit deſtinato animo, vtrubique *Domicilium* habere intelligitur, l.6. §. penult. l.27. §. Celſus D. eod. tit. Filiusfa. non vtique *Domicilium* ibi habet, vbi pater: Originem enim eius, non item *Domicilii* ſequitur: ſed vbicunque DOMICILIUM collocarit, l.4. l.6. §.1. D. eod tit. *Domicilium* autem nõ in propria tantùm Domo, ſed in aliena quoque, & conducta habere poſſumus, l.5. §. Domũ D. de iniur. *Domicilium Matrimonij*, l.5. D. de ritu nupt.

Domicilium ſuum in aliquã regionẽ conferre, l.238. §. incola, D. de verb. ſignif. *Ferre*, l.22. §. municipes, D. ad municipal.

Domicilium habere, l.2. D. de reb. auct. iud. l.28. §. vlt. D. de fideic. libert. l.19. §.1. & l.50. §. vlt. D. de iudiciis. l.8. §. cauſæ, D. de tranſact. l.1. C. vbi de heredit. *In illa ciuitate*, l.71. §. Titio centum, 2. D. de condic. & dem. *In Italia, vel alia Prouincia*, l.15. §. vlt. D. de manum. vind. *In Municipio*, l.3. §. vlt. D. de condic. & dem. *In Prouincia*, l.28. §. ſi cùm, D. ex quib. cau. maior, l.29. §. vlt. D. de iudiciis. l.1. D. de tutor. dat. *Romæ*, l.5. §. vlt. D. vt legat. ſeu fideic. l.30. §. cum oriundus, D. de excuſationib.

Domicilium Sequi, l.19. §. proinde, D. de iudiciis. *Transferre*, l.8. §. cauſæ, D. de tranſact. l. 1. C. de incolis lib.10. *Transfertur*, autem *Re & facto Domicilium, non nuda conteſtatione*, l.20. D. ad municipal.

Domicilij iure consistere, l.19.§.proinde, D.de iudiciis.

DOMINATIO *Aspera*, l.2.§.& cùm placuisset, D.de orig.iur. *Dominatio*, pro Dominica potestate, l.64.D.de condic.indeb. At in l.78.in fi.D.de adq.vel omit. *Dominatio*, Dominiũ significat. *Dominationes* scribere oportet in vlt.C.de cẽsitorib.& peræquat.lib.11.vbi *Donationes* vulgò legitur. Quòd vitium scripti Codices cum impresso Theodosiano consentientes arguunt. Porrò in ea l. Tribonia. quattuor menses, ad duos ab Honorio & Theodosio tributos, addidit.

DOMINIVM *Rerum ex naturali Possessione cœpisse Nerua filius aiebat*, l.1.§.dominium, D.de adquir.possess. *Dominia distincta iure Gentium*, l.1.D.de Iustit.& iur. *Traditionibus & Vsucapionibus. Dominia Rerum, non nudis Pactis, transferuntur*, l.20.C.de pactis. *Legatum ita* DOMINIUM *rei Legatarij facit, vt Hereditas, Heredis, res singulas*, l.80.D.de legat.2. *Si Procurator meus, vel Tutor Pupilli, rem suam quasi meam, vel Pupilli, alij tradiderint, non recessit ab is* DOMINIUM, l. 35. D. de adquiren.rerum dom. *Si rem Cæsaris Procurator eius, quasi rem propriam tradat, non puto eum* DOMINIUM *transferre*, l.1.§.1.D.de offic.Procur.Cæsar. *Curator furiosi, rem quidem furiosi quasi suam tradere vult & Dominium transferre. Rem verò Furiosi si quasi suam tradat, dicendum vt nõ transferat* DOMINIUM, l.10.§.vlt.D. de curat.fur. *In omnibus Rebus quæ* DOMINIUM *transferunt, concurrat oportet affectus ex vtraque parte contrahentium*, l.55.D.de obligat.& act. *Dominium non potest nisi ex vna causa contingere*, l.3.§.ex pluribus, D.de adquir.possess. *Dominium nihilominus eius manet qui* DOMINUS *esse non vult.* l.17.§.vlt.D.de adquir.possess.

Dominium duplex olim fuit, auctore Theoph in Tit.quibus ex causis manumitt.lic. Naturale, quod *in Bonis* appellabatur: Ciuile & Legitimũ, quod *ex iure Quiritiũ* dicebatur. *In Bonis habebat*, quemadmodum Vlp.in Tit.2.Regular.exponit: *cui res, tradita erat, neque tamen Mancipata, vel in iure Cessa, vel tempore ad vsucapionem necessario possessa erat. Ex iure* verò *Quiritium* Dominus quis fiebat, Mancipatione, in iure Cessione, Vsucapione. Quas verborum differentias Iustinia.sustulit l.vn.C.de nudo iure Quirit.l.vn.C.de vsucapio.transf.

Dominium non *Proprietatis* tãtùm, l.17.D.quib.mod. vsusf.amit.l.12.D.ad L. Aquil.l.16.§. 1.D.de vsu & habi. l.7.§.si seruum.l.19.§.1.D.de dolo.sed & *Vsusfructus, & Seruitutis* dicitur, l.3.D.si vsusfr.pet l.15.§.hoc interdicto, D.quod vi aut clam. Item *Possessionis* DOMINIÜ dicetur, l.1.si sub alt.nom.rei empt.in Cod.Greg.l.2.de bon.matern.in C.Th.

Dominij nostri non sunt Sepulchra, l.1.D.si seruit.vind. *Dominij nostri esse res*, l.181.D.de verb.signif. *Dominij ius* impetrare Creditor dicitur, cùm à Principe impetrat, vt pignus sibi addictũ ea quantitate, quæ sibi debetur, pro domino possidere sibi liceat, Tit.de iur.dom.impet.C.l. 5.§.si fundus, D.de reb.eor.l.63.§.vlt.D.de adq.rer.dom.l.24.D.de pigner.act.l. vlt.C.si in causa iudi.pign. *Dominij iure detinere bona*, l.4.C.qui bon.ced. *Habere*, l.188.D. de verb. signifi. *Possidere*, l.13.de pign.l.vlt. C. Si in causa iud.l.59.D.ad Senat.Treb.l.15.§.quæst.D.de dam. inf. *Dominij tui fecero*, l.13. D. de seru. export. *Dominium capere possidendo*, l.15.§.non solum, D. de dam.inf. *In Dominio debitoris manere*, l.12.D.de distract.pign. *In Dominio remanserit seruus*, l.2. 12.D.de condicio.cod.tit.

DOMINVS *Equi*, l.vlt.D.ad L.Aquil. *Membrorum suorum*, l.13.D. cod.tit. *Mulæ*, l. vlt. D. si quadrup. *Pueri*, l.52.§.In cliuo, D.ad L.Aquil. *Quadrupedis*, l.7.§.si seruum, D. de dolo. *Seruuli*, l.52.§.vlt.D.ad.L.Aquil.

Dominus Ædium, l.1.§.qui in factum, D.de his qui effud. *Horreorum*.l.55.D.loca. *Mercis*, l.11. §.proscribere, D.de institor. *Nauis*, l.vlt.D.de exercito. *Nauium*, l.11.§.Dominus, D.de publican. *Parietis*, l.45.§.vlt.D.ad L.Aquil. *Pignoris*, l.42.§.is qui, D.de procurat. *Prædij vtriusque*, l.12.D.fi. regund.

Proprietatis, l.9.D.vsufr.quemad.cau.l.17.§.vlt.& l.19.§.1.D.de noxalib.l. 72. D. de vsuf. l.10.D.de vsufr.adcresc.l.12.D.ad L.Aquil.l.20.D.de dam.inf.l.39.D.de stipul.seruor. l. 9. 13.§. sed si ædium & l. 15.Proprietatis, D.de vsufr.l.33.D.de rei vindic. *Proprietatis vicini Fũdi*, l.4.§.finiũ, D.fin. regund.

Dominus proprietatis, Vsufructuario opponitur, l.37.D.de pecul.

Domini Ædificiorum, l.59.D.de rei vind. *Ædium*, l.5.§.hæc autem, D.de his qui effud. *Merciũ*, l.2.D.de leg.& Rod. *Nauium*, l.17.§.Domini, D.de excusationib.

Plures earundem ædium Domini, l.26.D.de damn.infect.

HEREDITAS quamdiu heres non adit, *Dominæ locum obtinet*, l.13.§.quæsitum. D. quod vi aut clam. *Heriditas in multis partibus iuris, pro* DOMINO *habetur*, l.61.D.de adquir.rer. dom. *Dominus Hereditas habebitur*, l.13.§.si seruus.D.ad L.Aquil. *Donum loco habetur Hereditas*, l.15. D. de interrogat. in iur. fac. Legatarius adgnito legato, retro *Dominus* fuisse intelligitur, l.13.§.

vlt.D.ad L.Aquil.l.64.D.de furt.Dotalis fundi *Dominum* apud maritum esse ait L. quamuis D de iure dotium.Verus tamen est in Bonis eius esse Dotem, Vxorem verò dominam esse,l.penult. C.de iure dot.l.21.§. idem respondit, D.ad municip. vt & Boët. in Topic. scribit.

Domini loco habetur Tutor,l.56.§.qui Tutelam,D.de furtis.*Tutor in re pupilli tunc Domini loco habetur,cùm Tutelam administrat, non cùm Pupillum spoliat*,l.7.§.si Tutor,D. pro empto. *Tutores & Curatores, vice* Dominorum *sunt*,l.157. D.de diuers.reg.*Tutor qui Tutelam gerit,quantùm ad prouidentiam pupillarem* Domini loco *haberi debet*,l.27.D.de administratio.& peric. *Possessor* Hereditatis,*qui Petitori satisfecit,interim* Domini loco *habetur*,l.15.§.vlt.D.de quæstionib. Domini *appellatione fructuarius quoque continetur* in quæstione,l.8.D.de reb.auct.iud.*Bonæ fidei Emptor, quod ad fructus attinet, loco* Domini *pœnè est*, l.48.D.de adquir.rer. dom. *Sui Heredes viuo Patre quodammodo* Domini *existimantur*,l.11.D.de liber. & postum.*Societas vitæ quodammodo Vxorem* Dominum *facit*,l. 1.D.de act.amotarum.*Paterfamilias in* Domo Dominum *habet*, l.195.§.familiæ,D. de verb.signif.

Dominus interdum dicitur relatione facta ad Procuratorem quem constituit, l. 1.l. 8. §. vlt.l.11.l.15.& aliàs passim,D.de procurator.l.10.C.eod.tit.l.66.§.vlt.D.de euiction. l. 9. §. iusiurandum,D.de iureiurando qui alias *Dominus litis* dicitur,l.30.& l.31.D.de procuratorib. l.14. D.si quis cautionib.l.1.C.de Sentent.& interlocut.l.1.C.de errore aduocat.Planè *Procurator, lite contestata, Dominus litis efficitur*,l.4.§.vlt.D.de appellat. *Procuratores post contestatã litem Domini efficiuntur*,l.22.C.de procuratorib.*Post causam in iudicio agitatam, Dominus litis, Procurator efficitur*,l.23.C.eod.tit.*Litis enim contestatione,res Procuratoris fit: eámque suo quodãmodo nomine exsequitur*,l.11.D.de doli except.

Defensor quoque cùm *satisfecit*,Domini *loco accipiendus est*,l.76.D.de procurator.

Domina *facta*,l.9.§.vlt.D.qui potior.in pign.*Omnia vt* Dominum *egisse*, l.2. C. de adquir. possess.

Pro Domino agere omnia,l.5.D.vt in poss.legat.l.48.D.de solut.*Vendere*, l. 16. §. vlt. D. de pact.*Pro* Domino *facere & administrare*,l.22.D.de adquir.vel omitt.

Dominicvs *Creditor*,l.3.§.1.D.de in rem verso. *Debitor*,l.11.D.de pecul.

Dominica causa,l.19.D.de fideiussor. *Domus*,l.3.§.sed si mutua,D.de in rem ver.

Dominica *Fide*,l.18.§.cùm de villic.D.de instr.vel instrum.Dominica *Merx*,l.11.§.si institoria, D.de instit.l.38.D.de administ.& peric.*Pars*,§.vlt.instit.per quas personas,l.67.D.de adqu. vel omitt.*Pecunia*,l.29.D.de pact.*Potestas*,l.17.§ idem rectè,D.de aliment. *Ratio*, l. 3. §.idē Labeo.D.de in rem verso,l.23.§.1.D.de pecul.leg.*Res*,l.10.C.quod cum eo.

Dominicum Æs alienum,l.4.§.si iure,D.de pecul.*Horreum*,l.3.§.nec non,D. de in rem verso.

Dominici *vsus*,l.17.§.vlt.D.de vsufr.Dominici *vsus causa*,l.3.D.de pecul.leg. Dominicis *vsibus*, l.13.§.vlt.D.de vsufruct.*Pro* Dominica *portione*,l.37.D.de stipul.seruor.

Pro Dominicis partibus,l.40.§.toties,D.de dam.infect.l.1.D.de vsufr.adcresc.l.13.§. si duo, D.de instit. §.communem Instit.per quas personas nobis oblig.*Pro*,id est,parte quam quisque in rei vel serui Dominico obtinet.l.13.§.si duo,D.de institor.*Dominicæ rationes*,l.1.§.vlt. D.de seru.corrup.l.5. §. vlt. D. de pecul.*Res*,l.11 §.1. D.de minorib.*Dominicæ Res*,appellantur res Cæsarum,l.10.C.quod cum eo,Tit. ne rei Dominicę,vel templor.C.Et sic *Dominici Coloni* in l.7.C.vbi causæ fisc. appellantur coloni Cæsaris. Imperatores enim *Domini* appellabantur,l.3.D.de his quæ in test.del.l.penult. D.de leg.Rod.Idque sibi nomen primus vindicasse Caligula, diademate capiti imposito,dicitur,vt est à Sex.Aurel.traditum.Augustus certè nomen hoc vt insolens semper reiecit,teste Tertul.cap.34. Apolog. aliter atque Domitianus cui hoc tit.Martial.sæpè blãditur.Vxor appellat Dominum L. Lucius Titius. §.qui marito,D.de leg.2.& vir vxorem Dominam vide Tit.de legib.

Dominica Possessio,Th.& Val.Nou.vn.de resc.vend.

Dominicus *totius Septimanæ primus dies*,l.5.de spectacul.in C.Th.

Domitivs *Labeo* Iuuentium Celsum per literas consulit in l.27.D.qui test.fac.poss.

Domitii Vlpia meminit æqualis eius Iulius Paul.in l.43.D.de act.emp.Suam ipsemet originē ita prodit,*Vt est in Syria Phœnice,splendidissima Tyriorũ colonia,vnde mihi origo est*.,l.1.D.de cēsib.De huius studiosis inuestigationib.hęc Athe.lib.1.narrat.Οὐλπιανὸς ὁ τύριος, ὅς ἀφ' ὧν σωεχεῖς ζητήσεις ἃς ἀνὰ πᾶσαν ὥραν ποιεῖται ἐν ταῖς ἀγελαίαις, φειπάποις, βιβλιοπωλείοις, βαλανείοις, ἔσχεν ὄνομα τῷ κυρίῳ ἀφασιμώτερον, Κιττῷ Κειτός. Spartianus in Pescenn. Nigro. *Papilum & Vlpianum in consilio Papiniano* fuisse,& *vtrũque Præfectum factum* refert.Lamprid.in Heliogabalo,*Remouit & Vlpianum Iurisconsulum, vt bonum virum.* Idem Lampridius in Alex. Seuero.

Negotia

Negotia & cauſas prius à Scriniorum principibus & doctiſſimis Iuriſperitis & ſibi fidelibus, quorum primus tũc Vlpianus fuit, tractari ordinarique atque ita ad ſe referri præcepit. & mox. Et alio loco. *Paulum & Vlpianũ magno honore habuit: quos Præfectos ab Heliogabalo alij dicunt factos: alij, ab ipſo. Nam & Conſiliarius Alexandri, & Magiſter Scrinij Vlpianus fuiſſe perhibetur: qui tamen ambo Aſſeſſores Papiniani fuiſſe dicuntur.* Rurſúſque alibi. *Poſt Epiſtolas omnes amicos ſimul admiſit: cùm omnibus pariter eſt locutus: neque vnquam, ſolum quemquam, niſi Præfectum ſuum vidit, & quidem Vlpianum ex Aſſeſſore ſemper ſuo, cauſa iuſtitiæ ſingularis. Cùm autem alterum adhibuit, & Vlpianum rogari iuſſit.* Idem ibidem. *Vlpianũ pro Tutore habuit, primum repugnãte matre, deinde gratias agẽte: quem ſæpe à militum ira, obiectu purpuræ ſummæ, defendit: atque ideò ſummus Imperator fuit, quod eius conſilius præcipuè Rempub. rexit.* & in extremo. *Iam illud inſigne quod ſolum intra palatium præter Præfectũ & Vlpianum quidem, neminem vidit.* Eutropius lib. 8. de Alexandro Seuero, *Aſſeſſorem habuit, vel Scrinij Magiſtrum, Vlpianum, iuris conditorem.* Extant ipſius Imperatoris Alexandri de Vlpiano in l. 4. C. de contrah. ſtipulat. verba hæc. *Secũdum reſponſum* Domitij *Vlpiani Præfecti Annonæ, Iuriſconſulti, Amici mei.* Idem in l. 4. C. de locat. *Domitium Vlpianum, Præfectum Prætorio, & Parentem ſuum* appellat. Diocletianus etiam in l. 11. C. de quæſtionib. *Vir*, ait, *prudentiſſimus Domitius Vlpianus in publicarum* Diſputationum *libris.* Eodémque elogio ornatur à Iuſtiniano in l. 1. §. in antiquis, C. de emendat. Codic. Eundem *Virum diſertiſsimum* vocat, idem Iuſtinianus in l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit.

Atque hic vt φιλομαθὴς, ita & πολυμαθὴς fuit: omniúmque Iuriſconſultorum (Paulum ſemper excipio) πολυγραφώτατος, quemadmodum ex Indice Pandectis Florentinis præfixo palam fit. Scripſerat enim *ad Edictum* libros 83. quos Iuſtinianus in l. 4. C. de liber. præterit. citat his verbis, *ex libris Vlpiani quos ad Edictum Prætoris fecit, ad Sabinum*, libros 41. quos laudat Iuſtinianus in l. vlt C. de heredib. inſtit. in hunc modum. *In libris Vlpiani quos ad Maſſurium Sabinum ſcripſit.* Citantur & ab eodem in l. vlt. C. de indicta viduit. tollend. ſub nomine *Librorum Sabinianorum*: quorum etiam ſecundam editionẽ, ſeu repetitam prælectionem memorat, idẽ Iuſtin. l. §. in antiquis, C. de emẽd. codic. Lamprid. in Heliogabalo, *Sabinum Conſularem virum, ad quem libros Vlpianus ſcripſit.* Quanquam Sabinus ille ad quem Notas Vlpianus ſcripſerat, non Heliogabali, ſed Tiberij potius temporibus vixit. Sed in Lampridio ἀνιστορησίαν eiuſmodi non ſemel deprehendere licet. Item, *ad Leges*, ſeu *ad legem Iuliam & Papiam*, libros 20. Diſputationum, libros 10. *Pro Tribunalium*, ſeu De *omnibus Tribunalibus*, libros totidem De *Officio Proconſulis*, æquè libros 10. quos Herẽnius Modeſtinus citat in l. 6. §. Philoſophi, D. de excuſationib. Vetus Gloſſar. in voce *Atrienſis. Pandectarum*, lib. 10. *Regularum*, libros 7. *Fideicommiſſorum*, libros 6. qui citantur in l. 1. C. de communi ſeruo manum. *Opinionum*, libros 6. *Digeſtorum*, libros 48. De *Adulteriis*, ſeu *ad L. Iul. de adulter.* libros 5. De Appellationibus, libros 4. De *Officio Conſulis*, libros 3. *Inſtitutionum*, libros 2. De *Cenſibus*, libros 6. *Reſponſorum*, libros 2. *Ad Edictum Ædilium curulium*, libros 2. *Ad legem Ælia Sentiam*, libros 4. De *officio Quæſtoris*, libros 2.

Scripſerat & μονόβιβλα, ſeu libros ſingulares, De *Sponſalibus. De officio Præfecti Vrbi. De officio Præfecti Vigilum. De officio curatoris Reipub.* De *officio Prætoris Tutelaris*: quem Modeſtinus citat in l. 6. §. Vlpianus, D. de excuſationib. De *officio Quæſtoris. De officio Conſularium. Pandectarũ. Regularum, Excuſatienum*, ſeu *de Excuſationibus*: quem ita Modeſtinus citat in l. 15. §. Vlpianus, D. de excuſation. Item *Notas ad Ariſtonem, ad Marcellum, ad Papinianum*, quæ citantur in l. 3. C. de Sentent. paſſ. quas reiiciunt atque explodunt Theod. & Valent. in l. 1. de Reſponſ. prudent. in C. Th. Sicut & prius conſtitutum fuiſſe teſtantur. Tribonianus tamen quædam ex his inſeruiat in l. 31. §. litem, D. de negot. geſt. & l. 3. D. de Adminſtr. rerum ad ciuitat. Citatur Vlpianus ab Æmilio Macro in l. 6. D. de vacat. & excuſat. Sanè Herennium Modeſtinum ſtudioſum ſuum Vlpianus vocat in l. 52. §. Si quis Aſinam, D. de furt. inquiens, *quòd & Herennio Modeſtino ſtudioſo meo, de Dalmatia conſulenti reſcripſi.*

Domvm *eam vnicuique noſtrum debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes & tabulas haberet, ſuarũmque rerum cõſtitutionem feciſſet*, ait l. 205. D. de verb. ſignif. In lege Cornelia de Iniuriis quę competit ei qui iniuriarum agere volet ob eam rem quòd Domum *ſuam vi introitam* eſſe dicat: Domum *accipere debemus non proprietatem Domus: ſed* Domicilium. *Quare ſiue in propria* Domu *quis habitauerit, ſiue in Conducto, vel gratis, ſiue Hoſpitio receptus, hæc Lex locum habebit*, l. 5. in princip. & §. Domum, D. de iniuriis.

In lege Iulia de Adulteriis qua coercetur qui Domum *ſuam vt Stuprum. Adulteriúmve, fieret, ſciens præbuerit: appellatione Domus, Habitationẽ quoque ſignificari palàm eſt*, l. 8. D. ad L. Iul. de adulter. Eadem lege *Ius occidendi, Patri conceditur Domi ſuæ, licet ibi filia non habitet: vel in Domo Generi, ſed Domus & pro* Domicilio *accipienda eſt, vt in lege Cornelia de Iniuriis*, l. 22. §. ius occiden

di,D.de eod.tit.*Furtum factum Domi,eo tempore quo Alea ludebatur,licet lusor non fuerit qui quid eorum fecerit, impunè fit.Domum autem pro* Habitatione *&* Domicilio *nos accipere debere certum est*,l. 1.§.item notãdum,D.de aleatorib.In Senatusconsulto quoque de Liberis agnoscẽdis,quo Domum *denunciari* permittitur, *Domum* accipimus hospitium,si in ciuitate maneat: Quòd si non sit,sed in Villa vel Municipio,illic vbi larem matrimonio collocarẽt,l.1.§.1. & §. Domum,D.de agnosc.alend.Eodem modo & in Edicto de Damno infecto,*Domum denunciari* sic accipere debemus,vt & si in aliena Domo habitet, ei denuncietur,l.4.§. Prætor ait, D. de damn.infect.

Domo Legata,quid contineatur,petendum est ex l.91.§.pen.& §.vlt.D.de legat.3.

Domus bene Ædificata,l.44.D.de contrah. empt.*In plures partes Diuisa*,l.15.§.ex hoc edicto, D.de damn.inf.*Domus vna in duas pariete medio ædificato diuiditur*,l.6.§.1.D.comm. præd. *Domi pecuniam habere*,l.37.D.de vsuris, l.157.§.illud, D.de verbor. obligat. *Non habere*, l. 38. D. mandat.

Tam Domi *quàm* Malitiæ,l.35.§.mortis,D.de mort.cau. donat.*Domi parata*,l. 3. D. de penu. leg.*Domo expellere*,l.11.D.de act.rer.amot.*De Domo extrahi*, l.103,D.de diuers.reg.*Domus tutissimum cuique Refugium Receptaculũ est*,l.18.l.D.de in ius voc.

Domus Æternabilis, l.5.de loc.fund.iur.emp.in C.Th.*Augusta*,l.2.de cond.& hom.dom. aug.l.1.de priuil.dom.aug.*Augustissima*,l.1.de cond.& hom.dom.aug.*Diuina*, l. 64. de decur.l.2.de Frum.vrb.const.l.9.& l.16.de indulg.deb.l.64.de appellat. l. 114.de decurionib. Nou.Th.& Val. de resc.vend. & Nou.vn.de trib.fisc.*Dominica*, Nou. Valent. & Martia.de Indulgen.reliq.*Nostra*, l. 11. de iure fisc.*Regia*, Nou. Th.& Val.vn.neque dom. diuin.*Sacra*,l.9.de indulg.deb.in C.Th.

Domus Diuinæ,l.6.de itin.mun.*Vrbanæ*,l.36.de hæretic.in C.Th.

Domus Diuinæ ac venerabilis Augustæ Pulcheriæ,seu nobilissimarum Sororum,l.21.de lustr.conl. in C.Th.

Domus ad sacrum patrimonium pertinentes, l.2. dom.ad rem. pr. pert. *ad rem priuatam pertinẽtes*, l. 1. eod.tit.*Domus sacri patrimonij,vel Emphyteutici iuris*, *vel priuatorum*, l. 2. de indulg. deb.in C.Th.

Domus clarissimæ memoriæ Eusebij,l.1.de anno.& trib.in C.Th.*Domus Iudiciariæ*, l. 8. de op. pub.in C.Th.

Domus defectæ,l.3.de indulg.debit.in C.Th.*Defunctorum*,l. 4.de sepul.viol.in eod.C.

Domi,pro Domus,l.28.D.locat.*Domu*,pro Domo,l.36.D.de euictionib.l.5.§.Domũ,D.de iniuriis.*Domus*,pro Domos,l.6.D.de Seruit. legat.

Domuncula, l.3.§.1.D.de Sepulcr.viol.

Domus etiam pro adgnatione,& familia vsurpatur,l.195.§.communi,D.de verbor. signif. l.17. D.de testib.l.penult.§.vlt.D.de cont.tab.

Domesticvm *Funus & familiare*, pro eodem dicuntur in l.4.§.præterea, D. si quis cautio. l.2.in fi.D.de in ius voc.*Domesticæ Personæ* Pater & Filius,l.6.D.quod cuiusque vniuersit.Item seruus,colonus,adscripticius,familiaris,libertus,l.vlt.§.vlt.C.de his qui ad Eccles.confug.Atque ita *Domestica furta*,quæ serui dominis,vel liberti patronis,vel mercenarij iis apud quos degunt, faciunt,l.11.§.1.D.de pœn.Et *Domestica interrogatio seruorum atque libertorum*,in l.6.C.de quæstion.Sic & *Domesticum Testimonium* in l.2.C.de testib.*Domesticum* vtique *Testimonium* in Testamentis,non ex cognatione,sed ex vnione coniunctionéque,quæ per patriã potestatem contingit.æstimandum est,§.pater.Institut.de testament.& ibi Theoph.

Domestica cautio,pro priuata,seu chirographo,l.3.D.de iure fisc.l.113.D.de legat.1.

Domestica Affectio, l.1.C.de neg.gest.

Domestici testes, Vlp.Tit.16.Regular.

Domesticæ Vexationes,l.5.§.Negotiatores, D. de iure immunit.

Domestica Instrumenta,l.5.C.de probationib.

Domestici tam Equites quàm Pedites in Notitia Imperij ponuntur,& in l.6.C.de aduocat.diuers.iud.l.vlt.C.de domestic.& protectorib.Cassidor. lib.1.Variar.*Domesticæ partis equitum & peditum qui nostræ aulæ videntur iugiter excubare &c.* Suidas, Δομεστικοὶ, οἱ τῶν ῥωμαίων ἱππεῖς, οἱ χ᾽ ῥωμαίους οἰκιάκοὶ τρεπῶλαι. *Domestici ac Protectores*, l. 1. & l. 2. C.de domestic.ac protectorib.l.27.de erogat.milit.anno.in C.Th.l.16.de num. act. sord. & ex. in C. Th. Domesticus Protector apud Marcellin.lib.18.Socrates lib. 1. Histor. Eccles.

cap.

cap.13.τῶν Δορυφόρων τὸς, ὃς Οἰκεῖός καλεῖ ὁ βασιλεὺς. & lib.3.cap.21. ὁ ἐν τοῖς Οἰκείοις, τὸ βασιλέως τραπέμβυος. quorum verborum sensum non adsecutus Interpres malè ita vertit. *qui inter necessarios principis militabat.* Imperitè quoque Cassiodorus lib.1.hist. Tripartit. cap. 47. *Inter familiares Imperatoris,* vertit. Idem Socrates lib.4.cap.1. Οὐάλης δὲ ἐν τοῖς Οἰκείοις τὸ βασιλέως ἐτράπετο.

Domesticorum *Schola* in l.3.C.vbi senator.l. vn. de præpositi labor. in C.Th. Cui proprium Comitem præpositum docuimus. S. lib.3. Ammia. Marcellin. lib.26. *Sociatúsque Valenti Domesticorum præfuit Scholæ.* Idem lib. 21. *Mamertino largitiones curandas,* & Dagalaiphum *præfecit* Domesticis. Trebellius Pollio in Numeriano. *Diocletianum omnes vno consensu, cui multa insignia facta dicebantur Imperij, Augustum appellauerunt,* Domesticos *tunc regentem.* Domesticorum *consortium,* l.38.D.de decurionib.in C.Th. *Domesticos* etiã *scholarum* legimus apud Necephor.lib. 7.Histo.Ecclesia.cap.18.& Zonaram Tom.3.Annal. non semel. Eáque est *Domesticatus Militia* apud Gregor.Turon.lib.2.cap. 8. qua voce vtuntur quoque Theodos. & Valentin. Nou.vn.de scholar. comitib.

Erat & in aula Constantinopolitana quidam qui Δομέστικος μέγας vocabatur, vt ex Notitia Græca liquet. Guilel. Tyrensis Pontif.l.2. Belli Sacri cap.5.de Alexio loquens. *Hic à Domino Nicephoro, qui tunc in sceptris agens principabatur, plurimum honoratus,* & Megadomestici *dignitate (quem nos maiorem Seneschallum appellare consueuimus) fungeretur officio.* Luitprand.lib.3. de reb.per Europ.gest.cap.7. *Focam verò,* ait, Domesticum *maiorem, hoc est, terrestris* Ducem *exercitus fecit.*

Alio sensu Domestici accipiendi sunt Rubr.de Adsessorib.domestic.& Cancellar. tam in C.Th.quàm Iustinian.Vet.Glossar. Domestici *sunt ex quibus pro magna parte consilium pendet:* & *hi dicuntur, Adsessores.*

Donari *intelligitur quod nullo iure cogente conceditur,* l.83.D.de diuers.reg. *Non* Donat *qui necessariis oneribus succurrit,* l.21.D.de donat.inter vir.

Donari non potest nisi, quod eius fit cui donatur, l.9.§.vlt.D.de donationib.

Cui ius Donandi *eidem* & Vendendi & Concedendi *ius est,* l.165.D.de diuers.reg.

Cui autem Donare *non Conceditur, nec si* Donationis *causa consenserit, rata eius voluntas habenda erit,* l.165.D.eod.tit.

Donare *Causam Aduersariis,* l.212.D.de verb.signif.

Donare *iniurias,* l.17.§.ait Prætor.D.de iniuriis. Donandi *gratia tradere,* l.36.D.de adquir.rer. dom. Donari *Libertas,* l.4.C.de manum. *Pro Donato,* possessionis Titulus Vet.Glossar. *Pro Donato,* ἀπὸ δωρεᾶς.

Donatio *dicta est à Dono, quasi Dono datum: rapta à Græco, Nam hi dicunt.* Δῶρον καὶ Δωρεῖσθαι. l.35.§.1.D.de mort.caus.donat. Vitruuius lib.2.cap.3. Δῶρον *autem Græci appellãt Palmum: quod Munerum datio Græcè* Δῶρον *appellatur. Id autem semper geritur per manus Palmum.* Plinius lib.35. cap.14. *Græci enim antiqui* Δῶρον, *Palmum vocabant. Et ideò* Δῶρα *Munera, quia manu dare tur.* Donationis porrò *verbum, simpliciter loquendo omnem* Donationem *comprehendit, siue Mortis causa, siue non Mortis causa fuerit,* l.67.§.vlt.D.de verbor.signific. Donatio tamen propriè appellatur, *cũ quis dat aliquid, ea mente vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti:* & *propter nullam aliam causam, quàm vt liberalitatem* & *munificentiam exerceat,* l.1. D. de donationib. Eáque *Vera* & *absoluta* Donatio *dicitur quæ ita proficiscitur, vt nullo casu reuocetur,* l.35.§.1. D. de mort. cau. donat.

Mortis causa Donatio *est, cùm quis habere se vult, quàm eum cui donat: magísque eum cui donat, quàm heredem suum,* l.1.l.35.§.1.D.de mort.cau.donat. Cuius tres species recensentur in l.2.& l.3.cũ sequ.D.eod.tit.

Est & Donatio *propter Nuptias,* & Donatio *ante nuptias,* Tit.de donat. ante nupt. vel propt. nupt.l.29.C.de inoffic. test.

Donatio *vel inter viuos, vel Mortis causa,* l.25.D.de inoffic.testam. Vet. Glossar. Donatio *inter viuos,* ἡ, ἐν τῇ ζωῇ δωρεὰ, ἢ χωρὶς δηλαδὴ ὑποψίας θανάτου. Donatio *Maritalis pudicitiæ præmio cessit,* l. 1.de bon.præscript.in C.Th. Donationis *Titulo conferre,* l.11.C.de donationib.

Donator, l.49.D.de re iudicata, l.18.§.vlt.& l.19.§.si quis,& l.33.§.1.D.de donat.l.19. l. 23.& l.24.D.de mort.cau.donat.

Donatrix, l.4.C.de contrah.emp.l.5.C.de his quæ à non domino, l. 20. C. de donationib.l.2.C.vi bonorum raptor.l.5.de sponsalib.in C.Theod.

DONVM *Munus*, l. 6. D. ad L. Iul. Peculat. *Donum, Munus, Operas*, frequenter Iurisconsulti translaticiè ex Prætoris Edicto, aut ex lege Papia, sine articulo dicunt, l. vlt. D. de liber. cau. l. 53. D. de verb. significat. l. 37. D. de oper. libert. Quò pertinet illud Quintilian. Declamation. vlt. *Huic debeo Munus, Operas, Testamẽtum: Vindictam magno redimere solet*, PORRÒ *Inter Donũ & Munus hoc interest, quod inter Genus & speciem Nam Genus esse Donum Labeo, à* DONANDO *dictũ: Munus, speciem. Nam Munus esse* DONUM *tum causa: vt putà, Natalicium. Nuptiarum*, l. 194. D. de verb. signif. *Dona propriè sunt, quæ nulla necessitate iuris, Officij, sed spõte præstantur, quæ si non præstentur, nulla reprehensio est: & si præstentur, plerúmque laus inest. Sed in summa in hoc ventum est vt non quodcunque Munus, id & Donum accipiatur: at quod Donum fuerit, id Munus rectè dicatur*, l. 214. D. de verb. signific. *Dono accipere*, l. 14. §. vnde, D. quod met. *Dare*, l. 2. C. de donation. quæ sub modo. *Dona Dei*, l. 6. D. ad L. Iul. pecul. *Dona Deorum*, Paul. lib 4. Sent. tit. 3.

DONATIVA l. 10. D. de re milit. l. 1. C. eod. tit. lib. 10. sic appellabantur largitiones, quæ ab Imperatoribus in milites conferebantur. Verbum in Tacito, Capitolino, Lampridio, & aliis id genus auctoribus non infrequens.

DONATISTARVM fit mentio, l. 37. 39. 40. 41. 43. 44. & 46. de heretic. in C. Theod.

DONEC, id est, quousque, l. 83. D. de iure dot. Sic *Donec Domicij facto dominum recedat*, l. 10. §. tandiu, D. de condict. furt. *Donec Nubat*, l. 17. D. de ann. legat. *Donec plebe Nuptiis sint copulatæ*, l. 8. D. de senatorib. *Donec Titius Consul fiat*, l. l. 56. D. de condict. indeb.

Donec, id est, quamdiu Sic, *Donec tu extollis*, l. 5. D. si seruit. vindic. *Donec in eadem Causa fuerit*, l. 31. §. si seruus, D. de vsurpationib.

DORMIRE *in Cubiculis*, l. 33. D. de legat. 3. *Dormienti aliquid in manu ponere*, l. 1. §. adipiscimur, D. de adquir. possess. *Per Dormientes quoque Possessio retineri, & vsucapio procedere*, l. 31. §. si seruus, D de vsurpat.

Dormitoria Carrucha, l. 13. D. de auro argento.

DOS est, quod ab vxore, vel alio eius nomine, Marito, pro sustinendis oneribus Matrimonij, datur, promittitúrve. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Dos erit pecunia, si nuptiarum causa data.* Vetus Horatij interpres in Odam 24. lib. 3. *Dos, est Donum puellarum nubentium.*

Dotis appellatio non refertur ad ea Matrimonia, quæ consistere non possunt. Neque enim DOS *sine Matrimonio esse potest. Vbicunque igitur Matrimonij nomen non est, nec Dos est*, l. 3. D. de iure dot. *Dos Matrimonio cohærens, Oneribus eius, ac liberis communibus confertur*, l. 16. D. de castr. pecul. *Ibi* DOS *esse debet, vbi Onera Matrimonij sunt*, l. 56. §. vlt. D. pro Socio. l. 46. D. famil. ercisc. *Nisi Oneribus* MATRIMONIJ *seruiat* DOS, *nulla est*, l. 76. D. de iure dot. DOTIS *Causa data accipere debemus ea quæ in dotem dantur*, l. 9. §. Dotis, D. de iur. dot.

Dotis autem species hæ memorantur, *Profecticia, Aduentitia, Recepticia*, vt Vlpian. Tit. 6. Regular. scribit. *Profecticia* appellatur quæ à Patre, vel Parente virilis sexus profecta est, de bonis, vel facto eius. l. 5. & l. 81. D. de iure dot. l. 6. C. de pact. conuent. l. vnic. §. & vt plenius. C. de rei vx. act. l. 4. C. de collatio. Quæ & *Dos à Patre profecta* dicitur, in l. 2. §. 1. & l. 10. D. solut. matr. & l. 4. C. eo. tit. l. 6. D. de iure dot. Et *Dos communis Patris & Filiæ*, l. 3. & l. 22. §. 1. D. sol. matr. *Aduenticiæ* verò nomine, ea Dos significatur, quæ à quouis alio, vel ex ipsis mulieris bonis data est, l. 5. §. si Pater, D. de iur. dot. vt suprà lib. 1. notauimus. De *Recepticia* dicam ī. lib. 16.

Dos DATA, *Dicta, aut Promissa*, l. 3. de incest. nupt. in C. Th.

Dotis Datio, l. 47. §. vlt. D. de pecul. *Exactio*, l. 24. D. solut. matr. l. 3. C. de iur. dot. l. 6. C. de dot. promiss. *Promissio*, l. 68. D. de iur. dot. l. 19. D. de oblig. & act.

Dotis Actio, l. 28. §. quod in specie, D. de pactis. l 8. D. de cap. minut. l. 9. §. Dotis, l. 48. §. vlt. & l. 78. §. quòd si, §. sed & si D. de iur. dot. l. 76. §. vlt. D. de pact. dotal. l. 42. & l. 46. D. solut. matr.

Dotis Iudicium, l. 17. §. vlt. D. solut. matrim. *Dotis persecutionem habere*, l. 1. §. Celsus, D. de dote præleg.

De Dote *agere*, l. 21. D. solut. matrim.

De Dote *Actio*, l. 139. D. de religios. l. 21. D. de vetbor. obligat. l. 15. D. quæ in fraud. credit. l. 46. D. famil. ercisc. l. 36. D. de pecul. l. 4. D. de pact. dotalib. l. 41. D. sol. matrim. l. 3. D. de fundo dot. *Iudicia de* Dote, l. 18. & l. 19. D. solut. matrim. l. 44. §. vlt. D. de iure dot. Vet. Gloss. De Dote *Actio*, ἓξι περὶ προικὸς ἀγωγὴ, δυσὶ μεριζομένη ταῖς ἀγωγαῖς, καὶ ἡ μὲν ἀπαιτοῦσα ταύτην, ἐξ ἀρχῆς ἐξ ἀπογλάτου ἐλέγετο. καὶ ἐκ τῆς καθόλου ἐπερωτήσεως κατάγεται καὶ φέρεται, ἥ ὅμοιος καὶ τῇ βέρβης λῶ. ἡδὲ τὴν ἀνάληψιν ταύτης ποιουμένη, Rei vxoriæ ἐλεγεν ὅπερ καὶ ἐπὶ τὸ, τῆς γυναικὸς ἐκινεῖτο ἐπιζητοῦσης ἀναλάβειν τὴν ἰδίαν προῖκα.

Dotes Prædiorum, quas Græci Ἐνθήκας dicunt, l.2.§.vlt.l.20. §.1. & §. prædia, D. de instr. vel instrum.leg.l.34.§.1.D.de legat.2.l. 52.§. fideiussorib.D.de fideiussorib.l.67.§.vlt.D.de legat.3.Columella lib.3.cap.3.*Tum etiam Dotem, id est, Instrumentum rarò Vineis comparant.* Et postea, *Vineásque cum sua Dote, id est, cum Pedamentis & Viminibus, binis millibus in singula iugera posita duco.* Idem lib.4.cap.30.*Pedamina iuga & vimina, quasi quasdam Dotes, Vineis præparandas* monet.Eóque alludēs Plinius lib.1.Epist.vlt.*Prædiū*, ait, *quod his Dotibus cōmendatur.* Græco autem *Enthecæ, & Enthecarum*, verbo vtūtur Impp.in l.7.de pistorib.in C.Th.& l.7.de bon. proscript.in eod.Cod.Quāquam in Cod.Iustinian. *Apothecis* legitur in l.7.eod.tit.

Dotalis *Fundus*, l.62.D.adquir.rer.do.§. Accedit, Instit.quib.alien.lic.Paul.lib. 2. Sentent.Tit.27.Rubr.de fundo dot.D. & Cod.id est in *Dotem datus*, vt l.sciendum §. si fundus. D.de iur.dot. *Dotale Prædium*, l.77.§.qui Dotale, D.de legat.2.Paul.lib.2.Senten.Tit.2.*Dotalis* autem *Fundus intelligitur siue eum Mulieris nomine quis Viro dederit: siue eum à Viro sibi debitum. ipsa Mulier* Doti promiserit: *vel Legatum sibi*, Dotis *causa repudiauerit*, l.12.§.1.& §.si Fundum,& §. vlt.D.de fundo dot.Sanè Dotale *Prædium constituitur tradita eius possessione*, l. D. solut. matrim.l.42.D.de vsurpationib.In legis etiā Iuliæ de fundo Dotali quæstione. *Dotale Prædiū accipimus, cuius* Dominium *Marito quæsitum est: vt tunc demum eius alienatio impediatur*, l.12.§.Dotale, D.de fundo dot.

Dotales Fundi, l.2.§.vlt. D.de dote præleg. *Res*, l.72.§.Paulus, D.de iure dot.l. 18. D. solut. matrim.l.3.C.de repud. *Dotales* autem *Res sunt*, quæ *vel in* Dote *datæ sunt, vel ex* Dote *comparatæ*, l.22.§.vlt.D.solut.matr. *Res quæ ex Dotali pecunia comparatæ sunt, Dotales esse videtur*, l.54. D. de iure dot.

Dotalis *Cautio*, l.vlt.§.filio, D.de legat.2. *Obligatio*, l.10.D.de fund.dot. *Pars*, l. 78. §. sed si constante, D.de iur.dot. *Pecunia*, l.54.D.de iure dot.l.12.C.eod.tit.l.1.§. Celsus, D. de dote præleg. *Res*, l.3.C.de repudiis.

Dotalis Ancilla, l.9.C.de rei vind.

Dotalis Seruus, id est, *in Dotem datus*, vt loquitur, l.21.§.etiam si, D.rerum amotar.l.21.D. de manumiss.l.45.D.de adquir.vel omitt.l.14.vlt.D.de L.Corn.de falsi.

Dotales *Serui*, l.29.§.si cui, l.26.& l.31.§.vlt.l.58. & l.61.D.solut.matr.l.3.C.de iur.dot. *Dotales Ancillæ*, l.28.§.1.D.de donationib.inter vir.l.26.§.mancipia.D.solut. matrim. l. 69 §. vlt.D.de iure dot. *Dotalia Mancipia*, l.55.D.de impens.in res dot.l.3.C.de iure dot. Martian. Cap.lib.2.Philog.Tertul. in lib. de Anima, *Sequitur animam nubentem Spiritui Caro, vt Dotale mancipium.*

Dotale Instrumentum, l.48.D.solut.matrim.l.65.D.de iudic.l.vlt.D. de dote præleg. l.2.§. vlt. D.de iure dot.l.5.C.de pact.conuent.l.1.& l.vlt.C.de dote caut.l.3.C. de collationib. *Pactum*, l.3. & l.4.C. de pact.conuent.

Dotalia Pecora, l.10.§.Si serui, D.de iure dot.

Dotare *Filiam*, l.1.§.& si, D.si quid in fraud.credit.l.12.C. ad Sc.Vel.*Dotata esse*, l.1.§. si sub Condicione, D.de dot.collat. *Dotata Mulier*, & *Indotata*, opponuntur, l.78.§.quod si, D. de iure dot.

Dromones Nauigij genus, cuius fit mentio in l.vlt.C.de offic. præf. prætor. Afr. Isidor. lib.19. Etymolog.cap.1. *Longæ Naues sunt, quas Dromones vocamus: dictæ eò quod longiores sint ceteris. Cuius contrarius Musculus, curtum nauigium.* Procopius quoque Nauigia longa, ab eo quod celerrimè excurrant, *Dromones* appellata sua ætate, scribit. Cursum enim Δρόμοι Græci dicunt. Cassiodor.lib.5.Variar.Epistol.ad Abundantium. *Decreuimus mille interim Dromones fabricandos assumere, qui & frumenta publica possint conuehere, & diuersis Nauibus, si necesse fuerit, obuiare.* Marcellin. in Chronico. *Rusticus Comes Scholæ cum centum ornatis Nauibus, totidémque Dromonibus, centum millia secum ferentis.* Zonaras Tomo.3.in Mauritio, ὁδὲ καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει φασιαζόντων ὑπεξῆλθε τῶν ἀνακτόρων καὶ Δρόμωνι ἐμβεβηκὼς μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων ἀπέδρα. Idem in Iustiniano Rhinotmito φέλλᾳ τριήρεις καὶ Δρόμωνας, καὶ νῆας ἑτέρας τῶν φορτηγῶν. Huiusmodi verò nauium exercitores *Dromonarij* vocantur. Et ita apud Cassiodor. lib. 4. Variar.Epistol.ad Venenatum, & in inscriptione Epistol.ad Dromar.lib.2.Variar.emendādum hoc verbum pridem monui.

Dvbitare *de Condicione sua*, l.34.D.de adquir.vel omitt. *De statu suo dubitantes*, l. 15. D. qui testament. fac. *Qui Dubitat an liceat sibi testari.l.1.§.1.D. de legat. 3. Vtrum filiusfa. an Paterfa. morte Patris factus sit*, l. 6. §. si is qui, D.de adquirend. vel omitt. *Si Dubitet creditor*, l. 10.D.de fideiussorib. *Si quis Dubitet, viuat Testator necnon*, l.13.§.1.D.de adquirend. vel omit.

Dubitantibus de Iure,l.79.§.vlt.D.de iudiciis.

Nemo Dubitat,l.58.D de heredib.instituend.& l.5.§.fundum,D. de reb. eor. Dubitari non debet, l. vlt. D. de nouationib.*Neminem puto Dubitaturum*,l.35.D.de iud. *Nemo vnquam* Dubitabit,l.25.D.de vsur.*Neque Pomponius Dubitat,nec nos Dubitamus*,l.3.D.de tributor. *Quis* Dubitat?l.24.D.de damn.inf.

De illo Dubitat,l.12.vnius sit,D.de vsufruc.

Dubitari de Decreto. l.6.§.vlt.D. cuiuscunque.

Dubitatur,l.1.D.de contrah.emp.*Dubitatur quidem*,l.13.§.1.D.de reb.dub.*Non immeritò* Dubitatur,l.64.D.de verb.oblig.*Dubitari potest*,l.34.D.de adquir.possess.l.20.§.vlt. D de donationib.*De illo dubitari potest*,l.25.D.de obligat.& act.& l.25.§.D.de hered. dot.l.4. §. de illo D.pro socio.*De vno dubitari potest*,l.66.§.1.D.de ritu nupt.

Non Dubitabitur,l.5.D.ad L. Aquil.*Dubitari non debet*,l.vlt.D.de nouationib. *Dubitari non oportet*,l.16.§.vlt.D.de instruct.vel instrum.l.30.D.de pact.l.5.D.de institor.l.44. D. de rei vindic.l.38.§.hęc quoque,D.de verb.obligat.l.5.§.vlt.D.naut.caupon.*Minimè Dubitari debere*,l.14.§.vlt.D.de bon. poss. cont.Tab.*Iam non Dubitatur*,l.3.D.si quadrup. *Iam Dubitari nō potest*,l.86.D.de heredib.instit.

Dubitandum non est,l.39.§.1.D.de procuratorib.*Non erit*, l.108.§.non ita, D.de legat.1. *Nequaquam Dubitandum est*,l.8.D.de his qui sui.

Dvbitatio *Iuris*,l.85.§.vlt.D.diuers.regul. *Dubitatio orta*,l.1.C.vbi pupil. *Magna Dubitatio fuit*,l.75.§.1.D.ad L.falcid.*Aliqua Dubitatio remanebit*,l.73.D.ad Sc.Trebell. *In eo Dubitatio esse videtur*,l.70.§.1.D. de solutionib.

Dubitationis est,l.46.D.de ritu nupt.l.91.§.vlt.D.de verb.obligat.*Illud* Dubitationis est, l.46. D.de ritu nupt.*Causa* Dubitationis,l.7.§.illud,D.de Adquir.rer.Domin.*Dubitationem recipit*,l. 75.§.illud,D.de verb.oblig.

Et contra,*Nulla Dubitatiõ est*,l.1.D.de offic.cõsul.l.2.D.de legitim.tut.l.2.& l.8.D.de reb. eor.l.1.§.1.D.de eo qui pro Tut.l.3.§.dari,& §.adquirere,D.de bonor.possess.l.4.D.de manumiss. testam.l.3.§.vlt.D.de dote prę leg. & l.3.§.1.D.de donationib.

Dvbitationem *ea res nec habet,nec vnquā habuit*,l.3.D.de natalib. restituend. *Nullam habet iuris* Dubitationem, l.7.C.qui dare tutor. *Nullam habet* Dubitationem,l.25.D.de minorib.

Dubitationem non recipit,l.3.§.idem,D.quib.mod.

Dubitationem habet,l.1.§.quæ onerande,D.quar.rer.act.*Dubitationem auget*,l.2.D.de custod. *Dubitationem mouet*,l.3.§.proinde, D. de minorib.*Dubitationem habebit*,l.13.D. de manumiss. testam.*Magnam habuisse Dubitationem*,l.203.D.de verb.signif.*Sine vlla Dubitatione*, l. 18. D. commodati.

Dubitationis tollendæ causa,l.1.§.sed sciendum, D.de ædilic edict.l.56.D.mandat.ex qua delibata est l.81.D.de diuers.regul.l.13.D.de manumiss.

Dvbivs *Euentus*,l.23.D.famil.erciss.At *Dubia iudicij fortuna*, apud Quintilian. Declamat. 354.*Dubia Libertas*,l.11.D.de legat.2.l.24.§.vlt.D.de liber.cau.*Dubia Res & lis incerta*,l.1.D.de transactionib.*De Dubia Lite transactio*,l.6.C. de solutionib.*Dubia Interpretatio*,l.20.D. de diuers.reg.

In re Dubia, l.1.§.licet, D.de exercit.l.3.D. de his quæ in testamen.del.l.192. D. de diuers. regūl.*In Dubijs*,l.56. D.de diuers. reg. *In* Dubiis *quæstionibus*, l.10.D.de iure fisc.*In Dubio hoc*, l.8.D.de negot.gest.

Dubium non est,l.vlt.D.de vsufruct.l.54.§.1.D.de heredit.pet.l.58.D.de pact.l.3.D.de trāsaction.l.vlt.D.de vsufruct.l.9.§.Celsus,& l.21.D.de interrogationib.*Non est* Dubium,l. 11.D. de custod.l.5.D.ad L.Iul.de adulter.*In* Dubium non venit,l.8.C.de pignerat.act.l.3.C.de Tutor.vel Curator.l.3.C.de impuber.l. 3. C. de Codicil. Dubij iuris non est,l.1.C.de filiisfa. *Nec* Dubij iuris est,l.13.C.de transact.*Quid dubium est*?l.3.C.de fideicomm.libert. *In* Dubiis non haberi,l.9.C.de test.milit.

In Dubium reuocari,l.1.C.de testam.manumiss.l.3.C.si reus vel accusat.

Dubio procul,l.30.D.qui & à quib.l.22.§.vlt.D.ad Sc.Trebel. l.1.§.ripa,D. de fluminib.l.31. §.iustus,D.de hered.pet.

Procul Dubio,l.10.§.agri,D.quib. mod.vsufr.l.40.D.de recept.qui arbitt. *Procul* Dubio est, l.19.& l.22.D.commod.

Non Dubiè l. 65. §. si pupillo, D. de ad Sc. Trebell. l. 72. §. 7.D.de legat.2.l.13.§.vlt. D.de Tutor. & Curat. l. 2. D. de term.mot.l.34.D.mand.l.52.§.si seruus, D.de furt.l. 28. §.vlt.

§.vlt.D.ſi quis omiſſa,l.48.D.de adquir.poſſ.l.vlt.C.de aliment.pup..*Minus Dubitanter*, l. 9.§.ſiue autem, D.de pecul.

Sine Dubio,l.5.§.rei,& l.10.§.agri,D.quib.mod.vſufruct. amittat.l.5.§.vlt.D.de inſtitor. l.7.& l.8.D.de his qui ſui, l. 1. D.de vſufruct.adcreſc.l.55.§.vlt.D. de ritu nupt. l.21. D. de donat.inter vir.l.1.§.1.D.Naut.caup.l.27.§.ſi quis,D.ad L. Aquil.l. 42. D. de adquirend. vel omitt. l. 25. §. adeò, D. de heredit. petit. l. 23. D. de minorib. l.1.D. de iure deliber.l.13.D.de iure Codicil.l.18.D.rat.rem hab.l.19.D.de except.rei iud.l.43.D.de furt.

DVCATOR l.29.§.ſi Nauis alteram,D.ad Leg.Aquil. Vetus Gloſſar.*Ducatores*,ἀγοὶ, ἡγέμονες, προηγέμονοι.

DVCATVS,l.28.de Præt.& quæſt.in C.Th.l.11.de domeſt.& prot.l.13.de prox.com.diſpo. in eod.Cod.

DVCENA vt *Centena*,gradus dignitatis, promotioníſue,in ſchola Agẽtium in rebus,l.vlt.C. de Agentib.in reb.l.5.C.de principib.agent.in reb.l.1.de murilegul.in C.Theod.l.1.de Cęſarian.l.5.de decurionib.in eod.Cod.

Ducenæ Dignitas,l.3.de cohort.principib.cornicular.in C.Th.l.1.de Cæſarian. l. 1. de murileg. & gynæc.l.5.de decurionib.in eod.Cod.*Principatus*,l.15.Tit.2.lib Cod.Th.l.20.& de agentib.in reb.in C.Th.Quibus auctoritatibus adductus quondam exiſtimaui mendum eſſe in hoc verbo in l.1.C.de offic.magi.offic.& pro *Ducenaria*,vt illic vulgò legitur, *Ducena* emendaui.Ac ne nũnc quidem muto ſententiam. A qua me Apuleius non abducet,apud quem *Ducenaria perfunctum Procuratorem principis* legimus lib.7.de Aſino aur. Nam vt Apuleio licuerit ita loqui, fas certè non cenſuerim, idcirco à recepta loquendi conſuetudine recedere conſtantérque ac perpetuò ab Impp.vſurpatum vocabulum commutare:eóque modo,vt non minus ſibi ipſi quàm aliis, vt Conſtantinus conſentiat,effici.

DVCENARII qui Ducenam gerunt & Ducentis ſcholaribus præſunt,l.2.§.vlt. C. de offic. præf.præt.Afric.l.3.C.de agent.in reb.l.1.C.de lucris aduocator.l.1.C.de exaction. tribut. l.1.& l.9.de exactionib.in C.Th.l.8.de agentib.in reb.l.7.& l.8.de Palatin. ſacrar.largit.l.1. de concuſſionib.aduoc.in eod.Cod.Nou.Th.& Valentin.de ſcholar. comitib.D.Cyprianus lib.1.Epiſt.4.*Neque vt ille ſuperbierit, ſublatúſque fuerit mundanis dignitatibus: Ducenarius potiùs quàm Epiſcopus vocari volens*.Meminit & huius muneris Nicephorus lib.6.Hiſtor.Eccleſiaſt.cap.30. In Notitia quoque crebrò in officio Rectorum prouinciarum, Principem de ſchola agentium in rebus, Ducenarium recenſeri inuenias.Vetus Gloſſar.*Ducena eſt Dignitas Ducenariorum*.& mox *Ducenarij ſunt magiſtri Ducentorum militum*.Ceterùm & in re militari,Ducenarius, interprete Vegetio lib.2.cap.8.dicebatur,qui duas Centurias, ideſt,ducentos homines ducebat in acie ſecunda.

DVCERE *Aquam.ex Caſtello,vel ex Riuo,vel ex quo alio loco publico*,l.1.§.permittitur, D. de Aqua cottid.*Per Fiſtulas*,l.17.D.de ſeruit.præd. ruſt. *Per Riuum*, l. 16. D. quemadm. ſeruitut. amitt.

Ducere Aquam per Fundum,l.2.C.de ſeruitutib.*Per viam publicam*,l.14.§. Publico, D. de ſeruitutib. *Ducere Cloacam*,l.1.§.hoc amplius.D.de cloacis. *Incile*, l. 1.§. ſi quis ex hoc, D. ne quid in flum.publ.*Riuum*,l.9.in fi.D.de ſeruitutib.

Ducere ſeruum ex cauſa Noxali, quia non defendebatur,l.6.D.de Publician.

Ducere Vxorem in Domum,l.2. D.de his quæ vt indign. id eſt *Deducere*, vt l. 5. D. de ritu nupt. *Ducere* autem *Vxorem*, vt Donat.in Phormio. Terent.notat, *Propriè dicitur paterfa*. At *Filiusfa.non eam ducit vxorem,quam à Patre accipit: quippe quum Patri committatur Puella in huius modi Condicionibus,potius quàm Marito*.

Ducere Equum ad Bellum,l.5.§.quod verò,D.commodati. *Iumentum*,item *ploſtrum*,l.7.D.de ſeruit.præd.ruſtic.*Vehiculum*, l.12.D.eod.tit.*Mulæ duo ploſtra onuſta ducebant*,l. 52. §. in cliuo, D.ad L.Aquil.

Ducere Funus,pro facere,l.2.in fi.D.de in ius voc.l.14.§. ſi cui funeris, & l.38.D. de religioſ.Et hoc verbum in ea ſignificatione proprietatem ſuam habere Seruius notat. in lib. 4. Georg.ad hunc verſum *& triſtia Funera ducunt*,vbi ille,*Ducunt cum exequiali ſcilicet pompa, & ducere propriè funerum eſt*:Vnde Perſius, *Nerio iam tertia ducitur vxor*.

Ducere Maceriam,l.17.D.commun.præd.& apud Vitruu.lib.5.cap.vlt.*Murum Ducere:& Parietem*,apud Cicero.pro Milo.

Ducere Pugnum ſeruo,l.4.D.de iniuriis. vt *Ducere Colaphum*, apud Quintilian. lib. 6. cap. 4. *Ducere Euerriculum*,l.11.§.ſi quis me prohibeat. D.de iniuriis.

Ducit via in agrum, l. 2. §. viarum, D. ne quid in loco pub.

Dvci & *Ferri* ſeparantur, in l. vn. D. ſi quis in ius voc. non ier. .87. D. de euictio. hoc, ad ea quæ anima carent: illud, ad ſe mouentia pertinet.

Duci in ius, Liuius lib. 2. eóque ſenſu accipiendum eſt verbum hoc in Titulo Edicti Prætorij, *Qui neque ducantur, neque ſequantur*: Cuius fit mentio in Inſcriptione, l. 48. D. de verb. ſignificat.

Duci in Carcerem, l. 2. D. de in ius voc. *Ductus in Carcerem*, l. 2. D. de bon. damn. *Duci in Lautumias, vel in Vincula publica*, l. 1. §. vlt. D. de aleatorib. l. 23. D. ex quib. cau. maior. & apud Liuiũ lib. 3. Sueton. in Iulio cap 79. Symmach. Epiſt. 20. lib. 1. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1. *Atque ideò à Conſule Duci in publica Vincula iuſſus eſſet. Duci* quoque, in vincula duci ſignificat, l. 2. §. exactis, D. de orig. iur. l. 13. §. ſi quis, D. iniur. Cicero. lib. 2. de Orato. *Qui iudicatum Duci videns.*

Duci Liberi, l. 40. D. de Procuratorib.

Duci Seruus ex Noxali cauſa, iuſſu Prætoris, quia eum Dominus non defendit, l. 2. §. vlt. D. ſi ex noxal. cauſ. l. 36. D. de procurat. l. 26. §. vlt. & l. 39. §. vlt. D. de noxalib. *Duci Seruus ab eo qui vicit*, l. 30. D. de liber. cau. *Ductus Seruus, indefenſus*, l. 31. & 39. §. vlt. Æſchini ruſt. D. de noxal.

Duci in Seruitutem, Paul. lib. 5. Sentent. tit. 34. ἀγεσθαι εἰς δουλείαν, καὶ πιπράσκεσθαι.

Duci Carnis, l. 1. §. 1. D. ſi quadrupes.

Duci Aqua, l 3. §. ſi aqua, D. de riuis. *Aquæductus*, l. 2. D. de ſeruit. præd. *Ducendæ Aquæ ius*, l. 16. D. quemadm. ſeruit. *Duci Aqua per Fiſtulas*, l. 47. D. de contr. emp.

Ductus Æquitate, in Lege Dei, Tit. 4. *Amicitia*, l. 44. D. de negot. geſt. *Errore*, l. 7. D. de Teſtam. milit. *Humanitate*, l. 5. D. de ſeru. corrupt. *Iuſto errore*, l. 11. §. qui iuſto, D. de interrogat. *Iuſto metu*, l. 49. §. D. ad L. Aquil. *Iuſta ratione*, l. 30. §. quod dicitur, D. de adq. vel omitt. *Iuſtis rationibus*, l 1. §. vlt. D. de abig. *Iuuenili leuitate*, l. 24. §. D. de minorib. *Mente*, l. 1. §. 1. D. ad Sc. Turpil. *Miſericordia*, l. 7. §. idem Labeo, D. de dolo. l. 5. D. de ſeruo corrupt. *Officio*. l. 47. D. de donat. inter vir. *Officio Mariti*, l. 47. D. de donat. inter vir. *Pietate*, l. 1. §. conſequente, D. de ſuſp. tutor. *Scriptura*, l. 11. §. ex cauſa, D. de interrogationib.

Ducti Calore, in Lege Dei, Tit. 4.

Dvctvs *Aquæ*, l. 3. §. Ductus. D. de aq. cottid. l. 20. D. de ſeruit. præd. ruſt. *Per plures Ductus aqua Duci*, l. 3. §. ſi aqua, D. de riuis.

Dvlcivm appellatione hæc continentur, *Mulſum, Paſſum*, *Defrutum*, & ſimiles potiones. Item *Vuæ, Caricæ, Ficus, Palmæ*, l. vlt. D. de trit. vino. *Murrhina* item, id eſt, vinum Myrrhæ odore conditũ, vt Plin. lib. 14. cap. 13. confirmat auctoritate Plauti in Pſeudolo Act. 2. Sc. vlt. vbi Pſeudolus Charinũ ita interrogat, *Quid ſi opus ſit vt dulce promat indidẽ ecquid habet?* Cui reſpondet Charinus, *Murrhinam, paſſum, Defructum, Mellinam, mel & huiuſmodi*. Hinc *Dulciarij*, apud Lamprid. in Heliogabalo, & Iul. Firmic. lib. 8. Matheſ. cap. 11. D. Auguſtin. lib. 2. de morib. Manichęor.

Dulci functus Officio, l. 1. C. de his qui ſibi adſcrib. *Dulciori Nomine, quàm Filij, Nepotes noſtros appellare non poſſumus*, l. 220. §. vlt. D. de verb. ſignific. *Dulces Nati*, Virgilius lib. 3. Georgic. *Dulces Liberi*, Horatius Epodon Ode 2. Idem Ode 23. lib. 3. Carm. *aut Dulcis alumni*: ad quem locum vetus Interpres, *Alumni*, id eſt, *nati quo nutritionis affectio commẽdat, & Dulçes facit, vt Iuuenal. Interea Dulces pendent circum oſcula nati.* Valerius Maximus lib. 5. cap. 5. *Chara vxor*, *Dulces liberi, iucundi amici*, Ac planè nihil Dulcius naturam nobis liberis noſtris reliquiſſe ſcitè & eleganter dixit Cicero. 3. in Verrem.

Dulciſſima Filia mea, l. 32. §. Idem cum, D. de auro argent. *Infans*, l. 41. §. vlt. D. de legat. 3. γλυκυτάτη μου θυγατρι. l. 34. §. 1. D. de legat. 2. Q. Curt. lib. 5. *Olympiadi Dulciſſimæ matri. Dulciſſima Patria*, l. 101. D. de legat. 3.

Dulciſſimi Filij, l. 88. §. quæ marito, D. de legat. 3. *Fratres*, l. 78. §. Dulciſſimis, D. de legat. 2.

Dvlcedo *Vſurarum*, l. ait Prætor, §. ſi verò, D. quæ in fraud credit.

Dvo *Familiam non faciunt*, l. 40. §. vlt. D. de verb. ſignif. *Duo Turba non dicentur*, l. 12. D. vi bon. rapt. *Duorum numero contenta eſt pluralis propriè locutio*, l. 4. §. Turbam, D. de teſtib.

Duo eiuſdem nominis, l. 10. D. de reb. dub. l. 16. D. vt legator. l. 4. §. 1. D. ſi cui plus. *Duo ſunt Titij*, l. 30. D. de teſtament. tut.

Duorum vicem ſuſtinere, l. 9. D. de pact. *Duorum ſeruorum perſonam Seruus communis ſuſtinet*, l. 1. §. communis, D. de ſtipulat. ſeruo. *Communis Seruus quaſi duo Serui ſunt*, l. 81. §. 1. D. de legat. 1.

Duo Rei Stipulandi, Debendi, Promittendi, eiuſdem Pecuniæ, vide ſuis locis. Duorum *alterum*, l. 73. D. ad L. Falc. Duo, pro duos, l. 16. D. de ſtatu hom. *Dierũ vel Trium*. l. 1. §. famuliæ, D. de vi & vi ar.

Dvpla *Simplæ* opponitur, l. 56. D. de euictionib. l. 17. D. de inſtitor. & apud Varro. lib. 2. de re Ruſt. cap. 10. *Dupla* enim nihil aliud eſt, quam Duplũ pretij in l. 5. D. de ædilic. edic. l. 48. D. de euict. & l. 48. D. ad L. Falcid. id eſt, pretium quo res veniit, & alterũ tantùm: & vt Hermenopul. lib. 1. Tit. 9. πίμπλα εἰς τὸ διπλᾶν.

Dupla, ergo *Promitti* dicebatur cùm emptionis nomine Duplũ pretij venditor promittebat. Quo caſu, *in duplum Actio* Emptori re euicta dabatur, l. 20. §. vlt. D. de liberali cau.

Duplam Cauere, l. 31. §. quia aſſidua, D. de ædil. edic. l. 49. D. famil. erciſc. *Promittere*, l. 4. & l. 11. §. caſſius, D. de action. empt. l. 22. §. vlt. D. de pignerat. act. l. 39. §. 1. l. 41. & l. 56. D. de euiction. *Stipulari*, l. 22. §. ſi Titius, D. de hered. vel act. vend. l. 2. §. vlt. & l. 3. D. de doli except. l. 16. §. ſi ſeruus, l. 24. & l. 39. D. de euictionib. *Dupla mere ſeruum*, l. 58. §. vlt. D. de ædil. edic.

Duplam ex cauſa ſtipulationis conſequi, l. 17. D. de euictionib. *Duplã euictionis nomine exigere*, l. 7. §. vlt. D. de peculio. *Actio*, l. 47. D. de ædil. edict. l. 17. D. de Inſtit.

Duplæ Cautio, l. 72. §. de cõtrah. empt. l. 49. D. famil. erciſc. *Stipulatio*, l. 31. §. quia adſidue, l. 58. §. 1. D. de ædilic. edic. l. 11. & l. 16. l. 34. §. vlt. l. 23. D. de euictionib. l. 7. D. de iure dot. l. 11. §. Caſſius, D. de actionib. emp. l. 34. de euiction. l. vlt. §. vlt. C. commun. de legat. *Stipulator*, l. 29. §. 1. D. de euictionib.

Dvplari, id eſt, Duplicari, l. 18. iuncta, l. 20. D. de liber. cau. & l. 27. D. de furt. *Duplari Actiones*, Paul. lib. 1. Sent. Tit. 21. *Damnum*, l. 16. D. de ſer. corr. *Dos*, l. 8. §. vlt. D. de nouationib. *Perſonæ*, l. 3. §. in ſeptimo, D. de gradib. & adfinit. *Non id quod intereſt, ſed rei verum pretium*, l. 59. D. de furtis. *Id quod damni datum eſt*, l. 14. §. in hac, D. de ſeruo corrup.

Duplicatio, l. 31. D. de noxalib.

Dvplex *Appellatio*, l. 17. D. de appellationib. *Cautela*, l. 15. D. de procuratorib. *Condemnatio*, l. 45. D. de ædilic. edic. *Crimen*, l. 5. D. de quæſtionib. *Fideicommiſſum*, l. 11. §. cùm eſſet, D. de legat. 3. *Inſtitutio*. l. 2. D. de hered. inſtit. *Sententia*, l. 17. D. de appellationibus.

Duplex damnum trahere, l. 57. D. de rei vindic.

Duplici damno *onerari*, l. 4. §. cum iactis, D. de lege Rod. *Duplici præſtatione dotis filium onerare*, l. 34. §. qui inuita, D. de legat. 2. l. 16. D. de dote præleg. *Duplicem vſum præſtare*, l. 16. D. de auro argent. *Duplex ius ſuſtinere*, l. 15. §. ſi ſeruus, D. de caſtr. pecul. *Duplici iure defertur ſucceſsio*, l. 91. D. de diuerſ. regul. *Duplici intellectu accepti*, l. vlt. §. mater & filius, D. de gradib. & adfin.

Duplici modo intelligi, l. vlt. §. quarto, D. de gradib. & adfinib.

Duplex via, l. 1. §. eſt igitur, D. vti poſſid. l. 21. §. ſi metu, D. quod met. cau.

Duplex, Subſtitutio & *ſimplex*, opponuntur, l. 1. D. de vulg. & pupil. Duplex autem Subſtitutio eſt quæ in vtrumque caſum, vulgarem ſcilicet & pupillarem, concipitur, l. 4. & l. 45. D. de vulg. & pupill. in hunc modum, *Filius meus heres eſto: Si heres non erit, vel intra pubertatem deceſſerit, tunc Caius heres Eſto*, l. 1. C. de vulg. & pup.

Duplex Teſtamentum, quod ſibi & filio impuberi paterf. fecit: vel *Teſtamentum quod ſecundas tabulas habet*, l. 1. D. ſi cui plus quàm per leg. Falcid. l. 71. & l. 79. D. ad leg. Falcid.

Duplicia Interdicta, ſunt veluti, *Vti poſſidetis*, & *Vtrobi*, l. 2. in prin. D. de interdict. l. 3. §. 1. D. vti poſſid. l. 1. §. ſi inter, D. de aqua cottid. l. 1. §. proponitur, D. de ſuperficieb.

Ideò autem *Duplicia* vocantur, *quoniam par vtriuſque Litigatoris in his condicio eſt: nec quiſquam præcipuè Reus, vel Actor intelligitur: ſed vnuſquiſque tàm Rei, quàm Actoris partes ſuſtinet*, §. Duplicia, Inſtit. de interdict. Eadémq; ratione, Familiæ erciſcundæ Cõmuni diuidũdo, Finiũ Regundorũ iudicia *Duplicia*, vocãtur, l. 2. §. vlt. D. com. diuid. ex qua decurtato vno verbo ſumpta eſt l. 13. D. de iudiciis, nimirum quoniam in his *vterque Actor eſt*, l. 37. §. vlt. D. de obligat. & actionib. *In his ſingulæ perſonæ Duplex ius habet, Agentis, & eius quo cum Agitur*, l. 10. D. fin. regũdorum.

Dvplicare *dominium*, l. 7. C. de contrah. empt. *Id temporis quod ſupereſſet*, l. 8. §. quiſquis, D. de pœnis. *Legatum*, l. 12. D. de probationib. *Officia*, Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 10.

Dvplicari, id eſt, duplari, l. 18. D. de liber. cau. l. 27. D. de furtis.

Duplicari Tempora, l. 8. §. quiſquis, D. de pœnis. *Titulus poſſeſsionis*, l. 4. C. de contrah. empt.

Duplicari pretium, l. 1. §. conſiderandum, D. de tutel. & ratio.

Duplicari dicuntur *Legata*, quę repetita ſunt, l. 1. §. ſi cui, D. vt legat. nom. cau. l. 11. §. ſi quis decem, D. de legat. 3. *Duplicata legata*, l. 1. §. ſi cui, D. vt legator.

Duplicata quinquaginta vſuris, l. 19. D. de donat. inter vir. & vxor.

Duplicatur *Nepos* l.vlt.§.patrui Nepos,D.de gradib.& adfinib.

Dvplicatio, *contra Replicationem solet dari*, l.2. §. exceptio, D. de exceptionib. *Interdum euenit, vt Replicatio quæ prima facie iusta est, iniquè noceat. Quod cùm accidit, alia Allegatione opus est, adiuuandæ rei gratia quæ* Duplicatio *vocatur*, §. rursus, Instit.de Replicationib.

Duplicatio *Temporis*, l.8.§.quisquis, D.de pœnis.

Dvpliciter, id est,duplici modo,l.16.§.1.D.sic.Dupliciter *accipi*, l.2. §. viarum, D. nequid in loco public. l.vlt. §. patrui magni,& §.Patrui nepos,D.de gradib. & adfinib. *Intelligi*, l.vlt §.nepos quoque,& §.amita magna,D.de gradib.& adfinib. *Interponi cautiones*, l. 21. §. idem Pomponius, D.de ædil.edic.*Onerari*, l.16.§.1.D.ad Sen.Trebell.*Spectatur persona*, l. 16. §.persona,D.de pœnis.

Dvplvm & *Simplum* aduersantur,l.23.§.si dolo,D.ad L.Aquil.l.45.D.de ædilic. edic.l.48. D.ad L.Falcid.§.Omnes autem,Instit.de actionib.

Duplum *pretij*,l.18.l.20.§.vlt.& l. 21. D. de liber. cau. Duplum *pretij & Accessionis*,l.45.D.de ædilic.edic.Duplum in Actione furti,vti accipiatur,vide l.27. & l.50. & l.74. D. de furtis: in Actione verò de seruo corrupto,l.10.D.de seruo corrup.in Actione quę aduersus *Publicanos proponitur*,l.5.D. de publican.In actione *Arborum furtim cæsarum*, l.7. D. Arbor. furt. cæsar.

Duplum *pretium*,l.27.§.vlt.D.ad leg.Iul.de adult,id est,*quanti seruus æstimabitur, & alterũ tantum*, vt l.29. D.eod.tit.

Dupli *condemnari*,l.2.D.de euictionib.*Tenere*,l.9.§.1.D.de minorib.Duplum *præstare*,l.9.D.de noxalib.l.9.§.cùm in suo,D.de adquir.rer.do. Duplo plus *accipere*,l.81. D. de heredib. instit. Duplo *quanti eius interest æstimari*,l.74.D.de furtis. *In* Duplum *condẽnari*,l.45.D. de ædilic. edic. *In* Duplũ *Actio* ex L.12.Tab.l.1.D.de tigno.iun.l.23.§. Tignũ,D.de rei vind.l.6. D.ad exhib. §.cùm in suo,Instit.de diuisio.rer.

Aliæ *in* Duplum *Actiones* memorantur l.1.& l. 5. §. hæc Actio, D. de seruo corrupt.l.23. §.hæc actio,D.ad L.Aquil.l.2.C.eod.tit.l.1.§. Æquum, D. si is qui test. lib. l. 18.D. de liber. cau.l.5.D.de public.l.7.§.vlt.D.arbor furt. cæsar.l.52.D.de contrah. empt.§.omnes autem, Instit.de Actionib.

Dupli *fructus*, Paul.lib.5.Sent.Tit.9.

Dvpvndii fit mentio in l.17.vlt.& l.seq.D.de hered.instit.§.& si plures, Instit. eod. tit. Volus.Mæcian. de Asse.*Nam sedecim sescunciæ* Dupondiũ *efficiunt*,& postea. Dupondius *hac nota S. vocantur quinque Libellæ, quæ sunt quinque* Decimæ. Varro lib.8. de lingua Latin. inde ait dictum Dupundium,*quod duos Asses pendebat*: As autem libralis primùm erat, vt Plinius auctor est. Libra autem & Pondo idem significant,l.34.§.vlt.D.de auro argent.

Dupundios iuris auditores primo anno vocatos Iustinian.in Epistola. Pandectis præposita scribit.

Dvplomata dicuntur à principe emissæ literæ l.27.§ vlt.D.ad leg.Corn.de Falsis.Ita appellabantur, quæ ad vsurpationem cursus publici literæ à principibus concedebantur, sine quibus nemini cursus publicus patebat.Plutarch.in Galba:τῶν δ' ὑπάτων, ait, οἰκέτας δημοσίας παραχθεισαῦθις τὰ δόγματα κομίζοντας τῷ αὐτοκράτορι, καὶ τὰ καλούμενα Διπλώματα σεσημασμένα δόντων, ἀγγαρεύοντες οἱ κατ' πόλιν ἄρχοντες εἰ ταῖς τῶν ὀχημάτων ἀμοιβαῖς ὑπεταχύνουσι τὰς πομπὰς τῶν γραμματοφόρων. Idem in Othone, κλαύδιος δὲ βάσσος φησὶ κομισθῆναι εἰς ἰωνείαν Διπλώματα εἰς ἐκπέμψοντας τοὺς γραμματοφόρους. Sic Tacit. lib.18. post Bebriacensem pugnam narrans Cenum libertum Neronis mentitum fuisse superuentu decimæ quartæ legionis Vitellianos cæsos, *Causa*, ait, *fingendi fuit vt* Diplomata *Othonis, quæ negligebantur, lætiore nuncio venale fecerent: cùmque, huiusmodi mendacio, rapidum in vrbem vectum fuisse*, ait: Capitolinus in Pertinace, *Dein præfectus cohortis in Syriã profectus, T. Aurelio Imperatore, à Præside Syriæ, quòd sine* Diplomatibus *cursum vsurpauerat, pedibus ab Antiochia ad legationem suam iter facere coactus est.* Itaque Plin.Epist.penult.lib.10.Traiano se excusat,quòd vxori suæ ad adiuuandam itineris celeritatem, *Diplomata* officio suo data commodasset.Meminit Diplomatũ &Herodia.lib.7. Tertull. in Apologet. *O nuncios, tardos, & somniculosa* Diplomata. Symmach. Epist. 55. *lib.5. Ad huius celebritatem voto alacri cucurrisse, nisi* Diplomatis *sacri tarda perlatio arctasset interuallũ, dierũ somniculosa* Diplomata. Ex quibus patet illa Vlpiani verba in l.137.§.cùm ita D.de verb.oblig. *Quòd si* Duplomate *vsus, vel fœlici nauigatione, maturius quàm quisque peruenerit Ephesum*, &c. Io. Saresberiensis in carmine Euchetico Polycratici, *Accelera gressus tanto* Diplomate *pergens*. Richardus de Buri Episcopus Dunelmensis in Philobiblo, *Quarum facultatum itinera dispendioso compendio, damnosoque* Diplomate *transmeantes, in sacrum Mosem manus iniiciunt violentas.* Dicta autem creduntur Diplomata à duplicatis tabellis. Eóque alludisse dicitur Ouid in lib. Amor. cùm ait, *Tũc ego vos,* Duplices, *rebus, pro nomine, sensi.* Duplices etiam *Tabellas* dixit Suet.in Aug.cap.26.

Et *Bipatens pugillar* Ausonius.

DVRARE & *Mutari*, opponuntur, l. 67. D. de legat. 2. Item *prima ratione fuisse*, & DURARE, l. 23. D. de hered. petit.

Durare Actio, l. 8. D. de cap. minut. l. 55. §. vlt. & l. 63. §. si heres, D. ad Sc. Trebell. l. 66. §. in fundo, D. de legat. 2. l. 11. D. de aur. argen. *Administratio*, l. 3. C. de administr. tut. *Adoptio*, l. 10. §. parentes, D. de in ius voc. *Adsignatio*, l. 5. D. de adsignand. libert. *Bonitas*, l. 15. D. de peric. & com. *Causa*, l. 3. C. ne de statu defunct. *Causa eadem*, l. 31. §. si vi, D. de vsurpationibus. *Causa fideiussionis*, l. 21. §. seruo, D. de fideiussoribus. *Causa Possessionis*, l. 2. §. etsi, D. pro emptore. *Condictio*, l. vlt. D. de condict. furt. l. 8. §. si Titius, D. de furtis. *Defensio*, l. 2. in fi. D. quib. ex. caus. in possess. *Donatio*, l. 32. §. si diuortium, D. de donat. inter vir. *Electio*, l. 77. D. de legat. 1. l. 61. D. de legat. 2. *Fideicommissum*, l. 6. D. de auro argent. *Institutio*, l. 68. D. de legat. 1. *Ius*, l. 37. D. de reb. auct. iud. *Ius Pristinum*, l. 18. D. ad l. Falcid.

Lapis meus, l. 6. D. de donation. *Legatum*, l. 6. D. de auro & argento. l. 24. D. quand. dies leg. l. 4. D. de pecul. leg. L. vlt. D. de duobus reis. *Matrimonium*, l. 45. §. vlt. D. de ritu nupt. l. 1. D. vnde vir. l. 7. D. de diuortiis. *Nuptiæ*, l. 32. §. si mulier, D. de donat. int. vir. *Obligatio*, l. 68. D. de iure dot. l. 21. §. cum & tu, & l. 49. l. 58. §. vlt. D. de fideiussor. l. 7. §. si vxor, D. de donat. inter vir. l. 46. D. de solutionibus. *Officium*, l. 1. §. finito, D. de contrar. & vtil. *Officium Arbitri*, l. 2. D. famil. ercisc. *Pignus*, l. 8. §. non videtur, D. quib. mod. pig. *Pœna*, l. 5. D. de publican. *Possessio*, l. 13. D. pro emptore. *Precarium*, l. 8. §. Illud, D. de precar. *Prima causa possessionis*, l. 2. §. & si, D. pro empt. *Res*, l. 11. §. si res, D. de legat. 3. *Societas*, l. 5. C. pro socio. *Spes vsusfructus*, l. 9. D. vsusfruct. quemadm. *Sponsalia*, l. 9. D. de sponsalib. *Tutor*, l. 2. D. de administ. & peric. *Versum*, l. 10. §. versum, D. de in rem verso. *Vincula*, l. 2. C. de luitio. pign. *Voluntas*, l. 1. §. 1. D. de legat. l. 4. D. de manumiss. vind. l. 1. §. 1. D. de legat. 3. l. 30. D. de adimend. legat. l. 32. §. si diuortium, D. de don. int. vir. l. 8. D. de confirm. tut. *Vsucapio*, l. 21. & l. 33. §. vlt. D. de vsurpat.

DURARE *Patronus*, l. vlt. D. de diuort. *Siue adhuc* DURET *Tutor*, *l.* 3. D. de suspect. *Durantes Tutores*, l. 39. D. de administ. tut. *Durare Testes*, *id est*, *permanere*, l. 20. §. vlt. D. qui testam. fac.

Durare Actiones, l. 56. D. de oblig. *Iudices*, l 49. §. vlt. D. de iudic. *Pacta*, l. 22. §. sin autē, D. soluto matr. *Permissa*, l. 6. §. quod si, D. quod cuiuscum. *Semel vtiliter constituta*, l. 85. §. 1. D. de diuers. regul. *Seruitutes*, l. 23. §. si fundus, D. de seruit. præd. rust.

Durante causa euictionis, l. vlt. C. de euictionib. *Eodem Testamento*, l. 9. D. de testament. milit. *Iure potestatis*, l. 32. §. si socer. D. de donat. inter vir. *Matrimonio*, l. 2. C. de dote cauta, l. 5. C. de donat. inter vir. l. 8. C. de iure dot. l. 11. §. violenti, & l. 13. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. *Officio*, l. 14. C. de administr. tut. *Pœna*, l. 8. D. de pudic. iudic. *Testamento*, l. 9. D. de testam. milit. *Tutela*, l. 9. §. si paterfamil. & l. 32. §. vlt. D. de administr. & peric. *Voluntate*, l. 15. D. de manum. l. 44. §. si pocula, D. de legat. 1. l. 25. D. de donat. inter vir. *Durantibus iisdem codicillis*, l. 1. §. si quis planè, D. de legat. 3.

DURARE *in Administratione*, Paul. lib. 1. Sent. Tit. 4. *In Causa legati*, l. vlt. §. vlt. D. de liberat. leg. *In eadem causa*, l. 68. D. de leg. 1. l. 9. C. de petit. hered. l. vlt. C. de pigner. act. l. 18. C. de postlim. reuers. *In eadem voluntate*, l. 1. §. si quis planè, D. de legat. 3. l. 11. C. de donat. inter vir. *In familia*, l. 12. C. de collationib. *In Priore condicionis*, l. 1. D. de pœnis. *In Tutela*, l. 3. D. de tutelis. *Durabunt in Obligationem*, l. 8. D. ad Leg. Falcid.

Durare vsque ad Sententiam, l. 16. §. petisse, D. de bon. libert.

Durare in perpetuū, l. 4. D. de iu. immunit. *Durare animū & corpus in Tormenta*, l. 18. D. de quæst. *Si fortè* DURETUR *non caueri*, l. 4. §. 1. D. de dam. infec.

DVRA *Condicio*, l. 3. D. de publicanis. *Separatio*, l. 12. §. sed an instrumenti, D. de instr. vel inst. *Duris condicionibus*, l. 25. D. de statuliber. *Durior est causa petitoris* l. 33. D. de diuers. reg.

In Duriorem causam, seu *Condicionē*, *accipi fideiussor*, id est, grauiorem & onerosiorē, l. 8. §. illud, & §. si quis stichum. & l. 49. §. vlt. D. de fideiussor. *In* DURIOREM *causam accepto ferre*, l. 3. D. de solutionib. id est, *In grauiorem*, vt l. 5. D. eod. tit.

Durior Condicio, l. 35. & l. 63. D. de condic. & demonst. l. 16. §. 1. D. de fideiussorib. l. 24. §. vlt. D. de fideicommiss. libert. l. 3. §. 1. D. de aliena. iudic. l. 35. §. defendere, D. de procurator. l. vlt. D. de litigios. *Durior exitus*, l. 1. D. de alienat. iudic. *In Duriore loco esse*, l. 1. D. si ex noxali.

Durior Animaduersio, l. 12. D. de public. iud. *Interpretatio*, l. 25. D. de legib. *Pœna*, l. 12. §. vlt. D. de accusationib. *Sententia*, l. 13. §. pœna. D. de his qui not. infam.

Duriores pœnæ, l. 15. D. ad municipal. *Duriora fieri iura*, l. 32. D. de statuliber. *Pro* DURIORIBUS *humanam sequi Sententiam*, l. vlt. in fi. C. de comm. seruo.

DVRVM *eſt*,l.35.D.de procuratorib.l.40.D.de hered.petit.l.23.§.vlt.D.de oper.libert.l.65 D.de ſeruitutib.*Durum eſſe videtur*, l. 38. §. libert. D. ad leg. Iul.de adulter. l.7. D. de leg.Iul. repetund.& apud Plinium Epiſt.74.lib.10.

Durum eſt dicere,l.5.§.ſi cùm omnes,D.de Senat. Silan. l.21.§.ſed ſi, D.de furt. *Quod quidam per quam Durum eſt,ſed ita lex ſcripta*,l.12.D.qui à quib.

Durum erat.§.aliæ autem,Inſtitut.& actionib.*Durum erit*,l.55.§.qui fideicommiſſum, D. ad Senat. Trebell.

Durum videbatur,l.23.§.tutor,D.de iure fiſci.l.77.§.cùm exiſtimaret, D.de legat.2.*Durũ eſſe videbatur*,l.22.§.lites,D.de iur.fiſci.

Durum & amarum eſt,l.32.§.ait, D.de donat.int.vir.& vxor.*Durum & iniquum*,l.13. D. de probationib.*Quod Durum videbatur temperandum*,l.12.§.ſi quis per vim. D. quod met. cau. *Duriſsimum eſt*,l.19.§.proinde,D.de iudiciis.

Duriſsima eſt ſententia exiſtimantium,l.87.D.de legat.1. *Duriſsimis pœnis adfici*,l.1.§.ſin autem, C.de raptu virgin.*Duriſsimas res exigere*,l.1. D.de bon.libert.

DVRE *conſtitui*,l.54.D.ad L.Falcid.

DVRIVS & *Remiſsius*,opponuntur, l.11.D.de pœnis.

Durius conſtitui,l.4.§.1.D.de incend.ruina.*Durius Pomponius*,l.19.§.ſi per eũdem,D.comm. diuid.

Durius habiti,l.2.D.de his qui ſui vel alieni. *Durius damnari*, in Lege Dei, Tit.11.*Puniri*,l.7. §.vlt.D.de leg. Iul. repetund.

Duriſsimè puniri,l.1.D.de abigeis & in Lege Dei Tit.11.

DVRITIAM *Dominorum exponere*,l.1.§.quod autem,D. de offic. præf. vrb. *Duritia legum*, l.9. C.de legib. *Tormẽtorum*, l.1.§.quæſtioni,D.de quęſt. *Pœnæ non inrogatæ indignatio ſolam Duritiam continet*,l.7.D.de ſer.export.

DVVMVIRI,Magiſtratus Municipales appellabantur,quòd duo eſſent,l.6.§.1.D.quod cuiuſcum. vniuerſit. l.vn. D.ſi quis ius dic.non obtẽp.l.3.§.vlt.D.de pecul.l.1.§.ſi inter,D de magiſt.conuen.l.13.§.item Labeo,D.de iniur.l.35.D.de obligationib.l.vlt.D.ad municipal. l.52.§.ſi fugitiuum.D.de furt.l.vlt.C.qui admitti.l.vlt.C.de iudic.l. 53. C. de decurionib. lib.10.l. penult. C. quo quiſq; ordin.conu.lib.11.l.1.quemad.munera ciuil.in C. Th. Velleius Paterc.vol.poſter.de Mario,*Iniecto in collum loro in Minturnẽſium carcerem iuſſu Duumuiri perductus eſt*.

DVVMVIRATVS vocatur ipſum Duumuirorum munus & officium, l.1. D. de albo ſcriben. l.1.C.de temp.appell.l.3.C.quando prouoc.non eſt nec.l.7.§.is qui,& l.18. C.de decurion. lib.10.l.1.de hon.codicill.in C.Th.l.16.& l.77.de decurionib.in eod. Cod. & apud Plin. Epiſt.22,lib.4.*Duumuirilitas* dicitur,l.1.C.de naturalib. liber.

DVOVIRALES appellantur qui Duumuiratu functi ſunt, l. 1. D. de albo ſcrib.l.2.quemad. muner.ciuil.in Cod.The.Sic in Inſcriptione Neapolitana, HOC OPVS OMNE FACITO ARBITRATV DVOVIR. ET DVOVIRALIVM QVI IN CONSILIO ESSE SOLENT PVTEOLIS. licet quidam malè *Duouiratium* exſcripſerint.Ceterùm pro Duumuirali,*Duumuiralitium* dixit B.Auguſtin. in Breuicul.

DVX, appellatur *qui exercitui præeſt*,l.2.D.de his qui nor. inf. *Dux mille hominum*, l.1. §. vlt. D.de teſt.milit.*Ad Ducem ſuum deſertor mitti*,l.2.D.de re.milit.*Aduerſus Ducem contumacia*,l.6. §.1.D.eod.tit.*Duces belli quædam inter ſe paciſcuntur*,l.5.D.de pactis.*Duces Sylla & Cotta*,l.4.D. de re milit.*Ducibus relictis*,l.2.§.initium, D.de orig.iur.*Duces factionum*,l.16.D.de appellationibus.

Duces etiam in poſteriorum Impp.conſtitutionib.appellantur tam qui limitibus, quàm qui Militibus, Prouinciis, Fœderatiſq; præerant,l.7.C.vbi cauſæ fiſcal.l.1.C. ad L. Iul. repetund.l.3.eod.tit, in C.Th.Vetus Gloſſar.DVX, Ἀνθύπατος ὁσήμερον.

Dux Limitis,l.1.de luſor.Danub.in C.TH.*Limitum*,l.5.de fil.app. mil. l. 2. de venat. ferar. in eod.Cod. *Dux Ægyptiaci limitis*,l.13.C.de aduoc.diuerſ.iudicior.

Dux limitis Eufratenſis,l.1.de Comitib.& Tribun.in Cod.Th.

Dux & Corrector limitis Tripolitani,l.133.de decurionib.in C.Th.*Dux Rhætici limitis*, apud Vopiſcum in Bonoſo. *Dux limitis Scythici, Illyriciani, Thracij, Orientalis*,apud eundem in Aureliano.Procopius lib.1.de bello Perſico ὃς δὴ καλοῦσιν σαγμαναῶν,τῶν ῥωμαίοις ἐν ἀπορρήτῳ ἡγεμόνες. *Duces Militum in Limitibus conſtituti*,l.vn.C.de venat.fer.lib.10.l.vlt. C.de off. milit. iud.l.vlt.C.de off.præf.præt.*Duces Militum*,l.13.de veteran.in C.Th. Nou. Theod. & Valentin.de ambit.& loc. limitan.

Duces *Prouinciarum*,l.1.de comitib.rei milit.lib.2.l.1.de comitib. & Tribun. ſcholar.in C. Th.l.3.de comitib.rei milit. l.1.de comitib.& Archiatr. ſac. palat. in eod. Cod. Nou. Th. & Valent. de Tribut. fiſcalib.

Dux *Ægypti*,l.43.de appellationib.in Cod.Th. *Armeniæ*,l.57.de curſu pub.l.15.de re milit. in C.Th. *Libyæ*,l.16.de numerar.actuar.ſor.in C.Th. *Meſopotamiæ*,in inſcriptione,l.2.C.quę res vendi non poſſ. l.1.C.de Eunuch.& l.6.de filiis apparit.in C.Th. *Oſdroenæ*, l. 8. de pagan.ſac.& temp.in C.Th.*Rheni*,l.9.de re milit.in C. Th.*Sardiniæ*,l.3.ad L. Iul. repetund. in C.Th.

Duces Tripolitanæ & Bizacenæ Prouinciæ, & *Mauritaniæ*, & *Numidiæ* ,l. vlt. C. de off. præf. præt.Afr.

Duces vtique per Orientem,ſex:per Ægyptum, duos:per Ponticam, vnum: per Thracias , duos: per Illyricum , totidem: & quamplurimos in Occidente auctor Notitiæ prodidit.

Porrò *Duces*, *Spectabiles* nominantur,l.27.de cohort.princ.corn.l.9.de re milit.in C. Th. & *Viri Clariſſ.*l.113.de decurionib.l.2.de venat.ferar.in eod.Cod.

Ducum Domeſticus, *Manipularis*, *Miniſter*,l.1.C.ad L.Iul.repetund. *Patrocinia*,l.1.de patroc. vicor.in C.Th.

Dvciani, Ducum Officiales ſeu milites ſignificant,l.2.C.de offic.præf.prætor.Afr.l.3.de litor.& itin.in C.Th. *Ducianum Iudicium*,l.36.de appellationib.

Dypticha,l.1.de expenſ.ludor.in C.Th.

Dyrrachii fit mentio in l.1.§.ſed etſi,D.de excitor.l.7.D.de cenſib.

Dyrracheni in Prouincia Macedonia,l.vlt.D.de cenſib.

FINIS LIB. IIII.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE.

LIBER V.



Pro *De*. Sic *E Pecoribus*, l. 8. §. vlt. D. famil. ercisc.

EATENVS *Quatenus*, l. 2. D. de dote præleg. l. 7. D. de Institor. l. 11. §. 1. D. de iureiuran.

EBRIETAS. *Per Ebrietatem ad manus vel ad ferrum venitur*, l. 11. §. delinquitur, D. de pœnis. *Ebriosus*, l. 1. de repudiis in Cod. Theod.

EBVR, inter species ad vectigal pertinentes numeratur, l. vlt. §. species, D. de publican. India aduectum. Virgil. lib. 1. Georgic. testatur. Plin. lib. 8. cap. 3. de Elephantorum dentibus, *Deciduos*, ait, *casu aliquo vel Senecta, & fodiunt: Hoc solum Ebur est*: Et mox, *Rara amplitudo iam Dentium, præterquam ex India reperitur*. Suppellectile autem ex Ebore Romanos fuisse vsos docet, l. 7. D. de de supellectile legatum. Eodem Ebore numinū ora & mēsarum pedes queritur Plinius lib. 12. cap. 1.

Eboreæ Mensæ, l. 12. §. idem respondit domo instructa, D. de instr. vel instr. *Tabulæ*, l. 2. §. exactis, D. de orig. iur.

EBORARII, l. 1. C. de excusat. artific. lib. 10. & l. 2. C. eod. tit. in Cod. Th. qui ex Ebore opus aliquod faciunt. Basilica ἐλεφαντουργοὺς vertunt.

ECCE. Huic vociinterdum præponūtur hæ particulæ, *Vt*, &, *Nam. Vt Ecce*, in l. 37. D. de ædilic. ed. l. 1. §. sed & si D. de exercitor. l. 20. D. de off. proconsl. 2. D. Locati. l. 42. D. de donat. int. vir. l. 10. §. vlt. D. de legat. prēst. l. 74. D. de verbo. oblig. l. 2. D. de natalib. restituend. l. 18. §. 1. D. de instruct. vel instrum. l. 80. §. 1. D. ad Leg. Falcid. l. 13. D. de iniust. rupt. l. 49. D. de furt. l. 7. D. de cap. minut. Macrob. lib. 6. Saturnal. cap. 4. *Nam Ecce*, l. 5. §. hæc verba, D. quod vi aut clam. l. 9. §. vlt. D. de dolo.

Ecce enim, l. 13. D. iudicat. sol.

Ecce enim §. sanè, Institut. de replicationib.

ECVLEI fit mentio in l. 6. de matemat. & malef. in Cod. Th.

EKΔIKOI, Nouell. 84. apud Iulian. & Nouel. 67. *Defensor Ecclesiæ vel Monasterij. Ecdicus Amisenorum Ciuitatis*, Plin. Epist. III. lib. 10.

EDERE est copiam describēdi facere, vel in Libello complecti, & dare, vel dictare. Is quoque *Edit* qui Aduersarium suum ad Album producit, & demonstrat quod dictaturus est, vel id dicendo quo vti velit, l. 1. l. 6. §. si initium, & §. edi, D. de eden. Sic *Edere actionem*, d. l. 1. l. 21. & l. 23. D. de iudic. *Edita actio*, ait Imperat. l. 3. C. de eden. *Speciem futuræ litis demonstrat*. l. 1. C. de lit. contest. Vnde Ammian. Marcellin. lib. 30. Vt *Nondum se Patronus, post speciem litis triennium Editam, causetur instructus*. *Edere Iudicium*, l. 2. D. pro donato. l. 4. §. mandaui, D. de doli excep. Sic *Edere Iudicium de hæreditate*, l. 22. §. si procurator, D. rat. rem hab. *Edere verba Iudicij*, Cicero pro Quint. *Edere Iudicium* & *Accipere*, opponuntur, l. 15. D. de auctorit. & consensu.

Edi etiam *Interdictum* dicitur, l. 8. §. ex hoc interdicto, D. de precar. l. 3. D. de interdict. l. 1. §. annus, D. de vi & vi arm. l. vlt. §. pen. & vlt. D. quod legator. *Editum* quoque *Formulam*, dixit Plinius lib. 9. cap. 59. & Quintilian. Declamat. 13.

Edere Acta, l. 2. C. de edend. *Instrumenta*, l. 1. §. edend. & l. 3. D. eod. tit.

Edi Acta, & Actorum exempla, l. 45. §. neque D. de iur. fisc. *Instrumẽta*, d. §. neque, & l. 2. §. itẽ diui, D. eod. tit. *Ratio*, l. 10. §. Edi, D. de edend. *Edi*, autem est, *vel dictare, vel tradere libellum, vel Codicem proferre*, l. 6. §. edi, D. eod. *Edi* etiam *Ratio ita intelligitur, si à capite edatur*, l. 10. §. 1. D. eod. *Edi professiones Peculij*, l. 19. D. de pecul. leg. *Editæ nouæ Professiones*, l. 2. D. de censib.

Edere Sententiam litigatoribus, l. 1. C. de sentent.

Edere Patrimonium, l. 1. §. si quis seruus, & §. solent, D. de offic. præf. vrb. l. 9. D. de tutel. vt *Edere Censum*, apud Plin. Epist. 6. lib. 10. quod vulgò dicimus Dare *per declarationem*. Tertul. in lib. de præscriptio. aduers. hæret. *Edant ergo origines Ecclesiarum suarum. Editi Census*, l. 4. §. quæ post, D. de censib. Sueton. in Calig. cap. 38. *Arguebat & perperam Editos census.*

Edere Nomen, l. 1. D. de off. consul. l. 2. C. qui pet. tut. l. 2. §. si mater, D. ad Sc. Tertyllia. id est Dare vt l. 2. §. diuus, D. quod pet. tut.

Edere litigatori exemplum literarum. l. vlt. D. quando appellan. sit. *Exemplum relationis*, l. 6. D. de appell. recip.

Edere Mandatorem, l. 2. §. diuus, D. de iur. fisc. quod in vsu nostro forensi dicitur, *Nominare delatorem, seu instigatorem. Edere crimina*, apud Paul. lib. 5. Sent. Tit. 18.

Edere librum, l. 46. §. tutor. D. de adm. tut. *Edere Librum suo Nomine, vel sine Nomine*, l. 5. §. si quis, D. de iniur.

Edere Filium, l. 2. §. 1. D. ad Sc. Tertyl. *Geminos*, l. 16. D. de statu homin. *Partum*, l. 18. D. de statu homin. *Sobolem*, l. 10. §. si serui, D. de iure dot.

Edi Filij, l. 1. §. vlt. D. si pars hered. pet. *Partus, Liberi*, l. 17. §. ex facto, D. ad Senatusc. Trebel.

Edere Operas, pro prẽstare, l. 9. l. 19. l. 21. l. 38. l. 49. & l. 50. D. de oper. libert. & apud Senec. Epist. 29. lib. 4. Sueton. in Calig. cap. 57. & in Nerone cap. 13.

Edere rationem, l. 6. §. 1. D. de ed. Plautus Aulular. Act. 2. Sc. 6. *Postquam hanc rationem ventri cordique* Edidi. *Rationes*, l. 9. & l. 10. D. de eod. l. 8. §. is qui, D. de liber. leg. l. 32. in fin. D. de condi. & dem. l. 5. §. inprimis, D. de reb. eor. Cic. Epist. 3. lib. 7. ad Atticum. De *Philotimo faciam equidem vt mones: sed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi* Edidit. *Edere librum rationum*, l. 46. §. tutela, D. de administrat. & pericul. *Edere* autem *Rationes*, aliud est quam *Reddere*. Nec enim is qui *Edere* iussus est, reliquum reddere debet, l. 89. in fi. D. de verb. signif. Sed & cum die & consule edendæ sunt rationes, quoniam data & accepta nõ aliàs possunt apparere, l. 1. D. de eden. Act. 2. Sc. 6. Sic *Editæ Rationes*, l. 31. D. de statulib.

Partus, l. 25. D. quando dies leg. l. 48. §. ancilla, D. de furt. l. 1. §. totiens, D. de ventr. in poss. *Editus Partus*, l. 20. D. de rei vind. l. 3. §. Vnde, D. de iureiur. l. 2. l. 4. l. 10. & l. 14. D. de vsuris. l. 28. §. Iulianum, D. de donat. inter vir. l. 3. §. 1. D. de adgnosc. & alend. liber. l. 25. D. de liber. & post. *Editi Partus* l. 24. §. 1. D. ad leg. Falcid. *Editi Infantes*, l. 26. §. cùm quidam, D. de fideic. libert. *Editi Fœtus*, l. 71. §. vlt. D. de vsufruct.

Editus ex Matre, l. 9. D. ad municipal. *Ex Matrimonio*, l. 3 §. si mater, D. de Carbon. edict. *Editus Mortuus*, l. vlt. §. vlt. D. ad Sc. Tertyl.

Editus Bubum, l. 55. §. lignorum, D. de legat. lib. 3.

Edere Ludos, l. 5. §. interdum, D. commodati. *Munus*, l. 36. D. de condicionib. & dem. *Edendi Muneris gratia*, l. 5. D. de pollicitationib. *Ad Munus Edendum relictum*, l. 122. D. de legat. 1.

Edi Ludi, l. 17. D. de vsu & vsufr. leg. *Spectaculum*, l. 16. D. eod. tit. *Spectacula*, l. 4. D. de administr. rer. l. 3. C. qui manum. non poss. *Editores Munerum, seu Ludorum*, l. 18. & 31. de Prætor. & quæstor. in Cod. Th. & apud Symmach. Epist. 20. lib. 1.

EDITIO, l. 2. §. prẽterea, D. de decurionib. l. 5. D. de pollicitat.

Editio Actorum, l. 2. C. vt lite pendente. *Precum*, l. 20. C. ad L. Cornel. de fals.

Editio Certaminis. l. 1. C. de expens. ludor. lib. 11. *Muneris*, l. 10. D. de pollicitatio. l. 1. C. de pericul. succes.

Editio certaminis, l. 10. D. de pollicitationib. *Editiones spectaculorum*, l. 2. de offic. rector. prouinc.

Editio Filij, l. 2. §. si ad tempus, D. de decurionib. *Fœtus*, l. 71. §. vlt. D. de vsufruct. *Partus*, l. 2. §. in filiis, D. de decurionib.

Editio Operarum, l. 50. D. de oper. liber.

Editio Rationũ, l. 4. §. etiam, D. de edend. *Editiones sine die & Consule fieri debent*, l. 1. §. editiones, D. de edend.

Editis Testibus, apud Cicero. 3. in Verrem & Liuium lib. 3. *Testibus datis*, vt idem Cicer. lo-

quitur lib.3.de Finib.& idem Liuius lib. 3.25.& 26.

Editicius Index,vt Seruius in Bucolic.Virgil.ad illum 3.Eclog.verſum, *Audiat hæc tantùm vel qui venit ecce Palæmon*,eſt,*quem vna pars eligit*.

EDICIT *Prætor*,l.1.D.de minorib.l.1.D.de reb.credit.l.1.D.de bon.libert.*Proconſul*,l.28.D. de teſtament.milit.*Olim ita Edicebatur*,l.1.D.quod met.cauſ.

Edicere Teſtator,l.20.§.vlt.D.famil.erciſc.

EDICTA,vt Dionyſ.Halicarnaſſ.lib.5.ſcribit,Romani appellabant,τὰ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων ἐπιτάγματα, καὶ τὰς ἀγραφας. Nam vt ſcirent Ciues quod ius, de quaque re quiſque Magiſtratus dicturus eſſet,ſéque præmuniret,Edicta proponebãt,quæ Edicta Prætorũ,ius Honorariũ conſtituerũt.l.2.§.eodem tẽpore,D.de orig.iur.Id quod oſtẽdit Cic.lib.2.de Finib. his verbis.*Iam cùm magiſtratũ inieris & in Concionẽ aſcenderis:eſt enim tibi Edicendũ quæ ſis obſeruaturus in iure dicẽdo*.Plutarc.in Marcello, Καὶ γὰρ τὰ ἀγράμματα τῶν ἀρχόντων Ἕλληνες μὲν ἀγράμματα, ῥωμαῖοι δὲ Ἐδίκτα προσαγορεύουσιν. Planè Edicta ἀγράμματα vocat,Ioſeph.lib. 19. Antiquit. cap.14.At Dio.lib.42.*Edictum* προγραφὴν vocat.Vetus Gloſſar. *Edictum*, Νόμος λεγόμενος ἀπὸ προτάξεως.

Enimuero non Prętores tantùm,ſed & Ædiles Curules Edicta de quibuſdam cauſis proponebant,§.proponebant,Inſtitut. de iure natur. Inter quæ Ædilicia Edicta principatum obtinuit illud,quod refertur ſub Titulo de Ædilicio Edicto: cuius etiam fit mentio,l.31.de pactis.l.5.§.communes, D.de verb.oblig.& apud Agell.lib.4.cap.2.Ad quod Ædilium Edictum Gaius libros duos, Vlpianus,& Paulus, totidem peræque ſcripſiſſe feruntur.

Quinetiam Cenſores Edicta quædam proponebant. Cui rei teſtimonio eſt Cenſorium illud Edictum quod à Suetonio in lib. de claris Rhetorib. & Agell. lib. 15. cap. 11. celebratur.

Proconſules etiam & Præſides in Prouinciis Edicta eiuſmodi proſcribebant, vt ex Cicero.Epiſt.1.lib.6.ad Attic.& ex Verrinis patet.Eáque cauſa eſt, cur in Edictorum interpretatione,*Proconſulis*,ſæpe mentionem Gaius facit:vt in l. 1. D. de alienat. iud.mut.l.26.D.de dolo.l.27.§.1.D.de minorib.l.1.D.quod cùm eo.l.1.§.penult.D.quod cuiuſcum. vniuerſit. l.6 .D.pro ſoc.l.7. D.teſt.quemad.aper.l. 57.D.de adqu.vel omit.D.de religioſ.& ſumpt. funer. l.7.l.2.D.vnde cogn.cùm aliis quę ab Anton.Auguſtin.lib.1.Emend.cap.5.notãtur.

Enimuero quod à Prætore Vrbano,*Vrbicum* : quod ab his qui Prouincias regebant proponebatur, *Prouinciale Edictum* appellabatur. *Edicto Vrbico* teſtimonium perhibent inſcriptiones,l.9.D.de oper.no.nunt.& l.5.D.de adimend.legat.Ad vtrumque libros Gaium ſcripſiſſe, ex Indice Piſano conſtat. Præcipuè verò ad Edictum Prætoris Vrbani, ad quod etiam antè eum libros quinque Maſſurium Sabinum ſcripſiſſe compertum habeo.Quamquam enim hac in parte Indicis Piſani auctoritate deficiamur:attamen ad fidem faciendam vel vnus Paulus in l.18.D.de operis libertor. idoneus & locuples teſtis eſt.Ad Edictum verò generaliter Commentarios ſcripſerant Labeo,Iulianus,Pomponius Vlpianus,Paulus.

Edictorum autem quædam *Perpetuæ*:quædam *temporariæ Iuriſdictionis* cauſa proponebantur,l.7.D.de iuriſdictio.*Perpetua iuriſdictionis* cauſa cenſebantur ea è quibus certum ac conſtans ius in vniuerſos ciues deſcriptum reddebatur:qualia ſunt, quæ, verbi gratia , *de Iudiciis*,*de rebus Creditis*, *de Bonorũ poſſeſsionibus* edixiſſe Prætores legimus.Temporalis verò iuriſdictionis erant,quæ non perpetui iuris cauſa,ſed prout res inciderat proponebantur: cuiuſmodi erant ea quibus Abſentes euocabantur,adeſſéque iubebantur:quæque alia de ſingulis perſonis, rebus & controuerſiis è renata edicebantur.

Porrò Edicta,Titulis, pro rerũ materiæque varietate diſtincta fuiſſe,ex eo apparet quòd Inſcriptiones capitum,quę ex Gaij ad Edictum Prętoris Vrbani libris ſumpta ſunt,hoc modo concipiuntur,*Ad Edictum Prætoris Vrbani, Titulo,de Prædiatoribus*:*Ad Edictum Prætoris Vrbani, Titulo de publicanis*: *Ad Edictum Prætoris Vrbani, Titulo, de Liberali cauſa*.*Ad Edictum Prætoris Vrbani, Titulo de aqua pluuia arcenda* : Et, *Titulo* D. *damno infecto*. Item *Titulo de re iudicata*: *Titulo, Qui neque ſequantur, neque dicantur. Titulo de Teſtamentis , Titulo , de legatis*. Similitérque, eius *Ad Edictum Vrbicum liber*,*Titulo de Operis noui nuntiatione*,memoratur.

Inde hęc ex Vlpiano lib.11.ad Edictum,*Vtilitas huius Tituli non eget commendatione: ipſe enim ſe oſtendit.Nam ſub hoc Titulo plurifariam Prætor hominibus,vel lapſis,vel circunſcriptis ſubuenit*,l.1. D.in integr.reſtitut.Idem lib.26.ad Edictum, *Quoniam multa ad Contractus varios pertinentia iura,ſub hoc Titulo Prætor inſeruit,ideò rerum Creditarum Titulum præmiſit*.Et mox,*Ideò ſub hoc Titulo Prætor & de Commodato,& de Pignore edixit*.Hos Titulos minio notatos fuiſſe,argumento eſt

to est quod idem Vlpian.lib.67.ad Edictum, *Reciperandæ*, ait, *possessionis causa, proponuntur sub Rubrica*, Vnde vi. *Aliqua enim sub hoc Titulo Interdicta sunt*, l.2.§. Reciperandæ, D. de interdict.

Edicta vtique in Albo, vel in Charta, vel in alia materia proposita fuisse, ostendit l.7.D. de iurisdiction.

Ceterùm cùm Prætores pro arbitrio variè populo annua iura redderent, Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen inuitis, legem tulit, vt Prætores ex Edictis suis perpetuis ius dicerent: quæ res tùm, gratiam ambitiosis Prætoribus, qui variè ius dicere assueuerant, sustulit: quemadmodum Asconius Pædian.in Cic.Cornelian.tradit. Ac demum Edicta hæc variè dispersa Saluius Iulianus Hadriani temporibus collegit, & in ordinem digesta Edicti perpetui titulo edidit, vt Iustinian.in l.2.§.sicut igitur C. de vetere iure enucl.& l.10.C.de condict.indeb.scribit.Eutropius lib.8.*Post eum Diuus Iulianus Rempublicam inuasit: vir nobilis, & iuris peritissimus, nepos Saluij Iuliani, qui sub Diuo Hadriano perpetuum composuit Edictum.* Ad quam Edicti compositionem ipsius Hadriani, atque adeo Senatus, auctoritatem accessisse, hoc addito, vt si quid in Edicto positum non inueniretur, hoc ad eius Regulas, eiúsque coniecturas, & imitationes noua posset constituere principalis auctoritas, Iustinian.in d.§.si quid igitur, testatur.

Atque hoc à Iuliano compositum Edictum, *Perpetui* nomen merito sibiin libris nostris vindicat: cuius ordinem secutum se in libris Epitomarũ Iuris, Hermogenianus profitetur, l.2.D.de statu homin.

Edicti perpetui Auctoritas, l.11.C.de prædiis minor.l.3.C.de edẽdo. *Beneficium*, l.2.C.quando non petentium. *Exemplum*, l.77.§. cùm pater, D.de legat.2. *Forma*, l.9.C.de collationib. l.2.C.de condic.insert.l.1.C.vti possidet.l.3.& l.4. C. de his quæ met.cau. *Interpretatio*, l.2. C.quod cum eo. *Ratio*.l.13.C.de procuratorib.

Edicto Perpetuo, Cautur, l.11.C.de Collationibus.Paulus lib.4. Sent. Tit. 7. *Declaratur*, l.19. C.ad Senatusc.Velleian.

Edicto perpetuo Actione proposita, l.vlt.C.de luitio.pign. l.8.C.de Iniuriis.

Edicto Perpetuo propositum Præiudicium, l.9.C.de patr.potest. *Ex Edicto Perpetuo competit Actio*, l.5.D.de extraordin.criminib.

Edictum Perpetuum scriptum est, l.1.§.1.D.de Iure fisci. *Perpetuum Edictum manifestè declarat*, l.2.C.Sentent.rescin.

Si ex Perpetuo Edicto aliquid decernatur, l.vlt.D.de appellationib. recipiend. *Quæ Edicto Perpetuo præcipiuntur*, l.52.§.honorario, D.de obligationib.& actionib.

Edicto Perpetuo permittitur, aut (quod magis puto) *promittitur, Actio*, l.2.C. rerũ amot.l.vlt. C.de reuocandis iis quæ in fraud. *In integrum restitutio promitti*, l.1.C.de alienat.iudicij. *Promissum beneficium*, l.1.C.si aduersus solution.

Ex Edicto petere bonorum Possessionem, l.vlt.C.de successor.edic.l.2.C.quor.bonor.

Ex hoc Edictorum genere est, *Carbonianũ Edictum*, quod solum auctoris sui nomẽ retinuit. Eiusdem quoque notæ est *Edictum Nouum*, cuius meminit.l.1.§.si pater vnum, D.de ventr.in poss.mitt.Item *Edictum Successorium*, Tit.de succes.edic.D.& Cod. *Edictum de Alterutro*, l.7. de Testam.& Cod. *in Cod.Th. Edictum de Furtis*, l.59.§.1.D. de manum.testam.

Verùm, vt ad alias Edictorum species transeamus, Proconsul antequam fines Prouinciæ sibi decretæ ingrederetur, *Edictum* debebat *de Aduentu suo mittere, continens commendationem aliquam sui*.l.4.§.Antequam, D.de offic.proconsl.

Eos etiam qui sui copiam non facerent, Prætores Præsidésque Prouinciarum Edictis adesse iubebãt: quod his quæ subiecì testimoniis comprobatur: *Si tribus Edictis à Præfecto Ærarij delator adesse iussus*, l.15.§.Senatus, D.de iure fisc. *Præsides Prouinciarum circa requirendos Adnotatos, hoc debent facere, vt eos quos Adnotauerint, Edictis adesse iubeant: vt possit innotescere eis qui Adnotati sunt*, l.1.§.1.D. de requirend.vel absentib. *Potuit Edicto desiderare vt eos Prætor Adesse iuberet*, l.2.§. Quid ergo si non fuerint, D.ad Senatusc.Tertyllian. *Trinis litteris, vel Edictis conuentus*, Paulus lib.5.Sentent.Tit.5. *Iudex, Edictis legitimus præponendis, eum citare curabit*, l.2.C. vbi in rem actio.

Eóque modo, *Edictis Euocari*, Absentes dicebantur. *Si neque delator, neque possessor tribus Edictis Euocati adfuerũt*, l.2.§.Senatus, D.de iure fisc. *atq; Tribus Edictis Euocati non respondent*, l.42. §.vlt.D.eod. tit. *Tribus propositis Edictis Euocati*, l.53.§.1.D. *de re iudicat. Litteris vel Edictis Euocatus*, l.20.§.præter hæc, in fine, D.de hered.petit. *Edicto proposito Euocatis adfinibus atque amicis*, l.vlt.D.vbi pupillus educ.

Edictis vocati, l. 51. C. de decurionibus, lib. 10. Iustini. Nouell. Constit. 112. Καὶ εἰ τοῦτο μηδαμῶς ποιήσῃ, προπηλακιζόμενον τειῶν Ἐδίκτων αὐτὸν καλεῖσθαι, μιᾶς ἑκάστης κλήσεως οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντα ἡμερῶν διαφήματι. προκλειομένης. κελεύομεν γὰρ τοὺς ὀρδιναρίους δικαστὰς μὴ μόνον ταῖς τῶν Κηρύκων φωναῖς, ἀλλ' ἐπὶ μὲν καὶ Ἐδίκτων προτιθεμένων καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον. Secundum quæ si Tutor datus non cõpareret, solebat *Edictis euocari*, l. 7. §. vlt. D. de suspect. tutor. *Edictis* etiã à Prætore *Euocari* oportuisse eos qui fideicommissam libertatem debebant, traditur in l. 26. §. euocari, D. de fideicomm. libertat.

Accusatores quoque si post accusationem institutam & satisdationem, præsentes non essent *Edicto admonendos* esse vt veniant ad causam agendam constituit Alexander, l. 3. C. de his qui accus. non possunt.

Et ita *ad Edictum non respõdere citatus* dicitur l. 15. §. Diuus, D. de iure Fisc. *Contumaces, qui neque* Denunciationibus, *neque Edictis præsidium temperassent*, l. 5. §. 1. D. de pœnis.

Ad hanc Edictorum speciem pertinet *Edictum* quod *Peremptorium* vocabatur, quod inde hoc nomen sumpsit quòd perimeret disceptationem, hoc est, vltrà non pateretur aduersarium tergiuersari, l. 70. D. de iudiciis, l. 2. C. quomodo & quan. iud. Tertul. in lib. de Pudicitia. *Audio etiam Edictũ propositũ esse, & quidẽ Peremptorium. Hoc & vnum pro Omnibus*, l. 22. D. de iudiciis, l. 1. C. quomodo & quan. iud. seu *vnum pro Tribus* appellabatur, l. 53. §. 1. D. de re iudicata, & apud Paulum lib. 5. Sentent. Tit. 5. ad quod hoc Ordine veniebatur, vt primò quis peteret, post absentiam aduersarij, Edictum primum: mox alterum, per interuallum non minus decem dierum: dein Tertium: quibus propositis, tunc *Peremptorium*, impetrabat. In quo comminabatur is qui Edictum dabat, etiam absente diuersa parte cogniturum se, & pronuntiaturum, l. 68. l. 69. l. 70. l. 71. D. de iudiciis. Et hic est *Edictorum Ordo*, l. 72. §. vlt. & l. 75. D. eod. tit.

Cuiusmodi Trium Edictorum fit mentio in l. 2. §. Senatus, & l. 15. §. Senatus, & l. 42. §. vlt. D. de iure fisc. l. 53. §. 1. D. de re iudic. & apud Paulum, lib. 5. Sentent. Tit. 5. l. 4. & l. 9. C. quomodo & quan. iud. Nonnunquam autem Peremptorium Edictum post tot numero Edicta quæ præcesserant, dabatur nonnunquam, post vnum, vel alterum: nonnunquam, statim, l. 72. D. de iudiciis. *Edicta* autem huiusmodi Dari dicebantur, l. 55. & l. 82. D. de eod. tit.

Sed de Edictis quæ à Magistratibus proponebantur, dabantúrve, hactenus.

Sunt & *Edicta Imperatorum* instit. l. 14. D. de condicionib. seu *Principum*, l. 7. §. ait prætor, D. de pactis, l. 1. D. ex quib. caus. maior. l. 1. D. de constit. princ. §. sed & quod principi, Instit. de iure natur. vbi Theophil. *Edictum* ait dici πᾶν ὅσον ἐξ οἰκείας φύσεως κινηθεὶς οἷός ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν τῶν ὑπηκόων εὐταξίαν καὶ λυσιτέλειαν.

Qualia sunt, *Edictum* Diui *Augusti*. l. 8. D. de Questionib. L. 27. D. de liber. & postum. & apud Plin. Epist. 71. lib. 10. *Diui Claudij*. L. 14. §. maritus, & l. 15. D. de L. Cornel. de Falsis, & l. 1. §. sed scimus, C. de latina libert. Domitiani, l. 2. D. de cust. & exhib. Diui *Neruæ*, l. vlt. D. ne de statu defunct. & apud Plin. Epist. 66. lib. 10. Diui *Traiani*, l. 13. D. de iure fisci, l. 5. §. vlt. D. de his, quæ vt indign. l. 1. C. de latina libert. Diui *Hadriani*, Rubrica de Edict. Diui Hadr. toll. C. No. Valentinia. de Testament. Diui *Marci* l. 3. C. si aduers. fisc.

Edicta Germanici Cæsaris, l. 4. §. Edicta, D. de re milit. *Imperator Antoninus Edicto proposito statuit*, l. 3. §. 1. D. de decurionib. D. *Pius cum Prouinciæ Asiæ præerat, caput Mandatorum sub Edicto proposuit*, l. 6. D. de custod. & exhibit.

Diui *fratres Edicto admonuerunt*, l. 39. D. de religios. Ac planè quædã fuisse *Edicta Monitoria*, docuimus lib. 3. de Formulis: quo de genere Callistratũ libros sex scripsisse accepimus: qui in Pandectis interdum *Edictorum Monitoriorum*, interdum *Edicti Monitorij*, & aliàs *ad Edictum Monitorium*, inscribuntur.

Edicto præcepit, l. 1. D. de cõstitutionib. princip. l. 15. D. ad leg. Corn. de fals. §. Sed & quod principi, Institutionib. de iure natur.

Edicto vetuit, l. vlt. D. ne de statu defunct. & apud Horat. Epist. 1. lib. 2.

Edicto contineri, l. 4. §. 1. D. de ædilic. edic. *Expressum*, l. 20. D. de oper. no. nunt. l. 5. C. de procuratorib. *Fieri præcipiuntur*, l. 52. §. iure honorario, D. de oblig. & act. *Significatur*, l. 13. D. de iure fisc. *Ita Edictum se habet*, l. 10. D. de collat. bon. Et *ita Edictum ordinatum videtur*, l. 13. D. rerum amotar. *Edicto præfinita tempora*, l. 3. C. de iure deliber.

Ab Edicti publicati Die,l.34.de anno.& trib.in C.Th. *Edicta* autem *Proponi & Pendere* dicebantur,vt ſuis locis demonſtrabimus.*Edicti pars*,vide lib.14.

EDICTALIS *Bonorum Poſſeſsio*,quæ Edicto defertur,l.30.§.1.D.de adquir.vel amitt. l.1. §.1. D.ſi tabul.teſt.

Edictalis Lex,l.vlt.C.quod cum eo,l.6. C. de ſecund.nupt. l.29. C. de teſtament. l. 31. de petit.& vlt.dat.in C.Theod.Vt,*Edictale programma*,apud Caſſiodorũ Epiſt.31.lib. 1. Variar. Epiſt.24.lib.2.& Epiſt.42.lib.7.

EDOCERE *litteras*,l.6.§.ſi quis non,D.de ſtatuliber.*Edocere Teſtator*,l.8.C.qui teſtam.fac.

Edoctus fuerit is cuius de ea re Notio eſt,l.8.D.de calumniatorib.

Edoctus ſui iuris,l.11.§.vlt.D.de interrogationib.

EDVCARE,alere eſt.Sanè *Rogatus vt quendam Educet, ad victum neceſſaria, item Veſtiarium & Habitationem ei præſtare cogendus eſt*, l.vlt.D.de aliment.vel cibar. *Donec binos Liberos Educaueritis*,l.77.ad Sc.Trebellian.

EDVCARI,l.1.C.vbi pupil.ed.id eſt,*Nutriri*,vt l.1.C.diuort.fac.*Educari Filius apud Patrem*, l.3.C.de alend.lib.*Apud Subſtitutum*,l.1.§.denique,D.vbi pupil.*Cum matre*,l.8.D.de condic. & dem.

Educatus à Patre & Matre,l.1.D.de obſequiis parent. *Educatus ab alio,nomine Patris vocitatus*, l.29.D.de manum.teſtam.

Educatus quaſi liber cum Seruus eſſet,l.1.§.poteſt,D.de liber.cauſ.*Ibi Educatus*,l.1.§.ſed ſi rem, D.ſi quid in fraud.patr.

EDVCATIO *Liberorum*,l.1.§.ius naturale,D.de iuſtit.& iu. παιδοτροφία vocatur,l.5.§.demonſtratur,D.de iure immunit.*Pupillorum*,l.1.C.vbi pupil.educ.

Educationis exhibitio,l.vlt.C.de alimen.pup.præſt.

EDVCATOR,l.13.D.de manumiſſ.vind.Et apud Quintil.in argum.Declam.372.& 376.

EDVCERE *Aquam*,l.29.D.de ſeruit.præd.ruſt.*de domo Teſtes*,in Lege Dei,Tit.*Educta ad Magiſtratus*,Quintilian.Declamatt.259.

EDVLIA,l.6.§.vlt.D.de offic.Proconſul.

EFFERVESCERE *Iracundia*,l.17.§.idem ait,D.de ædilic.edic.

EFFICAX *Condicio*,l.44.§.1.D.de oblig.& actio.*Denunciatio*,l.vlt.C.debitorem vẽd. *Inſtantia*,l.6.C.de poſtlim.reuerſ.*Interdictum*,l.3.§.creditores, D. vti poſſid. *Obligatio*,l.9.C.ad Sc. Velleia. *Traditio*,l.6.§.Item ſi duo,D.cõm.prædior.

Efficacia non ſunt verba,l.52.D.de manumiſſ.teſt.

Efficacior libertas,l.37.D.de legat.2.

Efficaciſſimæ ſunt quæſtiones ad quærendam veritatem,l.8.D.de quæſtionib.

Cum Efficacia Benignus,l.33.D.de vſur.*Par Efficacia*,l.vlt.C.qui admitti.

Efficacitas,Nouel.Theod.& Valent.de locis Reipubl.

EFFICACITER *Agere*,l.27.§.ſed ſi id actum,D.de pact. *Experiri*,l.9.§.ſed non,D.de adquir. rer.dem.*Inſtituere actionem*,l.34.§.qui inuita,D.de legat.2.

Efficaciter actio dirige,l.6.C.ad Sc.Macedon.

Efficaciter Exheredata,l.61.D.de hered.Inſtit. *Relinqui libertas*, l.25.§.quotiens, D. de fideicommiſſ.libert.

EFFICIO *Rem tuam*,l.9.§.interdum,D.de adquir.rer.do.*Domini Res continuò Efficit*,l.14. D. de donationib.*Statim eum Dominum Efficit*,d.l.9.§.hoc amplius.

Effici quis dicitur *Dominus Rei*, l. 62. D. de adquir. rer. do. *Dominum totius rei Effici*, l.23.§.quis,D.de rei vind. *Si Poſſeſsionem tenens*,*Dominus Effectus es*,l.4. C.ſi quis alteri. *Neque ſtatim per Traditionem poſſeſsionis Dominus Effectus eſt*,l.1.C.ſi quis ignorans. *Per poſſeſsionem rerum à venditoribus ſibi Traditarum*,*Dominum eſſe Effectum*,l.16.C.de donat.inter vir.*Dominus ſerui Effectus*,l.8.D.de furtis.*Non Efficiuntur Domini*,l.1.D.ſi ager vectigal.

Sed & *Res* alicuius *Effici* dicitur,cùm eius Dominium ei quæſitum eſt. l.9.in princ.D. de iure dot.*Meam Effici Arborem*,l.7.§.vlt.D.de adquir.rer.do.

Effici Res mariti,l.7.§.ſi res,& l.9.§.dotis,D.de iure do.*Seiæ*, l.9. D. eod. tit. *Si ſeruus poſtea meus Effectus eſt*,l.49. D. de heredib. inſtit.*Si ſeruus alienus, poſtea Rei ſit Effectus*. l.1.§. ſi ſeruus ad hoc,D.de quæſtionib.*Legatarij eſſe Effectus ſeruus*,l.vlt.§.1.in fin.D.de vulg.& pupill.

Effectus ſeruus priuati,l.32.§.ſi donator, D.de donat.inter vir. *Effecta Seiæ* mancipia,l.58.D. eod.titul.

Effici fructus,*Emptoris*,l.2.§.ſi in diem,D.pro empto. *Fructuarij*,l.12.§.Iulianus, D.de vſufructu.

Effici partum ſuum, l.1.§. Iulianus, D. de agnoſc. & alend.lib.

Effici in Dominio alicuius, l.9.§.1.D.de iure dot.

Effici Dotalis fundus, l.9.D.de fundo dot.l.26.D.de iure dot.*Effici res Dotales*, l.27.D.de iur. dot. *Effici Dotis pecunia*, l.71.§.vlt.D.de condic.& demonſtrat. *Res*, l.9.§.1. D. de iure dot.l.1. C.de donat.ante nupt.

Effici Ciuis Romanus, l.3.§.1.D.de ſuis & legit.*Ciues Romani Effecti ſunt*, l.17.D.de ſtatu hom. *Efficiuntur Municipes*, l.23.D.ad municipal.

Effici ſui iuris, Filiſfam.dicuntur, patria poteſtate liberate, l.11.§.ſi filio, D.de legat.3.l.10.§. filiusfam.D.de fideiuſſorib.l.11.§.1.D.donat.inter vir.l.11.§.vlt.D.de bonor.poſſeſſ.ſec.tab. l.17.C.de donationib.

Efficiuntur autem *ſui iuris*, vel *Morte Patris*, l.11.§.ſi cui ita, D.de legat.3.l.15.D. quando dies legator.l.22.D.ad SC. Trebell. vel *Emancipatione*, l.195.§.iure proprio, D.de verbor.ſignific. l.9.C.quod cum eo.*Siue Morte Patris, vel aliàs ſui iuris fuerit Effectus*, l.3.§.vlt. D.de Sc.Mac. *Si Morte Patris, vel Deportatione ſui iuris fuerit Effectus filius*, l.1. §. Alienatio, D. quando de pecul.act.*Si Emancipati à Patre fuerunt, vel alio modo ſui iuris Effecti*, l. 38. D. de bon. libertor. *Si per Emancipationem tui iuris effectus*, l.5.C.de dolo.*Sui iuris quocumq; modo effecta*, l.vlt.C.de donationib.quæ ſub mo.*Filiæ ſui iuris Effectæ*, l.28.D.de donationib. l.5.§.Papinianus, D.de do. l.11.§.Idem ait, D.de donat.int.vir.*Sui iuris Effectus qui adrogandum ſe præbuerat*, l.11.§.vlt.D.de bonor.poſſ.ſec tab.*Si filius propriæ poteſtatis Effectus ſit*, l.15.C.de iure deliber.

Effici Heres, l.21.§.ſi metu.D.quod met.cau.l.3.D.de vulg.& pupill. l.7. D. famil. erciſc. l.14.C.de iure delib.*Adeundo*, l.43.§.vlt.D.de vulg.& pupill.*Inuitus*, l.12.D.de condicionib. inſtit.*Voluntarius vel Neceſſarius*, l.3.§.qui fideicommiſſum, D.de adquir.vel omitt.

Effectus Heres patri ſuo, l.26.§.filiusfamilias, D.de condict.indeb.l.49.D.famil.erciſc.*Filius heres non ex ſucceſsione Effectus*, l.70.D.de verb.ſignifi.

Effectus Exheredatis, l.20.D.de bonor.poſſ.cont.tab.*Effectus annorum quatuordecim*, l.22. D. quando dies leg.

Effici Maior, l.3.§.1.D.de minorib.

Effectus Maior, l.15.§.ſi quis, D.quod vi aut clam, l.4.C.de reb.alien.l.vlt. C.ſi quis ignorans, Paul. lib.1. Sentent.Titul.10.*Effecti Legitimæ Ætatis*, l.2.C.ſi mater indemnit.

Effectus compos Mentis, l.1.D.de bon.poſſ.furioſo.*Effectus ſuæ mentis*, l.19.D.de iudiciis.

Efficere Seruum, l.1.§.vlt.D. de bon. poſſ. cont. tab. *Effici Seruus* dicitur, qui in ſeruitutem redigitur, l.vlt.D.qui.ad libertat. l.305.D. de obligat. & action. l. 15. D. de tutel.l.2. D. de bonor.poſſ.cont.tab.l.98.§.aream, D.de ſolutionib.l.23.D.de liber.cauſ.l. vlt. C. de ſeruis Reipubl.*Effici ſerui*, l.8.D.de manumiſſionib. l.12.de captiu. *Ex libero ſeruus Effectus*, l.83. §. ſacram. D.de verbor.oblig.

Effici Serui pœnæ l.8.D.de manumiſſionib.l.6.§.irritum, D.de iniuſto rupto, l.36.D.de pœnis.*Effectus Seruus pœnæ*, l.7.D.de his qui ſunt ſui vel al.iur.l.25.§.ſi quis, D.de adq. vel omitt. l.1.§.filio, D.ad SC.Tertyll.*Serua pœnæ Efficitur*, l.5.D.be bon.damnat.

Effecta Ancilla, l.56.D.ſolu.matrim.Paul.lib.4.Sentent.Tit.10.

Efficere Liberum, l.3.D.de offic.prætor.l.81.§.Stichũ, D. de hered.inſtit. *Seruus Liber Effici*, dicitur qui ad libertatem perducitur, l.1 .§.ſi ſtatuliber. D.de captiuis. *Effecta libera*, l.4. C. ſi mancip.ita.

Effici Liberti, l.13.D.de oper.libert.l.13.D.de legit.tut.l.8.C.de iur.& fac. ignor. l.7. C. de fideicomm.libert.

Efficitur Libertus omnium, l.30.§.adeundus, D.de fideic.libert.

Effectus Libertus.l.11.C.de poſtlim.reuerſ.*Effecti Libertini*, l.2.D.adSC.Tertyll.

Effectus Paterfamilias aut Liber, l.15.D.de neg.geſt.

Effectus partus, l.14. D.de ſtatu hom.

Effici iuſtas Nuptias, l.65.D.de ritu nuptiar.

Effici ſponſalia, l.14.D.deſponſalib.id eſt, *fieri*, vt l.13.D.eod.ſeu *Conſtitui*, vt l.4.D.eod.tit.

Efficient Conditiones inutile legatum, l.91.§.præſenti, D.de leg.1. *Effici Actio vtilis, aut inanis*, l. 24.D.de liber.cauſ. *Inutile Legatum*, l.82.D.de legat.2.*Vana datio*, l.14.D.de iure codicil.

Efficere Militem inter infames, l.2.§.ſed eum, D.de iis qui not.inf.

Effici famoſus. Paul. lib. Sentent. Tit.4.*Fur*, l. 50. D.de pactis. *Inteſtata*, l.19. D. de inoff. teſt.

Maritus,

Maritus,l.4.D.de liber.& Postum.*Possessor*,l.6.§.1.D.si seruit.vind.*Socius*,l.65.§.societas,D pro socio.*Sors*,l.58.§.vlt.D.de administr.& peric.

Effici Debitor,l.1. D.de auctor.&cons. *Effectus debitor*,l.9.§.si ipse, D. de peculio.*Effectus non soluendo*,l.2.C.de diuid.tut.*Effici minus idonei debitores*,l.15.D.de administr.& peric.

Effectus ex amico, inimicus, ex diuite, pauperior,l.4. D.de testam.tut. *Effici maior centenario*, l.16. §.D.de iure patro.*Effici Tutores fiduciarij*, l.4. D.de legit.tutor.

Efficere opus,l.24.§.si domus,D.locati. *Effici Opus*, l.113. D.de verbor. oblig. l.2.§.1. D. de oper.publ.l.13.§.lege,& l.51.§.vlt.D.locati.idest,perfici,vt l.58.D.locati.

Effectum Opus,l.44.D.de fideiussorib.l.137.§.tem,D.de verb.obligationib. *Operis parte Effecta*, l.59. D. locati. *Effecta potius quàm inchoata opera*, l.2. de operib. publ. in C.Theod.

Effectum aliquid ex Auro,l.27.§.qui legatum,D.de auro arg.leg.

Efficere paciscendo,l.91.D.de pact.*Pactionibus, & stipulationibus*,l.3.D.de vsufr. *Vendendo*, l.5. D.commun.præd.*Efficere alteras Ædes, alteris, Seruas*,l.6.D.commun.præd.*Efficit precario dando, ne*,l.16.D.de obligat.& act.

Efficit lex,l.11.D.de diuort.*Quod prouidenter lex Efficit*,l.1.D.de tigno iuncto.

Efficiet Preses restitui,l.2.C.quor.bonor. *Efficiat Præsidis Prouinciæ religiosa constantia*, l.15.D. de incend.ruin.*Hoc non potest Efficere qui sententiam dixit*,l.9.§.istæ,D.de pœnis. *An possit Efficere hac actio vt Rationes aduersarij sibi exhibeantur*, l.19. D. ad Exhib. *Effici posse per Arbitrum*, l.44.§.vsufructu,D.famil.ercisc.

Effecit Diuus Marcus Oratione in Senatu habita,l.8.D. de transactionib.l.2.D.de feriis. *Efficit Regula iuris*,l.12.§.regula,D.de legat.1.

Efficitur Edicto,l.5.D.de publicanis.*Effectum est Rescripto*, l.19. D.de pact. dotalib. l.30.§. adeundus,D.de fideicommissar.libert. *Senatusconsulto*, l.3.§.1.D. ad L. Cornel. de sicar. l.2. de vsufr.ear.rerum.

Effectum est multis Constitutionibus, l.11.§. sententiam, D. de action.empti. *Effecta hereditas per Constitutiones*,l.2.§.item si,D.famil.ercisc.

Effici Iure, Quintil.Declamat.254.*Efficiunt verba*,l.19.D.de noxalib.*Effectum videatur verbis*,l.34.D.de legat.2. *Quòd maior pars Curiæ Effecit*,id est, egit, l.19.D.ad municipal. *Efficimus ius*,l.6.D.de iustit.& iure.

Efficiunt Actum inanem, l.11.D.de obligat.& act.

Efficere Alienationem,l.18.D. de castr.pecul.*Maiorem Condemnationem*,l.8.D.locati.*Rem pigneratam*,l.25.D.commodati.*Impossibilem separationem*,l.1.§.præterea,D.de separationib.

Efficit Æquitas rei,l.6.D.si tabulæ testam.

*Efficit pietas*l.3.§.si eum quis,D.de hom.exhib.*Quæ res Efficit, vt*, l.73. D. ad L. Falcid. l.75. D.de verb.oblig.

Efficere Condicionem non deteriorem, sed si quo meliorem, l.12. §. si quis seruum, D.de captiu.& postlim.

Effici Melior causa Emptoris,l.3.D.quæ res pig. *Effecta Melior causa*,l.12.D. quib. mod.pign. l.1.§.1.D. de pœnis. *Effecta Melior*, l.1.§.& restituendi, D.de publicanis. *Res*, l.64. D. de euictionib.

Effectus Deterior fundus facto Emptoris,l.4.D.de leg.commissor. *Effectus deterior Seruus apud emptorem*,l.45.D.de action.empt.l.14.§.his consequenter,D.de seruo corrupto. *Deterior Effecta res*.l.8.§.1.D.peric.& comm.rei.vend. *Effici Deteriores res*,l.5.D.solu.matr. *Dura condicio Effecta est*,l.3.D.de publicanis.

Efficere fundi pretium,l.67.§.sed & si fundum,D.de legat.2. *Quartam bonorum*, l.93. D.ad L. Falcid. *Quinque*,l.88.§.vlt.D.eod.tit. *Plus quàm hereditaria portio Efficit*,l.31.D. de condict. indeb. *Non Efficiet partem dimidiam hereditatis*,l.27.§.heres,D.ad Sc.Trebell.

Effici portio ex æstimatione, l.30. §. vtrum,D.ad L.Falcid. *Ex summa quæ Efficiebatur*, l.18.D. de testam.milit.*Effecta Pecunia ex rebus*,l.31.§.vlt.D.de vsu & vsufr.

Efficiunt Numerum & summam, l.10.§. septimo, D.de gradib. & adfinib. *Efficietur Numerus*, d.l.10.§.sexto.

Effici Nubendo Dotem esse, l.10. D.de sponsalibus. *Efficitur Dos profertitia*, l.81. D. de iure dot.

Effecta est ipsius propria Actio,l.36.§.si possessor.D.de heredit.petit.

Efficere nauigabile Flumen,l.10.D.de aqua & aquæ pluu.

Efficit totum corpus commune, l. 7. §. voluntas, D. de adquir. rer. do. *Veram totam orationem*, l. 13. §. vtrum, D. de reb. dub.

Efficit Epistolam mitti, l. 38. D. de dolo. *Perorari*, l. 14. §. accusasse, D. de bon. libert. *Redundare Aquam*, l. 1. §. hæc autem, D. aqua & aquæ pluuiæ. *Potuit hoc Efficere Debitor*, l. 73. D. de solutionib.

Nihil effecit, id est, nihil agit, l. 29. D. de test. mil.

Si effecerit promissor quominus soluere posset, l. 91. §. sequitur, D. de verb. oblig. *Quasi per eum Effectum sit quominus seruiat*, l. 3. §. si ita, D. de statuliber. *Nam Efficiet quominus*, l. 29. D. de iure fisc. *Non Efficere iussum quominus*, l. 14. D. de Sc. Maced. *Frustrando Efficiat ne ad Exitum controuersia deducatur*, l. vlt. D. de procuratorib.

Effecerit ne conductor frui posset, l. 35. D. locati. *Efficere volentes*, l. vlt. D. de manum. testam.

Efficit vt, l. 44. §. vlt. D. de iure dot. l. 12. D. de reb. auctor. iud. l. 40. D. de iureiur. l. 7. §. 1. D. de rescind. vend. l. 75. D. de furtis, l. 10. D. de auro argen. l. 52. D. de condic. & dem. l. 24. D. de manumissionib. l. 5. D. de donationib. l. 87. D. ad L. Falcid. l. 88. D. de heredib. instit. l. 12. D. de excusationib. l. 43. D. de adminis. & peric. *Efficit Æstimatione*, l. 3. §. 1. D. si cui plus. *Efficit condicio vt*, l. 15. D. de statu hom. l. 1. §. serui, D. Sc. Silania. *Efficiet condicio existens non deberi*, l. 1. §. hæc verba, D. si cui plus. *Efficit filius vt*, l. 17. §. si quis rogatus, D. ad Sc. Trebell. *Iusiurandum vt*, l. 40. D. de iureiuran.

Efficiet repetitio vt, l. 53. D. de legat. 1. *Eo ipso Efficiet vt*, l. 33. §. si mihi. D. de vsurpationibus. *Eadem ratio efficiet vt*, l. 17. D. de in rem verso. *Nec alia ratione Efficiet vt diuidetur*, l. 16. D. pro soc. *Hæc res Efficiet vt*, l. 3. D. de solutionib.

Efficiunt legata vt, l. 78. D. ad L. Falcid. *Efficere Dominus vt*, l. 3. D. pro derelictis.

Efficitur nouo consensu vt, l. 37. D. pro socio. *Quo casu non efficitur per eam vt*, l. 28. D. de vulg. & pupill.

Efficitur vt, l. 79. D. de solutionib. *Efficietur vt*, l. 28. D. de reb. aut iud.

Ac per hoc effici vt, l. 19. D. de test. mil.

Effectum dolo vt, l. 18. §. dolo, D. de dolo. *Studio heredis*, l. 53. D. de fideic. libert.

Et sic Effectum est vt, l. 84. D. de cond. & dem. L. 11. D. de vsur. l. 53. D. ad L. Aquil. *Hoc modo sit Effectum vt*, l. 2. §. idem Labeo, D. de aqua & aquæ plu. *Qua causa Effectum est vt*, l. 84. D. de cond. & dem.

Qua emptione Effectum est, l. 61. D. ad L. Falcid. *Per quod Effectum est vt*, l. 2. §. item varus, D. de aqua & aquæ pluu. Plin. Epist. 64. lib. 10. *Per quod Effectum est vt re consulerem.*

Ad Efficiendum vt pro meo possideam, l. 3. D. pro suo. *Effecta condicionalis datio, quæ pura erat*, l. 9. D. de adimend. legat.

Effectvs vim & potestatem significat. Sic *Effectus Beneficij*, l. 6. D. de seru. export. *Constitutionis*, l. 91. §. vlt. D. de verb. oblig. *Corporalis*, l. 12. §. sin autem, C. de præscript. longi temp. *Instans*, l. 11. C. de operi. public. *Iuris*, l. 18. C. ad L. Iul. de adult. *Iurisiurandi*, l. 11. §. 1. D. de iureiur. *Legati*, l. 30. D. de legat. 1. l. 3. §. nunc de, & l. 29. D. de liberat. leg. *Rei*, l. 2. §. post originem, D. de orig. iur. l. 47. D. de condicion. & demonstr. l. 59. D. ad Sc. Trebell. *Rei iudicatæ*, l. 2. C. comminat. Epist. *Rerum*, l. vlt. C. de donation. *Sententiæ*, l. 1. C. si plures vna sent. *Sententiarum*, Rubr. D. de re iud. & effectu sentent. & apud Paul. lib. 5. Sent. Tit. 5. *Successionis*, l. 9. C. de his quæ vt indign. *Traditionis*, l. 35. §. sin autem, C. de donationib. *Vendionis secutus*, l. 8. §. si voluntate, D. quib. mod. pign.

Effectus hic est, l. 13. §. vtrum, D. de reb. dub. *Is Effectus erit Exactioni*, l. 43. §. 1. D. de iure dot. *Quis Effectus sit nuntiationis*, l. 1. §. nunc videmus, D. de oper. no. nunt.

Effectum habere Accusatio, l. 1. §. accusationem, D. ad Sena. Turpil. *Actus*, l. 18. D. de castr. pec. *Codicilli*, l. 12. §. codicilli, D. de cap. & post. reuer. *Constitutio*, l. 7. §. vxori, D. de donation. inter vir. & vxor. *Enumeratio*, l. 12. D. de lega. 1. *Institutio*, l. 4. D. de hered. institu. *Liberatio legata*, l. 7. §. vlt. D. de liberat. leg. *Sententia*, l. 9. §. si testamento. D. de tut. & rat. *Quæ res ita Effectum habebit*, l. 38. §. quæsitum, D. de verbor. oblig.

Effectum non habuit Decretum, l. 1. §. 1. D. quod quisque. *Donatio*, l. 2. D. de iure dot. *Negotium*, l. 10. §. 1. D. de nego. gest. *Petitio*, l. 8. D. de bon. libertor.

Effectum causæ non habuerunt, l. 54. D. de condit. indeb. *Neq; nuntiatio vllum Effectum habet*, l. 5 §. 1. D. de oper. nou. *Nullum Effectum habebunt operæ*, l. 1. D. de oper. libert.

Effectum nullum habent quædam si exprimantur, l. 68. D. de hered. inst. *Nullum Effectum hoc habere*, l. 7. D. de adminis tr.

Effectum partis optinere, l. 33. §. 1. D. de vsufr.

Effectum continent verba, l. 4. D. de vsur.

Effectum sortiri sententia, l. 1. C. si de moment. poss.

Effectum sumere diuisionis placitum traditione vel stipulatione, l. 45. D. de pactis.

Ad Effectum adducere vigorem rei iudicatæ, l. 8. C. de excu. rei iud. *Ad effectum perduci* l. 9. D. de obligat. & act. l. 7. D. de annu. legat.

Effectu Niti, l. 3. C. de repud. *Sceleris potiri*, l. 1. D. de extraord. crim. & apud Paul. lib. 4. Sententiar. Tit. 5. *Sine effectu est*, l. 7. C. de don. ante nup. & cõtrà, *Nec erit sine Effectu fideiussio*, l. 20. §. filiusfam. D. de fideiussorib. *Sine Effectu foret Bonorum possessio*, l. 19. D. de bonor. poss. cont. tab.

Effectu, in libris nostris, significat, facto ipso, re ipsa, vi ipsa, l. 10. D. de vsu & habitat, l. 1. §. qui minorem, D. vt legat. seu fideicommiss. l. 54. §. vlt. D. comm. diuid. l. 5. §. vltim. D. commodati, l. 5. §. 1. D. quod cum eo, l. 15. D. de legat. præstan. l. 14. §. Iulianus, D. quod met. cau.

Cum Effectu, & Prima Ratione, opponuntur, l. 2. §. peruenisse, D. de her. vel act. vt, *Cum Effectu, & Verbo tenus*, l. 1. §. 1. D. quod quisque iur. Sic, *Verba cum Effectu accipi*, l. 5. §. 1. D. ne quis eum, l. 71. & l. 16. §. vlt. D. de verb. signific. l. 5. §. 1. D. quod quisque iur. *Fraus cum effectu accipitur*, l. 1. D. de statuliber.

Cum Effectu instituere querelam, l. 25. §. vlt. D. de inoff. testam. *Petere*, l. 5. C. de donat. ante nupt. *Percipere quadrantem*, l. 15. §. cùm fideicommissum, D. ad L. Fal. *Vim passus*, l. 14. §. vlt. D. quod metus causa.

Fundus in familia cum Effectu relinqui, l. 67. §. sed & si, D. de legat. 2. *Cum Effectu non obligata*, l. 8. §. si mulieris, D. ad Senat. Velleian.

EFFLAGITARE *Debitores*, l. 27. C. de pignorib. *Interdictum*, l. vlt. C. de interdict.

EFFLVERE *Aqua*, l. 1. §. capiet, D. de aqua cottid. *Lacus*, apud Plin. Epist. 69. lib. 10. *Vinum ex doliis*, l. 19. §. 1. D. locati.

Effluere etiam *Tempus* dicitur, l. 9. C. de postlimin. *Effluxerit triennium*, l. 10. D. de ritu nupt. *Quinquennium*, l. 7. C. ne de statu defunct.

EFFODERE *Terminos*, est, lapides finium causa positos auellere & eiicere, l. 1. C. de accusationib. & apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 22. *Sa*, Sic Iuuenal. *Aut vetus Effodit medio de limite saxum.*

Effodere Ossa, vel ERuere, l. 8. D. de religios. l. vlt. D. de sepul. viol. *Effodere Thesaurum*, l. 22. D. famil. ercis. l. 15. D. ad exhibend.

Effodere Oculum, l. 52. §. 1. D. ad L. Aquil.

Effossis luminibus, l. 47. §. 1. D. de contrah. empt.

EFFORMARE *Monetam*, l. 19. D. de lege Cornel. de fals.

EFFRENATA *Licentia*, l. 21. C. ad L. Iul. de adulter.

EFFRACTORES dicebantur, qui vi fores, parietésve, Insularum, vel Horreorum effringebant, vt inde aliquid subriperent, l. 3. §. 1. D. de off. præf. vigil. l. 16. §. tempus, D. de pœn. l. 1. D. de furib. balnear. titul. de Effractorib. & apud Firmicum lib. 3. Mathes. cap. 3. Glossar. Græc. ὑπερπαγὶς vertit. B. Augustin. lib. de Mendac. *Hoc modo frangerem ianuam cum Effractoribus*. l. 9. Sidon Apollin. Epist. 7. lib. 9. *Et vltro scrinia tua conniuentibus nobis ac subornantibus, Effractorum manus arguta populabitur.*

Effractor qui pariete Effracto pecuniam abstulerat, l. 1. §. vlt. D. de effractorib.

Effractor, Diurnus, aut Nocturnus, l. 16. §. tempus, D. de pœnis. *Nocturni Effractores atrociores sunt Diurnis*, l. vlt. D. de effractorib. *de Effractoribus cognoscit Præfectus vigilum*, l. 3. §. cognoscit, D. offic. præf. vigil. Dicit & *Effractarium*, pro, Effractore, Seneca Epist. 69.

EFFRACTVRA *Latronum*, l. 1. C. de locat. & conduc. *Effracturæ fiũt plerumque in Insulis, in Horreisque, vbi homines pretiosissimam partem fortunarũ suarũ repouunt: cùm vel Cella Effringitur, vel Armarium, vel Arca*, l. 3. §. effracturæ, D. de offic. præfec. vigil. *Effracturæ crimen*, l. 48. D. de bon. libert.

EFFRINGERE *Ædes*, l. 11. D. ad L. Iul. de vi publ. & apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 3. *Armarium*, l. 54. §. qui ferrament. D. de furt. *Conclaue*, Paul. lib. 2. Sententiar. Tit. 32. *Fores*, l. 34. D. de furt. *Ianuam*, l. 53. D. de fur. *Ostium*, l. 11. §. si quis. D. quod vi aut clam. d. l. 54. §. qui ferramenta, D. de furtis. *Sepulchrum*, Paul. lib. 1. Sententiar. Titul. vltim. *Villas*, l. 11. D. ad lege Iuliam de vi publ.

Effringi Cella, Armarium, Arca, l.3.§.effracturæ, D.de offic. præfect.vigil. *Horrea*, l.4. C. de locato. *Effracto Carcere Euadere*. l.13. D.de custod. & exhibit. *Fugere*, l.13.§.eum tamen, D.de re milit. *Effracto Pariete*, l.1. D.de effractorib.§.vlt. *Horreis*, l.55.§.vlt. D.locati.

EFFVGERE *Deportatus*, l.4.§.1. D.de re milit.

Effugere Periculum, l.15.§.vlt. D.de pignor. *Periculum Maris*, l.9.§.vlt. D.de adquir. rer.do. *Non Effugiunt Infamiæ notã*, l.2. D.de obsequ. parent. *Effugere Oculos nostros feræ Bestiæ, & volucres.*, l.5. D.de adqu.rer.dom. *Nostram Persecutionem*, l.44. D. eod. tit. *Cùm pauo meus mansuetus de domo mea effugisset*, l.37. D.de furtis.

Effugiendorum Munerum causa, l.5.§.diuus, D.de iure immunit. id est, euitandorum.

EFFVNDERE *Vinum, vel Oleum, vel quid aliud*, l.9. D.ad exhibend. l.1.§.licet, & §.vlt. D.de peric.& commo. l.27. §.cum eo, D.ad L. Aquil. l.8. D.de tritico vino. L.10. D.de condict. furt. *Si vinum esset Effusum vel contusis vasis, vel qua alia ex causa*, d.l.1.§.1. D. de peric. & commo. l.7. D.de tutor. l.1. D.de peric.& commod. rei vend. Sic *Effusum Vinum, Oleum*, l.18. §. item qui sciens, D.commodati. l.17.§.vlt. D.ad L. Aquil.

Effundere Aquam, l.19. D.de seruit. præd. vrban. & apud Plin. Epist. 69. lib. 10. *Aliquid in Puteum*, l.11. D.quod vi aut clam. *Effundere in flumen milium, vel frumentum*, l.27.§. sed si quis vestimenta, D.ad L. Aquil.

Effundere in Edicto Prætoris de his qui effuder. est aliquid liquidæ materiæ ex cœnaculo, ædibúsve, in eum locum qua volgò iter fit, immittere, spargere. *Si ex cœnaculo quid deiectum Effusúmve est*, l.5.§.is quoque, D.de obligat. & act. *Vnde deiectum vel Effusum quid erit*, l.31. D.de his qui effuder. *Si quid pendens Effusum sit*, l.1.§.quod cùm. *Actio de deiectis & Effusis*, l.5. §.hęc autem, D.eod.tit. *Effundere indebitas pecunias*, l.25. D.de probationib.

Effundi Oculus, l.13.§. Ita Iulianus, D.locati.

Effusus Tractatus, l.5.§. cùm igitur, C.de necessar. seru. *Effuse*, l.vlt.§.1. C. vbi, & apud quem cognit. *Effuse interpretari quid*. l.1. C.de annali except.

Effusio falsa, l.2. C. de falsa moneta.

EGENS, & *Locuples* opponuntur, l.3. D.de testib. l.57. D.de manum. test. *Egens Debitor*, l.31. §. vlt. D.de mort. cau. donat. *Egenti Credere*, l.27. D.de minorib. *Egentem Reum accipere*, l.22. §. si mulier; D.soluto matr. *Egenti similis*, l.14.§.sed & si pupillus, D.de in diem addict. id est, nõ idoneus. *Si Pater Egens est*, l.8. D. de agnosc. & alend. *Egenti Patri emolumentum præstari*, l.50. D. ad Sc. Trebell. *Perquam Egenti Matri dare*, l.1.§. præterea, D.de tutel. & rat.

Egentem virum sustinere, l.23.§.vlt. D.de iure dot. *Egens Patronus*, l.12. D. de oper. libert. Paul. lib.2. Sentẽt. Tit.33. *Egentes Patroni*, l.1.§.1. D.de offic. præf. vr. *Patroni filius*, l.73. D. de adqu. vel omitt. *Egentes Alere*, l.5.§.vlt. D.de agnosc. & alend. *Egentibus Liberis fratribus, aut parentibus consulere*, l.20. D.soluto matrim. *Egentibus patronis præbere Alimenta*, l.5.§. alimẽta, D.de agnos. & alend.

Egentes Homines, Instit. quib. ex caus. manumitt. *Egentes qui pœnam pecuniariam eludũt*, l.1.§.vlt. D.de pœnis.

EGENVS & *Locuples*, aduersantur, l.52.§.cum Titio, D.de furtis.

Egena Mater, l.5.§. præterea, D.de tutel. & rat.

Egeni fideiussores, l.3.§. si procurator. D.vt in poss. legat. *Penitus filij*, l.2. §. si mater, D. ad Sc. Tertyll. *Pupilli*, l.3.§.vlt. D.vbi pupill.

EGERERE, pro eiicere ex aliquo loco. Sic *Egerere Terram ex sulpuariis*, l.52.§. si sulpuariæ, D. de furtis. *Res meretricis*, l.34. D.eod.tit. *Rudera*, l.7.§.vlt. D.de dam. infect.

EGESTAS *Perpetua*, l.5.§.1. C.ad L. Iul. Majestat. *Summa*, l.5.§. parens, D. de agnoscend. & alend. *Egestate Laborare*, l.31. D.depositi, l.18.§.vlt. D.de iudiciis.

In Egestatem deduci, l.5.§.parens, D.de agnosc. & alend. L.12.§.vlt. D.de Tutor. & Curator. dat. *Deuolui*, l.vlt. D.de bonis damnator. *Ob egestatem contemnere iudicium iniuriarum*, l.25. D. iniuriis. *Propter Egestatem Coheredum*, l.18. D.de hered. vel. act. *Socerl*. l.66.§.vlt D.solut. matrim. *Dissociamur Egestate*, l.4.§.vlt. D. pro socio.

Eget Adminiculis vsusfructus, l.1.§.1. D. si vsusfr. pet.

EGREDI

EGREDI *Fines*,l.15.D.de publicanis. *Regionem aliquam*,l.7.§.ſicut, D.de interdict.& releg. *Vrbem*,l.2.D.de offic.proconſ.

Egredi Inſula,l.4.D.de interdict.& releg.*Egredi inde qua velit*,l.1.§.illud Labeo,D. de aqua cottid.

Egredi Mandatum, l.41. D. mandati, id eſt, excedere fines mandati, vt l.5. D.eod. tit. Sic *Egredi Officium Mandati*,l.10.C.de procurat. *Egreſſus Officium ſuum Curator*,l.43.§.1.D.de adminiſtr.& peric.*Fidem Cõtractus*,l.3.C.de duobus reis.*Procurator*,l.16. C. de procuratoribus. *Iuſtam ſumptus rationem*, l.14. C.de religioſis. *Modum*,l.1.§.igitur,D.de exercitor. *Pretium*,l.1. D.de actio.empt.*Taxationẽ*,l.39.§.vlt.D.de operis libert.*Egreditur ea res notiſſimos depoſiti Terminos*,l.24.D.depoſiti.*Egreſſum eſt præfecti vrbi notionem*, l.1.D. de offic.præf.vrbi.

Egredi Annum,l.1.C.quando ex fact.

Egreditur ſubſtitutio puberem ætatem,l.4.§.cum filiæ,D.de vulg. & pup.

Egreſſus Annos pubertatis,l.53.D.de manum.teſt.*Viginti Annos*,l.vlt. D.de condic. & dem.

Egreſſa Annos duodecim, l.12. C.de tutor & curator. *Egreſſus Ætatem*, l.4. C. qui teſtam. fac. poſſ.*Egreſſi Ætatem*,l.39.D.de minorib.

Non Egredi Perſonam dicitur quod perſonale eſt, perſonæque cohæret, l.1. D. de conſtitutionib.l.45.D.de recept.qui arbitr.*Non Egreditur Verecundiam ſexus pietas*,l.1.§.conſequens, D. de ſuſpect.tut.*Egreſſa eſt penſio diem præſtitutum*,l.12.D.de vſuris.

EGREGIA *Fides in Rempub.*l.1.D.de cenſib. *Ratio Humanitatis*,l.1.§.ſi quis vltrò, D. de quæſtionib.

Egregiæ perſonæ, l.15. D. de iureiurand. *Egregiorum Ordo*, l.1. de honor. codicill. in Cod. Theod.

EGREGIATVS *Dignitas*,l.1.de Cæſarian. l.1. de murilegul. & gynæc. 3. de cohortal. princ. cornic.l.5.de decurionib. in C.Theod.

EI & *Aduerſus eum*,l.14.D.de iuriſdict.*Ei vel aduerſus eum*,l.33.§.1.D.de procuratoribus.

Ei & in eum competere actiones,l.27.§.pater,D.ad Sc.Trebellian.

Ei & in Eum,l.1.D.de conſtituit.princip.§.ſed & quod, inſtit. de iure nat.

Eis & in Eos Actiones competunt,l.2.D.de curator.bon.dan.

Eum,*Eámve*,l.1.D. de adſignand.libert.

Ei vel Eis, l.vlt.D.ad Sc.Trebell.

EIICERE pro effundere partum fetúmve: *Si mulus pugno, vel* EQUA *ictu à te percuſſa* EIECERIT, l.2.§.ſi mulier,D.ad L.Aquil.*Equa cũ in alieno paſceretur, in cogendo quod prægnans erat*, *Eiecerit*, l.39.D.eod.tit.*Eiicere Oſſa*,*vel Corpus*,l.27.D.de religioſ.

Eiicere Ex Naue Poculum,l.55.D.de adquir.rer.de.

Eiicere Saxum ex fundo,l.35.D.de dolo,eximere,vel euehere ſignificat,vt loquitur,l.6.D.de donationibus. *Eiicere Terminos*,l.vlt.D.de term.mot.& in lege Mamilia, *Qui termini hac lege erunt ſtatuti,ne quis quem eorum eiicito,néve commoueto.* Paul.*Deiicere* dixit lib.1.Sent.Tit.16.

Eiici res in tempeſtate maris,l.9.§.vlt.D.de adquir.rer.do. *Eiectam Nauem* Latini dicunt, quæ vt Græci loquuntur, ἐξεβλήθη. l.3.§.qui eiecta, D.de incend. ruin.*Deiectam* eodem ſenſu accipe in l.7.D.de l.Rod.*Eiici è Senatu à Cenſoribus*.Plin.Epiſt.115.lib.10.

EIVRARE *Magiſtratum*,apud Tacit.lib.12.& Plin.Epiſt.23.lib.1. eſt magiſtratu ſe abdicare.

Eiurare Bonam Copiam,eſt iurare ſibi copiam non eſſe æris alieni diſſoluendi: Cicer. lib.9. Epiſt.Famil. ad Pætũ,*Tu autem,quòd mihi bonam Copiã* EIURES, *nihil eſt:Tùm enim, cùm rem habebas, quæſtiunculis te faciebam attentiorem.* Cuius loci auctoritate fretus olim reſtituendum hoc in Varrone verbum monui,vnius literæ ademptione,decurtatum lib. Varr. enim l.6.de lingua Lat. verba ſunt hæc, *Liber, qui Operas ſuas in Seruitute, pro pecunia, quam debeat,dat, dum ſolueret, Nexus vocatur.Hoc C.Popilio rogante,Sylla Dictatore ſublatum, ne fieret: & omnes qui bonam copiam iurarent,ne eſſent nexi,diſſoluti.* Vbi ſenſus non conſtabit niſi,*Eiurarent*, legas,id eſt, ſi iureiurando negarent ſibi facultatem dari, eo ſe ære liberandi. Adiuuat nos, Feſtus lib. quinto.

qui *Eiurationem* significare, ait, *non posse id quod desideretur præstari.*

ELEMPORIA, id est, Cura olei coëmendi, l. vlt. §. patrimoniorum, D. de munerib. & honor. Ἐλαιῶνες appellabant curatores Olei emendi gratia creatos, d. l. vlt.

ELECTRI nomen duobus modis accipi Pausanias lib. 1. Eliacor. docet. τὸ δὲ Ἠλεκτρον τοῦτο ait, ᾧ τῷ Αυγάτῳ πεποίηται τὴν εἰκόνα, ὅσον μὲν αὐτόματον ἐν τῇ Ηλιδάνῃ τοῖς ψάμμοις ἐκφέρεται, σανίζεται τὰ μάλιστα, ὑπ' ἀνθρώπων πολλῶν ἕνεκα. τὸ δὲ ἄλλο ἤλεκτρον, ἀναις μεμιγμένον ἐστὶν ἀργύρῳ χρύσος. In priori significato nomen hoc accipiendum est apud D. Chrysost. Orati. 79. quæ de diuitiis inscribitur. Posteriori verò sensu *Electrum* vsurpatur in l. 7. §. voluntas, D. de adquir. rerum dom. l. 4. D. de legat. 1. & §. si duorum, Inst. de diuisio. rer. Plinius lib. 33. cap. 4. *Vbicunque quinta argenti portio est, Electrum vocatur. Scrobes eæ reperiuntur in Caria. Fit & cura Electrum, argento addito.* Seruius in 8. Æneid. *Secundum Plinium, tria sunt Electri genera: Vnum, ex Arboribus, quod Succinum dicitur: Aliud, quod naturaliter inuenitur: Tertiũ, quod fit de tribus partibus Auri, & vna Argenti. Quas partes, etiamsi naturam resoluas, inuenies.* Quæ postrema verba ab eo mutuatus est Isidorus lib. 15. Etymolog. cap. 33. Idémque Plin. lib. 9. cap. 40. *Sicut Testudines tingere, Argentum Auro confundere, vt Electra fiant: addere Æra, vt Corinthia.* D. Dionys. cœlest. Hierch. cap. vlt. τὸ μὲν ἤλεκτρον, ὡς χρυσοειδὲς ἅμα καὶ ἀργυρειδές. Tertullian. aduersus Hermogen. *Electrum licet ex Auro & Argento fœderatum, nec Argentum tamen nec Aurum appellabo, sed Electrum, à cuius habitu qui diuertit, pariter & à vocatu eius recedit appellatione, sicut & condicionis proprietate.* Idem lib. aduersus Praxeam: *Vna erat substantia Iesus, ex duabus, ex Carne & Spiritu, mixtura quadam: vt Electrum ex Auro, & Argento: & incipit nec Aurum esse, id est, Spiritus: neque Argentum, id est, Caro, dum alterum altero mutatur, & tertium quid efficitur.* B. Gregor. in 38. cap. Iob. cap. 2. *Electrum quippe ex Auri, Argentique metallo miscetur: in qua permistione Argẽtum quidem clarius redditur, sed tamen fulgore Auri recuperatur.* Electris autem, seu Succinis, *Pinguium*, epitheron tribuunt, Virgil. Eclog. 8. & Iuuenal. Sat. 6. Ouid. lib. 11. Metamorph.

Inde fluunt lachrymæ: stillatáque Sole rigescunt
De ramis Electra nouis: quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

Vtramque etiam Electri speciem perstringit Io. Tetzes histor. vers. Chil. 6. cap. 68. Electrum quoddam esse inquiens, quod attrahit paleas, δάκρυον δενδρῶν τι: quod est aliud ab Electro quod ἤλεκτρον χαλκίζουσαν appellat.

ELECTRINA *Vasa*, l. 32. §. Neratius, D. de Aur. arg. *Electrini Numi*, apud Lamprid. in Alex.

ELEGANS *Est illa distinctio*, l. 85. D. de legat. 3. *quô Elegantiores sint feminæ*, l. 21. §. 1. D. de auro argent.

ELEGANTER *Adiicit*, l. 18. idem, D. famil. erciscund. *Ait*, l. 2. §. sed etsi, D. de iudiciis, l. 9. §. animaduertit, D. quod met. cau. l. 1. §. si pater, D. de Sc. Silania. l. 52. §. sed si, D. de legat. 3. l. 16. §. sed etsi miles, D. ad Sc. Trebellian. l. 9. §. præterea, D. de peculio, l. 1. §. si pater, & l. 3 §. eleganter, D. de Senat. Silan. l. 7. §. sed si fraudandi, D. de pactis, l. 12. D. de cõdict. furt. *Aiunt*, l. 1. §. 1. D. de vsufr. adcresc. *Computari*, l. 19. D. de vsur. *Definit*, l. 21. D. de euictionib. l. 3. §. si mecum, D. ad exhibend. l. 12. D. de condict. furt. l. 1. D. de iustit. & iu. *Beridet*, l. 10. §. 1. D. de negot. gest. *Dicebat*, l. 40. D. de peculio. *Dicitur*, l. 82. §. vlt. D. ad L. Falcid. l. 7. §. si debitor. D. comm. diuid. *Distingui*, l. 40. D. de adquir. vel omitt. *Excipit prætor*, l. vlt. D. quod quisque iur. *Pomponius hæc verba Excipit*, l. 7. D. de dolo. *Quærit*, l. 23. D. de condict. indeb. l. 14. D. sol. matr. *Quæritur*, l. 1. §. dies autem, D. de adgnosc. & alend. l. 1. §. eleganter, D. depositi, l. 23. D. de condic. indeb. l. 15. §. eleganter, D. de dam. infec.

Eleganter Quæri, l. 14. §. 1. D. soluto matr. *Quæri potest*, l. 30. §. eleganter, D. de fideicomm. libert. *Quæsitum est*, l. 24. D. de pignerat. act. *Respondit*, l. 7. D. de pactis. *Scribit*, l. 4. §. eleganter, D. de lege commissor. *Scripsit*, l. 14. D. pro soc. l. 7. D. de furtis. *Scribitur*, l. 4. §. cùm igitur, D. de in diem addict. *Tractat*, l. 21. §. sed si in aliquem, D. de recept. qui arbitr. l. 19. D. mandati, l. 1. §. sed si sic, D. de coniung. cum emancip. *Tractatur*, l. 10. D. de pact. *Tractabitur*, l. 7. §. eleganter. D. de donat. inter vir.

Non Eleganter computabitur, l. 19. D. de vsur.

Interdum autẽ pro *Eleganter*, Iurisconsulti, *Non ineleganter*, dicũt, Sic *Non ineleganter defendi poterit*,

poterit,l.42.D.de hered.inſti.*Dicetur*,l.81.D.de condic.& dem.*Probatum eſt*,l.74.D.de legat. 2. *Scriptum*,l.8.D.de ſolutionib.*Tractat*.l.3.§.1.D.de minorib.

Elegantius dici poterit,l.vlt.D.de adminiſtr.& peric. *Eſſe*,l.137.§.ſi vt.D.de verb.oblig.

Elegantiſſimè moderati ſunt,l.6.§.non verò,D.de offic.pro conſ.*Putat*,l.103. D. de ſolutionibus.

ELENCHI in l.34.§.vlt.D.de Auro argent. Plinius de Margaritis agens,lib.9.cap.35.*Et proceriorib⁹ ſua gratia eſt. Elenchos,appellant, faſtigiata longitudine Albaſtrorum figura,in plenio rem orbem deſinentes.Hos digitis ſuſpendere,& binos, aut ternos,auribus fœminarum, gloria eſt.*Sic & Iuuenal. Satyr.6.

Auribus extenſis magnos commiſit Elenchos.

ELEPHANTI *Iumentorum operam præſtant*,l.3.D.ad l.Aquil.

Elephanti quamuis collo dorſóve domentur,nec Mancipi ſunt : quoniã Beſtiarum numero ſunt, Tit.20. Regular.

ELICERE *Reſcriptum*,Paul.lib.1.Sentent.Tit.13.*Elicitum Reſcriptum*,l.2.C.de ſumma Trinit. *Elicitæ Epiſtolæ*,l.45.de decurionib.in Cod.Th.

Elici Aqua ex Caſtellis aut ex ipſis formis,l.2.de aquæ ductu in Cod.Th.

ELICES Græcis, ſunt *Sulci Aquarij*,l.1.§.Labeo, D.de aqua,& aq. plu. Græcũ hoc verbum, ceu Latinum vſurpat Collumella lib.2.de re Ruſt.cap.8. & lib.11.cap.2.

ELIDI,ſignificat ſummoueri,repelli,l.4.C.de ordine cognit.ſic *Actio Exceptione Elidi*,l.2.§. & generaliter.D.de doli exceptio.*Intentio per Exceptionem Eliſa*,l.17.D.de euictionib.

Exceptio viciſſim *Replicatione Elidi*,l.21.§.1.D.de pignorib.*Pactum prius per poſterius Elidi*,l.27. §.pactus ne peteret,D.de pactis.

ELIGERE Litigatores. compromiſſarium iudicem,l.41.D. de recep. qui arb. *Diſceptatorem inter ſe, quaſi virum bonum*,l.3.§. D.eod.tit.*Eligere tertiam certam perſonam*,l.17. D. eod.tit. *Virum bonum Eligat prætor, cuius arbitrio rationes computentur*,l.7.§.ſticho,D.de fideicommiſſ.& l.47.§. 1.libert.

Eligi Arbiter,l.44.D.de recept.qui arb.l.2.& l.4.C.eod.tit.

Eligitur vir bonus,l.1.§ eligitur,D.de vent.in poſſ.mitt. *Ab vtraque parte Eligendum Virum bonum*,l.5.§.1.D.vt legat.ſeu fideicommiſſ.

Electus ad æſtimandas Tutorum ſatiſdationes,l.1.§.Diuus, D. de magiſtr. conuen. *Electi iudices*, l.12.C.de iudiciis.

Eligere ſibi heredem,§.1.Inſtit.quib.ex cauſ.manumitt.

Eligere Tutores Liberis,l.36.D.de excuſationib.

Eligi Tutor,l.62.D.de ritu nupt.*In Eligendo Tutore*,l.vlt.D.de manum.vindic.

Electus à teſtatore Tutor,l.3.§.vlt.D.de adminiſtr.& peric.*Electus Tutor per Ordinem*,l.1. D. de magiſtr.conuen.*Eligitur Curator ex his qui*,l.1.§.eligitur,D. de vent. in poſſ. *Eligendus erit qui eos conſilio regat*,l.12.§.vlt.D.de tutor.& curator.

Eligere ſponſum filiæ,Pater,l.12.D.de ſponſalib.

Elegit Teſtator qui funus faciat,l.14.§.idem Labeo,D.de religioſis.

Eligere ſequeſtrem,l.5.§.vlt.D.de poſ. *Ex conſenſu, vel ſuffragio, Eligendus eſt Amicus, apud quem Cautiones hereditariæ deponantur*,l.5.D.famil.erciſc. *Actorem Eligant Municipes, & ad agendum & excipiendas actiones*,l.27.D.ad Sc.Trebell.*Eligere creditores vnum*, l. vlt. D. de curat. bon.dam. *Vni quem maior pars Elegerit*,l.25.D.de reb.auctor.iud.

Eligere decuriones quibus ſe,liberóſque ſuos,in ægritudine committant,l.1.D.de decret.ab ord.*Viatorem ſibi Eligere Caupo*,vel *Stabularius non videntur*,l.1.§. Caupo,D.furti aduer.

Eligere miniſterium ſerui,l.23.§.ſeruum,D.de fideic.libert.

Eligere bonos ſeruos ad hoc miniſterium,l.3.D. de publican. *Eligere vnum per quem alimenta præſtentur*,l.3.§.ſolent,D.de alim.& ciba.leg.

Eligere Titium vt Miniſtrum,l.17.D.de legat. 2. *Qui non tam idoneum hominem Elegerit*, l.11. D. commod.*Quod imprudenter eum Eligeris*,l.21.§. vlt.D.de neg.geſt.*Quod eum Elegiſſem qui eiuſmodi damno te adficeret*.l.60.§.ſeruus,D.locat.*Ex cognatis quam velit perſonam Eligi poſſe*. l.56.§.vlt. D. ad Sc.Trebell.*Si eius perſonam Eligat*,l.21.D.de fideic.libert.

Eligat Prætor idoniorem,l.2.D.de popularib.actionib.

Eligere Prætor,vtrũ magis obligare,an vendere permittat,l.7.§.ſi prætor,D.de reb. eor. *Elegit Prætor verbum*,l.1.§.1.D.de reb.credit.*Eligendus eſt à Prætore*,l.3.§.ſi tamen,D.de hom.lib.

Eligere Præſes nomina Debitorum, l.21. §. Lucius, D.de annu. leg. *Eligere in quo Collegio magis eſſe velit*,l.1.§.vlt.D.de collegiis.

Eligere debitor quo nomine pignus ſuum exonerare velit, l. 35. D. de pigner. act.

Eligere quis debet qua Actione experiatur, l. 9. §. 1. D. de tributor. act. *Eligere debere Agentem qua, potius actione experiatur*, l. 5. §. 1. D. eod. tit. *Quiuis alius poteſt Eligere, vtrum cum emptore, an cum venditore ageret*, l. 1. §. quod autem, D. de pecul. *Eligere ſibi vnum heredem contra quem querelam inſtituat*, l. 25. §. vlt. D. de inoff. teſt.

Eligere debet Actor, quem velit conueniri, l. 26. §. 1. D. de noxalib. *Vtrum ſortem tantum an & vſuras velit adgnoſcere*, l. 30. D. de heredit. petit. *Vtrum velit ſibi reum cõdemnari*, l. 36. §. ſi poſſeſſor, D. eod. tit.

Eligere poſſit petitor vt ſibi pretia & vſuræ præſtentur, l. 20. §. redactæ, D. de heredit. petit. *Dare Iudicium Prætor in eum quem Actor Elegerit*, l. 39. D. de noxalib. *Vna pœna exacta quam Actor Elegerit*, l. 4. §. cùm dominus. D. de noxalib.

Eligere Mandati iudicio vel creditorem, l. 71. D. de fideiuſſorib. *Eligi qui mandauit*, l. 56. D. mãdati. *Eligi iudicio vnus ex pluribus Mandatoribus*, l. 52. §. vlt. D. de fideiuſſorib. *Eligi vnus ex Mandatoribus in ſolidum*, l. 59. 5. Paulus, D. mandati. *Poteſtas eſt creditori relicto Reo Eligendi fideiuſſores*, l. 5. C. de fideiuſſorib. *Electus à creditore alter ex duobus fideiuſſorib.* l. 39. D. de fideiuſſorib. *Electus Tutor*, l. 6. C. arbitr. tut. dicitur qui prior conuentus eſt. *Electo reo*, l. 47. §. ſi creditor, D. de pecul. l. vlt. C. de fideiuſſorib. tut. §. apud Paul. lib. 2. Sententiar. Tit. 17. *Electo Titio*, l. 80. §. ſi Titius, D. de furtis.

Eligere poteſt creditor vtri debitorum condicat, l. 35. §. ſi duobus, D de mort. cauſa donat. *Eligere velim mihi caueri*, l. 23. D. de dam. inf.

Eligere perſonam mulieris, l. 20. C. ad ſc. Vell. *Magis mulierem reum Elegit*, l. 29. D. ad Sc. Velleia. *Eligere Maritus alterum ex Adulteris*, l. 32. §. vlt. D. ad L. Iul. de adult. *Eligere Creditores heredem*, cuius nomen ſequuntur, l. 1. §. illud ſciendum eſt, D. de ſeparationib.

Eligere poſſe promiſſorem quod ſoluat, l. 2. §. Scæuola, D. de eo quod certo loco. *Cùm ſemel Elegerit ſtipulator*. l. 112. D. de verb. obligat. *Prout Elegerit qui ſtipulatus eſt*, l. 10. §. 1. D. de pactis. *Illa aut illà res vtram Eliget venditor*, l. 25. D. de contrah. empt.

Exceptor, qui dictata excipit in l. 19. §. cùm quidam, D. locati, & in Inscriptione Auximitana. *L. Aur. Martiano Aug. Lib. Exceptori.* Vtitur & hoc verbo Iulius Firmicus lib. 3. Mathes. cap. 6. & 12. D. Aug. Epist. 152. B. Greg. in Prolog. 40. Homil. de diuers. lect. Euang. *Quia sicut à me diuersis temporibus dictatæ sunt, ita quoque sunt ab* Exceptoribus *in codicibus affixæ.*

Exceptores in Scriniorũ Officiis ponũtur, l. 5. l. 12. C. de prox. sacr. scr. lib. 12. l. 5. l. 7. l. vlt. C. de Palatin. sacr. largition. l. vlt. §. hoc quoque, C. de re milit. l. vlt. C. de castr. pecul. l. 5. C. de numerariis. Exceptor *publicus*, l. 15. D. de decurionib. in C. Th. Nou. Th. & Valent. de trib. fiscal. Exceptores, l. 16. D. de prox. com. dispos. at in C. Th. Exceptores *Militiæ Palatinæ*, l. 22. D. de pal. sacr. larg. l. 17. de diuers. offic. & apparit. quos loco & ordine suo ad Commentarios accedere, constituunt Impp. l. 2. de num. act. scr. D. in C. Th.

Excitare *Discordias*, l. 77. §. dulcissimis, D. de legat. 2.

Excitari Accusatio, l. 26. D. ad L. Iul. de adult. *Crimen sopitũ*, l. 29. §. sex mẽs. D. ad L. Iul. de adult.

Excogitare *fraudem*, l. 40. D. de iur. fisc. Excogitata *fraus*, l. 49. D. de act. empt.

Excogitata *in fraudem Senatusconsulti*, l. 29. §. vlt. D. Sc. Maced.

Quod pro pupillis Excogitatum eſt, id eſt introductum, l. 3. §. Diuus, D. de Carbon. edic.

Excogitata Septa ad continendam tranſmittendámque aquam, l. 1. §. 1. D. de aqua cottidia.

EXCLVDERE, id eſt repellere, & ſummouere. *Exceptio, Actorem Excludit: Replicatio, Reum*, l. 2. §. illud, D. de exceptionib. *Replicationes neceſſariæ ſunt, vt Exceptiones* EXCLUDANT, l. 2. D. de exceptionib.

Excludere, Actionem, l. 30. D. ad Sc. Velleian. *Petitionem*, l. 28. D. de excuſationib. l. 7. C. de ſolutionib. *Perſecutionem*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 9. Vlpian. Tit. 9. Regular. *Querelam Inofficioſi*, l. 8. §. quarta, D. de inof. teſt. idem Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 5. *Species Actionis*, l. vlt. C. de conſt. pecun. *Vindicationem*, l. 11. C. de vſufructu.

Excluditur Actor, l. 3. D. vi bonorum. *Excludi Actiones*, l. 4. C. de reb. cred. Et ita *Actiones Excludi Exceptionibus*, ait Cic. lib. 2. de Inuent.

Excludi ab Exactionibus, l. 26. D. de liber. leg. *Ab Accuſatione*, l. 11. D. ad Sc. Turpill. l. 11. D. de accuſationib. *A Querela*, l. 23. §. 1. D. de inoff. teſt.

Excludere per exceptionem, l. 1. D. famil. erciſc.

Excludi Exceptione qui agit, l. 8. ſi heres, D. de liberat. leg. l. vlt. D. de iureiur. l. 36. D. de pact. l. 4. D. de vſufruct. l. vlt. §. ſi mulier, D. ad Sc. Velleian. l. 18. §. Titio, D. de mort. cau. donat.

Excludi Procurator Exceptionibus Procuratoriis, l. 23. D. rat. rem hab.

Excludere Præſcriptione, l. 77. §. pater qui, D. de legat. 2. *Præſcriptio Excludet petentem*, l. 11. D. de ſolutionib. *Excludi Præſcriptione*, l. 23. D. de exceptionib. l. 8. C. de negot. geſt. *Præſcriptione temporis*, l. 11. D. ad Sc. Turpil. l. 6. §. pater. D. de decurionib.

Excludi Actio præſcriptione l. 8. C. de iur. deliber.

Excludi præſcriptionibus querela, l. 12. C. ad L. Corn. de falſ. *Non Excluditur præſcriptione crimen*, l. 39. §. preſcriptione, D. ad L. Iul. de adult.

Excludere Tempore, l. 26. §. quotiens, D. ex quib. cauſ. maior.

Excludi temporis diuturnitate adſeueratio, l. 10. C. de non numer. pec. *Excluſus tempore*, l. 20. §. ſi libertinus, D. de bonis libert. *Excluſi tempore*, l. 11. D. ad Sc. Turpil. *Excluſi tempore bonorum poſſeſſionis finito*, l. 4. D. de bonor. poſſ. *Qui Excluſus eſt tempore vel repudiatione*, l. 1. §. in diebus, D. de ſucceſ. edic. *Non Excludi anno*, l. 15. §. ſi quis, D. quod vi aut cl. *Excludi* etiam *Actiones* dicuntur quæ legitimis tranſactis temporibus pereunt, l. 24. D. de liber. cau.

Excludere Auum, l. 5. D. ad Sc. Tertyl. *Collibertum* l. 77. §. volo, D. de legat. 2. *Creditor alium creditorem*, l. 16. D. qui potior. *Inſtitutum*, l. 12. D. de mortis cauſa donat. *Matrem*, l. 2. §. liberi, D. ad Sc. Tertyl. *Nepotes*, l. 1. §. 1. D. de coniungend.

Excludi Filius, l. 1. §. interdum, D. de ſuis & legit. l. 8. D. de bon. damnator. *Infans*, l. 1. D. de bonor. poſſ. fur. *Legatarij*, l. 16. D. ſi quis omiſſa. *Mater*, l. 2. §. quod ſi, D. ad Sc. Tertyl. *Nepos*, l. 5. D. de coniungend l. 1. §. qui habebat, D. de bonor. poſſ. cont. tab. *Patronus*, l. 39. D. de bonis libert. *Poſtumus*, l. 4. D. de liber. & poſtum. *Subſtitutus*, l. 7. D. de adquir. vel omitt. *Subſtitutus*, l. 33. D. de vulg. & pupil.

Excludi, id eſt repelli, l. 14. D. de bon. libert. *Excludi à bonis*, l. 17. D. de iure patro. *Ab omnium bonis*, l. 1. & l. 14. §. 1. vlt. D. de bon. poſſ. cont. tabul. *A bonorum poſſeſſione*, l. 17. & l. 18. D. de bon. poſſ. cõt. tab. l. 38. D. de bon. libertor. eod. tit. *A collationis Commodo*, l. 6. D. ſi tabul. teſtament. *Commodo collationis*, l. 5. D. de coll. bono. *Ab hereditate*, l. 5. D. de iur. aur. anul. l. 8. D. ſi tab. teſtam. Vlpian. Tit. 23. Regular. *A Legato*, l. 63. D. de condic. & dem. l. 41. D. ex quib. cauſ. maior. *A Muneribus*, l. 1. C. de his qui non implet. *A Teſtamento*, l. vlt. D. de bon. poſſ. ſec. tab.

Excluſa hereditate mater, l. vlt. D. vnde cognati.

Excluſæ perſonæ, l. 25. D. de inoff. teſtam.

Excludi ex iure antiquo vel ex lege Velleia. l. 29. §. ſi eius, D. de liber. & poſt.

Excludere Aquam, l. 1. §. Neratius, D. de aqua & aquę pl. *Fraudem*, l. 77. §. Titio, D. de legat. 2. *Fraudes*, l. 1. §. ex illa, D. L. Corn. de falſ. *Rationes*, d. l. 77. §. pater, D. de legat. 2. *Subſtitutionem*, d. l. 77. §. volo, *Succeſſionem*, l. 7. C. de inſtitutionib.

Excludi beneficio Senatuſconſulti, l. 2. §. ſed, D. ad Sc. Tertyll. *Excludi per adſignationem*, l. 1. §. vlt. D. de adſign. libert. *Excluſus per condicionem*, l. 35. §. 1. D. de adquir. vel omit. *Excluſus condicione*, l. 52. D. ad Sc. Trebell. *Excluſus cultura*, l. 2. D. de annu. lega. *Excluſus re*, l. 4. D. de in integr. reſt. *Excluſis ſeruis per offenſam*, l. 51. D. de manumiſſ. teſtam.

Excludit computationem compenſatio, l. 5. C. de compenſationib. *Ad Excludendam querelam*, l. 8. §. quoniam, D. de inoff. teſt. l. 1. & l. 7. C. de inoff. donat. *Non Excludit vitia*, l. 11. D. de diuerſ. temporal.

Excludi fideicommiſſum, l. 76. D. de condic. & dem. *Non* Excludi *defenſionem*, l. 17. §. error. D. ad municipal.

Excluſum beneficium, l. 3. C. ſi minor ſe maior. *Excludi præſcriptio*, Quintilian. Declamat. 254.

Excludi gemma incluſa, l. 6. D. ad exhi.

Excluſio, l. 2. D. de exceptio. *Excluſorium eſt, Omnis Exceptio, vel Replicatio*, l. 2. §. 1. D. de except.

Excolere, *Ædificium*, l. 44. D. de vſufructu. *Fundum*, l. 53. D. de rei vindicat. & l. 14. D. de donationib. *Saltum*, l. 25. D. de pignerat. act. *Excolere poteſt fructuarius quod inuenit qualitate Ædium non immutata*, l. 13. §. ſed ſi ædium, D. de vſufructu.

Excrescere, & *Decreſcere*, opponuntur, l. 1. D. de aqua, & aqu. pluu. ſic Excreſcere *imbre aquam* ibidem. Excreuit *flumen imbribus vel qua alia ratione*, l. 1. D. de fluminib. *Ne flumina deriuationibus minus conceſsis* Excreſcant, l. 1. D. de fluminib.

Excreſcere fructus, l. 27. §. ſi heres, D. ad Sc. Trebell.

Si in tantum Excreuerit fructus, vt, l. 27. §. in ſumma, D. ad L. Falcid.

Excreuiſſe *præſtatio*, l. 2. D. de oper. libert.

Excvbare *Qui pro pace Excubant*, l. 13. D. de accuſat. l. 7. D. ad L. Iul. majeſtat.

Ab Excubatione *deſiſtere*, l. 3. §. ſi præſidis, D. de re milit.

Excvbias *Agere*, l. 1. D. de offic. præfec. vigil.

Excubias Palatij deſerere, l. 10. D. de re milit.

Excvsare *Factum ſerui*, l. 2. §. 1. D. de noxalib. *Innocentiam*, l. 33. §. publicè, D. de procuratoribus. *Negligentiam*, l. 5. D. de confirm. tut. *Sententiam*, l. 19. D. de recept. qui arbitr.

Aduocatum fiſci in omnibus officij neceſsitas ſatis Excuſat, l. §. aduocatum, D. de his quæ vt indign. *Excuſat furioſum fati infelicitas*, l. 12. D. ad L. Corn. de ſicar. *Excuſat Ignorantia*, l. 16. §. 1. D. de pigner. act. *Excuſare Ignorantiam ſuam non poteſt Maritus qui deprehenſam in Adulterio vxorem retinuit*, l. 29. D. ad L. Iul. de adulter.

Excuſari ſolet inceſtum, Sexu, vel Ætate, l. 38. §. Idem Pollioni, D. ad L. Iul. de adulter. *Excuſantur ſerui*, l. 1. §. excuſantur, D. de Sc. Silan.

Excuſare literis Præſes, l. 6. §. quid tamen, D. de iniuſt. rup. *Excuſare Proconſul ne publicè vel priuatim occurrant ei*, l. 4. §. antequam, D. de offic. Proconſ.

Excuſare ſe Tutor, l. 25. D. de tutor. & curator. l. 7. D. de adminiſtr. & peric. tut.

Excuſare ſe à Cura aduleſcentium, l. 11. §. ex facto, D. de minorib. *A Curatione*, l. 16. D. de excuſationib. *A Tutela, Tutor Datus*, l. 5. §. amittere, D. de his quæ vt indign. l. 6. §. quid ergo, D. de ritu nupt. l. 21. l. 27. & l. 33. D. de excuſationib. l. 3. D. de iure patron. l. 41. §. tutor. D. de fideicommiſſ. libert. l. 25. D. de teſtament. tut. Excuſare *ſe partis bonorum*, l. 111. D. de legat. 1.

Excuſare autem *ſe*, eſt *poſtulare liberari ab adminiſtratione Tutelæ*, vt l. 10. §. Diui, D. de excuſationib. Quod per libellos fieri non potuiſſe, ait l. 25. D. eod. tit.

Excuſare à Muneribus, l. 3. §. quamuis, D. de munerib. & honor. l. 17. D. ad Municipal. *A Tutela*, l. 74. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. l. 6. §. Philoſophi, l. 22. & l. 41. D. de excuſationib. *A cœpta Tutela*, l. 11. D. eod. *A Tutelis*, l. 43. & l. vlt. D. eod. *De Tutela*, l. 41. §. 1. D. eod. Ex *ſecunda Tutela*, l. 45. D. eod. *Tutela*, l. 9. D. eod. tit.

Excuſari *aliquo priuilegio Tutor*, l. 69. §. mater, D. de legat. 2. Excuſari *vel ad Tempus, vel in perpetuum*, l. 12. D. de excuſationib.

Excuſatus *Tutor*, l. 3. §. quæri, D. de legit. tutorib. l. 2. & l. 4. C. in quib. caſib. *Si Excuſatus ſit Tutor*, l. 11. D. de teſtam. tut. *Excuſatus Tutor iuſta de cauſa*, Vlpian. Tit. 12. Regular. *Excuſatus à Tutela*, l. 41. §. tutoris, D. de fideicommiſſ. libert. *Si* Excuſati *ſint Tutores*, l. 2. §. non ſolùm, D. ad Sc. Tertyllian.

Excuſati ſunt priuatis Muneribus, l. 17. §. is qui, D. de excuſationib.

Excuſare Ætas Munera, id eſt *vacationem munerum tribuere*, l. 6. §. ſciendum. D. de munerib.

Excuſare *ſe periculo*, l. 1. C. ne tut. vel curat. *Excuſari Lege à dicendo Teſtimonio*, l. 1. §. 1. D. de teſtib. *Excuſari maiore pœna*, l. vlt. D. de ritu nupt. *Excuſari proprio priuilegio Heres*, l. 19. §. de iudiciis.

Excuſatus *eſſe debet à compromiſſo*, l. 16. §. 1. D. de recept. qui arbitr.

Excuſati *Iudices*, l. 76. D. de iudiciis.

Excuſatus *erit*, l. 3. §. ſi quis tabulas. D. de Sc. Silan. *Excuſatus eſſe debebit*, l. 7. D. quod falsò tutor. *Poteſt eſſe* Excuſatus, l. 27. §. ſi calicem, D. ad L. Aquill. *Excuſatus videtur patronus*, l. 5. D. ſi quis omiſſa. Excuſatus *videbitur*, l. 14. D. de L. Corn. de Falſ. *Non enim Excuſatus eſt*, l. 1. §. quotiés, D. de vi & vi arm.

Excuſati *ſunt*, l. 3. §. 1. D. de ſepulchr. viol. *Non ſunt* Excuſati, l. 8. §. ſi tutores, D. mandati.

Excusata erit Mater, l. 2. §. non solùm, D. ad Sc. Tertyllian. *Excusata Mulier*, l. 38. D. ad Leg. Iul. de adulter.

Excusata esse *Absentia*, l. 15. §. 1. D. ad L. Iul. de adult. *Excusata est Culpa*, l. 1. D. si is qui testam. liber. *Ignorantia & Inopia*, l. 8. §. igitur, D. mandati. *Nec ignorantia eius erit Excusata*, l. 19. §. 1. D. locati. *Excusata esse debet officij necessitas & tutoris fides*, l. 22. D. de his quæ vt indignis.

Excusatum sit damnum, l. 2. §. vlt. D. de peric. & commo.

Excausari, pro *Excusari*, l. 55. D. de ædil. edic.

Excvsatio *Ætatis*, l. 37. D. de minorib. *Excusatione ætatis vti*, Hirtius lib. 8. de bello Gallico.

Excusatio munerum, Rubr. de vacatio. & excusatio. muner.

Excusatio Tutelæ, l. 6. §. Philosophi, l. 7. §. 1. & l. 18. l. 23. l. 18. D. de excusation. Ἀφορμὴ ὑποστροφῆς dicitur à Modestino, in l. 1. D. eod. tit. *Excusatio perpetua & temporalis*, l. 4. §. 1. D. de munerib. & honor.

Excusatio Accipi, l. 6. §. vlt. & l. 44. D. de excusationib. *Admitti*, l. 18. §. vlt. D. de L. Corn. de Falsi. *Competere*, l. 5. l. 31. l. 44. l. 45. D. de excusationib. *Dari*, l. 17. D. eod. tit. *Probari*, l. 39. D. eod. tit. *Recipi*, l. 60. §. quid ergo si cum, D. de ritu nupt. *Tutor vel Curator cuius Excusatio recepta non sit*, l. 20. D. de administr. & peric. *Excusatione recepta*, l. 20. D. de excusationib.

Excusationis *causas allegare*, l. 31. D. eod. tit. *Contestari*, l. 88. D. eod. tit. *Excusationis ius habere*, l. 26. D. eod. titul. *Qui* Excusationis *iure suscipere noluit Tutelam*, l. 28. D. de testam. tut.

Excusationem agitare de non recipienda Tutela, l. 20. D. de appellationib.

Excusationem dat, l. 7. D. de excusationib. *Dant*, l. 3. D. eod. tit. *Excusationem Tutelæ Habere, & non Habere*, l. 6. §. Vlpianus, l. 17. §. 1. & l. 23. D. de excusatio. *Excusationem perpetuam habent*, l. 8. §. sed ignominia, D. de excusationib. *Excusationem a Tutela habere*, l. 44. D. eod. *Excusationes plures habere*, l. 21. §. 1. D. eod. *Nullam Excusationem habere possunt mulieres in Adulterio commisso*, l. 38. §. 1. D. ad L. Iul. de adulter.

Excusationem *petere*, l. 20. D. de excusat. *Præbere*, l. 6. §. vlt. D. eod. tit. *Proferre*, l. 39. D. eod. tit. *Ad* Excusationem *admitti*, l. 5. §. amittere, D. de his quæ vt indign. *Excusatione vti*, l. 36. §. vlt. & l. 44. D. de excusationib. *Excusationibus vti*, l. 21. §. 1. D. eod.

Excusationem Arbitri Recipere debet Prætor. l. 15. D. de recept. qui arbitr. Excusationem *meretur Ætas Impuberis, Serui & Ancillæ nondum viripotentis*, l. 1. §. Impubes, D. de Sc. Silania. *Iusta ignorantia* Excusationem *meretur*, l. D. si is qui testam lib. *Honesta Excusatio est non facientibus quod non sit concessum*, l. 15. §. & quatenus, D. de L. Corn. de Falsi.

Excusatione Seniorum Iuniores Onerari, l. 11. D. de decurionib. *Excusationes absentium*, l. 13. D. de publ. iudic. *Excusationes allegare*, l. 25. D. mandati.

Excvtere *Nummos aureos vel argenteos, vel aliam rem, de manu alicuius*, l. 52. §. si quis de manu, D. de furtis, l. 27. §. si quis de manu, D. ad L. Aquil.

Excutere alicui summam, l. 24. §. si cùm debitor. D. manda. id est fraudulenter, seu per obreptionem & circumuentionem. ab aliquo auferre. *Qui custodiam Militi prosequenti magna manu Excusserunt*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 31.

Excutere, pro disquirere, dispicere & examinare. Sic *Excutere Præses*, l. vlt. §. 1. D. ad municip. *Prætor*, l. 5. §. non passim, D. de reb. eor.

Excutere causam negligentiæ, l. 14. D. de offic. præsid. *Causas eorum qui delati fuerant*, Traian. apud Plin. Epist. 98. lib. 10. *Crimen*, l. 1. C. de appellat. *Verba Senatusconsulti*, l. 2. §. 1. D. ad Sc. Velleian.

Excutere *Verum*, Seneca lib. 1. de Clement. cap. 20.

Excuti Veritas, l. 13. D. de probationib. id est *exquiri*, vt l. 6. D. de transactionib. seu explorari.

In Excutienda veritate, l. 10. 5. tormenta, D. de quæstionib. *De Excutienda fide Testium*, l. 3. §. eiusdem, D. de testib.

Excutiamus, id est, dispiciamus, l. 17. D. de hered. instit. *Excutiatur*, id est, disquiratur, l. 5. §. Diuus, D. de iure immunit.

Excutiendum, id est, examinandum, l. 13. §. 1. & vlt. D. de offic. præsid. l. 17. §. & primum, D. de adoptionib. *Vtrum ius fisci ante* Excutiendum *sit*, l. 35. D. de iure fisc. *Excussis Probationibus*, Plinius Epist. 30. lib. 6.

Ius Excutere & Rationem: item *Excussa parte vtraque* Quintil. Declam. 264. *Excuti numerus populi*, idem Quintill. Declamat. 263.

Excutere, id est scrutari. Vt in Edicto de inspiciẽdo vẽtre, |*Custodes qui ante conclaue positi erũt, si volunt omnes qui conclaue aut domum introierint*, Excutiant, l. 1. D. de inspicien. vent.

Excutere fortunas cuiusque, l. 1. §. si quis ex vectoribus, C. de L. Rod. *Mandauero tibi vt Excu-*

teres vires Hereditatis : Et mox, *Si tibi mandaui vt vires* EXCUTERES *eius cui eram crediturus*, l.42.D. mandati, id est, vt inquireres an esset soluendo. *Mandaui tibi vt Excuteres quanti villam ædificare velles*, l.70.§.mandaui, D. locati.

EXCVTI *Possessor Hereditatis prior*, l.2.D.si quis omissa. *Ante Titium Excussum*, l.116.D.de verbor.oblig. *Excussi Rei*, in l.2.C.quo quisque ordine conuen.dicuntur, quorum facultates excussæ sunt. *Excussati*, eodem sensu, in l.46.§.cum testamento, D.de administr.& peric.

Excussis prius facultatibus, l.3.§.1.D.de administ.& peric.l.1.§.si inter.D.de magistratib.conuen. *Bonis eius* EXCUSSIS, l.1.C.de reuoc.iis quæ in fraud.

Excuti pretium, l.18.§.vlt.D.de mort.cau.donat. *Excusso pretio*, l.92.D.de legat.1.id est, exquisito vt l.14.D.de contrah.empt.

EXCUTERE *diligenter Rationes*, l.59.§.vlt.D.de manum.testam. *Excutiendas Rationes*, l.6.§.vlt.D. de statuliber. *Arbiter* EXCUTIENDIS *Rationibus*, l.5.D.de manumissionib.& l.53.D.de iudic. id est apud quem ratio ponatur, l.§.si seruus, D.si is qui testam.liber. Traianus apud Plin.Epist.29. lib.10. *Rationes autem imprimis tibi Rerum publicarum Excutiendæ sunt. Excussis Rationibus*, l.50.D. de condicionib.& demonstr.

EXCUTERE *Spicas*, l.7.§.est tamen.D.de adquir.rer.dom. *Excussum Spicis frumentum*, ibidem. *Excussa Olea*, l.13.D.quib.mod.vsufruct.

EXCVRRERE *Aliquò vel proficisci*, l.1.§.si pupillis, D.de tut.& rationib. *Excurrere ad Amitam suam*, Plin.Epist.121.lib.10. *Excurrere in prædia*, l.10.§.idem Labeo, D.mandati.

Excurrit in hoc tempus euentus, l.10.D.de donat.int.vir.& VXOR. *Longè Excurrunt extra ædificium fistulæ*, l.15.D.de actionib.empt.

ET QVOD EXCVRRIT, l.26.§.vlt.D.depositi, significat, & aliquot præterea denarios, vel summulas. Quæ locutio B. Augustino frequens : ex quo, præter ea quæ Budæus notauit, locum subiiciam, sumptum ex lib.1.post collatio.contra Donatistas : *Protulerunt*, ait, *ibi 70. & quod excurrit, Episcopos, qui absentem damnauerunt Cæcilium.* Addam & Prosperi testimoniũ, cuius lib. de promiss.& pręd.verba sunt hęc. *Illi quadringenti nonaginta anni, & isti qui excurrunt ab Aduentu Saluatoris.* Idémque genus loquendi à Vegetio, & Optato Afro vsurpatum Iac. Cuiacius lib.1.Obseruation.cap.vlt.pridem adnotauit.

Excursiones breues & longinquæ, l.13.vlt. D.de ann.legat.id est, profectiones.

Excursus statuti temporis, l.2.C.si maior factus.

EXECRABILE *delictum*, l.4.C.si seruus export.

EXECRARI *Lites*, l.4.§.1.D.de alienat.iudic. *Execranda præda ex naufragiis*, l.91.D.de incend.

EXEDRA, l.5.§.interdum, D. de his qui deiecer. vel effuder. Pollux lib.1. Onomast. cap.8. ἐξέδρας appellari tradit ἵνα συγκάθηνται. Exedras autem porticibus adiungi consueuisse indicant Vitruuius lib.5.cap.11.Plin. Epist.75.lib.10. in exedra vtique Crassum posito lectulo recubuisse, Cicero lib.1.de Oratore narrat.

EXEMPLVM, *Rei capere*, l.11.§.vtrum, D.ad Sc.Trebell.

Exempli causa, l.1.§.quod vulgo, D.de vi & vi arm. *Gratia*, l.1.§.proinde, D. de ædil. edic.l. 46.D.de condic.& dem.l.10.§.sexto gradu, D.de gradib.& adfinib. l. 30.§.vlt. D. de dam. inf.l.25.§.in factum, D.de oblig.& actionib. *Loco*, l.31.D.depositi.

EÓque *Exemplo*, l.7.D.de publican.& vectigal. *Exemplo eo quo*, l.44.D. de excusationib.l.26. D.de reb.credit. *Hoc Exemplo*, l.vlt. D.si mensor.

EXEMPLO *manifestius fiet*, l.3.§.Iulianus, D.de col.bono. *Ne res* EXEMPLIS *egeat*, l.1.D. de pręscri. verb. *Quibus Exemplis*, l.24. D.de condic.& dem.

AD EXEMPLUM, id est ad similitudinem, vt loquitur, l. vlt. C. de inoff. donation. His autem verbis ad EXEMPLUM, & EXEMPLO, Vtiles actiones, & quæ à Prætore accommodantur, significari, demonstrarique solent. EX *Empto vtili actione agi posse ad* EXEMPLUM *Institoriæ* ACTIONIS, l.13.§. si procurator, D.de actionib.emp. *Vtilis ad* EXEMPLUM *Institoriæ dabitur* ACTIO, l.19.D.de institor.l. 31.D.de negot.gest. *Danda est ad* EXEMPLUM *legis* AQUILIÆ ACTIO, l.12.D.ad L. Aquil. *Datur in te ad* EXEMPLUM *legis* AQUILIÆ *in factum actio*, l.53. D. ad L. Aquil. *Vtilem actionem* EXEMPLO AQUILIÆ *fructuario dandam*, l.17.§.vlt.D.de vsufructu. *Seruitutes Prætorio iure constitutæ ad* EXEMPLUM *earum quæ ipso iure constitutæ sunt, Vtilibus actionibus petentur*, l.1.§.vlt. D.de superficieb. *Seruiana actione vel quæ ad* EXEMPLUM *eius instituitur, Vtilis aduersus emptorem exercenda est*, l.1.C.de precario. *Facilè Vtilis persecutio*, EXEMPLO *pigneraticiæ, detur*, l.5.C.si aliena res. AD EXEMPLUM *Legis* AQUILIÆ *noxali iudicio acturus*, in Lege Dei, Tit.12.

Aliâs nudam similitudinem hæc verba continent. Et ita AD EXEMPLUM ACTIONIS *de Deiectis & effusis*,

effusis, dari oportere Actionem, l. 5. §. vlt. D. de his qui effuder. vel deiecer. Ad *Exemplum ex Empto actionis non immerito consequi desideras*, l. 1. C. de rer. permut. Ad Exemplum *Vindicationis datur Publiciana*, l. 35. D. de oblig. & actionib. Ad Exemplum *Interdicti quòd fructuario proponitur defendendus erit*, l. 27. D. de donationib. *De Seruitutibus in rem actiones competunt nobis ad Exemplum earum quæ ad Vsumfructum pertinent*, l. 2. D. si seruit. vindic. *Ad Exemplum Interdictorum, quæ in albo proposita habet Prætor, rem ad suam æquitatem rediget*, l. 1. C. de interdict. *Ad Exemplum Interdictorum res agitur*, l. 3. C. eod. tit. Exemplum *Creditorum in factum* Actione *vti*, l. 3. §. prætor, D. ne vis

Ad Exemplum *Carboniani*, l. 3. §. vlt. D. de Carbon. ed. *Carboniani Decreti*, l. 2. D. de inspic. vent. *Carboniani Edicti*, l. 1. §. si ea, D. de vēt. in poss. *Præsumptionis Carboniani Edicti*, l. 3. §. vlt. D. ne vis fiat ei.

Ad Exemplum Legis vindicandum est, l. 7. §. 1. D. L. Iul. majest. *Ad Exemplum Prætoris Edicti*, l. 58. D. de ritu nup. l. 9. C. de bon. auct. Iudic. *Ad Exemplum Legatorum mortis causa Donationes reuocatæ sunt*, l. 15. D. de mort. causa don. *A Exemplum Legatorum mortis causa Donationes capiuntur*, l. 2. D. de Publiciana. *Ad Exemplum quodammodo eius Legis scriptum est*, l. vlt. D. fin. regund. *Ad Exemplum alterius monumentum facere*, l. 27. D. de condic. & demonstr.

Ad Exemplum *Infantis*, l. 30. §. in furiosi, D. de fideicommiss. libert. *Inofficiosi testamenti*, l. 1. C. de inoffic. donat. l. 6. C. de inoffic. dona. *Militum*, l. 4. C. de aduoc. diuers. iud. *Procuratorum*, l. 11. C. de procuratorib. *Venditionis*, l. 59. §. 1. D. de vsufruct.

Exemplo *vtilis* Actionis *quæ in integrum restitutis datur*, l. vlt. C. quib. ex caus. maior.

Competet institoria Exemplo exercitoriæ Actionis, l. 7. §. 1. D. de institor.

Exemplo Actionis, l. 16. §. 1. D. de pecun. constit. l. 5. §. quæri. D. vt in poss. leg. l. 9. D. quod falso tut. *Interdicti*, l. 1. §. proponitur, D. de superficieb. l. 2. C. vnde vi. *Legis* Aquiliæ, l. 3. §. vlt. D. de L. Fab. *Legis Falcidiæ*, l. 76. D. de legat. 2. *Vi Bonorum raptorum*, Paul. lib. 5. Senten. Tit. 6.

Exemplo Aditæ *hereditatis*, l. 4. § illud, D. de fideicommiss. libert. *Apium*, l. 12. §. & si, D. de instruct. vel instrum.

Exemplo Bonorum, l. 18. D. de his quæ vt indign. *Bonorum possessionis*, l. 65. D. ad Sc. Trebell.

Exemplo Cautionis, l. 20. D. de pignorib. *Coloni*, l. 54. D. locati. *Creditoris*, l. 2. D. de pignorib. *Ceterorum debitorum*, l. 1. C. si aduers. solutio. *Clarissimæ personæ*, l. 22. §. 1. ad municipal. *Cuiuslibet Corporis*, l. 50. D. de legat. 1.

Exemplo *dati*, l. 17. §. in adoptiua, D. ad municipal. *Diphili*, l. 58. §. testamento, D. de admin. & peric.

Exemplo Edicti, l. 18. D. ad L. Falcid. *Edicti perpetui*, l. 77. §. cùm existimarem, D. de legat. 2. *Eius qui*, l. 6. D. de reb. auctor. iud. l. 50. D. de legat. 1. l. 38. D. de testam. milit. l. 10. §. 1. D. de fideicommiss. libert. l. 2. D. si quis omissa. l. 15. §. si quis damni, D. de damno inf. *Exercitorum*, l. 13. §. vlt. D. de institoria.

Exemplo Facidiæ, l. 21. D. ad L. Falcid. *Falcidiæ retentionis*, l. 21. C. famil. erciscr. *Fideiussorum*, l. 1. §. nunc tractemus, D. de tutel. & rat. *Fideicommissariæ libertatis*, l. 55. §. vlt. D. de fideicommiss. libert. *Furis*, l. 5. D. de calumniatorib. *Furiosi*, l. 1. D. de curat furio. *Fructuum*, l. 65. D. de rei vind.

Exemplo *Heredis*, l. 32. §. vlt. D. ad L. Falcid. *Hereditatis*, l. 14. D. de castr. pecul. *Humiliorum*, l. 10. D. de pœnis.

Exemplo *Institutionis*, l. 61. D. de legat. 2. *Iuris legitimi*, l. 11. §. vlt. D. de bonor. poss. cont. tab.

Exemplo legatorum, l. 7. D. de legat. præstand. l. 77. §. 1. D. legat. 2. l. 1. §. 1. D. vsufructuar. quemad cau. *Legitimi*, l. 12. D. de Carbon. Edicto. *Luitionis*, l. 1. D. de liberat. leg.

Exemplo Mancipiorum, l. 38. §. non tantùm, D. de ædil. ędic. *Matris*, l. 54. D. ad Sc. Trebell. *Mulieris*, l. 11. D. de Sc. Maced.

Exemplo Operis inchoati, l. 16. §. 1. D. de munerib. & honor.

Exemplo Parentium, l. 15. D. de legat. præst. *Patroni*, l. 1. D. si à paren. *Peculij*, l. 2. D. de pen. legat. *Penus legatæ*, l. 115. D. de verb. oblig. *Personæ*, l. 11. D. de stipul. seruor. *Pignorum*, l. 68. §. 1. D. de fideiussorib. *Pupillæ*, l. 63. D. de ritu nupt.

Exemplo Relegati, l. 15. D. ad municipal. *Rescripti*, l. 25. §. quod autem, D. de hered. petit.

Exemplo serui communis, l. 25. §. seruus, D. de vsufr. *Seruitutum*, l. 10. D. si seruit. vind. *Solutionis*, l. 5. D. de acceptilat. *Sumptuum*, l. 65. D. de rei vindicat.

Exemplo *Tutoris*, l. 1. D. vbi pupil. educ.

Exemplum *cuiusuis liberi hominis*, l. 4. D. quib. ad libert. proclam.

Legatarius Exemplum *Mucianæ cautionis non habebit*, l. 77. §. pater, D. de condic. & demonstrat.

Mucianæ cautionis Exemplum locum habere non potuit, l. 72. §. 1. D. eod. tit.

Secundum Exemplum eius cui fideicommissa libertas debetur, l. 7. §. si quis, D. de adquir. vel omitt. *Secundum* Exemplum *Proconsulum*, Plinius Epist. 73. lib. 10. *Secundum* Exempla *complurium*, idem Plinius Epist. 43. lib. 10. *Exempla Senatusconsultorum induci*, l. 67. D. de iudiciis.

Exemplum Alimentorum sequi, l. 14. D. de aliment. vel cibariis. *Quod Exemplum & in ceteris sequi nos debere*, l. 13. §. vlt. D. de re milit. Etiam *in ceteris causis* Exemplum *hoc sequẽdum*, l. 11. §. vlt. D. ad Sc. Trebell.

Exemplum *secutus aditæ hereditatis*, l. 4. §. si quis autem, D. de fideicõ. libert. *Corporalium pignorum*, l. 15. §. sic qnoque, D. de re iudic. Sic & Exemplum *Iauoleni secutum* se ait Iulianus, l. 5. D. de manumiss. vindict. Traiano Plin. Epist. 74. lib. 10. *Secunda ergo potius tibi* Exempla *sunt eorum qui isti Prouinciæ præfuerunt.*

Exemplum etiam pro consequentiis ponitur. Vt cùm dicitur *Ad* Exemplum *constitutiones trahi*, l. 1. D. de constit. prin. §. quod principi, Instituț. de iure natur. id est, *Produci ad consequentias*, quemadmodum loquitur Paul. in l. 14. D. de legib. Et ita in *Exemplum trahi*, apud Capitolin. in Macrino. *Sine* Exemplo *alicui subuenire*, d. l. 1. §. & quod principi.

Ad Exemplum rem pertinere, l. 3. §. 1. D. de alim. vel cibar. Plin. Epist. 98. lib. 10. *Et consulendum existimarem in re ad* Exemplum *pertinenti.* Idem Epist. 29. lib. 6. *Ad* Exemplum *pertinentes Causas* dixit

In *Exemplum coërcere*, l. 9. D. de reb. eor. *Vindicare*, l. 6. §. vlt. D. de custod. & exhib. l. 4. C. de seru. export. *Interest Eiusmodi* Exemplum *non admitti*, l. 24. D. de testam. milit. *Hoc Remisi Exemplum*, ait Traian. in l. 1. D. de interdic. & releg.

Qui in acie prior fugam fecit, propter Exemplum *capite puniendus est*, l. 6. §. qui in acie, D. de re milit.

Vt Exemplo deterriti minus delinquant, l. 6. §. 1. D. de pœnis. *Vt* Exemplo *alijs ad deterrenda maleficia sit*, l. 31. D. depos. *Quoties nimiũ multis personis grassantibus* Exemplo *opus sit*, l. 17. §. vlt. D. de pœnis.

Exemplo *graue est*, l. 10. C. de distract. pign. l. 2. C. de quæstionib. *Pernicioſum est*, l. 7. C. de probatio.

Iniqui Exempli *esse vti iudex detur quem altera pars nominatim petat*, l. 47. D. de iudiciis. Exempli *ratio minimè sinit*, l. 8. C. de solutionib.

Mali Exempli res est Abortionis, *aut* Amatorium *poculum dare*, l. 38. §. qui abortionis, D. de pœnis, & apud Paulum, lib. 5. Sentent. Tit. 23. *Malo Exemplo circumscriptus Iudex testibus pecunia corruptis*, l. 33. D. de re iudic. *Non quidem malo animo, sed malo* Exemplo, *Medicamentum ad conceptionem dedit*, l. 3. §. 1. D. ad leg Cornel. de sicar. Quintil. Declam. 385. *Malo Exemplo datum esse Amatorium.* Iuuenalis Satyr. 13. *Exemplo quodcumque malo committitur.*

Exemplo pessimum est feminino vocabulo etiam masculinum contineri, l. 45. D. de legat. 2. *Pessimo Exemplo fenerare*, l. 1. D. de Sc. Macedo. *Villas expugnare*, l. 3. §. 1. D. ad L. Iul. de vi publ. Liuius lib. 2. *Non Decemuiri tulerunt paucis his annis pessimo* Exẽplo *publico.* Traian. apud Plin. Epist. 98. lib. 10. *Nam & pessimi* Exempli, *nec nostri seculi est. Turpissimo Exemplo is qui Nurum suam Adulterij accusare instituerat, postea desistere maluit, contentus lucrum ex dote retinere*, l. 11. §. socer, D. ad l. Iul. D. de adult.

Exemplum, interdum appellatur id quod ex Authentico descriptum est: quod & *Indicem* Paulus, vulgus nostrum Copiam ac Duplicatum vocat: Proinde Authentico ita *Exemplum* opponitur, quemadmodum in vsu nostro *Copia*, *Originali*, l. 4. §. vlt. D. famil. ercisc. l. vlt. D. testam. quemadm. aper. Iosephus ἀντίγραφον vocat lib. 14. cap. 17. *Non ex Indice & Exemplo alicuius scripturæ, sed ex* Authentico *conueniendus est*, l. 2. D. de fide instrum. Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 12. *Vnum Testamentum pluribus* Exemplis *consignare*, l. 24. D. qui test. fac. *Pluribus Tabulis eodem* Exemplo *scriptis*, l. vlt. D. de his quæ in testam. delent. Sueton. in Tiber. cap. vlt. *Testamentum duplex ante biennium fecerat: alterum, sua, alterum, liberti manu: sed eodem Exemplo.*

Exemplum facti, l. 15. C. de transactionib.

Exemplum *Libelli*, l. 6. D. ad L. Iul. de vi publ. l. 33. D. de re iud. l. 3. §. solent, D. de alim. vel ciba. *Litterarum*, l. vlt. D. quando appell. sit. *Relationis*, l. 6. D. de appellationib. recip. *Tabularum*, l. 4. §. vlt. D. famil. ercisc. *Testamenti*, l. 11. D. testa. quemad. aper. l. 2. D. de edend. l. 1. §. si quis, D. de bo nor. poss. sec. tab. l. 10. D. de legat. 3. & apud Cicero. Epist. 45. lib. 13. ad Attic.

In Exemplo *scripta*, l. 11. §. 1. D. de legat. 2.

Exempla Actorum, l. 45. §. neque, D. de iure fisci. *Instrumentorum*, l. 11. D. de edendo.

Exempla ab Appellatoribus edita, l. 6. §. ſuper, C. de appellationib.

EXEMPLARII *Cauſa ſcriptæ binæ tabulæ*, l. 47. D. de legat. 2.

EXEMPLARIBUS *duobus facere Teſtamentũ*, l. 1. §. ſi quis, D. de bon. poſſ. ſec. tab. *In duobus* EXEMPLARIIS *ſcriptum teſtamentum*, l. 10. D. teſtam. quemadmodum aper.

EXEQVIÆ *Funeris*, l. 91. D. de condic. & dem. *Exequiarum Pompa Publica, vel oſtentatio*, l. 5. D. de ſepul. vio. l. in Cod. Theod. *Exequias perſolui*, Quintil. Declamat. 298.

EXERCERE *Artem*, l. 1. D. de Abigeis. *Artem ludicram*, l. 42. D. de ritu nupt. & apud Quintil. lib. 3. *Artem Pantomini*, l. 27. D. de oper. libert. *Artes improbatas*, in Lege Dei, Tit. 15. *Artificium*, l. 23. & l. 38. D. de op. libert. *Artificium vulgare*, l. 27. D. de peculio. *Medicinam*, l. 27. D. de op. libert.

Exercere Lenocinium, l. 29. §. qui quæſtum, D. ad L. Iul. de adulter. *Operas turpes*, l. 16. D. de op. libert. *Quæſtum Corpore*, l. 43. §. lenocinium, D. de ritu nupt. *Vitam venaliciariam*, l. 73. §. vlt. D. de legat. 3. *Hoc genus vitæ*, l. 43. §. lenam, D. de ritu nupt.

EXERCERE *Cauponam*, l. 29. D. mandati, l. 5. §. vlt. D. de obligat. & actio. l. 1. §. caupones, & l. vlt. §. vlt. D. nautæ caupo. l. 43. §. ſi qua cauponam, D. de ritu nupt.

Nauem. l. 1. §. vlt. & l. 4. D. de exercitor, l. 1. §. 1. & l. vlt. §. 1. D. nautæ caupo. l. 42. D. de furtis, l. 19. §. vlt. l. 5. §. vlt. D. de obligat. & act. & apud Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 6. *Naues*, l. 55. D. de cond. indeb. *Stabulum*, l. 1. §. caupones, & l. vlt. §. vlt. D. nautæ caupones, l. 5. §. vlt. D. de oblig. & act.

Exercere Piſtrinum, l. 18. §. 1. D. de inſtruct. vel inſtrum. l. vlt. D. de excuſationib. & apud Paul. lib. 3 Sentent. Tit. 7. Sueton. in Auguſto. cap. 4. *Et modò Vnguentoriam Tabernam, modò Piſtrinam Ariciæ Exercuiſſe obiicit.*

Exercere Argentariam, l. 4. §. vlt. D. de edendo.

EXERCERE *Auri, Argẽti, Sulphuris, Æris & Ferri, & ceterorum fodinas*, l. 13. §. inde eſt quæſitum, D. de vſufructu. EXERCERE *figulinas, Argentifodinas, aut alia Metalla*. Varro lib. 1. de re Ruſt. cap. 2. *Si, vt vaſa venirent, figlinæ* EXERCERENTUR, l. 6. D. de ſeruit. præd ruſtic.

EXERCERE *Calendarium*, l. 41. §. legauerat, D. de legat. 3. *Exerceri Calendarium*, l. 34. §. 1. D. eod. tit.

Exercere fenus, l. vlt. §. patrimoniorum, D. de munerib. & honor. l. 33. D. de reb. credit. *Fenus & vſuras*, l. vlt. D. de pecul. leg. *Non Exercitum fœnus*, l. 48. D. de adminſtr. & peric.

Exercere fenebrem pecuniam, l. 34. D. de reb. credit. *Pecunias fenore*, l. 7. D. depoſiti. *Pecunias*, l. 35. §. vlt. D. de hered. inſtit.

EXERCERE *Menſam nummulariam*, l. vlt. D. de inſtitor.

EXERCERE *Negotium*, l. 19. §. 1. D. de inſtitor. *Negotium ſuum*, l. 3. §. eodem, D. nautæ caupo. *Negotium ſuo nomine*, l. 47. D. de adminiſtr. & peric. *Negotium patroni*, l. 38. D. de oper. libert. *Idem genus negotij*, l. 18. D. de iure patronatus. *Exercendi negotij cauſa*, l. 65. D. de legat. 3.

Exerceri Negotium, l. 58. D. de adminiſtr. & peric. l. 88. §. quiſquis, D. de legat. 2. l. 8. D. de vacat. & excuſ. l. 19. §. 1. D. de inſtitor.

EXERCERE *Negotiationem*, l. 45. D. de oper. libertor. *Negotiationes tranſmarinas, per Seruos, & per Libertinos*, l. 10. D. qui & à quib. *Qui Negotiationem per Pamphilum & Diphilum, prius ſeruos, poſtea Libertos, Exercebat*, l. 58. D. de adminiſtr. & peric. *Duas Negotiationes* EXERCEBAT, l. 5. §. ſi plures, D. de tribut. *Exerceri Negotiatio*, l. 11. §. proſcribere, D. de inſtitor. *Exercenda Negotiatio*. l. 5. §. negotiatio. D. de iure immunitat. *Quod genus Negotiationis in Taberna Exerceri ſit ſolitum*, l. 23. D. de inſtruct. vel inſtr.

Exercere Tabernam, l. 13. §. vlt. D. de inſtitor. *Duas Tabernas eiuſdem negotiationis Exercuit*, l. 5. §. ſi plures, D. de tributor. *Exercuiſſe Tabernam vnguentariam*, apud Sueton. in Auguſto, cap. 4.

EXERCERI *Taberna*, l. 88. §. quiſquis, D. de legat. 2. *Exercendarum Tabernarum cauſa*, l. 15. D. de inſtr. vel inſtr. *Exercendis Tabernis*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 27.

EXERCERE, interdum ſignificat intendere, & inſtituere : veluti, cùm dicimus, EXERCERE *Actionem*, l. 32. D. de adminiſtr. & peric. l. 1. §. 1. D. de ſeruo corrupt. l. 27. §. inquit, D. ad Leg. Aquil. l. 34. D. de obligat. & actionib. l. 31. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. l. 32. D. de dolo, l. 32. D. de iudiciis, l. 29. D. de narrationib. l. 20. D. de inoff. teſtam. l. 7. C. de dolo malo, l. 12. C. de pact. l. 1. C. de donationib. l. 2. C. de rei vindicat. l. 14. C. de inoff. teſtam. l. 6. C. mandati, l. 1. §. 1. C. ſi ſeruus extern. l. 1. C. de ſeruitutib. l. 3. C. de commodato, l. 1. C. de prędiis minor. *Actiones*, l. 13. D. de oblig. & actio. l. 3. §. apparet, D. de adminiſt. & peric. l. 17. D. de hered. perit. l. 20. D. de inoff. teſt. l. 60. D. de procurat. l. 1. §. ſi reus, D. de eo per quem factum, l. 5. §. 1. D. vt legat. ſeu fideic. l. 9. C. de procuratorib.

EXERCERE *Actiones*, & *Excipere*, correlatiua ſunt, l. 3. §. quod in tutoribus, D. de adminiſtr. & peric.

Exerceri Actio, l.1.C.quando ex facto, l.vlt.C.qui pro ſua, l.1. C. de precario. *Actiones*, l.7. D.de iur.deliber.l.18.§.vlt.D.ad leg.Falcid. Exercere *Actiones per procuratorem*, l.4. C. de furt. *Exercendæ Actionis copia tribuatur*, l.1.C.de inoff.donat.

Exercere Accuſationem, l.18.C.de his qui accuſ.non poſſ. *Exercere crimen*, l.7.C.ad leg.Iul.de adult. *Exerceri ciuiliter incendia*, l.28.§.incendiarij, D.de pœnis, id eſt incendiorũ accuſationes.

Exercere hereditatis petitionem, l.20.D.de inoff.teſt. *Exerceri petitio*, l.7.C.de petit.hered.

Exercere Appellationem, l.10.C.de appellat. *Cauſas Appellationis*, l.4.C.mãdati, *Prouocationem*, l.2.§.ei quoque, D.de iudiciis, l.6.§.vlt.C.de appellat.

Exerceri Appellationes, l.2.C.de procuratorib. *Prouocatio*, l.2.§.legatis, D.de iudiciis.

Exercere *cauſas Excuſationis*, l.45.D.de excuſationib. Exerceri *cauſam principalem*, l.30. D.de iureiurando.

Exercere cognitionem Patronus, id eſt perſequi.l.1.D.ſi ingenuus. *Exercere conſilium*, l.2.D.de off.eius cui mand.

Exercere Exceptionem, l.29.D.mandati. *Præſcriptionem*, l.12.C.de exceptionib.

Exercere Iudicium, l.29.D.de liber.leg.l.6.§.qui in rem, D.comm.diuid.l.42.D. de noxalib. & apud Cicer.3.in Verr.

Exerceri *Iudicium*, l.20.D.de accuſat. *Iudicium aduerſus aliquem*, l.42.D.locati. *Vbi iudicium publicè exercebitur*, l.10.D.ad L.Iul.de vi publ. *Quominus iudicia tutò exerceantur*, d.l.10. Quint.Declam.312. *Frequenter iudicia huiuſmodi Exercentur. Ordo Exercendorum publicorum Capitalium*, l.8. D.de publ.iudic.

Exerceri Iuriſdictio, l.3.C.de procuratorib.

Exercere Litem, id eſt, perſequi, l.32.§.item ſi qui Romæ, D.de recept. qui arbitr. l.4. C.de reb.credit.l.10.C.de appellationib. *Fideiuſſor de exercenda lite*, l.1.C.de Turpilia. l.3. C. de his qui accuſ.non poſſ.

Exercere *Quæſtionem*, Cic.lib.2.de Finib. *Cùm Prætor inter Sicarios quæſtionem* Exerceret. Suet.in Iulio, cap.11. *In exercenda de Sicariis quæſtione*. Liuius lib.9. *In me primum, & hunc* M. *Follium, quæſtiones Exerceatis.*

Exercere *Falcidiam*, l.22.§.1.D.ad L.Falcid.l.55.D.ad Sc.Trebell.

Exerceri Falcidia, l.18.D.de L.Falcid.

Exercere *ius ſuum creditor*, l.17.§.pignori, D.de ædil.edic. Exercebitur *Ius*, l.41. §. miles, D.de teſtam.milit.

Exercere Legem commiſſoriam, l.3.& l.4.§.eleganter, & l.6.§.vlt.D.de lege commiſſor. *Legem conuentionis*, l.3.C.de pignorib. *Legem venditionis*, l.8.C.de diſtra.pign. *Exerceri pars poſterior Legis dictæ*, l.vlt.§.vlt.D.de reſcind.vendit.

Exercere Obligationem, l.2.C.de contrah.& committ.ſtipul.

Exercere *Poteſtatem*, l.1.D.de offic.proconſ. *Patriam Poteſtatem*, l.vlt.D. de liber. exhib. l.7.§. vlt.D.de liber.hom. *Exerceri Poteſtas vendendi pignoris*, l.4.D.de diſtract.pignor. *Exercebitur Poteſtas Legis*, l.1.§.1.D.ad Senat.Turpill.

Exercere Beneficium, l.8.D.de collat.bonor. *Damnum*, l.49.D.de admi. & peric. *Liberalitatem*, l.1.D.de donationib. *Miſericordiam*, l.7.D.depoſiti. *Munificentiam*, l.1. D. de donationib. *Sæuitiam*, in Lege Dei, Tit.3.

Exerceri *ordo Iuris*, l.4.C.de patr.poteſt. *Pœna*, l.3.D.de priuat.delict. *Preces*, l.1.C.quando libellus. *Priuilegium*, l.37. D. de iure fiſci, l.8.D.depoſiti.

Exerceri *Poſſeſſio*, id eſt, fundus coli, l.12.D.de inſtr.vel inſtr. & apud Varro.lib.1.de re Ruſt. cap.2.

Exercendi Ruris gratia, l.5.C.de vectigalib. *Exerceri piſcatio*, l.13.D.commun. prædior.

Exercere *cenaculariam*, l.5.§.1.D.de his qui effuder.vel deiec.

Exerceri *lupanaria*, l.27.D.de hered.petit.

Exercere Monetam, l.6.§.1.D.ad L.Iul.pecul.

Exercere feras, id eſt agitare, l.62.§.1.D.de Sil.Ital.lib.15.

Vt cùm venatu ſaltus Exercet opacos Dictynna.

Exerce ſe Athleta, l.5.D.de naut.feno. *Qui Homines* Exercent *qui Agros colunt*, l.8.D. de inſtr. vel inſtr. *Exercentur inter ſe pugiles*, l.7.D.ad L.Aquil. *Exerceri operibus Milites*, l.12.§.1.D.de re milit.

EXERCERE *Vectigal*, l. 9. §. corum, D. de publicanis. *Vectigalia*, l. 13. D. de pollicitationib. l. 6. §. decurio, D. de decurionib. l. vlt. C. quib. munerib. *Exercere noua vectigalia*, l. 10. D. ad Leg. Iul. de vi publ. Cicero, pro lege Manilia, *Quo tandem animo esse existimatis aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui* EXERCENT *atque exigunt?*

EXERCITATIO *Litis*, l. 8. §. Et post. D. de fideiussorib. *Ad Exercitationem producere Milites*, l. 12. §. vlt. D. de re milit.

EXERCITIO *Artis*, in Lege Dei, Tit. 15. *Iudicij*, l. 15. D. vt legator. seu fideicommiss. *Publici Iudicij*, l. 1. D. de offic. eius cui mãd. *Quia Publicani* EXERCITIONEM *habent Noxæ*, l. 200. D. de verb. sig. EXERCITIO *Nauium*, l. 1. §. licet, D. de exercitor.

EXERCITOR *Nauis*, appellatur *ad quem obuentiones omnes & reditus nauis perueniunt: siue is dominus nauis sit, siue à domino per auersionem conduxerit*, l. 1. § exercitorem, D. de exercitor. l. 1. D. furti aduers. naut. vel, vt. Iustinian. definit, *ad quem cottidianus nauis quæstus pertinet*, §. 1. Instit. quod cum eo.

Exercitor Nauis, Cauponæ, Stabuli, l. 5. §. vlt. D. de oblig. & act. l. 3. §. si filiusfamilias, l. 6. §. vlt. l. vlt. §. si seruus, D. nautæ caupon.

EXERCITORIA *Actio tunc habet locum cum quis seruum suum magistrum naui præposuerit, & quid cum eo eius rei gratia, cui præpositus erat contractum fuerit*, §. eadem ratione, Institut. quod cum eo contract. *Exercitoria Actio*, Vet. Glossar. Græc. ἡ κατὰ τὸν ἐξέρκιτορος ἀγωγή. Alias, ἀγωγὴ ἡ κατὰ τοῦ ναυκλήρου ὁ νεώς. ἔστι δὲ πραγματεία καὶ περπετοῦα.

EXERCITVM *non vnam Cohortem, neque vnam Alam dicimus: sed Numeros multos Militum. Exercitum præesse dicimus eum qui Legionem, vel Legiones, cum suis Auxilijs ab Imperatore commissis*, administrat, l. 2. §. exercitorum, D. de his qui notant. inf.

EXERCITVS autem, *nomen ab exercitatione traxit*, l. 1. D. de testament. milit. de cuius nominis notatione siquis plura scire desideret, adeat Ciceronem, lib. 1. Tusculanar. quæstion. & Veget. lib. 1. cap. 4.

Exercitus cum magna vi ingressus, l. 18. §. vlt. D. de adquir. poss.

Exercitus præteriens, per lasciuiam aliquid abstulit, l. 15. §. si vis tempestatis, D. locati. *Exercitu veniente migrauit conductor*, l. 13. §. exercitu, D. eod. tit. *Quod ob Transitum* EXERCITUS *confertur ex fructibus*, l. 27. §. si quid cloacarij, D. de vsufructu.

Officium Regentis EXERCITUM, l. 12. D. de re milit. *Officium Tribunorum, vel eorum qui* EXERCITUI *præsunt* d. l. 12. §. vlt.

Qui exercitum accipit, l. 9. D. de custod.

Exercitum comparare, l. 3. D. ad. L. Iul. majest. Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 29. *Exercitum Populi* RO. *deserere*, l. 2. & l. 3. D. ad L. Iul. majest. *Exercitum successori non tradere*, d. l. 3.

Exercitui paratæ res, l. 9. §. res, D. de publicanis.

EXHAVRIRE *facultates*, l. 30. D. de re iudic. id est exinanire. *Vniuersas facultates factis donationibus Exhausit*, l. 1. C. de inoff. donationib. *Exhaustæ facultates donationibus*, l. 6. C. de inoff. donat. *Exhaustis facultatibus*, l. 4. C. in quib. caus. pign. *Omnia bona à matre in dotem Exhausta*, l. 1. C. de inoffic. donat.

Exhaurire patrimonium ob munificentiam in patriam, l. 8. D. de decurionib. *Exhausit patrimonium filius tuus*, l. 4. C. de inoffic. donat. *Exhaustum patrimonium*, l. 1. C. de condict. ex leg.

Exhaurire legatis heredem, Plin. Epist. 5. l. 5. *Si Heredem quidem instituisset ex Asse, sed legatis ita Exhausisset. Exhausta Hereditas legatis*, Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 9. & lib. 4. Tit. 5.

Exhausta pars Hereditatis, l. 78. D. ad leg. Falcid. seu, *Exhausta pars legatis*, l. 32. D. eod. tit. *Exhaustus seruis hereditatis*, l. 77. D. ad L. falcid. *Exhaustus legatis*, l. 87. §. vlt. D. ad Leg. falcid.

Exhauriri totum quod legatum est emergente debito vel condicione æris alieni existente, l. 1. §. hæc verba, D. si cui plus quam per legem. *Quamuis de mea portione nihil* EXHAUSTUM *sit*, l. 21. §. vlt. D. ad L. falcid. *Exhauriri peculium*, l. 4. §. si ære, D. de pecul.

Exhaustis Apothecis, l. 40. D. de statuliber.

EXHEREDARE est eum, qui alioquin heres futurus esset, ab hereditate repellere, l. 8. & l. 11. D. de liber. & post. l. 13. D. de iniusto rup. Itaque soli sui heredes Exheredantur, qui ipso iure heredes essent nisi prohiberentur. Extranei ineptè exheredantur, ad quos, absque eo, etiam hereditas perueniura non esset, l. 132. D. de verbor. obligationib. Quo pertinet illud Quintil. lib. 3. cap. 7. *Superuacuum enim fuisse prohiberi patris bonis Abdicatum, si esset numero alienorum.*

Exheredari ergo propriè est *Iudicio parentis, meritis de causis, à successione quæ velut debita est, summoueri*, vt loquitur Paul. in l. vltim. D. de bon. damnator. Ac planè *Exheredari, Summoueri,*

Remoueri, pro eodem vsurpat Vlp. l. 3. §. filius, & §. ante, & §. in eo, D. de liber. & post. Extranei verò tùm demum Exheredantur, cùm prius heredes scripti, in certum casum hereditate excluduntur, vt in l. 27. D. ad leg. Falcid. l. 18. §. si eodem testamento, D. de milit. test. l. 41. §. eius heres, D. de legat. 3. l. 44. D. de heredib. instit. & in formula Cretionis, quę ab Vlpian. Tit. 22. Regular. proponitur.

Exheredatus autem *Filius* videtur, non tantùm si ita dixerit pater, *Filius exheres esto: sed & si ita, Ille Filius meus alienus meæ substantiæ fiat*, l. 3. C. de liber. præter. Quinetiam à Matre, Mauo ve præteriti pro Exheredatis habentur, l. 47. §. vlt. D. de bon. libert. Hinc illud in l. 12. D. eod. tit. Si *Patronus Testamento iure militari facto, Filium silentio Exheredauerit.*

Exheredatum facere, l. 24. C. de legat. l. 22. & l. 14. C. de inoff. testam. *Exheredati facti*, l. 21. §. vlt. D. de iure. patro.

Exheredare ab vnius persona, l. 3. §. filius, D. de liber. & post. *A secundo Gradu*, d. l. 3. §. vlt. à secundo *substituto*, l. 8. D. eod. tit.

Exheredari à primo, vel secundo Gradu, l. 13. & l. 14. D. de liber. & post. l. 3. §. vlt. D. de iniusto rup. test. l. 43. §. Lucius, D. de vulg. & pupil. l. 8. §. 1. D. de bonor. poss. contr. tabul. *Ab Herede instituto*, l. 5. D. de iniusto rupt. *A primis Heredibus* d. l. 14. D. de liber. & post. *A substitutis* d. l. 14. §. 1. l. 19. D. de iniusto rup.

Exheredari, Nominatim, Purè, ante Heredis institutionem, inter medias Heredum institutiones, inter Gradus, l. 1. l. 2. l. 3. §. 1. §. filius, & §. ante, D. de liber. & post. l. 3. §. 1. D. de iniusto rup.

Multi non notæ causa Exheredant, l. 18. D. de liber. & post. id est *non mala mente*, vt l. 12. §. si quis non, D. de bon. libertor.

Exheredatio non Notæ gratia, sed alio consilio adiecta, l. 47. D. de bon. libert.

Exheredationis Nota, l. 20. D. de bonor. poss. contr. tab. l. 1. D. de coniungend. cum emancip. l. 1. §. sed etsi exheredato, D. de adsign. lib. l. 10. C. de testament. milit. l. 18. C. de inoff. testam.

EXHERES *esse iussus*, l. 19. D. de liber. & post.

Exheredem facere. Plautus Bacchidib. Act. 4. Sc. 8. *Nive exheredem fecero vitæ suæ.*

Exheredem scribere, l. 8. §. si quis sua manu D. de bonor. poss. cont. tab. l. 17. §. si eodem, D. de testam. milit. Cicer. lib. 1. de Orato. *Possétne paternorum bonorum Exheres esse Filius, quem Frater Testamento neque Heredem neque Exheredem scripsisset nominatim.*

Exheres scribi, l. 1. §. Pomponius, D. de Carbon. edic. l. 8. §. 1. D. de bonor. possess. cont. tab.

EXheredes *scripti*, l. 5. D. si tab. test. nullæ ext.

EXHIBERE, est *Præsentiam Corporis præbere*, l. 22. D. de verb. signif. EXhibet *qui præstat eius rei, quæ de agitur, præsentiam*, l. vlt. D. eod. tit. l. 4. D. qui satisd. cog.

Exhibere, quod attinet ad Actionem ad Exhibendum, est *facere in publico potestatem, vt ei, qui agit, experiundi sit copia*, l. 2. D. ad exhib. vel, vt Vlpian. scribit, est *in eadem causa præstare, in qua fuit, cùm iudicium acciperetur, vt quis copiam rei habens, possit exequi, actione, quam destinauit, in nullo casu quam intendit, læsa*, l. 9. §. quantum, D. eod. tit. In interdicto de Tabulis exhibendis, EXhibere est Materiæ *ipsius deprehendendæ copiam facere*, l. 3. §. exhibere, D. de tabul. exhib. Similique modo in Interdicto de libero homine exhibendo, EXhibere, est, *in publicum producere, & videndi tangendique hominis facultatem præbere.*

Exhibere, in l. 4. D. qui satisdare cogant. est, iudicio sistere.

Exhiberi tàm *Personæ* quàm *Res*, & *Instrumenta dicuntur. Exhibere Apud Acta aliquem*, l. 17. D. de in ius voc. *Apud magistratum fugitiuos*, l. 1. D. de fugitiuis, *Debitorem in iudicio*, l. 28. §. si ei qui, D. de iureiuran. *Latitantem*, l. vlt. D. de liber. hom. *Mandatorem*, l. 24. D. de iur. fisci. *Seruum verberandum*, l. 17. §. cùm seruus, D. de iniuriis. *Venditorem*, l. 5. C. de furt.

Exhibere quem Iudicio sisti promisimus, l. 45. §. iudicio, D. mandati. *Si quis reum criminis, pro quo satisdedit, non Exhibuerit*, l. 4. D. de custod. & exhib. reo. *Qui Exhibendi postulati sunt*, l. 2. §. vlt. D. de custod. & exhib. rer.

EXhiberi *populo Romano damnati ad bestias*, l. 31. D. de pœnis.

Exhiberi Filius, l. vlt. D. de liber. exhib. l. 1. §. 1. D. de inspic. vent.

Exhibere materiam, l. 47. D. de action. empt. *Rem*, l. 8. D. de alienatio. iudic. l. 38. D. de iudiciis.

Exhibere certo loco rem depositam, l. 5. §. 1. D. depositi, *Res*, l. 25. D. eod. tit. EXhiberi *res ablata*, l. 16. D. de offic præsid. EXhibere *species Auri*, l. 27. D. de pigner. act. *Exhibiti porci*, l. 44. D. de adqu. rer. dom. *Exhibitis omnibus Scyphis*, l. 4. D. de optio. vel. elect. *Exhibere Cautiones*, l. 22. D. de condicionib. & demonstr. EXhiberi *cautiones hereditariæ*, l. 5. D. famil. erciscund.

Exhibere In-

Exhibere Instrumenta, l. 28. §. 1. D. de appellationib. l. 50. & l. 82. D. de condicio, & demonstr. l. 10. D. de in lit. iurand. l. 52. D. de actionib. emp. l. 2. §. 1. D. de iure fisc. *Exhiberi Inuentaria, & alia instrumenta*, l. 22. D. de administr. & peric.

Exhibere Rationes, l. 41. §. vlt. D. de fideicomm. libert. l. 1. D. de tutel. & rationib. l. 28. D. de appellationib. l. 50. D. de condic. & dem. *Scripturam*, l. 5. §. si dies, D. vt legat. seu fid. *Tabulas Testamenti*, l. 1. D. de tabul. exhib. & apud Sueton. in Vitellio, cap. 14.

Exhiberi Tabulæ, l. 2. §. vlt. D. de accusationib. l. 6. D. de L. Cornel. de fals. *Testamenta*, l. 2. §. si qui, D. testam. quemadm. aper. *De Exhibendis Testamentis*, l. 2. D. de feriis.

Ad. Exhibendum Actio, l. 1. D. de Tigno. iūct. l. 1. D. de priuat. delic. l. 7. D. furti aduers. naut. l. 1. §. si fundus, D. de vi & vi armata, l. 6. §. sed si, & l. 22. §. vlt. D. de actione rer. amot. l. 12. §. 1. D. depos. l. 63. D. de legat. 2. l. 5. D. de in lit. iur. l. 19. §. si inquilinus, D. locati, l. 7. §. si seruum, D. de dolo, l. 30. D. de pecul. *Ad Exhibendum agitur, vt res Exhibita vindicetur*, l. 2. D. commodati.

Extra ordinem de criminibus *Cognoſcit*, qui extra antiquum ordinem moribus, legibúſque publicorum iudiciorum præſcriptum,cognoſcit. *Hodie licet ei qui de crimine Extra ordinem cognoſcit*,l.13.D.de pœnis.*Qui hodie iudiciis publicis Extra ordinem cognoſcunt*,l.15.§.1.D.ad Sc.Turpil.*In legibus Publicorum iudiciorum,vel priuatorum criminum,qui Extra ordinem cognoſcũt Præfecti, vel Præſides*,l.1.§.vlt.D.de pœnis.

Extra ordinem animaduertitur in Tutores,l.9.D.de tutelis.

Extra ordinem coërceri,l.1.§1.D.de agnoſc.& libert.l.49.D.de adminiſtr.& peric. l.66.D.de ritu nuptiar.l.1.D.expilat.hered.

Extra ordinem damnandus,l.4.D.de cuſtod.& exhibit.*Extra ordinem damnari*, eum qui per calumniam actionem Iniuriarum inſtituerit,ait l.43.D.de iniuriis.Nam iure legitimo,Calumnia in publicis duntaxat iudiciis vindicatur,l.1.§.calumniatores,D.ad Sc.Turpill.Sed & *Extra ordinem calumnioſos omnes*, *& in priuatis*,& *in Extraordinariis criminibus plecti*, tradit Paul.l.3. D.eod.tit.

Extra ordinem Stellionatus nomine plecti,l.36.D.de pignet.actio.id eſt *coërcitione Extraordinaria*, vt l.2.D.Stellionat.

Extra ordinem Agere crimen,l.3.D.expilat.hered.*Audiendi*,l.1.D.de furib.balnear.*Obiici crimina*,l.6.D.de præuaricatio.*Plecti*, l.3.D.ad Sc. Turpil.*plectendus*, l.8.§. ſi in eum, D. de religioſis. *Puniri*, l.1. D. de extra ordinar.crimin.

Extra ordinem Æstimatione Iudicis Puniendi,l.3.C.de his qui accus.non poss.

Extra ordinem imminebit pœna,l.12.§.vlt.D.de accusationib.

Extra ordinem probantur Crimina,l.8.D.de public.iud.

Extra ordinem Vindicari,l.37.D.de pœnis.*Vindicatur res*,l.10.D.de extra ord.crim.

Vetus Glossar.*Extra ordinem*,χόλασις ἡ ἔξω τοῦ δικαστοῦ τυπωθησομένη. Aliàs,ἢ ἐξωγόμενον ἢ τῆς τεταγμένων νόμων,ἔξω τῆς τάξεως.

Extra ordinem indictæ feriæ,quæ statæ non sunt,neque sollemnes,neque de more,sed repẽte indicuntur,l.26.§.si feriæ,D.ex quib.caus.maior. *Quæ Extra ordinem ad tempus Exigũtur*,*veluti Munitio viarum*,l.12.D.de munerib.& honor.*Ad ea quæ Extra ordinem imperantur*,l.6.D.de vacat.& excusat.Cuiusmodi sunt,*per Magistratus ex improuiso indictæ Collationes*,l.8.§.qui muneris,D.eod.tit.

Extra ordinem non computantur serui,l.7.D.de L.Cornel.de fals.*Extra ordinem Iudicationis*,l.4.§.non omnis,D.de re milit.

Extra ordinem Prouinciæ decerni apud Liuium lib.24. id est, absque sorte, & comparatione cum collegis.

EXTRAORDINARIA *Animaduersio*,l.vlt.D.de furt. *Coërcitio*,l.1.D.de pœnis.l.2.D. Stellionatus.*Exsecutio*,l.3.§.1.D.ne vis fiat ei.l.vlt.C.de crim.Stellionat.*Iurisdictio*,l.14. C. de fideiussorib.

Extraordinariæ Actiones Salarij nomine,l.52.§.inter,D.de act.empt. Quo nomine nuncupantur,& eæ Actiones vtiles quę ex causa Interdicti hodie redduntur,§.vlt.Instit.Interdict. Qua de causa Rubrica de Interdictis,sic à Triboniano in Pandectis concepta est,*De Interdictis,siue Extraordinariis actionibus quæ pro his competunt.*

Extraordinariæ Cognitionis,l.1.§. Rubr.D.de extraor.cognit.

Extraordinariæ Persecutiones,quarum cognitio ad ipsum Prætorem pertinebat, veluti de fideicommissis,l.178.§.actionis,D.de verb.signific.Non enim per formulam Fideicommissa, iure ordinario,sed apud proprium Prætorem petebantur, vt Vlpian.Tit.26.Regular.scribit, quod & indicat l.83.§.vlt.D.de hered.instit.l.4.D.quib.ad libert. procl. l.78.§.cum vir, D. de legat.3.l.29.D.de vsu & vsufr.leg.l.41.D.de bon.libert.l.43.D.de actio.empt.& l.2. §.capta deinde,D.de orig.iur.l.2.C.qui potior in pign.l.1.C.si aduers.libert.

Extraordinario Iudicio subueniendum Filiofa,*qui viaticum suum mutuum dederit cum Romæ studiorum causa ageret*,l.17.D.de reb.credit.

In Extraordinariis Iudiciis,*conceptio formularum non obseruatur*,l.47.D.de negot.gest.l.3.C.de interdict.Et hæc sola Iudicia hodie in vsu esse,Ordinariis sublatis,Iustinianus tradit in Instit.Tit.de successionib.quæ per bonor.vendit.fiebant.& d.§.vlt.Instit.de interdictis.

Extraordinarium Auxilium,l.7.D.de Sc.Silan.l.1.C.vectigalia noua, l.2.C. de institutionib. Restitutio quoque in integrum *Extraordinarium Auxilium* appellatur, D. l.16. de minorib. quòd tota penderet ex Prętoris cognitione,l.24.in fi.D.eod.tit.

Extraordinario Iure auferri,l.5.C.de priuileg. fisci.*Deberi*,l.10.D.de verbor.signif.

Extraordinaria Crimina,*à Priuatis* separantur,l.3.D.ad Sc.Turpil.Sic autem appellanturCrimina de quibus quæstio lege nulla cõstituta est.Proinde nec certa aut legitima pœna vindicantur,sed arbitrio iudicis coërcentur:l.1.C.vbi de crimine agi.qualia sunt,*Abigeatus*,*Sepulchri violati*,*Stellionatus*,*Expilatæ hereditatis*,*Effracturæ*,& alia crimina,de quib.lib.47.Pandect. agitur.Sed & omnia admissa,quę nullam legitimam habent definitionem,coërcitionémve, *Extra Ordinem coërcentur*,*pro æstimatione Iudicis pœna imposita*,l.8.§.si in locum,D.de religios.l.1. §.qui aduersus,D.de postul.l.4.D.de custod.& exhib.l.12.in fi.D.de accus.l.1.§. cùm seruus, D.de his qui deiecer.l.3.C.de his qui accus.Iustinian.in Epist.Græca de confirmatio.Digestor.ἅπαντα ἔξω τῆς τε μειζοντέρων ἁμαρτημάτων, ὥσπερ ἰδιωτικὰ κεκλῆσιν, ὅσα τε ἀκριτεταγμένα παροιμάζουσιν, ἀλλὰ πλὴν τῆς Extraordinarion αὐτοῖς ἐπιτρέπουσιν ἐπωνυμίαν. Vet. Glossar.Græc.ἔξω τῆς τεταγμένων,ἢ παρὰ τὸ δικαστὸ τυποθέσης τιμωρίας.

Extraordinaria Pœna,l.1.D.de legationib.

Extraordinarium Commodum,l.239.§.munus,D.de verb.signific.*Mandati genus*, l.6.D.de offic.Proconsul.*Remedium*,l.12.D.vt in possess.legat.quod non ex edicto Prætoris, sed proprio ac speciali eius decreto proficiscitur.

Extraordinaria Indictio,l.11.D.de extraordin.siue sord.mun. C.Th. *Extraordinariæ Indictiones*,l.vlt.C.de munerib.patrim.lib.10.

Extraordinariarum functionum sarcina,l.17.D.de extraordinar.siue sordid.in C.Th.

Extraordinarium Munus,Traianus apud Plinium Epist.37.lib.10.*Extraordinariarum rerum Munus*,l.15.

nus,l.15.C.de extr.ſiue ſord.mun. *Extraordinaria Munera*, Rubr. de extraordinar. ſiue ſordid. munerib.in C.Th.l.vn.de vac.publ.mun.lib.10.C. *Onera*,l.1.2.4.& 9.de extr.ſiue ſord.mun. l.31.de ſuſcept.præpoſ.& arc.l.1.de aquæ duc.in C.Th. *Extraordinarta autem non eſſe nec vocari quæ ſollemniter à Prouincialibus conferenda ſunt*,conſtituunt Impp. l.5.C.de annon.& tribul.lib. 10.*Extraordinarium munus Gladiatorum,iuſto atque legitimo opponitur*,apud Suet.in Claudio,cap. 25.*Extraordinariæ pecuniæ*,apud Aſcon.Pædian.in 3.Verrin.

Extrà quàm,l.1.D.de fluminib.Quam vocem in Exceptionũ formulis vſu receptam fuiſſe docui lib.5.de Formulis.

EXTRAHERE *Corpora*,l.vlt.D.de ſeruit.viol.*Extrahere ſe rebus humanis*,l.23.§.excipitur,D.de ædilic.edic.

Quod Extraxit piſcium, l.12. D.de action.empti.*Extrahi de domo ſua*,l.4.§.prætor. D.de oper. nou.nunc.l.22.D.de in ius voc.l.103.D.de diuerſ.reg.

Extractus partus exſecto ventre Matris,l.11.§.idẽ eſt,D.de publiciana.l.6. §.1.D.de inoff.teſt.

Extracti lapides qui demerſi fuerant,l.13.D.de adquir.poſſ.

Extracta res ex mare,l.58.D.de adquir.rer.dom. *Extractæ Merces per vrinatores*,l.4.§.ſed ſi naui,D.de Lege Rod.

Extrahere etiam protrahere,producere, & protelare ſignificat.

Dilatio longiſſima danda eſt,quæ in tempus pubertatis Extrahet negotium, l.6.D.de Carbon. edic. Quintil.Declam.319.*Quæretur de adulteris,& quæretur diù,& Extrahet Iudicium ſicut adhuc Extrahit.Extractum Iudicium in id tempus*,l.8.D.ad exhibend.Plinius Epiſt.9. lib.3. *Ne ſi longius eſſet Extacta cognitio.Extracta res per appellationem*,l.42.§.vlt.D.de bon.libert.

EXTRANEVS, non vno reſpectu,nec vna relatione dicitur.Interdum enim *Extraneum* accipere debemus relatione,facta ad Dominũ,vt l.31.§.1.D.de ædil.edic.l.1.§.ſed & ſi, & §. quid ergo,D.de in rem verſo,l.24.D.locati.Itaque *Extraneus & Dominus vel Parens*, opponuntur, l.16.§.perſona,D.de pœnis,vt & *Extraneus & Dominus proprietatis* , l.3. §. idem Iulianus,D. de itinere actúq; *Extraneus Creditor ſerui*,id eſt non dominus,l.1.D.de tributor. Similitérque *Extranei*,reſpectu dominorum,accipiendi ſunt,l.27.§.iubet, D.ad L.Iul. de adulter. l.41. & l.51.D.de peculio.

Extraneus Defenſor,ad differentiam Fideiuſſoris iudicatum ſolui, l.5. §. ſi ex fideiuſſoribus, D.iudic.ſol.*Extraneus Emptor*,ad differentiam Fideiuſſoris, l.59.§.1. D.mandati.Alibi verò, vt in l.3.C.comm.diuid.ad differentiam ſocij.

Extraneus,id eſt non creditor,l.55.D.ad L.Aquil.*Extraneus*,in l.4.D.de confirm.tut.quiuis alius à Patre.*Cum Extraneo*,id eſt,non coherede,l.1.§.ſi ego,D.ſi pars heredit.

Extranei,alij omnes prẽter Patrem & Maritum intelliguntur,in l.4.D.ad L.Iul.de adulter. *Iure Extranei*,& *Iure mariti*,opponuntur,l.13.§.ſed & ſi,D.eod.tit. *Mater filium ſuum pupillum vel quiuis alius Extraneus,Extraneum æquè pupillum ſcripſit Heredem*,l.33.D.de excuſationib. *Extraneus Heres*,l.64.D.de ritu nupt.l.2.§.ſi Titius,D. de hered. vel act. *Extranei Heredes*,l.38.§. fundum,D.de legat.3.& apud Sueton.in Claudio,cap.4.

Extranei autem Heredes intelliguntur quicunque teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt, §. ceteri, Inſtitut.de hered. qual. Minus aptè. Gaius lib. 2. Inſtitut. Tit. 3. *Extraneos heredes* definit,qui nullo propinquitatis gradu teſtatori iunguntur,ſed eos pro arbitrio ſuo quiſque heredes ſcribit.Nam & Emãcipati pro Extraneis habẽtur,licet naturali vinculo contineantur.

Extraneus Poſtumus,apud Iuſtin.Tit.de legat.& *Alienus*, idem valent. Extraneúſque accipitur,qui ſuus teſtatori heres non eſt,vel inter ſuos non eſt naſciturus. Et ita Theophil. in Tit.de bonor.poſſ.ἀλλότριος,ait,ποτὲ μὲν, τυτέστι, ὁμὴ πιλόμβυος μοι σῶος,At in l.6.D.de ventr. in poſſ.mitt. *Extraneus* paulò generalius accipitur, qui nullo cognationis vinculo teſtatori iunctus eſt. *Extraneus intelligitur Pater adoptiuus poſt emancipationem*,l.55.§.vlt.D.de ritu nupt.

Extraneum,in quęſtione Dotium intelligimus omnem citra parentem virilis ſexus in poteſtate dotandam perſonam non habentem,l.vn.§.extraneum.C.de rei vxor.act.

Extraneus homo,id eſt non libertus,D.de obſeq.parent.*Extranei*,in l.10.D.commun.præd. alij præter venditorem.

Interdum etiam *extranei* Tutoribus aduerſantur,vt l.6.D.de auctorit.& conſ. & ita, *Tutor debitorem ſe pupillo facere vt Extraneum quemlibet*,l.54.D.de adminiſtr.& petic.

Extranea perſona,l.11.D.de ſtipul.ſeruor.*Extranei perſona*,l.141. D.de verb. oblig. *Non quaſi ad Extraneam ſed quaſi ad vxorem*,l.32.§.ſi quis ſponſam,D.de donat.int.vir.

Extraneus Seruus,id eſt alienus,l.4.§.1.D.de noxalib.l.10.§.vlt.D.de teſtamẽt.tut. Eodémque ſenſu.*Extranei Serui*,l.27.§.iubet,D.ad L.Iul.de adulter.

Extranei Coloni, qui scilicet non sunt ex familia, l.20.§. liberto, D.de instruct. vel instrum. Et ita *Extraneos* accipe in l.13.C.de religios. Proinde *Extranei* & *Domestici* opponuntur, l. 1. D.de Sc.Silania. *Extraneus* pro est qui non est ex necessariis personis, l.60. D.de pactis, Qui non est in potestate, l.10.§.vlt.D.de L.Corn.de fals.Qui non est proprietarius, l.13.D.quod vi aut clàm *Extranei* ad differentiã patroni, patris, propinquorum, mariti, vxoris, l.28.§.omnia, D.de pœnis. *Extranei*, id est non suæ Prouinciæ homines, l.3.D.de offic. præsid. *Fœderati*, & *Liberi*, *nobis Externi sunt*, l.7.D.de captiu. & postlimin.

EXTRARIVS, Extraneum significat, l.55.D.ad Sc.Trebell.

Extrarius Heres, l.78.§.prędium, D.de legat.2. & apud Quintil.Declamat.325. *Extrarij Heredes*, l.28.§.1.D.de excusationib.l.36.D.bon.libert.

Extrarij Liberti, l.50.D.de manumiss.testament.

Ab Extrario, id est non à patre vel marito, l.39.§.1.D.ad L.Iul.de adulter. *Extrario Accusante*, l.17.D.de quæstionib. *Extrario*, id est non socio, l.43.§.vlt.D.de dam.inf.

Extraria Vis, l.30.§.vlt.D.locati.

EXTREMVS *Annus matrimonij*, l.31.D.de pactis dotalib. *Dies Anni*, l.132.D.de verb.signific. *Mensis*, l.98.§.vlt.D.eod.tit. *Extremo iudicij die*, l.3.§.vnde illud, D.de minorib.

Extremus Gradus militiæ, l.14.D.custod.& exhibit.

Extremum spiritum effundere, Quintil.Declamat.296.

Extremo spiritu, Cicero Philip.9.Quintil.Declamat.314. *Sunt illa vera quæ Extremo miseri spiritu dicebantur.*

Extrema Necessitas, Paul.lib.5.Sẽtent.Tit.1. *Extremæ notæ Seruus*, l.15.§.prętor ait, D.de iniur. *In Extrema valetudine esse*, l.41.§.quidam, D.de fideicomm.libert.

Extrema voluntas, id est *suprema*, l.2.C.si secundò nup. *Extremæ dispositiones*, l.2.C.commun. ni.de manumissionib.

Qui quod Extremum est in iurisdictione non fecit, l.1.D.si quis ius dicenti.

Extremum Momentum vitæ, l.vlt.D.de condic.instit.

Extremum Prædium, l.7.D.communia prædio.

In Extremum vitæ Tempus, l.15.D.de manumissionib. *Extremi quinquennij Tempus*, l.4.D.de condic.& demonstr.

In Extremis esse, l.30.§.vlt.D.de adim.legat. *In Extremis vitæ constitutus*, l.42.§.vlt.D.de mort.cau. *Quæ in Extremis dixisset*, l.47.§.vlt.D.de fideicomm.libertat.

Extremò mortuus, l.83.§.vlt.D.de legat.3.

EXTRICATÆ *Margaritæ*, l.17.§.si cum maritus, D.ad L.Aquil.

EXTRINSECVS *Accedere*, *& ex ipsa Hereditate*, opponuntur, l.20.§.item non, D.de hered.petit. *Principaliter ipsius rei nomine consequi*, & *Extrinsecus ob eam* separantur, l.46.§.procurator. D. de procuratorib.

Extrinsecus factæ impensæ, *& in ipsam dotem*, opponuntur, l.5.D.de impens.in res dot. *Extrinsecus suspendi legatum*, *non ex ipso testamento*, l.6.D.quando dies leg. *Extrinsecus non ex testamento venientes conditiones*, l.99.D.de demonst.

Extrinsecus accedere particulas l.76.D.de iudiciis. *Extrinsecus accedente causa*, l.5.C.de adqu. & retin.poss. *Si modò nihil Extrinsecus accidit*, l.14.D.de ædil.edic. *Extrinsecus accidens vitium*, l.24.§.1.D. de damno infec.

Quæ Extrinsecus, *& nihil ad præsentem actũ pertinentia adieceris stipulationi*, l.65.D.de verb.obli.

Si Extrinsecus aliquid tutor dolo admiserit, l.4.D.quan.ex fac.tut. *Extrinsecus admota vis*, l.43.D. de dam.inf. *Nullo Extrinsecus adsumpto*, l.31.D.depositi. *Nullis Extrinsecus Argumentis*, l.15.D. de quæstionib.

Extrinsecus aliarum rerũ personarúmve causa commixta, l.5.§. generaliter. D. de donat. int. vir. *Non Extrinsecus alia causa oblata*, l.57.D.locati.

Damnum quod Extrinsecus contingit, l.24.hæc stipulatio, D.de damno inf. *Quædam Extrinsecus sunt elocuta*, l.13.§.ex compromisso, D.de his qui not.infam. *Extrinsecus exspectanda condicio*, l.25.D.quando dies. *Si Extrinsecus intelliguntur*, l.1. D.de his quæ in testam. del. *Si Extrinsecus persona tutoris interueniat*, l.5.§.nunc videamus, D.iudica.sol. *Extrinsecus posita condicio*, l.86.D. de heredib.instit.

Extrinsecus relictum, l.2.D.de dot.præleg. *Extrinsecus sibi signare pecuniam*, l.6.§.1.D. ad L. Iul.pecul. *An Extrinsecus sit rei vindicatio*, l.2.D.de tigno.iunct.

EXTRVDITVR *ab Hereditate*, Vlpian.Tit.23.Regular. *Extrudi filius*, l.12.§.vlt.D. de bono. possess.contr.tab.

EXVBERARE *Fides*,l.3.C.pro ſocio.*Exuberant fructus quantitatem*,l.27.§.ſi heres, D. ad Sc. Trebell.

Exuberantis debiti repetitio,l.6.C.de ſolutionib.

EXVEHENDAS *Merces conducere*,l.5.D.ad exhibend.

EXVERE *ſe Actionibus*,l.2.D.de Sentent.paſſ. pro,liberare ſe. *Incendium ære alieno non Exuit debitorem*,l.11.C.ſi cert.pet.

Exuere à Muneribus,l.6.§.vlt.D.munerib.id eſt excuſare,ſeu vacationem tribuere.

Exuere ſe Crimine,l.19.C.de his qui accuſ.non poſſ.*Quas Res,Natura,vel Gentium ius Commercio Exuerunt*,l.34.§.1.D.de contrah.empt.

Exui Delictis,l.2.§.vlt.D.de capit.minut.*Exuitur omni onere*, l.1.§. vlt. & reſtituendi, D. de publican.

Exutus Bonis,l.vlt.§.vlt.D.quæ in fraud.credit.*Facultatibus*,l.3.§.quamuis,D. de adminiſt. & peric.*Exuti Cingulo*,l.1.C.ne rei dominicæ.

EXVNDARE *Palus*,l.1.§.Neratius,D.de aqua & aq.pluu.

EXVRERE *Viuos*,l.6.D.ad L.Iul.peculat. *Exuri viui*,l.9.§.iſtæ, l.28. & l.38.§. incendiarij, D.de pœnis,& apud Paul.lib.5.Sentent.Tit.23.& 24. *Exurendi damnantur*, l.1.D.de cadauerib.puni. *Exurendo oblatis ignibus membra*,l.1.C.de emendat.ſeruor.

Exurere Igni inſtrumenta,l.2.C.de reuoc.donationib.*Inſulam*,l.10. D.ad L. Corn. de ſicar. *Inſulam & Villam*,l.27.§.ſi quis inſulam,& §.Proculus,D.ad L.Aquil.*Inſulam,prædium,Villam*, in Lege Dei,Tit.11.*Si dolo quis inſulam Exuſſerit*,in Lege Dei,Tit.12.

Exuſta DOMUS,l.29.§.domus,D.de pignorib.*Tota domus,vel pars dimidia,vel minor quàm dimidia*,l.57.de contrah.empt.*Exuſtæ domus hereditariæ*,l.58.D.de legat.1.

Exuſta Inſula,l.7.D.de inſtruct.vel inſtrum.l.4.D.de impenſ.in res dotal.l.9.§.1. D.locati, l.10.§.1.D.de neg.geſt.id eſt *Incendio conſumpta*,vt loquitur l.19.§.ſi quis cum,D.locati.*Si ignis peruagatus ad vicini prædium,illud Exuſſerit*,in Lege Dei,Tit.12.

Exurere Villam,l.27.§.Proculus,D.ad L.Aquil.*Exuſta Villa*,l.2.D.de lege commiſſor.l.27. §.ſi fornica. *Exuſtus Paries*,l.27.§.ſi futurum,D.ad L. Aquil.& in Lege Dei, Tit.12.

Exuſtæ Ædes,l.5.§.rei,D.quib.mod.vſusfruct.l.9.§.idem quærit,D. locati. Tertul. lib. aduerſus Iudæos,cap.3.*Ciuitates veſtræ igne Exuſtæ.Exuſtæ Res*,l.27.§.ſi quis,D.ad L. Aquil. & in Lege Dei,Tit.11.*Exuſtæ Tabulæ*,l.18.§.vlt.D. teſtam.quemadm.aper.

Exurere Tabulas,Sueton.in Auguſto.cap.35.

Exuſto Ædificio,l.2.§.vlt.D.de hered.vel act.l.9.§.eſt præterea, D.de reb.auct.iud. *Exuſtis incendio Chirographis*,l.57.D.de admin.& peric.

EXVSTIONIBVS *Flammarum mancipari*,l.2.C.de falſa moneta.

EYDO *Seruus*,l.60.D.de manum.teſtam.

FINIS LIBRI V.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE.

LIBER VI.

FABA *non Arista, sed Siliqua continetur*, & in Frugibus numeratur, l. 77. D. de verb. signif.

FABIA Lex de Plagiariis, quæ, propter notam litterarum B. & V. fraternitatem, sæpe in Fauiam transit. Hanc quidam male Flauiæ nomine nuncupant, quo vitio recentiora Codicis Iustinianei exemplaria quorundam emendatorum beneficio laborant, non in inscriptione modò Rubricæ ad L. Fab. de plagiar. lib. 9. C. sed & in contextu, l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. & l. 9. eod. tit. Pertinet autem Lex hæc ad eos qui liberos homines, vel seruos alienos scientes dolo malo supprimunt. Proinde in l. 51. D. pro soc. Vlpian. Sociũ, *Si plagium fecit, vel suppressit, Fabia teneri*, pronuntiat. Vnde & legis Fabiæ crimen, *Suppressi mancipij crimen* vocatur, l. 3. D. ad L. Fab. Hac lege etiam tenetur *qui Liberum hominem sciẽs vendit, donat, vel in dotem dat: item qui ex earum qua causa sciens liberum esse acceperit, in eadem causa habetur*, l. 1. & l. 4. D. de L. Fab. Quæ præter eadẽ lege cauerentur exponit l. 6. §. vlt. D. eod. tit. Fit autem huiusce legis mentio, l. 1. §. 1. D. de fugitiuis, l. 3. D. de hom. lib. l. 12. §. si deportatus, D. de captiuis, l. 82. §. qui ancillam. D. de furtis, l. 12. D. de manumissionib. l. 18. §. iudex, D. comm. diuid. l. vlt. victum ciuilit. crim. in C. Th. apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 7. & §. est & inter. Instit. de public. iudic.

FABIANA Actione Patronus vtitur ad reuocanda ea quæ in fraudẽ eius à liberto alienata sunt, l. 38. §. in Fabiana, D. de vsuris, l. 16. D. de iure patro. l. 2. D. si à paren. quis man. l. 1. §. vtrũ, & §. quid si, & §. sed si, l. 29. & l. 3. §. hęc actio. & alibi passim, Tit. si quid in fraud. patro. Hæc *Fabiana formula* vocatur à Paulo lib. 3. Sentent. Tit. 3. & *Fabianum iudicium*, d. l. 1. §. sed si fortè, & §. si seruo. Eiusdẽ rei gratia cõparata est Caluasiana. Et ideo hę actiones sub alternatione plerumque in eadem causa nominantur, l. 2. D. si à par. quis, l. 1. §. si pluribus, & l. vlt. D. si quid in frau. patr. Sed inter eas hęc vna differẽtia intercedit, quod Fabianum a loc habet vbi Patronus Testamento facto, decessit: Caluisiana verò, vbi Intestatus mortuus est, quemadmodum colligitur ex l. 3. §. si intestatus, D. si quid in fraud. patre, & l. 2. C. eod. tit. Alienationes autem in fraudẽ Patroni factæ illis Actionibus vsque ad debitam partem reuocãtur.

FABII CILONIS Prefecti vrbi meminit, l. 1. D. de offic. prę. vrb. l. 6. D. de interdict. & releg. Hunc inter eos quos Seuerus Imperator ditauit, numerat Sex. Aurel. Ac planè eum Seuerus *Amicum* suum vocat in l. vlt. D. de offic. præf. vigil. Gessit autem Consulatum cum Libone, vt ex Cassiodori Catologo Consulum patet, & ex subscriptione, l. 1. C. si cert. pet. & l. 2. C. de excusat. tutor. Et his Coss. editos Romæ ludos seculares Censor. in lib. de die Natali cap. 17. refert. Quamquam quo anno Commodus cęsus est, Consulem eum fuisse designatum ostendit Lampridius in Commodi vita in extremo. Quod rationi temporum minimè congruit. De hoc Cilone hæc Spartianus in Antonino Caracalla scribit, *In summũ discrimen etiam Cilo iterum Præfectus & Consul venit, ob hoc quod concordiam inter fratres suaserat.*

FABRI nomen generale est. Dicimus enim *Fabrum Argentarium*, l. 39. D. de auro arg. *Lapidarium*, l. 5. §. sed interdum, D. commodati. *Vascularium*, l. 31. D. locati. Inuenio & *Fabrum Ærarium*, apud Plin. lib. 34. cap. 8. *Ferrarium*, apud Plaut. Rudente & eundem Plin. lib. 14. cap. 4. &

Tignarium,

Tignarium, apud Ciceronem lib. de Claris Oratorib. *Fabros* etiam *Lignarios* apud Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7. vt & apud Vegetium, lib. 2. de re milit. cap. 11. Quanquam sunt qui vtrubique *Tignarios*, reponendos censeant, vt & in l. 135. §. vlt. D. de verb. sign. Cuius verba sunt hæc, *Fabros Lignarios dicimus non eos duntaxat qui ligna dolarent, sed omnes qui ædificarent.* Denique, *Fabros Æris, Eboris, & Marmoris*, legere est apud Horatium, Epist. 1. lib. 2.

Faber qui villæ reficiendæ causa paratus sit, l. 12. §. Trebatius, D. de instruct. vel instrum.

Fabrum inducere ad refectionem domus, l. 67. D. de rei vind.

Si Faber Incudem aut Malleum fregerit, l. 2. §. 1. D. de L. Rod.

Duo Fabri eiusdem peritiæ easdem operas promittere intelliguntur, l. 5. D. de duob. reis.

Fabri ad reficiendum riuum, l. 11. §. vlt. D. Comm. præd. *Fabris vel Opificibus qui eo loci operantur, opus nouum nuntiari*, l. 5. §. nuntiationem, D. de oper. noui nunt.

Si duobus Fabris, si nauem fabricassent, quid adscriptum sit, l. 13. §. 1. D. de manum. test. *Fabris vndique conquisitis festinare*, l. 137. §. item qui, D. de verb. oblig.

Fabri inter opifices castrenses recensentur, l. vlt. D. de iure immunit. & apud Veget. lib. 2. de re milit. cap. 11. quibus qui præerat, *Præfectus fabrûm* vocabatur, vt vel ex vna Cæsaris ad Oppium Epistola, quæ Epistolis ad Atticum lib. 9. inserta est, abundè cõprobatur. Veget. illo quem modo citaui loco, postquam de Fabris, Carpentariis, Balistariis, Structoribus, aliisque id genus quos vna quæque Legio habebat, opificibus disseruit, subiicit, *Horum erat Iudex proprius, Præfectus Fabrorum*: etsi *Fabrûm*, non *Fabrorum*, in vsu fuisse Cicero in Oratore docet.

FABRICA *Insulæ*, l. 3. §. item Iulianus, D. quod certo loco.

Fabricam docere faber, l. 26. §. faber, D. mandati.

Arte Fabrica petitus Seruus, l. 19. §. vlt. D. de instr. vel instr. Cic. 2. de Nat. Deor. *Pictura & Fabrica, ceteræque Artes.*

Horreorum vel stabulorum Fabricæ, l. 12. C. de operib. publ. id est Exstructiones. Eodémque modo *Fabricæ*, l. 13. de prætorib. & quæstor. pub. in C. Th. *Publicæ Fabricæ*, l. 30. de operib. public. eod. Cod.

Romanæ Ciuitatis Fabricæ, apud Cassiodor. Epist. 21. lib. 5. item, *Romuleæ Fabricæ*, Epist. 6. lib. 7. Variar. opera publica significant. atque ita publicas & priuatas accipe apud eiusdem Epist. 17. lib. 7.

Fabricæ optio, l. vlt. D. de iure immunit. *Fabricæ* etiam sunt armorum officinæ, vt ostendit Iustinianus Nouella 85. his verbis, σωρεύδομεν τὸ τῆς ὁπλοποιίας ἔργον μηδὲν μὴν ἰδιώτῃ ἐργάζεσθαι· μόνης δὲ ἐκείνης τὰ ὅπλα κατασκευάζειν τὰς ἐν ταῖς δημοσίαις καλαιρουμένας ὁπλοποιαῖς, ταῖς λεγομέναις φάβρικι. Fabricæ autẽ in Imperio Romano præcipuè erãt videlicet in Illyrico 5. in Italia 6. In Galliis 8. Erántq; sub dispositione MAGISTRI Officiorum, quemadmodum Notitia testatur. Veteres quoque in Legionibus *Fabricas Scutarias, Loricarias, Arenarias*, habuisse, in quibus Sagittæ, Missilia, Cassides, omniáque armorum genera formabuntur, Vegetius lib. 2. D. de re milit. cap. 11. tradit.

Ceterùm publica illa *Fabrica*, in qua armis faciendis Fabricenses desudabant, *Sacra* vocatur, l. 6. C. de fabricensib. lib. 11. *Fabricis* verò huiusmodi etiam deputatos publicos seruos ostendit, l. vlt. C. de furt.

Inde FABRICENSES, Tit. de Fabricensib. lib. 11. Cod. Iustin. & C. Th.

Hi sunt qui in sacris fabricis operantur, & arma cudunt: qui *Armorum factores, & Artifices* vocantur à Cassiod. Epist. 19. lib. 7. Variar. & *fabri Armorum*, Epist. 18. eiusdem lib. quorum æquè ac Tironum, brachiis stigmata inusta fuisse, docet l. 3. C. de fabricẽsib. lib. 11. *Fabricensium Corpus*, Non. Th. & Valent. de bon. Fabricens.

FABRICARE *Nauem*, l. 13. §. 1. D. de manum. testam. *Naues Marinas*, l. 3. D. de vacat & expos. *Nauis Fabricandæ causa credere*, l. 34. D. de reb. auctor. iud. id est, *in Nauem exstruendam*, vt l. 2. D. eod. tit. *Si Nauem à se fabricandam quis promiserit*, l. 31. D. de solutionib. Tacitus lib. 14. *Nauésque fabricatur plano alueo.*

Fabricari cæptum Argentum, l. 19. §. infecto, D. de aur. arg. leg.

Fabricato loco. l. 9. C. de ædific. priuat.

Materiam falsò fabricando instruere, l. 2. §. idem, D. testam. quemadm. aper.

FABRICATIO *Armorum*, l. 15. & l. 18. de extraord. siue sordid. in C. Th.

FABRILES *Operæ*, l. 26. §. libertus, D. de condict. indeb. l. 6. & l. 26. D. de oper. libert. l. 25. D. de præscript. verb. Quales sunt quæ à fabris & opificibus eduntur: quo in genere & *Pictoriæ* habentur, d. §. si libertus.

Fabrilibus Operibus exerceri, l. 12. §. 1. D. de re milit. *Fabrilem exercitum* pro fabrorum Corpo-

ribus & Collegiis dixit Caſsiodor. Epiſt. 5. lib. 7.

FABVLIS *adnumeratur*, l. 3. D. ſi pars heredit. *Non Iteratis fabulis ſæpe recreata*, l. 1. §. ad hæc, C. de annali except.

FACERE, Verbum eſt πολύσημον. Primùm enim Verbũ hoc *omnem omnino faciendi cauſam complectitur, Dandi, Soluendi, Numerandi, Iudicandi, Ambulandi*, l. 218. D. de verb. ſignif. *Faciendi verbo Reddendi etiam cauſa continetur*, l. 175. D. eod. tit. & ita verbum hoc in formula, *Quod te mihi dare facere oportet*, exaudiendum eſt. *Facere Oportere & hanc ſignificationem habet vt abſtineat quis ab eo facto quod contra conuentionem fieret, & curaret ne fiat*, l. 189. D. de verb. ſignif.

Facere, interdum ſignificat Exercere. Sic *Facere Argentariam*, l. 4. §. 1. D. de edẽdo, & apud Cicero. 7. in Verrem, & pro Cæcina, & auctor. lib. de vir. Illuſtrib. cap. 72. *Artem*, l. 37. D. de oper. liber. l. 4. D. de pœnis, l. 42. & l. 44. D. de ritu nupt. & apud Vlpian. Tit. 12. regular. *Medicinam*, l. 26. D. de oper. libert. Sic & *Factitare Medicinam* dixit Quintilian. lib. 5. cap. 2.

Facere Præconium, & *Facere Apparituram*, apud Sueton. in lib. de Claris Grammatic.

Scriptum Facere dicebatur Scribæ, apud Agell. lib. 6. cap. 9.

Facere aliàs ſignificat Soluere: Liuius lib. 9. circa finem, veluti cum dicitur *Facere centum & nihil Facere poſſe*, id eſt ſoluere, l. 82. §. vlt. D. ad L. Falcid. *Si nihil Facere poteſt*, l. 1. D. decuratore bonis.

Quod Facere Maritus poteſt, l. 1. §. cùm dos, D. de dot. collatio. *Si condemnatus Titius nihil Facere poteſt*, l. 21. D. de ſolutionib. *In quantum Facere poſſunt damnantur*, l. 7. D. de obſeq parentib. l. 18. D. ſol. matr.

Facere ſolidum non poteſt. 6. §. ſi cum, D. pro ſocio.

Facere autem poſſe, vel *non poſſe*, intelligitur qui ſolidum ſoluere poteſt vel non, l. 21. §. vlt. D. rer. amot. l. 23. & l. 81. D. pro ſocio, l. 3. D. de pecun. conſtit. l. 8. & l. 9. D. de condict. indeb. l. 24. §. 1. & paſſim, ſub eod. tit. l. 35. D. de neg. geſt.

Vnde Iuſtinianus in §. itẽ ſi de dote, Inſtit. de actionib. verba hęc, *Quatenus facere poßit maritus*, interpretatur, *Quatenus facultates eius patiuntur*: Paulus verò in l. 21. D. de re iudic. *Non vltra facultates*: Conſtantin. Hermenopul. μέχρι ὑπαρξεως. Nec verò totum quod habent extorquendum eſt, ſed & ipſorum habenda ratio eſt, ne egeãt, l. 19. in fi. D. de re iudic. *Facere* autem *Poſſe* omnes qui in id quod facere poſſunt conueniuntur, ſolo donatore excepto, etiam non deducto ære alieno intelliguntur, l. 16. l. 18. §. vlt. D. de re iudic. l. 54. D. ſol. matr.

Facere poſſe Maritus etiam *id videtur quod à Muliere conſequi poteſt: ſcilicet, Si iam ei aliquid abſit: quòd pro Muliere aliquid expendit, vel mandato eius præſtitit. Ceterùm ſi nondum ei abeſt, vt puta, ſub cõdicione eſt obligatus, nõdum videtur Facere poſſe*, l. 28. D. ſol. matr. *Hoc Facere quis poſſe* videtur, *quod dolo fecit quominus poßit*, l. 63. §. tẽpus, D. pro ſoc. l. 18. §. 1. D. ſol. matr. l. vlt. C. de reuoc. iis quæ in fraud. alien. *Facere* verò *quominus Facere poßit*, is demũ exiſtimatur, *qui erogat Bona ſua, in fraudem futuræ* non etiam qui *actionis*, non item qui *occaſione adquirendi non vtitur*, l. 68. §. 1. D. pro ſocio.

In quantum Facere poteſt, & *in Solidum conueniri*, opponuntur l. 33. D. de donationib.

Eodem ſenſu *Iudicatum facere*, cuius locutionis exempla in lib. 9. reiicio.

Facere iuſſus vt centum habeam, centum cogendus eſt dare, hoc enim verbis iis ſignificari creditur, l. 73. D. legat. 1. *Qui non facit quod Facere debet videtur Facere aduerſus ea, quia non facit*, &c. l. 121. D. de diuerſ. regul.

Facere aliàs valet admittere & perpetrare, veluti *Facere Homicidiũ, furtum*, l. 7. l. 18. l. 19. §. vlt. l. 23. & aliàs paſſim, D. de furt. l. 6. §. 1. D. ad L. Iul. peculat. *Homicidium*, l. 1. §. qui quæſtionem, D. de quæſtionib. *Homicidia*, l. 28. § famoſos, D. de pœnis. *Incendium*, l. 5. D. ad L. Iul. de vi publ. *Latrocinium, aliúdve quod facinus*, l. 27. §. vlt. D. eod. tit. *Stuprum & Adulterium*, l. 12. D. ad L. Iul. de adult. *Vim Facere*, l. 2. D. ad L. Iul. de vi priuat.

Facere metum, l. 19. §. in hac, D. quod met. cauſa, id eſt inferre.

Facere, & Pati, aduerſantur, l. 124. D. de verbor. ſignif.

Facere Conductionem, l. 20. §. vlt. D. de manumiſſionib. *Locationem & Venditionem*, id eſt locare & vendere, l. 8. §. 1. D. de reb. auctor. iud. poſſid. *Diuiſionem bonorum*, l. 15. D. de his quæ vt indign. *Permutationem*, l. 34. D. de auro argent.

Facere Reſtitutionem, l. 1. §. ſed etſi. D. ad Sc. Trebell.

Facere Pretium, id eſt conſtituere: quod tam ab emptore quàm à venditore fieri poteſt. Plautus Perſa, Act. 4. Sc. 4. *Indica, fac pretium, tua merx tua Indicatio eſt*, Martial. Epigram. 81. lib. 1. *Quis faceret pretium*.

Facere duos vel *plures gradus heredum*, l. 7. §. non omnis, D. de legat. præstand. l. 36. D. de vulg. & pupill.

Facere Procuratorem, l. 11. C. de procuratorib. l. 4. §. vlt. de appellationib.

Facere ex Tabulis Nauem, Subsellia vel Armarium: ex Lana vestimentum: ex vino & melle Mulsum: ex medicamentis Emplastrum, &c. l. 7. §. cùm quis. D. de adquir. rer. do.

Facere Fossam, l. vlt. D. de iure immunit. l. vlt. §. 1. D. quod vi aut clam. *Porticum*, l. 6. D. de auro argen.

Facere Appellationem, l. 3. D. quæ sentent. sine appellat.

Facere Conditionem, l. 9. D. ad L. Falcid. l. 85. D. de leg. 3. l. 9. D. de condic. & demonst. *Si Dies aut Condicio Legatum fecerit*, l. 5. D. eod. tit.

Facit difficultatem Mens testantis, l. 33. D. de auro arg.

Facere secundas tabulas impuberi Pater, l. 2. §. si mulier, D. ad Sc. Tertyll.

Facere Filium, l. 40. §. 1. D. de adoptionib. *Liberum*, l. 2. D. de manum. vind. *Libertum*, l. 6. D. de castr. pecul.

Facere Damnum, aliàs est dare, l. 51. D. de diuers. reg. iur. aliâs, pati, vt l. 56. D. de legat. 1.

Facere dotem vxori alicuius, dicitur *qui pro ea dotem dat*, l. vir. ab eo, D. de iure dot.

Facere suspectum, l. 2. D. de magistr. conuen. id est postulare seu accusare.

Facere hominem accipientis, l. vlt. D. de condic. *Emptoris*, l. 84. §. qui seruum, D. de legationib. *Stipulationis*, l. 63. D. de condict. indeb. *Facere rem accipientis*, l. 2. D. de mort. cau. *Facere accipientis Nummos*, l. 55. D. de condic. & demonst. *Facit quæstionem*, l. 6. D. de L. Fab. *Non multum facit*, l. 7. §. vlt. D. qui potior. *Dies quos in custodiam Feciſſet*, id est egeſſiſſet, l. 11. D. ad L. Iul. de adult.

Facere Controuersiam, Impensam, Mentionem, Monumentum Negotium, Opus, Quæstum Corpore, Testamentum Vitium, require suis locis. *Non facere Voluntatem*. l. 89. §. 1. D. de legat. 2.

Quid faciemus, l. 2. §. D. de damno inf. *Facito*, pro finge, apud Vlp. Tit. 13. Regular.

Factitare est frequenter facere, l. 7. §. si is qui, D. quib. ex caus. in poss.

Fieri, id est effici. Sic, *Factus Heres*, l. 68. D. de legat. 1. l. 62. D. legat. 2. l. vlt. de legat. 3. l. 5. D. de vulg. & pupil. *Ex testamento*, l. 7. C. de institutionib. *Facti Heredes*, Vlpian. lib. regul. Tit. de curator.

Factus Pater fa. l. 1. §. sed si filius fa. D. de bonor. possess. sec. tab l. 1. §. si filius, D. de suis & legit, l. 58. D. de furt. l. 3. §. vlt. l. 9. & l. vlt. D. ad Sc. Maced. *Factus Pater familias morte patris*, l. 6. §. si is, D. de adquir. *Facta Materfamilias*, l. 41. §. testamento, D. de legat. 3. l. 30. §. vlt. D. sol. matr. vel omitt. & l. 46. D. de heredib. instit. l. 13. D. de dote præleg. l. 28. §. 1. D. de liber. & postum.

Factus sui iuris, l. 6 §. vlt. D. de iniust. rup. l. 12. §. 1. D. de captiuis, l. 2. & l. 3. D. quod cum eo qui in alie l. 11. §. si cui, & l. 50. §. vlt. D. de legat. 3. *Facti sui iuris liberti*, l. 1. §. & si, D. de bonor. possess.

Factus Maior, l. 14. D. de bonis libert. *Maior annis* 20. l. 1. D. quib. ad libertat. Rubr. si maior factus Cod. *Pubes*, l. 4. D. vbi pupill. educ. l. 5. D. de administ. & peri tut. l. 9. D. de nouat. l. 93. D. de legat. 1. l. vlt. §. vlt. D. de liber. cau. l. 5. C. de fideic. Vlp. Tit. 13. Regul. *Factus Annorum quatuordecim*, l. 22. D. quando dies leg. *Compos mentis*, l. 12. §. si quis ex liberis, D. ad Sc. Tertyll. *Furiosus*, l. 7. §. vnius, D. de op. leg. l. 47. D. de adquir. vel omitt. *Liber*, l. 1. §. filio, D. ad Sc. Tertyll. l. 19. §. si quis, D. de donationib. l. 48. D. ad L. Aquil l. 82. §. vlt. D. de legat. 2. l. 17. §. si quis rogatus, D. ad Sc. Trebell. l. 2. C. quib. ad libert. l. 37. & 38. D. de administr. & peric. *Ingenuus*, l. vlt. D. de nat. restit. *Seruus*, l. 38. D. de solutionib. *Seruus pœnæ*, l. 8. D. de pœnis. *Facta seruapœna*, l. 6. D. de statulib. *Ancilla*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 25. *Facti serui*, l. 2. C. quib. ad libert.

Factus Actor, l. 11. §. 1. D. quod falso tut. *Ciuis*, l. 6. §. 1. & l. 16. D. de decurionib. l. 21. §. idē, D. ad municipal. *Ciuis Romana facta*, l. 4. C. de fideicomm. libertat. *Consul*, l. 2. D. de cōdic. & demonstr. l. 2. §. si pecuniam, D. de donationib. l. 64. & l. 129. D. de verb. oblig. l. 13. D. iudic. solui. *Curator*, l. 9. D. de curat. fur. *Decurio*, l. 21. §. idem respondit, D. ad municip. l. 1. §. vlt. D. de magistr. conuen. l. 6. D. de decurionib. *Iudex*, l. 25. §. item sciendum. *Peregrinus*, l. 6. §. solemus, D. de heredib. instit. *Procurator*, l. sed si tantum, D. de pactis.

Facti Rei promittendi, l. 4. C. de duob. reis.

Fieri Pauperior, l. 3. D. pro donato. *Locuples*, l. 5. D. de iure immunit.

Factus sacer locus, l. 91. D. de verb. oblig.

Fieri Nummi accipientis, l. 9. §. hoc Senatusconsultum, D. ad Sc. Maced. *Fieri rem accipientis*, l. 2. D. de mort. cau. don.

Factus tuus, l. 6. §. 1. D. de statuliber. *Facta eius Pecunia*, l. 25. D. de donat.

Ita Fiet, vt l. 35. D. de adquir. possess. *Quid Fiet si*, l. 18. emptor, D. de dam. inf.

Facta mora, l. 18. D. ad Sc. Trebell. *Factus sumptus hereditatis*, l. 19. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Factum Senatus Consultum*, l. 2. §. vlt. D. de bon. eorum, l. 3. §. vlt. D. de incend. ruin. l. 1. D. quib. mod. pign. vel hypot. l. 3. D. de agnosc. lib. l. 1. D. de adsignand. liber. l. 2. D. de liber. cau. l. 1. C. de præd. min. l. 5. C. de magistr. conuen. & in Lege Dei, Tit. 15.

Fieri, aliâs est. Exstrui, Ædificari, vt cùm *Insulam fieri* quis stipulatus est, l. 72. §. vlt. & l. 84. D. de verbor. oblig. iuncta l. 124. D. eod. titul. *Vasa fieri ex Argento* : *Anuli ex Auro*, l. 31. D. locati.

Factum Argentum, Aurúmve, & Infectum pugnant, sicut Græcis ἔσιτμον & ἄσιτμον. Interpres Euripid. in Hecubam κυείως ἔσιτμον ἀργυρεῖον τὸ κεχαραγμένον καὶ ἄσιτμον τὸ μὴ κεχαραγμένον. Vide quæ ſ. lib. 1. dixi & quæ lib. 9. addam. Eodémque modo *Factum* & *Infectum lignum*, aduersantur, l. 70. §. lino, D. de legat. 3.

Factum Aurum & Argentum, l. 3. §. vlt. D. de vsuris, l. 27. D. de adquir. rer. do. *Argentum*, l. 26. D. de auro arg. l. 78. §. illud, D. de legat. 3. l. 7. §. vlt. D. de donationib.

FACTIO, id est confectio, l. 3. D. qui testa. fac. poss. l. 7. D. de interdict. & releg. l. 3. D. de iure codicill. l. 3. C. qui testam. fac. l. 17. C. de administr. tutor.

Factio Testamenti, dicitur esse *cum aliquo*, cui ius est capiendi ex testamento : l. 31. §. 1. D. de fideic. libert. l. 20. D. de adim. legat. Sic *Factio testamenti esse cum seruo*, l. 82. §. seruo, D. de legat. 2. §. seruus autem Instit. de heredib. instit. *Testamenti Factio cum seruis alienis ex persona dominorum introducta est*, l. 5. D. de seruit. leg. l. 7. D. pro legato.

Factionem Testamenti habere, l. 1. §. exigit, D. de bon. poss. sec. tab. l. 8. D. de bon. damnat. l. 4. l. 6. & l. 18. D. qui testam. fac. poss. l. vlt. D. pro herede, l. 17. §. vlt. D. de inoff. test. l. 10. & l. 22. D. de captiu. id est *Ius faciendi Testamenti*, vt l. 6. D. eod. tit. Ex diuerso *Factionem Testamenti non habere*, l. 6. §. ij autem, D. de iniusto. rupt. *Factionẽ habere testamenti cum aliquo*, l. 55. D. de condic. & dem. *Heredes instituí possunt, qui Testamenti Factionẽ cum Testatore habẽt*, Vlp. Tit. 23. Regul. iur.

Factio ait Festus Pomp. & *Factiosus, honesta vocabula erant : vnde adhuc* FACTIONES *histrionum & Quadrigariorum* dicuntur : *modo autem nomine Factionis, seditio, & arma vocantur.*

Nonius Marcell. *Factio dicitur malorum consensus*, & *conspiratio*: *Sallust. Iugurtino Bello. Inter bonos amicitia, inter malos factio.*

Factio cruenta. l. 6. §. quid tamen. D. de iniusto rupto.

Factio sua rempublicam occupatam retineret, l. 2. §. Deinde, D. de orig. iur. *Proposito delinquunt Latrones qui Factionem habent*, l. 11. 9. delinquitur, D. de pœnis. *Quisquis cum militibus, vel priuatis, barbaris etiam sceleſtam inierit factionem*, l. 5. C. ad L. Iul. majest. Ibidémque *Factionem & societatem* coniungunt Impp. Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 29. *Qua* FACTIONE *fecerit.*

Factio Palmyrena, l. 4. C. de ingen. manum. id est motus seu rebellio Palmyrenorũ in Syria gentis, quam aduersus Imperatores arma mouisse vel exemplo Zenobiæ quæ ab Aureliano victa in eius potestatem venit & in triumphum ducta est, liquet. Extat historia apud Sozimũ lib. 1. Vopisc. in Aureliano, Trebell. Pollio. in 30. Tyrannis. *Factiones Publicanorum*, l. 12. D. de publica. *Factionum duces*, l. 16. D. de appellationib. Suetonius in Augusto, cap. 32. *Plurimæ factiones titulo Collegij noui ad nullius non facinoris societatem coibant.*

Sanè in Circensibus, honesto, vt Festus tradit, vocabulo, Aurigarum, Agitatorúmve in contrarias partes diuisi greges *Factiones* appellabantur, l. 1. de equis curulibus in Cod. Theod. Erant autem hæ pannorum coloribus, verbi gratia, Prasino & Veneto, distinctæ factiones. Sueton. in Domitiano, cap. 7. *Duas Circensibus, Græcorum factiones, aurati, purpureique panni ad quatuor pristinas addidit.* Vnde colligitur non duas solùm, sed & quatuor & eo plures Factiones aurigarum Romæ fuisse, contra quàm plerique sentiant. Quod & Xiphilin. in Nerone notat. Idem Sueton. in Vitellio, cap. 14. *Quosdam & de plebe ob id ipsum, quòd Venetæ factioni clarè maledixerant, interemit.* Sic & *Venetam Factionem* interpretabimur in Inscriptione, quæ Danij extat in Hispania. Et *prasinam Factionem* apud eundem Sueton. in Caligula cap. 55. Capitolinus in libr. de rebus gestis Gordianor. *Equos singulos Cappadoces* 100. *permittentibus Imperatoribus*, FACTIONIBUS *diuisit.*

Factionum domini. Suet. in Nerone, cap. 5. *Quærentibus dominis Factionũ repræsentanda præmia in posterum sanxit.* Et cap. 22. *Ne dominis quidem* FACTIONŨ *dignantibus nisi ad totius diei cursum greges ducere.* Lamprid. in Commodo. *Circenses multos addidit ex libidine potius, quàm religione, vt* FACTIONŨ *Dominos ditaret.* Illius autem pannorum & colorum diuersitatis qua aurigæ discernebantur, rationem explicat Isidor. lib. 18. Etymol. cap. 38.

Factionarij

Factionarij,l.vlt.de equis curulib.in C.Th.

Factiosa familia,l.13.§.suis autem,D.de publican.

FACTORES qui Scelus ipsi admittũt,l.6.§.qui propositũ,D.de re milit.l.7.D.de cust.reor. *Factores sceleris*,l.1.§.occisorum,D.de senat.C.Sylan.

FACTVM *Suum*,id est proprium, & contrà *Alienum*,l.38.D.de verb.oblig. *Factum cuique suũ nocere debet.* l.155.D.de diuers.regul. *Quasi facti sui nomine*,l.13.§.1.D. de public. *Ne Alieno facto onereris*,l.27.D. de Procuratorib. Ne *cuius deterior causa fiat ex alieno facto*, l.1. D. de alienatio.iudic. *De facto tuo cauere*,l.9.D.mandati.

Factum quoque sociorum debet ei præstare,sicuti suum,l.22.D.pro soc. *Factum Seruorũ suorum,itémque Procuratoris non præstat Emptor*,l.25.§.Pædius, D.de ædic.edic. *Seruorum suorum Factum præstare*,l.1.§.quod igitur,D.de vi & vi arm. *Factum viatorum caupo vel stabularius non præstat*,contrà atque,*inhabitatorum*,l.1.§.vlt. D.furti aduers.naut. *Facta domesticorum præstare*, l.31. §. quod in procuratore,D.de ædil.edic. *Factum Debitoris*,l.27.D.de pecun. cõstit. *Fratris*, l.2.D.si quis aliquem testari *Sponte se præcipitantis*, l.12. C.de accusationib. *In his quibus Factum personæ desideratur*,l.61.D.de adquir.rer.do. *Factum humanæ sortis*,l.21.D.de euictionib.

Factum Lex,non sententiam notauerit,l.43.§.quæ in adulterio, D.de ritu nupt. *Factum puniunt Actiones*,l.9.§.vlt.D.quod falso tuto. *Non Factum quæritur,sed causa faciendi*, l.34. D. de furtis. *Facti causa*,l.17.D.ex quib.caus.maior. *Causæ*,l.12.§.facti,D.de captiuis. *Potestas*, l.4. §.1.D. de hered.instit. *Res*, l.1.§.furiosus,&§.si vir,D.de adquir.poss.l.34.in fi.D.de neg.gest.

Quod Facti est,l.29.D.de adq.poss. *Ex omnibus quæ facti sint pars decedere debet*, l.1.§. si vsufructus,D.ad L.falcid. *Quod in Facto est,veluti Alexãdriam venire spondes?*l.46.§.1.D.de verb.oblig. *In Facto consistẽtes cõdiciones*,l.60.D.de cond.& dem. *In Facto est stipulatio ista,per te non fieri,neq; per Heredem tuum quominus mihi ire Agere liceat*,l.2.§.item si,D.de verb.oblig. *Possessio plurimum facti habet*,l.19.D.ex quib.caus.maior. *Facti est & animi Possessio*,l.1.§.Sceuola,D.si is qui test. Paul.de possessione loquens, *Eam enim Rem Facti,non iuris esse*,l.1.§.1.D.de adquir.poss.

Factum Iuri plerumque opponitur l.130.D.de verb.oblig. *Facti magis quàm iuris sunt Solutio, Venditio, Traditio*,l.7.§.vlt.D.de curat. fur. *Legatum in annos vel in menses singulos, vel Habitationis in Facto potiùs quàm in iure consistit*,l.10.D. de cap. minut. *In stipulationibus Ius continetur, in pactis Factum versatur*, l.27. §. pactus, D. de pactis. *Alibi, de iure, id est in Cõfessoria actione:alibi,de Facto,vt in Interdicto de itinere quæritur*,l.2.§.vlt.D.si seruit.vindic. *Non ad Factum,sed ad Ius seruitutis hæc verba referuntur*,l.5.D.de seruit.præd.vrban. *Cùm dicimus seruum Debere, vel seruo Deberi,Factum magis demonstramus,quàm ad Ius ciuile referimus obligationẽ*, l.41.D.de pecul. *In stipulatione habere licere,non Factum,sed Ius vertitur*,l.38.§.qui sunt,D.de verb.oblig. *De Facto consulere & de iure* pugnãt,l.79.D.de iudic. *De Facto,an de iure controuersia fuerit*,l.vlt.D.de iureiur. Eodémque modo *Facti & Iuris Quæstiones*,inuicem opponuntur non secus ac apud Rhetores *scripti & voluntatis* controuersiæ. *Facti non Iuris quæstio*, l.17. D. de do.int.vir.l.94.D.de verb. obl. l.16.D.de statu hom.l.122.D.de verb.signif. *Tam iuris quàm Facti Quæstio*, l.11.§.mulieres, D.ad L.Iul.adult. *Facti* porrò *Quæstio* est, vbi dubium est, quid aliquis voluerit, intellexerit, senserit,quid actum sit,l.8.§.sed si,& §.si debitori,D.quib. mod.pignus, l.41.D.de verb.obl. l.14. D.de mort.cau.d.Omnísque adeò voluntatis Quæstio, *Facti est*,l.52.D.pro socio, l.15.§. vlt.D.de hered.inst.l.3.D.de auro arg.leg.l.13.D.qui potiores in pign.l.94. D.de verb.obl. l.15.D.ad municipal.l.2.C.plus valere,l.5.C.qui admitti. At in l.1.§.1.D.ad Sc. Turpil. *Facti Quæstionem* accipe,vbi disceptatur factum quid sit an non,vt accidit in iis controuersiis quæ in statu coniecturali versantur. *Hæc disceptatio in Factum constitit*,l.34.D.de neg.gest.l.52.D.de oblig.& actionib. *Ex Facto Actio est, quotiens ex eo teneri quis incipit quod ipse admisit,veluti furtum vel iniuriam commisit,vel damnum*,l.25.§ ex facto,D.de obligat.& actionib. *Ex Facto Agitatur*, l.19.D.de hered.instit. *Consultus*,l.4.D.de pactis,l.3.§.vnde illud,D.de minor. *Consultus Respondit*,l.52.§.itẽ,D.pro socio. *Incidit species talis*,l.83.D.de legat.2. *Cùm incidisset*,l.39.D.de furt. *Intelligitur*,l.1.D.de doli except. *Proponebatur*,l.35.D.de hered. inst. *Propositum est*,l.5.§.1.D.de diuers.temporal. *Quæritur*,l.45.D.de vulg.&pupill.l.52.D.de peculio. *Quæsitũ*,l.11.§.ex facto, D.de minorib. *Tractatum*,l.27.D.ad Sc.Treb.l.39.§.scio,D.de legat.1. *In Factum Actio, dicitur,qualis est,exempli gratia,Actio quæ datur Patrono aduersus libertum à quo contra edictum Prætoris in ius vocatus est*,l.25.§.in factum,D.de obl.& act. Ac planè quas *Actiones Prætor ex sua Iurisdictione introduxit*,vt loquitur Iustin.in §.pœnales,Instit.de actionib.generali In Factũ Actionũ nomine nuncupãtur,l.3.§.ex hoc edicto,D.naut.caup.l.3.D.de eo per quem factũ erit. l.13. & l.14,D.de liber.cau. Alię vbi vulgaria,atque vsitata Actionũ nomina deficiũt,accómodatur. *Cessantibus* enim *Iudicijs proditis*,& *vulgaribus Actionibus*, *cùm propriũ nomen inuenire non pos-*

ſumus, deſcendimus ad Actiones, quæ in Factum *appellantur*, l. 1. D. de præſcr. verb. *Quia actionum non plenus numerus eſſet, ideò plerumque in Factum Actiones deſiderantur : ſed & Actiones quæ Legibus proditæ ſunt, ſi Lex iniuſta ac neceſſaria ſit, ſupplet Prætor, in eo quod Legi deeſt: quod facit in Lege* Aquilia, *reddendo actiones in Factum accommodatas Legi Aquiliæ*, l. 11. D. eod. tit. Vetus Gloſſar. Græc. Πολλαὶ ἔσαι τῷ, πλήθει ἡ ὅτι διαφόρων ἁρμόζουσαι, διαφόρως ἔχουσι ἡ τὰς καταδίκας. Λέγει γὰρ ὁ Παπινιάνος ἡνίκα τὰ δημόσια ἥμαρτεν, τῷ κυρίῳ τῆς ἀγωγῶν ὀνόματι μὴ εὐεισκομένῳ, ὁρμᾶν προσήκει ὅτι τὰς *In Factum* προσαγορευομένας ἀγωγάς. αἱ μὲν γὰρ αὐτῆς πραιτορίαι εἰσὶν παρεχόμεναι ἑκάστῳ ἀφ ὧν ζημίαν ἀργεῖ ὁ Ακυίλιος: ὅτε μὴ τῷ σώματι ζημία γένηται μήτε σῶμα βλαβῇ, ἀλλ' ἑτέρῳ τρόπῳ γένηται ζημία: ὡς ὅτι τὸ οἰκίῳ λύσαντος τὸν δεδεμένον, ἡ ἑτέραν πολυμόδων δημοσίων. In alio Gloſſar. inueni *In* Factũ Actio, τῆς ἁπλῆς απαιτήσεως ἀγωγὴ ἡ ποίησις.

Atque ita, interdum fieri vt quamuis *Ad Exhibẽdum agi* non poſſit, *in Factum* tamen *Actio* detur, ait l. 4. §. interdum, D. ad exhibend. ſimilitérque in l. 9. §. Marcellus, D. eod. tit. ceſſante ad Exhibendum actione, legatario in *Factum Actione* ſuccurritur. Sic & Paulus in l. 23. §. item quæcunque, D. de rei vindic. *In omnibus* ait, *his caſibus, in quibus neque ad Exhibendum, neque in Rem locum habet, in Factum Actio neceſſaria eſt*. Idémque deficiente Vindicatione, *in Factum* Actione *petitori extraordinem ſubueni* tradit. *Proxima empti, actio in* Factum *datur*, l. 6. D. de reſcind. vendit. In quibus præterea cauſis *in* Factũ *Actiones* locũ habeant, diſce Lector ex l. 55. D. de adquir. rer. dom. l. 15. §. ſi tam, & l. 18. §. nõ ſolùm, D. de damno infect. l. 13. §. in factum, & §. ſi quid ita, D. de ædil. edic, l. 52. D. de rei vindic. l. 8. §. 1. D. de precario, l. 3. D. ne vis fiat ei, l. 50. §. vlt. & l. 66. §. ſi tu Titium, D. de furtis, l. 10. D. quæ in fraud. credit. l. 5. D. de obſeq. parent. l. 13. D. de oblig. & act. l. 9. §. vltim. D. quod falſo tuto. l. 63. & l. 77. §. mater, D. de legat. 2. l. 5. C. de reuoc. iis quę in fraud. Nec Rei perſecutorię modò, ſed & Pœnales ſunt *in* Factũ Actiones, l. 12. D. de in ius vocan. l. 25. D. de Lege Corn. de falſ. Interdum autem loco Actionis de Dolo, *in Factum Actio* redditur, l. 1. C. de iure dot. l. 3. C. an ſeruus ex ſuo fac. l. 5. C. de dolo.

Liberis enim vel Libertis, aduerſus Parẽtes, Patronóſve, Actionem de dolo, cùm ſit famoſa, non dari, *ſed in Factum verbis temperandam actionem, vt bonæ fidei mentio fiat*, ait Vlpian. in l. 11. D. de dolo. Interdictum quoque vnde vi, quia atrocitatem facinoris in ſe habet, nec Liberto in Patronum, nec in Parẽtes Liberis dandum eſſe, idem ait, *Mèliúſque erit, in* Factum Actionem *his competere*, l. 1. §. ex interdicto, D. de vi & vi arm.

In Factum Agetur, l. 3. §. quacumque, D. de iureiuran. *Agi*, l. 10. D. de noxalib. *Agendum*, l. 5. §. nunc videndum, D. commodati, l. 6. §. ſi quis in communem, D. communi diuid. l. 52. §. ſi quis aſinum, D. de furtis.

In Factum *Iudicium*, l. 12. D. de præſcript. verb. l. 5. §. 1. D. ne quis eum qui in ius, l. 1. D. ne vis fiat ei qui. Ceterùm Exẽplo Actionis in Factũ etiã *Exceptio in Factũ* à Prætore datur: id eſt *in* Factum *comparata*, vt loquitur l. 4. §. ſi à Titio, D. de doli except. vel *in Factum data*, vt, l. 1. §. is autẽ, D. de ſuperficieb. l. 20. D. de interrogationib. *In* Factũ *compoſita*, vt Iuſtinianus Inſtit. de exceptionib. verſic. Ideóque. Cuiuſmodi Exceptionis exempla habemus in l. 14. §. eum qui, D. quod met. cauſ. l. 27. D. de pecun. conſtit. l. 14. D. de exceptionib. l. 1. §. ſi ſeruus, D. de except. rei vend. l. 9. C. de non numer. pecun. *Præſcriptio in Factum data*, l. 23. D. de exceptionib.

Sanè *ex omnibus in Factum* Exceptionibus *Doli oriri exceptionẽ*, l. 2. §. generaliter, D. de doli mali except. Interdum etiam in locum Exceptionis doli hęc exceptio ſufficitur. Namque *Aduerſus parentes, Patronóſque, neque doli Exceptio, neque alia quidem quæ Patroni Parentíſve opinionem apud bonos mores ſuggillet, competere poteſt, in* Factum *tamen erit Excipiendum*, l. 4. §. aduerſus, D. de doli mali except. *In Factum Excipere*, l. 4. D. vſufruct. quemadm. cau. *Excipiendum erit*, l. vlt. D. de Sc. Maced. Atque vt Reo Exceptio *in Factum*, ita & Actori, *Replicatio, in Factum* nonnũquam indulgetur, l. 14. D. de fideiuſſorib. l. 28. C. de tranſactionib. quæ *in Factum concepta Replicatio* appellatur, l. 15. D. ad L. falcid. *Ipſo Facto*, l. 225. D. de verb. ſignif. *Facto ſuo perdere hereditatem*, l. 29. D. de bon. libert. *Quod fructuarius perdidit, id ad damnum eius pertinet, cuius Facto periit*, l. 10. D. de vi & vi arma.

Facies *μεταφορικῶς* pro cuiuſlibet rei vel corporis exteriore forma & figura quæ in aſpectum cadit, vſurpatur. Donatus in Eunuch. Terẽt. Act. 2. Sc. 3. exponit *Speciem quæ apparet & cernitur*. Et ita *Facies Ædium*, l. 19. §. ſi inquilinus, D. locati. *Domus*, l. 3. C. de ædific. priuat. *Locorum*, l. vlt. D. de term. moto. *Operis*, l. 1. §. opus nouũ, & l. 2. §. opus, D. de oper. noui nunc. *Vt in Facie priſtina Ædificiũ eſſe poſſit*, l. 32. §. itẽ reſpõdit ſumptib. D. de adm. & peric.

Facies Ciuitatis, Caſſiodor. Epiſt. 44. lib. 7. *Decora*, l. 5. C. de operib. publ. & cõtra, *Fœda*, apud Plin. Epiſt. 75. lib. 10. *Facies Patrimonij pro ſtatu*, l. 55. §. vlt. D. de adminiſtr. & peric.

Prima Facie, l. 10. D. de alim. vel cibar. id eſt *Prima fronte*, vt apud Caſſiodor. Epiſt. 18. l. 7.

FACILIS *Coniectura*,l.12.D.de instruct.vel instrum.*Suspicio*,l.50.D.de bon.libert. *Non tam Facilis frequens adoptio*,l.44.D.de vsurpationib. *Facilis est Prætor circa Bonorum possessionem dandam*,l.1.§.1.D.si mul.ventr.nom.*Non debuit Facilis esse ad temerariã indicationem*,l.13.§. quod autem,D.de action.empti.*Ex Facili soluenda Pecunia*,l.4.§.vlt. D. de eo quod certo loco. *In Facili est*,l.7.D.de confirm.tut.*Vt Facilior sis ad liberationem*,l.47.D.de oblig.& act.

Faciles sunt nonnulli hominum ad iurandum,l.8.D.de condic.instit.*Faciliores sunt voluntates*,l.67. §.si rem,D.de legat.2.

FACILE *Constabit*,l.91.D.de legat.3.*Facilè decernentis impetus*,l.22.§.vlt.D.ad L.Iul.de adult. *Facilè mentiuntur*,l.1.§.quæstioni,D.de quæstion. *Facilè repudiare*,l.58.D.solut.matri.

Non Facilè,id est non temere,l.3.§.1.D.de minorib.l.23.D.de auro arg.leg. *Non Facilè adhibenda sunt tormenta*,l.18.§.in ea causa,D.de quæstionib.*Non debuit Facilè quæ ignorabat adseuerare*,l.13.§.quod autem,D.de actionib.empt.*Nec Facilè cogi poterit*,l.8.D.si tabul.testam.*Non Facilè Admittendum*,l.7.§.1.D.de accusationib. *Non Facilè admissum est*,l.1.D.de separationib.*Nec Facilè audiẽdus erit*, l.63.D. de rei vind.*Non Facilè cõceditur*,l.38.§.liberto,D.ad L.Iul.de adult. *Non Facilè Exigitur*,l.31.§.1.D.de tutorib.& curat.*Nec enim Facilè vlla seruilis esse videtur cognatio*, l.1.§.1.D.vnde cognati.

Facilius dicemus,l.8.D.de bon.damnat.*Facilius succurretur*,l.2.D.quæ res pign.

Facilius est probare,l.69.D.de legat.1.*Facilius parci*,l.14.D.de re milit.

Facilius quis admittet,l.34.D.de adquir.vel omittit. *Facilius se obligat Mulier quàm donat*, l.4. D.ad Sc.Velleian.*Quò Facilius occultetur fraus*,l.49.D.de action.emp.

FACILITAS *Inconsulta*,l.71.§.sciendum,D.de minorib.*Iuuenilis*,l.15.§. lex Iulia, D.ad Leg. Iul.de adult.*Profusa*,l.1.D.de donat.int.vir.& vxor.*Facilitas conueniendi*,l.2.D.qui satisd.cog. *Facilitatis venia*,l.1.§.quæri,D.ad Sc.Turpill.*Facilitati suæ expensum ferre*, l.3.§. vlt. D.vt in poss. legat.*Ob tuam Facilitatem*,l.25.D.de pecun. constit. *propter Naturalem hominum ad dissentiendum Facilitatem*,l.17.§.principaliter, D.de recept.qui arbitr.*Facilitate sua decepti*,l.44.D.de minor.

FACINVS,Crimen,Delictum,Maleficium,& Scelus significat,l.20.D.de obligat.& act.*Facinoris Atrocitas*,l.1.§.ex interdicto,D.de vi & vi arm.*Quæ non habent Atrocitatem Facinoris, vel sceleris*,l.11.§.si tutoris,D.quod vi aut clam,l.157.D.de diuers.regul. *Si Heres hominem legatum occiderit ob Facinus,hoc est,meretem*,l.53.§.si heres,D.de legat.1. *Si in facinore seruum deprehenderit*, l.96.D.de verbor.oblig.*Ab iisdem Facinoribus detereri*,l.28.§.famosos, D.de pœnis.*Ex Facinoribus defunctorum de eo quod ad heredes peruenit Actio datur*,l.3.D.de vi & vi arm. *Exploratis Facinoribus*,l.1.§.Diuus.D.de quæstionib.*Facinorosi homines*,l.3.D.de iurisdictio.

FACVLTAS pro potestate & copia,Vnde *Facultatem* & *Potestatem* coniungit l.21.§.prætor, D.de noxalib.

Facultas Abstinendi,l.vlt.D.de succession.edic.*Accusandi*,l.4.D.ad L.Iul. de adult.*Agendi*,l.1. D.de eo quod certo loco,l.1.§.1.D.ad Sc.Treb.*Adeundi Præsidis*,l.11.§.sexaginta,D.ad L.Iul. de adulter.*Dandi*,l.137.§.illud,D.de verb.oblig. *Eligendi*, l.17.§.si quis rogatus, l.57.§.vlt.D. ad Sc.Trebell.l.77.D.de legat.2.*Electionis necessariæ*,l.67.D.legat.2.*Faciendi Testamenti*, l.20. D.qui testament.fac.poss.*Generandi*,l.9.D.de liber.& postum.*Habendi*,l.1.§.vlt.D.de pecul. *Noxæ dedendæ*,l.6.D.de re iudic.*Offerendi pretij*, l.12.§.si quis seruum, D.de capt.& postl. *Recedendi*,l.2.D.de homine liber.*Soluendi*,l.95.§.vsumfructum,D.de solutionib.

Facultatem non habere pecuniæ,l.73.D.de procuratorib.*Testium*,l.8.§.1.D.de testib.

Facultatem non habere exhibẽdi,l.13.§.1.D.de publican.*Petendæ Bonorum possessionis*, l.4.D.quis ordo in bonor.

Facultatem præbere,l.3.§.exhibere,D.de liber.exhib.*Præstare*,l.8.D.de dote præleg.

Facultas Patrimonij,Quintil.in Præfatione,lib.6.*Pro Facultate patrimonij*,l.12.§.cùm tutor,D. de administr.& peric.*Facultates Patrimonij*,l.36.D.de bon.libert. *Si quid Facultatis ad soluendum debitum accesserit*, l.53.D.de iure dot.

FACVLTATES *Pro bonis*,l.14.D.de muner.l.16.D.ad Sc.Trebell.l.31.D.de reb.auct. l.60.D. de iure dot.l.12.D.de vulg.& pup.*Facultates habere Romæ & in Prouincia*, l.27.D.de tut.& cur.

In ea Facultate est,l.2.C.de alendis liber.*In Facultibus esse*,l.5.§.non tantùm,D.de agnosc.& alend.*Pro Facultatibus*,l.1.§.hoc autem,D.de vent.in possess.mitt.id est, *Pro modo Facultatium*, vt l.6.D.de Carbonia.edic.*Quarum Facultatium testator*.l.57.D.de manumiss.testam.

Facultatibus idonei,l.5.§.vlt.D.de agnos.lib.*Facultatibus Labi*,l.8.D.de dolo. *Lapsus*,§.vlt. instit.de replicationib.*Lapsi*,l.1.§.si magistratus,D. de magistr.conuen.vide plura j.lib.10.

FACVNDIA,id est,eloquẽtia,l.7.C.de professorib.&med.lib.10.*Facũdia aduocati*,l.1.§.in honorariis,D.de extraord.cognitionib.*Facundia dicẽdi*,l.1.C.de profes. qui in vrb.Const.lib.12.

Facundia Græca, apud Saluſt. in Bello Iugurthino. Auguſt. lib. 5. Confeſſion. cap. 14. *Syrum quendam doctum Græcæ facundiæ.*

Facundiæ Græcæ, Latinæque certamen, dixit Sueton. in Calig. cap. 20. Corippus de laudib. Iuſtin. *Tunc Oratorum geminæ* FACUNDIA *linguæ, Egregias cecinit ſolemni munere laudes.*

FALCES non vnius generis ſunt: quædam enim *Fœnariæ*, quædam *Meſſoriæ* ſunt, l. 8. §. cogendi, D. de inſtruct. vel inſtrum. leg. De priori ſpecie accipiendum eſt *Falcis* nomen, l. 31. D. de verb. ſignif.

Falces Putatoriæ, d. l. 8. §. 1. & apud Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 6. quæ putandis arboribus deſeruiunt. Pallad. lib. 1. de re ruſt. cap. vlt. *Falces Putatorias quibus in arbore vtamur & vite.* Ad huiuſmodi *Falces* pertinet quod idem auctor eiuſdem lib. cap. 35. ait. *Aliqui vrſi adipem cum oleo tuſum reſeruant, & Falces, cum hoc putaturi ſunt, vngunt.*

FALCIDIA Lex Plebiſcitum eſt, cùm eam C. Falcidius Tribunus Plebis Auguſti temporibus rogauerit, vt Euſeb. in Chronic. & Iſidor. lib. 5. Etymolog. cap. 5. ſcribunt. Dion. lib. 48. καὶ ὁ νόμος ὁ φαλκίδιος ὠνομασμένος (πλείσην ἐξουσίαν ἐπὶ ἰσχυρὰ ἐς τὰς τῶν κλήρων ἀλλαγὰς, ὥστε τινὰ τὸ πλέον τῆς καταλειφθείσης οὐσίας, αὐτῷ γεγραμμένῳ λαβόντα, τὸ λοιπὸν ἀφεῖναι, ἔχων) ὑπὸ τοῦ πατρικίου φαλκιδίου δημαρχοῦντος ἐτέθη. Suidas, φαλκίδιος νόμος ὃς παρὰ Καίσαρος πέφυκε γαίῳ Ὀκταβίῳ πλείστην ἐξουσίαν ἔχων εἰς τὰς τῶν κλήρων ἀλλαγὰς περὶ φαλκιδίου τοῦ δημάρχου εὑρηκότος. Vetus Gloſſar. φαλκίδιος νόμος, ὁ θειωρῶν ἀπὸ τῶν λεγατείων, τὸ δὲ μέρος θειποῖν τῷ κληρονόμῳ.

Lex Falcidia primo Capite liberam legandi facultatem dedit vſque ad dodrantem: ſecundo, modum legatorum conſtituit, l. 1. ad L. Falcid.

Falcidia Lege cauetur ne plus legare liceat quàm Dodrantem totorum bonorum: id eſt, vt ſiue vnus heres inſtitutus eſſet, ſiue plures, apud eum eósve, pars quarta remaneret, §. 1. Inſtit. de Falcid. *Lex Falcidia iubet non plus quàm dodrantem, totius patrimonij legari, vt omni modo quadrans integer apud heredem remaneat*, Vlpian. Tit. 25. Regular.

Falcidiæ legis beneficio retinere Quadrantem, l. 23. D. de his quæ vt indign. Et hic eſt *Quadrans* quem *heredi imponi* ait l. 49. D. de iur. fiſc.

Portio legis Falcidiæ apud heredem ipſo iure remanet, l. 1. §. ſi mortis, D. quod legator.

Falcidia minuit legatum, l. 28. §. vlt. D. de legat. 1.

Falcidiæ legis Beneficium, vide S. lib. 2. *Commodum*, vide S. lib. 3. *Ratio*, l. 77. §. 1. D. de legat. 2. & paſſim ſub Tit. D. ad L. Falcid. *Quatenus legis* FALCIDIÆ *modus patitur*, l. vlt. C. ſi quis omiſſ.

Falcidiæ locus eſſe in teſtamento, l. 108. D. de legat. 1.

Legatarius cui ſupra modum legis Falcidiæ legatum eſt, l. 23. D. de dolo.

Falcidiæ ſubiecta Pecunia, l. 89. D. ad L. Falcid.

Falcidiam pati legatum, l. 1. §. idem Iulianus, D. de dote præleg. *Aliquid ex legato propter legem Falcidiam perdere*, l. 97. D. de legat. 1. *Quod per Falcidiam retinere poterit*, l. 20. §. vlt. D. de donationib.

Intra Falcidiam reſtituere, l. 9. D. de alim. vel cibar. *Falcidiam compenſationi ſufficere*, l. 77. §. Titio, D. de legat. 2. *Herede Falcidiam obiiciente*, l. 78. D. eod. tit.

Omiſſa Falcidia, l. 1. C. ad L. Falcid. *Ratione legis Falcidiæ*, l. 19. D. quæ in fraud. credit. *Lex* FALCIDIA *inducta eſt à Diuo Pio, etiam in inteſtatorum ſucceſſionibus, propter Fideicommiſſa*, l. 18. D. ad L. Falcid.

Falcidia Interuenire, Locũ habere, Recidere legata, Auferre partẽ: Falcidiam denique *implorare heres* dicitur.

Ceterùm FALCIDIA non ſolùm pro Quadrante qui ab herede à quo ſupra dodrantem legatum eſt, retinetur, ſed & pro ea portione vſurpatur, quam, hereditatem reſtituere rogatus heres, ex Senatuſconſulto Trebelliano retinet, l. 1. §. inde Neratius, l. 58. §. omnes, D. ad Sc. Trebell. & aliis ſatis multis eius tituli locis. Ideóque & *Falcidiæ Commodum*, ea portio appellatur, l. 2. in fine, D. ſi quis aliqu. teſt. & *Quarta, quæ per legẽ Falcidiam*, vel *iure Falcidiæ retinetur*, l. 51. l. 55. §. 1. D. ad Sc. Trebell. Quinetiam Legitima portio, ſeu liberis debita, *Falcidia* appellatur, l. 8. §. vnde, D. de inoff. teſtam. l. 31. C. eod. tit. & apud Iulian. anteceſſ. Nou. 5. cap. 5. Nou. 18. cap. 10. & 23. Nou. 39. cap. 1. & Nou. 66.

FALLAX *eſt*, l. 43. §. ſi is qui. D. de furtis.

Fallax Mendacium, l. 2. C. ſi minor ſe maior.

FALLACIA pro dolo, fraude & calliditate, l. 1. §. 1. D. de dolo, l. 7. §. dolo, D. de pactis. *Per Fallaciam ablatum*, l. 3. D. de pignerat. *Per Fallaciam coheredis*, l. 9. §. qui per, D. de tranſactionib.

FALLACIA *euadere*, l. 26. D. de capt. poſtl. reuer. *Vltro iurando vel alia quadam* FALLACIA *perſuaſerit*, l. 23.

l.23.D.de dolo. *Fallaciis Venditorum Edictum Ædilium occurrit*,l.37.D.de ædil.edic. *Causa Edicti Ædilicij proponendi est,vt occurratur Fallaciis vendentium*,l.1.§.1.D.eod.tit.

FALLERE *fidem*,l.5.D.de lege commissor.l.1.D.de constit.pecun.l.14. C.de locato. *Sciens Fallere*,l.26.D.de iureiur.

Fallere in modo,l.32.D.de action.empti.l.vlt.D.si mensor falsum.

Fallere in Ædificij mensura vel in frumenti,vel in vini, l.5.§.vlt. D. si mensor. *Fallere Tabularius in computatione*,l.vlt.D.eod.tit.*Ne piscatores noctu lumine ostenso fallant nauigantes*,l.5. D.de incēd. rui.naufr.*A Mensore falli nos non oportet*: Item *interest nostra ne fallamur in modi renunciatione*, l.1. D.si mensor falsum.

Fallens adire,l.6.§.vlt.D.de adquir.vel omitt.*Qui fallendi causa obscurè loquitur*, l.43.§.vlt. D. de actio.empti.

FALSVS *Creditor,hoc est,qui se simulat creditorem*,l.43.in princ.& §.1.l.75.D.de furt.l.18. D.de solutionib.l.14.D.de condict.causa d.l.8.C.de condict. indeb. coniuncta l.7. §. seruus, D. pro empto.

Simili modo *Falsus Procurator*,interdum est is qui se falò Procuratorem adseuerat: quíq; mala mente,& intercipiendi animo Procuratorē se simulat,l.43.D.de furtis,l.18.C.eod.tit.

Aliâs *Falsus Procurator*, dicitur, qui Procurator non est , sed vltro se negotiis alienis sine mandato offert,l.12. D. de solutionib.l.1.§.quoties,D. de vi & vi arm. l.3.§. vlt.l.12. D. rat. rem hab.l.1.§.vlt.D.quod iussu. l.24.C.de Procuratorib. Proinde, *Falsus Procurator vero* opponitur,l.1.vt in l.56.D.de iudic.& *Verus Procurator*,& *is qui Procurator non est.*

Falsus Tutor verè dicitur qui Tutor non est siue habēti Tutor datus est, siue non,l.221.D.de verb.sig. l.27.D.de.contrah.empt.*Falsus* & *Verus Tutor*,aduersantur. l.1.D.quod fal.tut.

Falsus adscriptus heres,l.4.D.de Regul. Catonia.*Falsus Emptor*,l.4.§.cùm igitur, & l.6. D. de in diem addict.

Falsum est quidquid in veritate non est, sed pro falsò adseuerātur,Paul.in Lege Dei,Tit.7.

Falsum committitur,quod ad L.Corneliæ de Falsis pœnam attinet , *si quis Chirographum alienum imitetur,aut Libellum,vel Rationes intercidat,vel describat, non etiam si aliàs in Computatione vel Ratione mentiatur*,l.23.D.de leg.Cornel.de falsf.Falsum autē ea lege id solum coërcetur,quod in Testamentis admittitur. Eadem tamen pœna etiam vindicantur cetera falsa ex Senatusconsultis,Principúmque constitutionibus.Nam & qui in Rationibus,Tabulis,Cereísve,Instrumentis,vel alia qua re, sine consignatione,falsum fecerint,perinde atq; falsarij puniuntur.Et hoc *Quasi Falsum* dicitur in l.1.§.vlt.D.de L.Cornel.de Falsf.

Falsum Testamentum,est quod testamentum non est, l.221.D.de verb.signif.*Falsum*, ait Africanus,*Testamentum id demum rectè dicitur,quod, si adulterinum non esset,verum testamentum recte diceretur*,l.6.D.de L.Cornel. de falsf.

Falsum in totum non videtur quod veritatis primordio adiuuatur,l.76.§.heres,D.de legat.2.

Falsi accusatio,l.1.§.accusationem,D.ad Sc.Turpill. l.8.C. de his quæ vt indign. l.14.C.de inoff.testam. *Crimen*,l.3. D. de fide instrum.l.4.D.ad Sc.Turpil. *Pœna*, l.32. D.de L.Cornel. de Falsf.

Accusare Falsum Testamentum,l.14.D.de bonor.possessionib.& l.vlt.D.de doli except.l.5.§. qui accusauit,& §.si filiusfamil.D.de his quæ vt indign. *Falsi Testamenti accusare*, l.48. D. de vsuris.

Falsum dicere Testamentum,l.13.§.eos qui,& l.29.§.cum qui,D.de iure fisci,l.2.&l.5.D.de his quæ vt indig. l.19.D.de bonis libert.vide plura.S.lib.4.*De Falso Testamento Agere*,l.135.§.vlt. D.de verbor.oblig.*De falso arguere*,l.18.D.de accusat.

Falsus modus,l.vlt.D.de heredib.instit.*Falsus modus mensurarum*,l.37.D.de pœnis.

Falsa adseueratio,l.9.C.de adquir.& retin.poss.*Falsi Nominis vel Cognominis adseueratio*,l.13.D. de L.Cornel.de Falsf.*Falsa Allegatio*,Paul.lib.1.Sent.Tit.13.

Falsa causa,l.52.D.de condict.indeb.l.17.§.1. D. de condic.& dem. *Ex Falsa causa datum*, & *solutum*,l.13.D.de condict.indeb.

Falsa definitio,l.1.D.de Regul.Catonia.*Oratio*,l.13.§.vtrum,D.de reb.dub.

Falsa Petitio,l.1.§.si quis ideò,D.ne vis fiat ei.*Rescriptio*,Paul.lib.1.Sentent.Tit.13.*Simulatio*, l.15.C.de liber.cau.*Falsa suasione credere*,l.1.C.de excusat.tutor.

Falsi Codicilli,l.penult.§.cùm ex falsis,D.de iure patron.

Falsæ allegationes,Rubr.si ex falsis allegatio.C.& §.vlt.Instit.de excusat. tut.l.60.D. de ritu nupt.l.5.C.de præd.minor.

Falsæ Confessiones,l.13.D.de interrogationib.

Falsis Constitutionibus uti, l. vlt. D. ad L. Cornel. de fals.

Falsæ Excusationes, l. 1. §. procuratorib. D. ad Turpill. *Mensuræ*, l. 6. §. vlt. D. de extraord. cri. *Rationes*, l. 15. §. siquis, D. de iure fisci.

Falsis Rumoribus inducta, l. 11. §. Mulier, D. ad L. Iul. de adulter. *Falsæ Testationes*, l. 9. §. 1. D. de lege Corn. de fals.

Falsum Creditum, l. 1. §. si quis ideò, D. ne vis fiat ei, *Edictum*, l. 25. D. de L. Corn. de fals. *Iudicium testatoris*, l. 46. D. de oper. libert. *Nomen*, Paul. lib. 5. Sentēt. Tit. 25. *Testimonium*, l. 22. D. de his qui not. infam.

Falsum Testimonium dicere, l. 1. §. præterea, D. ad L. Cornel. de sicar. l. 9. D. de accusationib. *Præbere*, l. 4. D. de L. Cornel. de fals.

Falsis testimonis circumuenta religio, l. 33. D. de re iud.

Falsa Argumenta, l. 17. §. vlt. D. ad L. Iul. D. adul. *Instrumenta*, Rubr. si ex fals. instrum. C. *repertis Falsis instrumentis*, l. 11. D. de exceptionib. *Pondera*, l. 19. §. de eo, D. de dolo.

FALSARE *Pondera* aut *Mensuras*, l. 32. D. de L. Cornel. de fals.

FALSARII l. 1. §. 1. D. de L. Corn. de fals. l. 24. C. de probationib. Tertull. lib. de idololatr.

Falsò adseueratur, l. 2. C. de diuers. reseri. *Falsò aliquid allegare*, l. 75. §. Marcellus, D. de iudiciis. *Falsò credens*, l. 26. §. hereditatis, D. de condict. indeb.

Falsò dicere Testimonia, l. 16. D. de testib.

Falsò existimare, l. 3. & l. vlt. D. pro suo, l. 6. D. pro derelic. l. 34. §. si nullo, D. de solutionib. l. 96. D. de adquir. vel omitt. l. 5. D. de action. empt. l. 12. & l. 15. §. 1. & l. 19. §. 1. D. de condict. indeb.

Falsò nomen inscribens, l. Titio, D. ad municipal.

Falsò persuasisti, l. 25. D. de dolo. *Falsò mihi persuasum*, l. 65. D. de condict. indeb. *Tibi persuasum est*, l. 5. C. de decurionib. *Persuasum*, l. 3. C. de commun. rer. alienat.

Falsò præsumpserat, l. 3. D. de condict, *Falsò putant*, l. 12. C. ad Sc. Velleian. *Falsò Putare*, & *Verè*, opponuntur, l. 46. §. rectè, D. de furtis.

Falsò soluere, l. 26. §. si quis, D. de condict. indeb.

FAMA vulgò rumorem significat: & sic, *Consentiens Fama*, l. 3. §. eiusdem, D. de testib. Plerumque verò pro existimatione sumitur. Vnde *Famæ causa*, l. 39. §. vlt. D. de procurator, id est, *Existimationis*, vt loquitur, l. 103. D. de verbor. signific. cuius scilicet euentus famam notare, & lædere existimationem potest. Eodémq; modo, *Famæ Causas*, Cicero Epist. 21. lib. 9. Famil. id est quæ ad existimationem pertinent.

Capitis Famæve periculum, l. 36. D. de fideicommiss. libert. *Famæ conseruandæ gratia*, l. 23. D. quæ in fraud. cred.

Integra Famæ esse, l. 4. D. de suspect. tutor. *Integræ Famæ homines*, l. 28. §. vlt. D. de pœnis. *Integræ famæ Arbiter*, & *Ignominiosus*, opponuntur l. 7. D. de recept. qui arbitr.

FAMAM *Patroni lacessere liberto non facilè conceditur*, l. 33. §. liberto, D. ad L. Iul. de adult. *Si Fama lacessatur*, l. 1. §. spectat, D. de iniur.

Famæ parci, l. 38. §. liberto, D. de procuratorib. *Parcendum*, l. 33. §. liberto, D. ad L. Iul. de adulter.

Si alienam Famam insectatus fuerit, l. 15. §. si quis libello, D. de iniuriis.

FAMOSVS, ignominiosum seu infamem significat, l. 14. D. de his qui not. infam. l. 16. C. eod. tit. l. 3. §. vlt. D. de suspect. tutor. & in Lege Dei. Tit. 7. *Famosus efficitur*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 32. & lib. 5. Tit. 4. & in Lege Dei, Tit. 7.

Famosa Mulier, l. 2. §. Mulier, D. ad Senatusconsul. Tertyllianum. Nonius ex Varrone, *Si qua Mulier Famosa erat, ei osculum non ferebat*, *Famosæ Mulieres*, pro vulgaribus, apud Ciceronem lib. 2. de Oratore. *Famosam* apud Vlpian. Tit. 15. Regular. accipe quæ palam quæstum corpore fecerit, & à Lenone Lenáve manumissa sit, quæ *Ignominiosa* vocatur, l. 48. §. 1. D. de ritu nupt.

Famosi Homines, infamia notati, l. 2. §. vlt. D. his qui not. infam. l. 13. D. de accusationib. l. 7. D. ad L. Iul. majest. quales sunt qui artem ludicram lenocinium ve faciunt, vel propter præmium in scenam descendunt, aut calumniæ causa iudicio publico sunt damnati, l. 4. D. de accusationib. *Famosi & integræ Famæ*, opponuntur, l. 28. §. vlt. D. de pœnis. *At*, in eadem l. §. famosos, D. de pœnis. *Famosi Latrones*, id est *Insignes*, vt loquitur, l. 16. D. de appellationib.

Famosa Actio, quæ infamiā importat, l. 73. D. de procuratorib. l. 6. & l. 7. D. de his q ui not. infam. l. 1. & l. 11. D. de dolo. l. 10. §. prætor ait, D. de in ius voc. l. 10. §. vlt. D. de pœnis, l. 7. D. de iniuriis, l. vlt. D. si ingenuus, l. 1. C. de obseq. patrono. l. 1. C. de iure dot. l. 1. C. si tu tor vel curator. *Famosæ Actiones*, l. 5. D. de obseq. parent.

Famoſum Iudicium, quod infamiæ notam inurit, l. 9. D. de iureiur. l. 1. §. ait autem, D. de poſtulando. *Famoſum non eſt Iudicium Stellionatus*, l. 2. D. Stellionat. *Iudicia*, quæ infamiam irrogant damnatis, l. 1. §. denique, l. 12. D. de dolo, l. vlt. D. ſi libert. ingen. l. 7. D. de iniur. l. 13. D. de vi & vi arm. l. 104. D. de diuerſ. regul. *Si quid ex Famoſa cauſa & non Famoſa cauſa debeatur*, l. 7. D. de ſolutionib. *Famoſæ cauſæ*, l. 36. D. de obligat. & action.

Famoſum Carmen, quod in alterius iniuriam conſcribitur, proponitur, cantatur, quod pudorem eius lædit, l. 21. D. de teſtib. l. 18. D. qui teſtament. fac. l. 15. §. generaliter, D. de iniur. & apud Paulum lib. 5. Sentent. Tit. 4. Seneca lib. 5. Controuerſ. *Nunquid Famoſum carmen compoſui?*

Famoſum Delictum, l. 32. §. Iulianus, D. de recept. qui arbi. *Interdictũ*, l. 13. D. de vi & vi arm.

Famoſi Libelli, qui alicuius Famam ſuggillant, honorémque vellicant maledictis, libri ad infamiam alicuius pertinẽtes, l. 16. D. de pœn. §. 1. Inſtitution. de iniur. Tit. de famoſ. libell. C. & apud Paulũ lib. 5. Sent. Tit. 4. & Tacit. lib. 1. & Suet. in Auguſt. cap. 54. Vet. Gloſſ. Græc. *De Famoſis Libellis Actio*, περὶ ἀνονύμων βιβλίων δηλήσεως φυλακείας. Suidas in verbo φαμώσα, locũ ad Libellos Famoſos pertinentem citat, qui ita habet, Ἀπέσιωπηλον δὲ εἰς Ἰουδαϊκὴν ὠδαῖς καὶ παρῳδίαις καὶ τοῖς λεγομένοις φαμώσοις. Ammian. Marcellin. lib. 20. *Hócque comperto apud petulãtium ſigna Famoſum quidam Libellum humi proiecit occultè.* Io. Tzetzes hiſt. Chiliad. 13. cap. 489. Φάμωσα δὲ μοι λέγεσθαι τοῖς νομωγράφοις νῦν τὰ ἔγγραφα ληρήματα καὶ τῶν ὑποβόλων Απερ λαθραίως καὶ κρυφῆ ταῖς ἀγοραῖς εἰσπίπτουσι. Εἴτε καὶ μέσοις τοῖς εἴτ' ἂν ἑτέροις τόποις. οἱ νόμοι πιμωρίαν δὲ τῆς ταῦτα γραφούσης. Quem locum Interpres non ſenſit ad Famoſos Libellos pertinere. Eodem ſenſu, *Famoſa Epigrammata*, apud Sueton. in Iulio cap. 65.

Famoſa nomina, l. 63. D. ad Sc. Trebell. id eſt, Turpia.

FAMES. *Familia eius Fame laborauerit*, l. 21. §. cùm per venditorem, D. de actionib. emp. *Ne Fame pereat filius*, l. 5. §. an autem, D. de Carbon. edic. *Si Famem, qua eos premant, exponãt*, l. 1. §. quod autem, D. de offic. præf. vrbi. *Ne auxilium contra Famem denegetur*, l. 2. D. de his qui ſui vel al.

Si quis hominem Fame necauerit, l. 9. §. ſi quis hominem, D. ad L. Aquil. *Cùm pecudes aliquis pignori cepiſſet, & fame eas necauiſſet*, l. 29. §. magiſtratus, D. ad L. Aquil. *De pecoribus tuis quæ per iniuriam incluſa Fame necata ſunt*, l. 5. C. eod. tit. *Si Publicanus ideò pecus incluſerit, nec paſcatur, & vt Fame periret*, l. 1. §. ſi publicanus, D. vi bonor. raptor.

FAMILIÆ *Appellatio*, ait Vlpian. in l. 195. §. 1. D. de verbor. ſignif. *Variè accepta eſt. Nam & in Res & in Perſonas diducitur, in Res, vtputa, in L. 12. Tabularum, his verbis, Adgnatus proximus familiam habeto.* Hoc ſenſu *Familiæ Erciſcundæ, Arbiter, Actio, Iudicium*, id eſt, *diuidendæ hereditatis*, vt loquitur, l. 78. D. de hered. inſtit. l. 11. & l. vlt. D. de diſtract. pigno. l. 18. C. famil. erciſc. l. 13. C. de probationib. ſeu *diuidendis bonis*, vt l. 3. C. comm. diuid. Ac planè *Familiæ Erciſcundæ Actio eſt quæ competit coheredibus de diuidenda hereditate*, §. quædam inſtit. de actionib. Vide plura ſ. lib. 1. & lib. 5. Vet. Gloſſar. *Familiæ Erciſcundæ Actio*, ὅτι τῶν συγκληρονόμων, ὅταν ἕτερος κινεῖ κατὰ τοῦ ἑτέρου. Hinc *Familiæ Emptor*, qui imaginaria venditione à teſtatore hereditatem emebat, vt docent Vlpian. Tit. 21. Regular. & Iuſtinianus quoque in ſuis Inſtitut. Tit. de Teſtamen. Vetus Gloſſar. *Familiæ Emptor*, ὁ ἀγοράζων τὴν κληρονομίαν Quintil. Declamatione 308. *Non dixerim ego Teſtamentum, cui libripens & emptor Familiæ, & cetera iuri neceſſaria deerunt.* Suet. in Nerone, cap. 4. *Ex hoc Domitius naſcitur, quẽ emptorẽ Familiæ pecuniæque in teſtamẽto Auguſti fuiſſe mox vulgò notatum eſt. Ita Familiæ mancipationem*, apud eundem Vlpian. intellige, Tit. 21. & 29. Regul. Denique *Familiã mãcipare*, hoc Plutarch. lib. de ſera num. vind. Πωλεῖν τὴν οὐσίαν dixit. *Si Familiam quis ſit rogatus reſtituere*, id eſt bona vel hereditatẽ, l. 14. §. vlt. coniuncta, l. 16. D. ad Sc. Trebell. nec aliter accipienda ſunt hæc Terentij verba Heautont. act. 5. Sc. 1. *Decem dierum vix mihi erit Familia*, Vbi Calphurnius, *Familia*, ait, *hoc loco pro re Familiari ponitur: vnde Iudicium Familiæ Erciſcundæ*, dici ait. *Ad perſonas autem refertur Familiæ ſignificatio, ita, Cùm de Patrono & liberto loquitur Lex* 12. Tab. *Ex ea Familia, inquit, in eam Familiam: & hîc de ſingularibus perſonis Legem loqui cõſtat. Familiæ appellatio refertur & ad Corporis cuiuſlam ſignificationem, quod, aut Iure proprio ipſorum, aut communi vniuerſæ cognationis, continetur. Iure proprio, Familiam dicimus plures perſonas quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut Natura, aut iure, ſubiectæ: vt puta, Patremfamilias, Matremfamilias, Filiumfa. Filiamfa. quique deinceps eorum vicem ſequuntur, vtputa Nepotes, Neptes, & deinceps*, d. l. l. 195. §. 1.

Familiæ appellatione Liberi quoque continentur, l. 40. §. vlt. D. de verb. ſignif. Vt autem *Patremfamilias*, & *Matremfamilias, Filiumfamilias*: ita & *Patresfamiliarum, Matresfamiliarum, Filiosfamiliarum*, Iureconſulti dicunt l. 1. D. de his qui ſui vel aliæ. Qua de appellatione, vide ſ. lib. 14. *Seruitutium quoque ſolemus appellare familias*, vt in Edicto Prætoris, in quo *Prætor loquitur de familia*

Publicanorum: Sed ibi, non omnes Serui, ſed corpus quoddam ſeruorum demonſtratur, huius rei cauſa paratum, hoc eſt Vectigalis cauſa. Alia autem parte omnes Serui continẽtur, *vt de Hominibus coactis, & Vi bonorum raptorum: item ſi Redhibitoria, ſi deterior res reddatur Emptoris opera, aut* Familiæ eius. *Et in Interdicto vnde vi* Familiæ *appellatio omnes Seruos comprehendit. Sed & Filij continentur*, d.l.95.§.ſeruitutum. Familiæ ergo nomen tam Liberos quàm Seruos complectitur. Atque adeò *Paterfamilias*, non minus ſeruilis quàm liberalis familiæ intuitu appellatur: Paterfamilias enim eſt *qui in domo dominium habet.* Vnde *Pater familias* nihil aliud quàm *principem Familiæ* ſignificat. Gaius in l.196.D.de verb. ſignif. *Familiæ appellatione & ipſe princeps Familiæ continetur.* Vlpianus Tit.5.Regular. *Sui iuris ſunt Familiarum ſuarum principes, id eſt, Paterfamiliæ itémque Materfamiliæ.* Qua in re veterùm clementiam & humanitatem laudat Seneca Epiſt.47. his verbis *Ne illud quidem videtis, quam omnem inuidiam maiores noſtri Dominis, omnem contumeliam ſeruis detraxerint? Dominum, Patremfamiliæ appellauerunt: ſeruos (quod etiam in mimis adhuc durat)* Familiares. Quę verba ſuppreſſo nomine ab eo mutuatus Macrobius lib.1.Saturnal.cap.11.vix legis Fabiæ crimen effugiet. Hinc feſtiuus ille Martialis in Quirinalem iocus, qui ex ancillis vernas omnes ſuſceperat *Paterfamilias verè eſt Quirinalis.* Feſt.Pomp. *Familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum Dax & Princeps generis vocabatur Pater, & Materfamiliæ. Vnde* Familiæ *nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum: & Familiares, ex eadem Familia. poſtea hoc nomine etiam Famuli appellari cœperunt, permutata I. cum V. litera.* Proinde illis Ædilicij Edicti verbis *Si quid poſt venditionem, traditionémque deterius Emptoris opera, Familiæve eius* Factum *eſſe*, quæ habentur, l.1.D.de ædilic.edic. *Familiæ appellatione omnes qui in ſeruitio ſunt continentur: etiam liberi homines qui ei bona fide ſeruiunt, vel alieni, accipe eos quoque qui in poteſtate eius ſunt*, l.25.§.1.D.eod.tit.

Similitérque in Actione vi bonorum raptorum, quę *Familiæ* nomine competit, *Familiæ appellatio ſeruos continet: hoc eſt, eos qui in miniſterio ſunt, etiam ſi liberi eſſe proponantur, vel alieni bona fide nobis ſeruientes*, l.2.§.hæc actio, D.vi bonor.raptor. In Edicto de Publicanis, in quo eſt, *Quod Publicanus Familiáve publicanorum vi ademerit*, l.1. D. de publican. *Familiæ nomen non tantùm ad ſeruos Publicanorum referemus: verùm & ad eos qui in numero* Familiarum *ſunt Publicani. Siue igitur liberi ſint ſiuè ſerui alieni, qui Publicanis in hoc vectigali miniſtrant, eo Edicto continebuntur. Proinde etſi ſeruus Publicani rapuit, non tamen in ea Familia conſtitutus quæ publico vectigali miniſtrat, hoc Edictũ ceſſabit*, d.l.1. §.familiæ, & l.195. §.ſeruituti. Alia eiuſdem Edicti parte, cuius verba ſunt, *Quod Familia Publicanorum furtum feciſſe dicetur: Familiæ appellatione*, ait Vlpian. *Seruilem Familiam contineri ſciendum eſt. Sed & ſi bona fide Publicano alicuius ſeruus ſeruit, æquè continebitur: fortaſsis & mala fide: ergo & ſi liber homo ſeruiat, huc Edictum locum habebit*, l.13. D. de Publican. & vectigal.

Ita *Familias publicanorum* accipe apud Hircium aut Oppium lib.de Bello Alexandr. quæ nimirum Publicanis operam in vectigalibus exigendis dabant. In Interdicto Vnde vi, cuius verba ſunt hæc, *Vnde tu illum vi deiecisti, aut Familia tua deiecit*, l.1.in prin. D. de vi & vi arm. Familiæ appellatio ſeruos continet: & eos quoque quos loco ſeruorum habemus, d.l.1. §. Familiæ. Paul.lib.5.Sent. Tit.6. de hoc Interdicto agens, *Familiæ autem nomine duo ſerui continentur.* Hoc amplius, Vlpian.in d.l.1. & ſi vnus ſeruus deiecerit, Familiam videri deiecisſe ait. Quamquam alias vnicum ſeruum Familiæ appellatione contineri negetur, ac nec duo quidem Familiam facere dicantur l.40.§.vlt.D.de verbor.ſignificat. Quæ legum noſtrarum diſcordia ita optimè Ciceronis interuentu ſedabitur, ſi, quemadmodum ille in Orat. pro Cæcin. ſcribit, dixerimus, ex vi quidem Latini ſermonis in vno ſeruulo Familiæ nomen non cõtineri, Familiam ex ſeruis pluribus conſtare. Cæterùm rationem iuris, Interdictíque vim, & Prætorum voluntatem, facere, vt & ſi vnus ſeruus deiecerit, Familia intelligatur deiecisſe. Non enim alia cauſa eſt æquitatis in vno ſeruo & in pluribus.

Iuſtinianus in l.vlt.C.de verb.ſignif. *Familiæ* nomine *Parẽtes & Liberos omnéſque Propinquos, & ſubſtantiam, Libertos etiam & Patronos, necnon Seruos* ſignificari, decernit.

Familiam in Tit.Si Famil.furtum feciſſe dic. l.9. D.de iuriſdict. l.32. D. ad leg. Aquil. l.32. D. de dolo.l.1.D.ad Sc.Silan.l.5.D.de petit.heredit. l.31.D.de noxalib. ſeruilẽ, acciperi debemus.

Familia commixta, eſt viri atque vxoris, l.1.§.ſi vir.D.ad Sc.Silania.

Familia heredis funeſta, l.20.§.illud, D.de ſtipul.ſeruor.

Familiam *Publicam* in l.1. D. de offic. præf. vig. interpretamur ſeruos publicos, qui præſto Ædilibus erant: quales etiam Curatoribus aquarum adfuiſſe, Frontin. lib.2. de Aquę ductib.

ctib. ostendit. Ceterùm Familia Seruilis in *Vrbanam & Rusticam* diuiditur, l. 3. D. de penu leg. l. 66. D. de legat. 2. l. 166. D. de verb. signific. Item, in *Domesticam, & Venaliciariam*, l. 31. D. de donat. int. vir. seu *Venalem*, vt loquitur Quintil. lib. 7. cap. 3. *Communi iure, Familiam dicimus omnium Adgnatorum. Nam etsi Patrefamilias mortuo, singuli singulas Familias habent: tamen omnes qui sub vnius potestate fuerunt, rectè eius Familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt*, d. l. 195. §. cõmuni. *Familia Adoptiua, & Naturalis Patris*, l. 1. §. cognationis, D. vnde cognati, l. 3. §. si pater, D. de bonor. possess. cont. tab. l. 1. §. is quoque, D. de collatio. bonor. l. 8. & l. 10. §. parentes, D. de in ius vocan. *In Familiã, per Adoptionẽ venire*, l. 4. §. penult. D. de gradib. & adfinib. *In Familia habere liberos*, l. 5. D. si quid in fraud. patr. *In Familiã nubere*, l. 21. D. quãdo dies leg. *In Familia nubere*, l. 15. D. de condic. & dem. l. 21. D. de opt. leg. l. 26. & l. 41. §. testamento, D. de legat. 3. l. 41. §. Spendophorus, D. de fideic. libert. l. 4. D. vbi pupill. educ. deb. *In familia mea est Filia*, l. 23. D. de adoptionib. Feminarum verò liberi *in Familia* earum nõ sunt, quoniam qui nascuntur, patris non matris Familiam sequuntur, l. 196. D. de verbor. signific. Et hoc est quod in d. l. 195. in fi. dicitur, *Mulierem Familiæ suæ caput, & finem esse. Si quis ex his mortis tempore in Familia non fuit*, l. 41. §. cùm filiæ, D. de vulg. & pupill. *Liberos in Familia esse oportet eius cuius bonorum possessio petitur*, l. 1. §. si pater in potestate, D. de coniungend. *Nepos in Familia retentus*, l. 9. D. de collatio. bonor. Planè cum Fideicommissum *Familiæ* relinquitur, ad eius petitionem admittuntur, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo moreretur: quo in numero & Liberti & filij quoque Emancipati habentur, l. 32. in fin. l. 69. §. vlt. l. 77. §. cùm inter, D. de lega. 2. l. 114. §. cùm pater, D. de legat. 1. Quinetiam ad huiusmodi Fideicommissum, vbi nulla specialis certarum personarum mentio facta est, non solum *Propinquos, sed & iis deficientibus, Generum & Nurum* inuitari constituit Iustinian. l. vlt. C. de verb. signif.

Item appellatur Familia plurium personarum quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus Familiam Iuliam, quasi à fonte quodam memoriæ, l. 195. §. vlt. D. de verbor. significat. *Familia Portia*, l. 2. §. deinde narrat, D. de orig. iur. Atq; ita ex vna Gẽte plures Familię prodire possunt. Suet. in Nero. c. 1. *Ex Gente Domicia duæ Familiæ claruerunt, Calui norũ, & Ænobarborum.*

FAMILIARIS *Res*, id est pecuniaria & priuata, l. 2. §. 1. D. de interdict. l. 36. D. de fideicommiss. libert. Proinde *Familiaris*, & *Publica*, opponuntur l. 7. §. si paciscar, D. de pact. *In actione Legis Aquiliæ, Furti, vi bonorum raptorum, & Interdicto vnde vi, & de Tabulis exhibendis, de re Familiari agitur*, l. 4. D. de publ. iudic. *Actio sepulchri violati non ad rem Familiarem Actoris, sed magis ad vltionem pertinet*, l. 6. D. de sepul. viol. *Familiaris rei decretum*, l. 19. C. de pactis. *Dispendium*, l. 3. C. de temporib. in integr. *Incommodum*, l. 96. D. de legat. 1. *Periculum*, l. 18. D. de iudiciis. *Necessitas* l. 18. D. de adim. legat. *Rem Familiarẽ tueri*, l. 15. D. de annu. legat. *Familiare funus*, l. 2. in fi. D. de in ius voc. id est, *Domesticũ*, vt l. 4. §. præterea, D. si quis cautio. *Familiaria Sepulcra*, quæ quis sibi familiæque suæ cõstituit. l. 5. D. de relig. in quæ tamen heredes, etiamsi extranei sint, inferri possunt. l. 4. l. 6. l. 13. C. de religios. *Adfines* & cognati non item, nisi heredes scripti sint, l. 8. & l. 14. C. eod. tit. *Familiaria Vestimenta*, quæ ad Familiam vestiendam parata sunt, l. 23. in fi. D. de auro arg. Sic *Familiarias sellas* dixit Varro lib. 1. de re Rust. cap. 13.

Familiares in constitutionibus recentiorum Impp. seruilia ministeria præstantes intelligũtur, l. vlt. circa fi. C. de his, qui ad Eccles. confug. l. penul. C. de his qui accusare poss.

FAMILIARITAS. *Si qua ei Familiaritas sit cum Prouincialibus, vel coniunctio*, l. 4. §. antequam, D. de offic. præsid. *Qui Iure Familiaritatis amici fundum ingreditur*, l. 4. D. de adquir. possess. *Honestis Familiaritatis rationibus quæsita iura*, l. 223. §. amicos. D. de verb. signif. *Ne in vlteriorem Familiaritatem Prouinciales, admittant*, l. 19. D. de off. præsid. *Familiaritatem habere Emptio & Locatio*, l. 2. D. locati, id est vicinæ esse & proximæ.

FANA, l. 1. §. idem Viuianus, D. de ædil. edic. Festus, *Fana* autem nominata, vel, vt Varro lib. 5. de ling. Lat. *quod Pontifices in sacrando Fati sunt finem*: vel, vt Festus, *quod fando consecrẽtur. Fanatici*, l. 1. §. apud, D. de ædil. edic.

FARI *non posse* dicitur qui nondum Infantis ętatem excessit, id est qui est *infra septimum annum ætatis*, vt patet ex l. 1. §. sufficit, D. de adminis. & peric. Ita Infantẽ *Fari non posse* aiunt, l. 70. D. de verb. obligat. l. 30. §. 1. D. de fidecommis. libert. & l. 65. §. si pupillo, D. ad Sc. Trebell. *Si Fari non possit à quo petitum est*, l. 22. §. 1. D. de fideicomm. libert. *Si pupillus Fari non possit*, l. 2. & l. 6. D. rem pupilli. Et contrà, *Fari posse* dicitur Pupillus post septimum annum, l. 1. §. exigere, D. de magistrat. conuen. l. 9. D. de adquir. vel omit. l. 1. C. ad Sc. Tertyl. *Pupillus ex quo Fari cœperit*, l. vlt. §. 1. D. de verb. oblig. *Ab anniculo quoad Fari possit*, l. 1. §. de inspiciendo, D. de inspiciendo ventre. *Cùm Fari potuerit, & postquam Fari potuerit*, l. 217. D. de verbor. signif. *Qui Fari possunt, quamuis actum rei non intellegerent*, l. 5. D. de diuers. reg.

Fari non posse, etiam dicitur Mutus, l. 17. D. de nouationib. *Fari* etiam dicebatur *Prætor* qui certa legitimáque & sollemnia verba pronũtiabat: vnde & Fastos Dies nomen traxisse Varro lib. 5. de ling. Lat. indicat his verbis *Fasti Dies per quos Prætoribus omnia verba sine piaculo licebat Fari*. Macrob. lib. 1. Satur. c. 16. *Fasti sunt quibus licet Fari Prætori verba solẽnia, Do, Dico, Addico.* Ouid. lib. 1. Fastorum. *Nam simul exta deo data sunt, licet omnia Fari.* His contrarij *Nefasti Dies* erant, per quos Prætori tria illa verba *Fari* non licebat. Ouid. eod. lib. *Ille Nefastus erit per quem tria verba silentur. Fastus erit per quem lege licebit agi*, ait Macrob. l. 1. Saturn. cap. 16. Ac planè Nefastum diem ἄθραυστον ἡμέραν vocat Theoph. in §. ferui, Instit. de Libertin. Vlpian. verò ἄδικον dicebat, testante Athen. lib. 3. *Fastos* etiam, vt Seruius in 3. Æneid. ad hũc vers. *Stirpis Achilleæ, Fastos*, ait, veteres appellabant, *Librum qui dierum computationem continebat.*

FARRARIORVM *Ager*, l. 58. §. 1. D. de vsufructu.

FAS, pro licito iure sæpe vsurpatur. *Fas non erat Dictaturam vltra sextum mensem retinere*, l. 2. §. populo, D. de orig. iur. *Si cum ea quis nuptias vel sponsalia constituat, quam vxorem ducere vel non potest, vel Fas non est*, l. 13. §. cùm autem, D. de his qui not. inf. *Incestum est quia cognatam violauit contra Fas*, l. 5. D. de quæstionib.

Fas non est eos casus expectare, quibus liber homo in seruitutem redigatur, l. 34. §. liberum, D. de contrahen. empt. id est, *Neque ciuile neque naturale est*, vt ait, l. 83. §. sacram, D. de verbor. oblig.

Fas non est inquietari Donationes, quas id qui donauerat in diem vitæ suæ non retractauit, l. 1. §. vlt. C. de reuocan. donation. *Fas ac nefas miscuisse*, l. 2. §. initium, D. de orig. iur. *Loco sacro vel religioso interueniente, quo Fas non sit vti*, l. 17. §. sic &. D. de aqua & aquæ pluu. Virgil. lib. 1. Georgic. *Fas & iura sinunt*, id est, vt interpretatur Seruius, *Diuina, humanáque iura permittunt: nam Fas, ad Religionem: Iura, ad homines pertinent.* non secus ac Græcis ὅσιον καὶ δίκαιον. Interpres Euripid. in Hecubam, τὸ δίκαιον ὥσπερ γένος ὂν, διαιρεῖται εἰς ὅσιον καὶ δίκαιον: καὶ τὸ μὲν πρὸς θεὸς ἐξ ἀνθρώπων γινόμενον, ὅσιον καλεῖται: τὸ δὲ πρὸς ἀνθρώπους, δίκαιον.

FASCES Proconsulum, l. 14. D. de offic. Proconsul.

FASCIÆ *crurales. pedulésque*, in l. 27. in fi. D. de auro arg. inter ornamẽta muliebria ponuntur. quo loci infeliciter *crurales* in *crinales* trãsformare tentarũt. Veteres certè quidam pedes Fasciis vincire & obuoluere solebant, maximéq; mulieres. Quod M. Tullius his verbis, quæ à Nonio Marc. relata, quibus Clodium vt mulierarium insectatur, docent. *Tu*, ait, *cùm vincirentur pedes Fasciis, cùm calauticam capiti accommodares.* Eius rei Plinius quoque lib. 6. Histor. Natur. cap. 2. indicium facit, narrans mures Carboni *Fascias quibus in calceis vtebatur*, arrosisse. Et hæ erãt *pedules Fasciæ*. Etenim *Pedule*, interprete Cornel. Frontone in Libello de Nominũ & Verborũ differẽtiis, dicitur, *quod sub pedibus præstat vtilitatem.* Hoc amplius & crura Fasciis vestiri olim solita Quintil. lib. 2. cap. 3. non obscurè significat, vt & Valer. Max. lib. 7. c. 2. qui Pompeium candida Fascia crus obligatum habuisse refert. Fasciis vtique puellarum ac matronarum pectus tegi, papillásque comprimi, consueuisse, ne Isidorus quidem lib. 20. Orig. cap. 32. ignorauit.

FATERI *de maleficio*, l. 1. §. si quis, D. de quæstionib. *Qui tacet non vtique Fatetur*, l. 142. D. de diuers. regul. *Fatendum est*, l. 27. D. de adquir. rer. dom.

FATVM, secundum Tullium, ipso referente Seruio in 3. Æneid. *est connexio per æternitatem se inuicem tenens, quæ suo ordine, & lege variantur: ita tamen vt ipsa varietas habeat æternitatem.* Idem Seruius in lib. 2. Æneid. *Fata*, ait, *sunt quæ Dij fantur: vel quæ indubitanter eueniunt.* *Fatum* etiã pro casu Iurisconsulti vsurpant. vt, *Si Fato fecerit*, l. 2. D. de condicio. & demõst. *Si mulier superuixerit post grauia vulnera quæ illi pater inflixerat, magis Fato, quàm voluntate seruata est*, l. 32. D. ad L. Iul. de adulter. Sic Auson. *Euasit saluus Fati ope, non Medici. Fati infelicitas furiosum excusat*, l. 12. D. ad L. Corn. de sicar. *Quæ improuiso casu potius, quàm fraude, accidunt*, *Fato plerumque, non noxæ imputantur*, l. 1. C. eod. tit. & in Lege Dei, Tit. 1. Denique inopinatos casus, qui præuideri humano consilio non possunt, quasi rerum serie & ordine inuiolabili contingentes, Fato Iurisconsulti adscribunt. *Damnum non inconsultè accidens sed Fato*, l. 11. §. sciendum, D. de minorib. Et mox, eadem l. §. si locupleti, *Quod Fato contingit. Fata causarum*, l. 3. C. de legib.

Fatum etiam pro morte sumitur. Sic *Fati diem fungi*, l. 5. C. si reus vel accusat. Macrobius in Som. Scipio. lib. 1. cap. 12. *Constat enim numerorũ certam constitutámque rationem animos sociare corporibus. Si numeri dum supersunt, perseuerat corpus animari: cùm verò deficiunt, mox arcana illa vis soluitur, quia societas ipsa constabat, & hoc est quod Fatum, & Fatalia vitæ tempora vocamus.* *Fati munus implere*, l. 1. C. de actionib. & oblig. l. 1. C. qui testam. fac. l. 6. C. de collationib. l. 12. C. de fideicommiss. l. 4. C. de postl. reuer. & in L. Dei, Tit. 3. *In Fatum concedere*, l. 20. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 3. C. de iure deliber. l. 4. C. si penden. appel. l. 4. C. de solutionib.

FATALIS *casus*, l. 5. C. de appellationib. *Fatali Sorte consumptus*, l. vlt. C. solu. matr. *Fatale Damnum*, l. 5. §. quod vero, D. commodati. l. 2. §. 1. D. de peric. & comm. rei ven. *Nisi si quid Damno Fatali contingit*, l. 3. §. 1. D. nau. caup. *Fatalia Damna sunt quæ imprudentibus accidunt*, l. 52. §. vlt. D. pro socio, l. 2. *Fatalium detrimenta*, l. 3. D. de instruct. vel instr.

Fatales dies appellantur ab Impp. *Tempora appellationibus peragendis præstituta*, l. 32. C. de appellatio, l. vlt. & l. 2. C. de temp. appellat. l. vlt. C. vbi senator.

FATALITAS in l. 1. C. de iu. emphyteut.

FATALITER *Accidere*, l. 135. D. de verb. signif. *Seruo Fataliter interempto*, Paul. lib. 3. Sent. Tit. 7.

FATVVS *vel Morio*, l. 4. §. idem Pomponius, D. de ædil. edic. FATUUS, *Fatua*, l. 2. D. de postulando, l. 21. D. de reb. auctor. iud. FATUOS autem *Insulsos*, interpretatur Donat. in Eunuch. Terentian. Seruius verò in 7. Æneid. *Inconsideratè loquentes, à Fatua, Fauni vxore, quæ hoc nomen à fando, id est, vaticinando, sortita est.* quod & Isidorus lib. 10. Etymolog. probat. Iustinus lib. 43. FAUNO, ait *fuit vxor nomine* FATUA, *quæ, adsiduè diuino spiritu impleta, velut per furorem futura præmonebat: Vnde adhuc qui inspirari solent, Fatuari dicuntur.* Meminit & Lactantius, lib. 1. Instit. diuinar. cap. 22. Fatuis vtique propter infirmitatem mētis curatores datos ostendit d. l. 2. D. de postul. & d. l. 21. D. de rebus auctorit.

FAVERE *Libertati*, l. 3. §. hoc interdictum, D. de hom. liber. *Fauent Prætores Libertatibus*, l. 3. §. 1. D. de alienatio. iudic. *Fauet Prætor æquitati*, l. 1. D. de cōstit. pecun. *Fauere pupilli rationibus*, l. 3. D. quando ex fact. tut. *Fauere Repetitioni*, l. 41. D. de diuers. reg. iur.

Fauendum est Libertati in obscura voluntate manumittentis, l. 179. D. de diuers. regul. *Partui in hoc fauetur vt*, l. 1. §. & generaliter, D. de ventre in poss. mitt.

FAVOR *Constitutionis*, l. 2. D. de fideicomm. libert. *Dotium*, l. 9. §. 1. D. de iure dotium. *Ingenuitatis*, l. 15. C. de postlim. reuers. *Nuptiarum*, l. vlt. D. de seruo corrupt. l. 45. D. soluto matrim. *Religionis*, l. 17. D. de vsufructu. *Vectigalis*, l. 1. §. 1. D. vt in flum. publ.

Fauor Libertatis, l. 7. §. vlt. D. de statuliber. l. 9. C. de condict. ob caus. *Libertatis consequendæ*, l. 38. §. 1. D. de liber. cau. *Fauor libertati debitus*, l. 2. C. de longi temp. præscr. *Fideicommissis libertatibus Fauor exhibetur*, l. 26. D. de fideicom. libert. *Cōtra institutum à maioribus libertatis* FAUOREM, l. 12. §. verùm hoc. D. de captiuis.

Fauor Libertatis est vt maiores Iudices habere debeat, l. 32. §. de liberali, D. de recept. qui arbitr.

FAUOR *Libertatis benigniores sententias exprimit*, l. 32. §. vlt. D. ad L. falcid. *Exigit*, l. 17. D. de manum. testam. *Exposcit*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 25. *Prævalet*, l. 14. D. de legat. 2. *Suadet*, l. 21. §. si quis seruo, D. de fideicom. libert.

FAUORE *Libertatis Cogēdus est*, l. 4. §. item si, D. de statulib. *Constituit*, l. 3. D. de his quæ in testam. delent. *Constitutum ius*, l. 20. §. is qui, D. de statulib. *Contingit libertas*, l. 4. D. de manum. vind. *Introductum est*, l. 71. D. de adquir. vel omitt. *Receptum*, l. 16. D. de manum. test. l. 4. & l. 28. D. de manum. vind.

Libertate Fauore sui seruata, l. 25. §. si quis filium, D. ad Sc. Trebell.

Fauore publicæ vtilitatis, l. 10. D. de testam. tut. *Pupilli*, l. 10. D. de testam. tut. *Pupillorum*, l. 3. §. præterea, D. de suspect. tut. *Personæ Pupilli succurritur, quæ meruit præcipuum* FAUOREM, l. 42. D. de administr. & peric.

Ad Populi Fauorem Mrgistratuum creatio non pertinet, l. 1. D. de L. Iul. ambit. *Ad bestias damnatos Fauore Populi Præses dimittere non debet*, l. 31. D. de pœnis.

Fauor priorem inducet opinionem, l. vlt. D. qui sine manumissio.

Fauoris causa constitutum, l. 8. D. de munerib. *Ratione*, l. 74. D. de iure dot.

FAVTORES *Æquitatis*, l. 8. C. de pactis.

FAVORABILEM *apud me causam Albini, filiorum numerus facit*, ait Hadrianus, l. vlt. §. si plures, D. de bon. damnat.

FAUORABILIOR *est causa Partus quàm Pueri*, l. 1. §. & generaliter, D. de ventr. in poss. mitt. *Libertas omnibus rebus* FAUORABILIOR *est*, l. 122. D. de diuers. reg. iur.

FAUORABILIORES *Rei potius quàm Actores habentur*, l. 125. D. de aduers. regul. iur.

FAVORABILITER *dicetur*, l. 8. §. 1. D. de donat. int. vir. l. 9. D. de adquir. vel omitt. *Rescripserunt*, l. 7. D. ad L. Corn. de sicar. FAUORABILIUS *respondetur*, l. 10. §. vlt. D. de manumiss. testam.

FAVI *Si quos Apes fecerint*, l. 5. §. fauos, D. de adquir. rer. do. *Si quis Apes vel fauum abstulerit*, l. 26. D. de furtis.

FAVSTINÆ Augustæ meminit, l. 57. D. de legat. 2. coniunx hæc fuit Antonini Pij, de quo extant hæc Capitolini in eius Imp. vita, verba, *Vxorem Faustinam Augustam appellari à Senatu permisit.*

FAX. *Si facem ſeruo meo obieceris*, l. 27. §. tertio autem, D. ad L. Aquil. *Ad faces parata* l. 55. §. vlt. D. de legat. 3. C. l. 167. D. de verb. ſignif.

FEBRIS, *eſt motus corporis contra naturam*, l. 60. D. de re iudic. *Totius corporis morbus eſt* FEBRIS, l. 1. §. ſed ſciendum, D. de ædil. edic.

Febris Tertiana, aut Quartana, l. 53. D. de ædil. edic. *Leuiſſima* FEBRE *correptus*, l. 60. D. de re iudic.

FEBRICVLA *Lenis*, l. 1. §. ſed ſciendum, D. de ædil. edic. FEBRICULA *quantulalibet*, l. 4. §. vlt. D. de ædil. edic.

FEBRVARII *Menſis extremus dies*, l. 98. §. vlt. D. de verb. ſignif.

FEBRUARIÆ *Calendæ*, l. 12. D. de verb. oblig.

FELICI *Nauigatione vſus*, l. 137. §. cùm ita, D. de verb. oblig.

FELIX *Embola*, vide S. lib. prox.

FEMINA & *Maſculus*, opponũtur, l. 7. §. 1. D. de inſtitoria, vt FEMINÆ, & *Maſculi*, l. 2. §. 1. D. vnde legit. l. 1. D. de verb. ſignif. l. 9. D. de ſtatu homin. *Mas &* FEMINA, l. 1. §. vlt. D. de fide inſtrum.

FEMINA *Conſularis*, l. 1. D. de ſenatorib.

FEMINÆ *ex Virili ſexu deſcendentes*, l. 1. §. non tantùm, D. de Carbon. edic. *Ad eos qui ex Feminis ſunt*, l. 1. §. perſonis, D. de iure immunit.

Femina nullum adoptare filium ſine iuſſu Principis poteſt. l. 29. §. quoniam, D. de inoff. teſt.

Feminæ remotæ ab Officio ARGENTARIJ, l. 12. D. de edendo. *Ab Officiis ciuilibus vel publicis*, l. 2. D. de diuerſ. reg. FEMINIS *ciuilia officia adempta*, l. 1. D. ad Sc. Velleian. *Moribus receptum vt femina ciuilibus non fungantur officiis*, l. 12. §. non autem, D. de iudiciis.

FEMINIS *ipſe ſexus denegat quominus honores vel munera iniungantur*, l. 2. §. corporalia, D. de muner. & honor.

FEMINAS *Prætor prohibet pro aliis poſtulare*, l. 1. §. ſecundo, D. de poſtulan.

FEMINIS *pro parentibus agere interdum permittitur*, l. 14. D. de procuratorib.

FEMINÆ *Tutores dari non poſſunt*, l. vlt. D. de tutelis.

FEMINÆ *ſuos heredes non habent*, l. 4. §. ad teſtamenta, D. de bonor. poſſ. cont. tab.

Ne pro vllo feminæ intercederent, l. 1. D. ad Sc. Velleian. *Ne feminæ pro viris ſuis intercedant*, l. 2. D. eod. tit.

FEMININVS *Sexus*, l. 2. §. vltim. D. de iure fiſc. *Ea quæ eſt feminini ſexus*, l. 1. §. de eo, D. de pecul. *Ex feminino ſexu deſcendentes liberi*, l. 2. §. quod ait, D. qui ſatisd. cog. l. 56. §. liberorum, D. de verbor. ſignific. *Vtrum ex virili ſexu an feminino deſcendant Perſonæ*, l. 2. §. hoc autem, D. vnde legit.

FEMININUS *ſexus & Maſculinus* opponuntur, l. 62. D. de legat. 3. vt FŒMININUS *ſexus & Virilis*, l. 56. §. liberorum, D. de verb. ſignif. *Maſculini generis &* FEMININI *liberi*, l. 45. D. de legat. 2. FEMININUM *vocabulum*, l. 45. D. de legat. 2.

FENESTRAM FACERE *in pariete*, l. 6. C. de ſeruitutib. *Per feneſtram pignus mittere*, l. 3. D. de pigner. actio. *Per* FENESTRAM *liberari poſſe ſeruos detentos ob penſionem Nerua monſtrauerat*, l. 9. D. in quib. cauſ. pign.

Feneſtras immittere aperto pariete communi, l. 40. D. de ſeruitut. præd. vrban. *Habitator in aliena ædificia* FENESTRAS *impoſuit*, l. 59. D. de rei vind.

FENESTRAS *perfixas habere vel obſtruere*, l. 6. D. de ſeruit. vrb. præd.

Feneſtras corruptas, reſtituere, l. 25. §. ſi vicino, D. locati.

FENESTRAS *milites ex hoſpitio ſuſtulerunt*, l. 13. §. exercitu. D. eod. tit.

FERAM *Expugnare quæ regioni nocet*, l. 1. §. beſtiæ, D. de poſtul. FERA *Beſtia quæ ita vulnerata eſt vt capi poſſit*, l. 5. §. 1. D. de adquir. rer. domin. §. illud, Inſtit. de diuiſio. rer. FERÆ *Beſtiæ capientium fiunt*, l. 1. D. de adquir. rer. domin.

FERÆ *beſtiæ quas in viuariis incluſerimus*, l. 3. §. item feras, D. de adquir. poſſeſſ. *Si viuariis incluſæ feræ in ea poſſeſſione cuſtodiebantur*, l. 62. §. 1. D. de vſufructu.

FERÆ *quæ in ſyluis circumſeptis vagantur*, l. 3. §. item feras. D. de adquir. poſſ.

FERAS *Exercere*, l. 62. §. 1. D. de vſufr. *Venari*, l. 1. §. beſtias, D. de poſtul.

FERA *eſt natura Apium, Pauonum, Columbarum, Ceruorum*, alitérque *Gallinarum &* ANSERUM, l. 5. §. apium cum ſequentib. D. de adqu. rer. do. §. Pauonum Inſtit. de diuerſ. rer. FERA *eſt natura Elephantorum, & Camelorum*, l. 2. §. vlt. D. ad L. Aquil.

FERÆ *Apes*, l. 26. D. de furtis.

FERARUM *lacrimoſa ſpectacula*, l. 10. C. de feriis.

FERALIS *Peſtis*,l.6.C.de malefic.& math.*Ferales Anguſtiæ*,l.vn.de parricid.in C.Th.

FERE, id eſt,fermè,propemodum,ſeu parum abeſt vt,l.108.& l.153. D. de diuer. reg. l.17. §.principaliter,D.de recep.qui arb.l.44.D.de oblig.& actio.l.8.§.ſi ex cauſa,D. de inoff.teſtam.l.1.D.quib. ex cauſ.in poſſ.l.9.§. iſtæ,D.de pœnis,l.54.D. de condicion.& demonſtr.

Fere euenit,l.1.D.de ſupellect.leg.*In omni Ferè iure*,l.13.D.de adoptionib.

Ferè fit,l.1.§.D.de legat.3.

Ferè eadem ſunt,l.38.§.D. de ædil.edic.*Hæc ferè ſunt*,l.15.§.generaliter,D. de iniuriis.

FERIAS appellari notum eſt tempus illud quo Forenſibus negotiis & iure dicendo vacatio concedebatur,Tit.de feriis.Dig.& Cod.l.10.§.1.& l.6.D.ad Sc.Turpill.

Feriarum autem aliæ Solemnes erant, aliæ Repentinæ,& quæ extra ordinem indicebantur,l.26.§.ſi Feriæ,D.ex quib.cauſ.maior.l.3.C.de dilatio. Illæ ſtatæ & certæ erant, quarum exempla ex Varro.lib.5.de Lingua Lat.Macrob.lib.1.Saturn. cap.16. & Kalendario Rom.in promptu ſunt. Hæ verò è re nata indicebantur, ob res puta proſperè geſtas, & in honorem principis,l.C.1.de feriis.*Feriæ Latinæ*,l.2.§.&hęc omnia,D.de orig.iur.*Ferias dare*,l.8.D.de off. Proconſ.

FERIATI *Dies*,in l.penult.D.de fer.l.12.D.de publ.iud.l.36. D. de recep. qui arbitr. l.2.in fi.D.ſi quis in ius voc.non ier.l.11.§.ſexaginta.D.ad L.Iuliam de adulter. l.4. C. quomodo, & quan.iud.

Feriati Menſes,l.5.C.de feriis.

FERIRE,id eſt percutere.*Illum ſolum qui vim infert Ferire conceditur*,l.45.§. qui cùm aliter,D. ad L.Aquil.*Feriri multa*,l.5.de fabricenſib.in Cod.Th.*Ferietur ſupplicio capitis, gladio vltore proſtratus*,l.5.C.de malefic. & math. Pontius Diac. in vita D. Cypriani, *Sententia ex tabella recitata eſt,ita, Cyprianus gladio feriatur*. D.Ambroſius lib.5.Epiſt.Oratio. contra Auxent. *Reſiſtētes gladio Feriri. Feriri à Boue*,l.52.§.quidam,D.ad L.Aquil.

FERITAS *Fructuarij*,*vel ſæuitia*,l.15.§.ſufficienter,D.de vſufructu.

Cum commota Feritate nocuit quadrupes,l.1.§.itaque,D.ſi quadrup.paup.*Feritas naturalis*. l.1.§. in beſtiis,D.ſi quadrup.paup.*Genitalis*,§.1.inſtitut.eod.tit.

FEROX *Canus*,l.2.D. ſi quadrupes.*Ferox furor*,l.22.§.ſin autem, D.ſolu. matrim. De Feroce Ic.videſ.lib.vlt.in Vrſei prænomine.

FERRE ſæpe ſignificat auferre & conſequi,l.vlti. D.ſi famil.furt. fec. l.4. D. de rei vindic. l.15.§.vlt.& l.17.D.de heredib.inſtit.l.6.D.ad L.Iul.peculat.l.1.§.ſi pater,D.de coniungēd. *Ferre actor*,l.41.D.de obligat.& actionib. *Aliquid ex Bonis*,l.3. D. de ſeparationib. *Aliquid ex parte*,l.63.D.de adquir.rer.dom. *Dotem & legatum*, l.53.D.de legat.2. *Partem*,l.30. & l.65.§. item qui,D.pro ſoc.l.15.D.de noxalib.act.l.13.D.ſi p d.appell.*Partes*,l.82.D.ad L.Falc.l.24. D.de vulg.& pup.*Portionem*,l.24.D.quæ in frau.cred.*Portionem ab heredibus*, l.58.§.1. D.mandati.*Rem*.l.28.D.famil.erciſc.*Vſumfructum*,l.42.§.vlt.D.de vſufruct.

Nihil ferre ex hereditate,l.67.D.ad Sc.Trebell.

Ferre,aliâs eſt pati,*Nemo ferat pupillum*,l.1.§.1.D.de tutel.& curat. *Ne enim Ferre debet Prætor*, l.7.D.de iniur.*Quis ferat?*l.11.C.comm.vtriuſque iud.

Ferendus morbus,l.22.D.ſolu.matr.*Ferēdus eſt*,l.25.§.vlt.D.de procuratorib. & contrà *Ferendus non eſt*,l.1.§.præterea,& §.ſi quis pignus,D.de ſeparationib. l.12.D. de tranſactionib. l.6. D.de his qui ſui vel alien.l.8.D.de noxalib.l.15.D.de iuriſdict.l.50.D.de ritu nupt.

Non eſt Ferendus Actor,l.34.§.ait prætor,D.de iureiurand.*Nec Ferendus eſt*, l.5. D.de ſuſpec. tutorib.l.21.§.1.D.de procuratorib.l.vlt.C.de alimen.pupil. *Non erat Ferendus*, l.50. D.de ritu nupt.

Ferenda non eſt ignorantia,l.6.D.de iur.& fac.ignor.*Nec Ferenda eſt mulier*, l.24.§.quoties, D. ſolu.matrim.

Ferendum non eſt,l.33.D.de iure dot.*E medio Ferre*,l.59.§.vlt.D.pro ſocio.

Ferre Nomen,l.7.D.ad Senatuſc.Trebell.& apud Cicer. lib.3. officior. Sueton. in Auguſt. cap.101.Eutropium lib.7.Ouid.lib.15.Metamorph.*Si iuraſſes te meum nomen latuum*,l.19.§.vlt. D.de donationib.*Nominis Ferendi condicio*,l.63.§.ſi verò,D.ad Sc.Trebell.

Ferre Sententiam,id eſt dicere,recitare,l.32.§.ſacerdotio, D.de recep. qui arbitr. recep. l.39. D.de liber.cau.l.2.C.ſi contra ius, l.vlt. C.de in lit.iur. *Sententias diuerſas*, l.15. D. de inoffic. teſtam.

Ferre Sententia,l.27.§.vlt.& l.39.§.vlt.D.de libera.cau.l.vlt. §.vlt. D. de interdic. & releg. l.3.§.illud,D.de agnoſc. l.vlt. C. ſi aduerſ. liberation. *Bene latæ Sententiæ*, l.1.D. de appellationib.

Ferre *Suffragium in curia*, l. 8. D. de munerib. *Testationem*, l. 24. D. qui testam. fac. poss. *Testimonium*, l. 3. D. de testib. id est dicere, vt l. 2. D. de senatorib.

Ferre Condicionem, id est deferre, Plautus Rudente, Act. 4. Sc. 3. & Trucul. Act. 2. Scen. 1. & Cic. Epist. 4. lib. 8. Familiar. *Ferens annua fundus*, l. 21. D. de annu. legat.

Ferri & *Duci* separantur, l. 1. §. 1. D. si quis ius dicen.

Ferri *propriè dicimus quæ quis proprio corpore baiulat*, l. 135. D. de verbor. signif. *Ferri ad turpem causam*, l. 7. D. de annu. legat.

Ferramenta *ad effringendum ostium, vel armarium*, l. 54. §. qui ferramenta, D. de furtis, *Ferramenta Fabrorum*, Horat. Epist. 1. lib. 1. *Ferramenta laniëdæ carnis causa parata*, l. 18. D. de instruct. vel instrum.

Ferrarii, l. vlt. D. de iure immunit. l. 1. C. de excus. arti. lib. 10. & apud Veget. lib. 2. cap. 11. qui in legionibus habebantur Fabricæ Ferrariæ causa. *Ferrarius Faber*, apud Plin. lib. 14. cap. 4.

Ferrvm *Indicum*, l. vlt. §. species, D. de publican. Plinius lib. 34. cap. 14. ex omnibus Ferri generibus palmam Serico Ferro tribuit, Seráque Indiæ populos id cum vestibus pellibus suis mittere scribit. Clemens Alexand. lib. 2. Pædag. cap. 3. Ὅτι τὴν μοῖραν τῆς Κρέως Ἰνδικὸν σίδηρον χαλκευτέιον καθάπερ συμμαχικὸν τὶ ὠδαχαλῶντος.

Cum Ferro *aggredi*. l. 28. §. grassatores, D. de pœnis. Ferro *percutere*, l. 1. §. diuus, D. ad L. Corn. de Sicar.

Ferro se petentem, l. 5. D. ad L. Aquil. *Ferro vtuntur abigei*, l. 2. D. de abigeis. *Ad Ferrum venitur*, l. 11. §. delinquitur, D. de pœnis.

Ferro *interfectus*, Cic. Philipp. 9. *Vulneratus*, idem pro Rosc. Amer.

Ad Ferrum damnatos, in l. 8. D. qui testam. fac. interpretor, qui vt ferro in arena depugnent damnati sunt, licet aliàs fortè imprudenti mihi paulò diuersa interpretatio exciderit. Sic apud Vlpian. Tit. 2. Regul. *Dati vt* Ferro *depugnarent*. Cicer. Tusculana 1. *Cùm Sontes* Ferro *depugnant*. Sueton. in Nero. cap. 12. *Exhibuit autem ad* Ferrum *etiam quadringentos Senatores*. B. Augustin. de verbis Domini, Serm. 47. *Iam damnati sumus, quare non quod volumus facimus, animo gladiatorum* Ferro *destinatorum*. Seneca lib. 1. de Ira, *Multique meliores fuere ad* Ferrum *sobrij*. D. Cyprian. in lib. de habit. Virg. *Quando fortior femina viris torquentibus inuenitur, quòd ignes, aut cruces, aut Ferrum, aut bestias patitur*. Et quod Rufinus ex Iosepho, lib. 7. cap. 16. scribit, *Titum ex captiuis Iudæorũ primores per Prouincias distribuisse in spectaculis* Ferro *& bestiis consumẽdos*. Hoc idẽ Freculfus, Tom. 2. Chronic. lib. 1. cap. vlt. aliis verbis efferens *per Prouincias esse dispersos*, ait: *alios quidẽ vt ludis Gladiatoriis, alios vt bestiis traderentur*. Ipsius quinetiam Iosephi lib. 6. de bell. Iud. cap. 44. verba sunt hæc, πλείστους δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας διεδωρήσατο τίτος φθαρησομένους ἐν τοῖς θεάτροις σιδήρῳ ἢ θηρίοις. Artemidorus lib. 4. cap. 67. Ἐδοξέ τις σιδήρῳ πλησιάζειν, ὥσῤ γυναικὶ, ἀπέβη αὐτῷ εἰς δῆλον καταδικασθῆναι ἢ ἀεὶ σιδήρῳ συναναστρέφεσθαι. ὁ δὲ βέλτιον αὐτὸ παίζος τοῦτο μεμνημένος, ἄλλῳ ποτὲ δέζαντι σιδήρῳ πλησιάζειν ὑπεκρίνατο· διὸ εἰς μονομάχους καταδικην.

Ferrum item *recipere* Gladiatores iubebantur, vt docui lib. vlt. de Formul. *Cotes* Ferro *subigendo*, l. 11. D. de publicanis, id est *Exacuendo*, vt loquitur Plin. lib. 34. cap. 14.

Ferri Fodinæ, l. 13. §. proinde, D. de vsufruct.

Ferrvminare *alieno argento scyphum*, l. 27. D. de adquir. rer. dom. Ferruminata *Massa*, d. l. 27. §. vlt. *Ferruminatur aurum*, ait Plinius lib. 33. cap. 5. & *Ferrum aut Æs Ferruminari*, idem Plin. lib. 27 cap. 4.

Ferrvminatio à *Plumbatura* hoc distat, quia Ferruminatio *per eandem materiam facit confusionem: Plumbatura verò non idem efficit*, l. 23. §. item quæcunque, D. de rei vindicat. Proinde. *Si Ferruminatione statuæ brachium iunctum sit, vnitate id maioris partis consumi*, ibidem Paulus ait. Vet. Glossar. *Ferruminatio est eiusdem generis materierum colligatio* Græci, σιδήρῳ κόλλησιν vocant quam primùm inuenisse Glaucum Chium Herodot. lib. 1. & Pausanias in Phocicis auctores sunt.

Cùm partes duorum dominorum Ferrumine cohæreant, l. 27. §. vlt. D. de adquir. rer. do. id est ferruminatione iunctæ sint. Vtitur & Ferruminis vocabulo Plin. lib. 36. cap. 23.

Fervla *cædi Impuberes*, l. 1. §. impuberi, D. de Sc. Silan. vt & apud Horat. Sat. 3. lib. 1. Apul. lib. 9. de Asino aureo. *Vocatis duobus è familia validissimis quàm altissimè sublato puero Ferula nates eius obuerberans*. Vnde Martial. lib. 10. Epigrammat. 62. *Ferulæque tristes sceptra Pædagogorum*, & lib. 14. *Inuisæ nimium pueris gratæque magistris* Ferulæ vocantur. Columella quoque, *Nec manibus mites Ferulas*, & Ferulas *minaces*, ea ratione lib. 10. dixit. Seneca in lib. de Apotheosi Claudij. *Sed & proximo munere inter noxios auctoratos* Ferulis *vapulare placet*. Idem ibidem, *Producit testes*

teſtes qui illum viderant ab illo flagris, Ferulis, *colaphis vapulantem*. Prudentius in Præfatio. Cathemerin. *Ætas prima crepantibus fleuit ſub Ferulis*. Sueton. in lib. de inluſtrib. Grammatic. Domitij verſum hunc citat, *Si quos Orbilius Ferula ſcuticáque cecidit*. B. Auguſtin. lib. 21. contrà Fauſt. Manich. *Nec inter lacrymas Ferularum atque virgarum iſta didiceràt*. Et ibidem, *Vtinam non planè Ferulis ſed fuſtibus emundetur*. Galenus in lib. περὶ ἀλογνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστῃ ψυχῆς ἰδίων πάθων: ὅπου γὰρ ξὺν αὐτοῖς ἡ Ναύρηκα καὶ ἡ μάνη μικρὸν ὕστερον ἐφορῆσαι πληγὰς.

Fervor *Ætatis*, l. 15. §. Lex Iulia, D. ad L. Iul. de adulter.

Feruor *Solis non aſſuetus*, l. 15. §. 1. D. locat. *Si Feruore animalia pauperiem fecerint*, §. 1. Inſtitut. ſi quadrup. paup.

Festi *Dies*, l. vlt. D. de auro arg. l. 19. §. vlt. D. de ann. leg.

Feſtos Dies in Municipio celebrare, l. 27. §. 1. D. ad municipal.

Feſti autem *Dies*, ait Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 16. ſunt *Dijs dicati*, quos etiam Nefaſtos vocari ait: quibus contrarij ſunt *Profeſti*, id eſt, *hominibus ob adminiſtrandam rem priuatam, Publicámque, conceſſi*. vt Macrob. loquitur, vel vt Non. Marcell. *à feſtiuitate vacui*. Plaut. Aulul. Act. 2. Sc. 5. *Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris*.

Festinare *qui Inſulam facere promiſit non debet fabris vndique conquiſitis*, l. 137. §. cum ita, D. de verbor. oblig. *Non debere Prætorem Feſtinare ad decernendum*, l. 15. §. ſi fortè, D. de damno inf.

Feſtinare ad ſententiam, l. 5. §. hic autem, D. vt in poſſeſſ. legat.

Feſtinans *aduerſus bonos mores & ius gentium*, l. 29. §. vlt. D. de donationib. Feſtinans *per infirmitatem*, l. 6. D. ad Sc. Trebell. *Feſtinans perire*, l. 6. de appellationib. *Feſtinauit Emptor*, l. 4. §. ſi ab ignoto, D. de manumiſſionib.

Non eſſe Feſtinandum ad Tormenta, l. 1. §. ſed in eo, D. de Sc. Silania.

Feſtinatione *Alterius*, l. 68. D. de adquir. vel omitt.

Feſtinatione *pœnæ*, l. 6. §. quid tamen, D. de iniuſt. rupt. *Tam præceps feſtinatio*, l. 13. §. cùm ante, D. de iure fiſci, & l. 7. §. 1. D. de adminiſtr. & peric. vbi *Præceps Feſtinatio*, & *Moratoria cunctatio*, aduerſantur.

Fessvs *Ætate*, l. 5. D. de mort. cau. donat.

Fetvs appellantur quæ ex animalibus edita ſeu adgnata ſunt. Ac proinde vt *Partus Ancillarum*, ita *Pecorum Fetus*, dicuntur, l. 4. §. fructus, D. de vſurpationib. l. 1. §. item ſi, D. ſi is qui teſt. lib. l. 73. D. ad L. Falcid. l. 68. D. de vſufructu, l. 48. §. ancilla, D. de furtis. l. 57. D. de pecul.

Fetus *Animalium*, l. 7. C. de executio. rei iud. *Equarum*, l. 39. D. de vſuris *Ouium*, l. 48. D. de adquir. *Pecorum*, l. 58. D. ad Sc. Trebel. l. 4. §. fructus, D. de vſurpationib. l. 8. §. vtrum, D. de pecul. leg. l. 68. D. de vſufructu, l. vlt. D. quando de pecul. *Pecudum*, l. 57. D. de pecul. l. 28. D. de vſuris.

Mulieris tamen Fetum dixit Vlpianus in l. 1. §. hoc autem, D. de vent. in poſſeſſ. mitt. quemadmodum & vice verſa, *Partus Gregum & Pecorũ*, l. 25. §. vlt. D. de hered. petit. & *Partus Gallinarum*, Columel. lib. 8. cap. 4.

Fibvlæ magis Ornamentorum quam Veſtis ſunt, l. 25. §. item Fibulæ, D. de auro argent. Vincula enim magis ſunt quàm geſtamina. Plinius lib. 33. cap. 1. Fibulas, *& alia Muliebris cultus*. Fibulis vtique veſtes adſtringebant & ſubnectebant. Vigil. 1. Æneid. *Aurea purpuream ſubnectit* Fibula *veſtem*. Ouid. lib. 8. Metamorphoſ. *Raſilis huic ſummam mordebat* Fibula *veſtem*. Erant autem Fibulæ, orbiculi teretes.

Ficvs, ſeu Ficos, *Dulcium*, legato, nec non *Pomi*, appellatione contineri, tradit l. vlt. §. vlt. D. de tritico vino, l. 205. D. de verbor. ſignif.

Fides, vt Cicero lib. 1. Officior. definit, eſt *Dictorum conuentorúmque conſtantia, & veritas*. Idem in Partitionib. *Fides eſt iuſtitia in rebus creditis*. Inde autem appellatam, quod *Fiat quod dictum eſt*, ait illo eodem Officior. loco. Quod & confirmant eiuſdem Tullij verba, quæ ex eius tertio de Repub. Nonius Marc. adducit. Ea ſic habent. *Fidei enim nomen ipſum videtur habere, cùm fit quod dicitur*. Vlpian. *Quid tam congruum Fidei humanæ quàm ea quæ inter eos placuerunt ſeruare*, l. 1. D. de pactis. *Nihil ita fidei congruit humanæ quàm ea quæ inter eos placuerunt ſeruare*, l. 20. C. de tranſactionib.

Fides Contractus, l. 4. §. 1. D. de manumiſsionib. l. 55. D. de iudiciis, l. 1. §. vlt. & l. 9. D. de præſcr. verb. l. 19. §. vlt. D. locati Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 17. & lib. 5. Sentẽt. Tit. 12. l. 1. C. ſi ſeruus ex pal. l. 3. C. de duob. reis, l. 7. C. ſi quis alteri, l. 1. & l. 2. C. de pact. int. empt. l. 19. C. de locato. l. 26. §. conuenit, D. de pact. dot. *Pacti*, l. 2. C. quando lic. *Conuentionis*, l. 6. C. de iure dot. l. 15. C. de locato, l. 2. C. de pact. pignor. l. 4. C. de pactis. *Negotij geſti*, l. 2. C. de condict. ob cauſ.

Pacti conuenti, l.7.C.de pact.*Pactorum*, l.3.C.ad Sc.Turpil.*Placiti*, l.53. D de iudic. l. vlt. C. de distract.pign.l.3.C.de inutil.stipul.l.3.C.de donat.quæ sub modo, l.18. C.de iure dot. l.4.C. de rer.permut.*Placitorum*, l.10.C.de transact.*Transactionis*, l.8.§. causa, & l.16. D. de transact. *Venditionis*, l.2. C.de comm.rer.alienat. l.1.C.fin.regundor.

Fidem Cautionis adgnoscens, l.4.C.de non numer.pecun.

Fidem suam adstringere, l.67.D.de procuratorib.& l.vlt.D.quand.de pecul. l.27.D. de vsur. l.7.§.non solùm, D.solut.matrim.l.2.C.ad Sc.Turpil.l.1.C.de muner.& honor.& apud Terent.Eunuch.Act.1.S.2.*Obligare*, l.54.D.de fideiussor.l.27.§.vlt.D.ad Sc.Velleian.l.28.§.legatum, D.de liberat.leg.*Obstringere*, Plin.lib.7.cap.1.

Fidem Dicere, l.1.§.vlt.D.mandati.

Fidem Exsoluere, l.5.§.si quis rogatus, D.de donat.int.vir.& vx.& apud Plin. Epist.12. lib.2. *Implere*, l.§.vlt.D.de præscript.*Liberare*, Cicero pro Flacco.*Præstare*, l.4.D. de eo qui pro tut. l.22.§.is cuius, D.mãdati, l.40. D.de iure fisci, *Præstare pacto*, l.52.l.8.C. eod.tit.*Fidei præstandæ officium*, l.5.§.si quis, D.de donat.int.vir.§.1.D.de pactis.

Fides seruanda est, l.7.C.de pactis, l.12.C.de actionib.emp.*Fidem placiti seruandã*, l.12.C.de act. empti.

Fidei explendæ causa, l.62.D.de condict.indeb.*Impleta promissi fide*, l.6.C.de pact.inter empt. & vend.

His aduersantur, *Fidem Fallere*, l.5.D.de lege commiss.l.1.D.de pecun. constit. & apud Ciceronem, lib.1.Offic *Frangere*, l.1.§.hæc autem, D.depositi, l.25. D.de pecun. constit. l.10. D. de in ius voc.Quod *perfidiosum & nefarium esse*, ait Cic.pro Rosc.Comœ.

Fidem pactorum non obseruaret, l.3.D.ad Sc.Turpil.*Fides præstita non est*, l.8. C. de transact. *Fides Soluta*, l.40.D.de contrah.empt. *Qui fidem licitæ Transactionis rupit*, l.16.D.de transactionib. *Fide Rupta*, l.5.D. depositi, l.35.D. de statuliber.l.11.D.de testam.milit. l.15. C.mandati, l.10. C.de act.empti, l.15.C.de locato.

Non exhibita fide, l.1.§.1.D.de præscript.verb.*Non seruata fide*, l.26.§. conuenit, D. de pact. dotal.

Si fides placitis præstita non est, l.6. C.de transactionib. *Nec Fides ab herede transactum præstetur*, l.27.D.de inoff.test.

Fides promissi non secuta, l.4.C.de condict.ob caus.

Fides Actus, l.81.D.de condic.& demonstr.*Acceptorum & datorum*, l.2.§. quod, D. de administrat.rer.*Mensæ*, l.vlt.D de institor.vulgo *Creditum appellamus*.Cicero Lege Manilia.*Hæc Fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur*. Et alio loco, *Scimus Romæ, solutione impedita, Fidem concidisse*, Cæsar lib.3.de Bello ciuili. *Cùm Fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ soluerentur.*

Fidem Publicam secuti, qui apud Mẽsam pecunias deposuerunt, l.24.§.in bonis, D.de reb.auct. iud. *Fides Publica Gestorum quæ sunt translata in publica monumẽta*, l.vlt.C.de re iud. Cic.3.in Catilin. *Fidem ei publicam iussu Senatus dedi*. Salust.in Catilinar.Si *Fides publica data esset*.Ac mox, *Vbi Fide publica dicere iussus est* Et rursus, *Comes eius qui Romam Fide publica venerat*. Idem in Iugurthino Bello.*Eúmque interposita Fide publica Romam duceret.*

Fides Tutoris, l.22.D.de his quę vt indign.*Fides tutoris commissa*, l.9.D.de reb.eor.*Qui pro Tutore negotia gerit, eandem fidem & diligentiam præstat, quam Tutor præstaret*, l.4.D.de eo qui pro tut.

Fidei ac verecundiæ Curatorum conuenit, l.5. § post competentem, D.de peric.& com.*Ad Fidem Curatorum pertinet*, l.33.D.de administr.& peric.

Testium Fides, l.2.& l.3.D.de testib.*Cuius Fidei, cuius innocentiæ*, l.vlt.§.seruorum, D.nau.caup. *Si Fidei exploratæ esset*, l.3.§.Iulianus, D.de exhiben.liber.

Ex Fide personarum constituere, l.27.D.de liber.cau.

Fides communium liberorum, l.67.§.vlt.D.de legat.2.

Fides Sacramenti, l.11.D de Testam.milit *Egregia in Rempublicam fides*, l.1.D de censib.

Fidem accommodare in fraudem iuris, l.10.D.de his quæ vt indig.l.43.§.vlt.D.de vulg.& pupil. *Fidem suam amico Commodare*, l.12.D.si quid in fraud.patro.

Fidem eligere, l.1.§.hæc autem, D.depositi, l.57.D.mandati, l.3.D.de probationib. l.53.§ vlt. D.de iudicij.

Fidem de pretio Emptori habere dicitur Venditor, qui uullo neque fideiussore, neque pignore accepto, & sine aliqua satisfactione, eius fidem, quod ad pretij exsolutionem attinet, sequitur, l.19.D.de contrah.emptio. *Fides emptori haberi* dicitur etiam sine satisfactione, §. venditæ. Instit.de diuisio.rer.

Si ei

Si ei Fides habita fuerit promittenti, l. 4. §. addici, D. de fideic. libert. *Fides ei contra se habetur*, l. 11 §. si quis cum, D. de interrogationib. *Fidem habere quæstioni*, l. 1. §. quæstioni, C. de quæstionib. *Fide non habita Testationis*, l. 21. D. de his qui not. inf.

Fidem alienam sequi, l. 1. D. de reb. cred. *Fidem sequi testator*, l. 48. D. de heredib. instit.

Fidem sequi Heredum, l. 2. C. de bon. auct. iud. *Nautarum, Cauponum*, l. 1. D. nautæ, caup. *Fidem interponere*, l. 60. §. 1. D. mandati. *Tacitam fidem interponere*, l. 46. D. de heredit. petit.

In Fidem confugere, l. 5. D. de manumissionib. *In Fidem suam recipere*, l. 49. D. de actionib. emp.

Fidem autem elegantissimè Seneca, *Sanctissimum humani pectoris bonum*, appellat. Epist. 88. cáque vt Cic. pro Q. Roscio Comœ. ait, *continet vitam*.

Fide Dominica agros colunt, qui non pensionis certa quantitate, neque mercede, sed arbitrio Domini rationes reddituri, colunt, l. 18. §. cùm de villico, l. 20. §. 1. D. de instruct. vel instrum.

Fide alicuius pecuniam sumere, Cic. pro Flacco.

Fide mea spondeo, Plin. Epist. 14. lib. 2. *Fac mea Fide*, Plaut. Pseudol. Cic. Epist. 29. lib. 13. Familiar. *Cura vt satisdetur Fide mea. Fide mea des*, l. 24. D. de fideiussorib. *Me mea Fide esse iussisse*, l. 60. §. 1. D. mandati. *Fide sua esse iubere*, l. 51. D. de fideiussorib. *Fide tua esse iubere*, l. 75. §. qui verò, D. de verb. oblig.

Fide susceptæ transfugit, l. 19. §. transfugæ, D. de captiuis. *Fide magis quàm Patrimonio, Idonei æstimantur*, l. 12. §. vlt. D. de verb. oblig.

Fides etiam vt Donat. in Andr. Terent. Act. 1. Sc. 1. tradit, est *Commendatorum fida Executio, & obseruantia*.

Ex Fide administrare tutelam, l. 67. D. de ritu nupt. *Si rationem actus sui ex Fide dedisset*, l. 53. D. de manumiss. testa. *Si ex Fide ratio redderetur*, l. 40. §. Ieruus testamento, D. de statulib. *Quatenus res ex Fide agenda esset*, l. 60. §. vlt. D. mandati.

Ex contrario *Non ex Fide causam agere*, l. 4. §. 1. D. eod. tit. l. 1. C. ad L. Cornel. de falsi. *Qui non ex Fide Tutelã gerit*, §. suspectus, Instit. de suspect. tut. id est qui *Fraudulenter gerit*, vt §. nouissimè. Instit. eod. tit. *Si non ex Fide curam gerat*, l. 19. D. de administr. & peric.

Fides Editionis, l. 6. §. 1. D. de eden. *Hastæ*, l. 8. C. de remiss. pignor. Rubr. de fide instrum. & iure hastæ fisc. lib. 10. Cod. *Inquisitionis*, l. 28. D. de testam. tut. l. 3. §. tutor. D. de suspect. tut. *Intentionis*, l. 1. C. quor. bonor. l. 1. C. de liber. exhib. *Sententiæ*, l. 8. D. de postuland. *Instrumenti*, l. 3. C. de fide instrument. l. 23. C. ad L. Corn. de falsi. *Instrumentorũ*, l. 15. C. de iure dot. l. 7. C. ad L. Cornel. de fal. Rubr. de fide instr. *Tabularũ*, Paul. lib. 5. Sent. Tit. 13. & apud Cic. pro Archia. *Testamenti*, l. 2. C. de testam. *Testationis*, l. 2. D. de testibus, l. 21. D. de his qui not. infam. *Multum Fidei & auctoritatis habiturum apud Iudicem*, l. 13. D. de iureiur.

Fides probationis, l. 19. C. de rei vindic. & apud Quintilian in Procœmio lib. 4. *Ad Fidem petitionis probandam*, l. 7. D. de edendo. *Ex Fide eorum quæ probabuntur*, l. 6. §. ei, D. de offic. præsid.

Si de Fide contractus constat, l. 5. C. de transactionib. *Si de Fide debiti constiterit*, l. 1. C. si pignor. conuention. l. 1. C. de non numer. pecun. *Si de Fide Epistolarum constitit*, l. 29. D. de probationib.

Fides veritatis, l. 1. C. si minor ab hereditate, l. 5. C. ad L. Fab. de Plagiar. l. vltim. C. si pignor. conuent.

Fides veritatis inuestigari probationibus, l. 1. C. de quæstionib. *Ad inuestigandam veritatis Fidem*, l. 2. C. de edendo. *Contra Fidem veritatis*, l. vlt. C. si pignor. conuent. l. 6. C. de compensationib. *Quantitatem quæ refundi debuit ex Fide veritatis*, l. 34. §. vlt. D. de statuliber.

Fides veri, l. 6. C. de testam. l. 5. C. de adquir. & retin. possess. l. vltim. C. si pign. dat. l. 23. C. ad L. Iul. de adulter. l. 5. C. de iniur. Martialis Epigramm. lib. 5. *Si qua Fides veri præferri Maxime Cæsar*. Solinus in Polihisto. cap. 5. *Scripta quoque ex antiquitatis memoria arcessunt in Fide veri*.

Vt Fides veri constare possit, l. 5. C. de edendo. *Quod Fides veri suggesserit*, l. 8. C. de donationib. *Iuxta Fidem veri*, l. 13. C. ad Sc. Velleian. l. 3. C. pro socio.

Fides rei Gestæ, l. 40. §. post diuisionem, D. de pact. l. 12. C. famil. erciscund. *Rerum Gestarum*, l. 6. §. super, C. de appellationib. *Ad Fidem rei Gestæ faciendam*, l. 11. D. de testib. *Ad Fidem creditæ pecuniæ*, l. 32. D. de furtis.

De Fide Instrumenti requiri, l. 11. C. ad L. Cornel. de falsi.

De Fide Scripturæ dubitatio est, l. 5. C. ad L. Cornel. de falsi. *Queri*, l. 9. C. eod. tit.

Fidem criminis nosci, l. 27. C. ad L. Iul. de adult. *De Fide Delicti quereris*, l. 17. C. ad L. Cornel. de falsi. *De Fide Generis instrui*, l. 18. §. iudex, D. de quæstionib. *Contra Fidem sanguinis*, l. 10. C. de

Fidem adesse adseuerationi, l. 5. C. de Codicill. *Allegationi*, l. 3. C. de fideiussorib. *Allegationibus*, l. vlt. C. si aduers. fiscum. *Obligationibus*, l. 3. C. qui morbo se excus. *Precibus*, l. 24. C. de locato, l. 5. C. de fide instr. *Fidem facere adseuerationi*, l. 6. C. ad exhibend.

Fides porrò, vel *Bonæ*, vel *Malæ* accessionem recipit. De Fide Bona abundè diximus ff. lib. 2. relictæ sunt tamen & hæ ad spicilegium stipulæ quales sunt, *Bona Fide Accipere pignori*, l. 22. D. de pignerat. actio. *Adipisci possessionem*, l. 2. D. pro emptore. *Ædificare*, l. 7. §. ex diuerso, D. de adquir. rer. do. *Appellare*, l. 24. D. de appellationib. *Capere*, l. 43. D. de adquir. possessio. *Consumere Pecuniam*, l. 9. §. 1. D. de auct. & consen. *Emere*, l. 2. D. de cap. & postl. reuer. l. 14. D. de minorib. l. 13. D. de Publiciana, l. 86. D. de furtis, l. vlt. D. pro empto. *Si ancillam Furtiuam emisti Fide Bona*, l. 4. D. pro suo.

Bona Fide empta furtiua Ancilla, l. 74. D. de furtis. *Bona Fide redimere*, l. 8. §. superuacuũ, D. quib. mod. pign. *Bona Fide* autem *Emit*, qui imprudens ab eo quem dominum putabat, aut alienandi ius habere, emit.

Bonæ Fidei emptor, l. 12. §. si quis seruum, D. de capt. & postl. l. 109. D. de verb. signif. l. 7. D. de aqua & aqu. plu. l. 27. §. 1. D. ad L. Iul. de adult. *Bona Fide Emptor*, l. 13. §. vlt. D. de minorib. l. 8. D. pro empto.

Bonæ Fidei Emptor non intelligetur qui cum Procuratore collusit, & eum præmio corrupit, quô vilius mercaretur, l. 7. §. Procurator, D. pro emptore. *Bonâ Fidem habere emptio*, l. 3. §. prætor, D. de publician. *Traditio*, l. 44. §. etsi, D. de vsurpationib.

Bona Fide possidemus homines liberos & seruos alienos, l. 10. D. de adqu. rer. do. *Bona Fide possidere res alienas*, l. 11. D. famil. ercis. l. 44 §. etsi, D. de vsurpationib. *Bona Fide possideri res*, l. 1. §. in hac, D. vi bonor. rapt. *Bona Fide possessa res*, l. 1. §. hæc actio. D. si quis testamen. liber.

Bona Fide possidere, est *opinione Domini possidere*, vt loquitur Paulus in l. 22. §. 1. D. de noxalib. *Cùm Bona Fides initio possessionis adsit*, l. 44. § filiusfamilias, D. de vsurpation. id est ignorantia rei alienæ.

Bonæ Fidei possessor, l. 22. §. item, D. de L. Cornel. de fal. l. 49. §. 1. D. de adquir. rer. dom. *Bona Fide possessor*, l. 9. §. sed non, D. de adquir. rer. do. *Bonæ Fidei possessor est qui auctore Iudice comparauit*, l. 14. §. 1. D. de religios. & sumpt. *Non possunt videri Bonæ Fidei possessores, qui nec possidendi animum haberent*, l. 41. D. de reb. cred.

Bona Fide seruire, dicitur, qui Bonæ Fidei possessori seruit. Proinde tam Seruus alienus qui à non Domino Bona Fide possidetur, quàm Liber homo possessus ab eo qui eius statum, vel condicionem ignorat, *Bona Fide seruire* dicuntur, l. 19. l. 23. l. 49. D. de adquir. rer. dom. l. 7. §. vltim. D. pro emptore. l. 27. §. quæstioni, D. ad L. Iulian. de adulter. l. 12. D. de liberal. caus. l. 25. §. idem Iulianus, D. de vsufructu, l. 11. §. sed si seruus, l. 13. §. 1. & l. 27. §. seruus, D. ad L. Aquil. l. 41. D. de reb. cred. l. 13. §. vltim. D. de interrogationib. l. 1. §. 1. D. de seruo corrupt. l. 3. D. de condict. caus. da. l. 13. §. si liber. D. commodati. l. 67. D. de condict. indeb. l. 6. D. de pecun. constit. *Qui ingenui Bona Fide seruiunt*, l. 8. D. de re milit. *Liber homo qui Bona Fide seruit*, l. 44. D. de vsurpationib. l. 7. §. vlt. pro emp. *Liberum Hominem qui mihi Bona Fide seruiebat*, l. 15. §. item si, D. de iniuriis. *Si Bona Fide publicano alienus seruus seruit*, l. 12. §. 1. D. de Publican.

Bona Fide seruire Seruus ei qui eum suum putat, l. 22. §. item si, D. de L. Cornel. de fals. *Si seruus meus Bona Fide tibi seruiens*, l. 43. §. si seruus, D. de ædil. edic. *Si liberum hominem qui mihi Bona Fide seruiebat quis ceciderit*, l. 15. §. item si, D. de iniur. & mox, In seruo alieno Bona Fide mihi seruiẽti. *Etiam si liberi esse proponantur vel alieni Bona Fide nobis seruientes*, l. 1. §. familiæ, D. vi bonor. raptor.

Bona Fide exactum iusiurandum, id est re ita exigente, non per collusionem, l. 30. §. in popularibus, D. de iureiurando. *Quod Bona Fide accipit*, l. 48. D. de hered. petit. *Præstandum quod Bona Fide percepisset*, l. 58. §. 1. D. de administr. & peric.

Bona Fide percipere fructus, l. 4 §. post litem D. fini. regundor, l. 1. C. de dolo. Planè in l. 32. §. Modestinus, & §. item, D. de administ. & peric. *Bona Fide percipere fructus*, est ad eum modum percipere quo diligens paterfamilias. *Si Bona Fide gessit*, l. 6. D. de reb. auctor.

Bona Fide gestum negotiũ non in fraudem aliorum, l. 24. D. de procuratorib. *Si à creditore pignus in diem addictum sit, non potest videri bona Fide negotium agi, nisi adiectio recipiatur*, l. 10. D. de in diem addict.

Bona Fide Gesta, l. 2. D. de separationib. *Gesta à tutore*, l. 9. D. de administr. & pericul. tut. *Bona Fide finita transactio*, l. 19. C. de transactionib. *Transacta*, l. 1. §. vlt. D. ad Sc. Tertyll. *Bona Fide distrahi res*, l. 7. §. quæsitum, D. de minorib.

Bona Fide Interpositum pactum, l.17.C.de pact.*Interuenire correctio*,l.38.§.1.in fin.D.ad L.Iul. de adult.*Necessario facti sumptus*,l.56.§.vlt.D.mandati.*Remittere debitori*,l.7.§.sed si,D.de pact. *Vendere*,l.47.D.de minorib.

Si *Bona Fide in dotem prædium maritus accepit, id est, si ignorauit alij obligatum esse*, l.9. §. vlt.D. qui potior.in pugn.

Fides *Bona sequenda est*,l.2.§.vlt.D.de administr.rer.ad ciuit.per. *Coniuncta Fidei Bonæ diligentia*,l.8.D.de manum.testam.

Fidei Bonæ conuenit vt vnusquisque Dominorum præcipuum habeat quod ex re eius Seruus adquisierit,l.24.§.1.D.commu.diuid.l.45.D.de adquir.rer.dom.*Bonæ Fidei conuenit vt omnimodo damnum præstet, qui sciens ignoranti furem pignori dedit*, l.61.§.quod si sciens,D.de furtis. *Bonæ Fidei non conuenit, si rem quàm mihi alienam vendideras à domino redemerim, vt possis à me pretium consequi, ex vendito agens*,l.29.D.de euictionib. Arbitrio *Bonæ Fidei iudicis congruit*, l.4. §. iurare, D.de in lit.iuran.*Bonæ Fidei contractus*,l.13.C.de pactis.*Bonæ Fidei Iudicium est Communi diuidundo*,l.14. D.comm.diuid.*Iudiciũ pro Socio Bonæ Fidei est*,l.77.D.pro socio. *Venit in Iudicium pro Socio Bona Fides*,l.52.§.1.D.pro socio.*Bonæ Fidei Iudicia, vel Generalia sunt veluti pro Socio, Negotiorũ gestorum, Tutelæ: Vel Specialia, veluti, Mandati, Depositi*,l.38.§.1.D.pro socio.

Bonæ Fidei Iudicium continet in se doli mali exceptionem,l.84.§.qui seruum,D.de legat.1.

Bonæ Fidei Iudiciis pacta conuenta insunt,l.7.§.quinimmo,D.de pactis. *Cõmunia omnium Bonæ Fidei Iudiciorum*,l.38. & l.45. D. pro soc. *In factum verbis temperandam actionem dandam, vt Bonæ Fidei mentio fiat*,l.11.D.de dolo.*Fideiussor in omni contractu Bonam Fidem præstare debet*, l. 59. §. 1. D.mandati.

Æquum accipimus ex Bona Fide,l.14.§.hæc actio,D.de religios. & sumpt.*Ex Bona Fide*,l.2.§.ad frumẽti,D.de administ.rer.ad ciuit.*Ex Fide Bona elogia scribere*,l.6.D.de custod.& exhibit. *Ex Bona Fide præbere diligẽtiam*,l.33.D.de administ.& peric.tut.*Ex Bona Fide Præstari*,l.5.D.de obligat.& actioni.

Non Bona Fide rem gerere,l.5.§.item,D.de auctorit.& consen.*Contra Fidem Bonam vendere*,l.3. D.de extraord.cognit.

Fides *Bona & Dolus Malus*,pugnant apud Cicero.Topic. *Bonæ Fidei* quoque opponitur, *non Bona Fides*,l.57.D.de obligat.& action.*Possideri aut Bona Fide, aut non Bona Fide*,l.3.§.genera,D. de adquir.poss.

Item *Mala Fides*,*Bonæ* cõtraria est,l.48.§.1.D.de adquir.rer.do. *Malam* autem *Fidem* dupliciter accipi sciendum est.Interdum enim *Mala Fides*, pro rei alienæ scientia ponitur. Et ita, *Mala Fide Emere*,l.2.§.1.& l.8.D.pro empt.*Emere alienum fundum*, l.19. D.de adquir. possessio. *Malæ Fidei Emptio*,l.1.C.de rescind.vendit.*Si mala Fide Emptio interceserit*,l.5.§.item,D.de auctorit.& cons. *Mala Fide percipere fructus*,l.4.§.post litem,D.fini.regun. *Mala Fide possiderr*,l. 48.§.1.D.de adquir.rer.dom.l.2.§.si seruus,D. pro emptore. *Malæ Fidei possessor*, l. 12. D. de furt. *Mala Fide seruire*,l.12.§.1.D.de publican.dicitur,qui Malæ Fidei possessori seruit.

Aliâs *Mala Fides*, Dolum malum, calliditatem, fraudem significat. *Mala Fide factum pactum*,l.9.C.de pactis.Cic.lib.3.de Nat.Deor.*Iudicia de Fide Mala, Tutelæ, Mandati, Pro Socio*, Fiduciæ:quod videlicet in his de Fide rupta agitur.

Fideicommittere, est Fideicommissum Dare, Relinquere, seu Rogare, Mandare, Petere, vt aliquid detur, præstetur, fiat.Tertull.lib. de præscript. aduers. heret. *Sicut Apostoli cauerunt, sicut Fideicommiserunt, sicut abiurauerunt, ita teneo.*

Interdum, *Fideicommittere alicuius*, Interdum, *ab aliquo* Iurisconsulri dicunt.

Fideicommittere Bonorum possessoris,l.1.§.sciendum,D.de legat.3.*Fidei Heredis committere*, l.12. §.vlt.D.de iniusto rupto,l.19.D.de testam.milit. *Patris sui Fideicommisit*, l.18.D.ad L.Falcid.

Vxoris Fideicommittere vt restituat,l.68.D.de legat.2.*Si eandem rem tibi Fideicommisero*,l.28. D. de adimen.legat.*Si Fidei impuberis commitat vt quandoque restituat*, l.22.D.de adoptionib.

Si Libertus Fidei Patroni commisit vt quid daret,l.20.D.de donationib.*Eorum, quos quis sibi ab intestato heredes, bonorúmve possessores successuros credat, Fideicommittere potest*, l.13.D. de inoffic. testament.

Fideicommitti Patris, vel Domini potest,l.11.D.de legat.1. *Si Heres cuius Fideicommissum est vt*, l.90.D.ad L. falcid.*Nepotibus heredibus institutis Fideicommisit*, l.14.§. 1. D. ad L. Falcid. *Fideicommitti tibi proprias res*,l.13.C.de legat.

Fideicommittere à Patre, l.114.D.de legat.1.

Quidam ab eo cui fundum legauerat Fideicommiserat, vt,l.104.§.apud,D.de legat.1.

Ab ea vxore Fideicommitti potuit, l.2.§.vlt.D.de dote præleg. *Si à me tibi Fideicõmissum vel legatum est*, l.29.D.ad L.falcid.

FIDEICOMMISSVM, quemadmodum Vlpian.Tit.25.Regul.definit, est, *quod non ciuilibus verbis, sed precatiuè relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis.* Nam, vt Iustinianus scribit, *omnia Fideicommissa primis temporibus infirma erant : quia nemo inuitus cogebatur præstare id de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant vel legata relinquere, si relinquebant, Fideicommittebant eorum qui capere ex testamẽto poterant. Et ideò Fideicommissa appellata sunt, qui nullo vinculo iuris, sed tantùm pudore eorum qui rogabantur, continebantur*, Instit. de fideicõmiss. heredit.in princ.& rursus,§.& quia,eod.tit. *Prima Fideicommissa à Fide heredum pendent, & tam nomen quã substantiam acceperunt.* vbi Theoph. Φιδεϊκόμμισσα τοσοῦτον, ait, τυτέστι τῇ πίστει καταπιστευθέντα. Suidas verò, τὸ ἐπὶ πίστει καλλημπανόμενα ὑπὸ τοῦ μέλλοντος τεχευτῶν, interpretatur. Vetus Glossar. Græc. *Fideicommissum*, τὸ τῇ πίστει τοῦ κληρονόμου κείμενον. Sosipat. Charis.lib.2.Inst.Grãmat. *Itaque nec Fideicõmissorum volũtas æquius accessit, vt non in ea præter iudiciũ, quamuis tacitũ, nec adscriptũ, votorũ solis nisibus & beneficiis crederemus.* In hoc verbo ludẽs Tertullian.lib ad vxor. *Tu modò vt solidum possis capere admonitionis nostræ Fideicommissum.* Idem similique modo.Arnob.lib.aduers.Gent.6. *Per tramites ergo quosdam, & per quædam Fideicommissa, vt dicitur, vestras sumunt, atque accipiunt cultiones.* Verba Fideicommissorum in vsu maximè habebantur, *Peto, Rogo, Volo, Mando, Fidei tuæ Committo, Cupio des, Opto des, Credo te daturum, Exigo, Desidero vt des,* Quæ singula proinde firma erãt atque si omnia in vnum cõgesta essent, l.115 l.118.D.de legat.1.& Instit. de sing.reb.per fideicomm.relict. Vlpian. Tit.21.Regular. Alias Fideicommissorũ formulas pete ex l.67.§.vlt.& l.69.D.de legat.2. & l.11.§. si quis ita, & §.hæc verba,D.de legat.3.& ex lib.7.Formular.

Fideicommissi verba, l.67.§.vlt.D.de legat.2.l.12.§. vlt. D. de iniusto rupto. *Fideicommissorum verba*, l.29.D.qui testam.fac.

Scriptura Fideicommissi, l.64.D.de legat.2.

Fideicommissum autem, vel *Pecuniarium* est, l.14.§.vlt.D.ad Sc.Trebell. seu *singularum rerum*, vt loquitur Iustinian.Instit.de singul.reb.per fideicom.relict. vel *Hereditatis*, l.39. D. de administr.& peric. Ita *Fideicommissariæ Hereditates, & singulæ Res per Fideicommissum relictæ*, separantur, l.17.D.si quis omissa. Si Testator Fidei sui heredis commisit vt vel hereditatem, vel speciale Fideicommissum restituat, l.32.C.de fideicomm. *Cùm alicui ciuitati per Fideicommissum restitui iussa esset hereditas*, l.26.D.de neg. gest. *Ex Fideicommisso hereditatem suscipere*, §.1.Instit.de auctorit.tutor.

Fideicommissa Hereditas, l.12.l.16.l.44.l.70.§.1.D.ad Sc.Trebell.

Fideicommissam Hereditatẽ Dare, l.18.D.de liber.& postum.l.27.D.de reb.dub. *Reddere*, l.8.§. ferè, D.de legat.2. *Restituere*, l.3.C.vt in poss.legat. *Fideicommissa hereditate puero data*, l.3. §.1.D. de adimen.legat. *Per Fideicommissum Libertas data*, l.55.D.de manumiss.testam. *Libertatem relinquere*, l.84.D.de legat.2. *Directò*, &, *per Fideicommissum datæ Libertates* opponuntur, l.12.§.Diuus, D. de fideicõmiss. libert. Per Fideicommissum autem data seu relicta Libertas *Fideicommissa* appellatur, l.11.D.de manumiss.test.l.4.§.eadem, l.24.§.1.l.40. & l.55.l.18. D. de fideicom.libert.l.12.D.de capt.& post.reuer.l.43.D.de action.empt.l.4. D. quib. ad libert. l.19. D.de quæstionib.l.2.§.1.D.ad Sc.Tertyll. l.1.§.1.D.de suis & legit.heredib.l.91.D.ad L.falcid.l.15.§.& quatenus, l.22.§.qui liberti, D.de L.Cornel.de fals.

Fideicommissam Libertatem accipere, l.3.§.qui fideicommissam, D. de hered.instit. *Petere*, l.53. D.de iudic. *Præstare*, l.24.§.si cui, D.de fideicomm.libert. *Fideicommissa Libertate donatus*, l.36. §.1.D.ad L.falcid. *Fideicommissæ Libertates*, l.9.D.de inoffic.testam.

Valer. lib.4. cap.2. *Cùm mater Cornelij Fideicommissa prædia non redderet.*

Per Fideicommissum dare, l.25.§.à liberto, D.ad L. Falcid. l.21.§.à liberto, D.de ann.legat.

Fideicommissum dicitur *Dari ab eo*, qui id præstare rogatur, l.3. D. de probationib. l.126. & l.127. D.de legat.1.

Fideicõmmissa ab intestato data, l.13.D.de inoff.testam. *Fideicommissi Onus*, l.37.D.de legat.3.

Fideicommisso Obligari, l.76.D.ad Sc.Trebell.l.3.§.vlt.D.de legat.3. *Onerari*, l.29.C.de in off. testam. *Modica Fideicommissa*, l.52.§.sed etsi, D. de iudic.

FIDEICOMMISSARIVS *Prætor*, l.4.D.quib.ad libert.l.90. D.de condic. & demonstr. l.78.§. cùm vir, D.de legat.3.& apud Vlpian.Tit.25.Regular. Is est qui de Fideicommissis cognoscit & ius dicit. Nam vt Iustinian.Instit.de Fideicommiss.heredit. refert, *Tãtus Fideicommissorum fauor factus est, vt paulatim etiam Prætor proprius crearetur qui de Fideicommissis ius diceret.* Et, vt Pomponius in l.2.§.deinde, D.de orig.iur.scribit, *Sedecim Prætoribus ab Augusto constitutis duos*

Diuus

Diuus Claudius adiecit qui de Fideicommiſsis ius dicerent: ex quibus vnum Diuus Titus detraxit. Cuiuſmodi Prætor accipiendus eſt in l.43.D.de actionib. empti, & l.2. C. qui potior.in pign. Fideicommiſſorum autem cognitio Romæ quidem Conſulum erat, aut Prætoris Fideicommiſſarij: in Prouinciis verò, Præſidum Prouinciarũ,vt Vlpian.Tit.25.Regular. tradit. Inde in l.8.§.1.D.de condic.inſtit. *Oportebit eos qui de* Fideicommiſſo *cognoſcunt, ſubſequi Prætoris voluntatem.*

Fideicommiſſarius Trebellianus, in l.15.§. 1.D. ad Sc. Trebell. appellatur is cui ex Sc. Trebelliano reſtituta eſt hereditas.

Fideicommiſſaria Epiſtola,l.37.§.pater,D.de legat.3.

Fideicommiſſaria Hereditas,l.13.§.vlt.D.de iure Codicill.l.vlt.D.de tranſactionib. l.14.§.vlt. l.77.§.mando,D.de legat.2.l.2.D.de feriis,l.16. l.52. D. ad Sc. Trebell. l.1.§. vlt. D. ſi mul. vent.nom.quam videlicet heres alij reſtituere rogatus eſt. *Fideicommiſſariam hereditatem relinquere*,l.13.§.1.D.de iure codicill.

Fideicommiſſariæ Hereditates,l.17.D.ſi quis omiſſa,& Inſt.de fideicommiſſ.heredit. *Fideicommiſſariæ hereditatis reſtitutio*,l.18.D.ad Sc.Trebell.*Reſtitutio*,ſimpliciter,l.30.§.1.D.eod.tit.

Fideicommiſſaria Libertas,l.1.§.ſi ſeruus,D.ſi is qui teſtam.lib.l.11.§.1.l.16.§.ſed & ſi,D.ad Senat.Trebell.l.1.l.4.l.24.§.1.& alibi paſſim,D.de fideicommiſſ. libertat. id eſt per fideicommiſſum data,ſeu relicta:cui *Directam* aduerſari,docuimus ſ.lib.4.

Fideicommiſſaria verba,in l.29.D.ad Trebell.quæ *Fideicommiſſi verba*,dicuntur l.69. §.vlt. D. de legat.2.& in l.11.§.vlt.D.de legat.3. & l.12. §. vltim. de iniuſto rupto. Et *precaria*, vt aliàs oſtendam.

FIDEIVBERE,*Fidem ſuam pro alio obligare*,l.27.in fi.D.ad Sc.Velleian. l.29.§. legatum, D. de liber.leg.Quod & *Fide Promittere*,dixit Paul.lib.1.Sentent.Tit.9.Plin.Epiſt.14.lib.1. *Fide mea ſpondeo futurum.Fideiubere ex qualibet cauſa*,l.39.D.de iudiciis.

FIDEIVSSOR dicitur *qui alieno nomine obligatur*, l.1.§.verbis, D.de oblig.& actio. Donatus in Eunuch.Terentij Act.1.Sc.2.ad hæc verba, *Si fidem habeat,id eſt, ſi credat. Vnde Fideiuſſor dicitur,hoc eſt auctor credendi.*D.fideiuſſorum autem varia ſunt genera. *Fideiuſſor emptionis*, l.56. D. de ædil.edic. *Fideiuſſores emptionis nomine*,l.22.§.1.D.de euictionib.

Fideiuſſor ob Euictionem datus,quem vulgò auctorem ſecundum vocant,l.4.D.de euictio.*Fideiuſſores euictionis*,l.18.§.vlt.D.de peric.& comm.

Fideiuſſor in iudicio ſiſtendi cauſa,l.1.D.ſi quis in ius voc.

Fideiuſſor exercitationis litis, à Fideiuſſore iudicati actionis ſeparatur in l.8.§.&poſt litem,D. de fideiuſſorib.*Fideiuſſor Iudicatum ſolui*,l.7.§.ſi fideiuſſor.D.qui ſatiſd.cogan.

Fideiuſſores ad Litem,& pro Lite dati,l.41.D.de hered. pet.& l.10. D.iudic. ſol.qui ſcilicet vel iudicio iiſti,vel rem defendi,& iudicatum ſolui promittunt.

Fideiuſſor datus legatorum ſub condicione relictorum,l.13.§.ſi legatorum,D.de acceptilat.

Fideiuſſorem mercedis nomine,à Colono accipere,l.14.D.quib.mod.pign.

Fideiuſſores Magiſtratuum,l.68.D.de fideiuſſorib. *Tutorum*, Rubr. de fideiuſſorib.& nomina tutorib.D.eod.tit.

Fideiuſſor qui rem ſaluam fore cauet,l.46.D.de adminiſtr.& peric.

In omnem Cauſam accipi dicitur *Fideiuſſor*,qui in id omne, quod ex ea obligatione, cui accedit,naſci poteſt,ſe obligat, l.56.D. de ædilit.ed.l.54. D. loca, l.36.§. penult. D. de fideiuſſorib.

Si Fideiuſſor in Rem ſuam ſpopondit pro Reo habendus eſt,l.24.D.de pactis. *Fideiubere* autẽ *in Rem ſuam*,eſt,vt pro ſuo Procuratore,l.8.§.1.D.qui ſatiſd.cog.*Fideiuſſorum vicem ſuſtinent adfirmatores*,l.4.§.vlt.D.de fideiuſſorib.& nominat.

Fideiuſſor Principalis & *Fideiuſſor Fideiuſſoris*,l.27.§.præterea,& §. vlt.D. de fideiuſſorib. *Fideiuſſor*, dicitur *Dari*, Accipi, Adhiberi, Interrogari, Accedere,Interuenire,Intercedere,Exiſtere.*Fideiuſſor fieri*,l.2.§.quod ait, D.qui ſatiſd.cog.

Fideiuſſor Idoneus Locuples,vide ſuis locis.

Fideiuſſoribus committi Rei,l.3.D.de cuſtod.& exhib. *Sub Fideiuſſorib. remitti*,l.7.§.1.D.de incend.ruin.

FIDEIVSSORIA *Cauſa*,l.38.§.vlt.D. de ſolutionib.l.11.& l.47. D.mandati,l.8. D. de vſufr. ear. rer.l.9.§.ſi pater,D.de adminiſtr.& pericul. *Ex Fideiuſſoria cauſa conueniri*,l.8.D.de vſufr. ear.rer.

Fideiuſſoria Obligatio,l.14.l.21.§.ſi via,l.49.§.vlt. D.de ſolutionib.l.49.§.vlt.& l.50. D.de fideiuſſorib.

Fideiussorio nomine debere, l. 4. D. de solutionib. *Intercedere*, l. 19. C. de fideiussor. *Se obligare*, l. 7. §. non solùm, D. de minorib.

FIDELIS *Tutor*, l. 8. D. de suspect. tut. §. suspectũ, Instit. eod. tit. *Fideles Liberti*, l. 5. §. in primis, D. de bonis eor. *Fidelissimus amicus*, l. 10. D. de ann. legat.

FIDELITER *Facere*, l. 20. D. quæ in fraud. credit. & contrà, *Parum Fideliter facere*, l. 48. D. mandati. *Si diligenter ac Fideliter hoc fecerit Irenarcha*, l. 6. D. de custod. & exhibit.

FIDICVLÆ in l. 1. & l. 2. de quæstionib. in Cod. Theod. Tormenti genus ab eo dictum, vti Isidorus lib. 5. Etymolog. cap. 27. tradit, *quòd eo Rei in Eculeo ad fidem inueniendam & eruendam torquentur.*

FIDVCIAM *Innocentiæ gerens*, l. 10. C. de his quib. vt indign. *Fiducia Doctrinæ*, l. 2. §. & vt obiter, D. de orig. iur. *Ingenuitatis*, l. 14. D. de probat. *Libertatis*, l. 43. D. de liber. cau. *Magistratus*, l. 32. D. de iniuriis. *Pietatis*, l. 31. §. quamquam, D. de neg. gest.

Fiducia, auctore Bœtio in Topica Cicero. *contrahitur, cùm res alicui ea lege mancipatur, vt eam mancipanti remancipet: vt si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet, vt ei, cùm tempus quod suspectum est, præterierit, reddat. Hæc Mancipatio Fiduciaria nominatur, idcirco quod restituendi Fides interponitur.* Itaque *contracta Fiducia olim manumitti* dicebantur, quos patres, remancipandi, vel redhibendi sibi lege, manumittebant, l. 2. §. sed neque auus, D. ad Sc. Tertyllian. §. vlt. Institut. de legit. agnat. succ.

Contracta Fiducia, Vetus Glossarium interpretatur ὅταν πατὴρ τὸν υἱὸν ποιῶν emancipatum ἀφαιρῶνται ἵνα ἐν ἀφῆκεν ὁ υἱὸς τελευτήσας καταλείψῃ τὸ τέλειον τῷ πατρί. εἰ γὰρ ὑ ἀφαιρῶνται αὖθις τότε, ὠδὲν αὐτῷ καταλιμπάνετο ἐκ τῦ υἱυ.

Et qui sub ea Fiduciæ lege mancipatum sibi filium accipiebat, is *Fiduciarius Pater* dicebatur, vt ex Gaio Instit. lib. 1. Tit. 6. patet.

Fiducia etiam pro pignore quod creditori Mancipatur, aut in iure ceditur, ea lege vt soluta ad diem pecunia remancipetur: non soluta, autem, creditori pleno iure committatur, accipi videtur apud Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 10.

Fiduciæ datio, idem Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7.

Fiducia & Pignore, Paul. lib. 5. Sentẽt. Tit. 22. Symmach. lib. 4. Epist. ad Turnum. *Nil quidem loco Fiduciæ, pignorisque, vel argẽti sequestrans, vel obligans prædiorum.* Fiduciæ etiam verbum Cic. pro Flacco eodem sensu vsurpat. Sic & *Pignoribus Fiduciari*, dixit Tertullian. in libr. de Idolol. Sanè inter *Pignus* & *Fiduciam*, hoc interfuisse Isidor. lib. 5. Etymolog. cap. 21. significat, quòd *Pignus manente apud debitorem domino, nudam possessionem transferebat: per Fiduciam verò, res aliqua mutuæ pecuniæ gratia, vel mancipabatur, vel in iure cedebatur.* Cui distinctioni vt verbum conueniat, necessariò addendum videtur, ea lege factum fuisse Mancipationem, vt soluta pecunia redderetur & restitueretur.

Fiducias distrahere, Paul. lib. 2. Sentent. 13.

Fiduciæ Iudicium, in Lege Dei, Tit. 2. & apud Cic. lib. 3. Officior. cuius formula erat, *Vt inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione*, vt testis est idem Cic. Epist. 12. lib. 7. Familiar. Quod quidem iudicium summæ existimationis fuisse, ait idem Cicer. pro Rosc. Comœd. & Turpe ac Famosum fuisse, idem pro Cæcina docet.

FIDVCIARIVS *Heres*, in l. 46. & 67. in fi. D. ad Trebell. dicitur is, cuius fideicommissum est, vt hæreditatem restituat. *Fiduciarius seruus* apud Paul. lib. 2. Sent. Tit. 3. qui Fiduciæ lege in pignoris causam mancipatus est.

Fiduciarius Tutor. Vlp. Tit. 12. Regular. *Qui Liberum caput mancipatum sibi, vel à parente, vel à quoemptionatore manumisit, per similitudinem patroni efficitur, qui Fiduciarius Tutor appellatur.* Sic *Fiduciarij Tutores*, l. 4. D. de legitim. tutorib. Iustinianus Instit. de fiduciariâ tut. *Si parens Filium, vel Filiam Nepotem, vel Neptem, vel deinceps, impuberes manumiserit: Legitimam nanciscitur eorum Tutelam: quo defuncto, si liberi virilis sexus et extant, Fiduciarij tutores Filiorum suorum, vel Fratris, vel Sororis, & ceterorum efficiuntur.* *Fiduciarius*, in Gloss. Palæmonis definitur, qui rem aliquam fiducia accepit.

Fiduciaria Hereditas, id est per Fideicommissum relicta, l. 9. §. 1. D. de reb. credit. l. 46. D. ad Sc. Trebell. *Res*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 13.

Fiduciaria Tutela, Instit. de fiduciar. tut. ad quam respexisse videtur Vetus Glossa. in quo est *Fiduciaria* τεθαρρημένη, ἀφὰ συγγενείας.

Fiduciarium Regnum, Hirtius, lib. de Bello Alex. Curt. lib. 5. *Compositis rebus iusto regi tibi Fiduciarium restituo imperium.* Liuius lib. 32. *Optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum Tyranno velut* FIDVCIAM *dare: vt victori sibi restitueret: si quid aduersi accidisset, ipse haberet.*

Fidum obsequium, l. 44. D. ad Sc. Trebell.

FIGERE *Tabulas ad Ianuam*, l. vlt. §. si ad ianuam, D. quod vi aut clam. Cic. Epist. 1. lib. 12. Familiar. *Tabulæ figuntur.*

FIGVLI, qui in Figlinis opus faciunt, l. 25. §. vlt. D. de instruct. vel instrum. D. Gregor. Homil. 23. in Euang. *Fingere componere dicimus. vnde & compositores luti, Figulos dicimus.*

FIGVLINAS, *in quibus ea vasa fierent quibus fructus fundi Exportarentur*, l. 6. D. de seruit. præd. Rustic. *Quidam cùm Figlinas haberet in fundo*, l. 25. §. vlt. D. de instruct. vel instruct. Vet. Glossar. *Figulinæ dicuntur loca in quibus Figuli suum exercent officium.*

Ex FIGLINO *Opere facta camera*, l. 19. §. 1. D. de seruit. vrb. præd.

FICTILIS *Suppellex*, l. 7. D. de suppell. leg.

Fictilia, pro vasis ex terra fictis in l. 3. §. vitrea, D. de supel. leg. Iuuenal. Satyr. 3. *Fictilibus cœnare pudet.* Isidor. lib. 20. Origin. cap. 4. *Fictilia dicta, quod fiant & fingantur ex terra. Fingere enim est facere & formare, & plasmare. Vnde & Figuli dicuntur* Et mox, *Fictilia vasa in Samo insula priùs inuenta traduntur, facta ex creta, & indurata igne. Vnde & Samia vasa: Postea inuentum est Rubricam addere, & ex rubra creta fingere.* Hinc Ausonius, *Fictilibus fama est cœnasse Agathoclea regem. Atque Abacum Samio sæpe oneralse luto.*

FIGVRA propriè, est species & forma corporis, quæ, vt Asconius, in 3. Verrin. scribit, *circa Gestum, Situmque membrorum* versatur. Sic *Figura humana*, in l. 135. D. de verb. signif. & apud Cicero. lib. 1. de Nat. Deor. Sed & cuiuslibet *Materiæ Figura* dicitur, l. 1 D. de bonor. poss. sec. tab. *Figura literarum*, l. 38. D. de oblig. & actio. *Verborum*, l. 116. D. de verbor. signific.

Forma *Locationis*, l.7.§.item si, D.solut.matr. *Illa* Forma *in Mandatis seruanda est*, l.46. D. mandati. *Extra Mandati Formam*, l.48.§.vlt.D.eod.tit. *Insulam ad eius Prouinciæ quàm administrant* Formam *pertinentẽ*, l.7.D.de interdict.& releg. *Ex Forma quam rescripsit*, l.31.D.de re iudic. *Post Formam Rescripti*, l.1.C.de iure dom. *Secũdum* Formã *Senatusconsulti*, l.1.C.de vsufr. *Hanc esse* Formam *vsurarum*, l.7.§.quæ autem, D.de administr.& peric. *In* Formam *patrimonij redacta prædia Cæsaris*, l.39.§.vlt.D.de legat.1. *Forma qua singuli tutores tenentur*, l.31.D.de administr.& peric.

Forma *quam dedimus*, l.23.C.de excusat.tut. *Certa Forma data est*, l.4.& l.5.C.de iure fisc.lib.10 Forma *data*, l.5.C.de sentent.& interlocut. *Forma à D. Marco data*, l.10. D. de pactis. *Formam ab Adriano datam obseruandam*, l.14.D.de aliment.vel cibar.legat.

Forma data Senatusconsulto, l.20.§.præter hæc, D.de hered.petit. *Forma alienandi testamento data*, l.7.C.de administr.tut. *Vltra* Formam *commeatui datam*, l.2.§.is qui, D. ad municipal. *Forma pollicitationi data est*, l.10.D.de pollicitationib. *Formâ conuenientẽ rei dare*, l.2.D.de extr.cognit.

Certa Forma est, vt, l.4.C.de locato. *Forma est vt*, l.1.C.de vend.rer.fisc.lib.10. *Cpu tationi hanc* Formam *esse*, l.68.D.ad L.falcid. *Si certam Formam habet consuetudo*, l.4. D. de custod. & exhib. reor.

Forma obseruata, l.1.C.de ædific.priuat. *Vt hæc Forma in Agris seruetur quæ viuo Testatore optinuerit*, l.15.§.vlt.D.de vsu & vsuf. *Forma propria seruãda*, l.1.C.de pœnis fisc. *Forma solita*, l.1.C.de gener.abolit. *Forma statutorum*, l.16.C.de excus.tut. Ex Forma *restitui*, l.2.D.de legationib. *Quasi quadam* Forma *obstrictus sit*, l.3.§.vlt.D.de appellat. *Quod eius aliqua* Forma *est expressum*, l.27.§.si autem, D.de auro arg. *Forma publica signare materiam*, l.6.§.1.D.ad L.Iul. peculat. *Pecuniam*, l.6. qui cũ, D.de pœnis. *Forma publica percussa materia*, l.1.D.de contrah.empt. Seneca lib.5.de Benef.c.14. *Forma publica percussũ coriũ*. Idẽ eò alludẽs Epist.34.lib.4. *Si vna*, ait, *Forma percussa sint*. Volusius Mætian.lib.de ponderib. *Nummi verò Argentei* Forma *publica dumtaxat nomen accipiunt*. Quintil.lib.1. *Nũmo publica* Forma *est*. *Forma Nummorũ*, l.99.D.de solutionib. *Forma Censualis*, l.4. D.de cẽsib. *Forma Agrorũ*, l.8.D.ad L.Iul.pecul.& apud Sicul.Flac.& Hygen.sæpè. Quod exposui lib.4.Antiq. *Forma Aquæ*, l.39.§.heres, D.de legat.1. *Forma Aquæductus quæ per Agrum transit*, l.27.§.si quid cloacarij, D.de vsufr.& apud Frõtin.lib.de Aquęduct.non semel: quibus ex locis elicitur, *Formam* appellari sulcum publicarum aquarum per agros meantium, maceriis quibusdam inclusum, atque adeò ipsam fabricam aquæductus: in cuius tutelam annuæ pensitationis onus impositum fuisse agris, atque ædibus colligitur tam ex d.§.si quid cloacarij, quàm ex l.41.D. de act.empt. Ac proinde à *Castellis*, id est aquarũ conceptaculis, *Formæ* separantur, in l.3.C.de aquæductu lib.11. in qua Impp. iubent eos qui Aquæ copiam beneficio principali meruerunt, *vsum aut ex Castellis, ex ipsis Formis elicere*. *Formarum Meatus*, l.1. C.eod.tit. *Ex Forma, cui nomen Augusta est, in Campania*, l.8. de aquæductu in Cod. Theod. Hinc in Vetere Inscriptione *Aquam Martiam, restituta* Forma, *perductam* legimus: & in alia, *Aquam Claudiam, & Anienem, noua* Forma *reductas*. Sed & in Itinerario, Anto. *Nunc nomina aquarum, quæ vsibus æternæ vrbis* Formarum *constructionibus aductæ sunt, indicemus*. Sic *Aqua* Formarum, apud Cassiodor.lib.3.Variar.Epist.13.& *Formarum curam*, apud eundem auctorem lib.5.Variar.Epist.38. apud D.Gregor.Epist.22.lib.1. Harum *Formarum Comes*, Romæ, posterioribus temporibus constitutus fuit, vt ex Notitia, quo loco de Præfecto vrbis Romæ agit, & ex eodem Cassiodoro lib.7.Variar.Epist.6.intelligimus, vbi Formula *Comitiuæ Formarum* proponitur.

Forma Calcei, l.5.§.idem Iulianus, D.ad L.Aquil.Horat.lib.2.Sermo.Sat.3. *Si scalpra & Formas non sutor*. Similitérque *Formas in quibus æra fundantur*, dixit Plin.lib.36.cap.22.

Formale pretium, in l.63.in fi.D.ad leg. Falcid. alij formatum & præscriptum à contrahentibus interpretantur. Alij Forma censuali definitum, in qua exactissima rerum inibatur æstimatio. *Formalis obseruatio*, & *Formalia verba*, l.26.C.de testament.

Formatum *Pactum Actionem*, l.7.§.quinimmo, D.de pactis. *Formari* etiam *Contractus* dicitur *per Pactum*, quod inest, formámque ac legem ei & modum dat, l.10.C.de iure dot.

Formare Instrumenta, concipere est, l.9.§.solẽt, D.de pœnis. *Formare mãcipia ad suos mores*, l.37. D.de ædilic.edic. *Formare condemnationem*, l.11.C.de furtis. *Sentẽtiam*, l.1.C.de quæstionib.l.23. C.ad L.Iul.de adult. *Formari Actio*, l.15.D.de negot.gest.

Formvla, est certa verborum conceptio. Vetus Glossar. *Formula*, τύπος. Quo in verbo ludens Seneca, lib.2.Controuersiar. *Non ex Natura respondet ei, neque ad præscriptum, Corpus obsequitur*. Proinde idem lib.2.de Clem. *Clementia*, ait, *Liberum Arbitriũ habet, non sub* Formula *iudicat*. *Sub* Formula *iudicare* autẽ dicebantur Iudices à Prætore dati, quorũ potestas Formulæ cancellis circumscribebatur. Quintil.lib.3.cap.11. *Priuata quoque iudicia sæpe vnũ iudicẽ habere multis & diuersis Formulis solent*. *Formula cadere*, Seneca Epist.49. Quintil.Inst. Orator.lib.3.cap.8. idémque ipse, seu quis alius, Declam.350. *Formula excidere*, Senec.lib.2.de Clemẽt.cap.3.& Suet.in Claudio, cap.13. *Formula errare, & in petitione pecuniæ*, Quintil. Declamat. 260. Hinc Vlpian. Tit.25.Regular. *Fideicommissa non per* Formulam *peti*, tradit, id est, ordinario iure per actionem à Prætore datam, *sed extra ordinem*, cognitione Prætoria. In Ordinariis enim tantùm iudiciis *Formularũ conceptio* spectabatur: in Extraordinariis, non item l.47.D.de neg.gest. Ac proinde ipsasmet Actiones (quas ne Populus prout vellet, institueret, certas sollemnésque esse, Prudentes voluerunt, l.2.§.his legibus, D. de orig. iur.) *Formulas* Latini auctores vocant. Atque ita nomen hoc accipe apud Cicero. Epist.18.lib.7.Familiar.& Epist.27. lib.13. vt & apud Auctorem lib.de causis corrupt.eloquent. Idem Cic. pro Ros. Comœ. *Sunt Iura, sunt*

Formulæ

Formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, ne quis aut in genere Iniuriæ, aut in genere Actionis erraret. Expreſſæ ſunt enim de vniuſcuiuſq; damno, dolore, incõmodo, calamitate, publicæ à Prætore Formulæ, ad quas priuata lis accommodatur. Quintilian. lib.7.cap.4. *Sed etiam in Formulis, cum pœnariæ ſunt actiones, nos ita cauſam partimur, an commiſſa ſit pœna, an exigi debeat. Formulã ſcribere*, idem lib.6.c.4. Seneca Epiſt.93.

Ita *Formula Familiæ erciſcundæ, Communi diuidundo, Finium regundorum* apud Vlpian. Tit.20. Regular.& Apuleium lib.9.Metamorph. *Vulgaris Formula*, pro actione de peculio, l.42. D.de furt. *Damni dati Formula*, apud Plin.lib.9. cap.59.pro Actione damni iniuriæ: de qua & Quintil. Declamat.13.ſentiens, *Et tamen*, ait, *quis indignetur apes Formula vindicari?*

Formula de dolo malo, apud Cic lib.3.Offic. *Formula Fiduciæ*, apud eundẽ Epiſt.12.lib.7.Famil.

Formula Fabiana, apud Paul.lib.3.Sent.Tit.3. *Formula Iniuriarum*, apud Suet.in Vitell. cap.7. & Senecam lib.6.Controuerſiar.Arnob.lib.4. aduerſ.Gent. *Ac ne veſtras aures conuitio aliquis petulantiore pulſaret, de atrocioribus Formulas conſtituiſtis iniuriis.*

Formula ad exhibendum, apud Plin.Epiſt.11.lib.5.

Formula Hypothecaria, ad quam Gaius & Marcian.libros ſingulares ſcripſit erant, vt inſcriptiones multarum legum teſtantur. Ita *Atrocitatem Formularum* accipe apud Quintilia. lib.7. cap.1. *Formulas Iuris*, l.1.C.de Formul. & impetrat.

Formularum etiam, *Stipulationem, Teſtamentorum, Iudiciorum, Sponſionis, Pacti*, dixit Cic. lib.1. de Legib.lib.1.de Orat.pro Cæcina.pro Roſc.Comœd.& Topic. Sanè Paulus de *Cõceptione Formularum*, libr.ſingulare ſcripſerat: cuius exẽplum in noſtris de Formulis libris ſecuti ſumus.

Formulas autem cõponere ſolebãt Iuriſc.vt Cic.1.de Legib. Argumento eſt quod Valer. Max.lib.8.c.2.Aulum Caſcellium nullius aut gratia, aut auctoritate, cõpelli potuiſſe refert, vt *de aliqua earum rerum quas Triumuiri dederant, Formulam componeret.* Ideóque Iuriſc. Cic.1. de Orato. Ciuilis prudentiæ dignitatem verbis eleuans, *Formularum cautorem* appellat. Enimuerò qui Formulas concipiebant, *Formularij* vocantur à Quintilian.lib.12.cap.3.ad fin.

Fornacator l.14.D.de inſtruct.vel inſtru.qui, vt quidam interpretantur, in balneo ſuccendendi fornacis & camini curam gerit. *Fornicarius* etiam appellatur in l. 23. §. ſi fornicarius, D.ad Legem Aquil. qui ad Fornacem ſtat.

Fornax *Balnei*, l.53.§.vlt.D.locati. *Ad Fornacẽ obdormire*, l.27.§.ſi fornicarius, D.ad L.Aquil.

Forsan, l.33.§.1.D.ad L.Iul.de adulter.

Forsitan, *addubitet quis*, l.29.§.forſitã, D.de liber.& poſt.& *Fortaſſis*, l.20.D.de hered.pet.l. vlt.D.de cõd.ſine cau.l.12.§.vlt.D.de vſuf. *Fortaſſis quis poſſit dicere*, l.14.§.fortaſſis, D.de relig.

Forte, id eſt, verbi gratia, ſeu, vt puta, l.15.§.vlt.D.de pignorib.l.16.D.de iure dot. l.7.§.ſicut autem, D.de interdict.& releg.l.70.§.vlt.D.ad Sc.Trebell.l.1.§.ſed & ſi quis, D.de Carbon.edic.l.57.D.de legat.1.l.59.D.de hered.inſt.l.32.§.vlt.D.de euiction.l.24. D. de vulg. & pupil.l.29.D.de adminiſt.& peric.l.44.§.vlt.D.ædilic.edic.l.24.D.de action.empti.l.1.§. quid ſi, D.ſi quid in fraud.pat.l.14.§.ſi patris, D.de bon.libertor.

Fortiter *Defenditur*, l.15.D.de auctorit.& conſ.tut. *Poſſe defendi*, l.85.D.de legat.3.

Fortius defendi poteſt, l.2.§.item ſi, D.famil.erciſ. *Defendi poſſe*, l.85.D.de legat.3. *Defendendum*, l.11.D.de except.rei iud. *Fortius dicitur*, l.14.§.ſi negauerint, D.ad L.Iul.de adul. *Dicetur*, l.5.§.ſi pupillus, D.de reb.eorum. *Dici poteſt*, l.3.§.vlt.D.vſurfruct.quemad.cau. *Dicendum eſt*, l.2.D.ne quis eum qui in ius, l.14.D.ſi quis cautionib.l.12.D.quemadm.ſeruit.l.10.§.1.D.de teſt.tut.l.81.§.vlt.D.de verb.obl. *Fortius probabitur*, l.55.§.qui fidei cõmiſſam, D.ad Sc.Treb. *Fortiſſimũ argumentũ*, l.1.D.de offic.eius cui mãd. *Fortitudo muli*, l.38.§. Cælius, D.de ædil.edic.

Fortvna *Aduerſa*, l.83.§.ſacram, D.de verb.oblig.l.8.D.de pollicitationib.l.vlt.C.depoſ. *Contraria*, l.75.D.ad Sc.Trebel. *Naufragiorum*, l.3.§.vlt.D.de in cend.rui. *Fortunæ donum theſaurus*, l.63.D.de adqu.rer.do. *Fortunæ iudicio Cõmiſſus ſeruus*, l.13.D.de ſtatu homin. *Inopinato Fortunæ impetu rem omnem familiarem amiſerit*, l.4.D.vt in poſſ.legator. *Fortunam communem ſequi*, l. 114.§.Diui, D.de legat.1. *Rei iudicem fortunam eſſe*, l.vlt.C.commun.de legat.

Incertus Fortunæ exitus, l.34.§.quis autem, C.de donationib. *Fortunæ iniuria miſerabiles*, l.1.C. quan.Imperat.inter pupil.Si *Cõdicio ex Fortunæ inſidiis defecerit*, l.vlt.C.de neceſſar.ſer.hered.

Fortuna, pro condicione. *Auguſta Fortuna*, l.vlt.C.de iudiciis, l.3.in fi. C. de quadrien. præſcript. *Cohortalis*, l.10.C.de aduocat.diuerſor.iudic. *Curiæ*, l.9. in prin.§.1.C.de natural. liber. *Dura*, l.4.C.de ſuis & legitim. *Incerta*, l.4.C.de poſtlim.reuerſ. *Par*, l.2.C.de fructib. & lit.expenſ. *Similis*, l.vlt.in fi.C.de inoff. teſt.

Fortunam matrum complecti, l.vlt.C.de libera.cau. *Medij temporis Fortuna*, l.14. C. de poſtlim. reuer. *Si ad meliorem Fortunam peruenerit*, l.vni.§.cùm autem, C.de rei vxor.act.

Fortuna iudiciorum, Quintil. Declamat. 371. *At enim dubia est iudicij Fortuna.* Idem Declamat. 375. *Verebar Fortunam iudiciorum & exempla.* Sed & Declamat. 313. *Fortunam secundam iudicij ferre,* dixit.

Fortuna pro omni euentu & fortuito casu. Sic *Fortunam vniuersorum debitorum suscipere,* l. 11. D. de vsuris. *Fortunam præstare,* l. 1. §. si magistratus, D. de magistr. conuen. *Fortunam & casus tristiores,* l. 3. §. si in metallum, D. de munerib.

Fortunæ, pro substantia, bonis, & facultatibus, l. 2. §. si qui ex vectoribus, D. de L. Rodia, l. 16. D. ad Sc. Trebell.

Fortunarum vniuersarum Societatem coire, id est earum quoque rerum quæ postea cuique adquirentur, l. 73. D. pro socio. Eodémque sensu *Fortunam* numero singulari vsurpauit Scæuola in l. 40. §. argentarius, D. de statuliber. his verbis, *cum pœne totam Fortunam in nominibus haberet.*

Fortvitvs casus, qui nullo humano consilio præuideri potest.

Fortuito casu res interire, l. 61. D. de administr. & peric. *Perire,* l. vlt. C. de condict. ob turp. cau. *Quæ Fortuitis casibus accidunt, cum præuideri non potuerunt,* l. 5. C. de pigner. act. *Fortuita Mora,* l. 26. D. de fideic. libert.

Fortuita incendia, l. 28. §. incendiarij, D. de pœnis. & apud Paul. lib. 5. Sententiar. Tit. 20. & in Lege Dei, Tit. 11. & apud Symmach. Epist. 27. lib. 10. *Si Fortuitò incendium factum sit,* l. 11. D. de incend. rui.

Forvm pluribus modis intelligitur, ait Festus. *Primo Negotiationis locus: vt,* Forum Flaminium, Forum Iulium: *ab eorum nominibus, qui ea* Fora *constituenda curarunt, quod etiam locis priuatis, & in Viis, & in Agris fieri solet. Alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent.* Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Quò conferrent suas controuersias, & quæ vẽdere vellent, & quò quæque ferrẽt, Forum appellarunt.* Ita *Forum,* Dionys. Halicar. lib. 3. explicat, ἄγορὰν ὅτι ἢ δικάζωσι, ἢ ἐκκλησιάζωσι, καὶ τὰς ἄλλας ὑπερθέσεις πολιτικὰς πράξεις.

Forum verò, Isidorus lib. 18. Origin. ait esse *Exercendarum Litium locum.* Sospater *Forum* definit, *Locum rebus agendis destinatum.* Quintilianus Declam. 274. *Forum quod mihi Templum quoddam Pacis videtur, in quo iura exercentur, propter quod leges valent.*

Fori præscriptio, l. 7. D. qui satisd. cogan. l. 7. C. vbi Senator. φόρου παραγραφὴ, Nou. 8. *Ad Forum remitti,* in Lege Dei, Tit. 7. 11. & 12. id est ad ius ordinarium. *Alterius Fori esse cœperit,* l. 7. D. de iudiciis.

Rei Forum accusator sequatur, l. 5. C. de iurisdict. *Forum pulsati sequendum,* Nou. Valen. de Episc. iudic. *In alieno Foro litigare,* Martial. in Epist. lib. 12. Epigram. *In Foro eodem agit,* l. 7. §. illud, D. quib. ex caus. in possess. *Qui in Foro est,* l. 6. D. de procuratorib.

Forum Municipij, l. 39. §. vlt. D. de condic. & demonst. *Romanum,* l. 39. §. vlt. D. de legat. 1. l. 4. de suar. & pecuar. in C. Th. *Suarium,* l. 1. §. cura, D. de offic. præfec. vrb.

Forum *Patritium,* l. 33. de petit. & vlt. dat. in C. Th. *Præfecturæ Orientis, atque Illyrici,* l. 20. de cohort. princip. cornic. cod. Cod. *Prouinciale,* Nou. Valentin. de confirmand. quæ adminstrantib. *Fora Prouincialia,* Nou. Theod. de postulan.

Forum *rerum venalium,* l. 10. l. 28. l. vlt. de erogat. milit. anno. in C. Th.

Forum & Basilicam inter ea quę vsibus publicis in perpetuũ relicta sunt, ponit Paul. l. 83. §. sacram, D. de verbor. obligat. & Venuleius l. 137. D. eod. tit.

Foro cedere Argentarij, Numularij, Mensulariique dicebantur, qui actum suum deserebant, &, vt vulgò loquimur, Bancham ruptam aut faillitam faciebãt: ab eo, quòd circa Forum eorum tabernæ positæ essent, l. 7. §. quoties, D. depos. & l. vlt. D. de curator. bon. dan. Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 25. *Pecuniæ etiam malè creditæ exactio est. Et appellare Debitorem ad diem possum, &, si Foro cesserit, portionem ferani.* Iuuenal. Satyr. 11. *Cedere namque Foro iam non tibi deterius quàm Exquilias à feruenti migrare Suburra.*

Foro Interdicere, l. 1. D. de offic. præf. vrb. *Cui Foro interdicitur, huic omnimodo Forensibus Negotiis accommodare se non permittitur,* l. 9. §. 1. D. de pœn.

Forum etiam, vt ait Festus, alio modo intelligitur, *cùm is qui Prouinciæ præest,* Forum *agere dicitur, cùm ciuitates vocat, & de controuersiis eorum cognoscit.* Quod genus loquendi Cicero vsurpat, lib. 3. Epist. Familiar. lib. 1. Epist. ad Attic. & 7. Actio. in Verrem. Seruius ad illa Virgilij 5. Æneid. verba. *Indicítque Forum,* id est, ait, *Tempus & locum agendorum negociorum designat, qui Conuentus vocatur.*

Forensis actio, criminis executioni opponitur, l. 1. D. de incendio, rui. *Forensium rerum expers,* l. 25. §. sin autem, D. de probationib. *Ignorantia,* apud Vlpianum, Tit. 11. Regular.

Forensia instrumẽta, l. 9. C. de fide instrument. quæ ἀγορᾶια dicuntur à Iustiniano Nouell. 44.

Ea sunt

Ea ſunt publicè confecta inſtrumenta. FORENSIA *Negotia*, l. 9. §. 1. D. de pœnis, l. 9. D. de feriis.

FOSSA eſt receptaculum Aquæ manu factum, l. vn. D. vt in flum. publ. l. vn. in fi. D. de ripa mun. l. 26. D. de dam. infect. *Si Foſſa manu facta ſit, per quam fluat flumen publicum*, l. 1. §. ſi Foſſa, D. de fluminib. Græci interpretes Ὀρύγμα vocant. qua de re hæc Vet. Gloſſar. tradit, Ὀρύγμα ὑδροφασίου ὃ λίμνης ἀφαίρει. Λίμνη γάρ ἐστιν διηνεκῶς ἔχουσα ὕδωρ ὑδροφάσιον, τὸ τοῦ χειμῶνος χωροῦν καὶ ὡς ὁπόταν ἐν χειμῶνι συναγόμενον. Ὀρύγμα δὲ δοχεῖον ὕδατος χειροποιητόν. Et alibi, ὀρύγματα δοχεῖον ὕδατος χειροποιητόν, ἐξ οὗ τὸ φοῦσατον ὀφείλει καλεῖν, μὴ τὸ τρατόπεδον εἰς τὴν τῆς πολιμίων γῆν εἰσελθὸν ἀρξεται ποιεῖν τάφρον ἢ παρεμβολὴν ἢ χάρακα, τυτέστι φόσσατα, ἣν ἡμεῖς καλοῦμεν κατύναν.

FOSSÆ *Agrorum ſiccandorum cauſa factæ*, l. 1. §. ſed & Foſſas, & §. vlt. l. 2. §. 1. l. 11. §. vlt. & l. 24. D. de aqu. & aqu. pluu. *Foſſæ Nili*, apud Iuſtin. lib. 2.

FOSSÆ *quibus aquæ ex Flumine in Riuum compelli ſolent*, l. 1. §. caput, D. de aqua cottid.

Foſſam in ſuo fundo facere, l. 2. §. ſi quis cloacã, D. ne quid in loc. pub. l. vlt. §. 1. D. quod vi aut clam. *Si Foſſam feceris in Silua publica, & Bos meus in eam inciderit*, l. 7. §. præterea, D. eod. tit. *Foſſam faciendam promittere*, l. 31. D. de ſolutionib.

FOSSAM FODIENS. l. 31. *Foſſam Fodiri*, l. 72. & l. 75. §. qui id quod, D. de verbor. oblig.

FOSSATVM, pro Foſſa & Vallo, l. 3. §. is qui in exploratione, D. de re milit. Veget. lib. 4. c. 16. *Muſculos dicunt maiores machinas quibus protecti bellatores, ſi lutum obfuerit, aut ciuitatis Foſſatum, apportatis Lapidibus, Lignis, ac Terra, non ſolùm complent, ſed etiam ſolidant.* Suidas, Σάξπων τὸ φωσάτον. Conſtantin. Hermenop. lib. 6. Epit. Tit. 5. τὸς ἐν φωσάτῳ κλέπτοντας εἰ μὲν ὅπλα, σφοδρῶς τραγῳδοῦμεν τύπτεσθαι. In Libello etiam varior. auctor. de limitib. ita ſcriptum eſt. *Foſſatum deciſum, paruum in fine pro termino poſuimus.* Capitolin. in Gordian. *Caſtra omnia Foſſato circuibat.*

FOTINIANI in l. 5. C. de heretic. & Manichæi, à Fotino quodam Gallogræco Smyrnæ Epiſcopo nuncupati, qui Hebionitarum & Pauli Samoſatenſis hæreſim ſecutus, Chriſtum ex carnali coitu natum, non autem æternum Dei verbum eſſe, adfirmabat, vt Philaſtrius in hæreſeon Catalogo, & Iſidorus lib. 8. Etymologiarum, cap. 5. ſcribunt.

FOVEÆ *Vrſorum, ceruorúmque capiendorũ cauſa factæ*, l. 28. D. ad Aquil. Liuius lib. 9. *Belluarum modò cæcos in Foueam miſſos.* Q. Curtius lib. 5. *Multi ferarum ritu, velut in Foueam deprehenſi, cæderentur.* Feſtus in verbo *Fouij. Alij putant eum primum oſtendiſſe quemadmodum Vrſi & Lupi Foueis caperentur.* Plutarc. in Fabio ἦν δὲ ὀρυγμάτων ἄγρα vocat. Silius Italicus lib. 6.

Haud ſecus ac ſtabulis procurans otia paſtor
In Foueam parco tectam velamine frondis
Ducit nocte Lupos.

Statius Papin. in Syluis.

Non formidato ſupra venabula ſaltu
Inſitus, aut cæco Foueæ deceptus hiatu.

Manilius lib. 5. Aſtronomic.

Mendacéſque parant Foueas, Laqueóſque tenaces.

FRAGILIS *Res & periculoſa eſt Quæſtio*, l. 1. §. quæſtioni, D. de quæſtionib. *Fragilis pecunia ſine peculio*, l. 79. D. de legat. 3.

FRAGILE *& infirmum minorum ætatium conſilium*, l. 1. D. de minorib.

FRAGILITAS *Adoptionis*, l. 10. C. de adoptionib. *Cautionis*, l. 66. §. 1. D. ad Sc. Trebellian. *Humana*, l. 6. §. ſicuti, D. de offic. præſid. l. 8. §. at cùm, C. qui teſtament. fac. *Muliebris*, l. 12. C. qui potior. l. 22. C. ad Sc. Velleian. *Sexus*, l. 28. C. de donationib. ante nupt.

FRAGMENTA *Lapidum*, l. 8. §. Ariſto, D. ſi ſeruit. vindic.

FRAMEÆ, *id eſt Romphææ*, l. 3. §. armis, D. de vi & vi arma. & apud Agell. lib. 10. cap. 25. Iſidor. lib. 17. Origin. cap. 6. *Framea, gladius ex Vtraque parte acutus, quem vulgò Spatam vocant. Ipſa eſt & Romphæa. Framea autem dicta, quod Ferrea eſt.* Germanicæ tamen genti vocabulum hoc adſcribit Tacit. lib. de morib. Germanor. his verbis, *Haſtas, vel, ipſorum vocabulo, Frameas, gerunt, angusto & breui ferro.*

FRANGERE *Calicem*, l. 27. §. ſi calicem, D. ad L. Aquil. *Crus*, l. 3. D. de ſeruo corrup. l. 52. §. vlt. D. ad L. Aquil. l. vlt. D. ſi quadrup. paup. l. 16. D. communi diuidun. *Fracta crura equi*, l. vlt. D. ad L. Aquil.

FRANGERE *Fidem*, l. 10. D. de in ius vocan. *Fidem contractus*, l. 6. C. de hered. vel act. *Liberalitatem captioſam interpretatio prudentium fregit*, l. 5. D. de tranſactionib.

Vſſerit, Fregerit, Ruperit, in tertio Capite legis Aquiliæ, l. 27. §. huius legis, D. ad L. Aquil. *Si*

Faber incudem aut malleum fregerit, l.2.§.si conseruatis, D.de L. Rodia. *Tegulæ in vicini tegulas ceciderant, eásque fregerant*, l.43. D.de damno infec. *Si frangi mensuras magistratus iusserit*, l.13.§.si quis mensuras, D.locati.

Si columna dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta sit, l.25.§.qui columnã, D.locati. *Fracta Gemma*, l.13.§.si gemma, D.eod.tit.

FRATER, vt ex Nigidio Agell.lib.13.cap.13.& Non.Marc.tradũt, dictus quasi *Ferè alter*, quæres Ciceroni iocandi argumentum præbuit. Nam cùm post annuum munus confectum Cilicia decedere in animo haberet, vtilitásque Prouinciæ exigeret aliquem relinqui, per quem Prouinciales negotia sua vsque in aduentum successoris, explicarent, alium ille potius quàm Quintum Fratrem relinquendum cẽsuit: cuius sui consilij factíque rationem Cœlio reddẽs, veritum se ait, ne si Fratrem reliquisset, Senatusc. quo intra certos dies decedere iussus erat, fraudem feciſſe videretur: quasi, non in totum, sed altero se relicto, decessisset. Extat locus Epist.15.lib.2.Familiar.

Frater & Soror siue ab eodem patre, eadémque matre nati, siue ab alterutro eorũ, §.inter eas Instit.de nuptiis. Cornelius Fronto lib.de differẽtiis vocum. *Frater, aut ex alia Matre, aut ex alio Patre potest esse: Germanus, ex iisdem parentibus sit necesse est.*

Frater per vtrumque Parentem accipitur, id est, aut per Matrem tantùm, aut per Patrem, aut per vtrumque, id est, *ex vtroque parente eodem*, l.10.§.secundo gradu, D.de gradib.& adfin.

Itaque Fratrum tria sunt genera, Alij namque *Germani* sunt, alij *Consanguinei*, alij *Vterini*. Germani sunt qui isdem parentibus, eodémque patre, & eadem matre geniti, quos Ctesias in Persicis, Xenophon.lib.3.Αναβασ. Demosthen. Oratio. contra Aristogiton. ὁμοπατρίους, καὶ ὁμομητρίους vocant. Fest. Pomp. *Germen est quod ex arborum surculis nascitur: vnde & Germani, quasi eadem stirpe nati.* Et ita, *Germanum Fratrem accipe*, apud Terent.Andr.Act.1.Sc.5. Cicero. pro Fonteio, & 3.in Verr.& pro Cælio, *Sororem Germanam* apud eundem Cicer.pro Milon. Hinc Germanorum Fraternitatem *Germanitatem* vocat Cicero pro Ligario, & de Aruspic. responsis, Arnob.lib.1.aduers.gent. *Picus & Iupiter, Germanitatis sibi sociati iure, vt pote vno ex sanguine, vnóque ex semine procreati.* D. Ambrosius, lib. de Ioseph.Patriarch. *Nunquid natura diuisit merita filiorum: ipsa vos doceat non discernere patrimoniis, quos titulo Germanitatis æquastis.*

Consanguinei sunt, qui vt ſ. lib.3. diximus, eodem patre nati sunt, licet diuersas matres habeant. Eiusmodi est *Frater ex alia matre natus*, l.11.D.de Carboniano edic.

Fratres & Sorores non ex eadem matre susceptri, l.1.C.de legit.heredib. quos Ἀμφιμάτορας vocat Eurip.in Andromacha. Nam, vt illic Interpres ait, hoc nomine appellat τοὺς ἐκ διαφόρων μητρῶν, ἐξ ἑνὸς δὲ πατρός.

Frater Consanguineus, l.1.D.de iur.& fac.ignor. *Consanguinea soror.* ὁμοπατρία ἀδελφὴ, dicitur à Ctesia in Persicis.

Fratres vel Sorores Vterini, qui ex eadem matre tantùm, & eodem vtero nati sunt, l.27.C.de inoff.test.l.penult.ad fi.& l.vlt.C.de legit.hered.l.21.C.de excus.tut. *Frater eadem matre natus*, l.4.D.vnde cogna.

Fratres qui ex eadem Matre erant, l.vlt.D. ad Sc. Trebell. Interpres Sophoclis in Antigone, Ἀδελφὸς κοινῶς λέγεται, ὅτι τῶν, μὴ ἐξ ἀμφοτέραν τῶν γενέων ὄντων, ἀδελφῶν: Vnde Sophoclem ait dixisse, Αὐτάδελφον, ὅτῳ παρέφησι τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς καὶ μήτρος γεγονότας.

Fratres Gemini, apud Plautum Persa.Act.4.Sc.6.& Act.5.Sc.11. Sic autem verba hæc enuntiari debere, non, *Gemini Fratres*, Quintil.admonet, lib.9.cap.4.

Frater Naturalis, l.6.C.si quis alteri vel sibi. *Fratres Naturales*, l.71.§. qui confitetur. D. de legat.1.

Frater Adoptiuus, l.3.D.vnde cognati.

Si Fratres parentum indiuisas hereditates ideò retinuerunt, vt emolumentum ac damnum in his commune sentirent, l.52.§.Papinianus, D.pro socio.

Duo Fratres hereditatem inter se diuiserunt, l.22.§.vlt.D.de verbor.oblig.

Tres Fratres communem hereditatem inter se diuiserunt, l.35.D.de pactis. *Fratres communem hereditatem consensu diuidentes*, l.57.D.famil.erciscun.

Si inter Fratres voluntarium consortium initum sit, l.52.§.idem Papinianus, D.pro socio.

Intestatæ Sororis duabus Fratribus hereditas obuenit, quorum alter erat præsens, alter absens, l.vlt.D. pro emptore.

Si ex tribus Fratribus vnus vxorem haberet, l.38.D.de donationib.int.vir.& vxor.

Fratris factum Fratri non nocet, l.2.§.fratris, D.si quis aliqu.testa.

Si Magnum

Si magnum & capitale crimen, ac non leue, Frater contra Fratrem ſuum inſtituit: non ſolùm audiendus non eſt, ſed etiam exilij pœna plectendus eſt, l.13. C. de his qui accuſat. non poſſ. *Frater in Fratris caput torquendus non eſt*, l.1. §. ſed ſi ſeruus, D. de quæſtionib.

Fratres non ſunt ſeparandi, l.39. & l.40. D. de ædil. edic.

Qui Frater non eſt, ſed Fraterna caritate diligitur, l.58. D. de heredib. inſtituen.

Fratrum appellatione etiam Sorores continentur. *Lucius, & Titia Fratres*, l.38. D. Famil. erciſc. *Tres Fratres, Titius, Mæuius, & Seia*, l.35. D. de pactis. Proinde *quod heredes Fratrib. rogati eſſẽt reſtituere, etiam ad Sorores pertinere, niſi aliud Teſtatorem ſenſiſſe probetur*, ait l.92. §. quæſitum, D. de legat.3.

Fratres Imperatores, l.33. D. de pœnis, & l.38. §. D. ad L. Iul. de adult. qui aliâs *Diui Fratres* vocantur: nimirum Marcus, & Verus, vt ſ. lib.4. docuimus.

Frater Patruelis, l.16. §. vlt. D. de caſtrẽſ. pecul. *Fratres Patrueles, Sorores Patrueles, id eſt, qui quæ-ve, ex duobus Fratribus progenerantur*, l.1. §. quarto, D. de gradib. & adfi. *Qui ex Fratribus nati ſunt, Fratres Patrueles. Item, eæ quæ ex Fratribus natæ ſunt, Sorores Patrueles appellantur*, l.10. §. quarto gradu, D. eod. tit. & §.1. Inſtit. de legit. agn. ſucc. Gaius lib.2. Inſtit. Tit.8. & Paul. lib.4. Sentent. Tit.10. Fit & horum mentio in l. penult. D. de Sc. Silan. l.8. C. ſi quis alt. vel ſibi, l.4. C. qui teſtament. fac. l.2. C. de ord. cognitio. & apud Plaut. in Prologo Pœnuli, & Ambroſ. Epiſt. 66. l.b.8.

Fratriæ, Fratrum inter ſe vxores appellantur, auctoribus Feſto lib.5. Nonio. Marc. cap. vlt. de proprietat. ſermo. & Palæmo. in Gloſſ.

FRATERNA *Caritas*, l.58. D. de heredib. inſtit. *Hereditas*, l.12. D. de vulgar. & pupil. *Fraterna Bona*, l.3. §. planè, D. de Carbon. edic.

FRATERNITAS *quæſita per Adoptionem*, l.7. D. de ritu nuptiar.

Fraternitatis quæſtio, l.13. C. de probationib.

Societas ius quodammodo Fraternitatis in ſe habet, l.63. D. pro ſocio. Quintilian. Declamat. 120. de ſocietate agens, *Sacra res eſt, & quædam Fraternitas propoſitorum animorum.*

FRAVDARE, eſt aliquem commodo, lucróve, aut alio emolumento, priuare. Sic *Fraudare Commodo, Creditores*, l.67. D. ad Sc. Trebel. *Hereditate, Heredem*, l.2. D. de his quæ in teſtam. delen. *Maritum, Liberis*, l.4. D. de extraord. criminib. *Pretio, Emptorem*, l.1. §. ſi quis, D. ſi quid in fraud. patr.

Fraudare, etiam eſt in fraudem alterius quid facere, gerere. Et ita *Fraudare Creditores ſuos*, l.17. §.1. D. quæ in fraud. credit. & apud Cicero. Philipp. 6. *Patrem*, l.5. D. de diuortiis. *Patronum*, l.1. §.1. & l.6. D. ſi quid in frau. patr.

Fraudari Creditores, l.57. D. de teſtam. l.10 §. præterea, D. quæ in fraud. *Si euentu Fraudẽtur Creditores*, l.4. §. ſi quis autem, D. de fideic. libert.

Fraudandorum Creditorum cauſa factum, l.10. §.1. D. quæ in fraud. credit. *Conſilium habuiſſe*, l.17. §. vltim. D. eod. tit. *Conſilium inire*, l.67. D. ad Sc. Trebel. l.10. §. ſi cùm mulier, D. quæ in frau. *Si Teſtator Fraudendi Conſilium non habuiſſet*, l.54. §. vlt. D. de manum. teſt. *Si Conſilium & Euentus fuerit Fraudandorum Creditorum*, l.4. §. ſi quis autem, D. de fideic. libert.

Fraudare nemo videtur eos qui ſciunt & conſentiunt, l.6. D. quæ in fraud. credit. l.15. D. de diuerſ. regul.

Non Fraudantur Creditores, quum quid non adquiritur à Debitore, ſed cùm quid de bonis deminuitur, l.134. D. de diuerſ. regul l.6. D. quæ in fraud. credit.

Non videtur voluiſſe Fraudare Edictum, qui ſibi proſpicit, l.42. D. de adquir. vel omitt.

Fraudandæ legis cauſa adſcriptum, l.64. D. de condic. & dem.

Seruus vel Filiusfamiliæ, ſine iuſſu patris vel domini, condicionem implere poſſunt, quia eo facto nemo Frudatur, l.5. D. de condicionib. & demonſtr.

Fraudari dominus in penſione percipienda, l.35. §. doli, D. de dam. inf.

Fraudare aliquem per Tutelam, aut ſocietatem, Cic. pro Cæcina. *Fraudata ſocietate*, Plin. lib.11. cap.16.

Si menſor Fraudauerit in renuntiatione, l.3. §. idem Pomponius, D. ſi. menſor. falſ. mod. *Fraudatus à menſore venditor*, d. l.3. §. ſed ſi.

Si quid dolo malo domini captus, Fraudatúſq; eſt, l.36. D. de pecul. Cic. lib.3. Officior. *Vtíne propter te, fidémve tuam captus, Fraudatúſve, ſim.*

Inuidioſum eſt Fraudari heredem, l.20. D. de ſtatuliber. *Ne pueri ingenuitate deſtinata Fraudarentur*, l.26. §. cùm quidam, D. de fideicom. libert.

Fraudandi animo decerpere fructus. l.25. D. de furtis.

Fraudandi Causa coorta Societas, l.3.§.vlt.D.pro soc. *Pactum factum*, l.7.§.ait Prætor, D. de pactis. *Profugere*, l.36. D.de reb. auctor. iud. *Si modo id ipsum non* Fraudandi *causa simuletur*, l.22.D. de vsuris.

Fraudari Alimentis, l.6.D.de confessis.

Fraudare Annonam, l.1.D.de L.Iul.de anno.

Fraudati *Census accusatio*, l.1.C.de quæstionib. *Fraudati Vectigalis crimen*, l.8. D. de publican. Fraudari autem vectigal dicitur fraude & mendacio professionum: aut cùm quis clàm non professas merces exportat.

Fravdationis *Causa Gesta* l.1.D.quæ in fraud.credit. Quæ Edicti Prætorij verba explicantur eadem l.§.vlt.& l.2.& l.3.D.eod.tit.

Fraudationis causa latitat, qui hoc animo latitat vt fraudet creditores, l.7.§.1.& §.sed is qui D.quib.ex caus.in poss.150.D.de peculio. *Vti inter Bonos bene agier oportet*, *& sine* Fraudatione Cic.3.Officior.

Fravdator, qui in Fraudem creditorum, & eorum Fraudandorum causa, consilio quid fecit gessitvè, l.9.§.sed & si quis, D.de iureiurand.l.6.§.præterea, l.10.§.si fraudator, l.14. l.25. & l.vlt.in prin.§.1.D.quæ in fraud.credit.l.3.D.de curat.bon.dan.l.vlt. C.de reuocand. his quæ in frau. Planè, in l.8.D.depositi Fraudator appellatur Argētarius qui foro cessit. *Creditorū* Fraudator, Cic.Philip.13. Idémq; pro Flacco, *Fraudatorum & Infitiatorū impudentiam*, coniungit.

Fravdatorivm Interdictum, quo in fraudem creditorum gesta reuocantur, l.67.in prin. D.ad Sc.Trebellian.l.96.D.de solutio.l.1.de in integr.restit.in C.Theod.Quô pertinet Edictum quod proponitur, l.10.D.quæ in fraud.credit.

Fravdvlenta *Conuersatio*, l.31.D.de reb.auctorit.iud. *Venditio*, l.2.C.de præd.minor. Fraudulentum *Consilium*, quod capit quis fraudandorum creditorū causa, l.7. D. qui & à quib. *Si id Fraudulento consilio fecerit*, l.12.D.de inoffic.testam. *Consilij non* Fraudulenti *nulla obligatio est*, l.47.D.de diuers.regul.

Fravdvlenter *Administrare res*, l.1.C.de suspect. tutor. *Siquid non administrandi animo, sed* Fraudulenter *alienasset*, l.60.§.vlt.D.mandati *Reuocatis alienationibus quas Fraudulenter fecerant*, l. 39.§.vlt.D.de iure fisc. *Si quid in seruandis vestimentis* Fraudulenter *admiserint*, l.3.§.vlt.D.de offic. præfec.vigil. *Si Fraudulenter gessisse tutelam probetur*, l.2.D.de suspect.tutor.

Si Fraudulenter seruo soluerit, l.10.§.1.D.de in rem verso.

Fraudulenter *acta*, l.40.§.seruus, D.de statuliber. *Fraudulenter versatus*, l.vlt. D. de custod. & exhib. l.3.§.si curator, D.de suspect. tutorib.

Fraudulenter, & segniter, separantur, l.5. C.de suspect.tut. Alterum enim ad Dolum, alterum ad culpam pertinet.

Fravs calliditatem & fallaciam significat: *Inest* enim *dolo &* Fraus. l.7.§.Dolo, D.de pact. Ideóque solent, *Dolus & Fraus* coniungi, l.8.§.si heres, D. de liberat.legat.l.3. D. quan.ex fac. l.3.§.vlt.D.pro socio: vbi, *fides bona, contraria*, esse dicitur *Fraudi, & dolo*. Ideóque *per Fraudem locare, & bona fides contrahere* pugnant, l.35. D.locati. *Bona fide & citra* Fraudem, l.22.D. de manum. test. *Actiones quæ doli vel* Fraudis *habent mentionem*, l.5.D. de obsequi. parent.

Si quid dolo vel Fraude egerit, l.10. C.de procuratorib.

Quæ ex improuiso, casu potius, quàm Fraude, *accidunt*, l.1.C.ad l. Cornel de sicar.

Fraus & Culpa, aduersantur, l.63.D.de rei vindic. Item, *Fraus & Segnitia*, l.52.D. de fideiuss. l.3.§.vlt. D.de suspect.tutor.

Si Fraus non sit admissa, sed lata negligentia, quia ista prope Fraudem *accedit*, l.7.§.1. D. eod. tit. *Vt Negligentiæ ratio non habeatur, sed tantum Fraudium*, l.119.D.de legat.1.Cic.1.Officio. *Vi, aut* Fraude, *fit iniuria*. *Fraus, quasi Vulpeculæ: Vis, Leonis videtur: vtrumque ab homine alienissimum. Sed* Fraus *odio digna maiore*. Tertullia.in lib.de Idololatr. *Fraudis condicio ea est, opinor, si quis alienum rapiat, aut alij debitum deneget.*

Per Fraudem collocata bona in filium, l.67.D.de ritu nupt. *Distrahere Res*, l.3.§.seuerus, D.de suspect.tut. *Omittere Hereditatem*, l.1.§.vlt.D.si quis omissa.

Si quis Fraude *heredis scripti reliquerit hereditatem*, l.21.D.de inoff.test. *Pretij* Fraude, l.6.C. arbitr.tutel.

Fraudem Arguere, l.4.C.de suspect.tutor.

Fraudem *tegere*, l.7.C.de interd.matrim. *Si nulla* Fraudis *incurrat, suspicio*, l.2. D. de separationib. *Quamuis in isto* Fraudis *nec suspicio quidem interueniret*, l.17.§.in adoptiua, D.ad municipal.

Fraudis suspicionem par affectionis causa amouet, l.67.§.1.D.de ritu nupt. *Ne Fraus fiat*, l.33.§.1. D. ad L.Iul.de adulter.

Fraudis consilio libertas data, l.2. C. de seruo pigno. *Fraudis consilium participasse*, l.96. D. de solutionib. *Fraudis consilio cum heredibus participato*, l.27. §. vlt. D. si quis omissa cau.

Clandestinis ac domesticis Fraudibus facilè quiuis pro negoty opportunitate confingi potest, l.27. C. de donationib. *Fraudes in cura admissæ*, l.3. §. si curator. D. de suspect. tut.

Fraudem pati, l.1. §.1. D. de iudiciis. *In Fraudem legatarij induci*, l.95. §. vlt. D. ad L. falcid.

In Fraudem administrationis gesta, vel negligenter acta, l.12. C. de administr. tutor. *In Fraudem futuræ Actionis erogare bona*, l.68. §.1. D. pro socio. *In Fraudem ciuilium munerum*, l.2. C. de dignitatib. *Qui in Fraudem Ordinis euitandorum maiorum onerum gratia ad colonos prædiorum se transtulerũt*, l.1. §. qui in fraudem, D. de vacat. & excusat. *In Fraudem eorum quæ testamento relicta sunt*, l.9. C. de legat. *In Fraudem Fideicommissi fieri*, l.50. D. ad Sc. Trebellian. *Non in Fraudem libertatis abesse*, l.28. §. vlt. D. de fideic. libert. *In Fraudem vsurarum*, l.16. C. de vsuris. *Si pecuniam Tutor in Fraudem pupilli accipere noluerit*, l.22. D. de manum. test. *In Fraudem factum*, l.2. D. de suspect. tut. *Si non in Fraudem id factum sit*, l.58. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Si in Fraudem suam Transactionem factam legatarij dicerent*, l.5. §.1. D. de appellationib. *Si quis alienando rem, alium nobis aduersarium suo loco substituerit: idque data opera in Fraudem nostram fecerit*, l.1. D. de alienat. iudic.

Generaliter cùm de Fraude disputatur, non quid habeat Actor: sed quid per Aduersarium habere non potuerit, considerandum est, l.78. D. de diuers. reg.

Fraudem porrò, in Alienationibus, Manumissionibúsve, quæ in *Creditorum, Patroníve, Fraudem* fiunt, in damno pecuniario accipimus, l.1. §. & alias, D. si quid in Fraudem pat. *In Fraudem* ergo Theophil. Instit. quib. manumitt. lic. & in §. item si quis in fraudem. Instit. de actionib. interpretatur, τῷ βλάπτειν, καὶ ἀπάτῳ, ἢ τῇ ἐλαττώσει τῆς οὐσίας. Et quidem quod ad Libertatum causam attinet, Fraudem & ex Consilio & Euentu simul æstimamus, l.4. §. si quis autem, D. de fideicommiss. lib. & Instit. quib. manumitt. non lic. *Libertates vt rescindantur, vtrũque in eorumdem personam exigimus, & Consilium, & Euentum. Et siquidem creditor, cuius Fraudandi consilium initum erat, non Fraudatur: aduersus eum qui Fraudatur, cõsilium initum non est, libertates itaque ratæ sunt*, l.15. D. quæ in fraud. cred.

Fraudis interpretatio semper, in iure ciuili, non ex Euentu dumtaxat, sed ex Consilio quoque desideratur, l.79. D. de diuers. regul.

Fraus cum Effectu in Lege Ælia Sentia accipitur, l.1. D. de statuliber.

In Fraudem vtique *Creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore quo manumittit, soluendo non est: vel datis Libertatibus, defuturus est soluendo esset*, l.18. D. qui & à quib. §. in fraudem, Instit. quib. ex caus. manumitt. *Semper in Fraudem Creditorum libertas datur ab eo qui sciret se soluendo non esse*, l.23. D. qui & à quib. manumm. Et ita, *In Fraudem Creditoris data libertas*, l.44. §. si idem, D. de legat. 1. l.4. §. eadem, D. de fideic. libert. *Datæ libertates*, l.63. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. l.5. C. de testament. manumiss. l.1. C. qui manumitt. non poss. *Fraudem Creditoribus fecerit manumissor*, l.5. C. de seruo pign. dato. *Si aliquem non in Fraudem Creditoris manumiserit*, l. vlt. D. vt in poss. leg.

In Fraudem Creditorum facere quis videatur, pete ex l.4. l.5. l.6. & l.10. §. si cùm in diem, D. quæ in fraud. credit.

Fraudem etiam in Tempore fieri Prætor intellegit, l.10. §. si cùm in diem, l.17. §. vlt. D. quæ in frau. credit. *Si Debitor in Fraudem Creditorum adierit hereditatem*, l.1. §. quæsitum, D. de separationib. *Qui soluendo non est, heredem necessarium, etiam in Fraudem Creditorum relinquere potest*, l.1. C. de necessar. seru. *In Fraudem alterius donare*, l.4. C. de reuoc. donat.

In Fraudem Ciuitatium manumissi, l.11. D. qui & à quib.

In Fraudem Fisci, alienat, qui iam eo crimine damnatus, ex quo publicatio bonorum sequitur, vel futurum prospiciẽs vt damnetur, alienat, l.45. D. de iure fisci. Ceterùm si capitis reus filium emancipet vt is hereditatem adeat, non videbitur *in Fraudem fisci* factum quod adquisitum non est, l.26. D. de iur. fisc. *In Fraudem fisci Adoptio facta* videtur, etiamsi non in reatu, sed desperatione rerum, per conscientiã, metu imminẽtis accusationis quis adoptet in hoc, vt ex bonis quæ se amissurum cogitat, portio detrahatur, l. vlt. §. ex bonis, D. de bon. damn. *In Fraudem fisci datæ Libertates*, l.45. §. à debitore, D. de iure fisc. l.11. D. qui & à quib. *Res alienatæ*, d.l.45. in princ. *Qui aliquid sciens in Fraudem fisci suscepit*, l.46. §.1. D. de iure fisc.

In Fraudem Patroni factum, Rubr. & toto Tit. si quid in fraud. patr. D. *Alienatio facta*, Rubr. si in fraud. patro. alienat. Cod. *Alienare*, l.16. §. idem scribit, D. de hered. petit. *Patronum manifestè docere debere, Libertum in Fraudem suam aliquid dedisse*, l.6. D. de probationib. *In Fraudem Legis relictum ei capere non poterat*, l.37. §. Titia, D. de legat. 3. *Si nihil in Fraudem Legis factum esset*, l.82. D. de adquir. vel omitt. *Si nihil in Testamento in Fraudem Legis fuerit cautum*, Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 6. *In Fraudem Legis Fidem suam adcommodare*, l.3. D. de iure fisc.

Fraus fieri dicitur, *Constitutioni, Edicto, Iuri, Legi, Senatusconsulto.* Sic, *si meæ Constitutioni* Fraudem *fecerit*, ait Hadrian. l. 2. D. de his qui sui vel alie. §. vlt. Instit. eod. tit. *Si conuenerit, vt ad diem pretio non soluto, venditori duplum præstaretur, in Fraudem Constitutionum videtur adiectum id quod vsuram legitimam excedit*, l. 13. §. ibidem Papinianus, D. de actionib. empt.

Fraudem *Edicto Prætoris facere videtur Patronus*, in specie, l. 50. D. de bon. libert. *Fraus Edicto Prætoris fieri*, l. vlt. D. si famil. furt. fec. *Ne qua* Fraus *aut Edicto, aut iure ciuili fieret*, l. 44. D. de ædilic. edic.

In Fraudem *Iuris Fidem accommodat, qui vel id quod relinquitur, vel aliud, tacitè promittit restituturum se personæ, quæ, Legibus, ex Testamento capere prohibetur: siue Chirographum eo nomine dederit, siue nuda pollicitatione repromiserit*, l. 10. D. de his quæ vt indig.

Fraus Legi fit, vbi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit, l. 30. D. legib. Plaut. Milit. Glorio. Act. 2. Sc.

Atque adeò & ne legi Fraudem faciam
Talariæ.

Exemplum est apud Liuium, lib. 7. *Eodem anno*, ait, *C. Licinius Stolo à M. Popilio Lenate sua lege, decem millibus æris est damnatus: quod mille iugerum agri cum filio possideret, emancipandóque filiũ,* Fraudem *Legi feciſſet.*

Fraus Legi Æliæ Sentiæ facta, in specie l. 7. §. vlt. D. qui & à quib. l. 6. §. patronus, D. de iure patronat. *Si non in* Fraudem *legis Æliæ Sentiæ libertates datæ fuerint*, l. 32. D. de manum. test. *Fraus legi* (videlicet Iuliæ Papiæ Popææ) *facta*, in specie l. 54. D. de condic. & dem. Apud Quintilian. Declamat. 264. quæritur an *Fraus Legi Voconiæ* facta videatur.

Fraus legi Falcidiæ non fit, sit ius suum deminuat heres, l. 71. D. ad L. Falcid. *Non intelligitur* Fraudem *legi feciſſe, qui rogatus est palàm, restituere.* Et mox, *Fraus legi fieri videtur, quotiens quis neque Testamẽto, neque Codicillis, rogaretur: sed domestica cautione, & chirographo, obligaret se ad præstãdum ei qui capere non potest*, l. 2. D. de iure fis. Quæ Calliſtratus ex Iuliano se sumpsisse ingenuè profitetur. Ac planè eadem Fraudis legi in Tacitis Fideicommissis factæ interpretatio refertur ex Iuliano lib. 83. Digest. in l. 103. D. de legat. 1.

In Fraudem *Legis facit, qui saluis verbis Legis sentẽtiam eius circumuenit*, l. 29. D. de legib. *Si libertus minorem se centenario in Fraudem Legis fecerit*, l. 16. D. de iure patronat. *Quotiens in* Fraudem *Legis fit alienatio, non valet quod actum est*, d. l. 16. §. 1. *In* Fraudem *Legis ei qui solidũ capere non poterat, legatum datũ* videtur, in specie l. 27. D. de probationib. *Siquis sub condicione heredes instituisset, Si inuicem cauissent se legata eo testamẽto relicta reddituros, placuit remitti eis condicionem, quia ad Fraudem Legum respicerent, quæ vetarent quosdam legata capere*, l. 7. D. de condicionib. instit.

In Fraudem Legum tacitam Fidem adcommodare, l. 123. §. vlt. D. de legat. 1. *Qui in* Fraudem *Fidem adcommodat*, l. 43. §. vlt. D. de vulga. & pupill. *Si quis in* Fraudem *tacitam Fidem adcommodauerit, vt non capienti* Fideicommissum *restituat*, Vlpian. Tit. 27. Regul. *Qui Tacitum* Fideicommissum *in* Fraudem *Legis suscepit*, l. 18. D. de his quæ vt indign. *Maiorem Fraudem excogitasse videtur, qui non tantùm Legem circumuenire voluit, sed etiam interpretationem Legis, quæ circa Tacitum* Fideicommissum *habetur*, l. 4. D. de iure fisc.

Si constante matrimonio mulier dum diuortium cogitat, manumittat, vel alienet, quasi in Fraudem *Legis*, (videlicet Iuliæ de adulteriis) *hoc factum sit, nõ debet alienatio valere, vel manumissio*, l. 14. §. vlt. D. qui & à quib. *Si non in* Fraudem *Legis* (scilicet Papiæ Popææ) *factum esset*, l. 82. D. de adqu. vel omitt. *Quod in* Fraudẽ *Legis*, (id est Iuliæ Papiæ Popææ) *ad impediendas nuptias scriptũ est*, l. 79. §. vlt. D. de condic. & dem. *Iudex tunc Litem suam facere intelligitur, cùm Dolo malo in* Fraudem *Legis sententiam dixerit*, l. 15. §. 1. D. de iudiciis.

Fraudis causa adscripta condicio, in l. 27. D. ad L. Falcid. dicitur, quæ Fraudandæ Legis Falcidiæ gratia adscripta est.

Fraus quoque fit *Senatusconsultis.* Cicero ad Attic. Epist. 10. lib. 4. *facio Fraudem Senatusconsulto.* Fraus *Senatusconsulto Macedoniano adhibita*, l. 7. §. multum, D. de Sc. Macedonia. *Cogitata*, l. 3. §. 1. D. eod. tit. *Facta*, l. 7. §. 1. D. eod.

Fraus Senatusconsulto Velleiano facta, videtur in specie l. 8. §. planè, D. ad Sc. Velleian. *Non debet ignorantia maritorum amplissimi Ordinis consulto* Fraus *quæri*, l. 4. C. de excusation. tutor.

Fraus etiam fit Conuentioni, vt, Si Fraus *Legi dictæ fiat*, l. 1. C. si mancip. ita venier.

Fraus quoq; ipsa *Noxa* dicitur, & *quasi pœnæ quædã præparatio*, l. 131. D. de verb. sig. Quinetiã *Fraudẽ*, ait Vlpian. pro pœna *veteres ponere solebant*: Ideoq; in Edicto Ædilium, *Capitalẽ* Fraudem *admittere, est tale aliquid delinquere propter quod capite puniẽdus sit*, l. 23. §. excipitur, D. de ædil. edic.

Plaut. Milit.

Plaut.Milit.Glor. Act.2.Sc.3.*Nunc cruribus capitique Fraudem capitalẽ creas.* Cic.1.de Orat.*Erat enim Athenis, reo damnato, si Fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio.* Et lib.2.*In nefario crimine & capitali Fraude esse puniendum*: quo genere loquendi, & pro Rabir. perduell. reo vtitur. Liuius lib. 23. *Qui capitalem Fraudem admisissent.* Seruius lib.11.in Æneid.ad eum versum, *Ventosa ferat cui gloria Fraudem. Nam*, ait, *Fraudem pœnam, veteres vocabant: vt etiam in antiquo cognoscitur iure. Salust.in Catilinar. Diem statuit, ante quam, sine* Fraude, *liceret ab armis discedere.* Idem in 10.Æneid.ad hæc verba, *Quis Deus in Fraudem*, interpretatur, *in periculum. Ita enim in iure lectum, Fraudi erit illa res, id est, periculo. Poterit tibi ea res non esse Fraudi*, l. 6.C. de pact.inter empt. *Hæc neque creditoribus, neque fisco Fraudi esse*, l.114.§.Diui, D.de legat.1.Cic.Philipp.5.*Quibus certè pietas Fraudi esse non debet.* Idem pro Murena.*Id erit eius vitrico Fraudi ac crimini.* Liuius lib.36. *Iudicibus, ne Fraudi ea res sit, curare.* Ita, *sine Fraude*, est, sine pœnæ metu, citra periculum, impune & vindice nullo, l.25.D.ad L.Iul.de adulter. *Eam pecuniam sine Fraude sua capere liceto*, l.1.D. ad L.Falcid. Liuius lib.26.*Vt qui ciuis Campanus ante certam diem transisset, sine Fraude esset.* Idem lib.35.*Milites, pacti vt sine Fraude liceret abire, præsidio excesserunt.*

Hi quos more maiorum, sine Fraude, in ius vocare non licet, vt Consulem, Prætorem, ceteróque qui imperium, potestatémve quam habent, l.26.§.ait Prætor, D.ex quib.caus.maior. *Qui sine Fraude in ius euocari non possunt, propter Magistratum, Potestatémve in qua agunt*, l. 8. D. de accusationib. *Si is Magistratus est, qui sine Fraude in ius vocari non potest*, l.32. D.de iniuriis.

Frequens *est clausula* de suspectis tutoribus, l.1. D. de suspect. tutor. *Frequens est tractatus de vtilibus diebus*, l.1.D.de diuers.temporal.

Frequens *est vsus Testimoniorum*, l.1.D.de testib. *Frequẽtem vsum oratores vocant vsurpationẽ*, l.2. D.de vsucapion. *Parere exceptionem rei iudicatæ Frequens est*, l.6.D.de exceptio.rei iudic. *Philosophis qui se Frequentes atque vtiles præbent*, l.8.§.Philosophis, D.de vacatio. & excusatio. *Vbi Frequentius est id genus maleficij*, l.1.§.Abigei, D.de Abigeis. *Frequentissima est hæc causa possessionis borum eius qui Fraudationis causa latitat*, l.7.§.1.D.quib.ex caus.in poss.

Frequentia, l.15.§.aliud, D.de iniuriis.

Frequentari, dicitur quod Frequens, est atque vsitatum, *Hoc Edictum minus in vsu Frequentatur*, l.2. D.ex quib.caus.maior. *Interrogatoriæ Actiones minus Frequentantur*, l.1.§.vlt.D.de interrogatio. *Quod in regione Frequentatur*, l.34.D.de diuers.reg. *Vsuræ quæ in Prouincia Frequentantur*, l.7.§.quæ autem, D.de administr.& peric.id est, *obseruantur*, vt loquitur, l.3. §. contrarium, D.de contrar.& vt. act. *Vsuræ quæ in Regione Frequentantur*, l. 37. D. de vsuris. *Vsuræ quæ legitimo modo in Regionibus Frequentantur*, l.10.§.si procurator, D.mandati.

Frequenter *Constitutum*, l.3.C.de munerib.& honor. *Frequenter facere*, l.7.§. latitare, D. quib.ex caus.in poss.l.1.§. Viuianus, D.de itinere actúque pri.

Frequenter, ignorantia, liberos emimus, l.44.D.de vsurpatio.& vsucap.

Frequenter scribit, l.64.D.de hered.instituend. *Sequi*, l.15.§.aliud, D.de iniuriis. *Seruatur*, l.1.C. quæ sit longa consuet. *Ne sine discrimine & Frequenter iisdem oppressus*, l.2. §.præses, D. de munerib.& honor.

Quæ Frequenter & facilè accidũt, opponuntur iis, quæ *perrarò*, l.5.D.de legib. *Frequẽtissimè adiri Præto*, l.1.D.vbi pupill.educ. *Agitari quæstio*, l.38.D.mandati.

Freto *modico, ab Italia Sicilia diuiditur*, l.99.§.continentes, D.de verb.signif.

Fretus statu generis, l.1.C.de ordine cognit.

Fribvscvlvm, l.32.§. si diuortium, D. de donat.int.vir.à *Diuortio* separatur, & leue iurgiũ significat, vt ostendit, l.31.D.de iure dot. coniuncta l.27.D.de pact.dotalib. *Friuusculum* autẽ legendũ censeo familiari apicum B. & V. mutatione, quorũ metaplasmo, multa in veterum auctorum libros menda irrepserunt, quæ criticorum diligentia magna ex parte sublata sunt. Nemo tamen adhuc medicas manus Nonio Marc.adhibuit: licet ille monstrũ nescio quod in vltimas terras deportandum, alat. Apud eum namque passim legitur, à Sisenna lib.3. Hist. *Ferabite, positum, pro agresti.* Emenda, *Fera vite*, quæ à Græcis, ἄμπελος ἀγελία, Latinis Labrusca appellatur. Plin.lib.23.cap.1. *Labrusca quoque Oenanthen fert, satis dictam, quæ Græcis ampelos agria appellatur, spissis & tãdicantibus foliis, geniculata, rimoso cortice: fert vuas rubẽtes, cocci modo.* Verũ vt ad *Friuusculum*, redeam: id à Friuolo Παπιοδιπῶς fluxisse indicat Isidor.lib.9. Origin.cap. vlt.his verbis, *Friuolum est, cùm eo animo separantur coniuges, vt ad se inuicem reuertantur. Nam Friuolum est velut quassæ mentis, & fluxæ nec stabilis. Propriè autem* Friuola *vocantur fictilia vasa inutilia.* Vnde pro leuis pretij supellectile hoc verbum vsurpatur, l.11.§.solutam, D.de pigner.actio. Seneca lib.3.Controuers. *Ego illos in* Friuola *inuitaui nostra.* Iuuenal. Satyr.3. *Iam Friuola trãsfert Vcalegon.* Gloss.Palæm.& Gloss.vtriusq; testamenti, *Fribula*, id est *Friuola, Vasa Fictilia.*

FRIGORIS, *vel vmbræ causa, Vela*, l. 12. §. si domus, D. de instruct. vel instr. *Frigore mortuus*, l. 14. D. de præscript. verb.

Frigidæ Aquæ, Calidis contrariæ sunt, l. 1. §. idem Labeo, D. de aqua cottid.

FRONS, vt Plin. lib. 11. cap. 37. scribit, *Homini, Tristitiæ, Hilaritis, Clementiæ, Seueritatis, index, Integræ Frontis homo*, l. 13. D. de testibus. *Qua Fronte poterit hoc desiderari*, l. 38. D. de adminis. peric.

Frons Agri, l. 56. D. de adquir. rer. do. *Partem fundi ad cuius Frontem insula non respicit*, l. 39. D. eod. tit. Et ita *Frontem Caucasi*, dixit Plin. lib. 12. cap. 7. & *Frontem Hispaniæ*, idem, lib. 4. cap. 21. Ceterùm quod antiquitùs Monumentis inscribi solebat, *In Frontem pedes tot*, hoc significabat, *in longitudinem* tot pedes sepulchrum patere, interprete Acro. ad Horat. vers. *Sex in Fronte pedes.*

Prima Fronte, l. 12. D. de probationib. & apud Cassiodor. Epist. 18. lib. 4. Variar. id est *prima Facie*, vt l. vlt. §. vlt. D. de condict. sine cau. l. 10. D. de aliment. vel cibar. l. 31. §. si is cuius, D. de fideic. liber. Quintilian. lib. 7. cap. 2. *Dura, prima Fronte, quæstio.*

FRVCTVS nomen, interdum *Ius*, interdum *Corpus* demonstrat, l. 43. D. de euictionib. Ad *Ius* cùm refertur, ius vtẽdi fruendi significat. *Vsufructus* itaque an *Fructus* legetur, nihil interest. Nam & *Fructui Vsus inest*, l. 14. §. 1. D. de vsu & hab. *Si quis fructus annuos fundi Corneliani leget, perinde est, ac si Vsus fructus fundi similiter esset legatus*, l. 41. D. de vsu & vsufruct. legat. Sciendum est tamen, *Fructum* quandoque sine *Vsu* constitui, l. 5. §. sed & si vsus, D. vsufr. quemadm. cau. l. 13. §. si quis vsumfruct. D. de acceptilat. l. 14. in fi. D. de vsu & habit.

Fructus verò nomen, cùm ad Corpus pertinet, eos propriè qui ex re ipsa naturaliter enascuntur fructus complectitur: ac proinde & ab Vsuris, & à Pensionibus, Mercedibus, Vecturis Iumentorum, Naulis nauium cæteríque obuentionibus separantur, l. 29. D. de heredit. pet. l. 24. D. de vsur. l. 39. §. fructus, D. de legat. 1. l. 11. D. de donationib. Hæc enim omnia non *Fructus* esse, sed *Fructuum vicem obtinere* dicuntur, d. l. 34. & l. 83. D. de legat. 3. *Vectura* enim, *sicut vsura, non natura peruenit, sed iure percipitur*, l. 62. D. de rei vindic. *Vsura pecuniæ, quam percipimus, in Fructu non est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est, noua obligatione*, l. 121. D. de verbor. signif. *Prædiorum vrbanorum pensiones, pro Fructibus accipiuntur*, l. 36. D. de vsuris.

Fructus ergo appellatio omnem reditum, vtilitatem, accessionem, quæ natura, hominisve cultura, ex re aliqua, seu soli, seu mobili, aut se mouente, colligitur, redigitur, percipitur, significat. Atque vt à rebus se mouentibus initium faciamus, *Fetus pecorum in Fructu est*, l. 68. §. vlt. D. de vsufructu. *Ouium Fetus in Fructu sunt, & Lac, & Lana*, l. 48. §. vltim. D. de adquir. rer. domin. *In pecudum Fructu etiam Fetus est, sicut Lac, Pili, & Lana. Itaque Agni, Hædi, & Vituli, & Equuli, & Suculi statim naturali iure Fructuarij sunt*, l. 28. D. de vsuris, §. in pecudum, Institutio. de diuisio. rer. *In Fructu est Lana Ouium*, l. 5. §. lana, D. de vsurpationib. *Si pecoris Vsus relictus sit, puta Gregis Ouilis, ad stercorandum vsurum dumtaxat, Labeo ait: sed neque Agnis, neque Lacte vsurum: hæc enim magis in Fructu esse*, l. 12. §. 1. D. de vsu & habitat. *Vitulus Fructus est Vaccæ*, l. 43. D. de euictionib. *Ex furtiuis Equis nati statim ad bonæ fidei emptorem pertinebunt: meritò, quia in Fructu numerantur*, l. 48. §. ex furtiuis, D. de furtis.

Vetus fuit quæstio an Partus ad Fructuarium pertineret: de quo ea re inter veteres certatum, Cic. *Bruti sententia optinuit, Fructuarium in eo locum non habere. Nec enim in Fructu Hominis, Homo esse*, lib. 1. de Finib. docet. *Sed potest*, l. 68. D. de vsufructu. *Ancillæ Partus in Fructu non est, Absurdum enim videbatur, Hominem in Fructu esse, cùm omnes Fructus rerum natura Hominum gratia comparauerit*, l. 28. D. de vsuris. §. in pecudum, Instit. de diuis. rer. *Ancillarum Partus, & Partuum Partus, Fructus esse non existimantur, quia non temere Ancillæ eius rei causa comparantur, vt pariant*, l. 47. D. de hered. petit. *Partus Ancillæ non numerantur in Fructu*, l. 48. §. ex furtiuis, D. de furtis. *Partus & Partuum Partus in Fructibus non habentur*, l. 22. §. sed enim, D. ad Sc. Trebell. Itaque à *Fructibus, Partus, & Partuum Partus*, separãtur, l. 4. D. de vsur. l. 12. D. quod met. caus. *Partuum* tamen *Fructus*, dixit Vlpian. l. 17. D. de rei vindicat.

Fructus Hominis in Operis consistunt. l. 4. D. de operis. seruor.

Iam vt ad res soli veniamus, *Frumenta & Vinum, prædiorum Fructum rectè dicimus*, l. 43. D. de euictionib.

Cùm fundum quis vendiderat, & omnem Fructum receperat, & Arundinem cæduam, & Siluam, in Fructum esse respondit, l. 40. §. cùm fundum, D. de contrah. empt.

Silua Cædua, etiam si intempestiuè cæsa sit, sicut Olea immatura lecta, item Fœnum immaturum cæsum, in Fructu est, l. 48. D. de vsufructu.

In Fructu

In Fructu id esse intelligitur, quod ad vsum hominis inductum est: neque enim maturitas naturalis hic spectanda est, sed id tempus, quo magis colono dominóve eum Fructum *tollere expedit. Itaque cùm Olea immatura plus habeat reditus, quàm si matura legatur, non potest videri, si immatura lecta sit, in* Fructu *non esse*, l. 41. D. de vsu & vsuf.

Fructus *ex Saltu per Greges percipiuntur*, l. 9. D. de instr. vel inst. *Venatio Fructus fundi non est, nisi* Fructus *fundi ex venatione constet*, l. 26. &. de vsuris.

Fructus nullus intelligi potest nudæ Proprietatis, l. 19. D. de vsuris. *Fructus non iure Seminis, sed iure Soli percipitur*, l. 25. D. de vsuris.

Bonæ fidei emptor Fructus *suos facit, non tantùm eos qui diligentia & opera eius peruenerunt, sed omnes*, l. 48. D. de adquir. rer. dom.

Fructus porrò *intelliguntur deductis impensis quæ quærendorum, cogendorum, conseruandorúmque eorum gratia, fiunt*, l. 36. §. vlt. D. de heredit. petit. Fructus *deductis necessariis impensis intelligitur*, l. 4. D. de oper. seruor. Fructus *eos esse constat qui deducta impensa supererunt*, l. 7. D. solu. matrimon. *Ex Fructibus, prius impensis quæ fructuum percipiendorum causa factæ sunt, satisfaciendum est*, d. l. 7. §. impendia.

Hoc Fructuum nomine continetur, quod iustis sumptibus deductis supersit, l. 1. C. de fructib. & lit. exp.

Fructus, *post deductionem impensarum, diuidendi inter socios*, l. 38. §. item si, D. de vsuris. *Nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat*, l. 51. D. famil. erciscu.

Fructuum, alij *Pendentes*, alij *Percepti* dicuntur. *Pendentes* sunt, qui terra adhuc continentur, l. 44. D. de rei vendic. l. 12. §. Iulianus, l. 27. D. de vsufruct. *qui terræ & fundo cohærent*, vt loquitur l. vltim. §. non solùm, D. quæ in fraud. cred. qui & *Stantes* Fructus, l. 7. §. interdum, D. solut. matr. & l. 26. D. de furtis. His opponuntur *Percepti*, qui scilicet iam à solo separati sunt, §. is verò, Instit. de diuisio. rer.

Fructus *Maturi*, l. 12. §. vlt. D. de vsufructu. *Iam Maturi*, l. 27. D. eod. tit. l. 13. §. si fructibus, D. de actionib. emp. & contrà, *Immaturi*, l. vlt. D. quæ in fraud. cred.

Fructus *Aridi*, l. vlt. D. de iure fis. & Nouel. 32. Καρπῶν etiam alios ξηρῶς, alios ὑγρῶς facit Phrynichus.

Fructus *Oleæ*, l. 15. §. 1. D. locati. *Vindemiæ*, l. 7. §. 1. D. solut. matr. Fructus *medij temporis*, l. 21. §. filium, D. de annu. legat. *In redigendis Fructibus impensum*, l. 45. D. de vsuris.

Interdum latius Fructum pro omni commodo, vtilitatéque rei accipimus: veluti, in eo quod dicitur, *in Confessoria* Fructus *venire demum nomine Fructuum cõputandum, si quid sit quod id interfit agentis, seruitute non prohiberi*, l. 4. §. in cõfessoria, D. si seruit. vindicet. *Si iter vel Actum quis petierit, vix est vt* Fructus *vlli possint æstimari: nisi si quis cõmodum in* Fructibus *numeraret, quod habiturus esset petitor, si statim eo tẽpore quo petisset, Ire, Agere, non prohiberetur*, l. 19. §. vlt. D. de vsuris. Planè, Vsuras, *Pecuniæ* Fructum, vocat l. 88. §. vlt. D. ad Leg. Falcid. Et *Mercedes seruorum, Vecturæque iumentorum*, Fructus appellãtur in l. 8. §. 1. D. de reb. auct. iud. l. 39. D. de legat. 1. l. vn. §. cum autem. C. de rei vxo. act. Sed & Fructus *rei* esse dicitur vel *pignori dare licere*, l. vlt. D. de vsur. l. 72. D. de diuers. regul. iur.

Fructus *munificentiæ*, l. 2. D. de oper. publ.

Fructiferæ Arbores, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 20.

Eructvarivs & *Vsufructuarius*, idem valent. Vtroque enim verbo is significatur, qui ius vtendi fruendi habet, l. 1. D. de vsu & vsufr. leg. l. 5. D. de dam. inf. l. 47. D. de adquir. rer. dom. l. 55. D. de pactis, l. 8. D. de annu. legat. l. 56. §. 1. D. de legat. 2. l. 22. l. 23. l. 24. l. 25. & aliàs passim, D. de vsufruct. l. 1. §. 1. D. si vsusfr. pet. l. 9. §. 1. D. locati.

Fructuaria, l. 58. D. de vsufructu, quæ vsufructum habebat.

Fructuarius Seruus, l. 25. & l. 37. §. fructuarius, D. de adqui. rer. do. l. 2. D. de peculio, l. 11. D. de acceptilatio. l. 118. D. de verb. oblig. l. 69. & l. 98. §. si seruo, D. de solutionib. l. 1. §. si fructuariũ, l. 18. §. vlt. l. 22. & l. 27. D. de stipulat. seruor. l. 25. §. 1. D. de vsufructu, l. 25. & l. 45. §. 1. D. de adq. vel omitt. l. 55. D. de pactis, id est, *in quo alterius est vsusfructus*, vt loquitur l. 43. §. vlt. D. de adq. rer. dom. l. 22. D. de vsufruct. Vel *in quo vsufructus alienus est*, vt l. 63. §. quod si, D. eod. tit. l. 4. §. vltim. D. de re iudic. *In quo vsumfructum habemus*, vt l. 39. D. de stipulat. seruor. seu Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 7. Vlpian. Tit. 2. Regul. *In quem vsumfructum quis habet*, vt l. 24. D. de vsufructu. Et ita, Fructuarij *serui, pleno iure Testantis non esse, dicuntur*, l. 73. D. de legat. 3.

Fructuaria Stipulatio, quæ vsufructus nomine interponitur, l. 4. §. vlt. D. de verb. oblig.

Fructvosvs Fundus, & contrà, *Minus* Fructuosus. l. vlt. D. de iure dot.

Si fundum Fructuosiorem fecerit, l. 7. §. si vir in fundo, D. soluto matr.

FRVGEM *pro Reditu* accipimus, *non ſolùm qui ex Frumentis aut Leguminibus, verùm etiam qui ex Vino, Siluis cæduis, Cretiſodinis, Lapidicinis, capitur. Fruges* appellantur, *quæ non Ariſta, ſed Siliqua, contmentur*: Ideóque *à Frumento* differunt, cuius appellatione id quod Ariſta ſe tenet, ſignificatur, l.77. D. de verbor. ſignificat. Et ita *Fruges*, & *Frumentum*, ſeparantur, l.12. §.1. D. de vſu & habit.

Frugibus legatis, tam Legumina, quàm Hordeum & Triticum contineri, Paul. lib.3. Sentent. Tit.9. ſcribit. Latiùs verò apud alios auctores *Frugum* appellatio porrigitur. Plin. lib.18. cap.7. *Duo ſunt prima Frugum genera, Frumenta, vt Triticum, Hordeum*: & *Legumina, vt Faba, Cicer.* Idem eiuſdem lib.10. *Æthiopes nõ aliam Frugem, quàm Milij, Hordeique nouere.*

Frugibus ex fundo ſubreptis, l.82. §.1. D. de furtis.

FRVGI *Homo*, l.22. §. ſin autem, D. ſolut. matrim.

Frugi Homines & Diligentes, l.11. D. de peric. & com. rei vend. *Frugi ac Sobrij homines*, Cicer. 5. in Verr.

Frugi, autem Hominem, *Moderatum* quidem & *Temperantem*, Cicero 3. Tuſculanar. interpretatur. Vnde *Frugi*, & *Temperantem*, coniungit Terent. Heautont. Act.3. Sc.3. & *Frugalitatem* Cicero pro Rege Deiot. definit eſſe *Modeſtiam* & *Temperantiam*, Veruntamen latiùs virtutem hanc patere, illo eodem Tuſculanorum loco docet. *A Parentibus Frugi æſtimatio patrimonij fieri ſolet*, l.77. §. pater qui filio, D. de legat. 2.

Eo tempore, quo iſte Tutor bonæ Vitæ, vel Frugi videbatur, l.3. §. quamuis, D. de adminiſtr. & peric. *Cuius vitæ ſint hi, quibus alimenta relicta ſunt: vtrum Frugi vitæ ſint, an ſequioris*, l.8. §. ſed & perſonarum, D. de tranſactionib. *Ad Frugem melioris vitæ ſe reformet*, l.19. C. ex quib. cauſ. infam. *Frugi victus*, tàm *luxurioſo*, quàm *Sordido* aduerſarius, conſtituitur, à Quintil. lib.5. cap.10.

Bonæ Frugi Serui dicebantur, bonis moribus prædíti, & minimè mali, l.9. §. ſi in ſeruo, D. de ſeruo corrup. & apud Plaut. Penul. Act.4. Sc.2.

Bonæ Frugi ſeruus, & fidus, l.13. §. quòd autem, D. de actionib. emp. *Seruus nam incallidus, ſed tamen Frugi atque integer*, Cicer. pro Cluentio.

Si Bonæ Frugi Seruus intra annum mutatis moribus occiſus ſit, l.23. §. ſed & ſi ſeruus, D. ad L. Aquil.

Bonæ Frugi Seruus, & Malus, opponuntur, l.1. §. ſed vtrum, D. de ſeruo. corrup. vt *Frugi Seruus*, & *Nequam*, apud Cicero. lib.2. de Orato. Item *Bonæ Frugi*, & *compeditus, vel male notus, vel nota extrema*, l.15. §. prætor ait, l.2. D. de iniuriis.

Bonum & Frugi Mancipium, apud Apul. lib.8. Metamorphoſ. Idémque in eo verbo ludens, lib.4. *Aſinum*, ait, *me bonæ Frugi dominis exhibere*. Et eodẽ lib. *Bonæ Frugi Latrones* dixit. Donatus in Eunuch. Terent. Act.3. Sc.5. *Frugi es, id eſt, vtilis & neceſſarius, vt Fruges humano generi. Frugi eſt ergo in quo eſt aliquid quo fruamur, id eſt vtamur.*

FRVGALITAS, l.18. D. de ædil. edic. id eſt, vt paulò antè dixi, *Modeſtia & Temperantia*: quam Seneca, elegãter *paupertatem* eſſe *Voluntariam*, ait, Epiſt.17. Cuius cõmendationem vide apud eundem lib. de Tranquill. vitæ, cap.9. *Frugaliter*, l.3. §. ante oculos, D. vbi pupill. educ.

FRVGIFERÆ *Arbores*, l.13. §. fructuarius, D. de vſufructu, & apud Plinium lib.17. cap.1. & lib.18. cap.10. id eſt Fructiferæ.

FRVI, plus eſt quàm *Vti*. Nam *Vti* eſt ad vſum & neceſſitatem vti: *Frui*, eſt omnem rei fructum commoditatémque & vtilitatem percipere, l.23. D. cõmu. diuid. Itaque qui Fruitur, nõ ad vſum modo cottidianum, ſed & ad abuſum, id eſt ad compendium & quęſtum, vti poteſt. Vetus Gloſſarium, *Frui dicitur, qui Fructus percipit*. Donatus in Adelphos, Act.5. Sc.8. ad hæc verba, *Huic demus qui fruatur, id eſt qui fructum capiat, non proprietate potiatur*. Idémq; in Eunuch. Act.4. Sc. vlt. Frui, propriè quid ſit, docet.

Frui Commodo, l.12. D. de liber. cau. *Pecunia*, l.26. D. quan. dies legat. *Publico*, l.1. D. de publican. Cicer. Orat. de Prouinc. Conſularib. *Salario*, l. vlt. D. de offic. adſeſſ.

Si conductori Re, quam conduxit, Frui non liceat, l.15. D. locati. *Colonus, ſi ei Frui non liceat*, l.24. §. colonus, D. eod. tit. *Vt ei præſtetur, Frui, quod conduxit, licere*, l.9. D. eod. tit.

Fruendi cauſa accipere, l.10. D. de præſcript. verb. *Fundum Fruendum alicui locare*, l.25. §.1. D. locati, l.7. §.1. D. ſoluto matrimon. & apud Liuium, lib.27. & 45. *Qui ſuum prædium Fruendum locauerit*, l.35. D. locati. *Qui, in perpetuum, fundum Fruendum conduxerunt à Municipibus*, l.1. D. ſi ager vectigal. *Fruendum locum publicum Locare, & Conducere*, l.1. D. de loco publ. fruen. Vitruu. lib.7. cap.8. *Non minus etiam Lemno, cuius inſulæ Vectigalia Athenienſibus S. P. Q. R. conceſſit Fruenda.* Feſtus lib.11. *Lacus Lucrinus in vectigalibus primus locatur Fruendus, ominis gratia.* Sic enim illic legendum aliàs monui.

FRVMENTVM *id eſſe, quod Ariſta ſe teneat, rectè Gallum definiiſſe*, ait Paul. l.77. D. de verb. ſign.

Frumenti autem appellatione, *Triticum & Hordeũ*, contineri, docet Plin. lib. 18. cap. 7. Idémque eiusdem lib. cap. 8. *Frumenti* genera enumerat.

Frumentum cibariis, seu *ad cibaria, cultorum agri paratum, vel serẽdi causa sepositum*, l. 12. in princ. & §. 1. D. de instr. vel instrum.

Frumentum *Africum*, l. 50. §. vlt. D. mandati. *Si quis Frumentum sine qualitate dari sibi stipulatur*, l. 75. D. de verbor. oblig.

Frumenta quæ in herbis erant, l. 78. §. frumenta, D. de contrah. emp. Agell. lib. 13. cap. 16. ex Catonis Oratio. de Ædilib. vitio creat. hæc verba adfert, *Nunc ita aiunt in segetibus & in Herbis bona Frumenta esse.*

Frumenti comparandi cura, l. 3. §. cura, & l. vlt. D. de munerib. & honor. Sic & in Pamphiliam, *ad Frumentum comparandum*, missum Maximum libertum Traiani, apparet ex Plin. Epist. 36. & 37. lib. 10.

Frumentum autem populo viritim publicè Pop. Rom. distribuebatur: quod inde *Publicum* appellatur à Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 28. *Frumentum*, ait, *Publicum, tàm Fur, quàm Periurus, & adulter*, accipiunt, & *sine delectu morum, quisquis ciuis est.* Idem lib. de Breuitate vitæ. *Quem tunc animum habuerunt illi quibus erat mandata Frumenti publici cura?*

Frvmentaria *Arca*, l. 1. D. de munerib. & honorib. *Pecunia*, l. 23. D. de administr. rer. ad ciuit. *Ratio*, l. 2. §. quod, D. de administr. rer. *Tessera*, l. 49. D. de legat. 2.

Frumentarij *Negotiatores*, l. 9. §. vlt. D. de vacat. & excusat.

Frumentationes, l. 12. §. vlt. D. de re milit.

Frvstra, interdum est superuacuò, non necessariò: alias verò est, inutiliter, inaniter, sine effectu. *Frustra adduntur verba*, l. 12. D. de condic. instit. *Aget*, l. 22. D. solut. matrim. *Appellatur*, l. 1. §. 1. D. quando appell. sit. *Compelleris*, l. 4. C. de testament. manumiss. *Conaris*, l. vlt. C. de seruo pign. dato. *Conatur*, l. vlt. C. de repud. bon. poss. l. 4. C. qui testam. fac poss. *Contenditur*, l. 3. C. si mater indemnit.

Frustra hoc conuenire, l. 14. D pro socio. *Frustra te iudicio mandati conuenit*, l. 7. C. de fideiussor. *Frustra conueniri*, l. 37. §. qui testamento, D. de legat. 3. l. 3. C. de in lit. iurand. *Frustra conuenietur iudicio mandati*, l. 32. D. de negot. gest. *Frustra tutorem de eo nomine conueniri*, l. 19. D. de tut. & rat. distrah.

Frustra datus tutor, l. 6. D. de confirman. tuto. *Frustra desiderare*, l. 30. D. de reb. auctor. iud. *Desideras*, l. 1. C. de condict. indeb. l. 2. C. de condict. ob turp. cau. l. 3. C. de tut. qui satis non ded. l. 1. C. si sæp. in integr. *Desiderari separatio*, l. 2. D. de separationib.

Frustra detrectant, l. 5. C. de administr. tut. *Dicunt*, l. 21. C. de inoff. testam. *Distrahi*, l. 1. §. 1. D. de pignorib. *Donare*, l. 53. D. de donation. inter vir. *Eligetur*, l. 62. D. de ritu nuptia. *Emissa Cautio*, l. 1. C. de non numer. pecun. *Emit*, l. 40. D. de pigner. act. *Exheredatur*, l. 29. §. in omnibus, D. de lib. & postum. *Fideicommittere*, l. 77. §. volo, D. de legat. 2. *Gestum*, l. 2. §. vlt. C. si propter. publ.

Frustra impendia fieri, l. 1. §. totiens, D. de vent. in poss. *Implorat*, l. 1. §. vlt. D. vt in poss. legat. *Intendes*, l. 6. D. si seruit. vindic. *Intercedere*, l. 48. D. de fideiussorib.

Frustra Legat, l. 67. D. de legat. 2. *Legatur*, l. §. D. de seruit. leg.

Frustra litem excipiet, l. 1. D. de distract. pignor. *Mandari tutela*, l. 26. D. de testament. tut. *Pacisci*, l. 69. §. vlt. D. de iure doti. *Petere*, l. 1. §. 1. D. quib. mod. pign. vel hyp. *Petis*, l. 2. C. de his quia non do. *Petita*, l. 5. D. de collat. bon. *Postulare*, l. 32. §. interposita, D. de admin. & peric. *Postulat*, l. 9. §. si quis, D. de iur. & fact. ignor. *Promittũt*, l. 65. D. de fideiussorib. *Prætendit*, l. 2. C. de donationib. *Prouocatũ*, l. 23 §. 1. D. de appellatio. *Quæritur*, l. 11. C. de rescind. vẽdit. *Ratum haberi*, l. 24. D. rat. rem. hab. *Stipulabitur*, l. 4. D. si à parente quid man. *Substitutio fieri*, l. 6. D. de vulgar. & pupill. *Suscipere defensionem*, l. 5. D. iudicatum solui. *Frustra Timetur*, l. 3. D. de duob. reis.

Frustra Disputas, l. 1. C. ne vxor pro mar. l. 5. C. de transaction. *Existimas*, l. 8. C. de sentent. pass. l. 1. C. de dot. promiss. *Opinaris*, l. 6. C. de non numer. pecun. *Postulas*, l. vlt. C. si maior. fact. l. 2. C. de seruitutib. l. 3. C. de hereditar. action. *Putas*, l. 1. C. de his qui in peric. *Times*, l. 1. & l. 17. C. de administr. tut. *Vereris*, l. 15. C. de administr. tut. l. 6. C. quib. non obiicitur.

Non Frustra prouocari, l. 1. D. quando appell. sit.

Frustra est, id est, superuacuum est, & inane, l. 1. §. si quis vxori, D. de dote præleg. l. 3. D. quãdo dies legat. l. 31. D. de euictionib. l. 3. D. quando dies legat. l. 3. §. vlt. D. de hered. instit.

Frvstrari significat morari, tergiuersari, cunctari, l. 2. §. quòd si pater, D. ad Sc. Tertyll. l. 233. D. de verb. signif. l. 4. D. de appell. recip. Cæsar. lib. 4. de bello Ciuili, *Pharnaces lentius agere, diem postulare, longiores pactiones interponere, in summa, Frustrari cœpit.* Proinde *Frustrari* dicuntur, qui qualibet tergiuersatione & solertia efficiunt, ne cum ipsis agi, vel ad exi-

tum cõtrouersia deduci possit,l.24.& l.25. D.ex quib.caus.maior.l.vlt.D. de procuratorib. *Frustrandæ Actionis causa*, l.3. D.de iudiciis.

Frustrari tempus,l.16.§.actio,D.ex quib.caus.maior. *Frustrandi Fideicõmissi gratia*,l.22.§.vlt.D. de fideicommiss.liber.

FRVSTRATIO,pro mora,l.89.D.ad L.Falcid.l.3.§.vlt.D.de vsur.l.37. D.mandati, l.5.§. satisfactionis,D.vt.in poss.leg. *Sine dolo malo & Frustratione*,l.9.comm.diuid.Et sic,in §.1.& §. si ad exhibendum,Institut.de off.iud.id est,vt Theophil.διὰ ἐμποδίσεων.

FRVSTRATOR,qui iudicium subterfugit,qui iudicio deest,l.31.§.litem, D.de neg. gest.l.7. C.de fruct.& lit.exp.Item qui tergiuersationibus executionem rei iudicatæ remoratur,l.7. C.de execut.rei iud. *Frustrator* etiam pro morosõ debitore,in l.vlt.§.vlt.D.de vi & vi arm.

Frustratoria morandi causa appellatio,l.4.D.de vsuris.

FVFIDIVS Iurisconsultus citatur,l.vlt.D. manu.vindicta,l.5.D.de auro & argent. l.29.D. de reb.auct.iud.poss.

FVCARE *Purpuram*,l.1.C.quæ res vend.non poss.

FVCI appellatione in l.vlt.§.species,D.de publican.haud satis scio,an frutex in Creta nascens significetur quem Græci, φύκον θαλάσσιον, Latini *fucum marinum* vocant, cuius meminere Dioscorid.lib.4.& Plin.13.cap.23.& lib.26.cap.10.Potest tamen enim & Fucus muliebris accipi.

FVGAM vt Donat.in 2.Æneid.tradit,veteres,properantium iter appellarunt.

Fuga eius qui est sub custodia,vel in carcere,l.13.§.huius,D.de re milit.

Fuga in eius qui profugit,l.vlt.§.vlt.D.de requirend.vel absentib.

Fugam facere,pro fugere & in fugam se dare,l.4.l.6.§.qui in acie.D.de re milit. Salustius in bello Iugurth.*Postquam eos impeditos ramis arborum,& ita dissectos circumueniri vident,Fugam faciunt.*

Fuga serui qui à Domino aufugit,l.7.D.de ædil.edic.Cuiusmodi seruus,*In Fuga Agere* dicitur,l.50.D.de adquir.poss.& in *Fuga* quoque *esse*,l.1.§.per seruum,l.50.D.de adquir.poss.l.21. D.de rei vindicat.l.21.§. prætor ait, D. de noxalib.act.l.5.§.vlt.D.ad exhibẽd. l.12.§.de illo, D.de vsufructu,l.2.D.de lege Fab.de plag.l.4.§.vlt.D.de statuliber.l.8.D. diuers.& temporalib.l.39.& l.84.§.legatum,D.de legat.1.l.17. D. de furtis,l.21.§.vlt.D. de ædil.edic.l.25.§. si cui dotali,D.soluto matrim.l.vlt.§.serui,D.de publican.Paul.lib.2.Sentent. Tit.32.

Fugæ Seruorum,l.18.D.commodati.

In Fugam se conuertere,l.1.C.de seru.Reipub.*Tradere*,d.l.vlt.§.serui.

Fugæ datus,l.2.C.ad L.Fab.de plagiar.

Sed & *In Fuga habere seruum* dicitur is à quo seruus profugit,l.27.§.serui autẽ, D. ad Legem Aquil.

Fugam vendere dicebantur,qui seruos absentes & in Fuga constitutos vendebant. Quod Senatusconsulto prohibitum erat.Qui verò absentes seruos vendebant,aut etiam fugitiuos quærere & distrahi mandebant,in Senatusconsultum quasi Fugæ venditores non committebant,l.2.D.ad L.Fab.l.6.C.eod.tit.l.35.§.si quis amico.D.de contr.empt.

Fuga pro exilio,l.4.§.ad tempus,D.de re milit.l.5.D.de interdict.& releg.l.vltim.C.de his qui in exil.dati,& apud Cic.lib.3.de Orat.Planè Ouidius lib.1.Trist. Eleg.3. & lib.2.Eleg.1. item lib.5.Eleg.13.vt & lib.1.de Ponto,Eleg.5.Relegationẽ suam,*Fugam* appellat.Eodémq; modo Dio φυγὴν,lib.45.vsurpat.

FVGARE *Apes*,l.49.D.ad L.Aquil.*Armentum,Boues,Oues*,§.interdum,Institution.de obligationib.quæ ex delic.nasc.*Pecus*,l.50.D.de furtis.

Fugere Iudicem,pro detrectare & recusare.Liuius lib.9. *Quem meorum suppliciorum Iudicem feram? Neque priuatum neque Populum fugio.*Sic & *Fugere Iudicium*,idem lib.8. *Eúmque tibi Fugienti Senatus Iudicium,Iudicem fero.*

Fugientes,Reos Impp. dicunt, Græcorum exemplo,qui φεύγοντας appellant,l.11.§.& si quidem,C.de iud.l.vlt.§.vbi autem,C.de bon.mater. l.2.in princ. & §.1. C. de iurejur.propter calumn.

FVGITIVVS *Seruus*,l.3.D.de offic.

Fugitiuum autem Ofilius definiebat eum esse,*qui extra Domini domum, Fugæ causa,quò se à Domino celaret,mansit.*Cælius,*eum,qui ea mente discederet , vt ne ad Dominum rediret. Fugitiuum* verò Viuianus *fere ab animi affectu* intelligendum esse:*non vtique à Fuga*,l.17.in prin.& §.1.cum seq. D.de ædilic.ed.Triphoninus verò, *Fugitiuum esse,non eum qui solum consilium fugiendi à Domino suscepit , licet id se facturum iactauerit : sed qui, ipso facto, fugæ initium mente deduxerit*, l.225. D.de

verb.

verb.signif. Vide & l.43.§.1.D.de ædili. edic. *Fugitiuũ accipe, & si quis Erro sit*, l.1.§.fugitiuum, D.de fugiti. De Fugitiuis autem vide l.13.D.de adquir.poſſeſ.l.2.D.de furt.l.42.D.de peculio, l.11.D.de reb.cred.l.20.D.de ſolutionib.l.25.§.fugitiuũ, D.mandati, l.12.§.1. D.de vſufr. l.2.D. de L.Fab.de plagiar.l.15.D.de præſ.verb. *Fugitiua Ancilla*, l.6.D.de furtis.

FVGITIVARIVS, *qui fugitiuos ſeruos perſequitur & reducit*, l.18.D.de præſcript.verb.vel, qui dominis indicat vbi fugitiui celentur, vt l.15.eod.tit.& l.1.ſi vag.pet.mancip.Cod. Th. & apud Varro.lib.1.de re ruſt.cap.14.Florus lib.3.cap.19. *qui per Fugitiuarios diſtrahi debuiſſent.*

FVLCIRE *Ædes*, l.20.D.de adquir.vel omitt. *Ædificium commune*, l.9.§.generaliter, D.de reb. auctor.iud. *Vetus*, l.1.§.ſi quis, D.de oper.no.nunciat. *Ædificia*, l.1.D.de dam.infec. l.14. D.de impen. in res dot. *Inſulam*, l.3.§.ſed & ſi, D.de in rem verſ. l.6.§. idem ait, l.10. D.de negot. geſt. l.98.§.vlt.D.de verb.oblig.l.15.§.ſi quis damni, D.de dam.infec.l.4.§.vlt.D.commun. diuid.l.8.D.de pignerat.act.l.17.§.ſicut, D.commodati, l.4. D.de impenſ.in res dot. l.4. D. famil.erciſ.l.33.D.de condict.indeb. *Prædia*, l.9.§.his verbis, D.de reb.auct. *Fulciri Inſula*, l.72. D.de verb.oblig. *Fulta domus*, l.60.D.locati. *Inſula*, l.17.§. vlt. D. ad Sc.Vell.l.17.§.ſicut, D. cõmod. *Fulciendis Ædificiis*, l.9.§.eſt præterea, D.de reb.auct.iud. *Futura Ædificiorũ*, l.8.D.ſi ſeru. vind. *Fulcimenta*, l.1.§.regulam, D.inſtr.vel inſtr. *Fulcrum lecti additum*, l.26.D.de adq.rer.do.

FVNERARE, *Funerare, Cadauer, Parentes, Teſtatorem*, l.4.§.ſed interdum, §. plerique, & §.idem Labeo, l.20.l.29.§. vlt. D.de religioſ. *Funerari*, l.8.D.de ſepulc.viol.& apud Paul.lib.5.Sent. Tit.26.l.vlt.D.de auro.arg. *Mortuos de ſuo*, l.14.§.idem Labeo, D.de religioſ. *De alieno*, l.12.§. prætor, D.eod.tit. *Funebris veſtis*, l.15.D.de vſufruct.

FVNVS *Domeſticũ*, l.2.D.de in ius voc. *Familiare*, l.4.§.præterea, D.ſi quis caut. *Funus ducere*, l.14.§.ſi cui, D.de religio.l.2.D.de in ius voc. *Facere*, l.12.§.funus, l.32.D.de relig. *Ad Funus erogare*, l.7.§.illud, D. de in rem verſ. *In Funus conferre*, l.20.& l.27.D.de relig. *Impendere*, l.30.D. eod.tit. *Impendi*, l.113.§.vlt.D.de legat.1. *Inferri*, l.vlt.D.de auro arg. *Funeris cauſa deminui bona*, l.7.D. de iure delib. *Impenſa Funeris*, l.18.& l.29.D.de religioſ.& ſumpt. l.1.C.de iure delib. vide l.14.§.funeris, & l.37. D.de relig. *Funeri Teſtatoris fit iniuria*, l.1.§. quotiens, D.de iniuriis. *Ad Funus venire*, Vlpian.Tit.25.Regul. *Funere facto*, l.2.§.quod ſi, D. de hered.vel actio.vend.

FVNERARIA *Actio* dicitur, quæ de impenſis Funeris cauſa factis datur, l.14.§.hæc actio, l.16. & l.20.in fi.& l.21.l.31.§.1.& l.32.D.de religioſ.l.17.D.de reb.auct.iud. Eadem & *Funeraticia, Actio* vocatur, l.30.D.de relig. *Funerarium Priuilegium*, l.vlt.D.de religioſ.

FVNESTA *Familia*, l.28.§.vlt.l.vlt.D.de ſtip.ſer.& Cicer.lib.2.de legib. cuius dominus mortuus eſt. Scribit autem Varro lib.4.de ling.Lat. quandiu *in ſepulchrum defuncti gleba abiecta nõ eſſet, aut os mortui, ad familiam expurgandam, exceptum eſſet*, tamdiu *Funeſtam* eam manſiſſe.

FVNESTARI *Sacra*, Paul.lib.1.Sentent.Tit.23.

FVNES *Anchorarum*, l.29.§.item Labeo, D.ad L.Aquil. *Nauis*, l.6.D.de incend.rui. *Funem quo religata nauis erat*, l.24.§.ſi funem, D.ad L.Aquil. *Funes nauis religare ex Arboribus*, l.5.D.de.diuiſ.

FVLCINIVS Ic.laudatur l.7.D.quib.ex cauſ.l.29.D.de don.int.vir.l.8.D.de vi & vi arma. l.13.D.de condict.furt.l.3.§.vlt.& l.6.D.de action.rer.amot.

FVLLO eſt, qui polienda, curanda, lauanda veſtimenta accipit, l.2.D. de condict. ſine cauſ. l.13.§.ſi fullo, l.25.§.vlt.l.31.l.60.§.veſtimenta, D.locati, l.12.& l.82.D.de furt.l.vn. D.de via publi.l.5.§.ſed & eũ, D.de inſtitor.l.28.D.de reb.dub. *Fullonica meritoria*, l.13.§.vlt. D.de vſuf. *Fullonicas inſtituere*, l.3.D.de aqu.& aqu. pluu. Plutarch. in Catone ſic Fullonicas deſcribit, ἐκτᾶτο λιμναὶς ὕδατος θερμα τόπους καφεῦσιν αἰειμνήστους ἐργαστηρια.

FVLMINIS *ictu*, l.6.D.de L.Rodia.

FVMVM *facere*, l.44.D.de iniuriis. *Fumum non grauem ex foco in ſuo cuique facere licet*, l.8.§.vlt. D.ſi ſeruit.vind. *Fumum immitti*. ibidem. *Ligna cocta, ne Fumum faciãt*, l.55.D.de legat.3. *Fumo facto apes fugare*, l.49.D.ad L.Aquil. *Fumo examen apium loco exactum*, Liu.lib.4.

Fumigandi vicina cauſa, l.14.D.de iniuriis.

FVNDARE, l.2.§.poſt hos, D.de orig.iur. *Bene fundata peritia iuris*, l.17.D.de iure patro. *Fundamẽta cæmẽtitia*, l.57.D.locati. *Fundamẽta ponere & iacere*, l.11.§.interdict.D.quod vi aut clàm.

FVNDVS integrum aliquid eſt, Agrúmque cum Ædificio & Villa ſignificat, l.60.l.211.D.de verb.ſig.ab eo, quòd, quemadmodũ Varr.lib.4.D.de Ling.Lat.& Seruius in 2.Georgic.ſcribunt, *fundat quotannis multa, pecuniæque ſit, ac pecudum fundamentũ*. Vnde Plaut.in Truculent.de nouo amatore liberali, *Nunc*, ait, *is eſt Fundus nobis*. Eutychus quoq; lib. 2. de diſcernend.con iugat. *Vnde Fundus, nomen, id eſt, Ager, deriuatur: quòd Fundit nobis fructus*. Feſtus autẽ huius appellationis originẽ aliunde lib.6. ducit. Ait enim *Agrũ* inde *Fũdum* dici, *quòd planus ſit ad ſimilitudinem Fundi vaſorũ*. Dicimus enim *Scyphi*, & *Vaſis, Fundũ*, l.23.§.ſi quis rem, D.de rei vindic. l.26. §.1.D.de adquir.rer.dom. Vtrumuis probemus, illud ex noſtris auctoribus conſtat, *Fundum*

duobus conſtare, *Agro, & Villa*, l. 81. §. qui fundum, D. de legat. 1. l. 35. D. de vſu & vſufr. leg. l. 9. D. de ſeruit. l. 17. §. idem Cælius. D. de ædilit. ed. Ideóq; & *Villa, Fundi, Pars*, atque *Acceſſio*, appellatur, l. 8. D. quib. mod. vſusfruct. amitt. l. 15. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrument. *Si Fundus ſaltus, paſtionéſque habet*, l. 8. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum. *Fundus duobus vicinis cõunctus*, l. 52. D. pro ſocio. *Iuncti duo Fundi*, l. 4. D. de inſtruct. vel inſtrum. *Fundi nihil eſt, niſi quod terra ſe tenet*, l. 17. D. de actionib. emp. Porrò vel modicus locus *Fundus* dici poteſt, ſi cum Fundi animo habuerimus. Cõſtitutione enim & deſtinatione noſtra Fundi efficiũtur, l. 60. D. de verb. ſignif. l. 24. §. penult. D. de legat. 1. Et iam *Pars Fundi*, rectè Fũdus appellatur, l. 34. §. vlt. D. eod. tit. Diuiduntur autem *Fundi, Regionibus, Finibus, Locis*, l. 23. §. vlt. D. de ſeruit. præd. ruſt. l. 30. §. qui fundum, D. de legat. 3. l. 6. §. 1. D. com. præd. l. 3. §. vlt. D. qui potio. in pign. l. 31. D. de vſu &. vſufruct. leg. συγκλῆρος appellãt Græci Latifundia & poſſeſſiones, l. 34. §. 1. D. de legat. 2. l. 30. §. Titia, D. de adim. leg. *Fundi ſuperior pars, & inferior*, l. 86. D. de legat. 2. *Ex parte tuus Fundus*, l. 35 D. mandati. Fundi *propria appellatio*, l. 75. D. de verb. oblig. *Fũdis pluribus idem nomen impoſitum*, l. 106. D. de verb. obl. Fũdis autem nomina, ex Dominorũ, poſſeſſorúmq; nominibus, impoſita, didici. Proinde Fundorum priuati iuris hęc in libris noſtris nomina memorantur. *Fundus Botroianus*, l. 13. D. cõmu. præd. *Cornelianus*, l. 87. D. ad L. Falcid. l. 7. D. pro empt. l. 34. D. de adq. poſſ. l. 7. §. vlt. D. de ſtipulat. ſeruor. l. 28. D. de nouatio. l. 35. D. de hered. inſt. l. 9. D. de cõtrah. empt. l. 9. D. de fund. dotal. l. 5. D. de iur. dot. l. 72. D. de legat. 1. *Gargilianus*, l. 45. § feliciſſimo, D. de leg. 3. *Geronianus*, l. 13. D. com. præd. l. 20. D. de ſeru. præd. *Iulianus*, l. 93. §. vlt. D. de legat. 3. *Mæuianus, aut Seianus*, l. 1. D. de reb. dub. *Sempronianus*, l. 34. D. de adqu poſſ. l. 9. D. de fun. dot. l. 56. §. ante, D. de verb. obl. l. 9. D. de contr. emp. *Soſianus*, l. 108. D. de cond & demonſt. *Speratianus*, l. 19. D. de ann. leg. *Sutrinus*, l. 35. D. ſeru. præd. ruſt. *Titianus*, l. 35. D. de hered. inſt. l. 85. D. de verb. obl. l. 24. §. ſi quis, D. de leg. 1. *Tuſculanus*, l. 74. l. 75. §. vlt. D. de verb. obl. *Fũdus Albanus, qui principalibus vſibus deſeruit*. l. 39. §. vlt. D. de leg. 1. *Italicus, ſiue Stipẽdiarius*, l. 2. de donat. in C. Th. Fundi *fiſcales*, l. 9. §. vlt. D. de publicanis. *Fundi Patrimoniales*, l. 1. & l. 2. de donat. conlat. in C. Th. l. 1. & l. 9. de extraord. ſiue ord. muner. eod. C. Nou. Theod. & Valent. de releuat. adęrat. & Nou. de patrimon. rei dominic. *Patrimoniales, vel Emphiteuticarij*, l. 1. comm. diuid. l. 3. ad Sc. Claud. l. 2. & l. 17. de extr. ſiue ord. mun. in Cod. Th. *Patrimoniales & limitrophi, ſaltuenſes*, Nou. Theod. & Valẽt. 2. de patr. rei dom. *Patrimonialis Iuris, atque Emphyteutici*, l. 17. de extraord. ſiue ſordid. in C. Th. *Perpetuarij, rei priuatæ*, l. 14. de tironib. in C. Th. *Priuati, vel Emphyteutici*, l. 19. de exactionib. *Priuatæ rei*, l. vn. qui conductor. rei priu. in C. Th. *Fũdus Pupillaris*, l. 3. D. de reb. eor.

Fundorũ varię qualitates, vt *Fundus Liber*, aut *Seruus*, l. 20. D. de adqu. rer. dõ. *Sterilis, ſaxoſus, peſtilens, infructuoſus*, l. 15. D. de reb. eor. *Fundi ſteriles, atque deſerti*, l. 6. de conlat. donat. in C. Th.

Fvngi *Ædilitate*, l. 17. §. eos, D. de ſuſpect. tutor. *Honore*, l. 1. D. de albo ſcriben. l. 3. D. de decurionib. *Honoribus*, l. 7. §. is qui, & l. 13. D. de decurionib. l. 12. D. de pollicitat. l. 2. C. quemad. *Honoribus Municipalibus*, l. vlt. D. de albo ſcrib. *Legatione*, l. 1. C. quib. ex cauſ. maior. *Magiſtratu*, l. vlt. §. vlt. D. ad municipal. l. 60. §. vlt. D. mandati, l. 1. C. de tut. & cur. qui ſatis non ded. l. 28. C. de liber. cau. l. 2. C. de magiſtrat. conuent.

Munere, l. 14. §. vlt. D. de munerib. & honor. *Munere Iudiciario*, l. 5. C. de iudiciis, *Munere Legationis*, l. 4. §. ordine, D. de legationib. *Munere perſonali*, l. 1. D. de munerib. & honor. *Munere Tutoris*, l. 1. D. de eo qui pro tuto. *Munere Tutelæ*, l. 8. C. de excuſat. tutor. *Munere pietatis*, l. 6. C. de ſuſpect. tutor. *Muneribus publicis*, l. 29. & l. vlt. §. 1. D. ad municipal. l. vlt. D. de veteranis. l. 5. §. negotiatores, D. de iure immun. *Muneribus*, l. 7. C. de ſumpt. recup. lib. 10. l. 1. C. de municip. *Officio*, l. 121. D. de offic. Præſid. l. 3. D. de decurionib. l. 1. C. de his qui ſibi adſcrib. *Officio debito*, l. 10. C. qui pet. tutor. *Officio ſuo*, l. 1. C. eod. tit. *Officio emptoris & venditoris*, l. 5. §. item, D. de auctor. & conſen. *Officio Interceſſoris*, l. 3. §. Iulianus, D. de pecul. *Officio Iudicandi*, l. 1. §. caſum, D. de poſtul. *Officio Legationis*, l. 11. D. de legationib. *Officius Virilibus*, l. 5. ſexum, D. de poſtul.

Fungi vtique *Officio* ſuo, Iudex Arbitérve dicitur, qui ſententiam dixit, l. 55. D. de re iud. l. 21. D. de recept. qui arbitr. *Iudicem boni & innocentis viri Officio* Fungi *oportet*, l. 4. §. 1. D. famil. ercis. Fungi *partibus*, l. 21. §. Papinianus. D. de recep. qui arbitr. l. 1. D. de offic. adſeſſor. l. 40. D. de iure dot. & apud Plin. Epiſt. 53. lib. 10. *Actoris, Petitoríſve Partibus* Fũgi, l. 14. & l. 18. D. de probationib. l. 3. D. ſi ingen. eſſe dicat. l. 14. D. de Carbon. edi. dicitur qui actoris onera ſuſtinet, nimirum cui probatio incumbit, *Fungi Alieno negotio*, l. 9. C. de procurator. *Fungi medendi cura*, l. 1. C. de decret. decurion. lib. 10. *Obſequiis ciuilibus*, l. 3. C. quemadmod. ciuil. *Fungi Tutela*, l. 2. D. de tutor. & curator. dat.

Fungi *Cõmodo & Onere petitoris*, l. 1. §. inter, D. vti poſſid. *Iure*, l. 3. C. de falſa cau. *Functus Opera Delatoris*, l. 38. D. de iure fiſc. *Functus Magiſtratu* dicitur *qui* Magiſtratum geſſit, l. 60. §. vlt. D. mandati.

mandati. *Sic functus Prætura*, dicitur, qui ea abiit, l. 3. D. de offic. Prætor.

Fungi persona alicuius, l. 5. C. de heredit. vel act. vend. *Potestate vnius personæ*, l. 34. D. de legat. 1.

Fungi *vice*, l. 31. §. alluuio, D. de adquir. rer. dom. l. 3. §. si debita, D. de bon. libertor. l. 12. D. offic. præsid. *Vice alterius non sua*, l. 16. D. de iurisdict. *Dotis*, l. 3. D. de dot. collat. Fungi *In tributionibus*, l. 22. §. vlt. D. ad municipal. *Muneribus Legatorum Fundi*, id est, *Legata præstare*, l. 33. in fi. D. de legat. 2. l. 2. D. ad Sc. Trebellia. Fideicommissum *Munere* Falcidiæ Fungi, dicitur, quod Falcidiam patitur, l. 77. §. 1. D. de legat. 2. Fungi *pignoribus in vicem satisdationis*, id est, loco fideiussorum pignora præstare, l. 7. D. de præt. stip.

Fungi, res dicuntur, quæ officium suum præstant. Sic Vlpian. Tit. 7. Regular. *Dotem Fungi*, dicit, quæ in matrimonium datur. Et Fungi *monumentum* in l. 43. D. de rei vindic. in quod corpus infertur. *Pretia rerum communiter Funguntur*, l. 63. D. ad L. Falcid. l. 33. D. ad L. Aquil. id est, tanti res æstimatur, quanti sunt apud omnes. *Pœnæ* Functi, in l. 22. D. de pœnis, dicuntur qui pœnam sustinuerunt.

Fungi *vita*, l. 14. D. de castren. pecul. l. 5. C. de donat. inter vir. l. 3. C. de fideicommiss. l. 5. C. quando dies legat. l. 12. C. ad L. Iul. de adult. l. vlt. C. de successor. edic. l. 1. C. de postumis hered. l. 15. C. de pactis. Functus *vita*, l. 11. §. & mulier, D. ad L. Iul. de adult. l. 26. D. de vsu & vsufruct. lega. l. 1. 2. & 3. C. si reus vel accusat.

Fungi *Diem*, l. 9. D. de castr. pecul. crim. expil. hered. l. vlt. C. de bon. eor. *Diem suum Fungi*, l. 1. C. de filiofa. mino. l. 10. C. ad L. Falcid. l. 2. C. ad Sc. Orphit. l. 5. C. commun. de succes. *Dies Functus*, l. 4. D. de offic. adsessor. l. 26. §. vlt. quando dies legator. l. 5. C. de appell. l. 8. de collat.

Fvnctio *Dotis*, apud Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 1.

Functionem Res in suo genere recipere, Paul. in l. 2. §. mutui, D. de reb. credit. scribit, quę, vt aliàs idem ipse auctor loquitur, *Mutua vice Funguntur, & tantumdem præstant*, l. 6. D. eod. tit. vel vt alibi dicitur *quæ communi specie continentur*, aut vt Papinianus loquitur in l. 51. D. de legat. 1. *quæ permutationem recipiunt*. Nam his rebus quæ vsu consumuntur ac pereunt, quò inter homines communicari possent, ea est tributa natura, vt communi quasi specie contineantur, permutationémque in suo genere recipiant, & alterius vicem ac potestatem altera omnimoda expleat.

¶ Fvnctionem Palæmon in Gloss. exponit, *Tributorum exsolutionem*. Ac planè in constitutionibus Impp. intributiones, collationes pensitationésque publicæ, Functiones vocantur, l. 4. C. de donatio. l. 3. de apoch. publ. lib. 10. l. vlt. de exactor. tribut. eod. l. 9. & l. 13. C. de actio. empt. l. 2. C. de iu. emphyteut. l. vn. C. in quib. caus. milit.

Functiones *tributatoriæ*, apud Sidon. Apollin. lib. 7. Epist. de concione ad populum Bituricensem habita. Functionum *grauamen*, l. 13. C. de actionib. emp.

Fvrcæ, quod pœnæ suppliciique genus antiquitus receptum fuit, fit mentio in l. 9. §. istæ, l. 28. §. facinosos, l. 38. §. actores, D. de pœn. l. 6. D. ad L. Iul. pecul. l. 3. §. is qui ad hostes, D. de re milit. Isidor. lib. 5. cap. 28. *Furcam, patibulum dici, eò quòd ferat caput, suspensumq; & strangulatum statim examinet*, tradit. Furcam verò illam, quam serui pro pœna circumferre cogebantur, bellè Plut. in Coriola. & Halicar. lib. 7. depingunt. *Furca* autem *Figi, in furcam tolli*, & Furcæ *suspendi*, Furcæ *subiici, in* Furca *suspendi*, S. adductis locis, pro eodem Iurisconsulti dicunt.

Fvria *Lex Testamentaria, quæ plus quàm Assium mille legatum mortisve causa prohibet capere, præter exceptas personas*, Vlpian. Tit. 1. Regular. Quo *Exceptarum personarum* numero fuisse *Cognatos munipissoris*, ait idem Vlpian. Tit. 29. Furias etiam leges Cicero 1. In Verrem memorat.

Fvrere, *id est furore vexari vel torqueri*, l. 3. D. de ritu nuptiar. vbi furere & sapere opponuntur. Ideóque Furere *desierit, & sapere cœperit*, idem valent l. 10. §. 1. D. de testamentar. tutel.

Furere *cœperit*, l. 2. D. si quis cautionib. l. 5. D. de precario, l. 24. D. ratam rem hab. l. 7. §. pupillum, D. de peculio, l. 12. D. de reb. cred, & l. vlt. D. de bonor. possess. l. 48. D. de adquir. vel omitt. l. 15. D. bonor. possess.

Furere incipiant, l. 25. §. 1. & l. 27. D. de adquir. possess.

Furenti *gladium porrigere*, l. 7. §. sed si quis seruum, D. ad L. Aquil. Furente *patre*, l. vlt. D. quis ordo in poss. *Furere* & Furente *altero*, l. 8. D. de statu homin.

Furorem Cicer. 3. Tusculan. definit *mentis ad omnia cæcitatem*, & maius aliquid esse quàm *Insaniam*. Ideóque non esse in 12. Tab. scriptum, *Si insanus, sed, si Furiosus*. At Dementia licet sanitate & integritate mentis careat, mediocritatem tamen officiorum & vitæ cultum communem tuetur. Furoris *audacia*, l. 7. C. vnde vi, l. 2. C. de aquæductu lib. 11. Optat. Afer. lib. 2. *O rabidam Furoris audaciam.*

FVRIOSVM à *Demente*, & *Furorem* à *Dementia* noſtri auctores ferè ſemper ſeparant, l.2.D.de inoffic.teſtamento, l.27.§.coram, D.de recept.qui arbitr. l.6.D.de cur.fur.§.furioſi, & §.ſed ſolent Inſtitut.de curatorib.l.8.§.1.de tutorib.dat.l.vlt.§.1.C.de adminiſtrat.tutor.

Furioſorum, alij continua mentis abalienatione omni intellectu carent, l.14. D.de off. præſid.& hi ſunt quos *perpetuò Furioſos*, vel *perpetuò mente captos* l.12.§.natura, D.de iudic.l.6.C.de impub. quorum *Morbus perpetuus* eſt, l. 22. §. ſi maritus, D. ſoluto matrimon. Alij, interuallis quibuſdam mente ſaniore ſunt, eorúmque Furor interuallum habere dicitur, d.§. ſi maritus. Cuiuſmodi ſunt quos Vlpian. *Intermiſſionem habere*, Gaius, *interualla inſaniæ habere*, ſcribunt, l.20.§.ne furioſus, D.qui teſtam.fac. Gaius lib.2.Inſtitution.Tit.2.l.6.C.de curat.furioſ.dan. Et ita *Furioſi inducias*, *& dilucida interualla* accipimus, l.9. C.qui teſtamenta fac. poſſunt. & *intermiſſionem*, l.2.C.de contrahen.emptio.

Furioſus in conſpectu inumbratæ quietis conſtitutus, l.18.§.ſi furioſo, D.de adquirenda poſſeſſione. Furioſi autem, cùm mentis compotes non ſint, nihil velle, ſcireve intelliguntur: ac nec conſentire videntur. Ideóque Abſentibus, Ignorantibúſq; comparantur l.17.§.filiofa.D.de iniur.l.2.§.vlt.D.de iure codic.l.8.§.vnius, D.de opt.legat.l.5.l.40.l.167. in fin.D.de diuerſ. regul.

Furioſi exitum facere, l.12.§.vlt.D.de tutor.& curator.

Quaſi à Furioſo data cenſetur legata, quæ teſtamento inofficioſo data ſunt, l.36.D.de legat.3.

FVR *eſt qui dolo malo rem alienam contrectat*, Paul.lib.2.Sentent.Tit.32.& in Lege Dei.Tit.1.

Furem non eſſe, qui dicit (quod in venditionibus Seruorum promitti moris erat) de animo hominis propoſitóque loquitur. At qui *Furto noxáque ſolutum* dicit, nemini obligatum Furti promittit, l.174.D.de verb.ſignific. *Furem*, ait Triphonin. *ex animi propoſitione ſola dicere quis poſſit etiam eum, qui nunquam alienam rem inuito domino ſubtraxerit: ſi modò eius mentis ſit, vt occaſione data id commiſſurus fuerit*, l.225. D.de verbor. ſignif.

Furum differẽtiæ ſunt hæ, *Manifeſtus, nec Manifeſtus, Diurnus, Nocturnus: Balnearij, Fures*: quæ ſuis locis require.

Fur Hominis, l.1.§.denique, D.de vi & vi arm.

Furandi conſilio, l.56.§.ſi res, D.de furtis.

FVRTVM eſt contrectatio rei alienæ, vel vſus eius, inuito domino, lucri faciendi cauſa. Nec enim aliter Furtum committitur, quàm ſi & contrectatio & animus atque affectus furandi interueniat, & contra Domini voluntatem res cõtrectetur. *Furtum* autem vel à furuo, id eſt, nigro, dictum eſt, quòd clàm & obſcurò fiat, vel à ferendo, vel à Græco ſermone qui φῶρας fures appellãt, l.1.D.de furt. Agell.lib.1.cap.18. Seruius in 3.Georgic. Virgilij, ad eum verſum, *Nocturnum ſtabuli Furem*, & Non. Marcell. Palæmon in Gloſſ. *Fur à Furuo, id eſt, Fuſco dictus: Nam noctis vtitur tempore.*

Furtorum genera ſunt quattuor, *Manifeſti, nec Manifeſti, Cõcepti*, & *Oblati*, quorum verborum explicationem pete ex Iuſtiniano, Inſtit.de oblig.quæ ex delic.l.2. l.3.l.5.l.8. D. de furtis, & Paul.lib.2.Sentent.Tit.31.

Furtum fit cùm quis indebitos nummos acceperit, l.18. D.de condict.furt. *Aliud eſt Rapere, aliud Furtum facere, quod vel clam fieri poteſt*, l.28.§.ſi quis, D.de iureiuran.

Furto Abeſſe, rem Iuriſconſulti dicunt, quæ ſubrepta eſt, vt lib.1. comprobaui. Item, *Furto periſſe*, l.35.§.ſi res vendita, D.de contrah.empt. l.14.§.vlt.D.de peric.& commo.

Furto Facere, l.1.D.de actio.rer.amot. *Per Furtum ablatæ Res*, l.58.§.1.D.de ædilic.edic.l.16.D. de offic.Præſid.

FVRTIVVS *Partus*, l.48.§.Ancilla, D.de furtis.

Furtiuus autem *Partus*, cenſetur editus ex Ancilla quæ prægnans ſubrepta eſt, l. 26. D. de ſtatu hominum. *Furtiuus Seruus*, l.39.D.de adquir.rer.do.l.14.& l.17.D.de condict.furt.

Furtiui nummi, l.37.ſed vt ſequens, D. de adquir.rer.do.l.30.D.de actio.emp. *Furtiuus Nummus non eſt ex venditione rei Furtiuæ redactus*, l.48. §.vlt. D.de furtis.

Furtiua Ancilla, l.4.D.pro ſuo, l.9.D.pro empt.

Ex Furtiua cauſa, l.8.§.vlt.D.de liberat.leg. l.16.D.de condict.furt. l.9.§.1.D.de reb.credit. l.3.§.ſed ſi, D.de peculio. *Furtiua Res*, l.56.§.1.& l.66.D.de furtis, l.42.D.de vſurpationib.

Furtiuæ Equæ, l.48.§.ex furtiuis, D.de furtis. *Oues*, l.4.§.lana, & l.30.§.vlt.de vſurpationib.

Furtiuum non eſt, quod ſciente domino incluſum eſt, l.63.D.de don.inter vir.

Furtiuè ingredi poſſeſſionem, l.6.D.de adquir.poſſ.

Furtim cæſæ Arbores, l.31.D.de obligat.& action. l.25.§.culpæ, D. locati. Rubr. & toto Tit. Arbor. furt. cæſar. Id eſt, *per Furtum cæſæ*, vt loquitur Paulus, lib.2.Sentent.Tit.32. *Furtim* vti-

que

que *cæsæ Arbores videntur, quæ ignorante domino, celandique eius causa, cæduntur*, l.7.D.arbor. furt. cæs.

FVSIA CANINIA Lex, in inscriptionibus, l.37.D.de condicio.& demonstr.l.215.D.de verb. signif. Rubrica de *Lege Fusia Canin.* Cod.& in Instit. Cõstitutus verò erat ea Lege modus Seruorum, qui testamento manumitti possent. Quæ res plenè explicatur à Gaio lib.1.Institut. Tit.2.breuius, ab Vlpian. Tit.1.Regular. Alia etiam huius legis capita Paul.perstringit, lib.4. Sentent.Tit. vlt. Meminit & huius Legis in Taciti vita Vopiscus. Sublata est ea Lex à Iustinia.Tit. de L.Fus.Canin.toll.in Cod.& Institutionib.

FVSIONES in l.27.§.si quid cloacarij, D.de vsufruct.pro functionibus & illationibus publicis. Quæ verbi huius significatio mihi ex veteri Glossar.innotuit, in quo ita est, *Fusio*, ὑλισμὸς, εἰσφορὰ δημοσίων. *Fusiones*, ὑλισμοὶ, σωτέλειαι, εἰσφοραί. Accessit & ex Codice Theodos.auctoritas. Nam in l.5.de indulgent.debit.hæc verba ponuntur, *Vsque in initium Fusionis quintæ vniuersa reliqua, quæ tam ad arcam sublimium potestatum, quàm ad largitiones pertinent, relaxari percipimus.*

FVSTES, bacillos interpretor, quibus latera tundi solebant. Quò pertinet Plautinus ille iocus, in Aulular. Act.3.Sc.1.

Neque ligna ego vsque gentium præberi vidi pulchrius.
Itaque omnes exegit foras, me, atque hos, onustos FVSTIBVS.

Idem Asinaria, Act.2.Sc.4.

Tanquam si claudus sim, cum FVSTE *est ambulandum.* Vnde quod Euseb. lib. 1. Histor. Ecclesiast. lib. 2. cap. 1. & 23. κνάφεως ξύλον, D. Hiero.in vita B. Iacobi, *Fullonis* FVSTEM vertit. Similitérq; hæc Eusebij verba lib.8.Hist.Eccles.οἱ μὲν ξύλοις ἔπαιον, ἕτεροι δὲ ῥάβδοις, ἄλλοι δὲ μάστιξιν, Rufin. ita transtulit cap.10. *Verberabantur ergo alij Fustibus, alij virgis, Flagris quoque alij.* Item quod est apud D.Mathæum, cap. 26. vt & apud D.Marcum, cap.14.& D.Lucam, cap. 22. μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, Vetus Interpres vertit, *cum Gladiis & Fustibus.* Ac planè Arrian. lib.3.Epict.cap.7.Fustibus cædere, ξυλοκοπῆσαι dicit. Itaque quod apud Epiphanium lib.3. contra hæreses cap.κγ' ἀνομοίων, legimus, καὶ ξύλοις παιθέντες, *Fustibus cæsi*, verti conuenit, longè aptiùs quàm vt Interpres, *Lignis*. Et ita accipe apud Lucianum in Demonactis vita, ξύλοις σωτρίψαι. Denique quod Eutropius lib.1.de Gest.Rom.cap.11. Tarquinium Superbũ *Fustes* excogitasse scribit, hoc Suidas in verbo σάκχος ita effert, μάτηγας ξυλίνας, κλοιούς. Isidor. lib.5.Etymolog.cap.27. *Fustes* interpretatur, *quibus iuuenes pro criminibus feriuntur, dicti os ab eo, quòd præfixi in fossis stent, quos palos rustici vocant.* Sanè *Fustes* in Armis & Telis numerantur, l. 54.§.furem, D.de furt. Vlpian.in l.3.§.armis, D.de vi & vi arm. *Arma*, inquit, *sunt omnia Tela, hoc est & Fustes, & Lapides.* Et mox, *Planè si & vnus vel alter,* FVSTEM, *vel Gladium tenuit.* Sic *Fustibus repellere*, & *Fustibus de Fundo præcipitem agere*, Cicer. pro Cæcina. & 7.in Verr.dixit.Cæsar lib. 5.de Bello Ciuili. *Lapidibus,* FVSTIBVSQUE *Equites reppulerunt.*

Fustibus ergo, id est, baculis ligneis, *Equos publico* cursui deputatos, *agitari*, vetant Impp.in l. 1.C.de cursu publ.lib.11.B.Augustin.lib.3.contra Cresc ent. *Ipsos etiam raptos, & Fustibus tusos, ferróque concisos semiuiuos abiiciunt.* Et alio loco, *Sub altari quo confugerat, eodem supra se fracto, eiúsque tigno, aliísque Fustibus, ferro etiam crudeliter cæsus.*

Fuste vel lapide percussus, l.1.§.occisorum, D.de Sc. Silania.& apud Hirtium lib.de Bello Hispaniensi. *Fuste vel alio telo occisus*, l.7.§.1.D.ad L.Aquil. *Fuste Animaduerti*, l.8.§.1.D.de pœnis.

Fustibus castigat Præfectus vigilium eos qui negligentius ignem habuerunt, l.3.§.1.D.Offic. præfec. vigil.

Fustibus cæstigat Præfectus vrbi, libertum, l.1.§.cùm patronus, D.de offic.præf.vrbi. *Fustibus castigari Decuriones prohibitum est*, l.5.C.ex quib.caus.infam. *Fustibus castigãdum dimittere*, l.13.§.vlt. D.de iureiurando.

Fustibus cædi iubere, l.vlt.D.de offi.præfec.vigil. *Ex quibus causis liber* FVSTIBVS *cæditur, ex his seruus flagellis cædi, iubetur*, l.10.D.de pœnis. *Fustibus subiici*, l.vlt. D.de iniuriis.

Fustium Admonitio, l.7. D.de pœnis. *Castigatio*, l.9.§.1.D.de off.præf.vigil. *Ictus*, l.10.§. vlt. D.de pœnis, l.22.D.de his qui notant.infa. *Fustium ictu subiici*, l.28.D.de pœnis.

Fustium autem *ictus à Flagellorum*, quæ atrociora sunt verbera, castigatione, separatur, d.l.7. D.de pœnis. Leuiórq; multò est *Fustium*, quàm *Flagellorũ* pœna, d.l.vlt. D. de iniur. d.l.10. D. de pœn. Ac Fustibus quidem Liberi dumtaxat, & hi quidem tenuiores, subiiciebãtur, honestiores non: serui verò Flagellis coërcebantur, l.28.§.non omnes, D. de pœn. vt plenius lib. 3.Select.Antiquit. dixi.

FVTVRVS *Annus*, l.26.D.quando dies legat. *Futurorum annorum legatum*, l.29.D.eod.tit.

Futurus Creditor, l. 30. D. de reb. cred. *Debitor*, l. 49. D. de solutionib. l. 9. §. si nummos, D. de reb. cred. *Heres*, l. 18. §. seruus, l. 28. §. vlt. & l. 35. D. de stipulat. seruor. *Maritus*, l. 7. §. 1. D. de iure dot. l. 11. D. quib. mod. pign. *Vir*, l. 1. C. de donationib. ante nup.

Futuri casus, l. 1. §. si magistratus, D. de magistr. conuen. *Casus Euictionis*, l. 11. D. de euictionib. *Futuri Fructus*, l. 73. D. de verb. oblig. *Futuri heredes*, l. 40. D. de vulg. & pupil.

Futuris possessoribus, id est non distracturis, l. 41. §. item, D. de legat. 1.

Futura Actio, l. 68. §. 1. D. pro socio, l. 5. D. de pecul. 3. C. de donationib. *Calumnia*, l. vlt. C. de vsur. pupilla. *Emptio*, l. 20. §. 1. D. de præscript. verb. cui opponitur *Facta*, ibidem. *Libertas*, Paul. lib. 4. Sententiar. Tit. 12. *Lis*, l. 3. D. de procuratorib. *Notio*, l. 3. C. quando prouoc. non est nec. *Obligatio*, l. 6. D. de fideiussorib. l. 89. D. de verb. oblig. l. 5. D. de pignorib. *Pœna*, l. 2. C. qui testam. fac. poss. *Solutio*, l. 25. §. 1. D. quando dies legator. *Successio*, l. 21. C. famil. ercisc. *Vindemia*, l. 7. §. item si, D. soluto matr.

Futura Res veluti *Partus*, l. 11. §. si de futura, D. qui potiores. *Futuræ res*, l. 33. §. liberum, D. de contrah. empt.

Futuræ Calendæ, l. 40. D. de reb. cred. *Quæ proximæ futuræ sunt*, l. 126. §. Chrysogonus, D. de verb. obligat. *Quæ tunc proximæ futuræ essent*, l. 122. §. 1. D. eod. tit. *Futuræ Nuptiæ*, l. 1. D. de sponsalib. *Operæ*, l. 9. & l. 37. §. non solùm, D. de oper. libert. l. 20. §. si quis, D. de adquir. vel omit. *Vsuræ*, l. 26. §. 1. D. de condict. indeb. *Vxores*, l. 2. D. de sponsalib.

Futurum Ædificium, l. 23. §. vlt. D. de seruit. præd. rust, id est, nondum ædificatum. *Futurum Damnum*, 2. D. de damn. infec. *Futurum Damnum & Præteritum*, aduersantur, l. 7. §. vlt. D. de damn. inf. l. 6. §. si quis, & l. 14. §. in hoc. D. de aq. & aq. pluu. l. 5. D. ad exhib. l. 38. D. pro soc.

Futurum Diuortium, l. 12. D. de donat. int. vir. & vx.

Futuri iudicij causa, non eius quod eam sit, l. 8. §. 1. D. de alienat. iudic.

Futurum matrimonium, l. 68. D. de iure dot. *Futura matrimonia, & iam contracta*, opponuntur l. 134. D. de verb. oblig.

Futurum peculium, l. 11. D. de pecul. leg. l. 26. D. de liberat. lega.

Futurum & Præteritum Tempus, pugnant, l. 123. D. de verb. signif.

Futurum Tempus post redhibitionem, l. 49. D. de ædil. edi. *Futuri temporis nomine*, l. 21. §. idem ait, D. eod. tit.

Futuri Temporis Periculum, l. 10. D. de suspect. tutor. l. 39. D. de administr. & peric. *Tractatus*, l. 1. §. 1. D. de vsuris. *Vsura*, l. 69. D. de iure dot. *Vsuræ*, l. 23. D. de donat.

Futura Alimẽta, l. 8. C. de transact. *Opera*, id est, quę nondum facta sunt, l. 1. D. de oper. noui nunc.

Futurum est, vt l. 10. §. vlt. D. testam. quemad. aper.

In Futurum & in Præteritum, opponuntur l. 21. §. idem, D. de ędilic. edic. *In præsens, aut In futurum*, l. 16. D. de iniust. rup. *In futurum casum*, l. 10. §. 1. D. de his quæ vt indig. *In Futurum Crescere vsura*, l. 17. §. 1. D. de vsuris. *Concipi obligatio*, l. 35. D. de iudiciis. *Deberi*, l. 102. D. de solutionib. *In Futurum tempus collatus sermo*, l. 85. D. de legat. 3.

In futurum sibi prospicere, l. 48. D. de vsufr. *Vsuras accipere*, l. 2. §. non male, D. de diuers. temp.

FINIS LIB. VI.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE.

LIBER VII.

GADES, l.12.§.1.D.de legat.1.Insula Oceani, *in capite Bæticæ, ab ostio freti passus 75.mil.* quemadmodum Plin. lib.4. cap.22. scribit. Γάδειρα vocat Strabo, & extra columnas Herculis esse, tradit lib.2. Geograph. his verbis, προκείνται δὲ νῆσοι τῆς Εὐρώπης, ἔξω μὲν στηλῶν, Γάδειρά τε, καὶ Κασσιτέριδες. Idémq; lib.3. Γάδειρα ἔξω στηλῶν τῶν ἡρακλείων, πλήσιον τῆς βαίτιδος ἐκβολῆς ἵδρυται. Rursusque alio eiusdem libri loco, εἶτα Γάδειρα πορθμῷ σθενῷ διειργομένη νῆσος ἀπὸ τῆς τουρδιτανίας, διέχουσα τῆς κάλπης περὶ ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα σταδίους, οἱ δὲ ὀκτακοσίους φασίν. Stephanus de Vrbib. Γάδειρα, πόλις, καὶ νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ, στενὴ, καὶ περιμήκης οὖσα ταινία τῆς γῆς δειρά.

Gaditanorum autem *mœnia, delubra, agros, Herculem itinerum & laborum terminum* esse voluisse, Cicero. pro Cornelio Balbo scribit. Ac planè Strabo quosdam existimasse ait, Herculis Columnas dictas, τὰς ἐν τῷ Ηρακλείῳ, τῷ ἐν Γάδειροις, χαλκὰς, ὀκταπήχεις, ἐν αἷς ἀναγέγραπται τὸ ἀνάλωμα τῆς κατασκευῆς τοῦ ἱεροῦ: ἐφ' ἃς ἔρχομενοι οἱ τελέσαντες τὸν πλοῦν, καὶ θύοντες τῷ Ηρακλεῖ, διαβοηθῆναι παρεσκεύασαν, ὥς τοῦτ' εἶναι καὶ γῆς καὶ θαλάττης τὸ πέρας. Vnde & Gades *Terrarum finem* vocat Silius Italic. lib.17. Illic vtique celeberrimum Herculis fanum fuit. Testis Pōpon. Mela qui lib.3. cap.6. de hac eadem Insula agens, ferre eā ait, *in altero cornu, eiusdem nominis vrbem opulentam: in altero, templum Ægyptij Herculis, conditoribus, religione, vetustate, opibus, illustre. Tyrij condidere.* Sanè à Gaditanis Hercules summa veneratione colebatur: ac proinde, inter Deos qui heredes instituī poterant, *Herculem Gaditanum* ponit Vlpianus Tit. 25. Regular.

GAIVS CASSIVS *Longinus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpicij: & ideò Proauum suum Seruium Sulpicium appellat. Hic Consul fuit cum Quartino, temporibus Tiberij: sed plurimum in ciuitate auctoritatis habuit: eousque donec eum Cæsar ciuitate pelleret: expulsus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Vespasiano, diem suum obiit,* l.2.§. ergo Sabino, D. de orig. iuris. Ad hunc pertinēt hęc Suetonij in Nerone cap.37. verba. *Obiectum est Caßio Longino Iurisconsulto, ac luminibus orbato, quod in vetere gentili stemmate C. Caßij, percussoris Cæsaris, imagines restituisset.* Inter huius maiores occurrit Cassius ille Longinus, quem, bellis ciuilibus, in Hispania pro Prætore, Prouinciæ vlterioris obtinendæ causa, relictum narrat Hirtius, siue Opp. lib. de bell. Alexandr. Nostrum verò hunc Aggenus Vrbic. in Frontini Commentariis, auctorem laudat, his verbis: *At Caßius Longinus, vir prudentißimus, Iuris Auctor, hic statuit, vt quicquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat.* Eumdémque Gaij Cassij nomine accipere debemus l.35. D. de fideicomm. libert. l.16.§. vlt. D. ad Sc. Velleia. l.26.§. si feriæ, D. ex quib. caus. maior, l.2. D. de Senatorib. l.3 §. vlt. & l.6. D. de liber. & post. l.37. l.104.§.1. D. de legat.1. l.28.§. vlt. D. de statulib. l.4. D. de in ius vocā. l.13.§. quid si quis, D. de hered. pet. Hic notas quoq; *ad Vitellium*, æquè ac Sabinus scripserat: vt colligo ex l.12.§. sed si fundus, D. de instruct. vel instrum. in qua est, *Caßius apud Vitellium notat.* Itidémque *ad Vrseium*, vt indicat l.10.§. si massæ. D. quib. mod. vsufr. cùm ait, *Caßius apud Vrseium scribit.* Vnde, *Caßius existimasse Vrseium refert*, l.1.§. siue autem, D. quar. rer. act. Citatur & *Caßius lib.10. apud Minucium*, l.11.§. Cassius, D. de action. emp. Sed & complures de iure ciuili libros scripserat, inscriptos *Iuris* ciuilis: è quibus, supra decimum (qui citatur in

l.70. D. de vſufructu) alium præterea nullum in Pandectis inuenio. Inſuper verò plurimæ eiuſdem ac propè innumeræ ſententiæ, nullo librorum vnde promptæ ſunt, nomine paſſim adſcripto, in Pandectis referuntur. Ad eum autem Notas ſcripſiſſe Ariſtonẽ, teſtatur l.17. §.1. D. de vſufructu. Idémque indicat l.122. D. de damn. inf. Quinetiam Iauolenum ad eum Notarum libros 15. ſcripſiſſe cõſtat, quod in Pandectis indicant verba hæc, *Iauolinus ex Caſſio*. Hic Caſſianæ ſcholæ princeps & parens fuit, vt ait Plinius Epiſt. 24. lib. 7. Cuius ſectatores *Caſſiani* ſunt appellati, l. 2. §. ſed Proculi, D. de orig. iur. l. 19. D. de furtis, l. 35. §. 1. D. de mort. cauſ. donat. & apud Vlpian. Tit. 11. Regular. *Caſſiani* autem fuere, Cælius Sabinus, Priſcus Iauolenus, Aburnus Valens, Tuſcianus, & Saluius Iulianus. Atque hęc Caſſianorum ſecta originem duxit ab Arteïo Capitone: cui Maſſurius Sabinus, & Maſſurio Caſſius ſucceſſit. Vnde *Caſſij* Sabinus *Magiſter* dicitur in l. 19. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. Itaque ſæpe præceptori ſuo Sabino adiungitur, vt in l. 4. §. de illo, & l. 10. D. de vſurpatio. l. 4. D. de ceſſio. bonor. l. 31. §. 1. D. de reb. credit. l. 11. D. de iuriſdictio. l. 4 D. de in ius vocan. l. 1. §. quoties, D. de vi & vi arm. l. 26. §. vlt. D. de legat. 1. l. 4. D. de his qui not. infa. l. 68. D. de vſufructu, l. 57. D. de manum. teſt. l. 12. §. 1. D. de vſu & habitat. l. 2. D. quemadm. ſeruit amitt. l. 15. & l. 13. D. de noxal. action. l. 31. & l. 32. D. de peculio, l. 14. §. vltim. D. depoſiti, l. 24. & l. 52. §. vlt. D. pro ſocio, l. 1. l. 35. §. in his, & l. 57. D. de contrah. emptio. l. 12. §. & ſi ab aucupio, & §. de velis, D. de inſtruct. vel inſtrumen. l. 26. §. vlt. D. de legat. 1. l. 12. D. quando dies legat. l. 38. §. ſi actionem, D. de vſuris, l. 22. §. tranſgrediamur, D. ſolut. matrim. l. 37. D. de admin. & peric. l. 3. D. de liber. & poſtum. l. 14. D. de iure codicil. l. 30. D. de liber. cau. l. 7. §. cùm quis, D. de adquir. rer. do. l. 1. §. item adquirimus, & l. 3. §. ſi rem, D. de adquir. poſſeſſ. l. 17. D. de duob. reis, l. 6. D. de ſtipul. ſer. l. 43. §. qui alienum, D. de furtis, l. 215. §. vlt. D. de verbor. ſignif. §. item pretium, Inſtit. de empt. & vendit. §. is qui, inſtit. de mandat.

Caſſius veram opinionem Sabini rettulit, l. 24. §. 1. D. de action. empt. *Idque & Sabinum reſpõdiſſe Caſſius retulit*, l. 4. D. de ſeruitutib. Sabini quoq; ſententia ex Caſſio refertur, in l. 5. D. de iur. & fac. ignor.

Gaius Caſſius actionem introduxit, l. 11. D. quæ in fraud. credit. *Gaius Caſſius nominatim edicebat*, l. 26. §. ſi feriæ, D. ex quib. cau. maior. *Metus cauſa exceptionem Caſſius non propoſuerat*, l. 4. §. metus, D. de dol. mal. except.

Gaij nomine hunc ipſum Gaium Caſſium Longinum accipere debemus, l. 72. D. de ſolutionib. l. 54. D. de condicion. & demonſtr.

Ceterùm fuit & alius Gaius, Iuriſconſultus, quem Hadriani temporibus vixiſſe, oſtendit l. 7. D. de reb. dub. in qua de ſe ipſe hæc ait, *Noſtra quidem ætate, Serapias Alexandrina mulier ad Diuum Hadrianum perducta*, &c. Peruenìſſe verò ad Antonini Pij tempora liquidò colligitur ex l. 42. D. de donat. inter vir.

Gaius noſter, ait Pomponius, in l. 39. D. de ſtipulat. ſeruo. Itaque an de hoc Gaio, an Caſſio Iulianus ſenſerit, cùm in l. 59. D. ſolut. matrim. ait, *Gaius idem*, alienum eſto iudicium. Iulianorum certè temporum æqualem fuiſſe, non dubium eſt. Enimuero Gaius hic, vt ex Indice Pandectis Florentinis præfixo, & ex inſcriptionibus Legum, quæ in noſtris libris extant, patet, ad Leges 12. Tabul. libros 6. ſcripſerat: qui, in Indice, Δωδεκαδέλτου Βιβλία ἐξ vocantur: *ad Leges*, ſeu, *ad Legem Iuliam & Papiam*, libros 15. *Ad Edictum Prætoris Vrbani*, ſeu, *Vrbicum*, libros 10. Titulis, ſeu capitibus diſtinctos, in hunc modum: *Ad Edictum Prætoris Vrbani, Titulo de Prædiatoribus, Tit. de Publicanis, Tit. de Liberali cauſa, Tit. de Aquæ pluu. arcen. Tit. de damno infec. Tit. de re iudica. Tit. de operis no. nuntiat. Tit. qui neque ſequantur, neque ducantur, Tit. de Teſtamentis, & Tit. de legatis.* Item, *ad Edictum Prouinciale*, libros 32. *Aureorum*, ſeu, *Rerum cottidianarũ*, vel, vt aliàs legitur, *Rerum cottidianarum, ſiue Aureorum*, libros 7. *De verborum Obligationibus*, libros 3. *De manumiſſionibus*, ęquè, libros 3. *Regularum*, libros totidem. *Fideicommiſſorum*, lib. 2. Prętera libros ſingulares, *ad Edictum Ædilium Curulium, ad Legem Glitiam, ad Sc. Tertyllianum, ad Sc. Orphitianum, de Caſibus, de tacitis Fideicommiſſis, Dotalitiorum, ad Formulam hypothecariam*, ſeu, *de Formula hypothecaria.*

Ex huius Gaij Commentariis, tàm *Inſtitutionum*, quàm *Rerum cottidianarum*, Inſtitutiones compoſitas profitetur ipſemet Iuſtinian. in Præfatio. Inſtitutio.

Gaium Seium, inter κοινὰ ὀνόματα, quibus Iuriſconſulti in exemplis vtuntur, ponit Plutarch. ἐν Αἰτίοις. Exempla in promptu ſunt, vt l. 4. §. ſi cum legitima, & §. metus, D. de doli mali except. l. 11. §. vlt. §. Item ſi quis, & l. 38. §. quindecimo, D. de leg. 3. l. 45. D. ſol. matrim. l. 11. D. de vſur. & aliàs ſæpe. Atque vt *Gaius Seius*, ita *Gaia Seia*, l. 63. §. 1. D. de euictionib.

GAIVS *Iulius Cæsar*, l. 2. §. deinde Gaius, D. de orig. iur. qui *Gaius Cæsar* appellatur, in l. vlt. D. de termino mo.

Gaius Iuuentius Iurisconsultus, è Q. Mucij auditorib. vnus, l. 2. §. post hos Quintus, D. de orig. iuris.

GALATIA, l. 35. §. legauerat, D. de legat. 3. Regio minoris Asiæ, quæ *agros maiori ex parte, Phrygiæ tenet, caputque eius quōdam Gordium*, vt ait Plinius lib. 5. cap. vlt. Stephanus de vrbibus, Γαλάται, τοῦτο τοῖς παφλαγόσιν ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν, οἱ πλανηθέντες πολὺν χρόνον, καὶ καταλαβόντες τὴν χώραν, ὕστως ὠνόμασαν. D. Hieronym. in Procœmio lib. 2. Commentarior. ad Galat. ex Lactantij tertio ad Probum volumine, verba hæc adducit, *Galli antiquitus à candore corporis, Galatæ nuncupabantur, & Sibylla sic eos appellat. Quod significare voluit poëta, cùm ait, Tum lactea colla Auro innectuntur, cùm posset dicere, candida. Hinc vtique Galatia Prouincia, in quam Galli aliquando venientes, cum Græcis se miscuere. Vnde primùm ea regio Gallogræcia, post, Galatia nominata est.* Quomodo autem Galli, qui Brenno duce in Græciam se effunderūt, eam tādem Asiæ partem occupauerint, docet Liuius lib. 28. Iustinus lib. 25. *Tantus terror Gallici nominis, & armorum inuicta felicitas erat, vt aliter neque maiestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur. Itaque in auxilium à Bithyniæ Rege inuocati, regnum cum eo, parta victoria, diuiserunt: eámque regionem Gallogræciam cognominarunt.* Quæ nos eo pluribus, vt ne priscam gentis nostræ (quæ non semel in Asiam victricia signa intulit) virtutem, obliuio deleat.

GALEA, l. 14. §. arma, D. de re milit. *Galeæ*, l. 41. D. de verb. signif. *Galeam* autem Varro lib. 4. de lingua Lat. dictam tradit ab *Galero quo vsi antiqui.*

GALLIÆ fit mentio in l. 7. si vir in fundo, D. solut. matr. vbi *Lapidem in Gallia renasci*, tradit Papinian.

GALLI *Lugdunenses*, l. vlt. D. de censib. *Galli res extra dotem, Peculium* appellant, l. 9. §. dotis, D. de iure dot.

GALLICANA *Lingua*, l. 11. D. de legat. 3.

Gallicanæ Res, l. 4. §. vlt. D. de legat. 1. & apud Cicero. pro Quintio. *Gallicanos* quoque *homines*, dicunt Varro lib. 1. de re Rust. cap. 32. & Sueton. in Claud. cap. 45. *vt Gallicanum Catulum Catull.* Epigr. 39.

GALLINARVM *non est fera natura: idque ex eo possumus intelligere, quòd aliæ sunt Gallinas quas Feras vocamus*, §. Gallinarum, D. de adquir. rer. do. & illas *Cohortales & Rusticas*, Varro de re rust. lib. 3. cap. 9. & Columel. lib. 8. cap. 2. vocant.

GALLVS, in l. 6. §. etiam, D. si seruit. vindic. l. 27. & l. 127. D. de legat. 1. l. 7. §. est & alia, D. quod vi aut clam, l. 29. D. de liber. & post. l. 32. §. 1. D. de auro argent. l. 77. D. de verb. signif. & apud Cicero. Topic. est, *Gaius Aquilius Gallus*, præcipuæ auctoritatis inter Q. Mutij auditores: quem & *maximæ auctoritatis apud populum fuisse Seruius dicit*, l. 2. §. post hos, D. de origin. iuris. Ac planè Q. Mucio adiungitur, in l. 29. §. 1. D. de legat. 3. l. 39. D. de statuliber. Idémque *C. Aquilij* nomine intelligendus est in Oratio. pro Quintio, pro Cluentio, & pro Cecina, vbi & adfuisse eum sibi in causa Cecinæ ait, & hoc Elogio ornat, *cuius prudentiam populus Roman. in cauendo, non in decipiendo, perspexerit, qui Iuris ciuilis rationem numquam ab æquitate seiunxerit: qui tot annos, ingenium, laborem, fidem suam, populo Rom. promptam expositámque præbuerit: qui ita iustus & bonus vir est, vt natura, non disciplina, cōsultus esse videatur: ita peritus ac prudēs, vt ex iure ciuili, non scientia solùm quædam, verùm etiam bonitas, nata videatur: cuius tantū est ingenium, ita prompta fides, vt quicquid inde hauries, purum, liquidúmque te haurire sentias.* Denique eum *Collegam* (Præturam enim vnà cum eo gessit) & *Familiarem suum*, Cic. lib. 3. Offic. & Topic. appellat. Hic Postumos Nepotes institui posse induxit, ea Formula quæ traditur in l. 29. D. de liber. & post. vnde, Si filius & ex eo *Nepos Postumius ita heredes instituantur, vt Gallo Aquilio placuit*, l. 33. §. vlt. D. de ~~hered. instit.~~ *Auctoritate Galli Aquilij factum est*, l. 74. D. de heredib. instituen. *Gallus Aquilius, cuius Mela refert opinionem*, l. 17. §. si ruta, D. de action. emp. Huius inuētum est *Aquiliana stipulatio*, vt s. lib. 1. docui. Sed & Formulam de dolo malo prodidit. Testis Cic. lib. 3. de Nat. Deor. *Inde Enerriculum malitiarum omnium, Iudicium de dolo malo, quod. C. Aquilius familiaris noster protulit.* Idem lib. 3. Offic. *Nondum enim* AQUILIUS *collega & familiaris meus protulerat* (sic enim lego) *de dolo malo Formulam.* Huic etiam Cicero, *Fluctus*, itémque Seruianam *Doli* definitionem adscribit. Ac planè ab hoc Seruium Sulpitium maximè instructum fuisse Pompon. tradit, l. 2. §. Seruius, D. de orig. iur.

GALLVS Ælius, l. 19. D. de vsuris. vide quæ de eo diximus s. lib. 1. *Ælius* à Cicero. Topic appellatur in Locupletis definitione.

* vulg. et pro. subst.

De Gallo Aquila, dicam infrà lib. 9.

GALLVS *Gallinaceus*, cum quo parricida culeo insui more maiorum solebat, l. 9. D. de L. Pomp. de parricid. l. 1. C. de iis qui paren. occid. §. Alia deinde, Institut. de publ. iudic.

GARGILIANVS *Fundus*, l. 41. §. fœliciſſimo, D. de legat. 3.

GARVM, Vlpian. inter ea numerat in quibus esse solemus, l. 3. D. de penu leg. Quo nomine significatur liquamen, condimentum, siue salsamentum ex liquore saniéque piscium: quos *Socios* vocatos, ideò quod iunctim sociatímque eorum sale maceratorũ liquamen miscere-tur, quidam existimant. Alij verò, in quibus sunt Georg. Merula & Corn. Vitellius, Garo, *Sociorũ* cognomen alia de causa impositum censent. Tertiam etiam opinionem Cornarius, & Gorræus induxerunt. Vtvt sit, constat *Garum Sociorum* à veteribus appellatum. Seneca Epist. 96. *Quid illud Sociorum Garum, pretiosam malorũ piscium saniem, non credis vrere salsa tabe præcordia?* Plin. lib. 9. cap. 17. *M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in Sociorum Garo (nam ea quoque res cognomen inuenit) necari eos præcellens putauit, atque è iecore eorum alecem excogitare prouocauit.* Ausonius Epist. 21. ad Paulin. *Scis autem me id nomen Muriæ, quod in vsu vulgi est, nec solere, nec posse dicere: quum scientissimi veterum, & Græca vocabula fastidientes, Latium in Gari appellatione non habeant. Sed quocũque nomine loquar, liquor iste Sociorum vocatur.* Originem autem appellationis *Gari*, prodit Plin. lib. 31. cap. 7. simúlque testimonium illius epitheti *Sociorum*, quod ei postea inualescente luxu accessit, perhibet, his verbis, *Aliud etiamnum liquoris, genus, quod Garon vocauere, intestinis piscium, ceteríque quæ abiicienda essent, exquisiti sale maceratis: vt sit illa putrescentium sanie. Hoc olim conficiebatur ex Pisce, quem Græci Garon vocabant, capite eius vsto, suffitu extrahi secundas morantes. Nunc è Scombro pisce laudatissimum in Carthaginis Spartariæ cetariis: Sociorum id appellatur, singulis millibus nummum permutantibus congios pænè binos. Nec liquor vllus pænè, præter vnguenta, maiore in pretio esse cœpit.*

Ac planè laudatissimum ex Scombris Garum parabatur. Strabo lib. 3. de insula cui Scombroaria nomen est, ἣν καλοῦσιν Σκομβρικίαν, ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἁρ.ον σκευάζεται Γάρον. Muriam etiam Scombri, Muriæ ex Thynno factæ, prælatam, Martial. lib. 13. Epigr. indicat. Horatius lib. 2. Sermo. Sat. 8. *His mistum ius est olei, quod prima Venafri pressit cella, Garon, de succis piscis Iberi.* Nec ex Scombris modò, aut Thynnis, verumetiam ex Lacertis, Alece, Apua, aliísque piscículis Garum confectum, Plin. & alij docent.

Gari autem conficiendi rationes traduntur à Constantino lib. 20. γεόπονικ. cap. vlt. cuius verba subiiciam. τὰ ἔγκατα τῶν ἰχθύων βάλλεται εἰς σκεῦος, καὶ ἁλίζεται, ᾗ λεπτὰ ὀψαρία. μάλιστα δὲ ἀθερίναι, ἢ λεπτὰ τριγλία, ἢ λυκόσμοι, ἢ ὅ αὖ δόξῃ λεπτὸν εἶναι, πάντα ὁμοίως ἁλίζεται, καὶ ὑπὸ ἡλίῳ παρεγχεύθωσι, τῇ θερείᾳ, ἐξ αὐτῶν Γάρος αἴρεται. Enimuero Dioscoridi lib. 4. cap. 31. Γάρον ἐστὶ ἐκ τῶν ταριχηρῶν ἰχθύων, καὶ κρέων, καλαπλάσμων. Suidæ. Γάρον nihil aliud est quàm σπερδὼν, id est, vt Hesichius interpretatur, σῆψις.

GEMELLI, l. 22. D. ad leg. Aquil. id est *Fratres Gemini*. Vnde *Gemepillapara Lucilia*, in antiquo gram. *Gemellorum* etiam nomen Virgil. Eclog. 1. vsurpat.

GEMINOS *edere*, l. 16. D. de stat. hom. & *Geminum partum edere*, Liuius lib. 1. *Gemini* autem, vt Seruius in lib. 2. Æneid. ad verba *Gemini Atridæ*, scribit, *sunt propriè, simul nati.* Non Marcell. *Gemini dicuntur ex vno vtero, vno die editi.* Cicer. pro Cluentio, *Gaius & Lucius Fabricij, Fratres Gemini fuerunt.* Vide quæ de Geminis lib. superiore diximus.

Gemina Arbor, l. 10. D. arbor. furt. cæs. & apud Virgil. Æneid. lib. 6. *Gemina suspicio*, l. vlt. C. de malefic. & math.

GEMMÆ à *Lapillis*, & *Margaritis*, separantur, l. 25. §. vlt. D. de auro arg. l. 1. D. de adquir. possess. l. 3. D. de diuisio. rer. & apud Arnob. lib. 2. aduers. Gent. inter quæ verba hæc differentia intercedit, quod *Gemmæ, perlucidæ sint materiæ, veluti, Smaragdi, Chrysolithi, Amethysti: Lapilli vero, contrariæ superioribus naturæ, vt Obserani, Venetani. Margaritæ, conchæ sunt, quæ apud rubrum mare crescunt & coalescunt*, l. 19. §. penult. D. de aur. Seruius in lib. 1. Æneid. ad hæc verba, *duplicem Gemmis. Sanè*, inquit, *multi separant Gemmas à Margaritis, vt Cicero, Nullam Gemmam, aut Margaritã: & Gemmas volunt dici diuersi coloris: Margaritas verò albas: vel Gemmas integras, Margaritas pertusas.*

Gemma includenda, vel insculpenda data, l. 13. §. si gemma, D. locati. *Gemma in auro*, l. 11. D. de auro argen. *inclusa Auro*, l. 6. D. ad exhib. *Gemma ex Anulo*, l. 17. D. de auro arg. *Gemma in Anulo*, l. 30. §. Labeo. *Gemmæ inclusæ*, Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7. *Si vt habiliter Gemmæ geri possint inclusæ auro fuerint*, l. 51. D. de auro argent. *Si quis damnatus habuerit in digito, aut Sardonycha, aut aliam Gemmam*, l. vlt. D. de bon. damnator. *Nomismatis, pro Gemmis, vti solent*, l. 28. D. de vsufruct.

GENER appellatur *filiæ nostræ Vir*, l. 4. §. adfines, D. de gradib. & adfinib. ideò dictus, *quia ad augendum genus adhibetur*, quemadmodum Seruius in lib. 11. Æneid. tradit.

Sed &

Sed & Sponſus filiæ, *Generi* appellatione cõtinetur, l.6.D.eod.tit.l.5.D. de teſtib. Seruius ad illa 2. Æneid. verba, *& gener auxilium Priamo, Gener*, ait, *dicitur, & qui eſt, & qui eſſe vult: vt hic indicat locus, ſicut & Maritus.* Ideóque Seruius Sulpitius *Generi* appellationem etiam ex Spõſalib. adquiri dicebat, l.8.D.de gradib. Planè in lege Põp.de parricidiis, vt *Pater & Mater Sponſi, Sponſæ, Socerorum: ita liberorũ Sponſi, Generorũ appellatione cõtinentur*, l.4.D.de L.Pomp. de parric. Ac in Edicto de notatis infam. hæc verba, *Genero Mortuo*, de ſolo filiæ viro accipiuntur, l.1.& l.8.D.de his qui not.inf. Spõſi enim nullus eſt luctus, l.9.D.eod.tit. *Generi* vtique nomine, Neptis, & Proneptis, tam ex filio quàm ex filia editarum, ceterarúmque mariti, continentur, l.136.D.de verb.ſignifi. Et hanc in Edicto de Poſtulando huius verbi interpretationem eſſe faciendam Vlpian.admonet, l.3.D.de poſtulando.

GENERARE, id eſt, ſuſcipere liberos. *Is qui generare facilè non poßit*, l.6.D.de liber.& poſtu. *Si ea valitudine pater familias ſit vt Generare non poßit*, l.6.D.de his qui ſui vel alie. *Spadones Generare non poſſunt*, l.2.D.de adoptionib. *Qui vnum Teſticulũ habet, Generare poteſt*, l.6.§.vlt.D.de ædilic.edic. *Natura magis in homine Generandi, & conſuetudo ſpectanda eſt, quàm temporale vitium aut valetudo, propter quam abducatur homo à Generandi facultate*, l.9.D.de liber.& poſtu.

Ad Generandum numquam eſt habilis Mulus, l.38.§.ſed enim, D.de ædilic.edic.

Generare Præiudicium, l.7.D.de agnoſc.& alend. *Generari præiudicium*, l.4.C.de adquir.& retin.poſſ.l.6.C.de ſent.& interlocut. *Generare Vſuras*, l.5.C.de act.empt.

GENITVR, pro gignitur, l.17.§.1.D.de legat.1.l.13.§.vlt.D.de reb.dub.

GENITOR id eſt pater, l.7.de donationib.in C.Th. *Patris appellatione Genitor, ab eo qui Genitus eſt, diſtinguitur*, l.11.D.de liber.& poſtu.

GENIVM Soſipat.lib.1.explicat τὸ τύχῃ ἐκάστῳ. *Per Genium Principis iurare*, l.13.§.vlt. D.de iureiurand.id eſt, τὸν τυχὸν ὀμνύναι. vide noſtrum de Formulis octauum. Ceterùm quod in dicta l.13.per *Genium principis*, hoc, *Per principis*, Græco dicẽdi genere effertur in l.2.C.de reb. cred.vbi *Genium*, vel *Salutem*, ſuppleri oportet.

GENIALIS, id eſt coniugalis, *Genialis tori Maritum vindicem eſſe oportet*, l.30. C. ad L. Iul.de adulter. *Genialis tori, ac lectuli inuaſor alieni*, l.6.de indulg.crimin.C.Theod. Caſſiod. Epiſt. 37. lib.1. *Genialis tori maculam deprehenſi adulteri* (ſic enim emenda) *ſanguine diluiſti*. Vetus Gloſſar. *Genialis* Γαμήλιος. Et ita *Genialis Lectus*, pro Nuptiali apud Cicer.pro Cluent. & Horat. Epiſt. 1.lib.1.& *Geniales tori*, apud Virgil.lib.6. Æneid. Seneca Controuerſ.6.lib.6. *Verſæ ſunt in Exequias, Nuptiæ: mutatúſque Genialis lectus in funebrem.*

GENITALIS *Curia*, l.161.D.decurionib.in C.Th.Nou.Theod.& Valent.de reddito iure ar. *Patria*, l.12.C.de operib.pub. *Genitales Ciuitates*, l.20.de Paganiſ.in C.Th.

Genitale Solum, pro natali, l.1.de inquilin.& colon.l.1.de falſa mon.l.7.de metall.& metallar.l.177.de decurionib.in C.Th.

GENS & *Genus* ſeparantur in l.1.D.de probatio. *Genus* eſt vndecumq; ortus ſui initium quis duxerit. *Gens* eſt eorum qui eodem nomine appellantur. Cornel.Fronto de different. voc. inter *Nationem & Gentem* hoc inter eſſe tradit, quòd *Natio ſolum patrium quærit. Gens ſeriem maiorum.* Cic.1.de Orato. *Cùm Marcelli à liberti filio, ſtirpe, Claudij patricij eiuſdem hominis hereditatem ad ſe rediiſſe Gente, dicerent.* Sic, *qui ex eadẽ domo & Gente proditi ſunt*, l.195.§.cõmuni, D.de verbor.ſignific. Planè ex Cicer. Topic. colligere licet, Seruorum, Libertinorúmq; *Gentem* non eſſe, ac ne in Gente quidem manere eos, qui licet eiuſdem Nominis ſint, & ab his orti, qui ſeruitutem numquam ſeruierint, in Adoptionem tamen dati, vel Emãcipati, familiã mutarunt. *Gentis* vtique appellatio latius patet, quàm *Familiæ* propterea quòd ex pluribus Familiis *Gens* conficitur, vt Feſtus lib.7.ſcribit, & in plures Familias diffunditur, vt apparet ex Sueto.in Nero.cap.1.Idem in Iulio.cap.5. *Cuius Gentis Familia eſt noſtra.*

Gentis Princeps, Sueton.in Tiberio cap.1.

Gens etiam pro natione vſurpatur. *Gentis exteræ latrunculi*, l.6.D.de capt.& poſtl.

Gentium Ius, eſt quo Gentes humanæ vtuntur: quod à Naturali recedere facilè intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune ſit, l.1.§.vlt.D.de iuſt.& iu. *Quòd Naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræque cuſtoditur: vocatúrque, Ius Gentium, quaſi quo iure omnes Gentes vtantur*, l.9. D.eod.tit. §.1. Inſtit. de iure natur. vbi & *Commune omnium hominum Ius*, appellatur. *Ius Gẽtium, quod ratione naturali inter omnes homines peræquè ſeruatur: quod cum ipſo genere humano proditum eſt*, l.1.D.de adquir.rer.do. Huius iuris exempla ſumito ex l.2. l.3.l.4.& l.5.D.de iuſtit.& iu.

Merum Ius Gentium, l.31.D.depoſiti. *Quem Iure Gẽtium dare oportet*, l.84.§.vlt.D.de diuerſ.reg. Vide pluraĩ.lib.9. *Gentium conſenſus tacitus.* Plin.lib.7.cap.57.

GENTILES, qui eiusdem Gentis sunt, Festus, *Gentilis dicitur & ex eodem genere ortus, & is qui simili nomine appellatur: vt ait Cincius, Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur.* Gaius lib. 3. Institut. vt est in Lege Dei. Tit. vlt. *Si nullus Adgnatus sit, eadem Lex 12. Tabular. Gentiles ad hereditatem vocat*: ibidémq; Gaius qui *Gentiles* essent, ait se primo Cõmentariorum exposuisse. *Gentiles*, vtique Cic. Topic. definit, *qui inter se eodem nomine sunt: qui ab ingenuis oriundi sunt: quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit: qui non sunt deminuti.*

Gentile Nomen ab *Adoptiuo* separatur, à Sueton. in Nero. cap. 1. Hinc *Gentilitas*, Gẽtilium inter se coniunctio. Varro lib. 7. de lingua Latin. *Vt in hominibus, quædam sunt cognationes, & Gentilitates, sic in verbis. Vt enim ab Æmilio homines orti, Æmilij, ac Gentiles: sic ab Æmilij nomine declinatæ voces, in Gentilitate nominantur.*

Gentiles, id est, Ethnici, seu Pagani, l. 46. de hæretic. l. 62. de appellat. l. 20. de Paganis, l. 1. de nupt. Gentil. in C. Th. Papias, *Gentiles qui sine Lege viuunt, & necdum crediderunt: dicti quia sunt vt geniti fuerunt, id est, sub peccato: idolis seruientes: qui Græcè Ethnici dicuntur.*

GENVINVS *Natalis principis dies*, l. 11. & l. 17, de proxim. comitib. in C. Th.

Genuina Pietas, l. 3. §. si eum, D. de homine. lib. exhib.

GENVS *Humanum*, l. 1. D. de adquir. rer. do. *Hoc Genus hominum*, l. 3. D. nautæ caupon. l. 43. §. 1. D. de ædilic. edic. *Genus*, vnde ortum, seu originem ducimus, l. 1. D. de probationib. *Quæ non à patre, sed Genere tribuuntur*, l. 3. D. de interdict. & releg. *Generi, posteríque datæ immunitates*, l. 1. §. personis. D. de iure immunit.

Genera & Species opponuntur, l. 54. D. de verb. oblig.

Generi per Speciem derogatur, l. 89. D. de diuers. regul. *Semper Species derogat Generi*, l. 99. §. si alij, D. de legat. 3. l. 41. D. de pœnis. *Genus Actionis*, l. 1. D. de condict. furt. *Iudicij*, l. 7. §. & generaliter, D. de except. rei iudic. *Ex Genere causæ*, l. 3. §. Iulianus, D. de lib. exhib. *Quasi genus locati, & conducti*, l. 1. §. si quis seruum, D. depositi. *Velut Genus quoddam permutationis*, l. 25. §. cõsuluit, D. de hered. petit. *Omni Genere manumissum*, l. vlt. D. de manumissionib. *Meretricio quodam Genere*, l. 29. §. qui quæstum, D. ad L. Iul. de adult. *Genere vindicationis*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 32.

Genere quodam, pro ratione & specie quadam seu quodammodo, l. 36. D. de stipul. seru. l. 51. in fi. D. de adq. possess. l. 44. D. de adq. rer. do. Quintil. in milite Mariano. *Cùm totum Bellum, quodam Genere, ad pedem venisset.*

Genere quodammodo l. 10. D. pro empto. *Eo genere*, pro, eo modo, ea ratione, l. 23. D. de vsurpationib. *Quo Genere*, id est, quo modo, l. 17. C. de postlim. reuers. *Alio quouis genere*, l. 47. §. vlt. D. de pecul.

Genera Ferarum, l. 62. D. de vsufructu. *Missionum*, l. 2. D. de his qui notan. infam. *Possessionum*, l. 3. §. si rem, D. de adquir. possess.

GENERALIS *vel Specialis Curator*, l. 28. C. de iur. dot. *Generalis, Curator*, vel *Dotis dandæ causa*, l. 50. D. eod. tit.

Generalis Abolitio, Rubr. de Genẽrali abolitio. C. de iure dot. *Administratio*, l. vlt. C. de magistr. conueniend. *Exceptio*, l. 39. D. de actionib. emp. *Exceptio pacti conuenti*, l. 35. D. de pactis. *Iurisdictio*, l. 4. D. de offic. eius cui man.

Generalis Clausula, l. 33. D. ex quib. cau. maior. *Definitio*, l. 4. §. puto, D. de heredit. instituen. *Sermo*, l. 41. §. fœliciſſimo, D. de legat. 3. *Subscriptio*, l. 1. §. inter, D. de lege Corn. de falſ.

Generalis Obligatio, l. 6. D. de pignor. *Pacti conuentio*, l. 1. C. quę res pign. *Generale pactum*, l. 40. D. de pactis.

Generale Edictum quod est de minoribus, l. 57. D. de adquir.

Generale legatum, l. 9. D. de supell. leg.

Generale Mandatum, l. 69. D. de procuratorib. *Generale Mandatum, de vniuersis negotiis gerendis*, l. 25. §. vlt. D. de minorib. *Generale Mandatum quærendi mariti filiæfa.* l. 34. D. de ritu nupt.

Generales Constitutiones, quæ omnes tenent, §. planè, Instit. de iure nat.

Generalia Iudicia bonæ fidei, veluti pro socio, Negotiorum gestorum, Tutela, l. 37. D. pro socio.

GENERALITER *& Specialiter*, opponuntur, l. 1. §. Mela, D. de dote præl. l. 46. D. de peculio. Sic, *Generaliter & Specialiter Iubere*, l. 1. D. quod iussu, *Mandare*, l. 25. §. iussum, D. de adquir. vel omitt. *Generaliter an Specialiter legentur*, l. 5. D. de aur. argent.

Generaliter & in Rem, l. 9. D. quod met. cau. *Generaliter, & in singulas personas*, aduersantur, l. 7. D. de legib. *Generaliter definiri*, l. 4. §. puto, D. de hered. instit.

Generaliter dare damnatus, l. 45. D. de legat. 1. *Dare iussus*, l. 100. D. de legat. 1.

Generaliter legatus homo, l. 12. §. serui, D. quãdo dies leg. l. 66. §. 1. D. de opt. leg. *Legatus seruus*, l. 29. §.

l.29.§.fi heres,D.de legat.3. l.7. & l.9.§.quæsitum,& l.10.D.de opt.leg. *Generaliter relictum legatum,veluti hominum*, l.36. D. de legat.1.

Generaliter stipulari Hominem,aut Lancem,aut quodlibet vas,l.2.D.de verb.oblig.

Generaliter Obligata bona,l.5.C.qui potior.*Pignori datus*,l.29.D.qui & à quib. *Generaliter*, & *Specialiter pignorari*,l.4.C.quæ res pign.

Generaliter Probandum,est,l.16. D. de minorib. *Respondendum est*, l.55. D. ad Sc. Trebellian. *Procurator cui generaliter libera administratio rerum commissa est*,l.58.D.de procurat.

Generatim,id est generaliter,l.55.D.ad Sc.Trebell.

GEOMETRÆ,l.22.D.de excusationib. Seneca Epist. 88. *Metiri me Geometres docet latifundia.* Et alio eiusdem Epist.loco,*Sapiens causas naturalium & quærit & nouit : quorum Numeros, Mensuráque Geometres persequitur, & supputat.*

GERERE, facere significat. Inter *Gestum* tamen & *Factum*, subtilis quædam differentia statuitur,l.19.in fi. D. de verbor. significat. l.2. D. de curat.bon. dan. qua neglecta, *Gestum & Factum*,pro eodem ponimus,l.58.D.de verb. signif. Et ita latissimè accipitur in l.2.§. gestum,D.ad municipal.In Edicto autē de Minorib.*Quod cum minore quàm 25. Annorū Gestum erit*,Vlpian.sic interpretatur, vt *Gestum* accipiatur *qualiter qualiter, siue contractus sit, siue quid aliud contigit. Proinde, siue emit, siue vendidit, siue societatem coiit, siue soluta ei pecunia, & eam perdidit,inde ei succurretur*,l.7.D.de minorib.ad cuius l.quęstionem,d.l.19.pertinuisse Inscriptionū similitudo docet.Sed & hac parte Edicti, *Quæ Fraudationis causa Gesta erunt*, quæcunque in Fraudem creditorum fecerit quis,continentur:siue alienauerit de suo,siue liberationem debitoribus præstiterit,l.1.D.quæ in fraud.cred.*Gestáque* accipimus non solùm *ea, quæ contrahens gesserit,verùm etiam si fortè,data opera,ad iudicium non adfuit,vel litem mori passus est, vel à debitore,vt tempore liberaretur,non petiit,vel vsumfructum aut seruitutem amisit:& omninò qui aliquid fecit,vt desinat habere quod habet,ad Edictū pertinet*,l.3.§.1.D.quæ in fraud.cred.Atque ex his planum sit verbum *Gesserunt* ad Testandi ius non pertinere,l.20.D.de verb.signif.

Gerere interdum significat administrare.Sic,*Gerere Bona*,l.23.D.de pecul.lega. *Negotia*, toto Titu. de negot.gest.*Patrimonium*,l.6.C.ad Sc.Trebell.

Gerere Actum,l.6.§.irritum,D.de iniust.rup.*Administrationem*,l.34.D.de liber.cau.

Gerere Curam,l.7.§.is igitur,D.de postul.§.sicut,D.commod. l.6.C.de heredit.act.l.26.C. *Tutelam*,l.26.D.de liberat.leg.l.1.& aliàs sæpe, D.de administr. & peric. *Gessisse* autem videtur Tutor omninò, si quid pupillare attigit,etiam si modicum,l.5.§.gessisse, D.de adm.& peric. *Gessisse*,quoque intelligitur, & qui per alium tutelam gessit, quique alij gerendam eam mandauit: nec non qui satis à contutore accepit rem saluam pupillo futuram, eique permisit administrationem totius tutelæ,d.l.5.§.quòd si quis, & l.56. D. de administr. & peric.

Gerere Rationem,l.13. §.hæc quæstio,D.de manumiss.testamen.l.9.D.de liberat.leg.l.13.§.fi duo,D.de statuliber.*Rationem Actus*,l.41.§.ab heredibus,D.de fideicom.libert.

Gerere Rationes, l.52.§.1. D.famil. ercisc. l.4. C.de testament.manumiss.*Gesta per eum Ratio*, l.40.§.Titius,D.de fideicommiss.liber.

Gerere Rem diligenter,l.1.D.de offic.procurator.Cęsar.*Rem publicam & suam*,l.1.§.quātus,D. de vent.inspic.*Rempublicam*,l.11.D.de vsuris.*Res patroni*,l.101.§.vlt. D.de condicionib & demonstrat.*Res pupilli*,l.2. C. de administrat.tut.*Rem domini Gerens seruus*,l.5.§.vlt. D.de in rem ver.

Gerere Duumuiratum,l.1.D.de albo scribendo,l.17.de Episc.& Cler.C.Th.*Magistratum*,l.1. §.origo,D.de postulādo,l.9.D.de his qui sui,vel alien.l.2.D.de diuers.reg.iur.l.15.D.ad Iul. de adult.l.7.D.de administrat.rer.*Officium*,l.57.& l.65.D.de ritu nuptiar.l.46.§.actores, D. de iure fisci.*Potestatem*, l.1.D.de offic.prefec.pręt.*Præfecturam*,l.41.D.de excusationib.*Prouincias*,id est regere,l.2.§.eodem tempore,D.de orig.iuris.

Geri Honores,l.11.C.de liber.cau.*Gerendorum honorum Facultas*, l.14. §. gerendorum, D. de munerib.& honorib.*Primordium*,l.1.D.de offic.quæstor.

Gerere se Benè,l.18.D.de fideic.libert.*Impotenter*, l.9.§.vlt. D. de offic.procons. *Negligenter*, l.vlt.§.1.D.de administr.rer.*Seditiosè*,l.28.§.solent,D.de pœn.

Gerere se pro herede,l.26.D.de L.Corn.de fals.*Gerere pro herede*,l.14.§.pleriq;, D. de religios. & sump. l.2.D.si quis omissa,id est *pro Domino*,quod vti fiat explicat Iustinianus,Institution. de hered.qualit. & Papinianus, l.20. D. de adquir.vel omitt.vide & Vlpian. Tit. 22. Regular. Vetus Glossar. *Gerere pro herede*, ὀνομάζειν ἑαυτὸν κληρονόμον: aliàs, ὡς κληρονόμος διοικεῖν καὶ διατάζειν.

Gerere se pro Libero,l.10.& l.11.D.de liber.cau.l.3.§.si seruus,D.de adquir.poss.l.15.§.1.D.de

vſurpationib.l.19.D.de ſolutionib. *Gerere ſe pro milite*, l. 27.§.vlt.D.de lege Cornel.de fal.

Gerere etiam contrahere ſignificat. *Gerere contractum*, l.15.C.de donationib.inter vir. *Gerere negotium venditionis*, l.31.D.de pactis. *Qui negotia gerunt*, id eſt, qui contrahunt, l.2. D. de oblig. & actionib.

Qui mortis cauſa donat, qua parte ſe cogitat, negotium gerit, l.35.§.1.D.de mort.cau. donat. *Geri negotium*, id eſt, contrahi, l.11.D.de auctor.& conſ. tut. *Geritur negotium inuicem*, l.17.§. ſicut. D. commodati. Dicitur autem *Negotium Geri*, actu quodam ad comparãdam obligationem interpoſito, l.33.D.de cõdict. indeb. *Eſt negotium ciuile Geſtum*, l.1.D. de æſtimatoria. *Ex negotio Geſto*, hoc eſt ex contractu vel quaſi, l.1.§.cùm ſeruus, D. de his qui deiecer. l.vlt. D. de aleatorib.

Gerere, id eſt exercere, vt, *Si hoc negotium principaliter Gerat*, l. 4. D. de his qui notant. infam.

Si bona Fide Geſtum ſit Negotium, l.34. D.de procurat.

Geſtæ rei fides, l.11.D.de teſtib. *Teſtimonium*, l.11.C.de probationib. *Cùm ex Tabulis res Geſta declaretur*, l.vlt.D.de his quæ in teſtam.delent. *Erroribus Geſtæ res*, l.6.§.1.D.de offic.Præſid.

Gerere Sollicitudinem, l.5.C.de codicill.l.4.C.ad Sc. Trebellian.

Gerere Telum, l. 11. D. ad L.Iul.de vi publ.

GERITIO pro herede, l.14.D.de religioſ.

GERMANIA *inferior*, l.vlt.D.de cenſib. *in Germania trans Renum* l. 11. D. de euictionib. *Ab hoſtib.captus, vt puta à Germanis*, l.24.D.de captiu. & poſtl. *Bello victis Germanis*, l.27.D.eod.tit.

GERMANVS pro fratre. Seruius in 5. Æneid. *Germanus eſt, ſecundum Varronem in libris de Gradibus, de eadem genitrice manans, non vt multi dicunt, de eodem germine. Secundum quem, bene nunc, Eurycem Buiæ & Veneris filium, Æneæ dicit eſſe Germanum.* Vetus Gloſſar. *Germani Fratres*, ἀδελφοὶ λέγονται οἱ ἐξ ἑνὸς πατρὸς, ἢ ἐκ μίας μητρὸς γεννηθέντες.

GESTA, pro actis iudiciariis l.vlt.C.de re iudic.& apud B.Auguſt.lib.3.contra Creſconiũ, & in Breuiculo collationum contra Donatiſt. Vet. Gloſſar. *Geſta* reddit χαρτήματα. *Geſtorum Teſtificatio*, l.1.C. de ſatiſdando.

GESTARE *in vtero*, l.4.D.de Sc.Silan.

GESTARI dicebantur veteres cùm ſuccollãtibus ſeruis, valetudinis, voluptatísve cauſa, ſella vehebãtur, l.12. D.de vſu & habit.l.7. D. de manum.vindic. Inde *Geſtatio*. Plinius lib.27.c.3. *Quinque res maximè communium auxiliorum profeſſus, Abſtinentiam cibi, Fricationem corporis, Ambulationem, Geſtationem.* Seneca lib.1.de breuitate vitæ: *Ne illos quidẽ inter otioſos numeraueris, qui ſella ſe, & lectica huc & illuc ferunt, & ad Geſtationum ſuarũ, quaſi deſerere illas non liceat, horas, occurrunt.* Quod exercitationis genus exagitat ille ipſe Epiſt.55. his verbis, *A Geſtatione cum maximè venio, non minus fatigatus, quàm ſi tantùm ambulaſſem, quantùm ſedi. Labor eſt enim diu ferri: ac neſcio, an eo maior, quia contra naturam eſt, quæ pedes dedit, vt per nos ambularemus: oculos, vt per nos videremus. Debilitatem nobis indixere delitiæ.* Idem tamen Epiſt.15. eius Geſtationis commoda hæc adfert. *Geſtatio & corpus concutit, & ſtudio non officit: poßis legere, poßis dictare, poßis loqui, poßis audire.* Plin.Epiſt.3.lib.1. *Quid illa mollis, & tamen ſolida Geſtatio?*

Geſtationes autem arboribus non fructiferis, ſeu, infructuoſis quæ ad opacandum locum patulis diffuſæ eſſent ramis, inumbrabantur. Vlpianus in l.13. §.fructuarius, D. de vſufructu. *Si fortè voluptate fuit prædiũ, virdiaria, vel Geſtationes, vel deambulationes arboribus infructuoſis opacas, atque amœnas habens.* Paulus in l.16.§.1.D.quod vi aut clàm. *Si quis vi aut clam arbores non frugiferas ceciderit, veluti Cupreſſos: domino dũtaxat competit Interdictum. ſed ſi Amœnitas quædam ex huiuſmodi arboribus præſtetur: poteſt dici, & fructuarij intereſſe propter voluptatem, & Geſtationẽ.* Sed & àEpiſt.17.lib.2. *Geſtatio* memoratur, quę *Buxo aut Rore marino, vbi deficiebat Buxus ambiebatur.*

Geſtandi ſeruitus, l.14.D.de aliment.vel cibar. *Geſtandi cauſa commodatus Equus*, §. furtum autem, Inſtit.de obligat.quæ ex delic.

GESTICVLANDI *Gratia*, l.8.§.quicunque, D.de pœnis.

GESTOR *Negotiorum*, l.vlt.D.de re iud.l.24.D. de appellationib. qui citra mandatum negotium alienum ſponte gerit, vt l.20.C.de negot.geſt.

GESTVS pro adminiſtratione, l.3.quod ſi quis tutor.D.de ſuſpect.tutor. l. 6. §. idem ait in fin.D.de negot.geſt.l.5.§.geſſiſſe, & l.23.D.de adminiſtr.& peric.

Geſtus Tutelæ, l.5.§.1. & l.23.D. de adminiſt.& peric.l.4.§.1.D.de ſolutionib.

Ex communi Geſtu condemnatus vnus è tutoribus, l.1.§. nunc tractemus, D. de tut. & rationib.

GIBBEROSI, l.3.D.de ædilic.ed. qui Gibbo, seu Gibbere, id est, tumore quodam carneo, laborant. Nonius Marcellus *gibberũ* pro extanti & eminenti positum censet à Varro. in Eumenidibus his verbis, *Item tragici prodeunt capite Gibbero.* Papias, *Gibbus tumor in dorso: Struma in pectore.*

GILDONIS fit mẽtio, l.19.de pœnis, in C.Th.& apud Claud.lib.de Bello Gildonico, Orosium, lib.vlt. De quo hæc historiæ Miscellæ auctor lib.13. *Gildo Comes Africæ, cognita Theodosii morte, arbitratus minimam in paruulis spem fore, Africam iure proprio cœpit vsurpare:* quem paulò pòst à fratre Macezile fugatum, & in Africa strãgulatum interiisse narrat. Eius possessiones ad ærarium deuolutas, ostendit l.16. & l.19. de bon proscript. in C. Th. Inde *Gildoniacum Patrimonium*, quod sub cura proprij Comitis habitum Notitia testatur, qua parte de Comite rerum priuatarum, cui Comes ille suberat, agit.

GLADIO *Animaduerti*, l.8.§.1.de pœnis: ex qua discimus aliud esse *Gladio*, aliud *Securi animaduerti*, vel *Telo*, vel *Fusti*. Vnde apud Spartian. Antoninus ei, qui securi percusserat Papinianum, *Gladio*, ait, *te meum iussum exequi oportuit.*

Itaque *Gladij potestas* ab aliis coërcitionibus separatur, l.6.D.de off.Procons. ex qua detracta est l.70.D.de diuers.reg. Est autem *Gladij potestas* ius animaduertẽdi Gladio in facinorosos homines, l.3.D.de iurisdictio. Capitolinus in Gordianis. *A Senatu datus est Legatus cũ Gladij potestate.* Et ita *Gladij ius accipio* in l.6.§.qui vniuersas, D.de off. præsid.in qua *gladij ius* omnes Prouinciarum rectores habere scribitur, quos deportandi ius non habuisse constat, l.6. D.de interdic.& releg. Sic accipe & in l.1.ne sine iussu princ.in C.Th.l.74.de decurionib.in eod.C.Iul.Firmic.lib.3.Mathes.cap.5. *Et in magnis administrationibus iuris Gladij decernit potestatem.* D.Augusti.Epist.61.ad Dulcitium Tribunũ. *Nec enim Gladij ius in eos accepisti.* Lamprid.in Alexand. *Honores iuris Gladij nunquam vendi passus est.* Sulpit.Seuer.de B.Martini vita lib.3. *Illa præcipua cura erat, ne Tribuni cum iure Gladiorum ad Hispanias mitterentur.* In hoc verbo Imperator Iulianus ludebat. Nam, vt Rufinus lib.1.Historię Eccles.cap.1. narrat, procurationẽ Prouinciarum Iurísque dicendi, Christianis statuit non debere committi, vtpotè quibus etiam lex propria Gladio vti vetuisset.

Gladij Præsidum, apud Lactant. lib.5.Institut.diuinar. cap.8. & 14.Philostrat. lib.1. de vitis Sophist.in Polemone Δικαστὴν γὰρ δεῖσθαι αὐτὰς ξίφος ἔρχοντος, de accusationibus, cædis, sacrilegij & adulterij agit. Huc pertinet quod Synes.in Epist.1.ait. ἔτι γὲ τὸ δημόσιον ξίφος οὐκ ἦλθον ἢ τὰ ὲς τοῖς πρωτείοις χέρνιβα.

Ad Gladium damnari, dicuntur, qui ad Ludũ Gladiatorium damnãtur, l.25.§.si quis planè, D. de adq.vel omitt.l.6.§.irritum fit, D.de iniusto.rup.l.1.in princ. D.de abigeis, & apud Paul. lib.5.Sentent.Tit.17.& in Lege Dei, Tit.11. Capitol. in Macrin. *Seruos, qui à dominis fugissent, repertos ad Gladium ludi deputabat.* Dixerit aliquis, *Ad Gladium* ergo *damnari: ad ferrum: ad Ludum Gladiatorium*, idem Valent: cui sententiæ adstipulari videtur Tertull. lib. de spectacul. *Certè quidem Gladiatores innocentes in Ludum veniunt, vt publicæ voluptatis hostiæ fiant. Etiam qui damnantur in Ludum, quale est vt de leuiore delicto in Homicidas emendatione proficiant.* Verùm errorem hunc à mentibus, velut caliginem ab oculis depellit Vlpian. lib.8.de offic. Procons. ex quo in Lege Dei, Tit.11. verba hæc adferuntur. *Rescriptum D.Hadriani sic loquitur, quasi grauior pœna sit Metalli: nisi fortè hoc sensit D.Hadrianus Gladij pœnam dicendo, Ludi damnationem. Est autem differẽtia inter eos qui ad Gladium, & eos qui ad Ludũ damnantur. Nam ad Gladium damnati confestim consumuntur, vel certè intra annum debent consumi. Hoc enim Mandatis continetur. Enimuero qui in Ludum damnantur, non vtique consumuntur, sed etiam pileari, & rudem accipere possunt, post interpalam.*

Eodem autem sensu, quo *ad Gladium damnari*, etiam *ad Gladium locare*, dicũt Seneca Epist.87. & Tertullian.in lib.ad Martyr.& *ad Gladium homines comparare*, Lactant. lib.6.Instit. diuinar. cap.12. Et ita quoque *Gladij pœnam* accipere debemus, l.1.in prin.D.de abigeis.

Gladio puniri, l.30.in fin.C.ad L.Iul.de adulter. *Vltore Gladio armari iura*, l.31.C.eod.tit.B.Augusti.lib.6. contra Iulian. *Propter quam, Calligonum Valentiniani iunioris Eunuchum, Gladio nouimus vltore punitum.* Impp.in l.5.C.de malefic.& mathem. *Feriatur supplicio capitis, gladio vltore prostratus.* D.Ambros.lib.5.Epist.in Oratio.contra Auxentium, *Iubentur resistentes Gladio feriri.* Prudentius Peristephano, in hymno Eulal.virg. *Aut Gladio feriere caput.* Eáque est *Gladij pœna*, Nou.Th.& Valentin.de ambitu & loc.limit.

Si Miles Gladium alienauerit, desertori similis est, l.14.§.vlt.D.de re milit. *Si quis Gladium strinxerit, & ex eo percusserit*, l.1.§.diuus, D.ad L.Corn.de Sicar. *Gladio abigere*, l.1.§.1. D. de abigeis, *Vulnerare*, l.6.§.si quis commilitonem, D.de re milit.

Gladii inter Arma ponuntur, l.41.D.de verb.signific.l.3.§.armis, D.de vi & vi arm.

GLADIATOR, l.3. D. de liber. & post. *Gladiator*, autem, vt Quintil. Declamat. 362. definit, est *qui in harena, populo spectante, pugnauit*. Cuiusmodi Spectacula sustulit Cõstantinus, l. vn. C. de gladiatorib. lib. 10. vt & Nicephor. lib. 7. cap. 46. scribit. Planè, in l. vlt. D. de iure immunit. *Gladiatores*, pro Gladiorum fabricatoribus accipiendos quibusdam placet.

Gladiatorius Ludus, l. 1. ad L. Fab. in C. Th.

GLANDIS *appellatione*, ait Gaius, *omnis fructus continetur*, l. 236. §. vlt. D. de verbor. signific. Quod pertinet (vt Inscriptio indicat) ad interpretationem Legis 12. Tab. qua cautum fuisse, vt *glandem* in alienum fundũ procidentem liceret colligere, Plin. lib. 16. cap. 5. testatur. Eodémque modo in Edicto de Glande legenda, *glandis nomine omnes fructus continentur*, l. vn. D. de glãde legen. Ceterùm *Glandem* quæ propriè intelligitur, arbores quinque ferunt: quemadmodum Plin. lib. 16. cap. 6. tradit: videlicet, Robur, Quercus, Esculus, Cerrus, Ilex, Suber, quas Arbores *glãdiferas* idem vocat, quibus, honorẽ apud Rom. perpetuũ fuisse, eiusdem lib. cap. 3. refert: omnium verò dulcissima, Fagi, vt idem ait eiusdẽ lib. cap. 5. Genera ergo Glandis hæc sunt, *Fagea*, sicut Plin. loquitur, *Querna*, vt idem, seu *Quernea*, vt Columell. lib. 1. cap. 5. *Iligna*, vt Horat. lib. 2. Sermon. Sat. 4. & Plin. ibidem. *Cerrea*, vt idem Plin.

Glans quæ in Arboribus fuisset, tempore cùm hæc cæderentur: & quæcunque Glans ex his arboribus quæ cæsæ non essent, cecidisset, l. 80. §. silua, D. de contrah. empt.

Si glans ex Arbore in meum fundum cadat, eámque ego immisso pecore depascã, l. 14. §. vlt. D. de præscript. verb. *Glans ex arbore tua in fundum meũ incidit: eam ego immisso pecore depasco*, l. 9. §. 1. D. ad exhibend. Quæ autem ex arbore cecidit Glans, ea, *Caduca* appellatur, l. 30. §. vlt. D. de verb. signific.

GLAREAM Palæmon in Gloss. explicat *lapillos paruos arenæ maris mixtos*. Papias, *Glarea, minutissimi lapides, quos aqua fluuialis secum trahit. Lapides* vtique *minutos*, & *glaream*, separat Columel. lib. 2. cap. 2.

Si glarea iniecta sit agro, l. 11. §. vlt. D. de aqua & aquæ pluu. *In terrenam viam Glaream iniicere*, l. 1. §. vlt. D. de via publ. *Glarea iniecta*, Cicero Epist. 1. lib. 2. ad Quinct. Fratr. *Glareosa* & *Sabulosa arua*, coniungit, Columel. lib. 2. cap. 10.

GLAVCINA in vnguentis numerantur, l. 21. §. 1. D. de auro argent. Quod an rectum sit, subsisto. γλεύκινον namque ἔλαιον quid sit, scio. γλαύκινον quid sit, nescio: & præter γλαύκιον, id est herbæ, quæ ad Hierapolim Syriæ nascitur, succum, cuius vim Dioscorides lib. 3. cap. 84. & Galenus lib. 6. simplic. medicamẽtor. literis prodiderunt, nihil in veterum libris de Glaucino inuenio. At de Gleucino non pauca. Constat enim vnguentum id esse, quod ex Omphacino oleo, Iunco odorato, Calamo, Celtica nardo, Spatha, Aspalatho, Sertula campana, Costo, & Musto conficitur: circumdatis interim vinaceis vasi, quod Aromata, Vinum & Oleum conceperat, quemadmodum Dioscorid. lib. 1. cap. 56. tradit. Quæ quidem de Gleucino simplici Medici accipiunt: alias enim esse huius vnguenti compositiones, quæ lõgè pluribus simplicibus constant odoramentis, Columella lib. 13. cap. 50. ostendit. Nomen autem huic vnguẽto, inde, quod ei γλεῦκος, id est mustum incoquatur. Vnde γλεύκινον, id est musteũ vnguentum appellatur: quod inter genera Olei facticij ponitur à Plinio lib. 15. cap. 7. his verbis, *Gleucino mustum incoquitur, vapore lento, ab aliis, sine igne, circumdatis vinaceis, diebus 22. bis singulis, permistum: consumitúrque Mustum Oleo.*

GLAVTOTYCHE *Ancilla*, l. 31. §. 1. D. de legat. 3.

GLEBÆ *Agri*, l. 13. §. D. de seruitut. præd. *Omnes glebas fundi circumambulare*, l. 3. D. de adquiren. possess.

Gleba, l. vlt. C. de prætorib. lib. 12. & *Senatoria Gleba*, l. 3. de præd. senator. l. 13. Tit. 2. lib. 6. l. 3. de præd. senator. & apud Symmach. Epist. 62. lib. 4. id est Aurarius Canon, seu auraria pro Senatoriis possessionibus collatio. Annua enim auri pensitatione pro modo possessionum defungi Senatores, statuit Constantinus, vt auctor est Zosimus lib. 2. qui hoc præterea addit, huic functioni hinc nomen *Follis* impositum. Inde *Senatorius Follis*, in Nou. Martia. de indulgẽt. reliquor. Folles vtique, hoc nomine, à Senatoribus, aut si res & census angustior illis esset, septenos solidos, illatos, docet l. 4. Tit. 2. lib. 6. Cod. Th. Hæc & *Glebatio Senatoria*, l. 12. Tit. 2. lib. 6. C. Theod.

Glebalis Conlatio, l. 3 & 13. Tit. 2. lib. 6. Cod. Theod. *Descriptio*, l. 1. D. de decurion. & silentiar. *Functio*, l. 8. Tit. 2. lib. 6. Cod. Theod. *Necessitas*, l. 1. Tit. 2. lib. 6. *Præstatio*, l. 2. de auro coronar. in C. Theod.

Glebalis Auri Conlatio, l. 11. Tit. 2. lib. 2. *Solutio*, l. 14. de proxim. sacror. in C. Th.

Glebale Onus, l. 4. D. de decurion. & silentiar. in C. Theod.

Aliâs Gle-

Aliâs *Gleba* quoslibet priuatos fundos significat, l. 72. de decurion. in C. Th. l. 17. de prætorib. eod. C. Cuiusmodi priuatorũ possessionib. sua quoque Glebalis indicta erat collatio, ad quã referẽda sunt verba hæc, *Municipem pro Gleba propria conueniri*, l. 86. de decurionib. in C. Th. Planè Impp. Theod. & Valentin. Numidis, Mauris, Sitifatibus publica clade vexatis, ita subuenerũt, vt detractis septem partibus, *octauam, tàm priuatæ, quàm Emphyteuticæ Glebæ possessor adgnosceret*, Nou. Th. & Valent de Tribut. fiscalib. Atque ita accipienda est *Glebæ possessio*, l. 12. de annu. & tribut. in C. Th. *Glebalis Collatio*, l. vlt. de medic. & professorib. in C. Th. *Descriptio*, l. 16. eod. tit. *Pensio*, l. 4. de indulgent. debitor. eod. Cod. *Glebam*, vtique Munus fuisse patrimoniorum, non personarum, definit l. 10. Tit. 2. lib. 6. Cod. Th. *Glebam*, Synes. in Epist. βῶλον vocat. βῶλος autem interprete Hesychio, est γῆ.

Glicia Lex nobis ex inscriptione, l. 4. D. de inoff. test. nota est, & ex Indice Pisano, quo Gaium ad hanc legem librum singularem scripsisse continetur.

Gloria, ait Seneca Epist. 102. *multorum iudicijs constat: Claritas, bonorum.* Vnde idem Epist. 123. *Gloriam vanum & volatile quiddam esse*, ait, *auráque mobilius.*

gloriæ causa & virtutis, certari in certaminibus, ait l. 7. §. si quis in colluctatione, D. ad L. Aquil. *gloriæ cupiditate*, l. 2. C. de iis qui sponte munera lib. 10. *Per Gloriam in perpetuum viuere intelliguntur qui in acie ceciderunt*, §. 1. Instit. de excusatio. tutor. *gloriam reportaturus*, l. 24. C. ad L. Iul. peculat.

Gloriosissimi *Viri* titulus Tribuitur Tribuniano, l. vlt. C. de liber. præterit. vt & Thomæ Quæstori, in Epist. de nouo Cod. facien.

glorioſi titulus tribuitur Magistris militũ, apud D. Gregorium Epist. 31. lib. 4. Epist. 13. lib. 7. Epist. 48. lib. 8. & Epist. 39. lib. 7. Et Patricio, Epist. 1. l. 7. Item Præfecto vrbi, Epist. 7. & 8. lib. 8.

Glos, *Viri Soror*, dicitur, à Græco γάλως l. 4. §. gradus, D. de gradib. & adfin. Festus Pompeius lib. 6. Vetus Glossar. *Glos*, ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὴ, ϖαρὰ πλαύτῳ. Vnde ab Ausonio in Monosyllab. Polyxena, quæ ad Achillis templum mactata est, *Andromachæ Glos*, περιφραστικῶς appellatur, quòd soror esset Hectoris, cui Andromacha nupserat. Non. Marcell. *Glos*, ait, *appellatur mariti Soror, atque eadem Fratris vxor.* Vnde vet. Glossarium, *Glos, est femina fratris.*

Gracchanvm *Iuniũ libro septimo de potestatibus*, citat Vlpian. in l. 1. D. de offic. quæst. Hic est *Iunius*, quem, à C. Gracchi amicitia, *Gracchanum*, appellatum Plinius scriptum reliquit lib. 33. cap. 2. Proinde apud Varronem lib. 5. de Ling. Lat. vbi est, *Nam primus à Marte, secundus, vt Fuluius Flaccus scribit, & Iunius Gracchus, à Venere*, emendandum crediderim, *Iunius Gracchanus.* Iunij nomine intelligendum existimo apud Festum & Macrobium.

Graccvlorvm *vis*, l. 15. §. 1. D. locati. *Gracculos*, autem inde dictos Varro censebat, quòd gregatim volarent: quæ vocis huius notatio Quintiliani notam non effugit, qui eam lib. 1. cap. 10. mordet. Extat autem illa Varronis à Quintiliano notatus locus lib. 4. de Lingua Lat.

Gradvs pro loco, & ordine. *Gradus primus & secundus heredum*, l. 8. §. 1. D. de bonor. possess. con. tab. l. 3. §. filius, & §. seq. D. de liber. & postum. l. 3. §. 1. D. de iniust. rupt. *Primo Gradu scripti heredes*, l. 23. D. quæ in fraud. credit. l. 1. §. renuntire, D. de inspicien. vent.

Primo Gradu scriptos accipere debemus omnes, qui *primo loco scripti sunt*, l. 2. §. *defert*, D. de bonor. possess. sec. tab. *Primo Gradu heredem instituere*, l. 20. §. si libertinus D. de bon. libertor.

Primo, secũdo tertióve, Gradu heredẽ instituere, l. 53. D. de heredib. instit. *Primo, secũdo, tertio Gradu scripti, vel instituti heredes*, l. 14. D. de liber. & post. l. 4. D. de iniusto rupt. l. 1. D. de vulg. & pupil. *Qui tertio Gradu scriptus est*, l. 69. D. de adquiren. vel omitt. *Aliquo Gradu heres institui*, l. 20. §. vlt. D. de condition. instit. *Duo Gradus heredum*, l. 37. D. de heredib. instit. l. 10. D. de legat. præstand. *Si plures Gradus sint heredum institutorum*, l. 94. D. de legat. 3. l. 10. D. de iure deliberan. *In plurium heredum Gradus*, l. 70. D. de adquir. vel omitten. *Intestati Gradus*, l. 1. D. quis ordo in bonor.

Gradus varij successionum ab intestato, l. 1. D. si tab. testam. *Si plures sint eiusdem Gradus*, l. 2. §. hereditas D. de suis & legitim.

Plures Gradus possessionis admittendæ, l. 9. D. de bonor. possess.

Non in primum, sed in secundum Gradum substituitur, l. 77. D. de hered. instit. *Duo Gradus substitutionis*, l. 87. §. Seia, D. de legat. 2. *Secundo tertióve Gradu substitutis*, l. 3. §. 1. D. de peculio.

Gradus fideicommissi, l. 57. §. vlt. D. ad Sc. Tell.

Fecit Prætor Gradus varios, primum Liberorum, secundum Legitimorum, tertium Cognatorum, deinde Viri & vxoris, l.1. §.1. D. vnde liberi. *Gradus Liberorum & Parentium*, l.1.§.vlt.D.de legat. præstand. *Primum Gradum Liberorum obtinent, Filius, Filia: Inferiorem, Nepos, Neptis, & ceteri deinceps*, l.2.D. de adoptionib. *propioris Gradus Liberos, per quos id priuilegium ad vlteriorem Gradum transgreditur*, l.11.C.de quæstionib.

Octaui Gradus Adgnato, l.9.D.vnde cognati. *Inferioris Gradus Adgnatus*, l.1.§. si apud, D. de legitim.tutor.

Cognatorum Gradus sex, l.1.§.hæc autem, D.vnde cognati. *Legitimi, capite deminuti, Gradu Cognatorum vocantur*, l.5.D.vnde cognati. *Inferioris Gradus Cognatus*, l.vlt.D.de successor.edic. *Inferiores, seu prolixiores Gradus Cognatorum & Adgnatorum*, l.4.C.de legit.tut.

Sequens Gradus, l.15.D.de Sc.Silania. *A primo ad sequentem Gradum translata hereditate*, l.10.D. de iure deliberand.

Principalis Gradus bonitatis, l.11.D.de verbor.oblig.

Gradus Pœnarum, l.18.§.in exulibus, D.de pœnis.

Gradus Generis, apud Paul.lib.2.Sentent.Tit.29.l.220. D.de verb.sign. Ouid. lib.2.Fastor.

Póstque tot amissos, quidquid de sanguine restat,
Aspicere, & generis dinumerare Gradus.

Arnob.lib.2.aduersus Gentes, *Ab Ioue & Pico, quot sunt generis Gradus, vsque ad Latinum? Gradus trini, vt indicat series.* Donatus in Adelph. Terentij, Act.5. Scen.8. ad hæc verba, *Est is cognatus proximus. Benè*, ait, *addidit Proximus: nam multi Gradus, & velut rami, sunt Propinquitatis, in adfinitate & cognatione dispositi.* Vetus Glossarium, *Gradus*, βαθμὸς συγγενείας, *Gradus* autem *dicti sunt à similitudine scalarum, locorúmve procliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo, nascitur, transeamus*, l.vlt.§.gradus, D.de gradib.& adfinib.

Gradus autem *Scalarum* dixit Cecina, Epist.7.lib.6.Familiar. Varro, lib.4.de Lingua Latin. *Duplicata*, ait, *scansio, Gradus dicitur: quod gerit ab inferiore in superiorem.*

Gradus Ascendentiũ vel Descendẽtium, l.vlt.D.de ritu nuptiar. *Gradus Cognationis*, l.5.C.commun.de successionib. *Gradus Cognationis, alij, superioris ordinis sunt: alij, inferioris: alij, ex transuerso, siue, à latere*, l.1.D.de gradib.& adfinib.

Præterea, honorum, dignitatum, munerum *Gradus* dicuntur, l.3.§. præses, D.de munerib. & honor. Sic, *Commentariensis Gradus*, l.1.C.ad Leg.Iulian.de amb. *Maiorem Gradum dignitatis ascendere*, l.16.& l.vlt.de medic.& professor. in Cod. Theod. Proinde, *Inferioris Gradus homines*, & *qui altioris dignitatis sunt*, opponuntur, Item, *Antecedẽtis Gradus*, & *inferioris dignitatis*, l.49. D.de ritu nupt. *In honore positi*, & *ij qui in secundo Gradu sunt*, aduersantur, l.16.D. ad L. Cornel. de sicariis. *Sumptus honestè, ad honores per Gradus pertinentes, factus*, l.45. D.de negot.gest. *Gradu pelli*, l.5.D.de re milit.

Est & *Gradus*, mensuræ genus, pedes duos & semis continens, vt & Isidorus scribit, & in fragmentis, quæ libris variorum auctorum de limitibus subiecta sunt, traditur. At apud Cõstantin. Hermenop.lib.2.Epitomar. βῆμα traditur habere πήχεις β, ἤτοι πόδας γ. παλαιστὰς ιβ. Vide & de Gradu Varro.lib.8.de Lingua Lat. *Extra suum Gradum moti fines*, dicuntur, qui loco suo moti sunt, l.vlt.D.de termino moto.

Gradus etiam est, gradientium pedum spatium, seu alternatio. *Gradum vnum alterúmve promouere*, l.17.§.idem ait, D.de ædil.edic.

GRADATIM *admitti*, l.1.§.gradatim, D.vnde cognati. *Consequitur*, l.70.D.de adqu.vel omit. *Honores deferuntur*, l.11.D.de muner.& honor. *Gradatim Petere bonor. possessionem*, l.10.§.vlt.D. de diuer.& tempo. *Vocat Prætor liberos*, l.1.§.liberos, D.de coniungendis.

GRACIANVS *fundus*, l.20.§.tyrannæ, D.de instruct.vel instrum.

GRÆCI *aiunt*, l.3.§.qui eiecta, D.de incend.rui. *Vocant*, l.10.§.de ope. D.de ædilic.edic.

Græcorum Exercitus, l.1.D.de contrah.empt. *Legati*, l.8.D.de diuisio.rer. *Apud Græcos exilio voluntario fortuiti casus luebantur*, l.16.§.euentus, D.de pœnis. *Maximus apud Græcos Orator*, d.l. 16.§.qualitate, D.de pœnis.

Græci Equi, l.1. de equis curulib.in C.Th.

Græcus sermo, l.1.§.eadem, D.de verb.oblig. *Exemplo Græci sermonis*, l.236.§.vlt. D.de verb. signif. *Græco sermone fideicommissa relinqui possunt*, l.11. D.de legat.3. *Græco vocabulo*, l.2.§.vlt.D. de instruct.vel instr. *Græcis verbis fideicommissum dare*, l.46.§.quod si, D.de fideicom.libert.

Græcis verbis directas libertates in Testamentis relinquere licet, l.21.§.vlt.C.de testament.

Græca Lingua Sententias proferre iudices possunt, l.12.C.de sentent.& interlocut. *Litteris Græcis proscribere*, l.5.§.proscribere, D.de institor.

A Græcis

Græca Lingua Sententias proferre Iudices poſſunt, l.12. C. de ſentent.& interlocut.*Litteris Græcis præſcribere*, l.11.§.præſcribere, D.de inſtitor.

A Græcis ciuitatibus petitæ Leges, l.2.§.exactis, D.de orig.iur. *Græcum Seueri Reſcriptum*, l.2.§. 1.D.ad Sc.Velleian.

Græcè poſſe acceptum fieri, l.8.§.vlt.D.de acceptilatio.§.ſed & Græcè, Inſtit. quib. mod.tollit.oblig.*Græcè Fideiuſſor ita accipitur, &c.* l.8.D.de fideiuſſorib. *Etiam Græcè teſtari omnibus licet*, l.21.§.vlt.C.de teſtament.*Si quis Latinè interrogauerit, reſpondeatur ei Græcè*, l. 1. §.eadem, D. de verb.oblig.

Quas Græcia, ἐπιδημίας appellat, l.5.§.ingreſſum, D.de offic.proconſ.

Græcitatis facundia, l.3.de ſtudiis liber.vrb.Rom.in C.Th.

GRAMMATICI *qui publicè iuuenibus proſunt*, l.6.§. philoſophi, D. de excuſationib. Hi inter *Præceptores Liberalium Studiorum* ponuntur, l.1.D.de var.& extraord.

Grammaticos ſeu Oratores decreto ordinis probatos, l.2.C.de profeſſorib.& medic.lib.10. *Grammaticos & Profeſſores alios litterarum*, l.6. C.eod.tit.Sueton. de inluſtrib.Grammatic.cap.3. *Appellatio Grammaticorum Græca conſuetudine inualuit: ſed initio, Litterati vocabantur.* Ibidémque ex Cornelio Nepo.ſubiicit, propriè hoc *Litteratorum* nomine vocatos *Poëtarum interpretes, qui à Græcis Grammatici nominentur.* Seneca Epiſt. 88. *Grammaticus circa curam ſermonis verſatur: &, ſi latiùs euagari vult, circa hiſtorias. Iàm, vt longiſſimè fines ſuos proferat, circa carmina.* Idémque *Grammaticos, cuſtodes Latini ſermonis*, Epiſt.95.appellat.

Grammatica docere, l.71.D.pro ſocio.

Grammatophylacium, l.9.§.ſolent.D.de pœnis.

GRANARIVM, ait Varro lib.4. de Lingua Lat. *vbi frumenta condebant.*

Granaria, id eſt, Horrea. *Granaria in quibus fructus cuſtodiuntur*, l.12.§.conſeruandi, D.de inſtruct.vel inſtr. Varro lib.1.de re Ruſt. cap.57. *At Triticum condi oportet in Granaria ſublimia.*

Granaria quæ ex Tabulis fieri ſolent, quorum ſtipites in terra defoſſi ſunt, vel *ſupra terram ſunt*, l. 18. D.de actionib.emp.Sic & *Horreum frumentarium mobile ex Tabulis ligneis factum*, memoratur, l.60.D.de adquir.rer.do.

Grani pretium ſtatuere, l.vlt.§.1.D.de ad L.Iul.de anno.

Prædia vti inſtructa ſunt cum Grano viuo, l.6.D.de inſtruct.vel inſtrum.

GRANDEM, ait Donat.in Adelph.Act.4.Sc.5.*ad Ætatem veteres retulerunt, non ad Corpus: & in parte ætatis dicitur Grãdu, non in tota vita: niſi ſi addatur, Natu.* Sic *Grandes natu*, l.11. D.de decurionib.& apud Cicero.pro Roſc.Comœd.

Grandis Saltus, l.25.D.de pigner act.*Grandis Pecunia*, apud Cicero. pro Cluentio.

Grandes Arbores, l.11.D.de vſufructu.

Grande Beneficium, l.1.D.de bon.libertor.*Commodum*, l.4. D.ex quib. cauſ. maior. *Damnum*, l.9.& l.47.D.de minorib.l.1.§.ſunt qui, D.ne quid in flum.pub.

Grande Æs alienum, §.Iciendum Inſtit.de hered.qualit.& apud Plin.lib.7.cap.38. *Fœnus*, Cic. pro Flacco. *Pondus argenti*, idem pro Cæcina, & Iuſtin.lib.25.in ipſo initio.

GRANDINIS *lapidatio*, l.34.de malef.& mathemat.

GRANIVS *Flaccus*, Iuriſconſultus, cuius liber.de iure Papyriano citatur, in l.144.D.de verb. ſignificat.

GRASSARI, *dicuntur Latrones Vias obſidentes. Gradi ſiquidem ambulare eſt. Vnde tractum Graſſari: videlicet ab impetu gradiendi.* Hæc ita Feſtus lib.7. *Famoſos Latrones in locis vbi Graſſati ſunt furcis figendos*, l.28.§.famoſos, D.de pœnis. *Multis Graſſantibus exemplo opus eſt*, l.16.§.vlt.D.eod.tit.

Graſſari in re familiari, l.6. D.de ſuſpect.tut. *In Tutela*, l.3.§.nunc videamus, D.eod.tit.

GRASSATORES *qui prædæ cauſa id faciunt*, l.28.§.graſſatores, D.de pœnis. A *Graſſatoribus ablata Mulæ*, l.20.§.1.D.de præſcript.verb.

A Graſſaturis Rixæ diſcerni ſolent, l.16.§.qualitate, D.de pœnis.

GRATIA, pro gratificatione, & vt vulgò loquimur, fauore.l.77.§.vlt.D.de iudiciis, l.1.§.ſed ſi rem, D.ſi quid in frau.p. *Si eorum qui arbitrati ſunt euidens Gratia interceſſit*, l.3.C.de arbitris.

Si euidens Iudicis Gratia arguatur, l.15.D. de iudiciis. *Si per Gratiam Ius non dixerit Magiſtratus*, l.26.§.item per magiſtratus, D.ex quib.cauſ.maior.

Gratiæ vel Ambitionis ſuſpicionem ſubire Prætor non debet, l.25.§.quid ergo, D.de fideic.libert. Iuuenal.Satyr.13. *Improba quamuis Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.*

Per Gratiam Iudicatum, l.13.§.1.D.de legat.1.

Si per Gratiam prædia non idonea Tutores comparauerint, l.7.§.competit, D.de adminiſtratio.& pericul. *Neque Lucri, neque Gratiæ, neque inimicitiæ cauſa*, l.3.D.de teſtib.

Gratiæ dare, l. 3. §. 1. D. de recept. qui arbitr. *Non pecunia accepta, sed nimia Gratia collata*, l. 4. D. si quis omissa cau. *Si Gratia ductus alium emere passus est*, l. 8. §. vlt. D. mandati.

Gratia, id est per Gratiã: vt, *Gratia vel Iustitia, obtinere*, l. 17. §. vlt. D. ad L. Iul. de adult. *Gratia, aut pecunia, falsa renuntiantes*, l. 1. §. si præses, D. de magistrat. conuen. *Gratia præstitum sit*, l. 1. C. de heredib. tut. *Gratia venire*, l. 3. C. de iur. fisci.

Gratiam facere Iurisiurandi, l. 6. l. 32. & l. 42. D. de iureiur. est soluere necessitate iurandi, & vt Paul. lib. 2. Sent. Tit. 1. loquitur, *remittere necessitatem iurisiurandi*. At in l. vlt. D. ad municipal. significat soluere religione iurisiurandi, &, vt vulgò loquimur, dispensare. Sicut *Gratiam facere Decreti*, l. 1. §. si quis vltro, D. de quęstionib. Et *Gratiam facere Edicti*, apud Sueton. in Domitia. cap. 14. Idem in Augusto, cap. 16. *Bononiensibus quoque publicè quòd in Antoniorum clientela erant, gratiam fecit coniurandi cum tota Italia, pro partibus suis*. Plaut. Rudent. Act. 5. Sc. vlt.

Ne tu speres, Iurisiurandi volo gratiam facias.

Salust. in coniurat. Catil. *Qui mihi nullius delicti gratiam fecissent*. Liuius lib. 3. *Omnium quæ impiè, nefariéque, per biennium, alia super alia vsus es, Gratiam facio*. Seneca lib. 2. de Benefic. *Molestum verbum est, & onerosum, & demisso vultu dicendum, Rogo. Huius facienda est Gratia amico*, id est remittendum est ei hoc verbum. Sidon. Epist. 3. lib. 4. *Proin quæso delicti huius mihi Gratiam facias.*

Gratiam facere sententiæ, in l. 4. C. de sent. pass. id est, condemnationem abolere.

Gratia pro causa, vt *mea Gratia, tua Gratia*, l. 2. D. mandati, id est in rem meam, in rem tuam. *Si tuæ dumtaxat Rei Gratia misero ad aliquem*, l. penult. D. de adquir. rer. do. *Cuius gratia heres institutus sit*, l. 21. D. de vsufruct. *Hominum Gratia omnes fructus rerum natura comparauit*, l. 28. D. de vsuris.

GRATIFICARI, l. 22. §. iubet, D. ad L. Iul. de adulter.

Gratificari his quibus hereditas relicta est, l. 4. D. ad Sc. Trebell. *Si tibi Gratificatus Tutor soluerit*, l. 6. §. 1. D. de reb. auct. iud.

GRATIFICATIONI *locus erit*, l. vlt. D. de religios. *Per Gratificationem accipere*, l. 24. D. quæ in fraud. cred.

GRATIOSA *Auctio*, l. 16. C. de rescind. vendit. *Emptio*, l. 2. C. de fide instrum. lib. 10. C. *Sententia*, l. 5. D. de calumniatorib.

Gratiosa beneficiis Augusti colonia, l. 1. D. de censib.

GRATIOSE, id est, per Gratiam, l. 7. §. competit, D. de administr. & peric. *Gratiosæ expunctæ Rationes*, l. 4. D. de administr. rer. ad ciuit.

GRATIS, & *Mercede data*, aut *constituta*, opponuntur, l. 22. §. 1. D. de præscript. verb.

Gratis, & *Pecunia accepta*, opponuntur, l. 4. D. si quis omissa. *Gratis Habitare in alienis Ædibus*, l. 9. D. de donationib. l. 18. D. de donat. int. vir. *Gratis Habitationẽ dare*, l. 53. §. si habitatoribus, D. de actionib. empt.

Gratis Nauigare, & *in Cauponam Gratis diuertere*, l. 6. D. nautæ caupo.

Gratis concedere, l. 11. D. de vsu & habit. §. 1. Instit. eod. *Curare amicos*, l. 27. D. de oper. libertor. *Remittere*, l. 29. §. plectitur, D. ad L. Iul. de adult. *Res susceptæ*, l. 3. §. 1. D. nautæ caup.

GRATVITA fides, l. 38. D. de negot. gest. *Gratuita Habitatio*, l. 17. D. de præscript. verb. l. 28. §. vlt. D. de liber. leg. *Qui Gratuitam Habitationem accipiunt*, l. 15. §. 1. D. de precario. *Gratuitam Habitationem habere*, l. 1. D. de migrando, l. 28. §. vlt. D. locati. *Gratuitam Habitationem præstare*, l. 5. D. in quib. caus. pign. *Si quis Gratuitas Habitationes dederit libertis*, l. 5. §. si quis, D. de his qui deiecer.

Non Gratuita legatio, l. 2. § 1. D. de legationib.

Gratuita libertas, l. 1. C. de libert. & eor. liber.

Gratuita Opera, id est, absque mercede, l. 1. §. est autem, & l. 5. D. de exercitor. *Gratuitam operam, præbere*, l. 27. D. de oper. libert.

Gratuita pecunia, l. 10. §. si mandauero, D. mandati, quæ sine vsuris debetur. *Gratuita pecunia vti*, l. 8. D. in quib. caus. pign. *Si Gratuita pecunia vtenda data sit*, l. 2. D. de calumniatorib.

Gratuitum, id est, sine mercede. *Gratuitum Beneficium*, l. 3. D. de obseq. parent. *Experimentum*, l. 20. D. de præscript. verb. *Mandatum, nisi Gratuitum, nullum est*, l. 1. §. mandatum, D. mandati. *Procurationis officium Gratuitum esse debet*, l. 15. C. de procuratorib.

GRATVS *Libertus*, l. 8. §. si seruo, D. de bonis libert.

Gratè facient, l. 3. §. 1. D. de suspect. tut. *Gratè satisfacit*, Varro lib. 6. de Ling. Lat.

GRATVLARI. *Qui missi sunt ad Gratulandum Principi*, l. 35. D. ex quibus caus. maior. *Ob publicam Gratulationem*, l. 8. D. ad Sc. Turpil. *Gratulationis nomine nihil à prouincialibus, exigendum* l. vlt.

ne quid

ne quid publ.læt.nuntij,in C.Th.

GRAVARI *Confeßione*,l.1.§.ſi ſerui,D.de quæſtionib.*Grauari dominus*,l.1.§.quod igitur,D. de vi & vi arm.*Grauari onere*,l.1.C.qui numer.tut.*Grauata opinio*,l.23.C.ad Leg.Iul. de adult. *Grauatus falſis argumentis,teſtibúſque ſubornatis*,§.vlt.D.eod.tit.

GRAVIDA *Mulier*,l.2.§.ſi non propter,D.ſi quis cautionib.quæ *Grauí vtero eſt*, vt in l.11.D. de iure codicill.

GRAVIS *Condemnatio*, l.2.C.de procurator.*Impenſa*,l.7.§.vlt.D.de bon.eor.*Iniuria*,l.14.C. de contrah.empt.

Grauis Infirmitas,l.2.D.qui ſine manumiſ.*Grauis valetudo*,l.40.§.ſeruus,D.de ſtatuliber.l.3. D.de Sc.Silan. *Vterus*,l.11.D.de iur.codicill.

Grauior Animaduerſio,l.1.§.ſolent.D.de offic.præfect.vrbi, id eſt, *Maior*,vt l.11.D.de offic. Proconſ.

In Grauiorem Cauſam,id eſt, *duriorem*,l.5.D.de ſolutionib.iuncta,l.3.D.eod.tit.*Grauior Condicio*,l.35.D.de cond.& dem.l.9.§.1.D.de ſtatuliber.*Grauior Culpa*,l.54. D. de adquir.rer. do.

Grauiores & Leuiores Culpæ opponuntur,l.11. D.de pœnis. *Grauiorē executionem adhibere*,l.10. C. de adminiſtrat.tut.

Grauiores Mores,inter virum & vxorem cenſebantur tantùm Adulteria,vt ait Vlpian.Tit.6. Regular. quos & *Maiores Mores*,ibidem vocat.

Grauior Pœna,l.3.§.de his,D.de Sc.Sila.& in Leg.Dei,Tit.15. *Grauior pœna vltra legem impoſita*,l.13.§.pœna,D.de his qui not.infam.*Grauem Sententiam dicere*,l.7.D.de incēd.rui.*Grauior Sententia*,l.1.§.vlt.D.nihil innouari.*Grauior & Leuior Sententia*,l.13.D.de pœn.

Grauior Seruitus,id eſt,durior,&oneroſior.*Si ob Grauiorem ſeruitutem diſceſſerint*,l.13.§.vlt.D. de aliment.vel cibar.*Dum non Grauiore ſeruitute ædificia oneret, quàm pati debent*, l. 24. D. de ſeruit.præd. vrban. *Grauior fit ſeruitus ſtillicidij cùm inferius demittitur*, l.20.§. ſtillicidium, D.de ſeruitut.præd.vrb.

Grauis Vſuræ,& *Leues* aduerſantur,l.3.D.de eo quod cert.loco. *Grauibus Vſuris mutuatus*, l. 12.§.ſi mihi, D.mand.

Grauiores Vſuræ,l.3.§.ſed & ſi,D. vbi pupill.l.7.§.vlt.D.de reb.eor.l.9.§.ſed ſi ſub vſuris, D. adminiſtr.& pericul.id eſt, *Maiores*, l.12. D.de vſur. *Hæ Leuioribus* opponuntur, Sueton. in Auguſtin. cap.38. *Quid pecunias leuioribus Vſuris mutuati, Grauiori fœnore collocaſſent. Grauiſſimæ Vſuræ*,pro centeſimis,l.47.D.de action. empt. l.7.§.idem ſolent. D. de adminiſtrat. & peric.

Graue eſt fidem fallere,l.1.D.de pecun.cōſtit.*Nimis Graue*,l.6. C.de teſtib.*Graue videbatur*,l.4. D.de in lit.iur.

Graue Æs alienum,l.11.§.ſi locupleti,D.de minorib.l.23.§.vlt.D.de hered.inſtit. *Graue iudicium* apud Cicer.in Oratio.pro Roſc.com.pro turpi,ſeu famoſo.*Iudicio*,ait, *Graui experiri iubebas*,id eſt,actione pro ſocio,qua damnatus infamia notatur,*Graue Onus*,l.12.§.1.D.de vſu & habit.

Grauiora,& *Leuiora Crimina*,l.1.§.vlt.D.nihil innouari. *Grauiora munera*, l.vlt. D. de iur. immunit.*Grauiora iura patronorum*,l.51.§.cui,D.de fideicomm.libert. *Grauiora vincula*,l.8. D. de pœnis.*Grauiſſima iniuria adficere,ſi flagellis fortè ceciderit*, l.10.§.prætor ait,D.de in ius voc.*Grauiſſimæ inimicitiæ*,l.3.§.vlt.l.22.D.de adimend.legat.

GRAVITAS *Exacta*,l.18.D.de ædil.edic.*Grauitas examinanda in Teſtibus*,l.2.D.de teſtib.

Grauitas Præſidis,l.16.C.de excuſ.tut.l.4.C.ſi aduerſ.rem iudic.l.18.C.de pact.l.5.C.de ſeruitut.l.3.C.de ped.indic.l.2.de tempor.curſ.in C.Theod. *Vicarij*,l.4.de priuil.eor.qui in ſac. pal.mil.

Grauitas tua,l.7.C.vbi cauſæ fiſcal.l.vlt.C.ſi quis ignor.l.1.C.de bon.vacāt.*Grauitas Militaris*,l.4.C.de comm.rer.alienat.& *Ducis Meſopotamiæ*,l.4.de cohort.princ. corn. & princip.in Cod.Theod.

GRAVITER *Conſtitutum*,l.1.D.nautæ caupon.id eſt,acerbè & ſeuerè.*Grauiter puniendus*,l.3. §.vlt.D.de ſuſpect.tut.*Grauiùs coërceri*, l.8. §.inter.D.de pœnis,l.2.D.de fugitiu.*Puniri*,l.1.D. de requirend.vel abſentib.*Puniendus*,l.5.§.qui deſertioni.D.de re milit.*Vindicantur*,l.28.§. omnia,D.de pœnis.

Grauiter loqui,l.9.D.de ædil.edic.id eſt,impeditè,& tardè.

GRAVISCANORVM *Reſpub.*l.30.D.de legat.2. *Grauiſcanæ* etiam *Coloniæ* fit mentio apud Liuium lib.40.

GREMIA, virgulę tenues, ſiccæ,aridæque,& ad comburēdum aptæ,l.55.§.lignis, D. de le-

gat.lib.3. Columell. tenuia admodum ligna,à rusticis Gremia appellari tradit,lib.12.cap.19. Palęm.in Gloss.*Græmia* exponit *siccamina lignorum*.Vnde *Gremiales Arbores*,l.7.§.si fundum.

GREX inter Corpora ponitur, quæ ex distantibus constant, & vni nomini subiecta sunt, l.30.D.de vsurpationib.

Grex vnum corpus est,ex distantibus capitibus,sicut ædium vnum corpus est, ex cohærentibus lapidibus.§.si grex,Institutio.de legatis.

Grex propriè est minorum pecudum, vt Ouium,Caprarum,*Suum*. Liuius lib.32. *Ex Suillo, Ouillo,Caprino Grege*.Proinde ab *Armento & Equitio,Grex* separatur,l.1.§.vlt.D.de rei vindic. l.68.& l.70.§.sed quod.D.de vsufructu.Quamquam *Equarum Greges* dixit Cic. 3. in Verr. & *Armentorum Greges*,idem Philipp.3 quin & Bouem in Grege ponere videtur Pompon. in l. 22.D.de legat.1.

Quidam,decem Oues, Gregem esse putauerunt,l.vlt.D.de abigeis.

Grex Ouium ideò comparatus,vt ex eo fructus capiatur,vel ideò,quia non aliter fructus ex saltu percipi posset,l.9.D.de instruct.vel instrum. *Grex Ouilis*, l.12.§. sed si pecoris, D. de vsu & habit. *Greges Pecorum*,l.8.D.de instruct. vel instrum. *Grege legato,& Arietes debentur*. Paul.lib.3.Sententiar.Titul.7. *Grege legato,& ea quæ postea accedunt,ad legatarium pertinent*, l. 21. D. de legat.1. *Grege legato etiam eæ Oues quæ post testamentum Gregi adiiciuntur, legato cedunt*, §. si Grex, Institut. de legatis. *Si Grege legato, aliqua pecora viuo testatore mortua essent, inque eorum locum aliqua essent substituta,eumdem Gregem videri*,l.22.D. de legat.1. Similiterque *Grege pignori obligato, quæ postea nascuntur,tenentur: sed & si prioribus capitibus decedentibus,totus Grex fuerit renouatus,pignori tenebitur*,l.13.D.de pignorib.*Grege legato,nõ potest quædam sperni,quædam vindicari, quia non plura,sed vnum legatum est*,l.6.D.de legat.2. *Grex non intelligitur esse communis, si pecora Titij tuis pecoribus immixta sint*,§.quod si frumentum,Institut.de diuisio.rer.

Gregis capita,l.1.§.vlt.& l.3.D.de rei vindic.& l.13.D.de pignorib. *Grex capitum trecentorum*, d.l.3.D.de rei vindic.*Aucto,vel minuto numero Gregis*,l.21.§.1.D. de exceptio.rei iudic.

Grex desinit esse,si ad vnum Pecus reciderit,l.7.D.de leg.1.Et ita accipe quod ait Pomponius in l.vlt.D.quib.mod.vsufr.amitt.*Si Gregis numerus eò vsque peruenit,vt Grex non intelligatur*.

GREX etiam *Auium* dicitur ab Horatio Epist 3.lib.1. *Grex Anatum*, apud Varron.lib.3. de re Rust.cap.11.*Anserum*,apud eundem,eiusdem lib.cap.10. *Pauonum*, eiusdem lib. cap. 6. *Grex* quoque *venalium mancipiorum* dicitur à Plauto Aulular. & Sueton. in lib.de clar. Rhetorib. & *Greges venalitij*,à Plinio lib.35.cap.18.Sed & *Ancillarum Gregem* legimus apud Terent.Heautont. Act.2.Sc.3.& *Pellicum Greges*,apud Q.Curtium.

GREGATIM. *Quæ Gregatim pascuntur quadrupedes*, l.65.§. pecoribus, D. de legat.3. *Gregatim* porrò *haberi & Boues, & Equi,Cameli,& Asini* dicuntur l.1.§.vlt.D.de rei vindic.l.2.D.ad leg. Aquil.Sed & *Sues Gregatim pascuntur*,d.l.65.§.pecoribus.§.1.Instit.de L.Aquil. *Gregatim volare*, Varro lib.4.de Ling.Lat.

GVBERNACVLA *Nauis*, l.44.D.de euictionib.quibus nauis contorquetur quô Gubernatori libet, vt loquitur Lucretius lib. 4. *Clauum* & *Gubernacula* coniungit Cicero, pro Sextio. *Clauum* autẽ appellari *Fustim Gubernaculi*,Seruius in lib.5.Æneid.tradit, ad ea verba, *Clauúmq; in littore torquet*.Vnde & *Puppim clauo parere*, Claudianus ait lib.1.in Eutropium.

GVBERNATOR *Nauis*,l.13.§.si magister, D. locati. Is est, qui sedens in puppi, clauum tenet,ac Gubernacula tractat,& à quo nauis regitur.Varro lib. 8. de Lingua Lati. *Gubernatori vnusquisque obtemperare debet in Naui*. *Gubernium* vocatũ ab antiquis scribit Agell. lib.16. cap.7. *Præsidem* vocat Statius lib.10. Thebaid.his verbis,*Non secus amisso,medium, cum Præside, puppis fregit iter, subit ad vidui moderamina Claui*. *Rectorem Nauigij* vocat Seneca Epist.85. ex qua aliquot clausulas subieci. *Gubernatori*, ait ille,*propositum est vtique, Nauem in portum perducere*, & mox,*Gubernator tibi non felicitatem promisit, sed vtilem operam, & Nauis regendæ scientiam*. Idem lib.4. de Benefic. cap.21. *Gubernatorem esse etiam eum qui in sicco est: quia consummatæ scientiæ nihil deest, etiam siquid obstat quominus se vtatur.Temerarij* autem & contrà *Cauti Gubernatoris differentiam*, vidè apud eumdem Epist.14.

GVLA *Serui,quem tonsor radebat, præcisa*,l.11.D.ad L.Aquil. Gula autem est meatus à faucibus in ventriculum, duabus tunicis constans, per quem cibus & potus deuorantur, & in ventriculum descendunt:Ea ex neruo constat & carne, ὀισόφαγον Græci vocant, quod ea ferat quæ eduntur. Est intra collum,cui comes arteria iungitur,vt Aristot.lib.1.de animalib. cap.16.

GVLOSI,l.4.§.1.D.de ædil.edic.id est, Gulæ dediti, & γαστέμαργοι. Vtitur hoc vocabulo Martialis,Epigramm.23.lib.8.Epigramm.59.lib.10.& Epigram.41.lib.12. Seneca lib.3. Nat. quæstio.

quæstio.cap.18.*Non sunt ad Popinam dentibus, ventre, & ore contenti: Oculis quoque Gulosi sunt.*

GVSTVS *Vini ad hoc proficit, vt improbare liceat*, l.34.§.alia, D.de contrah.empt.

GVTTVROSVS, l.12.§.1.D.de ædilic.edic.dicitur, qui amplum & modum excedens, seu in anteriorem partem protuberans, Guttur habet. Gutturosi autem, ab Hippocrate lib. περὶ ἀρθρῶν, ἐξέβρονγχοι appellantur, ἀπὸ τοῦ βρόγχου, quo nomine ille, vel totam asperam arteriam, quod maxima ex parte cartilaginibus constet, vel Guttur dumtaxat, significat. quemadmodum Galen.30.Commentarior.in illum Hippocrat. περὶ ἀρθρῶν, tradit.

Hunc etiam Gutturis tumorem, seu tuber, Græci βρογχοκήλην vocant. Nam, vt Galen. in defens. medic. scribit, βρογχοκήλη, ἐστὶν ὄγκος παρὰ τῷ βρόγχῳ. Paul. Ægineta lib.6.cap.36. quod περὶ βρογχοκήλης inscribitur, ὄγκος, ait, ἐπὶ τῷ τραχήλῳ γίνηται, μέγας, καὶ περιφερής, ἐκ τῶν ἔνδοθεν, ταύτης τῆς, προσηγορίας τετυχηκώς.

GYNÆCIVM, vel, vt in Cod.Theod.scribitur *Gynaiceium*, significat textrinũ ad vestes principis conficiendas constitutum, l.5.C.ad L.Iul.repet.l.2.& l.5. C. de murileg. & gynæciar. lib.11.Nam quod in d.l.5.dicitur *Gynæcij*, hoc in l.seq.dicitur, *Textrini*. Similitérque in l.24. de annon.& tribut.in Cod.Theod. *Textrinis* vel *Gynæceiis*. Hinc & *Regiis Textrinis præpositos* appellat Firmicus lib.3. cap.7. qui Gynæciis præerant. Paul. Diacon. in Iustiniano, de Sophia & Narse Eunucho: *Cui illa, inter cetera, quòd Eunuchus erat, hoc fertur mandasse, vt cum puellis in Gynæcio lanarum pensa diuideret*: sic enim hæc verba relata sunt ab Aimoino Monacho, lib.3.de gest.Franc.cap.10.Habebant porrò Impp. Gynæciorum suorum vsibus deseruientia vtriusque sexus mancipia, vt apparet ex l.2.de murilegulis, in C.Th.in qua est, *Mancipium Gynæcij*. Sic in l.6.eod.tit.in Cod.Iustinian. *qui Textrini nostri mancipia*. De Ancillis verò Gynæciariis testes do ipsosmet principes, in l.6.de Iudæis in Co.Theod. Ideóque ingenuæ mulieres, quæ se Gynæciariis iunxissent, si, conuentæ denunciatione solemni splendorem generis contubernij vilitati præferre vellent, suorum maritorum condicione teneri, constituunt Impp.in l.3.C.de murilegulis & Gynæciar.lib.11.Atque hę sunt *Gynæcij familiæ*, l.5.C.de murilegulis & Gynæciar.lib.11.

Procuratores Gynæcij, l.2 C.de murileg.& Gynæciar.lib.11. qui *Procuratores Textrinorum* vocantur, in l.14.eod.tit. *Procuratores Gynæciariorum*, l.3.de indulgent.debit.in C.Theod. Vnde facilè adducor vt credam corruptum hoc vocabulum esse in Notitia Prouincia.Imp.Rom. in qua, *Cynegiorum procuratores*, sub dispositione Comitis sacrarum Largitionum, cui Comes vestiarij suberat, ponũtur, vt & in capite quo de Comite rerũ priuatarũ agit, vbi simili modo *Cynegiorum Procuratores* recensentur. Vestium enim, non item Canum curam ad eorum Comitum officia pertinuisse constat: Emẽdandum ergo illis locis, *Procuratores Gynæciorum*. Quibus illic rectè atque ordine adiunguntur Procuratores Linificij & Baphiorum sicut, *Corpus Gynæciariorum, Linteariorum, siue linifariorum* sociatur, in l.13. C.de murilegul. lib.11. Nam & *Linteæ vestis Textrina* habuisse Impp. liquet ex l. 6. de murilegul.in C. Th. Inde apud Euseb. lib.2.de vita Constantini γυναικείοις, καὶ λινουφίοις legimus, quorum altero *Gynæcia*, altero Linificia designantur.

GYNÆCIARII, l.3.& l.1.de murilegul. & gynæciariis lib. 11.l. vlt. Cod. de milit. vest. lib.12.l.1.C.de vestib.olouer. lib.11. id est Gynæciis, seu textrinis Imperialium vestium adscripti vel *Opifices vestis Imperialis contexendæ*, vt loquitur l.6. de murilegulis, in Cod. Theod.

Gynæciariorum corpus, l.16.de murilegul.in Cod.Th.

GYMNICVS *Agon* l.1.C.de spectacul.lib.11.l.3.de scenic.in C.Theod.& apud Pli.Epist.22. lib.4.certamẽ quod à nudis exercebatur. *Gymnicum certamen*, apud Senec.lib.3.de Ira, cap.14. Cuiusmodi certamina, *Gymnicos ludos* appellant Cic.2.Tusculana; & Plin.lib.7.cap.56. Tertullianus in lib.de Spectaculis cap.11.de Agonibus agens. *Sed & Gymnicas artes Castrorum, & Herculum, & Mercuriorum disciplinæ prodiderunt.*

FINIS LIB. VII.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE,

LIBER VIII.



HABENA *cæli* Impuberes, ait l.1. §.impuberi, D.de Sc. Silan. Hoc etiam, verborum genus attigit Horat.lib.2 Epist.cùm ait,

In scalis latuit metuens pendentis habenæ.

Ouidius in Epist. Deianiræ ad Herculem

Diceris, infelix, scuticæ tremefactus habenis.

Habenæ, ait Papias, *retinacula equorum, dictæ, quòd, ipsas retinentes, aliquid habemus.* Vetus Glossarium, *Habena*, ἡνία.

HABERE, *dupliciter accipitur. Nam & eum Habere dicimus, qui rei Dominus, est: & eum, qui Dominus quidem non est, sed tenet: Denique Habere rem apud nos depositam solemus dicere*, l.38.§.habere, D.de verbor.oblig. *Habere duobus modis dicitur: Altero, iure Domini: Altero, optinere, sine interpellatione, id quod quis emerit*, l.188. D.de verb.signif. *Habere enim*, & eum dicimus, qui dominus est, &.eum, qui dominus quidem non est, sed tenet, l.38. §.habere, D.de verbor.oblig. Itaque in Interdicto. Vnde vi, *verba hæc, Quæque ibi habuit, sic accipiamus, vt omnes res, cõtineantur non solùm quæ propriæ ipsius, (qui deiectus est,) fuerint, verùm etiam si quæ apud eum depositæ, vel ei commodatæ, vel pigneratæ, quarúmque vsum, vel vsumfructũ, vel custodiam habuit, vel si quæ ei collocatæ sunt. Cũ enim dicat Prætor, Habuit, omnia hæc Habendi verbo cõtinentur*, l.1.§.quod autem ait, Prætor, D.de vi & vi arm. In Edicto quoque, Ne quid in loco publico, &c. *In Publico factum, immissúmve, Habere videtur, qui vtitur, & iure possessionis fruitur, siue ipse opus fecit, siue ex causa Emptionis, vel Conductionis, vel Legato, vel hereditate, vel quo alio modo, adquisiuit*, l.2.§. habere, D.ne quid in loco publ.

Habere licere, qui promittit, hoc præstare debet, vt ne alius rem euincat, vtque, sine controuersia & interpellatione cuiusquam, rem sibi habere & possidere liceat, l.11.§.venditorem, & §.vlt. D.de act.emp. l.45.§.vlt. D.de legat.1. l.8. D.de euictionib. l.83. D. de verbor. obligatione. *Habere non licet*, si quis controuersiam vel de proprietate, vel de possessione, vel de vsufructu, vel vsu, vel quo alio iure eius quod distractum est, faciat: & omnino, si quid de iure quod habuit minuatur, l.38. §.1.cum seq. D.de verbor.obligatio. *Fugitiuum habere non licet*, l.13.§.1.D.de actio.empt. *Habere nõ licet eum*, cuius si pretiũ emptor *non dedisset, ei ab aduersario auferretur*, l.21.D.de euiction. Habere Emptor planè licet, & si is, qui eum in euictione rei vicerit, ante abductam vel ablatam rem, sine successore decesserit, ita vt neque ad fiscum bona peruenire possint, neque priuatim à creditoribus distrahi, l.57. D.eod.tit. euictio. Hæc autem verba *Ius*, non *Factum*. significant, & in seruilem personam propriè non cadunt, l.39. §.hi qui sunt. D.de verbor.obligation. *Habere Possidere hi qui in aliena potestate sunt, non possunt*, l.49.§.1. D.de adquir.poss.

Habere, tenere, possidere, in formula Aquilianę Stipulationis, l. 18.§. vlt. D. de acceptilatio. Cornelius Fronto lib. de differentijs vocum. *Habere potest etiam fur nequam. Possidet nemo nisi qui aut relictæ, aut donatæ rei, aut ruptæ, dominus est: Ita in habente onus, in possidente vsus est.* Vetus Glossarium, *Habet*, ἡ φυσικὴ κατοχὴ τοῦ πράγματος.

Habere,

Habere, ſicut Peruenire, cum effectu accipiendum eſt, l.64.§.vlt. D.de verb. ſignif. *Id apud ſe quis habere videtur, de quo habet actionem. Habetur enim quod peti poteſt*, l.143. D. cod. tit. *Is qui actionem habet ad rem reciperandam, ipſam rem Habere videtur*, l.15. D.de diuerſ.reg.

Habuiſſe dicitur *quis ea quæ amiſit*, Paul.lib.4.Sentent.Tit.5.

Habere Actionẽ, l.15.D.de diuerſ.reg.l.2.D.de condict.ſine cauſa, l.25.§.1.D.de pec. conſt. l.25.D.ſolu.matrim.l.41.D.de act.emp.l.6.D.de diuerſ. reg. l.vlt. D. de condict. ob. turp. cauſ. Et contrà, *Actionem non habere*, l.45.D.de act.emp. *Habere Actionem non videtur is, cui propter inopiam debitoris ea inanis eſt*, l.6.D.de dolo. *Habere Bonorum poſſeſſionẽ*, l.3. D. de bon.liber. *Condictionem*, l.30.D.de condic.indeb.l.14.D.de condict.furt.l.vlt.D.de condict.ſine cauſa, l.70.§.vlt.D.de iure dot. *Deductionem*, l.vlt.D.de impen.in res dotal. *Exactionem*, l.6. D. de impenſ.in res dot.id eſt, *Parere*, vt l.11.D.eod.tit. *Exceptionem*, l.10.D.de except.rei iud.l.20.§. ſi conuenerit, D.de pactis dotal.l.12.§.vlt. D.de iu. dot.l.1.§.vlt.D.de except.rei ven. l.40. D.de condict.indeb. *Iudicium*, l.vlt.D.ne vis fiat ei. *Petitionem*, l.7.D.de pecun.conſt. l.36. D. de condict.indeb.l.vlt.§.filiæ, D.de legat.1.l.25.D.quand.dies legator.l.78.D.de iure dot.

Habere Contractum, l.4.C.ſi tutor vel curat.l.1.C.ne vxor pro mari.l.23.C. de iure dot. l.4. C.de rer.permutat.l.vlt.C.de ædilic.actio.l.2.C.ſine cenſu vel reliq.l.7. C. ſi quis alteri vel ſibi, l.vlt.C.de inſtitor. id eſt, contrahere. *Habitus contractus*, l.21.C.de don. int. vir.l.10.C.ſi cer.pet.l.6.C.ſi quis alteri, l.5.C.de oblig.& act. *Tractatu Habito*, l.32.D.pro ſoc.

Habita Conuentio, l.8.C.de pact.int.empt. *Emptio*, l.2.D.de contrah. empt. *Pactio*, l.22.C.de donationib. *Stipulatio*, l.1.C.de auct.præ. *Habitæ obligationes*, l.4.C.ad Sc.Velleian.

Habita Compenſatio, l.53.D.de pactis. *Habere* interdum ſignificat continere & recipere. *Nullum habet in ſe delictum*, l.1.§.ſed ſciendum.D.de ædil.ed. *In ſe Crimen habet*, Iuuenal.Sat.

Habet ſummam Æquitatem, l.15. D. de precario. *Summam Æquitatis rationem*, l. 6. D. de impenſ.in res. *Habet Dubitationem*, l.1.§. quæ onerandæ, D. quar.rer.act.l.13. D. de manum. teſt. l.203.D.de verb.ſignif.Et contrà, *Nullam Habet dubitationem*, l.25.D.de minorib. l.41. D. de verb.obl.l.3.D.de natal.reſtit.l.7.C.qui dare tutor. *Hæſitationem*, l.15.§.vlt.D.ſi pars heredit. *Rationem*, vide infra lib. 16. *Habere* quoque dicitur quis Morbum quo laborat, & vexatur. *Qui clauum habet*, l.12.D.de ædil.edic. *Qui comitialem morbum Habet*, l.53.D.eod.tit. *Si alter ex litigatoribus febrem habuit*, l.60.D.de re iud.Seneca Epiſt.119. *Sic diuitias habẽt quomodo Habere dicimur Febrem, cùm illa nos habeat. E contrario dicere debemus, Febris illum tenet. Quæ nõdum iuſtam ætatem habeat.*l.8.D.de condictio.cau.da.

Sibi habere fundum, l.23.D.de condic.& demõſtr. *Sibi Habere iuſſus*, l.14.D.de pecul. *Si quod ipſe Habeat, ſibi Habere eum iubeas*, l.10.D.de donationib.

Res tuas tibi Habeto, l.2.§.1.D.de diuort.quæ fuiſſe ſolemnia Diuortiorũ verba, docui lib.8. Formular.Inter cetera quoque Legatorum, quæ per Vindicationem relinquebantur, legitima verba, fuit, *Habeto*, teſte Vlpian.Tit.25.Regular. *Debere Habere*, l.19.D.de ſeruitutib.

Habere, Græco loquendi ſchemate pro debere, ſeu Neceſſe habere, vt in l.15.§.1.D.ad L. Iul.de adult. *Neque enim laborare Habet, vt ſe repræſentet*: & in l.10.§. qui ex cauſa, D.de pœnis, *In eum locum perducti fuerunt in quo operari Habent*. Et ita Tertullian. non ſemel loquitur. Veluti Apologetici cap.37. *Quem Habemus odiſſe*: & lib. aduerſus Valentinian. *Habemus ſuper volare*. Sic & D.Cyprian. Epiſt.27. *Reſcribere habeam*. Similíque modo Celſus, in l.38. D. de rei vindic. *Sepulchris auitis carendum habeat*. Mæcianus in l.65.D.de manumiſſ. teſtam. *De ſeruis autem quos redimendos habebit. Haberi conteſtationem*, l.9.C.de præſcript.lon.temp. *Haberi quæſtio*, vide infrà lib.15. *Habita Sententia*, pro lata ſeu dicta, in l.21.D.de his qui notant.infam.

Habiles *ad militiam*, l.6.D.de caſtr.peculio. *Negotio habilis non ſit*, l.9.D.de curat.furio. *Minus habiles ad tutelam*, l.2.§.non ſolùm.D.ad Sc.Tertyllian. *Habiles ad hæc*, l.35.§.1.D.de iureiur. *Habiles ad lauandum balneæ*, l.35.§.vlt.D.de legat.3. *Habilis via*, l.2.§.ſi quis cloacam, D.migrando. *Habilia ad miniſterium Mancipia*, l.37.D.de ædil.edic.

Habiliter geri gemmæ, l.20. D.de auro argen.

Habitare, *Inquilinus* dicitur, vt *Colonus, frui*, l.25.§.1.D.locati. *Habitare in Ædibus alienis*, l.9. D.de donationib.l.12.D.de donat.int.vir. *In illa domo*, l.15.D.de aliment.vel cibar. *In portionibus domus*, l.34.D. de vſu & vſufru.leg. *Habitari poteſt, & ædibus obſcuratu*, l.10.D.de ſeruit. vrb.præd. In Edicto de his qui effuder.vel deiecer.in quo eſt, *In eam qui ibi Habitauerit, in duplum Iudicium dabo: Habitare dicimus vel in ſuo, vel in conducto, vel gratuitò: Hoſpes planè non tenebitur, quia non ibi habitat ſed tantiſper hoſpitatur*, l.1.§.habitare, D. de his qui effuder. *Siue in propria domu quis Habitauerit, ſiue in Conducto*, l.5.§.domum, D.de iniuriis. Et ibid. *Quid ſi quis in villa Habitet, vel in Hortis? Si plures in eodem cœnaculo habitent*, d.l.1.§.vlt.& l.5.§.interdũ, D.de his qui effud. *Si plures diuiſo inter ſe cœnaculo habitent*, d.l.5.in pr. *Precario Habitare*, l.15.§.1. D.de precar.

HABITATIO, ius inhabitandi significat. Sic *Habitatio legari* dicitur, l. 7. D. de capite minut. l. 8. D. de transactionib. l. 9. D. quando dies legat. *Si cui Habitatio legata, siue aliquo modo constituta sit, neq; Vsus videtur, neque Vsusfructus: sed quasi proprium aliquod ius. Quam Habitationē habētibus, non solùm in ea degere, sed etiam aliis locare licet*, §. sed si cui, Institut. de vsu & habit. *Effectu idem pænè est legatum Vsus, & Habitationis*, l. 11. D. de vsu & habi. *Si in Habitatione aliquid legetur*, l. 12. §. si in habitatione, D. quando dies legat. *Si ad Habitationē certa sit quātitas annua relicta*, l. 8. §. vlt. D. de transactionib. *Habitationis exceptione, siue temporali, siue vsque ad mortem, Vsus videtur exceptus*, l. 32. D. de vsufructu. *Habitatio debetur, si alimenta legata sint*, l. 6. D. de aliment. vel cibar.

Habitatio pro ædificio, l. 20. §. Gaio, D. de instru. vel instr. *Qui Habitationem alicui locauit*, l. 25. §. 1. D. locati. *Ad omnem Habitationem, in qua paterf. habitat pertinere legem, Cornel. de iniuriis, licet ibi quis domicilium non habeat*, l. 5. §. domum, D. de iniuriis. *Qui Gratuitam Habitationem accipiunt*, l. 15. §. 1. D. de precar. *Habitationem gratuitam præstare*, l. 5. D. in quib. caus. pign. *Habitationes gratuitas dare libertis*, l. 5. §. 1. D. de his qui effuder. *Libertis, Libertabúsque Habitationes in domo dari volo*, l. 34. D. de vsu & vsufr. leg. *Habitationes præstari libertis*, l. 18. D. de peric. & commo.

HABITATOR, Inquilium significat. *Habitator suam suorúmque culpam præstare debet*, l. 6. §. vlt. D. de his qui effuder. *Cùm seruus Habitator est*, l. 1. §. cùm seruus, D. de his qui effud. vel deiecer.

Habitatores, pro Inquilinis, l. 53. §. si habitatorib. D. de actionib. empt. l. 27. & l. 30. D. locati.

HABITVS cultum corporis significat. Tit. de habitu quo vti oportet intra vrbem, in C. Th. Sic *Habitus Militaris*, l. 1. eod. tit. *Si laruali habitu processeris*, Paul. lib. 3. Sent. Tit. 5. *Habitus*, ait Papias, *corporis positio vel qualitas. Habitus corporis.* Vlp. Tit. 11. Regular. Instit. quib. mod. tut. finit.

HAbitus *cuiusque corporis*, pro valetudine, l. 1. §. sed sciendū, D. de ædilic. edic. *Eo* HAbitu *naturæ fuisse*, l. 8. D. de re milit. *In eodem* HAbitu *matrimonij*, l. 8. D. de condict. cau. da. HAbitus *Animi*, Seneca lib. 1. de Ira, cap. 5.

HACTENVS *Quatenus*, l. 1. §. si is qui, & l. 17. D. ad Sc. Trebell. l. 3. D. quod iussu.

HActenus *si*, l. 7. D. de pecun. constit. l. 1. §. liberos, D. si tabul. testam.

HActenus *vt*, l. 3. §. idem, D. de in rem ver. l. 63. D. ad Sc. Trebell. l. 11. D. de vsu & habitat. & Institut. eod. tit. l. 30. §. si annua, D. de peculio, l. 3. §. item si, D. de alienat. iudic. l. 22. D. de adoptionib. l. 6. D. quæ in fraud. cred. l. vlt. D. de in integr. restit. l. 30. D. de act. empt.

HÆRERE *Actionibus*, l. 13. D. ad Sc. Trebell. *Tutelis*, l. 45. D. de excusationib: *Quorum prædiis* HÆrent *Ripæ*, l. 5. D. de diuisio. rer. HÆrens *laqueo Aper*, l. 55. D. de adquir. rer. dom.

HÆSITATVR, l. 15. D. de verb. oblig. HÆsitari *potest*, l. 22. §. qui liberti, D. de L. Cornel. de fals.

HÆSITATIO *incurrebat*, l. 42. D. de mort. cau. donat. HÆsitationem *habet*, l. 5. §. vlt. D. si pars hered. pet.

HAMA, instrumentum incendiis arcendis, restinguendis, compescendísque adcommodatum, l. 3. §. sciendum, D. de offic. præf. vig. l. 12. §. si domus, D. de instru. vel instru. & apud Plin. Epist. 42. lib. 10. Iuuenalis Satyr. 14. *Dispositis prædiues, Hamis*. Meminit & Hamarum ferrearum Plin. lib. 19. Natur. histo. cap. 1. quibus ad pectendas, & decorticādas stipulas vtebantur. Vtitur & Ἁμῶν verbo Æschines κτ' ἀληφῶντος.

HARENA vulgari significatione, pro sabulo in l. 6. §. 1. D. de seruit. præd. rust. vbi *Ius* HArenæ *fodiundæ*, inter Seruitutes rusticas memorantur. *Harena*, vt Agell. lib. 19. cap. 8. loquitur, *licet singulari numero dicta, multitudinem tamen & copiam significat minimarum ex quibus constat partium*: de cuius vocis scriptura olim dubitatū docet Seruius in 1. Æneid. ad ea verba, *Potiuntur Troes harena: Quæritur* (inquit) *habeat nécne nomen hoc aspirationē*: Et *Varro sic definit, si ab* Ariditate *dicitur, non habet: ab Hærendo, vt in fabricis videmus, habet: melior tamen est superior etymologia.* HArenosus *locus*, l. 24. §. adiicitur, D. de damno infec.

HARENIFODINÆ l. 13. §. inde est quæsitum, D. de vsufruct. loca ex quibus Harena effoditur, l. 7. §. si vir in fundo, D. sol. matr. HArenarias vocant Varro lib. 1. de re rustic. cap. 2. Caius in l. 13. D. de publican. & Cic. pro Cluent Auito.

Aliâs, vt l. 36. §. vlt. D. de rei vind. l. 1. §. bestias, D. de postul. l. 1. D. de ædil. ed. l. 4. D. de legatio, l. 8. §. 1. C. de repudiis, l. 11. de pœnis in C. Th. *Harena* interiorē, imam, & concauam Amphitheatri partē, seu vt Ammia. Marc. lib. 29. loquitur, *Amphitheatralem caueam*, in qua Gladiatorū, Bestiarúmq; spectacula exhibebantur edebantúrque, significat. Vnde eam *Martiam* appellāt, Ouid. Eleg. 5. lib. 4. Trist. & Martial. Epigr. 11. lib. 1. & *Sanguineam humum*, idem Martial. Epigram. 75. lib. 2. & *Tristem*, Statius Papin. lib. 2. Syluar. *Infamem*, Prudētius lib. 10. contra Symmachū. *In Harenam se dari*, l. vlt. D. de fugitiuis. *Harena missus*, l. 4. D. de legationib.

HARENARII, qui in Harenam depugnandi causa prodierunt: qui se in Harenam ad depugnandas bestias dederunt, l. 21. §. si ea res, D. de testib. l. 38. D. de oper. libert. l. 5. D. ad Sc. Trebel-

Trebellian.l.11.C.de inof.teſtam.l.1.C.de naturalib.liber.l.7.C.de inceſt.nupt.& apud Firmic.lib.8.Matheſ.cap.10.

HARIOLVS,l.4.& l.6.de malef. & Mathemat. in Cod. Th. ita appellatum cum qui *diuina mente vaticinatur*,ait Donatus,in Phormion.Terent.Act.4.Scena 5.

HARVNDO interdum cum aſpiratione ſcribitur in Pandect. Flor. vt l.5.§.vlt. D. de vſufr. l.3.D.arbo.furt.cæſ.interdū ſine ſpiritu,vt in his locis quos ſ. lib.1.adduximus.*Qui Harundinē ſuccedit*,l.7.§.notauimus,D.quod vi aut cl.*Harundinis cæſæ cōpendium*,l.59.§.vlt. D. de vſufru.

HARVSPEX, l.1.l.2.l.4.& l.6.de malefic.& mathemat.in Cod.Theod.l.1.de paganis, eod. Cod.id eſt extiſpex.

HARVSPICINA,l.9.de malefic.& mathemat.in C.Theod.

HASTA *certare*,l.2.D.de aleatorib.*Haſtam rectam referendi Ius*,l.7.§. qui viam, D. de ſeruit. vrb.præd.*Haſtæ* inter *arma* numerantur,l.3.§.armis,D.de vi & vi arm.

Haſtæ,vt Feſtus lib.8.ſcribit,ſubiiciebant veteres ea quæ publicè venibant.Cicer.2.Offic. *Sic par eſt agere cum ciuibus,non vt bis iam vidimus Haſtam in foro ponere,& bona ciuium voci ſubiicere præconis.* Ita ſub *Haſta diſtracta prædia*,l.vlt.C.ſi propt.publ.penſit.l.2. de diſtrah. pignorib. in Cod.Th.*Haſta venditionis*,apud Cicer.Philip.2. Et ita *Haſtæ* nomen accipe apud Senec. Controuerſ.3.lib.9.& Declam.3.lib.9.cùm ait,*In Auctione Fratres,quamuis hoſtilis,Haſta non diuidit. Decurſis Haſtis*,l.1.de fiſci debit.in C.Th.Vnde &*Subhaſtatæ*,res dicuntur quæ ſub Haſta venales propoſitæ ſunt,l.3.C.de execut.rei iudic.*Subhaſtatio*,in l.16.C.de reſcind.vend.

Poſſeſsiones ſubhaſtariæ ſorte diſtractæ,l.9.de præd.nauicular. in C. Th. Quæ autem ſub Haſta venibant res,præconibus proclamātibus venibant,vt ex illo ſ. adducto ex 3. Offic.patet:itē ex eo,quòd idem 2.Philip.ait,*Haſta poſita pro æde Iouis ſtatoris bona Gnæi Pōpeij Magni voci acerbiſsimæ ſubiecta præconis.* Tertull.Apologet.*Sub eadem voce præconis,ſub eadem Haſta, ſub eadē annotatione Quæſtoris diuinitus addicta conducitur*:eáq; cauſa Præcones ad Haſtam ſtetiſſe,& oblata pretia nuntiaſſe, Acron.in Sat.6.lib.1.Serm.Horatij ſcribit.

Haſta quoque poſita locationes publicorum factas,oſtēdit Ouid.lib.4.de Ponto Eleg.5.

Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam.

Et minui magnæ non ſinet Vrbis opes. Idem eod.lib.Eleg.9.

Nunc longi reditus Haſtæ ſupponere luſtri. Columella in Præfatione lib.1. *Nunc ad Haſtam locamus,vt nobis ex tranſmarinis Prouinciis aduehatur frumentum.*

Haſta Fiſcalis l.8.C.de remiſ.pignor.Rubr.de fide inſtr. & iure haſtæ fiſc. lib. 10.C.A Fiſco enim res Haſtarum ſollemnitate diſtrahebantur,l.vlt. C.ſi aduerſ. fiſc.l.1. de domib.ad rem priuat.pert.in C.Th. *Haſta Prætoris*,apud Senecam lib.de breuitate vitæ,cap.11.

Haſta Centumuiralis.Statius Papinius Silua.4. lib.4.*Ceſſat cēteni moderatrix iudicis haſta*.Itē *Decemuiralis*.Pompo.in l.2.§. deinde cùm eſſet, D.de orig. iur. *Cùm eſſet neceſſarius magiſtratus qui Haſtæ præeſſet, Decemuiri in litibus iudicandis ſunt conſtituti.* Lucanus in Panegyrico Piſonis.

Seu trepidos ad iura Decem citat Haſta Virorum.

Auguſtum autem auctorem fuiſſe vt *Centumuiralem Haſtam,quam Quæſtura functi cogere conſueuerant,Decemuiri cogerent*,Sueton.in Auguſto,cap.36.narrat.

HAVRIENDI *Ius*,l.3.§.vlt.D.de ſeruit.præd.ruſt. *Aquæ Hauriendæ ſeruitutes*,l.§.hoc interdic. D.de fonte.*De Aqua per Rotam ex Flumine Haurienda*,l.2.D.com.præd.*Iter ad Hauriendum præſtari*,l.10.§.vlt.D.de ſeruit.vrb.præd.

HAVSTVS *Aquæ*,l.14.D.de aliment.vel cibar.l.1.& l.2.§.1.&§.vlt.D.de ſeru.præd.ruſt.id eſt ius hauriendi,ſeu aquæ hauriendæ.

Hauſtus ſeruitus,l.17.§.via,& §.vlt.D.de aq.& aq.pl. *Hauſtus ſeruitus imponi poteſt Aquis putealibus*,l.1.§.quamquā,D.de aqu.cott.& ita *Hauſtum relictum accipe*,l.10.§.vlt.D.de ſeru.pr.vrb.

HELIOCAMINVS,l.17.D.de ſeruit.vrban.præd.& apud Plin.Epiſt.17.lib.2.Vaporariū eſt in aprico loco ſitum ad calorem Solis excipiendum.

HERBA *Mala*, l.19.§.1.D.locati.*Peſtibiles Herbas,vel letiferas habens fundus*, l.4. C.de ædilic.act. *Si Herbis Segetes corruptæ ſunt*, l. 15. §.1. D. locati. *Si quid adhuc adeò tenerum ſit, vt Herbæ loco ſit*,l.4.D.arbor.furt.cæ.*Frumenta quæ in Herbis erant*,l.78.§. vlt. D. de contrah. empt. Cicero.lib.4.de Finib. *Fruges*,ait,*ad Spicam perduci ab Herba*.Idem lib.2.de Orator.*Vt in Herbis ruſtici ſolent dicere,in ſumma vbertate,ineſt luxuria quædam.* Plin.lib.2.cap.17.*Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris,in Herba dumtaxat.* Virgil.lib.1. Georg. *Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in Herba. Perſ.*Satyr.6.*Seges in Herba eſt*.Ouid.in Epiſt.*Et adhuc tua meſsis in Herba eſt.* Idem lib. 8. Metamorph.*His modò creſcentes ſegetes proculcat in Herba. Herbæ quas legati populi Rom. ferre ſolebant*,l.8. D.de diuiſ.rer. *Herbulæ*,l.55.§.lignorum,D.de legat.3.

HEREDITAS *nihil aliud est, quàm successio in vniuersum Ius quod defunctus habuit*, l.24.D. de verbor.signif. *Successionem* accipe Ius succedendi. Hereditas enim vniuersitatem quandam ac Ius successionis demonstrat, l.208.D.de verb.signif. *Iurisque nomen est*, l.3. D.de bon. poss. l.119.& l.138.§.1.D.de verb.signif. Et *in Iure consistere* dicitur, d.l.1.D.de diuis.rer.§.1.Instit.de reb.corpor.ac proinde,& *absque vllo corpore Iuris intellectum habet*, l.50.D.de heredit.petit. Itaque *Hereditatis appellatio etiam damnosam Hereditatem continet*, d.l.119. Eóque interesse dicitur vtrum *Hereditas an bonorum pars legetur*, quòd Hereditatis parte legata, neque funeris impensa, neque manumissorum pretia deducantur, cõtra atque bonorum parte legata fiat, l.8. §.vlt.cum l.seq.D.de legat.2.

Hereditatis appellatione etiam bonorum possessio continetur, d.l.138.D. de verbor. signif.

Hereditas creta vel adita, l.2.de in integr.restit.C.Th.

Hereditas vel Legitima, vel Testamentaria, l.6.D.quæ in fraud.cred.

Hereditatis præterea hæc sunt adiuncta, *Lucrosa*, *Damnosa*, *Idonea*, *Soluendo*, quorum exempla sui quæque locis inuenies. Cassiodor.in Psalm.78. *Hereditas ab Hero dicta est, quippe qui eam Iure legitimo Dominus noscitur possidere. Hereditas & augmentum recipit, & deminutionem*, l.20.§.Itẽ D.de heredit.pet. *Hereditas aduentitio iure quæritur*, l.16.D.de castr.pecul.

Hereditas, vel ex Testamento est, vel aliqua Lege, vel Senatusconsulto, vel etiam Constitutione defertur, l.2.D.famil.ercis. *Noua Hereditas quæ recens obuenit*, l.2.C.de tutor.vel curat. *Hereditas Mæuina, Titiana*, l.27.§.Trebellianum.D.ad Sc.Trebellian.

Hereditatem Heres Adgnoscere, Adire, Adquirere; Hereditati, Miscere, Immiscere: & contrà, *Hereditate se abstinere, Hereditatem omittere, Repudiare.*

Hereditatis verbum interdum pro rebus ipsis & corporibus hereditariis vsurpatur. Sic expilari *Hereditatem* & *Hereditati* Furtum fieri dicimus. Et inde Cicero Topic. *Hereditatem* pecuniam esse definit, quæ alicuius morte ad alium peruenit. Quæ res Senecæ lib.6. de Benef. cap.5.ridendi Iurisconsultos ansam præbuit: sed insulsus est eius locus.

Hereditas dicitur *Iacere, Deferri, Adiri, Agnosci, Repudiari*. Iacet Hereditas quæ nondum adita est, l.13.§.quæsitum, D.quod vi aut clam, l.1.D. de succes.edic. Defertur hereditas, quam adeundo consequi possumus, l.131.D.de verb.signif. Defertur autem vel ex Testamento, vel ab intestato, 12. Tabulis, aliisque Legibus aut Senatusconsultis, l.1.l.2.& 3.D.de heredit.l.1. §.captis, D.ad Sc.Tertyll.l.8. D. de cap. min. Aditur hereditas, cùm quis Heredem se esse dicto factóve demonstrat. Repudiatur, cùm ea repellitur, omittitur, cùm quis ab ea tempore se excludi patitur.

HEREDES sunt, *qui in ius & locum defuncti succedunt*, l.9.§.1.D.de edendo, l.34.D.de iudiciis, l.43. D.de diuers.regul. Vnde Martial..Epigram.63.lib.6. *Tu tamen hunc Tabulis Heredem stulte supremis Scribis, & esse tuo, vis, furiose, loco.*

Heres in Ius omne defuncti succedit, l.11.D.de diuers.temporal.

Heres in omne Ius mortui, non tantùm singularum rerum Dominium, succedit, cùm & ea quæ in nominibus sint ad heredem transeant, l.37.D.de adquir.vel omitt. Denique, *Heredes*, sunt *Successores, qui in vniuersum Ius succedunt*, vt loquitur l.9.§.deinde, D.de ædil.edic. *Heres in æs alienum defuncti succedit*, l.6.§.illud, D.de his qui notant.infam.

Heredes autem ab eo dicti sunt, quod quasi heri sint, id est Domini. §. vltim. Institution. de hered.qualit. l.1.D. de succ. ed. licet, ab ære, id nomen Isidorus libro 9.Etymolog.cap. 5.alij etiam ab hærendo, contra veterem scripturæ rationem, deducant. Heredum autem alij Sui, alij Necessarij, alij Extranei appellantur. De quibus singillatim suis locis. Sunt etiam testamentarij & legitimi heredes. Sed enim hi demum heredum nomen obtinent, qui iure ciuili succedunt, Prætorij successores heredes non appellantur. Heredes enim Lex tantùm facit, veluti lex 12.tab. item Cornelia de captiuis: aut Senatusconsul. vt Orphitianũ & Tertyllianum: vel Principis constitutio, vt in filiorum fam. militum hereditate accidit. Prætor verò Heredes non facit, §.quos autem, Instit.de bon.possess.l.2.§.vlt.D.vnde legit. Vnde quod in l.6. D. quæ in fraud. cred. antehac legebatur *Hereditatem vel Honorariam* à Pandect. Florent.rectè abest. Et in l.1. C. si quis ignor. rem minor. *Hereditario & honorario titulo succedere*, diuersa fiũt. Itaque & Fideicommissarij, & Bonorum possessores, ab Heredibus ferè semper separãtur: nec Heredes, sed velut Heredes, aut Heredibus similes personæ, perpetuò dicuntur, l.1.D.de possess.hered.pet.l.20.§.licet, D.de petit.hered.l.1.§.si apud.D.depos.l.58. D.de obligat. & actio.l. 28. D.de re iudic.l.5. §. & si heres, D.vt in poss. leg.l. 9.in fi. de reb. auct.iudic.l.118.D.de diuers.reg.l.3.in fi.ff.de tabul.exhiben.l.2.§.si quis nemine.D.ne quid

in lo-

in loco pub.l.25.D.famil.erciſc.l.1.§.1.l.47.in fi.D.ad leg.Falcid.§.reſtit. Inſtit.de fideicom. her.l.10.in fi.D.quæ in fraud.cred.l.1.§.vlt.D.ne vis fiat ei qui in poſſ. Vlpian.in Inſtit. Tit. 28.Theophli.in Tit.de perpet.& temporalib. act.ad fin.princ.

Heredum vice habentur bonorum poſſeſſores,l.2.D.de bonor. poſſeſſ. *eos loco Heredis Prætor conſtituit*,l.13.D.de bonor.poſſeſſor. cont. tab. *Heredis loco in omni cauſa habet*, l.117. §.de diuerſ. reg. *Heres, Bonorúmve poſſeſſor, ceteríque ſucceſſores*,l.14.§.vlt.D. de relig. & ſumpt.

Heredum etiam loco habentur Adrogator,ad quem per vniuerſitatem bona tranſeunt,& Pater filij inteſtati caſtrẽſia bona, veluti peculij iure,occupans: Item fiſcus ex delicto, vel bona vacantia capiens: Item Pater, Dominúsve, quibus hereditatis emolumentũ & commodum adquiritur,l.2.§.ſi defunctus.D.pro empto.l.6.D.de in integ.reſt.l.1.§. ſed & ſi morte.D.quando act.de pecul.l.40.D.ad Sc.Trebell.l.14.D.de diuerſ.& temp.Erat olim etiam honorarius ſucceſſor,Bonorum emptor, qui à creditoribus debitoris bona diſtrahẽtibus emerat,vt Theophil.in Tit.de ſucceſſio. bonor.exponit. Atque hi omnes non directas, ſed vtiles actiones exercebãt. Eadémque ratione & qui poſt abſtentionem repudiationémve à Prætore in integrum reſtituebãtur,vt adirent, heredes non fiebant,ſed vtiles tantùm actiones habebant,l.7.§.ſed quod Papinia.D.de minorib.l.21.§.vlt.D.quod met.cau.

Heredis appellatione omnes ſignificari ſucceſſores credendũ eſt,etſi verbis non ſint expreſsi,l.170.D.de verb.ſignif.

Heres, ceteríque ſucceſſores, l.6.l.14.§.vlt.l.31.§.vlt.D.de religioſ.l.1.§.ſi apud,D.depoſiti,l.1. §.hoc interdictum,& §.hæc actio, D.de vi & vi arma.& l.vlt.§.vlt.D.de condict.furt.l.9.D. de tributor.l.8.§.1.D.de precario,l.13.D.de interrogationib.l.9.§.vlt.D.quod fal. tut. l.3. §. vlt.D.de contrar.tut.l.22.§.heres,D.de libera.cau. l.20. §. hoc interdictum, & §. vlt. D. de oper.no.nunciat.l.1.§.hæc actio,D.ſiquid in fraud.patro.l.1.§.prætor. D.ſi is qui teſtamento liber.l.7.§.vlt.D.arbor.furt.cæſar.l.2.§. vlt. & l.4. §.vlt. D. de vi bon. raptor. l.16. §.hæc actio,D.quod met.cau.l.17.§.vlt.D.de dolo,l.1.§.1.D.ſi quadrup.pau.l.13.§.1.D.de publicanis,l.3.§.ſi heres,D.de vſufruc.quemadmod.cau.l.63.§.Patri,D.pro ſocio,l.2.§.ſi quis,D.ne quid in loco pub. Quales ſunt bonorum poſſeſſores, & hi quibus ex Trebelliano reſtituitur hereditas, cæteríque Prætorij ſucceſſores,vt apparet ex l.2.§.ſi defunctus,D.pro emptore,l. 13.§.quæſitum,& l.15.D.quod vi aut clam.

Heres,& qui Succeſſorum loco habentur,l.14.D.de diuerſ.tempora.

Heres, vel qualiſcunque Succeſſor,l.1.§.permittitur,D.de aqua cottidia. l.21.§.emptor, D.de pecul.Vnde Vlpian.in l.24.§.1.D.de dam.inf. *Adiicitur*, ait, *in hac ſtipulatione, & Heredum nomen, vel Succeſſorum. Succeſſores autem non ſolùm qui in vniuerſa bona ſuccedunt, ſed & hi qui in rei tantùm Dominium ſucceſſerint, his verbis continentur.*

In Heredem, ceteráſque perſonas,l.17.§.1.D.de damn.inf.

Heres, vel ceteri,l.27.§.1.D.de recept.qui arbit.id eſt,*Heredi ſimiles perſonæ*, vt in l.3.§. hanc actionem,D.ſi menſor.fal.mod.*Heres & ſimiles perſonæ*,l.1.§.hanc actionẽ,D.de tutel.& rat. *Heredem, ſimiléſque perſonas*,l.58.D.de oblig.& act. *Heredi ſimiles perſonæ, ceteri ſucceſſores*,l.10.§. vlt.D.quæ in fraud.cred.

Heredes aut *Inſtituti* dicuntur,aut *Subſtituti*,l.1.D.de vulg.& pup.Illi,*Primi heredes:* hi, *Secundi* appellantur,l.25.D.qui teſt.fac.l.8.D.de lib.& poſt.l.56.D.de fideic.libert.

Heredis porrò appellatio per multas ſucceſſiones accipirur,nec tantùm ad proximum Heredem, ſed & ad vlteriores,refertur,ita vt Heredis heres, & deinceps, ea appellatione contineatur,l.65.& l.170.D.de verbor.ſign.l.2.D.de liber.leg.exceptis paucis ſpeciebus, in quibus *Heredis* appellatio proximum tantùm continet:vt in Subſtitutione impuberi his verbis facta, *Quiſquis mihi Heres erit*,& in l.Ælia Sentia,& in Edicti Prætorij his verbis, *Tum quem ei Heredem eſſe oportet*,l.70.& l.227. D.de verbor.ſignificat.l.1.D.vnde legit. Quinimmò & ita in Secũdis tabulis facta ſubſtitutione,*Quiſquis mihi Heres erit, idem Filio meo Heres eſto*, ſcriptos tantùm heredes,& qui ex teſtamento heredes exiſterent, contineri placuit. Et ideò non tãtùm Heredis heredem,ſed & Patrem,qui per Filium,Dominum,qui per Seruum,heres extiterit,ab hac Subſtitutione repelli,quia hi omnes non ex iudicio veniũt,l.3.& l.8.D.de vulg. & pup.l.27.§.qui ſuſpectam,& l.55.§.qui fideicomm.in fi. D. ad Sc. Trebell. Ceterùm, qui ſemel Heres extiterit,etiam ſi viuo pupillo Heres eſſe deſierit, hereditate,fortè vel ex cauſa inofficioſi teſtamenti,vel vt indigno ablata,ad hereditatem nihilominus admittetur,l.31. & l.43.§.vlt.D.de vulg. Eſt & alius caſus,in quo *Heredis* appellatio proximùm tantùm complectitur,qui traditur in l.14.C.de vſufr.

Alioquin, *qui per succeßionem, quamuis longißimam, defuncto* Heredes *cõßiterunt, non minus* Heredes *intelliguntur, quàm qui principaliter* Heredes *exiſtunt*, l. 194. D. de diuerſ. reg.

Porrò his verbis Stipulationis, *Te, Heredémve tuum*, &cet. ſi plures ſint Heredes, continentur, l. 158. D. de verbor. ſignific. Planè ſi quis ita dixerit, *Heres meus damnas eſto dare aureos quinque*, non quilibet heres, ſed omnes videbuntur damnati, vt vnà quinq; dent. Ad omnes vtique Heredes, etiam ſi plures gradus teſtamento facti ſint, ea verba pertinebunt, l. 44. D. de leg. 2. l. 98. D. de legat. 3. Itaque & qui ita dixit, *Quantum Heres meus habebit, tantùm dato*, pro eo eſt, ſi ac ita dixiſſet, *Quantum omnes Heredes mei habebunt*, l. 43. D. de legat. 2.

Quamquam autem *Heredis* verbo, Iuris tantùm ſucceſſor demonſtratur, quod tamen alicui ita datum fuerit, vt ad *Heredes pertineat*, etiam ad Legatarium, volũtatis potiùs, quàm verborum ratione, transferri poterit, l. 219. D. de verb. ſignif. *In re legata, acceßione Temporis quo Teſtator poſſedit, Legatarius quodam modo* Heres *eſt*, l. 14. §. vlt. D. de vſurpationib.

Pro Herede gerere, quemadmodum Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 8. ſcribit, eſt deſtinatione futuri Domini aliquid ex Hereditariis rebus vſurpare. Et ideò *Pro Herede gerere* videtur, qui fundorum Hereditariorum culturas, rationéſq; diſponit, & qui ſeruis Hereditariis, iumẽtis, aliiſve rebus pro Domino vtitur. Vlpian. quoque Tit. 22. Regular. *Pro Herede*, ait, *gerit qui rebus Hereditariis tanquam Dominus vtitur, veluti qui auctionem rerum Hereditariarum facit, aut ſeruis* Hereditariis *cibaria dat.* Idẽ lib. 61. ad Edict. *pro Herede gerere* cum videri ſcribit, *qui aliquid facit, quaſi* Heres: nec hoc tam *Facti* eſſe quàm *Animi*. Nec enim aliquid hereditarium attingere ſatis eſt, ſed hoc amplius eo animo eſſe debet, qui attingit, vt Heres eſſe velit. l. 20. D. de hered. inſtit. Itaque *Gerit pro* Herede, qui animo ſucceſſionem adgnoſcit, licet nihil hereditarium attingat: veluti qui re non hereditaria, tanquã hereditaria, vtitur, l. 12. l. 21. §. 1. l. 86. in fi. l. 88. D. de adq. vel omitt. ac denique, qui pro Domino aliquid facit quod citra ius & nomen Heredis facere non poſſit. Quòd ſi Sepulchri violati egerit, vel operas à liberto paterno petierit filius, nihilomagis *Pro* Herede *gerere* intelligitur: quoniam illa etiam in non heredem cadũt, l. 20. §. Papinianus, & §. vlt. D. cod. tit. l. penult. D. de Sepul. viol. Ita *Pro* Herede *gerere*, accipimus in l. 59. §. Titius, D. de hered. inſt. l. 5. D. de caſtr. pec. l. 2. D. ſi quis omiſſa ſeu, l. 4. & l. 5. C. de iure delib. l. 26. D. de L. Corn. de falſ. l. 4. C. ad Sc. Trebel. Et *Pro Herede geritionem*, in l. 14. §. plerique, D. de religioſ. Et *Pro Herede geſtionem*, l. 19. C. de iure delib. Iuſtinian. Nouel. 1. δίδωμι ἅπασι τοῖς τοιούτοις προσώποις γίνεσθαι κληρονόμους, καὶ ἀδιτίονος ἤτοι προσὸ αἱρέσει γενίονος ἔχειν δίκαιον.

Pro Herede poßidere, l. 3. §. genera, D. de adquir. poſſ. l. 4. D. de vſurpationib. l. 1. D. quor. bon. l. 1. §. 1. D. quod legat. *Pro Herede poßidet qui putat ſe heredem eſſe*, l. 11. D. de hered. petit. *Pro Herede vſucapere*, l. 1. l. 2. & l. vlt. D. pro hered.

Hic obiter adnotabo etiam feminino genere *Heredem* dici, contra quàm Soſipater credat. Etenim *Suam* Heredem dixit Tryphonin. in l. vlt. D. de dot. collatio.

Heres, *Eſſe, Exiſtere,* Hereditatem *adire, Adgnoſcere,* Adquirere, *Amplecti, Conſequi, Obtinere, Miſcere,* Et contrà, *Abſtinere, Omittere, Repudiare,* dicitur. Heredem *Facere, Inſtituere, Relinquere, Scribere.*

Heredes *ſine Re, & cum Re*, apud D. Ambroſ. lib. 9. Epiſt. ad Clementium.

Heres *ex Aſſe vel ex Parte*, l. 10. D. de hered petit.

Heres *Solus, vel ex parte*, l. 17. D. de iudiciis. *Sola Heres, & ex Parte*, opponũtur, l. 25. D. de pact. dotalib. *Ex parte* Heres, l. 17. §. ex facto, D. commodati, l. 39. & l. 49. D. famil. erciſc. l. 17. §. ſi ex facto, D. commodati.

Heredi *& in* Heredem *competunt actiones*, l. 40. D. ad Sc. Trebell. *Aduerſus* Heredem, *vel* Heredi *competat obligatio*, l. 51. §. non mirum, D. de euictionib. *Tam ab* Herede, *quàm* Heredi, *præſtandum*, l. 65. §. item morte, D. pro ſocio.

Heres Heredis, l. 10. D. de aliment. vel cibar. l. 2. D. de liberat. leg. l. 1. D. quod legator.

Hereditarivs *Contractus*, l. 29. D. de adquir. vel omitt. *Creditor*, l. 58. §. qui poſt, D. ad Sc. Trebel. l. 19. §. 1. D. de condict. indeb. l. 38. D. de legat. 3. *Hereditarij Creditores*, l. 3. §. vlt. D. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 26. D. de iudiciis. l. 1. §. ſed ſi, & l. 5. D. de ſeparatio. l. 44. D. ad Sc. Trebel. l. 4. D. de doli except.

Hereditarius Debitor, l. 17. D. ad Sc. Trebell. l. 21. D. de fideiuſſ. l. 13. §. vlt. & l. 16. §. non ſolùm, D. de hered. petit. l. 7. D. de except. rei iud.

Hereditarius autem *Debitor* quis intelligatur, vide l. 14. & l. 15. D. de heredit. petit.

Hereditarij Debitores, l. vlt. D. quorum bonorũ, l. 21. D. de annu. legat. l. 5. C. de hered. vel act. l. 4. C. vt in poſſ. l. 1. C. de exceptionib.

Hereditarius Fundus, l. 45. D. de religioſ. & ſumpt. l. 11. §. 1. D. de except. rei iud. l. 1. §. ſi ex parte, D. de adquir. poſſ. l. 2. C. qui potiores. *Hereditarij fundi*, l. vlt. D. de iure dotium.

Heredi-

Hereditarij Nummi, l.44.§.vlt.D.ad Sc.Trebell.

Hereditarius Seruus, l.13.§.vlt.D.de interrogationib.l.18.D.de adquir.rer. dom.l.4.& l.20. D.de condic. inſtit.l.73.§.1. D.de verb.oblig.l.52.D.de adqu.vel omitt.l.66. D.ad Sc.Trebell.l.58.D.de manum.teſt.l.1.§.ſi vir,D.de adqu.poſſ.l.11.C.de iure delib.l.3.C.de iis qui à non domin.

Hereditarij Serui, l.2.l.6.l.17.& l.18.D.de quæſtionib.l.13.C.eod.tit.l.20.D.de adquir.vel omitt.l.73.D.ad L.falcid. *Ex Hereditaria cauſa*,l.1.§.pater, D. de legat.præſt. l.7.D.de tutel. & rat.diſtr. *In cauſa Hereditaria ſunt*, l.6.C.vt in poſſ.legat.1.

Hereditaria Domus,l.85.D.de adquir.vel omitt.l.57.D.de legat.1. *Hereditariæ domus*, l.6. D. de ſeruit.legata.

Hereditaria Inſula,l.19.D.de vſufructu.l.33.D.de condict.indeb.l.4.§.totiens,D.de damn. infect.

Hereditaria Impēſa funeris, l.2.peruenisſe,D.de hered.vel act.vend. *Lis*,l.10.D.de exceptionib. *Obligatio*,l.50.D.de fideiuſſorib. *Pecunia*,l.73.D.ad Sc.Trebell.l.15. D.de reb. dub. *Stipulatio*,l.58.D.ad Sc.Trebell.

Hereditaria Pars,l.44.D.de condicionib.& demonſtrat. *Pro Hereditaria Parte*,l.24. D.de fideiuſſorib.l.12.D.de ſtatuliber. *Hereditariæ Partes*,l.8.D.de ſtatuliber.l.23. D.ad Sc.Trebell. *Hereditarias partes debere*, l.124.D.de legat.1. *Hereditariæ Partes*,& *Viriles*,opponuntur, l.114.D. de legat.1.

Hereditaria Portio,l.104.D.de legat.1.l.3.§.quidam,D.ad Sc.Trebell.l.25.§.ſi venditori,D. de ædil.edic.& l.15.D.de iure codicil.l.31.D. de condict. indeb. *Pro Hereditaria portione*, l.18. D.depoſiti,l.5.C.de collationib.l.8.C.de inoff.teſta.l.1. C.de exceptionib. *Hereditariæ Portiones*,l.8.D.de reb. dub.l.20.D.de oper.libert.l.32.D.de vſu & vſufruc.l.85.D.de verb.obligat.l.14.D.depoſiti,l.vlt.D.de donationib.l.15.C.de collationib.l.6.C.famil.erciſc. *Pro Hereditariis portionib.*l.59.D.de heredib.inſtit.l.23.C.famil.erciſcun.

Hereditaria Succeſſio,l.8.C.famil.erciſc.

Hereditariæ Actiones,l.22.D.de adimend.legat.l.34.§.Lucius,D. de legat.2.l.29.§.vlt.D.de donationib.l.71.D.ad Sc.Trebell.l.8.D.de condic.inſtit.l.14.C.de collat. & apud Paul.lib. 4.Sentent.Tit.2. *Hereditariis Actionibus conueniri*,l.4.§.item videamus, D. de fideicommiſſ. libert.

Hereditariæ autem *Actiones* appellantur quæ in Hereditate & defuncti bonis ſunt,l.1.§.hęc actio,D.ſi quid in fraud.patr.l.59.D.ad Sc.Trebellian.l.20.§.cùm prædixerimus, D. de petit.hæredit.Quæ verò ex defuncti perſona Heredi dātur, etiam ſi defuncto nunquam competierunt, *Hereditariæ* tamen dicentur, vt in ſpecie l.84. D.ad leg.Falcidiam. Planè quæ Patrono ad reuocāda ea,quæ in fraudem eius alienata ſunt, datur actio, Hereditaria non eſt,id eſt,ex bonis liberti,ſed propria patroni,l.1.§.hæc actio,D.ſi quid in fraud.pat.

Hereditariæ actiones,in Tit.de hered.actio.Cod.accipiendæ ſunt, quæ ex negotiis cum defuncto geſtis vel ex delictis ab eo admiſſis, in Heredes dantur. Quo in numero & Legatorum actiones haberi placet,quamuis ab Herede cœperint,l.39. D.de obligat.& act.

Hereditaria Res,l.15.D.de diuer.tēporal. l.9.D.de hered.pet.l.6.§.vlt.D. de act. rer. amot. *Hereditariæ res*,l.2.§.peruenisſe,D.de hered.vel act.l.20.D.de Sc.Silan. l.38.§.vlt.D. de adq. poſſeſſ.

Hereditariæ Cautiones,l.5.D.famil.erciſc. *Rationes*,l.16.§.denique, D. famil.erciſc. *Tabulæ*,l. 30.D.de furtis.

Hereditariæ moleſtiæ,l.4.§.ſi quis ex,D.de doli mali & met.except. *Petitiones*,l.34. §.Lucius, D.de legat.2.

Hereditarium Æs alienum,l.4.§.vlt.D.ſi cui plus quàm per,l.92.D.de leg.1.l.13.ad Sc.Velle. l.16.C.ad L.falcid. *Hereditarium* autem *Æs alienū* intelligitur, *etiam id de quo cum defuncto agi non potuit: veluti quod cùm moreretur daturum ſe promiſiſſet*: item *quod is qui pro defuncto fideiuſſit, poſt mortem eius ſoluit*,l.7.D.de reb.auct.iudic.poſſid.

Hereditarium Debitum,l.vlt.D.de condictio.indeb.

Hereditario Iure adquirere,l.6.D.de religioſ.& ſumpt. *Auctor laudari*,l.14.C.de euictionibus. *Communis res*,l.34.D.pro ſoc. *Competere mora*,l.27.D.de vſuris. *Delatus Fundus*,l.87.D.de contrahen.empt. *Habere actionem*, l.49.D.mandati.

Habere & retinere fundi partem,l.87.D.ad L.falcid. *Habere petitionem*,l.30.§. vlt. D. de pact. dotal. *Habere Quartam*,l.74.D.ad L.falcid. *Peruenire Seruus*,l.38.§.vlt.D.de adqu.poſſeſſ. *Succedere*,l.1.§.ex illa,D.de L.Cornel.de falſ.l.5.§.ſi pupillus,D.de reb.eor.l.2. C. de reb. alien.

Hereditario iure capi, in l. 91. D. ad leg. Falcid. dicuntur, quæ quis eo ipso quòd heres sit, capit. *Iure proprio, & Hereditario*, opponũtur, l. 73. D. de cuictio. *Hereditario nomine*, l. 93. D. de solut.

Hereditarium Onus, l. 2. §. peruenisse, D. de hered. vel act. vend.

Hereditarium Prædium, l. 76. §. vlt. D. de legat. 2. l. 21. §. 1. D. de actionib. empt.

Hereditaria prædia, l. 38. D. de legat. 3.

Hereditaria Corpora, l. 11. & l. vlt. D. de distract. pignor. & Nou. Valent. de Testament. *Instrumenta*, l. 48. D. de action. empti, l. 6. D. famil. erciſc. *Munera*, l. 2. D. ad Sc. Trebell.

Hereditarium Sepulchrum, l. 2. §. si quis, D. de sepul. viol. l. 20. §. vlt. D. de adqu. vel omitt. *Hereditaria* autem *Sepulchra* appellãtur, quæ quis sibi, Heredibúsque suis constituit, vel quæ paterfa. iure Hereditario adquisiuit, l. 5. & l. 6. D. de religios.

HEREDIVM, vt Festus lib. 7. scribit, antiquitus *Prædium paruulum* appellabatur: cuius appellatione *Hortum* olim significatum, Plinius lib. 19. cap. 4. scribit. Varro lib. 1. de re Rustic. cap. 10. *Antiquus noster ante bellum Punicum, pendebat bina iugera quæ à Romulo primùm diuisa dicebantur viritim: quæ, quòd heredem sequerentur, Heredium appellarunt. Hæc postea à centum Centuria dicta*, &c. Æmilius Probus in Catone, *Versatus est in Sabinis, quòd ibi Heredium à patre relictum habebat.*

HÆRETICORVM appellatione contineri, vel eos qui leui argumento à iudicio Catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deuiare, aiũt, l. 2. C. de Heretic. & l. 26. eod. tit. in C. Th. *Hæresis Naualis*, l. 9. de præd. nauicularior. in C. Th.

HELLADII Episcopi Cæsarienſis meminit l. 3. de fide Cathol. in C. Th.

HERACLIANVS Hostis publicus iudicatur ab Impp. Honorio, & Theodos. in l. 21. de pœnis in C. Theod. quòd illi, Honoratis & Prouincialibus Africæ, in qua Heraclianus agebat, Rescripto suo denũtiant. Fuit enim Heraclianus Africę Comes, qui magno quidem, sed parum felici conatu, arma aduersus pios illos principes cepit. Nam cùm in Italiam nauiũ immensa & stupenda multitudine traiecisset, simulatque ad vrbem pergens, litore egressus est, occursu Comitis Marini territus, & in fugam versus, arrepta naui, solus Carthaginem rediit, atque ibi continuò militari manu interfectus est. Auctor Orosius lib. vlt. cap. vlt. vnde Paul. Aquilegiens. Diac. sumpsit, quæ cumque de hac Heraclij rebellione narrat Hist. Miscell. lib. 14. non procul ab initio. Quamobrem eius memoriam damnarunt iidem Impp. l. 13. de infirmand. his quæ sub tyrann. in C. Th. inter quod Rescriptum, & superius, vix anni, & quod excurrit, interuallum intercedit. Hic ille est Heraclianus, qui Stiliconem manu sua interfecit: pro cuius operæ præmio Africæ Comitatum ei concessum Zozimus lib. 5. refert: Eius etiam meminit idem Zozim. lib. 6. in extremo.

Alius fuit *Heraclianus* Tribunus & Magister Officiorum, principatu Constantini: cuius meminit l. 1. de Pagan. Sacrific. & Templ. in C. Th.

HERENNIVS Modestinus, de quo Spartianus in Maximo iuniore sensit, cùm ait, *Modestinus iurisperitus*. Hunc *Studiosum suum* vocat Vlpianus, & ab eo in Dalmatia agente consultum se, refert in l. 52. §. si quis asinũ, D. de furtis. Citatur à Callistrato in l. vlt. §. mixta, D. de muner. & hon. *Non contemnendæ auctoritatis Iurisconsultus* appellatur à Gordiano in l. 5. C. ad exhibẽd. Eius sententia reprobatur à Iustinia. in l. 36. §. illud, C. de inoff. test. Scripserat autem Herennius Modestinus, *Responsorum*, libros 19. *Pandectarum*, lib. 12. *Regularum*, lib. 10. *Differentiarum*, lib. 9. *Excusationum*, lib. 6. ad Ignatium Dextrum, Græca lingua: *De Pœnis*, lib. 4. *De præscriptionibus*, totidem: *Ad Q. Mutium*, lib. 31. Item libros singulares: *De Præscriptionib. De Legatis & Fideicommissis: De Testamentis: De Eurematicis: De Enucleatis casibus: De Differentia dotis: De Ritu nuptiarum.*

HERI, pro tẽpore adhuc recenti: vt in l. 7. §. præterea, D. de iniur. *Heri seruum, hodie liberũ.*

HERMAPHRODITVS, vtriusque sexus homo, dicitur, l. 10. D. de sta. hom. l. 15. D. de testib. l. 6. in fi. D. de liber. & post. Plinius lib. 7. cap. 3. *Gignuntur & vtriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc verò in deliciis.* Idem lib. 11. cap. 49. *Contrà, mulierum paucis prodigiosa assimulatio: sicut Hermaphroditis vtriusque sexus. Quod etiam quadrupedum generi accidisse, Neronis principatu, primùm arbitror. Ostentabat certè Hermaphroditas subiunctas carpento suo Equas, in Treuerico Galliæ agro repertas.* Vsurpãt, & hoc vocabulũ Tertullia. in lib. aduers. Valentin. Iul. Firmic. lib. 3. Mathes. cap. 6. *Androgynus* vocatur à Iulio Obseq. in lib. de prodigiis, non semel, & à Lactantio, lib. 1. Instit. diuin. cap. 17. De eo extat elegantissimum Ausonij carmen, in hæc verba.

Mercurio genitore satus, genitrice Cythere,
Nominis vt mixti, sic, corporis, Hermaphroditus:
Concretus sexu, sed non perfectus, vtroque.

Clemens

Clemens Alexandr.lib.11.Pædagog.cap.10. Οὐ γὰρ αἰδοῖα ἔχει τὸ αὐτὸ ἑῶον ἅμα ἄμφω ἄῤῥενος καὶ θήλεως, καθὼς ὑπει φασὶ πνὲς Ερμαφροδίτους περιτολογοῦντες, καὶ τελίην ταυτὶὼ μεταξὺ θήλειας καὶ ἄῤῥενος Ανδρόγυνον χαινοτομοῦντος φύσιν. Vet. Gloſſar. Græc. *Hermaphroditus*, ὁ ἔχων ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς φύσιν. Suidas quoque Hermaphroditum interpretatur, τὸν ἀμφότερα ἔχοντα τὰ μορία ἄῤῥενων καὶ θηλειῶν. Lucian. in muſcæ encomio, ἀμφότερα καὶ τὰ θηλειῶν καὶ τὰ ἀῤῥενων ὁρῶσι, βαίνοντες ἐν τῷ μέρει τῇ τὲ ἑρμῇ καὶ ἀφροδίτης παῖδα, τὸν μικλον τὴν φύσιν καὶ δικτὸν τὸ κάλλος. Idem in Dialog.Meretriciis. Αλλὰ μὴ Ερμαφρόδιτος εἶ, ἔφην, οἷοι πολλοὶ εἶναι λέγονται, ἀμφότερα ἔχοντες. B.Auguſt.lib.16.de Ciuit.Dei,cap.8. *Androgyni, quos etiam Hermaphroditos nuncupant, quamuis admodum rari ſint, difficile eſt tamen vt temporibus deſint: in quibus ſic vterque ſexus apparet, vt, ex quo potiùs debeant accipere nomen, incertum ſit. A meliore tamen, hoc eſt à maſculino, vt appellarentur, loquendi conſuetudo præualuit. Nam nemo vnquam Androgynecas, aut Hermaphroditas nuncupat.* Eo verò habitu naturæ fuiſſe Fauorinus Philoſophus fertur. Sic enim de eo Philoſtratus loquitur in lib.1.de vit.Sophiſtar. Διφυὴς τὲ ἐτέχθη καὶ ἀνδρόθηλυς. καὶ τοῦτο ἐθηλοῦτο μὴν καὶ παρὰ τοῦ ἔιδους: ἀγενείως γὰρ τοῦ προσώπου, καὶ γηράσκων εἶχεν. ἐθηλοῦτο δὲ καὶ τῷ φθέγματι. ὀξυηχὲς γὰρ ἠκοῦετο καὶ λεπτὸν καὶ ὑπότονον ὥσπερ ἡ φύσις τὰς εὐνούχους ἥρμοκε. Apertius Suidas,qui de eo loquens, γεγονὼς δὲ τὸν τοῦ σώματος ἕξιν Ανδρόγυνος, ὃν φάσιν Ερμαφρόδιτον.

Hermogenianvs Ic.quem Imperatoris Antonini Carracallæ temporibus vixiſſe apparet ex l.14.§.qui compulſus, D.ad Sc.Trebell.Scripſerat autẽ libros ſex *Epitomarum*: Item libros quattuor *Fideicommiſſorum*. In illis verò Epitomarum libris ordinem Edicti perpetui ſecutum ſe,ipſemet profitetur,l.2.D.de ſtatu homin.

Heronibvs *cluſum Frumentum*,l.31.D.locati. Herones autem accipe tegetes ſparteas aut ſcirpeas,ſeu vimine contexta vaſa, in quibus fruges condebantur. Vetus Gloſſar. *Eronem* κοΐνα interpretatur.

Hic, pro eo qui coram eſt & oſtenditur, aut digito monſtratur, l.58. D. de heredib. inſtit.

Hæc ſumma,de pecunia quæ in conſpectu eſt,l.120.de verbor.oblig. *Ac per hoc*,l.4.§.ſi quis ex vncia,& §.ſi à Titio,D.de doli except.l.8.§.ſi ſeruit.D.de precar.l.55.& l.71.D.de fideiuſſorib.l.62.D.de ſolutionib.l.2.§.ſi quid,D.de hered.vel act.l.1.C.ſi reus vel accuſat.l.2.C. quando prouoc. *Ad hoc proficit, vt*,l.34.§.alia,D.de contrah.empt. *In hoc quod*, l.12. §.1. D. de iure dot. *In hoc, vt*,l.56.§.qui ſibi,D.de verb.oblig.l.vlt.D.de bon.damnator,l.51.§.cùm mecum,D.de euictionib.l.18.§.emptor,D.de damn.infect. *In Hoc ſimilis legatarius*, l.20.§.is qui, D.de ſtatulib.

Hiemps Vlpian. ab *Æquinoctio Autumnali incipit, & Æquinoctio Vernali finitur*: atque ita ſenis menſibus Æſtas diuiditur atque Hiemps, l.1.§.Æſtatem, D. de Aqua cottidian. & æſt. *Si Hiemps ingruerit*, l.6.§.vlt.D.de ſeruit.præd.ruſticor. *Propter Hiemis condicionem*,l.4.§.puto, D.de hered.inſtitut. *Hiemis ratio habebitur*, l.38.§.vlt. D.ex quibus cauſ.maior. *Hieme duci, vel non duci Aqua*,l.1.§.quod autem,D.de aqua cottidian. *Tantum Hieme fluit Torrens*, l.1.D.de fluminib.

Structura quæ Æſtate tollitur, & Hieme reponeretur,l.242.§.vlt.D.de verb.ſignif.

Hibernvm *Tempus*,l.1.§.1.D.de aqua cottid. *In Hibernis eſſe pecora*,l.67.D.de legat.3.

Hiberno,id eſt Hiberno tempore,l.vlt.§.Proculus,D.de his quæ in fraud.cred.

Hierapoli *Aquæ calidæ ſunt, agris tamen irrigandis neceſſariæ. Conſtat enim apud Hieropolitanos in Aſia, agrum calida aqua rigari*,l.1.§.Idem Labeo,D. de aqua cottid. Vitruuius quoque *Hierapoli aquæ calidæ multitudinem efferuere*,lib.8.cap.3.tradit.Strabo lib.13.Phrygiæ oppida enumerans, Πόλεις δὲ εἰσὶ (ait) τῆς μὲν τῇ μεσογαίᾳ καθ' ἀυτὴν λαοδικείας, Ιεράπολις, ὅπου τὰ θερμὰ ὕδατα, καὶ τὸ πλυτώνιον, ἄμφω τῷ δοξολογίαν τινὰ ἔχοντα. Et paulò pòſt, βαθὺν ἐρίων θαμαιτῶς σύμμεζον τὸ κάταντὶὼ Ιεράπολιν ὕδωρ, ὥστε τὰ ἐκ τῆς ῥιζῶν βαπτόμενα ἐνάμιλλα εἶναι τοὶς ἐκ τῆς κόκκυ καὶ ταῖς ἀλυργέσιν. οὕτω δ' ὄξὺν ἀφθονον τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος, ὥστε ἡ πόλις μεσὴ τῆς αὐτομάτων βαλανείων ἔχει. Stephanus de vrbibus,Ἱεραπόλις,(ſic enim emenda) μεταξὺ φρυγίας καὶ λυδίας, πόλις, θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα. ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν. De hac vtique Hierapoli ſenſit Plin.lib.2.cap.93.cùm ait, *Hierapolin Aſiæ*. Sunt enim complures huius nominis vrbes,vt Stephanus notat: veluti, In Creta,teſte Plinio,lib.4.cap.12. Et in Cœle Syria,vt idem Plinius lib.5.cap.23.quam ipſemet *Hierapolin Syriæ*,appellat, lib.32.cap.2. Eáque eſt *Hierapolitana vrbs*, l.2.de venation.ferar.in Cod. Th. *Hierapolis* etiam Euphrateſiæ metropolis,apud Euagr.lib.6.Hiſtor.Eccleſ.cap.18.

Hierapolitanis Diui fratres reſcripſerunt, l.26.D.de pœnis.

HIEROFANTI *Agrorum*, l.11.de paganis,ſacrif.in Cod.Th.

HIEROPHYLAX,l.20.§.vlt.D.de annu.legat.

HILARII Arelatenſis Epiſcopi fit mentio Nou.Theod.& Valentin.de Epiſc.ordinand.

HIPPOCENTAVRVS, adducitur pro exemplo rei quæ in rerum natura non eſt, nec eſſe poteſt,§.1.Inſtit.de inutilib.ſtipul.l.97.D.de verb.oblig.Quibus conſentiens Cicero.1.Tuſculan.Hippocentaurum negat vnquam fuiſſe.Idémque lib.2. de Natura Deor. *Quis enim Hippocentaurum fuiſſe,aut Chimeram putat?* At Plin. lib.7. cap.3. *Claudius Cæſar ſcribit* HIPPOCENTAURUM *in Theſſalia natum,eodem die interiiſſe:& nos,principatu eius,allatum illi ex Ægypto in melle vidimus.*

HIPPOCOMI, l.37.& l.50.de curſu publ.in C.Th.qui Equos curſui publico deſtinatos, deſeruientéſque, curant.Vocabulum Græcum eſt,quo Xenophon. lib.1. ἑλληνικ. & Plutarch. in lib. πότερον γεωργικον. πολιτευσ. vtuntur. Ex vtraque autem conſtitutione, Hippocomos ſagatos,ſeu in ſagis fuiſſe,apparet.

HIPPONEM *delata nauis*,l.6.D.de lege Rod.quô loci Iulianus(vt ex ſequêtibus verbis colligitur)de Hippone quæ in Brutiis fuit, non longè à portu Herculis,ſenſiſſe videtur: quod oppidum ſua ætate *Vibonem Valentiam* appellatũ, Plin.lib.3.cap.5.tradit.Stephanus Ἱππώνιον, πόλις βρεττίων, ἀπὸ ἥρωος· ἡ μετωνομάσθη ὑπὸ ῥωμαίων, Οὐίβων καὶ Οὐαλεντία. Pomp.Mela lib.2. cap.4. in Italiæ deſcriptione, *Hippo,nunc Vibon.* Fuit & *Hippo* Hiſpaniæ Beticæ oppidum, vt apud Plin.lib.3.cap.1. Item *Hippo Regius* in Africa,*Diarrythum à Græcis dictum,propter aquarum irrigua*,vt idem Plin.lib.5.cap.4.& idem Mela lib.1. cap.7.auctores ſunt.Vrbs D.Auguſtini Epiſcopatu ac morte nobilis.Strabo autem lib.17. duos fuiſſe in Africa HIPPONES REGIOS, ſcribit in hunc modum, καὶ οἱ δύο Ἱππῶνες, ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης· ὁ δὲ ἀπώτερω πρὸς τῇ πρίτῳ μᾶλλον, ἀμφω βασίλεια. Vnde lucem accipit quod Plin.lib.6.cap.34.ait, *vtraque Hippo.*

HIPPOCRATES *ſcripſit*, l.3. §.vlt. D.de ſuis & legit. *Propter auctoritatem Hippocratis iam receptum eſt ſeptimo menſe naſci perfectum partum*, l. 12. D. de ſtatu hom. Plinius lib.29. cap.1. *Hippocrates genitus in inſula Coo,imprimis clara, ac valida & Æſculapio dicata.* Idem HIPPOCRATEM *Principem medicinæ vocat*,lib.7 cap.51.Eius etiam laudes,& elogia,vide apud eundem Plin. lib.26. & lib.7.cap.37.Quintilian.lib.3.cap.6.Macrob.lib.1. Commentar. in Somn. Scipio. cap.6. Strabon.lib.14.& Suidam. Quæ nos olim,cùm publicam Regij Oratoris perſonã ſuſtineremus,in celebri illa & illuſtri,quæ contra pſeudomedicos, frequenti auditorio,agitata cauſa eſt,plenius executi ſumus:quo nomine,quantam à Medicorum ſchola gratiam inierimus, teſtatum ea reliquit decreto ſuo,quod ad memoriam poſteri temporis ſempiternam,de vniuerſi Collegij ſententia, in honorem nominis mei, ſalutíſque tutelam,factum eſt: quo, poſt hominum memoriam,honorificentius nullum in eorum Tabulas publicas relatum eſt.

HIRCOSVS, l.12.§.vlt.D.de ædil.edic.& apud Plaut.Mercat.Act.3.Sc.3.id eſt, qui *Hircum olet*,vt loquitur Horatius,vel,*cui valle ſub Alarum trux habitat caper*,vt Catullus ait. *Hircum* autem à Latinis Hircinum alarum fœtorem, vocari non eſt ignotum:cuiuſmodi vitium corporis,Plinius,*Alarum graueolentiam*,vocat lib.22.cap.22.& 24.cap.19.item,*Alarum virus*,lib.31. cap.10.& lib.35.cap.15.& *Alarum vitia*,lib.21.cap.20.

HIRENE, Ancillæ nomen in l.43.D.de manumiſſ.teſtam.

HISPANIÆ fit mentio in l.63.§.vlt.D.ad L.falcid.& in l.34.§.1.D. de ſtatulib. *Hiſpani ſanguinis Equi*,l.1.de equis curulib.in C.Th.

HISTRIO,eſt qui in Scena Fabulas agit,artémq; ludicram facit.Feſtus. *Hiſtriones dicti quòd primùm ex Hiſtria venerint.* Liuius quoque lib.7.quoſdam exiſtimaſſe refert, *nomen Hiſtrionibus inditum,quia Hiſter,Tuſco verbo,ludio vocabatur.* Hiſtriones autem claros,Roſcium,&Æſopum,Cic. 1.de Orat.prædicat.& M.Ofil.Hilarum *Comœdiarum* HISTRIONEM, Plin. lib.7.cap.53. At in libris noſtris Hiſtriones non alij habentur quàm ſerui,vt patet ex l.15.§.1. D. de vſufr. l.12.D.quib.mod.vſufruct.l.73.§.1.D.de legat.3. Atque adeò huius voluptatis,etiam impuberes,artifices fuiſſe, indicant Venuleius & Vlpianus: ille, in l. vlt. §. vlt. D. de libera. cau. in qua *poſſe & impuberem operas dare*, ait,*ſi ſit Hiſtrio*: hic, in l.7.§. dabitur, D. de oper. libertor.in qua *impuberu* quoque *eſſe miniſterium* tradit,*ſi fortè ſit Hiſtrio.*

HISTRIONICÆ *operæ*,l.73.§.1.D.de legat.3.

HODIE,id eſt hoc die,l.8.D.de edẽdo,l.vlt.§. ſi inter,D.de verb.obligat.§.ſi inter,Inſtit. eod.tit §.item ſi quis ita,Inſtit.de inutilb.ſtipulat.l.3.D.vt in poſſeſſ.legat. l. 24. D. de oper. libert.Et ita, *Hodie* & *Heri*,opponuntur,l.7.§.prætor,D.de iniuriis.

Decem HODIE *dari ſpondes? dixi, poſſe vel eo die pecuniam peti.Diem enim non differendæ actionis inſertum videri,ſed quò præſens oſtendatur eſſe reſponſum*,l.118.§.1.D.de verbor.oblig.

Hodie notari, non Retro, l. 6. D. de his qui not. infa. *Quasi Hodie nata Actione*, id est, nunc primũ, vt l. 5. §. vlt. D. de bon. damnator.

Alias, *Hodie*, id est, *hoc Tempore*, vt loquitur Gaius, l. 1. D. de his qui sui. *Partes Homeri quæ Hodie inueniantur*, l. 52. §. si Homeri, D. de legat. 3. *Vt Hodie* fit, l. 25. D. de legat. 1.

Hodie non dubitatur, l. 7. D. de re iudic. *Hodie magis Vsurpatur*, l. 24. §. quoties, D. solut. matrim. *Hodie solet pecunia in Ædem deponi*, l. 7. §. 1. D. de minorib. *Solet Hodie Prætores, vel Præsides*, &c. l. 1. D. de curatorib. furioso.

Hodie successit Deportatio in locum interdictionis Aquæ & Ignis, l. 3. D. ad L. Iul. pecul. Quo autem sensu, in quibusdam Pandectarum locis vox hęc accipiẽda sit, exposui lib. 1. Select. Antiquit. Plerumque certè nouum Ius, quod à veteri vsu recessit, aut quod vsu moribúsve contra antiqui iuris formam receptum, inualuit, significatur: atque ita, *Hodie*, est eo Iure quo vtimur, seu moribus quibus viuimus, vt in l. 32. D. de Leg. Cornel. de fals. l. 1. D. de cadaueric. punitor. l. 7. §. vlt. D. ad L. Iul. peculat. l. 15. §. 1. D. ad Sc. Turpili. l. 1. §. Marcellus, D. si cui plus quàm per, l. 14. D. de appellationib. l. 1. D. de minorib. l. 7. §. posse, D. de iniuriis. *Punitor*, l. 10. §. vlt. D. de manumiss. testam. l. 1. §. vlt. D. de interrogationib. l. 68. D. ad Sc. Trebell. & apud Vlpian. Tit. 2. & Tit. 18. Regular. *Hodie hoc iure vtimur*, l. 1. D. apud eum à quo appellat. l. 7. §. illud sciendum, D. ex quib. caus. maior. *Certo iure vtimur*, l. 7. §. hodie, D. de minorib. *Hodie constat*, l. 13. §. superficiarium, D. de damn. inf.

HODIERNVS pro Hodierno die, sic in l. 135. §. Scia, D. de verbor. obligat. *vsque in Hodiernum*, Plin. l. 32. cap. 1. *Seruatúmque in Hodiernum est, nequis*, &c.

HOLOGRAPHA *Scriptura*, & *Holographa manu Testamenta Condita*, Nou. 2. Theod. & Valent. de Testam. Isidor. lib. 5. Orig. cap. 24. *Holographũ Testamentum manu auctoris totum conscriptum atque subscriptum: vnde & nomen accepit.*

HOLOSERICA *Vestis*, l. 1. de expens. Iudor in Cod. Th. id est, tota serica, vt Isidor. lib. 19. Etimolog. cap. 22. Vopiscus in Tacito *Holosericam vestem viris omnibus interdixit.* Eodémque sensu accipe *Holouera vestimenta*, l. 4. C. de vestibus holouer. lib. 11. βύσσος enim & Serica idem valere constat.

HOMERITARVM *Gens*, l. 2. de legat. & decret. legat. in C. Th. Steph. de vrbib. Ὁ μιξέται, ἔθνος Αἰθιόπων, μαρμαιὸς ἐν πεδίῳ. Vide de his Plin. lib. 10. Nat. Hist. cap. 28. qui eorum oppidum Massala memorat, item Procop. lib. 1. de bello Persico.

HOMERVS *Summus Poëtarum apud Græcos*, l. 236. D. de verb. signific. *Græcus Poëta Homerus*, §. item precium, Instit. de empt. & vendit. *Cùm Poëtam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græcos, egregius Homerus*, §. sed ius quidem, Instit. de iure nat. gent. Eius testimonio Iurisconsulti vtuntur, in l. 1. D. de contrah. empt. l. 65. §. pecoribus, D. de legat. 3. l. 1. D. de mortis causa donat. l. 4. §. gradus, D. de gradib. & adfin. l. 16. §. vlt. D. de pœn. l. 9. §. 1. D. de supell. leg. Iustin. §. 1. Instit. de donationib. & §. 1. Instit. de L. Aquil. *Cùm haberet Homerum totum in vno volumine, non quadraginta octo libros computamus, sed vnum Homeri volumen pro libro accipiendum est*, l. 52. §. 1. D. de legat. 1. *Homericum illud adfert*, l. 13. §. 1. D. ad L. Iul. de adulter.

HOMINIS appellatione tàm masculus, quàm femina continetur, l. 152. D. de verb. signif. *Homo non rectè dicitur, partus nondum editus*, l. 9. D. ad Leg. Aquil. *Omnes Homines aut Liberi sunt, aut Serui*, l. 3. D. de statu hom. & Instit. de iure person. *Commune omnium Hominum Ius*, §. 1. Instit. de iure nat. gent. & ciu. *Solis Hominibus inter se commune Ius Gentium*, l. 1. §. vlt. D. de Iustit. & iure. *Hominum causa omne Ius constitutum*, l. 2. D. de statu hom.

Hominum gratia, omnes fructus rerũ natura cõparauit, l. 28. D. de vsuris. *Hominis interest Hominẽ beneficiis adfici*, l. 7. D. de seru. exp. *Hominẽ Homini insidiari nefas est*, l. 3. D. de iust. & iu. *Iustissimè Ædiles noluerũt Hominẽ ei rei, quæ minoris esset, accedere, propter dignitatem Hominum*, l. 44. D. de ædil. ed. *In fructu Hominis Homo esse non potest*, l. 68. D. de vsufruct. *Hominum naturalis ad dissentiendum facilitas*, l. 17. §. principaliter, D. de recept. qui arbitr. *Hominum nonnulli faciles ad iurandum, contemptu Religionis, alij per quam timidi, metu diuini numinis, vsque ad superstitionem*, l. 8. D. de condic. inst.

Hominum adiectione Imperium ampliari potius quàm pecuniarum copia, l. vlt. §. si plures, D. de bonis damnat. *Hominum vocabula mutabilia sunt: Rerum verò immutabilia*, l. 4. D. de leg. 1. *Natura magis in Homine generandi, & consuetudo, spectanda est, quàm temporale vitium*, l. 9. D. de liber. & post. *Hominis vitæ finis longissimus est centum annorum*, l. 56. D. de vsufru. l. 8. D. de vsu & vsufruct. leg.

Homo Honestioris loci, l. 8. §. si in annos. D. de transact. *Rusticanus*, l. vlt. D. de doli except. *Vitæ emendatioris*, l. 11. D. de dolo. *Homo nimium securus & deperditus*, l. 3. D. de iuris & facti ignor.

Mali Homines, l. 13. D. de off. Præs. vide ĩ. lib. 11. *Ab Hominibus ereptus princeps*, l. 56. D. de leg. 2. *Si Augusta inter Homines esse desierit*, l. 57. D. de legat. 2.

Homo pro Seruo, l.135. & l.205. D. de verbor. signif. l.48. §. non solùm, D. de ædilic. edic. l.74. & l75. §. quod, D. de verbor. oblig. l.37. D. mandati, l.35. & l.108. §.1. D. de legat.1. Sic *Homo Eros*, l.9. D. qui potiores. *In petendo Homine, nomen eius dici debet, & vtrum Puer, an Adulescens sit: vtique si plures sint: sed si Nomen eius ignorem, demonstratione eius vtendum erit: veluti, Qui ex illa Hereditate est: Qui ex illa Natus est*, l.6. §. vlt. D. de rei vindic. *Debilitatum Hominem, vel verberatum, vel vulneratum restitui*, l.13. D. eod. tit.

Qui Hominem legat, l.11. D. de adimend. legat. *Homine legato*, l.18. D. de optio. vel elect. *Homine generaliter legato*, l.37. D. de legat.1. l.2. D. de opt. vel elect. §. generaliter, Instit. de legat. *Incerto homine legato*, l.25. §. si incerto, D. famil. erciſc. l.13. D. de legat.1.

Hominis legatum, orationis compendio, singulos Homines continet, l.66. §.1. D. de legat.1.

Qui Hominem debebat, l.72. §. qui hominem, D. de solutionib. *Si Generaliter mihi Hominem debeas*, l.27. §. sed si id, D. de pactis. *Qui Hominem generaliter promisit*, l.32. §. vlt. D. de condict. indeb. l.38. & l.67. §. qui hominem, D. de solutionib.

Hominem stipulari, l.13. §. si qui, D. de acceptilatio. l.72. §. Stichum, D. de solutionib. *Si certum corpus, veluti Homo, in stipulationem deductus est*, l.10. D. de acceptilatio.

HOMICIDA quis, vide in Lege Dei, Tit.1. *Qui hominem non occidit sed vulnerauit, vt occidat, pro Homicida damnandum*, l.1. §. Diuus, D. ad L. Cornel. de sicar. *Si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non vt* HOMICIDA *tenetur*, l.3. C. ad L. Cornel. de sicar.

Homicida quod fecit, semper expectet, l.3. C. de episcopali audien.

HOMICIDIVM *admittere*, l.1. §. Diuus, D. ad L. Cornel. de sicar. *Facere*, l.5. C. eod. tit. *In se confingere*, l.1. §. si quis vltro, D. de quæstionib.

In HOMICIDIO *confessus*, l.6. §. vlt. D. de interd. & releg.

HOMICIDIJ *pœna*. l.1. C. ad L. Cornel. de sicar.

HONESTAS *matrisfa*. l.41. D. de ritu nupt.

HONESTATIS *ratio non patitur fiscum retractare quod semel vendidit*, l. vlt. C. ne fis. rem quam vend. cuin. lib.10. *Honestatis Rationem habere*, l.26. D. de oper. libertor.

HONESTATI *heredis conuenit*, Paul. lib.3. Sentent. Tit.6. *Eiusdem* HONESTATIS *testes*, l.21. §. si testes, D. de testibus.

Secundum vitæ Honestatem crescit aut minuitur æstimatio Iniuriæ, §. sed pœna, Instit. de iniuriis.

HONESTAMENTA, l.4. & l.74. de decurionib. in Cod. Theod. *Honestamenti* autem nomen vsurpat & Seneca, Epist.66.

HONESTVS locupletem, & in aliqua dignitate positum significat, atque *Humili & Egeno* opponitur, l.38. §. qui nondum, D. de pœnis, §. item lex Iulia, Instit. de publ. iud. l.3. §. penult. D. ad L. Corn. de sicar. l.52. §. cum Titio. D. de furt. Arnob. lib.7. *Si ex duobus facientibus res sacras,* HONESTUS *vnus & locuples, alter, angusto lare.*

Honesti HOMINIS *nomen adsumere*, l.63. §. si verò, D ad Sc. Trebel. *Institores interdum ad Honestos* HOMINES *merces adferunt*, l.4. §. si quando, D. de institor. actio.

HONESTUS *Vir*, d. §. cum Titio. *Exquirere ex vicinis ciuitatibus Honestissimum quemque*, l.1. §. si quando, D. de magistrat. conuen. l.24. D. de tutor & curat.

HONESTI *Viri*, l.47. §. vlt. D. de fideicommiss. libert. l.12. D. de decurionib. l.2. C. quemadm. testam. & apud Paul. lib.4. Sent. Tit.6. *In multorum* HONESTORUM *Virorum prædiis lupanaria exercetur*, l.27. D. de heredit. petit. *Præsentibus Honestis Viris*, l.58. §. vlt. D. de ædilic. edic.

HONESTA *Matrona*, l.1. §. & notandum, D. de inspic. vētre. HONESTISSIMA *femina*, l.37. §. Titia, D. de legat.3. l.1. D. de inspic. ventre.

Honestior & Plebeius, opponuntur, l.1. §. vlt. D. de effractor. HONESTIORES, & *Humiliores*, opponuntur, l.38. §. qui nondum, D. de pœnis, l. vlt. D. de sepul. viol. & apud Paul. lib.5. Sent. Tit.19. 20. 22. 23. & 25. vt HONESTIORES *& Tenuiores*, l.28. §. non omnes, D. de pœnis. HONESTIORE *&* HUMILIORE *loco positi*, l.3. §. legis, D. ad L. Cornel. de sicar.

HONESTIORE *loco natus*, l.6. D. ad L. Iul. peculat. *Nati*, l.1. §. quamquam, D. de abigeis. HONESTIORIS *loci* HOMO, l.8. §. si in annos, D. de transactionib. HONESTIORES *solent non pati nomina sua Instrumentis inscribi*, l.5. §. vlt. D. de auctor. & consen.

HONESTA *Persona*, l.3. D. de testib. HONESTA *Persona*, & cōtrà, *vulgaris, vel minus* HONESTA, l.5. D. de legit. tut. HONESTÆ *personæ, Vilis & abiecta*, aduersantur, l.17. §. ait Prætor, D. de iniur. *Liberto & Filio semper* HONESTA *Persona Patris, ac Patroni, videri debet*, l.9. D. de obseq. parentib. HONESTIS *personis interuenientibus*, l.1. §. si pecunia, D. depositi. *Honestus Amor*, l.3. D. de donat. int. vir. & vx. *Modus*, l.40. D. de dam. inf. HONESTUS *quæstus*, l.52. D. de hered. petit.

HONESTO *Titulo* HEREDITATES *tribuuntur*, l.5. §. sed & si portio, D. de leg. præst.

Honesta

Honesta Affectio, l.17.§.vlt.D.de adoptionib.

Honesta Affectio, erga bene merentes, Amicos vel Necessarios: vt Inhonesta, erga meretrices, l.5.D.de donationib.

Honesta Causa est accipiendi, l.20.D.solut.matrim. *Honesta Causa*, l.11.& l.78.§.vlt. D. de furt. *Honesta*, & *Turpis causa*, opponuntur, l.1.D.de condict.ob tur.caus. *Honestior causa*, l.36.D.de fideicomm.libert.

Honesta excusatio, l.15.D.ad L.Cornel.de fals. *Interpretatio*, l. 52. D. de hered. pet. *Honesta Missio*, l.13.§.missionum, D.de re milit.l.26.D.de testam.mil. l.vlt. C. de his qui non implet. l.9.C.quan.prouoc.& apud Tacit. lib. 16. quæ nimirum *emeritis stipendiis, vel ante ab Imperatore indulgetur*, l.2.§.ignominiæ, D. de his qui not.infa. Et ita, *Honestè missus Miles*, dicitur l.5. D.de testam.milit. *Honestè Sacramento solutus*, apud Ammian.Marcellin.lib.30. *Honestè Sacramento soluti*, l.2.D. de veteran.l.7. C.de fide instrum. id est, οἱ ἐπιτίμως πληρώσαντες τὸν τῆς στρατείας χρόνον, vt loquitur Modestin.l.8.D.de excusationib.

Honestæ rei societas, l.57.D.pro socio. *Honesta Vita*, l.3.§.1.D.de donationib.l.3. D.de testib. *Honestæ Nuptiæ*, l.13.& l.44.§.si postea, D.de ritu nupt. *Honestis familiaritatis rationibus*, l. 223. §.vlt.D.de verb.signif. *Honestior status*, l.3.D.de statu defunct.

Honestum est id quod licet. *Sumptus litiganti prorogare Honestum est*, l.53.D.de pactis. *Honestũ* est etiam non quod licet solùm, sed hoc amplius, quod decorum est, conueniens, honoriq; congruum, l.142.D.de ritu nupt.l.197.D.de diuers.reg.iur. Nec vero *omne quod licet, Honestum est*, l.144.D.eod.tit. *Et minus vtile & nequaquam Honestum est mandari magistratum tenuibus & exhaustis*, l.6.D.de munerib. & honorib. *Si Arbiter aliquid non Honestum iusserit, non debent obtemperare litigatores*, l.21.§.plenum, D.de recept. qui arb. *Multa merita incidere possunt, quibus Honestum sit, libertatem seruo cum decreto præstare*, l.15.§.1.D.de manum.vind.

Honestius est, l.4.D.de in ius vocan. *Cùm in controuersiam venit vnde ad mulierem quid peruenerit Honestius est quod non demonstratur vnde habeat, existimari à viro aut qui in potestate eius esset ad eam peruenisse*, l.51.D.de donat.int.vir.& vxor. *Paulo Honestiori nomine concubina quàm amica appellatur*, l.144.D.de verb.signif.

Honestum autem quid, & quo differat à Bono, vide Senec. Epist.118.

HONESTE, id est sine turpitudine, l.16.coniuncta l.38.D.de oper. libert. *Non aliter mulier quæ vsum habet*, Hospitem recipere potest, *quàm si is sit qui Honestè cum ea habitaturus sit*, l.7.D. de vsu & habitat.

Honestè Nubere, l.6.§.1.D.de iure dot. *Non dabit tutor dotem sorori pupilli alio patre natæ, etiam si aliter ea Nubere non potuit: nam etsi Honestè, ex liberalitate tamen, fit*, l.12.D.de administr.& peric. *Honestè quædam accipiuntur, inhonestè tamen petuntur*, l.1.§. proinde, D.de extraord.cognit. *Honestè quærere*, l.6.C.de donat.int.vir. *Viuere*, l.10.D.de iustit.& iu. *Non licet tutori, respectu existimationis pupilli, erogare ex bonis eius, quod ex suis non Honestissimè fuisset erogaturus*, l.12.§.1. D.de administr.& peric.

Honestius cultu Sponsa, vel vxor, l.5.§.interdum, D.commodati.

HONOR *Municipalis, est administratio Reipubl.cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine erogatione, contingens*, l.14.D.de munerib.& honor. Inter *Honores* & *Munera* differentias videl.6. §.vlt.l.10.& l.11.D.eod.tit.

Honore Decurionum decorari, l.6.§.qui iudicij, D.de decurionib. *Honore Decurionatus fungi*, l. 12.D.eod tit. *Honores Minores, & Maiores*, l.11.D.de munerib.& honor. l.7. §.potest, D.de interdic.& releg. *Publici*, l.6.D. de munerib.& honor.

Ad Honeres admitti, l.8.D.eod. tit.

Deferri Honor, & *Honores*, l.10.l.11.& l.14.§.de honoribus, D.de munerib. & honor. vt *Gradatim Honores deferantur*, l.11.D.eod.rit. *In Honoribus delatis*, l.8.D.de vacat.& excusat.

Honorem capere, l.1.D.ad L.Iul.de vi priua. *Sustinere*, l.10.D. de munerib. *Vsurpare*, l.7.D. eod.tit.

Honores Gerere, l.14.§.vlt.D.de munerib. *Petere*, l.7.D.eod.tit.l.12.D.de decurionib. *Suscipere*, l.14.§.plebeij, D.de munerib.

Honoribus Arceri, l.12.D.de decurio. *Prohiberi*, l.6.§.quis accusa.D.de muner. *Vti prohibitus*, l.7.D.eod.tit. *Si de Honoribus decernendis alicuius passus non sit decerni*, l.13.§.si quis, D.de iniur.

Honoris causa Donatio, si vxor viro, laticlauij petendi gratia, donet, vel vt Equestris ordinis fiat, l.42. D.de dona.int.vir. *Ob Honorem aliquem Reipub.promittere*, l.19.D.de donationib.l.1.D.de pollicitationib. *Si ob Honorem fuerit pollicitatio facta*, l.3.D.eod.tit.

Honor, pro reuerentia. *Parenti, Patrono, Patronæ, Liberíſve aut Parentibus eorum,* Honos *à Libertis habetur*, l. 5. & l. 7. D. de obſeq. parentib. *Honorē Liberti Patronis habere debent*, l. 1. D. de bonis lib. *Conuenit, tam viuo, quàm mortuo Patrono, à Liberto* Honorē exhiberi, l. 4. §. aduerſus, D. de doli mali except. Honorem ei Haberi *Æquum non eſt qui mānus iniectionem ancillæ cùm excepiſſet, ipſemet eam proſtituerit*, l. 10. §. 1. D. de in ius vocan. *Nullus* Honos *debetur liberis Patroni, qui capitis accuſauerunt: Libertum paternum, vel in ſeruitutem petierunt.* d. l. 10. §. ſi liberta.

Honorem pœnè eundē ſenibus, quē Magiſtratibus Maiores noſtri tribuebant, l. 5. D. de iure immunit.

Honos *non ſeruatur Senatoris filiæ, quæ corpore quæſtum, vel artem ludicram, fecerit*, l. 47. D. de ritu nupt.

In Honorem *Matrimonij, Turpis actio aduerſus vxorem negatur*, l. 2. D. de actio. rer. amot. Honor *bene tranſacti Matrimonij*, l. 67. §. vlt. D. de legat. 2. *In Honorem nuptiarum ſpecies extra dotem à matre Genero traditæ*, Paul. lib. 5. Sentēt. Tit. 11. *Honor Maritalis*, l. 31. D. de donationib. *Qui ingenuā pleno* Honore *dilexerat*, l. 16. §. 1. D. de his quæ vt indig.

Propter Honorem *perſonæ*, l. 1. D. de cuſtod. & exhibit. Honori *perſonarum indulgetur*, l. 32. §. ſacerdotio, D. de recept. qui arbitr. *Honos Liberti auctus eſt, non Cōdicio mutata, ſi ab Imperatore anulos acceperit*, l. 33. §. 1. D. de condicion. & demonſtr. *Seruos ab Honore miniſtrandi remouit*, l. 51. D. de manum. teſt. *Si fieri quid in alicuius Honorem quis non patiatur*, l. 13. §. ſi quis, D. de iniuriis. *In Honorem alicuius poſitæ ſtatuæ*, l. 39. D. de reb. auct. iud.

Honoris cauſa Tutor datus, l. 60. §. 1. D. de ritu nupt. l. 26. §. 1. D. de teſtamēt. tut. *In* Honore *Conſulatus*, l. 30. D. de condic. & dem. *In Honorem nominis mei*, l. 76. §. patet. D. de legat. 2. *Si ager Militibus adſignatus eſt, modico, Honoris gratia, poſſeſſori dato*, l. 15. D. de rei vindic. *Cùm quis iuſſit in Municipio Imagines poni, ſi non Honoris Municipij gratia id feciſſet, ſed ſua*, l. 4. D. de annuis legatis. *Ad Honorem Ciuitatis* relictum quid cenſeatur, vide l. 122. D. de legat. 1.

Honorem Habere dicitur Teſtator his quos legato perſequitur, l. 11. §. plerumque, D. de leg. 3. *Ad ſuſcipiendum onus Tutelæ Honore legati perſequi*, l. 36. D. de excuſationib.

Honor *Hereditatis*, Valer. Max. lib. 7. cap. 7. *Hereditates non modò Honeſto Titulo, ſed & pleniore* Honore *quàm legata tribuuntur*, l. 5. §. ſed & ſi portio, D. de legat. præſtād. *Honore proprio omiſſo*, l. 26. D. ſi quis omiſſ. cau.

Honorarivs *Tutor*, l. 60. §. quid ergo, D. de ritu nupt. id eſt, *Honoris cauſa datus*, vt d. §. quid ergo. Honoris autē *Cauſa datus Tutor* nō videtur, quem Pater, à cęteris Tutoribus, quibus negotia gerenda mandauit, rationes accipere voluit, l. 26. §. 1. D. de teſt. tut. *Honorarij Tutores*, l. 14. §. 1. D. de ſolutionib. qui videlicet non adminiſtrant neque gerunt Tutelam, vt ait l. 3. §. 1. D. de admin. & peric. vbi Vlpian. huiuſmodi Tutores ait dari *quaſi Obſeruatores Actus* eorū qui adminiſtrant, *& Cuſtodes*: imputatíque eis quandoque, ſi cùm male conuerſari eos qui gerūt, videant, ſuſpectos eos non faciunt.

Honorarii, l. 14. de nauicular. in C. Th. l. 1. qui à præbitio. tiron. in eod. Cod. Nou. Th. & Valent. de metat. qui *ſine adminiſtratione* Honorariis *ſunt decorati Codicillis*, vt loquitur l. vlt. C. vbi Senator, vel. *Qui ſine adminiſtratione adumbratarum dignitatum Codicillos* Honorarios *meruerint*: vt aiunt Impp. l. 41. de decurionib. in C. Theod. quos hoc verborum ambitu deſignant Impp. *extra Palatium conſtitutos, Officiis publicis, atque Militiæ muneribus expertes: quos habent ſecretæ quietis vmbracula: quibus* Honorum *ſpecies ſuffragio eſt magis parta, quàm merito*, l. 5. & l. 6. de honorar. codicill. in C. Th. Eoſdem quoque Impp. digito demonſtrant in l. 74. de decurionib. eod. Cod. cùm aiunt, *Inanes verò vmbras, & caſſas imagines dignitatum, Codicillis honorariis ſectantes nihil adiuuari præcipimus.* Honorarios etiam intelligit Theodoſ. cùm ait, *Qui* Honorariæ *prærogatiuæ inſignibus potiuntur*, Nou. Theod. de metatis. Iuſtinian. Nou. 70. ἴσμεν γάρ, ὡς τὸ ἀρχαῖον ἦν τινὸς ὑπαρχότητος σχῆμα, ἣν Ονορεμίαν ἐκάλουν, Κωδικέλλων ἐκ τῆς βασιλείας ἐπ' αὐτῇ παρεχομένων. Ταύτην δὲ ὅπως ὠνόμαζον, ὡς ἡδονὴς ἕτερα, πλὴν φιλῆς τιμῆς, τοῖς ταύτης ἠξιωμένοις, παρεχομένης. Imaginarius ergo erat hic Honorariorum Titulus, & ſine munere: Eóque modo Auſonius. Edyll. 30. *Muneris exortem, nomine participem*, fuiſſe ſcribit.

Honorarii *Codicilli*, qui abſque adminiſtratione & cingulo, nudi honoris gratia, ſeu decoris cauſa, ab Imperatoribus concedebantur, l. vlt. C. vbi Senatores, vel clariſs. l. 41. de decurionib. in C. Th. l. 1. de oblatio. equor. eod. C. & Tit. de Honorar. Codicill. Ac proinde qui huiuſmodi Codicillis decorabantur, nulla vera & ſolida, ſed imaginaria tantùm & adumbrata dignitate potiebantur. *Honorarius Titulus*, ſine adminiſtratione, l. 21. C. de Epiſc. & Cler.

Honoraria *Dignitas*, Nou. de Iudæis. *Prærogatiua*, Nou. Theod. de Metatis, id eſt, Honorariis Codicillis delata.

Honorarium, etiam appellatur, quod à Prætoris auctoritate, iurisdictionéque proficiscitur. Vnde *Honorarium* ius, id est, Prætorium, l.65.§.si pupillo, D.ad Sc.Trebell.l.8. D. de fideiussorib.l.10.D.de verb.signif.l.95.§.quod vulgo, D.de solutionib. Ius autem Prætorium, *Honorarium, ad Honorem Prætorum nominatum*, Papinian.scribit, l.7.D.de iustit.& iu.Iustinian.verò in §.Prætorum, Instit.cod.tit. *Prætorum quoque*, ait, *Edicta, non modicam obtinent iuris auctoritatem. Hoc etiam ius* Honorarium *solemus appellare: quòd, qui Honorem gerunt, id est, Magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt*. Ac planè, *Honoratus Prætor*, appellatur ab Ouidio lib.1.Fastor. *Honorarium Ius, Ciuili*, opponitur, d.l.65.§.si pupillo, l.1.D.de munerib. & honor. l.9. C. de petitio.hered. *Iure* Honorario *obligamur ex his quæ* Edicto Perpetuo, *vel Magistratu, fieri præcipiuntur, vel fieri prohibentur*, l.52.§.iure, D.de obligat.& act. *Qui* Honorario *iure obligatus est*, l.8.§.1. D. de fideiussorib.

Honorario iure succedere, l.1.D.de munerib.& honorib.l.5.C.de condict.indeb. l.3. C.vnde legit.

Honoraria Actio, l.22.§.vlt.D.de liber.cau.l.6.§.sed etsi, D.de confess. l.1.§.si quis cum, D. de dolo, l.25.D.ad Sc.Velleian.l.1.§.hæc actio, D.si is qui testa. liber.in Lege Dei, Tit.2.l.7. C.quod cum eo.

Honoraria Actio & *Ciuilis*, opponuntur, l.28.D.de leg.1.l.11.D.de fideiussorib. l.1.D.de Publiciana, l.178.§.hoc verbum, D.de verb.significe. *Qui* Honoraria *Actione, non iure Ciuili obligatus est*, l.1.§.vlt.D.de pecun.constit. *Honorariæ Actiones*, l.1.D. de priuat.delict.l.35.D.de obl. & act.l.11.D.de acceptilatio. *Honorariæ Actiones, Ciuilibus* opponuntur, l.25.§.vlt.D.de obligat.& actionib.vt *Honorariæ Actiones & quæ iure Ciuili competunt*, l.40.D.ad Sc.Trebell. *Honorariæ Actiones, quæ rei persecutionẽ continent*, l.35.D.de oblig.& act. Sunt enim & *Pœnales*, l.32. D.ad L.falcid.l.22.§.vlt.D.de liber.cau.

Honorariæ Actiones & Legitimæ, opponuntur, l.22.D.ad L.falcid.

Iudicium Honorarium, l.39.D.de noxalib. & *Arbitria Honoraria*, apud Ciceron.pro Roscio Comœd.

Honoraria Obligatio, l.5.D.de pignorib.l.1.§.vlt.D.de nouationib. §.1. Institut. de obligat. vbi à *Ciuili* & *Naturali* separatur. *Honorariæ Obligationes*, l.8.§.vlt. D.de acceptilatio. *Honoraria pœna iniuriarum, quam Prætores introduxerunt*, §.sed pœna, Instit.de iniuriis.

Honorarius Arbiter, apud Cicero. 5. Tusculan. Et in lib. de Fato, id est à Prætore datus.

Honorarij *successores*, l.13.§.tutor, D. de acceptilatio. l.1. §. non solùm, D. vt in poss.leg.l.6. §.1.D.ad Sc.Trebell.l.7.§. in Publiciana, D. de Publiciana, id est, Prætorij: quales sunt, *Bonorum possessores*, l.6.D.ad Sc.Trebell.l.10.ad Sc.Velleian.l.1.§.non solùm, D. vt legat. nom. cau. l.9. §. illud quæritur, D.de interrogationib.l.24.D.famil.ercisc.

Honorarij *Curatores*, qui à Prætore constituuntur Vlpian.Tit.13.Regular.

Honoraria appellantur Salaria, quæ Aduocatis, Iurisconltis, Medicis, liberalium Artium Professoribus, Mensoribus, & cæteris, qui operam beneficij loco præstabant, dabantur, ab eo, quòd pro mercede, ad honorem, eis tribueretur, laboris remunerãdi gratia. *Mercedes* enim eas dicere displicuit, cùm non crederent inter huiusmodi personas Locationẽ & Conductionẽ contrahi, l.1.D.si mens.falsi.mod.l.9.D.de administr.& peric. *Honoraria Aduocatorum*, l.1.§.in Honorariis, D.de extraordin.cognition.l.38.D.locati.l.3.C.de postulan. l.2.C.de legationib.lib.10.l.13.C.de iudiciis. Vincentius Beluacensis Speculi Histor. lib.7. cap.145. *Inter* Aduocatum *& Clientem, licet pecunia interueniat, non tamen dicitur esse Locatio & Conductio: sed in his, opera, beneficij loco, præberi: & cùm quid datur, ad remunerandum dari. Et inde* Honorarium *appellari*. Vitruuius lib.15.cap.22. *Diognetus. n. fuerat Rodius Architectus, & ei de publico quotannis certa merces, pro arte, tribuebatur, ad honorem.*

Honorati l.1.C.de offic.ciuil.iudic.l.18.C.de Episc.& Cler.l.3.C.de off.diuers.iudic. l. 6.C.de postulan.Rub.de honorator.vehicul.lib.11.C. l.1. quib. equor. vsus in Cod. Th. l.1. de Offic.Iudic.ciuil.l.1.de Comit.primi ord.l.2.de decurionib.& silent.l.13.& l.20. de agẽt. in reb.l.7.de priuileg.eorum, l.1.de milit.veste, l.7. l.18.& l.10.de tironib.l.12.de veteranis, l.6.ad Legem Iul.repet.l.21.de pœnis, l.5. de indulg. debit.l.4.de suscept.præpos.& arc.l.43 de Episc.Eccl.& Cler.l.2.& l.3.ne quid public.lætit. in Cod. Th.Nou. Th. de præd.pistrin. Quo nomine generaliter omnes quacunque dignitate, siue Ciuili siue Militari præditi, & omnes omnino aliquam Administrationem habentes continentur: Vnde, *Omnes Honorati Ciuilium vel Militarium dignitatum*, l.1. C.de honorator. vehicul.lib.11.

HORA, l.3.§.minorem, D.de minorib.l.16.§.ſi ſuo, D.de vulg.& pupill.

Hora autē ἡμέρας μέρος, definitur ab Athenæo, lib.1. De cuius vocis etymo, vide Macrob. lib.1.Saturnal.cap.21.

Dies & Hora, l.3. D.de accuſationib.l.5.§.1.D.quod vi aut clam. *Interualla dierum, & Horarum*, l.4.§.vlt.D.de ſeruitutib.

Horæ aliæ *Diei*, ſunt, aliæ *Noctis*, l.7. D.de vſurpat. l.5. D. qui teſtam. fac. poſſ. Illæ *Diurnæ*, Hæ *nocturnæ*, vocantur, l.2.D. de aqua cottid.l.25.D.ad L.Iul. de adult. & apud Virgil. 3. Georgic. Diei autem, hoc eſt, lucis duodecim Horas eſſe, ex Palladio lib. 2. de re Ruſt. cap. vlt.& aliis deinceps libris patet. Id quod ipſemet luminis ac veri parens, καὶ φάτο πατὴρ pronuntiat, apud D.Ioannem Euang.cap.11. his verbis οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας: Cuius partitionis perpetuò ſeruandæ cauſa, æſtiuas Horas hibernis longiores fuiſſe, cōſequens eſt, vt & Martial.indicat cùm ait, *Hora nec æſtiua eſt*. Verumtamen more Romano, quo Dies à media nocte incipiebat, & ſequentis noctis media parte finiebatur, vigintiquattuor Horas cōplecti Dies dicitur, l.8. D.de feriis. Varro lib.Rer.Human. quem de dieb. ſcripſit, HOMINES, inquit, *qui media nocte, ad proximam mediam noctem, in his Horis 24. nati ſunt, vna Die nati dicuntur*. Citat Agell. lib.3. cap.2. quod his verbis concluditur, *Diem quem Romani Ciuilem appellauerunt, à ſexta noctis Hora oriri*. Similitérque Plinius lib.2.cap.77. *vulgus omne, Diem, à luce ad Tenebras obſeruat. Sacerdotes Romani, & qui diem definiere Ciuilem, item Ægyptij & Hipparchus, à media nocte in mediam*. Idem Varro.lib.8.de ling.Lat. *In mari motus viginti quatuor Horis lunaribus, cottidie quater ſe mutant*.

Hora Secūda diei, Paul.lib.4.Sent.Tit.6. *Tertia*, l.5.§.vlt.D.de ſeruitutib.& apud Cicer. Philipp.2. *Sexta*, l.25.§.vlt.D.de lib.& poſt.l.2.D.de ann. leg.& apud D. Matthæū, Euāg.cap.10. D.Marcum, Euang.cap.15.D.Lucam, Euāg.cap.23. *Nona*, apud D.Matthæum cap.20.& cap. 27.D.Marc.cap.15.& D.Lucam cap.23. *Decima*, l.5.§.vlt.D.de ſeruitutib.apud Paulum lib.4. Sentent.Tit.6.& Plinium lib. 2. cap.70. *Vndecima*, apud eundem Plin. ibidem & D.Matth. Euang.cap.20. *Quauis Hora lucis*, l.8.D.de feriis.

Horæ Sex antemeridianæ, l. 3. D. de oper. libert. quæ *Primæ* dicuntur, quibus *Supremæ* opponuntur, l.2.§.vlt.D.de verbor.ſignif.in qua Paulus ait, *Cuiuſque diei maior pars eſt Horarum ſeptem: primarum diei, non ſupremarum*. Extat venuſtum, nec minùs argutum, Epigrāma Grę cū, quo, primas ſex Horas diei rebus gerendis aptas & commodas eſſe traditur: eas vero quæ deinceps ſequuntur, dandas eſſe corpori, cuius, vt ille ait, fulturis animus ſuſtinetur: Idque ipſarum literarū Græcarum, quibus Horarum ſeries notatur, cōiunctione ſignificari: Supremarum enim Horarum apices numerales, ſunt Z, H, Θ, I, qui ſimul iuncti efficiunt ζῆθι, quo verbo mortales viuere, & genio indulgere, admonētur. Verſus ipſos ponam dignos non in Epigrammatum libro ſolùm, ſed vbique legi.

Ἐξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται: αἱ δὲ μετ' αὐτας,
Γράμμασι δεικνύμεναι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖς

Hora Sexta Noctis, l.5. D.qui teſtament.fac.& apud Agell. lib. 3. cap. 3. *Poſt Sextam Noctis*, ſcilicet, Horam, l. 1.D.de manumiſſionib.

Sunt & hæ Horarum differentiæ, *Matutina, Meridiana, Veſpera*, apud Plin.lib.19. cap.12.

Hora ſuprema, l.1.§.dies, D.quando appellandum ſit, *Horæ ſupremæ*, l.2.§.vlt. D. de verbor. ſignificat.

Horis alternis, l.7.D.quemadm.ſeruit.amitt. *Certis*, l.10.D.eod.tit.l.5.§.vlt.D. de aqua cottid. *Interpoſitis*, l.23.§.vlt.D.ad L.Iul.de adult.

HOROLOGIVM *Æreum quod non eſt adfixum*, l.12.§. Papianus, D.de inſtruct.vel inſtrum. Horologiorum vtique duo antiquitus genera fuiſſe cōſtat: vnum, quod Gnomone vmbras in Sole faciente, Horas indicabat. Alterum, quo Horas ęquè noctium ac dierum Aqua diuidebant. Illud *Solarium* appellatur à Plauto in Bœotia, in qua eſuriens paraſitus ei imprecatur, qui primus Horologium ſtatuiſſet. Verba eius ſunt hæc,

Vt illum dij perdant primus qui Horas repperit,
Quíque adeò primus ſtatuit hic Solarium.

Vocatur & hoc *Horologium Solarium* à Plinio lib.7. cap.vltim. & Σκιοθηκὸν, ab eodem lib. 2.cap.76. Vtramq; Horologiorum ſpeciem Caſſiodor.Epiſt.45.lib.1. Variar. deſcribit, exequitúrque in hæc verba. *Burgundionum Dominus à nobis magnopere poſtulauit, vt Horologium, quod Aquis ſub modulo fluentibus temperatur, & quod Solis immenſi compræhenſa illuminatione diſtinguitur, cum magiſtris rerum, ei trāſmittere deberemus*. Atque ibidem ex interuallo, duplex Horologiū ita diſtinguit. *Primum ſit, vbi Stylus Diei index, per vmbram exiguam Horas conſuevit oſtendere. Radius*

dius itaque immobilis & paruis, peragens quod tam miranda magnitudo Solis discurrit, &c. Secundum sit, vbi præter Solis radios, Hora dignoscitur, noctes in partes diuidens: quod, vt nihil deberet astris, rationem cœli ad Aquarum potius fluenta conuertit: Horologiorum verò illorum conficiendorum negotium dat Theoderic. Anitio Boëthio Seuerino: cuius peritiam illic commendat, quam & eius Mathematici libri testantur. Idémque Theodericus Epist. vlt. eiusdem lib. Horologium duplex ad Gundibadum Burgundionum Regem mittens, munus suum ornat his verbis. *Per harum portitores, Illum & Illum, oblectamenta, præsentiæ vestræ, Horologia, cum satis dispositoribus, credidimus destinanda. Vnũ, in quo humana solertia videtur colligi, quod totius cœli noscitur spatia peruagari. Aliud, vbi Solis meatus sine Sole cognoscitur, & Aquis guttantibus, Horarum spatia terminantur.* Idem Cassiodorus lib. de diuinis lectionib. cap. 30. *Horologium vobis vnum, quod Solis claritas indicet, præparasse cognoscor: Alterum verò, Aquatile, quod die noctúque Horarum iugiter indicat quantitatem: quia frequenter nonnullis diebus Solis claritas abesse cognoscitur. Miróque modo in terris Aqua peragit, quod Solis flammeus vigor desuper modulatus excurrit.* Quod autem Cassiodorus *Aquatile*, hoc Athenæus lib. 4. νυκτερινὸν, & ὑδραυλικὸν vocat. Isidorus lib. 20. Origin. cap. 13. *Horologium, quod ibi Horas legamus, id est, colligamus. Est enim in Solario positum: vbi à clauo, per lineam, currit vmbra, vt quamcumque diei Horam ostendat.* Verùm erras (pace tua mihi liceat dicere) bone Isidore, siue id Latinum, siue ex Latino & Græco iunctum, esse vocabulum credis. Est enim purum putum Græcum, ab Horarum mensura originem trahens. Cuius rei fides penes auctorem Etymologici esto: qui cum Eustathio, λέγῃ, Græcis, μετρεῖν, significare notat. Vnde & ab eo, æquè atque à Suida, ὡρολόγιον definitur esse, τὸ τὰς ὥρας μετρῶν: seu, ᾧ τὰς ὥρας μετροῦμεν. Ceterùm quis tam Spartæ quàm Romæ, princeps Horologia statuerit, vide Plin. lib. 2. cap. 76. & lib. 7. cap. vlt.

Hordevm, frugis genus, vt docet Paul. lib. 3. Sentẽt. Tit. 99. *Frugúmque molliſsimum*, quemadmodum Plin. lib. 18. cap. 7. tradit. *Hordeum, siue familiæ, siue Iumentorum gratia*, l. 3. §. si autem D. de penu lega. Hordeo vtiq; veteres Iumenta pauisse, vt nunc fit auena, satis constat. Vnde *Hordearium Æs*, Festo teste, dicebant, *quod, pro Hordeo, Equiti dabatur.*

Ex Hordeo in quibusdam Prouinciis zithum conficitur, l. 9. D. de trit. vino ol.

Horreorvm varia habentur genera. In Horreis enim & Frumenta, & Vina, & Penum, & Merces reponebantur, l. 19. §. proinde, D. de iudiciis, l. 12. §. idem respondit, D. de instruct. vel instr. l. 1. & l. 4. C. de locato. *In Horreo repositum Vinum, Oleum, Triticum*, l. 75. §. qui verò, D. de verbor. oblig. Proinde *Horreum* aliud *Frumentarium* est, quod & *Granarium* appellatur, l. 6. D. de adq. rer. do. cõiuncta, l. 18. D. de actionib. emp. ex quibus intelligimus, eiusmodi Horrea plerumque, ex tabulis ligneis facta, mobilia supra terram extitisse. Varro lib. 4. de lingua Lat. *In quo frumenta conduntur, Horreum, ab horrido. Horreum Penuarium*, l. 3. §. vlt. D. de penu leg.

Horreum Vinarium, l. 7. D. de instruct. vel instrum. leg. *In Horreis positum Vinum*, l. 2. C. de pericul. & comm. *In Horreis defossa dolia*, l. 76. D. de contrahen. empt. id est in cellis Vinariis. *In Horreis* etiam Merces cõdi & aliàs quaslibet res colligi & custodię causa reponi consueuisse, memini me olim in libris Selectar. Antiq. notare. *In Horreis Merces Conditæ*, l. 5. D. ad exhib. *Repositæ*, l. 9. §. itẽ si quis, D. de adq. rer. d. *Quæ custodiæ causa in Horreis extra vrbem reposita sunt*, l. 84. D. de legat. 3. *Horreum conducat, in quo res collectæ custodiantur*, l. 5. §. qui legatorum, D. vt in possess. legat. *In Horreo conditæ res*, l. 3. C. de peric. tutor. *In Horreis deposita pignora*, l. 8. C. de pignor. *Crabattus argento inaurato tectus, in Horreis tantisper conditus, qui in domo esse solebat: & quò tutiore loco haberetur, interim in Horreo allatus*, l. 20. §. instructis, D. de instruct. vel inst. *Argentum quod intra Horreum vsibus testatoris fuit*, l. 32. §. idem cũ, D. de auro arg. *Pondus Argenti quod in illis Horreis habeo*, l. 30. §. verùm, D. ad L. falcid. Denique *In Horreis homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reposuisse*, ait l. 3. §. effracturæ, D. de off. præf. vigil. ex qua apparet custodiæ earum rerum quæ in Horreis reponebantur, gratia, *Cellas, Armaria, & Arcas*, in illis veteres habuisse. *Horrea Cæsaris*, l. vlt. D. qui potio. in pign. *Fiscalia*, l. 16. de susceptorib. præpos. l. 1. de equis curulib. l. 12. de operib. publ. in C. Th. *Portuensia*, l. 1. de hort. port. eod. C. Th.

In Horreum inferre, l. 32. §. cùm ita, D. de legat. 3. *Ex reditu Horrei*, l. 20. §. 1. D. de annu. legat.

Horreorum dominus, l. 55. D. locati, l. 1. C. eod. tit. *Domini*, l. 56. D. locati, l. 4. C. eod. tit. *Locator*, l. 60. §. locator, D. locati. *Conductor*, l. vlt. §. vlt. D. qui potior. *Horreum conductum*, l. 3. D. in quibus cauſ. pign.

Horrearius, horrei conductor dicitur, l. 5. §. si horrearius, D. de his qui deiecer. vel effud. l. 5. D. ad exhibend. l. 60. §. vlt. D. locati.

Horreaticæ species, l. 3. de condit. in public. ho. in C. Th. *Hortatus malum seruum*, l. 1. §. sed vtrum, D. defer. corrup. *Hortatu alieno*, l. 20. §. vlt. D. de fideiussorib. *Tuo*, l. 20. D. de dolo mal.

HORTENSIA *Lex* à Q. Hortenſio Dictatore lata, qua Plebiſcitis legum vis atque auctoritas tributa eſt, l.2.§.deinde cùm eſſet, D.de orig.iur.§.plebiſcita, Inſtitut.de iure natur.

HORTVS in 12.Tabul.idem valebat quod *Villa*, vt Plin.lib.19.cap.3.auctor eſt. *Hortus applicitus domui*, l.41.D.de legat.3. *Hortus vicinus ædibus*, l.91.§. vlt. D. de legat. 3. *Horti in Ædificio conſtitut.* l.198. De verb.ſigni. *Horti vrbi iuncti*, l.4.§.ſi ita, D. de ſupellect. leg. *Horti Olitorij, Vinearíique*, l.13.§.fructuarius, D.de vſufruct.l.198.D.de verb.ſignific. *Horti quos Rauennæ habebat*, l.16. D.mandati. *In Hortis eſſe*, l.4.§.ſi ita, D.de penu.legat.l.3.D.de procuratorib. *Habitare*, l.5.§.domum, D.de iniuriis. HORTOS *omnibus annis ſecedere*, l.16. D. mandati. *Quod in* HORTOS *non acceſſerit*, l.1.§.dies, D.quando appelland.ſit. *Horti publici Reipubl. conducti*, l. 30. §.1. D.de legat.3.

Horti Saluſtiani, qui ſunt Auguſti, l.39.§.vlt.D.de legat.1.Tacitus lib.19.ſub finem. *Qui in partem ſiniſtram vrbis ad Saluſtianos hortos per anguſta & lubrica viarum flexerant.* Vopiſcus in Aureliano, *Diſplicebat ei, cùm eſſet Romæ, habitare in palatio, ac magis placebat in* HORTIS *Saluſtij, vel Domitiæ, viuere. Miliarenſem denique porticum in Hortis Saluſtij ornauit.* Auctor Panegyrici Conſtãtino Conſtantij filio dicti, *Nam in Saluſtianos hortos ire, peregrinatio & expeditio putabatur.* Xenophil. in Veſp. ὀλίγα μὲν ἐν τῷ παλατίῳ ὤκει· τὸ δὲ δὴ πλεῖον, ἐν τοῖς κήποις τοῖς καλουμένοις Σαλλουστείοις διέτριβεν. In Chronicis quoque Euſebij, Neruam in *Hortis Saluſtianis*, morbo periiſſe, traditũ eſt. Extat & vetus Romæ Inſcriptio in hæc verba, *M. Aurelius Pacorus & M. Cocceius & Stratocles æditui Veneris, Hortorum Saluſtianorum, baſem cum pauimento marmoreo Dianæ D.D.*

HOSPES *non ibi Habitat, ſed tantiſper Hoſpitatur : Multum autem intereſt, inter Habitatorem, & Hoſpitem, quantùm intereſt inter domicilium habentem & peregrinantem*, l.1.§. vlt. D. de his qui effud.vel deiec. *Hoſpites* ab *Aduenis* & *Peregrinis* diſtinguit Cic. in Rullum. *Quiſquis noſtro nomine ſit in poſſeſſionem, veluti Hoſpes*, l.9.D.de adquir. vel amitt.poſſ. *Hoſpites recipere*, l. 6. C. de profeſſor.& medic.lib.10. *Ab Hoſpite recipiendo excuſari*, l.vlt.§.ſiue autem, D.de munerib. & hon. *Ne Hoſpitem reciperent indultum*, l.vlt.§.vlt.D.de muner. *Hoſpites percipiendi ſunt.* l.3. C.de mun.patrim.lib.10. *Recipiẽdi Hoſpitis neceſſitas*, l.10.§.Angarior. D.de vacat.& excuſ. Cogebantur autẽ Prouinciales HoſpitioMilites, niſi eis muneris huius immunitas à Principibus, indulta eſſet, officialéſque Præſidum per municipia iter facientes, excipere, vt oſtendit l.3.§. eos milites, D.de munerib.& honorib. Inde eſt quod Vlpianus ait, Præſidi Prouinciæ prouidendum, *ne tenuis vitæ homines, ſub prætextu aduentus militum, lumine vnico, vel breui ſupellectili, in aliorum vſus tranſlatis iniuriis adficiantur*, l.6.§.ne tenuis, D.de offic.Præſ.

HOSPITARI, l.1.§.vlt. D. de his qui effuder. Senec. Epiſt. 108. *in quo cognatus aliquis ſpiritus Hoſpitaretur.*

HOSPITIVM *Conducere*, l.29.D.de dam.inf.l.15.§.vlt. D.ex quib.cauſ.maior. *Qui Hoſpitio repentino recipitur, veluti Viator*, l.6.§.vlt.D.nau.caupo.ſtab. *Hoſpitio receptus*, l.3.D.de iniuriis. *Hoſpitia præberi militibus*, l.3.§.eos milites, D.de munerib.& honor. *Hoſpitium habere cum gente aliqua*, dixit Pomponius, id eſt, ius Hoſpitij, l.5.§.in pace, de capt. & poſtl.reuerſ. *Hoſpitia & Hoſpitalia*, in l.5.§.1.D.de his qui deiecer. Habebant autem veteres, vt Vitruu. lib.6. cap.10. indicat, propria quædam triclinia & cubicula, quibus aduenientes Hoſpites recipiebãt, quæ *Hoſpitalia* dicebantur. Erant & olim in bene moratis ciuitatibus publica Hoſpitibus deſtinata loca, quæ *Xenodochia* & *Xenones* appellabantur, quorum meminit, l.16. & l.18. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l.3.§.penult. l.37. de Epiſc.& Cler. Eorum locorum qui adminiſtrationem habebant, xenodochi dicebantur, l.31.§.§.priuilegium, l.37. D.de Epiſc.& Cler. *Xenoparochi*, etiam in Municipiis memorãtur in l.vlt.D. de munerib. & honorib. quos eoſdem fuiſſe puto cum Parochis, de quibus Horat.lib.1.Epiſtolarum, & ibi Acron.& Porphyr.

HOSTES *ſunt, qui nobis, aut quibus nos, publicè bellum decreuimus : Ceteri, Latrunculi vel Prædones ſunt*, l.118.D.de verbor.ſignificat, l.24.D.de captiuis. Syneſ. Epiſt.132. Οὐδὲ γὰρ ἄξιον καλεῖν αὐτὸς Πολεμίους, ἀλλὰ Λῃστὰς, λωποδυτὰς, ἢ τοιοῦτον ὄνομα μικροπρεπέστατον, ὁ μηδένα τῶν ἐρρωμένως ὑπερομένων ὑφίστασθαι, ἀλλὰ μόνους τοὺς καταπλήττοντας ἀποφαίνουσιν. Itaque *non vt ab Hoſtibus capti, ita qui à latronibus detinentur, ſtatum mutant*, l.13. D.qui teſtam.fac.l.19.§.à piratis, D.de captiuis & poſtl.

Sed & in ciuilibus diſſenſionibus, qui in alterutras partes diſcedunt, Hoſtium vice non ſunt, l.21.D. de captiu.& poſtl. Quos autẽ nunc *Hoſtes*, eos Antiqui *Perduelles*, vocabant, *Hoſtium* appellatione Peregrinos ſignificantes, vt Gaius in l. 234. D. de verb. ſignific. & Varro, lib.4.de lingua Lat.& Cicero, lib.1.Offic. D. Ambroſ.lib.1.Offic.cap.24.& Feſtus ſcribunt, ab *Hoſtiendo*, id eſt æquando, quòd pari cum ciuibus iure cenſerentur. A quo verbo *Hoſtilinæ Deæ* nomen impoſitũ, quòd ei ſacra fierent, cùm ſegetes nouis ariſtis æquabantur, D.Auguſt.lib.3.Ciuit.

Dei

Dei.cap.8.tradit.

Hoſtis Publicus,l.1.C.de bon.libert.*Hoſtes Populi Romani*.l.4.D.ad L.Iul.maieſtat.

Hoſtium eſſe Seruus,l.27.D.de capt.& poſtlim.

In Hoſtium poteſtate Eſſe, l.4.D.de diuerſ.temporal.l.98.& l.101.D.de legat.1.*Decedere*,l.28. D.de vulgar.& pupill.

Ab Hoſtibus Capi, apud Hoſtes eſſe, Mori, Parere, In Hoſtium poteſtatẽ peruenire, Vide ſuis locis.

Ab Hoſtibus reuerſus, l.11.D.de verbor.obligat.

HOſtiles *Res*, l.51.D.de adquir.poſſeſſ.

HOSTICVS *Ager*, apud Varron.lib.4.de ling.Lat.HOſticum *canere*, apud eundem lib.5.

In Hoſtico, abſolutè pro inHoſtico loco, dixit Vlp.in l.vlt.D.de teſt.mil.Liuius lib.6.*Romano cõtra etiam in Hoſtico morandi erat cauſa, vt Hoſtes alliceret*.Idẽ lib.8.*Sine cõmeatu milites vagi, in* HOſtico *errent immemores Sacramẽti*.Sic & idem auctor lib.28.lib.29.ſub initiũ, & lib.33. & aliàs ſæpius,locutus eſt.Plinius in Panegyrico. *Quippe non ex Hoſtico raptæ, perituræq; in* Horreis *merces ſociis auferuntur*. Ammian. Marcellin.lib.19.*Plebem quæ capto Caſtello, ad* HOſticum *ducebatur*.

Si in HOſticolo *deprehendantur*,l.vn.D.de bonor.poſſ.ex teſtam.milit.

HOSTIAM *Nauigauit*, l.6. D. de lege Rod. *Hoſtia* autem, vel vt alij, *Oſtia, Vrbs* eſt *in ore Tiberis*,vt ait Liuius lib.1.Vnde & nomen ei inditum Dioniſ.Halicarnaſ.lib.3. cenſet. Illic enim ſe Tiberis in mare effundit.Strabo lib.5.Hoſtiam ait eſſe, Ὅπιν τῆς ῥώμης εἰς ὃ ἐκδίδωσιν ὁ Τίβερις παρ' αὐτὴν ῥυείς. Eam Ὄπικον τὴν ῥωμαίων πολίν, vocat idem Halicarnaſſ. lib. 1. Plin.lib.3.cap.5.*Hoſtia, Colonia, à Romano Rege deducta*, id eſt, ab Anco Martio. Aurel. Vict.de Vir.Illuſtrib.in eius Regis Elogio, *Oſtiam, Coloniam, Maritimis commeatibus opportunam in oſtia Tiberis eduxit*.Idem & Liuius lib.1.Illic portum à Claudio Imp. Exſtructum Sueton. in eius vita cap.20.narrat his verbis.*Portum* HOſtiæ *exſtruxit, circumducto dextrà, ſiniſtráque brachio: & ad introitum, profundo iam ſolo, mole obiecta: quam quò ſtabilius fundaret, nauem ante demerſit, qua inſignis Obeliſcus ex Ægypto fuerat aduectus: congeſtíſque Pilis, ſuperpoſuit altiſſimam Turrim, in exemplum Alexandrini Phari, vt ad nocturnos ignes curſus nauigia dirigerent*.

HOSTILIA lex,qua permiſſum fuit furti agere eorum nomine, qui apud Hoſtes eſſent,aut Reipub.cauſa abeſſent.Inſtitut.de his per quos ag.poſſ.HOſtilianæ *Actiones* apud Cicer. lib. 1. de Orator.

HOSTIVM *Conclauis*,l.1.D.de vent.inſpicien.*Hoſtia in aliena ædificia* Habitator *impoſuit*,l.59.D. de rei vindicat.

HOſtium *Fluminis*,l.4.D.de L.Rodia.

HOSTIARII ſerui, l.12.§.idem reſpondit, D.de inſtruct. vel inſtrum. leg.quos,more vetere,in catena fuiſſe Sueto.in lib.de inluſtrib.Grammat.ſcribit.

Hoſtiarij etiam Clericorũ numero in Eccleſia,l.6.C.de Epiſc.& Cler.dicti ab eo,vt Iſidor. lib.8.cap.12.ſcribit,quòd *præeſſent* HOſtiis *Templi: Ipſi enim*,ait ille,*tenẽtes clauem, omnia intus extráque cuſtodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & reſpuunt infideles*.

HVMANITAS, *pro humana infirmitate, ſorte, condicione*. Habebitur *ratio* Humanitatis, l.38.§.vlt. D.ex quib.cauſ.maior.l.6.& l.14.§.ſed interdũ,D.de relig.Sic *Communẽ* Humanitatẽ, Cic.pro Flac.& pro Sylla,dixit.Idem pro Roſc.Amer.*Magna eſt vis* Humanitatis,id eſt ſenſus Humani.

Humanitas etiam,vt Agell.lib.13.cap.15.ſcribit, ſignificat φιλανθρωπίαν & *dexteritatem quãdam, beneuolentiámque erga omnes homines promiſcuam*:ſed & verbo hoc, facilitas,mãſuetudo,lenitas comitáſq; ſignificatur.Seneca Epiſt.88. *Humanitas vetat ſuperbum eſſe aduerſus ſocios, vetat auarum: verbis, rebus, affectibus, comem ſe, facilémque omnibus præſtat: Nullum alienum malum putat, bonum autem ſuum id maximè, quod alicui bonum futurum eſt, amat*.Humanitatis *intuitu*,l.48. §.vlt. D. de fideiuſſorib.l.31.D.de nouationib.l.5.D.de bon.damnat.l.4. D. de manum. teſt. l.47.§. vlt.D.de fideiuſſorib.*Humanitatis gratia obtinendum eſt*,l.86.D.de adquir.vel omitt.l.16.D.de compenſationib. l.5.§.vlt.D.de bonis damnat.*Ratione*, l.6.D.de appellationib.l.1.§.ſi quis, D.de quæſtion.*Humanitatis rationi congruum eſt*,l.12.§.codicilli,D.de captiu.& poſtlim.*Pro ſua Humanitate D.Marcus hanc rem temperauit*,l.31.D.de L.Corn.de falſ.*Humanitatis Sententia*,l.3.D. de decurion.*Humanitatem habet Sententia*, l.7.§.vlt.D.de doli mali. *Humanitatem exhibere*, l.1.§. ait prætor,D.de poſtul.*Humanitate ſuggerente*,l.1. D. quãdo appell. ſit,l.13.D.de liber.& poſt.

HVMANITVS, id eſt, Humanæ mortalitatis caſu.Ita in l.30. §. ab heredib. D. de adimend. legat.*Si aliquid mihi in vita* Humanitus *acciderit*.Et §.vlt.ead.l.*Si quid ei* Humanitus *contigerit*,id eſt. *Si quid* Humanum, contigerit,vt l.26.D. depoſiti. Cic.1. Philipp. *Vt ſi quid mihi* Humanitus *accidiſſet*.Alia huius vocis teſtimonia pete ex Nonio Marc.

HVMANVS *cum inſtantia Præſes Prouinciæ*, l.33.D.de vſuris.

HVMANA *Cõdicio*,l.27.D.de cond.inſtit præſid. *Fides*,l.1. D.de pactis. *Fragilitas*,l.6.§.ſicuti, D.de off. *Natura*,l.65.§.ornatricib. D.de legat.3.& apud Horat.in arte. *Ratio*, l.12.§.codicillis, D.de captiuis,& apud Paul.lib.4.Sentẽt.Tit.12. *Sors*,l.35.§.mortis cauſa, D.de donationib.cau.mortis,l.21.D.de euictionib.l.4.C.de ſponſalib.& apud Ouid.lib.3.Triſt.Eleg.11.

Ita rem Humanam paſſus dicitur,*qui obdormiuit ad fornacẽ*,l.27.§.ſi fornicarius,D.ad L.Aquil. *Humana Gens*,Cic.lib.1.de Diuinat.& lib.3.de Finib. *Humanæ gentes*,l.1. §. vlt. D. de iuſtit.& iu. *Humanum genus*,l.1.D.de adquir.rer.do. §. Ius autem,Inſtit.de Iure Nat. & apud Caſſiod. Epiſt.11.lib.2.Variar.

Humanum Ius & Diuinũ ſeparantur,l.1.D.de ritu nupt.apud Tacit.lib.4. & Liu.lib.39. Sic *Iuriſprudẽtia Diuinarum atque Humanarum rerum notitia*,definitur,l.10.D.de iuſtit,& iu. *Humani Iuris res*,l.1.D.de diuiſ.rer.Sic *Vxor rei Humanæ atque Diuinæ ſocia domi ſuſcipi* dicitur,l.4.C.de crimin.expil.hered. *Humani generis forma*, Paul.lib.4.Sentent.Tit.9.

Humanum Conſilium,l.2.§.ſi eo,D. de magiſtrat.conuen. *Si aliquid Humanum contigerit*, l.26. D.depoſiti. *Humana membra*,Paul.lib.4.Sentent.Tit.9.

Rebus Humanis defunctus, l.2.C.vnde legit. *Excedere*,l.vlt. C. quando dies legat. *Rebus Humanis exemptus*, l.8.C.de obligat.& actionib.l.vlt.C.de peric.& commod.l.20.C.de donat. int.vir.l.10.C.ſoluto matrim.l.4.C.pro ſocio,l.7.C.quod cum eo. *Exempta*, l.26.C. de euictionib.l.14.C.de poſtlim.reuerſ.l.18.C.de iure dotium. *Exempti*,l.2.C.ad Sc.Orfit.l.4.C.ad Sc.Trebellian. *Subtracta*,l.5.C.quando dies legatorum. *Extrahere ſe*, l.23. §. excipitur, D. de ædilic. edic. *In rebus Humanis Agere*, l.1. C.de inoffic.donat. l.3.C.de donat. quæ ſub mod. l.1.C.de decurionib. *Eſſe*,l.10.D.de vulg.& pupill.l.20.§.vlt.D.de ann.legat. l.1.D. de ventre in poſſ.l.1.§ ſciendum,D.de ſuis & legit.l.91.D.de verb.oblig.l.1.D.de teſtam.tutor. *Non eſſe in rebus Humanis*,l.8.§.à primo,D.de bonor.poſſeſſ.cont.tab. l.2. D. quæ ſentẽt. ſine appellat.l.10.C.de teſtam.milit.l.3.C.de inutilib.ſtipulat. *In reb. Humanis nondum erat*, l.7.§.de fructibus, D.de except.rei iudic. *Quamuis in rebus Humanis nondum ſit*, l.10.§.1. D. de vulg. & pupill.

In rebus Humanis eſſe deſiit,l.24.D.famil.erciſc.l.3.D.de condict.triticiar. *In rebus* HUMANIS *nõ inuenitur*,l.3.C. de ſuis & legit.

Humana aliàs,idem eſt,quod benigna.

Humana Interpretatione placuit,l.1 §.qui operas,D.ad Sc.Tertyllian. *Humaniori interpretatione*,l.41.§.libertatem,D.de fideicommiſſ.libert. *Humanior eſt iſta Interpretatio*, l.24.D. de pecun.conſtit. *Cauſa admittere videtur Humaniorem Interpretationem*, l.3.D. de his quæ in teſtam. delentur.

Humana Sententia,l.4.§.1.D.de lege cõmiſſor.l.11.§.ſi interrogatus,D.de interrogationib. *Humanior Sententia eſt*,l.25.§.1.D.de vſufruct.l.24.D. de pecun.cõſtit.l.3.§.ſi pater, D.de bon. poſſ.cont.tab.l.20.§.ſi quid tamen,D.de adquir.vel omitt. *Humanior videtur eſſe hæc Sentẽtia*, l.2.D.ſi quis omiſſa,l.23.§.Iulianus,D.de ædilic.edic. *Humanior Sententia à Prætore eligenda eſt*, l.8.D. de pactis. *Humaniorem Sententiam in ambiguis rebus ſequi oportet*,l.10.§. vlt. D.de reb.dub.

Humanum eſt,l.13. D.de donationib.int.vir.l.24.D.ad municipal. *Quid tàm* HUMANUM *eſt*,l.22. §.ſi maritus,D.ſol.matrim. *Humanum fuerit*,l.37.D.de fideicom.libert.

Humanius dicetur,l.vlt.D.de ſentent.paſſ. & reſtit. *Humanius eſt dicere*,l.38.§.vlt.D.de teſta. mil. *Humanius quis dixerit*,l.56.D.ſolut.matrim.

Humanius eſt,l.51.§.1.D.de fideiuſſorib.l.10.D.de inſtitor.l.28.D.de hered.inſtituend.l.23. D.de ſeru.prẽd.vrb.l.16.§.ſi pluris,D.de pignor.l.84.D.de hered.inſt.l.23.D.de ſeruit.prẽd. vrb.l.22.D.de reb. dub.l.45.§.ſed ſi,D.mandati, *Humanius erit*,l.8. D.de optio. vel elect.leg. *Humanius interpretari*,l.112.D.de condicionib.& demonſtrat. *Humanius tractari Crimina*, l.38. §.1.D.ad L.Iul. de adulter. *Humanius Dicetur*, l.vlt.D.de ſent.paſſ. *Humanius facturum Prætorem*,l.21.D.de reb.credit.

HVMARI, l.2.D.de mort.infer.id eſt,terra condi,& ſepelire. *Humatus defunctus*,l.37.D.de religioſ. *Humatum Corpus*, l.2.§. Celſus, D.de religioſ. Varro lib. 5. de lingua Latin. *Atque corpus diuinitus Humaſſe*. Plinius lib.7.cap.54. *Sepultus intellegitur quoquo modo conditus: Humatus verò, Humo contectus.*

HUMI *dare corpus*, l.vlt. D. de auro argent.legat. *Humatio*, l.vlt.§. ſi quis, D. quod vi aut clam.

HVMERALE inter Arma numeratur,l.14.§.vlt.D.de re milit.

HVMILIS ſignificat vilem,abiectum,plebeium,nulla dignitate præditum,nullius pretij virum. Proinde Humilis honeſto opponitur,vt ſuprà demonſtraui: aliàs ei qui dignitate excellit,

cellit,vel qui in aliqua dignitate positus est,l.11.D.de dolo.*Humilis & Deploratus vnus*,l.6.D. de edendo.*Si is qui se Patrem dicit,Auctoritatis,Prudentiæ,Fidei exploratæ esset: is verò, qui controuersiam facit,Humilis,calumniator,notæ nequitiæ*,l.3.§.Iulianus,D.de liber.exhib.

Humiles personæ,l.8.§.igni,D.de pœnis.

Humilem vel abiectam feminam, non intelligi tradunt Impp.in l.7. C. de incest. nupt. quæ licet pauper,ab ingenuis tamen parentibus nata sit.Itaque Humiles abiectásque eas demum intelligendas esse definiunt,quæ ea constitutione continentur. Quod pertinet ad explicationem l.1.C.de naturalib.lib.in verbo vel *Humili,vel abiecta persona.*

Humiliores, Altioribus,opponuntur,l.3.§.legis,D.ad L. Corn. D.de sicar. Item *Potentioribus*,l.6.§.ne potentiores,D.de offic.præsid. ac denique, his *qui sunt in aliqua dignitate positi*,l.3. §.qui pecuniam,D.de suspect.tutor.Similitérque *Humiliore loco positus,ei qui in aliqua dignitate positus est*,aduersatur,l.1.§.vlt.D.ad L.Cornel. de sicar. *Si Humilis loci sit,&,si Honestior sit*, opponuntur,l.38.§.Imperator,D.ad L.Iul.de adul.

Liberi Humilioris loci,l.vlt.D.de iniuriis.*Humilioris loci esse*,l.vlt.D.de incend.rui.nauf.

Humilior Via, l.1.D.de via publ.

HVMILITAS *Vitæ*,Paul.lib.5.Sent.Tit.13.& in Leg.Dei,Tit.9.

HVMOREM *adsiduum capere & habere*,l.19.D.de seruitut.præd.vrban.*Humore madefacto*,l.57. D.locati.

Si, vitio Vesicæ,collectum Humorem continere non potest,l.14.§.item de eo.D. de ædil.edic.

HYACINTHVS l. vlt.§.species,D.de publicanis,Gemmæ species,ab Amethysto,vt Plin.lib. 37.cap.9.ait,multùm distans,*tamen è vicino descendens. Differentia hæc, quòd ille emicans in Amethysto fulgor violaceus,dilutus est in Hyacintho.Primo quoque aspectu gratus, euanescit antequam satiet: adeóq; non implet oculos, vt pœnè non attingat, marcescens celerius nominis sui flore.Hyacinthos* autem Æthiopia mittit,vt ibidem ait. *Vnio cum Hyacinthis*,l.6.D.de auro argent.

HYDROMELI, l.9.D.de tritico vino,id est,Aqua melle mixta. *Aquam Mulsam* vocat Columella,lib.12.cap.12.vbi parandæ eiusmodi mellitę Aquæ ratione pleniſſimè explicat:qua de re vide & Pallad.lib.8.Tit.7.Dioscorides lib.5.cap.13.*μελικράτου* speciē facit. Nam de Melicrato agens,*τὸ δὲ*, addit, *σκευαστὸν καὶ ἐπίθετον, ὁ ἰδίως ἔνιοι ὑδρόμελι καλοῦσι.* Quibus ex verbis apparet Dioscoridē appellasse Hydromeli conditicium& inueteratum,quod ad vsum familiæ confici,adseruaríq; à veteribus solebat.At de alia specie sentit Plin.lib.31.cap.6. cùm ait, *Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vinum ægris,veluti innocentiore potu*,&c.

HYPEROCHA rei pignori datæ,id est, quod plus est in pretio rei,quàm in primo credito, l.2,D.qui potiores:siue quod amplius est,aut vt alias dicitur,*Superfluum.*

HYPAETHRVM, l.242.§.plumbum,D.de verbor.signif.locus erat sub dio, cuius & Vitruu. meminit,lib.5.cap.9.& 11.*De velis quæ in Hypæthris extenduntur*,l.12.§.de velis, D. de instruct. vel instrum.

HYPOBOLON Constantin.lib.4. Tit.10. scribit esse, *τὸ ὅτι τῇ ποσότητι τῆς θερικῆς, ὅταν ἀποβαίνοντος τοῦ γυναικὸς ἡ θερικὴ ἀπαιτῆται παρὰ τοῦ αἰθρὸς, ὑποβαλλόμενον, ἤγουν ὑποτιθέμενον ἀπὸ τοῦ ὑποβάλλω.* quod quandoque est *ὑπὸ τινὶ ἰσχυροτέρῳ καὶ πλείονι ἄλλοτε καὶ ἀσθενέστερον καὶ βραχύτερον πίναξ.* Eustathius *ὑπόβολον*, ait, *οὐ μόνον τὸ παρὰ νομικοῖς, ἀλλὰ, καὶ τὸ ὑποβεβλημένον ἤγουν ὑποκείμενον ὅτι ὀλιγαύλῳ τόκῳ.* Vetus Glossarium, *ὑπόβολόν ὅτι τὸ ὅτι τῇ ποσότητι τῆς θερικὸς ὑποβαλλόμενον καὶ ὑποτιθέμενον παρὰ τοῦ αἰθρὸς καὶ εἰς πλέον αὐξησαζομένης τῆς θερικὸς.*

HYPOTHECA à Pignore interdum separatur,l.2.& l.16.§.vlt.D.de pignorib.l.43.& l.97.D. de solutionib.l.33.in fi.D.de vsuris,l.12.D.qui potio.in pign.l.7.D.de distr.pigno. l.38. D.de legat. 3.l.4.D.de naut.fæn.l.18.D.de nouationib.l.23.D.de probation.l.vlt. D.de contrah. empt.l.2.C.de pact.pignor. l.3.& l.6. C. de pigner. act. *Propriè enim Pignus dicimus, quod ad creditorem transit: Hypothecam cùm non transit, nec possessio ad creditorē*,l.9.§.propriè, D.de pign. act.Hæc tamen differentia à Iurisconsultis non obseruatur, qui *Pignus & Hypothecam* pro eodem dicunt.Iustin.§.inter,Instit.de actionib.*Inter Pignus & Hypothecam,quantum ad actionem Hypothecariam attinet,nihil interest: nam de qua re inter creditorem,& debitorem conuenerit,vt sit pro debito obligata: vtique hac appellatione continetur.Sed in aliis,differentia est: Nam Pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori,maximè si nobilis sit.At eam, quæ sine traditione, nuda conuentione,tenetur, propriè Hypothecæ appellatione contineri dicimus.* Vnde merito Marcian. inter *Pignus & Hypothecam* tantùm nominis sonum differre dixit,l.5.in fin.D. de pignorib.Alterum enim Latinum, alterum Græcum est verbum, à suppositione dedu-

ctum. Id enim Græcis est ὑποτίθεσθαι, quorum exẽplo etiam *Supponere*, pro, oppignerare, & *Suppositas res*, pro, pignori obligatis, Impp. dicunt l. 6. C. de pignor. act. l. 7. & l. 8. §. 1. C. de præscript. trigint. l. vlt. C. de remiss. pignor. l. vlt. §. sed pater, C. de bon. matern. l. vlt. C. si maior. fact. l. 8. §. si verò filio, C. de repud. l. vlt. C. quãdo mulie. tut. offic. Sic in Rubr. *De reb. eor. qui sub tut. vel cura sunt, sine decr. non alienand. vel supponendis*, id est, pignori obligandis. Latini certè auctores etiam *Pignori opponere*, dicunt, l. 27. D. de pignor. Terentius Phorm. *Ager oppositus est pignori ob decem minas*, Vnde iocus Catullianus,

Furi villula nostra non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Fauoni:
Verùm ad millia quindecim ducenta.

Contrahitur Hypotheca *per pactum conuentum, cum quis paciscatur, vt res eius, propter aliquam obligationem, sint* Hypothecæ *nomine obligatæ*, l. 9. D. de pignorib.

Hypothecaria actio, quæ & *quasi Seruiana* dicitur, in rem actio est, quæ creditori pignoris persequẽdi causâ datur. §. Itẽ Seruiana, Inst. de actionib. Vnde & *Pignoris Vindicatio, Petitio, Persecutióq;* appellatur, l. 9. in fi. C. de pign. act. l. 2. C. si vn. ex plurib. Marcianus ad Hypothecariã formulã librum singularẽ scripserat. *Hypothecaria persecutio*, l. 1. C. si antiquior. *Hypothecariam agere*, l. 57. D. de leg. 1. *Hypothecarij Creditores*, quibus sub Hypotheca debetur, l. 1. §. sciendum, D. de separationib. l. 1. C. de his, qui in prior. credit. l. vlt. C. qui bon. ced.

Hypocavsta *facere*, l. 16. D. mandati. vox Græca quæ Vaporarium significat, quo suppositus calor, prout ratio exigebat, vel effundebatur, vel retinebatur, vt Plin. Epist. 17. lib. 2. docet.

Fornaculæ erant in quibus ignis, ad calefactionem Aquæ balnearis, accendebatur. Eáque de causa suprà id Hypocaustum componenda tria Aëna, vnum *Caldariũ*, alterum *Tepidarium*, tertium *Frigidarium*, & ita collocanda vt ex Tepidario, in Caldarium, quantum Aquæ caldæ exisset, tantum influeret: de Frigidario, in Tepidarium, ad eumdem modum, Vitruu. lib. 5. cap. 10. monet. Papin. Silua. 5. lib. 1. *Tenuem voluunt Hypocausta vaporem.* Vnde idem Hypocausta, *vaporiferas fornaceis* vocat Silua. 3. eiusdem lib.

Hypocavstæ *Diætæ*, l. 51. §. lignis, D. de legat. 3.

Hypodiaconi, l. 7. de Episcop. Cleric. in C. Th. id est, *Subdiaconi*, vt l. 6. C. eod. tit.

Hypomnemata, l. 14. D. de excusationib. Ita *Acta* appellantur. Vnde

Hypomnematographi, l. 59. C. de decurionib. lib. 10. id est, *Commentarienses, quorum manu Acta subnotantur*, vt loquitur l. 45. §. quotiens, D. de iure fisc.

FINIS LIB. VIII.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE,

LIBER IX.

IAcêre propriè dicitur quod humi ſitum eſt. *Res quæ in litore poſt naufragium iacent*, l.1.§.vlt.de incend.rui. *Iacens res ex Naufragio*, l.5.D.eod. tit. *Qui alienum quid Iacens, lucri faciens cauſa ſuſtulit*, l.43. §. qui alienum, D.de furtis. *Iacet in Stabulo ſtercus*, l.7.D.de actionib.emp. *Alicubi Iacebant merces in angulo, aliquo*, l.4.§.vlt.D.de lege Rod.

Iacêre, dicitur *Hereditas*, quæ nõdum à quoquam adita eſt, & quamdiu ſine Domino eſt, l.5.§.ſatisfactionis, D.vt in poſſ.lega.l.13.§.quæſitum, D.quod vi aut clàm. Eodem ſenſu *Bona Hereditaria Iacêre, & vacua ſine Domino Iacêre*, Iuris auctores dicunt, l.1. D. de bonor. poſſeſſ.furioſ.l.1.D.de ſucceſſ. edic.l.4.§.eadem, D.de fideic.libert.

Iácere fundamẽta, l.1.§.1.D.de pollicitationib. *Iácere molem in mare*, l.2.§.ſi quis, D. ne quid in loc.publ. *Molibus Iactus*, l.52.§.vlt.D.de actionib.emp. *Iactæ Pilæ in mare*, l.3.vlt.D.ne quid in loco publ.

Iaciendo pilo certare, l.2.D.de aleatorib.

Iácere, aliâs eſt iactare onus, ſeu merces in mare, *Si quis ſponte rem Iecit, vel Iactauit*, l.43.§. ſi quis ſponte, D.de furtis. Vnde *Iactæ Res*, quæ in tempeſtate nauis leuandæ gratia & ſalutis cauſa in mare eiiciuntur, l.21.§.1.D.de adquir.poſſeſſ. l.9.vlt. §.D. de adquir.rer.dom.

IACTARE *Caput*, l.1.§.apud, D. de ædil.edic.& apud Tibull.Eleg.5.lib.2.Non.Marc. *Iactare, excutere, & commouere.* Varro Eumenidib. *Tibi nunc ſemiuiri teretem comam volãtem Iactant tibi Galli. Iactauit capillum*, l.20.D.quod vi aut clàm. *Miſsilia in vulgus*, l.9. §. hoc amplius, D. de adqu.rer.do. *Pilas in mare*, l.30.§.vlt.D.eod.tit. *Rem*, l.43.§.ſi quis, D.de furtis. *Iactare Rete piſcator*, l.12. D.de actionib.emp. *Iactare ſuas pecunias*, l.25.D.de probationib.

Iactare infauſtas voces aduerſus Teſtatorem, l.9.D.de his quæ vt indig. *Dum ſago Iactatur*, in Lege Dei, Tit.1.

Iactato lapide, l.5.D.L.Iul.majeſtat.

Iactatæ merces ex naue, l.7.D. pro derelicto. *Res*, l.4.§.vlt.D.de L.Rodia.

Iactare, etiam, vt ait Non. *eſt ambitioſius gloriari.* Sic *licet id ſe facturum Iactauerit*, l.225.D.de verbor.ſig. *qui ſe Imperatorem facturum heredem eſſe Iactauerat*, l.vlt.D.qui teſtam. fac. *Qui ſe legitimum creditoris Heredem eſſe Iactabat*, l.3.§.vlt.D.de tranſactionib. *Si Patroni filia Iactat Titium patrem ſuum literas ad ſe feciſſe*, l.47.§.1.D.de bon.libertor. *Quod pro ſalute principis habere ſe dicere Iactant*, l.6.D.de pœnis. *Effuſo ſermone ſeſe Iactat*, l.vlt. C. de dot. promiſſio. *Quæcumque ſic dicuntur vt præſtentur, non vt Iactentur*, l.19.§.illud, D.de ædilic.edic.

Iactatio, pro ambitioſa gloria, l.6.§.eius qui, D.de iniuſto rup.

Iactationes, l.9.C.de his quæ vi.

IACTVRA, pro damno & detrimento. Et ita, *Ex aliena Iactura lucrum Adquirere*, l.12.§.vlt.D. de diſtract.pign. *Facere*, l.38.D.de hered.pet. *Quærere*, l.17.§. Proculus, D.de Inſtitor. id eſt, ex alterius detrimento, vt l.14.D.de condict. indeb. l.206.D.de diuerſ.regul.

Iactura aduersus substantiam, l. vlt. D. de offic. præsid. *Qui Iactura adfectus est*, l. 28. §. incendiarij, D. de pœnis. *Iactura causæ adfici*, l. 1. C. ne liceat potentiorib. *Iactura debiti multari*, l. vlt. C. eod. tit. *Iactura infamiæ*, l. vlt. C. de secund. nupt.

Iacturam consequi, l. 17. D. de auctor. & conf. id est, damni æstimationem.

Iactura, pro Iactu qui ex naui fit in mare: leuandæ nimirum exonerandæquè nauis gratia, l. 2. §. cùm in eandem, & §. iacturam, l. 4. D. de L. Rodia. Cornel. Fronto de different. voc. *Iactura, quod iacitur ex onere nauis*. Cicer. 3. Offic. *Quærit, si in mari Iactura facienda sit, Equine precioſi potius Iacturam faciat, an Serui vilis*. Saluſt. ad C. Cęſarem de Republ. ordinan. *L. Posthumius, & M. Fauonius mihi videtur quasi magnæ nauis superuacua onera esse: vbi salui peruenire visi sunt. Si quid aduersi coortum est de illis potissimum Iactura fit, quia pretij minimi sunt*. Q. Curtius lib. 5. *Sed Medici quoque graniores morbos asperis remediis curat: & Gubernator, vbi naufragium timet, Iactura, quidquid seruari potest, redimit*.

IACTVS *Lapilli*, l. 1. §. hoc interdictum, D. quod vi aut clàm, l. 6. §. 1. D. si seruit. vindic.

Iactu teli, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 23.

Iactus qui fit in mare nauis leuandæ, seu exonerandæ gratia. *Iactus mercium factus*, l. 1. & l. 2. D. de Leg. Rod. *Iactus ex naue factus*, l. 43. §. si iactum, D. de furtis, & apud Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 6. Seneca Rhetor lib. 4. Declamat. *Necessitas est, quæ naufragia Iactu exonerat*. Seneca Poëta, Troade, in Choro Act. 5.

Medióque Iactum, fecit in ponto. Iuuenal. Satyr. 12.

Decidere Iactu Cœpit cum ventis.

Iactum autem, seu *Iacturam facere*, Græci ἐκβολὴν ποιεῖσθαι dicunt. Basil. Magn. in Homil. πρὸς τὸ μὴ προσπλώσθαι τοῖς βιωτικοῖς. ἀποβίπτω τῶν φορτίων τὸ πλείονα, ἵνα μὴ ὑποβρύχιον γενέσθαι τὸ σκάφος, ἐκβολὴν ποιησάσθω τῶν ἀγωγίμων ἃ μὴ δεόντως συνέλεξε: ἵνα μιμησάσθω τοὺς τῆς θαλάττης ἐργάτας. ἐκεῖνοι γὰρ, εἰ μή τι τῶν ἀναγκαίων ὅτι τῆς νηὸς ἄχρηστες τυγχάνειν κλύδων δὲ ἐπαναστῇ, ζέων ἐκ τοῦ πελάγους αὐτοῖς ἵνα καλύπτειν ἀπειλήσῃ, πεπιεσμένην τῷ φόρτῳ τὴν ναῦν, ὅπως ἔχωσι τάχος, τὸ πολὺ τοῦ βάρους ἀποσκευάζωσι. Idem in Homil. contra ebrios, ὡς χειμαζόμενα πλοῖα ἐπῆραν ὑπέραντλα γενόμενα ἀναγκαίως τῇ ἐκβολῇ τοῦ φόρτου κουφίζεται. D. Lucas Act. Apost. cap. 27. Σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν, τῇ ἐξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦντο, καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐρρίψαμεν. Ioan. Chryſost. in Epist. ad Coloss. ἵνα σώματα φυλάξωσιν ἐκβολὴν ποιοῦνται τῶν σκευῶν.

Iactus Retis, l. 11. §. vlt. & l. 12. D. de actio. empt. *Iactum* simpliciter, dixit Valer. Max. lib. 4. cap. 1. *A piscatoribus in Milesia verriculum trahentibus, quidam Iactum emerat*. Apul. Apolog. 1. *Eum memoriæ prodiderunt, cùm animaduertisset à quibusdam piscatoribus euerriculum trahi, fortunam eius Iactus emisse*. Sueton. in lib. de Clar. Rhetorib. βόλον, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, vt quidem existimo, appellauit. *Littus*, ait, *ingressi piscatores trahētes rete, adiere, & petiere βόλον quanti emerent*. Sic enim legendum censeo, non vt vulgò scribitur, *bolon*. Confirmat coniecturam meam Moscopul. in lib. περὶ σχεδῶν: βόλος inquiens, τὸ δίκτυον, ἢ ἡ τούτου βολή. Nam βόλος Græcis, tàm rete, quàm retis Iactū significat. Suid. in verbo βολίς: καὶ βόλος, ait, τὸ βαλλόμενον εἰς ἄγραν ἰχθύων. Citátque ex Epigramm. Græcis aliquot versus. Item adiicit, à Plutarcho, βόλον ὠρίασθαι, id est *Iactum emere*, dictum nec tamen locum notat. In Solone, quidē certè, scriptum inuenio. Κάων γὰρ, ὡς φασὶ, καταγόντων σαγήνην, καὶ ξένων ἐκ μιλήτου πεμφθέντων τὸν βόλον. Cuius loci interpretationem si quis requirat, is Valerium Max. interpretem adhibere potest, illo capite cuius verba S. adduximus.

Ceterùm ex eodem quo *Iactus* verbum, fonte, manauit & *Iaculi* appellatio: quod est retis piscatorij genus. Isidor. lib. 18. Origin. cap. 21. *Iactus dictus à Iaciendo. Vnde & Piscatorium rete, Iaculum dicitur*. Sic enim emēda, ipsomet duce & auctore, cuius, lib. 19. cap. 5. verba hæc sunt. *Funda, genus est Piscatorij Retis: dicta ab eo, quòd in fundum mittatur. Eadem etiam, à Iactando, Iaculum dicitur. Plautus, Probus quidem antea Iaculator eras*. Eóque sensu vocabulum hoc accipiendum apud eumdem Act. 1. Sc. 1. Plaut. Asinar.

Venari autem Iaculo apros in medio mari.

Ouid. lib. 1. de arte amand.

Hìc Iaculo pisces, illic rapiuntur ab hamis,
Hos caua contento retia fune trahunt.

IACVLARI *in campo, & per lusum*, l. 9. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Iaculandi causa*, in Lege Dei, Tit. 9. *Iaculatorius campus*, d. l. 9. §. vlt. D. ad L. Aquil.

IAM *nunc*, id est ex die præsenti, l. 29. D. de mort. cau. donat. *Iàm tunc, ex quo*, l. 10. D. de captiu. & postlim.

IANITRICES, Latinis, duorum fratrum vxores appellantur, quas Græci εἰνατέρας vocant, l.4.§.adfines, D.de gradib.& adfin. Vet.Gloss. *Ianitrices*, αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες, αἱ σύννυμφοι: Quæ etiam εἰνατέρων interpretatio apud Hesichium habetur. In glossis quoque Palæmonis hoc verbum explicatur.

IANTHINVM, l.68.§.vlt.D.de legat.3. Purpuræ genus, violacei coloris. Plinius lib.20. cap. 6. Violas purpureas à Græcis Ια appellari tradit, & ab his *Ianthinam vestem*. Idémq; eiusdem lib.cap.8.in vestibus florem commendari tradit purpureum, qui in Amethysto & Viola est. Proinde in l.1.C.quæ res vēdi non poss.vbi vulgò *Hiacynthina*, legitur, *Ianthina*, reponendū, non cōiectura modò ductus, sed & librorum scriptorum auctoritate fretus, adseuerare non dubito.

IANVAM *in publico aperuit*, l.vlt.§.vlt.D.de.seruit.præd.vrb. *Qui iniuriæ causa Ianuam effregit*, l.53.D.de furtis. *Propius Ianuam meam*, l.20.§.1.D.de seruit.præd.vrb.

IBI, ait Fest. *dicitur, cùm locus semel demonstratur. Ibidem, cùm sæpius. Ibi vbi*, l.11.D.ad L.Aquil. l.1.D.de reb.auct.iud.l.8.& l.30.D.de iudiciis.

Ibi, in interdicto de *Vi*, quemadmodum accipiendum sit, exponitur in l.1.§.ibi autem, D. de vi & vi arm. Appellatione eorum, *quæ Ibi sunt*, neque ea, quæ ad tempus, vel casu, in eo loco sunt, neque nummi, & nomina continētur, sed ea demum quæ, vt perpetuò ibi sint, posita sunt, quæ quamquam ad tempus, vel casu, absint, non eò minùs tamen continentur, l.44. l.67.& l.78.§.1.D.de legat. 3. Proinde, *si debitor pactus sit, vt quæcumque in prædia pignori data, inducta, inuecta, importata, Ibi nata, paratáve essent, pignori essent: ij dumtaxat serui qui hoc animo inducti erunt, vt Ibi perpetuò essent, non temporis causa accommodarentur, obligati censebuntur*, l. 32. D. de pignorib. *Quæ vt Ibi sint, illata fuerint*, l.7.§.vlt.D.in quib.caus.pign.

Ibi, id est, in ea re, l.18.D.rat.rem hab.l.43.D.de dam.infec. *Ibi*, id est, in vasis, l.18.D.commodati.

Ibi, pro, in leges, l.9.§.propriè.D.de diuis.rer. *Ibi*, pro in ea causa & specie, l.1. D.in ius voc. vt eant.l.35.in fi.D.de neg.gest.

Ibi, pro illic: & opponitur particulæ *Hic*, l.4.§.si quis aduentu, D.vi bon.rap.

ICOSAPROTI l.vlt.§.mixta, D.de muner.& honor. id est viginti primi.

ICTVS, id est percussus, vulneratus, l.51.D.ad L.Aquil.

ICTVS pro percussione qua vulnus infligitur, l.11.§.sed si plures, l. 15. §. vltim. & l.51. D. ad Lege Aquil. l.vlt.D.ad L. Cornel. de sicar. *Propè vno Ictu, & vno Impetu vtrumque occidere*, l.23.§.vltim.D.ad Leg. Iul. de adulter. *Si Equa Ictu à te percussa*, l.27.mulier.D.ad Lege Aquil.

ICTVS *Flagellorum*, l.12.D.de decurionib. *Fustium*, l.22.D.de his qui not.infa. l.10. §.vlt. D. de pœnis, l.14.C.ex quib.caus.infa. *Ictu Calcis*, l.5. C. ad L. Cornel. de sicar. & in Lege Dei, Tit.1.

Ictu Rami, Paul.lib.5.Sentent.Tit.23. *Ictu fulminis deustis armamentis*, l.6. D. de Lege Rod. Cic.3.Officior. *Ictu fulminis deflagrauit. Ictus fulmineus*, apud Horat.Ode 16. lib.3.Carmin.

Icta Fulmine domus, Sueton.in Augusto, cap.29.

Per Ictum Lapilli prohibere, l.5.§.meminisse, D.de oper.nou.nuncia.

Verbum, IDEST, plerumque non definiendi gratia, sed exempli loco, & παραδειγματικῶς ponitur, vt est ab aliis notatum. Patet hoc ex l.7.§.pactorū, D.de pact. l.8. D. de vulg. & pup.l.penult.D.de annu.leg.l.2.D.de supell.leg. l.3. in fi. D. de exceptio. l.3. C. ad Leg. Iul.de adul. Sic apud Gaium, lib.2. Institut. Tit.8. *Adgnati sunt per virilem sexum propinquitate coniuncti, id est, consanguinei fratres*. Aliàs hoc verbum διασαφητικὸν est, & explicatiuum, vt in l.9.D.de minorib.l.3.§.saltus, D. de adquir.possess.l.9.D.si seruit.vindic.l.13.§.etiam, D.de pignorib.l.43.D.de iniur. Interdum etiam idem valet, quod *scilicet*: vt in l.4.§.si viam, D.de vsurpationib.l.16.D.de re iudic.l.1.D.de legit.tutorib.l.68.in fi.D.de vsufruct.

ΙΔΙΟΧΕΙΡΑ pro scripturis & chirographis priuatis, l.11.C.qui potior in pign.

IDIPSVM, l.47. D.de condict.indeb.l.2.D.de naut.fæn.

IDONEVS intelligitur qui locuples & soluendo est, l.42.D.mandati. Proinde *Idoneus*, & *Inops*, pugnant, l.27.§.si minor, D.de minorib. vt *Idoneus*, & *qui nihil habet*, vel, *à quo solidum seruari non potest*, l.44.§.adulescens, & l.45.D.de administr.& peric. Item *Idoneus* & *qui lapsus est facultatibus*, l.14.D.eod.tit.l.1.§.si magistratus, D. de magistrat. conu.l.2.§.si eo.D.de administ.rer.ad ciuit.

Idoneus facultatibus sit, l.6.C.de suspect.tutor.

Si Idonei facultatibus ſint,l.15.§.vlt.D.de agnoſc.&al. *Idoneos* itaq; *Tutores*,Mater filij petiiſſe intelligitur, ſi *locupletes Facultatibus, licet non Moribus, petierit*,l.2.§.idoneos,D.ad Sc.Tertyl. *Quamquam plerumque Idonei, non tàm Patrimonio, quàm Fide quoque æſtimantur*, l. 112.§. vlt. D. de verb.oblig.

Planè alienæ litis Defenſor,alinævè rei Expromiſſor,*Idoneus*,nemo ſine Satisdatione intelligitur, l.110.§.1.D.de diuerſ.reg.l.46.§.qui alium,D.de procuratorib.§.ſi vero, Inſtit. de ſatisdationib.Et hoc eſt, quod ait Paul.*eum qui rem alienam Defendit, numquam Locupletem haberi*,l.166.D.de diuerſ.regul.

Nam is qui ſuſcipit defenſionem,etſi Cõſularis,non videtur tamen Idoneè Defendere,niſi ſatisdare fuerit paratus,l.51.§.vlt.l.52.& l.53.D.de procuratorib.*Sed neque Femina,neque Miles, neque qui Reipub. cauſa affuturus eſt,aut morbo perpetuo tenetur,aut Magiſtratum initurus eſt,aut inuitus iudicium pati non poteſt, Idoneus Defenſor intelligitur*,l.54.D.de procuratorib.*Minor vtique 25. annis qui habet Curatores, ſui non eſt Idoneus defenſor*,l.5.D.de reb.auct.iud.

Si tu Titium mihi commendaueris,quaſi Idoneum cui crederem,l.66.§.ſi tu Titium,D.de furtis.*Qui adfirmauerat Idoneum eſſe cui pecunia crederetur*,l.7.§. vlt. D.de dolo. *Si cùm ſciret eum facultatibus labi,adfirmauit eum Idoneum eſſe*,l.8.D.de dolo.*Si non ad damnum reſarciendum Idoneus eſt*,l.49.D. de adminiſt.& peric.*Indemnitati præſtandæ Idonei.* l.1.C.de diuid.tut. *Pro non Idoneis, qui ſunt Idonei conueniuntur*,l.46.§.vlt.D.de iure fiſ.*Perſonam mulieris, vt Idoneæ, ſequi*,l.27.§.1.D. ad Sc. Velleian.

Curator eligitur,qui Idoneus videbitur,l.1.§.eligitur,D.de vent.in poſſ. mitt. *Idonei Curatores*,l. 30.§.vlt.D.de excuſationib.l.39.§.vlt.D.de minorib.& contrà, *Minus Idonei Curatores*,l.1.§. ſi curatores,D.de magiſtrat.conuenien.& l.1.C.de tut.vel curat.qui ſat.non ded.

Idoneus Debitor,l.27.§.ſi minor. D. de minorib. & apud Plin.Epiſt.4.lib.4.*Idoneum Debitorem adfirmat*,l.52.§.ſeruus qui,D.de furtis.

Si in aliquid Idoneus eſſet Debitor,l.112.§.vlt.D.de verb. oblig. *Idoneos Debitores præſtare*,l.111. D.de condicion.& demonſtrat.*Parum Idoneus debitor*,l.35.D.de pigner. act. *Si poſterior Debitor Idoneus non eſſet*,l.22.§.ciuibus,D.de legat.2.*Si emptor alium non Idoneum ſubiecit*,l.14.D.de in diem addict.id eſt, qui ſoluendo non eſt,vt ibidem.

Fideiuſſor Idoneus,l.7.D.qui ſatisd.cog.id eſt,*Locuples,non tantùm ex facultatibus, ſed ex conueniendi facilitate*,vt l.2.D.eod.tit.*Si fideiuſſorum alter Idoneus eſt*,l.3.C.de fideiuſſorib. *Inopia Idonei fideiuſſoris*,l.6.§.ſuper,C.de appellationib.*Si fideiuſſoris Idonei copiam non habeat*,l.12.C.eod. tit.*Si fideiuſſores Idoneos offerre paratus ſit*,l.9. D. de publicanis. *Niſi fideiuſſores Idonei offerantur*, l.18.§.vlt.D.de peric.& commo.*Si fideiuſſoribus Idoneis caueat*,l.6. D.de fideiuſſorib. *Idoneis fideiuſſoribus datis*,l.2.C.de adoptionib.*Si fideiuſſores Idoneos daturum ſe dixit*,l.43.§. ſi quis nihil, D.de furtis.*Fideiuſſoribus Idoneis cauere*,l.6.§.1.D.de muner.& hon. *Iiſdem fideiuſſoribus, vel aliis tam Idoneis*,l.25.§.vlt.D.de recept.qui arbitr. *Si aliam perſonam non minus Idoneam fideiubentem præſtet*,l.14.§.ſed etſi,D.de pecun.conſti.Et contrà,*Si non Idoneum fideiuſſorem dederit*,l.3.D.de fideiuſſorib.vbi ait, Vlpian.*Qui admiſit aliquem fideiubentem, Idoneum eſſe comprobauit.*

Idoneos non fuiſſe fideiuſſores cùm accipiebantur,l.11.D.de probationib.*Qui minus Idoneos fideiuſſores accepit*,l.3.§.vlt.D.vt in poſſeſſ.legat.id eſt *Egenos*,vt ibidem.

Idoneus Heres,l.39.§.tutor.D.de adminiſtr.& peric.l.14.D.de minorib.*Heredes Idonei*,l.19. D.qui potior.in pign.l.47.D.de iure fiſc.*Qui non tam Idoneum Hominem elegerit, vt rectè perferri poſſit*,l.11. D.commodati.

Idoneis Hominibus pecuniam credere, l.3.C.de vſur. pupill. niſi quis,*Nominibus*,malit. *Si minus Idoneis hominibus nauem commiſit*,l.16.D.de rei vindicat.

Si vterque magiſtratus Idoneus eſt,l.45.D.de adminiſt.& peric.*Si Idoneus promiſſor non ſit*,l.112. vlt.D.de verbor.oblig.Varro lib.5.de ling.Lat.*Conſuetudo erat, cùm Reus parum Idoneus eſſet inceptis rebus, vt pro ſe alterum daret.*

Succeſſor Idoneus,l.15.§.D.ad municipal.*Idonus Succeſſor eſt ſemper Fiſcus, & ſoluendo*,l.2.D.de fundo dot.*Idoneus Tutor*,l.15.§.vlt.D.de excuſationib. l.18.§.vlt.D. de L.Cornel.de falſ.l.9. §.ego.D.de adminiſtr.& peric.l.1.§.ſi magiſtrat.D.de magiſtrat.conuen.

Idonei Tutores,l.24.D.de tutor.& curat.l.4.§.vlt. D. de fideiuſſorib. tutor.l.2.§.diuus, & l. vlt.D.qui pet.tut.l.30.§.vlt.D.de excuſationib.tut. l.vlt.C.ſi tutor vel curat.*Bene probati, & Idonei,atque Honeſti,Tutores*,l.17.§.1.D.de teſtament.tut.

Non Idoneus Tutor,l.9.D.de tutelis,l.39.§.tutor.D.de adminiſtr.& peric.l.3.C.ſi mater indemnit.

Minus

Minus Idoneus tutor, l.3. & l.4. C. de magistr. conueniend. *Ab altero minus Idoneo*, l.9. §. socij. D. de Publican. *Si venditor Idoneus non est*, l.4. §.1. D. de appellationib.

Idonea Cautio, l.50. D. de manumiss. testam. l. vlt. C. eod. tit. l.11. D. ad municipal. l.1. §. quod ait, D. quod legator, l.3. §.1. D. de administrat. rer. ad ciuit. *Cautela*, l.14. D. depositi. *Satisdatio*, l.1. §. si pecunia, D. eod. tit. *Idonea* autem *Cautio* non intelligitur, nisi fideiussore adhibito, vel pignoribus datis, l.59. §. vlt. D. mandati. Vide plura S. lib.3.

Non Idonea Hereditas, l.5. D. de separationib. l. vlt. D. de dolo. *Parum Idonea*, l.5. §.1. D. de adqu. vel omit. *Si cùm essent Idonea bona Heredis*, l.1. §. item sciendum, D. de separationib. id est, *soluendo*, vt l.6. D. eod. tit.

Idonea Nomina, l.13. §.1. D. de administr. & peric. l.21. §. Lucius, D. de annu. legat. l.11. D. de vsuris, l.2. C. arbitr. tut. *Idoneis nominibus pecunia collocari*, l.87. D. ad L. falcid. *Credi*, l.102. D. de solutionib. & contrà, *Non Idonea nomina*, l.35. D. de administr. & peric. *Parum Idonea nomina*, l.19. §. denique, D. ad Sc. Velleian.

Idonea Pignora, l.33. D. de vsuris. *Non Idoneum Pignus*, id est, quod non sufficit in quantitatem debiti, l.28. D. de reb. credit.

Idoneus, aliàs, aptum, habilem & sufficiẽtem significat. *Cùm minus Idoneus militiæ renuntiatur*, l.13. §. missionum, D. de re milit. *Idoneos & sufficientes omnes*, l.6. D. de munerib. & honor. *Cùm hi Boues non essent Idonei*, l.16. D. de in rem verso, id est, agro colendo minus apti, & sufficiẽtes. *Idoneus Accusator*, l.15. §. lex, D. ad L. Iul. de adult. *Auctor*, Ouid. Epist. Heroid. ad Æneam. Cic. Epist. 22. lib. 2. ad Attic. *Mihi satis Idonei auctores sunt ij qui à te probantur.*

Nullus Idoneus Testis in re sua intelligitur, l.10. D. de testib. *Testis Idoneus, Pater Filio, aut Filius Patri, non est*, l.9. D. eod. tit. *Idonei Testes non videntur esse, quibus imperari potest, vt Testes fiant*, l.6. D. eod.

Quod quiuis paterfamilias Idoneus facit, l.10. D. de administr. & peric. *Argentum commodatum si tam Idoneo seruo meo tradidissem ad te perferendum, vt non debuerit quis æstimare, futurum vt à quibusdam malis hominibus deciperetur*, l.20. D. de pignerat. act. *Qui non tam Idoneum Hominem elegerit, vt rectè id præferri possit*, l.11. D. commendati. *Non Idoneum seruum rei communi applicare*, l.45. D. famil. erciss. *Si minus Idoneis hominibus nauem commisit*, l.16. §. vlt. D. de rei vindic. *Valde sit Idoneus Socius*, l.6. D. pro socio.

Idoneus Homo, seu *Vir*, integræ existimationis, & minimè probrosum significat, l.42. D. de verb. signific. l. vlt. D. de tabul. exhib.

Idoneum Fundum emere, l.73. D. de iure dot. *Idonea Prædia*, l.10. D. soluto. matr.

Idoneus Paries, id est integer & minimè vitiatus, neque caducus, l.45. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Idoneus Paries*, id est, oneri ferùndo aptus, l.7. D. si seruit. vindic. l.37. D. de damn. infect. Ita autem *Idoneus* iudicatur *Paries communis, si vtrarumque ædium onera iure imposita sustinere possit*, l.36. D. de dam. infec.

Idonea Domus, l.10. D. de alimen. vel cibar. *Minus Idonea Nauis*, l.13. §.1. D. locati.

Idonea Causa, l.14. §. in causa, D. quod met. caus. l.2. D. de doli except. l.1. D. de diuers. temp. l.15. D. de reb. auct. iud. & in Leg. Dei, Tit. 2. *Idoneas Causas allegare*, l.4. §.1. D. ad l. Iul. de adult.

Idonea Culpa, l. vlt. D. rem pup. sal. fo. *Satis Idonea exceptio*, l.14. C. ad Senat. Velleia.

Idonea Fide probationis, l. vlt. C. debitor vendition. *Idonea Probatio*, l.10. C. de probationib.

Idonea quantitas, id est, sufficiens, l.55. §. qui fideicommissum, D. ad Sc. Trebell. *Idoneum Iudicium*, l.10. C. arbitr. tut. *Idonea instrumenta*, l.13. C. de nupt.

Idoneum non est, id est, sufficiens, l.18. & l.28. C. de excus. tut.

Si persona Idoneior accedat, l.4. §. vlt. D. de in diem addict. *Si plures tutores satisdare parati sint, tũc Idonior præferendus erit*, l.19. D. de testam. tut. *Si plures sint qui experiri volent, eligendus est à Prætore is qui Idoneior est*, l.3. §. si tamen, D. de homine lib. exhib. *Si plures simul agant, Prætor eligat Idoneiorem*, l.2. D. de popul. actio. *Idoneiores prædiis fiscalibus habeantur*, l.5. §. coloni, D. de iure imm.

IDONEE *Cauere*, l.41. D. de hered. petit. l.1. §. vlt. D. de magistr. conuen. l.11. §. si hæres, D. de lega. 3. l.2. D. de fideic. libert. *Cautum*, l.2. C. de magist. conu. *Repromissurã*, l.60. §.1. D. mandat. *Satisdare*, l.3. C. de postl. reuers. Quid sit autem *Idoneè cautum*, explicat l.4. §. addici, D. de fideicommiss. libert.

Idoneè defendere, in l.1. D. de diuers. temp. id est *rectè*, & l.5. §. vlt. D. quib. ex caus. in poss. *Idoneè tueri causam ad se pertinentes*, l. vlt. §. vlt. D. de appellationib. *Minus Idoneè rem administrare*, l.1. C. de his qui veniam. *Satis Idoneè prospectum*, l.1. C. quor. legator. *Magis Idoneè reficere parietem*, l.41. D. de dam. infec. *Idoneè venisse*, l.13. D. de act. empt.

IDVS *Septembres*, l.122. §.1. D. de verbor. obligat. *Idibus Septembribus*, l.89. D. de solutionib.

IECVR, l.12. §. vlt. D. de ædil. edic. vbi os alicui interdum olere dicitur, quòd Iecur oleat.

IGNARVS, id est Ignorans, l.29. in prin. §. si cùm debitor, D. mandati, l.19. D. locati. *Ignarus & Sciens* aduersantur, d.l.29. §. quędam, *Ignarus Edicti*, l.3. §. si quis ignorans, D. de Senat. Sillan. *Legati*, l.9. §. ita demum, D. ad exhibend. *Status sui*, l.41. D. de reb. credit. *Sui iuris*, l.1. D. de legat.3. *Vel est vel debet esse non Ignarus condictionis eius*, l.19. D. de diuers. regul. *Ignarus condictionis suæ*, l.2. C. si seruus aut lib. lib.10. *Ignarus de statu*, l.12. §.1. D. de liber. caus. *Ignarus vxorẽ suam esse prægnantem*, l.35. §. miles, D. de testament. milit.

IGNAVIA inertiam & desidiam significat, l.26. §.1. D. de fideic. libert. *Ob ignauiam remoueri tutor*, l.4. §. vlt. D. de suspect. tut. *Ob ignauiam repulsi tutores*, l.2. §. sed quod diximus, D. ad Sc. Tertyll. id est *ob Inertiam*, vt l.3. §. vlt. D. de suspect. tutor. *Ignauiam prætendentes audiri non oportere*, l.78. §. etiam, D. de legat.2.

IGNIS *extinguendi causa*, l.3. §. penu, D. de penu. lega. *Ignem habere Innocentem*, seu *Innoxium*, l.9. §. si colonis, & l.11. §.1. D. locati. *Negligentius*, l.3. §. cognoscit, D. de offic. præf. vig.

Ignem facere in suo, l.8. §. vlt. D. si seruit. vind.

Si ita Ignem habeas, vt metuam ne mihi damnum des, l.27. §. si furnum, D. ad L. Aquil.

Si quis in stipulam suam, vel spinam, comburendæ eius causa, Ignem immiserit, & vlterius euagatus & progressus Ignis alienam segetem, vel vineam, læserit, l.30. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Si Ignis ad vicini insulam peruenerit*, l.27. §. si quis insulam, D. eod. tit.

Si quilibet extraneus Ignem iniecerit, l.12. D. locati. *Si aliis Ignem subiecerit fornaci*, l.27. §. si fornicarius, D. ad L. Aquil.

Igne illato, l.11. §. vlt. D. locati.

Aqua & Igni accipi, l.66. §. virgini, D. de donation. int. vir. *Aqua & Igni interdici*, l.59. §. si heres, D. de hered. instit. l.1. §. hi quibus, D. de legat.3. *Aquæ & Ignis interdictio*, l.29. §. quod si, D. de liber. & postum. l.2. §.1. D. de pœnis, ex aliis locis quos s. lib.1. adduximus.

Igni cremari, l.28. §. Igni, D. de pœnis. *Necari*, l.9. D. de incend. ruin.

IGNOBILIS *Patrona*, l.13. D. de ritu nupt.

IGNOMINIA, auctore Nonio est *nominis nota*. M. Tullius de Republ. lib.2. *Censoris iudicium nihil ferè damnato adfert, nisi ruborem. Itaque vt omnis ea iudicatio versatur tantummodo in Homine, animaduersio illa, Ignominia dicta est*. Sic enim illum Ciceronis locum apud Nonium emendandum puto. Isidorus etiam eandem notationem huius verbi refert lib.5. Etymol. cap.27. Itaque pro censoria nota *Ignominiæ* verbo vsus est Cicero non semel in Oratio. pro Cluentio. Refertur & inter militares animaduersiones, à Festo lib.4.

Ignominia Mitti, l.6. §. qui se, D. de re milit. *Missus*, l.4. §. ignominia, & l.13. §. missionum, D. de re milit. *Missi*, l.8. §. sed ignominia, D. de excusat. tut. l.2. §. mil. D. de his qui notan. infam. l.3. C. de re milit. lib.12.

Cum Ignominia mittendus est miles, l.38. §. vlt. D. de pœnis. Liuius lib.3. *Antiates mille milites, quia ferum auxilium post prælium venerat, cum Ignominia dimissi*. Sueton. in Caligul. cap.44. *Legatos qui auxilia serius ex diuersis locis attulerant, cùm Ignominia dimisit*. Idem in Iulio cap.29. *Et nonam quidem legionem, quanquam adhuc in armis Pompeius esset, totam cum Ignominia missam fecit*.

Ignominiæ causa missus, l.2. D. de his qui notant inf. & l.13. §. missionum, D. de re milit. *Missi*, l.26. D. de testam. milit.

Non Ignominiæ causa missus, l.38. §.1. D. de testam. mil.

Ignominia, pro infamia, vt, *Cessat Ignominia, in Condictionibus*, l.36. D. de obligat. & act. id est, condictiones nullam infamiæ notam irrogant. *Ex crimine quod Ignominiam importat*, l.5. D. de decurionib.

Ignominia notatus, l.24. D. ad leg. Iul. de adult.

Ignominia, pro dedecore. *Non Modica filij Ignominia est, si parentem seruum habeat*, l.1. D. de liber. cau.

IGNOMINIOSVS, & *Integræ famæ*, pugnant, l.7. D. de recept. qui arbitr.

Ignominiosa Missio, l.3. §.1. & l.1. D. de re milit. ἄπιον ἄφεσιν vocat Modestinus, l.8. D. de excusationib. *Ignominiosa* vtique missio ab Vlpiano definitur esse, *quoties is, qui mittit, addit nominatim, Ignominiæ causa se mittere*, l.2. §. missionum, D. de his qui not. infam. *Ignominiosa missionis causa est, cùm quis propter delictum sacramento soluitur*, l.13. §. missionum, D. de re milit.

Ignominiosa filia, l.24. §. vlt. D. ad lege Iulian. de adulter. *Liberta*, l.48. §.1. D. de ritu nupt. id est, probrosa. *Si tam Ignominiosam duxerit vxorem filius vt dedecori sit, tam ipsi, quàm patri, mulierem talem habere*, l.3. §. si emancipatus. D. de bon. poss. contra tab.

Ignominiosi milites, l.8. C. de quæstionib.

IGNORARE & *Scire*, aduersantur, l.42. & l.112. §.1. D. de legat.1. *Ignorare Factum, vel Ius*, l.29. §.1.

29.§.1.D.mandati,l.6.& l.9.§.1.& §.ſi quis ius,D.de iur.& fac.ignor.l.10. & l.11. C. eod.tit. l.9.C.ad L.falcid.

Ignoraſſe alienam vel obligatam rem,l.21. D.de probationib. *Qui ignorabat vires Teſtamenti*, l.8. D.de hered.petit. *Qui ſe Ignorare Edicti ſeueritatem prætendant*, l.15.D.de lege Corn.de falſ. *Si quis dicat Ignoraſſe ſe litteras*, l.11.§.proſcribere, D.de inſtitor. *Si Ignorat dominum deceſſiſſe*, l. 14. D.qui teſtam.fac.*qui vitium fugitiui latens Ignorauit*,l.55.D.de ædil.edic.

Ignorare de iure ſuo,l.3.D.de iur.& fac.ignor.

Ignorans & Sciens,opponuntur l.11.§.Caſſius,&l.21.§.1.D.de actio.emp.l.13.D.de contrah. empt.l.3.§.ſi quis ignorans, D. ad Sc. Silanian. *Si Ignorans quis*, id eſt, *Imprudens*, l.50.D. locati.

Ignorans ſoluere,l.36.D.de donat.inter vir.*Ignorans vniuerſa quæ in vero erant*,l.9.§.qui per,D. de tranſactionib.

Ignorantes fraudem commiſſam , l.35. D. de pact. *Ignorantibus ex teſtamento emolumentum quæritur*,l.77.§.ſurdo,D.de legat.2.*Etiam Ignorantibus perſonales actiones adquiruntur*, l.16.D. qui teſtament.fac.l.24.D.de obligat.& act.

IGNORANTIA & *Scientia*,aduerſantur,l.28.D.qui & à quib. *Ignorantia vel facti* , *vel Iuris eſt*, l.1.l.2.l.4.l.7.& l.9.D.de iur.& fac.ignor.l.1.l.2.& l.3.C.eod.tit.Exempla vtriuſque generis pete ex d.l.1.

Ignorantia excuſatur,*non Iuris*, *ſed facti*, l.11.§.non ſolent, D.de his qui notan.infam.*Per Ignorantiam Iuris legatum ſibi ſcripſerat*,l.15.§.matri,D.de lege Corn. de falſ. *Si per Ignorantiam facti pecuniam expromiſit* , l.vlt. D.de Sc.Macedonia.*Non debitam quantitatem pro alio ſoluiſti*, l. 6. C. de condict.indeb.*Per Ignorantiam Iuris ſui*, l.26.§.1.D.de fideic.libert.

Iuſta Ignorantiæ cauſa,l.25.D.de probationib.*Ex magna & iuſta cauſa Ignorantia interueniente*, l.3.§. ſed etſi,D.quod vi aut clam.*Iuſtam habet Ignorantiam legatarius*,*cui homo legatus eſt*,*quotam partem vindicare debeat*,l.76.§.vlt.D.de rei vind.*Qui in alterius locum ſuccedunt*,*iuſtam habent cauſam Ignorantiæ*,*an id quod peteretur deberetur*.*Fideiuſſores quoque*,*non minus quàm Heredes*,*iuſtã Ignorantiam poſſunt allegare*,l.42.D.de diuerſ.reg.*Iuſtiſſima Ignorantiæ cauſa allegata*,l.1.§.Item ſciendum,D.de ſeparationib.*In alieni facti Ignorantia tolerabilis error eſt*,l.vlt.D.pro ſuo.

Ignorantia accipienda eſt non deperditi & nimium ſecuri hominis , l.3. D.iur. & fac.ignor.*Nec ſupina Ignorantia ferenda eſt factum Ignorantis*,l.6.D.de iur.& fac.ignor. *Ignorantia emptori prodeſt*, *quæ non in ſupinũ hominẽ cadit*,l.15.§.vlt.D.de contrah.empt. *Alia* ergo eſt *Iuſta*,alia *Supina Ignorantia*,quæ & *Diſſoluta Ignoratio* appellatur l.55. D. de ædilic.edic.*Si talis ſit Ignorantia in eo*,*vt dolo careat*,l.2.§.& generaliter,D.de doli except.

Ignorantia excuſat,l.16,§.contrarium,D.de pigner.act.*Nec Ignorantia eius erit excuſata*,l.19.§. 1.D.locati.

Ignorantia rerum forenſium,apud Vlpian.Tit.12.Regular.*Ignorantiæ Heredum ſubuentum*,l.vlt. §.vlt.D.de fideiuſſor.tutor.

Per Ignorantiam Delinquere,in Lege Dei Tit.1. *Impletum mandatum*,l.26.D.mandati. *Solutum*, l.8.D.de Senatuſc.Maced.*Non ſummouerit exceptione*, *petentem*, l.47.D.de condict.indeb.

Ignorantia emimus,id eſt,per ignorantiam & errorem,l.44. D. de vſurpationib. *Delictorum quæ ſponte*, *vel Ignorantia contrahuntur*l.1.D.de legib.*Ignorantia venditoris falli*, id eſt, per Ignorantiam, l.1.§.cauſa,D.de ædilic.edic. *Sic Ignorantia inſtrumentorum*,l.47.§.47. D. de admin. & peric.

IGNORATIO, pro Ignorantia vſurpatur,l.11.D.de diuerſ.temp.*Diſſolutam Ignorationem Emptoris excuſari non oportebit*,l.55.D.de ædilic.edic.

Ignorationem facti prætendere,l.7.D.ad Senatuſconſ.Velleian.*Deceptus Ignoratione facti*,l.17. §.vlt.D.de his quę vt indign.*Iuris Ignoratione lapſi*,l.79.D.de legat.2.

IGNOSCERE,ait Seneca lib.2.de Clement. cap.vlt. *eſt* , *quæ iudicas punienda non punire*. Cic. Epiſt.15.ad Brut.*Sed ſceleris pœnam prætermittere*(*Id enim eſt quod vocatur Ignoſcere*)*etiamſi in ceteris rebus tolerabile eſt*,*in hoc bello pernicioſum puto*.

Ignouit lex Aquilia Seruo qui Domino paruit, *periturus ſi non feciſſet*, l.2.§.1.D.de noxalib. *In his quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris*,*Ignoſcitur Seruis*,*ſi vel Dominis*,*vel his qui vice Dominorum ſunt*,*veluti Tutoribus & Curatoribus*,*obtemperauerint*,l.11.§.ſi tutoris,D.quod vi aut clàm, l.157.D.de diuerſ.regul.

Ignoſcitur Ætati, l.5.§.ætati,D.de his quæ vt indign.*Ignoſcendum eſt ei qui ſe vlſciſci voluit prouocatus*,l.14.§.ſi libertus,D.de bon.libert. *Ignoſcẽdum eſt Fideiuſſori*,*ſi non diuinauit debitorem ſoluiſſe*,l.29.§.ſi cùm debitor.D.mandati. *Æquiſſimum erit Ignoſci marito*, l.1.§.ſi omnes, D. de in-

ſpic.vent.*Facilè ignoſci*,l.2.§.idoneos,D.ad Sc.Tertullia.*Puto Ignoſcendum*,d.l.2.§.tractari.

IGNOTVS *Iuris ſui*, id eſt, ignarus: ſeu qui ius ſuum ignotum habet,l.2.§. vlt.D. de iure fiſci.

Ignotus,id eſt incognitus,minimè notus.*Ignotus patri pupillorum*, §. item propter, Inſtit. de excuſatio.tutor.*Ignotus teſtatori*,l.46.D.de hered.inſtit. *Si iniuria mihi fiat ab eo cui ſum Ignotus*, l.18.§.vlt.D.de iniuriis.*Extraneum etiam penitus Ignotum*,l.11.C.de hered. inſtit. *Ex Ignoti Teſtamento*,Sueton.in Auguſto,cap.66.*Poſtquam apertiſſimè fuerit Ignotus pater vbi degit*,l.10.D.de ritu nupti.*Ignoti Domini*,l.1.C.de theſaur. lib.10.

Ignota Mors & Nota,opponuntur,l.65.§.item ſi,D.pro ſocio.*Ignoti Iuris non eſt*,l.5.C.de reuocand.iis quæ in fraud.credit.*Si Ignota nomina ſeruorum eſſent*,l.28.D.de reb.dub.

ILICO,id eſt,ex continenti,l.1. §. cùm adiicit, D. de verbor. obligat. l.17. D. de vi & vi arma.

Ilico,& poſtea ſtipulari,opponuntur,l.10.§.ſi cui mandauero,D.mandati.

ILIVM,ait Seruius in lib.3. Æneid.*In Phrygia minore*.Vnde *Ilienſes*, quibus & *propter inclytam nobilitatem ciuitatis*, *& propter coniunctionem originis Romanæ*, *pleniſſimam immunitatem tributam*, ait Calliſtrat.l.17.§.D.de excuſationib.Suetonius in Claudio,cap.24.*Ilienſibus quaſi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remiſit. Ilienſibus conceſſum eſt,vt qui matre Ilienſi eſt,ſit eorum municeps*,l.1.D.ad municipal.

Ilienſis Minerua, apud Vlpian.tit.23.Regular.

ILLE in Pandectis,idem valet quod Græcis ὁ δεῖνα. Eóque articulo quælibet perſona,vel res cuius propriam appellationem commemorare nihil attinet exempli gratia demonſtratur: quo in genere vulgaris noſtra lingua vocem(talis) vſurpat.

Ille Illius Filius exheres eſto,l.15.D.de liber.& poſt.*Ille Illi ſalutem*,l.59.§.ille,D.mandati,l.32. D.de donationib.*Illi & Illi des præſtes*,l.37.§. pater, D. de legat.3. *Illi & Illi libertis meis*, l.16. D.de donationib.l.31.D.de ſtatuliber.l.35.D.de vſu & vſufruct.*Illi cum Illo do*, l.31.D.de ſtatuliber.

Illum & Illum Medicos,l.41.§.Lucius,D.de fideicomm.libert.*Seruos*,l.10. D.eod. tit. Caſſiodorus Epiſt.vlt.lib.1.*Per harum portitores*,*Illum*,*& Illum*.Sic & *Illam & Illam ancillas*, l. 45. §. vlt. D.de fideic.libert.

Ille aut Ille,l.123.D.de verb.ſignific.Ouidius lib.1.de Arte amandi.*Ille vel Ille duces*, *& erũt quæ nomina dicas. Illi aut Illi*,l.108.§.huiuſmodi,D.de legat.1.*Ille ſcripſi*,l.41.§.vlt. D.de vſuris. *Ille quem ſcio ex me natum non eſſe*,l.14.§.vlt.D.de liber.& poſt.*Ille*,*ex parte tota*,*Ille*,*ex tota*,l.1.§. vlt.D.de hered.inſtit.*si Ille heres non erit*,*Ille heres eſto*,l.36.D.de vulg.& pup. *Ille ſeruus*,l.2.D. de condici. inſtit. *Ille patruus & curator ſtipulanti ſpopondit*,l.43.D.de adminiſt. & peric. *Illum ſiſtas?* l.38.§.ſi quis ita,D.de verb.obligat.

Ille Fundus centum eſto tibi emptus,l.1.D.de in diem addict.*Fundos meos*,*Illum & Illum*,l.12.D. de aliment.vel cibar.l.20.§.liberto,& §.Gaio,D.de inſtruct.vel inſtr.*Illi fundum Illum*,l.32.§. cùm ita,D.de legat.2.

Illam rem aut Illam,*vtrum ego velim*, l.vlt. D.de verbor. oblig. *Si duas res promiſerit*,*illam*,*aut illam*,l.7.§.hodie,D.de minorib.*Illud aut Illud*,l.13.§. vtrum, D.de reb.dub.l.76.D.de verb. oblig.

Sub pignore, *Illo*,*& Illo*,l.59.§.ille,D.mandati.*In Ciuitate illa*,*Domo Illius*, *Menſe Illo*, *Conſulibus Illis*,l.3.D.de accuſationib.*Illa Domo*,l.111.D.de verb.oblig.*Illo die*,l.12.§.ſi poſt,D.ad exhibendum.

Illis Calendis,l.47.D.de verb.oblig.*Illo loco*,l.124.D.*De Illo Pomponius dubitat*,l.12.§.de illo, D.de vſufruct.*Quæritur*,l.3.§.de illo,D.pro ſocio,l.13.§.de illo,D.de dam.infect.*Videamus*,l. vlt.§.vlt.D.de bon.eor.qui ante ſent.

ILLECTA *Stipula*,l.30. §.1. D. de verb.ſignif. quæ meſſe facta ad ſpicilegium remanet nondum lecta,ſeu collecta.

ILLIBATVM *Quadrantem habere*,l.20.§.Papinianus,D.famil.ercis.id eſt integrum nec deminutum.

Illibata Exiſtimatio,l.7.C.de ſentent.paſſ.*Perſecutio*,l.3.C.de præd.minor.*Poteſtas*,l.2.§.1.D. de his qui ſui.

ILLICERE, *ſi ipſa eum Illexerat*,l.1.§.ſi plures,D.de inſpic.vent.

ILLICITVM,*Licito* opponitur,l.1.D.de iuſtit.& iu. *Illicitúmque* dicitur,quod per Leges,Senatuſconſulta,Edicta,Cõſtitutiones principum,non licet:quod vetitum,& prohibitum eſt. *Illicita Adoptio*,l.8.C.de præſcript.longi temp.*Auaritia Exactorum*,l.6.§.præſes,D.de off.præſ.

Diuinatio,l.15.§.si quis astrologus,D.de iniuriis.*Illicita Computatio*, l. 2. §. si indemnitas, D.de administrat.rer.ad iudic.*Matrimonij coniunctio*, l.38. §. idem, D. ad L. Iul. de adulter. *Mutui datio*,l.8.C.quod cum eo.*Venditio*,l.1.C.de vsucapio. pro empto.l.1. C.de commun.rer.alienatio.

Illicitæ Mercis negotiator,l.1.D.de his quæ vt indign.*Illicitarum Mercium persecutio*,l.11.§. illicitarum,D.de publicanis.*Illicitis Mercibus comparatis*,l.3.C.de naut.fæno.

Procurationem suscipere,non est Res Illicita,l.15.C.de procuratorib.

Illicitam rem admisit,l.13.§.si quis iuxta, D.de damn. infect. id est vetitam 12. Tabul. vt apparet ex l.3.D.de mortuo infer.*Ne illicitam rem faciat*,l.13.D.de seru.vrb. præd.id est, *rem non permissam*,vt ibid.

Illiciti Cœtus,l.2.D.de extraord.crimin.*Illicitæ Congregationes*,l.2.C.de summa trin.

Illicitis cruciatibus adfici,l.4.D.de decurionib.

Illicitæ exactiones,l.6.§.illicita, D.de offic.præsid. *Illicitis petitionibus abstinendo*, l. 12. C. de rescind.vendit.

Illicitum Collegium,l.1.§.vlt.D.de offic.præf.vrb.*Illicita Collegia*, l.1.§.1. l.2. & l.3. D. de colleg.

Illicitum fœnus,l.13.§.Papinianus,D.de actionib.empt.l.14.C.de vsuris.*Illicitæ vsuræ*, l.11.§. si in sortem,D.de pigner.act.l.20.D.de vsur.id est, *Supra licitum modum promissæ*, vt d. §. si in sortem.

Illicitum Iusiurandum,l.5.§.sed si quis,D.de iureiur. *Mandatum*, l.8. D. de vi & vi arm. *Matrimonium*,l.38.§.1.D.ad L.Iul.de adulter. l.61. D. de ritu nuptiar. l.27. D. de vsu & vsufruct. leg.

Illicita Compendia,l.5.C.de postulando.*Ministeria*,l.6.§.illicita,D.de offic.Præs.

ILLICITE *Ædificare*,l.2.D.ne quid in loco pub.*Si quis illicitè ædificasset,hoc est,quod dirui Constitutiones iubent*,l.11.§.si quis illicitè,D.de legat.3. *Quod illicitè adiectum est*, id est, *supra Statutum vsurarum modum*,l.29.D.de vsuris.*Si quid Illicitè commiserunt*,l.vlt.C.an seruus pro suo fac.*Illicitè comparatum prædium*,l.9.D.de re milit.*Illicitè contrahi matrimonium*, l.38.§.1. D. ad L.Iul.de adult.*Illicitè damnatus*, l.6.§.quod si quis,D.de iniust.rupt.*Illicitè ducere pupillam*,l.60.§.quamuis,D.de ritu nupt.*Ducta vxor*,l.2.D.de his quę vt indign.*Nubere*,l.3.§.si quis libertam,D.de suis & legit.

Qui Illicitè quid exegerunt,l.6.D.de publican. *Quod Illicitè, publicè priuatimque, exactum est*, l.9. §.quod illicitè,D.de publican.*Quod Illicitè extortum est*, l.8.D.de calumniatorib.

Si ferrum Illicitè in prædio fecerunt,l.vlt.§. magnus,D.de publican.

Illicitè factum,l.1.§.1.D.de oper.nou.nunc.*Habita quæstio*,l.20.§.vlt.D.de quæstionib.

Si Illicitè aliquid in Naue imposuerint,l.11.§.dominus,D.de publican.*Illicitè imposita signa*, l.1. C.vt nemo.priuat.

Illicitè postulare,l.7.C.de iudic.*Quod Illicitè poscitur*,l.3.C.vectigalia noua.

Illicitè datum,l.1.D.de his quæ vt indign.*Legatum relictum*, l.vlt. D.eod.tit.*Scriptum*, l.14.§. 1.D.de L.Corn.de falsis.

Illicitè venundatum,l.10.D.de reb.eor.

ILLIGARE *se periculo*,l.1.§.sæpe,D.depositi.*Ne Illigetur,etiam ablata Hereditate*,l.6.§.vlt.D.de interrogationib.

Cymbia argentea crustis aureis Illigata,l.32.§.1.D.de aur.argent.*Dolia ita Illigata ædibus ibi vt perpetuò posita sint*,l.26.D.de instruct.& instrum.

ILLOTIS, *vt ita dixerim,manibus*,l.1.D.de orig. iur.

ILLVMINARI *Fides*,l.6.C.de accusationib.*Veritas*,l.10.& l.12.C.de quæstionib.

ad Illuminandam veritatem,l.10.§.plurimum,D.de quæstionib.

ILLVSTRIS, Titulus est dignitatis,l.60.l.61.de decurionib.lib.10.C.l.vlt. C. de iniur. Tribuitur hic Titulus,Præfectis vrbi, Quæstoribus, Magistris militum, Magistris officiorum, Comitibus rerum priuatarum,Comitibus domesticorum,Principibus Agentium in rebus, l.32.C.de appellat.l.2.§.sin autem,C.de temporib.appell. l.6. C. vbi causæ fiscal. l.vnica,C. ne rei milit.Comitib.l.11.C.de adsessorib.l.8.C.de defensorib.ciuit.l.1.C. de aduoc.diuers. iud.l.vlt.C.de decurioni.lib.10.l.vlt.de susceptorib.eod.Et ita,*Illustres personas* accipe, l.26. §.1.C.de vsur.& *Illustrem mulierem*,l.5.C.ad Sc.Orphitia.Necnon *Illustrem Dignitatem*,& *Illustrem Administrationem*, l.32. & l.36.C. de appella.l.63.& l.65. C.de decurionib. lib.10.Vet. Gloss.*Illustres* πρωτοπαπάδες. Aliud Vet.Glossar.*Illustrium*, ἀξιωματικῶν, ἢ συγκλητικῶν. Erat autem *Illustrium* dignitas omnibus aliis superior, ceteráque omnes antecedebat, vt appa-

ret cùm ex l.vn.C.de ratiocin.oper.pub.& ex l.vlt.C.de ſportul. l.1. C. vbi ſenator.tum ex Nouel.23.

Hinc, *Illuſtratus Dignitas*, apud Caſſiodor. Epiſt.11.lib.6. *Gradus*, l.11.§. ſin autem vtraque, C.de iudiciis

Si ILLVXERIT, id eſt, ſi probatum fuerit, l.10.C.de præd.minor.

ILLVERE. *Id quod amnis fundo Illuit*, l.16.§.vſufructus, D.famil.erciſ.

ILLVVIES *Oris*, l.12.D.de ædilic.edic.immũditiam & impuritatem ſignificat, ex qua fœtor ſeu graueolentia naſcitur. Et ita, *Hircini* quoque *odoris Illuuiẽ* dixit Iul.Firmic.lib.6.Matheſ. cap.31.

IMAGO *Imperatoris*, l.38.D.de iniuriis. D. Ambroſius Sermo. 10. in Pſalmum 118. *Qui coronat Imaginem Imperatoris, vtique illum honorat, cuius Imaginem coronat.*

Imagines Imperatoris iam conſecratæ, l.6.D.ad L.Iul.maieſtat. *Imagines Cæſaris nondum conſecratæ*, l.5.D.eod.tit.

Ad Imagines principum confugere, l.28.§.ad ſtatuas, D.de pœnis.

Imagines autem Imperatorum ſolo capite conſtabant, quemadmodũ, D. Ambroſ. lib.5. Hexaëm.c.3.docet, his verbis, *Sola ære fuſa principum capita, & ducti vultus de ære vel marmore ab hominibus adorantur.* Ac planè ex capite qualis cuiuſque ſit imago cognoſci ait Pomponius l.44. D.de religioſ.& ſump.

Ceterùm non Numiſmatis modò, ſed & Monetæ, veluti Denariis, Imperatoris Imaginẽ inſculptam fuiſſe, vel vnus D. Math. Euang. cap.22. idoneus auctor eſt. Illic enim Phariſæorum inſtigatu, ex Chriſto, Diſcipuli cum Herodianis quęrunt, an Cenſum dependere liceret: Quibus ille reſpondens, iuſſit exhiberi ſibi νόμισμα τῦ Κήνσ. οἱ δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ Δηνάριον. καὶ λέγει αὐτοῖς. τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη, καὶ ἡ ἐπιγραφή; λέγουσιν αὐτῷ, Καίσαρος. Quod ideò inſtitutum Caſſiodor. Epiſt.7. lib.6. Variar. tradit, vt *quorum conſilia inuigilare non deſinunt pro ſalute cunctorum, eorum Imago ſubiectos videretur paſcere per commercium.*

Erant & priuatorum Imagines. Et quidem clarorum virorum Imagines ex Auro, Argentóve, aut certè ex Ære, in Bibliothecis poſitas, Plinius lib. 34. cap.2. docet: vbi Aſinio Pollioni hoc Romæ inuentum adſcribit: qui primus, vt ibidem ait, *Bibliothecas dicando, ingenia hominum publicam rem fecit.* Seneca Epiſt.64. *Quidni ego magnorum virorum & Imagines habeam, incitamenta animi, & natales celebrem?*

Imagines maiorum, l.22.C.de admin.tut. Maiorũ autem Imagines, id eſt, expreſſos cera vultus, in Atrio exponere, & nomina familiæ ſuæ longo ordine, ac multis Stemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium collocare, priſci Ro. ſolebant, vt Seneca lib.3.de Benefic.cap. 28.Plin.lib.33.cap.2.Iuuenal.Satyr.8.docent. Eiuſmodi Imagines feſtis diebus apertas, profeſtis tectas fuiſſe, indicat Seneca, Controuerſ.6.lib.7.

Imaginem alicui decerni, l.13.§.ſi quis in honoribus, D.de iniuriis. *Si Imaginem quis deleuerit*, l.31. D.de furtis. *Si Imaginem legatam heres deraſit*, l.12. D. de auro argen. *Cùm quis iuſſit in municipio Imagines poni, ſi non honoris municipij gratia id feciſſet, ſed ſua*, l.7.§.ad auctoritatem, D.de an.leg.

Imagines quæ in aliquo ornatu villæ fuerunt, l.12.§. Neratius, D.de inſtruct. vel inſtr. *Imagines argenteæ*, l.19.§.idem Celſus, D.de aur.argent. *Statuis* autem *Imagines*, ſæpe coniunguntur, l.28. §. ad ſtatuas, D.de pœnis, l.6.D.ad L.Iul.majeſt. *Concedi ſolet, vt Imagines & Statuæ, quæ ornamento Reipublicæ ſint futuræ, in publicum ponantur*, l.vlt.D.de loco publ. *Statuæ & Imaginis vſumfructum poſſe relinqui magis eſt*, l.41.D.de vſufruct.

Imago, pro adumbrata veritate, & ſimilitudine. *Imago Societatis*, l.1.D.de bon.libert. *Imaginem nauicularij induat*, l.5.§.Diuus, D.de iure immunit.

Imaginem ſucceſsioni præſtiterit, l.19.D.de cap.& poſtl. l.19.§.quid autẽ. *Ne Imagine naturæ veritas adumbretur*, l.23. D.de liber.& poſt. *Ad Imaginem veritatis peruenire*, l.13.C.de quæſtionib.

IMAGINARII *Contractus* intelliguntur, in quibus fides facti ſimulatur, non intercedẽte veritate, l.54.D.de obligat.& actio.

Imaginaria Venditio eſt, in qua nummorum aliquid, ſpecie pretij, numeratur, cùm re vera aliud agatur, quàm vt emptio contrahatur, l.55. D.de contrah.empt.l.1.§.Diui fratres, D.de quæſtio, l.20.C.de don.int.vir.& apud Paul.lib.2.Sentent.Tit.23. quæ in Indice βασιλικῶν, εἰκονικὴ φράσις vocatur. Vetus Gloſſar.Græcum, εἰκονικὴ φράσις, ὅτιν, ἡ ἐσχηματισμένη, καὶ οὐκ ἀληθῶς γνωμένη. Cõſtantin.Harmenopul.lib,3.Epit.Tit.13.Εικονικὴ ὅτιν φράσις, ἡ ἐσχηματισμένη, καὶ ὐ καλῶς γνωμένη: & vt mox ſubdit, ἤ τις ἄλλη φραζομένη συναλλάγματος, καὶ τὸ σεσιγημένον, προλαμβάνεται καὶ τὸ φανερὸν, ὡς πρόφασις τις καὶ πρόσχημα, ὐ φράσις. Quarum definitionum exempla adfert, quæ illic vide.

Imaginariæ

Imaginariæ Venditiones, appellabantur, in quibus, nummus vnus, aut item alter, dicis causa, ad similitudinem pretij, intercedebat, quemadmodum in Emancipationibus, Adoptionibus, & Testamentis, fiebat, vt traditur in §. præterea, Instit. quib. mod. ius patr. pot. solu. Tit. de testament. in prin. l. vlt. C. de emancipationib. l. vlt. C. de adoptionib. & à Gaio lib. 1. Instit. Tit. 6. Similitérque, *Si quis Nummo vno conduxerit, nulla esse conductio*, dicitur, l. 46. D. locati, l. 9. D. de adquir. poss.

Imaginaria ergo *Venditio non est pretio intercedente*, l. 16. D. de diuers. regul.

Imaginarius Emptor, qui nomen dumtaxat alienæ emptioni accommodat, nihil de suo impendens, l. 4. §. si ab ignoto, & §. siue autem, D. de manumissionib. l. 10. C. de distract. pign.

Imaginarium quoque *Colonum* subiectum quendam coloni loco, qui re vera non conduxerat, Hermogenian. dixit in l. 49. D. de act. empt. Sed & *Imaginarios* nuncios Impp. appellant diuortia non verè & ex animo, sed specie tantùm & simulatè facta, l. 3. C. de repud. Eodémque loquendi genere, Andriscum vltimæ sortis, qui Macedoniæ regnum, ex similitudine formæ Philippi, (vnde & vulgo Pseudophilippus vocabatur) inuaserat, *Imaginarium & Scenicum Regem*, Ann. Florus lib. 2. vocat, cui ibidem *Verum Regem* opponit, non secus ac *Imaginariam paupertatem, Veræ*, Seneca, Epist. 20.

In Imaginariam seruilem causam deducitur, qui Emãcipatur, l. 3. §. vlt. D. de capite minut. pro seruo enim mancipatum ac manumissum eum fuisse, ex Gaij Institutionib. & Vlpiano Tit. 11. Regular. liquet.

Imaginaria Solutio, §. item per acceptilationem, Instit. quib. mod. tollit. obl. vbi Theophil. εἰκονικὴν καταβολὴν, vocat. *Imaginariæ Apochæ*, l. 2. de anno. & tribut. in Cod. Theod. In quo verbo scitè lusit Lucilius in Epigrammate quod refertur lib. 2. Epigrammat. εἰς γομικὸς.

Φῶδρος ϖραγματικὸς, καὶ ζώγραφος, ἦεισε Ρῦφος
Τις ϑάσσον γεάψῃ, ἢ τὶς ὁμοιότερον.
Αλλ' ὅτ' ὁσῳ Ρῦφος πείϑῃ τοι χεῴματ' ἔμελλε,
Φῶδρος ἔγραψε λαεῶ Εἰκονικὴν ἀποχὴν.

Imaginarius Honor verborum, Seneca, lib. quod in sapient. non cad. iniur. cap. 3.

IMBECILLIOR *factus Homo*, l. 24. §. idem Seruius, D. de dam. infec. *Nisi propter ipsam castrationem Imbecilliora facta sint animalia*, l. 38. §. Cælius, D. de ædilic. edic. *Inter Imbecillos surdus numerandus est*, l. 3. §. cognoscitur, D. de Sc. Silan.

IMBECILLITAS id est, infirmitas & fragilitas, siue Ætatis, siue Corporis, siue Sexus, siue Iudicij.

Imbecillitas Infantiæ, l. 1. C. si secun. nupt. mul. *Minoris Ætatis*, l. 7. §. non solùm, 2. D. de minorib. *Imbecilla admodum Ætas, & Prolixa*, aduersantur, l. 5. §. nec omnibus, D. de iure immunit. *Temporalis Corporis Imbecillitas*, l. 101. §. verum, D. de verb. signif. *Imbecillitate Corporis vexari*, l. 2. §. quem ita, D. de vacat. & excusat.

Imbecillitate dextræ, l. 11. §. item sciendum, D. de ædilic. edic.

Imbecillitate impeditus, l. 1. §. si quis tam, D. quod vi aut clam.

Imbecillitas furiosi, & Pupilli, l. 68. D. de solutionib. *Sexus muliebris*, l. 2. D. ad Sc. Velleian. l. 23. C. de nuptiis.

IMBVERE, interprete Nonio Marc. *initiare* significat. Sic *Imbui studio*, l. vlt. C. de aliment. pupill. *Imbutos*, ergo, in l. 25. D. de pign. act. interpretor, iam initiatos. Planè Cicero pro Milone, *Institutis, Imbutos*, opponit: hoc, ad naturalem propensionem, illud, ad doctrinam referens.

IMITARI *Chirographum alienum*, l. 23. D. de Leg. Corn. de falsi. Sueto. in Tito, cap. 3. *Cùm amanuensibus suis per ludum, iocúmque, certantem, Imitari Chirographa quæcunque vidisset.*

Ars Imitatur naturam, §. minorem, Instit. de adoptionib. *Dei benenolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam Imitari*, l. 23. C. de nuptiis.

Per humanitatem solam Dei seruatur Imitatio, l. vlt. §. vlt. D. de donat. int. vir. & vxor. *Imitatione conseruorum*, l. 25. §. Pedius, D. de ædil. edic.

IMMANITAS *facinoris*, l. 14. D. de offic. præs.

IMMATVRA *Virgo*, l. 25. D. de iniur. & apud Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 14. id est, *nondum viripotens*, vt l. 1. §. impubes, D. de Sc. Silania, l. 38. §. qui nondum, D. de pœn. l. 65. D. de donat. int. vir. Sueton. in Tiber. cap. 61. *Immaturæ puellæ, quia, more tradito, nefas esset virgines strangulari, vitiatæ priùs à carnifice, dein strangulatæ.* Quod & Tacit. lib. 5. narrat. Tertull. etiam in lib. de Virginib. velandis, *Immaturè compressam* dixit, quæ antequam viripotens esset, corrupta est. Dicitur autem *Immatura Virgo*, ante duodecimũ annum, metaphora ducta à fructibus, à quibus, &

Acerbam Virginem, eodem ſenſu dixit Varro Agathone, apud Nonium, *Maiores*, inquiens, *noſtri, aures Virginis acerbæ, Veneris vocabulis imbui noluerunt.* Huic contraria *Matura Virgo*, eſt apud Horat. Ode 6. lib. 3. id eſt, vt Virgilius: loquitur, *Iam Matura viro, iam plenis nubilis annis.* Et ita Vitruu. lib. 8. cap. 4. *Puellas Maturas* dixit. Græci ὡραίας dicunt. Agellius *Tempeſtiuas* reddidit, lib. 6. cap. 8. *Si Sponſa in domum quaſi mariti Immatura ſit deducta*, l. 33. §. ſi quis Sponſam, D. de donat. int. vir. id eſt, minor 12. annis, vt ibidem, & l. 4. D. de ritu nupt. l. 13. §. ſi minor. D. ad L. Iul. de adulter.

Immatura Olea, l. 42. D. de vſu & vſufr. leg. l. 48. §. vlt. D. de vſufruct. *Oliua*, l. 27. §. ſi oliuam, D. ad L. Aquil. *Immatura ſilua Cædua*, l. 18. D. quod vi aut clàm. *Immaturum fœnum*, l. 49. §. vlt. D. de vſufructu.

IMMENSVM *Pretium rei*, l. 71. §. qui confitetur, D. de legat. 1. *In Immenſum iurari*, l. 4. §. iurare, D. de in lit. iuran.

Immenſa Liberalitas, l. 2. C. de inoffic. donat. *Immenſæ Donationes*, l. 3. C. de inoffic. donatio.

Propter Immenſas contentiones, l. 26. D. de ſeruit. vrban. præd.

IMMERENTEM *ſe præteritum*, l. 5. D. de inoffic. teſtam.

IMMERGERE *ſe oneribus hereditariis*, l. 20. §. 1. D. de adquir. vel omitt.

IMMINERE, impendêre ſignificat. *Imminere arbor in ædes*, Paul. lib. 5. Sent. Tit. 6. *Cuius Lapidicinæ fundo tuo Immineant*, l. 3. D. de ſeruit. præd. ruſt. *Si plurium ſint ædes quæ damnosè Immineãt*, l. 40. §. quotiens, D. de dam. infec. *Si Æs alienum immineat*, l. 5. §. ſi æs, D. de reb. eor. id eſt, *ſi vrgueat creditor*, vt ead. l. §. non paſſim. *Finge condicionale debitum Imminere*, l. 7. D. de tributor. *Cùm in ipſo limine contractus Immineat euictio*, l. 24. C. de euictionib.

Metus mortis, vel cruciatus corporis, Imminens, l. 8. C. de reſcind. vend.

Metu Imminentis Accuſationis, l. vlt. §. ex bonis, D. de bonis damnator. *Criminis Imminentis* l. vlt. D. de bonis eor. *Spe Imminentis libertatis*, l. 1. D. ſi is qui teſtam. lib. *Imminente Iudice*, l. 84. §. 1. D. de legat. 1. *Ne & Iudici, Exiſtimationis, & Officio eius, ſalutis diſcrimen Immineat*, l. 6. C. vbi cauſę fiſcal. *Licet naufragij periculum Immineat*, l. 12. §. 1. D. de vſufructu. *Imminens ex Tumultu, Incendio, Ruina, Naufragio, periculum*, l. 1. §. merito, D. depoſiti.

Imminente periculo, l. 2. D. de mort. cauſ. *Pœnam Stipulationis Imminentem euaſit*, l. 70. §. 1. D. de legat. 2. *Pœna ex officio iudicis Imminente*, l. 10. C. de iudiciis.

IMMMINVERE. *Æs alienum Patrimonium totum Imminuit, non certi loci facultates*, l. 50. §. 1. D. de iudiciis.

Imminuere ius legationis, Cicero 3. in Verrem: ad quem locum Aſconius, *Qui poteſtatem*, inquit, *in adminiſtrando non defenderit, Imminuti magiſtratus, veluti maieſtatis læſæ, reus eſt.* Et ita Mamercũ Dictatorem, qui Cenſuram, quinquennalem prius, annuam fecerat, à Cenſoribus tribu motum, & ærarium factum, *Quod magiſtratum Pop. Rom. minuiſſet*, Liu. lib. 4. refert.

Imminuitur Dos, l. 14. D. de impenſ. in res dotal.

Imminuta liberorum portio donationibus in vnum collatis, l. 87. §. vlt. D. de legat. 2.

Imminutum Ius, l. 44. D. de bonis libert. *Legatum*, l. 24. §. proinde, D. de fideicommiſſ. libert.

IMMISCERE, vulgari ſignificatione, eſt alicui rei aliam admiſcere. *Si quis frumento harenam, vel aliud quid Immiſcuit*, l. 27. §. item ſi quis, D. ad L. Aquil. *Ne quis in aurum, argẽtum, æs publicum quid Indet, néve Immiſceat*, l. 1. D. ad L. Iul. pecul.

Immiſcere ſe, l. 11. D. de aquir. vel omitt. hered. l. 5. §. vlt. D. quod cum eo. *Immiſcere Bonis*, l. 2. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. *Immiſcere ſe Bonis*, l. 67. D. ad Sc. Trebel. *Bonis hereditatis*, §. extranei, Inſtit. de hered. qualit. & differ. *Bonis paternis*, l. 91. D. de adqu. vel omitt. l. 10. C. de iure de liber. *Hereditati*, l. 56. & l. 57. D. de adq. vel omit. l. 50. §. patronus, D. de bon. libert. *Hereditati paternæ*, l. 1. C. ſi minor ab heredit. ſe abſtin. id eſt, *Miſcere ſe hereditati*, vt l. 3. §. ſcio, & l. 7. §. non ſolum, & §. reſtitutus, D. de minorib. l. 6. §. 1. D. ad Sc. Trebell. ſeu *Bonis*, vt l. 10. D. de ſepul. viola. *Immiſcere* autem *ſe*, Sui dumtaxat, vel Neceſſarij Heredes, dicuntur, quemadmodum *Extranei*, *Adire*, & *pro Herede Gerere*, §. extraneis, Inſtit. de hered. qualit. l. 8. C. de iure de liber. l. 14. §. plerique, D. de religioſ. *Immiſcere quoque fratris impuberis hereditati* dicitur qui ei à patre pupillariter ſubſtitutus eſt, l. 40. D. de adquir. vel omitt. her.

Proinde *Immiſcere ſe*, & *Abſtinere*, pugnant, l. 91. D. de adquir. vel omitten. *Non Immiſcere ſe*, l. 11. D. eod. tit. id eſt, *non Immiſcere ſe hereditati paternæ*, vt l. 12. D. eod. tit.

Immiſcere ſe Adminiſtrationi, l. 6. C. de negot. geſt. l. 2. C. de teſtam. tut. *Cauſis alienis*, l. 1. §. ſexum

xum, D. de postulan. *Negotiis alienis*, l. 3. §. hac actione. D. de neg. gest. *Rei ad se non pertinenti*, l. 36. D. de diuers. regul. *Rebus*, l. 11. C. arbitr. tutel. & contrà, *Non Immiscere se Negotiis*, l. 13. D. ad municipal. *Non immiscere se tutelæ, vel Curæ*, l. vlt. C. si tut. vel curat.

IMMITTERE *Aquam in fundum vicini*, l. 3. D. de aqu. & aq. pluu. l. 2. §. idem Labeo, D. ne quid in loco publ. *Immitti Aquam, vel quid aliud, ex superiore in inferiora*, l. 8. §. Aristo, D. si seruit. vindic.

Immittere Cloacam priuatam in publicam, l. 1. §. idem Labeo, D. de cloacis. *Cloacam in viam*, l. 2. §. si quis cloacam, D. ne quid in lo. publ. Itaque, Interdicto, quo Prætor *in via publica Immittere aliquid*, vetat, etiam qui *Cloacam Immittit, & qui fossam in suo facit, vt ibi aqua collecta, in viam decurrat*, tenetur, d. l. 2. §. ait Prætor.

Immittere Fumum, l. 8. §. Aristo. D. si seruit. vindic. *Immitti Fumum ex taberna casiaria in superiora ædificia*, d. §. Aristo.

Eos qui ius luminis Immittendi non habuerunt, aperto pariete communi, nullo iure fenestras Immisisse, l. 40. D. de seruitutib. præd. vrb. *In ædes lumina Immittere, Colores, Picturas, Marmora, Sigilla*, l. 13. §. sed si ædium, D. de vsufruct.

Immittere Proiectum, in sepulchrum, l. vlt. §. si quis proiectum, D. quod vi aut clàm. *Protectum Immissum habere*, l. 6. §. vlt. D. arb. furt. cæs.

Immittere Stillicidium in sepulchrum, l. vlt. §. si quis proiectum, D. quod vi aut clàm. *Ex ædibus meis in ædes tuas Stillicidium Immittere*, l. 16. D. si seruit. vind.

Immittendi Stillicidij Ius, l. 8. D. quemadmod. seruitut. amitt. l. 28. §. vlt. D. de seruit. vrban. præd.

In tectum, vel in aream ædium, Stillicidium Immissum habere, l. 3. D. de precario, l. 16. D. si seruit. vindic.

Tignum in Parietem immittere, l. 16. D. commu. præd. §. item Vrbanorũ, & §. vlt. Instit. de seruitutib. *Qui cessit mihi talem seruitutem, vt in parietem eius Tigna mihi Immittere liceat*, l. 8. §. 1. D. si seruit. vindic. *Immittere Tigna, quæ antea habueris, vel noua*, l. 14. D. eod. tit.

Immissum Tignum in parietem habere, l. 3. D. de precario, l. 6. §. vlt. D. arbor. fur. cæs. *Si ex ædibus meis in ædes tuas Tignum Immissum habuero*, l. 16. D. si seruitut. vind. & l. 20. D. de seruit. vrban. præd.

Ius illi non esse Tigna in parietem meum Immissa habere, l. 12. D. si seruit. vindic.

Immittendi ius, §. æquè. Institut. de actionib.

Immittendi Seruitus, l. 1. D. de seruitut. præd. vrban. id est, *Ius Immittendi Tigna in parietem vicini*, l. 2. D. de seruit. vrb. præd. vel, *vt in parietem vicini liceat vicino Tignum Immittere*, §. item vrbanorum, Institut. de seruitutib.

Si Tigni Immissi seruitutem ædes tuæ debent, l. 6. D. de seruit. præd. vrban.

Si in ædes nostras quis immittit, l. 5. §. sed & si, D. de oper. no. nunt. *Quotiès quis in nostrum Immittere vult*, d. l. 5. §. meminisse.

Si ædificato pariete à vicinis, ad onera vtriusque sustinenda, alter in eum Immitti non patiatur, l. 52. §. item Mela, D. pro socio. *Cùm in nostras ædes quid Immittitur*, l. 5. §. & bellè, D. de oper. no. nunt. *Quod iniuriæ faciendæ causa Immittitur*, l. 44. D. de iniuriis.

Immittere autem *& Proiicere*, separantur, d. l. 5. §. meminisse. Similitérque *Seruitutes Immittendi, Proiiciendique*, diuersas facit l. 6. D. si mens. fal. mod. Planè inter *Proiectum* & *Immissum*, id interesse aiebat Labeo, quòd *Proiectum esset, id quod ita proueheretur, vt nusquam requiesceret: qualia, Mæniana & Suggrunda essent. Immissum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requiesceret: veluti, Tigna, Trabes, quæ immitteretur*, l. 242. §. 1. D. de verb. signif. Et ita *Immissa* accipe, l. 15. §. præcario, D. de precario. Vet. Glossar. *Immissum*, ἡ ἐμβαλλομένη τῷ τοίχῳ δοκός.

Si Mænianum in tuum Immissum habuero, l. 20. D. de seruit. vrban. præd. *Cùm quidam velum in Mæniano Immissum haberet*, l. 2. §. cùm quidam, D. ne quid in lo. publ.

Si quis aliquem euitans, in tabernam proximam se Immisisset, l. 2. D. si quadr. paup. *Per Immissos in prædium suum vniuersos homines*, l. 2. D. extra ord. cognit.

Si quis ex Manu, Telum, aut aliud quid Immisisset, l. 52. §. in cliuo, D. ad L. Aquil.

Quod corpus eius in aliquam valetudinem Immitteret, l. 14. §. 1. D. de ædil. edic.

Immittere Nauem in Flumen, l. 13. §. si magister, D. locati. *Nauem Immittendo*, l. 29. §. si nauis, D. ad L. Aquil.

Immittere Pecus in Agrum, l. 23. D. comm. diuid. l. 9. §. 1. D. ad exhibend.

Immissio Aquæ, & Fumi, l. 8. §. Aristo. D. si seruit. vind.

IMMO, correctionem inducit. *Titius, Immo Seius, heres esto*, l.47. D. de hered. instit. *Stichus, Immo Pamphilus, liber esto*, l.22. D. de manumiss. testam.

IMMOBILES *Res*, l.23. D. de vsurpationib. & Institut. de vsucap. *Immobilium Rerum possessores*, l.15. D. qui satisd. cogant. *Hæ & Res soli* dicuntur, seu *solo contineri*, veluti, Prædia, Fundus, Domus. ἀκίνητα eodem modo Græci dicunt. Zonar. in Nicephoro Phoca, Tom. 3. ἐν ἀκινήτοις τοὺς ἐκκλησίας μὴ ἐμπλατύνεσθαι, id est, ne in rebus soli Ecclesiarum reditus augerentur.

IMMODERATA *Æstimatio*, l.39. §. vlt. D. de dam. infect. *Castigatio*, in Lege Dei, Tit. 3.

Immoderata Liberalitas, l.4. D. de inoff. donat. Imp. *Sæuitia*, l.24. §. si maritus, D. solu. matrim. *Si Immoderatæ niues fuerunt*, l.78. D. de contrahen. empt.

IMMODERATE' *vti seruo*, l.17. §.1. D. de ædil. edic.

Immodicum Æs alienum, l.66. D. ad L. falcid. *Lucrum*, l.25. §. vis maior, D. locati, *Munus*, l.15. & l.30. §. si vxori, D. de donat. int. vir.

Immodicum Pretium, l.31. §. vlt. D. de fideicomm. libert. *Immodico Pretio vẽdere*, l.14. §. vlt. D. de legat. 3. *Si satis Immodicum est, id est, supra vires dotis*, l.15. D. de donat. int. vir.

Immodicè, id est, vltra modum, l.14. §. hæc actio, D. de religios. & sumpt. Sic *Immodicè læsa*, l.5. C. de dolo, & *Immodicè Obligari*, l.30. D. de oper. liber.

IMMORATVS *aliquandiu in possessionem*, l.15. §. non autem, D. de damn. infect.

IMMVNDITIÆ *Cloacarum & cœlum pestilens, & ruinas minantur*, l.1. §.1. D. de cloacis.

IMMODICA *Computatio*, l.2. §. si indemnitas, D. de administr. rer. ad ciuit.

IMMVNIS *ab honoribus & muneribus ciuilibus*, l.17. §. vlt. D. de muner. & honor.

Immunes, l. vlt. D. de censib. Polyb. in fragment. lib. 9. *Immunes*, ἀφορολογήτους vertit: vt apparet ex collatione eius loci cum Liuio lib. 33. *Immunis Pars*, l.34. D. de bon. libertor. *Immune solum*, l. vlt. D. de censib.

Immune tempus à dependendis vsuris, l.3. §.1. D. de vsuris.

IMMVNITAS, est vacatio munerũ publicorum Senatusconsultis, Cõstitutionibúsve principum concessa. Paulus notat, *Munus* interdum dici *onus, quod cùm remittitur, vacationem militiæ, muneríque præstat: inde Immunitatem appellari*, l.18. D. de verbor. signif.

Immunitas à muneribus publicis, l. vlt. §. negotiatores, D. de iure immun. *Personalium, siue etiam ciuilium numerum Immunitas*, l. vlt. §. siue, D. de munerib. & honor. Ἀλειτουργησίαν Δημοτικῶν, ἢ Πολιτικῶν λειτουργιῶν, vocat Modestin. l.15. D. de excusationib. *Immunitas ne hospitem reciperent*, l. vlt. §. siue autem, D. de munerib. & honor.

Immunitas autem vel *Personis datur*, l.4. §. quamquam, D. de censib. vel *Generi & Posteris*, l.1. D. de iure immunitat. vel *Generaliter eo iure, vt ad posteros transmittantur*, l.4. D. de iure immunit. vel *Generaliter locis, vel Ciuitatibus*, d.l.4. §. quamquam, D. de censib. seu, *Rebus*, l.43. §. vlt. D. eod. tit. *Personas quibus Decimæ Immunitatem Imperator tribuit*, Vlpian. in Lege Dei, Tit. vlt. ad fin. *Ilienſibus pleniſsima Immunit. tributa est, vt etiam Tutelæ excusationem habeant*, l.17. §.1. D. de excusationib.

Immunitas dicitur *Concedi*, l. vlt. §. siue autem, D. de munerib. & honor. l.3. §. vlt. D. de censib. *Dari*, l.4. §. quanquam, D. de censib. l.1. D. de iure immunit. *Indulgeri*, l. vlt. §. vlt. D. de munerib. & honor. *Tribui*, l.4. D. de iure immunit. l.17. §.1. D. de excusationib.

IMMVTARE, l.8. D. ad L. Iul. pecul. *Si ea res cursum fluminis ad aliquid Immutauerit*, l.1. §. siue autem, D. ne quid in flu. publ. *Vt omnes ijdem remaneant, an pars remaneat, vel omnes Immutati sint*, l.7. §. vlt. D. quod cuiusc. vniuer. *Prætoriis stipulationibus nihil Immutare licet, neque addere, neque detrahere*, l.52. D. de verbor. obligat. *Excolere quod inuenit fructuarius potest, qualitate ædium non Immutata*, l.13. §. sed si ædium, D. de vsufructu.

Immutatione personarum facta, l.10. §. sexto, D. de grad. & adfin.

IMMVTABILIS *Causa*, l.9. §.1. D. de statuliber.

Immutabilia sunt Rerum vocabula, l.4. D. de legat. 1.

Immutabiliter verum, l.99. §. vlt. D. de verb. oblig.

IMPACTI *in carcerem*, l.13. D. de custod. & exhib. reor. *Nauis tua Impacta in meam scaphã*, l.29. §.1. D. ad L. Aquil.

IMPAR *Matrimonium*, teste Vlp. Tit.17. Regular. appellabatur. *si maior quinquagenaria, minori sexagenario nupsisset*. Verùm Iustinianus eiusmodi nuptias quæ inter masculos & fœminas maiores vel minores sexagenariis, vel quinquagenariis, Lege Iulia Papia Poppeia prohibitę erant. ratas esse voluit, l.27. C. de nuptiis. Et hoc est quod in l.12. C. de legit. hered. idẽ, ait, *cùm & anteriore nostra lege huiusmodi nuptias permisimus: Impares eas videri minimè concedentes.*

Impar

Impar etiam *matrimonium* Boëth.in Topic.Cicero.vocat, cùm ciuis Romana, Latino, vel Peregrino, vel Seruo, quibuſcum Cõnubium non eſt, nuptias contraxit. Ita Apuleius lib. 6.de Aſin.aur.de nuptiis Cupidinis & Pſiches ancillæ.*Iam faxo*,ait,*nuptias non Impares, ſed legitimas,& iure ciuili congruas.* Idem lib.5.*Impares porrò Nuptiæ,& in villa, ſine teſtibus, patre non cõſentiente, factæ,legitimæ non poſſunt videri.*

Impar numerus arbitrorum,l.17.§.principaliter,D.de recept.qui arbitr.*Teſtium*, l.21.§.vlt.D. de teſtib.*Imparilæ compoſitæ ædes*,l.25.D.de ſeruit.vrban.præd.

Impar Obligatio,l.9.§.1.D.de duobus reis.

Impar oneri iniunctio,l.7.D.de excuſationib.*Sumptui*,l.10.D.de neg.geſt. *Paupertas quæ operi, & oneri tutelæ Impar eſt*,l.40.D.de excuſationib.

IMPATIENS *Doloris*,l.2.C.qui teſtam.fac.

IMPATIENTIA. *Alij tanta ſunt impatientia, vt quouis mentiri, quàm pati tormenta velint*, l.1.§. quæſtioni,D.de quæſtionib. *Miles qui impatientia doloris mori maluit*, l.34. D.de teſtam.milit. l.6.§.qui ſe vulnerauit,D.de pœnis.*Si quis Impatientia doloris ſibi manus intulit*,l.1.§.ſi ſibi,D.de Sc.Silan.l.vlt.§.ſic autem,D.de bonis eor.*Miles qui ſibi manus intulit,niſi Impatientia doloris fecerit*,l.38.§.vlt.D.de pœnis. *Maritus qui vxorem deprehenſam cum adultero occidit, quia hoc Impatientia iuſti doloris admiſit, lenius punitur*,Paul.lib.2.Sentent.Tit.27.

Si quis valetudinis aduerſæ Impatiẽtia mori maluit,l.6.§.eius qui, D.iniuſt.rup. *Si valetudinis alicuius Impatientia hoc admiſit*, l.45. §. eius bona, D. de iure fiſc. & apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit.12.

IMPEDIT *Lex libertatem*, l.29.D.qui & à quib.l.83.D.de heredib.inſtit. *Vſucapionem*,l.8.D. de L.Iul.repetund.

Inuicem ſe Impedient,l.34.D.de vſufructu,& l.2.§.vlt.D.quib.mod.vſusfr.

Impeditur Legatum,l.10.D.de reb.dub.

Impeditur libertas,l.29.§.1.D.de teſtament.milit. l.50. D. de condic.& demonſtr. l.21.D.de manumiſſio.l.24.D.qui & à quib.l.36.§.1. D.de legat. 1.*Quidam Lege Impediuntur ne Iudices ſint, quidam Natura, quidam Moribus*,l.12.§.non autem,D.de iudiciis.

Impediente Iure,Vlpian.Tit.2.Regul.*Nullo iure Impediente*,l.10. D.de condic. inſtit. *Non impeditur iure ciuili*, l.3. §. ſed ſi debitorem, D. de donat.inter vir.

Non impeditur manumiſſio,l.66.D.de verb.obligat.*Si filio recuſante matrimonium Impeditũ fuerit*,l.1.C.de inſtitut.& ſubſtitut.

Nihil Impedit nuptias,l.55.D.de rit.nupt.*Ad impediendas nuptias*,l.29.§.vlt.D.de condicio. & demonſtr.

Impediri alienatio,l.7.D.de reb.eor.*Venditio fundi*,l.2.D.de fun.dot. *Vſucapio*,l.25. D.de donat.inter vir. *Non Impediri venditionem*,l.15.§.vlt.D.pro ſocio.

Impediri valetudine vel alia iuſta cauſa,l.40. D. de procuratorib. lib.1.§.& quidem, D.quod cuiuſc.vniuerſ.

Impeditus Imbecillitate,l.1.§.ſi quis tamẽ,D.quod.vi aut clam.*Morbo*, l.75.§.1.D.de iudiciis.

IMPEDIMENTVM *ab heredis perſona Interueniens*, l.38.D.de ſtatuliber. *Impedimentum Naturale*, item *Stipulatoris*,l.132.§.illud,D.de verb.oblig. *Si condicioni Impedimentum fecerit heres*, l.33. §.1. D.de fideicomm.liber.

Impedimentum Iuris,l.76.§.ſeruus, D.de legat.2.*Legis*,Paul.lib.5.Sentent. Tit.26. *Sine Impedimento Legis*,l.2.C.de liber.præterit. *Sine Impedimento agi*,l.1.§.vlt.D.quod legator.

Impedimento nuptiis non eſt,l.11.D.de his qui not.infam. *Impedimento eſſe ſponſalibus*,l.8.D.de ſponſalib.

Impedimento non eſt regula iuris,l.28.D.de tutor.& curat. *Impedimento non eſt Senatuſconſultum*, l.11.§.ſi quis,D.de legat.3.*Impedimento Senatuſconſultum non futurum*,l.43.§.1.D.de legat.1. *Impedimentum senatuſconſulti*,l.3.§.vlt.D.de Senat.Silan. *Impedimento fuiſſe, ne teſtamentum ordinetur*,l.vlt.C.ſi quis aliqu.teſt.*Impedimẽto non eſt*,l.1.D.de rip.munien.*Nihil eſt Impedimento*,l.31. D.ad municipal. *Aut aliæ cauſæ Impedimento ſint*,l.23. D. de procuratorib. *Vt nullum adquiſitioni dominij eius adferat Impedimentum*,l.44.D.de donat.int.vir.

IMPELLERE. *quidam ex his ſeruum Impulit: ſeruus cecidit,& crus fregit*,l.52.§.vlt.D.ad L.Aquil. *Cùm vi ventorum nauis eſſet Impulſa in funes anchorarum alterius*,l.29.§. item Labeo, D. ad Legẽ Aquil.

Cùm eo cuius Impulſu ceciderat,l.52.§.vlt.D.ad L.Aquil.*Si quis alterius Impulſu damnum dederit*, l.7.§.proinde,D.eod.tit.

IMPENDÊRE, imminere eſt.*Si Arbor altenis Ædibus Impendeat*,l.1.§.ſi arbor, D. de arborib.

cædend. *Quæ Arbor ex Agro tuo in Agrum illius Impendet*, d.l.1.§.deinde. *Impendere Arbor in alienum agrum*, l.1.C.de interdic. *Si Arborem Impendentem habeat vicinus, quæ viam vel iter inuium, vel inhabile faciat*, l. 4. §. si fundus, D.si seruit.vindic.

Ob metum Impendentis damni, Paul.lib.5.Sentent.Tit.10. *Impendente metu mortis*, Paul.lib.2. Sentent.Tit.24.

IMPENDERE erogare, expendere & sumptum aliquem facere significat, l.12. §. prætor, D. de religios.l.55.§.1.D.locati. *Impēdi* autem potest, vel in Personas, vel in Res: in Personas putà, *in ægri serui curationem*, l.13.§.pręterea, D.de action.empt. *In Medicos*, l.52.§.quidam, D.pro socio. *In Valetudinem seruorum*, l.2.D.de impens.in res dot. *Si quid in disciplinas seruorum Impēsum est*, l.13.§.pręterea, D.de action.emp.

Si quid in pueros maritus Impenderit, aut in doctrinam, aut Alimenta, l.28.§.1. D.de don.int.vir.

Si aut in Opsonio, aut in Vnguentis, aut in Cibariis Familiæ, pecuniam Impenderit, l.31. §. non videtur, D.eod.tit.

Impēsum funeris causa, l.14.§.funeris, D.de religios.& ibid. *In funus mortui*, l.13.§.pręterea, D. de actio.emp.id est, erogatum, vt vtrubique.

Impendere in prædio.l.41.D.de vsufructu. *Pecuniam in rationem domini Impendisse*, l.6.§. sicut, D.de pecul.leg.

Impendere in Rem absentis, l.2.D.de neg.gest. *In Rem pupilli*, l.5.§.tutelæ, D.de oblig.& actio. *In Rem vxoris*, l.47.D.de donat.int.vir. *In Res dotales*, l.15. D. de impens.in res dotal. *Impendi rem*, l.29.D.comm.diuid.l.13.§.vlt.D.de adminis.& peric. *Impensum in rem conseruandam*, l.5. D.qui potio. in pign. *Si circa res meas aliquid Impenderit*, l.6.§.si quis pecuniam, D.de neg.gest.

Impendi fructuum percipiendorum causa, quod in arando serendóque agro Impēsum est, l.7. §.impendi, D.sol.matr. *Quod in fructus redigendos Impensum est*.l.46.D.de vsuris, *Impensum propter societatem*, l.60.§.vlt.D.pro soc. *Quidquid explicandarum venditionum causa Impenditur*, l.72.D. ad L. falcid. *Impendere aliquid de suo*, l.1.D.de contrar.tut.l.5.D. de oblig.& action. *Nihil de suo Impendit*, l.4.D.de manumissionib.

IMPENDIVM, & IMPENDIA, sumptus & impēsas significāt, l.29.D.comm.diuid. l.1.§. Titius, D.de vent.in poss. *Nullum Impendium intercedit heredis*, l.44.§.vlt.D.ad Sc.Trebel. *Vnusquisque, quod spopondit, suo Impendio dare debet*, l 20.D.de oper.libertor. *Impendiis Actoris perferenda Res, eò loci vbi actum est*, l.11.D.ad exhibend. *Ex his rebus quæ Patrimonia onerare Impendio solent*, l.1.§. deminutio, D.de vent.in poss.

Impendia Cibariorum, l.45.D.de vsufruct.id est, *Impensæ*, vt l.18.D.commodati.

Impendia quæ pro curatione filij fecerit, l.7.D. ad L.Aquil. *Impendia quæ in Curatione facta sunt*, l.vlt.D.de his qui effuder.id est, *Impensæ in Curationem factæ*, vt l.3.D.si quadrupes.

Impendia quæ ad Iter explicandum necessaria essent.l.7.D.ad Sc.Trebell.

Litis Impendia, l.46.§.litis, D.de procuratorib.id est, *Impendia in litem facta*, vt loquitur l.8. §.vlt.D.rat.rem hab.quę & *Impensæ litis*, vt l.22.§.cùm autem, D. eod. tit. *Impensæ in litem factæ*, l.30.D.de procuratorib.seu *litis sumptus*, l.79.D.de iudiciis, l.17. D.de tutel. & rat. distr. seu, *sumptus Litis causa*, l.vlt.D.si ventr.nom.mul.

Impendia Mandati exsequendi gratia facta, l.27.§.impendia, D.mandati.

Impendia quæ ad nuptias facienda sunt, l.52.D.de adminis.& peric.

Impendia in statuam ponendam facta, l.44.§.vlt.D.famil.ercis.

Impendia des Testibus, l.3.§.Gabinio, D.de testib.id est, viatica.

Impendia Valetudinis, l.4.D.de vsufructu, id est, *Impensæ in Valetudinem serui factæ*, vt l. 18. §. possunt, D. commodati.

Ex genere & magnitudine Impendiorum, l.15.D.de impens. in res dot.

IMPENSARVM *species sunt tres: Aut enim Necessariæ dicuntur, aut Vtiles, aut Voluptariæ*, Vlpian. Tit.17.Regular.& l.1.D.de impens.in res dotal.

Impensæ Necessariæ, l.5.D.de pact.dotalib.l.56.§.quod dicitur, D.de iure dot.l.2. D.de dot. prælег.l.61.D.de ritu nuptiar. l.38. D. de hered. petitio, l.10. §. per hanc, D. quę in fraud. creditor. *Hæ dicuntur*, ait Vlpian. *quæ habent in se necessitatem impendendi*, l.1. D. de impens. in res dot.vel, vt Paulus ait, *quæ, si factæ non sint, res, aut peritura, aut deterior futura, sit*, l. 79. D. de verb. signif.vel, vt Vlpian.lib.5.Regul.definit, *quibus non factis, dos Imminuitur: veluti, Aggeres facere, flumina auertere, ædificia vetera fulcire, itémque, reficeret: Arbores in locum mortuarum reponere*, l.14.D.de impens.in res dotal.Idem Vlpianus Tit.17.Regul. *Necessariæ sunt Impensæ, quibus non factis dos deterior futura est, veluti, si quis ruinosas ædes reficeret*. In *Necessariis* autem *Impensis habentur, moles in mare, vel flumen proiectæ: pistrinum vel horreum necessariò factum: si ædificium ruens,*

quod

quod habere mulieri vtile erat, refecerit: ſi Oliueta reiecta reſtaurauerit, vel ex Stipulatione damni infecti, ne cõmittatur, præſtiterit: vel in valetudinem ſeruorum Impenderit: vel ſi vites propagauerit: vel arbores curauerit: vel ſeminaria pro vtilitate agri fecerit, l.1.§.vlt.l.2.l.3. D. de impenſ.in res dotal. Non minùs autẽ in Perſonas, quàm in Res, Impẽſæ Neceſſariæ fiunt, l.4.& l.vlt.D.de oper. liber. Et ita, in l.8.D.de pigner.actio. *Si Neceſſarias*, ait Vlpian. *Impenſas fecerim in Seruum, aut in Fundum*, l.8.D.de pigner. act. *in Seruum*, putà, *ſi Medicis, cùm ægrotaret, pecunias dederim.* Enimuero *Cibaria mancipiis dotalibus data*, item *modica ædificiorum refectio*: *Agrorum* quoque *cultura*, nec non *Impenſæ quærendorum cogendorúmque fructuum cauſa factæ, in ſpecie* quidẽ *Neceſſariarum Impenſarum* ſunt: verumtamen hòc à ſuperioribus differunt, quòd dotem non deminuunt: propterea quòd *ipſæ res ita præſtare intelliguntur, vt non tam Impendas in eas, quàm, deducto eo, minus ex his percepiſſe videaris*, l.15.& l.vlt.D.de impenſ.in res dot. Fructus enim, eiuſmodi Impenſis deductis accipi, docuimus ſ.lib.6.

Vtiles Impenſæ ſunt, quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem eſſe non ſinãt: ex quibus, reditus mulieri adquiratur: ſicuti, arbuſti paſtinatione vltra quàm neceſſe fuerat: item doctrina puerorum: & *Piſtrinum & horreum inſulæ dotali adiectum*, l.79.D.de verb.ſign. Vlpian.Tit.7.Regula. *Vtiles Impenſæ ſunt, quibus non factis quidem, deterior Dos non fuerit: factis autem, fructuoſior effecta eſt: veluti, ſi Vineta & Oliueta fecerit.* Idem Vlpian.lib.5.Regula. *Vtiles Impenſæ ſunt, veluti Pecora prædiis imponere, id eſt, Stercorare*, l.14.D.de impenſ. in res dotat. *Vtiles Impenſæ ſunt quas maritus vtiliter fecit: veluti, ſi Nouelletum in fundo factum ſit: aut, ſi in domo Piſtrinum, aut Tabernam adiecerit: ſi Seruos artes docuerit*, l.5.§.vlt.& l.6.D.eod.tit. *Impenſa in Lapidicinas marmoreas aperiendas facta, Neceſſaria quidem non eſt, ſed Vtilis: ſi tales ſunt lapidicinæ, in quibus lapis creſcere poſſit*, l.vlt.D.de fundo dot.

Vtiles, Neceſſariæque ſunt Impenſæ, *veluti quæ fiunt reficiendorum Ædificiorum gratia: aut in Nouelleta: aut cùm ſeruorum gratia litis æſtimatio ſoluitur, cùm id vtilius ſit, quàm ipſos dedi*, l.39.D.de heredit.petit. *Si nouam villam neceſſariò extruxit, vel veterem totam ſine culpa ſua collapſam reſtituerit, aut ſi paſtina inſtituit, hæ Impenſæ, aut in res Neceſſarias, aut in Vtiles, cedunt*, l.7.§.vlt.D. ſol. matrim. *Impenſæ circa ſubſtantiam tam Neceſſariè, quàm Vtiliter factæ*, l.51.D.de hered.petit.

Voluptariæ Impẽſæ, l.9.&l.11.D. de impẽſ.in res dot. quę & *Voluptuoſæ* ab Vlpiano vocantur, ſunt, vt Paul.ait. quæ *ſpeciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent: vt ſunt Viridia*: & *Aquæ ſalientes*: *Incruſtationes*: *Loricationes*: *Picturæ*. Vlpian.Tit.17.Regular. *Voluptuoſæ Impenſæ ſunt, quibus neque omiſſis deterior dos fieret: neque factis, fructuoſior effecta eſt: quod euenit in Viridiariis & Picturis, ſimilibúſque rebus. Voluptuariæ*, ait idem Vlpian. *Impenſæ, ſunt quas Maritus ad voluptatem fecit: & quæ ſpecies exornant*, l.7.D.de impenſ.in res dotal. Idem in l.14.D. eod.tit. *Voluptuoſæ, Impenſæ ſunt, Balnea exſtruere. Sic, Picturarum, Marmorum, & ceterarum voluptariarum rerum Impenſæ*, l.39.D.de hered.petit. *Si ſeruus domum dominicam exornauit Tectoriis, & quibuſdam aliis quæ magis ad Voluptatem pertinent, quàm ad vtilitatem*, l.3.§.ſed ſi mutua, D.de in rem verſo.

Si quis ita legauerit, ſi Pub.Cornelius Impenſam quam in fundo Seiano feci, heredi meo dederit? Impenſæ verbo, pretium non ſignificari, ſed eos dumtaxat ſumptus quos in fundum, poſtea quàm emptus eſſet, fecit teſtator, ait l.40.§.1.D.de condic.& demonſtrat.

Impenſa facta in communem riuum reficiendum, l.52.§.item ſi, D.pro ſocio. *Impenſas in rem communem facere*, l.11.D.comm.diuid. *Impenſas quas in refectionem Ædium fecerim*, l.44.§.damni, D. de dam.infec.

Impenſæ in culturam fundi factæ, l.34.§.ſi colono, D.de vſufruct. *Impenſæ ad meliorandam rem factæ*, l.16.C.de euictionib.

Impenſa facta in viam, l.9.§.ſi per eundem.D.commu.diuid.

Sua Impẽſa Opus reſtituere, l.7.§.1.D.quod vi aut.cl. *Impenſis meis vel alterius opus tollere*, l.3.§. item ſi, D.de alien.iudic. *Impenſa tollendi operis*, l.16.§.in ſumma, D.quod vi aut clàm. *Impenſa mea tollere*, l.6.§.vlt.D.de aq. & aqu.pl. *Impenſam ad reſtituendum præbere*, l.13. §.vlt.D. quod vi aut clam.

Impenſam quam in curando ſe, ſocius fecerit, l.60.§.vlt.D.pro ſocio. *Impenſæ in curandum ſeruum factæ*, l.30.§.vlt.D.de ædil.edic.

Impenſæ in valetudinem ſerui factæ, l.18.§.poſſunt, D. Commodati, l.12. D .de impenſ.in res dotal. id eſt, *Sumptus in ſalutem & ſanitatem ſerui factus*, vt l.27 §.rupiſſe, D.ad Leg.Aquil.

Impenſas quas faceret mulier quò honeſtius ſe tueretur, l.31.§.ſi vir, D.de donat.int.vir.

Impenſa funeris, l.8.§.vlt.& l.11.D.de legat.2.l.2.§.quod ſi, D.de hered.vel act. id eſt, *Funeris ſumptus*, l.37.D.de relig.ſeu *Funeris cauſa factus ſumptus*, vt, l.12.§.prætor, & l.14.§.funeris, D.de religioſ. *Impenſa peregrè mortui quæ facta eſt, vt corpus perferretur*, l.14.§.impenſa, D. de religioſ.

Impensa perferendi corporis in aliam regionem, l. 112. §. 1. D. de condicion. & demonstrat. *Impensa furis facta celatura*, l. 13. D. de condict. furt.

Impensæ scripturæ librorum, D. de adquir. rer. dom.

Impensæ in Iudicio factæ, l. 22. D. rat. rem hab.

Impensæ Litis, l. 22. §. cùm autem, D. eod. tit. *Impensæ ob litem*, l. 102. D. de verbor. oblig. *Propter Impẽsas quas in litem fecit*, l. 30. D. de procuratorib.

IMPERARE, id est, iubere, præcipere. Seneca lib. 1. de Clement. cap. 6. *Non est vnum Imperandi genus. Imperat Princeps ciuibus suis, Pater liberis, Præceptor discentibus, Tribunus vel Centurio militibus. Imperare sibi quisquam non potest*, l. 51. D. de recept. qui arbitr. *Legis virtus est, Imperare*, l. 7. D. de legib. *dum Imperat seruo arbores cingi.* & mox, *si Libero Imperet*, l. 7. §. siue autem, D. arbor furt. cæs. *Actio Legis Aquiliæ cum eo est qui iussit, si modo Imperandi ius habuit*, l. 37. D. ad L. Aquil. *Idonei non videntur esse Testes, quibus Imperari potest, vt Testes fiant*, l. 6. D. de testib. *Medicus libertus quòd putaret si liberti sui medicinam non facerent, multo plures Imperantes sibi habiturum*, l. 26. D. de libert. Quo genere loquendi non vnus Alfenus, aut item Seneca, quod quidam existimant, vtitur. Etenim apud Varronem lib. 1. de re rust. cap. 16. inuenio, *Itaque in hoc genus Coloni potius anniuersarios habent vicinos, quibus Imperant, Medicos, Fullones, Fabros, quàm in villa suos habeant. Imperare* tamen ægris medicos, ait Seneca, lib. 1. de Ira, cap. 16. his verbis, *Si intrassem valetudinarium exercitus & sciens, non idem Imperassem omnibus, per diuersa ægrotantibus*: Et ipsum Imperandi verbum Medicis conuenire, notat Donatus in Andr. Terent. Act. 3. Sc. 2. ad hæc verba, *quod iussi dr dare bibere & quantum Imperaui, date: Vide*, ait ille, *vt auctoritatem, & iactãtiam Medicorum imitetur, dicendo, Quod iussi: & non sufficiebat, sed etiam, Imperaui, dixit: simul, hæc, quæ solent Medici promittere frequenter, Mox ego huc reuertar.*

IMPERATIVA *verba, Inflexis* opponuntur, l. 15. C. de testament. *Imperatiuè, Legis modo, Legatum relinqui*, ait, Vlpian. Tit. 25. Regular.

IMPERATORES olim, stante Repub. duces belli, rebus prosperè gestis à militibus appellatos & salutatos docuimus lib. 4. Formul. & ita Florentinus, *Imperatores captiuos vendere, ac per hoc, seruare, nec occidere, solent*, l. 4. §. 1. D. de sta. homin. §. serui, Instit. de iure person. Huius autem nominis honore non nisi legitimo Hostium numero cæso quemquam adfici moris fuisse, testatur Dion lib. 37. de Antonio loquens, his verbis, καὶ Αὐτοκράτωρ ὅτι τῇ νίκῃ, καί τοι (sic enim emẽdo) τῷ ἀριθμῷ τῶν πεφονευμένων ἐλάττονος ὢν ἢ τὸ νενομισμένον ὄντος, ἐπεκλήθη. Quis autem fuerit ille legitimus numerus quæri potest. Lege quidem certè cautum fuisse, ne quis Triumpharet, nisi qui quinque millia hostium vna acie cæcidisset, Valer. Max. lib. 2. cap. 8. memoriæ prodidit. Sed ad Imperatoris appellationem obtinendam eumdem numerum exigi consueuisse, nusquam legi. Nec verò nisi semel hanc cuiquam appellationem ex vna eadémque expeditione contigisse, tradit idem Dion lib. 58. de Claudio, eiúsque Britannica expeditione agens, Αὐτοκράτωρ, inquit, πολλάκις ἐπωνομάσθη, ὥσθ' ἅ τε πάτρια, ἤ γὰρ ὅστις ἐν ἡδονῇ, πλέον, ἢ ἅπαξ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολέμου τῷ ἐπικλήσει ταύτῃ λαχεῖν. Postea ad principes rerum potitos hæc appellatio translata est, initio orto à Iulio Cæsare, quem à Senatu perpetuo hoc prænomine, quod ad posteros quoq; trãsiret, ornatũ ipsemet Dion lib. 43. scribit his verbis. τὸ τε τοῦ Αὐτοκράτορος ὄνομα, ἤ γε τὸ ἀρχαῖον ἐπὶ μόνον, ὥσπερ ἄλλοι τε καὶ ἐκεῖνος, ὡς πολλάκις ἐκ τῶν πολέμων ἐπεκλήθησαν, ἤδη ὡς οἱ τινὰ αὐτοτελῆ ἡγεμονείαν, ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐξουσίαν λαβόντες ὠνομάζοντο, ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἔχουσι διδόμενον, ἐκεῖνό τότε πρῶτόν τε καὶ πρῶτον, ὥσπέρ τι κύριον, προσέθεσαν. Suetonius in Iulio, cap. 76. *Non enim honores modò nimios recepit, vt continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam, morum Præfecturam, Prænomen Imperatoris.* Et hoc Imperatoris prænomen à Iulio Cæsare ad reliquos deinceps principes, ceu proprium, non aliter ac Cæsaris, manasse, idem Dion significat, cùm ait, ὅθεν περ καὶ ὅτι πάντας τοὺς μὲ ταῦτα Αὐτοκράτορας ἡ ὅτι κλησις αὐτὴ, ὥσπερτις ἰδία τῆς ἀρχῆς αὐτῶν ἔσα, καθάπερ καὶ ἡ τοῦ καίσαρος ἀφίκετο.

Ita quippe eum locum reponendum censeo. Ac planè populo Rom. inuisum Regum nomen vitantes, non potuerunt modestiore gratioréque appellatione ad Rempubl. opprimẽdam accedere. Fuit hæc Cæsarum seu modestia, seu astutia, verbi lenitate, inuidiã facti mollire: & sub Consularis, Tribuniciæ, Pontificalis, Censoriæ, potestatis specie, omnia sensim in ius suum redigere: regiúmque dominatũ, vi ipsa, sibi vindicare, eo nomine adsumpto quod quilibet ex Senatoribus qui cũ exercitui pręesset, rem bene gessisset, virtute adsequi poterat.

Quodcunque Imperator per Epistolam vel Subscriptionem statuit, vel cognoscens decreuit, vel de plano interlocutus est, vel Edicto præcepit, legem esse constat, l. 1. D. de constitutionib. §. sed & quod, Instit. de iure natura.

Imperator

Imperator cùm ſeruum manumittit non vindictam Imponit, ſed cùm voluerit, ſit liber is qui manumittitur, l. 14. §. vlt. D. de manumiſſionib. *Nemo poteſt commeatum, remeatúmve dare exuli, niſi Imperator*, l. 4. D. de pœnis. *Si quis reſtitutionem relegato Impetrauerit ab Imperatore*, l. 5. D. de reb. dub. *Indulgentia Imperatoris reſtitutus deportatus*, l. §. ſi quis planè, D. de legat. 3.

Cùm Imperator Inſulam adſignauerit, l. 1. D. quan. appell. *Quoad Imperator Inſulam adſignet*, l. 7. D. de interdic. & relegat. *Quem Sãctiſſimus ac Nobiliſſimus Imperator natalibus ſuis reſtituit*, l. 3. D. de natalib. reſtit. *Non facilè ſolent Imperatores*, l. 2. D. eod. tit.

Qui ſe Imperatorem facturum heredem eſſe iactauerat, l. vlt. D. qui teſta. fac. *Imperatorem litis cauſa heredem inſtitui inuidioſum eſt*, l. 91. D. de hered. inſtit. *Ex Imperfecto teſtamẽto Imperatorem legata vindicare inuerecundum eſt*, l. 23. D. de lega. 3. l. 7. C. de teſta. *Si Imperator ſit heres inſtitutus, poſſe inofficioſum dici teſtamentum*, l. 8. §. ſi Imperator, D. de inoff. teſtam. *Imperator ſeruo Prætoram decernere poteſt*, l. 3. D. de offic. prætor. *Permiſſu Imperatoris*, l. 13. D. ad Sc. Turpil.

Beneficium Imperatoris quod à diuina eius indulgentia proficiſcitur, l. 3. D. de conſtit. princip.

Imperatori ſcribere Præſes, l. 7. D. de interdic. & releg. l. 1. D. quan. appel. ſit. l. 6. §. quid tamen, D. de iniuſt. rup. *Deſcribi*, l. 13. D. de l. Corn. de falſ. *Ad Imperatorẽ cauſa remiſſa*, l. 26. D. de appel.

Imperator noſter Seuerus ait Calliſtratus, l. 38. D. de legib. *Imperator noſter* ait Arrius Menãder, l. 4. §. qui poſt, D. de re milit.

Sanè quoties apud Vlpian. legis, *Imperator noſter*, vt in l. 43. D. de in fiſc. l. 1. §. vlt. D. de pollicitationib. l. 1. & l. 3. §. vlt. D. de cenſib. l. 1. §. qui autem, D. de calumniatorib. l. 1. §. ſi quibus, D. de legat. 3. l. 9. D. de excuſationib. l. 3. D. de quæſtionib. l. 2. D. ad Sc. Tertyll. & in L. Dei, Tit. vlt. in fi. & aliàs ſępè, Antoninũ Caracallam intellige, vt ipſemet Vlpianus indicat, cùm ait *Imperator noſter Antoninus Auguſtus*, l. 4. §. quædam, D. de inoff. Proc. *Imperator noſter Antoninus*, l. 6. §. 1. D. de pollicitationib. l. 5. D. de appellationib. recip. *Oratione Imperatoris noſtri Antonini Auguſti*, l. 3. D. de donat. int. vir. *Ab Imperatore noſtro Antonino Auguſto*, l. 1. §. 1. D. de ſuis & legit. *Ab Imperatore noſtro Auguſto & diuo patre eius*, l. 2. §. vlt. D. ad Sc. Tertul.

Proinde verba hæc Vlpiani, *Imperator noſter cum diuo patre ſuo reſcripſit*, vt l. 1. D. de pollicitat. l. 1. §. ſi ſeruus, D. de quæſt. l. 7. §. interdicere, D. de interdict. & releg. ſic accipienda ſunt: id eſt Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. *Reſcripto Imperatoris noſtri & diui patris eius*, l. 6. §. non tantùm, D. de pollicitationib. *Ab Imperatore noſtro & Diuo patre eius*, l. 5. §. 1. D. de publ. iud. & l. 1. §. ſi cui, D. de extraordin. cognit. l. 14. §. qui compulſus, D. ad Sc. Trebellian. l. 15. §. ſi pignora, D. de re iud. *Reſcriptum Imperatoris noſtri, & patris eius*, l. 6. §. ſicut, D. de pecul. leg. *Imperator noſter cum patre*, l. 3. §. vlt. D. de iureiur. l. 29. §. vlt. D. de iure fiſc. l. 26. §. cũ quidam, & §. idem, D. de fideic. libert. *Ab Imperatore noſtro cum patre reſcriptum*, l. 1. §. ſi ſeruus, D. ſi is qui teſtam. lib. *Imperator Antoninus cum patre reſcripſit*, l. 12. D. de religioſ. *Conſtitutione Imperatoris noſtri & Diui Seueri*, l. 3. D. de quæſtionib.

De iiſdem Imperatorib. ſenſit Triphoninus in l. 44. D. de excuſationib. cùm ait, *Imperator noſter cum diuo patre ſuo, reſcripſit*. *Imperator noſter Alexander*, ait Macer, in l. 1. D. ſi pend. appell.

Imperatoria Maieſtas, in Procœmio Inſtitution.

IMPERIALE *Beneficium*, l. 2. D. de reb. eor. id eſt, *Principale*, vt loquitur l. 13. §. tempeſtiuum, D. ad Sc. Trebell. *Imperialis Beneuolentia*, l. 23. C. de nuptiis. *Imperialia Statuta*, l. 3. §. diuus, D. de ſepul. viol. *Imperialium Sententiarum in cognitionibus prælatarum*, Paul. lib. 6. ſcripſerat.

IMPETIVM, interdum ſignificat αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν ἢ ἐξουσίαν, vt loquitur Dion lib. 58. Eleganter autem Ammian. Marcell. definiit. *Imperium* aliud nihil eſſe, quàm *curam ſalutis alienæ*. *Omnibus Ciuitatibus quæ ſub Imperio Populi Romani ſunt*, l. 26. D. ad Sc. Trebell. & apud Vlpian. Tit. 25. Regular. *Hominibus qui ſub Imperio Romano ſunt*, l. 1. D. de his qui ſui vel alien. *Ampliari Imperium hominum adiectione, potiùs quàm pecuniarum copia malim*, ait Hadrianus in l. vlt. §. ſi plures, D. de bon. damna.

Imperium, pro auctoritate & poteſtate Magiſtratuum, l. 215. D. de verbor. ſignific.

Imperium habere Magiſtratus, veluti Conſul, Præfectus vrbi, Prætor, Procõſul, & ceteri qui & coërcere aliquem poſſunt, & iubere in carcerem duci, l. 2. D. de in ius voc. *Conſulem, Prætorem, ceteróſque qui Imperium, Poteſtatémve, quam habent*, l. 26. §. ait Prætor, D. ex quib. cauſ. maior. Et contrà *ſine Imperio eſſe minores Magiſtratus, qui hanc poteſtatem non habent*, l. 32. D. de iniuriis. *Iudicem dare poſſunt, hi quibus id more conceſſum eſt, propter vim Imperij, ſicut Præfectus vrbi, ceteríque Romæ Magiſtratus*, l. 12. §. lege, D. de iudiciis. *Imperio eius qui iubendi habet poteſtatem*, l. 214. D. de verb. ſignific. *Qui hoc Imperio vtitur*, l. 9. §. vlt. D. ad L. Iul. peculat.

Imperio Magiſtratus Adoptari dicuntur, qui apud Prætorem vel Præſidem adoptantur, l. 2. D. de adoptionib. Inſtitut. *Qui Imperio Magiſtratus non paruit*, l. 199. D. de diuerſ. regul.

Imperium Prætoris,l.12.D.de obligat.& act.l.vlt.D.ne quid in loc.publ.*In operis noui nuntiatione Prætoris Imperium versatur*,l.7.§.si paciscar.D.de pactis.*Quod iussit, vetuitve Prætor, contrario Imperio tollere, & repetere, licet*,l 14.D.de re iudic.*Et si Prætor sit is qui alienam Iurisdictionẽ exsequitur, non tamen pro suo Imperio agit*,l.3.D.de offic.eius cui manda.

Imperium in Prætorem vel Consulem arbiter non habet,l.3.§.vlt.D.de recept.qui arbit.*Prætor in Prætorem, vel Consul in Consulem, nullum Imperium habet*,l.13.tempestiuum,D.ad Sc.Trebell.

Magistratus superiore, aut pari Imperio,l.4.D.de recept.qui arbitr. *Vetãte eo qui maius Imperium in eadem Iurisdictione habet: vel etiam si ipse Iudex eiusdem Imperij esse cœperit, cuius erat, qui iudicare iussit*,l.58.D.de iudiciis.

Proconsul maius Imperiũ in Prouincia habet, omnibus post Principem, D.de offic.procõsul.*Portam Romæ ingressus deponit Imperium*,l.vlt.D.de offic.Proconsul.

Præses Prouinciæ maius Imperium in ea Prouincia habet omnibus post Principem, l. 4. D. de offic. præs.*Præses Prouinciæ in suæ Prouinciæ homines tantùm Imperium habet: interdum, & aduersus extraneos homines, si quid manu commiserint*,l.3.D.de offic.præs.

Imperiũ & Potestas,separãtur,l.26.§.ait prętor.D.ex quib.caus.maior.l.7.& l.10.D.adL.Iul. de vi publ.& apud Paul lib.5.Sent.Tit.5.Sicuti*Magistratus & Imperia*,apud Suet.in Iul.ca.75.

Imperium aut Merum, aut Mixtum est. Merum est, habere Gladij potestatem ad animaduertendum facinorosos homines. Mixtum est, cui etiam Iurisdictio inest, quod in danda Bonorum possessione consistit, l.3.D.de iurisdictio.*Merum Imperium, quod lege datur: item*, *Imperium quod Iurisdictioni cohæret*, l.1.§.vlt.D.de off.eius cui mand.est iurisd.*Imperium quod non est merum*:quod nimirũ, *in modica coërcitione, consistit, sine qua Iurisdictio nulla est*,l.vlt.D.eod.tit.

Ea quæ magis Imperij sunt, quàm Iurisdictionis,l.26.D.ad municipal.*Iubere caueri Prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, Imperij magis est, quàm Iurisdictionis*,l.4.D.de iurisdictio.*Tutoris datio, neque Imperij est, neque Iurisdictionis*,l.6.§.tutoris,D.de tutelis.

Imperium,pro iussu.Sic,*velle non creditur qui obsequitur Imperio Patris, vel Domini*,l.4.D.de diuers.regul.Scitum est illud Senecæ,*Seruum herilis Imperij non Censorem, sed Ministrum esse.*

IMPERFECTVM,*Perfecto* aduersatur,l.35.D.de testam.milit. & ita *Perfectum* & *Imperfectum flagitium* opponuntur,l.1.§.vlt.D.de extraord.crim.& apud Paul.lib.5.Sentent.Tit.4.Item *Imperfectum opus*,& *Factum*,l.30.§.qui ædem,D.locati.

Imperfectum Monumentum,l.vlt.D.de mort.infer.

Imperfectæ diuersæ species,l 1.C.qui numer.tut.

Imperfectum dicitur,quod inualidum & nullius momenti est. *Imperfectum esse Negotium*, id est,nullum,l.35.§.1.D.de contrahen.empt.

Imperfecta Donatio,l.7.D.de mort.cau.donat.*Emptio*,l.9.D.de contrah.empt.l.43.§.si sub condicione,D.de ædil.edic.*Liberatio*,l 14. D. de acceptilatio.*Scriptura Testamenti*,l.30. & l. 37.§.cum imperfecto,D.de legat.2.l.1.D.de tabul.exhib.*Stipulatio*, l.115.D.de verbor.oblig. *Transactio*,l.65.D.de condict.indeb.*Venditio*,l.2.C.de peric.& commod.

Imperfectum Testamentum,l.23.D.de legat.3.l.3.& l.35.D.de testam. milit.l.23. D. qui testa. fac. poss. l.2.§. 1. D. testam. quemad. aper.l.3.& l.21.§.ex imperfecto,C.de testament.id est, cui sollemnia iuris desunt,seu,*quod perfectum non est*, vt loquitur l.28.D.de fideicomm.libert. l.12.§.vlt.D.de bonor.poss.cont.tabul.*Si Testamentum quod resignauerit testator, iterum signatum fuerit, septem testium signis, non erit Imperfectum*,l.23.D.qui testam.fac.

Imperfecta Ætas,id est,minor ætas,l.vlt.C.in quib.caus.in integ.restit. cui *Perfecta*, *Iusta*,& *Legitima* aduersatur.

Imperfecta Res dicitur in l.9.§.sed quod prætor, D.quod met. caus. si stipulationem numeratio non sit secuta.

Imperfecto Tempore,l.26.D.de vsufruct.id est,nondum impleto.

IMPERITE *versatus mensor*,l.1.§.hæc actio,D.si mensf.fals.mod.*Si Medicus Seruum Imperitè secuerit*,l.7.§.vlt.D.ad L.Aquil.

IMPERITIA,Peritiæ contraria est.*Imperitia Artificis*,l.9.§.Celsus,l.13.§.si gemma, D.locati, l.27.§.in calicem,D.ad L.Aquil.Cuiusmodi *Imperitia Culpæ adnumeratur*, l.132. D. de diuers. reg.l.9.§.Celsus,D.locati,§.præterea,Instit.de lege Aquil. *Quod Imperitia peccauit artifex*, l.9. §.Celsus,D.locati.*Si gemma insculpenda, aut includenda data, Imperitia facientis fracta sit*, l.13.§.si gemma,*Si calicem diatretum faciẽdum dedisti, si quidem Imperitia fregit*, l.27.§.si calicem, D. ad L. Aquil.*Si per Imperitiam impetum mularum mulio retinere non potuerit*, l.8.D. eod.tit. *Quod per Imperitiam commisit Medicus*,l.6.§.sicuti,D.de offic.præsid.

Imperitia,pro Ignorãtia qualibet.*Si per Imperitiã aperuerit*,l.3.§.si quis ignor.D.de Sc.Silan.

Si per

Si per Imperitiam fecit, l.7. D. de iurisdic. *Si non per errorem aut Imperitiã deceptus fuerit*, l.20. D. de aqua & aqu. pluu. *Si non malitia, sed Imperitia mulieris factum fuerit*, l.2. D. de inspic. ven.

Imperitia, pro Ignorantia iuris, Institutionib. de milit. testam. *Imperitiæ venia datur*, l.40. D. de administr. & peric. *Mulieri, propter Imperitiam, succurrendum est*, l.8. §. si seruus, D. qui satisd. cogant.

Imperitia iudicantis, l.14. §. is demum. D. de bon. libert. l.23. D. de pœnis. *Imperitia coheredum*, l.20. D. famil. ercisc. *Imperitiam error detegit*, l.15. D. de iurisdictio.

Imperitia lapsus fideiussor. l.32. D. de nego. gest. *Lapsus Præses*, l.26. D. de testament. tut. *Lapsi*, l.9. §. si quis ius, D. de iur. & fac. ignor.

Imperitus Seruus, & *Peritus* opponuntur, l.27. §. si quis seruum, D. ad L. Aquil.

IMPERSONALITER *dari stipulatur*, l.15. D. de stipul. seruor.

IMPERTIRE *Consilium*, l.79. §. vlt. D. de iudiciis. *Impertiri Auxilium*, l.18. D. ex quib. caus. l.1. C. si aduers. vend. l.10. C. de pignorib. *Iurisdictionem*, l.14. C. de fideiussorib.

Impertienda cognitione, l.2. C. si aduers. rem iudic. *Dilatio Impertiri solet*, l.7. D. de feriis.

IMPETIGO, l.6. D. de ædil. edic. *Impetiginiosus*, ibidem, qui Impetigine laborat. *Impetiginis* autem, Cornel. Cel. lib.5. cap. vlt. species quatuor facit. Vnam, quæ *similitudine scabiem repræsentat, sed magis exulcerata est, & Variis similes Pustulas habet, videntúrque esse in ea quasi bullulæ quædam, ex quibus, interposito tempore, squammulæ resoluuntur*: Alteram, *papulæ ferè similem, sed asperiorem rubicundiorémque, figuras varias habentem*, *quæ Rubrica cognominatur*: Tertiam, *quæ crassior est & durior & magis timet, in summa cute finditur, & vehementius rodit*: *Nigræ cognomen est*: Quartam, *quæ curationem omnino non recipit, distantem colore: nam subalbida est & recenti cicatrici similis, squamulásque habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam lenticulæ similes*. Quibusdam videtur *Impetigo* eadem esse, quæ Græcis λειχὴν, id est summæ cutis asperitas, cum leni pruritu. *Impetiginum*, autem remedia prodit Plinius, lib.20. cap.9. lib.22. cap. vlt. in Procem. lib.23. & lib.25. cap.7.

IMPETRARE *Actionem*, in Lege Dei, Tit.12. *Iudicium*, l.51. §.1. D. famil. ercis. *Ius iniquum aduersus aliquem*, l.3. D. quod quisque iur.

Impetrare vt diuidatur actio, l. vlt. D. rem pupil. sal.

Impetrare à Principe ius aquæ ducendæ, l.1. §. permittitur, D. de aqua cottid. *Restitutionem relegat*, l.5. D. de reb. dubiis. *Si Mutus aut Surdus, vt liceret sibi testamẽtum facere à Principe Impetrauerit*. l.27. D. qui testa. fac. *Qui filium habebat Mutum puberem, Impetrauit à Principe vt substituere ei liceret*, l.43. D. de vulg. & pupill. *Si Impetrasset creditor à Cæsare, vt pignus possideret*, l.24. D. de pign. act. *Si quis à Principe simpliciter Impetrauerit, vt in publico loco ædificet*, l.2. §. si quis, D. ne quid in loco pub. *Solet à principe Impetrari, vt intra legitimum tempus mulieri nubere liceat*, l. 10. D. de his qui notan. infam. *Impetrare ius anulorum aureorum*, §. & l. vlt. D. de iure aureo. anul. & *Ius anulorum*, l. 42. D. de excusationib. *Bonorum restitutionem Impetrauit*, l.2. C. de sentent. pass.

Fideiussor Impetrauit à potestate, vt antequam solueret, pignora ipse possideret, l.26. D. de pignorib.

Impetrare bonorum latitantis possessionem, l.9. C. de bon. auctor. *Impetrari dilatio*, Paul. lib. 2. Sent. Tit.27. *Impetrare excusationem*, l.1. §. vlt. D. de oper. publ.

Impetrare restitutionem in integrum, l.7. §. sed quod, D. de minorib. l.6. C. de restitutionib.

Impetrare separationem bonorum, l.1. §. autem, & l.5. D. de separationib. *Impetratur separatio decreto prætoris*, l.1. D. eod. tit.

Impetrare Tempus ad deliberationem, seu, *ad deliberandum*, l.9. D. ad Sc. Trebell. l.5. D. de interrogationib. *Impetrare veniam Ætatis*, Tit. de his qui ven. æt. C. *Abolitio priuatim à Præsidibus postulari & Impetrari solet*, l.1. §. abolitio, D. ad Sc. Turpil. *Impetrare debitor à Creditore*, l.34. D. de pigner. act. *Impetrare precibus*, l.6. §. pactus, D. de his qui notan. *Impetrari Iter*, l.12. D. de relig. *Si sine edicti venia Impetrata liberta patronum in ius vocauerit*, l. vlt. D. de in ius vocan.

Impetratum Beneficium, l.45. D. de excusationib. l.2. C. de sent. pass.

Impetrationes Formularum, Rubrica de Formul. & Impetrati subl. C.

IMPETVS interdum efferuescẽtem animi motum, & calorem significat. *Mariti Calor & Impetus facilè decernentis fuit refrenandus*, l.22. §. vlt. D. ad L. Iul. de adult. *Si maritus vxorem in adulterio deprehensam Impetu tractus doloris interfecerit*, l.28. §. Imperator, D. eod. tit. *Si quis vno Impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit*, l.32. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Debet propè vno Ictu & eodem Impetu, vtrumque occidere*, l.23. §. vlt. D. eod. tit. *Impetu delinquitur, cùm per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum venitur*, l.11. §. delinquitur, D. de pœnis.

Dicitur & *Impetus Aquæ*, l.23. D. quib. mod. vsusf. *Amnis*, l.1. C. de alluuionib. *Fluminis*, l.30. §. alluuio. D. de adquir. rer. dom. l.14. §. vlt. D. quemad. seruit. amitt. id est, *Vis*, vt l.7. §. quod si, D. de adquir. rer. do.

Si quis inopinato fortunæ Impetu rem familiarem amiserit, l. 4. D. vt in possess. legat. *Vis est maioris rei Impetus qui repelli non potest*, l. 29. D. quod met. cau.

Impetus aliàs incursum significat: & sic *Impetus prædonum*, l. 23. D. de diuers. reg.

IMPILIA, l. 25. §. fasciæ, D. de auro arg. leg. tegumenta sunt pedum è coacta lana.

IMPINGERE. *Impacta Nauis in scapham*, l. 24. §. si nauis, D. ad Leg. Aquil. *Impacti in carcerem*, l. 13. D. de custod. & exhibit.

IMPIISSIMVS *Filius*, l. 48. D. de hered. instit. *Impias manus parentibus inferre*, l. 1. D. de obseq. parent. *Satis Impium esset, Seruum alienum qui ab hostibus redemptus, & heres cum libertate institutus est, iterum eius seruum fieri cuius erat antequam caperetur*, l. 71. D. de adquir. vel omitt.

IMPIVM & *Inofficiosum Testamentum*, Quintil. Declamat. 264. *Impia sacra*, apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 13.

IMPLERE, explere, & complere significat. Et ita, *Implere ætatem*, l. 21. §. filium, D. de annu. legat. l. 10. C. de fideic. libert. *Impleta legitima Ætas*, l. 41. D. de fideiuss. l. 1. C. de cur. furio. l. 2. C. de tempor. in integr. *Implere Annum duodecimum*, l. 13. §. vlt. D. de tutor. & curat. l. 14. C. de fideic. libert. *Quartumdecimum Annum*, l. 2. C. quando prouocare. *Annum vicesimum quintum*, l. 15. §. si quis, D. quod vi aut clam, l. 21. §. filium, D. de annu. legat. l. 5. C. quando dies leg.

Impleri Annus, l. 49. §. 1. D. de legat. 1.

Impletus Annus, l. 6. D. de excusatio. *Ante Impletum quintum & vigesimum Annum*, l. 14. C. de adminis. & peric. *Post Impletum Annum*, Paul. lib. 3. Sent. Tit. 4. *Impleto Anno*, l. 3. C. si mancip.

Implere Annos, l. 40. D. ad Sc. Trebell. l. 14. C. de adminis. tut. *Annos legitimæ Ætatis*, l. 12. C. eod. tit. *Implere Annos sedecim*, l. 41. §. libertatem, D. de fideic. libert. *Octodecim*, l. 37. D. de vsu & vsufr.

Ante Impletum Tempus, l. 24. D. de donation. int. vir. *Post Impletum Tempus*, l. 6. C. ex quibus caus. infam.

Impleto Tempore conductionis, l. 9. §. 1. D. de publicanis, l. 13. §. qui impleto, D. locati. *Locationis*, l. 11. C. de loc. & cond. *Impleto quinquennio*, l. 35. D. de vsu & vsufr. *Si vtriusque possessio Impleat tempora constitutionibus statuta*, l. 76. §. vlt. D. de contrah. empt.

Implere Possessionem, l. 7, D. pro empt. l. 23. §. 1. D. ex quib. caus. maior. *Ante Impletam possessionem*, l. 13. D. pro empto.

Implere Vsucapionem, l. 30. D. ex quib. caus. maior. l. 7. D. de vsurpationib.

Impleri Vsucapio, l. 40. D. de vsurpationib. l. 1. §. per seruum, D. de adqui. poss. l. 12. §. facti, D. de captiuis, l. 4. C. de vsucap. *Impleta Vsucapione*, l. 2. D. pro herede.

Implere Stipendia, l. 2. C. de re milit. lib. 2. *Impletis Stipendiis*, l. 9. D. de re mil. *Non Impletis Stipendiis*, Rubr. de his qui non implet. C. *Post impletam Militiam*, Rub. quib. munerib. C. *Impleto Tempore Militiæ*, l. 13. §. missionum. D. de re milit.

Implet Animus quod deest possessioni, l. 3. §. Neratius, D. de adquir. possess.

Impletus numerus liberorum, l. 2. §. 1. D. de vacat. & excus. *Impleto Asse*, Paul. lib. 2. Sentēt. Tit. 5. id est, expleto & distributo.

Implere interdum significat adimplere & exsequi.

Implere Iudicium vxoris defunctæ, l. 15. C. ad leg. Falcid.

Implere Officium debitum, l. 21. §. vlt. D. de Sc. Silan. *Officium quod in se recepit*, l. 3. §. 1. D. de recept. qui arbitr. *Quod Pollicitatæ sunt*, l. 6. §. non tantùm, D. de pollicitationib.

Implere Fidem, l. 4. §. nihil, D. de manumiss. l. 8. C. depositi, l. vlt. C. de condict. ob caus. l. 20. C. mandati, l. 26. C. de loc. & conduc. l. 2. C. de pact. pignor. *Non Impleta fide*, l. 3. C. de donat. quæ sub. mod. l. 6. C. de pact. inter empt. *Si bonæ Fidei contractum Impleri postules*, l. 1. C. de furtis. *Impleri Conuentio*, l. 2. §. si sub. D. pro empt. *Implere placitum*, l. 1. C. de commodato. *Implere Venditionem*, l. 46. D. de act. empt. *Impleta Venditio*, l. 10. §. si ante, D. de iur. dot.

Implere Condicionem, l. 13. D. de manum. test. l. 3. D. de statulib.

Impleri Condicio, l. 11. §. vlt. & l. 86. D. de condic. & dem. l. 18. D. de condic. indeb. l. 104. D. de legat. 1. l. 34. §. si ea, D. de legat. 2. l. 15. D. de stat. homin. l. 7. D. de contr. empt. l. 9. D. qui potior. l. 137. §. cùm quis, D. de verb. oblig.

Condicionis Implendæ causa, l. 15. D. de manu. vind. l. 91. D. ad L. Falcid. l. 8. D. de mort. cau. donat. *Impleta Condicio*, l. 5. & l. 7. D. de condic. & demonstrat. *Nec dum Impleta condicione*, l. 6. D. de bonor. poss. sec. tab.

Implere satisdationem, l. 2. D. de custod. & exhibit. *Impleta satisdatione*, l. 17. D. de testam. tut. *Impleta Cautio*, l. 24. D. de vsu & vsufr. leg. *Non Implere collationem*, l. 1. §. si cùm duo. D. collat. de bonor. *Implere quantitatem*, l. 27. §. si heres, D. ad Senat. Trebell.

Implere Stipulationem, l.2. D. de fideiussorib. *Implendæ Stipulationis gratia*, l.7. D. de nouationib.

Impleta est numeratio, l.1. D. qui potior. *Vt quarta Impleatur*, id est, repleatur, Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 5.

Impletum Testamentum, l. vlt. C. famil. erciſc. *Ante Impletum Testamentum*, l.14. D. de legat. 1. *Implenda est Voluntas*, l.8. §. quoties, D. de condic. instit. *Implere partem Religionis*, l.3. C. arbitr. tut.

Implere interdum, est probare, l.23. D. de probationib. l.1. C. eod. tit. *Eo Impleto*, id est, probato, l.1. C. de condict. ob turp. cauſ. *Quo non Impleto*, l.3. C. de non numer. pec.

Implere intentionem, l.19. D. de probat. l.14. D. de inoff. test. l.21. & l. vlt. C. de rei vindicat, l.9 C. de oblig. & act. l.9. C. de præscript. long. tẽp. *Implere intentiones*, l. vlt. C. de eo qui pro tut. *Implere exceptionem*, l.19. D. de probationib. *Implere quod intẽderit*, l.3. §. item Diuus, D. de testib. Et contrà, *Non Implere quod intenderit*, l.5. §. opus, D. de manumiss. *Implere petitionem*, l.30. §. vlt. D. de except. rei iud. *Implere probationẽ*, l.17. D. in prin. & §. vlt. D. de probationib. *Impleri probationem*, l.26. §. vlt. D. depositi. Quintilian. Declamat. 7. *Ego verò, Iudices, ex hoc qui recusat dimes quæstionem partem probationis Impleri.* Lactantius lib. 7. cap. 8. *Parum habent firmitatis ad probãdam & Implendam veritatem.*

Implere Accusationem, l,14. D. ad Sc. Turpill. *Impleri Accusatio Argumentis*, l.15. D. de quæst. *Impletis Accusationibus*, l.6. C. ad exhibend.

Implere adfirmationem, l.5. C. de liber. cau. *Delationes*, l.5. §. vlt. D. de pub. iud. *Professionẽ*, l.42. §. vlt. D. de iur. fisci. *Prouocationis certamen*, l.6. C. de his quæ vt indign. *Sollemnia*, l.11. C. de administr. tut. *Sollemnia Accusationis*, l.18. D. de accusat. & l.11. §. quidam, D. ad leg. Iul. de adult.

Implere litem, l. vlt. C. de præscript. 30. vel 40.

Impleta causa appellationis, l.2. C. quando prouocare.

Implicari *Molestiis Hereditariis*, l.2. §. si quis ex vncia, D. de doli except. *Negotiis Hereditariis*, l.22. §. D. si quis omiss. l.87. D. de legat. 1. *Ne oneribus patris pupilli hereditas Implicetur*, l.42. D. de adquir. vel omitt. *Qui scire potuit se oneribus fore Implicitum*, l.38. D. eod. tit. *Quæ non Implicantur rebus soli*, l.30. §. 1. D. de vsurpationib.

Implicitus statulibero casus libertatis, l. vlt. D. si ex noxa. cau. *Implicita facti quæstio*, l.52. D. pro socio. *Mensularium cum quo rationem Implicitam habebat*, l.47. D. de pactis.

Implorare *Auxilium*, l.13. §. vlt. D. ad Sen. Trebell. l.52. §. 1. D. de fideiussorib. l.15. D. de appellationib. l.58. D. ad l. Falcid. l.4. C. quib. ex cauſ. maior. l.11. C. ad leg. Falcid. l.1. C. de restitutionib. l.1. C. de his qui veniam. *Auxilium restitutionis*, l.8. & l.46. D. de minorib. l.33. D. ex quib. cauſ. maior. l.52. 55. &. 56. D. de fideiussorib. l. vlt. C. si aduers. transact.

Auxilium restitutionis Implorabitur, l.52. §. 1. D. de fideiussorib.

Imploratum auxilium, l.1. C. de his qui per met.

Implorare Beneficium legis Falcidiæ, l.89. D. ad leg. falcid. *Legem Falcidiam*, l.87. §. vlt. D. de legat. 2. *Implorari Beneficium*, l.1. C. si aduer. solut.

Implorare Compensationem, l.2. C. de compensationib. *Implorare Decretum*, l.39. §. curatores, D. de administr. & peric. *Frustra Imploratur Edictum*, l.1. §. vlt. D. vt in poss. legator.

Implorare Iudicium liberale, l.3. §. si seruus, D. de adquir. possess. *Implorari Iudicium & Cognitio*, dicitur, id est, desiderari, l.7. D. de hered. petit. l.3. §. 1. D. vt in poss. lega.

Implorare Restitutionem in integrum, l.86. D. de adquir. vel omitt. l.13. §. 1. & l.35. D. de minorib. l.1. C. de filiosa. mino. *Implorata restitutio*, l.6. C. de in integr. restit.

Imponere *Libertatem*, l.7. §. vxori, D. de donat. int. vir. l. vlt. D. qui & à quib. l.11. §. 1. D. de minorib. *Imponere vindictam seruo*, l.19. §. pater, D. de castren. pecul. l.14. D. de manumissionib. *Imposita vindicta*, l.12. §. potest. D. de liber. cauſ. Horat. Epist. lib. 2. *Quem ter, Vindicta, quatérque Imposita, haud vsquam misera formidine priuat, Impositio pilei*, l.10. C. de testam. manumiss. *Imponi Libertatis causa*, l. vlt. D. de liber. cauſ. *Impositæ Libertatis causa*, l.8. D. de donat. l.33. & l. 37. D. de bon. libert. *Quæ liberto Imponuntur*, l.1. §. quæ onerandæ, D. quar. rer. act.

Imponere Onus, l.15. C. de probationib. *Onera*, l.88. §. quæ marito, D. de leg. 2. l.36. & l.47. D. de damn.

Imponere Operæ, l.7. §. 1. l.31. l.33. & l.37. §. 1. l.38. & l.48. D. de oper. libert. l.95. D. de leg. 1. *Impositæ Operæ*, l.1. l.2. & l.5. C. de oper. libert. l.6. C. de obseq. patr.

Imponere Seruitutem, l.10. 5. D. de condic. & dem. l.17. §. vlt. D. de aqua & aq. pl. *Ædificiis*, l.39. D. de seruit. præd. vrban. *Fundo*, l.7. §. non solùm, D. de dolo. *In Imponenda seruitute*, l.2. D. de riuis.

Imponi Seruitus, l.17.§.via, D.de aq.& aq.pluu.l.59.§.si fundus, l.84.§.ædes, & l.116.§.vlt. D.de legat.1. *Imponi Seruitus Ædificio*, l.23.§.vlt. D.de seruit.præd.vrb. *Fundo quem quis vendat*, l.19.D.de seruitutib. *Imposita Seruitus*, l.27.§.si serui, D.de vsufruct.l.1.D.de seruit.leg.l.3.§.si quis aquam, D.de aqua quotid. *Iure Imposita Seruitus*, l.1.§.vlt.D.de aq.& aq.plu.l.9.§.si fundus, D.de legat.2.

Imposita alieno agro Seruitus, l.30.§.vlt.D.de damn.infec. l.2.§. viarum, D. ne quid in loco pub.

Imponere Magistrum Naui, l.1.D.de exercitor. *Imponi locādis Nauibus Magistri*, l.1.§.1.D. eod. tit.

Imponere Pecora prædiis, id est, stercorare, l.14.D.de impens.in res dotal.

Imponere Seruum in Machina, l.5.§.sed interdum, D.commodati. *Imponere supra suum Ædificiū*, l.24.D.de seruit.præd.vrb. Eodémque sensu *Imponere* dixit Paul.in l.33.D.eod.tit.

Qui in conducto solo superficiem Imposuit, l.18.§.ei qui, D.de dam.infec. *Impositum Ædificiū areæ*, l.39.D.de legat.2. *Imponere fenestras & ostia in aliena Ædificia*, l.59.D.de rei vindic. *Impositæ Ædificiis tegulæ*, l.18.D.de actionib.emp.

Imponere parietibus Riuum, l.61.D.de vsufructu, &, *Tectorium nouum*, l.44.D.eod.tit.

Imponere Merces in Nauem, l.2.§.cùm in eadem, D. de lege Rod. *Impositæ Naui merces*, l.6. D.de naut.fœno. *Impositis in Nauem mercibus*, l.122.D.de verbor.obligat. *Impositæ res in Nauem*, l.4.§.vlt.D.naut.caup.

Imponere sibi Necessitatem satisdationis, l.7.§.1.D.qui satisd.cog. *Imposuerunt Necessitates*, l.3.§. vlt.D.de decurionib. *Imponi Necessitas*, l.31.§.vlt.D.ad Sc.Trebell.l.17.D.de seruit.præd.vrb. *Imponenda Necessitas defensionis*, l.18.§.vlt.D.de castr.pecul. *Imposita Necessitas*, l.6.C.qui petant tutor. *Proconsuli necessitatem Impositam per mare Asiam applicare*, l.4.§.quædam.D.de offic. Procons. *Non Imponitur Necessitas Procōsuli vel Legato, suscipiendæ cognitionis*, l.8.& l.9.D.de offic.præsid.

Imponi pœna, l.1.D.nihil innouari. *Imposita pœna*, l.1.§.1.D.de effractorib.l.17.§.pœna, D.de his qui notant.infam. *Pœna delicto*, l.131.§.vlt.D.de verbor.signif.

Imponi merces Seruo Ancillæ vè pro opera, l.13.D.de vsu & habit.

Imponi Probatio Actori, l.18.§.vlt.D.de probationi. *Imposita Condicio ei qui Alexandriæ agit*, l.4.§.puto, D.de hered.instit. *Legato*, l.86.D.de condic.& dem. *Impositum nomen Fundo*, l.106. D.de verb.oblig. *In Imponenda ratione*, l.6.& l.8.C.ad leg.Falcid. *Quadrans qui heredi Imponitur*, l.49.D.de iure fis.

Impositicij canthari, l.41.§.item, D.de legat.1.

IMPORTARE, id est, inferre, intendere. Sic *Importare Actionem*, l.vlt.§.vlt. D.de diuortiis. *Crimen*, l.14.§.is demum, D.de bon.libertor.l.9.§.1.D.de statuliber.

Importare, aliàs est irrogare. *Importare Ignominiam*, l.5.D.decurionib. *Infamiam*, l.7.D.de publ.iudic.& l.22.D de his qui not.infam.

Importari, id est inferri. *Importari & Exportari merces*, aduersantur.l.59.D. de verbor.signif.

Importata in Habitationem, l.1.D.de migran.id est, illata, ideóque *Importata* ab *Inuectis* & *Inductis* separantur, l.32.D.de pignorib.

Importata, Vi Fluminis, l.9.§.1.D.de dam.infec. *Vi Fluminum*, l.4.§.vlt.D.de reb.cred.

IMPORTVNO *Tempore, vel Loco offerre pecuniam*, l.30.D. de solutionib. cui contrariū est *Oportuno loco*, l.32.D.de vsur. Cic. lib.2.de Orato. *Aut importunum Tempus in tanto otio quod rarò datur.*

Importunè repetere, l.18.§.sicut, D.commodati. id est, *intempestiuè*, vt ibidem.

IMPOSSIBILIS *Condicio*, & *Possibilis*, pugnant, Paul.lib.3. Sentent. Tit.5.l.16.§.vlt.D.de iust.rup. *Possibilis* autem *Condicio*, vt ibidem Paul.definit, *est quæ per rerum naturam admitti potest: Impossibilis, quæ non potest.* Iustinianus in §.si Impossibilis, Institut.de inutilib. stipulat. *Impossibilis*, ait, *Condicio habetur, cui natura impedimento est, quo minus existat: veluti, si quis ita dixerit, Si digito cœlum attingero, dare spondes?* Pomponius l.16.§.vlt.D.de iniust.rup. *Si Impossibiles sunt conditiones, veluti, Titius si digito cœlum tetigerit, heres isto.* Planè *Impossibilis Condicio* intelligitur, siue Natura *Impossibilis est*, siue *Iure impleri non potest.* l.137.§.cùm quis, D.de verbor.oblig. *Qui ita heres Institutus est, si Seruum hereditarium non alienauerit, siquidem solus heres scriptus sit, sub Impossibili Condicione institutus videtur*, l.4.§.vlt.D.de condic.inst. *Si tam difficilem, immò penè Impossibilem condicionem adiecerit, vt aliunde ea libertas obtingere non possit, veluti, Si heredi milies dedisset*, l.4.§.1.D.de statuliber. Municipibus, *Si iurassent, legatum est, hæc condicio non est Impossibilis*, l.97.D. de condicion.& demonstr..

Impossibilis

Impoſsibilis autem *Condicio*, Græco ſermone, Ἀδύνατος appellatur, l.20.D.de condic.inſtit. l.104.§.1.D.de legat.1.*Si ſub Impoſsibili Condicione ſtipuler*, l.9.§.numeraui, D.de pactis.

Impoſsibilis condicio, cùm in faciendum concipitur, Stipulationibus obſtat, l.7.D.de verbor.oblig.

Si Impoſsibilis Condicio obligationibus adiiciatur, nihil valet Stipulatio, §. ſi impoſſibilis, Inſtitution.de inutilib.ſtipulationib. *Sub Impoſsibili condicione factam Stipulationem conſtat inutilem eſſe*, l.1.§.ſi id quod, D.de actio. obligat.& act. *Si ſub Impoſsibili condicione ſtipulatus ſim, fideiuſſor adhiberi non poteſt*, l.29.D.de fideiuſſorib. *Non ſolum Stipulationes Impoſsibili condicione applicatæ, nullius momenti ſunt, ſed etiam ceteri quoque contractus, veluti Emptiones, Locationes, Impoſsibili condicione interpoſita, æquè nullius ſunt momenti*, l.31. D.de oblig. & act. Hæc ita in contractibus ſe habent. At in ſupremis Tabulis, non æquè. Etenim *ſub Impoſsibili Condicione factam Inſtitutionem placet non vitiari*, l.1. D.de condic.inſtit. *Si in non faciendo Impoſsibile Condicio inſtitutione heredis ſit expreſſa, heres erit, perinde ac ſi purè inſtitutus eſſet*, l.50.§.ſi in non, D.de hered. inſtit. *Si quis ita inſtitutus ſit, Si monumentum poſt mortem teſtatoris in triduo proximo mortis eius feciſſet: cum monumentum in triduo perfici non poſsit, dicendum erit condicionem euaneſcere, quaſi Impoſsibilem*, l.6.D.de condicion.inſtit. *Optinuit Impoſsibiles Conditiones teſtamento adſcriptas pro nullis habendas*, l.3.D.de condicion.& demonſtr. Ἀδύνατος *Condicio pro non ſcripta habetur*, l.104. §.1. D. de lega.1. *Impoſsibiles condiciones in teſtamentis poſitæ, pro non ſcriptis ſunt*, l.6.§.vlt.D.de condicion. & demonſt. *Perinde eſt quaſi Condicio adſcripta non ſit, quæ eſt Impoſsibilis*, l.16.§.vlt.D.de iniuſt.

Si ſub Impoſsibili condicione legatum ſit, pro Puro hoc legatum habetur, l.5.D.quando dies legator.

An quaſi ſub Impoſsibili condicione legatum datum debeatur, l.12.D. de dote præleg. *Id quod Impoſsibile in teſtamento ſcriptum eſt, nullam vim habet*, l.45.D.de hered.inſtit. *Quod Impoſsibile eſt, neque Pacto neque Stipulatione poteſt comprehendi*, l.32.D.de diuerſ.reg. *Ea quæ dari Impoſsibilia ſunt, pro non adiecta habentur*, l.135.D.eod.tit.

Impoſsibilium nulla eſt Obligatio, l.145. D. eod. tit. *Non moriturum præſtari Seruum Impoſsibilis Promiſsio eſt*, l.8. C.de contrah.& committ.ſtipul.

Impoſsibile eſt quod promittitur Seruum ſanum eſſe, Furem non eſſe, Viſpellionem nõ eſſe, ſi quis in hac cauſa eſt, l.31.D.de euictionib. *Non Impoſsibile eſt hoc pactum ne facias furem Seruum meum: hoc eſt, ne ſollicites, vt fur fiat*, l.50. D.de pactis. *Si Homo mortuus ſiſti non poteſt, nec pœna rei Impoſsibilis committetur*.l.68.D.de verbor.oblig. *Si ita ſtipulatus fuero ſiſti? & niſi ſtiteris aliquid dari quod promittenti Impoſsibile eſt*, l.126.§.vlt.D.de verb.oblig. *Si inter eos qui Romæ ſunt, talis fiat Stipulatio, Hodie Carthagine dare Spondes? quidam putãt, non ſemper videri Impoſsibilem cauſam ſtipulationi contineri*, l.vlt.§.ſi inter, D.de verbor.oblig.

Impoſsibile eſt, vt alueus Fluminis publici non ſit publicus, l.1.§. ſimili modo, D. de fluminib. *Ne Impoſsibile iniungatur tutelæ munus, quod obiri à liberto non poteſt, qui tanta corporis aut mentis valetudine ab agendis rebus prohibetur vt ne ſuis quidem rebus ſufficiat*, l.45.§.vlt.D.de excuſat.tut.

Impoſsibilis Separatio, l.1.§.præterea, D.de ſeparationib.

Impoſsibile præceptum Iudicis habetur, cui pareri per rerum naturam non poſsit, l.vlt.D.quæ ſentẽt. ſine appell.

Impostores, l.4.§.1.D.ædil.edic. *Impoſtorũm verbum*, l.1.§. medicos, D.de extraordin. cogn. *Impoſtura callida Mathematicorum*, in Lege Dei, Tit.15. *Impoſturam facere*, l.3.D.ſtellionat. Trebellius Pollio in Galienis. *Cùm quidam gemmas vitreas pro veris vendidiſſet eius vxori, atque illa, re prodita, vindicari vellet, ſurripi, quaſi ad Leonem, venditorem iuſsit. Deinde caueæ caponem emittit: mirantibúſque cunctis rem tam ridiculam, per Curionem dici iuſsit: Impoſturam fecit, & paſſus eſt: deinde negotiatorem dimiſit.*

Impotenter *ſe gerere*, l.9.§.vlt.D.de offic.Proconſ.Quintil.lib.2.cap.3. *Ne quid Impotenter faciat. Impotentem* autem, *nimis potentem* interpretatur Donat.in Andr.Terent.Act.5.Sc.3.

Imprecari, l.1.§.medicos, D.de extraord.cognit.

Imprimere *Signum*.Seneca lib.3.de Benefic.cap.15. *In quid iſti viri ornati adhibiti ſunt? in quid Imprimunt ſigna?* Et ita, *Signum, Anulo Impreſsum*, l.22.§.ſignum, D.qui teſt.fac.poſſ. *Signum pecori Imprimere*, Virgil.lib.1.Georgic. & *Sigilla Imprimere*, Cicero, Academ.4.

Impressio. *Si per Impreſsionem, quis rei ſuæ fecerit ceſsionem*, l.11.C.de his quę vi. *Impreſsione alicuius Terroris*, Paul.lib.5.Sentent.Tit.1.Cicero Epiſt.2.lib. 5. Famil. *Non Iudicio atque diſceptatione, ſed vi atque Impreſsione euertere.*

Improbare, probare, ſeu adprobare, cõtraria ſunt, l.47.D.ſol.matr.l.10.D.qui ſatiſd.cog. *Improbare* enim eſt *reprobare*, vt loquitur l.9.D.de negot.geſt.

Improbat Labeo, l.32.§.1.D.de auro arg. *Quod Vlpianus rectè Improbat*, l.68.§.vlt. D.ad L.Falcid. *Improbat Sententiam*, l.60.D.de adquir.vel omitten. *Pomponius dicit non ſe Improbare*, l.18.§.

si is qui vnas, D. de dam. infec.

Non Improbat Prætor, l. 4. §. 1. D. de alienatio. iudic. *Condiciones quas Prætores Improbauerunt*, l. 14. D. de condicion. instit. *Sub ea condicione scriptus heres quam Senatus aut Princeps Improbant*, l. 15. D. eod. tit. *Captatorias institutiones non eas Senatus Improbauit*, l. 70. D. de hered. instit.

Qui fideiussores ex causa Improbat ab Arbitro probatos: aliàs Improbatos probat, l. 10. D. qui satisd. cogan.

Cur Improbet Maritus mores quos ipse aut antè corrupit, aut postea adprobauit, l. 10. D. soluto matr.

Improbare Vinum, l. 34. §. item si, D. de contrah. empt. *Improbari appellatio*, l. 13. D. de appellat. *Non Improbari Iurisdictionem*, l. 57. D. de re iudica. *Improbabitur contractus*, l. 9. §. hoc Sc. D. de Sc. Maced. *Improbari Conuentio Moribus*, l. 27. D. de pact. dotal. *Vociferatio bonis Moribus*, l. 15. §. sed quod, D. de iniuriis, *Improbandæ operæ causa remotus propter iustam causam à negotiis*, l. 13. D. de annu. legat.

Improbatæ lectionis libri, magici fortè, l. 4. §. 1. D. famil. ercisc. *Improbatæ publicè religionis Iusiurandum*, l. 5. §. sed si quis, D. de iureiuran. *Improbato More versatus in celanda seruitute*, l. 1. §. & generaliter, D. de actionib. emp. id est malo More, vt aliàs. *Proxenetæ Emptionibus, Venditionibus, commerciis, contractibus licitis, vtiles, non adeò Improbabili more, se exhibent*, l. vlt. D. de proxenetic.

Si Creditor prostituit ancillam, vel aliud Improbatum facere coëgit, l. 24. §. vlt. D. de pigner. act.

IMPROBVM *eum esse* Paulus censet *qui velit iterum consequi quod accepit*, l. 51. §. vlt. D. de re iud.

Improbus non est qui ignorat quantum soluere debeat, l. 100. D. de diuers. reg. *Improbus est, qui de viui hereditate sollicitus est*. l. 2. §. interdum, D. de vulg. & pup. Vnde *non Probè de hereditate viuentis agi*, ait Iulian. in l. 27. §. à patre, D. ad Sc. Trebellian. Sic & Plin. Epist. 18. lib. 8. *Improbas Spes*, appellat eorum qui hereditates captabant. Liui. lib. 4. *Viuo, & spirante me, hereditatem meam, ambo, spe, & cupiditate improba, creuistis*. Iustinus etiam Cyrenarum Regem, *Spe Improba*, regnũ Africæ amplexum scribit, lib. 22. Apud eundem lib. 29. Demetrius queritur Romanos non contentos Italiæ terminis, *Improba spe Imperium, totius orbis amplexos*.

Qui vi rapuit fur Improbior esse, l. 2. §. ceterũ, D. vi bon. rapt. l. 14. §. qui vim, D. quod met. cau.

Improbus litigator, l. 2. §. quòd si actor. C. de iureiur. prop. cal. §. hęc autem Inst. de pœna tem. litig. Quintil. Declam. 319. *Adhuc ergo ambo Improbi estis: ambo calumniatores. Improbus intestabilisque est*. Quæ refert Agell. lib. 15. cap. 13. quorũ vtramque etiam coniungit Salust. in Bello Iugurth. *Improbissima femina*, l. 1. §. origo, D. de postulan.

Improba Accusatio, l. 1. §. accusationem, D. ad Sc. Turpillian. l. 19. C. ad leg. Corn. de fals. & apud Cassiodor. l. 44. lib. 4. Variar. *Improba Lis*, l. 10. D. de iudic. l. 8. §. meminisse, D. de inoff.

Improba Alienatio, l. 5. C. de distract. pignor. *Ob causam non Improbam accepit, qui ideò accepit, vt fugitiuum iudicaret*, l. 15. D. de præscript. verb.

Improba Possessio, l. 7. C. de adquir. & retin. possess. *Non Improbæ reputationes*, l. 2. D. vbi pupil.

Improbum, id est iniustum & inciuile. *Improbum Desiderium*, l. 10. C. de his quæ vi, l. 16. C. de procurato. *Improbo desiderio postulare*, l. 27. C. de trãsactionib. *Improbum fœnus*, l. 20. C. ex quib. caus. inf. id est, illicitum. *Quotiẽs heres iurare iubetur, daturum se aliquid vel facturum, quod non Improbum est*, l. 8. §. quotiens, D. de condic. instit. *Nec enim Improbum, & si quis hactenus desideret conueniri, quatenus facultates*, l. 49. D. de pactis. *Testamentum non Improbum*, Cic. 3. in Verr. *Improbius furtum* vocatur expilatio hereditatis, l. 12. C. ex quib. caus. infa. Quintil. Declam. 347. *Sed rumor de morte mariti venit, hæc statim nupsit alio marito. Quid est hoc aliud, quàm Improbius* Adulterium?

IMPROBÈ est, non probè, vel parũ probè, non iure, iniustè, inciuiliter, contra bonã fidẽ.

Improbè venditor rem à se distractam euincere conatur, l. 17. D. de euictionib. *Si pupillus alterum ex tutoribus post pubertatem liberauerit, Improbè alterum illius nomine conabitur interpellare*, l. 45. D. de administr. & peric. *Deportatus qui à principe restitutus bona sua recepit, protegere se sceleris pœna contra creditores, quo minus æs alienum soluat, Improbè conatur*, l. 12. C. de senten. pass.

Improbè desiderabit petitor fructus æstimari qui ex artificio serui percipi potuerunt, quod artificium sumptibus possessoris didicit, l. 31. D. de rei vindic. *In possessionem earum rerum, quas mortis tempore non possedit, heres scriptus, priusquam iure ordinario experiatur, Improbè mitti desiderat*, Paul. lib. 3. Sent. Tit. 6. id est, *nec probè*, vt l. 17. D. de his quæ vt indign. & l. 1. D. qui potior. & contrà, *Non Improbè desiderare*, l. 26. §. 1. D. de pact. dotalib. *Nec enim tam Improbè causari potest, iudicatum pro se per gratiam*, l. 56. §. 1. D. de legat. 1.

Improbè vir vsuras petit promissas in exhibitionẽ vxoris, in quam nulli sumptus ab eo facti sunt, l. 69. §. 1. D. de iure dot. Quintil. Declam. 306. *Plus est in animi moderatione, ne quid Improbè petas*.

Improbè recusare restitutionem, l. 14. C. de donat. ante nupt. *Non Improbè recusat*, l. 10. §. 1. D. si quis omissa. caus. test.

Improbè factum, l. 5. C. de his quæ vi. *Improbè resistit debitor*, &c. l. 41. D. de pigner. act. *Retinere possessionem*. l. 9. C. de adquir. possess. *Qui Testamentum inofficiosum Improbè dixit*, l. 8. §. meminisse, D. de inoffic. testament. *Non Improbè dictur mihi videtur*, l. 12. D. de transaction. *Respondit*, l. 11. §. ex causa, D. de interrogationib. *Nimis Improbè negatur*, l. 5. C. de nouationib. *Postulatis*, l. 3. C. vnde vi. *Improbè ad negotia accessisse* dicitur, *qui sui lucri causa, & deprædandi studio, negotia gessit*, l. 6. §. si quis pecuniam, D. de negot. gest. *Improbè coire in alienam litem*, l. 6. D. ad L. Iul. de vi priua. *Ad aliquid faciendum vel cogitandum Improbè*, l. 1. §. persuadere, D. de ser. corrup.

IMPROBITAS *Cauponum, Nautarum, Stabulariorum*, l. 3. §. 1. D. naut. caup. *Heredis*, l. 49. D. de fideiussorib. *Nemo de Improbitate sua consequitur actionem*, l. 12. D. de furtis.

IMPROFESSVS *seruus*, l. vlt. §. 1. D. de publicanis. Quintilian. Declamat. 341.

IMPROVISVS *Casus*, l. 30. §. miles, D. de testam. milit. *Quæ ex Improuiso casu accidunt*, l. 1. C. ad leg. Cornel. de sicar. & in Lege Dei, Tit. 1. *Improuisa Absentia*, l. vlt. D. vbi pupill.

Improuisum Debitum, l. vlt. § 1. C. de iur. delib. *Onus*, l. 41. D. de actio. emp. *Ex Improuiso capi*, l. 2. §. is qui ad hostem, & l. 5. §. qui captus, D. de re milit. *Indictæ collationes*, l. 8. §. vacationum. D. de vacat. & excusat.

IMPRVDENS, & *Prudens*, inuicem pugnãt, l. 66. §. mulier, D. solut. matr. vt *Imprudens & Sciens*, apud Terent. Hecyra, Act. 5. Sc. vlt.

Imprudens Emere dicitur, qui bona fide rem à non domino emit, l. 24. §. 1. D. de act. empt. l. 19. & l. 20. §. si cũ me absente, D. de neg. gest. l. 31. §. 1. D. de reb. cre. l. 38. & l. 58. D. de rei vind.

Imprudens vendidisti, id est ignorãs, l. 41. §. vlt. D. de contr. emp. *Imprudens*, id est insciens, l. 17. §. idem ait, D. de ædil. edic. *Damna fatalia quæ Imprudentibus accidunt*, id est nihil tale opinantibus, & præter spem ac cogitationem, l. 52. § damna, D. pro soc.

Imprudentis cædis damnatus, apud Quintil. Declamat. 248. & in argumento Declamat. 305.

Imprudentes, pro imperitis iuris, l. 17. §. idem ait, D. de ædil. edic.

IMPRVDENTIA imperitiam significat. sic *Imprudentia Adcessoris*, l. 2. D. quod quisque iur. *Iudicis*, l 51. D. de euictionib. l. 5. §. si iudex, D. de obligat. & act. l. vlt. D. de extraord. cognit. §. vlt. Instit. de obligat. quæ ex qua. delic.

Imprudentia, aliàs pro quacunque ignorãtia ponitur, vt & Donat. in Prolog. Eunuchi notat. Cicero lib. 2. Rhetoric. ad Heren. *Si autem Imprudentia reus se peccasse, primũ quæretur, vtrum potuerit scire, aut non potuerit: deinde, vtrum Casu fecerit an Culpa*. Idem in Partitionib. *Imprudentiã* ait esse *aut in casu, aut in quadam animi permotione*. Quintil. in argumento Declamat. 248. *Qui cædem per Imprudentiam commiserat. Imprudentiæ, ferè in omnibus pœnalibus iudiciis succurritur*, l. 100. D. de diuers. reg. *Per Imprudentiam*, id est inconsulto, oscitanter, & errore, l. 22. §. si in stipulationem, D. rat. rem hab. l. 4. §. item quęritur, D. de dol. mal. except. l. 10. D. de condict. indeb.

Imprudenter, id est, minùs consideratè, l. 21. §. vlt. D. de neg. gest. *Qui casu telo hominem Imprudenter ferierit*, in Lege Dei, Tit. 1. id est per Imprudentiam.

IMPVBES, est nondum pubes factus, l. 139. D. de verb. signif. Proinde *Impubes & Pubes*, aduersantur, l. 3. §. puberi, D. de carbon. edic. vt *Puberes & Impuberes*, l. 9. D. de reb. dub.

Impuberes autem intelliguntur Masculi minores 14. annorum, puellæ minores 12. Gaius lib 2. Instit. Tit. 2. Iustin. Instit. quib. mod. tut. finit. *Liberis Impuberibus testamentum facere quis potest, id est, donec masculi ad 14. annos perueniant, feminæ ad 12.* l. 2. D. de vulg. & pup.

Impubes seruus, vel *Ancilla nondum viripotens*, l. 1. §. impubes, D. de Sc. Silan. *Impuberes Puellæ*, l. 22. D. de in ius voc. *Impubes filius fa.* l. 1. §. si cui, D. de pecul. *Pupillus*, l. 139. D. de verb. signific. *Impubes proximus pubertati*, §. penult. Instit. de oblig. quæ ex delic. *Impubes doli vel iniuriæ faciendæ capax non est*, l. 3. §. sanè, D. de iniuriis, contrà, *Impubes Aquilia tenetur, si sit iam iniuriæ capax*, l. 5. §. & ideò, D. ad L. Aquil. vt & *Furti, si sit iam Doli capax*, l. 23. D. de furt. *Impubes iudicio caret*, l. 12. D. de iudic. *Impuberũ nullũ animi iudiciũ est*, §. præterea. Instit. quib. non est permis. fac. test.

Impuberum ætas quod videt ignorat, l. 1. C. de fals. mon. *Impuberes sine Tutore agentes nihil posse scire intelliguntur*, l. vlt. D. de iur. & fac. ignor. *Impuberes non torquẽtur, terreri tamen solẽt, vel habena vel ferula cædi*, l. 1. §. impuberi, D. de Sc. Silania. *Impuberes ad honores non esse admittendos*, l. 2. §. impuberes, D. de iure immunit.

IMPVDENTIA *eius qui diuersa duobus testimonia præbuit*, l. 27. §. 1. D. de L. Corn. de fals.

IMPVDICVS, & *Pudicus*, aduersantur, l. 10. D. de iniuriis. *Si quis tam feminam, quàm masculum, siue ingenuos, siue libertinos, Impudicos facere adtentauit*, l. 9. §. vlt. D. eod. tit. *Impudicũ visum est*, §. nostra. Inst. quib. mod. tut. fin. *Impudicitiæ gratia quid facere*, l. 1. §. 1. D. de extraord. crim. *Ad Impudicitiã seruos cõpellere*, l. 2. D. de his qui sui vel alio. IMPVGNARE *Iudiciũ*, l. 2. D. de his quæ vt indig. id est *oppugnare*, vt l. 40. D. de adq. vel omit. *Non Impugnatur iudiciũ defuncti ab eo, qui iustis rationib. noluit negotiis hereditariis Implicari*, l. 87. D. de leg. 1. *Hæc sentẽtia Impugnat vtilitatẽ pupilli*,

l.42.D.de adqu.vel omit.*Pacto ne ob res emotas agatur,ius ciuile Impugnatur*, l.5.D.de pact.dot.

IMPVNE,id est citra metum pœnæ,absque pœna,& vt Horat.loquitur,*vindice nullo. Impunè Ædificare*,l.21.§.1.D.de oper.nou.nunc.*Deiicitur*,Paul.lib.5.Sent.Tit.6.*Nubere*,l.47.D.de rit. nupt. *Prætermittere hereditatem*,l.5.D.si quis omiss.*Prohibere*,l.1.§.Trebatius,D.de aqu.cottid. *Vis fieri*,l.4.& l.5.§.1.D.de itiner.actuque.*Vim patitur*,l.1.§.si quis,D.de itin.actúque pri.

Impunè feret,l.9.D.ad L.Cornel.de sicar.*Impunè fit*,l.1.§.item notandum, D. de aleatorib.

Impunè nõ pareri,id est,sine metu pœnæ cõpromissæ,l.21.§.si arbiter,D.recept.qui arb.*Extra territoriũ ius dicẽti Impunè nõ paretur*,l.vlt.D.de iurisd.*Impunè admittẽdũ quod per furorẽ alicuius accidit*,l.vlt.D.de adminisr.&per.*In facinore deprehensum seruũ dominus Impunè occidit*,l.96.D.de verb.oblig.*Testamentum quod nullo iure valet,Impunè supprimitur*,l.38.§.testamentum,D.de pœnis.*Licet vnicuique naufragium suum Impunè colligere*,l.vlt.D.de incẽd.ruin.*Impunè in ius vocare*, vel *vocari*,l.7.& l.8.§.vlt.D.de in ius vocã. id est,citra offensam edicti.*Neq; enim Impunè,peritura deseret*,l.17.§.sicut,D.commodati. *Non Impunè me non daturũ*, l.24.D.de recept.qui arbit.

IMPVNITVS esse dicitur,qui impunè quid facit,l.11.D.de l.Corn.de fals. *Qui permissu Imperatoris ab accusatione destitit,Impunitus est*,l.13.D.ad Sc.Turp.*Si per furorẽ aliquis patrẽ occiderit,Impunitus erit*,l.9.D.de L.Pomp.*Quod infans,vel furiosus possessor perdidit vel corrupit,Impunitũ est*,l. vlt.D.de rei vind.*Natura æquum est,non esse impunitũ eum*,&c.l.1.§.hæc autem, D.si is qui test. lib.*Dolum serui Impunitũ esse iniquũ est*,l.4.§.cũ dominus,D.de noxalib.act. *Impunitus non debet esse ludus perniciosus*,l.50.§.vlt.D.de furtis.*Impunitam Prætor calumniam mulieris non relinquit*,l.1. §.1.D.si mul.vent.nom.*Non oportere frustrationem Impunitã esse*,l.3.§.vlt.D.de vsuris.*Non debet Impunitum esse delictum eius qui occidit*,l.10.D. de interrogationib. *Impunitũ est factum eius*,&c. l.16.D.de dam.inf.*Impunitũ relinqui facinus nocẽtis*, l.5.D. de pœn.*Impunita nõ debẽt esse admissa*, l.95.D.de solut.*Impunita maleficia esse nõ oportet*,l.51.§.vlt.D.ad l.Aquil.l.18.§.vlt.D.de iudic.

IMPVNITAS *Delicti propter ætatem non datur*,l.7.C.de pœnis. *Nunquam plura delicta concurrentia faciunt,vt vllius Impunitas detur*,l.2.D.de priuat.delict.

Impunitas facinorum,l.57.§.quod furi, D. de furtis. *Impunitas Senatusconsulto datur ei qui intra præstituta tempora quàm reperit fugitiuos in agro suo, dominis vel Magistratibus tradidit*, l.1.§.1.D. de fugitiuis.*Impunitatem sibi captantes. Sed neque passim Impunitas eis per huiusmodi proditiones cõcessa est*, l.1.§.cùm quis latrones, D.de quæstionib.*Sub specie Impunitatis*, Paul. lib.2. Sentent. Tit.27.*Impurum flagitium*,Paul.lib.2.Sentent.Tit.27.

IMPVTARE,interdũ significat acceptũ seu expẽsum ferre.*Imputare sibi debet qui credulus fuit*, l.1.§.dolũ,D.de eo per quẽ fact.er.*qui damni Infecti cautione sibi non prospexit*,l.3.§.aquæ,D.de aq.& aq.pl.*qui Defensorẽ sine satisdatione admisit*,l.5.§.nũc videamus,D.iudicat.sol.*qui imperitũ Mẽsorẽ adhibuit*,l.1.§.hęc actio,D.si mẽs.fal.mod.*qui Indebitũ pro alio soluit*,l.23.D.de neg.gest.

Qui impetrauit separationem, sibi debet Imputare suam facilitatem, si cùm essent bona idonea heredis, illi maluerint,bona potius defuncti sibi separari,l.1.§.item sciendum,D.de separationib.id est,*Expensum ferre facilitati suæ*,vt loquitur,l.3.§.si procurator,D.vt in poss.legator.

Sibi Imputare debet creditor,qui satisdationẽ admisit vice solutionis,l.6.§.qui paratus,D.quib.mod. pig.vel hypt.*Sibi possessor Imputare debet,qui rem non restituit*, l.35.§. petitor, D. de rei vindicat. *Imputare sibi quis debebit cur contraxerit,cum his qui capite minuti sunt*,l.2.§.hi qui,D.de capit. minut. *Imputare sibi Patronus debet,qui cùm posset bonorum possessionem accipere contra tabulas, propter ea quæ alienata,vel mortis causa donata sunt,non fecit*,l.3.D.si quid in frau.patr.*Pupillus institor obligat eum qui eum præposuit,quoniam sibi Imputare debet,qui eum præposuit*,l.7.§.vlt. D.de institoria. *Sibi debet Imputare dominus cur minori rem commiserit*,l.3.§.vlt.D.de minorib. *Ipsum sibi Imputare debere*,&c.l.4.§.si in fraudem,D.de fideicom.libert.*Sibi aduersarius Imputabit, qui seruo detulit iusiurandũ*,l.23.D.de iureiurand.*Si quis sic præposuit,ne alter sine altero gerat, qui contraxit cũ vno sibi Imputet*,l.1.§.si plures,D.de exercitor.*Sibi Imputet tutor si nõ postulauit a Prætore,vt promatur prcunia sibi debita*,l.3.§.vsuras,D.de contr.tut. *Sibi Imputet qui processit ad delationem iurisiurandi,nec prius de calumnia iurauit*, l.37. D. de iureiurand. *Stari debet sententiæ arbitri quam de redixerit, siue æqua, siue iniqua sit, & sibi Imputet qui compromisit*, l.27. D. de recep.qui arbitr.

Qui ab initio vitiosas ædes conduxerunt,habent quod sibi Imputent,l.13.§.de illo,D.de dam.infec. *Sibi Imputent,qui minus idoneos fideiussores acceperint*,l.1.§.item quæritur,D.de separationib. *Sibi Imputent,qui cum tali contraxerunt*,l.1.§.quæsitum,D.eod.tit.*Si alia actio tempore finita sit, de dolo non competit,sibi Imputaturo eo qui agere supersedit*,l.1.§.idem Pompon.D.de dolo. *Cuius cõdicionis sit magister nihil interest, vtrum liber an seruus sit,sed nec cuius ætatis sit interest sibi Imputaro qui præposuit*,l.§.1. cuius,& §.non autẽ,D.de exercitor.*An sibi Imputare deberent qui dederunt eis postulandi aduersus se facultatem*,l.7.D.vt legat.seu fideic. *Imputare minori non possumus cur non deseruit accusationem, vel cur abolitionem non petierit*,l.14.§.1.D.de bon.libertor.

Imputatu

Imputatur Magistratibus municipalibus si omnino Tutor vel Curator datus non sit, l.1.§.magistratibus, D.de magistr.conuen. *Imputatur matri, cur in locum excusati Tutoris alium non petierit: non item, cur suspectum Tutorem non fecit*, l.2.§.quid ergo, D.ad Sc.Tertyll. *Si medio tempore tutor soluendo esse desierit, Imputabitur cõtutoribus, cur non egerint cũ eo*, l.9.§.si test.D.de tut.& rat. *Imputari non potest negotiũ gestori cur alios Debitores noncõuenerit: quoniã conueniendi eos iudicio facultatem non habuit, qui nullam actionẽ intendere potuit: tamen à semetipso cur non exegerit, ei Imputabitur*, l.6.§.vlt. D.de negot.gest. *Non hoc Imputatur Creditori cur in possessionem non venerit: neque illud cur de possessione decesserit: cùm voluntarium, & suum potius negotium gerat*, l.9.§.in cum, D.de reb.auct.iud. *Imputari potest ei qui absentem defendit, si condemnatus non appellauit, cùm posset*, l.31.§.item, D. de negot.gest. *Heredi Imputari non potest, si Ignarus sit condicionis legatariorum, cùm non sponte cum iis contrahat*, l.19.D.de diuers.reg. *Quid potest Imputari ei qui soluere etiam si vellet non potuit*, l.17.§.si pupillo, D.de vsur. *Imputari Medico non debet euẽtus mortalis*, l.1.§.sicuti, D.de off. præs. *Imputari prætori non potest, cur passus est debitores liberari, & pauperiores fieri, & non eos conuenit, cùm actionem non habuerit*, l.31.§.iustus, D.de hered.petit. *Imputaretur Possessori, si non distraxisset hominem non necessarium hereditati*, l.33. D.de hered.peti. *Non Imputari Publicano, qui non instruxit transgredientem*, l.vlt.§.vlt. D.de publicanis. *Si quis ibi tendebat, vbi ex consuetudine ludebatur, vel vbi transitus frequens erat, est quod Imputetur*, l.11.D.ad L.Aquil. *Imputari non debet fideiussoribus, quòd reus principalis propter suam pœnam præstitit*, l.vlt.D.de fideiuss. *Nihil est quod Imputetur Magistratui qui satis exegit, & Idoneum elegit, quamuis postea lapsi sint facultatibus*, l.1.§.si magistratus, D. de magistrat.conuen. *Non potest eis qui post heredis victoriam facti sunt heredes silentium Imputari, cùm ad hereditatem post victoriam heredis peruenerint*, l.7.D. famil. ercis. *Qui damni infecti in possessionem missus sit, cùm ob hoc tantùm missus sit vt vice cautionis in possessione sit: nihil ei Imputari, si non fecerit*, l.15.§.si quis damni, D.de dam.infec. *Imputari non potest, ei cui nondum libertas debetur, si venire se patiatur*, l.4.D.quib.ad libert. *Non permittendum ei causari tempestatem, vel vim fluminis, si quid sit quod ei Imputetur*, l.2.§.si quis tamen, D.siquis cautionib.

Imputari Culpa, id est, adscribi, l.14.§.vlt.D.de re milit. *Creditori*, l.9.D.de distract.pign. *Contutoris factum collegæ Imputatur, si potuit & debuit suspectũ facere*, l.14.D.de adminis.& peric. *His qui horrea locant, maiorem vim Imputari non posse*, in lege Dei, Tit.10. *Quæ vi maiore auferuntur, detrimento eorum, quibus res cõmodantur, Imputari non solent*, l.1.D.de commodato. *Puto ei Imputandam tutelam*, l.31.§.1.D.de excusationib. *Imputare cohæredi sumptũ*, l.11.§.si in opere, D.de legat.3. *Eos duntaxat sumptus societati Imputabit, qui in eam pensi sunt*, l.53.§.si quis ex sociis, D.pro soc. *Vt neque plus Imputetur sumptus nomine, quàm factum est*, l.14.§.hæc actio, D.de religios. *Imputare Impensas*, l.36.§.vlt.D.de hered.petit. *Honoraria Imputare pupillo*, l.9.§.sicut, D.de administr. & peric.tut. *Imputare Viatica & Vecturas*, l.52.§.si quis ex sociis, D.pro socio. *Nequaquã posse Imputari societati non esse solutã pecuniũ*, l.81.D.eod.tit. *Imputare, pro reputare. Tutelæ iudicio pupilla Imputauit*, l.vlt.§.vlt.D.de cond.indeb. *Non Imputaturũ pupillo*, l.1.§.præterea, D.vbi pupil. *Imputare debito creditor totũ quidquid percepit*, l.22.D.de pigner.act. *Imputare sorti*, l.26.D.de cõdi.ind. *Simplum ei Imputari*, l.48.D.ad L.Falc. *Imputare peculio*, l.21.D. de pecul. *Imputari fideicommiss.* l.78.§.heres, D.ad Sc.Trebel. *Imputari* interdũ dicitur, quod in quadrantis computationem venit. Et ita *in Falcidiam Imputari* dicimus id quod heredi ad quartam explendam computatur, l.19.l.29.l.50.l.91.cum aliis multis, D.ad leg.Falc.l.26.D.de bon.libert.l.44.D.de solut. l.25.D.de legat.1.l.44. D. de solutionib.l.8.§.si mulieri, D.ad Sc. Velleian. *Imputari portioni*, l.58.§.cùm autem, D.ad Sc.Trebell. *Imputari in quartam*, l.18.D.eod.tit.l.24.l.29.& l.50.D.ad leg.Falcid. *Imputandum in ratione legis Falcidiæ*, l.25.D.eod.tit. *Imputari in portionem*, l.20.§.libertus, D.de bon.libert. *Imputare Quadranti*, l.76.D.ad leg.Falcid. *Portioni Quadrantis*, l.58.§.ante, D.ad Sc.Trebell.l.11.& l.33.D.ad L.Falcid.id est, *In quartam partem, vt*, l.86.D.eod.tit. seu *In quartam hereditatis, quam per legem Falcidiam heres habere debet*, l.91.D.eod.tit. Interdum *in Falcidiam Imputari* dicitur, quod Falcidiam patitur, l.1.§.item si ita legatum, D.ad leg.Falc. *Imputari Dies*, l.40.D.de condic.& demonst.l.vlt.§.1.D.quis ordo in bon.poss. l.4.§.stichus, D.de statuliber. *Tempus*, l.3.C.quibus non obiici. *Imputari in numerum*, l.60.§.1.D.de rit.nupt.

IMVS *Fundus*, & *Summus*, aduersantur, l.31.D.de seruit.præd. rust. vt *Ianus, Imus & Summus*, apud Horat.Epist.1.lib.1. *In Imo pariete conclauis vel triclinij*, l.28.D.de seruit.præd.vrban. *Ex Imo ordine*, l.21.D.de appellationib.

IN pro vsque in. *In aduentum successoris*, id est, vsque in aduentum, l.10.D.de offic. proconsul. *In quam ætatem*, id est, vsque ad quam, l.69.§.1.D.de legat.3. *In diem finitæ tutelæ*, l.53. D. de administr.& peric. *Litis*, l.3.§.Iulianus, D.de liber.exhib. *Mortis*, l.78.§.prædia, l.91.§.1.l.92. & l.93.§.quidam, D.de legat.3.l.27.§.1.& §.ita legatum, D.de instruct. vel instrum. l.32.§.duos,

l.vlt.§.marito, D.de doli exceptio.l.16.D.de donationib. *Quominus in diem vitæ noſtræ matrimonium permaneat*, l.57.D.de donation.int.vir.id eſt, quoad vixerimus.

In diem vitæ teſtatoris, id eſt, vſque in diem mortis, l.41.§.codicillis, D.de legat.3.

In eum diem quo actio conſuſa eſt vſuræ computabuntur, l.58.D.ad Sc.Trebell. *In eũ diem quo creditor pignora diſtraxit*, l.40.D.de vſuris. *In eam diem quam ſtatuero*, l.7.D. de dam.infec. *In diem quo tutelam reſtituit*, l.7.§.vlt.D.de adminiſtr.& peric.

In Calendas poſſidere, l.12.D.de precario, id eſt, vſque in Calendas, vt l.56.§. qui ita, D. de verbor.oblig.

In Annos decem ſatiſdare, l.15.D.de dam.infec.id eſt, vſque in annos. *Qui In triennium caueri iuſſerat, poſtea in longum tempus caueri præcepit*, l.10.D.de ſtipulat.prætor.

In Quinquennio fundum locare, l.25.§.ſi vir, D.ſolut.matrim. *In Quinquennium*, l.16.D.de liberat.l.9.§.1.& l.24.§.ſi domus, D.locati.l.14.D.de liber.leg.

Aliàs, *In diem deberi* dicitur, quod die certa dari debet. *In diem Debitor*, l.16.D.de hered.pet. l.14.D.de liber.leg. *In diem Debitum*, l.27.D.qui & à quib. *Si In diem de hypotheca conuenit*, l.12.§.ſi primus, D.qui potior.in pig.

In diem Obligatio, l.43.D.de iure dot.l.5.D.de nouationib. *In diem confertur obligatio*, l.44.D. de obligat.& action.

In diem Stipulari, l.22.D.de obligat.& act.l.8.D.de nouationib. *In diem facta ſtipulatio*, l.5.D. eod.tit. *In diem dare, & præſenti die*, opponuntur, l.22.D.de condicion.inſtit.

In diem heredem inſtituere, l.3.D.de hered.inſtit. *In diem rogatus reſtituere*, l.6.§.vlt.l.22.§.ſi heres, D.ad Senatuſc.Trebell. *In diem relicta legata*, l.73.§.vlt.D.ad leg.Falſ. l.8.§.1.de nouationib. *In diem differto Mandatum*, l.1.D.mandati.

In Tempus capiendæ hereditatis inſtitui heredem, l.62. D. de hered. inſtit. *In id Tempus adquiri quo*, l.32.D.de ſeruit.præd.ruſtic.

In mortem differri, l.22.D.ad Sc.Trebell. *In mortem*, id eſt, in caſum mortis, l.31.§. ſine donatione, D.de mort.cauſ.donat.

Planè *In diebus*, quem ſenſum habeãt, vide l.217.in fi.D.de verb.ſig. In Cretionis Formula hæ voces *In centum diebus*, ſic accipiendæ ſunt, vt & centeſimus dies cõtineatur, l.1.§.ſi intra, D. de ſucceſſ.edict. *In diebus triginta*, l.3.§. ſi quis heredi, D. de ſtatuliber. *In diebus 30. proximis*, l.40. D. de contrah. empt. id eſt, intra 30. dies. *In decem Menſibus*, l.29. D. de liber. & poſtum.

In Bello amiſſum dicitur, quod *propter Belli cauſam amittitur*, l.1.§. ex incendio, D.de incend. ruin.

In Libertate eſſe, aliud eſt, longè aliud *Liberum eſſe*. *In Libertate* enim *ſunt*, qui ſe liberos putãt, & ſe pro liberis gerũt, quamuis ſerui ſint, l.7.§.vlt.l.10.l.11.l.12.& l.28.D.de liber. cau. quod eleganter à Quintiliano exponitur Declamatio.340.& 343. vnde multa ad ſuperiorum legum interpretationem ſumi poſſunt. Non abſimiliter, aliud eſt *In Poſſeßione eſſe*, aliud *Poßidere*. Denique rei ſeruandæ cauſa, Legatorum, Damni infecti, non *Poßident*, ſed *ſunt in Poſſeſſione*, cuſtodiæ cauſa, l.10.D.de adqu. poſſ.

In ſuis heredibus habere, id eſt ſuorum numero, l.78.§.1.D.de diuerſ.reg.

In ſe torqueri, id eſt contra ſe, l.1.§.ſi ſerui, D. de quæſtionib. *In ſe confiteri*, d.l.1.§.ſi quis vltio. *In ſe Interrogari*, Paul.lib.5.Sentent.Tit.16.

In præſentiarum, l.1.§.1.D.de tabul.exhib.l.2.§.deinde ait, D.ne quid in loco publ.l.11.§.ex cauſa, D.de interrogationib. *In præſenti*, l.17.§.idem rectè.D.de ædilic. edic. *In præſentia*, Seneca, Epiſt.110.

In eo eſt vt rumpatur teſtamentum, l.30.§.1.D.de adq.vel omitt.her. *Cùm In eo eſſet pupillus vt ab hereditate patris abſtineretur*, l.44.D.de pactis. *Si cùm In eo eſſent, vt bona debitoris mihi venirent*, l.24.D.quæ in fraud.cred. *In hoc Accipit, vt*, l.31.§.ſine, D.de mort.caut.donat.

In hoc adoptare, vt, l.vlt.§.ex bonis, D.de bon.damna. *In hoc ſolum, vt* l.7.§. procurator, D. pro emptore. *In hoc, vt*, l.75.D.mandati. *In hoc Legatus*, l.14. D.de manum. vindic. *In hoc manumittatur*, l.3.D.eod.tit. *In hoc relicta*, l.21.D.de fideic.libert. *Traditus*, l.4.D. de pact. dotal. Aliquot alia exempla, ſ. lib.8.adduxi.

In infinitum, In tantum, In totum, require ſuis locis. *In accuſationem*, pro in accuſatione, l.22.§. 1.D.ad leg.Iul.de adult.

Cùm In Moram promiſſor eſſet, l.8.D.de nouationib. *In poſſeßionem eſſe*, l.41. D. de liber. cau. l.9.D.de adquir.vel omit.l.14.D.de probationib.l.1.D.ne vis fiat ei qui. *In dotis cauſam eſſe*, l. vlt.§.vlt.D.de pact.dotal.

In vè, pro vel in. *In vè eum locum*, l.1.D.ne quid in loco ſac.l.2.D.ne quid in loco publ.

In vè Litore, l.1.§.ſi in mari, D.de fluminib. *In vè Ripa*, l.1.D.ne quid in flum.publ. *In vè ſtipulatum eius*, l.33.§.vlt.D.de legat.3.

In vè Vinculis, l.23.D.ex quib.cauſ.maior.

In vè ſe, pro, vel in ſe, l.9.§.ſi quis iudex, D.de recep.qui arbitr.

INÆDIFICARE, l.15.D.de vſufructu. Seneca de Conſolatio.ad Marciam, *Quantumcumq; Imponere illi auunculus, & Inædificare vellet, laturum.*

Inædificare locum, l.vlt.D.de pigner.act. *Super pilas*, l.30.§.vlt.D.de adquir.rer.dom.

Inædificati Lapides, l.43.D.de rei vindicat. *Si quid ex ſuperiore taberna in inferiorem Inædificatũ eſſet*, l.1.D.de ſeruit.lega.

IÆQVALES *Partes*, l.12.D.de heredib.inſt.l.7.§.vlt.D.de oper.libert. *Penſiones*, l.3.D.de annu.legat. *Inæquis Penſionibus*, id eſt inæqualibus, dic.l.3.

INÆQVALITAS *Bracchiorum, Maxillarum, Oculorum*, l.12.D.de ædilic.edic.

INÆQVALITER *factum*, l.3.C.comm.vtr.iud.

INÆSTIMABILIS *res eſt patria poteſtas*, l.16.D.de diuerſ.reg.l.14.§.is qui heredem, D. de legat.1.

INÆSTIMATVS *fundus*, l.75.D.de iur.dot. & *Inæſtimata prædia*, l.10.§.D.eod.tit.

INANE propriè vacuum ſignificat. Et ita, *Inanes Amphoræ, & quæ Vinum habent*, opponuntur, l.206.D.de verb.ſignific. *Inania vaſa*, l.1.§.licet, D.de peric.& commod. *Inane* verò μεταφορικῶς dicitur quod inutile eſt, ſine vi, & ſine effectu, l.19.D.de contr.tab. Et ita *Inanis actio*, appellatur, *quam inopia aduerſarij, vel aliqua exceptio ratióve excludit & eludit*, l.6.D.de dolo, l.24. D.de liber.cau.

Ac proinde *Inanis Actio*, & *Vtilis*, opponuntur, dic. l.24. *Inanes rei Actiones*, l.24.D.mandati, & apud Paul.lib.2.Sent.Tit.15. *Inanis Actus*, l.11.D.de oblig.& act. *Inanis Cautio*, nulla ſecuta numeratione, l.vlt.C.ſi pignor.conuentio. *Inanis clamor*, l.1.§.excuſantur, D.de Senat. Syllan.

Inanis Epiſtola & Scriptura, l.38.D.de dolo, l.12.D.de probatio.

Inanis Obligatio, l.8.§.Marcellus, D.ad Sc.Velleian. l.95.§.aliquando, D.de ſolutionib. *Inanis obſeruatio*, l.15.C.de teſtament. *Inanis Stipulatio*, id eſt, inutilis, nullius momenti, *ex qua actio non datur, ſeu quæ inefficax eſt propter exceptionem*, l.penult.D.de cõdic.ob turp.cauſ.l.24.§.vſuras, D.ſolut.matr.l.36.& l.49.D.de donat.inter vir. & apud Valer. Max. lib.8. cap.2. *Nec tamen Inanem eam fideiuſsionem creditori futuram*, l.21.§.cùm & tu, D. de fideiuſſorib. *Inanis timor*, id eſt vanus, l.5.§.vlt.C.ſi cert.pet.

Inanis eſt querela, l.2.§.quod de, D.de adminiſtrat.rer.ad ciuit.

Inane fit Chirographum ſolutione, l.15.D.ad exhib. Sic *Inanes tabulæ*, & *Inane Chirographum* poſt ſolutam pecuniam, l.27.D.de furt.l.vlt.D.ad exhib. l.vlt.ſi debito perſoluto in C. Theod.

Inane fidei commiſſum, l.vlt.D.vt legat.ſeu fideicomm. *Inane Inſtrumentum*, l.19.C.de ſolutionib.

Inane nomen heredis, nudum & ſine re, l.3.C.de inoffic. don. & apud Ouidium Epiſt. Ariadne ad Theſeum, in Heroid. Plinius Panegyr. ad Traian. *In Principum domo nomen tantum amicitiæ inane, irriſumque manebat. Inanibus ſumptibus vexari*, l.1.D.de inoff.teſt.

INARGENTATI *lecti*, l.3.§.vitrea, D.de ſuppellec.leg. *Lecti teſtudinis pedibus inargentati*, l.100. §.vlt.D.de legat.3. *Non inarguta*, l.5.D.de vſufr.ear.re.

INAVDITVM *filium pater occidere non poteſt*, l.2. D.ad L. Cornel. de ſicar. *Inaudita cauſa quenquam damnari æquitatis ratio non patitur*, l.1.D.de requir.reis.

INAVRARE *Res*, apud Paul.lib.5.Sentent. Tit.23. *Inauratum*, & *Aureum*, opponuntur, l.14. D.de contrah.empt. *Auro legato ea quæ Inaurata ſunt non deberi*, l.19.§.idem Celſus, D.de auro arg. leg. *Lecti Inaurati*, l.3.D.de ſuppellec.leg.

INAVRES in l.27.& l.32.& vlt.D.de auro arg. leg. ab aurium foraminibus ita nuncupatæ, ex quibus precioſi lapilli pendebant, auctore Iſidoro lib.9.Etymolog.cap.30. Solebãt enim veteres foratis auribus gemmas, & lapillos inſerere. Tertullian.in lib.de habitu mulieb. *Graciles*, ait, *aurium cutes Kalendarium expendunt.* Idémque auctor eod.lib. *anxiè forari Margaritas conſueuiſſe, vt penderẽt*, ſcribit. Sed & in lib.de Pallio, *Aurem foratu effeminari* queritur. Plinius quoque lib.9.cap.35.de Elenchis loquens, *Hos digitis ſuſpendere, & binos ac ternos Auribus, feminarum gloria eſt.* Cypria.in lib.de habitu virg. *An vulnera inferri Auribus Deus voluit, quibus innocens adhuc infantia, & mali ſecularis ignara, crucietur, vt poſtea de aurium cicatricibus & cauernis pretioſa grana dependeant.*

INCALESCENS *sexus*, l.15.§.vlt.D.de testib.id est, *qui in eo præualet*. vt loquitur, l.10.D.de statu hom.

INCANTARE, l.1.§.medicos, D.de extraord.cognit. Tritum est illud 12.Tabularum caput, *Qui malum carmen Incantassit*, apud Plin.lib.28.cap.2.

INCAVTA *Negligentia*, Vlpian. in Lege Dei, Tit.12. *Quod Incautè factum est*, l.1.§.lege, D. de his qui in testam.del.

INCENDERE *Casam aut Villam*, Paul.lib.5.Sentent.Tit.20.Vlpian.in Lege Dei, Tit.12. *Insulã*, l.18.§.si dominus, D.de dolo. *Qui ob inimicitias, vel prædæ causa Incenderint*, l.28.§. incendiarij, D.de pœnis. *Si arbustum meum, vel Villam meam Incenderis*, l.27.§.huius legis, D.ad Leg.Aquil. *Ne Incensarum ædium agatur*, l.7.§. si paciscar, D.de pact.

INCENDIARII, l.3.§.1.D.de off.præf.vig.l.10.D.ad leg.Corn.de sicar.l.28.§.incendiarij, D. de pœnis, & apud Paul.lib.5.Sent.Tit.20.& in Lege Dei, Tit.12.

Incendiarij qui consulto incendium inferunt, Paul.lib.5.Sentent.Tit.3.

INCENDIVM *facere*, l.vlt.D.de officio præfect.vigil.l.5.D.ad Leg.Iul.de vi publ.l.vlt.§.vlt. D.de incend.rui.& in Lege Dei, Tit.12. *Inferre*, Paul.lib.5.Sentẽt.Tit.3. *Casus Incendij repentini*, l.15.§.cùm quidam, D.locati. *Incendij causa depositum*, l.1.D.depositi. *Parata*, l.3.§.1.D.de off. præf.vig.l.12.§.si domus, D.de instr.vel inst. *Incendij extinguendi causa*, l.12.§.acetum, D.eod. tit.

Consumptæ Villæ vel ædes, l.1.§.denique, D.de vi & vi arm.

Si defendendi mei causa, viciniæ ædificium orto Incendio dissipauerim, l.3.§.quod ait, D.de incẽ.rui. *Si Incendij arcendi causa vicini ædes Intercidi*, l.7.§.est & alia, D. quod vi aut clam. *Qui Incendij arcẽdi gratia vicinas Ædes Intercidit*, l.49.§.1.D.ad L.Aquil. *Incendio facto*, l.30.D.locati. *Orto*, l.3. §.quod ait, D. de incend.ruin.& naufr. *Pluribus vno die Incendiis exortis*, l.2.D. de offic.præf. vigil.

Incendio absumptæ Ædes, Sueton.in August.cap.30. *Consumptæ Ædes*, l.14.D.de donat.int. vir. Valer.Max.lib.1.cap.8. *Consumpta domus*, l.57.D.de contr.empt.l.penult.§. eadémque, C. de donat. *Consumpta Insula*, l.15.D.de verbor.obligat.l.19.§.si quis.D.locati. *Exarsæ res*, l.11.C.de his qui accus. *Exusta Chirographa*, l.57.D.de administr.& peric.

Incendio subiecta transactio, l.8.§.vlt.D.de transactionib.

Incendia extinguere, l.1.D.de offic.præf.vigil. *Incendiis arcendis præerant Triumuiri nocturni*, dicta l.1.

Incendiorum autem quædam *fortuito fiunt*, l.11.D.de incend.rui.quæ *Fortuita* vocantur, l.28. §.incẽdiarij, D.de pœnis, l.vlt.D. nequid in loco sac.& in L. Dei, Tit.12.& apud Symmach. Epist.27.lib.10.Paul.lib.5.Sent.Tit.20. *Fortuita Incendia, quæ casu venti ferente, vel in curta ignem supponentis, ad vsque vicini agros euadunt. Si fortuitus casus admisit Incendium*, l.11.§.si hoc, D.locati. *Si fortuitus casus Incendij causam intulerit*, l.9.§.si colonis, D.locati. Atque huiusmodi Incendia inter casus fortuitos numerantur, §.& is quidem, Instit. quib.mod. re cont. l.23. D. de diuers.reg.

Quædam verò *culpa Inhabitantium fiunt*, l.3.D.de offic.præf.vigil. *Cùm Incendium sine culpa fieri non possit*, l.11.D.de perit.& comm. Quędam *Consulto*, vt Paul.ait, lib.5.Sentent.Tit.3.seu, *data opera*, vt l.vlt.D.de incend.rui.l.11.C.de his qui accus.& apud.Vlpian.in Lege Dei.Tit. 12. *Qui Dolo fecisse Incendium conuincentur*, l.vlt.D.de off.præf.vigil. Aduersus Incendia autem excubias nocturnas, Vigiléque commentum esse Augustum refert Suet.in Augusto, cap. 30.& Paul.l.1.& 3.D.de offic.præf.vigil.

INCENSORES *Messium*, l.16.§.vlt.D.de pœnis, & apud Paul.lib.5.Sent.Tit.20.

INCENSVS, apud Vlpianum, Tit.12.Regular.qui censum professus non est, seu, qui bona in censum non detulit. Cic.pro Cæcina, *Cùm autem Incensum vendit, hoc iudicat, cùm ij qui in seruitute iusta fuerunt, Censu liberentur, eum qui cum liber esset censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. Incensa prædia*, Cic.pro Flacco, *Prædia etiam Incensa dedicauisti.*

Incensiti, l.vn.C.de classic.lib.11.

INCERTVS *Homo Legari, Promittive* dicitur, qui generaliter & indistinctè legatur promittitúrve, l.13.D.de lega.1.l.25.§.si incerto, D.famil.ercis.l.3.D.qui sine manum. Eodémque sensu, *Incertæ Res*, l.30.§.incertæ, D.ad leg.Falcid.id est generaliter legatæ: & *Incertum corpus*, l. 85.D.de legat.3.l.1.§.non solùm, D.ad leg.Falcid.

Incertus Pater, l.3.C.solut.matr.§.si aduers. Instit.de nupt.id est, non certus, & vt Ouid.loquitur, *Dubius*: qualis est volgò quæsitorum pater. Certus enim is demum Pater est quem

nuptiæ

nuptiæ demonſtrant. Quamobrem ſpurium quendam lapides in vulgus iactantem Cynicus hoc ſcõmate repreſſit, Caue patrem ferias. Nec minus facetè eiuſdem ſectæ alter eam quæ vulgò ſui copiam faciens ex vago illo complexu grauida facta partum ediderit, non magis certo cuiquam patri partum adſignare poſſe, quàm eam quæ per ſpinas incedens icta fuerit, adſerere, quæ potiſſimum ſpina eam pupugerit.

Incertus Poſſeſſor eſt, quem ignoramus, l. 39. §. vlt. D. de verb. ſignif.

Incerta perſona. Vlp. Tit. 25. Regular. *Incertæ perſonæ legari non poteſt, veluti, Quicumque filio meo filiam ſuam in matrimonio conlocauerit, ei homini tot millia dato*. Iuſtinian. in §. incertis, Inſtit. de legat. *Incerta Perſona videbatur, quam, Incerta opinione, animo ſuo, teſtator ſubiiciebat: veluti, ſi quis ita dicat, Quicumque filio filiam ſuam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato. Illud quoque, quod iis relinquitur, Qui poſt teſtamentum factum primi Conſulis deſignati erunt, æquè Incertæ perſonæ legari videbatur.*

Incertus Contractus, l. 1. §. debitũ, D. de pecun. conſtit. l. 9. D. de reb. cred. l. 18. D. de acceptilatio. qui proprium & ſpeciale nomen non habet.

Incerta Stipulatio, eſt, vbi non apparet quid quale, quantúmque eſt in ſtipulatione, l. 75. D. de verb. oblig.

Incerti Stipulatio, l. 118. §. decem, D. de verbor. oblig. *Certi vel Incerti ſtipulatio*, l. 6. C. de contrah. & committ. ſtip. *Si ita Stipulatus fuero pecuniam te mihi crediturum ſpondes? Incerta eſt ſtipulatio, quia id venit in ſtipulationem quod mea intereſt*, l. 68. D. de verb. obl. *Qui ex pluribus fundis quibus idem nomen impoſitum fuerat, vnum fundum, ſine vlla nota demõſtrationis, ſtipuletur, Incertum ſtipulatur*, l. 106. D. de verb. obligat.

Incerti Agere, l. 8. §. is qui, D. de libert. leg. l. 33. D. depoſiti. *Agi*, l. 8. D. de vſufruct. ear. rer. l. 59. §. 1. D. de iure dot. *Condicere*, l. 22. §. vlt. D. de condict. indeb. *Condici*, l. 40. §. ſi pars, D. de condict. indeb. l. 16. §. 1. D. de minorib.

Incerti Actio, Condictióve ex variis cauſarum figuris datur. Nam ſi quidem Stipulatio Incerta eſt quæ ex Stipulatu Actio hoc caſu datur, *Incerti Actio eſt*. Inſtit. de verbor. oblig. Et ita, *Si Stipulatus ſis vacuam poſſeßionem tradi, fructus poſtea captos, Actione Incerti ex ſtipulatu conſecuturum te*, ait l. 4. D. de vſuris. *Cùm quis in iudicio ſiſti promiſerit, neque adiecerit pœnam, Si ſtatus non eſſet, Incerti cum eo agendum eſt, in id quod intereſt*, l. vlt. D. ſi quis in ius vocat. *Si pœna non fuerit adiecta Compromiſſo, ſed ſimpliciter, ſententia ſtari, quis promiſerit, Incerti aduerſus eum erit Actio*, l. 27. §. vlt. D. de recept. qui arb. Nec ex Stipulatu modò ſed & ex Teſtamẽto Incerti Actio eſt, vt in ſpecie, d. l. 8. D. de vſufr. ear. rer. Sed & *Si heres vetitus ſit agere cum eo qui negotia defuncti geßit, Incerti ex Teſtamẽto legatarius agit, vt ei negotiorũ geſtorũ Actio remittatur*, l. 8. §. ſi heres, D. de liberat. legat. *Si quis ita Stipulatus, Stichum aut decem, vtrum ego volam, Stichum legauerit: Incerti Actio legatario aduerſus Heredem competit, per quam compellat heredem experiri*, l. 75. §. vlt. D. de legat. 1. *Vſufructu Itineris, Actus, Viæ, legato, Incerti Actio erit cum herede, vt legatario, quamdiu vixerit, eundi, agendi, ducendi, facultatem præſtet*, l. 1. D. de vſu & vſufr. leg.

Incerti Condictio, ſeruitutium conſtituendarũ & imponẽdarum nomine datur. *Cùm Iter excipere deberem, fundum liberum per errorem tradidi. Incerti Condicã vt Iter mihi concedatur*, l. 22. §. vlt. D. de condict. indeb. *Si tibi Liberum prædium tradidero, cùm ſeruiens tradere deberem, etiam Cõdictio Incerti competit mihi, vt patiaris eam ſeruitutem quam debuit, imponi*, l. 8. D. de action. emp. *Si binarum ædiũ dominus dixiſſet, eas quas venderet ſeruas fore, ſed in traditione non feciſſet mentionẽ ſeruitutis, Incertum condicere poteſt, vt ſeruitus imponatur*. l. 35. D. de ſeruit. præd. vrb. *Incerti condicitur Cautio præſtita*, l. 16. §. 1. D. de minorib. *Omiſſa cautio fructuaria, Incerti condictione condicitur*, l. 5. §. 1. D. de vſufruct. ear. rer.

Præterea, *Incerti Condictio* liberationis conſequendæ gratia competit. Nam *qui ſine cauſa obligantur, Incerti condictione conſequi poſſunt vt liberentur*, l. 3. D. de condict. ſine cau. *Si falſo exiſtimans ſe damnatum dare, promiſerit, Incerti condicere poteſt, vt liberetur*, l. 5. D. de actionib. emp. *Si quis debitorem qui doli mali exceptione tueri ſe poterat per Ignorantiam circumuentum, delegauerat: tenebitur Condictione, vel Incerti, ſi non pecunia ſoluta ſit: vel Certi, ſi ſoluta ſit*, l. 12. D. de nouationib. *Si pecuniam quam me tibi debere exiſtimabam, iuſſu tuo ſpoponderim ei cui donare volebas, Incerti condictione Stipulatorem compellam vt mihi acceptam faciat ſtipulationem*, l. 2. in princ. D. de donationib. Idem erit, *Si ei quem creditorem tuũ putabas, iuſſu tuo pecuniam quam me tibi debere exiſtimabam, promiſero*, d. l. 2. §. 1. *Si ſine deductione Impenſæ in domum legatam antequam legati dies cederet factæ, heres domum tradiderit, poterit Incerti condici, quaſi plus debito dederit*, l. 40. §. ſi pars, D. de cõdict. indeb.

Incerti agetur ſtipulationis vtiliter interponendæ gratia, l. 121. D. de verb. oblig.

Incerti condictione agit is cui pignori res data sit, si ea subrepta est, l.12. D. de condict. furt.

Aliàs, *Incerti* Actio, *Cõdictióve*, est præscriptis verbis Actio. Sic *ciuilem Incerti* Actionem, *id est, præscriptis verbis, sufficere*, l.7. D. de pactis. *Ciuili intentione Incerti agendum est*, l.6. D. de præscript. verb. *Incerti Condictione, id est, præscriptis verbis*, l.19. §. vlt. D. de præscrip. verb. *Incerti Iudicio, id est, præscriptis verbis agere debes*, l.9. C. de donationib. Et ita, *Actionem Incerti Ciuilem*, l.23. D. comm. diuid. l.22. C. de donationib.

Incertam seu *Incerti actionem*, l.3. C. de inutil. stipul.

Incerti agere, id est ad Exhibendum, l.33. D. depositi.

Incertus Dies, l.30. D. de legat. 1. l.77. §. à filia, D. de legat. 2. l.75. D. de condic. demonstrat. l.46. D. ad Sc. Trebell. *Incerta die*, l.12. §. vlt. D. de leg. 2. l.1. §. qui ei, D. vt legat. seu fideicomm. *Dies* autem *Incertus est, cùm ita scribitur, Heres meus, cùm morietur, dato. Nam diem Incertum mors habet eius*, l.1. §.1. D. de condic. & dem. *Quod sub Incerto die debetur, veluti, si, Cùm moriar, dare promisero*, l.16. & l.17. D. de condict. indeb. *Si dies Incerta adiecta sit, legato, quasi, Cùm pubes erit, Cùm in familiam nupserit, Cùm magistratum inierit*, l.21. D. quan. dies leg.

Incertum dimittere interrogatorem, l.5. §. nihil, D. de interrogationib.

Incertus Euentus Causæ, l. vlt. §. sic autem, D. de bon. eor. *Exsecutionis*, l.51. D. de peculio.

Incertus Exitus fortunæ, l.34. §. si quis autem, C. de donationib. *Successionis*, l.6. C. de institutionib.

Incertus fructuum prouentus, l.17. C. de vsuris. *Incerto lapide iactato*, l.5. D. ad leg. Iul. majest. *Incertus sensus*, l.3. C. de anna. except.

Incerti Casus, qui certam non habent quantitatem vel naturam, l.vn. C. de sentẽt. quæ pro eo quod inter.

Incerta causa rationis, l.5. D. de statuliber. *Libelli confectio*, l. vlt. §. & si quis, C. de anna. except. *Lis*, l.1. D. de trasactionib. *Pollicitatio*, l.56. §. vlt. D. mandati. l.17. Cod. eod. tit. *Cuius Incerta vita, ac fortuna fuit*, l.4. C. de postlimin. reuers.

Incerta Pars, quæ quota sit non apparet: veluti *Quidquid mei iuris in eo fundo est: Quidquid Titius possidet*, l.3. §. incertam, l.26. D. de adqui. possess. l.32. §. vlt. D. de vsurpationib. *Incertæ Partis vindicatio datur, si fortè legi Falcidiæ locus sit in Testamento*, l.76. §.1. D. de rei vindicatio. aut, *si incertum sit an lex Falcidia locum habeat*, l.2. D. comm. diuid. *Vbicumque merito quis Incertus est quam partem vindicet, debere ei Incertæ Partis vindicationem concedi*, l.1. §. vltim. D. si pars hered. *Ex Incerta parte institutus*, l.11. §. si cùm esset, D. de interrogationib.

Incertam Quantitatem continet Stipulatio Iudicatum solui, & rem ratam dominum habiturum, & Damni infecti, & his similes, l.2. §. incertam, D. de stipulat. prætor.

Incerta Sententia, l.21. §. Pomponius, D. de recept. qui arbitr. l.59. D. de re iudic. *Incerta Summa*, vt puta *Quanti ea res erit*, l.28. D. de recept. qui arbitr. *Si Incertæ Summæ debitor dictus sit*, l.5. D. de hered. vel act. vend.

Incerta Summa fideicõmissi, l.6. D. vt leg. seu fideic. *Incerta Libertatis voluntas*, l.10. §. vlt. D. de ann. legat. *Non est opinionis Incertæ*, l.2. C. de seru. Reip. *Incerti iuris est*, l.3. C. de interdict. *Non est incerti iuris*, l.5. C. de condic. indeb. l.19. C. famil. erciscund. l.7. C. arbitr. tut. l.8. C. de institut. l.14. C. de pignorib. l.11. C. de donationib. l.1. C. de fatisdat. *Nequaquam Incertum est*, l.83. §. vlt. D. de legat. 3. *Si adhuc Incertum est Æs alienum, quia fortè vel condicio eius pendet: vel creditor litem contestatus est, & nec dum lis finita est*, l.1. §.1. D. si cui plus.

Incertum periculum nauis, l.2. C. de naut. fæn.

Incerti pretij ratio, l.23. C. de vsuris, *Incertũ non est pretium, si quis ita emptum rogauerit, Quanti tu eum emisti, Quantum pretij in arca habeo*, l.7. §.1. D. de contrah. empt. *Quandiu Incertum sit, vtrum existat successor an non*, l.4. D. de fideicom. liber. *Quia Incertum esset muliere prægnante an tres nascerentur*, l.28. §. vltim. D. de iudiciis. *Cùm incertum esset quid accepisset, quantúmque ab eo peteretur*, l. vltim. C. de sentent. quæ sine cer. quantit. *Quotiens Incertum est quæ potius actio teneat*, l.1. §. quia autem. D. quod. legator. *Si de quantitate ponderis Incertum est*, l.1. §. si quis argentum, D. depositi.

Incerto adhuc an defunctus intestatus decesserit, l.1. C. de bonor. poss. sec. tab. *Incerto eo an*, l.36. D. ad L. facid.

Incerto hoc quãtum ab aduersariis debetur, l.3. D. de tut. & rat. distr.

In Incerto est, l.75. §. qui illud, D. de verb. oblig. *In Incerto erit res*, l.43. D. de bon. liber. *Sub Incerto*, l.1. §. sed etsi, D. de ventr. in possess.

Incertis nominibus credere, l.1. D. ad Sc. Macedonian. *Ne quarumdam rerum diu, & ferè semper,*

Incerta

Incerta dominis essent, l.1. D. de vsurpationib. *Incerta hæc & inopinata*, l.4. §. rectè, D. de officio Proconſ. *Incertum Tempus. & certum*, aduerſantur, l.2. C. de donatio. quæ ſub mo.

Incertum, abſolutè, plerumque pro ipſa incertitudine vſurpatur. Sic *Incertum Ætatis, ac reſtitutionis*, 48. D. de fideiuſſorib. *Antiquitatis Incertum*, l.1. de reſponſ. pruden. in Cod. Th. *Incertum cautionis*, l.16. §. idem quærit, D. ad Sc. Trebel. pro *Incerto euentu*, vt in l.6. D. quod falſ. tut. *Condicionis Incertum*, l.11. D. de bonor. poſſ. ſecund. tab. l.1. C. de pactis. *Incertum contentionis*, l.1. de equis curulib. in C. Th. *Incertum litis*, l.20. C. mãdati. *Ipſum Incertum rei venire*, l.11. D. de hered. vendit. *Incertum eius rei æſtimandum eſt*, l.12. D. de act. emp. *Incertũ ſucceſsionis*, l.14. D. de tranſact. Similíque modo *Incertum Belli*, dixit Tacitus lib.4. & *Maris*, lib.3.

INCESTVM, ait Paul. in l.39. D. de ritu nupt. committere dicitur, *ſi quis ex his, quas moribus prohibemur vxores ducere, duxerit*. Vlpian. Tit.6. Regular. *Si quis eam, quam non licet, vxorem duxerit, Inceſtum matrimonium contrahit*. Iuſtinian. in §. ergo, Inſtit. de nuptiis. *Inter eas perſonas quæ Parentium, Liberorúmve locum inter ſe obtinent, contrahi Nuptiæ non poſſunt: veluti, inter Patrem & Filiam, vel Auum & Neptem, vel Matrẽ & Filium, vel Auiam & Nepotem, & vſque ad infinitum. Et ſi tales perſonæ inter ſe coïerint, nefarias atque Inceſtas nuptias cõtraxiſſe dicuntur*. Idémque Gaius Inſtitut. lib.1. Tit.5. tradit.

Cęterùm *Inceſtum* vel iure gentium, vel ciuili, committitur. *Iure gentium Inceſtum committit qui ex gradu Aſcendentium, vel Deſcendentium, vxorem duxerit*, l.vlt. D. de ritu nupt. *Iure* verò *ciuili quoties ſola iuris ciuilis obſeruatio interuenit: veluti cùm ex latere eam ducimus, quam vetamur, vel adfinem, quam propter publicam honeſtatem impedimur*, d.l.vlt. l.38. §.1. D. ad L. Iul. de adult. Si nouerca Priuignæ, Nurus Socero pecuniam dotis nomine dedit, *Iure gentium, Inceſtum committitur*, l.vlt. §. vlt. D. de condict. ſine cauſa, nimirum, *quòd hæ perſonæ inter ſe Parentium, Liberorúmque loco ſint*, l.16. D. ſolut. matrim. §. ſocrum, Inſtitut. de nupt. Spartian. in Anton. Carac. de eius cum nouerca Iulia nuptiis agens. *Ad parricidium iunxit Inceſtum*.

Inceſtum autem interdum *per matrimonium illicitum contrahitur*, l.38. §.1. D. ad L. Iul. de adult. Vt in ſuperioribus exemplis. Eaque ſunt *Inceſtæ Nuptiæ*, l.52. D. de ritu nupt. l.38. §. idem Pollioni, D. ad L. Iul. de adulter. Rubr. *de Inceſt. & nefar. nupt.* Cod. & apud Tacit. lib.11. *Si qua mihi vxor fuit, deinde à me repudiata, nupſit Seio, quem ego poſtea adrogaui, non ſunt Nuptiæ Inceſtæ*, l.12. D. de ritu nupt. Et ita *Inceſtum Coniugium accipe*, l.7. C. de naturalib. & *nefarias*, vel *Inceſtas coniunctiones*, l.23. §. immò etiam, C. de nuptiis. Iuſtinia. Nouell.12. Εἰ τις ἀθέμιτον καὶ ἀσεβῆ τῇ φύσει, ὃν ὁ νόμος *Inceſtum*, τε καὶ *Nefarium*, καὶ *Damnatum* καλεῖ, σωαλλάξω γάμον. Interdũ verò citra vllam matrimonij coniunctionẽ, ſolo nefario coitu Inceſtum committitur. *Etiam ſi concubinam quis habuerit ſororis filiam, licet libertinam, Inceſtum cõmittitur*, l.56. D. de ritu nup. Sueton. in Neron. cap.5. *Inceſtique cum ſorore Lepida, ſubexceſſu Tiberij, reus*. Non. Marcell. *Inceſtum vſu dicitur flagitium in adfines admiſſum*.

Rurſus Inceſti crimen, vel ſolum eſt, vel *Adulterio coniungitur*, l.39. §. præſcriptione, D. ad L. Iul. de adult. *Si per Adulterium Inceſtum eſſe contractum dicatur*, d.l.39. §. vlt. *Si adulterium cum Inceſto committatur, vtputa cum Priuigna, Nuru, Nouerca*, l.38. D. ad L. Iul. de adult. *Siquis viduam, vel alij nuptam cognatam, cum qua nuptias contrahere non poteſt, corruperit, duplex crimen eſt: & Inceſtum, quia cognatam violauit contra fas, & Adulterium, vel Stuprum adiungit*, l.5. D. de quæſtionib. *Inceſti crimen*, l.7. §. vlt. & l.79. §. vlt. D. ad Leg. Iul. de adult. *Inceſti pœna*, Paul. lib.2. Sentent. Tit.27. *Ex inceſto natus*, l.6. D. de decurio. *In Inceſto ſeruorum tormenta ceſſant*, l.4. D. de quæſt. *Inceſta* etiam Veſtalium virginum dicebantur, vt Plin. lib.28. cap.2. & Sueton. in Domitiano cap.8. docent. Quo exemplo Iſidor. lib.5. Origin. cap. 26. *Inceſti*, ait, *iudicium in Virgines ſacratas, ſiue in propinquas ſanguine, conſtitutum eſt. Qui enim talibus miſcentur, Inceſti habentur*. Idem lib. 9. *Inceſtus propter illicitam commixtionem, vocatur, quaſi incaſtus: ſicut qui virginem ſacram, vel adfinitatis ſuæ proximam ſtupraverit*.

INCHOARE, incipere eſt, ſeu noui aliquid adgredi. *Rem cœptam perficere & nouã Inchoare*, aduerſantur, l.42. §. ſi in ſocietatem, D. de aqui. vel omitt. *Noua negotia Inchoare, & vetera explicare*, opponuntur, l.21. §. ſi viuo, D. de neg. geſt. *Factam donationem confirmare, non nouam Inchoare*, l.36. §. vlt. D. de do. int. vir. *Non ad perficiendã retractationẽ, ſed ad Inchoandã*, l.2. D. de colluſ. dot.

Inchoata Accuſatio, l.8. C. de his quæ vt indign. *Actio*, l.21. D. de inoffic. teſtam. *Cauſa*, l.23. C. de procuratorib. *Quæſtio*, l.30. D. de minor. *Inchoatæ delationes*, l.5. §. vlt. D. de public. iudic.

Inchoatum crimen, l.13. C. ad leg. Iul. de adult. *Inchoare litem*, l.5. D. rat. rem hab.

Inchoari lis, l.5. D. rat. rem hab. l.5. D. de hered. pet. l.1. C. ne de ſtatu defunct. *Inchoata lis*, l.18. D. de vſuris, l.54. §. vlt. D. de re iudicata, l.11. D. finium regund. l.26. D. de obligat. & act. l.44. D. de iudiciis, l.1. C. de heredib. tut. l.12. C. qui dare tutor. l.vlt. C. quomodo & quand.

l.6.C.de in integr.restit.*Inchoatum liberale iudicium*,l.1.§.si filiusfamil. D.de vi & vi arma. *Inchoata iudicia*,Quintil.Declamat.250.*Ædificium Inchoatum consummare*,l.61.§.1.D.de vsufructu. *Inchoari negotia & Consummari*,opponũtur,l.21.§.si viuo,D.de neg.gest. *Inchoari Opus*,l.137. §.item qui,D.de verb.oblig.l.vlt.D.de oper.public. *Inchoatum Opus*,l.16.§.1.D.de munerib. & honorib.l.1.§.1.& l.11.D.de pollicitat.*Inchoata detentatio,& Finita*,opponuntur,l.15.§.vlt. D.ex quib. caus.maior.

Inchoare Societatem,l.42.§.si in societatem, D.de adquir. vel omitt. *Priorem Societatem finitam,& ex integro alteram Inchoatam*,l.58.§.vlt.D.pro socio.*Inchoati anni*,l.8.D.de munerib.& hon.id est cœpti,quibus aduersantur*Pleni & Impleti.Inchoata Vsucapio*,l.24.D.de vsucap.*Quæ per defunctum Inchoata sunt,per heredem explicari debent*,l.40.D. pro soc.l.1.D.de fideiuss tutor.

INCIDERE pro contingere,accidere,euenire.*Si qua alia incommoditas ei post arbitrium susceptũ Incidat*,l.16.D.de recept.qui arb.*Si quid Incidat trãsuersarium*,l.27.D.locati.*Si fortè inciderit vt*, l.6.§.1.D.quemad.seruit.amitt.*Quicumque casus Inciderit*,l.30. §.1.D.de fideicom. libert.*Prout res Incidit*,l.7.D.de iurisd.*Quæcumque Incidisset controuersia*,l.6.§.1.D.quod cuius vniuers.*Quidquid eorum Inciderit,quod donationem aut perimat,aut confirmet*, l.20.D.de donation.int.vir.*Si nihil horum Inciderit*,l.20.§. vlt. D. de testam. milit. *Ex his causis quæ ante alienationem Inciderunt*, l.58.§.vlt.D.pro socio.*Incidente infirmitate,vel necessaria protectione,vel rei suæ familiaris periculo*, l.18.§.1.D.de iudiciis.*Scio illud aliquando Incidisse*,l.3.§.scio, D.de minorib. id est, *ex facto accidisse*,vt l.35.D. de hered.instit.*Ex facto cùm Incidisset*,l.39.D.de furtis.*Ex facto Incidit species talis*,l.83.D.de leg.2.*Si talis species inciderit*,l.2.D.de reb.eor.*Plures species Inciderũt*,Plin.Epist.97. lib.8. *Incidunt causæ*, l.8.§.vult igitur,D.de transactionib. & apud Ciceronem lib.3. Officior. *Tempora*,idem Cicer.lib.1.offic.*Iustam deliberationem Incidere*,l.13.§.1.D.ad Sc. Trebell. *Multa merita Incidere possunt*,l.15.§.1.D.de manumiss.vind. *Vbi falsi examen Inciderit*,l.22. C.ad Leg. Cornel.de fals.

Incidere, dicimur in ea in quæ casu & euentu,magis quàm voluntate, aut iudicio deuenimus.*Incidere in latrones*,l.52.§.quidam,D.pro socio,& apud Quintil. Declam.336. *Cum cohærede non contrahimus,sed Incidimus in eum*,l.25.§.non tantùm,D.fam.ercisc. *Pupillus non ipse contraxit,sed in Tutorem Incidit*,l.vlt.D.rem pup.sal.fo.*Cùm non affectione societatis Incidimus in cõmunionem,vt euenit in re duobus legata*,l.31.D.pro socio.

Incidere in aduersam fortunam,l.vlt.C.depositi. *In Aduersam Valetudinem*, l. vlt. D. de iniusto rupt. *In eam valetudinẽ,propter quã operæ eius inutiles sint*,l.79. D. de rei vind. *In eam valetudinem, vt certum sit eum ciuilia officia subire non posse*,l.13.D.de vacat & excusat. *In furorem*,l.44. §.eum qui,D.de vsurpationib.*In Tempestatem,vel vim fluminis*.l.2.D.si quis cautionib.*Vt in fures pecus Incideret*,l.50.§.vlt.D.de furt. *Etiam si mater in causam furtiuam Inciderit*,l.3. C. de vsucap. pro empt.*Incidit dies in tempus pupilli*,l.38.D.de minorib.*quidquid per vim fit,aut in vis publicæ,aut in vis priuatæ crimen Incidit*, l.152.D.de diuers.reg.*Incidere in eam definitionem*, l.27. D.de aur. arg.

Incidere,pro cadere,decidere.*Si bos meus in fossam Inciderit*,l.7.§.præterea,D.quod vi aut cl. Cicer.Philipp.4.*Cùm immanis tetráque bellua,quæ quoniam in foueam Incidit,obruatur. In Laqueum quem venandi causa posueras,Aper incidit*,l.55.D.de adquir. rer. do. *Si pecus vicini in laqueos Incidisset*,l.29.D.ad L.Aquil.id est.decidisset,vt l.28.D.eod.tit.*Incidit Glans in fundum*,l.9.§.1.D. ad exhibend.*Ædes vitiosæ in ædes non vitiosas Incidentes*,l.13.§.cùm inter,D.de damn.infec.

Incidentia damna,l.30.§.incertæ,D.ad L.falcid.

Incidere in Edictum,Legem,Senatusconsultum,dicitur qui in ea committit peccatum. *Incidere in Edictum*,l.8.§.vlt.D.de edendo,l.1.& l.6.§. planè,D.si quis omiss.l.40.D.de adq.vel omitt. l.15.§.meminisse,D.de iniuriis,l.3.§.si quis codicillos,& §.si alius,D.de Sc.Sila.l.1.D.si quis omissa,l.22.D.de L.Corn.de fals.l.24.D.de adqu.vel omitt.l.3. D.quod quisque iur. *In pœnam Edicti*,l.14.§.vlt.D.de Leg.Corn.de fals.*In sententiam Edicti*,l.20.§.1.D.si quis omiss.l.8. D.si tabul.testam.l.27.§.1.D.si quis omissa.

Incidere in interdictum,l.20.D.quod vi aut clam.

Incidere in Legem,l.8.D.quod met.cau.l.vlt.D.qui & à quib.l.3.§.si quid dolo,D.de tabul. exhib.& apud Quintil.Declamat.263.*In seueritatem Legis*, l.8. C.ad L. Cornel. de fals. *In legum laqueos*,l.vlt.§.non autem,C.de bon.quæ liber.*In Corneliam non Incidit*,l.13.§.vltim.D.de L.Cornel.de fals.At in l.60.D.ad Leg.falcid.*Incidere in Legem*, dicitur quod est legi obnox.

Incidere in Senatusconsultum,l.22.§.adeundo,D.de lege Corn. de fals.l.12.D.de legationib. l.1.§. accusationem, & l.11.D. ad Senatuscons. Turpill. l.1. C. eod. titul. *In pœnam Senatusconsulti* l.22.§.1.D.de leg.Corn.de fals.l.15.§.eos,D.ad Sc.Turpil.l.5.C.eod.tit.l.5. C. de his qui sibi adscrib.*In sententiam Senatusconsulti*,l.71.D.de hered.instit. *In voluntatem Senatusconsulti*,

consulti,l.22.§.si testamentarius.D.eod.*Incidere in Turpillianum*,l.22.D.de his quæ vt indign. l.14.§.1.D.de bon.libert.

Incidit quidem in verba constitutionis,sed Sentẽtia excusatur,l.vlt.D.qui petunt tutor.Et ibidem, *Incidet in sententiam constitutionis.*

Incidit in Aquiliam *& Iniuriarum actionem*,l.34.D.de oblig.& act.*Incidere in pœnam*,l.7.D.de seru.expert.*In pœnam non Incidere*,l.154.D.de diuer.reg. *Qui in iustam accusationem Incidit*, l.5. C.de accusationib.*Non Incidit in actionem arborum furtim cæsarum*,l.8.D.arbor.furt.cæs.*Pœnalibus actionibus non adstringuntur,in quas Inciderunt hi,pro quibus interuenerunt*,l.17.§.vltim.D.ad municipal.*Quod proprio nomine in causam commissi Incidit*,l.16.§.1.D.de publican. *Curate, ne non tantum in damna huiusmodi,sed etiam in criminis suspicionem Incidatis*, l.2.C.de furtis.*Liberabor,aut quod verius est,non Incidam in obligationem*,l.81.D.81.D.de solutionib.

Incîdo,penultima producta,significat excîdo,exseco.

Incîdere Tabulas,l.vlt.D. de iniust. rup. l. vlt. D. de his quæ in test.del.l.16. §. vlt. D. de his quæ vt indign. l.11.§.vlt.D.de bonor.poss.sec.tab.l.20.§.vlt. D. de testa. milit. non est ipsas ceratas Tabulas, ipsum vè lignũ concîdere,& in partes secare,sed linũ quo ligatæ erant Tabulæ,seu,quod Tabulis,ter quatérve erat circumductum,incidere & rumpere,vt docent, l. 3.§.si quis tabulas,D.de Sc.Silania,& l.1.§.si linum,& §.vlt.D. de bonor. poss. sec. tab. Plerumque enim Testatores non ea mente vt Intestati morerentur, Tabulas incidebant:sed vt aperirent,ac quod in iis scriptum erat,recognoscerent,deinde eas rursus suo signo & sigillo signabant,vt apparet ex d.l.20.§.vlt.D.de testam.milit.

Incisis ergo *Tabulis*,l.16.§.vlt.D.de his quæ vt indign.id est, *Inciso Lino*,l.28.§. testamento. D.de liberat.leg.Eodémque modo *Incisas Tabulas* accipe,l.1.§.si heres,D.si tabul. test.

Incidere Testamentum,l.15.§.1.D.de testament.milit.id est,*Concidere*,vt l.1.§.sed consulto,D. de his quæ in testam.delent.Quinetiam quod Vlpian. *Secare*,in l.7.§.vlt.D.ad L.Aquil.hoc Cicero,*Incidere venas*.Sic enim in Oratio.de haruspic.respons. *Medicum intromisit suum qui legato,socio,amico,fœdissimè,& crudelissimè venas Incideret*.Corn.Cels.lib.2.cap.10.*Sanguinem incisa vena mitti nouum nõ est*.Tacit.lib.16.*Incisas venas,vt libitum, obligatas aperire rursum.*

Inciditur Lapis,vel Terra,l.1.§.1.D.de riuis.

Incile *est locus depressus ad latus Fluminis:ex eo dictus,quòd Incidatur.Inciditur enim vel Lapis vel Terra,vnde primùm aqua ex flumine agi possit*,l.1.§.1.D.de riuis.*Si Incile ducat*,l.1.§.si quis ex riuo, D.ne quid in flu.pub.*Prima Incilia,vel principia fossarũ: quibus aquæ ex flumine, vel ex lacu,in primum riuum communem pelli solent*,l.1.§. caput,D.de aqua cottid. C. de re rust. cap. 155. *In monte fossas Inciles puras habere oportet*.& mox,*Incilia aperire,aquas diducere*,Columel.lib.3.cap.9.*Si Olea in cliuo sit,Incilia excitantur,quæ limosam aquam ad codicem deducant*. Sed de illo Catonis loco,suspicionem meam tacitus prẽterire non possum.Nam,nisi me animus fallit,vox,*Fessas*,è glossemate est non ab auctore.Festus,*Incilæ*,vel vt alij legunt,*Incilia*,*Fossæ quæ in viis fiunt ad deducendã aquam*: *siue deriuationes de riuo communi factæ*.Apul.lib.9.de Asin.aur.*Rursum ad viam prædeunt lacunosis Incilibus voraginosam.*

Incipere, & *Finiri* aduersantur,l.1.§.æstatem,D.de aqua cottid.

Incipit Actio,l.73.D.de verb.oblig.*Incipere Actio*,l.9.D.de nego.gest. *Actiones,ab heredibus & contra heredes*, Rubri.vt action.ab hered.& contr.C. *Æstas*, l.1. §. æstatem, D. de aqua cottid.*Inde testamentum Inciperet,vbi*,l.75. D. de hered. instituen. *Inferior & superior cognatio Incipit à primo gradu*,l.1.D.de gradib.& adfinib.*Incipit ad eum pertinere*,l.6.§.si quis, D. de aqua cott.*Incipit locum habere Falcidia*,l.1.D.si cui plus quàm per l. *Nunc Incipit dolo malo facere*, l.13. D.depos.*Incipere possidere*,l.1.§.eum qui,D.de vi & vi ar.l.1.§.sanè,D.si quis omissa.*Volentem Incipere vti frui*,l.3.§.eum qui,D.eod. *Incipiunt cedere operæ*,l.13.§.Iudicium,D.de oper. liber. *Incipiendum non esse à filij testamento*,l.2.§.vlt.D.de vul.& pupill.

Inciuile dicitur quod iniquum,iniustum, nouum & rationi æquitatíque consentaneum non est. *Curatoris libertum eam pupillam, cuius patronus res administrat, vxorem ducere satis Inciuile est*,l.67.§.vlt.D.de ritu nuptiar.*Inscium Procuratorem teneri,satis Inciuile est*, l. 15. D. de procuratorib.*Inciuile est,fideiussorem ex sua promissione non tenere*,l.70.§.si reo.D. de fideiussorib. *Quæ solutioni dubitarum quantitatum profuerunt,reuocare Inciuile est*,l.vlt.§.vlt.D.quod met. cau. *Scriptis heredibus auferre possessionem,Inciuile est*,l.2.C. de inoff. testa. *Cogi possessorem ab eo qui expetit, titulum suæ possessionis dicere,Inciuile est*,l.11.C.de petit.hered.*Inciuile est,vt vnus ex chirographariis creditoribus debitoris bona compellatur suscipere*,l.4.C.de bon.auctor.iud.*Inciuile est,nisi tota lege perspecta,vna aliqua particula eius proposita,iudicare*,l.24.D.de legib. *Inciuilis debitoris audacia*, l.3.C.de naut.fæno.

Inciuilem rem deſideratis, vt adgnitas res furtiuas, non prius reddatis, quàm pretium fuerit ſolutum à dominis, l.2. C. de furtis. *Inciuile factum* Medici, *qui compulit ægrum ei poſſeſſiones ſuas vendere*, l.3. D. de extraord. cognit. *Inciuiles pœnæ, quibus inuitus homo facere iubetur quod facere non poteſt*, l.9. §. ſunt autem, D. de pœnis.

Inciviliter & *Ciuiliter* opponuntur, l.vlt. §. vlt. D. quod met. cau. vbi *Inciuiliter extorta* dicuntur; quæ quis ab aduerſario per vim, apparitione præſidis interueniente, coactus eſt dare. *Inciuiliter cuſtodiendo athletam*, d.l.vlt. §. ſi fœnerator. *Inciuiliter inſtituti riui*, l.2. D. de extraord. cognit.

Inclita *nobilitas*, l.17. §.1. D. de excuſationib. *Inclita vrbs* Conſtantinopolis nimirum, l.11. C. de adſeſſorib. *Incliræ ciuitates*, l.vlt. C. de commerc. & mercator. Seruius in 6. Æneid. Græcum eſſe vocabulum notat. *Nam κλητὸν Glorioſum dicunt.*

Inclinat *Iulianus in hoc*, l.42. D. de adquir. vel omitt. *In hanc ſententiam Inclinat*, l.7. §. ſcire, D. de peculio. *In contrariũ Inclinat pater*, l.8. §.1. C. de bon. quæ liber. *Inclinandum eſt*, l.22. §.1. D. de inof. teſt. l.18. §. qui fundum D. de legat.1. *Si opere abs te facto, in Ædes meas Inclinauerit ſe paries communis*, l.14. D. ſi ſer. vindic. *Si arbor, ex vicini fundo, vento Inclinata in tuum fundum ſit*, l.vlt. D. de arbor. cęden.

Inclvdere *hominem*, l.5. D. ad leg. Iul. de vi, Paul. lib.5. Sent. Tit.6. *Hominem in Arcula*, l.10. §. vlt. D. ad L. Iul. peculat. *Includere feras viuarijs*, l.3. §. item feras, D. de adquiren. poſſeſſ. l.62. §.1. D. de vſufruct. *Includere Pecus*, l.39. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Si per vim abductum pecus Incluſerit quis*, l.2. §. ſi per vim, & §. ſi publicanus, D. vi bon. rapt. *Includere Ædificio rem*, l.11. D. de tig. iunc. *Incluſi latumiis*, l.9. D. ex quib. cau. maior. *Includẽdo Gẽma data*, l.13. §. ſi gemma, D. locati. *Gemma Incluſa auro alieno*, l.6. D. ad exhibẽd. *Incluſæ auro gemmæ*, l.19. D. de aur. arg. leg. *Incluſas aues habere*, l.3. D. de adquir. poſſ. *Semel Incluſæ iudicio Actiones*. l.130. D. de diuerſ. regular. id eſt, *in alienum ædificium conunctum*, vt ibid. *Incluſæ literis Interrogationes*, l.6. D. de cuſtod. & exhibit. *Procurator qui nõ res Incluſas ſubtraxit*, l.55. D. mandati. *Furtiuum non eſt, quod ſciente domino Inclu ſum eſt*, l.63. D. de donationib. int. vir.

Incognitvm *non eſt*, l.8. §. vlt. D. de inoffic. l.6. C. de procuratorib. *Incognitum legibus*, l.21. in fin. C. de legib. *Incognita cauſa condemnare*, Cic.1. Actio. in Verr.

Non Incognita affectio, l.17. §. præterea, D. de adoptionib.

Incola eſt, *qui aliqua regione domicilium ſuum contulit, quem Græci* Παροικον *appellant. Nec tantum hi qui in Oppido morantur, Incolæ ſunt, ſed etiam qui alicuius Oppidi finibus, ita Agrum habent, vt in eum ſe, quaſi in aliquam ſedem, recipiant*, l.239. §. incola. D. de verb. ſignif. *Incola habetur, ὁ ἐν ἀλλοτρίῳ καταμένων, ὁ γὰρ ἐκείνης τῆς πόλεως ἐξερέτοις μὴ. χρώμενος ὅτος ὡ νομίζεται. Incola*, l.35. D. ad municipal. Vet. Gloſſar. Græc. *Incola, ὁ πάροικος ὁς ἡ ἀλλαχῆ, ἐν πόλει ἐγκεκτημένος τῶν οἰκούντων ἐκτήσατο. Mulier quamdiu nupta eſt, Incola eiuſdem ciuitatis videtur, cuius Maritus eius eſt*, l.vlt. §. item reſcripſerunt, D. ad municipal. *Incolæ quos ſibi quæque ciuitates vindicunt*, l.37. D. eod. tit. *Incolæ eſſe apud Ciuitates*, l.2. D. de veteranis, *Qui cùm Incolæ nõ eſſent*, l.7. §. interdicere, D. de interdic. & releg.

Incola porrò à *Ciue* & *Municipe* ſeparatur, l.20. l.29. & l.34. D. ad municipal. l.6. in fi. & l.vlt. §. patrimoniorum, D. de muner. & honor. l.11. C. de appellationib. Nam *Ciues*, Origo, vel Manumiſſio, vel Allectio, vel Adoptio, *Incolas* verò Domicilium facit. l.7. C. de incol. lib.10.

Incolatvs, l.34. ad municipal. l.5. l.12. l.46. l.52. & l.141. D. de decurionib. in C. Th.

In ea Prouincia quam Incolit, l.3. §. dubitatum, D. de interdict. & releg.

Incolorate *reſtitui deſiderantem*, l.18. D. de minorib.

Incolvmes, id eſt, ſani & ſalui. *Incolumes filij*, l.1. C. de ſumpt. recuperat. lib.10. *Liberi*, l.1. §. vlt. & l.2. §.1. D. de vacat. & excuſ. l.30. D. de ſolutionib. l.1. C. qui numero liber. *Quinque Incolumium liberorum pater*, l.4. D. de munerib. & honor. l.1. C. de legationib. Cic. lib.1. de inuẽtio. *Nemo eſt qui non liberos ſuos & Incolumes & beatos eſſe cupiat.*

Incolvmis Actio *perſeuerat*, l.1. C. de com. rer. diuiſ. *Vt quartam partem debitæ ab inteſtato portionis præſtet Incolumem*, l.2. C. de inof. donationib. *Incolumis libertas*, l.vlt. C. de poſtlim. reuerſ.

Incolume ius proprietatis, l.16. C. de donat. inter vir. *Incolumia manere*, id eſt ſalua & integra, l.3. D. de interdict. & releg.

Incolumes Ædes, id eſt, integræ, non vitioſæ, l.13. §. cùm inter, D. de damn. infec.

Incommodare *Nauigationem*, l.1. §. deterior ſtatio. D. de fluminib. id eſt difficiliorem facere vel prorſus impedire. *Si Incommodatur ad vſum manus*, l.14. §. ſi quis digitis. D. de ædili. edic.

Incommoditas *incidere Arbitro*, l.16. D. de recept. qui arbitr. *Incommoditas Riui*, l.1. §. Viuianus,

uianus, D. de itin. actúque. *Incommoditatem pati*, l. 3. §. ex quibus, D. de alienatione. *Sine Incommoditate eius cuius ager est*, l. penult. §. si quis nouum. D. de riuis. *Non incommodè dici potest*, l. 1. §. pater. D. de collat. bonor.

INCOMMODIOR *exhibitio*, l. 15. §. interdum, D. ad exhibend. *Per quod Incommodior sit vsufructus*, l. 19. §. vlt. D. de vsufructu.

INCOMMODVM, *Commodúmque Personæ*, opponuntur, l. 137. §. illud, D. de verbor. oblig. *Commoda, & Incommoda Hereditaria*, l. 1. D. de bonor. poss. *Ad Commodum emptoris, Incommodúmque pertinet*, l. 7. D. de peric. & comm. *Secundum naturam est commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequentur Incommoda*, l. 10. D. de diuers. regul. . *Si plus Incommodi, quàm commodi hæc Bonorum possessio habeat*, l. 11. D. eod. tit. *Inter coheredes commoda, & Incommoda communicari*, l. 19. D. famil. erciscund.

Incommodum Aquæ, l. 1. §. vlt. D. de aqua & aquæ pluu.

Quod Incommodi causa fit, l. 1. §. quod ait, D. ne quid in lo. publ. *Aliquam partem paruulam Incommodi sustinere*, l. 37. D. locati. *Illud Incommodi sequitur*, l. 5. §. si quis fortè, D. de oper. no. nūt. *Si factum eius Incommodum circà colentibus adferat*, l. 1. §. si quis ex riuo. D. ne quid in flum. pub. *Hoc Incommodum sentit*, l. 4. D. de nouationib. *Incommodo adfici*, l. 15. D. si quis omiss. *Si cum aliquo Incommodo vtatur*, l. 1. §. vlt. D. si vsufru. pet. *Ex Incommodo dando illis*, l. 26. §. vlt. D. de oper. libert.

Cum Incommodo accedentium, l. 1. §. sunt qui putent, D. de quid in flum. pub. *Alicuius*, l. 2. §. si quis à principe, D. ne quid in loco pub. *Pupilli*, l. 45. §. vlt. D. de excusationib.

Sine Incommodo heredis, l. 3. D. de annuis legat. *Litigantium*, l. 59. D. de iudiciis. *Publico*, l. 14. D. de seruitutib. *Rei familiaris*, l. 96. D. de legat. 1. *Cùm sine Incommodo meo potero*, l. 125. D. de verb. signif. *Sine magno incommodo*, l. 35. D. de ædilic. edic. *Non Incommodè*, l. 95. §. quæsitum, D. de solutionib.

INCONCVSSA *Firmitas*, l. 30. in fi. C. de donationib. *Possessio*, l. 4. C. quib. non obiic. *Inconcussum Ius*, l. 5. C. de liber. caus.

INCONGRVENS *est, vxorem marito annuum præstare*, l. 33. §. vlt. D. de donat. int. vir. *Incongruens videbatur*, l. 4. §. 1. D. de vulg. & pup.

Incongruens insinuatio, l. 13. in fi. C. de testament.

Inconsideranter, l. 3. §. si tutor, D. de susp. tut.

INCONSVLTE, id est inconsulta facilitate, vel leuitate.

Inconsultè in adita hereditate, l. 3. D. de condic. deb. *Ne Minores Inconsultè libertatem amittant*, l. 16. C. de libert. caus. *Minor Inconsultè prædia insolutum dedit*, l. 40. §. vlt. D. de minorib. *Incōsultè deleta*, l. 12. C. de testament.

Damnum non Inconsultè accidens, sed fato, l. 11. §. sciendum, D. de minorib.

Inconsultè iurare, l. 2. C. ad L. Iul. maiest. id est προπετῶς, vt l. 13. §. vlt. D. de iureiur. seu *Calore quodam*, vt l. 2. C. de reb. credit. *Si Incōsultius hoc fecerit*, l. 67. §. vlt. D. de ritu nupt. cui repugnat ibidem, *Si optimo consilio vsus.*

INCONSVLTO, id est imprudenter, inconsideratè, per imprudentiam. Vnde *Inconsulto deletum nomen heredis*, l. 1. D. si tabul. testam.

Inconsulto, & *Consulto, deleta*, opponuntur, l. 1. §. 1. & §. sed consulto, D. de his quæ in testam. delent.

INCONSVLTVS *Calor, calumniæ vitio caret*, l. 1. §. quæri, D. ad Sc. Turpil. *Qui Inconsulto calore ducti adulteros interfecerunt*. Paulus in Lege Dei, Tit. 4. *In rixam Inconsulto calore lapsus*, l. 5. C. de iniuriis. *Si Inconsulto dolore adulterum interemit*, l. 4. C. ad L. Iul. de adult. *Inconsulto errore lapsus*, l. 1. C. si maior fac. alien.

Inconsulta facilitas, l. 11. §. sciendum, D. de minorib.

Inconsulto aliquo fieri dicitur, quod eo prius non consulto, neque eius voluntate explorata factum est. *Inconsulto Prætore*, l. 5. §. si fundus, & §. si pupillus. D. de reb. eor. l. 8. §. si vni, D. de transactionib. id est, *sine Prætoris auctoritate*, vt ibid.

Inconsulto Principe, l. 13. D. de trāsactionib. l. 6. §. 1. D. de offic. Proconsul. l. 2. D. de cadauerib. punit. *Inconsultis principibus*, l. 46. §. actores, D. de iur. fisci.

Vt Inconsulti animi, à repudio mittendo, detrimento retrahantur, l. 8. §. si verò, C. de repudiis.

INCONVENIENS, id est, incongruens & indecorum, l. 34. D. de oper. libertor. *Inconueniens bellico Operi*, id est inhabilis, l. 23. de decurionib. in C. Th.

INCORPORALS *Res, Corporalibus* aduersantur. *Incorporales* autem *Res sunt quæ tangi non possunt, qualia sunt ea quæ in iure consistunt: sicut Hereditas, Vsusfructus. Obligationes quoquo modo contractæ,*

item, Seruitutes prædiorum vrbanorum & rusticorum, l.1.§.quædam, D.de diuisio. rer. Instit. de reb.incorporalib. *Seruitutes prædiorum rusticorum, etiam si corporibus accedunt, Incorporales tamen sunt*,l.14.D.de seruitutib.*Incorporales res quæ in iure consistũt, velut Vsus fructus,& ceteræ Seruitutes*,l.vlt.§.vlt.C.de præscript.longi temp.

Incorporales Res traditionem & vsucapionem non recipere manifestũ est,l.43.§.1.D.de adquir. rer. dom.*Ius Incorporale posßideri non intelligitur*,l.4.§.si viam,D.de vsurpationib. *Incorporalia Iura*, l.3.§.& nemo,C.de quadrien.præscript.

INCORPORATIO *Bonorum ad fiscum deuolutorum*,l.1.l.2.& l.vlt.de incorporatio.in C.Th.*Incorporatum*,l.1.de bon.proscriptor.in C.Th.

INCORRVPTA *fides instrumentorum*,l.11.C.de fide instrumẽt.*Incorrupta obligatio*,l.26.§.si centum,D.de condict.indeb.

Incorruptis probationibus,l.1.C.quib.ex cauſ.seru. *Incorruptas villas habere*,l.25.§.conductor, D.locati.

Incorruptum depositum,l.vlt.D.depositi.*Incorruptum ius*,l.9.D.de liber.cau.

INCREDIBILE *est*,l.6.D.de seru.exportand.*Incredibile est diligentem & studiosum patremfam.in aliquo facilè errasse*,l.25.D.de probationib. *Ante 14.annos Incredibile est Adulterij crimen*, Quintilian. Declam.355. *Incredibile est, liberum hominem vt vinculis perpetuis contineretur, esse damnatum*,l.6.C.de pœnis.

Multa tam varia & Incredibilia creduntur,l.3.D.si pars hered.pet.

Incredibilitatis prætextu patientiam adumbrare,l.29.D.ad L.Iul.de adulter.

INCRESCERE *Aqua, Imbri*,l.1.§.in summa, D.de aqu.& aq.pluu.arc. *Quam sententiam cottidie Increscere videmus*,l.12.§.si fundus, D.de instruct.& instr.

INCREMENTVM generaliter pro quolibet augmento ponitur. Et ita,*Alluuio* definitur esse *Incrementum latens*,§.præterea, Instit.de diuis. rer. Similitérque *in Alluuione latitare Incrementum*,ait Vlpian.in l.9.§.huic vicinus,D.de vsufructu. *Omne artificium Incrementum recipit*, l.65. §. ornatricibus,D.de legat.3.

Incrementum Negotiationis,l.58.D.de administr.& peric.*Negotiatio pro Incremento facultatium, exercenda est*,l.5.§.negotiatio,D.de iure immunit.

Incrementum Peculij,l.56.D.ad leg.Falcid.l.47.§.si semel, D. de peculio. *Omnia Incrementa peculij quoquo modo adquisita*,l.57.D.eod.tit.*Incrementa ex rebus peculiaribus*,l.8.§.vlt. D. de pecul.legato.

Incremento Gregis,fœtus accedunt,l.19.D.de vsuris. *Actionis quæ per Infitiationem crescit Incrementum*,id est,duplum,l.20.§.cum prædiximus,D.de hereditat.petit.

Incremento suo Nilus Ægyptum operit,l.1.§.ripa,D.de fluminib.*Incrementa Nili*,l.10. D. de extraordin.criminib. *Incrementa Nilotica*,apud Apul.lib.2.Metamorph.Plinius lib.5.cap.9. *Iustum*,ait,*Nili Incrementum est, Cubitorum* 16.& mox,*Maximum Incrementum, ad hæc æui, fuit cubitorum decem & octo*.Rursus eod.cap. *Causas huius Incrementi varias prodidere*.Vide etiã de incremento Nili,eumdem lib.18.cap.18.

Incrementum conductioni factæ offerri,l.2.C.de venden.reb.ciuit.lib.11. *Qui Incrementum dote dedit*, l.2.C.de dote cauta.

Incrementa ætatis,l.10.§.vlt.D.de aliment.vel cibar.

INCREMENTVM Specialiter pro accessionibus,veluti fructibus,vel vsuris,vsurpatur. *an hæc stipulatio Incremẽtum ex Fructibus vel ex Vsuris sentiat*,l.1.§.bellissimè. & ibidem, *Ex mora Incrementum habituram stipulationem. Ex Incremento summæ eos alere te volo*,l.9.D.de alimẽt. vel cibar. *Ex Incremento & fructibus summæ*,l.27.§.heres,D ad Senat.Trebell. *Incrementum Vsurarum*, l.24.D.depositi.*Ne commodorum commoda, & vsuræ vsurarum Incrementum faciant*, l. 1. §. si indemnitas,D.de administr.rer.ad ciuit.

Cum Incremento fideicommissum præstare,l.43.§.1.D. de legat.2. *Cum Incremento restituere hereditatem rogatus heres*,l.3.§.si heres ante,D.ad Sc.Trebell.Sueton.in Augusto cap.66.*Legata vel partes Hereditatum, & à quibuscunque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere,aut, si pupillari ætate essent, die virilis togæ, vel nuptiarum,cum Incremento restituere consueuerat*, id est, μετὰ τοκοσόδων, vt Dio lib.54. vbi, hæc quæ modò citaui,Suetonij verba, Græcè ita referũtur. Καὶ τοῖς παισὶν ὧν μικρῶν ἐπ ὄντων, τὰς πατέρας τῶν ὑσιῶν ἐκκληρονομήσ, τοκοσόταξε πάντας, μετὰ τῶν τοκοσόδων, ἐπειδὰν ἀνδρωθῶσιν, ἀποδοθῆναι, ὅπερ πω καὶ ζῶν ἐποίει. εἰ γὰρ τίνα τέκνα ἔχοντα διεδέξατο, τοῖς παισὶν αὐτῶ πάντος, εἰ μὴ ἤδη τότε τελῶοι ἦσαν, εὐθὺς, εἰ δὲ μὴ, μετὰ τοῦτο, πάντα ἀπεδίδω.

Quod de fru-

Quod de frumentaria ratione in alium vſum conuerſum eſt, ſua cauſa, cum Incremento debito reſtituatur, l.2.§.quod de, D.de adminiſtr.rer.ad ciuit.

Incremento fructuum augeri portio hereditatis, l.9.C.famil.erciſc.

INCRVSTARE *Parietem*, l.13.D.de ſeruitut.vrb.præd.id eſt, *cruſta marmoris operire*, vt loquitur Plin.lib.35.ca.6.ſeu marmore in tenues cruſtas aut lamellas ſecto tegere, quod vtiq; in vſum luxuria inuenit.Marc.Seneca, Controuerſ.1.lib.2.*In hos ergo exitus varius ille ſecatur lapis, vt tenui fronte parietem tegat.* Lucanus lib.10.

Nec ſummis cruſtata domus, ſectíſque nitebat

Marmoribus. L.Seneca, Epiſt.86. *Pauper ſibi videtur ac ſordidus niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſunt.* Marmor autem vti in eam rem ſecaretur, Plin.illo eodem lib.30.cap.tradit his verbis, *Harena hoc fit, & fæno videtur fieri, terra, in prætenui linea, premente harenas, verſandóque, tractu ipſo ſecante.* Quem locum ſuppreſſo auctoris nomine trāſcripſit Iſidor.l.19.Origin.cap.10.

Incruſtatio, dic.l.13.*Incruſtationes* in impenſis voluptuariis numerantur, l.79. D. de verbor. ſignif.

Incruſtationes autem *à Tectoriis* eò differunt, quod illæ ſolido de marmore ſubductis & detractis cruſtis parietes operirent: his vero è marmore cōtuſo cribríſque excreto, & harenato cum calce mixto, parietes, inducebantur, diligentíque fricatione leuigabātur. Vt Vitruu. lib.7.cap.6.docet.

INCVBARE, vt Seruius in 1. Æneid.ad verba, *Ponto nox Incubat atra*, ſcribit, *propriè eſt per vim rem alienam velle retinere.* Vnde

INCVBATOR, appellatur iniuſtus poſſeſſor. B.Auguſtin.Homil.30. *Non erit vox iuſti poſſeſſoris ſed impudentis Incubatoris improbitas.* Et ita, *Incubatores*, pro iniuſtis detentoribus, in l.20. de pagan.ſacrific.in C.Th.Hinc & Seruius in 7.Æneid. *Tyrannum*, ex ſuorum temporum vſu loquendi, *Imperij Incubatorem*, interpretatur.

INCVBATIO, pro detentatione rei, l.vlt.C.ne rei dominic.l.15.de iure fiſc.in C.Th.

INCVDES, ait Papias, *dicuntur*, quibus fabri ferrum domant. *Si incudem, aut Malleum fregit faber*, l.2.§.1.D.de lege Rod.

INCVLPATVS qui culpa caret, l.34.§.ſi ea, D.de legat.2.Macrob.lib.6.Saturnal.cap.7. *Omnis culpæ priuatio Inculpatum facit. Honeſtæ & Inculpatæ vitæ teſtis*, & contrà *Notatus, & reprehenſibilis*, l.3.D.de teſtib. *Inculpata eſt mora*, l.9.§.vlt. D. de vſuris, id eſt, reprehenſione caret. *Inculpatæ Tutelæ moderatione*, l.1.C.vnde vi.

Inculpatim, l.20.D.de palatin.ſacrar.largit.in C.Th.

INCVLTI *Agri*, l.7.D.de iur.deliber.

INCVMBERE *Bonis alienis, velut prædo*, l.3.§.tutor, D.de ſuſpec.tut. *Rei alienæ*, l.2.C.de fructib. & lit.exp. *Pignori*, l.55.D.de furt. §. furti autem, Inſtit.de oblig.quæ ex quaſi delict. *Poſſeſſioni bonorum*, l.1.§.1.D. vt legator.ſeu fideicom.l.8.C.quomodo & quan.iud. *Poſſeſſioni rei obligatæ*, l.1.C. ſi aduerſ. credit. præſcript. *Poſſeſſioni ciuiliter, aut naturaliter*, l.3.§. vlt. D. ad exhibend. *Poſſeſſioni, Corpore & Animo*, l.19.D.de adquir.poſſeſſ.

Incumbere alicui dicitur, id cuius onus ei iniunctū, neceſſitáſve impoſita eſt. *Heredi defenſio, mortis Incumbit*, l.5.§.vlt.D.de Sc.Silania. *Accuſandi neceſsitas Incumbit domino*, l.5.D.de accuſ. *Nec Appellandi tibi neceſsitas Incumbebat*, l.vlt.C.de filiisfam.& quemadmod.lib.10. *Incumbebat eis neceſsitas prouocandi*, l.8.§.ſi ignorantes, D.mandati.

Nam nec ipſi domino hæc Incumbebat Cautio, l.39.§.queritur, D.de procuratorib.

Incumbit probatio, l.1.& l.2.D.de probationib.l.14.D.de Carbon.edic. l.1.§. ſi magiſtratus, D.de magiſtrat.conuē. *Neceſsitas probandi*, l.37.D.de liber.cauſ.l.22.D.de probationib.Paul. lib.1.Sentent.Tit.15. *Neceſsitas probationis*, l.2.& l.16.C.de probationib. *Onus probandi*, l.20.C. eod.tit. *Onus Probationis*.l.vlt.C.de ſolutionib.

Vſufructuario hoc Onus Incumbit, l.64.D.de vſufruct. *Onerum eorum releuandorum gratia quæ in parietem Incumbunt*, l.28.D.de dam.infec.

Vnicuique pro parte hereditaria, præſtatio Incumbit, l.139. D.de verb. oblig. *Cui præcipua cura rerum Incumbit*, l.57.D.de verb.ſignif. *Iudici omnium rerum officium Incumbit quæcumque in iudicio verſantur*, l.25.§.item ſciendum, D.de ædilic.edic.

INCVNCTABILE *eſt*, l.21.§.D.de teſtib.id eſt nullam habet dubitationem.

INCVNCTANTER, l.20.D.de manum.vindic.

INCVRIAM Feſtus negligentiam interpretatur. *Per Incuriam domini*, l.5.C.vnde vi.

Incuria necatus, l.5.§.vlt. D. de Senat. Silan. id eſt, per ſeruorum incautam negligentiam.

Incuria ſupponentis ignem, Paul.lib.5.Sentent.Tit.20.

INCVRRERE, eſt Incidere. Sic, *Incurrere in legem*, Paul.lib.5.Sentent.Tit.23. *Incurrere aculeos legis*, l.1.C.vt intra cert.temp. *Maieſtatis crimen Incurſurus eſt*, l.1.C.de priuat.carcerib. *Si quis Stylum proſcriptionis Incurrerit*, l.7.C.de bonis proſcriptor. id eſt, *exceperit*, vt l.9.eod. tit. *In his quæ extra teſtamentum Incurrerent*, l.16.D.de cond.& dem. *Incurrere periculum*, Paul.lib.1. Sent. Tit.15. *quamuis temporis Incurrat compendium*, l.17.§.vlt. D. de caſtr. pecul. *Si funerupto, aut cùm à nullo regeretur, Nauis Incurriſſet*, l.29.§.ſi nauis, D.ad L.Aquil. id eſt, *Impegiſſet*, vt ibidem.

Incurrit, id eſt emergit, incidit, interuenit. *Incurrit Tractatus*, l.vlt. D.ſi pars hered. *Vitium*, l.1.D.de donat.inter vir.& vxor. *Incurrebat hæſitatio*, l.42.D.de mort.cau.don.

Si nulla fraudis Incurrat ſuſpicio, l.3.D.de ſeparationib.

INCVRSVS *Hoſtium*, l.15.§.1.D.locati, l.18. D.commodati. *Hoſtilis*, l.1. C. de commodato. *Latronum*, l.24. D.locati, l.50.D.de adminiſtr. & peric. l.18. D. commodati, l.1. C. depoſiti. *Prædonum*, l.1.§.1.D.de obligation.& action. id eſt, *Impetus*, vt l.23.in fin.D.de diuerſ.regul.

Incurſus fluminis, Plin.Epiſt.73.lib.10.

INCVSTODITÆ *Ædiculæ*, l.19.D.ad leg.Iul.peculat.

INDAGATIO, id eſt, inueſtigatio, & inquiſitio, l.9.C.ad L.Corn.de falſ. *Seuera*. l.20. de exactionib.in C.Th. *Seuera per tormenta*, l.3.de quæſtionib.in C.Th. *vel Sera Indagatione detractus*, id eſt inueſtigatione, l.83.de decurionib.in eod.Cod.

INDAGO eſt retium, ſeu plagarum, ambitus, quo ſiluæ colléſque à venatoribus, ferarum includendarum cauſa, cinguntur. *Indaginem plagis poſitis à venatore emere*, l.11.§.vlt. D. de actionib.emp. Tibullus Elegiar.lib.4.

----Denſos Indagine colles Claudentem. Ouidius lib.7.Metamorphoſ.
Venimus, & latos Indagine cinximus agros.

Lucanus lib.6.

Et vaſta ſiluas Indagine clauſit. Silius Italic.lib.10.
Tacitóque premens veſtigia roſtro
Luſtrat inacceſſos venantum Indagine ſaltus. Idem lib.13.
Mœnia flexa ſinu, ſpiſſa vallata corona
Alligat, & telis, in morem Indaginis, ambit. Stat.Papin.lib.3.Syluar.
Non grege Maſſillo curuáque indagine clauſus. Idem lib.2.Thebaïd.
----Vt clauſos Indagine, profert
In medium vox prima feras. Symmach.Epiſt.37. lib.2. *Interea loci ferarum domos indago ſollicitat.*

Atque hæc eſt propria verbi huius ſignificatio, quæ ad alia quoq; μεταφορικῶς transfertur. Quintilian. Declamatio.252. *Hac Lege omnem malitiam, velut quadam Indagine, cinxerunt, vt quidquid aliarum legum effugiſſet auxilium, quaſi extrinſecus circumdaretur.* Florus lib.3.cap. de bello Piratico. *Quidque Piratarum fuit, quadam Indagine incluſum & oppreſſum eſt.*

Indago pro indagatione, l.22.C. ad L. Cornel. de falſ. l.2.eod.tit.in C.Th.l.7.de bon.proſcript.l.2.ſi vag.pet.mancip.l.45.de decurionib.l.1.de frumento vrb.Conſt.

INDE *dicimus*, l.7.D.quando dies leg.ced. *Inde quærit Iulianus*, l.14.§.1.D.quãdo dies legat. *Inde quæritur*, l.1.§. poteſt, D.de oper.nou.nunc.l.16.§. inde, D. ad Sc. Trebell.l.6.§.inde, D.de aqu.& aq.plu. *Inde Naratius ſcribit*, l.23.D.ad leg.Aquil. *Et Inde*, id eſt, ex domo ſua, l.8. D.de diuortiis.

INDEBITVM *ſolutum*, accipimus, *non ſolùm ſi omninò non debeatur: ſed & ſi per aliquam Exceptionem perpetuam peti non poſſit*, l.26.§.vlt.D.de condic.indeb.

Indebitum eſt, non tantùm quod omnino non debetur, ſed & quod alij debetur, ſi alij ſoluatur, l.65.§. vlt.D.eod.tit.Vet.Gloſſar.Græc. *Indebitum* interpretatur τὸ χρὴ πλάνῃ καταβληθέν. Nam *per errorem, non item conſulto, dati repetitio eſt*, l.54.D.de diuerſ.regul. Vnde idem Vet.Gloſſar. *Indebiti*, ait, *Condictio*, ὃν κινῶ, εἰς ἀπαίτησιν τοῦ χρὴ πλάνῃ καταβλήματος. ὥσπερ, εἰ χρὴ πλάνῃ ἔδοξέ τινα χρεωστεῖν ῥ αὖπι, γ, καὶ κατέβαλεν αὐτά.

Indebitum ergo *ſolutum*, cùm de repetitione agitur, eſt *non debitum per errorem ſolutum*, §.Item is cui Inſtit. de obligat.quæ ex quaſi contractu, §.Is quoque, Inſtit.quib. mod.re contrahit. oblig.Et ita *Indebitum ſolutum* accipe, l.50.D.de ſolutionib.l.16.D.rat.rem hab.

Indebita iure gentium pecunia, l.47.D.de condict.indeb. *Debiti enim vel non debiti ratio in Condictione, naturaliter intelligenda eſt*, l.64.D.eod.tit. Quintil.Declamat.269. *Indebitam pecuniam ab amico peto in frumento Indebito ſoluto*, l.65.§.ei qui, D.de condict.indeb.

Indebiti Actio, l.8.D.de alimẽt.vel cibar.quæ paſſim *Condictio Indebiti*.

INDECO-

INDECORVM *est Patrem à filio regi*, l.12. D.de tutorib.& curat.dat.

INDECORE, l.48. D.de oper.lib.& apud Cassiodor.Epist.34.lib.2.Variar.

INDEFENSVS qui non defenditur, l.2. §.Tractari, D.ad Sc.Tertyl. *Tutoris præcipuum est officium, ne Indefensum pupillum relinquat*, l.30. D.de administr.& peric. *Contra pupillum Indefensum*, &c.l.54.D.de re iudic. *Indefensi minores*, l.45.§.vltim.D.eod.tit. l.4. C.si aduers. rem iudicat. id est, *defensione iusta & curatoris auxilio destituti*, vt loquitur l.6.C.quomodo & quan.iud. *Absens & Indefensus*, l.2.C.de contr.iudic. *Absentibus atque Indefensis*, l.3.C.quomodo & quã.iud. *Absentes Indefensi*, l.1.D.de negot.gest. *Indefensus seruus*, l.23. D.de pecul. quem dominus, vel quis alius noxali Iudicio non defendit.

Indefensus autem, *rectè dici non potest, qui dominum præsentem non habuit*, l.2. D.de custod.& exhibit. *Indefensam personam relinquere*, l.29.D.de noxalib. *Indefensæ personæ*, l.5.§.cessatum, D.vt in possess.legat. *Indefensa Respubl.* l.1.C.de iur.Reip. *Indefensum ius*, l.40.§.1.D.de hered.petit.

INDEMNATVS *in custodia defunctus*, l.9.D.qui testam.fac. id est, *antequam de eo iudicium redditum & pronuntiatum esset*, vt l.2.§.vlt.D.de bon. eor. Cic. pro domo sua, *potest igitur Damnati pœnam sustinere Indemnatus?* Idem in L.Pison. *Indemnati ciuis, atque integri capitis proscriptio.*

INDEMNIS appellatur qui damnum non sentit, qui nullo damno adficitur. *Indemnes fieri, & Damnum sentire*, opponuntur, l.5.§.si plures, D.de tributor. *Indemnis emptor discedere debet*, l.27. D.de ædil.edic. *Cauere coheredi Indemnem eum fore*, l.28.D.famil. ercisc. *Si cauerit Indemnem hoc nomine heredem futurũ*, l.29.§.vlt.D.de iure dot. *Indemnes esse oportere*, l.vlt.§.item rescripserũt, D.de administr. rer. *Indemnem præstare*, l.17.D.de administ.& peric.l.31.D.de pigner.act.l.16. D.de iur.dot.l.23.§.Iulianus, l.29.§.vlt.D.de ædil.edic.l.70.D.de leg.1.l.19.§.1.D.ad Sc.Velleian. *Indemnes socios præstare*, l.23.D.pro socio. *Indemnis præstari ab herede*, l.14.§.1.D.de religiosis, *A coherede*, l.38.D. de condict. indeb. *Indemnes coheredes præstari*, l.107.D.de legat.1.

INDEMNITAS *Præstari*, l.64.D.de legat.2.l.11.C.de administrat.l.5.C.de sentent.& interl.

Indemnitati Consulere, l.1.C.ne pro dote. *Consuli*, l.32.D.de neg.gest.l.4.C.comm.vtriusque, l.2.C.si aduers.libert.l.2.§.vlt.C.si propter public. *Prospici*, l.3. C.famil. ercisc. l.vlt. C. de in lit.iur. *Satisfacere*, l.36.§.vlt.D.ad municipal. *Satisfieri*, l.1.& l.4.D.de magistr.conuen.l.2.& l.3.C.de conuen.fisc.debitorib. *Indemnitati fiscali satisfieri*, l.15. C.de don.int.vir. *Indemnitatem consequi iudicio*, l.1.§.an in hoc, D.de contr.tut. *Seruare per arbitrum*, l.38.D.de ædilic.edic. *Præstare*, l.8.C.de magistrat. conuen. *Indemnitatem præstandam*, l. 19. C.famil.ercisc. *Promittere*, l.8.§.1.D.ad Sc.Velleian.l.6.C.eod.tit.id est, repromittere Indemnes futuros. *Indemnitate repromissa*, l.1.C.de cõueniend.fisci debit. *De Indemnitate cauere*, hoc est, satisdato *Cauere alicui Indemnem eum futurum eius negotij nomine quo de agatur*, l.16.§.idem quærit, D.ad Sc. Treb.l.25. §.idem iuris coniuncta l.29.D.fam.ercisc.l.29.D.de iure dot. *Non ante soluere legatum cogendus est, quàm ei cautum fuerit de Indemnitate*, l.7.D.de dote præleg. *Nisi prius de Indemnitate cautum*, l. 59.D.ad Sc.Trebell. *Indemnitatis Cautio*, l.14.§.vlt.D.ad Sc.Trebell. *Actionem cum sua Indemnitate competere*, l.33.D.de dolo.

INDERE *quid in Aurum, Argentum, Æs, publicum*, l.1.D.ad L.Iul. pecul. *Si vera sunt quæ precibus Indidisti*, l.18.C.de probat. *pretium quod dotali instrumento Inditum est*, l.6.C.solut.matr.

INDEVOTIO *Heredis*, l.1.D.de penu. legat. Quæ tamen verba Triboniani magis quàm Vlpiani phrasim sapiunt, vt ex l. vlt. §. vlt. C. de fideicommiss. libert. l.vlt.§.fin verò, C.de testament. manumiss. l.35.§. si autem hoc, C. de donationib. colligitur. Quamquam *Indeuotionis* vocẽ à barbarie adserit D.Ambros. lib.de Elia.cap.17.quo, peregrinũ quidẽ, receptũ tamen bibendi pro salute principis morẽ, iam inde à suis tẽporibus inualuisse ostendit, *Quid memorem*, ait, *sacramenta, quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquiunt, pro salute Imperatorũ, & qui non biberit, sit reus Indeuotionis.* sic enim eum locũ emendo, quod & sequentia verba cõfirmant. *Videtur enim non amare Imperatorem, qui pro eius salute non biberit. O piæ deuotionis obsequium.*

INDEX, vt Ascon.Pædia.in Diuinat.explicat, est, *qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita.* Græci μηνυτὴν, ab eadem origine, dicunt. & ita apud Cic.Salust.Liuium, Tranquill. vox hæc accipienda est. *Ab Indice nominati*, Plin. Epist.97. lib. 10. Aliâs *In ex*, scripturæ alicuius Exemplum ex Authentico descriptum significat, l.2.D.de fide instr.Paul.lib.5.Sentẽt.Tit.1.Quidam tamen magis putant *Indicem*, breuem quãdam esse subnotationẽ, ex ampliori pleniorique scriptura delibatam. Ac planè *Indicem*, σύντομον τῶν βιβλίων vertit Theophil.§.vlt.Instit.de publ.iudic.

Index Legis apud Cicer. Philipp.1. est quod *Summarium* vulgari sermone dicitur. Sic & *Librorum Indices*, Cic.lib.2.de Orato. Agell.lib.20. cap.11.quos à Græcis συλλάβους appellari, ait idem Cic.Epist.4.lib.4.ad Attic.nimirum quod breuiter & summatim indicant quid illis contineatur. Vnde Iustinian. Epist. de conceptio. Digestor. §.nostram, Commentarios in

Digesta conscribi vetans, *Per Indices tãtummodo, & Titulorum subtilitatem, quæ παράπτλα nuncupantur, quædam admonitoria eius facere* permittit.

INDICASSE, interprete Vlpiano, est *detulisse, arguisse, accusasse, & conuicisse*, l.197. D. de verbor. significatio. quæ referenda est ad l.3. §. si ex stipulatu, & §. vtrũ is solus, D. de Sc. Silania. quod Inscriptio ipsa ostendit. Græci in eundem sensum vtuntur verbo εὐδείκνυσθαι, vt ex l.3. D. de via pub. patet. *Indicare fugitiuos dominis, vbi celẽtur*, l.15. D. de præscript. verb. *Indicare fugitiuum, vel furem*, l.4. §. vlt. D. de condict. ob turp. cauſ. l.48. §.1. D. de furtis. *Si à seruo meo pecuniam quis accepisset, ne furtum ab eo factum Indicaret*, l.5. D. de condict. ob turp. cauſ. *Indicare conscios*, apud Quintil. Decl. 307. *Indicandos conscios suos*, l. vlt. D. ad exhib. *Eis Indicantibus proditores suos*, l.1. §. cùm quis, D. de quæst. *Qui cognouerat tãtum, nec patri Indicauerat*, l.2. D. de L. Pomp. de parricid. *Inspectio tabularum etiam lectionem earum Indicat*, l.2. §. inspectio, D. testament. quemad.

INDICATIO, *Temeraria, eius qui ignorans furem esse, adseuerauit bonæ frugi & fidum, & caro vẽdidit*, l.13. §. quod autem, D. de actionib. emp.

INDICIVM, interdum significat mercedem operæ exhibitæ ad indicandum seruũ fugitiuũ. Nam, vt ait Vlpian. in l.15. D. de præscript. verb. *Solent qui nouerunt seruos fugitiuos alicubi celari, Indicare eos domini, vbi celantur. Solent & mercedem huius rei accipere, & sic indicare.* Et mox, *Si pactio interceſsit ob Indicium, hoc est, vt si indicasset adprehensúsque esset fugitiuus, certum aliquid daretur*, Idem in l.4. §. vlt. D. de condict. ob turp. cauſ. *Si tibi Indicium dedero, vt fugitiuum meum Indices, vel furem rerum mearum.* Sic Paul. lib. 2. Sentent. Titul. 32. *Ob Indicium comprehendendi furis præmium promissum* dixit. Apul. lib. 6. Metamorph. Mercurium prẽmium inuestigationis Psyches, publicè præconio suo, edicentem facit in hæc verba: *Si quis à fuga retrahere, vel occultam demonstrare poterit fugitiuam regis filiam, conueniat Mercurium prædicatorem, accepturus Indicij nomine ab ipsa Venere septem suauia.* Idémque lib. 7. eiusdem argumenti, quod eiusmodi Indicij nomine datur, *Indicinæ præmium* vocat. *Indicium* ergo, vt ex dictis locis patet, tam id quod mercedis, præmiive, nomine, ob indicandum furem, fugitiuúmq; datur, quàm ipsum indicationis factum designat. Illud autem Indicij præmium seu mercedem, Græci μίνυσα vocãt. Dio Chrysostomi Oratione quæ εὐβοϊκος ἢ κωμικὸς inscribitur. ὑδὲ κήρυκας ὠνίων, ὑδὲ κλοπῶν ἢ δραπέτων μίνυτρα προτιθέντας ἐν ὁδῷ. Lucian. ἐν δραπέταις. Αλλὰ χαιρὸς ἀποδιδόναι τὰ μίνυσα, ὡς ἔγωγε πάνυ σαφῶς οἶν ζητεῖτε οἶδα.

Indicium etiam, criminis nuntiationem magistratui factam significat. Et ita, *Vindicem Vitelliorum seruum coniurationem Indicio suo detexisse*, ait Pompon. l.2. §. initium, D. de orig. iur. *Coniurationem Sergij Catilinæ mulier detexit, & Marcum Tullium consulem Indicium eius instruxit*, l.8. D. ad L. Iul. maiestat. *Propter Indicium proditæ mortis, vel detectæ coniurationis*, l.39. D. ad Leg. Falc. *Nuntiatores per notoria Indicia sua produnt*, l.6. §. nuntiatores, D. ad Sc. Turpill. Proinde qui crimen nuntiat, defert, detegit, *Indicium profiteri* dicitur. *Aithales seruus professus est Indicium, se posse probare falsum testamẽtum Vetiti*, l.24. D. de Leg. Cornel. de fals. *Qui operam dedisset, quò quis falsum Indicium profiteretur, vt quis Innocens conueniretur*, l.1. D. ad L. Cornel. de sicar. Plin. Epist. 16. lib. 3. *Eadem apud Claudiũ vxori Scriboniani, quum illa profiteretur Indiciũ, Egóne, inquit, te audiam?* Quo genere loquẽdi etiã Tacit. lib. 5. vtitur. Attamen cõtra hũc receptũ loquẽdi morẽ Martian. l.3. §. is cuius, D. ad L. Corn. de sic. *Qui falsa Indicia confessus fuerit*, ait, *confitendáve curauerit, quo quis innocens circũueniretur.* Sanè eodẽ sensu *Indiciũ deferre*, Q. Curtius nõ semel, ait: veluti, lib. 5. *Tamen stimulante conscientia Indicium detulisse credebat.* Idẽ lib. 6. *Rursúsq; instituit quærere quotus dies esset ex quo Nicomachus ad eũ detulisset Indiciũ.* Et aliàs, *Cũ Rex: Qualis ergo animi vobis videtur, qui huius rei delatũ Indicium suppreſsit?* Similiterq; Senec. lib. 1. de Clem. *Delatum est ad eum Indicium, L. Cinnam insidias ei struere. Indicia seruorũ contra dominos admittẽda non sunt*, l.1. §. item Seuerus, D. de quæst. Præterea *Indicia* sunt signa vel argumenta ad fidẽ faciendam idonea, seu, per quæ aliquid coarguitur, conuincitur, comprobatur, l.30. C. de euict. *Indicia certa quæ iure non respuuntur, non minorem probationis quàm instrumenta continent fidem*, l.19. C. de rei vind. *Cùm nec cetera probationum Indicia reprobentur*, l.21. C. de probat. *Amissis instrumentis cetera probationum Indicia iure prodita, nõ habẽtur irrita*, l.15. C. de iure dot. *Omissa scriptura, cetera nuptiarũ Indicia non sunt irrita*, l.13. C. de nupt. *Iudices argumentis veluti certis Indiciis ducti*, l.8. §.1. C. de quæst. *Facinus manifesta fide atq; Indiciis euidentibus publicare*, l.34. C. ad L. Iul. de adult. *Manifestis Indiciis accusationem comprobare*, l.3. C. ad L. Iul. maiest. *Debitũ autẽ aliis Indiciis cõprobari oportet*, l.10. C. arbitr. tut. *Dolum ex Indiciis perspicuis probari conuenit*, l.6. C. de dolo. *Notio apertissimis documẽtis, vel Indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus, expedita*, l. vlt. C. de probat. Quintilian. lib. 3. cap. 9. *Signum* quod Græci vocant σημεῖον, id propriè esse tradit quod, *ex eo de quo quæritur natum, sub oculos venit: quod quidam Indicium, quidam Vestigium nominauerunt, per quod alia res intelligitur: vt per sanguinem cædes.*

Ibidémque

Ibidémque *signorum alia esse Indubitata & necessaria, quæ aliter habere se non possunt, quæ Græci vocant* τεκμήρια, *alia non necessaria & dubia quæ* σημεῖα.

Scripturæ quibuscunque verbis, vel Indiciis inueniatur relictæ, l. vlt. C. com. diuid. id est notis: seu verborum compendiis.

INDICERE interdum significat iniungere. *Si cùm alium contingeret legatio, alij hoc onus Duumuir Indixerit*, l. 13. §. idem Labeo, D. de iniuriis. *Indixisse viduitatem*, l. 2. C. de institutionib. & substit. id est, iniunxisse.

Indici Munera, id est *iniungi*, vt apparet ex l. 6. vlt. D. de muner. & honor. *Patrimoniorum munera possessionibus siue patrimoniis Indicuntur*, l. vlt. §. patrimoniorum, D. de munerib. & honor. *Munera quæ patrimoniis, publicæ vtilitatis gratia, Indicuntur*, l. 2. C. de munerib. patrim. lib. 10. *Munera quæ non Patrimoniis Indicuntur*, l. 7. D. de vacat. & excusat. *Ab his Oneribus quæ possessionibus, vel Patrimonio Indicuntur*, l. 10. D. eod. tit.

In his speciebus, quæ postea Indicuntur, l. 28. D. de vsu & vsufruct. *Sordida munera vobis non Indicentur*, l. 2. C. de re milit. lib. 12.

Indicti muneris administratio, l. 5. D. de iure immunit. *Ex improuiso Indictæ Collationes*, l. 8. §. vacationum, D. de vacat. & excusat.

Indicere operas Liberto, patronus dicitur, dum illi Operas quas edat ac prestet Imponit, diémque illarum præstationi statuit, l. 23. §. vlt. D. de oper. libertor. Seneca lib. 3. de Ira: *Cùm aliquis sit, & quidem de illustribus philosophis, qui illi Indicat operas.*

Cedere incipiunt operæ postquam fuerint Indictæ, l. 13. §. iudicium, l. 23. §. vlt. & l. 24. D. de oper. lib. *Si operas à liberto quis stipulatus sit, non ante dies earum cedit quàm Indictæ fuerint*, l. 73. D. de verbor. oblig. *Si Indictæ operæ præstitæ non sint*, l. 6. C. de oper. libert. *Libertus qui post Indictionem operarum valetudine impeditur quo minus præstet operas, non tenetur*, l. 15. D. de oper. liber.

Si Feriæ extraordinem sint Indictæ, l. 26. §. si feriæ, D. ex quib. caus. maior. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 16. *Imperatiuæ feriæ sunt quas Coss. vel Prætt. pro arbitrio potestatis Indicunt.* Seruius in lib. 1. Æneid. ad eum versum, *Simul diuûm templis Indicit honorem*, id est, *iussit fieri supplicationes. Et bene, Indicit, quia Troiani inopinato venerant. Feriæ autem legitimæ sunt, aut Indictæ. Indici autem dicuntur, quia paupertas maiorum ex collatione sacrificabat, aut certè, de bonis damnatorum. Multæ Indicendæ ius*, l. 2. C. de mo. mulctar. id est, *Irrogandæ*, vt loquitur l. 6. §. præses, D. de offic. præsid.

Indictum bellum, id est, de nuntiatum, l. vlt. D. de legationib.

Indictum eis nomen est, l. vlt. D. de bon. eor. qui sibi, id est inditum.

INDICTIO pro munere seu onere quod patrimoniis indicitur, annuáque pensitatione quæ pro possessionibus præstatur. Ascon. Pædian. in 4. Verrin. *Omne genus pensitationis, in hoc capite positum est, Canonis, Oblationis, Indictionis. Si qua Tributorum, aut Vectigalis, Indictionisve quid nomine præstare oportet*, l. 13. §. Idem Iulianus, D. de actionib. emp. *Ab omni Indictionis onere Immunes*, l. 11. C. de adsessorib. *Indictionis Canonicæ tributum*, l. 14. de proxim. comit. dispos. in C. Th.

Indictiones, anniuersariæ Tributorum & Annonarum præstationes, pensitationésve quarum onus quisque pro modo possessionum adgnoscebat. Itaque Patrimoniorum ea munera erant. Rubr. de Indictionib. lib. 10. C. *Indictiones non personis, sed rebus Indici solent*, l. 3. C. de annon. & tribut. lib. 10. Ac planè onus id fructuum fuisse, perinde ac Tributa, & alia quæ referuntur in l. 27. §. si quid cloacarij, D. de vsufructu ostēdit Paul. in l. 28. D. de vsu & vsufr. leg. in qua *fundo cuius vsusfructus legatus erat, temporarias Indictiones indictas fuisse* proponit.

Sanè Collationes quasdam *per Magistratus ex improuiso Indictas*, quasdam verò *è lege* factas docet Papinian, l. 8. §. qui muneris, D. de vacat. & excus. Illas, *Extraordinarias Indictiones* vocāt Impp. lib. 10. C. de munerib. patrimon. lib. 10. nimirum *quæ extra ordinem imperabantur*, vt loquitur l. 6. D. de vacat. & excusat. Altera ergo *Indictionum* species *Canonicum*, altera, *extraordinarum nomen habebat*, vt loquūtur Impp. l. 1. C. de indictionib. lib. 10. Ceterùm quod supra cōsuetudinariam functionem augmenti nomine indicebatur, *Superindictum* vocabatur, l. 1. & Rubr. de superindicto lib. 10. Cod. l. 15. C. de excusat. mun. lib. 10. *Ab omnibus Indictionibus tam ciuilium quàm militarium Iudicum semper habeantur immunes*, l. vlt. C. de apparit. præf. lib. 12.

Indictitia onera, apud Cassiodor. Epist. 14. lib. 1.

Indictio etiam significat spatiū 15. ann. in orbem circumactorū, seu 15. ann. in se reuolutorū iterationē: cuiusmodi partitione tēpora numerari computaríq; Cōstantinus instituit. Vnde & ἀπὸ ἰνδικτίωνος à Græcis appellatā vero propius accedit: quāquam & aliā huius verbi notationem quibusdā magis placere scio: quā nec improbo. Extat certè Greca vox hæc in Nou. 47. & 74. Latina verò l. 3. l. 7. l. 8. l. 9. l. 11. l. 16. de indulg. debit. l. 33. de annon. & tribut. l. 173. de decur. l. 11. de iur. fisc. l. 3. de equor. conlat. l. 6. de conlat. donat. vel releuat. in C. Th. & Epist.

de Iustin.cod.confir.Fit autem *Indictionis quintædecimæ* mentio, l.3.de indulgent. debitor. in Cod.Th. quem numerum Indictiones non excedebant: sed ad primum exinde annum earum computatio reuoluebatur. Ceterùm Indictionis duas notationes Georg. Cedrenus adfert. Ridiculam vnam, ab Actiaca victoria deductam. Alteram æquè reiiciendam ab Indicando: ac demum, ἡ δὲ Ελλὰς φερονύμως ἔθηκε τῷ Επινέμησιν. Οὐ γὰρ εἰς ἀπαράβατον καὶ ἀειμνήμον βάρος τὸ παλαιὸν οἱ φοροι τοῖς ὑπηκόοις ἐτάττοντο: ἀλλὰ ἡ καρπῶν γένεσις τῷ σύνταξιν αὐτοῖς ἐφιλανθρωπεύσατο. ἀπαιτοῦσαν γὰρ ἐλάφρυνεν, εὐφυοῦσαν δὲ οὐκ ἐβάρυνε, ᾗ διέκειτο ἀλύπως φορολογουμένοις τὸ αὐλογον ᾗ τόπ, ὅπ χρεία ἐκάλει. Vtvt sit Indictionum computationē à mensę Septembri inchoatā, cōstat: eiusq; rei locuples testis est D. Ambros. cuius lib. de Noë.cap.17.verba sunt hæc, *Etsi à Septembri mense Annus videatur incipere, sicut Indictionum præsentium vsus ostendit.* Idémque Epist. 83. lib.10. *Indictio enim Septembri mense incipit.* Vulgò autem Indictionum auctor Constantinus laudatur. Cedrenus tamen Theodosij principatu morem hunc, abrogatis explosisq; Olympiadis, cœpisse scribit, his verbis. Ἐν τούτοις ἤτε τῆς Ολυμπιάδων ἀπόσβη παύηγυεις, ἥπις χρ' πρῶτον χρόνον ἐπετελεῖτο. ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη παύηγυεις, ὅτε Μανασσῆς τῆς Ιουδαίων ἐβασίλευσε. καὶ ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, καὶ ἤρξαντο ἀεὶ μεῖσθαι, αἱ Ινδικτοι, ἀρξάμεναι ἀπὸ Αυγούστου Καίσαρος εἰ ἐτεῖ ιε. τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ.

Indicta *Causa, animaduertere in aliquem,* Cic.Epist.2.lib.5.*Capitis condemnari,* Cic.pro C. Rabirio perduell.reo. *Damnati & eiecti,* idem Cic.actio. 1. in Verrem. *In vincula conticere,* idem lib.5.in Verrē. *In Vincula duci,* Liuius lib.3. *Profugere,* Cicero pro Sylla. *Res Iudicata,* idē Philip. 2.id est, *incognita causa,* vt idem aliàs loquitur.

Indici *Leones,* l.vlt.§.species, D.de publicanis. *Indicum ferrum,* ibidem.

Indifferenter, id est, promiscuè, sine vlla differentia, l.1.D.de offic. quæstor, l.10. D. de verbor.significat. *Non indifferenter de cetero facient,* l.10.D.de custod.& exhibit.

Indiget *Venia fortuito factum Incendium,* l.D.de incend ruin. *Quæ postea emergunt, auxilio Indigent,* l.11.§.ex causa, D.de interrogationib. *Qui grauiore animaduersione Indigent,* l.1.§.solent, D. de offic.præf.vr. *Filium non Indigere exheredatione à sequentibus gradibus,* l.4.§.vlt.D. de heredib. instit. *Rtuus qui refectione Indiget,* l.1.§.deinde, D.de riuis.

Si Tutelæ ætas Indigeat, id est Tutela, l.3.D.de tutelis.

Indignari. *Qui contaminationi suæ non Indignatur,* l.2.§.lenocinij, D.ad L.Iul.de adul.

Indignatio *filij est,* l.22.D.de inoffic.testam. *Indignatio non irrogatæ pœnæ,* l.7. D. de seruis export. *Lex parem in eos qui deprehensi sunt, Indignationem exigit,* l.33. D.ad L.Iul.de adulter. *Citra Indignationem Principis,* l.2.§.1.D.de his qui not.inf. *Sine cuiusquā Indignatione iusta,* l.1.D.quod quisque iur.

Indignvs dicitur qui dignus non est, qui non meretur id quo de agitur.

Indignus est auxilio Prætoris fideicommissarij qui potuit petere libertatem, & maluit se venumdari, l.4.in fi.D.quib.ad libertat.proclam. *Beneficio legis Falcidiæ Indignus est, qui is, vt fideicommissum intercidat,* l.54.D.ad L.falc. *Qui Indignus inferiore ordine, Indignior est superiore,* l.40.D.de senatorib.

Indignus est Iudicio patris, qui vt suspectus remotus est à tutela filij, l.35.D.de excusationib.

Indignus est humanitate qui post damnationem commisit in legem, l.10. D.de indulgent.crimin.in Cod.Theod.

Ingnus militia iudicandus est, qui patrem & matrem à quibus se educatum dixerit maleficos appellauerit, l.1.D.de obseq.parent.& pat.

Si indignum moribus, vel turpem spōsum ei pater eligat, l.12.D.de sponsalib. *Si indignus sit Nuptiis eius iste Titius,* l.63.D.de condic.& dem. *Indignum præferre,* l.24. D.de legat. 2. *Indignus est quid habere,* l.7.§.1.D.de liber.cau. *Indignus est heres seruos habere, ne quidem libertos habebit,* l.53. D.de fideicomm.libertat.

Indigni qui libertatem consequantur, l.20.D.de manum.test.

Indignos, id est, minus habiles tutores, l.2.§.non solùm, D.ad Sc.Tertyl.

Indignus Heres, apud Quintil.Decl.308. non dignus iudicio testatoris. Porrò in iure ciuili, *Indigni Heredes* ex his causis habentur: si defuncti mortem vlti non sunt, vel iudicium eius oppugnauerunt, vel id egerunt, vt per negligentiam & culpam suam defunctus moreretur, vel in fraudem fisci fidem accommodauerunt, vel bona viuentis adhuc alienauerunt. His enim ex causis hereditas ab heredibus vt quasi Indignis aufertur, toto Tit. de his quæ vt Indignis D.& C.

Heredes

Heredes vt Indignos accusare ob id quòd necem defuncti non vindicauerint, l.26.D.de Sc. Silan.*Si filius patris necem inultam reliquerit,non habẽdus est pro patroni filio, quia Indignus est*,l.23. D.de iure patronat.*Qui testamentum inofficiosum improbè dixit,& non obtinuit,oportebit eum id quod in Testamento accepit perdere,& id fisco vindicari,quasi Indigno ablatum*, l.8.§.meminisse,D.de inoff.test. *Aufertur ei quasi Indigno successio,qui cùm heres institutus esset vt filius, post mortem eius qui pater dicebatur, suppositus declaratus est*,l.46.D.de iure fisci.*Ei,velut Indigno aufertur hereditas,qui adfinem, vel cognatum,cui ipse ab intestato successurus erat,testamẽtum facere prohibuit,aut ne iure subsisteret operam dedit*,Paul.lib.5.Sentent.Tit.12.*Si quis fuit heres,deinde hereditas ablata sit ei quasi Indigno,magis est vt penes eum iura sepulchrorum remaneant*,l.33. D. de religiosis.

Si senator libertinam desponderit, vel tutor pupillam , vel quis alius ex his qui matrimonium copulare prohibentur,& duxerit,ab eis quasi ab Indignis,ea quæ donata sunt ablata fisco vindicãtur,l.32.§.vlt.D. de donation.int.vir.*Ei qui partem bonorum proximi cognati viuentis donauit , ac postea iure Prætorio successit , vt Indigno,aufertur hereditas , quoniam aduersus bonos mores & ius gentium festinauerit*, l.29.§.vlt.& l.30.D.de donationib.

Eos qui quasi Indigni repelluntur,l.13.§.eos qui, D.de iure fisc.*Ad ea, quæ vt Indignis,legibus cogentibus,auferuntur*,l.22.C.de appellatio.

Si ex voluntate Patris tui filio tutoris nupta es, quia Indigna persona eius fuit , qui nec maritus potest dici,l.7.C.de donat.int.vir.*Vt Indigno*, dos aufertur ei qui mortem vxoris non defendit, lib. 20.D.de his quæ vt indign.

Indignum esse,l.20.D.de minorib.*Indignum est,ciuem Romanum fieri hostium seruum*, l.24. D.de fideicomm. libert.*Vxorem quæ data opera partum abegit,impunè maritum liberis fundasse*, l.4. D.de extraord crimin.*Quod est Indignius*,l.17.§.vlt.D.de iniuriis.

Indignè esse præteritum,id est,Immerentem,seu nullo merito suo,l.5.D.de inoff.test.

Non Indigne vxorem sortiturus sit,l.20.§.1.D.de manumiss.vindic.id est , non contra condicionis suæ statum,dignitatémve.

Indiligentia Publicani,l.6 § earum,D.de publicanis.

INDISCRETA *Quæstio*,l.5.C.de quæstionib.*Indiscretè loquitur cautio*, l.25. D.de probationib. *Indiscretim*,l.47.de Episcop.& Eccles.C.Theod.

INDISTINCTÈ, interdum est generaliter.*Si Indistinctè Homo legatus sit*,l.3. D.qui & à quib. *Nummis indistinctè legatis*, l.75.D.de legat.3.

Aliâs,vt in l.49.D.de adqui.rer.do.*Indistinctè*,est absolutè,omninò,&*sine vlla distinctione*, vt loquitur l.25.D.de probat.l.24.D.de iudiciis,l.30.§.1.D.ad & L.Falc.in §.1. Inst.de vulg. substit. *Hoc iure Indistinctè vtimur*,l.11.§.vlt.D.de iniuriis. *Iulianus Indistinctè scribit*, l.32.§. Iulianus,D.de recept.qui arbitr. *Indistinctè ipsi seruo sui defensio danda est*,l.33.D.de noxalib. *Nec ipsi Tutori Indistinctè restitui potest*,l.39.D.ad Sc.Trebell. *Indistinctè*, id est, indefinitè. *Post annos Indistinctè liber esse iussus*,l.17.§.post annos,D.de manumiss.testam.*Indistinctè datus curator*,l.4.D.de tutelis,id est simpliciter,nõ specialiter,*in certam rem, seu litem*,vt,l.3 §.si pupillus, & §.vlt.D.eod.tit.*Quotiens Indistinctè quid soluitur*,l.5. D.de solutionib. id est, quotiens debitor ex pluribus causis, vnum debitum soluit , nec dicit quod potius debitum voluerit solutum,vt l.1.D. eod.tit. *Indistinctè pauperes scripti heredes* , l.37. §. vbi autem , C. de Episcop. & Cler.

INDIVIDVVM appellatur quod diuisionem non recipit.*Si Factum,de quo cautũ sit,Indiuiduum sit,veluti,Iter fieri*,l.2.§.1.D.de verbor.oblig.id est,*In partes diuidi non possit*,vt ibid.Paul.loquitur:cui opponitur,*At si de eo cautum sit quod diuisionem recipiat. Si opus municipibus Heres facere iussus sit,Indiuiduum videtur esse legatum*,l.80.§.quędam,D.adL.Falcid.*Licet opus ex quo damnum futurum sit Indiuiduum sit*,l.11.§. officium,D. de aqu. & aquæ pluu. *Curatoribus bonorum Indiuiduum officium curæ à Magistratibus Iniũctum est*, l.46.§.1.D.de administr.& peric. *Magistratuum Municipalium , Officium Indiuiduum,ac periculum esse commune*, l.11. & l.13.D. ad Municipal. *Indiuiduæ sunt Seruitutes,præter Vsumfructum*,l.1.§.si vsufructus,D.ad l.Falcid.id est, *diuidi non possunt*,vt l.7.D.eod.tit.seu *Diuisionem non recipiunt*,vt l.72.D.de verbor.oblig.*Indiuiduum via ius est*, l.6. D.quemad.seruit.amitt.

Interdum *Indiuiduum* significat non quod diuidi non potest,sed quod Indiuisum est,vt in l.32.§.Lucius,D.de administr. & peric. *pro communi & Indiuidua Hereditate annonas præstitit. Vnus Indiuiduum cõmune pro solido possidẽs*,l.3.C.in quib.cau.cess.lon.temp.id est, rem quæ indiuisa inter duos remansit.Planè *Matrimonium* definitur esse *Indiuidua vitæ consuetudo*, l.1. D. de rit. nupt.& Inst.de patr.potest.nõ quod dissolui aut separari nõ possit:dirimi enim diuortio potest vel morte: verùm , ob eam,quæ inter coniuges , quamdiu matrimonium manet,

intercedit, *vitæ, iurisque diuini & humani societatem*, l.1.D.de actio. rer. amotar. per quam *commixta familia, & vna domus est*, l.1.§.si vir, D.de Sc.Silan. aut *Indiuidua* dicitur ex voto & proposito coniugum: non aliter atque *Dotis causa perpetua* esse dicitur: quod cum voto eius qui dat, ita contrahitur, vt semper apud maritum sit, l.1. D.de iure dot. Vnde & Theophil. verba hæc de quibus agimus, ita expressit, συνάφεια ἀχώριστον τῷ ζεύγει τῶν συνήθειαν ἀπαγγελομένη, ἥγουν παρέχουσα.

INDIVISI appellatione interdum significatur quod diuisum non est. *Iudex familiæ erciscundæ, nihil debet Indiuisum relinquere*, l.25.§.iudex, D.famil.erciscund. *Si nihil Indiuisum reliquisset pater*, l.39.§.1.D.eod.tit. *Indiuisus fundus*, l.6.§.1.D.quemad.seruit.amit. *Si fratres parentium Indiuisas hereditates retinuerunt*, l.52.§. cùm duo, D. pro socio. *Licet Indiuisa bona fratres habeãt*, l.7.C.de decurionib.lib.10.

Indiuisam successionem habuisse, l.1.C.qui testam.fac. *Si vna res Indiuisa relicta sit*, l.4.§. hoc iudicium, D.comm.diuid. *Si quædam res Indiuisæ relictæ sunt*, l.20.§.familiæ, D.famil.erciscund. *Qui Indiuisam cum fratre suo rem habebat*, l.vlt.§.1.D.de legat.2. *Indiuisæ Res*, l.23.D.de adimend.legat.l.6.C.commun.vtr. *Indiuisum patrimonium*, l.3.D.de excusationib.

Arbor pro Indiuiso communis, l.83.D.pro socio. *Pro indiuiso commune prædium*, l.7.C.commu. vtriusque. *Communio pro Indiuiso in singulis nummis*, l.94. D. de solutionib. *Si quis communis rei partem pro Indiuiso dederit hypothecæ*, l.7.§.vlt.D.quib.cred.pign.

Pro Indiuiso pars, l.7.§.si conuenit, l.8.§.si conuenerit, D.quib.mod.pign. l.4.§.vlt. D. pro empt.l.7.D.de except.rei iud.l.26.D.de adquir.poss. *Pro partibus Indiuisis*, l.5. D. de stipulation.seruor. *Pro Indiuiso portio*, l.17.C.famil.erciscund.l.16.C.de iur.dot. *Si certus locus sit euictus, non pro Indiuiso portio fundi*, l.1.D.de euictionib. *Si frater Agri portionem pro Indiuiso, pignori datam à creditore suo non liberasset*, l.3.§.vlt.D.qui potior. in pignor. *A pluribus pro Indiuiso factum*, l.15.§.si in sepulchrum, D. quod vi aut clam.

Interdum *Indiuisum appellatur*, quod diuisionem non recipit. *Viæ, Itineris, Actus, Aquæductus, vsus Indiuisus est*, l.17.D.de seruitutib. id est, indiuiduus. *Insolidum defendenda est venditio cuius Indiuisa natura est*, l.39.D.de verbor. oblig. *Propter Indiuisam Pignoris causam*, l.65. D. de euictionib.

Si res vel naturaliter Indiuisæ sunt, vel sine damno diuisio earum fieri non potest, l.26.§.vlt. D. de legat.1.

INDOTATA, quæ dote caret, vt apud Terent. Adelph. Act.3.Sc.2.

Indotata constitui filia, l.77.§.pater, D.de legat.2. *Ne Indotata fiat mulier*, l.4.§ item quæritur, D.de doli except. *Quamuis Indotata mulier futura sit*, l.24. D.de euictionib. *propè Indotatam mulierem hoc pacto fieri*, l.4.D.de pact.dotal.

Si Indotatam vxorem habere cogatur maritus, l.9.§.vlt.D.de condict.cau.da. *Cùm maritus Indotatam vxorem ducturus non fuerit*, l.vlt.§.1.D.quæ in fraud.credit. *Indotatis patrocinari*, apud Terent.Phormio.Act.5.Sc.8.

INDVBIÆ *Probationes*, l.11.C.de fide instrum.

Indubitatior fluxus, l.1.§.is autem, D.ne quid in flum.pub.

Indubitabile signum, l.9.§.1.D. de hered.instit.

INDVBITATVS *status*, l.3.§.duæ.D.de Carbon.edict.

Indubitatum est, l.8.D.de neg.gest.

Indubitati iuris est, l.49.D.de re iudic.l.2.C.de cõfirm.tutor. *Ex Indubitato matrimonio*, l.vlt. C.de Carbon.edic.

INDVBITATE, id est sine dubio, l.7.D.famil.erciscund.l.4.§.vlt.D.de lege Rod. l.6.§.non simpliciter, D.si quis omissa, l.1.§.permittitur, D. de aqu. cottid. l.1.D.à quib.appell.sit, l.45.D. de furt.l.1.§.vlt.D.de legat.3.

INDVBITANTER, l.2.§.si quis, D.de bonor.poss.sec.tab. id est *Indubitatè*.

INDVCERE, significat noui aliquid introducere, seu instituere. *Constitutio D. Pij hoc Induxit*, l.37.§.pater, D.de leg.3. *Gallus sic posse institui nepotes postumos Induxit*, l.29.D.de liber. & post. *Prætor Induxit in vsum contrarium Tutelæ actionem*, l.1.D.de contrar.tutel. *Tullum Hostilium primum in Rempublic. Induxisse Quæstores*, l.1.D.de offic.quæstor. *Papinianus & Mesius nouam sententiam Induxerunt*, l.vlt.D.de iure fisc. *Inducere nouas religiones*, Paul.lib.5.Sent.Tit.22. *Induci Interpretatione*, l.29.§.videndum, D.de liber.& post. *Lex Falcidia Inducta est à D.Pio etiam in testatorum successionibus*, l.18.D.ad L.falcid.

Ad exhibendum Actio maximè propter vindicationes Inducta est, l.1. D. ad exhib. *Cur honoraria Actio sit Inducta*, l.3.§.1.D.nautæ caupo. *Neque per Sc.publica accusatio Inducta est*, l.3.D.de præ-

uaricatione. *Edictum Remediúmque operis noui nunt. aduerſ. fut. op. Inductum eſt*, l. 1. §. 1. D. de oper. no. nunt. *Præuaricationis iudicium moribus Inductum eſt*, l. 3. D. de præuaricatione. *Vel propter has pecunias quæ nondum peti poſſunt conſtituta Inducta*, l. 3. §. 1. D. de pecun. conſtit. *Inducitur Hereditas Lege Cornelia*, l. 12. D. de captiuis. *Inducitur poteſtas legis*, l. 1. §. 1. D. ad L. Falcid.

Æquitas quæ merum ius compenſationis Inducit, l. 36. D. de adminiſtr. & peric. *Iuſiurandum & Actionem, & Exceptionem Inducit*, l. 28. §. vlt. D. de iureiurand. *Non Inducit pactum conditionem*, l. 56. D. de condict. indeb. *Imago ſocietatis Induxit præſtationem*, l. 1. D. de bon. libertor. *Neque rationem iuris ac poſſeſſionis varietatem, Inducere diuiſionem voluntatis*, l. 18. §. vlt. D. de his quæ vt indig. *In hoc Inducere legem ne*, l. 29. §. vlt. D. de liber. & poſt. *Inducere Falcidiam*, l. 11. §. ſi filio, & l. 32. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 55. §. qui fideicommiſſam, D. ad Sc. Trebell. *Inducere rationem Falcidiæ*, 41. §. heres, D. de vulgar. & pupil. *Inducere Trebellianum Sc.* l. 18. §. vlt. D. ad l. Falcid. *Ius Senatuſconſulti Inducere*, l. 3. §. 1. D. de adſign. liber. *Traditio & patientia ſeruitatium Inducet officium prætoris*, l. 1. §. vlt. D. de ſeruitut. præd. ruſtic. *Edicto Prætoris Inducetur pater*, l. 5. D. ad Sc. Tertyllian. Et contrà, *Non Inducipersonæ*, l. vlt. D. eod. tit. *Inducicauſatio*, l. 4. C. de ord. cognit. *Inducipignus*, l. 5. §. 1. D. in quib. cau. pign. *Denuo induci cauſa*, l. 19. D. de appellationib.

Inducere interdum ſignificat intro mittere. *Inducere fabrum ad refectionem domus*, l. 67. D. de rei vindicat. *Seruos in domum*, l. 11. D. locati.

Inducere legatarium in fundum, l. 3. §. 1. D. de vſufructu.

Inducere in fundum fruendi cauſa, l. 18. D. de vſu & vſufr. l. 18. *Induci in fundum vel ædes*, l. 11. §. 1. D. de pignorib.

Induci familiam, l. 1. §. & generaliter, D. de ventr. in poſſeſſ. *Induci in res hereditarias*, Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 1. *Inducti fures*, id eſt intromiſſi, l. 39. D. de furtis.

Inducta Res in domum, l. 1. §. 1. D. de migrando. *Inducta in Prædia, vel fundum*, l. 4. & l. 7. §. vlt. D. in quib. cauſ. pign. l. 11. §. 1. D. qui potior. *Inducta & Illata*, l. 9. C. in quib. cauſ. pign.

Inducere in poſſeſſionem, l. 33. §. vlt. l. 52. & l. 53. D. de adq. poſſeſſ. l. 5. D. de vi & vi arma. *Inducit Prætor in bonorum poſſeſſionem, quos admittit ad bonorum poſſeſſionem*, l. 1. §. & ſui iuris, D. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. *Species Inducendi in poſſeſſionem alicuius rei, eſt prohibere ingredienti vim fieri*, l. 52. §. vlt. D. de adquir poſſ. *Inducere in vacuam poſſeſſionem*, l. 33. D. eod. tit. l. 12. C. de probationib. l. 8. C. de act. empt. l. 3. C. de contrah. empt. l. 12. C. de donation. ante nup. l. 23. C. de don. int. vir. *Mæuiam in vacuam poſſeſſionem fundi Induxit*, l. vlt. §. 1. D. de donationib.

Induci in poſſeſſionem, l. 15. §. ſi poſt, D. de re iudic. l. 3. D. ne vis fiat ei, l. vlt. D. de appellation. recipien. l. 32. §. interpoſit. l. 7. §. vlt. D. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 5. D. de vi & vi arma. l. 2. C. qui potior. l. 2. C. de edic. diui Hadr. toll. l. 2. C. de adquir. & retin. poſſeſſ. l. 1. C. de reuocand. donat. Q. Curtius lib. 8. *Non eſt diuturna poſſeſſio in quam gladio Inducimur.*

Induci in poſſeſſionem rerum hereditariarũ, l. 7. §. vlt. D. quib. ex cauſ. in poſſ. *Induci in Poſſeſſionem per Prætorem aut Præſidem*, l. 5. §. 1. D. vt legat. ſeu fideicommiſſ.

Inductus in vacuam poſſeſſionem, l. vlt. D. de iure fiſci, l. 13. C. de diſtract. pignor. l. 12. C. de fide inſtrum.

Inducere Aquam in fundo, l. 31. D. de ſeruit. præd. ruſtic. Pompon. in l. 2. §. fuit autem, D. de orig. iur. & Eutrop. lib. 2. de Appio Claudio, id eſt, *in vrbem perduxit*, vt loquitur Sueton. in Claud. cap. 20. Et ſic *Inducta Aqua*, apud Frontin. lib. 1. de Aquæductib. & Aurel. Victor. in Claudio.

Inducere vitricum filiis, mater dicitur, quæ ad ſecundas nuptias conuolat extãtibus ex priore matrimonio liberis, l. 1. C. vbi pup. educ. deb.

Sic & *Pater nouercam liberis Inducere* dicitur. Plinius, Epiſt. 38. & 39. lib. 6. *Filia ab octogenario patre exheredata, intra vndecim dies, quàm ille nouercam ei amore captus Induxerat.* Eodémq; loquendi genere, Diodor. Sic. lib. 12. τοῖς ait μητρίαν ἐπαγομένοις καὶ τοὺς ἰδίους τέκνοις. *Superducere liberis nouercam*, dixit Senec. Declamat. lib. 3. Quintil. in argumento Declamat. 381. *Quidam filio ſuperduxit nouercam.* Calpurnius in Argumento Decl. 34. *Superduxit ille puero nouercam.*

Inducere pueros primis litteris, l. 11. §. vlt. D. de munerib. & honorib. *Qui Iniuriam aduerſus liberos ſuos Teſtamento Inducunt*, l. 4. D. de inoff. teſt.

Inducere Tectorium, l. 38. D. de rei vindic.

Induci canis per locum, l. 1. §. ſed & ſi, D. ſi quadrup. paup.

Inducere etiam eſt illicere & impellere. *Si Generum Socer ſpecie futuræ dotis Induxerit*, l. 64. §. penult. D. de iure dot.

Induci, id eſt, impelli, illici. *Et per hoc in fraudem legatarij Inducantur*, l. 95. §. vltim. D. ad Leg. Falcid.

Dolo creditoris inductus, l.48.D.de fideiussorib. *Calore Inducti*, l.7.§.vlt.D.de L.Iul. repetūd.

Inducere, pro cancellare, obliterare, expūgere, linea ducta tegere. *Inducere nomen heredis*, l.12. §.vlt. D.de his quæ vt indign.l.2.§.si consulto, D.de bono.possess.cont.tab. *Nomen vnius ex heredibus*, l.16.§.vlt.D.de his quæ vt indign.l.2.D.de his quæ in testam.delent. *Testamentum*, l.15. §.1. D. de testam.milit.l.2.D.de his quæ in testam.delent. *Inducere in tabulis publicis*, l.7.§.vlt. D.ad L.Iul.peculat. *Induci quod scriptum est*, l.16.D.de adimen.legat.

Inducì Cognitio dicitur, quæ ex actis tollitur & aboletur, l.9.D.de iur.fisci, seu quæ *circumducitur*, vt l.27.§.1.D.de liber.cau.l.73.§.1.D.de iudic.l.45.D.de re iudic. *Induci iudicium*, l.7. D. de hered.petitio.

Induci locatio, quæ fit irrita. Cicer. lib.1.Epist. ad Attic. *Asiani qui de Censoribus questi sunt, nimium magnò conduxisse, vt Induceretur locatio postulantes.* Liuius lib. 39. *Quas locationes cùm Senatus, precibus & lachrymis publicanorum victus, Induci, & de integro locari iussisset.*

Inducta Institutio, l.3.D.de his quæ in test.delent. *Inducta totius temporis causa*, l.37.in fi. D.de administ.& peric. *Inductum*, id est, *cancellatum, necne sit chirographum vestrum*, l.22.C.de solutionib. *Deleta & inducta*, l.1. D.de his quę in test.delent. *Nominibus inductis*, id est, deletis, Cicer. Epist.vlt.lib.4.ad Attic.

INDVCTIO, id est litura, l.2.D.de his quæ in test.delent. *Lituras, Inductiones, superinductiones ipse feci*, l.1.§.1.D.eod.tit.

INDVCIAS Paulus in l.19.D.de captiu.& postlim.reuers.definit, *cùm in breui & præsenti tempore cōuenit ne inuicē se lacessèrent.* Varro verò, vt est apud Agell.lib.1. cap.25. *Inducias* definiebat *pacem castrensem paucorum dierū, vel, belli ferias.* Agell.ipse verò *pactitiam belli cessationē, quæ Græcis* ἐκεχειρία, *quòd eo tempore non pugnetur, & manus cohibeantur.* Donat.in Eunuch. Terent. Act.1. Sc.1. *Inducię sunt pax in paucos dies: vel quòd in diem dentur: vel quòd in dies otium præbeant.* Attamen *centum annorum Inducias*, legimus apud Liuium lib.1.& 7. *& in Annos* 38.lib.9. & *in Annos* 40. lib.2.& lib.7.lib.9.& lib.10.

Inducię etiam pro qualibet dilatione vsurpātur. Et ita, *Inducię Quadrimestres*, l.3.C.de vsur. rei iudic. *Semestres*, l.26.C.de fideiussorib. *Vnius Anni*, l.1.C.in quib.cau.milit.fo.præscript. *Inducię Quinquennales*, l.vlt.C.qui bon.pro ced. dilationibus quæ debitoribus ad soluendum dantur, vt l.4.C.de precib.Imperat.

Inducias pro interuallis, seu intermissione furoris, Impp.dicunt. *Furiosum in suis Induciis vltimum condere elogium posse placuit*, l.9.C.qui testam.fac. *Breues*, & contrà, *maiores morbi Inducię*, l.9.C.de curator.furio.

INDVERE *imaginem nauicularij*, l.5.§.diuus quoque, D.de iure immunit. *Nomen successionis*, l.2.§.vlt.D.ad Sc.Tertyl. *Vestem qua is fuerit Indutus*, l.6.D.de bon.damn.

INDVLGERE, id est, concedere, tribuere, dare. *Indulgere aduocatos petentibus*, l.9.§.aduocatos, D.de offic.Proconsul.

Indulgere Prætor postulantibus, l.26.§.vlt. D.de noxalib. *Indulgere Princeps*, l.13.D.de decurionib. *Quæ Princeps alicui ob merita Indulsit*, l.1.§.vlt. D. de constitut. princip. *Restitutio quam Princeps vel Senatus indulsit*, l.1.§.deinde, D.de postuland. *Multis petētibus Seuerus & Antoninus hoc ipsum Indulserunt*, l.2.D.de cadauerib.punitor. *Nisi hoc liberalitas Principis specialiter Indulserit*, l.10.D.de re milit. *Indulgere quinquennale spatium*, l.vlt.C.qui bon.ced. *Cùm lex in præteritum quid Indulget*, l.22. D.de legib.vbi *Indulgere*, & *vetare* opponuntur. *qui Indulturus est separationē*, l.1.§.de his, D.de separationib.

Indulget iudici natura actionis, l.14.§.idem Labeo, D.de religios. *Nec oportet liberto hoc Indulgere*, l.39.§.vlt.D.de oper.libertor. *Indulgent seruis suis libertatem*, l.10.D.qui & à quib.manumiss.

Indulgetur Actio, l.28.D.de procuratorib.l.1.§.si quis. D.si is qui testam. *Non passim actio de dolo Indulgenda est*, l.9.§.vlt.D.de dolo. *Indulgeri Abolitio*, l.17.D.ad Sc.Turpil. *Indulgētia Abolita*, ibidem. *Indulgeri bonorum possessio*, l.20.D.de inoffic.testam.

Indulgeri exceptio, l.15.D.de iureiurando. *Indulgeri legis beneficium*, l.18.D.ad L.Falcid. *Indulgeri missio*, l.2.§.ignominiæ, D.de his qui notantur infamia.

Indulgetur restitutio, l.17.§.si pupillo, D.de vsuris, l.26. D.ex quib. caus.maior. *Indulgendum non est auxilium*, l.10.§.1.D.de fideiussorib. *Nec tamen facilè Indulgendum*, l.4.§.non omnis, D. de re milit.

Indulgetur honori personarum & Maiestati Dei, l.32.§.summa, D.de recept. qui arbitr. *An tale aliquid & in Paganorum testamentis Indulgendum esset*, l.14.D.de testam.milit.

Non est Indulgendum malitiis, l.38.D.de rei vindic.

Indultum Præsidibus, l.7.§.sicut, D.de interd.& relegat. *Indultū Priuilegium*, l.17.§.eos, D.de excusatio-

excusationib.l.5.§.licet,D.de iure immun.*Indulgere libertatem*, l.10.D.qui & à quib. *Indultum tempus*,l.1.D.iudic.sol.*Indultum Adnotationis*,l.39.de nauicular.in C.Th.*Constituti*, l.9.de suar. pecuar.*Legis*,l.1.de quinquen.præscript.l.26.de nauicular.*Principis*,l.1.si nupt.ex rescript.pet. *Sacrum*,l.2.si vag.pet mancip.in C.Th.*Propter Crispi atque Helenæ partum criminibus Indulgemus*, id est, gratiam delictorum facimus,seu veniam concedimus,l.1.de indulg.crimin.in C. Th. *Quis sacrilego diebus sanctis Indulgeat* ? l.8.eod.tit.id est, ignoscat. Seneca lib. quare bonis viris mal.accid.cap.2.*Non vides quantò aliter Patres,aliter matres Indulgeant.*

INDVLGENTIA *Principis*,id est,benigna concessio per quam pœnæ liberatio contingat.l.10. de indulgēt.crimin.in C.Th.Ita enim,Deportati, in Metallum damnati,aut aliâs Serui pœnæ effecti,*Restitui*,dicuntur,l.2.l.3.l.11.C.de sentent.pass.

Indulgentia pœnæ gratiam facit,non Infamiam criminis tollit, l.vlt. C.de generali abolio. l. 5. de indulgent.crimin. in C.Th.

Indulgentia principali libertatem consecutus qui seruus effectus erat,l.30. D.de obligat. & act. *Indulgentia Principis pœna metalli liberatus*,l.24.§.si seruus, D.de fideic. libert. l.4. C.de bon. proscriptor.*Restitutus qui in metallum damnatus erat*.l.11. D.de alim. vel cib. *Si deportationis sententiæ veniam,Indulgentia nostra consecuta*,l.12.C.de sentent.pass. *Indulgentia principis dignitatem recuperauit deportatus*,l.2.D.de sentent.pass. *Qui in Insulam deportantur, vel serui pœnæ effecti sunt, si per omnia in integrum Indulgētia principali restituantur*,Paul.lib.4.Sentent. Tit.8. *Restitutus ex Indulgentia principis,qui septem annos in desertione egerat*,l.5.C.de re milit.lib.12.*Indulgentia nostra crimina extinxit*,l.2.C.de generali abolit.

Indulgentia criminis communis,l.5.C.de sentent.pass.l.4.l.7.& l.9.C.eod.tit.

Beneficium Imperatoris quod à diuina eius Indulgentia proficiscitur,l.3.D.de constit.princip. *Diuus Nerua plenissimam Indulgentiam in milites contulit*,l.1.D.de testamēt.milit.*Indulgentia principalis*, l.vlt.de bon.proscriptor.in C.Th.*Ex Indulgentia Imperatoris nostri*,l.4.§.qui in desertione,D. de re milit.*Ex Indulgentia principum*,l.41.D.de excusationib.

Bonorum possessio vnde Cognati nudam habet Prætoris Indulgentiam,l.1.D.vnde cognati.

Indulgentia Dominorum erga seruos,l.1.D.de collusio.deteg.l.3.§.de his,D.de Sc.Silania.

INDVSTRIA. *Plerumque tanta est Industria socij,vt plus societati conferat,quàm pecunia*,l.29.D.pro soc.*Si alter plus operæ,Industriæ,in societatē collaturus sit*,l.80.D.eod.tit.*Ne Industria pœnas desidiæ soluat*,l.vlt.C.depositi.

De Industria,id est,data opera,l.62.§.1.D.de euictionib.l.3.D.de pigner.act.Donat.in Andr.Terent.Act.5.Sc.6.*De industria*,ait,*id est, scientia, & prouidentia. Ea enim quæ discimus, & scimus,operatione genita,Industria quadam scimus.*

INDVSTRIVS.*Si actibus publicis Industrium se præbuerit*, l.1.C.qui & aduers.quos. *Minus Industrio alumno*,l.71.D.de condic.& dem.

INEFFICACITER *condemnatus*,l.3.D.quæ sentent.sine appellat.

INEFFICAX *Actio*,l.13.D.de iure dot.*Ademptio*,l.14.§.vlt.D.de adim.legat.*Decretum*,l.3.D. de collusio.deteg.*Legatum*,l.2.D.de auro argent.*Libertas*,l.24.§.hostium,D.de fideic. libert. *Pactum*,l.27.§.pactus,D.de pactis.*Sententia*,l.11.§.vlt.D.de recept.qui arbitr.*Traditio*, l.36.D. de adquir.rer.dom.

Non INELEGANTER *dicetur*,l.2.D.de auro argent.*Non ineleganter probatum est*, l.66. §.1.D.de legat.2.*Non Ineleganter videbitur*,l.27.D.ad Sc.Trebellian.

INEMPTVS *esse*,vel *fieri fundus* dicitur,cuius venditio,ex lege dicta resoluitur,seu aliqua cōdicione existente,pro infecta habetur: quo fit,vt ad venditorem pristinum eius dominium redeat. *Inemptus fundus sit*,l.2.D.de lege commissor.*Fundus Inemptus foret*, l.6. §.1. D. de contrah.empt.*Si ex lege Inempti sunt fundi*,l.1.D.de lege commiss. *Fundos Inemptos fore*, l. 6. §.1. D. de lege commissor.

Inemptus homo fieret,l.19.D.de vsurpat.seu vsucap.*Is seruus Inemptus erit*, l.17.D. de in diem addict.

Res Inempta sit,l.5.D.de lege cōmiss.*Res Inempta fieret*,l.vlt.D.de rescind.vend. *Quamdiu res Inempta fieri possit*, l.26.D.de solutionib.*Si pretio non soluto Inempta res facta sit*, l.22. D. locati.

Inemptum esset prædium,l.1.§.si ita,D.quod vi aut clàm.*Inemptæ villæ essent*, l.vlt. D. de lege commissor.

INEPTA *Res in Extraneo,Exheredatio,& Emancipatio*, l.132.D.de verbor.oblig.*Inepta fieret conditio hæc,Si nolet heres esse,exheres esto*,l.86.D.de hered instit. *Ineptæ voluntates defunctorum circa sepulturā,veluti vestes aut si qua alia superuacua, vt in funus inferantur*,l.13.§.vlt.D.de legat.1.

Ineptissimum est, l.3.§.vlt.D.de adquir.possess.

Ob Ineptiam remotus tutor, l.3.§.vlt.D.de ſuſpect.tutor.

INERMES, l.3.§.Armis, D.de vi & vi arm.

INERTIA, l. 9. D. de libera. cauſa. *Ob Inertiam remotus Tutor*, l.3.§.vlt.D.de ſuſpect. tutor.

INESSE, dicitur quod continetur: item quod tacitè intelligitur, licet verbis expreſſum non ſit. Et ita *Condicio Ineſſe* dicitur, pactis & legatis. *Cùm conueniſſet, vt donec vſuræ ſoluerentur, ſors non peteretur, & ſtipulatio purè concepta fuiſſet: condicionem Ineſſe ſtipulationi, atque ſi hoc expreſſum fuiſſet*, l. 4.§.vlt.D.de pactis. *Stipulationi quæ legati nomine interponitur, eaſdem cauſas & conditiones Ineſſe, quæ legato Inſunt*, l.1.§.ſi quis ſub condicione, D. vt legator. ſeu fideic. *Si manumiſſionis gratia inter virum & vxorem donatio facta ſit, Ineſſe condicio donationi videtur, vt manente matrimonio ſeruus manumittatur*, l.7.§.vlt.& l.8.D.de donat.int.vir.

Ineſt ipſa condicio legatis, veluti cùm ita legamus, quod ex Arethuſa natum fuerit: aut fructus qui ex eo fundo percepti fuerint, l.1.§.vlt.D.de condic.& dem.

Legato in ſingulos annos Ineſt condicio, Si legatarius viuat, l.4. D.de annu.leg. *Cùm ita legatum ſit pupillo ſiue pupillæ arbitrio tutorum, non Ineſt condicio legato, neque mora*, l.1. D.de legat.2. *Condiciones extrinſecus non ex teſtamento venientes, id eſt, quæ tacitè Ineſſe videantur, non faciunt legata condicionalia*, l.99.D.de condicion.& demonſtr.

In illa Inſtitutione, Ex qua parte me Titius heredem ſcripſit Seius heres eſto, creditur Ineſſe condicio, l.2.D.de hered.inſtit. *Si ſeruus alienus purè tutor datus ſit, videtur Ineſſe hæc condicio, Cùm liber erit*, l.10.§.vlt.D.de teſtament.tut.

Huiuſmodi inſtitutioni, Titius & Seius vtérve eorum viuet, heres mihi eſto: tacita ſubſtitutio Ineſſe videtur,, l.24.& l.25.D.de heredib.inſtit.

Si alimenta fuerint legata, dici poteſt etiam Aquam legato Ineſſe, ſi, &c. l.1. D. de aliment. vel cibar. *Id dotis legato Ineſt, quod actioni de dote Inerat*, l.1.D.de dote præleg. *In empto paratum Ineſſe*, l.47.§.1.D.de legat.3.id eſt, *contineri*, vt ibid.

Inſtructo fundo legato, Ineſſe veſtem propter ſeceſſum ibi depoſitam, l.12.§.idem reſpondit theriacam, D.de inſtruct.vel inſtrum. id eſt, *contineri*, vt paſſim Vlpian. in ea lege loquitur. *Inſtrumento piſtorio legato ipſi piſtores Ineſſe videri poſſunt*, l.18.§.1.D.de inſtruc.vel inſtrum. *Argentum quod neque in Mundo, neque in ornamentis Inſit*, l.27.§.vlt.D.de auro argent.

Diuerſa cauſa eſt, voluntatis expreſſæ, & eius quæ Ineſt, l.138.§.vlt. D.de verb. obligat. *Cum quis ſibi aut Titio dari ſtipulatus ſit, tacitè Ineſſè hæc cõuentio ſtipulationi videtur, ſi in eadem cauſa maneat*, l.38.D.de ſolutionib. *Si ſeruum tibi tradidero ad hoc, vt eum poſt Quinquẽnium manumittas, Donatio aliqua Ineſſe videtur*, l.18.D.de donationib. *Solida res Ineſſe conuentioni*, l.15. §.vlt. D.de pignor. *In ſatisdationis ſtipulatione interdum tota ſors Ineſt*, l.12. D.de verbor.oblig. *Stipulationi fructuariæ, interdum Inerit æſtimatio*, l.1.§.vlt.D.vſufructuar.quemad.cau. *Quotiens certa ſpecies Operarum in ſtipulationem deducitur, veluti pictoriæ, fabriles, etſi non verbis, at re ipſa, Ineſt obligationi tractus temporis*, l.24.D.de oper.libert. *Ineſt tẽpus ſtipulationibus*, l.34.§.vlt.D.de ſtatuliber, l.126.§.Chryſogonus, & l.137.§.1.D.de verb.obligat.

In maiori parte minus Ineſt, l.29.§.1. D. de legat.3. *Viginti Inſunt decem*, l.1.§. ſi ſtipulanti, D. de verb.obligat.

Ineſt dolo & fraus, l.7.§.ſed ſi, D.de pactis. *Fructui & vſus Ineſt*, l.14.§.1. D.de vſu & habitat. *Ineſt iuriſdictio imperio*, l.3.D.de iuriſdictio. *Semper ſpecialia generalibus Inſunt*, l.147. D.de diuerſ. reg.iur. *Ineſſe mandati Iudicio, vt ſibi actiones mandet*, l.8.§.ſi liber. D.mandati.

Ineſſe contractui, & contineri contractu, idem valent, in l.72. D. de contrah.empt. *Pacta incontinenti facta ſtipulationi Ineſſe creduntur*, l.40.D.de reb.credit. *Pacta conuenta Ineſſe bonæ fidei Iudiciis: ſic accipiendum eſt, vt ſi quidem ex continenti ſubſecuta ſint, etiam ex parte actoris Inſint: ſi ex interuallo, non Inſint*, l.7.§. quinimmo, D.de pactis. Et ibidem, *Ea pacta Inſunt, quæ legem contractui dant, id eſt, quæ in Ingreſſu contractus facta ſunt. Pacti & doli exceptiones bonæ fidei iudiciis Ineſſe dicuntur*, l.3.D.de reſcind.vend.l.21.D.ſolut.matr. id eſt, *contineri*, vt l.84.§. qui ſeruum, D.de legat.1. Similíque modo, *Doli præſtatio, & Bona fides Ineſſe contractibus*, l.152.in fin.D.de diuerſ.reg. *Arbitrium boni viri Ineſſe ſtipulationi*, l.3.§. ſi legatarius, D.ſi cui plus quàm per Leg. Falcid. *Si quis rogatus ſit, Quod ex hereditate ſuperfuerit, reſtituere, his verbis bonam fidem, & boni viri arbitrium Ineſſe conſtat*, l.54.D.ad Sc.Trebellian.

INEXCVSABILIS *Neceſſitas*, l.15.de legat.& decur.in C.Th. *Inexcuſabilia onera*, l.50.§.quid tamen.D.de iudiciis.

Inexplicabilis difficultas, l.6.D.de except.rei.iud.

INFAMARE est alicuius famam & existimationem dicto, vel scripto, factóve lacessere, lędere pudorem eius suggillare. *Eum qui nocentem Infamauit*, *l.* 18. D. de iniuriis. *Quodcumq; quis dixerit, vt alium Infamet*, l. 15. §. generaliter, D. eod. tit. *Hæc res nonnumquam Infamat*, l. 79. D. de iudiciis.

Quos vitæ Humilitas Infamauerit, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 15. *Si Arbitrum Infamauerunt litigatores*, l. 9. §. vlt. D. de recept. qui arbitr.

Ad Infamandum dominum seruus ad statuam confugisse, l. 5. D. de extraord. crim. *Ea quæ Infamandi alterius causa in monumenta publica posita sunt*, l. 37. D. de iniuriis. *Infamandi causa* dictum intelligitur, *maledictum quod non in cœtu, nec vociferatione, dictum est*, l. 15. §. ex his, D. de iniuriis.

Infamandi gratia, liberos, seruos dicere, l. 9. & l. 10. C. de iniur. *Infamandæ vxoris suæ causa*, l. 14. §. 1. D. ad L. Iul. de adulter. *Si arbiter Infamatus fuerit à litigatoribus*, l. 15. D. de recept. qui arbitr. *Si dicat Infamatum se esse, debet adiicere quemadmodum Infamatus sit*, in Lege Dei, Tit. 2. *Non Infamata natio*, l. 31. §. qui mancipia, D. de ædil. edic.

Infamatur vterque, id est, Infamia notatur. l. 66. D. de ritu nupt.

INFAMIA, famæ existimationísque & pudoris labem ac maculam significat. Proinde, *ad Infamiam alicuius fieri* (quod generaliter Edicto Prętor vetuit) intelliguntur hæc, *si ad inuidiam alicuius veste lugubri vtatur, aut squalida, aut si barbam demittat, vel capillos submittat, vel si carmen conscribat, aut proponat, vel cantet aliquid, quod pudorem alicuius lædat*, l. 15. §. generaliter, D. de iniuriis.

Si quis librum ad alicuius Infamiam pertinentem scripserit, l. 5. §. si quis librum, D. eod. tit. *Ad Infamiam pertinet iniuria, cùm pudicitia adtemptatur*, l. 1. §. omnem, D. de iniuriis.

Propter notam & Infamiam vitæ suæ, l. 3. §. Lege, D. de testib. id est, turpitudinem. *Periculo vitæ, Infamiæque liberare*, l. 9. D. de manum. vind.

Infamiæ timor, l. 7. quod met. cau.

INIRE, ingredi & capeſſere ſignificat. ſic *Inire Conſulatum*, l.19. D de condictio. indeb. *Honorem*, l.11. D. de pollicitationib. *Magiſtratum*, l.54. D. de procuratorib. l.21. D. quando dies leg. l.11. D. de pollicitationib. *Officium*, l.39. §. curatores, D. de adminiſt. & peric.

Inire, aliàs contrahere ſignificat.

Inire conuentionem, l.1. C. de duob. reis. *Pactum*, l.49. §. vlt. D. de minorib. *Initus contractus metu*, l.6. C. de his quæ vi. *Inire Societatẽ*, l.65. §. diximus, & §. item ſi, D. pro ſocio. l.35. §. mortis, D. de mort. cau. donat. l.20. D. de L. Cornel. de falſ. *Iniri Societas*, l.45. D. de adquir. vel omit. §. cùm duo, D. pro ſocio. *Initur communio*, l.67. D. pro ſoc. *Si inter fratres voluntarium conſortium Initum fuerit*, l.52. §. idem Papinianus, D. eod. tit. *Inire Negotiationem*, l.11. D. de negot. geſt.

Inire Conſilium, l.43. §. ſi quis, D. de ædilic. edic. l.51. D. pro ſocio, l.67. D. ad Sc. Trebell.

Inire computationem, l.68. D. ad L. Falcid. *Initur computatio*, l.68. D. ad L. Falcid. *Iniri computatio Falcidiæ*, l.22. D. ad L. Falcid. *Computatio Legis Falcidiæ*, l.3. D. ad Sc. Trebell. *Ineunda Legis Falcidiæ ratio*, l.2. D. eod. tit. *Quemadmodum Inibitur æſtimatio*, l.41. D. ad L. Aquil. *Iniri Numerus*, Paul. l.4. Sentent. Tit.14. *Ad Ineundam quantitatem bonorum*, l.1. §. cum dicitur, D. ſi qui pluſquam. *Ineundæ Nauigationis cauſa*, l.3. D. de mort. cauſ. donat.

INITIATA *his cunabulis auctoritas*, l.1. D. de offic. præf. præt.

INITIVM, pro principio & origine alicuius negotij.

Initium contractus ſpectandum, l.12. D. de Sc. Maced. l.8. D. mandati, l.1. §. ſi ſeruus, D. depoſiti. *Initium in his contractibus inſpiciendum*, l.58. §. ſi id quod, D. pro ſocio.

Initium accipere donatio, l.42. D. de mort. cau. donat. *Si Initium ſine vitio ceperunt*, l.201. D. de diuerſ. regul. *Caſus à quo Initium capere non potuerunt*, l.86. §. non eſt, D. eod. tit. *Ad Initium Nuptiarum*, l.13. D. de his qui not. inf. *Si Initium Tabularum diem habet*, l.6. §. ſi initium, D. de edend.

Initium Teſtamenti facere, l.1. D. de hered. inſtit. *Initium Vſucapionis*, l.4. §. de illo, D. de vſurpationib.

Initio Ciuitatis noſtræ, l.2. in princ. D. de orig. iur. *Initio Contractus*, l.6. §.1. D. eod. tit.

Initio venditionis, l.31. D. de vſurpationib.

Initio Conſtituendæ ſeruitutis, l.6. §.1. D. quemad. ſeruit. amitt. *Initio dotis dandæ*, l.7. D. de pact. dot.

Initio Anni, l.2. D. de annu. legat. *Initio cuiuſque Anni*, l.12. & l.26. §. vlt. D. quand. dies legat. id eſt, *in ingreſſu cuiuſlibet Anni*, vt l.8. D. de ann. leg. ſeu, *in principio*, vt l.41. D. de manum. teſt. *Ab Initio cuiuſque Anni*, l.1. C. quando dies legator.

Initium Temporis, l.46. D. de condic. & dem. *Initio cuiuſque Temporis*, l.15. D. de neg. geſt. *Initio inſpecto*, l.3. §. ſcio, D. de minorib.

Ab Initio & *Poſtea* aduerſantur, l.3. D. de pigner. actio. l.1. §. ſi magiſtratus, D. de magiſtrat. conuen. Similiter pugnãt, *Ab Initio inutile legatum fuiſſe*, &, *ex Accidenti poſtea in eum caſum peruenisſe*, l.51. D. ad L. Falcid.

Ab Initio Agi oportet, l.7. §.1. D. quib. mod. pign. *Si ab Initio per procuratorem cauſa agitata eſt*, l.6. §.1. D. de his qui not. infam. At in l.19. D. de appellationib. *Ab Initio cauſam agi*, eſt, ex integro.

Si ab Initio hoc agebatur, vt, l.34. § rei ſuæ, D. de contrah. empt. *Si non hoc ab Initio eſſet actum*, l.4. §.1. D. de manum iſſionib. *Ab Initio conuenit*, l.24. D. depoſiti.

Ab Initio promiſerit, l.37. §. ſed ſi, D. de oper. libert. *Statim ab Initio ita diſtribuere legata*, &c. l.73. §. vlt. D. ad L. Falcid. *Vt ab Initio mulier in locum alterius ſubdatur*, l.8. §. ſi mulier apud, D. ad Sc. Velleian. *Gradus qui ab Initio non valuit*, l.43. §. Lucius, D. de vulg. & pupill. *Quæ ab Initio inutilis fuit, inſtitutio, ex poſt facto cõualeſcere non poteſt*, l.210. D. de diuerſ. reg. *Quod ab Initio vitioſum eſt*, l.30. D. eod. tit.

Iam Initio euectæ cotes cùm, &c. l.15. D. de publican.

Initia vrbis, l.1. D. de orig. iur. *Inter Initia*, l.2. §. & generaliter, D. de doli except. l.3. §. illud, D. quod vi aut clam.

INIVNGERE, id est, mandare. *Ea res præsentem ac momentariam curam Iniungit*, l.8.D.de alimē. vel cibar. *Iniungi cura liberorum à testatore*, l.62.§.vlt.D.de condic.& demonstr.

Iniungi Munus duobus, l.2.C.quo quisque ord.l.1.C.de vacatio. *Ne impossibile Iniungatur Tutelæ Munus*, l.45.§.vlt.D.de excusationib.

Iniuncti Muneris periculum, l.vlt.C.si tut.vel.cur.fal.alleg. *Sumptus*, Rubr. Sumpt.Iniuncti mun.lib.11.Cod.

Italicarum tantum rerum munus Iniunctum, l.12.C.de excusationib.tut. *Ad munus quod Iniunctum est*, l.9.D.de munerib.& honor. *Iniuncta tutela*, l.8.C.de excus.tut. *Iniuncta condicio personæ*, l.69.D.de condic.& dem. *Iniuncta Educatio testamento*, l.1.§.vlt.D.vbi pupill.

Iniungit Prætor satisdationem, l. 15. §.1. D.de damn.infec.

Iniungi satisdatio, l.1.§.si cui, D.vt legat.seu fideic. *Iniungi necessitas*, l.25.§. Pœdius, D.de ædil. edic. *Iniunxisse separationem*, l.12.§.sed an. D.de instr.vel instr. *Iniunctum sibi à testatore*, l.13.D. de aliment.vel cibar.

Iniungi viduitas, l.62.§.vlt.& l.63.D.de condicion.& demonstr.

Iniungere damnum, l.135.D.de verb.signific, id est, *adferre*. *Iniungere pœnam*, Vlpian.Tit.1.regular. *Iniungi pœna*, l.2.D.de præuaricatione, l.7.§.solet, D.de interd.& releg.& in Lege Dei, Tit.14. *Iniungi pœnæ*, l.9.§.istæ, D.de legat.1.

Iniungere seruitutem, l.9.D.commun.præd.id est, *imponere*.

Iniungere seruitutem, id est, *irrogare*, l.6.§.vlt.D.de pœnis. *Iniuncta domi area*, l.57.D.locati. *Iniuncta morti possessio*, l.13.§.quæsitum, D.de adquir.possess.

INIVRIA, ait Vlpian. *ex eo dicta est, quod non iure fiat: omne enim quod non iure fit, Iniuria fieri dicitur. Interdum Iniuriæ appellatione damnum culpa datum significatur, vt in lege Aquilia dicere solemne*, l.1.D.de iniuriis. Idem Vlpian.in l.5.§.1.D.ad L.Aquil. *Iniuriam autem hic accipere nos oportet, non quemadmodum circa Iniuriarum actionem, contumeliam quādam, sed quod non iure factum est, hoc est contra ius, id est, si culpa quis occiderit*. Et mox, *Igitur Iniuriam hic damnum accipiemus culpa datum, etiam ab eo qui nocere noluit*. Iustinianus Institut. de iniuriis. *Generaliter Iniuria dicitur, omne quod non iure fit. Specialiter, aliàs culpa, quam Græci ἀδίκημα dicunt, sicut in lege Aquilia, damnum Iniuriæ accipitur*. Vnde quod à Quadrupede damnum datur, *Iniuria*, factum non dicitur: sed proprio nomine *Pauperies* appellatur. Nam vt ait Vlpian. *Pauperies est damnum sine Iniuria facientis datum. nec enim potest animal iniuria fecisse, quod sensu caret*, l.1. D. si quadrup. paup. Idem Iustinianus in Titulo de L.Aquil. §.iniuria. *Iniuria autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit.*

Qui liberos, Iniuria, prohibuerint vxores ducere, id est, non iure, l.19.D.de ritu nupt.

Ne Iniuria rem suam amittant, l.1.D. de negot.gest. *Nec de Iniuria queri aduersarius potest*, l.34. D.de iureiuran. *Per iniuriam occupati fundi*, l.1.C.vi bonor.rapt. *Ferre Iniuriam eius quem prohibere non possis*, l.35.D.locati.

Ea autem significatione qua Iniuria, culpam significat damnum Iniuria dare, accipe l.9. §. nunc videndum, D.de minorib.l.6.D.nautæ, caupo.l.19.D.commodati, l.41.D. locati. Vnde legis Aquiliæ Actio, *Damni Iniuriæ Actio*, vocatur, l.1. D.de publican.l.54. D. de adquirand.rer. dom.l.10.in fin.D.de eden.l.6.§.1.D.nautæ, caupo.l.111.D. de diuers. reg. Cuius actionis fit mentio apud Cicero.pro Q. Rosc.Comœdo, & Quintilian.Declamat.13.& Declamat.,85. de qua etiam vide quę s. lib.4.diximus. *Damnum* autem *Iniuria non videtur dedisse, qui defendendi sui causa vicini ædificium orto incendio disturbauit*, l.3.§.penult.D.de incend.ruin. l.49.§.vlt.D. ad L.Aquil.

Iniuria, sæpe pro damno, detrimento, incommodo, vsurpatur. *Nullam potest videri Iniuriam accipere, qui semel voluit*, l.9.D.de aqu.& aq.pluu.

Iniuria adfici, id est, damno, l.11.§.si creditor, D.de pignerat.act. l.22.§. quòd si procurator. D.rat.rem hab. *Nec videtur Iniuria adfici qui ignorauit*, l.6.§.simili modo, D.quæ in fraud.creditor. *Ne mutatus alueus vicinis Iniuriam aliquam adferat*, l.1.in prin.D.ne quid in flum.pub.

Ita oportet permitti in publico fieri vt sine Iniuria cuiusquam fiat, l.2.§.merito, D.ne quid in loco pub.id est, *Sine damno & incommodo*, vt ead.l.§.damnum, & §.si quis.

Iniuriam pati, id est.damno adfici, l.10.D.de collat.bonor.l.31.§.si plures, D. de ædil.ed. & apud Paul.lib.5.Sentēt.Tit.26. *Tueri ius suum debuit non Iniuriam comminisci*, l.1.D.quod vi aut clam. *Sine Iniuria alterius*, id est, damno & detrimento, l.17.D. de seruit.præd.rust. *Sine iniuria cæterarum personarum*, l.1.D.de legat.præst. *Sine Iniuria stipulatoris*, l.5.§.vlt.D.de verb.obligat. *Operis obligatus militiæ nomen non sine Iniuria patroni dabit*, l.43. D.de oper. libert. Et hoc sensu non personis modò sed & rebus Iniuria irrogari dicitur: veluti, Sic *Iniuria irrogari fundo eius*

in quem quis viam publicam reiecerit, l. 3. D. de via publ. & itin.

Iniuriam facit libertati, l. 45. §. 1. D. de fideicom. libert. *Nec fit Iniuria ei cuius fundus seruit*, l. 6. §. 1. D. quemad. seruit. amitt. *Si interdum patiaris Iniuriam*, l. 3. §. si id pro quo, D. quod quisq; iur. *Cùm Iniuriam per bonorum possessionem patiatur*, l. 10. D. de collatio. bonor. *Ne præsumptio carbon. bonor. poss. Iniuriam aduersarius afferat*, l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edic.

Nec in cuiusquam Iniuriam beneficia tribuere, moris est nostri, l. 4. C. de emancipationib.

Priuilegium Militum ad alienam Iniuriam porrigi non oportet, l. 40. D. de administr. & peric. *Non debet negligẽtiam suam ad alienam Iniuriam referre*, l. 3. D. de transactionib. *Si nouum beneficium cum alterius Iniuria postularetur*, l. 12. D. ad Sc. Trebell.

Sine Iniuria domus, l. 21. §. vlt. D. de legat. 3. id est, sine lęsione.

Interdum *iniquitatem Iniuriam dicemus. Nam cùm quis iniquè vel iniustè sententiam dixit, Iniuriam ex eo dictam, quod iure & iustitia caret, quasi non iuriam*, l. 1. D. de iniuriis. Iustinianus Institut. Tit. de iniur. *Iniuria aliàs dicitur iniquitas & iniustitia, quam Græci ἀδικίαν vocant. Non enim Prætor*, vel *Iudex, non iure contra quem pronuntiat, Iniuriam accepisse dicitur.* Quæ verba sumpta videntur ex Paulo lib. singulari, & Tit. de iniuriis, vt apparet ex Lege Dei, Tit. 2.

Iniuriam iudicis passus, l. 52. §. vlt. D. pro socio. *Iniuriam à iudice emptor passus est*, l. 5. D. de euictionib. *Ab eo cuius de ea re notio fuit, Iniuriam passus*, l. 6. C. de excusationib. tutor.

Per Iniuriam Iudicis non debitum consecutus, l. 46. §. procurator. D. de procuratorib. *Cùm per Iniuriam iudicis domino rem abstulisset creditor*, l. 12. §. vlt. D. de distract. pignor. *A Iudice, quamuis per Iniuriam, absolutus*, l. 13. D. quib. mod. pig. *Per Iniuriam pronuntiatum*. l. 50. § 1. D. de legat. 1.

Iniuria iudicis condemnari, l. 50. D. de peculio. *Damnatus*, 67. D. de fideiussorib. l. 10. §. vlt. D. mãdati, l. 10. C. eod. tit. *Superatus*, l. 10. C. de euictionib. *Si Iniuria Iudicis victus sit heres*, l. 29. §. vlt. D. de statuliber. *Ne Iniuria Iudicis dominus aliquid consequatur. Numquam enim propter Iniuriam Iudicis fideiussores obligantur*, l. 22. §. cùm autem, D. rat. rem hab. *Non Iniuria Iudicis euictum*, l. 1. C. de rer. permut.

Si per Iniuriam quid fecit populi Romani magistratus, vel prouinciæ Præses, l. 3. D. quod met. cau. *Ne emptori Iniuriam feciſſe videatur Senatus*, l. 8. D. de Sc. Silania.

Iniuria quæ fit emptori non debet auctorem cõtingere, l. 50. D. de euictionib. *Nec est hoc Beneficium, sed Iniuria, si quis forte non impetrauerit*, l. 1. §. permittitur, D. de aqua cottid. *Nisi fortè quasi aduersus Iniuriam appellandum ei quis putet*, l. 7. §. 1. D. de minorib. Agellius lib. 10. cap. 3. *Honestos viros virgis per Iniuriam cæsos à magistratibus populi Romani*, id *est, contra ius & contra leges*, vt ibidem inferius postea loquitur. *Qui per Iniuriam ab extraneis detinebatur*, l. 19. D. de captiuitat. & post. limit.

Specialiter, etiam *Iniuria*, vt ait Vlpianus, *dicitur contumelia*, l. 1. D. de iniuriis. Idem, vt iam diximus in l. 5. §. 1. D. ad L. Aquil. *Iniuriam, circa Iniuriarum actionem, accipere oportet contumeliam quandam.* Iustinianus Institut. de iniuriis in principio, *Iniuria aliàs specialiter cõtumelia, quæ à contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant.*

Iniuria autem *fit, aut Re, aut Verbis. Re, quotiens manus inferuntur: Verbis, quotiens non manus inferuntur, cõuicium fit. Omníque Iniuria aut in Corpus infertur, aut ad Dignitatẽ, aut ad Infamiam pertinet. In Corpus fit, cùm quis pulsatur: ad Dignitatem, cùm comes matronæ abducitur: ad Infamiam, cùm pudicitia adtemptatur*, l. 1. §. 1. D. de iniuriis. Paul. lib. singulari de iniuriis, vt est in Lege Dei, Tit. 2. *Edictum*, ait, *de iniuriis ad eam Iniuriam pertinet, quæ contumeliæ causa fit. Fit autem Iniuria, vel in Corpore, dum cædimur: vel Verbis, dum conuitium patimur: vel cùm Dignitate lædimur, vel cùm matronæ, vel prætextatæ comites abducuntur.* Iustinianus Institut. de iniuriis.

Iniuria committitur non solum cùm quis pugno, puta, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit: sed & si cui conuitium factum fuerit, siue cuius bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo qui intellegebat nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen scripserit, composuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quo quid eorum fieret: siue quis matremfamilias, aut prætextatum, prætextatámve, adsectatus fuerit: siue cuius pudicitia attentata esse dicitur. Auctor Rhetoric. ad Herenn. lib. 4. *Iniuriæ sunt quæ aut pulsatione corpus, aut conuitio aures, aut aliqua turpitudine vitam alicuius violant.* Idem lib. 2. *Falsam esse definitionem*, ait, *si quis dicat Iniuriam esse nullam nisi quæ ex pulsatione aut conuitio constet.*

Iniuria viri videtur, quondam vxorem eius insepultam relinqui, l. 28. D. de religiosis.

Iniuriam matrimonij sui persequi, l. 15. §. lex Iulia, D. ad leg. Iul. de adult. *Quodcumque quis fecerit, vel dixerit, vt alium infamet, erit actio Iniuriarum*, l. 15. §. generaliter, D. de iniuriis. *Iniuriarum actio magis vindicta, quàm pecuniæ habet persecutionem*, l. 2. §. emancipatus, D. de collatio. bonor. *Iniuriarum causa non publici Iudicij, sed priuati continet querelam*, l. C. de iniuriis.

Iniuria, Atrox, Leuis, Grauiſſima, Intolerabilis. Vide ſuis locis.

Quintil. Declam. 265. *Iniuriam dicimus eſſe, quod Ignominioſum pulſauerit. Ab Iniuria hominum defenſum*, l. 8. D. de diuiſio. rer.

INIVRIOSVS l. vlt. D. de offic. procurator. Cæſar. l. 14. D. pro ſocio. id eſt, facilis ad contumeliam faciendam, conuiciúmque dicendum. *Impunè tibi eum Iniurioſum eſſe non patietur*, l. 8. C. de ſent. paſſ. id eſt, non feret eum tibi iniuriam inferentẽ. *Paternos libertos Iniurioſos tibi fuiſſe ferendum non eſt*, l. 7. C. de obſequ. patr.

Iniurioſum aliquid dicere, l. 5. C. de iniuriis. *Perquam iniurioſum eſt*, l. 3. C. de obligat. & act. *Ne contrarium ius ipſi Iniurioſum ſit*, l. 19. §. transfugæ, D. de captiu. & poſtlimin.

INIVRIOSE, id eſt, per iniuriam, ſeu iniuriæ cauſa.

Iniurioſe auferre res, l. 11. C. de donatio. *Nec Magiſtratibus licet aliquid Iniurioſe facere*, l. 32. D. de iniuriis, id eſt, *per Iniuriam*, vt ibid. *Si quid Iniurioſe extruxit*, l. 5. C. de ſeruitut. b. *Ne contumelioſè, Iniurioſéve, vtatur vſufructu*, l. 27. §. 1. D. de vſufructu. *Qui ſeruum alienum Iniurioſè verberat*, l. 34. D. de obligat. & act. *Cũ Iniurioſè Decemuiri tractarent*, l. 2. §. & cũ placuiſſet, D. de orig. iur.

INIVSSV *Prætoris*, l. 24. D. de excuſationib. *Principis*, l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt.

INIVSTA *Appellatio*, non iure neq; rectè, nec iuſta ex cauſa interpoſita, l. 6. D. de his qui not. infa. Et ita, *Iniuſta Appellatio, Prouocatióve pronuntiari*, l. 2. D. quando appelland. ſit, l. 122. §. Seia, D. de verbor. obligat. l. 39. D. de minorib. l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr. & peric. l. vlt. D. de re iud. l. 24. D. de appellationib. *Iniuſtam appellationem pronuntiare, vel Iuſtam*, l. 6. C. de appellationib. id eſt, *Bene vel malè appellatum*, vt vulgò loquimur.

Iniuſta cauſa abſentiæ, l. 28. §. ex iuſta, D. de fideic. libert. *Id quod ex Iniuſta cauſa apud aliquẽ eſt, condici poteſt*, l. 6. & Rubr. D. de condict. ob turp. vel iniuſt. cauſ. id eſt, *quod non ex iuſta cauſa ad eum pernenit*, vt l. 1. D. de condictio. ſine cau. *Fructus ex Iniuſta cauſa percepti, cõdicendi ſunt*, l. 4. §. res Pignori, D. de reb. credit. *Condici ei res poſſe quia ex Iniuſta cauſſa apud eam eſſent*, l. 6. §. ſi morte, D. de actio. rer. amot. *Iniuſta & Iuſta Poſſeßio*, opponũtur, l. 2. & l. 3. D. vti poſſidet. *Iniuſta eſt poſſeßio ſi quis vi vel clam poßideat*, l. 7. §. inter prædones, D. comm. diuid. *Iniuſta ſententia Præſidis*, l. 27. D. de re iudic. *Iniuſta & Iuſta ſententia*, aduerſantur, l. 21. D. de his qui not. infa. *Iniuſta Vxor*, l. 13. §. 1. D. ad l. Iul. de adulter. quæ non iure ducta eſt. *Iniuſtum Matrimoniũ*, contra leges contractum, l. 1. D. vnde vir. & vxor. *Iniuſtæ Nuptiæ*, apud Cicer. Topic. *Iniuſtum repudium*, apud Quintil. Inſtit. Orat. lib. 7. cap. 5. & Declamat. 262.

Iniuſtum Teſtamentum, in Rubr. de Iniuſto, rup. accipe, quod *non iure factum eſt, vbi ſolemnia iuris defuerunt*, vt loquitur Papinian. l. 1. D. cod. tit. & Paul. l. 5. D. de his quæ vt indign. & Iuſtinian. in §. hoc autem caſu, Inſtit. quib. mod. teſt. infir. *Teſtamentum* autem *non iure factũ, id appellatur, in quo ſi omnia rectè facta eſſent, iure factum Teſtamentum diceretur*, l. 6. D. de leg. Corn. de falſ. Et ita, *Iniuſtum teſtamentum*, exaudiendum eſt, l. 2. §. 1. D. teſt. quemad. aper. l. 26. D. de inoff. teſtam. l. 47. D. de hered. pet. l. 9. C. de ſuis & legitim. quod & *non Iuſtũ teſtamentum* appellatur, l. 1. D. de except. rei iudic. l. 3. D. de confirm. tut. l. 22. D. de adquir. vel omitt. l. 3. C. de repud. vel abſtin. hæredit. *Iniuſtum* etiam dicitur *Teſtamentũ*, quod inutile, & nullius momenti eſt, præterito eo qui in poteſtate erat, l. 3. §. ex his apparet. l. 6. §. ſed ſi pater, D. de iniuſt. rupt. coniuncta l. 3. D. de lib. & poſt. l. 9. C. de ſuis & legitim.

Iuſti, atque Iniuſti ſcientia, l. 10. D. de inſtit. & iu.

INIVSTE *Appellare*, l. 19. C. de appellationib. *Poßidere*, l. 3. §. ex contrario, D. de adquir. poſſ.

INLACRIMARI *Precibus calamitoſorum*, l. 19. D. de offic. præſid.

INLÆSA *exiſtimatione*, l. 27. D. de procuratorib. id eſt, *integra*, vt l. 4. D. de ſuſpect. tut.

Inlæſæ Res, in lege Dei, Tit. 10. id eſt, ſaluæ. *Illæſis Horreis*, l. 1. C. de locato.

Illecta Stipula, l. 30. §. 1. D. de verb. ſignific.

INLIDERE. *Si quis puerum Saxo Inliſiſſet*, l. 7. §. ſed ſi quis, D. ad l. Aquil.

INNATVM *in publico*, l. 65. §. vlt. D. de adquir. rer. do.

INNOCENS, expers criminis, *ſceleriſque*, vt Horat. loquitur, *purus*, l. 5. D. de pœnis.

Boni atque Innocentis viri officio fungi, l. 4. §. 1. D. famil. erciſc. *Innocentem defunctum oſtendere*, l. vlt. §. vlt. D. de bonis eor. *Quouis Innocentes inueniantur ex eo crimine, ex quo impacti ſunt in carcerem*, l. 13. D. de cuſtod. & exhib. *Qui in accuſationem Innocentium coierunt*, l. 1. D. de concuſſione. *Societatem coierit ad obligationem Innocentiũ*, l. 1. D. de L. Corn. de falſ. *Plerique Innocentiũ*, l. 41. D. de ſolut. *Innocens Ignis*, l. 9. §. ſi colonis, & l. 11. §. ſi hoc, D. locati, id eſt, *Innoxius*, vt dic. §. ſi hoc.

INNOCENTIA *conſilij infantem excuſat*, l. 12. D. ad L. Corn. de ſicar. *Cuius Innocentiæ ſint explorare*, l. vlt. D. naut. caupon. *Si quando ei qui nocens videbatur, poſtea ratio Innocentiæ conſtiterit*, l. 1. §. vlt. D. de quæſtionib. *Vt ſeruus ſaluus ſit vel Innocentiæ, vel ſupplicio*, l. 7. D. de quæſtion. *Innocẽtiam ſuam quodammodo iureiurando adprobauit*, l. 6. §. ſed etſi, D. de his qui not. *Inocentiam excuſa-*

re,l.33.§.1.D.de procuratorib.

Innocentia purgari reus,l.5.D.de public.iudiciis.

INNOXII, id eſt,Innocẽtes. Vnde *Innoxij*,& *Nocentes* opponuntur,l.12.§.1.D.de publ.iud. *Qui cùm aliter tueri ſe non poſſent,damnum culpa dederint, Innoxij ſunt*, l. 46.§. qui cùm aliter, D.ad L. Aquil. *Innoxium eſſe delictum non debet*,id eſt,vacuum à crimine & pœna, l.6.§.ſicut, D. de offic.præſid.

Innoxium ignem habere,l.11.§.ſi hoc,D.locati.

INNOTESCERE *qualitercunque*,l.5.§.vlt.D.de admin.& peric. *Ex quo annotatio publicè Innotuit*, l.4.D.de requirend. & abſent. *Deinde Innotuiſſet id admiſſum eſſe*,l.23.D.de Sc. Silania. *Vt Innoteſceret Prætor curam agere*,l.3.§.ex hoc,D.naut.caupon.

INOFFENSA *diſciplina*,l.9.C.de procurator.

INOFFICIOSVS,qui in officio debito peccat. *ſi Inofficioſus libertus ſit*,l.1. D. de iure patronat. *Si ſine venia edicti impetrata libertus patronum in ius vocauerit, à Præfecto vrbis,quaſi Inofficioſus, caſtigatur*,l.vlt.D.de in ius vocan.

Inofficioſum Teſtamentum appellatur,quod *rectè quidem factum eſt, ſed non ex officio pietatis*, vt loquitur Marcian.l.2.D.de inoffic.teſt. vel,vt Paul.lib.4. Sent. Tit.5. definit,*quod fruſtra liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur eſſe cõſcriptum*.Quam definitionem Iſidor. tranſcripſit lib.5.Origin.cap.24.*Huius* enim *verbi, de Inofficioſo vs illa eſt, docere immerentem ſe, & ideò indignè præteritum,vel exheredatione ſummotum*,l.5.D.de inoff.teſtam.Denique *Inofficioſum teſtamẽtum dicere,hoc eſt,allegare quare exheredari vel præteriri non debuerit*,l.3.D.eod.tit.*Réſque hoc colore defenditur, quaſi parum ſanæ mentis fuerit, cum teſtamentum iniquè ordinaret*, l.2.l.5.& l.13. D. de inoffic.teſtam.l.36.D.de legat.3.

De Inofficioſo teſtamento agunt liberi,qui querũtur,aut iniquè ſe exheredatos,aut iniquè præteritos, hoc colore quaſi ſanæ mentis non fuerint,cùm teſtamentum ordinarent, vt eſt apud Iuſtinian. Inſtitut. de inoffic.teſtam.

Inofficioſum teſtamentum Accuſare, l.22.D.de inoffi.teſt. *Dicere*,l.6.l.8.§.ſed nec,& §.quarta, D.de inoff.teſt. l.5.C.eod.*Dici*,d.l.8.§.ſi Imperator,*Pronuntiari*, l.26. D. eod. tit.l.4.C.eod.

De Inofficioſo teſtamento Agere,l.6.§.ſi quis,l.16.&l.17.l.23.§.vlt.l.27.§.de inofficioſo,l.29.& l.30.D.de inoff.teſta. l.135.§.vlt.D.de verb.oblig. *Agi*,l.2.D.de inoff. teſt. l.32.D.de heredit. petit.*Dicere*,l.20.& l.27.§.de inofficioſo,l.29.§.1.D.de inoff.teſt.l.1.& l.6. C. eod. tit.& aliis locis quos ſ. lib.4.adduximus.*Queri*,l.8.§.ſi quis impubes,l.23.l.25.l.27.§.vlt.D.de inoff.teſt. l.9.& l.22.C.eod.*De Inofficioſo arguere teſtamentum*,l.31.§.ſi heres,D.de inoff.teſt.Quintil.Declam.264. *Arguerunt teſtamentum tanquam impium,tanquam Inofficioſum*.

Inofficioſi teſtamenti Actio,l.76.D.de legat.2.l.12.§.vlt.l.15.§.filius,D.de inoff.teſt.l.25.& l. 27.C.eod.tit.*Accuſatio*,l.6.§.vlt.l.17.& l.29.§.quamuis, l.31. & l.vlt. D.de inoff.teſta.*Cauſa*, l.27.D.eod.*Lis*,l.6.D.de dot.collatio.*Quæſtio*,l.16.§.1.D.de inoff.teſt.l.8.C.de inoff.donat. *Querella*, l.87.§.Imperator,D.de legat.2.l.6.§.vlt.l.8.in prin.&.§§.ſeq.l.11. l.12.§.ſi cum, l.21. l.24.l.25.&l.31.§.1.D.de inoff.teſt.l.14.l.15.& l.18. & aliàs paſſim, C.eod.tit.l.1.l.2.l.5.l.7.& l. vlt.C.de inofficioſ.donat. *De Inofficioſo teſtamento Accuſatio*,l.27.D.de inoffic. teſt.l.11.C. eod.tit. *Actio*,l.7.l.10.l.14.& l.32.C.eod.tit.*Lis*,l.15.§.1.& l.22.D.de inoff.teſt.*Querella*, l.15.§. 1. l.35.& l.vlt.C.eod.tit.*De Inofficioſi, Cauſa*,l.8.§.ſi ex cauſa,*Quæſtio*,l.14.D.de inoff.teſt.*Querella*,l.21.§.1.D.de inoff.teſt Vetus Gloſſar.*Inofficioſi querella*,μέμψις καὶ ἀγανάκτησις. *Vt Inofficioſam voluntatem accuſare*,l.8.C.eod.

Inofficioſæ Donationes,& Dotes,Rubr.de inoff.donat.& dotib.Cod.

INNOVAT *aliquid*,l.1.§.coercere, D. de fonte. *Ius Prouinciæ non Innouat*, l.166. D. de diuerſ. reg.*Labeo plurima Innouare inſtituit*,l.2.§.Labeo, D.de orig.iur.

Innouari contra veterem formam,l.7.C.de ſeruitutibus.

INOPINATVS *fortunæ impetus*,l.5.D.vt in poſſeſſ.leg.*Si noua & Inopinata cauſa hereditatem abſtulit, veluti nato poſtumo quem heres in vtero eſſe ignorabat,vel etiam ab hoſtibus reuerſo filio, quem pater obiiſſe falſo præſumpſerat*,l.3.D.de condict.indeb.

Inopinata Seruitus, l.1.D. de act.emp. *Si aliquid Inopinatum emergat*, l.7. D.de feriis. *Incerta hæc & Inopinata turbant prouinciales*,l.4.§.rectè,D.de offic.Proconſ.*Ex Inopinato*, l.2.§.proinde,D.de fideicomm.libert.

INOPS, pauper,egenus,non Idoneus nec ſoluendo,l.26.D.de negot. geſt. l.5.§. etſi, D.de agnoſ.& alend.Vnde *Inops Debitor,& Idoneus*,aduerſantur,l.27.§.ſi minor,D.de minorib.*Ne liberalite ſua Inops fieri periclitetur*,l.50.D.de re iudic.

Inopes,onera patrimonij, ipſa non habendi neceſſitate,non ſuſtinent,l.4.§.inopes.D.de mun.& ho.

INOPIA, egestas, paupertas, penuria, l.28.§.si quis, D.de donat.int.vir. *Excusata est Inopia fideiussorum, si paupertas eos appellare non permisit*, l.8.§.igitur.D.mandati. *Inopia patroni*, l.41.D.de oper.libertor.

Si quis fideiussorum ad Inopiam peruenerit, l.26.D.de fideiussorib.

Si per Inopiam non caueat, l.1.§.si cum duobus, D.de collat.bonor.

Propter Inopiam aduersarij Inanis actio, l.6.D.de dolo. *Propter Inopiam debitoris*, l.30.§.1. D.ad L.Aquil. *Propter Inopiam eius cui solutum est*, l.17.D.de heredit.petit. *Si constante matrimonio propter Inopiam mariti mulier agere volet*, l.24.D.solut.matrim. *Propter Inopiam pupilli*, l.27.§.de inofficioso.D.de inoffic.testam. *Remissa propter Inopiam multa*, l.6.§.vlt. D.de offic.præs.

Si Inopia dignoscitur laborare, l.vlt. D. de in ius vocan. *Si nec Inopia laborantem eum creditores ostendere poterint*, l.31.D.de reb.auct.iud.

Inopia probationum, l.3.C.de reb.credit.l.1.C.de quæstionib.

INQVIETARE, turbare, vexare est. *Ei quem sine causa sæpius Inquietabit*, l.1.D.de vacatio.& excus. *A coherede relictũ quem non Inquietauit*, l.41.D.de his quæ vt indign. *Ne Iudicia eius Inquietet*, l.1.§.si parens, D.si à parente quis manum. *Dominus amplius Inquietet*, l.27.§.inquit lex, D. ad L.Aquil. *Quiescens matrimonium non debet alius turbare, atque Inquietare*, l.26. D. ad L.Iul. de adult. *Magistratum Inquietans*, l.1.§.sexum, D.de postulando.

INQVIETARI, id est interpellari, vexari, infestari. *Nec minus in mari, quàm in villa, per latrunculos Inquietamur*, vel *Infestari possunt*, l.3.§.Labeo, D.de incend.ruin. *Ne iustè sepulturæ traditum corpus Inquietetur*, l.39.D.de religios.& sumpt.

Inquietari dicitur is cui controuersia fit & quæstio infertur. *Dum à conreo meo petitur ego Inquietor*, l.4.§.1.D.de liberat.legat. *Eum qui bonis cessit, ne quidem ab aliis, quibus debet, posse Inquietari*, l.4.D.de cessio.bonor. *In sortem Inquietari debitores non debent*, l.33.D.de vsuris, id est, *appellari de sorte*, vt loquitur Valer.Max.lib.4.cap.8. *Dum super hoc ab aduersario Inquietatur*, l.1.D. de vtrubi. *Qui Fauiana Inquietetur*, l.1.§.sed si rem, D. si quid in fraud.patr. *Proprietatis dominus ne Inquietetur*, l.5.§.vlt.D.si vsusfr.pet. *Consuluit ei vt minus Inquietetur*, l.2.§.coartari, D.ad Sc. Tertyl. *Inquietari prohibetur*, l.13.§.agrum, D. de re milit. *Hoc nomine vxorem Inquietari nolo*, l.34.§.Gaius, D.de legat.2. *Ob maritorum culpam vxores Inquietari leges vetant*, l.2.C. ne vxor pro mari. *Pro filio patrem Inquietari non posse iure manifestissimum est*, l.3.C.ne fil.pro patre. *Inquietanda non est*, l.1.C.de præscrip.long.tẽp. *Et si per viginti annos non fuerit Inquietatus*, Paul.lib.5.Sent. Tit.2.

Nec personæ modò sed & bona *Inquietari*, ob debita dicuntur, l.5.C.an seruus ex suo fac. *Inquietari donationes*, l.1.C.de reuocand.donat.

INQVIETVDO, l.2.C.de long.temp.præscrip. *Inquietudinem sustinere*, l.5.C.de ingen.manum. id est, *Inquietari nulla ei molestia vel Inquietudine Inferenda*, l.36.C.de donationib.

INQVILINVS est, qui conductis ædibus habitat: & propriè vrbani prædij conductorem significat, l.37.D.de adquir.possess.l.vlt.D.de migrando, l.4.§.Prætor ait, & l.13.§.qui damni, l.18.§.1.l.21.l.28.D.de dam.infect. l.4.§.si quis, D.de censib.l.17.D.quod vi aut clam, l.19.§.si inquilinis, & l.25.§.si vicino, & l.58.D.locati, l.3.§.cum Inquilinis, D.vti possidet.l.2.D.in quib.cau.pig.l.20.D.de pignorib.l.1.C.de repud.hered. *Insulæ conductorem* appellat l.53. D. de action.emp. Ac planè Appian.lib.2.Bellor.ciuil. *Inquilinum*, Romanorum lingua, appellari scribit τὸν ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις ἐνοικοῦντα. Vnde à *Colono*, id est, fundi conductore, *Inquilinum* separari docuimus s. lib.2.vt & confirmat l.25.§.1.D.de adquir.poss.l.6.§.1. D.de precario, l.1.§.1.D.de migrando.

Circa Inquilinorum insulæ personas, l.27.§.Proculus, D.ad L. Aquil. *Cùm Inquilinis suis dominus ædium cauere possit*, l.13.§.de illo, D.de dam.infec.

Superficiarius quasi Inquilinus est, l.3.§.si ego, D.de oper.no.nunc.

Nec verò totius modò Insulæ, sed & Cenaculi conductor, *Inquilinus* appellatur, l.3.§.vlt. D.de offic.præf.vig.

Inquilini Castrorum, l.17.§.vlt.D.de excusationib.

Inquilini etiam pro his qui prædiis adscribuntur, iisque adhærent in l.112.D.de legat.1. Sanè eleganter Seneca, Epist.108. eos qui multis annis apud Philosophos persederint, pertinacissimos quidem & assiduos, sed, qui ne colorem quidem duxerint, non *discipulos Philosophorum*, sed *Inquilinos*, vocat.

INQVINARE *amplissimum ordinem*, l.1.D.de collus.deteg. *Si lolium aut auenam in alienam segetem iniecerit, quò eam Inquinares*, l.27.§.inquit lex, D.ad L.Aquil. *Si quis vestimenta sciderit vel Inquinauerit*, dic.l.27.§.si vestimẽta. *quos scelus aut vitæ turpitudo Inquinat*, l.2.C.de dignitatib.lib.12.

INQVIRERE, inuestigare, excutere, scrutari.

Inquirere Iudex debet, l.13.§.iudex, D.ad L. Iul. de adult. *hoc Prætor Inquirere debet*, l.8. D. de confirm.tut. *non Inquirit Prætor*, l.1.§.1. D.de itin. actúque. *Si Prætor non de omnibus Inquisierit quæ oratio mandat*, l.8.§.si prætor, D.de transactionib. *Inquiri facultates*, l.3.C.qui bon.non cess. *Inquirere fortunas contutoris*, l.55.§.vlt.D.de admin.& peric.

Inquirere fugitiuos, id est, inuestigare, conquirere, l.1.§.& l.3. D.de fugitiu. *Inquirere ex vicinis ciuitatibus honestissimum quemque*, l.24.D.de tutor.& curator.

Inquirere nomina, l.1.§.si præses, D.de magistrat.conueniend. *Si ego in Titium Inquisii*, l.6.§.si tu, D.de furt. Seneca lib.1.de Beneficiis. *Nomina facturi diligenter in patrimonium & vasa debitoris Inquirimus. Inquiri in eum qui matris testamento datus est tutor*, l.4.D.de testamēt.tute. *Vt veritas Inquiratur*, l.17.D.si quis caution.

Ad Inquirendas res suas, l.1.D.de vsurpat. *Species & causas fugitiuorum Inquirere*, l.44.§. quæsitum, D.de adquir.possess. *Inquiri rationes eorum quæ constituuntur*, l.21.D.de legib.

Tertullianus in Apologetico, *Solum Christianum Inquiri non licet. In reum Maiestatis Inquiri prius conuenit, quibus opibus, &c.* Paul.lib.5.Sentent. Tit. 29.

In principio quæstionis personæ debet Inquiri Procuratoris, l.24.C.de procuratorib. *Non Inquiretur vtrum*, l.13.§.qui damni, D.de dam.infec.

Inquisita fide, l.5.C. de adquir.possess.

Inquirendi causa, quod vulgò dicimus *ad informandum*, Cicer.3.& 4.in Verrem.

Inquirere venas metallorum, l.13.§.inde, D.de vsufructu.

INQVISITIO, id est disquisitio. *Eius rei Inquisitio arbitrio cognoscentis committitur*, l.1.§.1.D.ad Sc.Turpil. *Inquisitio veritatis*, l.18.C.de solutionib.

Pli.Epist.2.lib.8. *Inducti in Senatum inquisitionem postulauerūt*, idest vt vulgò loquimur *Permissionem informandi*. Idem Epist.9.lib.3. *nominatímque in eos Inquisitionem postulauerunt*. Rursus Epist.29.lib.6. *Quæsitum est an danda esset Inquisitio*. Item Epist. 20. lib.5. *Inquisitionem mandare*. Tertull. Apoleget. *Atqui inuenimus Inquisitionem quoque in vos prohibitam.*

Inquisitionis fides, l.28.§.vlt.D.de testam.tut.l.13.§.vlt.D.de tutor.& curat.

Ex Inquisitione dari confirmarique Tutor, Curatórve dicitur, qui, causa cognita, & moribus, fide, facultatibus, eius æstimatis, Magistratuum decreto datur vel confirmatur, l.1.§. quotiens, D.de vent.in poss.mitt.l.14.§.siue autē, D.de solutionib. l. vlt. C.de auctor. præst. l.4. C. de tutor. qui satisd. cog. *Decreto Prætoris, vel Consulis ex Inquisitione confirmatus tutor*, l.2.D. de confir.tut. *Datus tutor*, l.2.D.de tut.& curat.dat.

Ex Inquisitione curatores creare, §.sed hoc iure, Institut.de Attil.tut. *Datus Tutor*, l.7.§.1. D.de confir.tuto. *Dati tutores*, §. item ex inquisitione, Institut.de satisd.tut.

Si ex Inquisitione propter rei notitiam libertus fuerit datus tutor, l.1.§.si pupillis, D. de tutel.& rat.

Ex Inquisitione, &, *non ex Inquisitione dari Curator*, opponuntur, l.8.D.de curatorib.furio.

Per Inquisitionem idonei pronuntiati, l.5.D.de confir.tut. *Citra Inquisitionem confirmare*, l.6. D. de confirm.tut.

Inquisitione per Prætorem habita, l.vlt.in fi.D.qui petant.tut.l.1.C.de confirm.tut.

Inquisitio fugitiuorum, l.vlt.D.de ser.fugit.

Diligens Inquisitio rei quæ sub custodia nostra est, l.3.§.Nerua, D.de adquir.possess.

Inquisitio scrupulosa, l.119.D.de legat.1.

Inquisitor, qui inquirendi in reum causa, in prouinciam mittitur, apud Plinium, Epist.9. lib.3.

INREVERENS *miles*, l.13.§.inreuerens, D.de re milit.

INSANI, qui sanæ mentis non sunt, l.7.§.1.D.ad L.Iul.maiestat.

Insanorum more per vicos deridenda loqui, l.4.D.de ædil.edict. *Si ex Insania processit, miseratione dignissimum est*, l.1.C.si quis Imper.maled. Insanus autem à Furioso, Insania quid à furore distet, vide Cicero 3.Tuscul.

INSCIENS id est *Ignarus*, vt Donatus interpretatur in Phormionem Terent. Act.1. Sc.2.

Insciente domino, l.2.D.de noxalib. *Socio*, l.55.D.pro socio.

Peculiares res etiam Inscientes vsucapere solemus, l.29.D.de captiuis.

INSCIENTIA id est, imperitia, ignorantia, l.28.in fi. D.de iudic. Quod verbum in Ciceron. Rhetoricis frequens librariorum ignorantia deprauauit.

Inscientia medici, id est, imperitia, l.52.D.ad L. Aquil.

INSCIVS *Pater*, l.44.§.non obest, D.de ritu nupt.

INSCRIBERE, in crimen ſubſcribere eſt, quæ res ſimilitudine ſupplicij accuſatores obligabat, l.vlt.C.de iniur. Vnde *Inſcriptio* pro *ſubſcriptione* illa, quæ ab accuſatore fiebat, l.15.§.qui poſt inſcriptionem, D.ad Sc.Turpill.l.1.C.eod.tit.l.8.C.vnde vi, l.1.& l.19.C.qui accuſ.non poſſ.Symmach.Epiſt.49.lib.1.*Quid habeat condicionis Inſcriptio, noſtis præ cæteris, iuris publici conditores, &c.Prouiſum enim eſt ne quis temere in alieni capitis diſcrimen irrueret, ni ſe idem prius pœnæ ſponſione vinciret.*

Inſcriptionum libelli, l.2.§.vlt.D.ad L.Iul.de adult.l.3.in prin.& §.1.D.de accuſationib. *Inſcriptionum pagina*, l.3.C.qui accuſ.non poſſ.

Inſcribere Nomen inſtrumento, l.5.C.ſi quis alteri vel ſibi.*Non pati nomina ſua Inſtrumentis Inſcribi*, l.5.§.vlt.D.de auctor.& conſ. *Sublato alieno nomine, Inſcriptóque ſuo*, l.36.D. ad municip.

Inſcriptio etiam titulum operi alicui præfixum ſignificat, l.2.& l.3. in fi.D.de operib.publ.

Inſcriptiones monumentorum, l.6.C.de religioſ.& ſumpt.

Inſcribi nomen operi publico, l.3.D.de operib.publ.*Nomina*, l.2.§.vlt.D.eod.tit.

INSCVLPERE. *Si Inſculpenda gemma data ſit*, l.13.§.ſi gemma, D.locati.

INSECTARI *Calumnioſis criminibus Innocentes*, l.6.§.ne potentiores, D.de offic.præſid.*Famam alienam, libello dato principi, vel alij*, l.15.§.ſi quis libello, D.de iniuriis.

INSEPVLTVS *Iacere*, l.14.§.ſed interdũ, D.de religioſ.*Vxorem Inſepultam relinqui*, l.28.D.eod.tit.*Ne Inſepulta corpora iacerent*, l.12.§.prætor ait, D.eod.tit.

INSEQVI.*qui tacitus frequenter Inſequitur*, l.15.§.aliud eſt, D.de iniuriis.

Inſequi dicitur quod poſtea contingit & euenit. *Antequam mors Inſequatur*, l.32.D.de mort. cau.donat.*Cùm mors Inſequetur*, l.11.§.1.D.de donation.int.vir. *Cùm mors fuerit Inſecuta*, l.2.D. de mort.cau.donat.*Si mors ſit Inſecuta*, l.13.D.mandati.*Morte Inſecuta*, l.42.§.vlt. D. eod. tit. l.34.§.vlt.D.mandati, id eſt, *morte ſecuta*, vt l.18.§.Titia, & l.40.D.de mort.cau.donat.

Inſequens gradus, id eſt, ſequens, apud Vlpian.Tit.27.Regular.

Inſecuta Obligatio, l.13.C.de donat.inter vir.*Inſecutæ nuptiæ*, l.7.§.vlt. & l.10. D. de condic. cau.da.l.43.D.de iur.dot. *non Inſequutis nuptiis*, l.8. C.de teſtam. manumiſſ. *Inſecuta ratihabitione*, l.7.D.rat.rem hab.

Inſequentis anni, l.35.§.vlt.D.locati.*Temporis quod Inſequitur periculum*, l.11.C.arbitr.tut. *Temporis quod Inſecutum eſt vſuræ*, l.9.§.Imperator.D.locati. *Inſequentia tempora*, l.7.§. vlt. D.de edendo.

INSERERE *Condicionem Teſtator*, l.19.§.1.D.de condic. & dem. id eſt *addere*, vt l.9. D. de hered.inſtit.*Inſerere condicionem legato*, l.11.D.de legat.

Inſeri condicio, l.44.§.1.D.de obligat.& actio. l.8.& l.9.D.de condic.inſtit.& l.9.§. tãtumdem, D.de hered.inſtit.*Inſerta conditio*, l.2.D. de condic.& demonſtrat. *Fideicommiſſo vel legato*, l.5.C.quando dies legat.

Codicillis hæc verba Inſeruit, l.78.D.ad Sc.Trebel.*Pro condicione hæc verba Inſeruiſſe*, l.2. D.de condicion.inſtitut.*Propter Inſerta fideicommiſſaria verba*, l.29.D.ad Sc.Tertyl.*Inſeruntur poſtremis iudiciis*, l.14.C.de donat.int.vir.

Venditor eam legem Inſeruit, l.vlt.§.1.D.de reſcind.vendit. *Venditioni Inſeruit pactum conuentũ*, l.vlt.D.de ſeruit.export. *Conuentio quæ cottidie Inſeri ſolet cautionibus*, l.15.§.1.D.de pignorib.

Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus Inſeruntur, l.81.D.de diuerſ.regul.& l.56. D. mandati.

Inſererè Perſonas, l.vlt.D.de liber.cau.*Inſeritur Perſona pacto*, l.7.§.pactorum, D.de pact. *Inſeri nouiſſima parte pactorum*, dic.l.7.§.quod ferè.*Inſertum doti pactũ*, l.10.C.de iure dot. *Inſertũ pacto*, l.3.C.ſi mancip.*Inſerta pactis pœna*, l.41.C.de tranſactionib.

Inſertum arbitrium Stipulationi, l.3.C.de dot.promiſſ.*Inſertus dies Stipulationi*, l.13.§.vlt. D.de damn.infec.l.118.§.1.D.de verb.oblig.*Inſeri Stipulationi Exceptio*, l.39.§.alieno, D.de damn. infec.*Inſertum nomen Stipulationi*, l.12.D.ſolut.matrim.*Loca Inſeri Stipulationi ſolent*, §.loca, Inſtit.de verbor.oblig.*Omnia quæ Inſeri Stipulationibus poſſunt*, l.7.D.de reb.cred.

Inſeri Inſtrumentis, l.18.C.de probationib.

Inſerere libello Epiſtolam, l.1.C.de contrah.& committ.ſtip. *Inſerere pacti exẽplum*, l.15. C. de tranſactionib.*Inſertum reſponſum*, l.39.§.1.D.de legat.3.*Inſertum eſt Edicto*, l.5.§.vlt. D. de collat.bonor.*Mandatis Inſeri cœpit caput tale*, l.1.D.de teſtam.mil.

INSIDIÆ *Piratarum*, l.18.D.commodati.*Inſidias vitæ prioris domini ſtruxiſſe*, l.30.D.mandati, *Quòd Inſidias detexerit*, l.15.§.1.D. de manumiſſ. vindic. *Malo leto perituros Inſidiis eorum qui ſcopulos poſuiſſent*, l.9.D.de extraord.crim.*Inſidiis medici necatus*, l.5.§.vlt.D.de Sc.Silania.

Inſidiis perimi, l.5.C.de his quæ vt indign.*In Inſidias deductus exercitus populi Rom.* l.4.D.ad

L.Iul.maiest. *Multorum Insidiis expositum minorum ætatium consilium*,l.1.D.de minorib.

Insidiæ Ædificiorum, §. sexta deinde Epist. de vet. iur. enucl. *Si qua opera mœnibus, vel publicis operibus, ita sociata cohærent, vt ex his incendium, vel Insidias vicinitas reformidet*, l.13. C.de operib. publ.

INSIDIARI,est insidias struere. *Hominem homini Insidiari nefas*,l.3.D.de iustit. & iu. *Si seruum tuum latronem mihi Insidiantẽ occidero*, l.4. D.ad L.Aquil. *Qui saluti dominorum suorum Insidiauerint*,l.28.§.igni,D.de pœnis. *Qui veneno vel quo alio more Insidiãtur*,l.1.§.occisorũ, D.de Sc.Sil. *Id egerit, vt genero Insidiaretur*,l.84.D.de iure dot. *Qui pudicitiæ impuberis Insidiari possunt*, l.5. D.vbi pupill.educ.

INSIDIOSA *loca*,l.36.§.1.D.de rei vindic.l.4. D.de mort. caus. donat. *Insidiose dissimulare*, l. 43.D.de contrah.empt.

INSIGNIS *calamitas*,l.10.D.qui satisd.cogant.id est notabilis.

Insignis dies,l.8.D.ad Sc.Turpil.id est celebris & festiuus. *Insignes Latrones*, l.16. D. de appellationib.id est, *famosi*,vt l.28.§.famosi,D.de pœnis.

INSIGNIA *Consularia*,l.2.in prin.D.de his qui not.infam. *Proconsularia*, l.1.D.de offic. Proconsul. *Militaria*,l.2.§.sed si ita,D.de his qui not.infam.

Insignia Magistratuum,l.1.§.casum, D.de postuland. *Ordinis*,apud Paul.lib.5.Sentent.Tit.15. Cicer.pro Sextio,*Se illis fascibus, ceteriſq; Insignibus summi honoris, atque imperij, esse ornatos*.Idem Epist.1. ad Q. Fratrem, *Maioráque præferant fasces illi ac secures, dignitatis Insignia, quàm potestatis*. Liuius,lib.9. *Confestim Insignia sua Coss. fasces, lictores, arma, equos misit*. Appian.lib.1.bellor.ciuil.Σύμβολα τῆς ἀρχῆς vocat.Dion verò lib.38. σημεῖα τῆς ἀρχῆς, & κοσμήματα τῆς ἡγεμονίας.

Insignia luctus,l.15.C.ex quib.caus.inf.irr. *Vtriusque causæ quædam habebat Insignia*. Instit.de donationib.

Insignibus Illicitis vsus,l.27.§.1.D.de lege Corn.de falsis.

INSINVARE *voluntatem suam testator*,l.11.§.si ita quis,D.de legat. 3. id est, heredibus notam facere.

Insinuare etiam est apud Magistratus actis interuenientibus intimare & publicare, l.30.C. de donationib.

Insinuari donationes,id est,*interueniente actorum* seu *gestorum testificatione confici*,vt l.25. §.vlt. & l.27.D.de donationib.seu *Actis Intimari*,vt loquitur,l.16.C.de sacrosanct.Eccles.

Insinuari Actis donationes,l.31.D.de donationib. *Insinuari Actis interuenientibus*,§.& cum retro.Inst.eod.tit. *Gestis interuenientibus Insinuatæ donationes*,l.36.§.vlt.D. de donationib. Denique *Insinuationem, actorum testificationem vocat*,l.17.C.de donationib.ante nupt.

INSISTERE *Possessioni*,l.1.D.de adquir.possess.

INSITA *Condicio, legato*,l.82.D.de condic.& dem.id est,iniecta,seu inserta.

INSOLENTIA *curiosa*,l.sib.D.de vsuris.

INSOLITVM *est*,l.18.D.de minorib.l.2.C.de quæstionib.

Insolitum esse fieri,l.27.D.de pœnis.

INSPECTARI *Condicio*,id est,inspici & spectari.l.12.D.de vsuris.

INSPICERE *Tabulas Testamenti*,l.1.& l.2.D.de testam.quemadm.aper. *Tabulas, literas & rationes mortui*,l.29.& l.39.D.de adquir.vel omitt.

Inspici Acta, l.2.C.de edendo. *Instrumenta*,l.5.D.de iur.deliber. l.4.D. de edendo, l.4. C. eod.tit. *Tabulæ*,l.9.§.1.D.ad leg.Iul.peculat.

Inspectis verbis Testamenti, l.1.D.testament.quemad.aper.l.6.D.de transactionib.

Inspicere prædium antequam emptio contrahatur, l.9. D. de peric. & commod. & *Inspicere ædes venales*, Plaut.Mostellar.Act.33.Sc.2. *Domum venalem*,apud Sueton.in Othon.cap.6. *Fundum*, apud Cicer.lib.1.de Orat. & *Hortos*,apud eumdem,Epist.1.lib.13.ad Attic. *Ædes sacras & opera publica circumire, Inspiciendi gratia an sarta tecta quæ sint*,l.7.D.de offic.proconsul. *Inspectis Ædificiis*,l.7.D.de offic.præsid.

Si rem tibi Inspiciendam dedi,l.17.§.Papinianus,D.de præscript.verb.l.78.D.de furtis.

Inspicere prægnantem,l.1.in prin.D.de inspic. vent. vulgò *visitare* dicimus. *Prætor domum honestæ matronæ eligere debet in qua veniat mulier vt possit Inspici*,l.1.§.& notandũ. Eóque sensu *Inspici virginem*,apud D.Ambros.Epist.64.lib.8. *Inspicere valetudinarios*,l.12.§.vlt.D.de re milit. *Inspici Iumentum*, l.38.§.vendendi, D. de ædil.edic.

Inspicere sigilla,l.7.D.testam.quemadm.aper.id est intueri.

Inſpicere, id eſt, ſpectare. *Conditionem Teſtium tunc Inſpicere debemus*, l. 22. §. 1. D. qui teſtam. fac.

Inſpici, id eſt, ſpectari, l. 6. C. de inoff. teſt. *Inſpici fundus inſtructus.* l. 28. D. de inſtr. vel inſtr. *cuius mors Inſpici debeat*, l. vlt. D. de mort. cau. donat.

Inſpicitur perſona domini, l. 82. §. ſeruo, D. de legat. 2. *Ius heredis Inſpiciendum eſt*, l. 49. D. de hered. inſtit. *Inſpiciendum eſt tempus*, l. 17. §. vlt. D. qui & à quib.

Inſpicere, id eſt, diſpicere, excutere, examinare. *Ad Iudicis religionem pertinet, vt Inſpiciat*, l. 2. D. ſi vſufr. pet.

Inſpiciendum à Prætore, l. 11. §. item quæritur, D. de minorib. id eſt, perpendendum & excutiendum. *Inſpecta ſingulorum perſona*, l. 1. §. ſi autem, D. ad Sc. Trebell. l. 1. D. de vſufru. adcreſc. *Inſpecta perſonarum qualitate*, l. 1. C. vbi pupill. educ. *Inſpecta condicione legatarij*, l. 23. D. quando dies legat.

INSPECTOR, cui venalis res, pretij exquirendi explorandíque gratia, vel ſtatuendi apud ſe an emere velit, inſpicienda datur, l. 10. §. 1. D. commodati, coniuncta, l. 17. §. Papianus, D. de præſcript. verb.

Inſpectores, alio ſenſu in Rub. de cenſib. & cenſitorib. & peræquatorib. & inſpectorib. lib. 11. C. & l. 2. de indulgẽt. tribut. in C. Theodoſ. l. 31. & l. 33. de anno. in eod. C. Nou. Th. & Valent. de releuat. adærat. nimirum qui ad inſpicienda prouincialium prædia, releuandáque, vel cenſitioni ſubiicienda, à Principe mittebantur. Vet. Gloſſar. Græc. *Inſpector* ἐπόπτης, ὁ ἐξισωτής.

Inſpector ſeu peræquator, l. 6. de conlat. donatar. in C. Th. Nou. Th. & Valent. de indulgent. reliquor.

INSPECTIO, in quæſtione Tituli quemadm. teſtam. aper. *etiam Lectionem tabularum indicat*, l. 2. §. ſi dubitetur, D. teſtam. quemadm. aperiant. *Inſpectio rationum*, l. 4. C. de fide inſtrum.

Inſpectio virginis, & genitalium ſecretorum, apud D. Ambroſ. Epiſt. 54. pro *viſitatione*, vt vulgo loquimur.

Inſpectio & peræquatio, l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iudicior. Nou. Theod. & Valentin. de poſtulando. *Inſpectiones diſcuſſionéſque*, l. 11. & l. 12. de cenſitorib. peræquatorib. in C. Th.

Inſpectio pro viſione, & quod Græci θεωρίαν dicunt, l. 63. §. quòd ſi ſeruus, D. de adquir. rer. dom. l. 44. D. de oblig. & act. l. 31. §. 1. D. depoſiti.

Inſpectatio, l. 12. §. ſi quis ſeruum, D. de captiu. & poſtlim.

INSTANT *Creditores*, l. 1. §. hoc autem, D. de ventr. in poſſeſſ. id eſt. vrgent. *Inſtandum Accuſatori*, l. 18. §. in ea, D. de quæſtionib. *Inſtantibus libertis*, l. 22. D. de his quæ vt indign. *Negotio gerendo inſtet*, l. 3. D. de inſtitor.

Inſtans periculum, l. 6. D. de mort. cauſ. donat. id eſt, imminens, & impendens.

Inſtans æſtas, l. 1. §. is autem, D. ne quid in flum. publ. id eſt præſens & eius temporis quo interdictum redditur.

Inſtantis Anni, l. 7. §. Papinianus, D. ſolut. matr. id eſt anni quo fit diuortium, ſeu *Anni currentis*, vt paſſim loquimur. *Ab Inſtanti octaua Indictione*, l. 173. de decurionib. in C. Th.

Inſtanter & ſæpius petere, l. 1. D. de libellis dimiſſor.

INSTANTIA, diligentem & aſſiduam debiti repetitionem, flagitationem, exactionémque ſignificat. *Si omiſſa eſſet debiti repetendi Inſtantia*, l. 32. D. de vſuris.

Inſtantia creditoris reciperati ſunt culei, l. vlt. §. vlt. D. de pigner. act. *Præſes Prouinciæ efficaci Inſtantia compellet*, l. 6. C. de poſtlim. reuerſ. *Cum Inſtantia humanum ſe exactorem præbere*, l. 33. D. de vſuris. *Inſtantiam repetentis dimiſſorias conſtitutiones deſiderant*, l. 1. D. de libell. dimiſſor. *Reus putans ſe bona Inſtantia vti*, §. 1. Inſtit. de pœna. tem. litig.

Inſtantia à lite ſeparatur, *Salua quidem lis eſt, verùm Inſtãtia tantùm edicti perierit*, l. 73. §. circumdacto. D. de iudiciis.

INSTAR. *Inſtar quoddam & quaſi facies quædam operis*, l. 21. §. opus autem, D. de oper. no. nunciat. *Inſtar ſceleris eſt*, l. 16. D. de pœnis. *Inſtar habet condicionis ſermo*, l. 120. D. de verb. oblig. *Inſtar iudicij habet iuſiurandum*, l. 26. §. vlt. D. de iureiurando.

Inſtar Actionum habent ſtipulationes prætoriæ, l. 10. §. vlt. D. de compenſationib. l. 32. D. de obligat. & act. *ex omnibus cauſis quæ Inſtar habent venditionis*, l. 3. §. ſi quis ex mandatu, D. de itin. actúque pri.

Inſtar donationis inducit, l. 46. D. locati. *Donationis an legati Inſtar obtinere*, Inſtitut. de donationib.

Inſtar legatorum obtinent, l. 17. D. de mort. cauſ. donat. *Inſtar rei iudicatæ obtinere*, l. 2. C. de iur. fiſci.

Ad Instar actionis institoriæ, l. vlt. C. de institor. & exercit. *Ad Instar decreti*, l. 2. C. quando decreto. *Ad Instar interdicti*, l. 4. C. vnde vi, l. vlt. C. de liber. exhib. l. vlt. C. de act. empt. *Ad Instar inofficiosi testamenti*, l. 5. C. de inoffic. dotib.

Ad Instar legitimi filij, l. 4. C. de naturalib. liber. Quæ loquendi figura vt Imperatoribus placuit, ita bonis latinitatis auctoribus improbatum testatur. Seruius in 2. lib. Æneid. his verbis, *Instar nomen est indeclinabile, licet Probus declinauerit, vt nectaris: & caret præpositione, sicut peregrè: quamuis Serenus Lyricus ad Instar dixerit.*

INSTAVRARE, est redintegrare, seu ex integro quid facere.

Instaurare accusationem, l. 3. C. ad Senat. Turpill. *Instaurare agonem*, l. 1. C. de expens. publ. lud. *Instaurare mandatum*, l. 56. §. non ideò, D. mandati. *Instaurare ædificia*, l. 29. C. de locato. Seruius in 2. Æneid. ad hæc verba, *Instar montis, Instar*, ait, *est ad similitudinem. Vnde non Restaurata, sed Instaurata dicuntur Ædificia, ad antiquam similitudinem facta.*

Instaurantur actiones, l. 14. D. quæ in fraud. cred. *Instaurari causa*, l. 7. C. de iur. & fact. ignor. l. 2. C. quib. ex caus. maior. *Crimen*, l. 4. D. ad Sc. Turpil. *Finita*, l. 5. C. de re iudic. *Semel finita*, l. 1. C. de abolitionib.

Instaurari lis, l. 39. C. de transactionib. *Instaurandæ litis materiam non dabit*, l. 20. D. de tutel. & rationib.

Instaurari quæstiones, l. 13. C. de transactionib. *Querellam*, l. 6. C. de transactionib.

Instaurato matrimonio, l. 62. §. 1. D. de donat. inst. inter vir. id est, redintegrato.

INSTAVRATIO *Causæ*, Paul. lib. 5. Senten. Tit. 5. *Litis*, l. 1. C. si aduers. libert. l. 20. C. de euictionib. *Militiæ*, l. 6. C. de re milit. *Negotij*, l. vlt. C. si aduers. transaction.

INSTIGARE *accusatorem*, l. 1. §. D. ad Sc. Turpil.

Instigationibus nouercalibus corrupti, l. 4. D. de inoff. test.

INSTIGATOR *accusationis*, l. 20. D. de his qui not. infam.

Instigatus, pro Instigatione, l. 1. §. sed etsi, D. si quadrupes pauper.

INSTIMVLATI *falsò parentes*, l. 3. D. de inoff. test.

INSTINCTVS *pro instigatu*, & impulsione, l. 5. D. de extraord. criminib. *Instinctu Libidinis*, in Lege Dei. Tit. 6.

INSTERNERE. *Quæ Insternendi, Iniiciendíve causa parata sunt*, l. 23. §. 1. D. de auro argent.

INSTITOR *est qui Tabernæ, locóve, ad emendum, vendendúmve, præponitur: quíque, sine loco, ad eumdem actum præponitur*, l. 18. D. de institoria. *appellatus ex eo, quòd negotio gerendo instet: nec multum facit, Tabernæ sit præpositus, an cuilibet alij negotiationi*, l. 3. D. eod. tit. *Cuicumque enim negotio præpositus sit, Institor rectè appellabitur*, l. 5. D. eod. *Qui negotiationibus præponuntur, Institores vocãtur*, §. 1. Instit. quod cum eo. Vetus Glossar. *Institor*, ὁ ταξιάρχος ἐργασείᾳ. *Si Institor erit seruus, & operis eius vtar in Taberna, mercibus emendis, vendendísque*, l. 28. D. de vsu & habit. *Seruus Institor Dominicæ mercis*, l. 37. D. de administr. & peric. *Si homo prouincialis seruum Institorem, vendendarum mercium gratia, Romæ habeat*, l. 19. §. apud, D. de iudiciis. Seneca lib. 6. de Benefic. cap. 38. *Institores delicatarum mercium iuuentus corrupta locupletat.* Ouid. lib. 1. de arte aman. *Institor ad dominam veniet discinctus emacem.*

Prætereà Seruus mutuis pecuniis dandis & pignoribus accipiendis præpositus, *Institor* appellatur, l. vlt. D. quod cum eo. *Si dominus qui seruum Institorem, apud mensam, pecunias accipiendis habuit*, l. 19. §. 1. D. de institor. Proinde mensæ nummulariæ præpositum libertus, *Institor* appellatur, l. vlt. D. de institoria. Sed etiam eos *Institores dicendos placuit, quibus vestiarij, vel lintearij dant vestem circumferendam & distrahendam, quos volgo. Circitores appellamus.* Item *fullonum, & Sarcinatorum præpositus, Muliones, stabularij quoque, nec non seruus à Tabernario ad merces cõparandas peregrè missus, Institorum loco habendi sunt*, l. 5. §. 1. D. de institor.

Institores Cauponum, & Stabulariorum, l. 1. §. caupones, D. naut. caupo. l. 13. & l. 15. D. de instr. vel instrum. Seneca lib. 6. de Beneficiis cap. 17. *Sordidißimorum quoque artificiorum Institoribus supra constitutum aliquid adiicimus.*

INSTITORIA *Actio tunc locum habet*, vt Iustinian. in §. 1. Instit. quod cum eo, scribit, *cùm quis Tabernæ fortè, aut cuilibet alij negotiationi, seruum præposuerit, & quid cũ eo, eius rei cui præpositus erit, contractum fuerit.* Tit. de Institor. D. & Cod. l. 3. §. contractum, D. ex quib. caus. in poss. l. 4. D. de minorib. Vet. Glossar. Græcum, *Institoria*, ἀγωγὴ κτ τὸ ἐνφήσαντος τὸν αὐτῦ ὑπεξούσιον, εἰς καπηλεῖον ἢ ὁμοῖον.

Sed & *utilis ad exemplum Institoriæ Actio datur*, in specie l. 16. & l. 19. D. de institoria, l. 5. & l. vlt. C. eod. tit. & l. 13. §. procurator. D. de action. emp. & l. 31. D. de negot. gest.

INSTITVERE, interdum significat intendere, inferre, mouere. & ita, *Instituere Actionem*, l. 2.

l.2.D.de action.rer.amot.l.5. D. de except. rei iud.l.21.§.nos autem, D. de pactis, l.36.D. de rei vindicat.l.34.§.qui inuita, D.de legat.2. l.43. D. de iniuriis, l.11. §.1. D. de act. rer. amot.l.3.C.de inoffic.testam.l.1.C.de magistr.conuen.l.6. C. de administr. tut. l.1.C. si tut. vel curat. l.1.C. de obseq. pat. apud Paul.lib.5.Sententiar. Tit. 4. *Actiones*, l.40.D.de procuratorib.

Instituí Actio, l. 1.D.de interrogationib.l.1.C.de precar. *Instituta Actio*, Paul.lib.5.Sentēt. Tit.12.*Instituta Actione*, l.11.§.1.D.de interrogationib.*Institutis Actionibus*, l.12.§.vlt.D.de eod. tit.

Instituere Accusationem, l. 14. §. 1. & §. si patris, D. de bon. libertor. l.22. D. de his quæ vt indign.l.5.& l.7.§.1.D. de accusationib.l.4.§.vltim.l.9.§.1.l.13.& l.17.§.sed etsi,D.ad Legem Iulia.de adulter.l.2.l.16.l.21.& l.26.C.eod.l.15.C.de his qui accus.non poss.l.3.C.ad L. Iul.de vi pub.l.18.C.ad L.Corn.de falsi.l.3.C.si reus vel accusat.l.4.C.de noxalib.act.l.10.C. de his quæ vi.

Instituí Accusatio, l.1. D.de liber.hom.exhib.*Instituta Accusatio*, l.8.C.de his quæ vt indig. l.9.C.de contrah.& commit.stipulat.l.10.C.ad Leg.Corn.de falsi.l.1. C. ad L. Fab. de plagiar.l.2.C.de gener.abolit.& l.vlt.C.ad Sc.Turpill.*Si accusatio alicuius publicè Instituta sit*, l.4. §.1.D.de legationib.

Instituta Inofficiosi testamenti accusatione,l.6.& l.29.§.vlt.&§.quamuis,D.de inoff.testam.*Instituta de inofficioso testamento accusatione*,l.27.D.eod.tit. *Post Institutam accusationem*, l.31.§.Seia, D.de adimen.legat.

Instituere Crimen,l.3.C.de his qui accus.non poss.l.1.C.de crim.stellion. *Institutum crimen*, l.3.C.de ord.iudicior.*Falsi crimine Instituto*,l.14.C.de inoff.testam.

Instituere Iudicium,l.vltim. D. de actio. rer. amot. *Instituí Iudicium*, l.vlt. D.de actio.rer. amot.

Instituere litem,l.10.D.de iudiciis,l.9.§.denique,D.de adminis.& peric.l.15.§.vlt.D.de inoff.testam.

Instituere Litem, & peragere, diuersa facit,l.22. D.de inoff. test.altero enim verbo initium & exordium litis,altero finis & exitus significatur.*Non sufficit litem Instituere, si non in ea perseueret*,l.15.§.1.D.eod.tit.*Instituta lis*, l.57.§.vlt.D.de condict.in reb.id est,inchoata & nondum peracta.

Instituere inofficiosi Querellam,l.8.D.de bonor.poss.contr.tab. l.8. in princ.l.21.& l.25.§.vlt. D.de inoff.test.l.3.C.eod.tit.& apud Paul.lib.4.Sentent.Tit.5.*Rectè Instituta petitio*,l.28.D. de excusationib.

Instituit Agere,l.5.& l.9.D.de except.rei iud.l.135.§.vlt.D.de verb.oblig. l.47. D. ad Leg. Aquil.l.84.§.qui seruum,& §.cùm pater,D.de legat.1.l.66.D.de fideiussorib. l.11. D.qui satisdar.cogant.id est,cœpit,vt l.6. §.idem Iulianus,D.comm. diuid. *Populus sine iure certo primùm agere instituit*,l.2.D.de orig.iur.

Instituit accusare,l.4.& l.11.§.socer,D.ad L. Iul.de adult. *Instituit Petere*, l.22. D. ratam rem hab.l.15.D.de fideiussorib.

Cùm filius ademptum legatum Instituerit petere,l.12.§.si cùm, D.de inoff.testam.id est,*cœperit*,vt eadem l.§.si à statulibero. *Libertus duos patronos habere Instituit*,apud Paul.lib.3.Sentent.Tit.2. *Quantum dare filiæ Instituerat*,l.vlt. D.de in rem ver. *Cùm Testamentum aliud facere Instituisset, neque perficere potuisset*,l.22.D.de adimend.legat.

Instituere etiam significat noui aliquid inducere & inchoare,ordinare,disponere.*Si conductor sua opera in fundo aliquid necessariò, vel vtiliter, Instituerit*,l.55.§.1.D.locati.

Instituere Prata, Columell.lib.12.de re Rustic.cap.18.*Salictum*,l.3.D.arbor.furt. cæs. *Vineas*, l.61.D.locati,l.1.de rei vindic.in Cod.Gregor.Cic.in Rull.*Iugera CCC. vbi Instituí vineæ possunt.*

Instituere vineta Collumella,lib.3. cap. 4. *Institutæ segetes*, apud Varronem lib. 1. de re Rustic.cap.57.

Instituere Æris, Argenti, Auri, Ferri, & ceterorum, Fodinas: Cretæ fodinas, harenifodinas, item, *Lapidicinas*,l.13.§.inde,D.de vsufructu.

Instituere fullonicas, l.3. D.de aq.& aq.pluu.*Quoties aliud noui operis Instituendum petitur*, l.2.§. merito,D.ne quid in loco publ.

Nouam rem Instituere,l.11.§.quærebatur,D.ad L.Iul.de adult.

Instituere vectigal nouum, l.1. D. de L. Iul. amb. *Institui vectigal*, l.2. C. vectigal. noua. *De Riuis nouis inciuiliter Institutis*, l.2. D. de extraord. cognit. *Institutus à maioribus fauor*, l.12. §. verum. D. de captiuis. *Instituta pœna*, l.9. D. de L. Pompeia de parricid.

Instituere contractus, l.1. D. de reb. cred. *Actio quæ Instituit magis quàm restituit obligationem*, l.8. §. si cum, D. ad Sc. Velleian.

Instituere procuratorem, id est, facere, seu dare, Paul. lib.1. Sentent. Tit.12.

Instituere Heredē, id est, scribere, facere, & quasi suo loco ponere & collocare: *Instituti* autē *Heredes dicuntur, primo gradu: Substituti, secundo, aut tertio*, l.1. D. de vulg. & pup.

Instituuntur Heredes, qui primo gradu scribuntur: Substitui dicuntur, qui secundo gradu scribuntur, Paul. lib.3. Sentent. Tit.5. Itaque vt illi *Primi*, ita hi *Secundi heredes* appellantur, quemadmodum ꝫ. lib.9. & 12. dicemus. *Institutum accipimus eum quoque, qui heres scriptus non est, sed solummodo nuncupatus*, l.1. D. de hered. instit. Similique loquendi figura *Instituere Tutorem*, legimus. Cicero Epist.61. lib.13. Familiar. *Testamento declarauit, qui me tum Tutorem, & etiam secundum heredem Instituerat*. Liuius lib.1. *Tutor liberu regis testamento Iustitueretur.*

Instituere tabulas testamenti, Cicer. ait, Epist.21. lib.7. Famil. id est, conficere.

Instituere interdum significat instruere. *Instituere disciplinis, vel arte, seruum*, l.27. §. si serui, D. de vsufructu. *quo facilius multos liberalibus studiis, & memoratis artibus Instituant*, l.6. C. de profess. & medic. lib.10. *Institui liberalibus artibus*, l.4. D. vbi pupil. educ.

Causam tuam aliis probationibus Instituere debes, l.15. §. vlt. D. de quæstionib. *Accusationem probationibus Instituente*, l.2. §. vlt. D. ad L. Iul. de adult.

INSTITVTIO *Heredis*, l.34. l.42. §. vlt. l.48. l.51. l.70. & l.71. D. de heredib. instit. l.28. D. de legat.2. Vetus Gloss. Græc. ἐν πασις ἔστι, ὁ φύσει πρῶτος βαθμός τῦ κληρονόμυ.

Inter artifices longa est differentia doctrinæ & Institutionis, l.31. D. de solutionib.

Institutiones suas Iustinianus, prima legum cunabula, & totius legitimæ scientiæ prima elementa vocat, in Proëmio Instit. Lactant. lib.1. Diuinar. Instit. *Quidam prudentes & arbitri æquitatis Institutiones ciuiles iuris compositas ediderunt. Institutionum* autem libros ad ius ciuile pertinentes inuenio scripsisse, Caium, Paulum, Vlpianum, Florentinum, Calliistratum, Marcianum.

INSTITVTVM *vel propositum vitæ*, l.17. D. de oper. libert. *Sciens eum huius esse Instituti & vitæ*, l.12. §. equitij, D. de vsu & habitat.

INSTRVERE, est, certiorem facere. *Qui non vltrò Instruxit emptorem*, l.14. §. dolo, D. de liber. cau. *quod non Instruxit transgredientem*, l.vlt. §. diui quoque, D. de publicanis. *Peto, plenissimè Instruas*, l.4. D. qui & à quib. *Matris pietas Instruere te potest*, l.6. C. qui pet. tut. vel curat. *Vt Instruere se possint*, l.5. D. de iure deliberan. *Requirere debet eum qui se Instruat de fortunis pupilli*, l.5. §. in primis de reb. eor.. *Instruere de singulis*, l.37. in fi. D. de fideic. libert.

Si nulla probatio Religionem cognoscentis Instruat, l.1. §. deinde, D. de quæstionib. *Si nulla suspicio collusionis Religionem Prætoris Instruxerit*, l.5. §. non simpliciter, D. si quis omissa. *Aduocatum pupillo dare, qui Instruere possit Prætoris religionem*, l.5. §. in primis, D. de reb. eor. *Ad Instruendā diligentiam iudicantis*, l.34. D. de adminis. & peric. *Exemplo eorum qui Prætorem Instruunt*, l.1. §. si præses prouinciæ, D. de magistrat. conuenien. & ibid. *Si præses Prouinciæ ad magistratus municipales remiserit, vt se de nominibus instruant*. Sic & in l.1. §. item Seuerus, D. de quæstionib. *Quæstio, contra dominos dicturi sententiam, consilium non Instruat.*

Iudex cùm de fide generis Instrui non potest, l.18. §. iudex, D. de quæstionib. *Iudex ex dolo tutoris indiciis Instructus*, l.5. C. de in lit. iuran. *Ea sola pars rationum quæ ad Instruendum aliquem pertinet*, l.10. §.1. D. de edendo. *Ad Instruendos contutores datus*, l.14. §. ei qui, D. de solutionib.

Instructus plenius, l.11. §. vlt. D. de interrogationib.

Instructus sua prudentia, l. vlt. §. sed iuris, D. de iur. & fact. ignorantia. *Vt Instructus veniat ad agendum*, l.1. D. de edendo. *Instructus esse potest Instrumento professionis suæ*, l.6. §. prætor ait, D. eod. tit.

Instruere Accusationem, l.14. D. de bon. libertor. *Qui Instruit eum ad accusationem capitalem*, l.1. §. incidit, D. ad Sc. Turpil. *Qui Instruit consilio ad furtum faciendum*, l.50. §. ope, D. de furtis.

Instruere Calumniam, l.1. §.1. D. de iure patron. *Calumniæ in se Instructæ*, l.1. §. cùm quis, D. de quæstionib. *Vt causam Instruant*, l.21. C. de euictionib. *Causam ab alio delatam, conuenienti diligentia, Instruere*, l.2. C. de delatorib. lib.10. *Moræ litis Causam possessionis non Instruunt*, l.26. C. de rei vindic. *Quibus causa Instrui potest*, l.1. D. de fide instrument. *Instrui causa nouis defensionibus*, l.2. C. si sæp. in integr.

Qui ob Instruendas lites pecuniam acceperunt, l. 9. §. vlt. D. de L. Corn. de fals. id est, *Instruendas Aduocatione, Testibus*, vt l. 20. D. eod. tit.

Instruere artificiis seruos, l. 25. D. de pign. act.

Instruere Epulas, Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7.

Si vtrubique ita se Instruxit, l. 6. §. viris, D. ad municipal.

Instruere Finibus prælum, l. 19. §. illud, D. locati. *Instrui Balneæ*, l. 35. §. vlt. D. de legat. 3. *quod ad Instruendum Forum, Theatrum, Stadium, legatum fuerit*, l. 122. D. de legat. 1. *Instruendum monumentũ*, id est, extruendum, l. 42. D. de legat. 3. *Quod quis nauis Instruendæ causa crediderit*, l. 34. D. de reb. auct. iudic. *Instruendæ nauis gratia sumptus factus*, l. 6. D. de Lege Rod. *Si ad armandam, Instruendámve nauem, mutuatus est*, l. 1. §. non autem, D. de exercitoria. *Quæ Tabernarum Instruendarum causa facta paratáque sunt*, l. 15. D. de instruct. vel instrum.

Instruenda erit mensura, à tua Insula, l. 65. §. si quis, D. de adquir. rer. domin.

Instructa præsidio, l. 1. C. de expens. public. ludor. lib. 11.

Qui Instruuntur, id est, instituuntur, l. 3. §. sed si, D. vbi pupill. educ.

Instrui fuga, l. vlt. D. de requirend. & absentib.

INSTRVCTIO *Operis*, l. 12. §. vlt. D. de pollicitationib. *Ad Instructiones Pontium, Itinerúmque*, l. 7. C. de sacrosanct. Eccles.

Instructio, aliàs, pro institutione. *Ad Instructionem pupillorum, vel adulescentium*, l. 3. §. sed si, vbi pupill. educ.

INSTRVCTVM *fundum* legare, est, cum omni Instrumento, & ita vti Instructus est, legat. Sanè *cum Instructus fundus legatur, plus est, quàm si cum Instrumento legetur*, & hoc legato vberius illud est, l. 5. l. 12. §. sed si fundus, D. de instruct. vel instrum. *Pater Instructos hortos filiæ legauit*, l. 24. §. vlt. D. de adimend. *prædia, vt Instructa sunt, cum vino, grano Kalendario*, l. 6. D. de instru. vel instrumẽt. *Cùm non Instructa prædia legantur*, l. 2. §. vlt. D. eod. tit. D. Augustin. lib. 2. Quæstionum supra Genes. Græcum, σκευὴν, *Instructum*, vertisse, dicit.

Instructa Taberna, l. 5. §. sed & cum fullo, D. de tributor.

Instructam Tabernam sic accipiemus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis constat, l. 185. D. de verbor. signif.

Quod in agro, vel in domo, vel in hortis fuit, quò dominus, vel paterfamilias ibi esset Instructior, l. 12. §. sed si fundus, & §. vlt. D. de instruct. & instrum.

INSTRVMENTORVM *nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest. Et ideò tam Testimonia, quàm Personæ, Instrumentorum loco habentur*, l. 1. D. de fide instr. Instrumentorum appellatione quæ comprehendantur, vbi *Instrumentorum gratia dilatio* petitur, vide l. 99. §. vlt. D. de verb. signif. Quod pertinet ad interpretationẽ l. 7. D. de feriis, l. vlt. §. 1. D. de appellationib. l. 1. C. de dilationib. l. 18. quor. appellat. non recip. in C. Th. *Res non Instrumentis geruntur, sed in his rei gestæ testimonium confertur*, l. 12. D. de probationib.

Instrumenta causæ, l. 8. D. mandati. *Quæ ad causam pertinent*, l. 3. D. de edendo. *Ad causam fisci pertinentia*, l. 2. §. 1. D. de iure fisci.

Instrumentum litis suæ, l. 38. §. si quis, D. de pœnis. *Instrumenta litis*, l. 36. D. de iudiciis.

Instrumenta Probationis, l. 3. C. de fide & iure hast. lib. 10. *Probationum*, l. 27. D. de pœnis. *Instrumenta ad contractum pertinentia*, l. vlt. C ad exhibendum.

Instrumenta debitorum, l. 92. §. vlt. D. de legat. 3. l. vlt. §. vlt. D. de donationib.

Instrumentum Diuisionis, l. 20. D. quando ex fac. tut. l. 35. D. de pactis. *Donationis*, l. 23. C. de donation. *Dotale*, seu *Dotis*, l. 5. D. de iudic. l. 49. D. sol. matr. l. 43. §. 1. D. de administr. & peric. l. 5. C. de falsa cau. l. 4. C. de dot. promissio.

Cùm plures fundi specialiter nominatim vno Instrumento, Emptionis interposito venierint, l. 72. D. de euictionib.

Instrumenta Emptionis, l. 20. C. de probationib. l. 3. C. de fide instrum. *Emptionum*, l. 58. D. de donat. inter vir. & vxor. l. 4. C. de donationib. l. 4. C. de iudiciis. l. 5. C. de donatio. inter vir. *Emptionum mancipiorum Instrumenta*, l. 1. C. de donationib. *Dissolutæ quantitatis retentum Instrumentum*, l. 2. C. de condict. ex lege. *Instrumentum ad matrimonium pertinens*, l. 2. C. de nupt. *Instrumentum nuptiale*, l. 1. C. de dot. promiss.

Instrumentum solidorum decem, l. 49. D. solut. matr.

Instrumenta ingenuitatis, l. 2. §. vlt. D. si ingen. esse dic.

Instrumenta manumissionis rectè factæ, l. 25. C. de libera. cau. *Instrumenta Status*, l. 8. D. quod met. cau.

Tabularum Teſtamenti Inſtrumentum, l. 2. D. teſtament. quemad. aper.

Inſtrumentum Teſtationis, l. 12. C. de contrah. empt. *Inſtrumenta tutelaria*, l. vlt. D. de fideiuſſorib. tutor.

Inſtrumentum voluntatis, l. 77. §. donationis, D. de legat. 2.

Inſtrumentum publicum, l. 2. D. teſtam. quemadm. aper. *Tabulæ Inſtrumentorum Reipublicæ, municipij alicuius*, l. 31. D. de furtis. *Inſtrumenta domeſtica*, l. 5. C. de probationib. *Inſtrumenta vera, & contrà falſa*, l. 11. D. de exceptionib. *Inſtrumenta noua*, l. 35. D. de re iudica. l. 4. C. eod. id eſt, poſtea reperta.

Inſtrumenta ſatis idonea ad victoriam, l. 3. §. duæ autem, D. de Carbon. edic.

Inſtrumenta formant tabelliones, ſiue pragmatici, l. 9. §. 1. D. de pœnis. *Inſtrumenti malè concepti tenor*, l. 8. D. de ſtatu hom.

Aliàs, *Inſtrumentum, eſt apparatus rerum diutius manſurarum, ſine quibus exerceri nequiret poſſeſſio*, l. 12. D. de inſtruc. vel inſtrum. *Inſtrumentum domus id eſt, quod tempeſtatis arcendæ, aut incendij cauſa, paratur: non quod voluptatis gratia. Inſtrumenti enim ea eſſe, quæ ad tutelam domus pertinent: Ornamenti, quæ ad voluptatem*, l. 12. §. ſi domus, D. de inſtruct. vel inſtrum. Et ita, *Inſtrumentum & Ornamenta villæ*, ſeparat Cicero pro domo ſua.

Inſtrumentum Agri, l. 9. §. ſeminarij, D. de vſufructu. *Fundi*, l. 3. D. locati. *Inſtrumentum Ruſticum, & vrbanum*, l. 18. §. item, & l. 27. §. ita legatum. D. de inſtruct. vel inſtrum. & apud Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 7. Plin. lib. 8. cap. 6. *Inſtrumẽto* verò *fundi*, quid contineatur, exponitur pleniſſimè in l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. & l. 25. D. de inſtruct. vel inſtru. l. 33. §. idem probat, D. de ædil. edic. l. 17. D. de action. empt. Agell. l. 7. cap. 10.

Inſtrumentum, ait, Vetus Gloſſar. Græc. τὸ τῦ ἄγρυ ὑπόκολόφημα οἷον διπέλλαι δρέπανα καὶ τὰ ἑξῆς.

Inſtrumentum & *Inſtructum*, ſeparantur, Tit. de inſtruct. vel inſtrument. leg. Plenius enim eſt, & vberius *Inſtructi* quàm *Inſtrumenti* legatum, cum illo, non loci tantùm, ſed & patris familias ipſius Inſtrumentũ, quo, vt inſtructior eſſet, habuit, contineatur, l. 12. §. ſed ſi fundus, D. inſtr. vel inſtr. Ceterùm *Inſtrumenta fundi*, in l. 48. D. de actionib. emp. & *Inſtrumenta prædiorũ*, in l. 15. C. ad L. falcid. accipe *Inſtrumenta originis auctoritatis fundorum ac prædiorum*, vt l. vlt. D. de pigner. act. *Inſtrumenta prædiorum, quæ ad probationem eorum originis pertinent*, l. 24. C. de fideicommiſſ.

Inſtrumentum Villæ, l. 16. & l. 10. §. Paulus, D. de inſtr. vel inſt. *Inſtrumento fundi, vel Villæ, ſuppellex non continetur*, l. 12. & l. 16. D. de inſtruct. vel inſtrum.

Inſtrumentum Argentariæ, l. 4. §. vlt. D. de edendo. *Si quis ex Argentariis in villa habeat Inſtrumentum*, l. 6. D. eod. tit. *Inſtructus eſſe poteſt Argentarius Inſtrumento ſuæ profeſſionis*, d. l. 6. §. prætor ait. *Inſtrumentum Balnearium*, l. 13. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum. *Balneatorium*, l. 17. §. vlt. D. eod.

Inſtrumentum Cauponæ, l. 13. D. de inſtruct. vel inſtrum. quod & *Cauponium* appellatur, l. 15. & l. 17. §. vlt. D. eod. tit.

Inſtrumenta itineris, Quintil. in argument. Declam. 359. *Inſtrumentum Nauis*, l. 3. D. de Lege Rod. l. vlt. D. de inſtruc. vel inſtrum.

Inſtrumentum Piſcatorium, l. 17. §. 1. D. eod. tit. *Piſtorium*, l. 18. §. 1. D. eod.

Inſtrumentum Tabernæ, l. 88. §. quiſquis. D. de legat. 2. l. 23. D. de inſtruct. vel inſtrum. *Tabernæ cauponiæ*, l. 13. D. eod. *Cùm quæratur quod ſit Tabernæ Inſtrumentum, intereſt quod genus negotiationis in ea exerceri ſolitum ſit*, l. 23. D. de inſtruct. vel inſtrum. *Si præter mercem ſeruus in Tabernam habeat Inſtrumentum, plerumque hic apparatus ex merce eſt, immò ſemper*, l. 5. §. ſi præter, D. de tributor. act. *Inſtrumenti Inſtrumentum*, l. 12. §. ſed an inſtrumenti, D. de inſtruct. vel inſtrum.

Denique ſunt & cuiuſlibet profeſſionis & artificij Inſtrumenta, de quibus tractatur, Tit. de inſtr. vel inſtr. leg. & apud Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 6.

Inſtrumentum Lanionis, l. 18. D. de inſtruct. vel inſtrum. *Medici*, l. 18. §. in inſtrumento, D. eod. tit. *Pictoris*, l. 17. D. eod.

INSVLA, vulgari ſignificato, locum ſignificat, qui vndique aquis ambitur. Ac planè *Inſulas* dictas, *quòd in ſalo ſint*, ait Martian. Capella, lib. 6. de nuptiis Philolog.

Tribus modis Inſula in flumine fit, l. 30. §. tribus modis, D. de adquir. rer. dom. *Inſula in flumine nata*, l. 7. §. inſula, l. 29. D. de adquir. rer. dom. l. 9. §. huic vicinus, D. de vſufructu, l. 26. §. vlt. D. de except. rei iud.

Inſula in publico flumine nata, l. 1. §. ſi inſula, D. de fluminib. l. 65. §. ſi qua in inſula, §. vlt. D. de adquir.

adquir.rer. dom. *Insula est enata in flumine*,l.56.D.de adquir.rer.do. *Insulæ natæ*,l.16.D.de legat.3.

Insula, vel in mari, vel in fluminibus nata,l.17.D.de legat.3. *Insula quæ in mari nascitur, quod rarò accidit*,l.7.§.insula, D.de adquir. rer. dom.§. insula,Institut. de diuisio. rer. exempla pete ex Plin.lib.2.cap.86.Liuius lib.39.*Nunciatúmque erat, haud procul Sicilia, Insulam, quæ non antè fuerat, nouam editam in mari esse.*

Insulæ Italiæ,l.9.D.de iudiciis.*Insulæ Maritimæ*,l.11.D.de instruct. & instr.

Insulas,in l.33.C.de appellationib.accipere debemus, in mari Ægęo & Ionio, & circa Asianum tractum,sitas, vt puta,Cycladas,Rodum,Cyprum & alias.Eodémque modo,*Præsidem Insularum* accipiemus in l.4.C.de nauicular.lib.11.& in Inscriptione,l.penult.C.vbi de causa stat.& Nouell.Constitution.8.

Quibus Princeps Insulas adnotauit,l.1.§.imperator, D.de legat.3.*Imperator Insulam adsignat*, & l.7.D.de interdic.& releg.*Deportandi in Insula quam Imperator adsignauerit*,l.1.D.de offic.præfec.vrb.

Insulæ Deportatio,l.6.D.de interdict.& releg.*Insulæ vinculum, id est, relegatio in Insulam*,l.5.D. de interd.& releg.

In Insulam deportari,l.6.D.de interd.& releg.l.38.§.instrumenta,D.de pœnis. *Relegare*, l.7. §.hæc est, D.de interdict. & releg. *Relegari*, d. l. 7. *In Insulam deportatus*,l.1.§.si quis planè,D. de legat.3.l.121.§.1.D.de verb.oblig.*Deportati*,l.4.& l.17.D.de pœnis.

Non INSVPTILI *Ratione motus*,l.11.D.de legat.1.

Non INSVPTILITER,l.7.§.adeo,D.de pactis.

INSVITVR *Culleo parricida*,l.9.D.de lege Pomp.§.alia deinde.Instit. de public.iud.& apud Valer.Max.lib.1.cap.1.

Insui vestibus claui,l.23.D.de auro arg.leg. Sic & *auro Insuto graues vestes*, dixit Ouid. l.3. de arte Amand.

INSVPER, id est,præterea,& hoc amplius,l.3.§.qui pecuniam,D.de suspect.tutor. l.20.D. de instr.vel Instr.§.alia,Instit.de donationib.

Insuper habere,pro Negligere,& posthabere, siue sus déque habere, l.43.D.de relig.& l.17. D.de his quæ vt indign. vt notauit Cuiac. lib. 3. obseruantion. cui Agellio,Apuleio,Symmacho, auctarium adiiciam.Agellius enim lib.4.Noct.Attic.cap.1.*Hæc ego*,inquit,*cùm Philosophiæ me dedissem,non Insuper tamen habui discere.* Idem lib.1. cap. 19. *Tarquinius ore iam serio atque attentiore animo fit,eam constantiam confidentiámque non Insuper habẽdam intelligit.* Apuleius lib. 4.de Asin.aur.*Lacrymis istis, quas parui pendere latrones consueuerant, Insuper habitis.* Symmach. Epist.*Hæc,me,atque alia huiusmodi, perpulerunt, scribendi munus Insuper non habere.*

INTEGER, id est, saluus,inlæsus,inoffensus,nulla infamia notatus.

Integer status esse videtur deportati prouocatione interposita,l.1.§.1.D.nihil innoua. l.1.§.1.D.nihil innouari.*Integro manente statu*,l.11.C.de exceptionib.Quintil.Declamat.273. *Integro statu debitoris mei, si à me petere maluisses.*

Integra dignitas,l.24.§.1.D.de ser.cor.

Integræ dignitatis,l.1.C.de infamib.l.3.C.de re milit.

Integra existimatio,l.15.C.de his qui accus.non poss.l.7.C.de sent.pass. & apud Cicero. pro Quintio.id est,*inuiolata*,vt loquitur l.20.C.ad L.Iul.de adult.

Integra existimatione abire à Tutela vel cura,l.3.§.vlt.& l.4.D.de suspect.tutor.id est.*inlæsa*, vt l.25.D.de procuratorib.

Integram famam retinere,l.1.C.de excus.veteran.*Dignitate & fama domus integra manente*,l.24. §.1.D.de ser.corrup.*Integræ famæ arbiter* & *Ignominiosus*, opponuntur, l.2.D.de recept.qui arbitr.item,*Integræ Famæ homines*,& *Famosi*,l.28.§.vlt.D.de pœnis. *Integræ frontis homo*, l.43. D. de testib.cuius fronti nulla est calumniæ nota inusta.

Integræ opinionis seruus,l.21.D.de rei vindicat.

Integra persona, id est,cui per Edictum postulare licet,l.4.D.de popularib.actionib.

Integra manet Actio,l.89. D.de solutionib. l.10. C. de oblig.& actio. *Integra remanebit dotis Actio*,l.2.D.solut.matr.*Integra sit Actio Tutori*,l.1.§.an in hoc,D.de contrar.tut.

Integræ manent omnes obligationes,l.3.§.si conuenerit quib.mod.pign.

Integra manet residui debiti petitio,l.21.C.de solutionib. *Repetitio*, l.6.C.de solut.*Petitionem Integram debiti heredi instituto competere*,l.21.§.vlt.D.de inoff.test.*an Integræ sint vtræque Lucio Titio petitiones*,l.29.D.de oblig.& act.

Integrum esse persecutionem, l.1.C.de his quæ vi met.

Exuberantis debiti Integra ei Repetitio competit, l.6.C.de solutionib. *Integra permanet vindicatio*, l.24.C.de rei vindicat. *Integram ei Optionem manere*, l.4.D.de optio.vel elect.

Integras vrbis omnes defensiones esse, l.4.C.de exceptionib.

Integer perseuerat consensus, l.5.C.pro soc. *Integram accusandi facultatem habere*, l.21.C.ad leg. Iul.de adult.

Integram rem suam habere, l.vlt.D.de requir.vel absent. *Integris patrimoniis exulare*, Suetonius in Iulio cap.42.id est, saluis.

Integer Quadrans, apud Vlpian.Tit.25.Regular.id est, illibatus.

Integer Riuus, l.1.§.deinde, D.de riuis, id est, qui nulla refectione indiget.

Integra Terra est, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit, l.30. §. noualis, D. de verbor.signif.

Integrum ius, id est, saluum, l.vlt. §.vlt.D.ad Senat. Tertyll. *Integrum ius conseruari*, l.28.D. eod. *Integrum ius est*, l.1.C.de precario. *Integrum ius habere*, l.15.§.si quis, D.de dam.inf. *Mansisse fructus ius Integrum*, l.57.D.de vsufructu.

Integra adhuc causa, Paul.lib.2.Sentēt.Tit.15.Apud Terent. Hecyra, Act.1.Sc.2.verba hæc, *causa hac Integra*, Donatus interpretatur, *non dicta*.

Si Res Integra est, l.21.C.de euictionib. *Si Integra Res est*, l.13.C.de procuratorib. id est, necdū lis contestata est. *Si res Integra est*, l.18.C.famil.erciscund. id est, Si neque diuisio, neque trāsactio intercessit.

Potest, dum res Integra est, conuentione nostra infecta fieri emptio, l.2.D. de rescindēd.vendition. *Ante pretium solutum*, vt ibid. seu, *antequam Res secuta non fuerit*, vt l.5.§.vlt. D. eod. tit. *Re Integra, ab emptione, & venditione vtriusque partis consensu recedi potest*, l.1. C. quando lic. ab empt. *Perfecta emptio atque venditio, re Integra, tantùm pacto & consensu potest dissolui*, l.vlt. C.eod.tit. id est, *ante traditionem interpositam*, vt d.l.1.seu *Re nondum secuta*, vt l.7. §.adeò, D.de pact.vel, *Si nondum impleta sunt, quæ vtrinque præstari debuerūt*, vt ait Pompo.in l.6.D.de contrah. empt. Eodémque sensu accipe verba hæc, *Integris omnibus*, in l.58. D. de pactis, *Omnibus Integris manentibus*, l.77.D.de contrah.empt.

Re Integra, l.3.C. mandati, id est, lite nondum contestata.

Integra Re, l.6.§.vlt.D.vt in poss.legator. id est, antequam fideicommissarius in possessionem, fideicommissi seruandi causa, missus sit.

Re Integra, in l.57. §. si creditor, D. de peculio, id est, antequā actor partē sit consecutus.

Integra Re, l.9.D.de curator.furio. id est, antequam bonis distrahendis curator factus sit.

Quasi Re Integra, id est, ante vllam condemnationem, l.6.D.de custod.& exhib. *Vt Re Integra*, l.1.C.de sentent.& interlocut. Plin. Epist.77.lib.10. *Ideóque rem Integram distuli*.

Mandatum, Re Integra, domini morte finitur, l.15.C.mandati, id est, *dum adhuc Integra Res sit*, vt §.rectè, Instit.de mandato, vel, *Adhuc Integro mandato*, vt l.27.§. morte, D. mandati, & dic.§. rectè, id est, *antequam Res ab eo geri cœperit cui mandatum est*, vt loquitur l. 6. D. de iurisdictione, vel, *nondum explicato negotio*, vt. l.9. D. de curator. fur. Vetus Glossar. Græc. *Integra Re*, μήπω ἀρξαμένου ποιῆσαι τι τῦ ἐνταλθέντος. Et alibi, ἀκεραίᾳ δηλαδὴ τῦ πράγματος μένοντος.

Re Integra, &, *post ruinam ædium*, opponuntur, l.8. D.de dam.infec.

Si negotium Integrum est, l.23.C.de fideicōmiss. id est, si necdum heres adgnouerit iudicium defuncti, vel transegerit, vel soluerit quod relictum est

In Integro sit iudicium famil. erciscund. l.44.D.famil.erciscund. id est, integrum maneat. *Si omnia in Integro sint*, l.24.§. Scæuola, D.de minorib. *Omniáque colono in Integro sint*, l.24.§.colonus, D.locati.

Integris omnibus, l.15.§.si rerum, D.de re iudicat, id est, nullo prę iudicio facto iuri cuiusquā. *Integris omnibus manentibus*, l.65.§.item si alicuius, D.pro socio. id est, ante finem negotio impositum, seu antequam secuta sit res de qua societas coita est.

Nummis integris, id est, nondum consumptis, l.94.D.de solutionib.

Integra, id est, sincera & incorrupta. *Integram abstinentem omni lucro fidem præstare*, l.38. D. de negot.gest. *Integra fide*, l.1.§.vlt.D.de Carbon.edic.

Integram conuentionem seruari, l.8. C. de pact. inter emptor.

Integram legem custodiri, l.12.C.mandati.

Integer, claudo, lusco, & manco opponitur, §. his autem verbis, Instit. de Lege Aquil. Seneca lib.5.de Benefic.cap.24. *Cùm hoc factum est, Integer eram: postea ad Mundam in acie oculus mihi effossus est, & in capite lecta ossa. Si Non Integrum animal editum sit*, l.12.D.de liber.& postum. Donat.

nat. in Andr. Terent. Act. 1. Sc. 1. *Integra ætas est quæ in flore consistit: cui neque addendum iam sit, neque quidquam adhuc sit imminutum.*

Integra mente, & valetudine, l. vlt. D. de iniust. rupt. Horatius Ode 3. lib. 1. *At precor, Integra cum mente*, id est, *sana*, vt ibid. Interpres explicat, quemadmodum & Iuuenalis loquitur Satyra 10.

Integrum ac Sanum, l. 27. D. de actionib. empt. *Integrum præstari*, id est, incorruptum, l. 33. D. de ædil. edic. *Iure ciuili, vt Integra sint quæ accessura dictum fuerit, ex exempto actio est*, l. 35. D. eod. eod. tit. *Integra ædificia*, l. 2. C. de ædific. priuat. l. 29. C. de locato.

Integrum vas, l. 6. D. de act. empt. *Integra Dolia, & non Integra*, pugnantia sunt, l. 54. §. vlt. D. de act. empt. *Integra Dolia, Quassis* opponuntur, l. 27. D. eod. tit.

Integrum interdum pro toto, & solido ponitur. Et ita, *Integrum Diem accipe*, l. 3. D. de verb. signif. id est, *Solidum*, vt loquitur Horat. Ode 1. *Integri Dies*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 38.

Integros fructus, l. 1. C. de his quæ vt indign. *Integer fundus capietur*, l. 23. D. ad L. falcid. *Integrum locum adsignare*, l. 7. D. fin. regund.

Integræ dotis actio, l. 3. C. de pact. conuent. *Integra materia auri*, l. 33. D. de auro argent. *Integras partes petere*, l. 77. §. libertis, D. de legat. 2. *Integrā pecuniam soluere*, l. 12. C. si cert. pet. *Integra Pensio*, l. 58. D. de vsufructu. *Integram pœnam committi*, l. 9. D. si quis cautionib. *Integra seruitus petetur*, l. 76. D. de legat. 2. *Integro statuto tempore*, l. 32. §. vlt. D. de seruit. præd. vrban.

Fundus, Integrum aliquid est, l. 60. D. de verb. signif.

In Integrum teneri, id est, in solidum, l. 25. D. de re iud. *Cùm in Integrum summam qua obligatus est obtulerit*, l. 122. D. de verbor. oblig.

Integri restitutio, l. 34. §. vlt. D. de minorib. id est, in Integrum restitutio. *Integri* autem *restitutio*, vt Paul. lib. 1. Sēt. Tit. 7. definit, est *redintegrādæ rei, vel causæ, actio*, quā Prætor his tribuit, qui metu, siue dolo, siue ætate, siue absentia, inciderunt in captionem, siue per *status mutationem*, aut *iustum errorem*, l. 1. & 2. D. de in integr. rest. *In Integrum restitutio Peti, Postulari, Implorari, Decerni, Indulgeri, Impetrari, Impertiri, Præstari.* Sed & *in Integrū restituere se minor*, dicitur, qui impetrat restitutionem in Integrum, l. 3. §. si quis minor, & l. 48. D. de minorib.

in Integrum restituere, nihil aliud est, quàm in pristinā causam pristinúmq; ius restituere. *In Integrum restitui Vsufructus, & in causam pristinam*, pro eodem ponūtur, l. 8. §. vlt. D. de bon. lib. *In Integrum causa restituitur*, quando de integro & rursus iudicatur, l. 33. D. de re iudic. *In Integrum restitutis his quæ ego tibi præstitissem*, l. 58. D. de pactis, id est, *rursus præstitis*, vt ibid.

Ob ætatem si restituatur in Integrum vnus fideiussor, l. 38. D. de fideiussorib. *Propter ætatem abstinendi causa in Integrum restituta*, l. 31. D. de minorib. *Si hereditate patris, ætatis beneficio, in Integrum restitutus minor, abstinuit*, l. 2. §. vlt. D. de minorib. *Si minorem, vel alium quem restituere Prætor in Integrum solet, restituerit ad bonor. possess. cont. tab. petend. quam omiserat*, l. 1. §. planè, D. de collat. bon. *Minoris heres aduersus creditorem à præside Prouinciæ in Integrum restitutus est*, l. vlt. §. Lucius, D. de condict. indeb. *Per in Integrum restitutionem is qui mixtus est paternæ hereditati, vel qui adiit hereditatem, abstinuerit se*, l. 6. D. de bon. libert. *Si quis adita matris hereditate per in Integrum restitutionem fuerit absolutus*, l. 1. §. penult. D. ad Sc. Tertyl.

Restitutione in Integrum data, l. 3. D. rat. rem hab. *Postulata*, l. 22. D. de minorib. l. 1. C. in integr. restit. postul.

Non solum autem qui capti, fraudati, circumscripti sunt, in *Integrum restitui* dicuntur, sed & Deportati in metallum, damnati, aut aliàs serui pœnæ effecti, *in Integrum indulgentia principali restitui*, dicuntur, apud Paul. lib. 4. Sent. Tit. 8. *Ambitus damnatus, si alium conuicerit, in Integrum restitur*, l. 1. D. de L. Iul. ambit.

In *Integrum* autem *restituere, est, honoribus, & Ordini, & omnibus ceteris aliquem restituere*, l. 1. C. de sentent. pass.

Si quis famoso iudicio cōdemnatus per in Integrum restitutionem fuerit absolutus, l. 1. §. an autem, D. de postulando.

Ex Integro, pro rursus & denuò, & vt vulgò loquimur, de nouo. *Ex Integro agere*, l. 45. §. vlt. D. de minor. l. 25. D. de dolo, l. 7. D. rat. rem hab. l. vlt. C. si aduers. transaction. *Experiri*, §. vlt. Instit. de actionib. *Petere*, l. 25. §. vlt. D. de except. rei iud.

Ex Integro causam agere, l. 31. D. de iureiurando. *Causa agi*, l. 14. C. de transactionib.

Ex Integro audiendi, l. 6. D. de custod. & exhibit. *Alius curator faciendus est*, l. 9. D. de curator. furio. *Dari ad libertatem proclamatio*, l. 25. D. de liber. cau. *Defensionibus vti*, l. 1. C. ex quib. cau. maior. *Edi*, l. 7. D. de edendo. *Iurandum est*, l. 33. D. de iureiurand. *Litigari*, l. 73. §. circumducto, D. de iudiciis. *Repetere reum*, l. 3. §. quod si, & §. vlt. D. de accusationib. *Præses Prouinciæ ex Inte-*

gro inter vos cognoscet, l. 9. C. quan. prouoc. non est nec.

Ex Integro cauerí, l. 8. §. si seruus, D. qui satis. cog. *Cauendum*, l. 3. §. procuratorem, D. iudicat. sol. l. 15. D. de dam. inf. *Satisdandum erit*, l. 10. D. qui satisd. cogant.

Ex Integro Legis Falcidiæ ratio ponẽda, l. 97. §. vlt. D. ad l. Falcid. *Omnia ex Integro facienda sunt*, l. 21. §. 1. D. qui test. fac. poss.

Ex Integro Locare, l. 14. D. locati. *Locationem facere*, l. 8. §. 1. D. de reb. auct. iud. *Stipulatio Interponi*, l. 1. §. si cùm mulier, D. quæ in fraud. credit. *Venditionem facere*, d. l. 8. §. 1. D. de reb. auct. iud. *Priorem societatem finitam, & ex Integro, alteram inchoatam*, l. 58. §. vlt. D. pro socio.

INTEGRARE est redintegrare, denuò quid inchoare, & instaurare. *Finitam tutelam iure postliminij Integrare*, l. 8. D. de tutel. & rat. distr.

Integrari Dominium, l. 7. C. de adquir. poss. *Summa debiti*, apud Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 15.

Integrato iure debiti, l. 21. §. 1. D. de Sc. Silania. Donat. in Andr. Terẽt. Act. 4. Sc. 2. *Integratur quod in integrum redit, quod repetitur, quod instauratur.*

INTEGRITAS *mentis*, l. 21. D. qui test. fac. poss.

Integritudo animi, l. 1. D. de testam. milit.

INTELLEGERE, est animo consequi & mente percipere, quod agitur, l. 208. D. de verbor. signif. Donat. in Prolog. Andr. *Quod credimus, plerumque falsum: quod Intelligimus, certum est.*

Non Intelligo quid sit de quo me consulis, l. 27. D. qui test. fac. *Si pupillus fari possit, etiam si eius ætatis erit, vt ne Intelligat quid agat*, l. 6. D. rem pup. sal. fo. *Licet eius ætatis vt causam adquirendæ hereditatis non Intelligat*, l. 9. D. de adquir, vel omitt.

Vt vterque alterius linguã Intelligat, siue per se, siue per verũ Interpretẽ, l. 1. §. vlt. D. de verb. obl.

Intelligis, l. 8. C. ad exhibend. l. 18. & l. 20. C. de euictionib. id est, perspicis, vides. *Intelligere debes*, l. 2. C. de luitio. pignor. id est, scire. *Vel Intellegit, vel Intellegere debet*, l. 8. D. ad Leg. Aquil. *Non Intelligere id quod omnes Intellegunt*, l. 213. D. de verbor. signif. *Quæ in Testamento ita scripta sunt, vt Intelligi nõ possint*, l. 73. §. quæ in, D. de diuers. reg. *Si extrinsecus Intelligantur*, l. 1. §. legi, D. de his quæ in test. delent. *Intellegere debemus*, l. 17. §. vlt. & l. 229. D. de verb. signif. ideſt, accipere debemus, vt Vlpiano loqui moris est.

Intellegitur, id est, videtur, censetur, creditur, l. 3. D. de his qui not. in fam. l. 56. D. de verb. oblig. l. 32. l. 140. l. 156. l. 162. l. 165. l. 188. §. vlt. D. de verb. sign. l. 84. D. de diuers. regul. l. 47. §. vlt. D. de solutionib. *Intellegũtur*, l. 147. & l. 194. D. de verb. signif. l. 39. §. 1. D. eod. tit.

Non Intellegitur venisse, l. 165. D. de verb. sign. *Nulla Intellegitur mora fieri*, l. 88. D. de diuers. regul. *Intelligendus est*, id est, censendus est, l. 153. D. de verbor. signif. *Prædonis loco Intellegẽdus est*, l. 46. D. de hered. petit. id est, habendus.

Intelligenda est, l. 35. D. de condic. & dem. id est. accipienda. *Intellegẽdi sunt*, l. 228. D. de verb. signif.

INTELLECTVM *habere*, in l. 124. D. de diuers. reg. est intellectu & cognitione prẽditum esse, & quod illic Paul. ait, *Mutus, si Intellectum habet*, hoc ipsemet, ait, *si Intellectu non caret*, l. 93. §. 1. D. de adquir. vel omitt.

Ille per quem volumus possidere, talis esse debet, vt habeat Intellectum possidendi, l. 1. §. ceterùm, D. de adquir. possess. *Hereditas, etiam sine vllo corpore Iuris habet*, l. 50. D. de hered. petit. id est, intelligitur, *Iuris* enim *magis est, quàm corporis possessio*, vt ait, l. 3. §. 1. D. de bonor. possess. *Videamus qualem Intellectum habet*, l. 55. §. vlt. D. de adminis. & peric. id est, quem sensum habeat, & vti sit accipiendum.

Eius Ætatis, quamquam nondum puberis, vt rei Intellectum capere possent, l. 14. §. vlt. D. de Sc. Silania. *Si eius ætatis sint vt Intellectum capiant*, l. 1. §. apiscimur, D. de adquir. poss.

Intellectus Institutionis, l. 11. §. si filio, D. ad L. falcid. *Restitutionis*, l. 55. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Vbicunque, vel tenuis Intellectus videri potest nolentis nuptam*, l. vlt. §. vlt. D. de diuortiis.

Intellectus demonstrandi causa, l. 2. §. vlt. D. de obligat. & act. *Habere*, l. 124. D. de diuers. regul. *Intellectu magis, quàm Corpore, partes habere*, l. 5. D. de stipul. seruor. *Quod magis Intellectu percipi, quàm ex locutione exprimi possit*, l. 13. D. de solutionib. l. 12. §. Iulianus, D. rat. rem hab. *Si quis non ipse prohibitus sit, sed procurator eius, Intellectu aliquo prohibitus ipse videtur*, l. 14. §. vlt. D. de religios.

Si inter maritum & socerum id actum esset, vel tacito Intellectu, l. 6. §. si inter, D. mandati.

Intelligentia sermonis, l. 20. §. vlt. D. qui test. fac.

INTEMERATA *iura*, l. 41. C. de transactionib.

INTEMPESTIVA *Cultura*, l. 25. §. conductor, D. locati, id est, non sui tempore facta, seu sera.

Socie-

Societatis Intempestiua renuntiatio, l.17.§.vlt.D.pro socio.

INTEMPESTIVE, id est, non opportuno nec congruo tempore. *Intempestiuè rei commodatæ vsum auferre*, l.17.§.sicut, D.commodati. *Intempestiuè iter facere*, l.9.§.vlt.D.ad Leg.Aquil.

Intempestiuè cæsa silua, l.48.§.vlt.D.de vsufruct. *Intempestiuè misericordiâ exercere*, l.7.D. depositi. *Intempestiuè renuntietur societati*, l.14. D.pro socio.

INTENDERE, pro agere, siue vt vulgò loquimur, agendo concludere. *Cùm ex causa euictionis Intendimus*, l.85.§.in solidum, D.de verbo.oblig. *Cùm ex causa duplæ stipulationis aliquid Intendimus*, l.139. D.de verb.obligat. *Possum Intendere, ius mihi esse ire agere*, l.9.D.si seruit.vindic. *Intendere, ius sibi esse, vti frui*, l.5.D.si vsusfr.petet. *Vtiliter Intendere, sibi filiæve suæ reddi dotem, potest*, l.22.§.item pater, D.solut.matr. *Actio in personam qua Actor Intendit sibi dari oportere*, §.appellamus, Instit.de actionib. *In personam Actiones per quas Intendit aduersariũ ei dare aut facere oportere* §.1.Inst.eod.tit. *Si intendat dari sibi oportere*, l.93.D.de solutionib. *Non posse te, decem dari oportere, Intendere*, l.vlt.§.vlt.D.de reb.credit. *Nec dari oportere Intendi*, l.103. D.de verb. oblig. *Si Titius rem suam esse Intendat, in rem actio est*, §.1.Institut.de actionib. *Si is cuius ex parte res est totam eam vel maiore ex parte suam esse Intenderit*, §.plus autem, Instit. eod. tit. *Titij hereditatem nostram esse Intendere possumus*, l.3.D.de hered.petit. *Intenditur rectè*, l.30.D.de peculio. *Nec vtiliter Intenditur, ius sibi esse inuito te ædificatum habere*, l.17.D.commun.præd.

Qui non probat quod Intendit, l.1.§.1.D.ad Sc.Turpil. *Qui hoc Intenderit, nec impleuerit*, l.5.D.de manumissionib.

Intendere Actionem, l.7.D. de iniuriis.l.34.D.de procuratorib.l.9.§.quantum, D.ad exhibendum. *Actiones*, l. 24. D.de liber.cau. l.37.& l.55.D.de procuratorib. l.3.§. si is pro quo, D. quod quisque iur.l.5.§.1.D.de Carbon.edic.l.20.D.ratam rem hab.l.7.D.de oper. nou. nunt.l.49.§.si testator, D.de legat.1.l.2.C.de act.empt.

Intendere Accusationem, l.30.D.de Leg.Corn.de fals.l.1.C.ad Leg.Fab.de plagiar.l.8.C.de his qui accus.non poss.l.4.C.de noxalib.

Intendere Crimen, id est obiicere, l.14.§.vlt.D.de bon.libert.l.1.in prin.& §.incidit, D.ad Sc. Turpill.l.6.C.de noxalib.l.11.C.de donat.inter vir.& vxor, l.19. C.ad Leg. Iul.de adult. l. 3.C.si reus vel accusat.l.7.C.de his qui accus.non poss.l.4.C.de crim.expil.hered.l.3. C.de calumniatorib.

Intendi Actio, l.2.D.de contrar.tut.l.vlt.D.si ingen.esse dic.l.15.D.de negot. gest. *Improbè cibariarum exactionem Intendit*, ait Modest.in Leg.Dei, Tit.10. *Intẽdere litem*, l.44.§.qui familiæ. D.famil.ercisc. *Intendere petitionem hereditatis*, l.3.§.illud, D.de agnosc.& alend.

INTENTIO appellatur, quod Actor vel Accusator iudicio intẽdit.l.9.D.de diuers.reg.l.17. D.comm.præd.l.32.§.in hoc, D.de peculio. In vsu nostro forensi, fines & conclusiones vocamus. Vetus Gloss. Græcum, *Intentio*, ἀρχὴ τῆς ἀναγωγῆς. *Qui habet Intentionem secundum id quod intendit*, l.12.D.de exceptionib. *Ciuili Intẽtione, incerti agendũ est*, l.6.D.de præscript. verb.

Intentio agentis, l.7.C.de petit.hered. *Patris*, l.14.D.de inoff.test. *Vindicantis*, l.4. C. de vsuc. *Petitionis intentio*, l.vlt.C.de edendo. *Intentio Accusatoris*, l.5.§.his verò, D.de his quæ vt indig. *Delatoris*, d.l.5.§.aduocatum. *Dominij*, l.1.§. cùm prædium pignor. D.de pignorib. l.24. C. de rei vindic. *Dati pignoris*, l.1. C.de non numer.pec. *Seruitutium*, l.6.§.hæc autẽ actio. D.si seruit. vindic. *Non repelli ab Intentione non iure facti testamenti*, l.47. D.de hered.pet.

Cùm petitor Intentionem suam perdiderit, l.9.§.proinde, D.ad exhibendum, *Intentionem suscipere*, dic.l.9.§.proinde, id est excipere. *Quod in Intentionem condemnationémve deductum est*, l.8.D. de exceptionib. *Si ex locato fuerit actum, dicendum erit nec tenere Intẽtionem*, l.1.§.1. D.si mens.fal. mod. *Intentionem non constitisse*, l.16. C.de probat. *Intentione per exceptionem elisa*, l.17.D.de euictionib. *Si quis agens, in Intentione sua plus complexus fuerit, quàm ad eum pertineat*, §. si quis agens, Institut.de actionib. *Si quis Intentione ambigua vsus sit*, l.69.D.de iudiciis.

Intentio, pro mente & voluntate: vt *Intentio defuncti*, l.10.D.de alimt.vel cibar. *Intentio voluntatis*, l.77.§. donationis, D. de legat.1.

INTENTARE, pro intendere & instituere.

Intentare Actionem, l.13.C.de procuratorib. *Accusationem*, l.4.C.ad leg.Iul.de vi publ.

Intentata accusatio, l.23.C.ad leg.Iul.de adult.

Intentari Crimen, l.7.§.vlt.l.39.§.duos, & l.40.§.1.D.ad Leg.Iul.de adult.l.1.C.de crim.expil.hered. *Intentatum crimen*, l.4. C. de accusationib. *Intentantur crimina reo*, l.1.C.de requirend.

INTER *Sicarios*, pro, de sicariis, Latini auctores dicunt. Cicer. lib.2.de Inuention. Idem pro Cluent. & lib.1.de Finibus.

INTERCALARI eſt, interponi & interſeri, l.3.§.minorem, D.de minorib. l.98. D.de verbor. ſignific. & apud Macrob.lib.1.Saturnal.cap.15.

INTERCALARIS *Dies*, l.2.D.de diuer.temp. & apud Plin.lib.2.cap.8.qui *vt* anni ratio Solis curſui cõueniret, mẽſi Februario interſeritur. Ἐμβολίμαιον Græci vocãt.Macrob.lib.1.c.14. *Cæſar decem dies obſeruationi veteri ſuperadiecit: vt annum, trecẽti ſexaginta quinque dies, quibus ſol Zodiacum luſtrat, efficerent: & ne quadrans deeſſet, ſtatuit vt quarto quoque anno ſacerdotes, qui curabant menſibus ac diebus, vnum Intercalarent diem, eo ſcilicet menſe ac loco quo etiam apud veteres Intercalabatur, id eſt, ante quinque vltimos Februarij menſis dies, idque Biſſextum cenſuit nominandum.* Iſidorus lib.6.Origin.cap.16.*Intercalares Dies idcirco vocantur, quia interponuntur, vt ratio Lunæ ſoliſque conueniat. Calare enim ponere dicitur: Intercalare interponere.*

Intercalaris MENſIS, apud Macrob.lib.1.cap.13.*Cato putat menſem Intercalarẽ additicium eſſe. Omnéſque eius dies pro momento temporis obſeruat, extremóque diei menſis Februarij adtribuit Quintus Mutius Menſis autem Intercalaris conſtat, diebus viginti octo*, l.98.§.vlt.D.de verb.ſign.Suet.in Iulio, cap.40.*Annúmque ad curſum Solis accommodauit, vt 365.dierum eſſet: & Intercalario Menſe ſublato, vnus dies quarto quoque aditur Intercalario. Intercalaris Annus*, apud Plin.l.2.cap.47. *Intercalares Calendæ*, apud Ciceron.pro Quintio, & Epiſt.14.lib.6.Familiar.

Intercalaris verſus, teſte Seru. in 8.Eclog.Virgil.dicebatur, *qui frequenter repetitus, poſt aliquot verſus interponebatur.*

INTERCAPEDO pro interuallo, *Intercapedo temporis*, l.3.§.quotiens, D.ſi cui plus. *Intercapedo iudicato dilationem dare, non lucrum adferre debet*, l.3.D.de vſuris.

INTERCEDERE, interuenire, interponi, l.4.D.commodati.

Intercedere Acceptilatio, l.vlt.D.de acceptilatio. *Actus*, l.1.C.quan.lice.ab empt.diſced. *Auctoritas tutoris*, l.8.D.de adoptionib.l.11.§.1.D.quod falſo tut. *Cõſenſus*, l.9.D.de cõtrah.empt. *Cõtractus*, l.25.D.de pignorib. *Cõuentio*, l.21.C.de pact. *Donatio*, l.2.C.de poſtli.reuerſ. *Inſtrumentum*, l.vlt.C.de comm.rer.alienat.l.5.C.de tranſactionib. *Mandatũ*, l.54.D.mandati, l.34.§.ſi nullo, D.de ſolutionib. *Pactum*, l.63.D.de fideiuſſorib.l.82.D.de ſolutionib. l.50.D.ſolu. matrimon.l.5.C.de exceptio.l.1.C.etiam ob chirograph.l.6.C.de vſufruc. *Pignus*, l.59.D.ad Sc.Trebell.l.2.C.de heredit.actio. *Pollicitatio, vel promiſſio*, l.1.C.de iur.dot. *Satiſdatio*, l.1.D.vt in poſſ.legat. *Stipulatio*, l.72.§.1.& §.idẽ, D.de ſolutionib.l.132.D.de verb.obl.l.1.D.de ſtipul. ſeruor.l.108.§.Stichum, D.de legat.1.l.4.C.de rer.permut.l.4.C.de pact.conuen. *Verborum obligatio*, l.6.C.de iure dot. *Voluntas*, l.1.C.ad leg.Corn.de falſ. *Noua voluntas*, l.4.C.de remiſſ. pign. *Intercedente voluntate*, l.3.C.de donationib. *non Intercedente ratihabitione*, l.14.D.de condict.cau. *Quaſi in medio nulla captiuitas Interceſſiſſet*, l.§.codicill.D.de captiu.& poſtl.reuer.

Intercedere cauſa, l.35.D.de ſolutionib. *Intercedente iuſta cauſa*, l.26.C.de fideic. *Intercedere Capitis diminutio*, l.2.D.quib.mod.vſusfr.amit. *Intercedere Diuortiũ*, l.66.§.1.D.ſol.matr.l.8.D.de condic.cau.da.l.32.§.ſi diuortiũ, D.de don.int.vir.& vx. *Intercedente diuortio*, l.62.§.1.D.eod.

Intercedere Mora, l.44.§.vlt.D.ad Senatuſc.Trebell.l.3.§.1.D.de adim.legat.l.122.§.Seia, D.de verb.obligation.l.4.C.de peric.& commod.l.5.& l.13.§.vlt.C.de act.empt.l.3.C.de execut.rei iudic. *Nulla Intercedente mora*, l.90.D.de verb.oblig.

Interceſſit Calliditas, l.9.§.1.D.de duobus reis. *Intercedere Dolus*, l.47.D.de diuerſ.regul.l.3.§.ſi eum.D.de homine libero. *Interceſſit error*, l.25.D.de liber.& poſtum. *Solent magni Errores Intercedere*, l.1.D.de eo qui pro tut. *Intercedere Vitium*, l.8.C.qui petant.tut.

Intercedere Lex Falcidia, l.87.§.vlt.D.de legat.2. *Interceſſio comminatio*, l.7.§.ſi deponi, D.de admin.& peric. *Neceſſitas*, l.6.§.vlt.D.vt legat.ſeu fideic. *Nota*, l.7.C.de re milit.lib.12. *Nuptiæ deinde non Interceſſerunt*, l.7.D.de condict.cau.da. *Interuallum aliquod debebit Intercedere*, l.15.§.non autem, D.de ædil.edic.

Intercedente Appellatione, l.5.§.quidam, D.de his quæ vt indign.

Intercedere Prouocatio, l.5.C.de ſentent.& interloc. *Nullum Impendium Intercedit heredi*, l.44.§.vlt.D.de ad Sc.Trebell. *Si Inimicitiæ Interceſſerint*, l.43.§.vlt.D.de procuratorib.

Intercedere Quæſtio, l.24.§.1.D.ad leg.Falcid. *Iuſta Ratio*, l.1.§.ſi pupillis.D.de tut.& ration. *Re obligamur, cùm res ipſa Intercedit*, l.52.D.de obl.& act. *Res pro his Interceſſit*, l.8.D.de donat. *Si nõdum res Interceſſit*, l.vlt.D.de acceptilatio, id eſt, re nondũ ſecuta, ſeu dum Integra res eſt.

Intercedere Tempus, l.19.D.quemadmod.ſeruit.amit.l.8.D.de incend.ruin.l.20.D.de ædil. edic.l.32.§.vlt.D.de vſurpationib. *Niſi ſtatutum temporis ſpatiũ Interceſſerit*, l.3.C.ſi quis ignor. *Annorum qui ante impletam condicionem Interceſſerint*, l.64.D.de verb.oblig. *Exinde viginti anni Interceſſerint*, l.1.C.de præſcrip.lon.temp. *Intercedente titulo*, l.vlt.C.ne de ſta.def.

Prætor Intercedere Interdicto ſuo, l.2.§.hoc interdictum, D.ne quid in loco publ. *Filio Intercedere*

dere pater ius non habet,l.3.§.filio,D.de muner.& hon. *Si Interceſsit pater & quaſi periculum in ſe recepit*,l.21.D.de adminiſtr.& peric.*Cùm feminæ heredes Intercedunt*, l.73.D.de diuer.reg.

Intercedente infantis perſona,l.30.§.adeundus,D.de fideicom.libert.*Intercedente tutore*, id eſt, interueniente,l.5.D.de oper.nou.nunt.

Si fundus medius alterius inter me & te Intercedit, l.17.§.vlt. D. de aqua & aqu.pl.*Si inter meas, & Titij ædes,tuæ Intercedant*, l.5. D. ſi ſeruit.vindic. *Quamuis inter eiuſdem domini prædia, flumen publicum Intercedat*,l.vlt.D.de ſeruit.ruſtic.præd.*Si Intercedat ſolum publicum,vel via publica*, l.1. D.de ſeruit.præd.vrb.*Via publica Intercedente*,l.17.§.via publica,D.de aq. & aq.pl.*Si tam ampla ſit domus, vt & ſpatia inter vitioſam partem Intercedant*,l.15.§.ex hoc,D.de dam.infec.

Intercedere,etiam fidem ſuam pro alio obligare, alienámque obligationem in ſe ſuſcipere ſignificat,l.2.§.vlt.& paſſim ſub tit.D.ad Sc.Velleian.

Intercedere pro alio,l.3.§.vlt.D.de adminiſtr.& peric. l.95.§.1. D. de ſolutionib. *Interceſsiſſe fideiuſſor*,l.9.D.quod cum eo.

Porrò *Intercedere* dicuntur,tamFideiuſſores,quàm Mandatores.*Si pro ea contra quam ſupplicas,Fideiuſſor,ſeu Mandator Interceſsiſti*,l.10.C.mãdati.*Interceſſerunt fideiuſſores & mandatores*,l.9.§.non ſolum,D.de Sc.Macedon.*Si vel fideiuſſorio,ſiue Mandatorio,vel quocunque alio nomine,pro debitore Interceſsiſti*, l.19.C.de fideiuſſorib.*Ea pro qua te mandatorio nomine interceſsiſſe commemoras*,l.22.C.eod.tit.

Si apud minorem mulier pro alio Interceſserit, l.12. D. de minorib. *Mulier quæ Intercedens fundum pignori dedit*,l.39.§.vlt.D.de rei vind.

Intercedere non videtur,mater quæ,pietati dans,litem filij præparandam curare maluit, l.1.D.de appellat.recip. *Intercedere donandi animo*,l.9.§.non ſolum,D.de Sc.Maced.

INTERCESSIO,pro interuentu.*Præſes Interceſsione auctoritatis ſuæ proſpiciet*,l.1. C.de abolitio.

Interceſsio,pro fideiuſſione,Vetus Gloſſ.Græc.*Interceſsio*,ἐστὶ τὸ ὑπὲρ ἄλλου φροντίσαι ἐνχυρον, ἢ μὴν τὸ ἀποδοθῆναι τῷ χρεοστῇ τὸ ἐνέχυρον αὐτοῦ. Et iterum. *Interceſsio*,ὑπὲρ ἄλλου ὑποδοχὴ ἐνέχυρου.Aliud Vet.Gl.Græc.*Interceſsionis*,ἀπφωνησεως ἢ ἐγγύης.

Interceſsionis exceptio,l.7.§.vlt.D.de exceptionib.*Per interceſsionem æs alienum ſuſcipere*,l.19.§.vlt.D.de inſtit. *Pignoris datio Interceſsionem facit*,l.8.D.ad Sc.Velleian. *Creditor qui pignus per Interceſsionem accepit*,l.vlt.§.ſi mulier,D.ad Sc.Velleian.*Res à muliere pignore data per Interceſsionem*,ibid.*Interceſsio eſt, ſi mulier alieno nouum compromittat*,l.32.§.1.D. de recep. qui arbit. Vnde Sc.Velleianum *Senatſconſultum de Interceſsionibus* vocatur in l.40.D.de condict.indeb.

INTERCESSORES,pro,Interuentoribus,fideiuſſoribus,mandatoribus adpromiſſoribus, l.23. D.de hered.vel act.vend.l.13.§.ſi filiusfam.D.de pecul. l. 11. C.de exceptionib. l.20. & l.21. C.de fideiuſſorib.

INTERCIDERE *Ædes*,*Aquæductum*, l.7.§.eſt & alia,D.quod vi aut clam,l.29.§.1.l.49. §.vlt. D.ad Leg.Aquil.*Intercidere Rationes*,*Codicillos*,l.1.§.vlt. D.de ſeru. corrup. l.4. & l. 23. D. de leg.Corn.de falſ.

Intercidere aliàs,eſt extingui,deperire,interire.

Intercidere Actio,l.30.§.vlt.D.ad Sc.Velleia.l.63.D.de iur.dot. l.51.§. quem locum, D. de cuictionib.*Intercidunt Actiones*,l.49.D.de hered pet.

Intercidite crimen morte, l.2.C.de teſtam.manumiſſ.*Non Intercidit facultas*,l.96.§.vſumfruct. D.de ſolutio.*Intercidit fideicommiſſum*,l.16.& l.55.§.qui fideicõmiſſum, D.ad Senat. Trebell. l.59.D.ad leg.Falcid.

Intercidit legatum, ſi ea perſona deceſſerit,cui legatum eſt ſub condicione,l.59.D.de condic.& dem.

Intercidere legata, l. 17.D. ſi quis omiſſa. *Intercidere libertas*, l.77.§. cùm exiſtimaret,D. de legat. 2. l. 30. §. ſi plures, & l. 33. §. vlt. D.de fideicomm. libert. l.10. C.eod.tit. *Intercidere libertas*, & *Salua eſſe*,opponuntur,l.26.§.ſi pro non ſcripto, D.de fideic. libert. *Intercidere libertates*,l.77.§.cùm exiſtimaret,D.de legat.2. l.17. D.ſi quis omiſſa cau. *Intercidit mandatum defuncto eo qui mandatum ſuſcepit*,l.57.D.mandati.*Intercidit materia*,l.2.C.de teſtamentis.*Intercidit Obligatio*, l.50.D.de fideiuſſorib.l.80.D.ad Sc.Trebell.*Intercidere operæ*,l.34.D.de oper. libert.*Morte reorum Intercidere poſſunt pœnales actiones*,l.32.D.ad L.Falcid.*Intercidit ſpes*, l.2.D. de ſtatuliber.*Intercidere Via*,l.33.D.ad leg.Falcid.*Intercidere voluntas*, l.18.§.idem quærit, D. famil.erciſc.*Intercidere vſufructus*,l.vlt.D.ſi cui plus, l.60. D.de vſufructu. l.32. D. ad l.Falc. *Si ſua natura Res Interciderit*,l.14.§.vlt.D.depoſiti.*Res caſu Intercidit*,l.18.in fi.D.cõmodati. *Res Intercidunt*,l.40.D.de peculio.*Si exemplum Teſtamenti Interciderit*,Paul.l.4.Sent.Tit.6. *Quamuis peculium poſtea Interciderit*,l.9.D.comm.diuid.

INTERCIPERE dicitur,qui ea mente vt lucretur,rem aliquam interuertit & contrectat.

l.1.§.1.vt l.33.D.de furt.l.38.§.ſi debitorem,D.de ſolutionib.l.44.§.vlt.D.de adquir.rer.do. *Si id Argentum mali homines Intercepiſſent*, l.20.D. commodati. *Qui bona eorum quibus ſeruiebant interceperint*, l.43.D.de liber.cau.

Intercipere Nummos,l.38.§.vlt.D.de noxalib.*Pecuniã*, l.1.§.in tutela. D.de tutel.& rationib. l.43.D.de liber.cauſ.

Interceptarum pecuniarum reus, apud Sueto.in Domitia.

Intercepto vſufructu, l.vlt.D.ſi cui plus.*Si Epiſtula quam ego tibi miſi, Intercepta ſit*, l.14. §. vlt. D.de furtis.

Intercepti ſerui, l.6. D.de lege Fabia.

INTERCLVDERE *Vſum neceſſarium alicuius rei*,l.13.§.vlt.D.commun.prędior.

Intercludi via prouocandi, l.1.D.quando appell.ſit.

INTERDICERE *eſt denuntiare & prohibere*, ait Iuſtinian.§.ſunt tamen,Inſtit.de Interdict.

Interdicere Aduocationibus,l.9.D.de pœnis,l.3.D.de decurionib.id eſt, prohibere aduocationẽ,ſeu patrociniũ præbere, & vetare ne quis cuiquã adſit. *Cui Aduocationibus in quinquennio Interdictum eſt*,l.8.D.de poſtulando,id eſt,*qui prohibitus eſt, pro alio poſtulare*, vt l.9.D.eod.

Interdicere alicui arte ſua vti,l.vlt.D.de pœnis. *Quibus poſthac Aduocationibus Interdicetur*, l.1. C.de his qui in exil. dati lib.10.

Interdicere foro, d.l.9.§.1. id eſt, prohibere forenſibus negotiis ſeſe accommodare, vt ibid.

Interdicere Aqua & Igni, l.vlt.D.de legationib.& aliis locis quos ſ.lib.1.notaui.

Interdicere Prouincia,l.7.§.Interdicere & §.dubitatum,D.de interdict. & relegat. eſt vetare in ea prouincia commorari. *Cui pomœrio ciuitatis Interdictum eſt,vrbe etiam Interdictum videtur*, l.5.D.de ſer.export.

Interdici Honore,l.7.§.poteſt,D.de interd.& releg. *Negotiatione*,l.6.D.de extraord. criminib. *Ordine*,dic.l.7.§.ſolet,l.3.D.de decurion.l.1.C.de his qui in exil.da.lib.10. Vnde *Interdicti*,in Rubr.de Interdictis& releg.accipiẽdi ſunt quibus vrbe, patria, regionéve aliqua interdictum eſt, aut qui certæ rei Interdictione puniti ſunt. *Interdicta loca*,l.4.D.de pœnis.

Interdicere Bonis, eſt adminiſtratione, bonorum ſuorum, curatore dato, alicui adimere ob id, quòd neque modum neque finem expenſarum faciat:cuius ei Interdictionis ſollemnia verba à Paulo referuntur lib.3. Sentent.Tit.3.Cicer. de Senectute: *Vt quemadmodum,more noſtro,malè rem gerentibus bonis interdici ſolet*.Valer.Maximus lib.3. cap.5.de filio Q. Fabij, *ei Q.Pompeius Prætor vrbanus paternis bonis Interdixit*. Quod ſignificat Horat. Serm. lib.2.Sat.3. eum ait,*Interdicto huic omne adimat ius Prætor,& ad ſanos abeat tutela propinquos*.

Lege duodecim Tabularum prodigo Interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio, l.1. D. de curator. furio.*Eum cui bonis lege Interdicitur*, l.5.§.vlt.D.de adquir.vel omitt. *Is cui lege bonis interdictũ eſt*,l.18.D.qui teſtam.fac.& apud Vlpian.Tit.20.Reg. *Eos quibus per Prætorem bonis Interdictũ eſt*,l.10.D.de curator.furio.

Is cui Bonis Interdictum eſt,l.6.D.de verb.obl.l.9.§.ſed etſi,D.de reb.cred.l.3. D. de nouat. l.26.D.de contr.empt.l.41.D.de diuer.reg.l.18.D.de caſtren.pecul.l.1.§.ſi quis autem,D.de bon.poſſeſſ.ſecund.tab.*Si eius vitæ ſit,vt meritò etiam bonis debeat ei Interdici*, l.27.D.de minorib. *Prodigo commercium Interdictum eſt*, Vlpian. Tit.20. Regul. *niſi Tutoribus Interdicta fuerit à Prætore adminiſtratio*, l.14.§.1. D. de ſolutionib. *Iuſtè Teſtimonij officio Interdicetur ei qui adulterij damnatus eſt*, l.14.D.de teſtib.

Interdicere,pro Interdicto vti & experiri,l.1.§.penult.D.de via publ. l.3. §. ſi quid dolo, D. de tab.exhib.l.penult.D.ne quid in loco publ.l.1.§.cùm autem.D.de vi & vi arm.l.1.§.præterea,D.de aqu.cottid.l.8.§.illud,D.de precar.l.5.§.hæc verba,D.quod vi aut clam,l.1 §.ſi tibi fundum,D.de itin.actúque priu.

Interdico tecum,l.3.§.Labeo,D.vti poſſid.Quintilian.lib.3.cap.6. *Non debuiſti Interdicere, ſed petere. Interdicturus*,id eſt,interdicto vſurus,l.3.§.eſt autem,& §.ſi mecum,D.ad exhibend.

Interdicere aliâs *Prætor* dicitur,qui Interdictum dat,& proponit,l.vnic.D.vt in flum. publ. l.1.§.deinde,ait,Prætor,D.de aqu.cott.l.vn.D.de fonte,l.1.D.de locis publ. l.1. §. æſtas, D. ne quid in flum.publ.l.1.§.vlt.& l.2. D. de cloac. l.vlt.D.de riuis, l.1.D.de locis & itinerib.

Interdici, pro Interdicto vti,l.5.§.hæc verba,& l.7. §.1. D.quod vi aut clam.

INTERDICTIO, id eſt, prohibitio.

Interdictio matrimonij,l.9.D.de iure dot.*Interdictio* quædã eſt *Aquæ & Ignis*,de qua vide quę ſ.lib.1.diximus.*Interdictio Bonorum*,l.18.D.qui teſta.fac.*Certorum locorum*, l.5.D.de interdict. & releg.item certarum rerum, veluti. *Negotiationis*, *Profeſſionis*, *Aduocationis*, l.9. D. de pœn. l.1.§.vlt.D.de offic.præf. vrb. l.3. D. de decurionib. *Interdictione certæ rei coerceri*,l.vlt.D.de

iniu-

iniuriis.

INTERDICTA, vt Iustinianus tradit, appellabantur, formæ, atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tum maximè fiebat, cùm de possessione aut quasi possessione inter aliquos contendebatur. Instit. de interdict. in prin. cuius appellationis originem non à prohibitione, sed quia inter duos dicerentur, deducit idem Iustinianus, in §. sunt tamen, Institut. eod. tit. Isidor. planè lib. 5. Origin. cap. 24. *Interdictum* definit, *quod à Iudice non perpetuum, sed pro reformando momento, ad tempus, interim dicitur, salua propositione actionis.* Vetus Glossar. Græc. *Interdictum*, Διάλειμμα μεταξὺ δύο ἀμφισβητήτων περὶ νομῆς. Quo alludens Cicer. Epist. 32. lib. 7. Famil. *Vrbanitatis*, ait, *possessionem, amabo, quibus suis Interdictis defendamus.*

Summa Interdictorũ diuisio hæc est, quod aut *Prohibitoria sunt, aut Restitutoria, aut Exhibitoria*, l. 1. §. 1. D. Interdict. §. 1. Instit. eod. tit. l. 6. §. sed etsi, D. de confess.

Interdicta quæ ad rem familiarem spectant, aut Apiscendæ sunt possessionis, aut Reciperandæ, aut Retinendæ, l. 2. §. hæc autem, D. de interdic. §. sequens, Instit. eod. tit. *Interdicta* porrò æquè atque Actiones *Edi, Reddi, Accipi, Moueri*, dicuntur. Item, *Interdicto Agere, Experiri, Vti*, aiunt Iurisc. vt *& Interdicto Teneri. Interdicta* planè etiam Actiones vocãtur. Et ita, *actionem, Quod vi aut clam*, dicit, l. 43. in fi. D. ad leg. Aquil. Et Iustinian. Interdictum Vnde vi, *recuperandæ possessionis Actionem* appellat in l. 1. C. si per vim vel alio modo.

Contra Interdictum accedere, l. 1. C. de tutor. vel cur. qui satisd. non deb. Et ita *Interdictum* pro Interdictione bonorum, dixit Horat. lib. 2. Sermon. Sat. 3.

INTERDIV *Deprehensus fur*, l. 54. §. furem, D. de furtis.

Si Interdiu deiectum sit, l. 6. D. de his qui effuder. *Interdiu dumtaxat ire*, l. 14. D. comm. præd.

INTEREMERE, *vbicumque vis adhibita est, quæ Interemere solet*, l. 1. §. occisorum, D. de Sc. Silan. *Si alius tenuit, alius Interemit*, l. 11. §. si alius, D. ad L. Aquid. *Si quis, puta, veneno, vel etiam quo alio quod clam necare soleat, Interemptus sit*, l. 1. §. occisorum, D. de Sc. Silania.

Interempta dilatione, l. 3. §. quod si, D. de statuliber.

INTERESSE tàm *Publicè* quã *Priuatim* dicitur. *Publicè Interest*, quod in commune expedit, & ad totius Reipubl. vtilitatem pertinet, l. 44. D. de vsurpationib. *cùm Prætor, cognita causa, per errorem, vel etiam ambitiosè, iuberet hereditatem vt ex fideicommisso restitui, etiam publicè Interest restitui: propter rerum iudicatarum auctoritatem*, l. 65. §. cùm prætor, D. ad Sc. Treb.

Interest publicè partus non subiici, vt ordo, dignitásque familiarum salua sit, l. 1. §. sed etsi seruus, D. de inspicien. vent.

Publicè Interest nihil rapi ex Incendio, Ruina, Naufragio, l. 1. D. de incẽd. rui. *Publicè Interest, Insignes latrones, vel seditionum concitatores, vel duces factionum, damnatos, statim puniri*, l. 16. D. de appellationib. *Publicè Interest facilè non remitti pœnam*, l. 14. C. de pœnis.

Publicè Interest artem Geometriæ discere & exercere, l. 2. C. de malefic. *Publicè Interest dotes mulieribus conseruari: cùm dotatas esse feminas ad subolem procreandam, replẽdámque liberis ciuitatem, maximè sit necessarium*, l. 1. D. solut. matrim. *Reipublicæ Interest mulieres dotes saluas habere, propter quas nubere possunt*, l. 2. D. de iure dot. *Interest Reipubl. eam quæ minor 12. annis in domum quasi vxor sit deducta, licet nondum vxor sit, solidum tamen consequi, vt ætate permittente nubere possit*, l. 17. §. vlt. & l. 18. D. de reb. auct. iudic. *Interest Reipubl. quamplurimos ad defendendam suam causam admittere*, l. 4. D. de oper. nou. nunt.

Interest Religionis monumẽta extrui, & exornari, l. 1. §. interdictũ, D. de mort. inf. *Interest publicæ disciplinæ opinionem vniuscuiusque turpi carminis infamia vindicare*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4. *Publicæ salutis & securitatis Interest, Cloacas & riuos purgare*, l. 5. §. si quis riuos, D. de oper. nou. nũt. *Non minus salubritatis, quàm decoris Interest, Cloacam, quæ pestilens est, & teterrimo odore, cõtegi*, Plin. Epist. 99. lib. 10.

Priuatim verò *interest*, quod ad singulorum vtilitatem spectat, l. 65. §. Labeo, D. pro socio.

Interest nostra Libertos, Libertásque habere, l. 5. D. de liberal. cau.

Interest nostra animum liberorum nostrorum non corrumpi, l. 14. §. 1. D. de seru. corrup. *Si liberis qui in potestate sunt, aut vxori fiat iniuria, nostra Interest vindicare*, Paul. lib. 5. Sentẽt. Tit. 4. *Interest nostra potius non soluere, quàm solutum repetere*, l. 3. D. de cõpensationib. *Interest nostra ne fallamur in modi renuntiatione*, l. 1. D. si mensor. *Interest Creditoris, duos reos habere*, l. 3. §. vlt. D. de liberat. leg. *Interest Debitoris liberari*, l. 39. §. Iulianus, D. de legat. 1.

Si Testator iusserit quosdam ex heredibus æs alienum soluere, non Creditores habebũt actionem, sed Coheredes, quorum Interest hoc fieri, l. 69. §. si testator, D. de legat. 1.

Interest fideiussoris, pecuniã retinere, potiùs quàm solutam stipulatori, à reo repetere, l.15. D. de fideiussorib.

Interest fideiussoris, solui creditori, quàm ipsum conuentum mandati actionem intendere, l. 49. §. sed si testator, D. de legat. 1. *Nihil Interest fideiussoris à debitore pecuniam non peti*, l.23. D. de pactis. *Interest defunctorum successores habere: Interest viuentium non præcipitari, quamdiu iustè deliberant, hereditatem adeant, nécne*, l.6. D. de interrogationib. *Heredis interest defuncti existimationem purgare*, l. 1. §. quoties, D. de iniur. *Si monumentum iussit testator fieri, quia heredum Interest, quos ius monumenti sequitur*, &c. l.18. §. id tamen, D. famil. erciſc. *Heredis Interest*, in specie l. 71. D. de condic. & dem.

Interest hominis hominem beneficio adfici, l.7. D. de seru. expor. *Interest Parentis filium seruitem non subire*, l.1. D. de liber. cau. *Interest patris filiam dotatam habere*, l.71. D. de euictionib.

Interest domini proprietatis, fines prædij, cuius vsusfructus vel vsus abest, tueri, l.16. §.1. D. de vsu & habit.

Interest Dominorum, ne auxilium contra sæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam, denegetur his qui iustè deprecantur, l.2. §.1. D. de his qui sui.

Interest fructuarij bonæ frugi seruum esse, l.9. §.1. D. seru. corrup.

Interest eius cui sub conditione legatum est, cautum habere, l.14. D. ex quib. caus. in possess. *Interest Legatariorum adiri hereditatem*, l.1. §. idem Iulianus, D. si mulier. ventr. nom.

Interest emptoris primi secundo rem non euinci, l. vlt. D. de except. rei vend.

Interest minoris rem quæ maiorum eius fuerit emptam habere, l.35. D. de minorib.

Interest Mulieris dotem ei cui nuptura est solui, vt Incipiat esse dotata, l.71. §. Titio genere, D. de condic. & item, & l.69. §. si testator, D. de legat. 1.

Si Testator seruum pluris, quàm quanti est, redimi ac manumitti voluit: domino erit fideicommissi persecutio, cuius Interest, præter verum pretium id quod plus ei iussus est dare, consequi, l.32. D. de fideic. libert. *Nullorum magis Interest, quàm ipsorum quibus id priuilegium datum est*, l.24. §. vlt. D. de testa. milit.

Interest malæ fidei possessoris rem non subripi, quippe cum periculo eius res sit, l.12. D. de furtis. *Is cuius Interest furti habet actionem, si honesta causa Interest*, l.10. l.11. & l.14. §. præterea, D. de furtis. *Non is cuiuscumque Interest rem non perire, habet furti actionem, sed qui ob eam rem tenetur quòd ea res culpa eius perit*, l.12. §. an pater, D. eod. tit. *Creditoris cuius pignus subreptum est, non credito tenus Interest*, &c. l.15. D. eod. tit.

Plerumque autem *Interesse*, pecuniariter accipimus. *Mandati Actio tunc competit, cùm cœpit Interesse eius qui mandauit*, l.8. §. mandati, D. mandati. *Ad exhibendum possunt agere omnes quorum Interest*, l.3. §. iudicij, D. ad exhib. quod vti accipiendũ sit, vide l.19. D. eod. *Ad exhibẽdum actio ei creditur competere, cuius peculiariter Interest*, l.13. D. eod. *Actio datur, si Interfit*, l. 5. §. vlt. D. ne quis eum qui in ius vocat. *In Iudicio finium regundorum etiam eius ratio fit quod Interest*, l.4. §. 1. D. fin. regundo, id est, *si aliquam vtilitatem reus ex eo loco percepit, quem vicini esse apparuit. Si nihil Interfit actoris*, l.2. §. vlt. D. si quis in ius vocat, id est, *si ius eius non sit factum deterius*, vt l. 8. D. si quis cautionib. vel, si nullum ex hoc damnum passus sit. *Æstimatio eius quod Interfit agentis*, l.12. §. vlt. D. si quis cautionib.

Quanti actoris Interest, l.37. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Quanti Actoris Interfuerit, per eum non effectum*, &c. l.12. §. si post. D. ad exhibend. *Quod Interest Creditoris*, l.54. D. de fideiussorib.

Si aliquid litigantium Interfit, l.32. §. item non est, D. de recep. qui arbitr.

Nihil Interest petitoris, l.95. D. de solutionib.

In eo iure quo dicitur, *in Rem Pacta omnibus prodesse, quorum obligationem dissolutam esse eius qui paciscebatur, interfuit*, l.21. §. vlt. D. de pactis, *non quoquo modo cuiusque Interest: sed ita, si alioquin pecuniarium damnum immineat*, l.23. D. eod. tit.

Id quod Interest, à *Re, reique æstimatione*, separatur, l.1. §. considerandum, D. de tut. & rat. distr. l.1. D. de act. empt. Et proinde *id quod Interest*, & *Quanti ea res est*, diuersa nostri auctores faciunt, l. vn. in fi. D. si quis ius dic. l.4. §. in eum, D. de damn. infect. l.56. D. ad leg. Aquil. His enim verbis, verum rei pretium, illis, omnis vtilitas, quæ modò circa rem consistat, continetur, l.193. D. de verb. signific. l.21. §. cùm per emptorem, D. de act. empt. Vnde Paul. in l.13. D. rat. rem hab. *In quantum Interfuit*, sic interpretatur, id est, quantum mihi abest, quantúmque lucrari potui. Exempla eius quod Interest peti possunt ex l.21. §. vlt. cum l. seq. D. ad leg. Aquil. l.3. D. de condic. furt. l.8. D. de euictionib. l.10. §. cùm autem, D. de eden. l. vlt. D. de eo per quem fact. erit, l.33. D. locati. *Quanti Interfuit nostra non esse occisum*, d. l.21. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Quanti mea Interfuerit certo loco dari*, l.15. D. de compensationib.

Cuius

Cuius magis Intereſt, l. vlt. §. ſi plures, D. de colluſ. deteg. *In popularibus actionibus is cuius Intereſt, præfertur*, l. 3. D. de popularib. action.

In quod vniuſcuiuſque Intereſt agitur, l. 3. §. ſi ad plures, D. de ſepulcr. viol. *Qui ſua Intereſſe dicit, propriam cauſam defendit*, l. 2. §. vlt. D. quan. appellan. ſit. *Deſitt mea Intereſſe*, l. 12. §. idem ſcribit, D. de furtis.

Quatenus Interſit, l. 3. §. qui de ſepulcr. D. de ſepulcr. viol. *Quatenus cuius Interſit*, &c. l. 24. D. de diuerſ. regul.

Quanti ſua Intereſt Inſtrumenta proferre, D. de in lit. iuran. *Quanti ſua Intereſt exhiberi*, l. vlt. §. 1. D. de appellationib. *Quod ſua Interfuit nummos ſua die ſibi redditos eſſe*, l. 3. D. de in lit. iuran. *Niſi fortè tua Interſit te accepiſſe ob hanc cauſam pecuniam*, l. 5. D. de condict. cau. da.

Intereſſe pluris vel minoris, l. 8. §. vlt. D. de edēdo. *Si valde Intereſſe compererit*, l. 9. §. ſummatim, D. de interrogationib. *Quia nihil vicinorum Intereſt*, l. 15. D. de ſeruitutib. *Quanti Intereſt non vti*, l. 4. D. ſi ſeruit. vindic. *Quanti Actoris Interſit pecuniam ſolutam eſſe*, l. 8. D. de eo quod certo loco.

Si tanti Interfuit, l. 27. D. de furt. *Si Interfuit Ædium hoc fieri*, l. 6. §. vlt. D. comm. diuid. *Si Hereditatis Interfuit hominem emi*, l. 20. §. 1. D. de heredit. petit.

Quorum Intereſt, pro, ad quorū officium ſpectat, & pertinet, l. 56. D. locati, l. 3. C. de confirm. tut. l. 6. & l. 7. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. 2. ad leg. Iul. de ambit. in Cod. Th. & l. 4. de fabricen. lib. 11. C. hoc modo & Iuſtinianus Græcè loqui ſolet in Nouellis ἐξίσθαι τῇ σῇ ὑπεροχῇ, pro eo quod eſt, Spectabit ad celſitudinis tuæ officium.

Intereſſe, l. 4. §. vlt. D. ſi quis cautionib. id eſt, referre, l. 39. D. de acqu. poſſ. vt, l. 8. §. ſi tutores, D. mandati, ſeu, differentiam eſſe, l. 3. D. ad L. Aquil. *Intereſſe*, id eſt, adeſſe. *Intereſſe frumentationibus, & principiis*, l. 12. §. vlt. D. de re milit. *Qui Interfuit iudicio*, l. 4. §. vl. D. de appellationib.

Multùm intereſt, l. 10. & l. 41. D. de man. teſt. l. 5. §. vlt. D. qui à quib. l. 75. §. 1. D. de legat. 1. l. 7. §. vlt. D. de iniuriis. l. 19. D. de ædil. edic. l. 13. & l. 20. D. de his qui not. inf. l. 2. D. de fin. regūd. l. 3. D. de adquir. poſſeſſ. l. 36. D. de iure dot. l. 6. C. ſi quis alteri, l. 21. C. de ſolutionib. *Plurimum Intereſt*, l. 18. D. de inſtruct. vel inſtrum. *Non intereſt*, l. 34. §. 1. de euictionib. l. 81. D. pro ſocio. *Nec Intereſt*, l. 53. D. ſolut. matr.

Nec Intereſſe, l. 62. D. de condic. & demōſtrat. l. 3. §. tutor, D. de ſuſpect. tutor. l. 36. D. de ſeruit. prędd. vrb. *Nec quicquam Intereſt*, l. 5. D. de vſurpationib. l. 25. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ. *Neque enim Intereſt*, l. 3. §. tutor, D. de ſuſpec. tut. *Neque Intereſt*. l. 48. D. de vſurpationib. *Nihil Intereſt*, l. 50. D. de bon. libert. l. 12. D. de inoff. teſt. l. 13. D. de vulg. & pupil. l. 20. D. de pecul. leg. l. 16. D. de liberat. leg. *Quid Intereſt?* l. 56. D. ad L. Falcid. *Quid Interſit ſi?* l. 3. D. de coniung. cum emanc.

INTEREVNT *Homines, vel Morte, vel, maxima & media, capitis minutione: Res verò, cùm aut nullæ relinquuntur, aut condicionem mutant*, l. 63. §. vlt. D. pro ſocio. Atque ita, *Fundum*, inundatione aquarum, vel chaſmate, alióve quo caſu, *Interire*, dixit Vlpia. in l. 10. in fi. D. de peric. & commod. & Imper. l. 1. C. de iur. emphyt. id eſt, *perire*, vt l. 47. §. vlt. D. de legat. 1.

Interire Res, l. 1. C. de his quæ vi. *Interire pignora ruina ædium*, l. 34. D. de dam. infec. l. 5. C. de pignerat. act.

Interire Res ſine dolo malo & culpa, l. 16. D. de condict. furt. *Interitura res*, l. 14. §. vlt. D. depoſiti.

Nec tantùm animales res, ſed & quæ anima carent, *Interire* dicuntur. *Si frumentum aut vinum familiæ parauerit, idque caſu quodam Interierit*, l. 22. D. de negot. geſt. *Licet peculium Interierit*, l. 19. §. vlt. D. de pecun. conſtit.

Sed nec corporales modò res, verùm etiam incorporales, veluti *Iura*, Interire dicimus. *Ne ſeruitus Intereat*, l. 11. D. comm. præd.

Interire vſufructus, l. 10. §. ſi maſſæ, D. quib. mod. vſusfruc. *Rei mutatione Interire vſumfructum placet*, l. 5. §. rei. D. eod. tit. id eſt, *extingui*, vt ead. l. §. vlt.

Interire actiones, id eſt, extingui & finiri, l. 10. D. de tutel. ration. *Si quæ tales ſint Actiones, vt Tempore, vel Morte, Intereant*, l. 24. D. de liber. cau.

Interire poſſeſſio, l. 44. D. de adquir. poſſeſſ.

Interiiſſe Tabula dicuntur, quæ interciderunt, perierunt, l. 1. D. ſi tab. teſt. nul. ext.

INTERITVS *Perſonæ*, l. 4. D. de nouationib. *Rei*, l. 11. D. comm. diuid. *Interitus naturalis rei*, l. 14. §. vlt. D. depoſiti. *Interibus actorum*, l. 11. C. de fide inſtrum. *Interitus vſusfructus*, l. 15. D. famil. erciſc.

Interitus vſusfructus, l.5.§.Rei, & l.14.D.quib.mod.vſufr.

INTERIM, id eſt, pendente Die, vel Condicione. l.10.D.de adſign.libert. l.46.D.famil.erciſc. l.22.D.mand. l.13.§. ſi ſub condicione, D.de pignorib. l.41.D.de condic.& demõſtrat. l. 16.D.de manumiſſ.teſtam. l.36.§.vlt.D.ad leg. Falcid. l.96.§.penult. D.de legat.1. l.6.D.de vſufr. adcreſc. l.19.D.de quæſtionib. l.2.D.pro ſocio, l.1. §.ſi decem, D.vt legator. l.39. l.12. §.Iulianus, D.de vſufruc. l.3.§.qui fideicommiſſ. D. de hered. inſtit. l.6.D.de condic.indeb. l.34.D.de religioſis, l.10.& l.46.D.famil.erciſc. l.27.D.de inoff.teſt.

Interim, id eſt, dum apud hoſtes eſt, l.6.in fi.D.quibus ex cauſ.in poſſ.

Interim, l.37.D.de noxal.act. ſignificat, quamdiu res apud eos manet.

Interim, id eſt, donec res euincatur, l.29.D.de negot.geſt.

Interim, in l.8.D.ad leg.Pomp.de parricid. id eſt, in reatu & pendente criminis quæſtione.

Interim, id eſt, quamdiu nolit, l.41.§.penult. D.de legat.3. *Interim*, id eſt, quamdiu in ſenatorio ordine manet, l.27.D.de ritu nupt.

Interim, id eſt quod ad præſens, vt vulgo loquimur, l.48.§.vlt.D.de iur.fiſci. *Interim*, id eſt, donec infantis ætatẽ exceſſerit, l.55.D.de vſufr. *Interim*, l.3.D.mandati, l.95.D.de ſolution. l.3.§.plus dicit, D.ad exhib. l.112.§.vlt.D.de condic.& dem. l.9.D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. l.5.§.1.D.qui & à quib. l.24.§.vlt.D.de liber. eau. l.42.§.cùm filius, D.de bon. libert. l.16.§. vlt.D.quando dies leg. l.64.§.quis rogat. D.ad Sc.Trebell. l.25.D.quando dies, l.5. D.vt legat. l.4.D.de bon.poſſ.contr.tab. l.91.§.vlt.D.de legat.1. *Interim*, id eſt, dum conſtituitur, l.11.D.de pecun.conſtit. *Interim*, id eſt, dum totum emat, l.36.§.vlt.D.mandati. *Interim*, id eſt ventre pleno, & antequam mulier enixa ſit, l.3.§.vlt.& l.5.D.ſi pars hered.pet.

Interim, id eſt donec ad iuſtam ætatem peruenerit, l.8.D.de condict.cau.da. *Interim*, id eſt, pendente iudicio, l.78.D.de legat.2.

Interim, id eſt, durante furore, l.12.D. de ſuſpect.tutor.

Interim, l.7.D.de agnoſc.& alend. id eſt, pendente quæſtion.

Interim, id eſt, pendente appellatione, l.21.§.ſi magiſtratus, & §.ſi vterq;, D. de appellationib.

Interim, id eſt donec poſtumus naſcatur, l.29.D.de negot.geſt.

Interim, id eſt, dum deliberat heres, l.5.D.de quib.ex cau.in poſſ. *Interim imponi*, l.18. D.de ſeruitutib.

Interim, id eſt, conſtante matrimonio, l.5.D.de bon.damnat.

Interim, id eſt, donec furor durat, l.12.D.de excuſationib. *Interim*, id eſt, antequam dominium auferatur, l.36.D.de noxal.act. *Interim*, id eſt, tantiſper, l.20.§.inſtructis, D.de fund. inſtru.vel inſtru.leg. *Interim*, id eſt, donec dies venerit, l.16.D.de ann.lega. *Interim*, id eſt, ante triennium, l.56.§.1.D.ad leg.Falcid.

Interim, id eſt, donec pupilli ſucceſſio locum habeat, l.34.§.ſi communem, D.de leg.1.

Interim, id eſt, pendente appellatione, l.27.§.de inofficioſo, D.de inoffic. teſtam. l.21. §.1. D.de appellation. l.7.D.de munerib.& honorib. l.6.§.quid tamen, D.de iniuſto.

Interim percepti fructus, l.vlt.D.de iur.dot. l.91.§.vlt.D.de legat.1.

Interim, id eſt, inter vulnus & mortem, l.51.D.ad leg.Aquil. *Interim*, id eſt, quoad apud hoſtes eſt pater, l.1.§.1.& l.7.§.non ſolum, D.de Senatuſc.Maced.

Interim, id eſt, intra annum, l.81.§.ſi cum, D.de legat.1.

Interim, id eſt, ante tempus, l.113.D.de legat.1.

Interim, id eſt, aliquo tempore, l.242.in fin.D.de verb.ſignificat.

INTERLINERE eſt, inducere. *Si chirographum Interleuero*, l.5.§.quinimmo, D.commodati.

Si inſtrumẽta Interleuit, l.27.§.vlt.D.de furtis. *Qui tabulas Interleuerit*, l.42. D.ad Leg. Aquil. *Si quis tabulas Inſtrumentorum Interleuerit*, l.31.D.de furtis. *Si Tabulas hereditarias Interleuiſſe dicantur*, l.18. D.famil.erciſc. *Qui teſtamentum Interleuerit*. Cic.pro Cluent. *Si rationes Interleuiſſe dicatur*, l.67.D.de legat.1.

Interlinere, & *Delere*, ſeparantur. *Qui teſtamentum deleuerit, Interleuerit*, l.2.D.de lege Corn. de falſ. *Si vnus ex heredibus rationes hereditarias Deleuerit, vel Interleuerit*, l.16.§.denique, D.famil. erciſc. *Si Rationes, ceteráque Inſtrumenta Interleuerit, Deleuerit*, l.11.§.1.D.de ſeruo corrup.

Interlinere, & *ſuperducere*, ſeparantur, l.20.§.vlt.D.de teſtam.mil.

INTERLOQVI *Iudex, Præſes, Prætor*, dicitur, cùm quid, inter cognoſcendum, pronuntiat. *Si Quæſtionem in ciuili negotio habendam iudex Interlocutus ſit*, l.2.D.de appellationib. recipiend. *Si Præſes*,

Præses, vel iudex, ita Interlocutus sit, Vim feciſti, l. 32. D. de pœnis. *Si de decurione puniendo vel filio, nepoteve, Præses ſcribendum principi Interlocutus eſt*, l. 6. §. eius qui, D. de iniuſto rup. *Si quis forte Interlocutus fuerit, ſe Principem conſulturum*, l. 1. D. de appellationib. *Prætorem Interlocutum eſſe, vt ſiue Actione vellet aduerſus Campanos experiri, eſſe propoſitum: ſiue Exceptione aduerſus petentes, non deeſſe exceptionem*, l. 9. §. ſed ex facto, D. quod met. cau. *Si ita fuerit Interlocutus, Lucius Titius temere accuſaſſe videtur*, l. §. quæri, D. ad Sc. Turpilian.

Indices ſic Interloqui ſolent, vt ſi mouentia non ſint, res ſoli quoque capiantur, l. 15. §. in venditione, D. de re iudica.

Interlocutus eſt Imperator, etiamſi nihil ab Inteſtato pater petiſſet, pios tamen filios debuiſſe manumittere eam quam pater dilexiſſet. Pronuntiauit igitur rectè eam manumiſſam, l. 38. D. de fideic. libert.

Quodcumque Imperator de plano Interlocutus eſt, l. 1. D. de conſtitutionib.

INTERLOCVTIO eſt pronuntiatio Iudicis, Præſidiſve, in exordio medióve litis interueniēs: quæ principale negotium plerumque non omnino finit, vel peremit, l. 9. C. de ſentent. & interlocutionib. *Interlocutio ſeuera*, l. 3. §. 1. D. de offic. præf. vig.

Interlocutio Iudicis, l. 17. C. ex quib. cauſ. inf. *Præſidis*, l. 19. C. eod. tit.

INTERMISCERE *actum alienum teſtamento*, l. 21. §. 1. D. qui teſtam. fa.

INTERMITTERE *Adminiſtrationē*, l. 14. D. de tutel. & rat. *Negotia*, l. 21. §. ſi viuo, D. de neg. geſt. *Turpitudo quæ poſtea Intermiſſa eſt*, l. penult. D. de his qui not infam. *Intermiſſo legitimo ſpatio*, l. 14. D. de ſeruit. vrbanor. præd.

Intermittere adminiſtrationem, l. 14. D. de tutel. & rat.

Intermiſſi furoris tempore, Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 4.

Si Intermiſſionem habet furioſus, l. 20. §. ne furioſus, D. qui teſtam. fac. poſſ. id eſt, Interualla inſaniæ.

INTERMORIVNTVR *Viæ*, l. vlt. D. de loc. & itinerib. pub.

INTERNECINVM *Teſtamentum*, ait Feſtus, eſt *propter quod dominus eius necatus eſt*. Inde, *Internecini actio*, l. 14. de accuſationib. C. Theod. & *Internecini iudicium*, quod, interprete Iſidoro, lib. 5. Etymolog. cap. 26. *In eum dabatur, qui falſum teſtamentum fecerat, & ob hoc hominem occidit.*

INTERNOSCI, l. 31. D. locati.

Per INTERNVNTIVM *Iuſſum fieri poteſt*, l. 21. §. iuſſum, D. de adquir. vel omitt. *Sponſalia conſtitui*, l. vlt. D. de ſponſalib. vbi coram & per Internuntium opponuntur: *per Nuntium*, ait l. 2. D. de oblig. & act.

INTERPELLARE, *eſt* extra iudicium petere, denuntiar, efflagitare, l. 23. D. de obligat. & act. *Si Interpellet pars heredum*, l. 81. D. de ſolutionib.

Interpellari pecuniæ à parte promiſſoris, l. 2. D. de nautico fœnore. *Aut ſolus tutor Interpelletur*, l. 24. D. de verb. oblig.

Si Interpellatus opportuno loco non ſoluerit, l. 32. D. de vſuris. *Si Interpellatus non dediſti*, l. 23. D. de verb. oblig. *Cùm, Interpellatus, cum aliquo ſpatio, qui conferre potuit, non facit*, l. 5. D. de collat. bon. *Cùm Interpellatus heres, fundum non dediſſet*, D. quand. dies leg. *Si omnino debitor Interpellatus non fuerit*, l. 23. D. de oblig. & action. *Si Interpellatus emptor non ſoluat*, l. 4. §. Marcellus, D. de lege commiſſor. *Si promiſſor Interpellatus ſit*, l. 49. §. vlt. D. de verb. obli. *De vſuris ſoluēdis Interpellata non eſt*, l. 18. §. manumiſſis, D. de alimen. vel cibar. leg.

Aliàs, Interpellare, eſt debitorem appellare & iudicio conuenire, l. 45. D. de adminiſt. & peric.

Interpellare nominatores, l. vlt. C. quo quiſque ordine. *Improbè illum alterius nomine conabitur Interpellare*, l. 46. D. de adminiſtr. & peric. *Interpellari in reliqua collegarum*, l. 21. D. ad municipal.

Interpellari creditor, l. vlt. C. ſi antiquior. *Extra ordinem Interpelletur*, l. 12. D. de religioſ. & ſumpt.

Interpellari matres ex perſona filiorum, l. 3. C. ne vxor pro marito.

Interpellare iudicem, l. 41. C. de tranſac. *Interpellare præſidem*, l. 6. C. de vſuris. *Interpellatus præſes*, l. 5. C. de ingenu. manumiſſ. *Prouincia*, l. 9. C. de tranſactionib. id eſt, aditus.

Interpellare, id eſt, interrumpere.

Interpellare poſſeſſionem, l. 2. D. pro hered. *Lex Iulia non Interpellat eam poſſeſſionem quæ per longum tempus fit*, l. 16. D. de fund. dotal.

Interpellare Poſſeſſores, l. 1. D. de diſtract. pignor. *Qui ius ſuum non Interpellauit*, l. 18. §. vlt. D. quemad. ſeruit. amitt.

Interpellare Vſucapionem, l. 1. §. vlt. D. vſufruc. quemad. cau.

Interpellari, id est, interrumpi. Sic *Interpellari possessio*, l. 14. D. de seruitutib. l. 7. §. procurator, D. pro emptore. *Interpellata esse possessio, & cœpta durare*, opponuntur, l. 12. D. pro empto.

Interpellari Vsucapio, l. 2. §. vlt. D. pro emptor. l. 84. D. de furtis, l. 29. D. de pigner. act. l. 33. §. qui pignor. & §. vlt. D. de vsurpationib. l. 1. §. vlt. D. vsuf. quemad. cau. *Interpellata vsucapio*, l. 13. D. pro emptore. l. 32. D. de seruit. præd. vrbanor. *Interpellari vsucapiones*, l. 1. D. de munerib. *Interpellari bona*, l. 5. C. de iur. fisci. *Interpellari petitio*, l. 6. C. de adquir. & retin. poss. *Interpellare*, id est, impedire. *Si procurator iustam causam habuerit, Interpellandi manumissionem serui*, l. 30. D. mandati. *Nihil facit ad Interpellandam iurisdictionem eius, qui de fideicommissa libertate cognoscit*, l. 36. §. vlt. D. de fideicom. liber. *Interpellari libertas lege*, l. 67. D. qui & à quib. *Ne venditio Interpelletur*, l. 6. D. de optio. vel elect. *Si ab eo Interpellabitur*, id est, prohibebitur frui, l. 33. D. locati.

Interpellare, id est, appellare de stupro, *Qui mulierem puellámve Interpellauerit*, l. 1. §. vlt. D. de extraord. crimin. id est, blanda oratione, mulieris, puellęve pudicitiam adtemptauerit, vt loquitur l. 15. §. appellare, D. de iniuriis. *Interpellari de stupro*, Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 5.

Interpellatores matrimoniorum, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4. l. 1. D. de extraor. crim.

INTERPELLATIO, pro iudiciaria persecutione, l. 23. D. de iudiciis. *Sine interpellatione*, id est, controuersia, l. 188. D. de verb. signific. l. 2. C. de long. temp. præscript.

INTERPOLA *vestimenta*, l. 23. D. de contr. empt. vbi *Interpola*, *Nouis* opponuntur. Proinde, apud Isidor. lib. 19. origin. cap. 22. vbi vulgò legitur *Intripola vestis illa vocatur, quæ dum sit vetus, ad nouam speciem recuratur*, emenda *Interpola*.

Interpolant veteratores, l. 37. D. de ædil. edict.

INTERPONERE *se*, id est, partes suas accommodare, & auxilium suum impartiri. *Magis est, vt vtrubique se Iudex interponat*, l. 5. §. 1. D. de agnosc. & aliud *Interponere se in his iudex non debet*, l. 41. §. 1. D. fam. erc. *Prætor Interponere se non debet*, l. 34. §. 1. D. de minorib. *Contractus, in quibus Prætor se non Interponit*, l. 6. §. apud. D. quæ in fraud. credit. *Vt Prætor se non Interponat*, l. 32. §. summa, D. de recept. qui arbitr. *Cùm nec in priuatorum contractibus fiscus se Interponere debeat*, l. 5. C. si mancip. ita fuer. *Non interponente se magistratu*, l. 4. §. si tam, D. de damn. infect. *Præses Prouinciæ auctoritatem suam Interponat*, l. 2. §. vlt. D. de oper. publ. *Cœpit Senatus se Interponere*, l. 2. §. deinde quia, D. orig. iur.

Interponere se suam beneuolentiam Diuus Pius rescripsit, l. 52. D. de adquir. vel omitt. *Interponere officium suum arbiter*, l. 30. D. famil. ercisc. *Interponi officium iudicis*, l. 22. §. nec non, D. solut. matrim. *Prætoris partes Interponendæ sunt*. l. 5. D. de liber. cau. *Interponit Decretũ prætor*, l. 1. §. si ea, D. de vent. in poss. l. 5. D. de confir. tut. l. 7. §. 1. D. de curat. fur. *Interponi decretum*, l. 7. D. de Carbon. l. 3. §. si caus. D. de bonor. possess. l. 30. §. in furioso, D. de fideicom. liber. l. 11. C. eod. tit. l. 6. C. de præd. minor. & apud Paul. l. 4. Sentent. Tit. 4.

Interpositum decretum, l. 29. §. vlt. D. de minorib. l. 30. in princip. D. de fideic. libert. l. 3. C. de adminis. tut. l. 29. §. vlt. D. mino. *Interposito decreto*, l. 1. C. qui dare tut. l. vlt. C. de fideiussorib. minor. *Interposito decreto à Prætore*, l. 54. D. de manum. test. *Non interposito decreto*, l. 1. C. si maior fact. *Interponendum decretum*, l. 6. D. de Carbon. edic.

Interponi Decreta, l. 48. D. de re iudic. *Interponere se negotiis*, l. 8. D. de legationib. id est, immiscere se, seu interuenire negotiis, l. vlt. §. item si, D. ad Sc. Velleian. *Si mulier ipsa se Interposuit*, l. 6. C. eod. tit. *Si seruum Interposuit mulier*, l. 11. §. consequenter, D. de donat. int. vir. *Interpositus* pro interposita persona, l. 12. D. si quid in fraud. l. 57. D. ad L. Falcid. *Interpositus à marito*, d. l. 11. §. idem *Interpositus procurator*, l. 3. D. rat. rem hab. *Interposito curatore vendidit*, l. 32. §. interposito, D. de administr. & peric.

Interponere Personam, l. 13. D. de verb. obligationib. 14. §. 1. D. quæ in fraud. l. 5. in princ. & §. generaliter, D. de donat. int. vir. & vxor.

Interposita dicitur *Persona*, quę nomen suum alteri accõmodat *per Interpositam personã*, l. 87. D. ad L. Falcid. l. 1. §. exceptionem, D. quar. rer. act. l. 6. C. de incest. *Etiam per Interpositam donatio consummari potest*, l. 4. D. de donationib.

Inter virum & vxorem, nec per Interpositam, personam donatio fieri potest, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 24. *Qui per Interpositam personam rem pupilli emit*, l. §. item, D. de auctor. & consen.

Interposita persona eius, id est, si eius persona interponatur, l. 5. D. de stipul.

Interpositis personis, id est, per Interpositas personas, l. vlt. D. de sponsalib.

Interponere Appellationem, l. 24. §. vlt. & l. 28. l. vlt. in princ. & l. 1. D. de appellationib. l. 9. C. eod. tit.

Interponi Appellatio, l. 1. §. vlt. D. quæ sent. sine appell. l. 3. C. de appell. l. 6. C. si. pendẽte appell. *Appellatio Interposita*, l. 1. D. apud eum à quo appellat. l. 1. D. si pendente appellat. l. 5. C.

si reus

ſi reus, vel accuſat. *Interpoſita Appellatione*, l. 6. §. 1. l. 14. §. accuſaſſe, D. de bon. libert. l. 11. D. de appellationib. l. 1. D. nihil innouari, l. 1. C. de vacat. *Poſt Interpoſitam Appellationem*, l. 1. D. de libell. dimiſſor.

Interponere Prouocationem, l. 18. D. de appellationib. l. 1. C. ſentent. reſcind. non poſſ. l. 3. & l. 7. C. quando prouocare. *Interpoſita prouocatio*, l. 10. D. de tranſactionib. l. 6. §. vlt. C. de appellationib. *Prouocatione*, l. 1. D. nihil innouari, l. 1. D. ſi pendente appellat. §. 1.

Interponunt auctoritatem Tutores, Vlpian. Tit. 12. Regular. *Interponi auctoritas*, l. 18. D. de adminiſtr. & peric. l. 25. §. iuſſum, D. de adqu. vel omitt. *Interpoſita auctoritas*, l. 9. §. tutor, & l. 13. D. de auct. & conſen.

Interponere Cautionem, l. 7. D. de hered. petit. l. 52. §. vlt. D. de pecul. l. 41. D. de iudiciis, l. 76. §. qui Mucianam, D. de legat. 2. l. 2. C. de non numer. pec. *Non Interpoſuit cautionem*, l. 7. D. de dote præleg. l. 1. §. 1. D. vt legat. l. 4. §. item, D. de fideicomm. libert.

Interponi Cautio, l. 6. §. vlt. D. quod cuiuſcumque, l. 11. D. vſufruct. quemadm. cau. l. 35. §. 1. D. de hered. inſtit. l. 5. & l. 19. D. famil. erciſc. l. 27. D. pro ſocio, l. 3. §. 1. & §. vlt. D. ſi cui plus, l. 1. §. ſi heres, D. ad Senat. Treb. l. 69. §. vlt. D. de leg. 1. l. 41. §. agri, D. de legat. 3. l. 1. §. quamuis, D. de collat. bonor. l. 73. D. de condic. & dem. l. 69. D. de legat. 1. l. 4. C. de condic. indeb. *Cautionem Interponendam*, l. 71. D. de condic. & dem.

Interpoſita Cautio, l. 1. D. de condic. ob turp. cauſ. l. 32. D. de damn. infect.

Interpoſita Cautione, l. 42. §. 1. D. de mort. cauſ. donat. l. 52. §. vlt. D. de peculio, l. 13. D. de quęſtionib. l. 3. C. de poſtul. l. vlt. C. qui ætate vel profeſſ. *Non Interpoſita Cautione*, l. 6. D. de dam. infect. *Poſt Cautionem Interpoſitam*, l. 79. §. qui poſt, D. de condic. & dem. l. 3. D. quæ res pigno.

Interponi cautione, l. 25. §. contra, D. famil. erciſc. *Interponendæ Cautiones*, l. 15. §. ſi ſub condicione, D. de pignorib. l. 8. D. de legat. 2.

Interpoſitis Cautionibus. l. 78. D. de hered. inſtit. l. 57. D. ſolut. matr. l. 132. D. de verbor. oblig. l. 15. D. comm. diuid. l. 67. §. ſed & ſi fundum, D. de leg. 2. l. 29. D. de vſu & vſufr. l. 20. §. prædia, D. de inſtruct. vel inſtrum. l. 21. §. vlt. D. de euictionib. & apud Vlpian. Tit. 25. Regular.

Interponere Satiſdationẽ, l. vlt. C. de tut. vel cur. qui ſatiſd. *Satiſdatio Interpoſita*, l. 20. D. de oper. no. nunt. *Interpoſita ſatiſdatione*, l. 24. §. quoties, D. ſolut. matrim. l. 5. D. de confir. tutor. l. 6. D. quando ex facto, l. 67. D. de condic. & dem. l. 33. D. de reb. auct. iud. *Interponendæ ſatiſdationis gratia*, l. 3. §. vlt. D. ſi cui plus. *Interponere fidem*, l. 10. §. vlt. D. de his quæ vt indignis. *Fidem ſuam Interponere*, l. 3. C. ad Senatuſc. Velleian.

Interponi Pactionem, l. 15. D. ad Sc. Turpill. *Interpoſita Pactio*, l. 4. C. de inutilib. ſtipulat.

Interponere Pactum. l. 1. D. de diſtractio. pign. l. 3. D. quæ res pignor. l. 55. & l. 27. §. ſi cum decem, C. de pact. l. 2. C. de iure dotium. *Interpoſitum pactum*, l. 12. §. 1. D. de pact. dotalib. l. 9. §. vlt. D. de tranſactionib. l. 5. D. quib. mod. pign. l. 4. C. de pact. conuen. l. 21. C. de iure dot. *Interpoſito pacto*, l. 1. C. de condic. ob cauſ. l. 22. C. de vſuris. *Placitum*, l. 7. C. de tranſactionib. *Interponere ſtipulationem*, l. 35. D. de actionib. emp. l. 5. D. de doli except. l. 6. D. de negot. geſt. l. 18. §. emptor, D. de dam. infec. l. 49. D. famil. erciſc. l. 41. D. de verb. oblig. l. 5. D. de dol. except. l. 84. D. ad leg. Falcid. *Interponere Stipulationes*, l. 36. D. de act. empt. *Interponi Stipulatio*, l. 18. l. 23. & l. 24. D. de damn. infect. l. 2. §. circa, D. de dol except. l. 38. D. de ſolutionib. l. 5. D. de tranſactionib. l. 1. §. 1. D. vſufruct. quemadm. cau. l. 1. in princ. & §. ſi legata, D. ſi cui plus, l. 8. §. vlt. l. 13. l. 20. & l. 21. D. de oper. no. nunt. l. 7. D. de dam. inf. l. 10. D. rat. rem hab. l. vlt. C. de fideiuſſorib. tut. *Stipulationes*, l. 1. D. de ſtipul. ſeruor. l. 1. l. 12. & l. 13. D. iudic. ſolui, l. 4. D. de ſtipul. prætor. l. 20. l. 22. & l. vlt. §. vlt. D. rat. rem hab. *Interpoſita Stipulatio*, l. 59. §. vlt. D. ad Sc. Trebel. l. 4. §. vlt. D. de naut. fenor. l. 1. D. ſi cui plus, l. 13. D. de oper. no. nũt. l. 24. D. de pręſcrip. verb. l. 63. D. de iure dot. l. 19. l. 51. §. 1. & l. 52. D. de euictionib. l. 11. D. qui potior. in pign. l. 4. D. de vſuris, l. 25. D. de ſtipul. ſeru. l. 134. §. vlt. D. de verb. obligat. l. 48. D. ſolut. matr. l. 49. D. de reb. credit. l. 9. C. de non numer. pec. l. 4. C. de vſuris. & apud Paul. lib. Sentent. Tit. 9. *Interpoſita Stipulatione*, l. 1. §. interdum, D. ad L. Falcid. l. 26. D. de minorib. l. 1. D. de ſtipul. prætor. *Interpoſita Pactione, vel Stipulatione*, l. 1. C. ſol. mat. *Per Interpoſitam Stipulationem*, l. 18. §. ſi is, & §. emptor, D. de dã. inf. *Interponendæ Stipulationis gratia*, l. 121. D. de verb. obl. *Interponi Stipulationes*, l. 20. D. rat. rẽ hab. *Interponere Teſtationẽ*, l. 16. D. de Sc. Maced. *Interponi*, intercedere, interuenire. *Interpoſitus Contractus*, l. 73. D. ad Sc. Treb. *Interpoſita acceptilatio*, l. 13. §. ſtichum, D. de acceptil. *Interpoſita Donatio*, l. 40. D. de mort. cau. donat. *Interpoſita liberalitas*, l. 2. C. de dote cau. *Interpoſita locatio*, l. 44. D. de fideiuſſorib. *Interpoſita obligatio*, l. 12. §. vlt. D. de diſtract. pignor. *Interpoſita per Iuſiurandum obligatio*, l. 13. D. de acciptilat. *Interpoſita obligatione*, l. 12. §. 1. D. de diſtrat. pign. *Interpoſita tranſactio*, l. 2. l. 7. l. 8. l. 11. & l. 13. C. de tranſactionib.

Interpoſita Delegatio, l.3. C. de nouationib. *Interpoſitis delegationibus*, l.40. §. poſt diuiſionem, D. de pact. l.77. §. hereditatem, D. de legat.2.

Interpoſita denunciatio. l. vlt. C. debitor vendition. *Poſt Interpoſitam denunciationem*, l.4. C. ad Senatuſc. Turpill. *Interpoſitis denunciationibus*, l. vlt. C. de vſur. pupillar.

Impoßibili condicione Interpoſita, l.31. D. de obligat. & act.

Interpoſito dolo, l.1. C. de iure dot.

Interpoſita fraus, l.3. §.1. D. de iure fiſci.

Interpoſita ſcriptura, l. vlt. D. de obligationib. l.3. D. de condic. indeb. l.1. C. ſi maior fact.

Interpoſita traditio, l.1. C. quando liceat.

Interponere teſtationem, l.16. D. de Senat. Maced.

Interpoſitum edictum, l.7. §. ſi pupillus, D. de Carbon. edic.

Interpoſitum inſtrumentum, l.134. D. de verbor. obligat. l.72. D. de euictio. *Interpoſitis inſtrumentis*, l.35. D. de pact.

Interpoſitum iuſiurandum, l.28. §.1. l.40. & l.42. D. de iureiur. *Nec longum ſpatium Interponitur*, l.6. §. vlt. D. de duob. reis. *Interpoſito aliquo momento*, l.11. §. idem Marcellus, D. de donat. inter vir. *Interpoſito tempore*, l.33. D. de act. & obligat. l.4. D. de Carbon. edicto, l.135. §. Seia, D. de verb. obligation. *Non multo Interpoſito tempore*, l.33. D. de ritu nuptiar. *Interpoſitis horis*, l.23. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.

Interpoſitis inimicitiis, l.3. §. ſi quis, D. de adimēd. *Nuptiis aliis Interpoſitis*, l.21. D. qui & à quib. manumiſſ.

Interpoſitis alienis ædibus, l.7. §.1. D. commun. præd.

INTERPOSITIO *Decreti*, l. vlt. C. de præd. & aliis, l. vlt. C. quādo decreto, l.3. C. ſi quis ignor.

INTERPRES appellatur is cuius miniſterio ad alienam & extraneam linguam intelligendā vtimur, l.1. §. vlt. D. de verb. oblig. l.5. in fi. D. de captiuis, & poſtlim. reuer. Liuius lib.7. *Gallus proceßit magnitudine atque armis inſignis, quatiénſque ſcutum haſta, cùm ſilentium feciſſet, prouocat, per Interpretem, vnum ex Romanis.* Ciceron. lib r. 5. in Verrem. *Valentinus eſt in Sicilia Interpres, quo Interprete, non ad Græcam, ſed ad furta & flagitia, vti ſolebat.* Idem pro Cornel. Balbo: *Quem apud maiores, Legati noſtri in Græciam proficiſcentes, Interpretem ſuum habere voluerūt.* Q. Curt. lib.5. *Iußúſque propius accedere ſine interprete: Nam haud rudis Græcæ linguæ Darius erat.* Et mox: *Et, interprete Græco, relato ſermone, exempta dubitatio eſt.* Plinius lib.25. cap.2. de Mithridate. *Illum, ſolum mortalium, viginti duabus locutum linguis, certum eſt, nec de ſubiectis gentibus vllum hominem per Interpretem appellaſſe.* Firmicus lib.3. Matheſ. cap.8. *Reddit etiam ſic per noctem collocutus Imperatorum, aut potentißimorum Iudicum interpretes.* Interpretum autem ſalarium ἑρμηνευτικὸν appellatur in vlt. D. de proxenetic.

INTERPRETARI *iura publicè*, §. reſponſa, Inſtit. de iure natur.

Interpretatus eſt Traianus, l.10. §. vlt. D. ad Senatuſc. Turpil.

Benignè Interpretari, l.24. D. de reb. dub. *Plenius Interpretamur*, l.1. D. de opt. vel elect. *In teſtamento plenius voluntates teſtantium Interpretantur*, l.12. D. de diuerſ. regul. *Beneficium Imperatoris quàm pleniſſimè Interpretari debemus*, l.3. D. de conſtitut. princip. *Tam ſtrictè non ſunt Interpretandæ volūtates defunctorum*, l.12. §. ſed ſi pecoris, D. de vſu & habitatio. *Ab eo qui male ſententiam Interpretari dicitur*, l.4. de appellationib. *Interpretandum eſt*, l.64. D. de condic. & dem. *Ambiguum pactū contra venditorem Interpretandum eſt*, l.135. D. de diuerſ. reg. *Verba contra ſtipulatorem Interpretanda ſunt*, l.38. §. in ſtipulationib. D. de verb. oblig. *An iure Interpretatum ſit*, l.4. D. de appellationib. *Aliter Interpretantibus*, l.77. D. de contrah. empt.

INTERPRETATIO *Edicti*, l.1. §. quamuis, D. de vent. inſpic. *Legum*, l.42. D. de pœnis. *Prudentium*, l.5. D. de trāſactionib. l.2. §. nouiſſimè, D. de orig. iur. *Perdura*, l.12. D. de cuſtod. & exhib. *Prætoris erit Interpretatio*, l.9. D. de ſtipulationib. prætor. *Aptanda eſt ſingulis verbis Senatuſconſulti congruens Interpretatio*, l.20. §. aptanda, D. de hered. petit. *Interpretationem Adhibere*, l.5. ℩. D. de incend. rui. *Eiuſdem Interpretationis eſſe omnes ſtipulationes*, l.32. §.1. D. ad Leg. Falcid.

Interpretationem Senatuſconſulti facere, l.20. §. præter, D. de heredit. petit. *Facturus legum vetuſtarum Interpretationem*, l.1. D. de orig. iur. *Interpretatio facienda*, l.29. D. de leg.3. *Interpretationem faciendam*, l.51. §. vlt. D. de manum. teſt.

Interpretatio facta eſt, l.1. §. vlt. D. de vſuris. *Hanc Interpretationem obtinuit*, l.45. D. de legat.3. *Interpretatione adiuuanda lex*, l.64. D. de condicion. & demonſtr.

INTERROGARE *Latrones de ſociis & receptatoribus*, l.6. D. de cuſtod. & exhib. *Interrogare repetundarum*, Tacit. lib.16.

Interro-

Interrogari legibus dicebatur is, cui apud Prætorem accusatio intendebatur, quemadmodũ exemplis comprobaui lib. 2. Antiquitat. Salust. in bello Catilinan. *P. Antonius, & P. Sylla designati Coss. legibus Interrogati pœnas dederant.* Et rursus eodem lib. *Et ipse lege Plautia Interrogatus erat à L. Paulo.* Sidon. Apollinar. lib. 1. Epist. 3. *I nunc, & legibus me ambitus interrogatum Senatu moue.*

Interrogare etiam dicitur qui quæstionem habet, l. 1. §. qui quæstionem, D. de quæstionib. *Interrogari* dicuntur Serui, per quęstionem & tormenta, l. 27. §. de eóque, D. ad L. Iul. de adul. l. 1. §. offic. D. de tut. & rat. Et ita, *Interrogari in caput domini*, l. 11. §. 1. & l. 18. §. seruus, D. de quæst. *Seruus de se potest Interrogari*, l. 1. §. diuus Hadrianus, D. eod. *In se interrogari serui*, l. 7. D. de probationib. *Interrogari familia*, l. 17. D. de Sc. Silania. *Interrogari tormenta*, Tacit. lib. 3.

Interrogare Testes, l. 3. §. Idem diuus. D. de testib. & in Lege Dei, Tit. 9. *Interrogari Testes*, l. 24. D. de testib. *Interrogati Testes*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 13. *Interrogante Magistratu*, §. lex, Instit. de iure natur. *Qui adoptat, Interrogatur an velit*, l. 2. D. de adoptionib.

Interrogare quoque dicitur qui stipulatur: & *Interrogari*, qui spõdet. *Qui præsens Interrogauit, si antequam responderetur discesset*, l. 1. §. 1. D. de verbor. oblig. *Duos reos facturus si vtrumque Interrouero*, l. 6. D. de duob. reis.

Si reum purè Interrogantur, Id fide tua esse iubes? l. 75. §. qui verò, D. verbor. obligat.

Interrogatus fideiussor, l. 3. §. vlt. D. de adminis. rer. ad ciuit. pertin. procuratorib.

In iure Interrogatus, l. 39. D. de procuratorib. l. 29. §. D. de donat.

Interrogata, l. 23. D. ad Sc. Velleian.

Interrogaui, &c. l. 22. D. de reb. cred. *Interrogatus Iulianus de hoc scribit*, l. 9. §. si nummos, D. de reb. cred. *Interrogatus Proculus ait*, l. 17. §. idem ait, D. de ædil. edic.

Interrogatio, vel rei promittendi, l. 137. D. de verbor. oblig. l. 6. D. de duob. reis. *Verbis obligatio contrahitur ex Interrogatione & responsu*, l. 1. §. verbis, D. de obligat. & act. *In stipulatione eius rei facta Interrogatio*, l. 7. D. de neg. gest. *Mutua Interrogatio* in acceptilatione, l. 1. D. de acceptilatione.

Interrogatio serui in Tormentis, l. 1. §. Diuus Hadrianus, D. de quæstionib. *Interrogatio nuda seruiat absque tormentis*, l. 15. §. quæstionem, D. de iniuriis.

Interrogationes latronum, l. 6. D. de custod. & exhibit.

Ad Interrogatum respondere, l. vlt. §. si ita, D. de verbor. obligat. *Nec ad Interrogatum esse responsum*, l. 83. §. si stipulante, D. de verb. oblig.

Interrogatoriæ Actiones, Rubr. de interrogatio. in iur. fac. & de Interrogator. actio. quę scilicet in simplici interrogatione versabantur, ex qua iudicium inchoabatur. Quas in desuetudinem abiisse Callistratus scribit, quòd nemo ante iudicium aliquid de suo iure respondere cogatur, l. 1. §. vlt. D. de interrogat. in iur. fac. Alij *Interrogotorias actiones* interpretantur quæ in eos dabantur, qui interrogati in iure aut confitebantur aut negabant, aut omnino non respondebant.

INTERRVMPERE, id est, interpellare.

Interrumpere seruitutem, l. 12. D. de donat. inter vir. *Non Interrumpit seruitutem*, l. 30. §. vlt. D. de seruit. præd. vrban.

Interrumpi Seruitus, l. vlt. D. de seruit. præd. rust. *Possessio*, l. 44. D. de donat. inter vir. l. 19. D. ex quib. caus. maior. *Naturaliter Interrũpitur possessio*, l. 5. D. de vsurpationib. *Non Interrupta possessio*, l. 2. C. de præscript. long. temp. *Interrumpi Tempus*, l. 4. C. de vectigal.

Interrumpitur Vsucapio, l. 12. §. facti, D. de captiu. & postl. l. 5. & l. vlt. D. pro donato.

Interrupta via publica, l. 1. §. Iulianus, D. de itin. actúque pri.

INTERRVMPTIO *Vsucapionis*, l. 2. D. de vsurpationib.

INTERTRIMENTVM & INTERTRITVRA, l. vlt. §. Titius, D. de pignerat. actio.

INTERVALLVM vt locorum, ita & temporum tractum ac spatium significat.

Interuallum temporis, l. 66. D. ad L. Falcid. *Interualla temporum*, l. 18. D. ad municipal. l. 3. C. de munerib. & honorib.

Interualla dierum & horarum, l. 4. §. vlt. D. seruitutib.

Post aliquod Interuallum, l. 76. D. de solutionib. *Post longum Interuallum*, l. 21. D. ad L. Aquil. *Longi temporis Interuallum*, l. 15. §. parum iustè, D. de vsuris. *Modicum temporis Interuallum*, l. 6. §. vlt. D. de duob. reis. *Interuallum medium*, l. 1. §. 1. D. de verbor. oblig.

Ex Interuallo, & *ex continenti*, opponuntur in lege Dei, Tit. 4. Sicut *Statim* &, *post aliquod Interuallum*, l. 24. §. vlt. D. de reb. auctorit. iudic.

Interualla longiora aquæ, l.15. D. de seruit. præd. rustic.

Interualla furoris, l.14. D. de offic. præsid. pro *Intermissione.*

Interualla habet Tutela, l.3. §. quod si quis, D. de suspect. tut.

Interualla Honorum, l.6. D. de legatio. & l.4. de munerib. & honor. non. cont. int. pat. & fil. & de interuallis, lib.10. C. id est, *Interualla temporum in continuandis oneribus*, vt l.18. D. ad municipal. siue vacationum concessa tempora his qui ad eosdem, vel alios honores, eadémque vel alia munera denuò vocantur, vt traditur in l.1. C. de munerib. lib.10. significatúrque in l. 12. D. de vacar. mun. Eáque est *Temporum præscriptio*, quam in honoribus repetendis, vel aliis suscipiendis, dari, Papinian. scribit in l.17. §. præscriptio, D. ad municipal.

INTERVENIRE, est interponi, intercedere. Et tam de Personis, quàm de Locis, Tẽporibus, & rebus quibuslibet siue corporalibus, siue incorporalibus, vsurpatur. Ac de personis quidẽ non vno modo. Nam & qui in iudicio pro aliis, siue intercedente mandato, siue citra mandatum, consistunt, quíque alienæ litis exsecutionem vel defensionem suscipiunt, *Interuenire* dicuntur. *In Actore municipum, Tutore, ceteríque qui pro aliis Interueniunt*, l.17. D. de dam. infec. *Actor pro republica vel vniuersitate Interuenit*, l.2. D. quod cuiuscũ. vniuers. *Agere quis iniuriarum & per se & per alium potest, vtputa procuratorẽ, tutorem, ceteróque qui pro aliis Interuenire solent*, l.11. §. agere, D. de iniuriis.

Si quasi tutor, vel curator, vel defensor, vel actor interueniat patronus, l.10. §. vlt. D. de in ius vocan.

Si extrinsecus persona defensoris Interueniat, l.5. §. nunc videamus, D. iudicat. sol. *Si fortè ex liberis vel parentibus aliquis Interueniat, vel vir vxoris nomine, à quibus mandatum non exigitur*, l.3. §.1. D. iudicat. sol.

Si euidens sit personas in quibus mandatum non exigimus, contra voluntatem experiri eorum pro quibus Interueniunt, l.40. §. sed & is qui, D. de procuratorib.

Interuenire Procurator, l.13. D. de public. iudic. l.1. C. de satisdan.

Si quis in rem suam procurator Interueniat, l.33. §. vlt. D. de procuratorib.

Sed & qui alienam in se obligationem suscipiunt, *Interuenire* dicuntur, *Interuenire*que, pro aliquo, sæpenumero est, fideiubere, intercedere, accessionis nomine promittere, vel etiam nouandi animo alienam in se obligationem transferre, l. vlt. D. de minorib. l.3. §. si filius fam. D. de pecul. l.6. §. si passus, D. mãdati, l.11. & l.17. §. vlt. D. ad municipal. l.1. §. sed etsi, D. quod iussu, l.1. C. de reputationib. Sic *Interuenire fideiussor*, l.6. D. de verb. obligat. l.2. §. idem, D. de liberat. leg. l.27. §. vlt. D. de fideiussorib.

Interuenire fideiussor donationis causa, l.1. §. si fideiussor. D. si quid in fraud. patro, l.5. D. de liberat. leg. *Interuenerunt fideiussores*, l.5. D. de appellationib. *Quasi Intercessor Interuenerit*, l.3. §. si filius famil, D. de Sc. Maced. *hi enim in quantitatẽ Interuenerunt*, l.5. §. in hac, l.2. D. iudicat. sol. *Qui non prohibet pro se Interuenire mãdare creditur*, l.60. D. de diuers. reg. *Prætoriæ Stipulationes personas desiderant, pro se Interuenientium*, l.7. D. de prætor. stipulat.

Interuenire Magistratus, id est, interponere suas partes, l.2. §. si via, D. ne quid in loco pub.

Interuenire Prætor debet, l.8. D. quod met. caus. l.30. D. de recept. qui arbitr. l.14. D. de religios. l.8. D. de tranſactionib.

Interueniet Prætor, l.10. §.1. D. comm. diuid. *Non Interueniet Prætor*, l.9. D. de edendo. *Prætoris auctoritas Interueniet*, l.1. §. & notandum, D. de inspicien. ven.

Interuenire Principes, l.11. §. ex facto, D. de minorib, *Interuenire Proconsul*, l.27. D. de noxalib. Tutores quoque qui auctoritatem interponunt, *Interuenire* dicũtur, l.1. §. item hoc, D. quod fal. tut. *Interueniente tutore*, l.13. C. de procuratorib. *Interuenientibus tutoribus emere*, l.57. §. vlt. D. de administr. & peric.

Interuenire auctoritas tutoris, l.2. D. de auctor. & cons. id est, *adhiberi*, vt ibidem. *Si proxeneta Interuenerit*, l.2. D. de proxeneticis.

Interueniente Creditore, l.4. §.1. D. de appellationib. *Filia*, l.19. D. de pact. dotalib.

Interuenire negotiis, id est, interesse, l.9. §.1. D. de pœnis, l.48. D. de oblig. & act. *Interuenire negotiis alienis*, l.24. D. de minorib.

Interuenire rebus matris, l.58. D. de donat. inter vir.

Interuenisse facto Testes, l.18. D. de quæstionib.

Interueniente Filio communi, l.1. D. de dot. præleg. id est, extante. *Etiam si liberi non Interueniant*, l.12. D. de pact dotal. *Ob Interuenientes liberos*, l.23. D. de pact. dotal. *Interuentibus liberis*, l.2. D. eod. tit.

beris,l.2.D.de pac.dotal.*Ne quis extraneus Interueniat naufragiis colligendis*,l.7.D.de incend.rui. *Mercede mensores Interuenire*,l.1.§.1.D.si mensor fals.*Cum facto Interuenisse Testes dicuntur*, l.18.§. testes, D.de quæstionib.*Non erit Interueniendum ei*, l.10.§.1.D.de fideic.libert.

Interuenit Accusatio, l.1. §. accusationem, D.ad Sc. Turpill. *Non iure Interuenisse Adrogatio*, l.44.D.de vsucapio.

Interuenire æs alienum,l.66.D.ad leg.Falcid.l.5.§.ne tamen, D.de reb.eor.*Atque si nulla æstimatio Interuenisset*,l.50.D.solut.matr.

Interuenire capitis minutio,l.1.§.vlt.D.quib.mod.vsufr.amitt. *Capitis deminutio*,l.1 §.proinde, D.ad Sc.Tertyll.*Multi casus Interuenire possunt*, l.30.D.de bon.libert.*Delictis vel casibus Interuenientibus*,l.17.C.de liber.caus. *Interuenire causa*, l.vlt.D.si ingen.esse dic. *Interueniente causa*, l.8.D.de captiuis.*Interueniente iusta causa*,l.5.C.de repudiis.*Iustissima causa Interueniente*,l.5.D. depositi.*Nouam causam Interuenire*, l.12 §.1.D.ad exhibend.

Interuenientibus nouis causis,l.1.D.de oblig.& act.

Interuenire Cautio,l.5.§.1.D.de vsufr.ear.re.*Cautiones Interuenire solēt*, l.16. D.commu. diuid.

Interueniente cautione,l.1.§.sanè,D.si quis omissa.

Interuenire constitutio,l.4.§.nihil,D.de manumissionib.

Interuenit culpa, l.91.§.sequitur,D.de verb.oblig. *Si culpa eius Interueniat*, l.9. D.commun. diuid.*Interueniente culpa*,l.22.D.commodati.

Interuenire dolus,l.4.§.in hac.D.de dol.except.l.1.§.vlt.D.si mul.vent.nom. l.7.§.sed etsi, D.de tributor.*Error*,l.17.D.de condic.& demonstrat. *Fraus*,l.7.§.vlt. D.comm.diuid.l.10. §.1.D.de his quæ vt indign. *Licet metus Interuenerit*,l.9.§.sed quod,D.quod met.cau.

Interuenire mora,l.3.in prin.& §.vlt.D.de vsur.l.87.§.1.D.de legat.2.*Interueniente mora*,l.14. §.sed & si quis,D.de pecun.constit.*Interuenire Diuortium*,l.57.D.solut.matrim. *Donatio*,l.25. D.de donat.inter vir.& vxor.*Pactum*,l.4.§.vlt.D.de pact.dotal.l.5.C.quæ res pignori. *Non Interueniente speciali Pacto*,l.22.C.de neg.gest.*Interuenit Stipulatio*,l.13.§.1.D.de recept. qui arbitr.

Interuenire Instrumenta,l.24.C.de locato & conduc.*Non Interuenientibus Instrumentis*,l.5.C. de fide instrument.*Interuenire probatio*,l.12.C.de fideiussorib.

Interuenire Falcidia,l.35.§.1.D.de hered.instit.l.6.D.de fideicomm.libert. l.43. D. de condic.& demonstr.l.7.& l.30. §. cùm lex, l.36.§.1.& l.44.D.ad leg.Falcid. l.58.§.acceptis,D. ad Sc.Trebell.

Interuenire Falcidiæ ratio,l.77.§.mater,D.de legat.2. *Interueniente Falcidia*, l.71. l.80. & l.82. D.ad leg.Falcid.*Nihil aliud sub occasione legis Falcidiæ Interuenire potest*,l.16.§.vlt.D.eod.tit.

Interuenire aliquod momentum,l.137.D.de verbor.oblig.*Cùm maritii mortalitas Interuenit*,l.2.D. de pact.dotalib.

Interuenit quæstio,l.24.D.de collat.bonor.*Interuenire quæstio*,l.15.C.ad leg.Falcid. *Eâque ratio similiter Interueniat*, l.32.D.ad Leg.Aquil.*Atque si nulla res iudicata Interuenisset*, l.3. D. de collus.detegen.

Interuenire suspicio,l.17.§.in adoptiua,D.ad municipal.*Turpitudo*, l.6.C.de condic.ob turp. caus.*Varietas*,l.6.C.ne de stat.defunct.

Interueniens fuga,l.3.C.de ædilic.actionib. *Interueniens Impedimentum*,l.38.D.de statuliber.

Interueniente abolitione,l.12.& l.77.D.ad Sc. Turpil. *Auctoritate*, l.1.C.de acceptilatio. *Decreto*,l.1.§.1. D.de tutel.& rat.*Indulgentia*,l.10.C.de sent.pass.*Pecunia*,l.1.§.vlt.D.mādati. *Non Interueniente mandato*,l.3.D.rat.rem hab.

Si inimicitiæ capitales Interuenerunt inter legatarium & testatorem, l.9. D. de his quæ vt indign. *Inimicitiæ capitales Interuenerunt inter ipsum procuratorem & dominum*, l.8.§.vlt. D. de procuratorib.

Nisi aliæ nuptiæ mediæ interuenissent,l.58.D.de iure dot.

Si medius paries, qui vtrasque ædes distinguat, Interuenit,l.4.D.de seruit.leg. *Si in priuato opus factum sit & publicum Interueniat*,l.3.§.aquæ,D.de aqua & aqu.pluu.*Si via publica Interuenit*,l.4. §.vlt.D.fin.regundor. l.17.§.via,D.de aq.& aqu.pluu.

Interueniente via publica,l.14.§.vlt.D.de seruitutib.d.l.17.§.sic etsi.

Interueniente loco sacro, vel religioso, vel sancto, vel publico,l.17.§.via,& l.18.D,de aq.& aqu. pl. *Publico loco Interueniente*,l.14.§.vlt.D.de seruitutib.

Interuenientibus mediis locis,l.8.D.de oper.no.nunt *quamuis Ædificia Interueniāt*, l.1.D.fin.reg.

INTERVENTORES appellantur qui pro aliis interueniunt, alienæque obligationi accedūt, & alieno nomine obligantur,l.3.§.sed si filiusfam.D.de pecul. l.7.in fi.D. de obseq.à lib.pa. l.vlt.§.vlt.C.de vsur.rei iud.

Interuentiones,l.7.§.non ſolùm,D.de minorib.id eſt,interceſſiones & fideiuſſiones.

INTERVENTV *Arbitri*,l.7.D.de tributor.*Iudicis*,l.7.D.de ann.legat.*Triumuirorum capitaliũ*, l.2.§.deinde cùm eſſet,D.de orig.iur.

Interuentu emancipati,l.1.§.toties,D.de collat.bonor.*Interuentu cuiuſdam perſonæ*,l.11.§.condicio,D.de inſtitor.actio.*Interuentu Sempronij*,l.10.§.ſi quis ea,D.mandati.

Interuentu viri,l.50.D.de donat.vir.& vxor.*Citra Interuentum Tutoris*,l.68.D.de ſolutionib.

Interuentu capitis deminutionis,l.35.§.vlt.D.de vſufruct.

Interuentu feriarum,l.26.§.ſi feriæ,D.ex quib.cauſ.*Iuris Interuentu*,l.2.D.de natalib.reſtit.

Interuentu legis Falcidiæ,l.82.D.ad L.Falcid.l.4.D.de adm.rer.

Saeri & religioſi loci Interuentus,l.14.§.vlt.D.de ſeruitutib.

INTERVERTERE,id eſt,intercipere,& lucri faciendi gratia auertere.

Interuertere pecuniam,l.vlt.D.de fugitiu.*Rem pignori datam*,l.20.D.de furtis.

Dum ne Aquæductum Interuerteret,l.vlt.D.de aqua cottid.

Interuertere Poſſeſſionem,l.20.D.de adquir.poſſeſſ.*Res non Interuertitur ei qui eam ſponte reiecit*, l.43.§.ſi quis,D.de furtis.*Legitimæ tutelæ ex* 12.*Tabulis Interuertuntur*,l.7.D.de capit. minut.id eſt,intercidũt.*Publica iura non Interuerti conſtat*,l.5.D.eod.tit.id eſt,ſalua & integra manere. *Qui inſtrumenta ſtatus mei Interuerſurus eſt*,l.8.D.quod met cau.*Si Interuertendi cauſa id fecerit*,l. 19.D.de ſolutionib.*Interuertendi fideicommiſſi gratia*,l.54.D.ad Sc. Trebell. *Interuertendæ Querellæ*,l.82.§. imperator,D.de leg.2.

INTERVSVRIVM,commodum vſurarum medij temporis appellatur,l.82.D.de leg.2.l.66. D.ad leg.Falcid.l.9.§.vlt.D.de pecul.*Reditum medij temporis* vocat Sueton.in Calig.cap.18. *Vſuras medij temporis*,l.vlt.D.de re iud.

INTESTABILIS eſt,qui teſtimonij dicendi ius non habet,vt Vet.Gloſſar.interpretatur, μὴ προσδεκτέος εἰς μαρτυρίαν.ἀδόκιμος, καὶ ἀμάρτυρος.

Planè,*cum Lege quis Inteſtabilis iubetur eſſe*(veluti lege 12.Tabul. cuius verba ab Agell.lib.15. cap.13.referuntur)*eò pertinet,vt ne teſtimonium eius recipiatur,& eò amplius,vt quidam,putant,néve ipſi dicatur teſtimonium*,l.26.D.qui teſt.fac.poſſ.§. Teſtes autem, Inſtit eod.tit. Proinde cùm Senatuſconſulto expreſſum ſit,vt *ob carmen famoſum damnatus,Inteſtabilis ſit*,l.21.D.de teſtib. ex eo infert Vlpianus,*nec Teſtamentum eum facere poſſe,nec ad Teſtamentum adhiberi*,l.18.in fi.D. qui teſtament. Vet.Interpres Horatij in Saty.3.lib.2. *Inteſtabilis*, ait, *cui non licet teſtamentum condere, vel teſtamento quid ab alio accipere.* Et ita in l.5.§.penult.D.de iniuriis,l.21.D.de teſtib. hoc verbum exaudiendum eſt. Quô alludens Plaut.Curculio.*Semper curato*,ait,*ne ſis Inteſtabilis.Quod amas, ama teſtibus præſentibus*·Quoniam autem inuiſi erant, qui *Inteſtabiles* eſſe iubebantur, ideò factum eſt, vt pro execrando, abominando ac deteſtabili, verbum hoc accipiatur:vt apud Horat.Illo Sermonũ verſu,*Sacer, Inteſtabilis eſto*.Saluſtius in Bello Iugurthino,*Improbus Inteſtabiliſque*.Tacit.lib.15. *Incuſat vltrò inteſtabilem & conſceleratum.* Plin.lib.30. cap.2. de Magia: *Proinde ita perſuaſum ſit Inteſtabilem irritum,inanem eſſe,habentem tamen quaſdam vtilitatis vmbras*.Agellius lib.7.cap.18.*Eos tamen qui ad Hannibalem non rediiſſent, vſqueadeo Inteſtabiles inuiſoſque fuiſſe,vt tædium vitæ ceperint.*

INTESTATVS *eſt,non tantùm,qui Teſtamentum non fecit: ſed etiam cuius ex Teſtamento hereditas adita non eſt*,l.64.D.de verb.ſignific.

Inteſtatus decedit qui aut omnino teſtamentum non fecit,aut non iure fecit, aut id quod fecerat,ruptum irritúmve factum eſt: aut nemo ex eo heres extitit, Inſtitut.de hered.quæ ab inteſt.

Inteſtati propriè appellantur,qui cùm poſſent Teſtamentum facere,teſtati non ſunt.Sed & is qui Teſtamentum fecit,ſi eius hereditas adita non eſt, vel ruptum vel irritum eſt Teſtamentum,Inteſtatus non impropriè dicetur deceſſiſſe. Sed & hos quoque pro Inteſtatis accipere debemus qui teſtari non potuerunt,l.1. D.de ſuis & legit.Paulus,vt eſt in lege Dei, Tit.16. *Inteſtati dicuntur qui teſtamentum facere non poſſunt, ipſi linum,vt Inteſtati decederent vel abrumperunt,vel hi quorũ hereditas repudiata eſt,cuiúſve condicio defecerit*.Quintilian.Declamatio.308. *Neque ego negauerim non vno genere fieri Inteſtatos. Aut enim is eſt Inteſtatus,qui non ſcripſit omnino teſtamẽtum:aut qui id ſcripſit,quod valere non poſſit.* Nam ita eum locum emendandum pridem monui. *Inteſtatus* quoque,quantum ad tutelam attinet,deceſſiſſe dicitur,qui teſtamento liberis ſuis tutores non dedit,l.6.D.de legit. tutor.

Atque ita *Inteſtatus quis decedere* dicitur, l.2.D.de fideic.libert. l.1. §. vlt. D.de legat.3.l.19. D.de iure codicill.

Inteſtatus defunctus,l.6.D.ſi tab.teſtam.*Inteſtatus mori*,l.3.D.de interdic.& releg. *Si Inteſtata moriatur Liberta*,Vlpian.Tit.vlt.Regula. *Inteſtato patre mortuo*,l.8.§.vlt.& l.20.§.videamus, D.de bonor.poſſeſſ.cont.tab.

Inteſta-

Inteſtato mortuo filio, l.98.§.rem, D.de ſolutionib.

Inteſtata matre mortua, l.29.§.vlt.D.de probationib.

Inteſtati cauſa, l.41.D.de teſtam.milit.*Inteſtati iure deferri bona*, l.42.§.1.D.de bon. libert. *Inteſtati exitum facere*, l.3.D.de his quæ in teſtam. delent. *Ad exitum Inteſtati recidere*, l. 20. D. de bonor.poſſ.cont.tab.

Inteſtati ſucceſſor, l.16.D.de iure codicill.l.10.C.ad leg.Falcid.*Inteſtato patri heres*, l.88.D.de ſolutionib.*Inteſtato heredes exiſterent*, l.vlt.in fi.D.de condicion.inſtitut.

Inteſtatum patrem facere, vel *non facere*, l.4.D.de hered.inſtit.*Pro parte Inteſtata efficitur*, l.19.D. de inoffic.teſtam.

INTESTATÒ aduerbium, id eſt, teſtamento non facto.

Inteſtatò decedere, l.4.D.vnde cognati, l.86.§.vlt.D. de adqu.vel omitt. l.2.§.mi mater, D. ad Sc.Tertyll.l.4.D.de manu.vindict.l.20.D.de iure patron. l 1. §.ſi heres, D.ſi tab. teſtam. l.37.D.de vulg.& pupill. l. 15. D. de auro arg.l.5. D. de ſuis & legit. & apud Vlpian.Tit.vlt. Regular.Itaque *Teſtatò*, & *Inteſtatò decedere*, opponuntur, l.19.D.de teſtamen. milit.l.7.D.de diuer.regul. Item *Inteſtatò*, & *Teſtamento facto*, apud Vlpian.Tit.vlt.Regular.

Inteſtato defuncta, l.3. C.ad Sc. Orfitian. *Inteſtatò moriens*, l.vlt. D. ad Sc. Trebell. l. vlt.§. Lucius, D.de legat.3.

Inteſtatò mortuus, l. vlt.§.Lucius, D.de legat.2. l.31.§.1.D.de fideic. *Mortuus*, l.3. C. de legitim.heredib.

Inteſtato obire, l.77.§.donationis, D.de legat.2. *Ab omni herede bonorúmve poſſeſſore, qui mihi erit etiam iure Inteſtato*, l.13.D.de inoffic.teſtam.*Ab Inteſtato bonorum poſſeſſionem accipere*, l.6.D. eod.tit.*Codicilli facti*, l.16.D.de iure codicill.*Data fideicommiſſa*, l.13.D.de inoffic.teſtam. *Hereditas pertinet*, l.3.D.de heredit.petit.*Hereditatem petere*, l.19.D.de inoffic.teſtam.*Hereditatem poſſidere*, l.29.D.de manum.teſt.*Hereditas poſſideri*, l.2.§.1.D.de vulg.& pupill.*Rem auferre*, l.12. D.de iniuſto rup.

Ab Inteſtato heres eſſe, l.1.§.filiam, D.de dot.collat.*Ab Inteſtatò ſuccedere*, l.6. D.de iure codicill.*Quos ſibi ab Inteſtato heredes bonorúmve poſſeſſores ſucceſſuros credat*, l.13.D. de inoffic. teſt. *Ab Inteſtato neminem ſucceſſorem extare*, l.4.§.1.D.de fideic.libert. *Qui ab Inteſtato primum locum tenent*, l.1.§.denuntiari, D.de inſpic.vent.*Ab Inteſtato poſſeſſor*, l.17.§.vlt.D.ad Sc.Trebel.

Ab Inteſtato, & *ex Teſtamento* opponuntur, l.39.D.de adquir.vel omit.hered.vt, *Teſtamento*, & *ab Inteſtato heres exiſtere*, l.93.D.eod.tit.

INTEXERE *Purpuram veſtimento*, l.7.D.ad exhibend.

INTIMA *Pars domus*, l.13.§.vlt.D.de vſufruc.*Poſt nudata vtriuſque Intima*, l.3.§.1.D.de recept. qui arbitr.

INTIMARE *Donationem apud Magiſtratus*, l.30.D.de donationib. *Intimari Actis donatio*, l. 16. C.de ſacroſanct.Eccleſ.id eſt, inſinuari.

INTIMATIO, l.1.C.de requirend.reis.

INTOLERABILIS *Iniuria*, l.2.D.de his qui ſui vel alie.

INTRA *Kalendas facere* quid *iuſſus*, an etiam Kalendis ipſis rectè faciat, dubitat Agellius, lib. 12.cap.13.Sed hoc duobus Iuriſconſultorum locis apertiſſimè determinatur: vnus eſt in l. 133.D.de verb.ſignific.Alter in l.1.§.ſi intra, D.de ſucceſſ.ed. Cuius verba ſubieci: *Quod dicimus, Intra dies centum bonorum poſſeſſionem peti poſſe, ita intelligendum eſt, vt ipſo die cẽteſimo peti poſſit: quemadmodum, Intra Calendas, etiam ipſæ Calendæ ſunt.*

Intra ætatem legitimam, l.20.D.de libert.loc.

Intra annum, l.34.D.de teſtam.milit.id eſt, *Intra annum Miſſionis*, vt l.17.§.vlt. D.eod.tit. & l.40. D.ad L.Falcid. *Intra annum poſt miſſionem*, l.21.D.de teſta.mil.*Intra annum quam miſſus eſt*, l.38.D.eod.tit.*Intra annum & poſt annum* opponuntur, l.1.D.de calumniatorib. *Intra duodecim annos decedere*, l.11.§.vlt.D.quod falſ.tutor.*Intra 14.annos*, & *Intra 25.annum*, l.15.D.de vulg. & pupill.*Intra vtile tempus petere reſtitutionem*, l.39.D.de minorib. *Intra numerum eſſe*, l.vlt. D.de excuſation.profeſſor.*Intra fines Agri*, l.7.D.de incend.ruina.

Intra fines Imperij, l.vlt.D.de captiu.*Argentum quod intra Horreum fuit*, l.32.§. idem cum, D. de auro argent.

Intra viam publicam prædia, l.vlt.D.de ſeruit.ruſt.præd.

INTRARE *in poſſeſſionem*, l.1.§.ſi ex parte, D.de adquir.poſſeſſ.

In vacuam poſſeſſionem, l.4.D.de vſurpationib.

Intrare in rem debitoris, l.7.D.ad.L.Iul. de vi priua. *Apud eumdem iudicem Intrare*, l.61. D. de iure dot.

INTRIBVERE, pro contribuere, in l. 9. §. vlt. D. de tributor. Traian. apud Plin. Epist. 35. lib. 10. Plinio, *Possumus desiderio eorum indulgere, modò ne quid ideò aut intribuant, aut minus illis in posterum fiat ad necessarias erogationes.*

INTRIBVTIONES, pro collationibus, & contributionibus, l. 6. §. vlt. D. de muneribus & honorib. l. penult. D. de veteran. l. 22. §. vlt. D. ad municipal. l. 27. §. stipendiũ, D. de verb. signif. & apud Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 7.

INTRICARE *Peculium*, l. 1. §. vlt. D. de seruo corrup. l. 21. D. de pecul.

INTRINSECVS *adiri*, l. 41. §. balneas, D. de legat. 3.

INTRODVCERE est nouum aliquid instituere, & in vsum inducere. *Id Prætor Introduxit*, l. 26. D. de noxalib. *Officium Prætoris est Introducere vtilem actionẽ*, l. 43. D. ex quib. caus. maior. *Proconsul Introducit* ACTIONEM, l. 1. D. quod cũ eo. *Ignorantia domini non Introducit hanc actionem*, l. 2. D. si is qui testam. lib. *Introducta Actio, lege, aut more*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4.

Actionum modus lege, vel per Prætorem Introductus, l. 27. D. de diuers. regul.

Condictio Indebiti ex bono & æquo Introducta, l. 66. D. de condict. indeb. *Quotiens lex obligationem Introducit*, l. 41. D. de obligat. & action.

Si obligatio lege noua Introducta sit, l. 1. D. de condict. ex lege.

Introducitur petitio, l. 58. D. de verb. oblig. *Ius quod Lex 12. tab. Introduxit*, Vlpian. Tit. vlt. Regular. *Introductum moribus*, l. 2. D. de vulg. & pupil. l. 1. D. de curatorib. furio.

Introducta sunt Senatusconsulta, l. 1. D. de Senat. Silan. *Introducta exceptio Senatusconsulto*, l. 20. D. ad Sc. Velleian. *Non Ratione iuris Introductũ sed errore*, l. 39. D. de legib. *Interdictum de precario, merito Introductum est*, l. 14. D. de precario. *Remedio Introducto*, l. 2. D. de vsufruct. ear. rer. *Introduci in personã computatio*, l. 62. D. de condicio. & demonstr.

Introducere, aliâs est intromittere. *Introducere testamentarium*, l. 3. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Introducere in Possessionem*, l. vlt. D. si vent. nom.

Introduci in possessionem, l. 5. §. missus, D. vt in possess. legat. *In eam Habitationem, qua de agitur Introducta*, l. 1. D. de migrando, id est, *Inducta ab inquilino*, vt ibid.

INTOIRE, id est, intrare, ingredi.

Introire partem fundi, l. 3. D. de adquir. poss. *Cuius domus Introitur*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4. *Domúmve suam vi Introitam esse dicat*, l. 5. D. de iniuriis. *Pro introitu militiæ erogare*, l. 102. §. vlt. D. de legat. 3.

INTROMISSI *in harenam*, l. 4. D. de accusationib.

INTVERI *Prætor*, l. 3. D. vnde cognati. *Intueri Ius*, l. 31. D. depositi, *Tẽpus*, l. 12. D. de manumissionib.

Intuendum Tempus, l. 22. D. de mort. caus. *Nouissimam scripturam Intuemur*, l. 10. §. 1. D. de testament. *Eum totum peculium Intuitum*, l. 19. §. 1. D. de peculio.

INTVITV, id est, contemplatione, ratione, gratia.

Intuitu Affectionis, l. 67. §. 1. D. de ritu nupt. *Humanitatis*, l. 47. §. vlt. D. de fideiussorib. l. 5. D. de bonis damnat. l. 4. D. de manumiss. testam. *Pietatis*, l. 16. D. de aliment. vel cibar.

INVADERE *Negotia*, l. 5. D. de obligat. & actionib. dicitur, qui se negotiis gerendis vltro & sine mandatu offert.

Inuadere pecuniam communem, l. 1. §. socius, D. de vsuris. *Possessionem*, l. 3. §. sin autem. D. de vi & vi armata. *Res mobiles*, l. 57. D. de adquir poss.

INVASOR *locorum*, l. 5. C. vnde vi, qui aliena loca vi occupat.

INVALESCERE *Sententia*, l. 12. §. sed si fundus, D. de instruc. vel instru. lega.

INVALIDVM *Argumentum*, l. 1. §. cùm quis, D. de quæstionib.

INVECTVRVS *merces per nauem*, l. 122. D. de verbor. obligat.

INVECTA, *Illata*, ἀσυνδέτως à Iurisconsultis appellãtur quæ ab inquilinis in ædes conductas & in prædia vrbana inducuntur, importantúrque, l. 4. D. de pactis, l. 3. D. in quib. caus. pign. l. 32. D. de pignorib. l. 14. §. 1. D. de religios.

Inuecta & Illata, l. 2. D. in quib. caus. pign. *Inuecta mea & Illata*, l. 11. §. solutam, D. de pigner. actio. *Inducta, Inuecta, Importata*, l. 32. D. de pignorib. l. 14. D. quib. mod. pign. *Si in fundum cõmunem duorum pignora sint ab aliquo Inuecta*, l. vlt. D. de Saluia. interdic. Tertull. de Patient. *Rector animus facilè communicat spiritui Inuecta cum habitaculo suo.*

INVENDITA *prædia*, l. vlt. §. vlt. D. de rescid. vendit.

INVENIO *rescriptum*, l. 14. §. qui compulsus, D. ad Sc. Treb. l. 15. §. Vlpianus, D. de excusationib.

Inuenimus

Inuenimus reſcriptum ab Imperatore noſtro, l. 2. §. vlt. D. ad Sc. Tertyll.

Non Inuenire Aduocatum, l. 9. §. vlt. D. de offic. Proconſul. *Inuenire Creditorem*, l. 137. §. vlt. D. de verb. obligat. *Inuenire emptorem*, l. 59. D. ad Senatuſc. Trebell. l. 3. D. ad L. Falc. l. 66. D. de legat. 1.

Inueniri emptor, l. vlt. C. ſi in cauſ. iudic.

Inuenire fideiuſſores, l. 2. §. vlt. D. de colla. bon. l. 15. §. ſi pignora, & §. quòd ſi res, D. de re iud. *Inuenire qui ſatisdent*, l. 2. §. ſi dubitetur. D. de iudiciis. *Si ea ſit quæ aliubi nuptias non facilè poſſit Inueniri*, l. 64. D. de condic. & dem.

Soluendo eſt Hereditas quæ Heredem Inueniat, l. 36. D. de bon. libertor. *Vt Prætor quamprimum Inueniat ſucceſſorem*, l. 10. D. de iur. deliber. *Niſi intra certum diem meliorem condicionem Inueniſſet*, l. 3. D. quib. mod. pign. *Cùm pro fructuum modo fundus pretium Inuenturus ſit*, l. 13. D. de reb. eor. *Inuenire noua inſtrumenta*, l. 21. D. de iureiuran. *Non Inueniſſet inſtrumenta*, l. vlt. §. vlt. D. de fideiuſſor. tutor. *Quæ in litore Inuenimus*, l. 3. D. de diuiſio. rer. *In hereditate nouiſſimi pueri eius fratris qui ante mortuus eſt, hereditatem ſubſtitutus Inueniet*, l. 42. D. de vulgar. & pupill. *Appius R. literam Inuenit*, l. 2. §. idem Appius, D. de orig. iur. *Inuenire theſaurum*, l. 63. D. de adquir. rer. l. 3. §. vlt. D. de iure fiſc. *Inuentus theſaurus*, l. 4. §. non fit, D. ad leg. Iul. pecul.

Inuenitur heres, l. 23. D. de liber. & poſthum. *Inuenitur liber*, l. 11. §. conſequenter, D. de donat. int. vir. *Inueniri paterfamilias*, l. 1. §. exigit, D. de bonor. poſſ. ſec. tab.

Inueniri perſona proxima, l. 2. §. ſi mater, D. ad Sc. Tertyll. *Inueniri ſui iuris*, l. 1. §. vlt. D. vt legatorũ. *Res quæ alienæ in bonis patris Inueniuntur*, l. 4. D. pro ſuo. *Cùm res in bonis debitoris Inueniatur*, l. 9. §. vlt. D. qui potior. *quia dos in Hereditate patris non Inueniretur*, l. 14. D. ad L. Falcid. *Si decem tantum Inueniantur in hereditate*, l. 65. D. de legat. 1. *Inuenti fructus in hereditate*, l. 15. D. de vulg. & pupill. *Res quæ in hereditate Inuenta eſt*, l. 2. D. pro ſuo. *Inuentæ res in hereditate*, l. 18. D. de auro arg. leg. *Inuentæ ſpecies in hereditate*, l. 38. D. de auro argent. *Inuenta in hereditate Inſtrumenta*, l. vlt. D. de donationib. *Mortis tempore Inueniatur actori in contubernio tradita*, l. 59. D. de manum. teſt.

Cùm minor modus Inuenitur: &, quid amplius in modo Inuenitur, l. 42. D. de actionib. emp. *Quo ad emptionis occaſio Inueniatur*, l. 2. §. qui pecuniam, D. de ſuſpec. tutor.

Inueniuntur pecuniæ facilius vel difficilius, l. 3. D. de eo quod cert. lo. l. vlt. D. de operib. publ.

Ne Inueniatur ratio, l. 24. D. de liber. cau *Inuenta erit ratio*, l. 5. §. ſi pupillus, D. de reb. eor. l. 1. §. ſed & ſi quis, D. de Carbon. edic.

Si verum non Inuenitur, l. 2. §. 1. D. de iure fiſc.

Aquam quærere & Inuentam ducere, l. 10. D. de ſeruit. ruſt. præd. l. vlt. D. ſi ſeruit. vindic. *Aquæ fons ſecundum riuum Inuentus*, l. 20. D. de ſeruit. prę̃d. ruſt. *Viriola Inuenta magna ex parte ænea*, l. 14. D. de contrah. empt. *Res ad id Inuenta eſt*, l. 7. D. de accuſationib.

Inuentæ ſunt obligationes, l. 38. §. alteri, D. de verbor. obligat.

INVENTOR *Theſauri*, l. 63. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.

INVENTARIVM, id eſt, repertorium, quod bonorum deſcriptionem continet, l. 7. D. de adminiſtrat. & peric. l. 1. §. officio, D. de tut. & rat. l. 5. §. penult. D. de ventr. in poſſ. mitt. Vetus Gloſſarium, *Inuentorium dicitur quidam libellus, in quo omnia bona quæ apud aliquem inueniuntur, conſcribuntur.*

Nec bonorum modo, ſed & inſtrumentorum Inuentarium dicitur, l. 15. D. de reb. auctor. iudic. poſſ. *Ex Inuentario debitores conuenire*, l. 57. D. de adminiſtr. & peric.

INVERECVNDVM *Deſiderium*, l. 22. D. de hered. petit.

Inuerecundum eſt, l. 23. D. de legat. 3.

INVERECVNDÈ *deſiderat*, l. 8. §. ſi voluntatem, D. quib. mod. pign. id eſt, *non ſine rubore*, vt l. 1. §. 1. D. de vſuris.

Inuerecundè poſtulans, l. 1. §. origo, D. de poſtulando.

INVESTIGARE *Arbitrum debet Prætor, ſi ſeſe celari temptauerit*, l. 32. §. ſi arbiter, D. de recept. qui arbit.

Inueſtigare fugitiuum, l. 1. §. 1. D. de fugit. *Inueſtigari fides*, l. 1. C. eod. tit.

Inueſtigari maleficia ſine quæſtione, l. 8. D. de quæſtionib. *Quotiens nihil ſine captione Inueſtigari poteſt*, l. 200. D. de diuerſ. regul.

INVESTIGATIO *veritatis*, l. 8. C. de quæſtionib.

INVETERATA *conſuetudo*, l. 32. D. de legib. *Inueteratæ Antiades*, l. 14. §. ſi quis, D. de ædil. edic.

INVICEM *Agere*, l. 34. D. de procurat. l. 36. D. de dolo, l. 3. §. 1. D. de reb. cred. l. 24. §. ſeruum, D. de act. empt. l. vlt. §. ſi ad, D. quod vi aut clam.

Inuicem acturum, l.31.§.1.D.de reb.cred.Ouid.lib.1.de Remed.amor.*Inque vicem credũt rem sibi semper agi.*

Inuicem actio competit, l.14.D.de neg.gest.*Inuicem actionem habere*, l.18.§.ei qui,D.de damn. infec.*Inuicem actionem habebitis*, l.7.D.de annu.legat.*Inuicem habituros actionem*, l.36.D.de seruitut.vrban.præd.*Inuicem actionem non habere*, l.9. D.quib. mod. pign. *Inuicem propositæ actiones*, l.17. §.sicut, D. commodati.*Viro atque vxore Inuicem mores accusantibus*, l.39.D.solut.matr. *Inuicem competere condictio*, l.36. D. famil. erciſc.

Inuicem Experiri, l.5.D.de obligation.& action.*Inuicem petere*, l.15.D.de except.rei iud.

Inuicem apud eumdem iudicem petere, l.1.§.vlt.D.quæ sent.sine appel.*Inuicem manere actio*, l.vlt. §.quatuor, D.de legat.2.*Inuicem actio mandata*, l.1.C.de obligationib.*Inuicem præstare actiones*, l.3.D.pro socio.*Inuicem defendere*, l.34.D.de procuratorib.*Inuicem condemnare*, §.si famil. & §. eadem,Instit.de offic.iud.*Inuicem condemnare*, l.3.D.finium regund.id est,*alterum alteri*,vt ait, l.32.§.arbiter,D.famil.erciſc.

Inuicem factæ adiudicationes, l.36.D.famil.erciſc.

Inuicem consequi, l.18.§.vlt.D.commodati,l.4.C.de præd.minor.

Inuicem præstare, l.5.D.de dote præleg.*Personales Inuicem præstationes*, l.1.D.commun.diuid.

Inuicem cauere, id est,*inter se cauere*,vt loquitur l.73. D. ad leg. Falcid. *Inuicem sibi cauere*, l.18. D.vsufruct.quemadm.cau.l.38.§.mater, D. de legat.3.*Inuicem sibi præbere cautionem*, l.39. §. curatores, D.de administr.& peric.*Inuicem satisdare*, l.6.D.de vsufr.ear.rer. l.5.§. vlt. D. vt in possess. legat.

Inuicem conferre, l.1.§.vlt.& l.2.§.si tres, D.de collat.bonor.*Id quod inuicem debetur*, l.21.D.de compensationib. *Ea quæ Inuicem tibi debentur*, l.3.C.eod.tit. *Si constat pecuniam Inuicem debet*, l. 4.C.eod.tit. *Inuicem obligati*, l.7. §.1. D. de rescind. vend. *Desinere nos Inuicem esse obligatos*, l.10.D.de compensationib.*Inuicem donare*, l.7.§.si vir,& l.32.§.si socer.D.de donat.inter vir. & apud Paul.lib.2.Sentẽt.Tit.24. *Inuicem sibi mortis causa donare*, l.26.D.de mort.cau.donat.

Inuicem Stipulari, l.122. §. cohæredes, D. de verbo.oblig.l.32.§.si domini,D.de recep. qui arbitr.l.54.§.1.D.locati, id est, alter alteri promittere. *Inuicem de se stipulari*, l.54.§.vlt.D.locati.

Inuicem se celare, l.36. §.vlt. D. de furt.*Inuicem desiderare*, l.18.§.si vacuus, D.de damn. inf. *Inuicem dicere testimonium*, l.9.§.1.D.de leg.Corn.de falſ.

Inuicem legata dare, l.22.D.ad leg.Falcid.*Inuicem tradere*, l.32.D.de seruit.præd. rust. *Inuicem rogati restituere*, l.18.D.de reb.dub.& apud Paul.lib.4.Sentent.Tit.1.

Inuicem substituere, l.27.D.ad leg.Falcid.l.37.l.40.& l.51.D.de hered.instit.l.19.§.1.D.de iniusto rup.l.23.l.25.l.41.§.1.& §.qui discretas,& §.qui patrem, l.45.D.de vulg. & pupill.l.4.l. 23.& l.14.§.qui filium,D.ad leg.Falc.*Inuicem substitui*, l.36.D. de vulg. & pupill. *Inuicem substitutio facta*, l.66.D.de testam.milit.l.24.& l.45.§.vlt.D.de vulg.& pupill. *Inuicem substituti*, l. 19.l.1.C.de impub.& ali.l.1.C.de liber.præter.

Inuicem bona fide seruire, l.41.§.vlt. D.de reb.cred.*Exaudire Inuicem*, D. de verb. obligationib.*Inuicem se circumscribere*, l.22.§.vlt.D.locati.*Inuicem se prouocare*, l.5.§.1.D.de legi.tutorib. *Inuicem sibi impendient*, l.34.D. de vsufruct.

Inuicem eos sibi obstare, l.43.D.de hered.instit. *Inuicem sibi derogantes scripturæ*, l.14. C. de fide instrumentor. *Inuicem ratio haberi*, l.4.§.1.D.de leg.Rod. *Inuicem teneri*, l.77.D.ad Sc.Trebell. *Inuicem creditor, idémque debitor*, l.30.D.de condic.indeb.

Sunt Inuicem sibi cognati, l.2.D.vnde cogna. *Inuicem admitti aduersus se*, l.5. C.de testib. *Inuicem facta compensatio*, l.3.C.comm.diuid.

Inuicem contributio, l.11.§.quæsitum, D. ad leg.Falcid. id est,*inter se*, vt l.1. D.de compensationib.*Inuicem liberatio*, l.10.D.de compensationib.

INVIDENDVM *non erit ei*, l.4.D.de vsu & habit.

ad INVIDIAM *alicui nocere nullam dignitatem oportet*, l.6.C.de his quæ vi met.ve. *Ad Inuidiam eius qui prouinciæ præest, spectat, opprimi aliquem per aduersarij potentiam*, l.9.§.vlt.D.de offic.proconsul.*Si quis ad Inuidiam alicuius veste lugubri, aut squallida vtatur*, l.15.§.hæc autem,D.de iniur. *Ad Inuidiam alterius imaginẽ Imperatoris præferre, & portare*, l.28.§.ad statuas, D. de pœnis, l.38. D.de iniuriis.

INVIDIOSVM *est, Imperatorem litis causa heredem Instituí*, l.41. D. de heredib. instit. *Tam inuidioso commento*, l.22.§.lites, D.de iure fiſc.

INVIGILARE *hereditati*, l.25.§.si pater, D.de adquir.vel omitt.

INVITARE *ad bonorum possessionem*, l.1.D.vnde cogna.l.3.§.totiens,D.de bon.libert.l.2.§.si quis,

quis,D.de bon.poſſ.ſec.tab.*Inuitari ad bonorum poſſeſſionem*,l.1.§.liberos,D.ſi tabul.teſtam. *Inuitari ad hereditatem*,l.14.D.de captiu.poſtlim. *Inuitare ad fideicõmiſſum*, l.77.§.libertis,D.de legat.2.*Certa lege ad teſtamentum Inuitari*,l.71.§.1.D.de condic.& demonſtr.

Inuitare fiſcum,l.1.§.1.D.de ſucceſſ.edic.*Manumiſſorem*,l.42.§.1.D.de bon.libert.

Inuitatus videtur proximus,l.69.§.vlt.D.de legat.2.

Inuitati ſecundum voluntatem,l.77.§.fidei,D.de leg.2.

Inuitari ad honores,l.6.§.1.D.de munerib.& honor.*Ad furandum Inuitantur*,l.5.D.de pact. dotalib.

Quaſi amicos ad cœnam Inuitaturus,l.1.§.1.D.de oblig.& action.*Quòd is amicos ad cœnam Inuitaturum ſe diceret*,l.18.D.commodati.

INVITVS *Procurator non ſolet dari. Inuitum accipimus non eum tantùm qui contradicit, verùm eum quoque qui conſenſiſſe non probatur*,l.8.§.inuitus,D.de procuratorib.

Inuitum in ſeruitutibus accipere debemus non eum qui contradici ſed eum qui non conſentit,l.5.D.de ſeruitutib.præd.vrb. *In eo iure quod dicit, Inuito patrono libertam, quæ ei nupta eſt, alij nubere non poſſe: Inuitum accipere debemus eum qui non conſentit ad diuortium*,l.45.in princip.& §.deinde,D. de ritu nupt.

Inuitus vtique in l.6.§.ſi paſſus,D.mandati, is tantùm intelligitur qui vetat & prohibet, vt l.40.D.eod.l.vlt.C.de neg.geſt.

Inuitus,pro nolente,contradicente,reluctante,l.53.§.vlt.D.de adquir.vel omitt.l.91.D. de ſolutionib.l.3.D.de lege commiſſor C.Rubr.vt nemo inuitus,l.11.C.de contrah.empt. l.1.C.de nouationib.*Inuiti*,l.8.D.de teſtib.l.1.D.de liber.cau. *An Inuitus curator fieri poteſt*,l.2. §.quæritur,D.de curatorib.bon.dan.

Inuitus nemo rem cogitur defendere,l.156.D.de diuer.reg. *Qui non habet excuſationem etiam Inuitus iudicare cogitur*,l.131.§.qui autem,D.de vacat.& excuſ.

Inuito nemini bonorũ poſſeſſio adquiritur,l.2.§.inuito,D.de bonor.poſſeſſ.*Inuito beneficium non datur*,l.70.D.de diuer.reg.iur.*Quod cuique præſtatur, Inuito non tribuitur*,l.199.§.vlt.D.eod.tit. *Inuito domino ſeruus ſtipulatus adquirit*,l.46.D.de iure dot.*Etiã Inuitis nobis, per ſeruos adquiritur*, l.32.D.de adquir.rer.dom.

Soluendo quiſque pro alio,licet Inuito, liberat eũ,l.39.D.de neg.geſt.*Inuiti, ſolutione, liberari poſſumus*,l.23.D.de ſolutionib.*Aliud pro alio Inuito creditore ſolui non poteſt*,l.2.§.creditum,D.de reb. cred. *Inuito reo*,l.32.D.de fideiuſſorib.l.24.D.de donationib.*Stipulatione*,l.9.D.de eo quod certo loc.*Inter Inuitos matrimonium non contrahitur*,l.22.D.de ritu nupt.

INVIVM *Iter*,l.4.§.ſi quis mihi,D.ſi ſeruit.vindic.

INVLTA *relinqui iniuria*,l.15.§.ſi quis,D.de iniuriis.*Inultæ mortis crimen*,l.6.C. de his quibus vt indign.*Ob Inultam mortem*,l.39.D.famil.erciſc.l.9.D.de Sc.Sillan.

Inultam ſibi accuſationem non futuram,l.7.D.de accuſationib.*Si filius patris necem Inultam reliquerit*,l.23.D.de iure patronat.

Inultum crimen,l.3.C.de condic.ob turp.cauſ.

INVMBRATÆ *quietis conſpectus*,l.18.§.1.D.de adquir.poſſ.

INVNDARE *Flumen aliquam terram* dicitur, cùm abundans, ſeu incremento ſuo, eam aqua operit,l.1.§.ſi foſſa,D.de fluminib.

INVNDARI dicitur Ager,& Prædiũ,cũ vno eodémque impetu aqua cooperitur,l.7.§.aliud ſanè,l.30.§.alluuio,D.de adquir.rer.dom.l.12.in fi.D.de reb.auct.iud.l.1.§.ſi foſſa, D.de fluminib.*Si Ager, Flumine, vel Mari Inundatus fuerit*,l.23.D.quib.mod.vſusfr.id eſt,aqua opertus, vt loquitur l.1.§.ſi foſſa,D.de fluminib.*Ager vel locus ſi fuerit Inundatus, vt Stagnum iam ſit aut Palus*,l.10.§.agri,D.quib.mod.vſusfruct.*Inundata pluuiis aſſiduis terra*,l.57.D.locat.

Fiſtulæ ruptæ Inundant parietem,l.13.D.ſi ſeruit.vindic.

INVNDATIO *ſpeciem fundi non mutat*,l.7.§.aliud ſanè,D.de adquir.rer.do.*Si Ager Inundatione Fluminis occupatus eſſet: ſiue paulatim occupatus eſt, ſiue non paulatim*,l.30.§.alluuio,D.eod.tit. *Si Flumen Inundatione hortum occupauit*,l.24.D.quib.mod.vſusfruct.*Si quis propter Inundationem vſus non ſit itinere*,l.1.§.ſi quis,D.de itin.actúque.

INVOCARE *ius publicum*,l.vlt.D.quod met.cau.*Arbitri officium Inuocandum eſt*,l.13.§.vlt.D. de ſeruit.præd.ruſtic.

INVOLANTVR *Ancoræ de mare*,l.6.D.de incend.rui.

INVOLVI. *Pelles quibus inuoluuntur Veſtimenta*,l.5.D.de ſupellect.leg.

Inuolutæ Tabulæ linteo,l.22.§.vlt.D.qui teſtamen.fac.poſſ.

INVOLVCRVM, l.21.§.qui furti,D.de furtis.

INVSITATAM *rem desiderat*, l.19.C.de excus.tut.

Inusitatis ministeriis artificium serui corrumpere, l.17.§.1.D.de vsufructu.

INVTILIS *factus liber homo, propter corpus eius læsum*, l.vlt.D.de his qui effud. *Inutiles operi faciundo*, l.22.D.de pœnis.

Si is homo in eam valetudinem Inciderit propter quam operæ eius Inutiles factæ sunt, l.79. D. de rei vindic.

Inutilis Actio, l.8.§.si liber.D.mandati.l.2.D.quod iussu. l.20. D. de tutel. & ration. l.vlt. §.vlt.D.si vent.nom.l.11.§.vlt.D.qui potior.

Inutilis Acceptilatio, l.8.D.de acceptilatione.

Inutilis Institutio, l.6.D.de bonor.possess.sec.tab. *Nuntiatio*, l.2.D.de oper.no.nunt.

Inutilis Stipulatio, l.1.§.si id quod. D.de obligatio. l.8.D.rat.rem hab.l.1.§.vlt.D.de oblig. & action.

Inutilis esset futura proprietas, l.56.D.de vsufructu. *Inutiles essent proprietates*, l.3.§.vlt.D.de vsufruct.

Inutile Interdictum, l.1.§.Viuianus, D.de itin.actúque priua.l.vlt. D.de liber.exhibend. *Legatum*, l.82.§.qui Gaium, D.de legat.1.l.65.D.ad L.Falcid.l.11.D.de liberat.leg.l.6.D.de pecul.leg.1. *Inutile effici legatum*, l.82.D.de legat.2.

Inutile est, l.1.§.hæc autem, D.depos. *Inutile est pupillis*, l.12.§.1.D.de adm.& peric.

INVTILITER *Agi*, l.4.D.de vsu & habit.

Inutiliter concepta Stipulatio, l.45. D.solut. matrim. *Inutiliter facta conuentio*, l.5. C. de remiss. pignor. *Fideiubere*, l.1.§.sed & si, D.de in rem verso. *Intercedere*, l.1.§.1. D.de migrando. *Obligatus*, l.29.§.1.D.mandat. *Promittere*, l.38.D.de verb.oblig. *Promittitur*, l.65. D. de fideiussorib. *Stipulari*, l.38.D.de dam.infec.l.110.D.de verbor.oblig.l.25.D.de stipulat.seruor.

Inutiliter dari libertas, l.4.§.1.D.statuliber.l.39.D.de manumiss.testam. *Institui*, l.6.D.de bonor.poss.sec.tab. *Legare*, l.3.§.lex, D.ad L.Falcid. *Legatur*, l.79.§.quamuis, D.de condicion.& dem. *Legatum*, l.34.§.vlt.D.de fideicom.libert.

Inutiliter relictum fideicommissum, l.5. C. de fideicommiss. *Inutiliter factum testamentum*, l.97. D.de adq.vel omitt.

Doli non Inutiter opponetur exceptio, l.42.D.de mort. cau.donat. *Exceptionem pacti non Inutiliter opponi*, l.96.§.soror, D.de solutionib.

Si per IOCVM *tibi dixerit*, l.3.D.de obligat.& action.

IRACVNDIÆ *Calor*, l.3.D.de diuortiis. *Cum Ira sui animi*, l.32.§.si virum, l.48.D.de diuer.reg. D.de donation. int.vir. *A matre Irata*, l.29.§.vlt.D.de probationib.

IRREPERE. *Cùm vtilitas pignorum Inrepserit*, l.14.§.1.D.de pecun.constit.

IRE, *Agere*, in libris nostris separantur. *Ire* enim dicitur, qui pedes vel eques, absque vehiculo incedit, commeat, iter facit, l.12.D.de seruit. præd. rust. *Agere* verò, est Iumentum minare, vel vehiculum ducere, l.1. D.de seruit.prædior. rusticor. & Institut. de seruitutib. quibus in locis.

Ire & *Ambulare* seiunguntur, hac nimirum differẽtia, quòd qui *It*, porrò pergit, & vlterius progreditur: qui verò *Ambulat*, spatiis factis in sua vestigia sæpius recurrit, & regreditur. Ceterùm qui sella vel lectica vehitur, *Ire*, non *Agere* dicitur, l.7.D.de seruit.præd.rustic.

Ire ad Arbitrium, l.10.l.11.l.32.§.quæsitum.D.de recept.qui arbitr. *Ad Arbitros Itur*, l.37.D. de recept.qui arbitr. *Cùm ex compromisso ad Arbitrium Itum est*, l.76.D.pro socio. *Si per errorem ad Arbitrum Itum est*, l.32.§.Iulianus, D.de recept.qui arbitr.

Ire ad Iudicem, l.vlt.§.si mulier in eo, D.ad Sc.Velleian. l.32.§. Iulianus, D. de recept.qui arbitr.l.6.C.de fideiussorib. *Ad eumdem Iudicem Ire*, l.5.C.arbitr.tut.Senec.lib.2.Cõtrouers.1. *Iri ad eumdem iudicem*, Rubr.de quib. reb.ad eund.

Ire ad Iudicium, l.9.&.l.11.D.de recept.qui arbitr. *Ad liberale iudicium Ire*, l.7.§.1.D. de hereditat.petit.

Ire ad cognitionem, l.vlt.§.1.D.quod met.cau.

Iri ad fideiussores, l.76.D.de procuratorib.

Iri ad Interdictum, l.4.D.de liber.exhiben.

Ire in Ius dicitur, qui sequitur vocantẽ. Rubr. Si quis in ius voc.non ier. item Rubr.in ius vocati vt eant. Cicero lib.2.ad Herennium *In ius vt eas cùm voceris*. Seneca in Ἀποκολοκύντωσ. *In ius eamus: ego tibi sellas ostendam*, Martial.lib.2.Epigr. *In ius ô fallax atque inficiator eamus*. Idem lib.12. *Sit tandem pudor, aut eamus in ius*.

Ire in bon

Ire in bona alicuius, est in eorum possessionem à Magistratu mitti, l.3.§.vlt. & l.vlt.in fi.D. de liber.homin.exhib.

Ire in Possessionem, l.3.§.item cùm Prætor,& §.vlt. D.de adquir. possess. l. 18. D. de vi & vi arm.l.3.§.vnde,D.de iureiurand.l.1.§.si ea,D.de ventr.in possess. l.30.§.item, D. de adquir. possess.

Irenarchæ appellabantur,qui disciplinæ publicæ,& corrigẽdis moribus prẽficiebantur, quíque facinorosos homines conquirebant, ac denique (vt cum Imperatoribus loquar) qui ad prouinciarum tutelam,quietis,ac pacis,per singula territoria, stare faciebãt concordiam,l.6.D.de custod.reor.l.vlt.§.Irenarchæ,D.de munerib.& honor. l.vnic. de Irenarch. lib.10.C.l.9.C.de iure fisci,lib.10.l.vlt.eo.tit.Cod.Theod.& Rubr.de Irenarchis in Cod.& l.vlt.de patrocin.vicor.in eod.Cod.Th.Eusеb.lib.4.Histor.Eccles.cap.15.ὑπηρετα αὐτῷ ὁ Εἰρήναρχος Ηρώδης. Ruffin.ita vertit, *Præfectus pacis Herodes*. Similique modo,*Irenarchæ*,*Præpositi pacis* vocantur in l.49.de decurionib.in C.Th.ad eósque pertinet,quod D.Augustin.Epist. 160.ait,*Circumcelliones quosdam & clericos Donatistas,cura eorum qui disciplinæ publicæ seruiunt,prætermissa notoria ad iudicia legésque perduxit*.Et Epist.159.*Illorum notoria, ad quos tuendæ pacis vigilantia pertinebat*.Vtroque enim verborum circuitu vim Græci verbi εἰρηνάρχης, exprimere voluit. Etenim ad eorum officium spectabat nunciare crimina, noxios prehendere, eósque ad Præsides, & Magistratus deducere. Et ita Polycarpum ab Herode Irenarcha comprehensum legimus, cùm apud Eusеb.tum apud Nicephor.lib.3.histor.Eccles.cap.35.

Irrevocabilis *donatio*,l.34.§.vlt.D.de donationib.

Irrigandis *Agris*, *vsum aquæ refrigeratæ præstant*,l.1.§.illud Labeo,D.de aqua cottid. *Ad Irrigandos agros aqua de flumine publico pro modo possessionũ diuidenda*, l.17. D.de seruitutib. præd. rust. *Ad Irrigandum aqua ducitur*,l.3.D.de aqu.cottid.

Irrigatio,l.3.§.si vicinus,D.de aqu.& aqu.pluu.

Irrigva *loca*,l.7.§.quid in omni,D.solut.matrim.

Irritare *canem*,l.11.§.item.D.ad L.Aquil.

Irritvs, ait,Vet.Gloss.Græc.ἄκυρος.*Irritus contractus*,vel *non*, l.9.l.14.C.de rescind.vend. *Irrita cautio facta*,l.39.§.curatores,D.de administr.& peric.

Irrita diuisio,l.12.C.famil.ercisc. *Irrita non haberi diuisio*, l. 9. C. de fide instrument. *Irrita donatio*,l.3.§.qui eiusdem,D.de donat.int.vir.l.11.C.de donat.ante nupt.l.6.C.de donat.int. vir.*Irrita non habetur donatio*,l.20.C.de donationib.

Irrita Emptio, l.vlt.D.de rescind.ven. *Pactio*, l.31.§.si vxori, D.de donat. inter vir. *Solutio*, l.59.D.de condic.indeb.

Irrita Venditio,l.52.D.de contr.empt.*Irritam facere venditionem*, l.vlt. C.de vsucap.pro dot. l.77.§.qui dotale,D.de legat.2.*Irritas facere venditiones*, l.8.D.de L. Iulia, repetund. *Irrita ad probatio*,l.24.D.locati.*Irrita sententia*, l.6.C.de sent.& interlocut.*Irrita facta substitutio*,l.41.§. cùm pater, D. de vulg. & pupill. *Irritæ voluntates*,l.12.C.de codicill.*Irritum constituí*, l. 4. C. qui manumitt.non poss.*Ad irritum reciderit Legatum*,l.38.§.si quis seruum, D.de heredib. instituend.l.42.D.de vulg.& pupil.*Ad Irritum reuocari*,l.7.C.de restitutionib.*Rebus soli ad Irritum perductis*,l.24.D.quæ in fraud.credit.

Irritum Testamentum,l.36.§.veteranus, D.de testam.milit.l.26.D.de negot.gest. l.vlt.D.de reb.eor.l.1.D.de except.rei iud.l.76.§.vlt.D.de legat.2.l.1.D.de suis & legitim. heredib. l.8. C.ad leg.Falcid.*Irrita testamenta*,l.2.§.1.D.de testam.quemad.aper. l.30.§.vlt. D. de adquir. vel omitt.Tranquillus in Tiber.cap.51.*Testamentúmque eius Irritum habuit*.Idem in Domitian. cap.9.*Legatum ex testamento Ruscij Cæpionis,quo cauerat,vt quotannis ingredientibus Curiam Senatoribus certam summã viritim præstaret heres suus,Irritũ fecit*, Idẽ in Calig.cap.8.*Testamenta Irrita ac vana*.Tacit.lib.5. *Testamentum Liuiæ diu irritum fuit*.Idem lib.17.*Testamentum Iunij magnitudine opum irritum*.Fest.Pomp.*Procitum testamentum dicebatur,veluti procatum,prouocatum,id est,irritum ac ruptum*. Athenæus lib.4.ἄκυρον τὸν Ἀλφήνιον vocat.

Irrito facto Testamento, l.49.D.de manum.test.*Irritum* autem fit *Testamentum*,vel ipso Isidoro lib.5.Etymolog.cap.44.teste,quoties testatori post testamentum factum aliquid contingit,quod ciuitatem ei,vel libertatem adimat.l.6.§.irritum,D.de iniust.rupt. *In Irritum* quoque *Constituitur Testamentum*, *non adita hereditate*, l. 1. D. eod. tit. Vlpian. Tit. 24. Regular. *Irritum fit Testamentum, si Testator capite deminutus fuerit, aut si iure facto Testamento, nemo extiterit heres*.Iustinian.in §.Alio,Instit.quib.mod.testament.infir.*Irrita fieri Testamenta dicuntur, cum is qui fecit Testamentum, capite deminutus sit: licet enim, & quæ rumpuntur Testamenta, Irrita fiant:*

& quæ statim ab initio non iure fiunt, Irrita sint: & ea quæ iure facta sunt, & postea propter capitis deminutionem Irrita fiunt, possimus nihilominus rupta dicere: tamen quia commodius visum est singulas causas, singulis appellationibus distingui, ideò quædam non Iure facta dicuntur: quædam iure facta rumpi: vel Irrita fieri. Quinetiam eorum, qui ob cõscientiam criminis mortem sibi consciuerint, *Irrita* fiunt *Testamenta*, l.6.§.eius qui, D.de iniust. rup. Atque his modis *Irritum* interpretabimur in l.vlt.D.de reb.cor.l.30.§.vlt.D.de adquir.rer.dom.l.2.§.1.D.test.quemadm.aper.l. 10.D.de Senatusc.Silan.l.11.§.ex caus.D. de interrogat. in iu. fac. l.2. D.de condic. indeb. l.1.D.de except.rei iudic. l.10.§.vlt.D.de diuers. temp.præscript.l.87.D.de legat.2.

Irriti codicilli, l.30.§.vlt.D.de fideicomm.libert.

IRROGARE *mulctam*, l.6.§.præses, D.de offic.præsid.l.1.C.de fiscal.vsur.l.5.C.quand.prouocare.

IVRISDICTIO & *Notio* separãtur, l.5.D.de re iudic.l.99.D.de verb.sig. *Iurisdictionem* enim habent qui iuri dicũdo præsunt, qui vel ipsi extra ordinẽ cognoscere, vel iudices dare, iubereq; iudicare possunt. Vnde & Vlpian.l.3.§.vlt.D. de iurisd. *Iurisdictio*, ait, *est etiam iudicis dandi licentia.* τὸ γὰρ δίδοναι δικαστὴν, vt Hermenopul.lib.1.Tit.4. scribit, Δικαιοδοσία ἐστιν. *Iudicem* vtiq; *dare possunt, quibus hoc lege vel Constitutione, vel Sc. conceditur. Item his quibus id more concessum est propter vim Imperij, sicut Præfectus vrbi, ceterique Romæ magistratus*, l.12.§.1.D.de iudiciis.

Iurisdictio itaque est Magistratuum, non etiam Iudicum datorum, l.5.l.57.D.de re iud.l.5.D.de verb.oblig.Instit.de diuis. stip. *Iurisdictioníque præesse*, dicuntur, qui tribunali præsunt. l.10.D.de iurisdictio.l.1.§.hæc verba, D.quod quisq.iur.l.2. D. si quis in ius voc. l.81. D. de iudic.l.1.§.1.D.de postulan. *Iurisdictio* autem potestatẽ Magistratuum significat, qua in possessionem mittere, & in integrum restituere, & Iudices dare possunt. Nec quidquã aliud est, *Pro Iurisdictione sua*, quàm secundum ius potestatis suæ, l.2.D.si quis in ius voc.l.vn.D.si quis ius dic.l.16.in fi.D.de minorib.l.3.D.de postulan.l.3.§.procuratorem, in fi.D.iudic.solui.

Imperij magis quàm Iurisdictionis est iubere caueri Prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, l.4.D.de iurisdictione. *Quæ magis Imperij sunt quàm Iurisdictionis*, l.26.D.ad municipal.

Tam præfectus vrbi quàm cæteri magistratus, pro Iurisdictione sua, restituere in integrum possunt, l.16.§.vlt. D.de iurisdic. *Tutoris datio, neque Imperij neque Iurisdictionis est*, l.6.§. tutoris, D.de tutel. *Imperium quod Iurisdictioni cohæret*, l.1.§.vlt.D.de offic.eius cui manda. *Mandare Iurisdictionem Prætor*, l.8.§.si prætor, D.de transactionib. *Proconsul*, l.5.D.de offic.proconsul.

Mandata Iurisdictione ea demum quæ Iure magistratus competunt, non item quæ specialiter Lege, vel Senatusconsulto, vel Constitutionibus principum tribuuntur, transferũtur, l.1.D.de offic.eius cui mãdata. *Mandare* autem *Iurisdictionem, is demum potest, qui eam suo Iure, non alieno beneficio, habet*, l.5. D.de iurisdict. *Mandata Iurisdictio*, l.12.& l.13.D.de offic.proconsl.

Iurisdictio Prætoris, l.13.§.qui damni.D.de damn.infect. l.1.§.potest, D.de oper.nou.nunt. *Prætoria*, l.1.§.vlt. D.de stipulationib.prætor. *Prætor cuius de liberali causa Iurisdictio est*, l.1.C.si mancip.ita fuer.alien.

Iurisdictione sua Prætor id agere debet, l.29.D.de vsu & vsufru, *Cur ad arma & rixam procedere patiatur Prætor eos quos potest Iurisdictione sua componere*, l.13.§.sed si inter duos, D.de vsufr. *Moderandam Prætoris Iurisdictionem*, l.11.D.de in ius vocan.

Iurisdictio eius qui de Fideicommissa libertate cognoscit, l.36.§.1. D.de fideicomm.libert. *Apud eum cuius de ea re Iurisdictio est*. l.3.C.si aduers.libert. *Cuius de ea re Iurisdictio est*, l.1. C. si minor. se maiorem. *Ex Iurisdictione pendens quæstio*, l.88.D.de solut. *Per Iurisdictionem Præsidis præstabitur*, l.57.D.de leg.1. *Si inter eos quis dixerit Ius inter quos Iurisdictionẽ non habuit*, l.1.§.vlt.D.quod quisque iur. *Si quis eum qui non esset Iurisdictionis suæ damnauerit*, l.6.§.quid si quis, D.de iniusto rup. *Non Iuris, sed Iurisdictionis est*, l.36.D.de admin.& peric.

Iurisdictioni alterius se subiicere, l.14.D.de iurisdictio.l.1.& l.2. D.de iudiciis. *Fideiussor non suppositus Iurisdictioni illius ad quem vocatur*, l.1.D.si quis in ius voc.non ier. *Si quis ex aliena Iurisdictione ad Prætorem vocetur*, l.5.D.de iudiciis. *Si idem cum eodem pluribus actionibus agat quarum singularum quantitas intra Iurisdictionem Iudicantis sit : coaceruatio verò omnium, excedat modũ Iurisdictionis*, l.11.D.de iurisdictio. *Si quis supra Iurisdictionẽ suã velit ius dicere*, l.vlt.D.eod. tit. *Iurisdictionis formam imperitia cohæredum mutare non potest*, l.20.D.famil.erciscund.

Iurisdictionem denegare, l.26.§.sed etsi dum decreto, D.ex quib.caus.maior.

Iurisdictio autem alia *Voluntaria* est, alia *Contentiosa*. Hæc vel in inuitos, aut præsentes, aut si per contumaciam desint, exercetur : Illa inter volentes locũ habet, eáque explicantur Emãcipationes, Manumissiones, Adoptiones, quæ Magistratus auctoritate etiã extra territoriũ, & quocumque loco rectè fiunt, l.2.D.de offic.proconsl.

IVS *pluribus modis dicitur. vno modo, cũ id, quod semper Æquũ & bonũ est, Ius dicitur, vt est Ius Naturale. Altero modo, quod omnibus, aut pluribus, in quaq; ciuitate, vtile est, vt est Ius Ciuile, &* Honorariũ,

Omnes enim Populi, ait Gaius, *qui Legibus & Moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum Iure vtuntur. Nam quod quisque Populus sibi Ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est: vocatúrque* Ius *Ciuile, quasi Ius proprium ipsius Ciuitatis. Quod verò Naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur: vocatúrque* Ius *Gentium, quasi, quo* Iure *omnes Gentes vtuntur*, l.9. D. de iustit. & iu. Idem Gaius in l.1. D. de adquir. rer. do. *Quarumdam rerum Nominum nanciscimur* Iure *Gentium, quod ratione naturali inter omnes homines peræ que seruatur: quarumdam, Iure Ciuili, id est, Iure proprio ciuitatis nostræ.* Ibidémque, Ius *Gẽtium cum ipso genere humano proditum scribit. Quædam Naturali* Iure *communia sunt*, quæ recensetur, l.2. & l.3. D. de diuisio. rer.

Iuris gentium est potestas dominorũ in seruos, l.1. D. de his qui sui vel alie. *Dominatio ex Iure Gentium introducta est*, l.64. D. de condict. indeb. Quæ præterea iure Gentium introducta sint, vide l.1. §. vlt. l.2. l.3. l.4. & l.5. D. de iustit. & iu. *Aduersus* Ius *Gentium festinasse* dicitur, *qui bona proximæ cognatæ viuentis donauit*, l.29. §. vlt. D. de donationib. *Si naturale, & Gentium Ius intuemur, depositum ei reddendum est qui deposuit*, l.31. D. depositi. *Quas res Natura, vel Gentium Ius, commercio exuerunt*, l.34. §.1. D. de contrah. empt.

Iure gentium indebita pecunia, l.47. D. de condict. indeb.

Aliud dando, vt aliud reddatur, obligari Iure Gentium possumus, l.25. D. de præscrip. verb.

Iuris Gentium conuentiones, quædam Actionem pariunt, quædam, Exceptionem, l.7. D. de pactis. *Emptio iuris Gentium est: & ideò consensu peragitur*, l.1. §. est autem, D. de contrah. empt. *Hoc iure vtimur, vt Iuris Gentium sit Acceptilatio*, l.8. §. vlt. D. de acceptilatio. *Ex Iure Gentium descendit Precarium*, l.1. D. de precario. *Deportati, ea quidem quæ Iuris Ciuilis sunt, non habent: quæ verò Iuris Gentium sunt, habent*, l.17. D. de pœnis.

Iure Gentium suum facit, qui quid in mari, vel littore ædificat, l.1. §. nuntiamus, D. de oper. nou. nuntiat. *Publica loca Iuris Gentium*, l.45. D. de vsurpationib.

Iure Gentium condici possunt res ab his qui non ex iusta causa possident, l.25. D. de act. rer. amot. Vt autẽ *Ius commune*, pro Iure Gentiũ, fic κοινὸν νόμιμον apud Euripidem in Oreste, interpres exponit ἐφ' ᾧ πάντες οἱ Ελληνες ὡμογνωμονῆσαι. Cic. lib.2. Rhetor. ad Heren. *Ius ex his partibus constat, Natura, Lege, Cõsuetudine, Iudicato, Æquo & bono, Pacto. Natura, Ius est quod cognationis, aut pietatis causa obseruatur, quo Iure parentes à liberis, & à parentibus liberi coluntur. Lege Ius est id, quod populi iussu sancitum est: quod genus est in Ius vt eas cùm voceris. Consuetudine Ius est id, quod sine Lege, æquè ac si legitimum sit, vsitatũ est. Iudicatum est, id de quo sententia lata est, aut decretũ interpositum. Ex Æquo & bono Ius constat, quod ad veritatem & ad vtilitatem, cõmunem videtur pertinere. Ex Pacto Ius est, si qui inter se pepigerunt, si quid inter quos conuenit.*

De Iure Ciuili dixi §. lib.3. *Ius Ciuile est quod neque in totum à Naturali, vel Gentium recedit, nec per omnia ei seruit. Itaque cùm aliquid addimus vel detrahimus iuri Communi, Ius proprium, id est, Ciuile efficimus*, l.6. D. de iust. & iur.

Ius autem ciuile est quod ex Legibus, Plebiscitis, Sc. decretis Principum, auctoritate Prudentium, venit, l.7. D. de iust. & iure.

Ius ciuile vigilantibus scriptum est, l.24. D. quæ in fraud. cred. *Non oportere Ius Ciuile calumniari*, l.19. D. ad exhib. *Pacto, ne ob res donatas agatur, Ius Ciuile impugnatur*, l.5. D. de pact. dotalib.

Iure Ciuili Actio est, l.33. D. de ædil. edic. vbi, *Ius Ciuile Ædilicio Edicto* opponitur: & ita, *Iure Ciuili, & Edicto*, separantur, l.44. D. eod. tit. *Iure Ciuili*, &, *Lege Iulia*, opponuntur, apud Vlpian. Tit.13. Regular. *Contra Iuris Ciuilis regulas*, l.27. D. de pactis.

Iure Ciuili constitutum, l.53. D. de solutionib. *Iure ciuili receptum est*, l.24. D. de condic. & demonstrat.

Iure Ciuili obligata, l.17. D. solut. matrim.

Iure Ciuili deficiunt liberi, qui propter capitis deminutionem desierunt sui heredes esse, l.6. D. de bonor. possess. *Exheredatione notati & remoti, Iure Ciuili Testamenta parentium non turbant*, l.8. D. de bonor. poss. cont. tab. *Iure ciuili data ac permissa potestas*, l.1. D. de tutel. *Iure Ciuili ad successionem admitti non possunt cognati*, l.1. D. vnde cognati.

In Iure Ciuili, l.79. D. de diuers. reg. iur. l.27. D. de adoptionib. *In omni ferè Iure*, l.13. D. de diuers. reg. *Totum Ius constitit aut in adquirendo, aut in conseruando aut in minuendo*, l. vlt. D. de legib. *Toto Iure Ciuili*, l.67. D. de contrah. empt. *In toto Iure*, l.80. D. de diuers. regul. *Ita Ius habet*, l.12. D. de bon. poss. cont. *Ius nostrum*, l.6. D. de iustit. & iure.

Ius nostrum non patitur, &c. l.7. D. de diuers. reg. *Iure nostro*, l.26. D. de testam. tut. *Ex Iure Romano*, l.1. §.1. D. de rei vindic.

Porrò Ius proprium Ciuium Romanorũ, etiam *Ius Quiritium* vocatur, §. sed ius quidẽ, Instit. de

ſtit.de iur.natur.vt & in Vindiciarum formula, apud Cicero.pro Murena,& Boët.in Topic. & in Iudicis dati formula,apud eumdem Cicer.lib.4.in Verrem,vt & apud Vlpia.Tit.2.Regular.& Iuſtinia.in l.vnic.C.de vſucap. transf. & Rubr.de nudo iure Quirit. Seneca Epiſt. 91.*Hæc res efficit non ex iure Quiritium liberum eſſe, ſed ex iure naturæ.* Ex *Iure* porrò *Quiritium* alicuius eſſe id dicebatur,quod eius ex legitimis adquirẽdi dominij cauſis factum erat, quæ ab eodem Vlpia. referuntur Titul. 20. Regul.Ex hoc iure eſt patria poteſtas.Nam,vt ait Iuſtinianus,*Ius quod in libros habemus, proprium eſt ciuium Romanorum*,§.1.Inſtitut. de patr. poteſt.

Ipſo Iure,id eſt,mero iure,ſola Iuris Ciuilis auctoritate, citra Prætoris auxilium, interuentum,tuitionémve,*Ipſo Iure* vel *Iure*,in libris noſtris fieri dicitur,quod Ipſo Iure Ciuili,& Ipſa legis poteſtate,& auctoritate abſque Magiſtratus auxilio,& ſine exceptionis ope,fit.Ac proinde *Ipſo Iure*, & *Iure Prætorio*, vel *per tuitionem Prætoris*, aduerſantur, l. 1. D. quib.mod.vſufruct. amitt.l.1.in fi. D.de ſuperficieb. l.1.§.penult. D.quod falſ. tutor. l.9.§.illud, D.vſufr. quemadm.cau.Inſtit.de perpet.& temp.act.in prin.

Opponuntur item hæc, *Ipſo Iure*,&,*Per Exceptionem*, l. 17. §. 1. iuncto §.ſeq.D. de pactis, l.34.§.ſi is cui,D.de oblig. & act. l.60.D.de fideiuſſorib. l.vlt.§.cùm mihi,D.de verb.obligat.l.38.§.1.D.de ſolutionib.l.22.§.penult.D.rat.rem hab.l.1.§.quæ onerandæ, D.quar.rer. act.non dat.§.in bonæ, Inſtit.de actio.Sed & *Ipſo Iure*, &, *Per Fideicommiſſum*, aduerſantur, in l.19.D.de mil.teſt.Nam Ipſo Iure, id eſt, directò & imperatiuè valẽt Inſtitutiones & Legata,quæ Lege 12.Tabul.confirmantur: cùm Fideicommiſſa ſola Prætoris fideicommiſſarij tuitione conſiſtant.Qua ratione etiam, *Legitimè*, &,*ex cauſa Fideicommiſſi*, opponuntur,l.3.D. ſi vſufruc.pet.ſecundum quæ *Ipſo Iure* fieri dicitur quod ex Legibus fit,velut 12.Tab.l.1.cum l.25.§.idem iuris,D.famil.erciſc.l.6.C.eod.tit.l.49.§.1.D. de fideiuſſorib. l.26. C.de pact.l. 1.§.qui minorem,D.vt leg.nom.cau.*Ipſo Iure* etiam fit,quod Lege Falcidia fit,l.1.§.ſi quis ex mortis,D.quod legator.Poſtremò in eo quod *Ipſo Iure fit*,partes Prætoris ceſſant, nec ſe interponit Prætor,l.16.D.de minorib.l.4.& l.vlt.C.in quib.cauſ.in integr.reſt.l.3.C.ſi aduerſ. libert.*Nõ per in integrum reſtitutionem,ſed Ipſo Iure, perſequi poteſtis*,l.3.C.ſi aduerſ.Apud Vlpian. in l.16.D.de minorib.*Ipſo Iure, Communi auxilio, & Mero Iure*,idem valent.

Seruitutes ipſo quidem Iure,neque ex tempore,neque ad tempus,neque ſub condicione,conſtitui poſſunt, l.4.D.de ſeruitutib.

Naturalis obligatio,vt pecuniæ numeratione,ita iuſto pacto,vel iureiurando,Ipſo Iure tollitur,l.95.§. naturalis,D.de ſolutionib.*Prius pactum per poſterius elidetur,non quidem ipſo Iure,ſicut tollitur ſtipulatio per ſtipulationem*,l.27.§.pactus,D.de pactis.

Impenſæ neceſſariæ dotem ipſo Iure minuunt,l.5.D.de pact.dotal.*Ipſo Iure dos neceſſariis ſumptibus minuitur*,§. item ſi de dote,Inſtit.de actionib.*Non Ipſo Iure, Corporum ſed Dotis,fit deminutio. Ibi enim admittimus deminutionẽ dotis ipſo Iure fieri,vbi non ſunt Corpora, ſed Pecunia. Proinde ſi æſtimata corpora in dotem data ſint, ipſo Iure dos deminuetur per impenſas neceſſarias*, l.5. D.de impenſ.in res dot.*Vtiles impenſæ non minuunt ipſo Iure dotem*,l.7.D.eod.tit.

Ipſo Iure minuuntur per Leg.Falcidiam, legata ſupra dodrantem relicta,l.73.§.vlt. D. ad Leg.Falcid.

Ipſo Iure diuiditur vſufructus legatus pluribus,l.8.D.ad Leg.Falcid. *Ipſo Iure non diuiditur obligatio*,l.26.D.de fideiuſſorib.

Ipſo Iure quæ inter virum & vxorem donationis cauſa geruntur, nullius momenti ſunt,l.3. §. ſciendum autem eſt,D.de donat.inter vir.

Ipſo Iure,id eſt,etiam ſi de eo nihil cautum ſit,l.17.§.vlt.D.pro ſocio.

Ipſo Iure adcreſcere, l.2.§.ſi duo,D.de bon.poſſ.ſec.tab.

Ipſo Iure adempta,l.14.D.de legat.1.*Ipſo Iure adquirere*, l.4.D. rem pupill. *Ipſo Iure adquiſita cautio*,l.1.§.ait.D.quod legatorum.*Ipſo Iure agere non poteſt*, l.38. D. de act. empt. *Ipſo Iure non habere actionem*,l.112.D.de diuerſ.reg.

Ipſo Iure non competit exactio,l.1.C.de repud.

Ipſo Iure amiſſum fideicommiſſum,l.34.§.Lucio,D.de legat.2.

Ipſo Iure Compenſatio negligentiæ facta, l.10. D.de compenſation.l.4.C.eod.tit.*Ipſo Iure debebitur Seruitus*,l.1.§.qui fundum,D.de legat.1. *Ipſo Iure deſinunt eſſe in poteſtate*, l.1.D.de curat. furio.

Ipſo Iure perfecta donatio,l.34.D.de donationib.

Ipſo Iure euaneſcit ſtipulatio, l.4. D.de pactis. *Ipſo Iure quippe ſuus, deprehenditur heres*, l.50.§.ſi D.de bon.libert.

Ipſo Iure quippe ſuus, deprehenditur Heres, l. 50. §. ſi patronus, D. de bon. libert. *Ipſo Iure intercedũt operæ*, l. 34. D. de oper. libert. *Ipſo Iure irrita*, l. 4. C. in quib. cauſ.

Ipſo Iure liberari, l. 51. D. de pactis, l. 46. §. vlt. D. de adminiſtr. & peric. l. 42. D. de furt. *Liberatus*, l. 12. §. vlt. D. de iure dot. l. 23. D. de tutelæ & rationib. *Ipſo Iure minui portio hereditatis*, l. 1. §. qui minorem, D. vt legator, ſeu fideic. *Ipſo Iure liberatum pignus*, l. 1. C. de diſtract. pig. *Ipſo Iure non liberatur*, l. 8. §. & poſt, D. de fideiuſſor.

Ipſo iure minutum peculium, l. 30. D. de actio. empt. *Ipſo Iure non tenentur*, §. actiones autem. Inſtitut. de actionib. *Ipſo Iure non valere*, l. 16. D. de iure patron. *Ipſo Iure nihil valere & intercedere*, l. 34. & l. 36. D. de oper. libert.

Ipſo Iure non valet Inſtitutio, l. 9. D. de liber. & poſtum.

Ipſo Iure non valebit, id quod actum eſt, l. 16. D. de iure patron. *Ipſo Iure non valent*, l. 1. D. ad Sc. Velleian.

Ipſo Iure nullius momenti, l. 3. §. vlt. D. pro ſocio.

Id ipſo Iure peremi quod inductum ſit, l. 3. D. de his quæ in teſtam. delen. *Ipſo Iure reſcindi quod fraudandæ legis gratia eſſet adſcriptum*, l. 64. D. de condicionib. & demonſtr. *Ipſo Iure reuocari alienum*, l. 16. §. vlt. D. de iure patron.

Ipſo Iure, non committi ſtipulationem, l. 40. D. de reb. credit. l. 3. §. vlt. D. vſufruct. quemad. caueat. *Ipſo Iure pœnam non committi*, l. 23. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. *Ipſo Iure inutiliter agi*, l. 4. D. vſufruct. quemadm. cau.

Ipſo Iure remanet apud heredẽ portio Legis Falcidiæ, l. 1. §. ſi quis, D. quod legat. *Ipſo Iure non tenetur Tutor datus, ab auo materno*, l. 13. §. Diui, D. de ſuſpect. tutor.

An bona quæ ſoluendo non ſunt Ipſo Iure ad fiſcum pertinent, l. 1. D. de iure fiſci.

Ipſo Iure deberi, l. 17. §. 1. D. de teſt. milit. *Ipſo Iure c minus debere*, l. 4. D. de compenſationib. *Ipſo Iure non debuit*, l. 49. §. 1. D. de fideiuſſorib.

Ipſo Iure detrahi creditum, l. 8. D. de pecul. legato. *Ipſo Iure heres obligatus*, l. 34. §. vlt. D. de auro arg. *Ipſo Iure ita ſe res habet, etiam non adiecto eo*, l. 9. D. de diſtract. pignor. *Ipſo Iure vindicare*, l. 86. §. 1. D. de legat. 1.

Ipſo Iure tutor eſt, l. 31. D. de excuſat. *Qui Ipſo Iure tutores non ſunt*, l. 3. D. de rebus eorum.

Vt Ipſo Iure res fiant eius, cui donatæ ſunt, l. 32. §. 1. D. de donation. int. vir.

Ius quod diu Æquum viſum eſt, l. 2. D. de conſtitut. princip.

Ius, vt Celſus definiebat, *eſt ars boni & Æqui*, l. 1. §. 1. D. de Inſtit. & iure. *Iuris præcepta ſunt hæc: honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere*, l. 1. §. vlt. D. eod. tit.

Iuris auctores, Vide S. lib. 1. *Iuriſconſulti*, Vide S. hoc ipſo lib. *Iuris interpres*, Cic. Topic. *Iuriſperitus*, l. 88. §. vlt. D. de leg. 2. *Iuriſperiti amici noſtri*, aiunt Diui fratres, l. 17. D. de iure. patronat. *Iuriſperitos in conſilium Principium adſumptos*, l. 30. D. de excuſationib.

Iuris prudentes, l. 10. D. de bon. poſſ. l. 4. §. ſi præeſſe, D. quis or. in bon. poſſ. *Iuris Ciuilis profeſſores*, l. 1. §. proinde, D. de extraordin. cognit. *Iuris ſtudioſi*, l. 1. D. de offic. adſeſſor. l. 9. D. de pœnis, l. 4. D. de extraord. cognit. & apud Sueton. in Nero. cap. 32. Agell. lib. 12. cap. 13.

Iura Condere, §. reſponſa, Inſtit. de iure nat. gent. *Interpretari*, dic. §. reſponſa, & apud Cic. lib. 1. de legib. *Reſpondere*, Cic. eod. lib. Horat. Epiſt. 3. lib. 1.

---Seu ciuica Iura
Reſpondere paras.

Magno ingenio de Iure reſpondere, l. 90. D. de condic. & demonſt. *Publicè de Iure reſponſitaſſe*, l. 1. §. 1. D. de poſtulando.

Iuriſprudentia, eſt diuinarum, atque humanarum notitia, Iuſti, atque Iniuſti, ſcientia, l. 10. D. de iuſt. iure.

Ius Prætorium eſt, quod Prætores introduxerunt, adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi, Iuris Ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam: quod & Honorarium dicitur, ad honorem Prætorum ſic nominatum, l. 7. D. de iuſtit. & iure.

Iuris hæc ſunt adiuncta, ſeu differentiæ, *Diuinum, Humanum, Legitimum, Conſtitutum, Licitum, Antiquum, Vetus, Nouum, Receptum, Commenticium, Commune, Singulare, Proprium, Ordinarium, Publicum, Priuatum, Summum, Strictum, Merum, Subtile, Sollemne*, quæ vocabula ſuis quæque locis & ſingillatim à nobis exponuntur.

Ius Commune, interdum *Iuri proprio cuiuſque ciuitatis*: interdum, *Iuri ſingulari*, veluti, *Militari*, opponitur, vt exemplis demonſtraui, S. lib. 3. Eodémque libro, qualiter *Conſtitutum Ius* accipere debeamus, docui. *Diuinum* etiam *Ius* quid, qualéque ſit, docui S. lib. 4. & lib. 4. ſelect. Antiquit. cap. 16. *Humani* verò *Iuris* Interpretationem pete S. ex lib. 8.

Ius

Ius Antiquum, Vide s. lib. 1. *Ius Vetus*, & *Nouum*, aduersantur, l. 91. D. de diuer. reg. l. 1. D. de hered. petit. Vide plura s. lib. 12. & j. lib. vlt.

Legitimum Ius, l. 6. §. bonorum, D. de bonor. poss. & apud Ciceron. lib. 2. Rhetor. ad Heren. *Iure Legitimo*, l. 4. §. vlt. D. de fideiuss. tutor. *Pro Iure Legitimo haberi debet hominis sani voluntas*, l. 88. §. vlt. D. de legat. 2.

Ius Publicum, l. 14. D. ad Sc. Trebel. l. 2. C. de his qui sponte, lib. 10. & apud Paul. lib. 5. Sent. Tit. 25.

Iure Licito, l. 3. D. quod met. cau. l. 7. D. de oper. liber. vide plura j. lib. prox.

Ius Publicum & Priuatum, l. 2. §. Tubero, D. de orig. iur. *Publicum Ius est, quod ad statum rei Romanæ spectat, quod in Sacris, in Sacerdotibus, in Magistratibus, constitit. Priuatum, quod ad singulorum vtilitatem spectat*, l. 1. §. huius studij, D. de iust. & iur. Generaliter tamen *Ius publicum* pro eo iure quo generaliter omnes ciues vtuntur, quod omnium in quaque ciuitate commune est, vsurpatur. *Ius Publicum Priuatorum pactis mutari non potest*, l. 38. D. de pactis. *Priuatorum conuentio Iuri publico non derogat*, l. 45. §. vlt. D. diuers. reg. *Quia pacto hoc Ius publicum infringi non possit*, l. 20. D. de religios. & sumpt. *Qui Ius publicum sequitur*, l. 116. §. 1. D. de diuers. reg. *Iure publico*, l. 5. §. 1. D. ad L. Falcid. l. 77. §. vlt. D. de condic. & dem. *Iure publico vti*, l. 36. §. vlt. D. excusation. *Qui Iure publico vtitur*, l. 13. §. 1. D. de iniuriis. *Qui Iure perpetuo vtitur*, l. 42. §. 1. D. de action. empt.

Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate constituentium, receptum est, l. 16. D. de legib. *Sententia Iure singulari recepta*, l. 23. §. etiam fideicommissaria, D. de fideicomm. libert. *Propria, atque singularia Iura, in testamentis militum obseruantur*, l. 2. D. de testa. milit. *Sollemne Ius*, l. 27. D. de diuers. reg. iur.

Subtile Ius, l. 24. §. si quis seruo, D. de fideicommiss. libert. l. 13. §. licet, D. de liber. & postu. *Scriptum Ius*, l. 16. D. de condic. & dem. *Scripta Iura*, l. 35. D. de legib. *Ius Ciuile constat aut ex scripto, aut sine scripto*, l. 6. D. de iustit. & iu.

Iure concesso, l. 17. C. de postlim. reuers. *Iure consueto*, l. 2. C. de decurionib. lib. 10.

Secundum vulgarem formam Iuris, l. 114. §. vt quis, D. de legat. 1. *Contra Iuris formam*, l. 49. §. vlt. D. de fideiussorib. *In hac parte Iuris*, l. 11. §. quod vulgò, D. ad Leg. Falcid.

Iuris Auctoritas, Vide s. lib. 1. *Forma*, Vide s. lib. 6. *Intellectus*, l. 62. §. 1. D. de leg. 2. & l. 50. D. de hered. pet. *Obseruatio*, l. 38. §. 1. D. ad L. Iul. de adult. *Ratio*, l. 25. D. de manumissionib. l. 3. D. de separationib. l. 18. §. vlt. D. de his quæ vt indign. l. 14. l. 15. l. 25. & l. 39. D. de legib. l. 140. §. 1. D. de diuers. reg. iur. l. 16. D. de condicion. & demonstr. l. 1. C. solut. matr. l. 2. C. de hered. vend. l. 10. C. de hered. instit. *Rationes*, l. 16. C. de his qui accus. non poss.

Iuris *Dubitatio*, l. 85. §. vlt. D. de diuers. reg. *Error*, Vide s. lib. 5. *Ignorantia*, vide s. hoc ipso lib.

Fiscale Ius, l. 20. D. de manumissionib. & s. lib. 6. *Militare Ius*, Vide j. lib. 11.

Ius & *Fas* separantur. Virgil. lib. 1. Georgic. *Fas, & iura sinunt*. Interpres Euripidis in Hecubam, Τὸ Δίκαιον, ὅπερ γένος ὂν, διαιρεῖται εἰς Ὅσιον καὶ Δίκαιον: καὶ τὸ μὲν πρὸς θεὸς ἀνθρώπων γενόμενον, Ὅσιον καλεῖται, τὸ δὲ πρὸς ἀνθρώπους, Δίκαιον.

Iuris est, l. 4. D. ad Sc. Tertyl. *Certi, certissimi, explorati, manifestissimi, indubitati, euidentissimi, clari, & aperti Iuris est*, crebro in Imperatorum Rescriptis. *Idem Iuris erit*, l. 108. §. stichum, D. de legat. 1. l. 28. D. de vsu & vsufr. leg.

Quid Iuris est, l. 58. D. de donat. inter vir. & vxor. *Quæritur, quid Iuris est*, l. 88. D. ad Leg. Falcid.

Quid Iuris sit? l. 11. D. de peric. & comm. *Quæro quid Iuris sit*, l. 28. D. de vsu & vsufr. leg. l. 30. D. de testam. tut. *Quæro quid de bonorum possessione Iuris sit*, l. 3. D. de coniungēd. cum emancip. *Quæritur quid Iuris sit*, l. 7. §. vlt. D. de distract. pignor. l. 114. §. apud, D. de legat. 1. *Quæsitum est, quid Iuris sit*, l. 15. D. de manum. test. *Videamus quid Iuris sit*, l. 8. §. illud, D. quib. mod pign. l. 80. D. ad L. Falcid. *Videndum, quid Iuris sit*, l. 7. D. qui satisd. cog.

Consulebatur quid de his Iuris esset, l. 41. D. de rebus cred. *Quid Iuris esset quæritur*, l. 31. §. vlt. D. de mort. donat. *Quærebatur quid Iuris esset*, l. 19. D. de testam.

Eo Iure vtimur, l. 7. D. de liber. & postum. *Hoc Iure vtimur*, l. 3. D. de vulg. & pupil. l. 13. D. de acceptilatione. l. 152. D. de diuers. reg. *Iam hoc Iure vtimur ex Diui Marci constitutione*, l. 4. D. de vulg. & pupil. *Quo Iure vtimur*, l. 4. D. de pignerat. act. l. 114. §. apud, D. de leg. 1. l. 18. D. de his quæ vt indignis, l. 4. D. de pignerat. act. l. 114. §. apud, D. de leg. 1. l. 3. D. de aqua cott. quo de loquendi genere, vide plura s. lib. vlt. *Alio Iure est*, l. 4. C. de in rem iuran.

Iure Ædificare, vel, *non Iure*, l. 20. §. deinde, D. de oper. nou. nunt. *Iure amisisse*, l. 29. §. 1. D. de donationib.

Iure Cæſus, l. 4. C. ad L. Cornel. de ſicar. & apud Sueton. in Iul. cap. 76. & aliis locis, quæ pote ex noſtro Formular. quinto. *Licet hoc Iure contingat*, l. 32. §. ſed ſi, D. de peculio.

Iure contrahere, l. 1. §. ex illa, D. de L. Cornel. de falſ. *Iure contrahi*, l. 100. D. de diuerſ. regul. *Iure contractum matrimonium*, l. 34. §. 1. D. de ritu nuptiar. *Iure conueniri*, l. 2. C. de repudianda. *In Iure conueniri in vſuras*, l. 2. §. vlt. D. de adminiſtr. rer.

Iure datus tutor, l. 1. C. de teſtam. tut. & contrà, *Non Iure datus tutor*, l. 39. D. de adminiſtr. & peric. l. 76. §. non iure, D. de legat. 2. l. vlt. D. de fideiuſſorib. *Non Iure dati tutores*, l. 6. C. de petit. hered.

Iure deſiderant, l. 34. §. vlt. D. de minorib. *Deſiderari*, l. 9. §. ſocij, D. de publican. *Non Iure deſideras*, l. 2. C. de teſtam. milit. *Iure ac merito poſtulatur*, l. 45. §. ſi plus, D. de iure fiſci. *De Iure poſtulabis*, l. 1. C. ſi tutor vel curat.

Iure diſtrahit, l. 46. D. de vulg. & pup. *Iure exigere*, l. 39. D. de negot. geſt. *Iure non deleri*, l. 122. §. Seia, D. de verb. obligat. *Iure Emancipata*, l. 25. D. de adoptionib.

Iure fecit Teſtamẽtum, l. 31. D. de liber. & poſt. *Iure factum Teſtamentum*, l. 10. D. de legat. 3. l. 12. §. vlt. D. de bon. poſſ. cont. tab. l. 5. D. de his quæ vt indig. l. 1. D. de hered. petit. l. 7. C. de impub. & aliis, & l. 2. C. quando prouocare. *Non Iure factum*, l. 24. D. de his quæ vt indign. & l. 1. D. de iniuſto rupto. *Non Iure factum Teſtamentum, id appellatur, in quo ſi omnia ritè facta eſſent, Iure factum diceretur*, l. 6. D. de lege Corn. de falſ. *Iure factum ſit an non*, l. 20. §. 1. D. de oper. no. nunt. *Iure facta obligatio*, l. 137. §. ſi ab eo, D. de verb. obligat.

Si Iure, Teſtamenti factionem habuit, l. 8. §. D. de iure codicill.

Iure Geſtum, l. 3. C. de confirm. tutorib. *Iure Geſta*, l. vlt. D. de his qui in teſt. del.

Iure legare, l. 66. D. de legat. 3. *Iure liberatur*, l. 1. §. vlt. D. de auro & argent. *Iure liberati*, l. 88. D. de ſolutionib. *Fideiuſſorem, aut Iure, aut exceptione liberari*, l. 60. D. de fideiuſſorib.

Iure manumiſſus, l. 1. C. de vectigalib.

Iure quæſiti liberi, l. 18. D. de bon. liber.

Iure ſoluta quantitas, l. 53. D. de manum. teſtam.

Iure non teneri ſententia, l. 4. C. quando prouocare. *Iure non teneri ſtipulatio*, l. 6. D. de ſeruis export. *Ad Irritum recidit, quod ante Iure valuit*, l. 31. D. de donationib. *Iure Teſtamẽtum valet*, l. 1. §. ſi quis autem, D. de bonor. poſſ. ſec. tab. l. 24. D. ad Sc. Trebell. *Iure valuit Teſtamentum*, l. 41. D. de vulg. & pup.

Iure veniſſe bona, l. 30. D. de reb. auctor. iud.

Iure perfecta venditio, l. 5. C. de reſcind. vendit. *Iure vindicare*, l. 56. D. de adminiſtr. & peric. *Non Iure facere*, l. 7. D. ad leg. Iul. de vi priuat. *Si id non Iure feciſſet*, l. 13. D. de peric. & commo. *Quod non Iure fit*, l. 1. D. de iniuriis. *Quod non Iure factum eſt, hoc eſt, contra Ius*, l. 5. §. 1. D. ad Leg. Aquil. l. 15. D. de ſeruit. vind. *Non iure facta adoptio*, l. 38. D. de adoptionib. *Non Iure petis*, l. 7. C. de pact. inter empt. *Non Iure fiet arcus*, l. 11. D. de aq. & aqu. pluu. *Non Iure poſtulant*, l. 6. C. de bon. auctor. *Non Iure fertur ſententia*, l. 19. D. de appell. *Nullo Iure cogente*, l. 82. D. de diuerſ. reg.

Nullo Iure feneſtras immiſiſſe, l. 40. D. de ſeruit præd. vrbanor.

Nullo Iure veniſſe, l. 2. C. ſi vend. pignore. *Nullo iure emptus*, l. 1. §. ſi quis, D. de quæſtionib. *Nullo Iure factum Teſtamentum*, l. 77. §. filius, D. de legat. 2. *Nullo Iure valet Teſtamentum*, l. 38. §. teſtamentum, D. de pœnis. l. 9. C. de teſtament. *Nullo Iure bona titulo pignoris vendidit*, l. 1. D. de diſtract. pignor. *Neque Iure vllo, neque æquitate tale deſiderium admitti*, l. 52. §. vlt. D. de pact.

Ius & *Iniuria* pugnant, l. 1. D. de iniuriis. *Siue Iure, ſiue Iniuria*, l. 1. D. de operis no. nunt. Donatus ad hæc verba Andriæ, Act. 1. Scen. 3. *Quo Iure quáque Iniuria: prouerbiale*, ait, *hoc eſt: qualia ſunt, fas & nefas, velis nolis.* *Iure Legis*, l. 44. D. de adoptionib.

Ius dicere, & *Iudicare, Sententiámque proferre*, diuerſa faciunt præceptores noſtri, l. 4. in fi. D. de interrog. in iur. fac. l. 57. D. de re iud. vt & Impp. *Iudicem eſſe*, & *Ius ſibi dicere*, l. 1. C. ne quis in ſua cauſa iudic. vel ius ſibi dic. Etenim *Ius dicere*, eſt actiones & iudicia dare, eáq; omnia facere, quæ ad officium *Ius* dicentis pertinere ſcribit Vlpian. in l. 1. D. de iuriſdictio. Ac planè, *Ius dicere* ſoli Magiſtratus dicebantur, qui tribunali & iuriſdictioni præerant, l. 5. D. de feriis, l. 11. D. de iuſtit. & iur. l. 2. §. poſt originem, D. de orig. iur. l. 3. D. de offic. eius cui mand. l. 10. l. 18. D. de iuriſdictio. l. 1. §. an autem. D. de poſtul.

Qui de Fideicõmiſſis Ius dicit, l. 2. C. de vſur. & fructib. legato. *Solet Prætor in eos Ius dicere*, l. 13. §. tẽpeſtiuum, D. ad Sc. Treb. *Extra territorium Ius dicere*, l. vlt. D. de iuriſdictio. *Omnium partes qui Romæ, vel quaſi Magiſtratus, vel extra ordinem, Ius dicunt*, l. 7. §. vlt. D. de offic. proconſ. *Si per gratiam, aut ſordes, Magiſtratus Ius nõ dixerit*, l. 26. §. per magiſtratus, D. ex quib. cauſ. maior. Ouidius lib. 5. de Ponto, de Conſule loquens, *Aut reget ille ſuos, dicendo Iura, Quirites.*

Idem ſibi

Idem ſibi Ius dici quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit, l.1. D. quod quiſque iur. & ibidem, *ſi inter eos quis dixerit Ius, inter quos Iuriſdictionem non habuit. In eum, qui quid Nundinarum nomine, &c. omni tempore Ius dicitur*, l.3. §. vlt. D. de feriis. *Parciſſimè Ius dicatur*, l. 16. D. de offic. Præſid. & mox ibidem, *hactenus ei Ius dicendum eſt, vt litem conteſtetur.* Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 28. *Ius fori omnibus dicitur. De menſuris Ius dicere*, Iuuenal. Satyr. 10. *Qui Iuri dicundo præſunt*, l. vlt. D. de aqu. & aqu. pluu.

Porrò non de re pecuniaria tantùm, ſed & de capite, *Ius dici* legimus. Pomponius in l. 2. §. deinde, D. de orig. Iur. *Et quia de capite ciuis Romani, Iniuſſu populi, non erat lege permiſſum Conſulibus Ius dicere.* Nec Magiſtratus modò, ſed & priuati *ſibi ipſis Ius dicere*, dicuntur, cum ſine auctoritate Iudicis, res debitoris occupant, vel, quod deberi ſibi putant, non per Iudicem repoſcunt. *Æquiſſimum Prætori viſum eſt, vnumquemque non ſibi ipſum Ius dicere, occupatis legatis, ſed ab herede petere*, l.1. D. quod legator. *Quiſquis probatus fuerit rem vllam debitoris, non ab ipſo ſibi traditam, ſine vllo Iudice temerè poſſidere, eúmque ſibi Ius in eam rem dixiſſe*, l.7. D. ad L. Iul. de vi priu. l.13. D. quod met cau.

Ius dicens, Rubr. Si quis ius dicẽ. non obtemperauer. l.2. D. quod quiſq. iur. l.13. D. de vulg. & pup. l.1. D. de iure deliber. *Ius dicentis officium latiſſimum eſt: nam & bonorum poſſeſſionem dare poteſt: & in poſſeſſionem mittere: pupillis non habentibus tutores conſtituere: Iudices litigantibus dare*, l.1. D. de iuriſdictio.

Ius reddere, l.2. §. cumq; conſules, D. de orig. iur. *Prætor quoque Ius reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit, relatione ſcilicet facta non ad id quod ita Prætor fecit, ſed ad illud quod Prætorem facere conuenit*, l.2. D. de iuſtit. & iure.

Reddere Iura, l.2. §. eodem tempore, D. de orig. iur. Plin. lib. 19. cap. 2. *Prætorio viro Iura reddenti in Hiſpania.* Ouid. lib. 1. Faſtor.

Nullus erat Iuſtis reddere Iura labor.

Obſeruandum eſt Ius reddenti, l.19. D. de offic. Præſid. & ibidem, *Ita Ius reddi debet*, &c. *Præſes Prouinciæ qui eo loco Ius repræſentat*, l.1. C. vbi cau. ſtat.

Senatum Ius facere poſſe, l.9. D. de legib. *An Ius faciat Iudex*, l.14. D. de appellationib. *Ius facit pronuntiatio*, l.50. §.1. D. de legat.1. *Ius fieri ex ſententia*, l.17. §. vlt. D. de inoffic. teſt.

Alia ſignificatione, *Ius, dicitur locus in quo ius redditur: appellatione collata ab eo quod fit, in eo vbi fit: quem locum ita determinare poſſumus, vbicumque Prætor, ſalua maieſtate Imperij ſui, ſaluóque more maiorum, Ius dicere conſtituit, is locus rectè Ius appellatur*, l.11. D. de iuſtit. & iur. Itaque, quod ait Prætor, *qui in Iure interrogatus reſponderit*, ſic accipiendum eſſe Vlpian. ait, *apud Magiſtratus Pop. Rom. vel Præſides Prouinciarum, vel alios Iudices. Ius enim eum ſolum locum eſſe, vbi Iuris dicundi, vel iudicandi gratia, conſiſtit*, l.4. §. vlt. D. de interrog. in iur. faciẽd. Sed & Victorin. in lib.2. de Inuentio. & Donat. in Eunuch. Act.4. Sc.7. *in Iure*, interpretantur, *apud Prætorem.* Idem Donat. in Phormio. Act.1. Sc.7. *in Ius eamus*, id eſt, ait, *ad Prætoris ſellam. Modò enim, locum ſignificat.* Quæ etiam horum verborum, *in Iure*, interpretatio faciẽda eſt in l. vlt. D. de ceſſio. bon. l.56. §.1. D. mandati, l.2. D. ad Sc. Velleia. l.1. §. ſanè, D. de ſucceſſo. edic. l.6. D. de feriis, l.1. §. quod ſi in lite, D. ſi quid in fraud. patron. l.12. §. poteſt, D. de liber. cauſ. vt & in illa veteri Formula, *Quando ego te in Iure cõſpicio*, cuius Cic. in Muren. meminit, item apud Plaut. Rudente, *Quique in Iure abiurãt pecuniam.* Notandum autem eſt, *in Iure*, & *in Iudicio*, ſeparari, in l.12. D. de interrog. in iur. fac. & apud Cicero. lib.1. de Orato. quandoquidem *in Iure*, eſt apud Magiſtratũ: *in Iudicio*, etiam apud Iudicem datum: vt ex l.1. §.1. D. de poſtul. & ex l.3. D. ne quis eam qui in ius voc. colligi poteſt. *In Iure*, &, *extra Ius*, opponuntur, l. vlt. D. de ceſſio. bon. *Ceſſio in Iure* apud Vlpian. Tit.2. Regular. & Boëth. in Topic.

Ne quis ad quem de ea re in Ius aditum erit, l.6. D. de feriis. *In Ius confiteri*, l.8. D. de ceſſio. bon. *In Iure confeſſus*, l.29. §.1. D. de donationib. *Confeſsi*, l.56. D. de re iudic. l.4. C. de repudian. vel abſtin. hered. *Confeſsio in Iure facta*, l.56. D. de re iudic.

In Iure interrogare, l.10. & l. vlt. D. de interrogationib. *Interrogatus*, l.4. §.1. l.7. l.12. l.15. §. vlt. l.16. & l.20. §. vlt. D. eod. tit. l.29. §.1. D. de donationib. *In Iure offerre pecuniam*, l.56. §.1. D. mãdati. *In Iure reſpondere*, l.26. §. ſi ſeruum, & l.27. §. vlt. D. de noxalib. *In Iure ſiſti*, l.4. D. de in ius vocan.

In Ius vocare, eſt Iuris experiundi cauſa vocare, l.1. D. de in ius vocan. Et ita verbum hoc accipiendum eſt toto illo Tit. & l.26. §. ait præt. D. ex quib. cauſ. maior. l.15. D. rat. rem hab. & apud Plaut. Aſin. Act.2. Sc.4. & Act.4. Sc. vlt. Pœnulo, Act.5. Sc.4. & Sc. penult. Perſa, Act. 4. Sc. vlt. *In Ius vocari*, l.32. D. de iniuriis, l.8. D. de accuſationib.

A Vinea & Balneis, & Theatro, in Ius vocare, l.20.D.de in ius voc. *De domo sua in Ius vocari*, l. 18.D.eod.tit. *In Ius adducere*, Cic.pro Quint. *In Ius produci*, l.23.§.vlt.D.de her.instituēd. *Ambula in Ius*, Plaut.Curculio.Act.5.Sc.2.& Persa, Act.4.Sc.vlt.& Rudē.Act.3. Sc.vlt.Terent. Phorm.Act.5.Sc.7. *In Ius eamus*, apud Senec.in ἀποκολοκυντωσ. & Martial.Epigr.lib.2.& lib. 12. *In Ius veni*, Plinius, Panegyrico. *In Ius rapere*, Horat.Sat.9.lib.1.Quandoque tamen Poëtæ seueris numerorum legibus adstricti, *In Iura vocare*, dicūt, vt idem Horat. *Cum rapies in Iura malis ridentem alienis.* Iuuenal.Satyr.15. *Pupillum in Iura vocantem, Circumscriptorem.*

Ex Iure manum consertum, apud Ciceronem pro Murena, & Epistola 13.lib.7.Familia. Quæ verba Agellius lib.20.cap.9.ex 12. tabulis manasse docet, in quibus scriptum erat, *Si qui in Iure manum conserunt.*

Ius interdum *Facto* aduersatur, vt in Rubr.de Iuris & facti ignor. Quod nos abundè testimoniis firmauimus §. lib.6.ad quæ accedere etiam velim quæ sequuntur. *Multum interest condicio Facti, an Iuris esset*, l.21.D.de cōdic.& dem. *In illis quæ non Iure, sed Facti sunt*, l.7.D.de iure codicill. *Hoc in his verum est quæ Iuris sunt: alioqui si Factum conferatur in personam*, &c.l.13.D. de verb.oblig. *Hoc enim ad Ius, id est, ad capionem, illud ad factum pertinere*, l.48.§.1. D. de adquir. rer.dom. *Quatenus cuius interfit, in Facto, non in Iure consistit*, l.24.D.de diuers.reg.iur. *Probatio traditæ vel non traditæ possessionis non tam in Iure, quàm in Facto consistit*, Paul.lib.5.Sentēt.Tit.11. *Illa verba, Arbitratu Titij fieri, Ius significant, & in seruum non cadunt*, l.68.D.de verb.signific.

Ius aliàs *Corpori* opponitur. *Iuris magis, quàm Corporis successio*, l.3.§.1. D.de bonor. possess.

Hereditas etiam sine vllo corpore Iuris Intellectum habet, l.50.D.de hered.petit. Proinde legatarius qui in rem succedit, & in certū Corpus, *Iuris successor non esse*, dicitur l.9.§.1.D.de edēd. *Siue Corporis dominus, siue is qui Ius habet, vtputa seruitutem*, l.13.§.1. D.de dam.infect. *Incorporales res sunt quæ tāgi non possunt: qualia sunt ea quæ in Iure consistūt, sicut Hereditas, Vsufructus Obligationes quoquomodo contractæ*, l.1.§.quædam, D.de diuis.rer. *Vsusfructus, in Iure non in parte consistit*, l.66.§.fundo, D.de legat.2. *Ea quæ in Iure consistunt, vt immissa, vel protecta*, l.15. §. precario, D. de precario.

Iura prædiorum vrbanorum & rusticorum, quæ etiam Seruitutes vocantur, l.1. D.de diuis.rer.l.2.& l.6.D.de seruit.prēd.vrb.l.4.§.ad iura, D.de alien.iud.mut.l.15.D.de pignerat.act.l.11.§.vlt. D.de pignorib.l.9.§.est præterea, D.de reb.auct.iud.l.3.D.quemadm.seruit.amitt. *Iura prædiorum rusticorum, velut Via, Iter Actus*, Vlpian.Tit.20. Regular. *Siue Ius stipulatus quis sit, veluti, Vsumfructum, vel seruitutem vtrorumque prædiorum*, l.1. D. de condict. triticiar.

Si de Iure prædij controuersia sit, l.47.D.famil.ercisc. Proinde *Ius fundi deterius factum* intelligitur, amissa seruitute, l.7.in fi. D.de fund.dot.l.11.§.item prospicere, D.locati, l.13.§.1. D.de damn.infect. Similitérque *Iura prædiorum amissa* dicuntur, seruitutibus amissis, l.9.§. est præterea, D.de reb.auctor.iudic.

Interdum etiam latius hoc nomen patet. Nam, vt ait Celsus in l.86.D. de verbor. signif. *Quid aliud sunt Iura prædiorū, quàm prædia qualiter se habentia? vt bonitas, salubritas, amplitudo? Quandiu aliquid Iuri rei deest*, l.27.D.de solutionib.

Ius pro qualibet facultate plerumque vsurpatur: vt in definitione Actionis, Vsusfructus, Itineris, Actus, Viæ: & generaliter quidquid ad aliquē spectat, pertinet, quidquid licet conceditur, permittitur, Iuris appellatione censetur.

Ius Ædificandi, l.8.§.si cum, D.de oper.no.nunt. *Alluuionis*, l.97.D.de adquir.rer.do. l.1.§.si Insula, D.de fluminib. *Anulorum*, l.11.D.de Senatusc.Sillan.l.44.D. de excusationib. l.42. D.ad L.Iul.de adult.l.10.D.de in ius vocan. *Aquæ ducendæ*, l.10. D.si seruit.vindic.

Iura Captiuitatium, l.21.D.de captiuis. *Ius compascendi*, l.20.§.vlt.D.si seruit.vindic. *Ius Crediti*, l.7.D.ad L.Iulian.de vi priua. l.12.§.vlt.& l.14.D.ne quid met.cau. *Debiti*, l.21. D. de Sc. Sillania.

Ius Gladij, l.6.§.qui vniuersas, D.de offic.præsid. id est, *Potestas*, vt, l.3.D. de iurisdictio. *Ius Hastæ fiscalis*, Rubr.de fide instrum.& iure hastæ fiscalis hoc ipso lib.Cod. *Ius Italicum*, vide §. lib.10. *Ingenui Iura consecutus*, l.32.D.de ritu nupt. *Iura ingenuitatis*, l.4.D.de iure aureor.anul.

Ius liberationis, l.1.D.de liberat.leg. *Iura libertorum*, l.11.D.de Carbon.edic. *Ius habere aduersus libertos*, l.11.D.de bon.libert. *Ius in libertum*, l.40.D.eodem tit. *Ius monumenti*, l.13.§. si quis, D.de dam.inf. *Ius inferendi mortuum*, l.14.C.de legat. *Ius postliminij*, l.5.D.de captiu.

Ius accusandi non habere, l.4.D.de accusationib.l.7.D.ad L.Iul.maiest. *Cui ius est donandi, vendendi, concedendi*, l.163.D.de diuers.reg. *Ius Testandi non habuisse*, l.13.§.1.D.ad Sc.Trebel.

Iudicis dandi Ius, l.12.D.de offic.procons. *Multæ dicendæ*, l.1.D. de iudiciis. *Postulandi*, l.9.D. de postuland. *Reuocandi doni*, l.28.§.si cùm in prouincia, D.ex quib.caus.maior.

Ius occi-

Ius occidendi patri conceditur, l. 22. §. vlt. D. ad L. Iul. de adulter. *Ius offerendæ pecuniæ*, l. 3. D. de distr. pignor.

Ius ponendi laqueos non habere, l. 29. D. ad L. Aquil.

Ius habere in rem, l. 20. D. de legat. 3. *Siue domini sint, siue aliquid in ea re Ius habeant, qualis est creditor, & fructuarius & superficiarius*, l. 19. D. de dam. infect. *Si nihil Iuris habere se sciat*, l. 49. D. de heredit. petit. *Nihil Iuris in Stichum habiturum*, l. 15. D. de man. test.

Iuris tui fons, l. 6. C. de seruitutib. Sic Ouid. *Rémque mei Iuris malim tenuisse precando.*

Tui Iuris instrumenta, l. 4. C. ad exhib. id est, ad metum pertinẽtia, vt l. 6. C. eod. *Alterius Iuris est*, l. 73. §. vlt. D. ad leg. Falcid. *Ad Ius fisci pertinere*, l. 4. C. de bon. proscript. *In quo Ius non habet*, l. 61. D. de diuers. regul. *Sui Iuris persecutio*, l. 46. D. de pactis. *Iure suo vti Auus nepotem exheredans*, l. 3. §. si emancipatus, D. de bonor. poss. cont. tab. *Iure suo vti Creditor*, l. 1. D. de statuliber. *Reus*, l. 48. D. mandati. *Cùm filius Iure suo vtitur*, l. 44. D. de legat. 1. *Qui Iure suo vtitur*, l. 55. & l. 155. §. 1. D. de diuers. regul. *Qui suo Iure vti se credidit*, l. vlt. D. quemad. seruit. amitt. *Qui se putat suo Iure vti*, l. 1. §. Aristo, D. de aqua cottid. *Iure suo, Re vti*, l. 51. D. pro socio. *Iure aliquo possidere rem*, l. 181. D. de verb. signific. *Iure Domini facere*, l. 15. Labeonem, §. si commune, D. de iniuriis. *Possidere*, l. 15. §. illud quæritur, D. de dam. infec.

Cum Iure seruitutis, quam quis habet alieno agro impositam, opus in alieno faciat, l. 30. D. de dam. infect.

Iure seruitutis teneatur, l. 52. D. de manum. testam.

Iure familiaritatis, amici fundum ingredi, l. 31. D. de adquir. possess. *Quibus fuerint Iura cum patref. honestis familiaritatis quæsita rationibus*, l. 223. §. vlt. D. de verb. signific.

Iure extranei accusationem instituere, l. 13. D. ad L. Iul. de adult. *Agere*, l. 6. C. eod. tit.

Iure mariti, l. 40. D. ad L. Iul. de adult. *Iure mariti qui accusant*, l. 14. §. vlt. D. eod. tit. *Iure viri accusare*, l. 6. §. vlt. D. eod. tit.

Iure conuentionis pignus vendere, l. 3. D. de distrac. pignor. *Si creditor domum acceptam Iure pignoris vendidit*, l. 78. §. vlt. D. de legat. 2.

Iure pignoris retinere, l. vlt. §. vlt. D. qui potior. *Quæ Iure empti continentur*, l. 15. D. de dol. exceptio. *Iure stipulationis solui*, l. 106. D. de solutionib.

Iure filij obtinere hereditatem, l. 7. §. 1. D. de Carbon. edic. *Iure hereditario adquisiuit*, l. 6. D. de religios. *Succedere*, l. 1. §. ex illa, D. de Lege Cornel. de fals. Vide plura ſ. lib. 8. *Iure testati & Iure intestati*, l. 7. D. si tabul. testamen. *De testamenti Iure quæritur*, l. 7. §. 1. D. de Carb. edic.

Qui alio Iure venit, quàm eo quod amisit, 42. D. de bon. libert. *Aut Iure proprio ipsorum, aut communi vniuersæ cognationis*, l. 195. §. 1. D. de verbor. signif.

Nec actoris Ius, ex mora deterius factum sit, l. 8. D. si quis caution. *Saluo Iure debitoris*, l. 68. D. de legat. 3. *Plus Iuris*, l. 29. §. qui hortos, D. de leg. 3. l. 54. D. de diuers. reg. iur.

Eiusdem potestatis, Iurisque, l. 59. D. de diuers. regul. *In vniuersum Ius successio*, l. 62. D. de diuers. reg.

Ius Integrum, Saluum, Imminutum Pristinum, vide suis locis. Hoc amplius, *Ius*, potestatem significat. Ex eo, Personæ quædam *Sui Iuris esse*, quædam *Alieni*, dicuntur. Tit. de his qui sui vel alie. iur. D. & Instit. *Sui* enim *Iuris esse*, vt l. 2. D. sol. matr. D. de captiuis, est, *Suæ potestatis esse*, l. vlt. D. de liber. cau. l. 2. D. de leg. Iul. de adult. l. 5. D. de adoptionib. l. 4. D. de his qui sunt sui vel alie. vt, *Alieni Iuris esse*, est, *in aliena potestate esse*, vt d. l. 4. *Sui* autem *Iuris* sunt familiarum suarum principes, interprete Vlpian. Tit. 5. Regular. *Sui Iuris effectus*, l. 195. §. iure proprio, D. de verb. signif. *Effecti*, l. 38. D. de bon. libert. *Factus sui Iuris*, Vide ſ. lib. 6. Sanè hæc scriptura, *Cùm sui Iuris fuerit factus*, ex coniectura mentis testatoris interpretationem accipit: & aliàs, potestatis liberationem, aliàs pubertatem, aliàs perfectam ætatem, significat, l. 50. §. vlt. D. de legat. 3. Eodem intellectu *in Ius alienum transire, peruenirèque*, dicimus, l. 14. §. vlt. D. quando dies leg.

Iuri nostro subiecta persona, l. 4. §. in hac, D. de doli except. l. 12. D. de captiuis. *Iuri nostro subiectæ personæ*, l. 11. §. 1. D. de vsufructu. *Alieno Iuri subiectæ personæ*, Institut. de iis qui sui vel alien.

Nõnumquam Ius etiam pro necessitudine dicimus: veluti est mihi Ius cognationis, vel adfinitatis, l. vlt. D. de iustitia & iure. *Ius adgnationis*, l. 38. D. de pactis. *Iura cognationis*, l. vlt. D. de sentent. pass.

Ius sanguinis, l. 23. D. de adoptionib. *Iura sanguinis*, l. 8. D. de diuers. regul.

IVSIVRANDVM est adfirmatio religiosa, per diuinum numen, vel religionem aliquam interposita, vt Cicer. lib.3. de Officio. docet. Cuius tres species statuuntur. Aliud enim *Voluntarium*, aliud, *Iudiciale*, aliud, *Necessarium*, appellatur. Rubr. de Iureiurando volunt.iudicial. necessar.D. *Voluntarium* est, quod ex conuentione partium, extra iudicium, defertur, & suscipitur, l.17. D. de iureiuran. *Iusiurandum quo ex pactione ipsorum litigatorum deciduntur controuersiæ*, l.1.D.eod.tit. *Iusiurandum, quo, ex consensu vtriusque partis, causa deciditur*, l.1. C. de reb. credit.vt in specie l.39. D.de iureiur. *Iudiciale*, quod in iudicio, imminente aduersario, ex auctoritate iudicis defertur, vel refertur, l.1.D.de iureiuran. *Necessarium*, quod Iudex in dubiis causis, & probationum inopia, pro motu suo, defert, l.31. D.de iureiuran.l.3. C.eod.tit. Quibusdam tamen nõ sine summa ratione, id quod vulgò *Iudiciale* dicitur, *Necessarium* magis placet appellare: & contrà, *Iudiciale*, quod *Necessarium*. Quorum sentẽtia Græci Interpretis auctoritate nititur, cuius verba sunt hæc. Ιυδικάλιος ὅρκος ἐστὶν, ὁ τῷ κρίτῃ δίδομενος. βολυντάριος, ὁ χ᾽ συναίνεσιν ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. Νεκεσσάριος, ὁ ἐντοὶς τῆ δικασείᾳ, ἐξ αἰτήσεως τῆ ἀντιδίκυ.

Iusiurandum in litem, l.1.& l.3. D.de in lit.iur. *Per Iusiurandum quod in litem Actor iurauerit*, l.15. §. hoc interdicto, D.quod vi aut clam. *Iusiurandũ* autem *in litem*, est, quod in litem, id est, rem in iudicium deductam æstimandam, à Iudice defertur, toto Tit. de in lit.iuran. Vetus Glossar. Græcum, ὁ ἐνδικος ὅρκος, ἢ ὁ μονομερὴς. Et aliàs, ὅρκος ἀπατεώμενος τῶν δανειστῶν ἐν τοῖς πράγμασι τῶν ἀποθανόντων αὐτῶν χρεωφειλετῶν ἐκ τῶν κληρονόμων.

Iusiurandum de calumnia, l 8.§. iubetur, D. qui satisd.cogant. *Iusiurandum propter calumniam*, Tit.de iur.propt.calumn.C.

Iusiurandum defert, qui aduersario suo iurandi condicionem fert: quo facto, iudicem eum de causa sua facit, l.1.D.quar.rer.act. *Delatum* verò *Iusiurandum*, *Dari*, *Præstari*, *Suscipi*, *Remitti*, *Recusari*, *Referri*, dicitur. *Remittit Iusiurandum*, qui deferente se, cùm paratus esset aduersarius iurare, gratiam ei facit, contentus voluntate suscepti iurisiurandi, l.6.D.de iureiur. l.1.C.eo. *Refert*, qui delatam sibi iurisiurandi condicionem in aduersarium transfert.

Iurisiurandi religio, l.1.D.de iureiuran.l.2.C.de reb.credit. & aliàs, vt notauimus ff. lib. 16.

Iureiurando decidere, l.22.§.vlt. D.de noxalib. *Iureiurando decisa res*, l.56.D.de re iudic.

IVSTITIA, *est constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi*, l.10. D. de iustit. & iu. & Institut.de iu.nat. *Et probo*, ait Triphonin. *hanc esse Iustitiam, quæ suum cuique ita tribuit, vt non distrahatur ab vllius personæ iustiore repetitione*, l.31.§.1.D.depositi. *Ad fugiendam Iustitiam animaduersionis*, l.vlt. D.de fugitiuis. *Vt Iustitiam causarum examinet*, l.3. D.de in integ. *Obtinere Iustitia*, l.17.§.vlt.D.ad L.Iul.de adult. Seruius in 1. Æneid. *Multum interest inter Iustitiam, & Pietatem: nam Pietas pars Iustitiæ est, sed naturalis, sicut seueritas*: & mox, *Pietas in deos, Iustitia in Homines est*: *quibus duabus virtutibus Regem ornatum esse conuenit.*

IVSTVS vulgari significatione quid sit manifestum est.

Iustus Iudex, l.14.§.idem Labeo, D.de religios.& sumptib.

Iustus possessor, dicitur, qui bona fide, & ex iusta causa possidet, l.31.§.iustus, D.de hered.pet. l.9.D.qui potior. *Iustus possessor, & petitor est, qui liberalitatem accepit*, l.7.§.1.D de publiciana. *Iusta possessio*, l.9.C.de long.temp.l.vlt.C.si aduers.creditor. *Iusta & Iniusta possessio*, aduersantur, l.7.§.qui in rem, D.comm.diuid. *Pigneraticiæ, & Precariæ possessiones, Iustæ sunt*: *nec tamen ex his Publicianum iudicium competit: quia neque Creditor, neque is qui Precario rogauit, eo animo nanciscitur possessionem, vt credat se dominum esse*, l.13.§.1.D.de publicia. *Clãdestina possessio, Iniusta est: Precaria* verò, *Iusta quidem, sed quæ non pergat ad iudicij communi diuidundi vigorem*, l.7.§. qui in rem, D.comm.diuid.

Iusta causa possessionis, l.7.C.de adquir.possess. *Iusta causa possidendi, custodiæ gratia*, l.7.§.si duo, D.com.diuid. *Iusta causa est possidendi, si ex causa indebiti soluti res possideatur*, d.l.7.§.qui in rem, *Iustam causam retinendæ possessionis habet filia, cui dotis causa, prædia pater tradidit*, l.35. D.famil.erciscund. *Ego possideo ex Iusta causa: tu vi, aut clàm*, l.3.D.vti possid. *Quod ex Iusta causa corporaliter à seruo tenetur*, l.24.D.de adquir.possess.

Aliàs, *Iusta Possessio*, ciuilem significat, corporalíq; opponitur. l.23.§.vlt.D.de adquir.poss.

Iustus dolor mariti vxorem suam in adulterio deprehendentis, l.38.§. Imperator, D. ad L. Iul. de adult.l.4.C.eod.tit.l.3.§.si maritus, D.de Sc. Silan. & apud Paul.lib.2.Sent.Tit.27. & Tacit.lib.2.

Iustus Error, id est, probabilis & excusatione dignus, l.2. D.de minorib.l.44.D.de vsurpationib.l.2.D.de in integr.restit. l.1.§ siquidem, D. ad Sc. Turpillia.l.7.D.de rescind. vendit.l.50.D.de adquir.possess.l.11.§.qui iusto, D.de interrogationib.

Iustus metus

Iuſtus metus, id eſt, non vanus, ſed qui in conſtantem hominem cadat, l. 7. D. quod met.
Iuſtus metus ruinæ, l. 28. D. de dam. infect. l. 49. §. vlt. D. ad L. Aquil.
Iuſtiſſimus mortis metus, l. 43. D. de mort. cau. donat.
Iuſtus timor mortis, vel cruciatus corporis, l. 3. D. ex quib. cauſ. maior.
Iuſtus Titulus, l. 23. §. de rei vindic.
Iuſta Abſentia, l. 2. C. quib. non obiicit. *Iuſta Æſtimatio*, l. 12. §. 1. D. de iure dot. *Iuſta Æſtimatione*, l. 72. D. de verb. oblig. *Supra Iuſtam æſtimationem*, l. 54. D. de legat. 2.
Iuſtum Pretium id eſt, æquum, & verum, l. 3. §. Diui fratres, D. de iur. fiſci, l. 66. D. de leg. 2. l. 31. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 1. §. ſed ſi rem, D. ſi quid in fraud. patr. l. 1. §. cura, D. de offic. præf. vrb. l. 12. D. de religioſ.
Iuſto pretio rem æſtimare, l. 10. §. vlt. D. comm. diuid. *Iuſto pretio res æſtimanda*, l. 16. §. vlt. D. de pignorib. *Iuſto pretio æſtimatio facienda*, l. 35. D. de donat. inter vir. *Iuſto pretio dato*, l. 31. D. de fideic. *Iuſto pretio rem comparare*, l. 7. D. de rei vind. lib. *Si dominus Iuſto pretio non vendat.* Vlpian. Tit. 3. regular. *Iuſtis pretiis vẽdere*, l. 5. §. vlt. D. de iur. delib. *Iuſta pretia, non ex præterita emptione conſtitui, ſed ex præſenti æſtimatione*, l. 3. §. Diui, D. de iure fiſci. *Non Iuſto pretio vendere*, l. 18. C. de fideiuſſorib.
Iuſta pronuntiari appellatio, l. 1. & l. 2. C. ſi vnus ex plurib. l. 6. C. de appellationib. *Iuſta pronocatio, & Iniuſta*, l. 6. C. de appellationib.
Iuſta cauſa, l. 13. D. de neg. geſt. l. 20. D. ſolut. matr. l. 25. & l. 30. D. mandati. l. 10. D. de procuratorib. l. 5. D. de reb. cred. l. 1. §. ſi quis propter, D. de itin. actúque, l. 1. §. item Labeo, D. quod vi aut clam. *Magna & Iuſta cauſa*, l. 15. §. hoc interdictum D. quod vi aut clam. *Iuſta & neceſſaria cauſa*. l. 1. C. de religioſ. *Iuſta & probabilis cauſa*, l. 3. §. ſi mecum, D. ad exhib. l. 55. §. vlt. D. Locati, l. 12. D. de vi & vi ar. *Iuſta cauſa adrogandi*, l. 15. §. vlt. D. de adoptionib. *Iuſta cauſa debiti*, l. 5. C. de non numer. pecun. *Iuſta cauſa errandi*, l. 16. §. 1. D. de bon. libert. *Iuſta cauſa erroris*, l. 11. D. pro empt.
Iuſta metuendi cauſa, l. 10. C. mandati. *Si cauſa timoris Iuſta non fuiſſet*, l. 27. §. vlt. D. locati.
Iuſta cauſa manumiſſionis, l. 9. D. de manumiſſ. vindic.
Si qua mihi Iuſta cauſa eſſe videbitur, l. 7. D. ex quib. cauſ. maiores. *Cùm Iuſta cauſa eſſe videbitur*, l. 4. D. ſi cui plus. l. 15. §. non autem, D. de dam. infect. l. 8. §. iubetur, D. qui ſatiſd. cog.
Ob Iuſtam cauſam, l. 23. D. mãdati. *Ob cauſam aliquam Iuſtam Reipubl. promittere*, l. 19. D. de donationib.
Iuſta de cauſa, l. 16. D. de accuſationib.
Ex Iuſta cauſa, l. 45. D. de fideiuſſorib. *Ex Iuſta cauſa abeſſe*, l. 19. l. 20. & l. 28. §. eorum, l. 36. D. de fideicomm. libert.
Iuſta an non Iuſta cauſa abſit, l. 29. D. eod. tit.
Ex Iuſta cauſa condemnatio fit, l. 41. D. de iudiciis. *Iuſta ex cauſa propoſitum Edictum*, l. 12. D. de religioſ. *Qui non ex Iuſta cauſa poſſident*, l. 25. D. de act. rer. amot. *Quibuſdam vel Ætate, vel qua alia Iuſta cauſa ſubuenitur*, l. 15. §. illud, D. de dam. inf.
Iuſtam cauſam adferre, l. 9. D. de liber. cauſ. *Iuſtam cauſam habere*, l. 2. §. circa, D. de doli except. l. 50. D. de pactis. l. 3. §. ſi eum, D. de homine exhib. *Qui Iuſtam cauſam traditionis habet*, l. 3. D. de publicia. *Quid traditur ex Iuſta cauſa*, l. 1. D. eod. tit. *Iuſtiſſima eſt cauſa dotis, ſiue æſtimata res in dotem data ſit, ſiue non*, l. 3. D. eod. tit. *Si ex Iuſta cauſa traditæ nobis res ſint*, Vlp. Tit. 20. Regul. *Iuſtæ præterea cauſæ traditionis enumerantur*, l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. & l. 7. D. eod. tit.
Iuſtæ cauſæ allegari, l. 13. D. ad Sc. Trebell.
Iuſtas cauſas habere, l. 45. D. de his qui notan. infam. *Iuſtas excuſationis cauſas habere*, l. 37. D. de excuſationib.
Iuſtiſſima cauſa Interueniente, l. 5. D. depoſiti.
Iuſta defenſio, l. 12. §. quæ propter, D. ad l. Iul. de adult. l. 4. C. ſi aduerſ. rem iudic. l. 13. C. de his qui in prior. *Iuſtam deliberationem incidere*, l. 13. §. 1. D. ad Sc. Trebell.
Iuſta dubitatio eſt, l. 68. D. de fideiuſſorib. l. 66. D. de diuerſ. reg. iur. *Iuſta excuſatio*, l. 184. de diuerſ. reg. iur.
Iuſta Ignorantia, l. vlt. §. vlt. D. de legat. l. 2. D. ſi is qui teſtamento. *Iuſtam Ignorantiam habet*, l. 76. §. vlt. D. de rei vindic. *Qui in alterius locum ſuccedunt, Iuſtam habent cauſam Ignorantiæ*, l. 42. D. de diuerſ. reg. iur. *Iuſtiſſima Ignorantiæ cauſa*, l. 7. §. Item, D. de ſeparationibus.
Iuſta interpretatio, l. 3. C. de interdic. matr. *Iuſta Interpretatione recipiendum eſt*, l. 201. D. de verbor. ſignific.
Iuſta nominatio, l. 11. C. de appellationib.

Iustam personam habere, l. 11. C. qui dare tut. id est, idoneam & legitimam.

Iusta ratio manumissionis, l. 7. C. de seru. corrupt. *Iusta ratio intercedere*, l. 6. §. vlt. D. pro socio. *Adprobata atque Iusta ratione*, l. 5. D. de seru. corrup. *Iusta ratione edocere*, l. 1. C. ad Sc. Maced. *Iusta ratione motus*, l. 7. D. de donationib. l. 11. D. depositi. *Iusta ratione potest opinari*, l. 11. §. si cùm esset, D. de interrogationib. *Iustis rationibus ductus, vel non Iustis*, l. 12. §. potest, D. de liber. cau. l. 1. §. vlt. D. de abigeis.

Iustis rationibus noluit, l. 87. D. de legat. 1.

Non Iustis rationibus neglectus, l. 3. C. de inoff. testam.

Iusta conuentio, Nudæ opponitur l. 5. §. vlt. D. de rescind. vendit. *Iusta* igitur *conuentio* est cui causa aliqua subest prẽter conuentionem, l. 19. D. de iureiuran. *Iusta causa conuentionis*, l. 18. D. de pact. dotal. l. 56. D. de pactis.

Iustum pactum, l. 62. §. pactum, D. de pactis, l. 95. §. quod vulgò, D. de solutionib. *Iusta emptio*, l. 5. §. vlt. D. de rescind. vend. l. 1. C. de ingen. manum. *Iusta obligatio*, l. 1. C. si in causa iudic. *Iusta præstatio*, l. 51. D. de pecul.

Iusta Querela, l. 11. D. ad Leg. Corn. de sicar. *Iustam rem postulat*, l. 39. D. de euictionib.

Iusta retentio pignoris, l. 14. D. de damno infecto. l. 53. §. vlt. D. de furtis.

Iusta sententia, l. 3. C. de ingen. manum. *Iusta, vel Iniusta sententia*, l. 21. D. de his qui not. infam. *Iustissima sententia videtur*, l. 38. D. de ædili. ædic. *Iustissima seueritas*, l. 1. D. de incend.

Iusti Sumptus, l. 6. §. vlt. D. si pars hered. pet. id est, *probabiles*, vt l. 31. §. vlt. D. de negot. gest. & l. 4. §. si minor, D. de doli except. *Iustæ erogationes*, l. 3. C. quod cum eo.

Iustum est desiderium, l. 6. D. de edendo. *Iustum esse*, l. 16. D. soluto matr. *Iustum videtur*, l. 24. D. de ædil. edit. l. 1. §. 1. D. si quadrup. *Si Iustum putauerit*, l. 75. D. de legat. 1.

Plus Iusto onerare mulum, l. 27. §. si mulier. D. ad L. Aquil. *Plus Iusto onerata quadrupes*, l. 1. §. 1. D. si quadr. pauper. *Pluris Iusto vendere*, l. 31. §. vlt. D. de fideicomm. liber.

Iustus, id est, legitimus. *Iustus accusator*, l. 2. §. vlt. D. ad L. Iul. de adult. *Iustus contradictor*, l. 3. D. de colluf. deteg. l. 4. C. de præscript. long. temp.

Iustus Tutor, iure datus, vel Iusto Testamento scriptus, l. 27. D. de testam. tut. *Iustus Pater*, qui ex legitimis nuptiis pater est, quem Iustæ nuptiæ demonstrant, l. 44. §. non obest, D. de ritu nupt. l. 25. D. de captiu. l. 9. D. ad municip. in quam *Iustus Pater, Naturali*, opponitur, vt & l. 9. D. ad municip. l. 3. C. ad leg. Iul. de adult. *Iustus Filius*, l. 3. §. si emãcipatus, D. de bon. poss. contr. tab. l. 2. D. de adoptionib. l. 12. D. de stat. hom. *Iusti Filij*, l. 15. C. de nuptiis. *Iusti Liberi*, id est, legitimi, ex iustis nuptiis nati, & procreati, l. 25. D. de captiuis, l. 11. & l. 12. D. de stat. hom. *Et ante diem nati, vti sibi Iusti liberi, heredésque essent. Iusti liberi*, & *vulgò quæsiti*, opponũtur, l. 4. §. vlt. D. de in ius vocan. Ac *Iustum* quidem *Filium*, Sophocles, δὶ μᾶλλον γόνον appellat. vbi Iustũ pro vero Sophoclem dixisse, Priscianus lib. 18. notat. Vulgò verò quæsiti, μὴ ὀρθῶς γεγόμθοι dicuntur ab Isæo, ὑπὲρ τῶ πύρρυ.

Iusta Vxor, l. 31. D. de ritu nupt. & apud Cicero. 1. Tusculan. quæ *Ciuiliter*, id est, secundum iuris ciuilis regulas, *nupta* dicitur in l. 28. §. si quis eo tempore, D. de liber. & post. *Legitima Vxor*, in l. 4. D. de rit. nupt. Suet. in Calig. c. 24. *Mox L. Cassio Longino Consulari collocatã abduxit, & in modum Iustæ vxoris propalam habuit.* Idem in Vespasian. cap. 3. *Antoniam libertam quondam dilectam reuocauit in contubernium, habuítque etiam Imperator, pœnè Iustæ Vxoris loco.* At in l. 13. §. 1. D. de adult. *Iusta* & *Iniusta Vxor*, vti accipienda sit, exposui in lib. singulari, ad leg. Iul. de adult.

Iusta materfamilias, apud Macrob. lib. 1. Liuius lib. 49. *Hunc tamen ex Iusta matrefamil. illum, Pellice ortum esse. Iusta Coniunx*, apud Senec. in Octauia. Act. 1. Sc. 3. Sic & apud Ouid. lib. 2. de Arte Amandi, hoc versu, *Quos faciet Iustos Ignis & Vnda viros. Iustos viros* accipe legitimos, seu Iustis nuptiis coniunctos, eo ritu quo aqua & igni noua nupta accipi solebat.

Iustus Partus, Plin. lib. 7. c. 11. *Iustæ nuptiæ*, id est, legitimæ, quæ secũdum iura ciuitatis Rom. inter puberes ciues contrahuntur, l. 3. l. 5. l. 12. & l. 18. D. de statu hom. l. 18. l. 53. l. 54. & l. 65. D. de ritu nupt. l. 38. D. de legat. 3. l. vlt. C. qui pet. tutor. l. 6. C. de nupt. *Iustas nuptias inter se ciues Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coëunt: masculi quidem, puberes: fœminæ autem, viri potentes: siue Patresfamilias sint, siue Filij familias*, §. 1. Institut. de nuptiis.

Iustis Nuptiis concipere, aut Vulgò, l. 5. §. ingenui, & l. 18. D. de statu homin. *Ex Iustis Nuptiis liberi*, l. 38. D. de legat. 3. *Iustis Nuptiis nati*, l. 1. D. de bon. damnator. *Iustis Nuptiis quæsiti liberi*, l. 1. D. de adsignand. lib. *Quos Iustis Nuptiis procreauimus*, l. 17. §. præterea, D. de adoptionib. & Institut. de patr. potest.

Iustis Nuptiis contractis, l. 4. §. cognationes, D. de gradib. & adfinib. Eodémque sensu *Iustum*

Matri-

Matrimonium,l.13.D.de his quæ vt indign.l.1.D.vnde vir & vxor,l.65.D.de ritu nupt.l.6.C. de nuptiis,& apud Quintil.lib.5.cap.10.Suet.in Nero.cap.28. *Acten libertam, paulùm abfuit quàm Iusto Matrimonio sibi coniungeret.*

Iustum autem *Matrimonium*, Vlpia. interprete Tit.6. Regular. est,si inter eos, qui nuptias contrahunt conubium sit, & tam masculus pubes, quàm femina viripotens sit, & vtrique consentiant, si sui iuris sint.Cui contrarium est,*Iniustum Matrimonium*, l.1. D. vnde vir & vx. *Iustum* etiam *Matrimonium*,*Pellicatui* opponitur apud Iustin.lib.10.& lib.36.

Iusta Ætas,plerumque 25.annorum accipitur,lege Lætoria adolescentibus,ad rerũ suarum administrationem consequendam, præstituta,l.16.D.de iur.fisci,l.2.§.1.D.de vacat. muner. Ex mente tamen testatoris ad pubertatem solam refertur,l.50.in fi.D.de legat.3.Sed & in l. 8.D.de condict. caus.dat.*Iusta Ætas*,12. annorum ætatem significat, puellis ad matrimonia contrahenda ex Augusti constitutione præfinitam,vt Dio,& Zonar.in Augusto tradunt.

Iusta Hereditas,quę iure legitimo obuenit,l.3.§.de illo,D.pro socio.Varro lib.2.de reRust. cap.10.*Si hereditatem Iustam adiit*,Cicer.lib.3.de Nat.Deor.*Eámque potestatem,quam ipse per scelus erat nactus,quasi Iustam & legitimam,hereditatis loco, filio tradidit. Iustus heres*, apud Iustin. lib. 15.Vnde iocus Apuleij Apolog. 2. de patruo immerente, sed ad quem lege redibant bona: *Etiam suam spem bonus patruus temperat in isto,ac fouet,qui sciat intestati pueri,Legitimum magis,quàm Iustum heredem futurum.*Et ita,*Iustum successorem*,pro legitimo,& qui ab intestato rem habiturus erat,dixit Antonin.in l.1.C. de his qui sibi adscrib.

Iusti successores, l.20.§.licet,D.de hered.petit.

Iusta Libertas,plena,absoluta,& perfecta,ex qua nimirum ciuitas Romana contingebat:vt eueniebat,cum testamento,vindicta, censu ab eo,qui & dominus ex iure Quiritium,& maior 20.annis erat,libertas seruis 30.annorum maioribus, & quorum extrinsecus status non erat suspensus,dabatur: quemadmodum Cicero Topic.& Vlpian.Tit.2.Regular.Iustinian. & Theophil.in §.libertinorum,Institut.de libertinis,docent.Atque ita verbnm *Iustæ Libertatis*,accipimus in l.26.D.qui & à quib.l.8.§.vlt.D.de manumissionib.l.28.§.eorum,D.de fideic.libert.l.1.D.si is qui testam.lib.l.11.D.vt in poss.leg.l.16.§.vlt.D.ad Sc.Trebell.l.2.C.si aduers.liber.l.4.C.de testam.mil.l.2.C.de fideicom.libert.l.1.C.de municipib.lib.10.& Instit.de ingen.Paul.lib.4.Sententiar.Tit.12. Seneca,lib.de Beata Vita,*Hominibus prodesse natura iubet, serui liberíve sint hi,ingenui,an libertini,Iustæ libertatis,an inter Amicos datæ.*Nam qui *inter Amicos*, manumittebantur,Latini tantùm,non etiam ciues Romani,fiebant, teste Vlpiano Tit.2.Regular. Sic & apud Sueton. in Augusto cap. 40. verbum hoc interpretandũ est, cùm ait. *Seruos non contentus,multis difficultatibus à libertate Iusta remouisse*, &c. Hanc *legitimam libertatem* appellant Vlpian.Tit.2.Regula..& Impp.l.1.C.de comm.seru.manumiss.& *Maiorem libertatem*,Iustinian.d.§.libertinorum.

Iusta Seruitus, quæ gentium, vel ciuili iure, consistit,l.6.D.de statu homin.l.28.& l.34.D. de noxalib.l.34.D.de stip.seruor.Instit.de libertin.in princip.Cicer.pro Cæcina: *Cùm hi,qui in seruitute Iusta fuerint, censu liberentur*,Planè apud Terent.Andr.Sc.1.*Iusta seruitus*, pro facili, humana,& clementi vsurpatur,ex Donati sententia.

Iusta sepulturæ traditum,id est,terra conditum corpus,l.39.D.de religios. quæ & *Perpetua sepultura* dicitur l.3.§.non perpetuæ,D.de sepul.viol.l.10.C.de religios.

Iustũ Sepulchrũ,quod religione tenetur,l.43 D.de relig.Lucan.lib.9. *Iusto date tura Sepulchro.*

Iusta facere,l.2.in fi.D.de in ius voc.l.20.D.de adquir.vel omit.id est, *Iusta soluere*,Cic.pro Sext.Rosc.Græci τὰ νομιζόμενα vocant.Fortassis autem funerum sollemnia Latini *Iusta* vocant,ab eo quòd Leg. 12.Tabul.præscripta essent,vt apud Athenienses Solonis legibus. Sic & *sollemnia,ac iusta ludorum*,dixit Cic.de Harusp.respons.

Iusti Dies dicebantur,qui iudicatis ad soluendum ex Lege 12.Tabul. dabantur,vt est apud Agell.lib.20.cap.1.*Iusti* quoque *Dies* appellabantur & illi quibus, exercitu imperato,vexillum in arce ponebatur,vt Fest.Pomp.lib.9.& Macrob.lib.1.cap.16. docent.*Iustos* autem *dies* pro statis ac sollemnibus,dixit Cic. lib.2. de Legib.his verbis,*Præter Idæas matris famulos,eósq; Iustis diebus,ne quis stipem cogito.*

Iusto tempore,l.3.§.vlt.D.de suis & legitim.Alio sensu *plus Iusto temporis*,ait, *consumpserit*,l.4. D.de vacat.& excusat.

Iustum Dominium,l.16.D.de Publician.l.57.D.Mandati,id est,*Legitimum*, vt loquitur lib.2. de reRust.cap.10.

Iustum Testamentum,iure factum,& in quo sollemnia iuris omnia interuenerunt, l.3. D. de legit.tut.l.22.D.de adquir.vel omitt.l.2.§.1.D.testam. quemad. aper. *Iusta voluntatis nostræ*

ſententia,l.1.D.qui teſtam.fac.poſſ.

Seruorum obſequium Iuſtis operibus contineri oportet, in Lege Dei, Tit.3. *Iuſtus Triumphus*, Suet. in Claudio cap.17. *Iuſti Triumphi*,idem Sueton.in Octauio,cap.38. *Iuſta Victoria*,Cicer.lib.2. Epiſt.43. *Iuſtus exercitus*, Tacit.lib.20. *Iuſti milites*,Sueton.in Galba, cap.12. *Iuſtæ claſſes*,idem Sueton.in Domitiano,cap.4. *Iuſtum Imperium*,Liuius lib.22. *Iuſtum exilium*,idem Liuius lib 26. *Iuſtum Iter*, Cęſar lib.1.de Bello ciuili. *Iuſtum incrementum Nili*,Plin.lib.5.cap.9.

Ivstè *Appellare*,l.7.C.de appellationib. *Iuſtè ab eo prouocatum eſt*,l.1.C.de appellationib.id eſt,*rectè*,vt l.20.D.de quæſtionib. *Non Iuſtè appellauerunt*,l.21.§.ſi vterque, D. de appellationib. *Non Iuſtè appellatum*,l.11.§. cùm quidam,D.ad L.Falcid.

Si Iuſtè ad iudicium prouocauit,l.24.D.de vſuris. *Aduerſus petitiones ſi quæ competiſſe Iuſtè, probari poſſunt*,l.1.C.quib.non obiicit. *Iuſtè contradicere petenti*,l.14.D.de fideic.libert.

Iuſtè dare cogetur,l.94.§.ſi cui Stichus,D.de legat.1. *Iuſtè deprecari*,l.2.D.de his qui ſui vel alieni. *Dubitari*.l.1.§.ſi ea,D.de vent.in poſſ.l.1.D.ſi cui plus. *Iuſtè exigere*, l.24.D. quæ in fraud. *Iuſtè manumiſſum*, apud Vlpian.Tit.3.Regular.accipere debemus eum,qui vindicta,vel teſtamento,vel cenſu manumiſſus eſt.

Parum Iuſtè petit,l.17.§.1.D.de vſuris.

Iuſtè & *Iniuſtè poſſidere*,pugnant, l.3.§.ex contrario, D.de adquir.poſſ. *Nec refert Iuſtè,nec ne poſſideat*,l.12.D.quemad.ſeruit.amitt. *Iuſtè poſſidet,qui auctore Prætore poſſidet*, l.11.D. de adqu. poſſ. *Is qui pignori accepit, vel qui precario rogauit, licet Iuſtè poſſideant, non tamen opinione domini poſſident*,l.22.§.1. D. de noxalib. *Iuſtè poſſeſſionem nactus*, l.4.§.tunc in poteſtate,D.de vſurpationib.

Iuſtè procreati, l.2.D.ad Sc.Tertyll. id eſt, *Iuſtis Nuptiis*, ad differentiam eorum qui *vulgò quæſiti ſunt*,l.5.§.ingenui, D. de ſtat. hom. *Iuſtè procreata filia*,l.5.§.item Diuus,D.de adgnoſc.& alend.

Iuſtè præſcriptione vtetur,l.5.D.de accuſationib.

Iuſtè putare,l.vlt.D.de in rem verſ.l.34.D.de adminiſtr.& peric. *Iuſtè Quæri*, l.6. D. ſi tab.

Iuſtè recuſat,l.8.§.ſi mulier,D.ad Sc.Velleian. *Iuſtè recuſabit*,l.27.D.de procuratorib. *An Iuſtè reſponſum ſit*,l.11.§.voléti,D.ad L.Iul.de adult. *Iuſtè nec ne ſuſceperit*, l.43.D.de mort.cau.d.

Iuſtius eſt,l.10.D.de ſer.corrup. *Iuſtius facturum Prætorem*,l.12.D.de vulg.& pup.

Iuſtius putem,l.50.§.quid tamen,D.de iudiciis. *Iuſtiſſimè Ædiles noluerunt*,l.44. D. de ædilic. edic. *Iuſtiſſimè allegare*,l.61.§.quod verò,D.de furt. *Iuſtiſſimè dicendum putaui*,l.7.D. quod cuiuſ.vniuer.

Ivstitivm,ait, Soſipater,lib.1.Inſtit.Grammatic. *quando ius ſtat*.Agellius lib.20. cap.1. *Iuſtitium*,*Iuris quaſi interſtitio quædam*,*& ceſſatio*,Lucanus,lib.5.de Bello Pharſalic.

Clauſaque Iuſtitio triſti fora.

Iuſtitium indicere,Sueton.in Galba,cap.10.vide plura lib.2.Formular.

Ivvari *cauſa per conſtitutiones*,l.32.D.de re iudic.

Ivvencvs, quem Bos peperit,l.10.§.vlt.D.de vſurpationib.

Ivvenis plerumque ponitur pro adoleſcente,qui nondum eam ætatem attigit qua virilis vigor completur,l.17.§.1.& l.25.§.vlt.D.de minorib. Et ita curatorem *Iuuenis* accipe,l.24.§. vlt. D. de appellationib. At cùm quidam codicillis ſuis ita cauiſſet, *Omnes Iuuenes quos in miniſterio habeo,dari volo*: Marcellus interrogatus,à *qua ætate Iuuenes*,& *in quam*,*intellegi deberẽt*, Reſpondit,*exiſtimari poſſe Iuuenẽ eum qui adoleſcẽtis exceſſiſſet ætatem*, *quoad inciperet inter ſeniores numerari*,l.69.§.vlt.D.de legat.3. *Quidam qui vulgò ſe Iuuenes appellant*,l.28.§.ſolent,D.de pœn. *A ſene potiùs manumitti quàm à Iuuene*,l.15.D. de fideicom. libert. *Semper ſeniorem Iuniori præferemus*,l.vlt.D.de fide inſtrum. *Iuniores Ludi pœna adfici ſolent*,l.8.§.quicumque,D.de pœnis.

Iuuenilis Facilitas,l.15.§.lex Iulia, D.ad L.Iulian.de adulter. *Leuitas*, l.24.§.Scæuola, D.de minorib.

Ivxta *Ædificium*,*& Iuxta monumentum*,l.13.§.ſi quis iuxta,D.de dam.infec.

Iuxta, id eſt, ſecundum.ſic *Iuxta Conſtituta*,l.3.C.de his qui numer.liber.lib.10.

Iuxta hoc reſcripſit, l.1.§.hoc autem,D.de Sc.Silan. *Iuxta Iuris publici auctoritatem*,l.2.C. qui morbo, lib.10.

FINIS LIB. IX.

DE VER-

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE,

LIBER X.

LABEFACTARE *Vitam insontium*, l.2.C.de malefic. & mathemat. *Nec Labefactatur immunitas*, l.2.D.de veteranis.

Labefactatio atque oppugnatio libertatis, l.1. de liber. cau. l.9. de cens. peræquat & inspic. in Cod. Theod.

LABES, ait Festus, *macula in vestimento dicitur. & deinde, μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos.* Atque ita *Labes maleficiorũ*, l.vlt. C.de malef. *labes pudoris*, in l.11.C.ex quib. cau. inf. & in l.17. C. de excusa. tut. notam pudori, famæque inustam, ac detrimentũ existimationis, significat. *Sine vlla opinionis Labe*, l.9.C.de aduoc.diuersor.iudicior. Quin & *Corporis Labem*, pro imbecillitate, dixit Sueton.in Augusto, cap.38.

Aliàs *Labes*, casum qui in Agris, terra desidente, contingit, significat: Cic.lib.1. de diuinatio. *Tantos terræmotus in Liguribus, Gallia, compluribúsq; Insulis, totáque in Italia factos esse, vt multa oppida corruerint, multis locis Labes facta sit, terræque desederint.* Et alio eiusdem libri loco. *Delata etiam ad Senatum Labes Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset.* Liuius lib.45. *Dextra pars, Labe terræ, in aliquantum altitudinis diruta erat.* Sic & in lib. Varior. auct. de limitib. *Tum etiam terra à tempestatibus vel turbinibus, plerumque Labe mouebitur.* Paul.in l. vlt. D. locati. *Si riuum Labes corrumpit:* quod vel *Soli, vel Operis, vitio* accidisse, ibidem proponit. Seruius in 2. Æneid. *Labes ruinam significat, à Lapsu.*

Est & alia, quæ absque soli ruina, fructus lædit, *Labes*, Vlpianus in l.15.§.1.D.locati. *Si Labe facta sit, omnémque fructum tulerit:* ibidémque *Labes*, in his quæ *vi maiore* accidunt, numeratur. Quô pertinent hæc Quintilian.in Declamationib. verba, *Non enim vulgaris, illa Labes frumenti fuit, nec, qualis aliàs accusari ab agricolis solet, perfidia terrarum.*

LABI, interdum significat cadere. *Si Lapsus aliquis seruum alienum onere presserit*, l.7. §.sed si quis, D.ad L.Aquil. *Si ex fundo tuo crusta Lapsa sit*, l.9.§.Alphenus, D.de dam.inf.

Labi, aliàs, est corruere: & ita *Labi* dicitur *ædificium*, quod subito ruit. *Si ædificium, quod erat alioquin firmum, vi fluminis Lapsum sit protinus*, l.24.§.idem Seruius, D.de damn.inf. *Qui id agit vt Labatur sepulchrum*, l.1.§. is qui, D.de mort. inf. *Lapsum monumentum*, l.7.D.de sepulchr.viol. *Ne vrbes, vel oppida, vetustate Labantur*, l.10.C.de operib.publ. *Labentes parietes*, l.6.C.de ædific. priuat. *Labentia sepulchra*, l.2.de sepulc.viol.in C.Th. *Lapsus tẽporis iteratus*, l.2.de reparationib. in Cod.Th. *Lapsu gemino*, & *secundo*, l.vn.de secundo lap.in C.Th.

Labi errare significat. *In persona Labitur*, l.29.D.comm.diuid. *Lapsus in designãda regione fundi*, l.35.§.libertis, D.de legat.3. *Labi* etiã dicuntur, qui errore, imperitia, iuris ignorantia, quid agunt, alióve quo casu imprudenter peccant.

Errore Labitur, l.19.D.de vsu & vsufr.leg. *Lapsus errore*, l.13.§.1.D.de reb.cor. l.77.§.Mæuio, D.de legat.2. *Lapsi errore*, l.58.D.mandati, l.25.D.de pactis dotalib.

Lapsus Imperitia, l.32.D.de neg.gest.l.25.D.de vsu & vsufr. *Lapsus ignorantia iuris Iudex*, l.17.§.vlt.D.soluto.matrimon. *Lapsi iuris ignoratione*, l.7. D.de leg.2. *Lapsi imperitia*, l.9.§.si quis me, D.de iur. & fact.ignor. *Per Vinum aut lasciuiam Lapsi*, l.6.§.qui se, D.de re mil. *Lapsi ob ætatẽ, Rusticitatem vel ob Sexum*, l.1.§.vlt. D. de edendo. Denique *Lapsi* dicuntur minores, qui ætatis facilitate & lubrico, in aliquam captionem inciderũt, l.1. D.de in integr.restit. *Lapsus per æta-*

tem,l.1.C.qui & aduerſ.quos. *Ætatis lubrico Lapſa*,l.vlt.C.ſi aduerſ.delictum.

LABI *facultatibus*,dicuntur,qui ad inopiam rediguntur, ſiue ſuo vitio bona dilapidauerint ſiue alia ratione bonis amiſſis,deminutiſve,facti ſint non ſoluendo,l.9.§.ſi paterfamil.D.de adminiſtr.& peric. l.1.§.ſi magiſtratus, D.de magiſtrat. conuen.l.8. D.de decurionib. Ineſt vtique hoc in verbo repentini caſus,ſubitæque mutationis,ſignificatio. Itaque *Labi facultatibus*, belliſſimè cum Papiniano interpretabimur,*rem familiarem,inopinato fortunæ impetu,amittere*,l.4.D.vt in poſſeſſion.legat.

Labi, pro,facultatibus labi.*Si Idoneus ſubito lapſus ſit*,l.14.D.de adminiſtr.& per. *Si ſubito hereditas Lapſa ſit*, l.11.§.ſi locupleti,D.de minorib.

LABOR,ait Cicero lib.2. Tuſculan. quæſtion. *eſt functio quædam, animi vel corporis grauioris operis, & muneris. Labor diuiſionem recipit*,l.10.D.de annu.legat.

Nullus Labor,l.2.§.hi qui,D. de cap. minut. id eſt, expeditum eſt, nec vllam res habet dubitationem.

Laboris eximij merces,l.34.§.ſi quis aliquem,D.de donationib.*Laborem iniungere*, l.13. §. item Labeo,D.de iniuriis.*Per amici Laborem domino conſuli*,l.39.§.1.D.de adminiſtr.& peric. *Equus qui eum Laborem ſuſtinere non potuit*,l.vlt.D.commodati. *Quod corporibus,labore,cum ſollicitudine animi ac vigilantia extitit*,l.1.D.de munerib.& honor. *Ad paratam ſubſlituti laboribus pecuniam*, l.12.§.Scæuola,D.de minorib.

Labores hominum,l.4.C.de malefic.& mathem.

Laborum præpoſiti,l.1.C.de præpoſ.labor.lib.12. Signiferi in exercitu Romano, qui ex bellicis ſignis,præcipuum & ſummæ dignationis habitum,geſtabant,τὸ τῶν ῥωμαίων κεκλάσμενοι, *Laborum*, quemadmodum Sozomen.lib.1.hiſtor.Eccleſ.cap.4.ſcribit:additque fuiſſe hoc σημεῖον πολεμικὸν τῶν ἄλλων πιμώτερον, καθάπερ ἀεὶ τῶ βασιλέως ἡγεῖσθαι, καὶ προσκυνεῖσθαι νενόμιστο τῶν τραπωτῶν: ibidémque, hoc ὑπόσημότατον σύμβολον τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς appellat.

LABORARE *aduerſo caſu*,l.1.D.ex quib.cauſ.maior.*Egeſtate*,l.31.D.depoſiti,l.18.§.vlt.D.de iudiciis.*Inopia*,l.vlt.D.de in ius vocan.*Morbo*,l.13.D.de vacat.& excuſat.

Laborare Infamia,l.6.§.1.D.de his quæ not.infam.*Nota*,l.2.§.1.D.eod.tit.

Laborare,id eſt,angi,ſollicitum eſſe.

Non debere laborare,vt habeam actionem,l.1.§.idem Pomponius ait,D.de dolo.

Neque enim Laborare habet, vt ſe repræſentet, l.15.§.1.D.ad L.Iul.de adult.

Ne Ædificia,Vento vel pluuia,Laborent,l.12.§.vera,D.de inſtrum.vel inſt. *Si Laborante naue Iactus factus eſt*,l.4.D.de L.Rod.id eſt periclitante.*Cùm hoc facto, pudicitia Laboretur*, l.11. §.mulier,D.ad L.Iul.de adulter.

LABORIOSVS. l.18.D.de ædil.edic.cui ibidem *Deſidioſus* opponitur. Cicero vtique induſtrios homines,*Laborioſos* dici,ait lib. 2.Tuſculan.quæſt.

LABRA, l.15.D.de action. emp.accipe, quibus aqua ex fiſtulis manans excipitur. Et ita, *Labrum in Balneo*,apud Cicero.Epiſt.lib.14.Famil.Vitruu.lib.5.cap.7.*Aquæ* etiam *Labra aliena*,dixit Virgil. Æneid.8.

LAC *Pecudum in fructu eſt*, l.28. D.de vſuris. *Lac pecudum ſuum facit bonæ fidei emptor,quamuis plenis vberibus venierint*,l.28.§.vlt.D.de adq.rer.do.Similiter *Lac pecoris & gregis ouilis,in fructu eſſe*,ait l.12.§.ſed ſi.D.de vſu & habit.

LACCARIOS in l.1.C.de excuſationib.artific. lib.10. Græci Interpretes exponunt τὸς τὰ λάκκια ποιθντας, qui Lacus,& foſſas aquarias aperiunt,vel fodiunt.

LACEDÆMONIVS,l.22.§.1.D.ad Sc.Trebell. *Lacedæmonij magis ea quæ pro legibus obſeruabant memoriæ mandabant*,§. ex non ſcripto,Inſtitut.de iure natur.

Si membri quid Laceratum,l.10.D.de ædilic.edic.

LACERTÆ *cum muria*,l.3.§.mela,D.de penu.legat.

LACESSERE,id eſt,bello perſequi,prouocare.*Cùm conuenit,ne inuicem ſe Laceſſant*, l.19.§.1.D. de captiuis.*Laceſſere*,id eſt,inſectari,& ſuggillare.*Laceſſere famam*, l.38.§.liberto, D. ad L. Iul. de adult.*Si Laceſſatur fama*,l.1.§.item,D.de iniuriis.

LACVNARIA,l.12.§.item perticæ,D.de fun. inſtruc. Seruius in 1. Æneid. *principaliter,Lacus dicitur*,vt Lucilius,*Reſultãt ædéſque,Lacúſque.Diminutio lacunar facit.Horatius.Nec mea renidet in domo Lacunar. Inde fit alia diminutio Lacunarium,& per* αὐτίφραξιν *Laquearium.* Quæ verba tranſcripſit Iſidor.lib.19.Origin.cap.10.additque,Lacunaria dici,*quæ Cameram ſubtegunt, & ornant:inde dicta,quod* Lacus *quoſdam,quadratos,vel rotundos, ligno, gypſo,vel coloribus habeat pictos, cum ſignis intermicantibus.* Alij,Lacunaria *contignationum cœlum* interpretantur.

Lacvs, ait Varro, lib. 4. de lingua Lat. *Lacuna magna, vbi aqua contineri potest.* Seruius in lib. 8. Æneidos. *Lacus est quiddam adhuc latentis aquæ receptaculum: & dictus, quasi lacuna quædam, ex qua erumpens aqua efficit fontem: qui quum fluere cœpit, alueum facit.*

Lacum à *Stagno* in Edicti Prætorij interpretatione, Vlpian. eo separat, quòd *Lacus*, perpetuã habeat aquam: *Stagnum*, temporalem, ibidem stagnantem, l. vnic. D. vt in flum. publ. l. vn. in fi. D. de ripa mun.

Si lacus perpetuus in fundo tuo est, l. 13. §. 1. D. de seruit. præd. rust.

Lacus tamen *interdum crescere, interdum exarescere, & suos nihilominus terminos retinere*, ait Callistratus, l. 12. D. de adq. rer. do. Ideóque *neque ex Lacu, neque ex Stagno, concedi posse Aquæductum*, Paulus ait, *quod perpetuam causam non habeant*, l. 28. D. de seruit. præd. vrban.

Lacus, cùm aut crescerent, aut decrescerent, nunquam neque accessionem, neque decessionem, in eos vicinis facere licet, l. 24. §. vlt. D. de aqua & aquæ pluu.

Lacus Piscatorij, l. 4. §. lacus, D. de censib. Huiusmodi erat olim lacus Lucrinus, qui in vectigalibus publicè primus fruendus locabatur, auctore Festo lib. 9. *Rutilia Polla emit lacum Sabatenem, angularium*, l. 69. D. de contrah. empt.

Laccus Vino plenus, l. 27. §. vlt. D. ad leg. Aquil. Palæmon in Gloss. *Lacus, calcatorium, torcular.* *Lacus vinarij*, apud Columell. lib. 12. cap. 18. Idémque in Carm. de cultu Hortor.

Ferueat vt Lacus, & multo completa Falerno
Exudent pingui spumantia dolia musto.

Isidor. lib. 15. Etymolog. cap. 6. *Laccum* dictum scribit, *quod ibi decurrat frugum liquor.*

Lædi propriè corpus dicitur, vulnere illato. *Cùm liberi hominis corpus, ex eo quod deiectum effusúmve quid erit, Læsum fuerit*, l. vlt. D. de his qui effud. vel deiec. *Sola Læsi & inutilis corporis infirmitas*, l. vlt. D. de muner. & honor.

Alterum non Lædere, l. 10. §. 1. D. de iustit. & iur. id est, alterum damno, vel iniuria, non adficere.

Si Ignis alienam segetem, vel vineam Læserit, l. 30. §. vlt. D. ad L. Aquil. id est, ei damnum dederit.

Læsus, qui damnum passus est, l. 44. D. ex quib. caus. maior. *Læsus minor*, dicitur, qui captus fraudatúsque est, l. 1. C. de temp. in integr. & l. 1. C. qui & aduersus quos. *Si immodicè Læsa es*, l. 5. C. de dolo.

Læsa pars, l. vlt. C. quando prouocare. *Læsa ratio*, l. 3. C. si aduersus libertat. l. 10. C. de admin. tut. *Læsi fructus*, l. 25. §. vis maior, D. locati.

Lædere Ius possessoris, l. 3. C. de restitut. milit. *Ius tuum non Lædit*, l. 3. C. de remiss. pignor, *Ius cõmune non Lædunt*, l. 81. D. de diuers. reg. iur.

Lædi Ius, l. 3. D. de transactionib. l. 68. D. de adquir. vel omitt. *Lædi iura*, l. 24. C. de donationib. l. 2. C. de crim. stellionat. *Læsum ius*, l. 1. D. ex quib. caus. maior.

Lædi allegationes, l. 2. C. de errore aduocator.

Lædi causa, l. 69. §. 1. D. de legat. 3. *Læsa causa per procuratorem*, l. 9. C. mandati.

Lædere conditionem, l. 7. C. de iure dot. *Lædere maiestatem publicã*, l. 3. D. ad L. Iul. maiest. id est, *minuere*, vt loquitur Cicer. lib. 2. Rhetor. ad Herenn. *Maiestatem autem minuit*, vt ibidem ait, *qui amplitudinem ciuitatis detrimento adficit. Læsæ maiestatis quæstiones*, l. 8. D. ad L. Iul. maiest.

Per ciuiles dissensiones sæpe respublica Læditur, l. 21. D. de cap. & postl. *Læsæ religionis crimen*, l. 1. C. de sepulchr. viol. *Si hoc facto societatem Læsit*, l. 49. D. pro socio. *Necessitates eis imposuerunt quæ superstitionem eorum non Læderent*, l. 3. §. vlt. D. de decurionib.

Sed & μεταφορικῶς ad famam, existimationem pudorémque, verbum hoc transfertur: Lædéreque, generaliter est, offendere, suggillare, notare. *Lædere existimationem*, l. 8. C. ex quib. caus. inf. l. 7. C. de re milit. *Hæc missio existimationem non Lædit*, l. 2. §. 1. D. de his qui notãt. *Quæ facta Lædunt Pietatem, Existimationem, Verecundiam, nostram*, l. 15. D. de condic. instit. *Cùm venditoris affectionem fortè, simul & verecundiam Læserit*, l. 6. D. de ser. export.

Lædi Dignitas, in Lege Dei, Tit. 2. & apud Cicer. pro Cluentio.

Vultu pietatem Lædi, Cicero pro Rosc. Am. *Læsa pietas*, l. 4. C. de patria potest.

Lædere pudorem, l. 15. §. generaliter, D. de iniur. His aduersantur, *Illæsa Dignitas*, & *Existimatio*: quorum verborum exempla require ex lib. superiori.

Læsio, pro damno, & iniuria. *Læsio illata rebus minoris*, l. vlt. C. de magistrat. conuen. *Si quid absente socio, ad Læsionem eius fecit*, l. 28. D. comm. diuid.

Læsionem inferre, l. 4. C. de vsufructu. *Si nullam Læsionem ex hoc sentiet patronus*, l. 45. D. de oper. libert. *Sine Læsione prioris status rei*, l. 5. C. de rei vindic.

LÆLIVS, Iuriſconſultus, qui citatur à Paulo in l. 43. D. de hered. pet. Eum temporibus Hadriani vixiſſe, indicat l. 3. D. ſi pars hered, petat.

LÆTORIÆ legis capita quædam obſeruando à me notata expoſui lib. 3. Select. Antiquit.

LAGYNOS *Vini vetuſti centum & quinquaginta*, l. 37. §. Sciam & Mæuiam, D. de legat. 3.

LAMNA, *Argentum factum quod neque in Maſſa, neque in Lamna inſit*, l. 27. §. vlt. D. de auro arg. Vitruu. lib. 7. cap. 9. *Ferrea Lamna ſumatur.* Aliâs *Ferrea Lamina*, apud eumdem Vitruu. lib. 10. cap. 9. *In Æneis Laminis, aut Corneis*, idem lib. 5. cap. 3.

Laminæ vtriuſque materiæ, Senec. lib. 7. de Benefic. cap. 10. *Paucæ argẽti Lamellæ*, apud Senec. lib. de Beata Vita, cap. 21.

LAMPADARII, l. vlt. C. de diuerſ. offic. qui Lampadibus ſeu facibus, accẽdendis deſeruiunt: cuiuſmodi Officialium etiam fit mẽtio apud Iulian. Anteceſſor. Nouel. 38. & Nouel. Valentiniani vnica de Lampadar.

LANA *Ouium*, l. 4. §. vlt. D. de vſurpationib. l. 7. §. non ſolùm, D. de ſolut. matrim.

Lana pecudum, l. 28. D. de vſuris.

Lana Anſerina, Caprina, Leporina, l. 70. §. lana, D. de legat. 3. *Lana de Ligno, quam* Ξυλόξυλον appellant, ibidem. Pollux lib. 7. Onomaſt. cap. 17. ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπόξυλα τὰ ἔριον γίνεται, ἐξ ὧν τίλλοντα λίνα ἄν τις μᾶλλον φαίη ἀποσπᾶσθαι, πλὴν τῶν πάχνης. Plinius, lib. 16. cap. 24. de palma. *Inferior pars omnium Lanuginem quantulamcumque habet, quæ in aliis gẽtium Lana eſt.* Meminit & *Lanigerarum Arborum* idem Plin. lib. 12. cap. 10. & 11. De generibus quoque Lanarum, & earum præſtantia, conſulendus eſt idem Plin. lib. 8. cap. 48.

Si cui lana legetur, id legatum videtur quod tinctum non eſt, ſed αὐτοφυὲς. Siue autem Lana facta, eſt, ſiue infecta, & tam quæ neta eſt, quàm quæ neta non eſt: item Succida, & Lota, modò tincta non ſit, Lanæ appellatione continetur. Lanæ certò appellationem eatenus extendi placet, quoad ad telam peruenisſet, l. 70. in prin. & §. 1. D. de legat. 3. vbi vt & apud Paul. l. 3. Sent. Tit. 6. plura de vocis huius ſignificatione tractantur.

Lana legata, veſtem quæ ex ea facta ſit deberi non placet, l. 88. D. de legat. 3.

Lanarum vtique hæ ex ſuperioribus locis differentiæ colliguntur, *Succida, Lota, Tincta, Nota, non Nota, Facta, Infecta.*

Lanæ infectæ pondus, l. 1. §. ſi quis argentum, D. depoſiti.

Si meam Lanam feceris purpuram, l. 36. §. vlt. D. de adqu. rer. dom. *Si ex Lana furtiua veſtimentum feceris*, l. 4. §. ſi ex lana, D. de vſurpationib. *Si vir vxori Lanam donauit, & ex ea Lana veſtimenta ſibi confecit*, l. 39. §. vlt. D. de donat. int. vir. *Si vxor Lana ſua, operis ancillarum viri veſtimẽta ſui nomine confecit muliebria*, l. 31. §. 1. D. eod. tit. *Lana ex qua quis quaſi veſtimentum fecerit, valetudinis, vel deliciarum gratia*, l. 70. §. 1. D. de legat. 3. *Si ex Lana veſtimenta fecerit*, l. 12. §. 1. D. ad exhibend.

Lana vti, l. 12. §. ſed ſi pecoris, D. de vſu & habit.

Lanificæ quæ familiam ruſticam veſtiunt, l. 12. §. Trebatius, & §. ſed an inſtrumenti, D. de inſtr. vel inſtr.

Lanipendia, l. 31. D. de donat. int. vir. quæ operas ad laneum veſtimentum conficiendum præſtat, aut vt alij ſentiunt, quæ lanam carminandam, pectendam, nendam texendámve lanificis præbet.

Laneum Corpus, in l. 26. D. de adquir. rer. dom. *Lanea veſtimenta*, l. 23. §. 1. D. de aur. argent.

Lanatæ Pelles, l. 70. §. 1. D. de legat. 3. Feſtus, *In Pelle Lanata noua nupta conſidere ſolet, &c.*

LANGVESCERE, l. 22. D. de Sc. Silan. *Dum languet libertus*, l. 34. D. de oper. libert.

LANGVOR *Animi*, l. 44. §. eum qui, D. de vſurpationib. *Languor*, ait Non. Marc. *eſt torpor & deſidia. Item diſſolutio, & defectio, Languorem ſimulare*, l. 6. §. exploratores, D. de re milit.

Languore ſuo ſuorúmque adprehenſus, l. 26. §. non omnia, D. mandati.

LANII *Victimarij*, l. vlt. D. de iure immunit. Varro lib. 2. de re Ruſt. cap. 5. *Lanij qui ad Cultrũ Bouem emunt, & qui ad Altaria, hoſtiæ ſanitatem non ſolent ſtipulari.* Feſtus, *Lacerare, diuidere, communuere eſt: ex quo dictus eſt Lanius, qui diſcindendo lacerat pecora.* Donatus in Eunuch. Terent. Act. 2. Sc. 12. *Lanij, qui Laniant pecora. vnde & Laniſtæ dicti, qui Laniandis præſunt gladiatoribus.* Et ita,

LANISTA, l. 11. de pœnis in Cod. Theod.

LANIONIS *Inſtrumentum*, l. 18. D. de inſtr. vel inſtr. *Taberna*, l. 21. §. initium, D. de orig. iur.

LANX *Maxima, Minor, Minima, Mediæ magnitudinis*, l. 81. D. de auro argen. *Lanx Quadrata, Rotunda*, l. 6. D. de rei vind.

Lanci adſcribenda, etiam materia eſt, vtrùm Argentea, an Aurea, an alia quæ ſit, l. 19. D. de furtis. *Lancis materia & pondus*, l. 1. §. ſi quis argentum, D. depoſiti. *Lances numero duas lenes, quas de ſigillaribus*

gillaribus emi, l. 102. §. 1. D. de leg. 3.

Si Lancem conflauerint, aut conflari ab aliquo passi fuerint, l. 22. D. depositi. *Si Lancem legauerit, & Massam fecerit*, l. 44. §. si pocula, D. de legat. 1. *Si me rogaueris vt seruum tibi cum Lance commodarem, & seruus Lancem perdiderit*, l. 5. §. si me rogaueris, D. commodati. *Qui Lancem rasit, totius fur est*, l. 22. D. de furt. *Lancis* præterea fit mentio in l. 7. §. 1. D. de donationib. int. vir. l. 4. D. de rescind. vendit. *Lanx* pro Trutina. Vnde *Æqua Lance*, l. 20. D. de re iudic. id. ex æquo, æqualiter.

Æqua Lance & hereditatem, & agrum diuidi, l. 23. C. de legat. *Liberis tam masculi quàm fœminini sexus æqua Lance parique modo prospici possit*, l. 17. C. de collationib. *Vt ex vtraque parte Æqua Lance, & Æquitas, & pœna seruetur*, l. vlt. C. de repudiis. *Æqua Lance, & mares & fœminæ vocantur*, l. 4. C. de liber. præter.

Lance, & Licio quid esset, explicat Festus, ex quo lucem accipiunt *Furta per Lancem & licium concepta*, de quibus Agell. lib. 1. cap. vlt.

Lapidis appellatione generaliter, saxum quodlibet, siue ad ædificādum aptum, siue non continetur. *Si toto fundo, sub terra esset Lapis*, l. 77. D. de contrah. empt. Lapidum verò hæ in libris nostris differentiæ inueniūtur, *Lapis, Stratus, Quadratus, Structilis*, l. 6. §. modus, D. si seruit. vindic. l. 17. §. 1. D. de aqu. & aq. pluu. Q. Curt. lib. 5. *Super pilas, Lapide Quadrato, solum stratum est.* Vitruu. lib. 2. cap. 7. *Nec solùm ea in Quadratis Lapidibus sunt obseruanda, sed etiam in cementitiis structuris.* Eiusdémque capitis initio, *Quadratorum saxorum, & cementorum*, diuersam causam facit. Apud eundem Vitruuium hæc quoque Lapidum genera memorantur, *Durus, Mollis, Rudis, Frontatus, Centenarius.*

Lapides Inædificati, Remoti, in hoc Detracti, vt alibi Reponerentur, l. 43. D. de ritu nuptiar.

Lapidem cædere, l. 13. §. vlt. D. commun. præd. l. 9. §. sed si lapidicinæ, D. de vsufruct. l. 39. §. si quis alicui, D. de legat. 1. *Ius illi non esse in suo Lapidem cædere, vt in meum fundum fragmenta cadat*, l. 8. §. Aristo, D. si seruit. vindic. *Fundus in quo Lapis cæditur*, l. 8. D. solut. matr.

Cæditur verò Lapis ex Lapidicinis, l. 13. §. vlt. D. comm. præd. Vlpian. in l. 3. D. de seruit. præd. rustic. *Vicino, cuius Lapidicinæ fundo tuo immineāt posse te cedere, Ius ei esse, Terram, Rudus, Saxa iacere, Posita habere: & vt in tuum Lapides prouoluantur, ibique positi habeantur, indéque exportentur.*

Lapis qui per vtrumque fundum extenditur, quamdiu Cohæret fundo, è regione cuiusque finium, vtriusq; est, nec in Communi diuidundo Iudicium venit: sed cùm Exemptus est, & separatus à fundo, cōmunis pro indiuiso fit, l. 19. D. commun. diuid. l. 83. D. pro socio. *Si in confinio Lapis nascatur, & sint pro indiuiso communia prædia, tunc erit Lapis pro indiuiso communis, si terra exemptus sit*, l. 8. D. de adquir. rer. dom. *Lapidis eximendi ius*, l. 6. §. 1. D. de seruit. præd. rustic. *Statim cùm Lapis exemptus est*, l. 6. D. de donationib. *Euehere Lapidem*, ibid. *Si is qui Lapides ex fundo emerit, Tollere eos nolit*, l. 9. D. de actio. emp.

Si ex plostro Lapis ceciderit, l. 2. §. si ex plostro, D. ad L. Aquil.

Lapides in Tiberim demersi naufragio, & postea extracti, l. 13. D. de adquir. poss. *E Sepulchris hostium Lapides sublatos in quemlibet vsum conuertere possumus*, l. 13. D. de sepulch. viola.

Per Lapidem Aqua duci, l. 17. §. 1. D. de aqu. & aq. pluu.

Lapis Teli nomine continetur, l. 233. §. telum, D. de verbor. signif. §. telum, Instit. de publ. iud. *Arma sunt, omnia Tela, hoc est, Fustes, & Lapides*, l. 3. §. armis, D. de vi & vi arm. *Cum Telis Lapidibúsve, in Vrbe sint*, l. 1. D. ad L. Iul. maiest. *Si defendendi mei causa Lapidem in aduersarium misero*, l. 45. §. qui cum dolo, D. ad L. Aquil.

Lapide iactato, l. 5. D. ad L. Iul. maiest. *Lapide vulnerare*, l. 6. §. si quis, D. de re milit. *Lapide percussus*, l. 1. §. occisorum, D. ad Sc. Silan.

Porrò *Lapidibus*, id est, lapideis columnis, olim distincta fuisse viarum spatia, docui lib. 3. Selectar. Antiquit. quorum dinumerationem ab vrbis Milliario inchoabant, ita vt inde primū, secundum, tertiū, & deinceps reliquos numerarent. Lapides autem illi, mille passuum interuallo disiungebantur: ac proinde *primo ab vrbe lapide*, nihil aliud est, quam primo milliario, seu mille passibus ab vrbe. *Si quid intra centesimum Lapidem admissum*, l. 1. §. intra, D. de offic. præfec. *Tutor excusare se potest, ne vltra centesimum Lapidem tutelam gerat*, l. 21. §. licet, D. de excusationib. §. qui excusare, Instit. eod. tit. *Vltra Lapidem tertium*, Sueton. in Claudio.

Lapides pro marmoribus, l. vlt. §. vlt. D. qui potior. in pigno.

Lapides, id est, termini finium causa positi, l. 2. D. de term. mot. Tibul. lib. 1. Eleg. 3.

——Non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arua Lapis.

Ouid. lib. 2. Fastor. *Termine siue Lapis, siue es defossus in agro*
Stipes.

Lapis etiam interdū pro lapillo & vt vulgò loquimur lapide pretioſo ponitur. *Lapis vniuerſus*, l. vlt. §. ſpecies, D. de publicanis. *Lapides exemptiles*, l. 25. §. margarita, D. de auro arg. leg.

LAPIDARIVS, Faber. *Si ſeruus Lapidario commodatus ſub machina perierit, teneri Fabrum commodati, qui negligentius machinam colligauit*, l. 5. §. ſed interdum, D. commodati.

Lapidarij, l. vlt. D. de iure immunit. l. 2. de excuſatio. artif. in C. Th. Sed & qui Lapides cædant, *Lapicidas* vocari, Varro lib. 7. de ling. Lat. ſcribit.

LAPIDICINÆ, ait Feſtus, *Vbi excinduntur Lapides*, l. 3. D. de ſeruitut. præd. ruſt. l. 3. §. vlt. D. de reb. eor. *Fundum in quo Lapis cæditur*, vocat Paulus, l. 8. D. ſolut. matr.

Lapidicinæ in eo fundo, vbique eſſent, exceptæ erant, l. 77. D. de contrahen. empt. *Cuius Lapidicinæ fundo tuo immineant*, l. 5. D. De ſeruit. præd. ruſt. *Si Lapidicinas habet fundus*, l. 9. §. ſed ſi, D. de vſufructu. *Si conſtat in tuo Agro Lapidicinas eſſe*, l. 13. §. 1. D. comm. præd. *In eo fundo repertæ erant Lapidicinæ*, l. 77. D. de contrah. emp

Lapidicinas aperire, l. vlt. D. de fundo dot. *Inuenire*, l. 7. §. ſi vir, D. ſol. matr.

Lapidicinas porrò, primus Cadmus Thebis, aut vt alij cēſent, in Phœnice inueniſſe fertur, quemadmodum Plin. lib. 8. cap. 56. tradit. Lapidicinarum autem differentias, vide apud Vitruuium, lib. 2. cap. 7.

Lapidicinæ Marmoreæ, l. 7. §. ſi vir in fundo, D. ſol. matr. l. vlt. D. de fundo dot.

LAPILLVS, per diminutionem à Lapide. *Vel manum opponentis, Lapillúmve iactantis, prohibendi gratia*, l. 20. D. quod vi aut clàm. *Per manum, id eſt, Lapilli ictum prohibere*, l. 5. §. meminiſſe, D. de oper. no. nunt. *Si quis iactu vel minimi Lapilli prohibitus facere*, l. 1. §. hoc interdictum, D. quod vi aut clàm. *Si Lapilli iactu impedierit*, l. 6. §. 1. D. ſi ſeruit. vindic.

Lapilli quos in littore inuenimus, l. 3. D. de diuiſio. rer.

Lapilli, ſunt contrariæ Gemmis naturæ, vt Obſiani, Venientani, l. 19. §. perueniamus, D. de auro argent. *Lapilli rudes*, l. 25. §. margarita, D. de aur. argēt. leg. *Lapilli niuei, &, virides*, apud Horat. lib. 1. Sermo. Satyr. 2.

LAQVEVS. *Laqueum torſit ſeruus*, l. 23. §. excipitur, D. de ædilic. edic. *Laqueo animaduerti*, l. 3. §. 1. D. de pœnis. *Quæ eſt ſuſpendij pœna, in qua collo laqueus inſeritur.* Cic. 6. in Verr. *Collum in Laqueum inſerente.* Auſon. Epigr. 22. *Qui Laqueum collo nectebat:* &c. Et mox, *Aptauit collo quem reperit Laqueum.*

In Laqueum, quem venandi cauſa poſueras, Aper Incidit, l. 55. D. de adquir. rer. dom.

Si Laqueos eo loci poſuiſſes quo Ius ponendi non haberes, & pecus vicinum in eos Inciderit, l. 29. D. ad L. Aquil.

Laquei actionum perpetui, l. 1. de Epiſc. Iud. in C. Th. *Iuris*, l. vn. ſi Rect. prouinc. *Legis*, l. 9. de diuerſ. offic. l. 4. de habitu quo vti. Nou. Theodoſ. & Valent. ne curial. præd. alien. *Nouæ Conſtitutionis*, l. 3. de veſtib. olouer. in C. Th.

Laquei diſcuſſionum, Nouel. Theod. & Valen. de his qui ſpon. mun. aliq. *Ignorationis deceptæ*, l. 16. de petit. & vlt. dat. *Neceſſitatis*, l. 2. de his qui per met. iudic. non appel. in C. Th.

Laquearij, l. 2. de excuſat. artif. in Cod. Theod.

LAREM, pro ſede, & domicilio, tàm Iuriſconſulti, quàm Impp. vſurpant. *Larem matrimonio collocare*, l. 1. §. domum, D. de agnoſc. liber. *Vbi quis Larem, rerúmque, ac fortunarum ſuarum, ſummā, conſtituit*, l. 7. C. de incolis, lib. 10.

LARES in l. 38. D. de rei vindic. domos ac ſedes auitas ſignificant. Sic *Lares patrios*, Ouid. lib. 1. de remed. Amor. dixit. Tibull. Eleg. 1. *Quinetiam ſedes iubeat ſi vendere auitas, Ite ſub Imperium, ſub titulúmque Lares.*

Ad Lares ſuas reuerti, l. 11. C. de ſentent. paſſ.

LARGIANVM Senatuſconſultum, de libertorum ſucceſſione ſcriptum, quo cauebatur, vt liberi manumiſſoris non nominatim exhęredati, in Latinorum libertorum bonis, extraneis eorum heredibus præferrentur, §. vlt. Inſtitution. de ſucceſſion. libert. l. vn. in princ. C. de Lat. libert. toll. Nouell. 78.

LARGIRI vulgò eſt liberaliter aliquid dare, erogare, liberalitatē aliquam exercere. *Largiri de ſuo*, l. 40. D. de iure fiſci, & contrà. *Largiri ex alieno*, l. 54. §. 1. D. de furt. Liuius lib. 3. *Tribunitiis ſe iactare actionibus principem ciuitatis, & largiendo de alieno, popularem fieri quærentes.*

Siue dimiſerint, ſiue largiti ſint, l. 4. D. de decret. ab ord. *Sponte munus Largiuntur*, in Rubr. Nouell. Theod. & Valent. de his qui ſponte mun. larg.

Largiri, aliàs ſignificat, pati, ferre, admittere. *Si auus Largiretur*, l. 14. §. in cauſæ, D. quod met. cau. *Si bonorum poſſeſſionis tēpus Largiretur*, l. 30. D. de minorib. Columel. lib. 5. de re Ruſt. cap. 9. *vel, ſi tempus non Largitur, priuſquam deponantur arbores, ſtramentis incendantur ſcrobes. Si tempora*

Lar-

Largiantur, l.31.D.ad L.Iul.de adult.& l.1.§.1.D.ſucceſſ.edic.*Si tempora petẽdæ bonorum poſſeſſionis ex teſtamento* Largiebantur, l.1.§.1.D.ſi tab.teſtam.

Si beneficium ætatis Largitur, l.2.C.de integr.reſtit.l.1.C.ſi aduerſus rem. iud.

Licet portio Largiatur, l.11.§.ſi filio,D.ad L.Falcid.*Si* Largiatur *portio*, l.7.D.de fideicom.lib. *Cùm reditus Largiatur annuam præſtationem*, id eſt, ſufficiat annuæ præſtationi, l.25.§.vlt.D.ad L. Falcid. *Cùm ex reditu legata ſint, qui Largitur*, id eſt, ex quo annua præſtatio redigi poteſt, l. 21. §.1.D.de annu.legat.

Largæ *facultates*, l.1.§.præterea,D.de tut.& rationib.

Largius tempus tribuitur, l.1. D. de ſucceſſor. edic. *Largius poſſunt libertates per fideicommiſſum dari, quàm directo*, l.16.D.de fideicomm.libert.

Largiter refert, l.5.C.de fideic.lib.id eſt, multũ intereſt. *Largè* autem & *Largiter*, hoc differre Iulius Modeſtus exiſtimabat, quod, *Largè ſit Qualitatis: Largiter, Quantitatis*: vt Soſipater Chariſ.lib.1.refert.

Largitas, id eſt, liberalitas, ſeu indulgentia.l.4.C.de ſecund.nupt.*Largitas Animi*, l.5. C.de aduoc. diuerſ.iudic.

Largitas Auguſta, Nouella Valent.& Marcia.de præd.piſtor.*Imperialis*, l. vlt.§. & hoc quidem, C. de iure delib. l.53. de operib. publi. in Cod. Theod. *Noſtra*, ait Zeno in l.2. C.de quadrien.præſcript.*Principalis*, l.4.de conlat.donat.in C.Theod. *Specialis*, l.vlt.C.de fructib. & lit. *Sponſalis*, l.2.de repudiis, in Cod.Theod.*Sponſalium*, l.4.§.quod ſi, C. de ſecund. nupti. *Sponſalitia*, dicl.4.§.1.Nou.Leo.& Maior.vn.de Sanctimonialib. ἡ ἀφὰ τῆς γάμου δωρεὰ vocatur Nouel.119.

Largitas cuiuſlibet tituli, l.8.de mater.bon. in C.Th.*Fructuaria*, Nou. Th. & Valent. vn. neque domum diuinam.

Largitio, id eſt, *donatio*, l.24.C.de donat.int.vir.l.1.de bon. proſcriptor.in C.Theod.

Largitio *principalis*, l.2.C.quib.ad libert.

Largitiones pro Ærario principis, fiſco, Theſauris, &, vt vulgò loquimur, *financiis*, l.12. & l.13.de ſuſceptorpręp. in C.Theod.

Largitionibus inferre, l.21.C.de appellationib.l.11.§.ſinautem vtique,C.de iudiciis,l.2.C.de ſepulchr.violat.in Cod.Th.*Largitionibus noſtris inferatur*, l.vlt.de Iudæis in Cod.Theod. *Largitionibus noſtris vindicandum*, l.7.de falſa mon.in Cod.Theod.*Relatæ in* Largitionibus *facultates*, l.6.eod.tit.

Largitiones, *ab Arca ſublimium poteſtatum* ſeparantur, l.6.de indulgent.debitor.in C.Th.Vnde in l.3.eod.tit. *Omnium Titulorum, ſiue quæ ad inluſtres viros præf. Prætor. ſiue qui ad* Largitiones *noſtras pertinent.* Hæ & *Largitiones diuinæ*, dicuntur l.13.C.de murilegul.lib.11.&

Largitiones Sacræ, l.vlt.C.de his qui ex pub.ratioc.lib.10.l.1.C.de cano.largit.tit.lib.10.l.13. de murileg.& gynæc.l.2. de his qui cum diſp.contr. l.38.de nauicular.in C. Theod. Nouel. Theodoſij & Valentin. de metatis, & aliis infinitis Codicis Theodoſiani & Iuſtiniani locis. Ceterùm qui *Palatini ſacrarum Largitionum* dicuntur in Rubr.de Palatin.ſacr.largit. lib.12.C. hi, in l.10.eod.tit.*Palatini ſacrarum remunerationum rationem tractantes*, appellantur.Symmach. Epiſt.29.lib.1.*Palatini munerationum ſacrarum.* Sed & *munerationum ſacrarum Comites*, in l. 2. C. commeatu, lib.12.appellantur, qui aliàs *Comites Largitionum*, vocantur. Vetus Gloſſar. Bibliothecæ Regiæ, Πεζάτα τὰ τῇ βασιλείᾳ ἰδίως ἀφορέοντα. Αλλα δὲ ὅτι τὰ Δημόσια τέλη, ὑπὸ τὸν Κόμητα λαργιτιόνων τῆς δημοσίας ὑπεργόντα χρείας. Λαργιτιώνες δὲ εἰσὶ δύο. τὰ Σάκρα καὶ τὰ Πεζάτα. δύο γὰρ εἰσι βασιλικοὶ θησαυροὶ, οἱ ἀφιζοντες τῆς βασιλείας. οἷον, τῶν Λαργιτόνων, καὶ ὁ Δημόσιος, ὁ τῦ φίσκυ.

Largitiones *ſacræ vel priuatæ*, l.2.C.de cano.largit.tit.lib.10.

Lagitionales, l.13.de ſuſcep. præp. & arc. l. 1. de ag. in reb. *Largitionales comitatenſes & officiales*, l.6.de diuerſ.off.in C.Th.

Largitionales ciuitatum, l.6.de ſuſc.præd.& dec.l.vn.de præf.app.mag.pet.*Vrbium ſingularũ*, l.3.de priuileg.eorum.

Largitionales tituli, l.12. C.de vectigalib. Rubr.de cano. larg. tit.lib.10.& λαργιτιοναλίων τίτλων, in Edicto Iuſtini,13. *Largitionale aurum*, l.3.C.de ſuſceptorib.lib.10.

Lascivia, pro petulantia & inſolentia.

Si exercitus præteriens, per Laſciuiam aliquid abſtulit, l.15.§.1.D.locati. *Cùm quidam per Laſciuiam cauſam mortis præbuiſſet*, l.4.§.cûm quidam, D.ad L.Cornel.de ſicar. *Per Laſciuiam lapſi*, l.6.§. per vinum, D.de re milit.

Per Laſciuiam, & non data opera, §.interdum, Inſtit.de obligationib.quæ ex delic.

Quinetiam *Lasciuiæ* nomen non in homines modò, sed in cetera quoque animalia cadit. *Animalium nomine, quæ ratione carent, si qua Lasciuia, pauperiem fecerint,* Institut. si quadr. paup.

LASSATVS *vi fluminis*, l.7.§.sed qui, D. ad L. Aquil.

LASER in *Penu est*, l.5. D. de penu. leg. & inter Species ad vectigal pertinentes numeratur, l.vlt.§. species, D. de publican. Eius vsum ad gulæ delicias, & ciborum condimenta, prodit Apic. lib.1. de re culinar. cap.2. & lib.7. cap.1. Inde *Carnes Lasere infectas* dixit Apul. lib. 10. de Asino Aureo. Meminit & Laseris B. Augustinus in lib. de moribus Manichæor.

LASER autem est, Laserpitij, quod Græci σίλφιον vocant, succus. Columella lib.6. de re rustic. cap.17. *Radix, quam Græci σίλφιον vocant, vulgus nostra consuetudine Laserpitium appellat.* Cuius vnam Cyrenaïcam Prouinciam (vt nō omnis fert omnia tellus) feracem olim habitam, Vitruus lib.8. cap.3. docet his verbis. *Quod si terra generibus humorum non esset dissimilis & disparata, non tantùm in Syria & Arabia, in arundinibus & iuncis, herbísque omnibus, essent odores, neque arbores Turiferæ: neque Piperis darent baccas, nec Myrræ glebulas, nec Cyrenis in glebulis* LASER *nasceretur.* Vnde *Cyrenas*, LASERPITIFERAS, Catullus in carmine ad Lesbiam, dixit. Collumella quoq; lib. 1. de Arboribus, cap.23. *Laser Cyrenaïcum* appellat. Plin. lib.19. cap.3. *Ad proximum dicetur, auctoritate clarissimum Laserpitium, quod Græci Silphon vocant, in Cyrenaïca Prouincia repertum: cuius succum vocant Laser, magnificum in vsu, medicamentísque, & ad pondus argentei denarij pensum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniam Publicani qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. Vnus omnino caulis, nostra repertus memoria, Neroni principi missus est.* Quamquā aliā ob causam iam inde à Strabonis, qui sub Augusto vixit, tēporibus rarescere, ac propemodū deficere, cœpisse succū hūc, ipsemet Strabo lib. vlt. testatur in hac verba. Ὁμορεῖ δὲ τῷ Κυρηναίῳ ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα, καὶ τὸν Ὀπὸν τὸν Κυρηναϊκὸν, ὃν ἐκφέρει τὸ σίλφιον ὅπιθεν ἐγγὺς δ' ἦλθε τῆ ἐκλιπεῖν ἐπελθόντων τοὺς βαρβάρων καὶ ἐκβῆναι πνὰ, καὶ φθείραντα τὰς ῥίζας τὸ φυτόν. Atq; hoc est σίλφιον λιβυκὸν in illis versib. quos ex Antiphanis Philothebæo citat Athenæus lib.14. Interpres Aristophanis in Equitibus: σίλφιον δὲ ῥίζα καὶ πόας ἡδυσμος ἐν λιβύῃ γινομένη, ἀρτυτικὴ καὶ θεραπευτικὴ καλλίστη δὲ ἡ Κυρηναϊκὴ, ὅτι τῷ ὀπῷ καὶ τῇ ῥίζῃ καυλῷ τὸ σιλφίον ἐχρῶντο Idem in Auibus. Σίλφιον τὸ ἐν λιβύῃ γινόμενον. θεραπεύει δὲ πολλά. ἔστι δὲ καὶ πολυτίμητον. Sed & in Pluto, de Laserpitio agens, καὶ τὸν φύλλον, ait, δὲ αὐτοῦ, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ὁ ὄκλαδος, καὶ ὁ ὀπὸς, καὶ ἁπλῶς τὸ παρ' αὐτοῦ, πολλῆς τιμῆς ἄξιον ἐστιν. Admonendi tamen sumus, ne in fraudem Vitruuij verbis inducamur, Syriā quoque & Mediā Laserpitiū tulisse, quemadmodū Theophrast. lib.6. cap.3. & Dioscorid. lib.3. cap.78. testantur. Huiusmodi autem Laserpitij succus, propter præstantiā, suum ac propriū fecit cōmune Ὀπός, id est, succi, nomen. Ὀπός namq; appellatione apud medicos Græcos, LASER, κατ' ἐξοχὴν, exauditur. Galenus lib. 8. de simplic. medicam. facult. quo capite de succo Cyrenaïco agit. Ῥίζης γάρ ἐστι πάνος οὗν, τὸ παυλὸν τμηθέντος, τὸ ῥέον ἐκ τῆς τομῆς, πάχυ καὶ γλίσχρον ὀπός ἐστιν. εὐδοκιμώτερον δὲ οἷον ὑπεροχήν τινα τὸν κυρηναῖον οἵτινες ὀνομάζουσιν καὶ τὸν μηδικὸν καὶ τὸν συριακόν. Ac planè à Palladio, lib.3. cap.29. *Laser*, ὀπὸς κυρηναϊκὸς appellatur. Verùm Ὀπὸν hunc, insciтè ac perperam qui Galenum secuti sunt Paulus Ægineta, & Oribasius, in *Opium* transformarunt: qui error etiam ad Isidorum manauit: cuius verba lib.17. Origin. cap.9. sunt hæc: *Laser herba nascitur in monte Ofcobagi, vbi & Ganges fluuius oritur. Cuius fructus dictus primùm* LASER, *quoniam manat in modum lactis. Deinde, vsu dominante Laser nominatum est. Hoc est, à quibusdam Opium Cyrenaïcum appellatum, quoniam & apud Cyrenæ nascitur.* Tertullianus vtiq; lib.2. Λάσαρον nostrum hoc *Laser* Latini sermonis imitatione vocat. Postremò, vt me huius vocis laqueis quibus irretitus tenebor, expediam, apud Sosipatrum lib.21. Institut. Grammatic. hæc Catonis lib.3. Origin. verba inuenio. *Laserpitium pro pulmentario habet.*

LARDVM, l.1. C. de erogatio. militar. anno. lib.12. Macrob. lib.7. cap.12. *Salitam carnem quam Laridum vocamus, vt opinor, quasi* LARGÈ *Aridum.* Lardum autem militibus erogari consueuisse, ex dic. l.1. apparet. Extat apud Trebell. Pollion. Valeriani Epistola ad Zosimionē procuratorē Syriæ, qua Claudio Tribuno Legionis, dari inter cetera, *Lardi libras duo millia*, præcipit. Quinetiā inter Annonarias species, *carnis Porcinæ pondo triginta*, legere est apud Vopisc. in Aureliano. Ac planè Lardi appellatione, Porcinam carnē salitam, non illud dumtaxat pingue ac candidum suillum, quod vulgò apud nos Lardi nomen obtinet, intelligi, indicio est *rubentis* Epitheton, Lardo adiunctum à Martiale, illo versu, *Et pallens Faba, cū rubente Lardo.*

LARVALI *habitu*, Paul. lib.3. Sentent. Tit.5.

LATA *Culpa*, l.31.§.culpã, D.de ędil.ed.l.8.§.si seruitute, D.de prec.l.12.§.sed & si, D.ad Sc. Treb.l.5.§.dolũ, D.vt in possl.legat.l.2.§.sed & si, D.de hered. vel act. l.1.C.arbitr.tut.l.2.C. de in lit.iur.l.1.C.de hered.tut.l.2.C.de magistr.conuen. l.17. C.de neg.gest.l.1.C.depositi.

Lata Negligentia, l.7.§.cõpetet, D.de admin.& peric.l.7.§.1.D.de susp.tut.l.6.D.de admin. & peric.id est, *Magna Culpa*, l.226. D.de verb.si. *Manifesta negligẽtia*, vt l.2.C.arb.tut.seu crassa, supina, & dissoluta negligẽtia & proximè ad dolũ accedẽs, quæ & *Latior Culpa*, l.32. D.depos.

LATA autem *Culpa, est nimia negligentia, id est, non intellegere quod omnes intellegunt*, l.213.§.vlt.D. de verbor.signification. *Latæ Culpæ finis est, non intellegere id quod omnes intelligunt*, l.223. D. cod.tit. *Latæ Culpæ reus est, qui non ad suum modum Curam in Depositio præstat*, l.32. D.depositi. *Rebus* vtique *suis consulta negligentia in* LATÆ *culpæ crimen non cadit*, vt apparet ex l.22.§.sed & si, D. ad Sc.Treb. *Procurator* LATA *culpa emere neglexisse intelligitur, si gratia ductus passus sit alium emere rem*, de qua emenda mandatum susceperat, l.8.§.vlt.D.mandati.

Nisi tam Lata culpa fuit, vt luxuria, aut dolo sit proxima, l.2.D.de incend. Vnde & *Lata culpa, dolo proxima culpa* appellatur l.22.§.sed enim, D.ad Trebellia.l.4.D. de magistr.cõuen.l.1.§.1. D.si is qui testam.lib. *Culpa quæ propè fraudem accedit*, l.7.D.de suspect.tut. Etenim *Lata culpa dolo comparatur*, l.1.§.1. D. si mensor falsi. mod. Quod tamen perpetuum non est. in lege namque Cornelia de Sicariis *Culpa* LATA *pro dolo non accipitur*, l.7.D.de L.Cornel.de sicar.

Lata fuga, vt omnium locorum interdicatur, præter certum locum, l.5.D.de interdict.& releg. *Latior interpretatio facta*, l.1.§.vlt.D.de vsuris.

Latior via, l.1.§.2.D.de via publ. *Latior via*, & *Angustior*, opponuntur, l.9.§.vlt.D. si seruit. vindic.l.23.D.de seruit.præd.rust.l.2.§.deinde, D.ne quid in loc. publ. *Si Latiore itinere vsus esset*, l.11.D.quemad.seruit.amitt.

LATICLAVI *fit mentio*, l.43.D.de donat.inter vir.l.9.C.de test.milit. Vlpian.Tit.8.Regular. & .17. de prætor. & quæst.in C.Th. Fuit hoc Senatorij ordinis insigne, vt ſ.lib.3.docuimus.

Latus autem *Clauus Angusto*, opponitur, apud Sueton.in Augusto, cap.23. & *Lati Clavi, Angustis*, apud Varron.lib. 8.de ling.Lat.

Latissima potestas, l.120.D.de verb.signif. *Latissimum est ius dicentis officium*, l.6.D.de iurisdict.

LATÈ *diffusum patrimoniũ*, l.3.C.in quib.cau. *Circa eam aquam Latè decem pedes exceperat*, l.30. D.de seruit.præd.rustic. *Verba Latè concipere*, l.99.D.de verb.oblig.

Latè patent verba, l.7.§.notauimus, D.quod vi aut clam. *Latissimè patet*, l.18.D.de verb.sign. *Vinculorum appellatio Latius accipitur*, l.9.D.ex quib.caus.maior.

LATERALIA *Viatoria, in quib. chirographa & pecunias cõdidisse testatorẽ* proponit l.102.D.de leg.3.

LATERCVLVM, librũ, seu codicem Scrinij memoriæ, significat, qui officiorũ, dignitatũ, administrationumq; tàm ciuilium, quàm militariũ, necnon codicillorũ & consuetudinũ chartarũ promotionis cuiusque notitiam, indiculumq; cõtinebat. *Codices in sacro scrinio memoriæ positos*, vocat Imper. Leo in l.3. C. de agentib. in reb. lib.12. Georg. Cedrenus, alieno loco voces quasdam Romanas explicãs, Ἡ παρ ἕλλησιν ὀπὴ πλίνθος, Λατέρκυλον δὲ Ρωμαίοις λεγέται· ἦν δὲ πλίνθος δημοσία, ἐφ' ὅτατε τῶν βυλευτῶν, ἢ τὰ τῶν γραττευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφετο ἢ ἐχαράττετο ὅθεν τεῖχος, εἰς τετράγωνον σχῆμα, τύπος τῆς γραμμῆς πλίνθος. Ac deniq; Laterculũ τετράγωνον γραμμὴν esse concludit. Duplex autẽ olim *Laterculũ* fuisse, *Maius* & *Minus*, ex Mariani notitia colligitur. Illud, dignitatũ omniũ quę à Principe mandabantur, deferebanturq; catalogũ continebat: sacroq; memoriæ scrinio conditũ adseruabatur, l.vlt.C.de offic.mag. ad quod pertinent hæc l.1.§.sportulas, & §.vlt.C.de off.præf.prætor.Afr. verba. *In nostro* LATERculo. Atq; *Maius* hoc *Laterculum* Primicerius Notariorũ tractabat: eiusq; figurã Marianus, vbi de Primicerio Notariorũ agit, exhibet, oblongam & quadratã: dein subiicit, *Sub dispositione V.Sp. primicerij notariorum, omnis dignitatum & administrationũ notitia, tàm militarium quam ciuiliũ*: quo verborum ambitu maius hocce Laterculũ designatur. *Minoris* verò *Laterculi* cura, ad Quæstoris solicitudinem pertinebat: Præfecturáque, Tribunatus & præposituras castrorũ, & alias eius generis dignitates quæ sub cura ac solicitudine Quæstoris erant, complecteba-tur, l.1.& l.2.C.de offic.quæstor.

LATERCVLENSIS appellabatur, cui Laterculi cura & custodia mãdata erat, l.5.C.qui milit. poss.lib.12. Quem in scrinio sacræ memoriæ militasse docent, l.13.& l.vlt.C.qui milit.poss.

LATERES Isidor.l.25.Orig.cap.8.& lib.19. c.10. *Crudos esse*, ait, *inde nominatos quòd lati ligneis formis efficiuntur, formentúrq; circumactis vndiq; quatuor tabulis.*

Lateribus circumstructum Aënum, l.32.§. firmius, D.de actionib.empti. De LATERIBUS autem consulendus est Vitruuius lib.2.cap.3.

LATERE, id est, delitescere. *Sine receptoribus latro diutius* LATERE *non potest*, l.13. D.de offic. præsid.l.1.D.de receptatorib. *Seruus qui domi Latuisset*, l.17.§.idem ait, D.de ædil.edic.

Quod Latet, id est, quod in obscuro est, l.13. D. de iure fisci. *Seruus quamdiu* Latuit *in dignitate Prætoria*, l.3. D. de offic. Prætor.

Incrementum Latens, §. Præterea, Institut. de diuis. rer. *Latens fugitiui vitium*, l.55. D. de ædilic. edic.

In Latenti, & Publicè, opponuntur, l.2. §. Iuris ciuilis, D. de orig. iur.

Latenter *& clam*, l.54. D. de administr. & pericul. quibus, *Palàm apertéque*, aduersantur, ibidem.

Latinorvm duo erant genera, Vnum, eorũ qui in colonias Latinas deducebantur, quos *Latinos Colonarios*, vocat Vlpianus Tit. 12. Regular. Alterum, eorum, qui quod iustis, legitimísque modis manumissi non essent, ad iustam, plenam, perpetuam, perfectam, & omnibus numeris absolutam, libertatem, ex qua & ciuitas Romana contingebat, non perducebantur: sed minorem, inferiorem, & imperfectam, hoc est, ciuitatis Romanæ expertem, atq; adeò, vt Plautino verbo vtar, vsuariam tantùm libertatẽ consequebantur: quos, *Latinos Iunianos*, appellat idem Vlpianus Tit. 2. 12. & 21. Regular. Nimirùm quòd eorum origo ex lege Iunia descenderet, §. libertinorum, Instit. de Libertinis: quam à Iunio Norbano Flacco rogatam ℨ. docuimus.

Ac planè Lege *Iunia* Latinos *nominatos*, ait idem Vlpianus, Titul. 2. Regular. Theophil. in §. libertinorum, Instit. de libert. καὶ ἀπεπλήγητο *Latini Iuniani*; ἀπὸ νόμου *Iunij Norbani*, ὃς εὑρετὴς ἐγεγόνει τῶν αὐτῆς αἱρέσεως. Inuentum ergo hoc Iunij Norbani fuit, qui ea ratione libertatium indulgendarum modos auxit. Quibus enim, Censu, Vindicta, vel Testamento manumittendi facultas non suppetebat, his, beneficio Iunij, in facili erat mensa dignari, epulísq; adhibere seruos, eóque modo efficere, è seruis vt essent liberti sibi: vel, coram amicis, illísque præsentibus, aut etiam per Epistolam seruis absentibus libertatem indulgere. Præterea Mutus & Surdus, quibus seruos Vindicta (propterea quòd verba sollemnia fari & exaudire non poterant) manumittere non licebat, inter Amicos tamen, & per Epistolam, manumittere non prohibebantur, teste Paulo lib. 4. Sent. Tit. 12. Et quidem, *ad similitudinem antiquæ* Latinitatis, *quæ in Colonias missa erat*, Latinos *hosce libertos videri, introductos*, scribit Iustinian. l. 1. C. de Latina libert. toll.

Latini autem *liberti* auctore Gaio, Tit. 1. Epitom. Institutionum, & Vlpiano, Tit. 2. Regular. fiebant, qui per Epistolam, aut inter Amicos, aut conuiuij adhibitione, aut ab eo qui tantùm in Bonis, non etiam ex iure Quiritium, habebat, manumittebantur. Hæ namque minus sollemnes manumissionum species, liberam dumtaxat viuendi potestatem, seruili iugo deposito, non item ciuitatem Romanam, quæ Iustę libertati cohærebat, inerátque, dabant. Quinimmò libertatem ipsam, vsu, vt ita dixerim, non mancipio, tribuebant: quam illi, cum anima, efflabant, & in orci familiam, non vt liberi, sed vt serui, conscribebantur. Et enim, vt Iustinian. in §. vlt. Instit. de succession. libertor. loquitur, Latini *liberti, licet, vt liberi vitam suam peragebant: attamen ipso vltimo spiritu, simul, animam, atque libertatem, amittebant: & quasi Seruorum, ita bona eorum iure quodammodo peculij, ex lege Iunia manumissores detinebant.* Vnde euenisse idem Iustinian. ait, *vt ipso tempore mortis, simul & libertas, & seruitus concurrerent: & qui quasi liber moratus erat, eripueretur non solùm in mortem, sed etiam in seruitutẽ*, l. 1. §. 1. C. de Lat. liber. toll. cui & Saluian. Massilien. lib. 3. ad Eccles. Catholic. adstipulatur his verbis, *More ergo illorum vteris, qui seruos suos non bene de se meritos, quia ciuitate Romana indignos iudicant, iugo* Latinæ *libertatis addicunt: quos scilicet, iubent quidem, sub* Libertorum *titulo agere viuentes: sed nolunt quicquam habere morientes. Negato enim his vltimæ voluntatis arbitrio, etiam quæ superstites habent, morientes donare non possunt.*

Enimuerò illis Iunianis manumissionum generibus, φυσικὴν dumtaxat, id est, naturalem, non item ἐννομον, id est, iustam libertatem, nanctos fuisse libertos, Theophil. in §. vlt. Instit. de libertin. tradit in hæc verba. Φυσικοὶ δὲ τρόποι ἐλευθερίας ἦσαν τρεῖς: *Inter Amicos, per Mensam, per Epistolam.* καὶ *inter Amicos* μὲν, ἡνίκα φίλων παρόντων ἠλευθέρων τινα. *per Mensam*, ὅτε συνεσκηνοῦντα οἱ δεσπόται τῷ οἰκέτῃ. *per Epistolam*, ἡνίκα ὅτι αὐτῷ ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ, δι' ἐπιστολῆς ἐπέτρεπον ἀπάγειν ἐν ἐλευθερίᾳ.

Nec tamen Latinis libertis, aliter atque Dedititiis, omnis ad ciuitatem Romanam aditus præclusus erat. Ad eam enim illis non vna via patebat, poterántque eò certis modis peruenire, quos Gaius Tit. 1. Epitom. Institut. perstringit. Atque ita *Ius Quiritium consequi* dicebantur. Vlpianus. Til. 4. Rgular. *Latini ius Quiritium consequuntur his modis: Beneficio principali: Liberis: Iteratione: Militia: Naue: Ædificio: Pistrino: Præterea ex Senatusconsul. veluti quæ sit ter enixa:* quorum omnium explicationem ex ipsomet auctore pete.

Vnde

Vnde idem Vlpian. Tit. 18. Regular. *Si* Latinus, ait, *ius Quiritium consultus sit.* Secundum quæ Plinius, Libertis alienis, sed patronis consentientibus, *Ius Quiritium* à Traiano petit, Epist. 4. & Epist. 6. lib. 10. de quo impetrato gratias eidem Imperatori agit, Epist. 22. eiusdem lib.

Cum Latinis ciues Romani conubium habent, ita, si concessum sit, Vlpian. Tit. 6. Regul. *Ex Ciue Romano, & Latina, Latinus nascitur,* Vlpian. Tit. 6. Reg. *Latinus Iunianus testamentum facere non potest, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est,* idem Vlpian. Tit. 21. Regular. *Si Latinus manserit, qui heres institutus est, Lege Iunia capere hereditatem, prohibetur,* Vlpian. Tit. 23. Regular. *Latinus Iunianus, & familiæ emptor, & testis & libripens, fieri potest: quoniam cum eo testamenti factio est,* Vlpian. Tit. 21. Regular. *Si Latino Iuniano legatum sit, nec intra dies centum ius Quiritium consecutus sit, caducum legatum fit,* Vlpian. Tit. 18. Regular.

Latini Iuniani fideicommissum capere possunt, Vlpian. Tit. 26. Regul. *Testamento tutores dari possunt hi, cum quibus testamenti faciendi ius est, præter Latinum Iunianum. Nam Latinus habet quidem testamẽti factionem, sed tamen tutor dari non potest: id enim lex Iunia prohibet.* Vlpian. Tit. 12. Regular. *Lex Iunia tutorem fieri iubet Latino, vel Latinis impuberibus, eum cuius etiam ante manumissionem ex iure Quiritium fuit,* Vlpian. Tit. 12. Regular.

Mancipatio locum habet inter ciues Romanos, & Latinos colonarios, Latinosque Iunianos, Vlpian. Tit. 20. Regul.

Si Latinus sit, ciuis fiat Romanus, l. 1. de rapt. virg. in Cod. Theod. *Si is qui dignitate Romanæ ciuitatis amissa Latinus fuerit effectus,* l. 1. de hered. petit. in C. Theod.

Ex his perspicuè liquet quis fuerit eius mulieris status, quam *Latinæ condicionis* habitam, Sueton. in Vespasiano, cap. 3. refert.

LATINA, pro Latina lingua, l. 11. D. de legat. 3. *Iudices tam Latina, quàm Græca, lingua sententias proferre possunt,* l. 12. C. de senten. & interl.

Literis Latinis proscribere, l. 11. §. proscribere, D. de institoria. *Vt Latinis verbis solet,* l. 8. §. vlt. D. de acceptilatio. §. 1. Instit. quib. mod. oblig. toll.

Latinæ feriæ, quarũ causa Præfectus vrbi introductus dicitur, l. 2. §. & hęc omnia, D. de orig. iur. Hæ inter *conceptiuas ferias* numerantur à Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 16. Sollemne autem Latinarum, idem *Latiar* appellat.

LATINE *Scire,* l. vlt. §. vlt. D. de ædilic. edic. & apud Cicer. pro Cæcina. Id est, Latinum sermonem tenere, & contrà, *Latinè nescire,* Iuuenal. Sat. 6. cùm sit turpe magis nostris nescire Latinè.

In teste qui Latinè non nouerat, l. 20. §. vlt. D. qui testament. fac. id est, qui Latini sermonis ignarus erat, vt loquitur Sueton. in Claudio, cap. 16. Paulus apud Festum, *Latinè loqui, à Latio dictum est, quæ locutio adeò est versa, vt vix vlla pars eius maneat in notitia.*

Decreta a Prætoribus Latinè interponi debent, l. 48. D. de re iudicata. *Si quis Latinè interrogauerit, respondeatur ei Græcè,* l. 1. §. eadem, D. de verbor. oblig.

LATINITAS, §. vlt. Institut. de succeff. libert. & apud Vlpian. Tit. 4. Regul. Latinorum libertorum status, seu Latinam cõdicionem, significat *Eum seruum qui tantum in bonis noster est, nec cum libertate heredem instituere possumus: quia Latinitatem consequitur,* Vlpian. Tit. 23. Regular.

Latinitate donari, in l. 1. de raptu virg. in Cod. Theod. est iure seu beneficio Latinæ libertatis donari. At apud Cicero. lib. 14. Epist. ad Attic. *Latinitas,* ius Latij significat.

LATITARE est, *cùm tractu aliquo latere, quemadmodum Factitare, est frequenter facere,* l. 7. §. sed illud, D. quib. ex caus. in possess.

Latitare planè dicitur qui se occultat, qui non comparet, qui sui copiam, potestatémque, vt secum agi, vel lis ad exitum deduci possit, non facit: qui ne actio aliqua secum moueatur, vel vt actio eximatur, eiúsque dies exeat, vrbe profugit, vel se occultat, l. 21. §. hæc autem, & l. 23. §. vlt. D. ex quib. caus. maior. l. 50. D. de peculio, l. 42. §. vlt. D. de procuratorib. l. 19. D. de in ius vocan.

Si ad circumscriptionem tui iuris Latitat debitor, l. 9. C. de bon. auctor.

Si Latitent latrones in possessione, l. vlt. C. de his qui latron.

Si Latitant tutores, l. 2. §. quid ego, D. ad Sc. Tertyll.

Contra Latitantem propositum edictum, l. vlt. C. de requir. reis.

Latitantem debitorem exhibere quisquam non cogitur, l. vlt. §. vlt. D. de hom. liber. *Latitans patronum,* l. 8. D. de condic. & demonstr.

Latitare est, non, vt Cicero definit, turpis occultatio sui: potest enim quis Latitare *non tupi de causa,* l.7.§. quid sit, D. quib. ex caus. in possess. Proinde, non simpliciter edixit Prætor, *Qui Latitauit,* sed, *qui Fraudationis Causa Latitauit,* dic. l. 7. §.1. id est, *hoc animo, vt fraudentur creditores,* quemadmodum ibidem explicat Vlpia. in §. sed is qui. *Siue quis eodem loci agat, siue alio, siue peregrè, si tamen occursum creditorum euitet, Latitare videtur. Eum quoque qui in foro eodem agat, si circa columnas, aut stationes se occultet, videri Latitare veteres responderunt,* dic. l. 7. §. illud sciendum. *Eum qui circa columnas se occultet, vt Creditorem euitet,* Latitare *placet. Nam & eum qui recedit, hoc est, vt subterfugit, ne secum aliqua actio moueatur,* Latitare *placet,* l.36. D. de reb. auctorit. iudic.

Fraudationis causa Latitare *non videtur minor, qui sui idoneus defensor non est,* l.5. D. de reb. auct. iud. *Non videtur frustrandæ actionis causa* Latitare, *qui præsens suscipere iudicium non compellitur,* l.3. D. de iudiciis.

Fideicommissi fraudandi gratia Latitat, qui, vt libertatis præstationem differat, sui potestatem non facit, l.1.§.1. l.11. & l.26.§. vlt. l.27. l.28. & aliàs passim, D. de fideicomm. libert. l. 11. C. eod. tit. l.1.§. vlt. D. de legitim. tutor.

Vbi Latitet incrementum, *&, vbi apparet,* opponitur, l.9.§. huic vicinus, D. de vsufructu.

Latitatio, id est, occultatio sui, l.7.§. sed is qui, D. quib. ex caus. in poss.

Latitvdo *Actus,* l.13. D. de seruitut. præd. rustic. *Itineris,* l.6. & l.9. D. si mensor. fals. mod. l.13. D. de seruit. præd. rust. *Viæ,* l.6.§.1. D. quemadm. seruit. amitt. l.23. D. de seruit. præd. rust. l.1. D. de via publ. l.2.§. ait prætor, D. ne quid in loco publ.

Latitudo Loci, l. vlt. D. de pignerat. act. l.13.§. latitudo, D. de seruit. præd. rust. *Prædiorum,* l.23. D. de seruit. præd. l.7.§. insula, D. de adquir. rer. dom.

Latrinis *Stercorandis seruum præponere,* l.15.§.1. D. de vsufructu.

Latrones, ait Varro, lib.6. de lingua Lat. dicti, *ab Latere, qui circum latera erant Regi, atque ad latera habebant ferrum: quos postea à stipatione Stipatores appellarunt: & qui conducebantur mercede. Ea enim merces dicitur Græcè* λάτρον, *vnde* στάτηρον. *Ab eo veteres Poëtæ nonnumquam milites appellarunt* Latrones, *quòd itent vti illi milites cum ferro, aut quòd latent ad insidias faciendas.* Seruius in lib. 12. Æneid. non procul ab initio. *Latrones vocantur conducti milites.* Festus Pomp. *Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant,* ἀπὸ τῆς λατρείας. *At nunc viarum obsessores dicuntur, quòd à latere adoriuntur, vel quòd latenter insidiétur.* vnde hausit Isidor. quę de huius vocis etymo, lib.10. Origin. tradit. Atque hoc vocabulum ex eorum numero est, quæ ab honesta origine in inuidiam postea abierunt: quo ex genere sunt, *Tyrannus & Sophista.*

Latrones vtique in Libris nostris appellantur, qui nullo indicto bello prędantur, & prædas agunt: l.9. D. ex quib. caus. maior. l.21. D. solut. matrim. *Hostes sunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus: ceteri,* Latrones, *aut Prædones sunt,* l.118. D. de verbor. signific. l.24. D. de captiuis. Vnde ab *Hostibus* perpetuò Latrones separantur, l.18. D. commodati, l.9.§. sed licet, D. quod met. cau. l.5.§. sed etsi proponas, D. de iure dot. l.199. D. de verbor. signif. l.1.§. non fuit, D. de dolo. l.30. D. ad L. Falcid. l.12. in fi. D. de reb. auct. iud. & apud Paul. lib.1. Sentent. Tit.7. & lib.5. Tit.2. Ac planè nulla cum iis Iuris gentium communio intercedit. Itaque, *non vt ab Hostibus captus, eorum seruus fit, ita qui à* Latronibus *captus est, eorum seruus efficitur,* l.1. D. de legat.3. Quinimò, *à* Latronibus *capti, liberi permanent,* l.19.§. à piratis, D. de captiu. & postl. *Qui à* Latronibus *capti sunt, cùm Liberi manent, possunt facere Testamentum,* l.13. D. qui test. fac. Seneca lib. 5. de Beneficiis, cap.14. *Latro est etiam antequam manus inquinet: quia ad occidendum iam armatus est, & habet spoliandi atque interficiendi voluntatem. Latro, spolia quæ mihi abstulit, posuit apud Seium,* l.31. D. depositi. *Spoliatus à* Latronibus, l.26 §. non omnia, D. mandati. *Ad merces comparandas profectus in* Latrones *incidit: suámque pecuniam, résque proprias perdidit: Serui eius vulnerati sunt,* l.52.§. quidam, D. pro socio.

Latrones *tibi seruum eripuerant,* l.27. D. de captiuis. Latrones *Capras abegisse,* proponit l.9. §. imperator. D. locati. *Si seruum tuum* Latronem *insidiantem mihi occidero,* l.4. D. ad L. Aquil.

Incursus Latronum, quem inter *casus quibus resisti non possit,* numerat Gaius, l.18 D. cõmodati, vt & Imper. Alex. inter *casus fortuitos,* l.1. C. depositi. *Quod vi* Latronum *ereptum est,* l.5.§. quod verò, D. commoda.

A Latronibus *Capi,* l.13. D. qui testam. fac. poss. *Detineri,* l.169. D. de verb. signif. *Redimere necessarias personas,* l.21. D. solut. matr.

A Latronibus *captus,* l.1. D. de legat.3. *Circumuentus,* l.6.§. vlt. D. de re milit. *Oppressus,* l.9. D. quib. ex caus. in pos. l.5.§. sed si proponas, D. de iure dot. *Si quo magis te de vi* Latronum *tuerer, vel liberarem, aliquid à te accepero,* l.9. §. sed licet, D. de eo quod met. cau. *Quod contra* Latrones *domi-*

num

num tutius sit seruus, l.15.§.1.D.de manumiss.vind.

Latrones adprehendere, l.1.D.de receptatorib.l.5.§.vlt.D.de re milit.*Cùm quis Latrones tradidit*, l.1.§.cùm quis,D.de quæstionib. *Qui nihil ad se pertinentes Latrones recipiunt*, l.vlt. D. de receptatorib.*Præses prouinciæ Latrones conquirere debet, receptoresque eorum coërcere, sine quibus Latro diutius latere non potest*, l.13.D.de offic.Præsid.l.1.D.de receptatorib.

Insignes Latrones damnatos statim puniri publicè interest,l.16.D.de appellationib.*Famosos Latrones, in his locis vbi grassati sunt, furca figendos compluribus placuit*, l.28.§.famosos,D.de pœnis.

Qui cadauera spoliant, si armati, more Latronum, id egerint, l.3.§.aduersus,D.de sepul.viol.

Latronibus proximi habentur Grassatores, qui prædæ causa id faciunt,l.28.§.grassatores, D.de pœnis. *Qui Arbores, & maximè Vites ceciderint, tanquam Latrones puniri*, l.2.D.arbor.furt.cæs.

Latronis magis, quàm patris, Iure interfeciſſe filium dicitur, *qui eum in venatione interfecit, qui nouercam adulterabat*, l.5.D.de L.Pomp.de parricid.

LATROCINARI. *Si Latrocinantem peremisti, qui voluntate inferendæ cædis præcesserat, iure eum cæsum videri*.l.4.C.ad L.Cornel.de sicar.

LATROCINIVM inter *Damna fatalia* ponitur,l.54.§.damna,D.pro socio. *Prætextu Latrocinij commissi, vel alterius fortuiti casus*, l.1.C.depositi.

Latrocinium facere, l.27.§.vlt.D.de pœnis.

Latrocinio quæsitum,l.4.§.vlt.D.famil.erciſc.

LATRVNCVLI,& *Latrones*,idem sonant,vt apparet ex l.24.D.de captiuis,collata cum l.118. D.de verbor.signifi.& ex l.1.D.de legat.3.l.34.§.vlt.D. de donat. *Non minus in mari, quàm in Villa, per Latrunculos inquietamur, vel infestari possumus*,l.3.§.Labeo,D.de incend.rui. *A Latrunculis exteræ gentis capta mulier*,l.6.D.de captiuis. *A Latrunculis obsessus*, l.1.D. de legat. 3. *Si quis aliquem à Latrunculis eripuit*,l.34.§.vlt.D.de donationib.& apud Paul.lib.5.Sentent.Tit.11.

LATRVNCVLATOR, l.6.§.vlt.D.de iudic.qui ad conquirendos & persequendos Latrones à Principe mittitur, quem Iustinia.λῃϛοδιώκτλω vocat,Nouel.8.

LATVS, ait Isidorus, lib.11.Orig.cap.1. *læua pars corporis: quia iacentibus nobis latet.*

Latus breuius, potest adferre impedimentum, l.12.§.sed & latus, D. de ædilic. edic.

Circa Latus Principis agere, & militare,dicũtur qui circa principem sunt occupati, l.30.D. de excusationib.l.vlt. C.eod.tit. coniuncta l.11.§. ex facto, D. de minorib. Stat. Papinianus, lib.3.Syluar.*Sempérque, gradu propè numina, semper Cæsareum coluisse Latus.*

Hoc Latere, pro hac parte, l. 118. D. de verbor. obligat. l.49. §. vlt. D. de fideiussorib. *In cõtrario Latere*,l.11.D.de dam.inf.id est in aduersa & cõtraria specie. *Ex vno Latere constat contractus, si quis à Pupillo sine Tutoris auctoritate emerit*, l.13.§.si quis à pupillo,D.de act.empt.*Ex vtroque Latere*, id est, ex vtraque parte, & vtrinq;,l.39.§.si status,D.de procuratorib.*Ex vtroque Latere nascitur obligatio*,l.6.§ si quis ita simpliciter,D.de neg.gest.

Si Vno Latere perruperit flumen, l.7.§.quod si,D.de adquir.rer.dom.

A Latere, seu, *ex Latere*, id est, ex transuerso. *Cognatio alia suprà numeratur: alia, infrà: alia ex Transuerso, quæ etiam à Latere dicitur*, Instit. de gradib.cognat.*Gradus cognationis, quidam sunt ex Transuerso, siue à Latere: cuius modi sunt, Fratres, & Sorores, liberique eorum*, l.1.D.de gradib.& adfinib. *Sunt & ex Lateribus cognati: vt Fratres, Sororesque, & ex his prognati: Patrui, Amitæ, & Auunculi, & Materteræ*,l.10.§.sunt ex,D.de gradib.

Qui ex LATERE *eam duxerit quam vetatur*,l.vlt. D.de ritu nupt. *Circa matrimonium quod ex Latere non benè contrahitur*, ibidem. *Contrahere matrimonium ex* LATERE, *cum Amita, ac Matertera, Sorore, Sororis filia, & ex ea Nepte*,l.17.C.de nuptiis. *De* LATERE, *Frater, Soror, Patruus, Amita*,l. 6. C. de incest. nupt.Hosce *ex Lateribus cognatos*,Constantinus Hermenopulus.lib.4.Epit.sectus Iustin.in Nou.89. & Nou. 118. τὺς ἐκπλαγίϛ vocat,& ita definit, οἱ μήτε ἡμᾶς γεγεννηκότες, μήτε ἡμῶν γεννώμενοι. τῆς δὲ αὐτῆς γονῆς καὶ ῥίζης ἡμῶν κεκοινωνηκότες: οἷον, ἀδελφὸς, ἀδελφὴ, θεῖος, θεία, ἀνεψιὸς, ἀνεψιὰ, ἐξαδελφος ἐξαδέλφη, καὶ οἱ ἐκ τύπων καταγόμενοι. Theophilus verò, τὺς ἀπὸ λοξότητος ἐρχομένους, οἵ τινες λέγονται ἐκ πλαγίϛ.

LAVARE veteribus significat corpus aqua in balneo abluere. *In publico balneo* LAUARE, l.2.§. siquis,D.ne quid in lo.publ.*Qui in publicum* LAUARE *non patiatur*, l.13.§.vlt.D.de iniuriis. *Ædilis in municipio Balneas cõduxerat, vt eo anno municipes gratis* LAUARẽTUR,l.30.§.1.D.locati. *Cùm* LAUANDI *gratia prodierit Prætor*,l.7.D.de manumiss.vind.Terent.Eunuc.Act.3.Sc.5.

Accersit. LAUATUM *interea virgo It, lauit.*

Terent.Heautontin.Act.4.Sc.1. *Eo* LAUATUM.

Horat.lib.1.Sermon. *Ast vbi me fessum Sol acrior ire* LAUATUM

Admonuit. Martial.lib.1.Epigram.

Inuitas nullum niſi cum quo, Cotta, Lauaris.
Et dant conuiuam Balnea ſola tibi.

Atque ita accipe quod Cicero 1. Offic. ait, *Maiores noſtri neque Patrem cum Filio, neque Socerum cum genero Lauari voluerunt.* Tertullian. in Apologetico, cap. 42. *Non Lauor diluculo Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam: attamen* Lauor *honeſta hora & ſalubri, quæ mihi & calorem & ſanguinem ſeruet.* Itaque apud eundem, eiuſdem lib. cap. 44. *Lauantium prædo*, eſt fur Balnearius. Porrò veterum Lauandi morem, refert, Seneca Epiſt. 86.

Aqua ad Lauandam familiam paratur, l. 12. §. ſi aliqua, D. de inſtruct. vel inſtrum. *Vt habiles ad* Lauandum *Balineæ fierent*, l. 35. §. vlt. D. de legat. 3.

Lota Lana, l. 70. §. 1. D. eod. tit. *Mulieres quæ ſe mundauerint* Lotæ *in Balneo*, l. 25. §. ornamentorum, D. de aur. arg.

Lavacrvm, pro Balneo, l. 18. C. de oper. public. l. 10. C. de Epiſcop. aud. l. vlt. de cuſtod. reor. in C. Th.

Lauacra, pro Balneis, l. 13. de nauicular. in C. Th. *Lauacra Pop. Rom.* l. 3. de conlat. donat. releuat. poſſ. in C. Th. λουτρὰ καὶ θερμαὶ Græci vocant.

Lauacrum, pro ſacro Baptiſmate, quod *Cœleſte* appellatur l. 3. de ſpectacul. in Cod. Theod. *Venerabile*, l. 5. de hæretic. l. 2. ne ſanct. Baptiſ. eod. Cod.

Lavatio, *Mundo* mulieris continetur: cùm per eam mundior fiat, l. 25. §. mundus, D. de auro argent.

Lavationem *præbere*, l. 30. §. 1. D. locati. *Lauatio frigida, quàm Græci* λουτρὸν *vocant*, Vitruu. lib. 5. cap. 11.

Lavdabilitas *tua*. His verbis Impp. Comitem metallorum affantur, l. 3. de metallis, in Cod. Theod.

Lavdat *nomen proxeneta, qui faciendi nominis cauſa interuenit*, l. 1. D. de proxenet. *Cùm mei decipiendi gratia, alium falsò* Laudaſti, l. 8. D. de dolo.

Laudamus Prætores ſuæ humanitatis, §. nos verò, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.

Laudandus eſt magis quàm accuſandus heres, l. 27. D. de condic. inſtit.

Laudare, vti Agellius lib. 2. Noct. Attic. cap. 6. Feſt. Pomp. lib. 10. & Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 7. teſtantur, priſca lingua, *nominare* ſignificabat. Et ita, in Actionibus ciuilibus vſurpatur. Inde illa locutio, *Auctorem Laudare*, l. 6. §. ſi tibi iter, D. de actio. empt. l. 63. §. 1. D. de euictionib. id eſt, *certũ facere*, vt loquitur l. 17. C. de euictionib. *Auctor* Laudari, l. 14. C. eod. tit. Laudatus *Auctor*, l. 2. C. de in lit. dan. tut. *Auctore* Laudato, l. 7. C. de euictionib. Sic & *Teſtem* Laudare, Nonius Marcell. ex veterum libris interpretatur. *Laudare Leges*, pro eo quod vulgò dicimus citare, apud Quintil. Declamat. 308.

Lavs *ineſt*, l. 214. D. de verb. ſignific. *Quæ ad nudam Laudem pertinent*, l. 19. D. de ædilic. edic. Laudes *ſuas non grauatè audire Proconſul debet*, l. 7. D. de offic. Proconſul.

Laudator huius ptopoſiti extitit, l. 2. §. ſed vtrum, D. de ſeruo corrupt.

Lavtivs *vſus re ſua*, l. 25. §. ſi quis re ſua, D. de hered. petit. id eſt, ſplendidius, & magnificẽtius. Sic *Lautius ædificata Villa*, apud Cicer. 2. de legib.

Lavtvmiis (ſic enim Pandectæ Florent. ſcriptum habent) *incluſi*, l. 9. D. quib. ex cauſ. maior. *In Lautumias, vel in vincula publica ducatur*, l. 2. D. de aleæ luſu. Cuiuſmodi vocis huius ſcripturam rectam eſſe, docet elegans Sabini iocus, qui à Mar. Seneca lib. Controuerſia 4. lib. 9. refertur. Sabinum enim narrat è carcere in Senatum introductum, poſt flebilem orationem, ad ſales tandem rediiſſe, rogaſſéque vt in Lautumias transferretur. *Non eſt*, inquiens, *quem veſtrum decipiat nomen ipſum Lautumiæ: animo meo* Lauta *res eſt.* Ambroſ. lib. 7. Cõmentar. in Luc. cap. 13. *Nunquid illic quoque carcer aliquis, Lautumiæque ſubeundæ ſunt?* Sidon. Apollin. lib. 1. Epiſt. 7. *Quis enim ſuper ſtatu eius nimis inſlecteretur, quã videret accuratum delibutúmque,* Latumiis, *aut Ergaſtulo inferri?*

Lautumiæ autem, interprete Aſconio in 3. contra Verr. Orat. appellantur, *Lapidibus cæſis execta loca, in quæ noxij damnari ſolebant.* Huiuſmodi erant Lapidicinæ Syracuſis in Sicilia. Cic. 7. in Verrem, *Carcer ille, qui eſt à crudeliſſimo tyranno Dionyſio factus, Syracuſis, quæ Latumiæ vocãtur, in iſtius imperio, domicilium ciuium Ro. fuit.* Varr. lib. 4. de ling. Lat. *Carcer à coërcendo, quòd exire prohibet. In hoc, pars quæ ſub terra, Tullianum: ideò, quòd additum à Tullio rege: quod Syracuſis, vbi ſimili de cauſa cuſtodiuntur, vocantur Latomiæ: & de Latomia tranſlatum, quod hîc quoque* Lapidicinæ *fuerunt.* Feſtus. *Lautumias ex Græco, & maximè à Syracuſanis, qui Latomias & appellant, & habent, ad inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt* Lapides *ad extruendam vrbem.* Plato λατομίας vocat. Sic enim

enim ille Epistol.2. ad Dionys. ὑπέσχετο δὲ μοὶ καὶ Φιλίσιον, εἰ σὺ ἀφῆς αὐτὸν, ἥξειν ταχέως ἄμως ἀθήναζε. ἢ ἐκ τῶν λατομιῶν εὖ ἐποίησας ἀφείς. Quæ postrema verba adsecutus non est interpres. Hoc enim vult Plato, bene factum à Dionysio, quod Philistionem de Lautumiis, id est, de custodia illa publica, dimisisset ac liberasset. Ælianus verò lib.12. Var. Histor. cap. 44. λιθοτομίας appellat, vbi earum longitudinem recenset, additque iis inclusum Philoxenum Cyclopem fabulam scripsisse: quod & refertur à Tzetze Chil.10. Historicor. vers. cap. 358. qui λατομίας cum Platone nominat. Sic quoque *Latomias lapidarias*, dixit Plaut. in Curculio. Act.3. Sc. vlt.

Laxare *aliquid ex Iuris rigore*, l.32. D. de donat. int. vir.

Laxamentvm *temporis*, spatium & temperamentum significat, l.7. §. vsuræ, D. de admin. & peric. *Cum quodam Laxamento itineris*, l.4. D. de vacat. & excusation. Iustinian. Nouel. 72. Ἐχέτω μὲν τὸ τῶν δύο μηνῶν καθ' ἕνδεσιμον τοῦτο ὅπερ οἱ νόμοι *Laxamentum* καλοῦσιν, id est, remissionem cursus vsurarum bimestrem.

Laxior *facultas agendi*, l.76. §. variis, D. de legat.2.

Lecti *Inargentati, vel Inaurati, atque Gemmati*, l.3. §. vitrea, D. de suppellect. leg.

Lecti testudinei pedibus inargentati, l.100. §. vlt. D. de legat.3.

Lecto fulcrum additum, l.26. D. de adquir rer. dom.

In Lecto, somno vinóque pressus, aut etiam pigritia surgendi, vrinam facit, l.14. §. item de eo, D. de ædil. edic.

Lectum Argenteum, l.19. §. idem Celsus, D. de auro argent. *Lectum legatum continet & fulcra*, l.52. §. vlt. D. de legat.3. vbi *Lectum* neutro genere dictum vos, ô Grammatici, obseruate.

Lectos emptos Ædilis cum in via positi essent concidit, l.12. D. de peric. & comm. rei vendit.

Lectorum autem hæ sunt notandæ differentiæ, *Cubiculares, Conuiuales*, seu *Cœnatorij, Geniales, Funebres.*

Lectica, l.49. D. de legat.3. *Lectica vehi*, l.7. D. de seruit. præd. rustic.

Lecticarii *Serui*, qui lecticam gestabant & portabant, eam humeris subeuntes, l.8. §. vlt. D. de legat.1. l.65. D. de legat.2. l.99. §. seruis, D. de legat.3. l.29. D. de verbor. obligat. l.13. D. de auro arg. & apud Tacit. lib.1. Luc. Seneca lib. in sapientem non cadere iniuriam, cap.14. *Quid refert quot habet Lecticarios.* Marc. Seneca Controuers. 5. lib.10. *Ex coro Lecticarius, ex Lecticario, vsque ad amicitiam Cæsaris felix.*

Lecticarij qui solùm matresfamilias portabant, l.49. D. de legat.3.

Lecticis enim delicatas matronas, vehi, succollantibus seruis, consueuisse, indicat Tertullian. lib. ad vxor. Eóque pertinent hæc Iuuenalis verba, *Et longa vehitur ceruice Syrorum.* Viros quoque diuites & beatos eodem luxus genere vsos, ostendit Seneca, Epist.29. *Non turba seruorũ Lectică tuam per itinera vrbana ac peregrina portantiũ.* Idem Epist.100. *Cohors culta seruorum, Lectica formosis imposita calonibus.* Multis autem seruorum ceruicibus hoc onus impositum fuisse, argumento sunt Hexaphori, & Octophori nomina. De *Hexaphoro*, testem cito Martial. Epigram. lib.1. & lib.6. de *Octophoro*, Cicer. lib.2. ad Quint. Fratr. & eumdem Martial. Epigram. lib.6.

Lecticarij, seu, *Decani*, olim Ecclesiasticum munus fuit, qui efferendis cadaueribus deseruiebant. Nouel. Constit.43. qui & κοπάται vocantur, τὰς τῶν νεκρῶν κλίνας ἄγοντες.

Lectio *Tabularum*, l.2. §. inspectio, D. testam. quemadm. aper.

Lectionum, item *Variarum Lectionum*, libros scripserat Pōponius, vt ex Catalogo Pandectis Florentinis præposito, & ex ipsis Pandectarum capitibus apparet. Sed & Agellius, quosdam libris suis titulum indidisse *Lectionis suæ*, alios, *antiquarum* Lectionum, lib.20. cap.8. tradit.

Lectores in Clericis numerantur, l.6. C. de Episcop. & Cleric. Et quidem, inter ordines Ecclesiasticos, tertio gradu constituuntur, apud Isidor. lib.7. Origin. cap.12.

Lectores diuinorum apicum vocantur, l.7. de Episcop. Eccl. & Cler. in C. Theod. Atque hoc seu munere seu ministerio, in Ecclesia functum Iulianum Imperatorem, priusquam à fide Christiana deficiens ad Paganismũ transfugeret, historiarum Ecclesiasticarum monumenta testantur. Sic enim de eo loquens Socrates lib.3. cap.1. ἐν δὲ τῷ φανερῷ, ait, τὰ ἱερὰ τῶν χριστιανῶν ἀνεγίνωσκε γράμματα. καὶ δὴ τῆς ἐν Νικομηδείᾳ ἐκκλησίας Ἀναγνώστης καθίσταται. Theodoritus quoque lib.3. cap.2. τὸν τῶν Ἀναγνωστῶν ἐξιὼν χορὸν, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους, ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ὑπανεγίνωσκε τῷ λαῷ. Denique Sozomenus lib.5. cap.2. eum Gallo fratre sacris literis imbutum narrans addit, ὡς τῷ κλήρῳ ἐγκαταλεγήναι, καὶ ὑπανεγνώσθαι τῷ λαῷ τὰς ἐκκλησιαστικὰς βίβλους.

De *Lectoribus* autem, & eorum origine, vide Isidor. lib.2. de Ecclesiastic. offic.cap.11.

Legati ex eo nomen habent,quemadmodum Varro lib.5.de lingua Lat. scribit, quòd, *vt publicè mittantur,leguntur.*

Legati autem in libris nostris appellãtur, qui à Municipio,Ciuitate,Republica, Patria sua, vel Prouincia, cum mandatis ad Principem mittuntur,l.2.§.1.l.8.& l.24.D.de iudic.

Legatus Municipalis,l.1.D.de legationib.*Legati Municipiorum*, l.8.D.ex quib.caus.maior.

Legati Prouinciales, l.35.§.vlt. D.de iureiurand.

Legatus Republicæ,l.2.D.de legationib.

Legatus creatus à patria sua, l.5.& l.12. D.eod.tit.

Legati Achiuorum,l.18.de exactionib.in C.Th. *Hieropolitanæ ciuitatis*, l. 8. de censitor.peræquat. insp.

Legati qui ad sacrarium principis mittuntur,l.vlt.§.legat.D.de muner.& honor.*Legati qui ad comitatum nostrum aduenerunt*,l.6. de leg.& decret.in C.Theod.

Et ita Legatum, ad Principem salutandum, omnibus annis à Byzantiis mitti solitum, ostẽdit Plin.Epist.52.lib.10. Quinetiam ad eum qui Mysiæ præerat publicè salutandum, legatum ab iisdem missum, ibidem testatur.

Porrò Edicto diui Vespasiani præceptum omnibus Ciuitatibus, ne plures quàm ternos Legatos mitterent,ait l.4.§.vlt.D.de Legationib.

Legati Populi Romani sagmina ferre solent, ne quis eos violaret: sicut Legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur,cerycia,l.8.D.de diuisio.rer.

Legatus Hostium, l.vlt.D.de legationib. *Legati Gentilium*, l.5. de legat. & decret. leg. in C. Theod.

Legatus etiam vicarium,& eum qui aliena vice fungitur significat.Cæsar lib.1.de bello ciuil.*Neque se ignorare quod esset officium Legati, qui fiduciariam operam obtineret.* Appian. lib.1. de bellis ciuilib. Ἐπαινέτω δὲ αὐτῷ καὶ Φρόντωνις, ὃς ἐπρέσβευεν αὐτῷ· Καλῶσι δὲ ὅπως τὰς τοῖς Ηγεμόσι τῶν ἐθνῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἐποιοῦντο εἰς βοήθειαν. Et ita, *Legatus Proconsulis*, qui eius partibus, mandata ab eo iurisdictione, fungebatur, l.4.§.vlt.cum sequ.l.6.D.de offic.procõs.l.1.D.de bon.poss.ex test.milit.l.2.D.qui & à quib. l.6. §.si quos, D.de pœnis, l.17. D. de manumiss. vindic.l.1.§.damno,D.de suspect.tut.& apud Plinium in præfatio.lib.19.Vetus Glossarium, *Legatus Proconsulis est, cui Proconsul, ingressus Prouinciam, mandat Iurisdictionẽ, aut quum in itinere moram patitur necessariam.*

Ingressus enim *Prouinciam Proconsul,Iurisdictionem Legato suo mandabat: nec antequam ingressus esset,mandabat:nisi necessariam moram in itinere pateretur*, l.40.§.vlt.& l.5.D.de offic.Proconsul.

Cùm propriam Iurisdictionem Legatis tuis dederis,ait Seuerus Proconsuli Africæ, l.4.D.de off. eius cui mand.

Ceterùm *Legatus* & Iudicis,& Tutoris dandi, Ius habebat,l.12.& l.15.D.de offic.Proconsul. Animaduertendi,verò, coërcendi vel atrociter verberandi Ius non habebat: sed si quid esset quod maiorem animaduersionem exigeret,reiicere apud Proconsulem debebat, l.11. D.eod.tit.

Apud Legatum Proconsulis,nemo manumittere vel adoptare potest, quia non est apud eum legis actio, l.2.& 3.D. de offic.Proconsul.*Legati Principem non consulebant,sed Proconsulem suum: & is ad consultationes eorum debebat respondere*,l.6.§.legatos,D.eod.tit.*Legatum suum ante se de Prouincia dimittere Proconsul non debet*,l.10.§.vlt.D.eod.tit.*Appellari à Legatis Proconsul potest*, l.3.D.quis à quo appellat.

Legatus quoque *Præsidis* dicitur,l.9.D.de pœnis.

Legatus Cæsaris,id est,Præses vel corrector Prouinciæ,l.20.D.de offic.præsid.

Legati Cæsaris Præsidum nomen sibi vindicant,l.1.D.de offic.si præsid.Ac planè qui Cæsarum Prouincias,cum Imperio obtinebant, Cæsaribúsve attributas Prouincias regebãt,*Legati Cæsaris* dicebantur,l.12.D.de accusationib.l.19.§.vlt.D.locati,l.7.D.de manum.vind.l. 4.D.de offic.adsessor.

Pontius Legatus Caij Cæsaris, apud Plinium,lib.35.cap.3.

Legatus Prouinciæ, idem Plinius,lib.12.cap.1.

Legatus Aquitaniæ,l.12.D.de custod.& exhibit.& apud Plin.lib.16.cap.1. *Ciliciæ*, l.2. D. de iure immunit.l.3.D.de testib.*Galliæ*,apud Plin.lib.9.cap.5.*Lygdonensis*,l.15. D. de excusationib.tut.*Lugdunensis Prouinciæ*,in Lege Dei, Tit.15. *Lyciæ*, apud Plin.lib.12.cap.1. *Numidiæ*, l.7. D.de legat.præst.*Syriæ*,apud Spartian.in Hadria.

Legati consu-

Legati Consulares, Sueton. in Vespasian. cap. 6. *Legatus Legionis*, idem Suet. in Vespas. cap. 4.

LEGATIO, ipsum munus & officium quo legati funguntur. *Legatio ad census accipiendum*, l. 1. D. de muner. & honor.

Legatio Alexandrina, l. 42. de Episc. Eccles. & Cler. in C. Th. *Legatio Proconsularis Prouinciæ*, l. 186. de decurionib. eod. Cod. *Legationes Prouinciales*, l. 15. de legat. & decr. leg. eod. Cod. Th.

Legatione quis pro ciuitate functus est, l. 26. §. vlt. D. ex quib. caus. maior. *Qui apud externos Legatione funguntur, possunt facere testamentum*, l. 13. D. qui testam. fac.

Libera Legatio, l. 14. D. de legationib. & l. 15. de legat. & decret. legat. in C. Th. de qua dicam §. hoc ipso lib.

Legatio mandata, l. 8. §. 1. D. de legationib. *Iniuncta*, l. 11. D. de legationib. *Si, cùm alium contingeret Legatio, alij hoc onus Duumuir indixerit*, l. 13. §. idem Labeo, D. de iniuriis. *Quotiens Legatio destinatur*, l. 15. de legat. & decret. in C. Theod. *Ne impediatur Legatio*, l. 26. D. de iudiciis.

Legationes solo ministerio obeuntur, l. 6. D. de legationib.

Legationem suscipere, l. 3. l. 11. §. vlt. & l. 13. D. de legationib. *Plures Legationes suscipere*, l. 16. D. de legationib. *Legationis officium suscipere*, l. 7. D. de legationib. *Susceptæ Legationes*, l. 12. & l. 16. §. vlt. D. de legationib.

Legatione fungi, l. 4. l. 7. l. 8. & l. 15. D. de legationib. *Munere Legationis fungi*, l. 4. §. ordine, D. eod. tit. *Legationis officio fungi*, l. 10. & l. 11. §. vlt. D. eod. tit. *Debitorem Reipubl. Legatione fungi non posse*, l. 4. D. eod. tit.

Qui Legationis causa, Romæ erat, l. 86. §. 1. D. de adquir. vel omitt. *Si quis Romam in Legationem venerit*, l. 32. § item si quis, D. de recept. qui arbitr.

Si filiusfamilias Legationis gratia aberit, l. 18. §. 1. D. de iudiciis. *Legationis causa absens*, l. 30. D. de adquir. vel omitt. *Qui Legatione abest*, l. 14. D. de legationib. *Legationis causa demorari*, l. 2. §. omnes, D. de iudiciis. *In Legatione esse*, l. 32. §. item si qui, D. de recept. qui arbitr. l. 3. D. de legationib. id est, legationis munus obire, seu legationis officio fungi.

At *in Legatione compromittere*, l. 32. §. item si quis, D. de recept. qui arbitr. *Constituere*, l. 8. D. de iudiciis, l. 5. §. 1. D. de pecun. constit. *Legationis tempore*, vt l. 30. D. ad Sc. Trebellian. l. 3. D. de legationib. l. 26. D. de iudiciis.

Ante perfectam Legationem, seu, *nondum perfecta Legatione*, l. 16. D. de legationib. & contrà, *Perfecta Legatione*, l. 2. §. omnes, D. de iudiciis. *Legationem deserere*, l. 2. D. de legationib.

LEGATIVVM, viaticum Legatorum appellatur, l. vlt. §. legati, D. de munerib. & honorib. l. 3. §. vlt. D. de legationib.

LEGARE, est testamento aliquid relinquere. *Legamus* autem *quatuor modis, per Vindicationem: per Damnationem: Sinendi modo: & per Præceptionem*, Vlpian. Tit. 25. Regular. Hæc verba, *vti legassit*, in 12. Tab. quem sensum haberent, explicat Pomp. in l. 120. D. de verbor. signific. *Legare a filio, ab herede, ab vno ex heredibus, à secundo herede, à substituto*, passim in Pandectis occurrit, & apud Cicer. Topic.

LEGATVM Florentinus in l. 116. D. de legat. 1. definit, *Delibationem hereditatis, qua testator, ex eo, quod vniuersum heredis foret, alicui quid collatum velit*. Modestinus in l. 36. D. de legat. 2. *Donationem testamento relictam*. Iustinianus, §. 1. Instit. de legit. *Donationem quandam relictam*. Vlpian. Tit. 25. Regular. *quod Legis modo, id est, imperatiuè, testamento relinquitur. Nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur, Fideicommissa vocantur.* Dicitur autem *Legatum à Lege*, vt Eutych. lib. 2. de discernend. coniugatio. scribit. Porrò & Fideicommissum & Mortis causa donatio, *Legati* appellatione continentur, l. 87. D. de legat. 3. In *generali* quoque *repetitione Legatorum, etiam libertates datas contineri, ex mente Legis* 12. Tabular. traditur, l. 80. D. de verbor. signif. *Verbis* enim *Legis* 12. *Tabular. his, vti Legassit suæ rei, ita ius esto, latissima potestas tributa videtur & heredis instituendi, & Legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi*, l. 120. D. eod. tit. Planè Suidas hanc legatorum & Fideicommissorum differētiam statuit, quod *Legata* sint τὰ ἐν διαθήκαις, Fideicommissa, τὰ ἐν πίστει καταλειπόμενα ὑπὸ τοῦ μέλλοντος τελευτᾶν.

Legatorum olim genera quatuor erant: *per Damnationem, Vindicationem, Sinendi modo, & per Præceptionem. Et certa quædam verba cuique generi adsignata erant*, vt Iustinianus ait, §. 1. Instit. de legatis. Vetus Glossarium, *Legata Adempta, sunt illa quæ testator adimit Legatario, voluntate mutata: Translata, sunt quæ testator legatario adempta transfert in alium.*

Legatorum stipulatio, l. 29. §. 1. D. de verb. oblig. & l. 5. D. de dol. mal. except. appellatur, quæ legatorum in diem, vel sub condicione relictorum, vel etiam præsentium, nomine interponitur, Tit. vt Legatorum seu. fideic. nom. Vlpianus, *Stipulationes de Legatis*, vocat, in l. 1. §. cautionales, D. de stipulationib. prætor.

LEGATARIVS, cui legatum datum est. *In accessione temporis quo testator possedit, Legatarius quodammodo quasi Heres est*, l.14.§.vlt.D.de vsurpationib.

Legatarij non Iuris successores sunt, §.legatariis, Instit.de legatis, l.9.§.1.D.de edendo.

LEGATARIA, l.43.D.de actionib.empt.l.102.D.de legat.3.

LEGATOR, pro testatore qui legauerat, Suetonius in Tiber.cap.30.

LEGERE vulgari significatione, est scriptū aliquid oculis perspicere: quod vel tacito murmure quis apud se facere potest: vel clara voce recitando. *Legere libros*, l.19.D.ad exhibend. *Libellos pro Tribunali*, l.72.D.de furtis. *Tabulas pluribus præsentibus*, l.1.§.si quis tabulas, D. depositi, l.41.§.sed & si quis, D.ad L.Aquil.

Quæ in Testamento LEGI *possunt*, &c. *Legi sic accipiendum, non intellegi, sed oculis perspici quæ sunt scripta. Cetervm si extrinsecus intelleguntur, non videbuntur legi posse*, l.1.D.de his quæ in test.delēt. *Vnde de plano rectè* LEGI *possit*, l.11.§.proscribere, D.de institor. *Qui Tabulas Testamenti, aut alicuius rei instrumentum ita deleuit, vt* LEGI *non possit*, l.42.D.ad L.Aquil.

Lecta est in auditorio Æmilij Papiniani cautio, l.40.D.de reb credit. *Lectum est responsum Domitij Vlpiani*, l.43.D.de actionib.empti. Festus Pomp. *Legimus, aut Scriptum, aut Oleam, Glandémve, & alia quædam: & addita præpositione dicimus, colligimus, deligimus.*

Legere Glandem, l.1.D.de glande legen. *Oleam*, Cato de re Rust.cap.144.

Legere Vuam, & LECTAM *calcare*, l.25.D.de actionib.empt.Plin.lib.18.cap.31. *Vuam squalidam ne legito. Legi Olea*, l.42.D.de vsu.& vsufr.leg. *Olea immatura* LECTA, l.48.D.de vsufructu.

Legi, id est, allegi & cooptari. *Legi in ordinem*, l.vlt.D.de veteran.

Legi etiam *Milites* & *Tirones* dicuntur, vtpote quorum delectus habetur. *Qui milites legendi curam agerent*, l.35.D.ex quib. caus. maior. *Miles qui se* LEGI *passus est*, l.4.§.1.D.de re milit. *Ne quis ob militem Legendum mittendúmve æs accipiat*, l.6.§.lege.D.de L.Iul.repetūd *Lectus Miles*, l.4.§.1.D.de re milit. Traianus ad Plin. Epist.39.lib.10. *Refert autem voluntarij se obtulerint, an* LECTI *sint, vel etiam Vicarij dati: Lecti si sunt, Inquisitor peccauit.*

LEGIBILIA, l.1.D.testament.quemadm.aper.

LEGIO, ait Isidorus lib.9.Orig.cap.3. *sex millium armatorum est: quæ sexaginta habet Centurias: Manipulos, Triginta: Cohortes*, 12. *Turmas ducentas. Si* LEGIO *deficiat*, l.3.§.vlt.D.de re milit. *Qui Legionē, vel Legiones cum suis* AUXILIIS *ab Imperatore missas administrat*, l.11.§.exercitum, D.de his quī not.infam. *Legioni bona sunt vendicanda*, l.6.§.eius qui, D.de iniusto rupt.& irr.l.4.§.eadem, D. de fideicomm.libert.

LEGVMEN. *Siue quid leguminis in cella penuaria habuit*, l.4.§.siue autem, D.de penu legata. *Quod frumentis aut leguminibus capitur*, l.77.D.de verbor. signif. *Area ad frumenta, ceteráque Legumina exprimenda*, l.77.§.vlt.D.de alim.vel cibar.legat.

LENIENDVM *pœnam eius qui in Rixa, Casu magis quàm Voluntate homicidiū admisit*, l.1.§.Diuus, D.ad L.Cornel.de sicar.

LENITAS. *Proniores ad Lenitatem iudices esse debent*, l.11.D.de pœnis.

LENIVS *facere stillicidium*, & *Aerius*, opponuntur, l.20.§.stillicidium, D.de seruit.vrb.præd.

LENO est, qui prostituta habet mancipia, vt Seneca lib.6.de Benefic.definit. Vetus Glossarium. *Leno* προάγωγός λέγεται ὁπόρον τοιοῦτον ἀπὸ δούλων, ἢ ἐλευθέρων, ποιῶν ὄψος εἴτε προτύπωσιν τοῦ πράγματεύσαι εἴτε προσχήματι πραγματείας ἕτερας ἔχει τοιαῦτα προσώπα, τύχον, ὡς καπήλος ἢ παίδοχος, ἢ βαλανεύς. Quæ Glossographus ille delineauit, ex l.4.§.ait prætor, D. de his qui not.infam. *Qui Lenonem fuerit*, l.24.D.ad L.Iul.de adulter. *Si Lenones patres vel domini, suis filiabus, vel ancillis, peccandi necessitatem imposuerint*, l.13.C.de episc.audient.

LENAS, ait Vlpian *eas dicimus, quæ mulieres quæstuarias prostituunt: Lenam accipimus & eam quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet: & quæ cauponam exercens, in ea corpora quæstuaria habet*, l.43.§.lenocinium, D.de ritu nupt. Quæ definitio ad legis Iuliæ de maritādis ordinibus interpretationē pertinet: qua Lege, ingenui omnes prohibebantur ducere à *Lenone*, LENÁVE *manumissam*, teste eodem Vlpiano, Tit.14.Regular.

LENOCINIVM *facere non minus est, quàm corpore quæstum exercere*, l.43.D.de ritu nuptiarum.

Qui Lenocinium fecerit, infamia notatur, l.1.D.de his qui not.inf. LENOCINIŪ *facit*, Vlp.interprete, *qui quæstuaria mancipia habuerit, & qui in liberis hunc quæstum exercet: siue principaliter hoc negotium gerat, siue alterius negotiationis accessione vtatur, vt puta, si caupo fuit, vel stabularius, vel Balneator*, l.4.§.ait prætor, D.de his qui not.inf. *Non mediocriter deliquit, qui Lenocinium in vxore exercuit*, l.29.§.qui quæstum, D.ad L.Iul.de adult. *Lenocinium* autem *exercere*, vt ibidem indicat, intelligitur, qui quæstum ex adulterio vxoris fecit, & *aliquid accepit vt vxorem pateretur adulterari, meretricio quodam genere*, dic.§.qui quæstum.

Cetervm

Ceterùm *qui patitur vxorem ſuam delinquere, matrimoniúmque ſuum contemnit, quique contaminationi non indignatur, Lenocinij reus non eſt*, l.2.§.lenocinij, D.ad L.Iul.de adult.

Crimen Lenocinij contrahunt, qui deprehenſam in adulterio vxorem in matrimonio retinuerunt, non qui ſuſpectam adulteram habuerunt, l.2.C.ad L.Iul.de adulter. *Lenocinij crimen, Lege Iulia præſcriptũ eſt, cùm ſit in eum maritum pœna ſtatuta, qui de adulterio vxoris ſuæ quid ceperit. Item in eũ qui in adulterio deprehenſam retinuit*, l.2.§.lenocinij, D.eod.tit.

Mariti Lenocinium Lex coërcuit, *qui deprehenſam vxorem in adulterio retinuit, adulterúmque dimiſit*, l.29.D.ad L.Iul.de adulter. *Qui adulterij damnatam ſciens duxerit vxorem, vel reduxerit, L. Iulia ex cauſa* Lenocinij *punietur*, l.9.C.eod.tit.

Lenocinij maritum accuſare, l.26.D.ad L.Iul.de adulter. *Lenocinij vir poſtulari*, l.26.D.eod tit.

Cùm mulier viri Lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur, l.47.D.ſoluto matrim.

Lenocinij pœna, l.4.§.ait prætor, D.de his qui not.inf. Infamia eſt, ex Prætoris Edicto deſcendens.

Leo *Feris* adnumeratur, l.29.§.hac actione, D.ad L.Aquil. *Leones Beſtiarum, non Pecudum, numero ſunt*, l.2.§.vlt.D.eodem tit.

Leo manſuetus, l.1.§.beſtias, D. de poſtulan. Cuiuſmodi fuit ille Androdi Leo, quem loro tenui reuinctum, vrbe tota circum tabernas iiſſe, floribúſq; ſparſum, Agellius lib. 5. cap. 14. refert. Vſque adeò autem manſuefactos Leones Romæ, vt & contrectari ſe, iubámque inaurari paterentur, teſtis eſt Seneca, Epiſt.41. *Aliter*, inquiens, *Leo aurata iuba nitet, dum contrectatur, & ad patientiam recipiendi ornamenta, cogitur fatigatus.*

Leonis *Papæ* fit mentio, Nouella Theodoſij & Valentin. de Manichæis. vbi *Beatiſſimus* appellatur. Iidem Impp. Nouella de Epiſcop.ordinat. *Sicut venerabilis Viri Leonis Papæ fideli relatione comperimus.*

Leonina *Lex*, l.38.D.de Epiſc.& Cler.id eſt, imperatoris Leonis, vt l.10.C.de pact.cõu.

Leonina ſocietas, ex qua alter lucrum tantùm, alter damnum ſentiat, l.29.§.vlt. D. pro ſocio.

Leporina *Lana*, l.70.§.ſi cui lana, D.de legat.3.

Malo Leto *periturus*, l.9.D.de extaord.criminib.

Levamentarivs, l.1.de nauicular.in C.Theod.

Levamentvm *Edicti*, l.3.in fi.D.ſi famil.furt.fecer.

Levari & *Grauari*, opponuntur, l.vlt.C.quemad.ciuil.mun.lib.10. *Leuari, vel Onerari culpa*, pugnant, l.14.D.de offic.præſid.

Manus aduerſus quem leuatæ, l.15.§.1.D.de iniuriis.

Leuandæ nauis gratia iactus fit, l.1.l.4.& l.8.D.de lege Rod. *Nauis* Leuata *iactu mercium*, l.4.§.1. D.de lege Rod.

Levir, mariti frater appellatur, l.4.§.adfines, D.de gradib.& adfin. Feſtus lib.10. quaſi *Leuis vir*, vt ſcribit Non.Marcel.cap.vlt.de proprietat.ſermon. Vet. Gloſſar. *Leuir* ἀνδράδελφος.

Levem eſſe, inter Animi vitia ponit Vlpian.l.1.§.apud Viuianium, D.de ædilic.edic. *Leuis, Conſtanti* aduerſatur, l.18. D.eod.tit. *Si pater ſit vitæ probatæ : Filia, Leuis mulier*, l.22.§.nec non illud, D.ſoluto matr. *Si Leuis perſona cuſtodiæ fuit*, l.vlt. D.de cuſtod.& exhibit. id eſt vilis, ſeu humilis. *Leues hominum animi*, l.30.D.de pœnis.

Leues anuli, qui rem non excedunt aureorum quinque, l.6.D.de bon.damn. Leues Lances, l.102.§.1. D.de legat.3.

Leuis Caſtigatio magiſtris cõceſſa, l.13.§.item Iulianus, D.locati. *Leuis dumtaxat Caſtigatio conceſſa eſt docenti*, l.5.§.vlt. D.ad L. Aquil.id eſt, *modica*, vt l.23.§.quoniam, D.de vſufruct.l.12.D.de iuriſdiction. Leuis *Coërcitio in Libertam etiam nuptam cur Patrono denegetur?* l.11.§.quamquam, D. de iniuriis. *Leuem coërcitionem vtique Patrono aduerſus Libertũ dabimus*, l.7.§.præterea, D.eod.tit.

Leuis febricula, l.1.§.proinde, D.de ædil.edic. *Leuiſſima febris*, l.60.D.de re iudic.

Leuis Lippitudo, aut *Leuis, Dentis, Auriculæve, dolor*, l.4.§.vlt.D.de ædil.edic.

Leuis Culpa, l.47.§.culpa, D.de legat.1.l.20.C.de neg.geſt.l.7.C. arb. tut. Leuis *& rebus ſuis conſueta negligentia*, l.22.§.ſed & ſi, D.ad Sc.Trebell.

Leuiſſima Culpa, l.44.D.ad L.Aquil. *Leuiſſima Culpa* ad exactiſſimam Diligẽtiam dirigitur: Leuis, ad eam quam quis rebus ſuis adhibere ſolet, vt colligimus ex Gaio, in l.72. D. pro ſoc.

Leuem vtique *Culpam præſtare* eſt rebus ſuis conſuetam diligentiam adhibere: ſeu ad ſuum modum curam in re aliena, vel negotiis alienis, præſtare. *Leuiſſimam* verò *Culpam*, qui præſtare debet, is exactiſſimam rei cuſtodiendæ diligentiam exhibere tenetur.

Leuis *Iniuria & Atrox*, opponuntur, apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4.

Leuis *Notitia*, l. 223. §. vlt. D. de verbor. significatione, *Offensa*, l. 3. D. de adimend. legat. *Querela*, l. 3. §. qui seditionem, D. de re milit. *Territio*, l. 15. §. quæstionem, D. de iniuriis.

Leuior *causa delicti*, l. 32. D. ad L. Aquil. Leuis *causa*, & *Deterior*, opponuntur, l. 34. D. de fide instrum. Leuior *causa*, *Duriori & deteriori* opponitur, l. 6. §. illud, & l. 34. D. de fideiusſorib. *Leuiores causæ*, l. 11. D. de pœnis.

Leuioribus *condicionibus emere*, l. 5. §. vlt. D. de in diē addict. *Sub diuersis condicionibus disiunctim positis liber esse iussus, eam Condicionem eligere potest, quæ sibi* Leuior *esse videatur*, l. 51. D. de condic. & demonstr. Leuissima *condicio, id est, quæ commodior sit legatario*, l. 87. & l. 90. D. de condicionib. & demonstr. l. 64. §. 1. D. ad Sc. Trebell. Leuissima *condicio libertatis*, l. 45. D. de manumiss. testament.

Leuissima autem *libertatis cōdicio ea intelligenda est, quæ ad libertatem perducit, quamuis natura Grauior & Durior sit*, l. 35. D. de condicio. & demonstr.

Leuissima scriptura in Libertatibus ea intelligitur quæ manumisso facilior est, l. 5. D. de manum. test.

Leuiores *Mores*, qui & *Minores*, inter Virum & vxorem, censebantur reliqui omnes, præter adulterium, Vlpian. Tit. 7. Regular. His aduersantur *Grauiores*, ibidem.

Leuior *Pœna*, & *Grauior*, opponuntur l. 14. D. de pœnis. Item, *Leuior* & *Grauior Sententia*, l. 13. D. de pœnis.

Leuior fit seruitus, si altius tollatur stillicidium, l. 20. §. stillicidium, D. de seruit. vrb. præd.

Si Leuior sit suspicio, l. 3. §. 1. D de minorib.

Leues *Vsuræ*, l. 3. D. de eo quod met. cau. *Leuiore Vsura cōstituta*, Plin. Epist. 62. Leuiores *Vsuræ*, l. 89. §. 1. D. de solutionib. l. 5. D. de operib. publ. l. 110. §. 1. D. de legat. 1. quibus *Grauiores* opponuntur. Sueton. in Octauio, cap. 39. *Notauitque aliquos, quòd pecunias Leuioribus vsuris mutuati, Grauiore fœnore collocassent.*

Leuius *Crimen*, l. 5. D. de decurionib. *Leuius delictum*, l. 4. §. edicta, D. de re milit. *Leuia Crimina*, l. 6. D. de accusationib.

Leuiora Vincula, & *Grauiora*, opponuntur, l. 8. §. inter eos, D. de pœnis.

Leuissimum genus admonitionis, Sueton. in Octau. cap. 39. *Num vtique quod libet quàm leuissimum efficere*, & c. l. 1. §. sed sciendum, D. de ædilic. edic.

LEVITAS *iuuenilis*, l. 24. §. Scæuola, D. de minorib.

LEVITER *maledictum*, l. 15. §. quæstionum, D. de iniuriis. *Si quid ex his quæ Leuiter obseruanda Prætor edixit, non sit factum*, l. 1. §. quod autem, D. de inspic. vent. *Si quis seruum ægrotum Leuiter percusserit*, l. 7. §. sed si quis seruum, D. ad L. Aquil. *Leuius Castigatur*, l. 9. D. de incend. ruin. naufr. Leuius *Puniri*, l. 28. §. incendiarij, D. de pœnis, l. 1. D. de effractorib. Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 27.

Leuius *puniri*, & *Grauius*, opponuntur, l. vlt. D. de ritu nuptiar.

LEX, populariter loquendo, ait Cic. lib. 1. de Legib. est, *quæ scripto sancit, quod vult, aut iubendo, aut vetando: à delectu.* Generaliter, etiam, vt Papinian. definit, *Lex, est commune præceptum: virorū prudentium consultum: delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, coërcitio: cōmunis Reipubl. sponsio*, l. 1. D. de legib. Quibus verbis Papinian. è Græco in Latinum conuertere studuit illam Νόμῳ definitionem, quæ ex Demosthenis Oratio. κατ' ἀειτογήτου à Marciano refertur in l. 2. D. de legib. quam & Aphton. ferè in extremo lib. προγυμνάσμα. sequitur. Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 12. *Legem dicimus iusti iniustiq; regulā esse.* Idem Epist. 94. Leges *quid aliud sunt quàm minis mixta præcepta.*

Specialiter verò *Lex est, quod populus Romanus Senatorio magistratu interrogante, veluti Consule constituebat*, Institut. de iure nat. *Lex est generale iussum populi.* Agell. lib. 10. cap. 20.

Propriè autem Consulares rogationes *Legis* sibi nomen vindicabant. Ac proinde *Leges* à Plebescitis, Senatusconsultisq; separātur, l. 7. D. de iustit. & iur. l. 7. §. ait prętor, D. de pac. l. 1. in fin. D. ex quib. caus. maior. l. 2. §. deinde cū esset, D. de orig. iur. l. 1. D. ne quid in loc. publ. Verumtamen etiam Tribuniciæ rogationes, Leges, licet minus propriè, appellātur: Et ita *Tribuniciam Legem.* dixit. Pompon. l. 2. §. exactis, D. de orig. iur. & Lucanus, lib. 4. Similique modo, *Aquiliam & Falcidiam, Leges* appellamus, quæ Plebiscita sunt, cū ea Aquilius & Falcidius tribuni plebis à plebe rogauerint, l. 1. D. ad leg. Aquil. l. 1. D. ad leg. Falcid. Sed & in l. 1. D. de offic. eius cui mand. l. 6. D. de pactis, l. 7. D. de cap. minut. l. 1. D. de condict. ex leg. l. 1. D. vt ex legib. §. nouissimè, Instit. de bonor. possess.

Legis nomen latius accipi nihil vetat. Quinetiam Cicero 3. in Verr. Prætoris edictum, *legem annuam appellat.*

Lege

Leges autem vt pluriuum ab altero Consule, cuius tum cum eæ rogabantur, Fasces erant, aut qui Consul primus renuntiatus erat, nomen sortiebātur. Interdum & ab ambobus Consulibus. quo posteriore exemplo, legem Papiam & Popæam, legem Liciniam & Muciam, legem Liciniam & Iuniam, legem Iuliam & Titiam, legem Cæciliam & Didiam, legimus.

Sed & pręter gentilitium Legislatoris nomen plerumque Legibus cognomina à re subiecta imponebantur. Et ita, *Agrarias, Annarias, Iudiciarias, Nummarias, Sumptuarias, Tabellarias, Testamentarias*, legimus.

Interdum verò ea quæ legibus coërcebātur crimina summatim legi adscribebantur: verbi gratia, in hunc modum, *De Sicariis, & Veneficiis, de Parricidiis, de Adulteriis, de Vi, de Plagiariis, de Residuis.*

Aliàs verò crimina quæ legibus vindicabātur, hoc loquendi genere exprimebantur, *Ambitus, Peculatus, Repetundarum.*

Verùm legum omniū quæ de Iure ciuili latæ sunt, quarū in libris nostris habetur mentio, catalogum non erit alienum subiicere: quas solo nomine edere contentus ero: subiectam cuique materiam, in qua versaretur, in proprios locos reiiciens.

Lex Ælia Sentia.
Aquilia.
Atilia.
Attinia.
Cincia de donis & muneribus, seu muneraria.
Claudia.
Cornelia de Captiuis.
Cornelia de Iniuriis.
Cornelia de Sicariis, & Veneficiis.
Cornelia de Falsis, quæ & Testamentaria.
Fabia de Plagiariis.
Falcidia.
Furia.
Fusia Caninia.
Glitia
Hortensia.
Hostilia.
Iulia Agraria.
Iulia Ambitus.
Iulia Maiestatis.
Iulia iudiciorum publicorum, seu Iudiciaria.
Iulia de adulteriis coërcendis.
Iulia de Annona.
Iulia de bonorum Cessione.
Iulia de Fundo dotali.
Iulia de Maritandis ordinibus.
Iulia Peculatus, & de Sacrilegis, & de Residuis.
Iulia Repetundarū, seu, de repetūdis pecuniis.
Iulia de Vi publica.
Iulia de Vi priuata.
Iulia & Titia.
Iunia Norbana.
Iunia Petronia.
Iunia Velleia.
Lætoria.
Licinia Cassia.
Licinia & Cassia.
Mensia.
Papia Popæa.
Pompeia de Parricidiis.
Regia.
Remmia.
Scribonia.
Voconia.

Legis appellatione in l. 3. D. de vsurpatio. & vsucapio. l. 7. §. si paciscar. D. de pactis, l. vlt. D. de colleg. l. 18. D. qui testament. l. 1. D. de cur. fur. l. 5. D. de adq. vel omitt. hæred. l. 13. §. vlt. D. de seruit. rust. l. 4. §. si quis condemnatus, l. 6. §. 1. l. 7. D. de re iudic. & Instit. de legit. patr. tut. & apud Cicer. Topic. Lex 12. Tabularum intelligitur. Eandémq; Legem accipe, cùm *Antiquam Legem* audis, l. 2. §. 1. D. de noxal. action.

Legis verò 12. Tabularum nominatim fit mentio, l. 1. D. de tigno iunct. l. 1. D. arbor. furt. cæsar. l. 5. D. si famil. furt. fec. dicat. l. 3. D. ad leg. Iul. maiest. l. 1. D. si tabulæ testament. l. 29. §. vlt. D. de statuliber. l. 5. D. ne quid in loco pub. l. 1. D. de hered. petit. l. 23. §. tignum, D. de rei vindicat. l. 7. D. de cap. minu. l. 1. §. vlt. D. vt ex legib. l. 5. D. ne quid in loc. publ. l. 1. & l. 4. D. ad L. Aquil. l. 14. §. vlt. D. de præscript. verb. l. 28. §. colonus, D. de iureiur. l. 21. §. culpa, D. locati, l. 1. & l. 20. D. de test. tut. l. 13. D. de legit. tutorib. l. 1. l. 2. & l. 25. §. idē iuris, D. famil. ercis. l. 130. D. de verbor. signif. l. 54. §. furem, D. de furtis. l. 1. §. 1. D. de suspect. tut. l. 3. §. vtique, & l. 6. D. de suis & legit. l. 4. C. de legitim. hered. l. 98. §. vlt. D. de solutionib. & apud Vlpian. Tit. 3. 11. 12. 13. 20. 27. 28. & 29. Regular. Institut. de Senatusc. Tertyl. in princip. §. emancipati, & §. de bonor. possess. Institut. de legit. agnat. succession. in princ. & §. & hæc quidem. Item §. & quemadmodum, Instit. de hereditatib. quę ab intest. Instit. de succession. cognat. Instit. de legit. patronor. tut. & Institut. de legit. agnat. tut. & in Lege Dei, Tit. 16.

Leges 12. Tabularum putauerunt, l. 25. D. de statuliber.

Legis nomine in l.17.§.vlt.l.vlt.in princ.D.qui & à quib.l.4.D.de teſt.milit. l.4. D.de ſeru export.Lex Ælia Sentia exaudienda eſt.

Lex,pro lege Iulia,Papia Popęa,in l.2.&l.16.D.de iure patr.l.6.D.eo.tit.l.37.§.nihil,D.de oper.libert.l.2.D.de minorib.l.64.§.dabit,cum ſequentib.D.ſolut.matrim. l.45.§.deinde, & l.48.D.de ritu nuptiar.l.38.§.1.D.ex quib.cauſ.maior.l.62.§.vlt.& l. 64. D. de condicionib.& demonſtr.Ad eam quoque Legem pertinent,hęc Ouidij lib.1.de Arte Aman.verba, *Qui Legis iuſſu lectum veniſtis in vnum.* Item hæc Martialis.*Quæ Legis cauſa nupſit tibi.*

Lex,in l.12.& l.14.§.vlt.D.qui & à quib.Iulia de adulteriis accipienda eſt.

Lege Cautum eſt,l.6.D.de feriis,id eſt,vt opinor,Lege Iulia iudiciorum.

Lege Publicorum cauetur,id eſt,Lege Iulia Publicorum Iudiciorum,l.2.D. de cuſtod.& exhibit.At in l.32.D.de pœnis.*Lex Iulia Publicorum*,eſt Iulia de vi publica.

Lex,pro Sc.Macedoniano,l.9.§.non ſolùm, D. de Sc. Maced. Sed & in l.7. D. de capite minut.verba hæc,*ex nouis Legibus*,Senatuſconſulta comprehendunt.

Ex Lege fit abolitio,l.10.D. ad Sc. Turpil. id eſt,*ex Sconſulto*, vt l. 2. D. de cuſtod. & exhib. reor.

Lex in l.49.D.de minorib.pro Oratione Seueri,vt patet ex l.1.D.de reb.eor.

Lex,etiam in l.22.C.de adminiſtr.tut.Sc.vel conſtitutionem ſignificat.

Legis Beneficio,l.12.D.de legat.præſtand.id eſt,Conſtitutionis,ſeu Reſcripti.Nam Edictum Prætoris Legata dumtaxat, & fideicommiſſa exceptis perſonis conſeruabat.Verùm Reſcriptum, ſeu Conſtitutio Diui Pij, etiam portionem hæreditatis:vt apparet ex l. 5. §. ſed & ſi portio,& l.7.D.eod.tit.

Ex Lege Quiritium,l.1.D.de rei vindicat.

Lex Naturæ hæc eſt,vt qui naſcitur ſine legitimo matrimonio,matrem ſequatur,l.24.D.de ſtat.hom. Seneca Epiſt.4.*Lex illa Naturæ, ſcire quos nobis terminos ſtatuit, non eſurire, non ſitire,non algere.* Et ita, *Legem Naturæ*,accipe apud eumdem Senecam,Epiſt.25.

Leges nulla alia ex cauſa nos tenent,quàm quod iudicio Populi receptæ ſunt,l.32.D.de legib.

Leges ſanctæ ſunt: Sanctione enim quadam ſubnixæ,l.9.§.propriè,D.de diuiſ.rer.

Leges omnibus hominibus æqualiter ſeueritatem tribuunt,l.28.§.ad ſtatuas,D.de pœnis.

Legis virtus hæc eſt: imperare,vitare, peruenire, punire, l.7. D.de legib.

Lege obligamur,cùm obtemperantes Legibus,aliquid ſecundum præceptum Legis,aut cõtrà facimus,l.52. §.lege, D.de obligationib.& actionib.

Ex Lege nubere,l.vlt.D.de ſtatuliber.

Lege poſſidere hereditatẽ,l.11.D.ſi quis omiſſ.*Lege obuenire* proprè dicitur hereditas,quę ab inteſtato Lege 12.Tab.defertur.Cicer.lib.3.in Verr. *Lege hereditas ad gentem Minutiam veniebat.* Terent.Andr.Act.5.Sc.6.*Eius morte ad me redierunt bona*, vbi Donatus,*Hic ius tractauit,dicẽdo, Redierunt: quia in familiam redeunt, ſi non eſt heres de proximo,aut ex teſtamento.* Idẽ Terent.Hecyr. Act.2.Sc.1.*Ea ad nos redibat Lege hereditas*,quo loco Donatus.*Verbo*,ait,*iuris vſus eſt.Ea enim Legitima eſt hereditas,quæ familiæ debebatur.* Sed tamen & eam Hereditatem quæ ex teſtamento defertur, non impropriè quis *Lege obuenire* dixerit, ait Vlp. in l.130.D.de verbor.ſignific. quia *Lege 12.Tab.teſtamentariæ hereditates confirmantur.*

Legibus prohibetur capere,l.18.§.1.D.de his quæ vt indign.

Legum tuendarum cauſa,l.6.§.legum,D de bonor.poſſeſſ.

Solutus Legibus,l.31.D.de legib.bonor.poſſeſſ.

Quaſi Lex quædam tacita,l.vlt.D.de bon.damnat.

Lex ſpecialis, l.24.D.de ſtat.homin.*Antiquiores Leges*,l.27.D.de legib.

Antiquiores, poſteriores, priores Leges, l.26.& l.27.D.de legib.

Lege Agere, Qui apud Prætorem egerunt,vel Lege, vel quo alio iure,l.3.D.de offic.Prætorum.Vlp Tit.12.Regular.*Si Lege, aut legitimo iudicio agãt.* Cic.lib.1.de Orat.*Agerent tecum Lege primùm Pythagorei omnes.* Et aliâs eod.lib. *Alter plus, Lege agendo, petebat.* Idem lib.2.in Verrem. *Quis vmquam iſto Prætore, Chelidone inuita, Lege agere potuit?* Valer.Maxim.lib.7.cap.7.*Bonorum adoleſcentis poſſeſſionem ei dedit, heredéſque Lege agere paſſus non eſt.*

Lege agere in hereditatem,id eſt,hereditatem, ab eo qui poſſidet, petere. Cicero lib.1.in Verrem.*Si quis teſtamento ſe heredem arbitraretur,quod tum non extaret,Lege ageret in hereditatem.* Idem lib.1.de Orato.*Cùm miles domum reueniſſet,egiſsétque Lege in hereditatem paternam.* Apud Terentiũ Phormione Act.5.Sc.8.Phormioni iniuriam ſibi fieri querenti expoſtulantíque,Demipho quaſi per ludibrium reſpondet,*Lege agito ergo*,id eſt,litem eo nomine intende,vel iudicio experire

perire, si tibi videatur: ad quem locum Donatus, *Lege agito*, ait, *dicebatur ei, cuius intētio contemptilis aduersario videbatur. Plautus in Aululatia.* Lege agito, ei cœnam coque.

Ex his apparet, *Lege Agere*, esse legitima aliqua actione experiri. Eóque sensu, *Lege Agi*, dixit Cicero non semel: veluti, pro Murena, *posset Agi Lege necne pauci quondá sciebant, Fastos enim vulgò non habebant.* Idem in Diuinatione. *Quis neget oportere eorum arbitratu Lege Agi, quorum causa Lex sit constituta.*

Inde, *Leges Actiones*, Pomponius interpretatur, *Legitimas actiones*, l. 2. §. deinde ex his, D. de orig. iur. Vbi ex Legibus compositas fuisse Actiones tradit, quibus inter se homines disceptarent: quæ pars Iuris, *Legis Actionum* nomen obtinuit. Eodémque capite, §. ita in ciuitate, idem Pompon. partes quibus ius constat colligens, in his numerat *Legis Actiones, quæ formam agendi continent.*

Quamquam non ad legitimas modò actiones, sed ad alios quoque legitimos actus legis actio porrigitur. Apud eos enim Magistratus Legis *Actio esse*, vel *Legis Actio* Magistratibus *data* esse dicitur, apud quos adoptiones manumissionésque explicari possunt. Vlpianus in l. 1. D. de offic. iurisdict. Adoptare quis apud Iuridicum potest, quia data est ei legis actio. Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 26. *Apud Magistratus Municipales, si habeant Legis actionem, Emancipari & Manumitti potest.* Modestin. in l. 4. D. de adoptionib. *Magistratum apud quem Legis actio est, & Emancipare filios suos, & in Adoptionem dare apud se posse.*

Contrà Vlpian. de legato Proconsulis loquens in l. 3. D. de offic. procons. *nec Adoptare*, ait, *potest: omnino enim non est apud eum* Legis actio, id est, vt Marcianus in l. 2. eod. tit. ait, *quia non habet iurisdictionem talem.*

Etiam *Lege agere* Lictor iubebatur, vt docui lib. 5. Formular.

Verbum *ex Legibus*, sic accipiendum est, *tam ex legum sententia, quàm ex verbis*, l. 6. §. vlt. D. de verbor. signific.

Legis Verba, Mens, Sententia, Interpretatio. Legis scriptum apud Quintilian. Declamat.

Legibus Abrogari, Obrogari, Erogari, Derogari, Fraus fieri, Vide suis locis.

Porrò præter generales Leges, quibus omnes quæ sub imperio populi Ro. erant, ciuitates tenebantur: aliæ quoque speciales erant cuiusque ciuitatis, Municipij vel alterius loci leges

Lex cuiusque loci, l. 5. §. 1. D. de iure immunit. *Leges cuiusque Ciuitatis*, l. 1. D. de munerib. & honorib. Traianus Plin. Epist. 114. lib. 10. *id ergo quod semper tutissimum est, sequendam cuiusque Ciuitatis Legem puto.* Idem Plinius Epist. 110. *Quo iure vti debeant Bithyniæ, vel Ponticæ ciuitates, in iis pecuniis quæ ex quaque causa Reipub. debebũtur, ex* Lege *cuiusque animaduertendum est.*

Lex Municipij, l. vlt. D. de decret. ab ord. fac.

Lex Municipalis, l. §. 3. planè, D. quod vi aut clam. l. 1. C. de seruis reipub. & apud Apuleium, lib. vn. de Platon. dogmatib.

Si Lex *Municipalis permittat in Ciuitate sepeliri*, l. 3. §. Diuus, D. de sepul. viol. *Decuriones in Albo ita scriptos esse oportet, vt Lege Municipali præcipitur*, l. 1. D. de albo scrib. *Magistratibus Municipalibus plerumq; Lege Municipali datur, vt cùm vnũ Magistratũ administrẽt, etiam vnius hominis vicem sustineãt*, l. 25. D. ad municipal. *Et si Lege Municipali caueatur vt præferrentur in honoribus certæ condicionis homines*, l. 11. §. 1. D. de munerib. & honorib. *Lege Municipali cauetur, vt Ordo non aliter habeatur, quàm duabus partibus adhibitis*, l. 3. D. de decret. ab ord. Atq; huiusmodi Lex municipalis, *Legis*, nomine intelligẽda est, l. 11. D. de decurionib. in qua est, *qui secundũ Legem Decurio creatus non sit*, l. 11. D. de decurionib. Similiter in l. 12. D. de appellationib. *si constet nullo actu ex Lege habito duumuirum creatum*, in l. 3. D. quod cuiuscumque vniuers. *Nulli permittitur nomine ciuitatis, vel Curiæ experiri, nisi ei cui Lex permittit, aut Lege cessante, ordo dedit, cùm duæ partes adessent, aut amplius quàm duæ.* Eodémque modo accipe quod est apud Cicer. Epist. 18. lib. 6. Famil. *Quæsiui à Balbo per codicillos quid esset in Lege. Rescripsit eos qui facerẽt præconium vetari esse in decurionibus, qui fecissent non vetari* Atque Municipales Leges, patrio Municipij cuiusque sermone conscriptas fuisse, ex l. vlt. D. de decret. ab ord. fac. colligimus, in qua Municipij Legem Græcè scriptam Scæuola profert. Ex hoc genere erat Lex illa *Carseolana*, quæ captam vulpem viuere vetabat, quemadmodum Ouid. lib. 1. Fastor. scribit. Illic enim *Legem Carseolanam* accipio Legem Municipij Carseolani. *Carseolanos* autem populos Plinius in regione quarta Italiæ ponit lib. 3. cap. 12. Liuius quoque *Carseolum*, Æquicolarum coloniam appellat. Strabo etiam lib. 5. inter Valeriæ oppida Καρσεόλους recenset.

Sanè, sciẽdum est, etiam Prouincialibus interdũ Leges datas ab his qui imperiũ habebat, à populo Rom. auctoritatémque legum dandarum, à Senatu: cuiusmodi Leges in Municipalium numerum non omnino malè referri possunt. Exempla ex Cicero. & Plinio, subiecí.

Illius lib.2.in Verr.verba sunt hæc.*Halesini pro multis & magnis suis,maiorúmq; suorum,in Remp. nostram meritis,atque beneficiis,suo iure,nuper,L.Licinio,Qu.Mucio Coss. cùm haberent inter se controuersias de Senatu cooptando,*Leges *ab Senatu nostro petiuerũt.Decreuit Senatus,honorifico Sc.vt his C.Clodius,Appij filius,Pulcher,Prætor, de Senatu cooptando* Leges *conscriberet. C. Clodius, adhibitis omnibus Marcellis qui tum erant,de eorum sententia* Leges *Halesinis dedit: in quibus multa sanxit: de ætate hominum,ne quis minor triginta annis natu: de quæstu quem qui feciſſet,vt legeretur,de censu: de ceteris rebus.* Idem eodem lib.Siculorum iudiciariã *Legem Rupiliam* laudat,quàm Prætor Rupilius ex Sc. de decem legatorũ sentẽtia,ei Prouinciæ dederat,cuius capita duo adfert.*Siculi*,inquit ille, *hoc iure sunt, vt quod Ciuis cum Ciue agat, domi certet suis legibus:quod Siculus cum Siculo, non eiusdem ciuitatis,vt de eo Prætor iudices ex P.Rupilij decreto,quod is de decem legatorum sententia statuit (quàm legem Siculi Rupiliam vocant) sortiatur,*& c.Et alibi.*Tùm eum docet Heraclius non posse eo die sortiri, quòd* Lex *Rupilia vetaret diebus* 30.*dicam sortiri,quibus scripta esset.*Eodémq; ipso libro, *inter Aratores & Decumanos,Lege frumentaria,quam Hieronicam* appellabant,iudicia fieri solita docet.

Plin.Epist.83.lib.10.*Cautum est Pompeia Lege, quæ Bithynis data est, ne quis capiat Magistratum, néve sit in Senatu,minor annorum* 30. *Eadem Lege cõprehensum est,vt qui ceperint magistratum, sint in Senatu.*Idẽ Plinius Epist.113.* Lex *Pompeia qua Bithyni & Pontici vtuntur,eos qui in bulem à Censoribus leguntur,dare pecuniam non iubet.*Rursumq; Epist.115.lib.10. *Lege Pompeia permissum Bithynicis ciuitatibus adscribere sibi quos vellẽt ciues,dum ciuitatis nõ sint alienæ, sed suarum quisque ciuitatum quæ sunt in Bithynia:Eadem Lege sancitur, quibus de causis è Senatu à Censoribus eiiciantur.*

Legislator,l.23.§.1.& l.29.§.lex mensium,D.ad L.Iul.de adult. l.32. D.de legib. Quintilian.lib.11.*apud Græcos lator* Legum *ad iudicem vocabatur.*

Lex aliàs Pactumconuentum Venditioni, Locationi, Donationi, Dotis dationi, Traditionive, insertum : Conuentionem, Pactionem,Condicionem in negotio contrahendo adiectam, aut in rei traditione appositam,significat.

Lex Contractus, l.8.D.de præscript.verb.l.24.D.depositi.*Conductionis*,l.25.§.conductor,& l.55.§.vlt.D.locati,*Locationis*,l.1.D.de superficieb.l.1.D.de loco publ.l.3.§.planè, D.vti possid.l.29.D.locati,l.77.D.pro socio.

Lex Donationis,l.22.D.de statu hom.l.16.§.vlt.D.de manumiss.vind. l.8.D.qui sine manumissio.

Lex Obligationis,l.vlt.D.de solutionib.Sic& Leges *Syngraphæ* accipere debemus,apud Plautum.Asinar.Actus 4.Scen.1.

Hæc Lex traditionis,l.17.§.hæc lex,D.de seruit.vrb.præd.

Lex Venditionis,l.22.& l.60.D.de contrah.empt.l.vlt.D.de lege commiss.l.8.C.de distrac. pignor.Theophil. Institutio. de successionib.bonor.*Legem Venditionis bonorum,* ὅρον τῶν ἀφ-πιπρασκομένων vertit.Et ita,*Manilianas venalium vendundorum* Leges, dicit Cicero lib. 1. de Orato.

Legem *contractui dant Pacta,quæ in ingressu contractus facta sunt*,l.7.§.quinimmo,D.de pactis. *Contractus Legem ex conuentione accipiunt*,l.1.§.si conuenit,D.depositi. *Hoc seruabitur quod initio conuenit.Legem enim contractui dedit*,l.23.D.de diuers.regul. *Prætoriæ stipulationes Legem accipiunt de mente Prætoris,qui eas proposuit*, l.52.D.de verb.oblig.

Lex *Commissoria quæ in venditionib adiicitur*,l.3.D.de lege commissor. *Fundus* autem *Lege commissoria venire* dicitur,*qui ita venit,vt nisi intra certum diem pretium sit exsolutum,inemptus fieret*,l.4. & l.5.D.de lege commissor.vel,*cùm venditor in Lege ita cauet, si ad diem pecunia soluta non sit, vt fundus inemptus sit*,l.2.D.eod.tit.Eóque modo, *Legem non improbatam,contractui dici*, ait Papinian.in l.13.§.idem,D.de actionib.empt.Huius legis conuentionalis fit mentio in l.38.D.de minorib. Exempla verò pete ex nostro Formular.6.In pignoribus vtique eam reprobatam docet Rubr. de lege commiss.in pignor.reprob.Cod.

Lex *Censoria*,quæ publicanis,seu vectigalium redemptoribus, in publicorum locatione, à Censoribus dicebatur, l.203. D. de verbor.signif.& apud Ciceron.5.in Verrem, & Oratio. de Prouinc.consularib.& 3.de Nat.Deor.& Epist.1.ad Q.Fratrem,Varron. lib.2. de re rust. cap.1.& Festum Pomp.lib.17.Eiusmodi est *Lex vectigalis*,de pecore,in l.2.§.si publicanus,D. de vi bonor.rap.

Nec absimili figura,*Leges Colonicas*, dixit Varro lib.1.de re rustic.cap.2.

Hoc eodem sensu accipe,*Ædificiorum Leges*,apud eumdem Varr. lib.4. de lingua Lat.Paul. in l.33.D.de seruit.vrb.*Cùm in* Lege *Ædium ita scriptum esset,&c.* Plin.lib.36.cap.23.*Antiquarum ædium Legibus inuenitur.*Sic quoque *Legem Prædij* interpretor apud Cic. in Partitio. cùm ait,

Aut

Aut cùm ex Lege Prædij, quæritur, quæ sint Ruta & Cæsa, & Leges vrbanorũ prædiorum, apud Varro. lib. 4. de ling. Lat. *Legibus prædiorum vendundorum.* Pompon. in l. 5. D. de sepul. viol. Sic etiam exaudi *Legem Mancipij*, apud Cicer. lib. 1. de Orato. & lib. 3. Offic. & Varro. lib. 5. de ling. Lat. & *Legem saltui datam*, in l. 2. C. de noxal.

Leges etiam *Agris dicuntur de eorum conditionibus*, l. 1. §. vlt. D. de aqu. cottid. ab his scilicet qui eos agros constituerunt, finierúntque, vt Hygenus in lib. de limitibus agrorum significat.

Legem consignare, l. 13. §. idem Iulianus, D. de actionib. empt. *Legem conscribere venditor, & is qui locat*, l. 39. D. de pact. Vitruu. lib. 1. cap. 11. *Vt Legibus scribendis prudentia caueri possit, & locatori & conductori.*

Venditor fundi Geroniani fundo Botroiano quem retinebat, Legem dederat, ne, l. 13. D. commun. præd.

Legem dandam operis talem ne quid noceat vicinis, l. 15. §. si quid vitio, D. de damn. inf. Martial. Epigr. 36. lib. 1. *Lex hæc criminibus data est iocosis. Prior donatio propter Legem in exordio datam retinetur*, l. 42. D. de mort. cau. donat.

Legem suæ rei dicere, l. 20. §. 1. D. de pact. dotalib. *Legem quam rebus tuis, donando, dixisti*, l. 9. C. de donationib. *Si Titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo certam dixisti Legem*, l. 8. C. de cond. ob caus. *Legem traditioni dicere*, l. 6. D. comm. præd. l. 15. §. vlt. D. de statuliber. *Legem quam dixisti, cùm dotem pro alumna dares*, l. 10. C. de pactis, l. 1. C. de pact. conuent. Plautus Mercator. Act. 5. Sc. vlt. *Dicamus senibus Leges.* Quod genus loquendi etiam Iustinus lib. trigesimo octauo vsurpat.

Lex contractui dici, l. 13. §. ibidem, D. de action. empt. id est condicio & pactio, vt l. 2. §. vlt. D. de contr. empt. *Lex vectigali fundo dicta erat, vt*, l. 31. D. de pignorib. Horat. Epist. vlt. lib. 2. *Prudens emisti vitiorum: dicta tibi est Lex. Dictam Legem donationi*, l. 8. C. de condict. ob caus. *Lege fundo vendito dicta, vt*, l. 5. D. de leg commiss. *Lege dicta, domus facienda locata erat*, l. 60. §. lege, D. locati.

Ex Lege dicta libertatis in vendendo, l. vlt. D. de seru. export. *Venditor eam Legem inseruit, vt*, l. vlt. §. vlt. D. de rescind. vend. *Venditor, siue donator, non sibi vult Legem imponi, sed ei qui accepit*, l. 7. §. vxori, D. de donat. int. vir.

Cùm venditor fundi in Lege ita cauerit, l. 2. D. de leg. commiss. *Legibus prædiorum vendendorum cauetur*, l. 5. D. de sepulc. viol. *Contra quam Lege venditionis cautum est*, l. 6. §. vlt. D. de seru. export. *Comprehensum erat Lege venditionis*, l. 60. D. de contrah. empt. *Cùm Lege locationis comprehensum est*, l. 77. D. pro socio.

Si Lege operis locandi comprehensum esset, vt, l. 13. §. si lege, D. locati. *Cùm Lege locationis non esset comprehensum, vt*, l. 61. D. locati. *Qui fundum vendiderat in Lege ita dixerat*, l. 29. D. de seruit. præd. rustic. l. 40. D. de contrah. emp. *Qui ædem faciendam locauerat, in Lege dixerat*, l. 30. §. qui ædem, D. locati.

Si cùm fundum venderes, in Lege dixisses, l. 68. D. de cont. empt. *In Lege Emptionis dictum est*, l. 13. §. si Titius, D. de actionib. empt. *Fistulas emptori accessuras in Lege dictum erat*, l. 78. D. eod. tit.

Lege Locationis scriptum erat, l. 29. D. locati.

Cùm in Lege venditionis ita sit scriptum, l. 33. D. de contrah. empt. *In Lege fundi vendendi Lapidicinæ exceptæ erant*, l. 77. D. de contrah. empt. *Si habitatio Lege venditionis recepta est*, l. 53. §. si habitatoribus, D. eod. tit.

Hac *Lege*, seu, *ea Lege*, id est, *sub hoc pacto*, vt loquitur l. 56. D. de contrah. empt.

Si quis minori viginti annis hac Lege seruum dederit, l. 16. §. vlt. D. de manumiss. vind. *Ea Lege donatum sibi esse seruum*, l. 135. §. ea lege, D. de verb. oblig. *Si hac Lege emi vt manumittam*, l. 3. §. 1. D. de suis, & legit. *Qui hac Lege emerit vt manumittat*, l. 6. D. qui sine manumiss. ad liber. *Ei qui hac Lege emptus sit, vt*, l. 4. D. eod. tit. *Si fundum emisti ea Lege, vt*, l. 51. D. de action. empt. *Qui fundum ea Lege emerat, vt*, l. 78. §. qui fundum, D. de contrah. empt. *Fundi partem dimidiam ea Lege vendidisti vt*, l. 79. D. eod. tit.

Si quis hæc Lege venit, vt l. 3. D. de seruit. export. *Seruus ea Lege venit ne*, l. 7. D. de seru. export. Cato de re rustic. cap. 146. *Oleam pendentẽ hac Lege venire oportet*, & cap. 146. *Hac Lege Vinum pendens venire oportet*, & cap. 150. *Fructus ouium hac Lege venire oportet*, id est, *hoc modo*, vt ait, cap. 148. Idem cap. 149. *Qua Lege pabulum hybernum venire oporteat. Titius ea Lege seruum vendidit, vt*, l. 9. D. de seru. export.

Si hac Lege *emi, vt manumittam*, l.10. D. de in ius vocan. *Si hac* Lege *vendiderit vt manumittatur*, l.11. §.1. D. de minorib. & ibid. *Si is qui emit hac* Lege. *Si hac* Lege *accepit quasi in nauem impensurus*, l. 4. & l.1. §. vnde quærit, D. de exercitor. *Captiuos sub* Lege *venumdare*, Suet. in Augusto, cap. 21. *Colonus Villam hac* Lege *acceperat, vt*, l.30. §. vlt. D. locati. *Ea* Lege *fundum locaui, vt*, l.51. D. locati. Cato de re Rust. cap. 145. *Oleam faciendam hac* Lege *oportet locare*, id est, *hoc modo*, vt idem loquitur, cap. 144. *Lege venditionis illa facta*, l. 72. §. vlt. D. de contr. empt.

Certa Lege *traditis rebus*, l. 5. C. de rer. permut. *Si certa* Lege *voluit cum eo contrahi*, l. 11. §. conditio, D. de institoria. *Præpositio certam* Legem *dat contrahentibus*, l. 1. §. igitur. D. de exercitoria. Quin & testator *Legem dicere testamento dicitur*, l. 14. §. Diui, D. de legat. 1. *Qui incertus de statu suo est, certam* Legem *testamēto dicere non potest*, l. 14. D. qui test. fac. *Quia non sibi testator* Legem *dixisset, sed Legatario*, l. 40. §. vlt. D. de fideic. libert. *Nemo eam sibi potest* Legem *dicere, vt à priore ei recedere non liceat*, l. 22. D. de legat. 3.

Legitimvm, vt plurimum, est quod ex veteri & antiqua Lege, nimirùm 12. Tabular. descēdit: & tam, quod ex verbis, quàm quod ex mēte eius Legis introductum, receptúmque est, Legitimi nomen obtinet, verumtamen, & id quod nouis Legibus, atque adeò quod SConsultis & Constitutionibus principum introductum, institutum, confirmatum, comprobatúmque est, *Legitimi* appellationem sibi vindicat.

Legitimi autem Epitheton, tàm Personis, quàm Rebus, Actionibus, Temporibus, adplicatur. Imprimis enim *Legitimus Heres*, l. 6. D. de negot. gest. l. 17. D. de castren. pecul. & l. 30. D. de excep. rei iud. l. 1. D. quis ordo, & l. 2. D. de suis & legitimis. l. 1. C. de suis & legitimis, §. & primo, Institut. de bonor. poss. & apud Apul. Apolog. 2. *qui* Lege *heres est ab intestato*, vt loquitur Pompon. in l. 29. §. vlt. D. de statulib. seu, *qui ab intestato succedit*, vt l. 8. D. de iure codicill. Qui & *Iustus Heres* appellatur, vt docui lib. superiore. Itaque Bonorum possessio, ex capite *Vnde Legitimi, omnem vocat qui ab intestato potuit esse heres: siue Lex* 12. *Tabul. eum* Legitimum *heredem faciat, siue alia* Lex, *Senatusconsultum. Denique mater quæ ex SConsulto venit Tertylliano, item qui ex Orphitiano ad Legitimam hereditatem admittuntur, hanc Bonorum possessionem petere possunt*, l. 2. D. vnde Legitimi. Et generaliter, *quotiescumque vel Lex, vel Senatus, defert hereditatem, non etiam bonorum possessionem, ex hac parte eam petere potest*, l. 3. D. eod. tit. l. 1. §. filio, D. ad Sc. Tertyll. Et ita in l. 74. §. 1. D. ad Sc. Trebell. *mater intestata* decessisse proponitur, *vtrisque liberis* Legitimis *heredibus relictis*: quibus nimirùm ex Orphitiano Sc. hereditas defertur: ante quod Sc. dumtaxat *Vnde proximi Cognati*, non etiam *vnde Legitimi*, bonorum matris suæ possessionem petere liberi poterant, l. 1. §. ii qua prægnans, D. vnde cognati.

Iure Legitimi *heredis possessio defertur adgnatis*, l. 8. D. vnde cognati. *Legitimi heredis iure, bonorum possessio Legitimis capite deminutis non datur*, l. 5. D. eod. tit. *Legitimus heres & Scriptus*, opponuntur, l. 27. D. de condicionib. instit. l. 14. §. vlt. D. ad L. Falcid. l. 14. D. de transactionib. vt, *Legitimè heres & testamento heres scriptus*, opponuntur, apud Vlpian. Tit. 20. Regul. *Filius eius qui ab hostibus captus est, si decesserit, patre captiuo viuo: si quidem pater ibidem decesserit, quasi paterfamilias* Legitimum *habebit successorem*, l. 9. D. de castren. pecul.

Legitimi ciues, l. 32. D. de iure fisci.

Legitimus Curator, ad quem è Lege 12. Tab. Curatio furiosi aut prodigi pertinet, l. 1. D. de curatorib. fur. Legitimi *curatores sunt*, (ait Vlpianus Tit. 13. Regul.) *qui ex Lege* 12. *Tabular. dantur. quæ Lex furiosum, itémque prodigum, cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse adgnatorum.*

Legitimi defensores, l. 17. C. vbi petant. tutor.

Legitimi Liberi, *Naturalibus* oppositi, eos significant, qui ex Legitimis & iustis nuptiis quæsiti procreatique sunt, l. 45. D. de vulg. & pupill.

Legitimi Magistratus, l. 2. §. populo, D. de orig. iur.

Legitimi *Testes*, qui ex Legibus testamento adhibendi sunt, l. 16. §. 1. de vulg. & pup.

Legitimus Tutor, l. 19. D. ad Sc. Velleian. l. 1. §. ostendimus, D. de suspect. tut. l. 5. C. de dolo malo. *Legitimi*, ait Vlp. Tit. 12. Reg. *Tutores sunt, qui ex* Lege *aliqua descendunt. Per eminentiam autem Legitimi dicuntur, qui ex Lege* 12. *Tab. introducuntur: seu propalam, quales sunt Adgnati, seu per consequentiam, quales sunt Patroni.* Iustinian. Instit. de legit. adgnator. tut. *Quibus testamento tutor datus non sit, his ex Leg.* 12. *Tab. adgnati sunt tutores, qui vocantur* Legitimi. *Legitimos tutores nemo dat: sed Lex* 12. *Tabul. fecit tutores*, l. 5. D. de legitim. tutorib. *Legitimi tutores, & testamentarij, siue ex inquisitione dati*, opponuntur l. 14. §. sin autem, D. de solutionib.

Actus Legitimi, veluti *Mancipatio, Acceptilatio, Hereditatis aditio, Serui optio, Datio tutoris*, l. 77. D. de diuer. regul. *Intra dies* Legitimos *quibus appellari licet*, l. vlt. C. de iis qui per met. iud. non

appella-

appellauer.id eſt,*intra biduum*,vel *triduum*,ex die ſentẽtiæ latæ computandum, vt docet l.1.§. biduum,D.quando appell.ſit,ſeu altera die, vel tertia, vt d.l.1.§.quod in ſentẽtiis.Quod tẽpus Oratione D.Marci præſcriptum fuiſſe,non male colligitur ex d.l.1.§.dies autem.

Legitimus Modus, in l.3.§.1.D.de mort.inf. quo abeſſe ab ædificiis buſta monumentáque Lex 12.Tabul.conſtituit,teſte Cic.lib.3.de Legib.

Legitimus Modus in l.21.D.de donationib.qui donationib. Lege præſtitutus,olim erat,cuius meminere,l.24.D.eod.tit.l.36.D.mort.cau.donat.l.5.§.ſi donaui, & §.ſi eum qui, D. de doli except.l.1.D.quib.mod.pig.Quod & illa Pauli verba comprobant, quæ extant lib.5. Sent.Tit.11.*Ei qui aliquem à latrunculis,vel hoſtibus eripuit,in infinitum dare non prohibemur.* Legem autem quæ donationibus modũ ſtatuit,Cinciam fuiſſe indicat l.4.de donationib.in C.Th.

Legitimus Modus Honorarij,in ſingulis cauſis vſque ad centum aureos,l.1.§.honorariis,& §. licita,D.de ext.cognitio. l.3.C. de poſtuland. quem Senatuſconſulto conſtitutum, Tacit. lib.10.oſtendit.

Legitimo Modo alienare, l.7.§.1.D.de curat.fur.*Legitimo modo ſatisfacere Creditori*, l.8.C.de inoff.teſtam.

Legitimus Numerus decurionũ,l.2.D.de decret.ab ordin.fac.id eſt Lege *Municipali*,prefinitus, l.7.D.eod.tit. qua cautum fuiſſe,vt *Ordo non aliter haberetur, quàm duabus partibus adhibitis*, tradit Vlpia.l.3.D.eod.tit.Vnde in l.3.D.quod cuiuſc. vniuerſit.*aut Lege ceſſante, Ordo dedit,cùm duæ partes adeſſent,aut amplius quàm duæ.* Quæ quidem duæ partes Ordinis,totius Curiæ inſtar exhibent,l.45.C.de decurionib.lib.10.Similitérque,*Legitimus Numerus*,apud Plinium Epiſt. 113.lib.10. eſt Lege Pompeia qua Bithyni & Pontici vtebantur, aut certè Lege aliqua municipali,præſcriptus.

Legitimus Numerus,apud Paul.lib.4.Sentent.Tit.1.eſt Lege Fuſia Caninia definitus & præſtitutus.*Legitimus Senatus*,apud Spartian.in Hadriano,& Capitolin.in Pertinace.

Legitimus Equus,apud Ouid.lib.3.Faſtorum,id eſt,*Publicus*, vt loquitur Varro, lib.7. de lingua Lat.vt & Vlpian.l.2.D.de in ius voc.quo videlicet Equites merebant.

Legitima Ætas,25.annorum ætas appellatur,quòd Lege Lætoria in id vſque tempus adoleſcentes Curatorum auctoritate regerentur. Quam appellationem ipſe olim ſola coniectura ductus inde fluxiſſe docui.Verùm omnem dubitationem prolata poſtea Imp. Conſtantini Conſtitutio exemit,quæ eſt in l.2. de donationib.in Cod. Theodoſ. cuius verba ſunt hæc. *Donec annos Lætoriæ Legis egreſſus, Legitimam compleuerit ætatem.* Et ita, *Legitima Ætas*, accipitur in l.32.§.vlt.D.de teſt.tut.l.20.§.vlt.D.de liberat.leg.l.1.D.de fideiuſſorib.tutor. l.vlt. in fin.D.de appellatio.l.27.D.de neg.geſt.l.vlt.§.Diuus,D.de publican.l.41. D.de fideiuſſ. l.16.C.eod.l.12.C.de adminiſtr.tut.l.1.C.de tutorib.& cur.qui ſatis non ded.l.2.C.ſi mater indemnit.l.1.C.de cur.fur.l.1.C.ſi quis ignor.rem minor.l.1.C.ſi maior fact.l.2. C. de tẽp.in integr.reſt.l.4.& l.5.C.de tranſact.l.1. C.ſi tut.vel cur.l.1.C.ſi aduerſ.rem iud.l.2.C.in quib. cauſ.reſt.in integ.l.vltC.de his qui ven.ætat.l.2.C.qui ætat.vel profeſſ.lib.10.C. *Ad Legitimam ætatem peruenire*,l.10.C.de appellationib.*Legitimæ Ætatis eſſe*,l.1. C.ſi quis ignor.Sic & *Legitimum ſtatum Ætatis* interpretor, in l.77.§.curat.D.de leg.2.& l.penult.C. quando dies leg.

At apud Liuium,lib.26.*Legitima Ætas*,eſt Legibus Annalib.præſcripta:de quibus vide Cic. Philipp.5.Feſtus Põp.*Annaria Lex dicebatur ab antiquis,ea qua finiuntur anni Magiſtratus capiendi.* Vnde Ouid.lib.3.Faſtor.----*Finitáque certis,*

Legibus eſt Ætas,vnde petatur honos.

Legitima Accuſatio,quæ ex Leg.Iulia de adult.inſtituitur,l.11.§.quę propter,D.ad Leg.Iul. de adulter. *Legitimæ Actiones*,l.19.D.de oper.no.nũt. id eſt, *quæ Legibus proditæ ſunt*, vt loquitur Pompon.l.11.D.de præſcript.verb. *quæ ex Legitimis & Ciuilibus cauſis deſcendunt*, vt §. ſed iſtæ quidem,Inſtit.de actionib.ad differẽtiam earum quas Prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet, §.ſed iſtæ quidem, Inſtitut. de actionib. Et ita *Legitimæ Actiones*, *Honorariis* obiiciuntur,l.32.D.ad L.Falcid.Pauluslib.ſingul.&Tit.de iniuriis,vt eſt in Lege Dei,Tit.2. *Iniuriarum Actio,aut Legitima eſt,aut Honoraria,Legitima,ex Lege 12.Tabular.*

Legitima Actio,veluti de Paſtu Pecoris:de Pauperie : quæ ex Lege 12.Tab. proficiſcuntur: item,Damni iniuriæ,quæ ex Lege Aquilia,l.14.§.vlt. D. de præſcript. verb. Actio quoque Aquæ pluuiæ arcendæ *Legitima* appellatur,vt quæ ex Lege 12.Tab.deſcẽdat,l.22.§.vlt.D.de aqu.& aq.plu.vbi *Legitima Actio*, & *Vtilis* opponuntur. Ac planè, *Legitimas Actiones,ex Legibus 12.Tabul.compoſitas* fuiſſe,ait Pomp.in l.2.§.deinde ex his,D.de orig.iur. de quibus ſentit Papian.cùm ait,*Ceſſantibus iudiciis proditis & vulgaribus actionibus*,l.1.D. de præſcript. verb. & Celſus,cùm *vulgaria, atque vſitata actionum nomina* dicit,l.2.D.eod.tit.

Legitimam causam habet ea Actio, per quam quæritur an aliquis liber sit, §. præiudiciales, Institut. de actionib.

Legitimam Ceram, tabellam iudiciariam appellat Cicero in Diuinatio.

Legitima Cognatio, ait Gaius in Lege Dei, Tit. 16. *hæc est, quæ per virilis sexus personas coniungitur*, qua Legitima Cognatione iuncti, *Adgnati* appellantur.

Legitimæ cognationes, quæ Adgnatorum ius habent, quod ipsum ciuile, & L. 12. Tab. introductum est, l. 12. §. vlt. D. de ritu nupt. Etiam Modestinus *Legitimam Cognationem* (quæ & *Ciuilis* dicitur) *per se, sine iure Naturali*, vocat eam quæ per adoptionem contingit, l. 4. §. cognationis, D. de gradib. & adfinib.

Legitima Computatio, l. 6. C. ad L. Falcid. *Minus Legitima coniunctio*, l. 7. C. de nuptiis.

Legitima Constitutio, Cic. lib. 2. ad Herenn.

Legitima Conuentio, est quæ Lege aliqua confirmatur, l. 6. D. de pactis. Quales sunt, quæ de Furto & Iniuria fiunt, quas Lex 12. Tab. comprobat. *De Furto* enim *paciſci Lex permittit*, l. 7. §. si paciſcar, D. de pactis. vt & de Iniuria, hoc carmine, *Si membrum rupit, ni cum eo pacit*. Vnde & *Iniuriarum*, item, *Furti actiones, per pactum ipso iure tolli*, ait Paul. l. 17. §. 1. D. eod. tit.

Legitima Exactio, l. 23. C. de solutionib.

Legitima Hereditas, l. 1. D. de adsignand. libert. l. 7. D. si tab. testament. l. 2. & l. 4. D. vnde legit. l. 16. D. de his quæ vt indign. l. 27. D. de negot. gest. l. 6. & l. 13. §. 1. D. de bonor. possess. l. 11. D. de bonor. possess. contr. tab. l. 22. D. si quis omiss. id est, quæ *Iure Legitimo obuenit*, vt l. 3. § de illo, D. pro socio. vel *quæ Lege obuenit*, vt l. 130. D. de verb. signific. Sicuti quæ proximo adgnato defertur ex Lege 12. Tab. item quæ ex nouis Legibus, ex Sc. & Constitutionib. principum, l. 1. & l. 3. D. de hered. pet. l. 2. D. fam. ercis. l. 7. D. de cap. minut. *Legitimæ hereditates, quæ ex Lege 12. Tabul. veniunt, item quæ ex Legibus aut S. Consultis*, l. 11. D. de suis & legitimis, l. 1. §. capitis, D. ad Sc. Tertyl. *Ad legitimam matris hereditatẽ, filij ex Sc. Orphitiano admittutur*, dic. l. 1. D. ad Sc. Tertyllian. *Legitima hereditas, quæ Patrono defertur*, l. 3. §. 1. D. de suis & legit. l. 6. §. si patronus, D. si quis omissa caus.

Legitimarum hereditatium ius, l. 37. D. de vulg. & pup.

Legitima Latitudo viæ, l. 13. §. latitudo, D. de seruit. præd. rustic. id est, *Lege finita*, vt loquitur Celsus in l. 6. §. possunt, D. quemad. seruit. amitt. seu, *Lege 12. Tabular. comprehensa*, dic. l. 13. §. vlt. Hæc autem *Latitudo, ex Lege 12. Tabul. in Porrectum, octo pedes habet: in Anfractum, sedecim*, l. 8. D. de seruit. vrban. præd.

Legitima Nuptiæ, l. 11. §. mulier, D. ad L. Iul. de adulter. l. 11. D. de statu hom. l. 6. C. de suis & legit. l. 7. & l. 8. C. de patr. potest. quæ videlicet secundum iura ciuitatis Romanæ contractæ sunt, Instit. de nupt. in princ. Gaius lib. 1. Institut. Tit. 4. l. 19. D. de statu homin.

Legitima obseruatio, quæ diuortio faciendo Leg. 12. Tab. vel. L. Iulia de adulteriis, præfinita est. l. 35. D. de donat. inter vir. l. 43. D. ad Leg. Iul. de adulter. *Milites quomodocumque Testamentum fecerint, valet, etiam sine Legitima obseruatione*, Vlpian. Tit. 24. Regul. id est, etiam non obseruatis iuris ciuilis regulis.

Legitima Pars, l. 19. D. de bonis libert. l. 1. C. de bonor. poss. contr. tab. libert. l. 1. C. si in fraud. patron. id est, patrono debita ex Lege Papia, vt §. sed postea, Institut. de succeſſ. libert. Iustinian. Νόμιμον μέρος, vocat Nou. 89.

Legitima persona standi in iudicio, Rubr. qui legitimam perso. stan. Cod. *Legitimæ personæ*, l. vlt. C. de Carbon. edic.

Legitima pœna furti, l. 7. §. 1. D. de condict. furt. l. 9. C. de furt.

Legitima verò *pœna*, in l. 1. §. sed non vtique, D. ad Sc. Turpill. est, quæ Lege Remmia calumniatoribus irrogatur.

Legitima pœna nulla est Stellionatus, cùm nec Legitimum crimen sit, l. 3. §. 1. D. stellionatus. *Legitima pœna*, apud Sueton in Claudio, cap. 13. id est, Legibus imposita. *Legitimæ pœnæ*, l. 9. C. ad L. Iul. de adult. quæ Lege Iulia de adulteriis irrogantur.

Legitimis probationibus ostendi, l. 40. D. de testam. milit.

Legitima soboles, l. 5. C. de adoptionib.

Legitima Adgnatorum Successio, Instit. de legit. adgnat. succeſſ.

Legitima successio, l. vlt. C. de Carbon. edic. *Legitimæ Successiones*, l. 11. C. de inoff. testam.

Legitima portio, liberis debita, olim quarta pars fuit eius, quod ab intestato ad liberos peruenisset, siue Lege Glicia, siue qua alia, vel Constitutionibus principum, definita, §. sed hæc ita, Institutionib. de inoff. test. l. 9. C. de impub. & al. substit. l. 8. l. 31. & l. 34. C. de inoff. donat. iuncta l. 8. C. de inoff. test.

Legitima postu-

Legitima poſtulatio, apud Plin. Epiſt. 14. lib. 5. quæ Lege ſubnixa erat. *Legitima Quæſtio*, apud Cicer. pro Cluentio, nimirum Lege Cornelia de Veneficiis cõſtituta. *Legitima Quantitas*, in l. 25. C. de donat. int. vir. quæ legibus conſtitutionibúſque definita ac præſcripta eſt, l. 34. C. de donationib.

Legitimæ Tutelæ, l. 7. D. de capite minut. *Legitimæ Tutelæ, Lege 12. Tabular. Adgnatis delatæ ſunt, & Conſanguineis: item Patronis, id eſt, his qui ad Legitimam hereditatem admitti poſſunt*, l. 1. D. de legit. tutor. *Tutela Legitima quæ Patronis defertur è Lege 12. Tabular. non quidem ſpecialiter vel nominatim delata eſt: ſed per conſequentias hereditatium, quæ ex ipſa Lege patronis datæ ſunt*, l. 3. D. de legitimis tutorib. *Ex Lege 12. Tabularum, Libertorum & Libertarum tutela ad Patronos, liberóſque eorum pertinet, quæ & ipſa Legitima tutela vocatur: non quia nominatim in ea Lege de hac tutela caueatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, atque ſi verbis Legis introducta eſſet*, §. 1. Inſtit. de legit. patron. tut.

Patrono Legitimo Tutore mortuo, Liberi eius ſunt Legitimi Tutores, Inſtitut. de fiduciar. tutela. *Exemplo Patronorum, recepta eſt & alia Tutela, quæ & ipſa Legitima vocatur: Nam ſi quis Filium, aut Filiam, Nepotem, aut Neptem, ex Filio, & deinceps, impuberes emancipauerit, Legitimus eorum Tutor erit*, Inſtit. de legit. parentium tut. Præterea *ſi Parens Filium, vel Filiam, Nepotem, vel Neptem, vel deinceps, impuberes, manumiſerit, Legitimam nanciſcitur eorum Tutelam*, Inſtit. de fiduciar. tut. Sed & *Legitimam Tutelam*, appellant Impp. quam matres ex Legis permiſſu ſuſcipiunt, l. 6. C. ad Sc. Tertyl. Et ita in l. 6. C. in quib. cauſ. pign. *Si mater Legitima liberorum Tutela ſuſcepta.*

Legitimam Vſuram, Centeſimam accipiendam eſſe docui lib. 3. Selectar. Antiquitar. Eáque *Legitimarum Vſurarum* interpretatio facienda eſt in l. 7. §. pecuniæ, & ſi quis autem, D. de adminiſtr. & peric. l. 13. §. ibidē, D. de actionib. empti, l. 1. §. pacto, D. de pignorib. l. 14. l. 15. & l. 16. C. de vſuris, l. 1. C. de vſur. pup. Proinde *Legitimæ Vſuræ*, eædem *Grauiſſimæ*, & *Maximæ*, ſunt, vt apparet ex l. 7. §. pecuniæ, & §. ſolent, D. de adminiſtr. & peric. coniuncta l. 38. D. de neg. geſt. Eodémque modo, *Legitimum modum Vſurarum* accipio, in l. 2. §. vlt. D. de eo quod certo loco.

Legitimas vtique *Vſuras*, in l. 17. C. de locato, licitas & quæ ex more regionis frequẽtantur, intelligere debemus. Qua loquendi figura, Vlpia. in l. 10. §. ſi procurator, D. mandati. *in vſuras*, ait, *conuenietur, quæ Legitimo modo in regionibus frequentantur.* Et ita quoq; in l. 8. D. in quib. cauſ. pign. verba hæc, *poteſt creditor de fructibus rei ſibi pigneratæ ad modum Legitimum Vſuras retinere*: ad eas vſuras refero, quæ ſecundum morem regionis præſtantur, æquè atque in l. 26. D. de condict. indeb. verba hæc, *Si Vſuras ſupra Legitimum modum ſoluit.*

Legitima Vxor, l. 4. D. de ritu nupt. & apud Caſſiod. Epiſt. 40. lib. 7. variar. quæ & *Iuſta* ahàs appellatur, vt S. libro ſuperiori docuimus: nimirum quæ ſecundum leges ducta eſt, & *Ciuiliter nupta*, vt loquitur l. 28. §. ſi quis, D. de liber. & poſt. quod vocabulum in iocum non inſulsè trahens Martialis, eam quę vt Legi Iuliæ & Papiæ pareret, cœlibibúſq; irrogatas pœnas euitaret matrimonium contraxerat, iure ac meritò Legitimam Vxorem appellandam cenſet, Epigr. 76. lib. 5. his verſib.

Quæ Legis cauſa nupſit tibi, Lælia, Quincte:
Vxorem potes hanc dicere Legitimam,

Quinetiam Iuuenal. Sat. 6. *Legitimis pactam, iunctámque Tabellis*, ait eam quæ iuſta vxor futura ſit.

Legitimum auxilium, l. 8. §. vlt. D. de bonis libert.

Legitimum Ius, Cic. lib. 2. de Legibus. *Legitimum ius Quiritium*, apud eumdem Orat. pro domo ſua.

Legitimum Ius & Naturale ſeparantur, §. noſtra autem, Inſtit. de heredit. quæ ab inſtit. ſicut *Ciuile & Naturale*, in l. 4. §. cognationis, D. de gradibus. *Legitimum Ius adgnationis*, Vlp. Tit. 29. Regular.

Bonorum poſſeſſiones quædam ab inteſtato competunt habentibus ius Legitimum, vel non habentibus, propter capitis diminutionem, l. 6. §. 1. D. de bonor. poſſeſſionib.

Exemplo Iuris Legitimi, l. 11. §. vlt. D. de bonor. poſſ. contr. tab. id eſt, *Iuris Ciuilis*, vt l. 1. §. vocantur, D. eod. tit.

Quæ Iure Legitimo obuenit hereditas, l. 3. §. de illo, D. pro ſocio. *Pro hereditate quam tibi reliqui, quæ ad Fratrem meum Iure Legitimo rediret*, l. 69. D. de legat. 2.

Legitimo iure euincere hereditatem, Vlpian. Tit. 29. Regular. id eſt, *Ciuili*, vt ibidem. *Legitimo iure pertinere hereditas*, l. 22. D. de iure patronat. *Legitimo iure poſſidere hereditatem*, l. 1. §. non quærimus, D. ſi quis omiſſa. *Legitimo iure ſubnixus*, l. 4. C. de legitim. heredib.

Ad Adgnatos pupilli, iure Legitimo ſollicitudinem Tutelæ pertinere, l. 2. C. de legit. tut. *Siue ex Teſtamento, ſiue ex iure Legitimo, onus Tutelæ ad te perueniat*, l. vlt. C. de in litem dando tut. *Pro iure Legitimo haberi debet hominis ſani voluntas*, l. 88. §. vlt. D. de legat. 2. *Perinde atque ſi iure Legitimo ſtipulatio interpoſita fuiſſet*, l. 4. §. vlt. D. de fideiuſſorib. & nominat. tut. *Legitima collegia*, apud Suetonium in Auguſto, cap. 13. id eſt, Legibus regiis inſtituta, ſeu, *quorum corpus S. Conſultis, atque Conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt*, vt Gaius, in l. 1. D. quod cuiuſcumque vniuerſit. Nam niſi ex S. Cõſulti auctoritate, vel Cæſaris, coiërit Collegium illicitum eſt, vt docet l. 3. D. de collegiis. Eáque ſunt *Collegia antiquitus conſtituta*, apud Sueton. in Iulio, cap. 42.

Legitima Crimina, de quibus Lege aliqua quæſtio cõſtituta eſt, vel quæ Lege aliqua vindicantur, vt ſunt publica, l. 3. §. pœna, D. de crim. ſtellionat. coniuncta l. 3. §. ſtellionatus, D. de his qui not. infam.

Ex iuſto & Legitimo matrimonio editi, l. 6. C. de inceſt. nupt. *Qui naſcitur ſine Legitimo matrimonio*, l. 24. D. de ſtatu homin. *Quæ in matrimonium ſe dederint non Legitimum*, l. 37. §. vlt. D. ad municipalem.

Legitima Præmia militum, apud Sueton. in Veſpaſiano, cap. 8. an quæ parta victoria, an quæ impletis ſtipendiis, militibus debentur, quæ *Commoda emeritorum præmiorum*, idem Sueton. vocat in Octauio, cap. 23.

Legitimum ſpatium in l. 14. D. de ſeruit. vrb. præd. quo Lex 12. Tabular. ambitum ædificiorũ definit.

Legitimum Tempus, in l. 5. D. de vſufruct. l. 3. D. quemadm. ſeruit. amitt. l. 24. D. de donat. int. vir. l. 12. §. ſi quis ſeruum, D. de captiuis, Lege 12. Tabular. vſucapioni præfinitum tempus ſignificat, quod *Tempus Lege definitum* dicitur in l. 3. D. de vſurpationib. & *Statutum Tempus*, l. 1. D. eod. tit. quod aliàs, *Conſtitutum Tempus*, appellari ſ. lib. 3. docuimus. *Legitimum* autem hoc Vſucapionis *Tempus* in rebus mobilibus anni fuiſſe, in rebus verò ſoli, biennij, docẽt Cic. Topicis, & pro Cæcina, Vlp. Tit. 20. Regular. & Iuſtinian. Inſtit. de vſucapionib. *Legitimum Tempus quo ſeruitutes pereunt*, l. 13. D. quemadmod. ſeruit. amitt. & *Tempus quod ad amittendum ſeruitutem ſufficit*, l. 14. D. eod. tit. *Legitimum ſpatium*, l. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.

Si reum conueniat intra Legitimum Tempus, l. 72. D. de procuratorib.

Legitima Tempora, quibus lis perit, l. 19. §. ſi cuius, D. de dolo, l. 72. D. de procuratorib. l. 2. D. de diuerſ. tempor. l. 7. D. de munerib. & honor. l. 11. D. de iudiciis, l. vn. C. vt intra cert. temp.

Legitimum Tempus, in l. 32. D. de iudiciis, ad iudicandum lege, credo, Iulia iudiciaria præſtitutum.

Legitimum Tempus luctus, l. 8. l. 10. & l. 11. D. de his qui not. infam. l. 2. §. 1. C. de ſecund. nupt. idcirco opinor quod Lege Regia, decem Menſium ſpatium ad Lugendos viros mulieribus ſtatutum fuit, vt Ouid. lib. 3. Faſtor. docet, quod poſtea duobus menſibus auctum eſt. Seneca Epiſt. 73. *Annum feminis ad Lugendum conſtituere maiores: non vt tamdiu lugerent, ſed ne diutius: Viris nullum Legitimum Tempus eſt.* Apul. lib. 8. de Aſino aur. *Boni ergo, & optimi conſules, ſi luctu Legitimo miſerrimæ feminæ neceſſarium conceſſeris Tempus, quoad reſiduis menſibus ſpatium reliquum compleatur anni.*

At in l. 3. D. de vſur. & l. 4. §. ſi quis condemnatus, D. de re iudic. & l. 1. C. de vſur. rei iud. *Legitimum Tempus*, intelligitur, quod condemnatis ad ſoluendum Leg. 12. Tab. datur. Eadem Lege ſtatutum ad dotem reſtituendam Tempus, *Legitimum* appellatur in l. 24. §. ſine autem mariti, D. ſol. matr. l. 7. §. adeò, D. de pactis.

Legitimum Tempus, in l. 19. D. de minorib. Legibus ſtatutum Tempus ad petendam in integrum reſtitutionem, vt l. 1. C. ſi minor ſe maior.

Legitimum Tempus, in l. 8. C. de non num. pec. quinquennij eſt, intra quod ex principalibus Conſtitutionibus non numeratæ pecuniæ exceptio opponi debuit, l. 9. & l. 14. C. eod. tit. Inſtitut. de liter. oblig. l. 1. de cauta & non numer. pec. in Fragmentis Codicum. Theoph. in §. idem iuris, Inſtitut. de exceptio. Quomodo etiam *Statutum Tempus*, interpretari oportet in l. vlt. C. de condictio. ex leg. & l. 5. C. ſi cert. pet.

Legitimum Tempus honorum petendorum, apud Sueton. in Galba, cap. 6. id eſt, Lege Annali.

Legitimum Tempus, apud Cic. Epiſt. 8. lib. 7. ad Attic. quo per legem Iuliam Prouinciis decedere Proconſules iubebantur, eáſque retinere diutius vetabantur.

Legitimum Tempus, apud Ciceronem 2. in Verrem accuſatori ad dicendum Lege præſtitutum.

Legiti-

Legitimum Salarij tempus, apud Plin.Epiſt.12.lib.3.Poſt annum muneris confectum in Prouincia.

Legitima verba,apud Varron.lib.5.de ling.Lat.pro certis,& ſollemnibus:vt & apud Ouid. lib. 1. Faſtor.his verſibus, *Curio Legitimis tunc Fornicalia verbis.Maximus indicit.*

Legitima verba in l.vlt.C.de teſtam.tut.l.14. C.de teſta. manum. Latina intelligenda ſunt. Nam Græcè directò nihil olim relinqui teſtamento poterat,vt oſtendit Vlpian.Tit.25.Regular.

LEGITIMÈ, id eſt, ſecundum Leges,iure Legitimo,vel Legitimo modo.

Legitimè adoptare,l.132.D.verb.oblig.*Relicta filia quam Legitimè in adoptionem dederat*,l.2.§.ſed ſi quis,D.ad Sc.Tertyl.

In his qui non Legitimè concipiuntur, Vlpian.Tit.6.Regular.id eſt,non ex iuſtis nuptiis.

Legitimè confecta donatio,l.2.C.de dote cauta.

Legitimè defendi,l.4.C.qui pet.tutor.

Legitimè diſtracta Res,l.12.§.quæ bona,D.de adminiſtr.& peric.

Si minus aliquid Legitimè fecero,l.88.§.vlt.D.de legat.2.*Legitimè factum*,l.4.C.ad L.Iuliam de adult.

Legitimè in iure cedi, Vlpian.Tit.20.Regular.

Legitimè mercari, l.7.§.1.D.de curat. furioſo.

Si Libelli inſcriptionum Legitimè ordinati non fuerint, l.4.§.quod ſi,D.de accuſationib.id eſt,nõ ſecundum formam Leg.Iuliæ publicorum iudiciorum præſcriptam concepti, l.3.§.1.D.de accuſationib.

Legitimè perfecta nouatio,l.4.C. de fideiuſſorib.

Legitimè quæſitus,*Spurio* opponitur l.3.§.1.D.de decurionib.

LIBELLORVM variæ ſunt ſpecies.Quidam enim erant *Libelli Supplices*,vt loquitur Martialis Epigr.31.lib.8.qui & *Querulos* eos appellat.Epigr.vlt.eiuſdẽ lib.8.Cuiuſmodi erant qui Principibus dabantur,l.21.D.rat.rem.hab.Rubr.quãdo libell.princ.C. Hoc enim in more poſitum fuiſſe,vt Principes non viua voce,ſed per Libellum,adirentur,docuimus S.lib.1.& lib.3. Formular. ex quo teſtimonia de Libellis qui Principibus dabantur,pete.

Huius generis Libelli,nihil aliud erant quàm preces & deſideria,vt apparet ex l.15. D. de in ius vocan.Vnde,& Libellus huiuſmodi Ἀξίωσις vocatur in l.9.D.de lege Rod.

His autem Libellis ſubſcribebant Principes. *Libello cuiuſdam id querentis*, *Imper. Antoninus ſubſcripſit*, l.32.§.cùm quidam,D.de recept.qui arbitr.Lamprid.in Commodo. *Ipſe Commodus in ſubſcribendo tardus & negligens:ita vt Libellis, vna forma, multis ſubſcriberet.* Ad hoſce quoque *Libellos* Principes *Reſcribebant.Diui fratres ad Libellum Cornelij Rufi reſcripſerunt*, l.2. §. item Diui,D.de iure fiſc.*Diuorum fratrũ eſt Reſcriptum ad Libellum Procliani & Epityniſiani, deſiderantium*,&c. l. 41.§.hoc Sc.D.de legat.1.Et ipſimet Diui.Fratres in l.17. D.de iure patron. *cùm Reſcriberemus*,aiũt, *ad Libellum Cæſidiæ*.Sic & aliâs,*Idq; Impp.noſtri Seuer.& Antonin.ad Libellum Hermiæ reſcripſerunt*,l.vlt.D.de offic.procur.Cæſ. *Imper. Antoninus cum diuo Seuero reſcripſit ad Libellum exceptoris*, l.19.§.cùm quidam,D.locati.*Imper.Antoninus ad Libellum reſcripſit*,l.23.D. de vſu & vſufruct.leg. *quoad princeps reſcripſerit ad Libellum rei*, l.6.§.quid tamen, D. de iniuſt. rup.Hinc illud,*qui dicit ſe Libellum Principi dediſſe,& ſacrum Reſcriptũ expectare*,l.4.D.de appellationib.recip.

Ceterùm qui ab Imperatoribus,in his, ſiue ſubſcriptionibus ſiue Reſcriptis in Conſilium adhibebantur,illíſque ea in re operam dabant,*Libellos agere*, dicebantur. Triphon. in l.12.D. de diſtractio.pignor.*Reſcriptum eſt ab Imperatore,Libellos agẽte Papiniano.* Quo munere in comitatu principis ſui functum Aurelium Arcadium Chariſium,ex eo colligimus.quòd *Magiſter Libellorum* appellatur in inſcriptione l.1.D.de offic.præfec.prætor.

Quæ in Libello contuliſti,aiũt Impp.l.1.C. de precib.l.1.C.vectig.noua,l.1.C.de fide inſtrum. & iur.haſt.lib.10.& l.2.C.de ſententiis.

Dabãtur & Præſidibus *Libelli*,l.15.D.de in ius vocan.*Si quis obrepſerit Præſidi Prouinciæ,tam per Acta,quàm per Libelli interpellationem*,l.29.D. de L.Corn.de falſ.*Libellis Præſidi datis,teſtatus ſe recuſaturum*,l.11.D.ad L.Iul.de adult.*Adire per Libellum Prouinciæ Rectorem*, l.2. C.quemadm. teſt.aper. *Per Procuratorem delato ad Prætorem,vel Præſidem Prouinciæ,Libello, minorum poſſeſſionis venditio fieri non poteſt*, l. 6.C.de præd.minor.

Vbi Decretum neceſſarium eſt,per Libellum id expedire Proconſul non poterit. Omnia enim quæcumque cauſæ cognitionem deſiderant,per Libellum non poſſunt expediri,l.9.§.1. D. de offic. Proconſul, l.71. D.de diuerſ.regul. *Excuſare ſe Tutor per Libellos non poterit*, l.25.D.de excuſationib.

Libellum

Libellum dare de negotiis suis, l.15.D.de legationib. Βιβλίδιον δοῦναι, Modestin. in l.13.§. penult.D. de excusationib. *Puer de quo Libellos dedisti*, l.4.C.de pœnis.

Si vsque ad denuntiationem, vel Libelli dationem, præcesserit, l.7.D.de inoff.test.

Libellum tradere, l.6.§.edi, D.de edendo. *In Libello complecti, & dare*, l.1.§.1.D.eod.tit.

Libello complexus, l.20.§.præter, D.de heredit.pet. Plin.Epist.57.lib.10. *Exegi vt quæ dicebant, quæque recitabant, Libello complecterentur, quem tibi, qualem acceperam, misi.* Cui respondens Traianus, *Libellus*, ait, *Apamæorum quem Epistolæ tuæ iunxeras, remisit mihi perpendendi necessitatem.*

Libello minatus falsum se obiecturum, l.5.D.ad Sc.Turpillian. *Professus se procuratorem fecisse*, l.21. D.rat.rem.hab.

Condemnationis mentio Libello inserta, l.2.C.de error.aduo.

In Libellis autem concipiendis iuris studiosorũ opera vtebantur hi quorum res agebatur. Vnde in l.9.§.1.D.de pœnis Vlpian.solere ita vel *Iuris studiosis*, *vel Aduocatis*, *vel Tabellionibus interdici, ne Libellos concipiant.* Hinc in Rubr. *De Errore Aduocatorum*, additur, *vel Libellos, seu preces concipientium.* Sed & subnotandis Libellis Iuris studiosi vacabant, vt indicat l.1. D. de offic. adsessor. Plinius Epist.10. lib.1. distringi se officio maximo & molestissimo narrans, *Sedeo*, ait, *pro Tribunali: Subnoto Libellos: conficio Tabulas.*

Libelli Accusatorij, quibus crimina deferuntur & denuntiantur, l.17.& l.29.§ hoc amplius, D.ad Leg.Iul.de adul.& apud Apul.Apolog.1. *Cùm nihil amplius quàm libellos accusationis obtulisti*, l.17.C.ad L.Iul.de adult. Tacit.lib.3. *Quod in tanto rerum motu Libellis accusatorum daret operam.*

Cùm nurum adulterij accusaturum se, Libellis præsidi datis testatus fuisset, l.11.§. socer. D.ad L. Iul. de adul. *Sempronia Libellos composuit, quasi datura Centurioni, vt ad officium transmitteretur*, l.72.D. de furtis. Quo genere loquendi Cicero, lib. 16. Epist. ad Attic. vtitur: *Commotus*, inquiens, *Atticus Libellum composuit, & mihi dedit vt darem Cæsari.* De huiusmodi Libellis accusatoriis accipienda sunt hæc Iuuenalis Satyr.6.verba.

----Si rea non est,
Componunt ipsæ: per se, formántque Libellos:

Hi etiam *Libelli inscriptionum* vocantur l.3.D.de accusat.l.2.§.vlt.D.ad L.Iul.de adult.

Libellus criminum, apud B.Augustin.Epist.48.

Sunt & *Libelli Appellatorij*, l.1.§.vlt.l.5.§.vlt.& l.7.D.de appellationib. l.12. & l.20. C. de appellationib.

Libelli dimissorij, qui Apostoli dicuntur, Rubr.de libellis dimissor. D.

Libellus conuentionis, §.tripli, Instit.de actionib.

Libellus Diuortij, l.7.D de diuort.& *Libellus Repudij*, d.l.6.C.de repud. βιβλίδιον vocat Iustin. Apolog.1.pro Christianis, eo loco qui ab Euseb.lib.4.Histor.Eccles.cap.17.refertur, ex quo mutilus hac in parte Iustini codex supplendus est. Qua etiam voce in eadem significatione vtitur & idem Iustin.Apologet.2.

Si quis Libello dato, vel principi, vel alicui famam alienam infectatus fuerit, l.15. §. si quis, D.de iniuriis.

Famosi Libelli, l.15.D. de pœnis, & Rubr.de famosis Libellis, Cod.de quibus vide quę s. lib. 6. diximus.

Libellum ad ipsas ædes proponere, l.4.§.totiens, D.de dam.infec.

Planè *Libellis* ad ædes fixis, suspensisquè, absentium quorum defensor non extabat, bona permissu Prætoris proscribi solita ex Ciceronis pro Quinctio Oratione elicitur. Illic enim Næuium, cùm à Pretore postulasset impetrasset que, vt sibi Quinctij quasi neque sui copiam faceret, neq; defenderetur, bona ex Edicto possidere liceret: iussisse Cicero narrat, ea Quinctij bona proscribi. Alphenum verò Quinctij Procuratorem sese defensioni offerentem, Libellos (proscribendæ videlicet venditionis causa propositos) deiecisse. Senec.lib.4. de Benefic.cap.12. *Spondeo pro iudicato, & suspensum amici bonis Libellum deiicio.*

Vt Libelli aut Tituli eorum nominibus, ædibus adfigantur alienis, l.1.C.de iis qui potentior. nom.

Si rerum Libellus marito datur, vt vulgò fieri videmus: nam mulier res quas solet in vsu habere in domo mariti, neque in dotem dat, in Libellum solet conferre, eúmque Libellum marito offerre, vt is subscribat, quasi res acceperit, l.9.§.vlt.D.de iure dot. *Solent plerique hoc facere, vt Libellum proponant continentem inuenisse, & redditurum ei qui desiderauerit*, l.43.§.qui alienum, D.de furtis.

Libello manu sua subscripto significare, l.4.§.1.D. de publicanis, vulgò certificatum appellamus.

Libellus familiæ, l.99.D.de legat.3. Sic & in l.8.de custod.reor.lib.9.Cod.Theodos.

LIBELLENSES, l.32.C.de appellat.l.14.C. de proxim. sacr. scrinior. lib. 12. qui & *Libellenses sacri scrinij*, l.vlt.C.vbi Senator.

LIBER *Homo*, l.13.& l.37.D.ad Leg.Aquil.l.19.D.de neg.gest. l.1.& l.4. D.de Lege Fab. Rubr.de lib.hom.exhib. Tertullian.lib.2.aduers.Marcion. *Liberum, & sui arbitrij, & suæ potestatis, inuenio hominem à Deo institutum.* *Liberi homines*, l.1.§.si pupillis, D.de tutel.& rat.

Liberi Seruis aduersantur, l.3.D.de statu hom. *Liberi, & his contrarij, Serui*, l.4.D.de iust.& iu. Quamquam & *Liber homo bona fide seruire* potest: cuius rei exempla s. lib. 2. lector inueniet. *Liberorum Hominum*, quidã *Ingenui* sunt: quidam, *Libertini*, l.5.D.de statu.hom. *Per Liberam personam quæri possessio*, l.14.§.si epistula, de furtis, l.1.C.de adquir.vel amitt. poss. non item *Obligatio*, l.11.§.vlt.D.de pigner.act. *Liberæ personæ*, l.3.D.si quadr.paup.l.38.D.de furtis.

Liberum caput, l.1.D.de tutel.Instit eod.tit.& apud Vlp.Tit.12.Regul.& Agell.lib.5.cap.9. *Liberum Corpus*, l.3.D.si quad.paup.&l.vlt.D.de his qui eff. *Liber Populus est is qui nullius alterius populi potestati subiectus est, siue is fœderatus est, &c.* l.7.D.de captiuis. *Liberi populi*, l.19.D.eod.tit. *Libera Ciuitas*, apud Hirtium lib.de bello Alexand.Plin.Epist.93.lib.10. *Amisenorum ciuitas & Libera & fœderata, beneficio indulgentiæ tuæ, legibus suis vtitur. Liber fundus*, & *Seruus*, aduersantur, l.20.§.1.D.de adqu.rer.dom. *Liber* ergo *fundus est*, qui nemini seruit, qui nullam seruitutem debet.l.69.§.si fundus, D.de leg.1.l.22.C.de euictionib. *Cùm iter excipere deberem, fundum Liberũ per errorẽ tradidi*, l.22.§.vlt.D.de cõdict.indeb.id est, nõ excepta itineris seruitute. *Liberæ Ædes*, & *Seruæ* inuicem pugnant, l.6.§.si in venditione, D.comm.præd. *Liberas esse Ædes*, hoc est nulli seruire, l.90.D.de verb.signif. *Liberas Ædes*, quas Legatis à Senatu decretas Liuius lib.30. 35. & 42.scribit, quidam vacuas interpretantur, quidam verò gratuitas & absque pensione.

Liberum prædium, & Seruiens, seu *Seruum*, opponuntur, l.8.D.de act. empt. Cicer. de Lege Agrar.contra Rull. *Libera prædia meliore condicione sunt, quàm Serua, Liberum cælum*, l.1.D.de seruit.præd.vrb. *Liberum* vtique *prædium* dicitur, non modò quod nulli seruit, sed & quod nulli obligatum est, l.52.§.1.D.de actio.empt. *Libera nexu pignoris pars*, l.33.D.famil.ercisc.

Senatores qui Liberum commeatum, id est, vbi velint morandi arbitrium, impetrauerunt, l.22.§. senatores qui, D.ad municipal. *Qui manumittuntur, Liberum vbi voluerint commorandi Arbitrium habent*, l.12.C.de oper.libertor. *Liber prospectus*, l.15.D.de seruit.præd.vrb.

Liberam bonorum Administrationem consequi, l.11.D.de liber.& post. *Si cui Libera negotiorum administratio, ab eo qui peregrè proficiscebatur permissa fuerit*, l.9.§.hæ quoque, D.de adquir. rer. do. *Si cui Libera vniuersorum negotiorum Administratio, à domino permissa fuerit*, §. nihil autem, Instit. de diuisio.rer. *Procurator cui generaliter Libera rerum administratio concessa est*, l.58.D.de procuratorib. *Libera peculij administratio*, l.3.D.de Sc.Maced.l.12.D.quæ in fraud.credit.l.7.D.de donationib.l.28.§.1.D.de pactis, l.41.§.1.D.de rei vindic.l.52.§.si seruus, D.de furtis.

Libera rerum suarum Alienatio, l.2.D.si à paren.quis. *Libera Custodia*, l.11.C.de exact. trib. lib. 10. de qua consule nostrũ Formul.quintũ. *Libera electio*, l.19.C.de fideiussorib. *Libera facultas abeundi, vel redeundi*, l.vlt.D.de liberis exhib. *Libera facultas eorum quæ prohibita non sunt*, l.7.C. de relig.& sumpt. *Liberam mortis facultatem cõcedere*, l.1.§.1.D.de pœnis, id est, *Liberum mortis arbitrium permittere*, vt loquitur Sueton.in Domitia.cap.8. Quod plerumque Imperatores, iis quos perire expetebant, summi beneficij loco concedebant.

Libera Legatio, soluta, nec adstricta, suæ spontis, suique non alieni arbitrij: quo nomine appellabatur ea Legatio, quam quis *rei suæ ergo*, seu, *rerum priuatarum causa, sine mandatis* obibat, quemadmodum Cicer. lib.3.de Legib. & in Rullum loquitur. Vnde merito Vlpianus eum qui *Libera Legatione abest, non videri Reipubl. causa abesse* pronuntiat: *Hic enim non publici commodi causa, sed sui, abest*, l.14.D.de legat. Huiusmodi Legationem decerni sibi satagebant Senatores, qui hereditatum aut Syngrapharum persequendarum gratia, in Prouincias excurrere necesse habebant, vt sub ea muneris publici (quod eis titulo tenus iniungebatur) specie negotia sua, salua dignitate, conficerent. Cicer.3.de Legib. *Omitto quemadmodum isti se gerãt atq; gesserint, qui legatione, hereditates, aut syngraphas suas persequuntur.* Cic.pro Flacc. *An Legationes sumere Liberas exigendi causa, sicut & tu nuper, & multi viri boni sæpe fecerũt, rectum est?* Ex eodem genere erat & illa Legatio, quæ voti soluendi causa suscipiebatur: quã Cic.lib.15. Epist. ad Attic. *Votiuam* nominat. Sed & qui sua sponte vrbe excedere, seq; oculis ciuium ad tẽpus subtrahere, in animum induxerant suum, hanc eandẽ Legationẽ, vt aliquis profectioni honestus color quæreretur, postulabant. Brutus Epist.1.lib.10.Famil. *Placitum est mihi, vt postularem Legationẽ liberam mihi reliquisq; nostris, vt aliqua causa proficiscẽdi, honesta quæreretur.* Suet. in Tiber.cap.30. *Negante eo, destinatos Magistratus abesse oportere, vt præsentes honori adquiescerent, Prætor designatus Liberam Legationem impetrauit.*

In ſumma ergo nudum erat hoc Legatorum nomen, ſine re, quo honorati viri, ne in tranſitu, aut in Prouinciis morantes vileſcerent, inhonoratique agerẽt, ornabantur. Eáſque Legationes, ne plus iuſto Senatores abeſſent, definitum habuiſſe tẽpus Lege Iulia, Cic. lib. 15. Epiſt. ad Attic. teſtatur.

Libera poſſeſſio, qua quis vtitur arbitrio ſuo, l. 11. D. de vi & vi arm. *Libera res, & ſoluta, & extra neceſſitatem iuriſdictionis poſita*, l. 3. D. de recept. qui arbitr.

Libera teſtamẽti factio, l. 41. D. de oper. libert. l. 3. 12. & l. 47. §. patroni, D. de bon. libert. l. 1. D. de teſta. milit. & apud Vlpian. Tit. 17. Regular.

Libera voluntate, & ex Neceſſitate ſeruili, opponuntur, l. 19. §. ſi libero, D. de negot. geſt.

Liberum arbitrium Commorandi, l. 12. C. de oper. libert. *Experiundi*, l. 6. C. arbitr. tutel. *Relinquendi*, l. 5. C. de teſtamen. milit. *Statuendi*, l. 1. §. 1. D. de effractorib. *Liberum arbitrium eſt ei, &c.* l. 28. D. de adoptionib. & l. 1. C. de comm. rer. alienat. *Liberum arbitrium datum*, l. 8. §. de tempore, D. de reb. auctor. iud. *Liberum arbitrium habere*, l. 5. D. ad Leg. Iul. de adul.

Libera eſſe matrimonia, debere, l. 2. C. de inutilib. ſtipulationib. id eſt, *vinculo pœnæ minimè obſtringi*, vt l. 134. D. de verbor. oblig. Alio ſenſu Caſſiodor. Epiſt. 40. lib. 7. Variar. Libertatem matrimoniorum comprobans, eleganter, ait, *Durum eſt Libertatem Liberam non habere, vnde Liberi procreantur.*

Liberales *Artes*, quas *Ingenuas*, Cicero lib. 1. de Orato. & Ouidius appellant: idem Ouid. etiam *Bonas* vocat: quæ huiuſmodi Epithetis à *Ludicris* ſeparantur. Plin. in Proœmio, lib. 14. *Omnéſque à maximo bono Liberales dictæ Artes, in contrarium cecidere.* Idem lib. 35. cap. 10. Apellis auctoritate effectum ait, vt Pictura *in primum gradum Liberalium Artium reciperetur*: additque, *ſemper quidem honos ei fuit, vt Ingenui eam exercerent: mox, vt Honeſti: perpetuo interdicto, ne ſeruitia docerentur. Liberalibus Artibus, Inſtituere*, & *Inſtitui*, l. 4. D. vbi pupill. educ.

Liberalium Artium profeſſores, l. 10. §. angariorum, D. de vacat. & excuſat. Sueton. in Iulio, cap. 42. *Liberalium Artium doctores, quo libentius & vrbem incolerent, & ceteri appeterent, ciuitate donauit. Salarium ob Liberalem Artem conſtitutũ*, l. 4. D. de decret. ab ord. *Liberales diſciplinæ*, apud Agell. lib. 7. cap. 17. *Liberalia ſtudia*, l. 21. §. pater, D. de annuis legat. Tit. de ſtudiis liberalib. vrbis Rom. lib. 10. Cod. l. 1. de decur. vrb. Ro. in C. Th. & apud. Tacit. lib. 3.

Liberalium ſtudiorum antiſtites, l. 1. C. de decret. decurion. lib. 10. *Præceptores*, l. 1. D. de extraord. cognitionib. *Profeſſores*, l. 4. C. de profeſſorib. & medic. lib. 10. *Liberalibus ſtudiis eruditus*, l. vlt. §. vlt. D. de ædilic. edic. *Operam dare*, l. 1. C. qui ætate ſe excuſ. lib. 10.

Liberalia autem *Studia*, ait Vlpian. *accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια appellant, Rhetores continebuntur, Grammatici, Geometræ*, l. 1. D. de extraord. cognit.

Liberalis *in neceſſitatibus nemo exiſtit*, l. 18. D. de adimen. legat.

Liberalis cauſa dicitur, in qua Libertatis quæſtio vertitur, toto Tit. de liberali cauſa, D. & C. l. 42. §. 1. D. ſolut. matr. l. 32. §. de liberali, D. de recept. qui arbitr. recep. l. 36. D. de re iudic. Donatus ad ea Terentij verba, Adelph. Act. 2. Sc. 1. *Nam ego illum Liberali adſero cauſa manu. Ordo eſt, inquit, Ego Liberali cauſa manu adſero: & ſunt Iuris verba, à quibus etiam Adſertores dicuntur vindices alienæ Libertatis. Nam & cauſa ipſa Liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis.* Cicero pro Flacco. *Cum in cauſa Liberali, eum qui adſerebatur, cognatum ſuum eſſe diceret.*

Liberales cauſæ, l. 38. D. de re iudic. l. 10. §. vlt. D. de quæſtionib. l. 3. §. Diuus, D. de iure fiſc.

Liberale iudicium, l. 1. §. ſi filius fam. D. de vi & vi arm. l. 6. §. 1. D. de Carbon. edic. l. 7. §. ſicut, & l. 12. §. vlt. D. de liber. cau. l. 3. §. ſi ſeruus, D. de adquir. poſſeſſ. l. 12. D. de quæſtionib. l. 1. §. illud, C. de Latina libert. l. 4. C. de ordin. cognit. Quintilian. lib. 6. cap. 4. *ei contra quem Liberali iudicio aderat. Liberalia iudicia*, l. 7. §. 1. D. de hered. petit. l. 3. D. de feriis. *Liberale negotium*, l. 16. de prætorib. & quæſtor. in C. Th. *Lite prius Liberali terminata*, l. 4. C. de ord. cognit.

Liberalitas, id eſt, munificentia, l. 1. de ſponſalib. l. 2. de ſecund. nupt. in C. Th. *Liberalitas Auguſta*, l. 6. de indulg. crimin. l. 17. de bonis proſcript. l. 23. de petit. & vlt. dat. in Cod. Th. *Principalis*, l. 1. de poſtlim. l. 2. de bon. vacant. l. 5. de conlat. donat. vel rel. l. 1. de curat. Kalend. l. 13. de ag. in reb. l. 6. de metatis. in Cod. Th. *Regia*, l. vn. qui à præbitio. tiron. *Sacra*, l. 2. de conlat. donat. vel rel. l. 15. de indulg. debit. in Cod. Th. *Niſi Liberalitas principalis ei hoc ſpecialiter indulſerit*, l. 20. D. de re milit. *Liberalitates Principales*, l. 35. §. 1. D. de leg. 3. *Liberalitatis in Rempubl. factæ vſuræ non exiguntur*, l. 16. D. de vſuris. *Neceſſariæ electionis facultas propriæ Liberalitatis beneficium non eſt*, l. 67. §. ſi de falc. D. de leg. 2. *Precarium genus Liberalitatis* dicitur, l. 7. D. de precario.

Quæ non incertam Liberalitatis voluntatem habuerunt, l. 10. §. medico, D. de annuis leg. *In id opus quod totum alienæ Liberalitis gloriam repræſentat*, l. 9. §. ſi quis ius, D. de iur. & fac.

Liberalitatem captioſam interpretatio prudentium fregit, l. 5. D. de tranſactionib. *Qui non ex cauſa pecu-*

ſa pecuniam Reipublicæ pollicentur, *Liberalitatem perficere non coguntur*, l.1.D. de pollicitationib. *Qui rem ex cauſa ſtipulationis, non ob liberalitatem conſecutus eſt*, l.vlt.D.quib.ex cauſ.in poſſ.

Amici Liberalitate *ſeruus redemptus*, l.4. D.de manumiſſionib. *Qui Liberalitate, non Neceſſitate debiti, reditus ſuos ad opera finienda conceſſit*, l.2.D.de operib.publ.& ibid.§.vlt. *Eius nomine cuius Liberalitate opus exſtructum eſt.*

Qui ex Liberalitate ſua conuenirẽtur, l.33.D.de iure dot.l.28.D.de diuerſ.reg.*Ne Liberalitate ſua inops fieri periclitetur*, l.50.D.de re iudicata.

Liberaliter.*ſi quid Liberaliter mulier fecerit, veluti, ne iudicatus pater eius propter ſolutionem vexetur*, l.21.§.vlt.D.ad Sc.Velleian.

Liberare, id eſt, *dimittere debitorem*, vt loquitur Vlp.in l.4.D.de decret. ab ordin.fac. *Liberare eum qui obligatus eſt*, l.45.D.de ædilic.edic.*Soluendo quiſque pro alio, licet inuito, & Ignorante, Liberat eum*, l.39.D.de ſolutionib.*Quia te hoc ære alieno Liberaui*, l.25. D.comm. diuid. Et ita *Liberari* dicuntur, qui obligationis vinculo, quo adſtringebantur, ſoluuntur. *Liberari*, & *Obligari*, aduerſantur, l.47.D.de obligat.& actionib.*Solutione, vel iudicium pro nobis accipiendo, & inuiti, & ignorantes, Liberari poſſumus*, l.23.D.de ſolutionib. *Si id quod mihi deberes ſolueris, vel qualibet alia ratione Liberatus à me fueris*, l.21.D.de liberat.leg.

Ex Locationis actione colonum Liberare, l.30.§.vlt.D.de vſu & vſufr. leg. *Liberari actione*, l.3. D.de eo per quem fac.l.28.§.Mæuia, D.de liberat.leg.l.48.D.de vſufruct. l.8.D.de interrogationib. *Liberatus de domino, furti actione*, l.92.D.de furtis. *Actione qua competente eis, aliquis, Liberatus fuerit*, l.2.C.de reſtitutionib.milit.

Liberari conditione, l.72.§.item reſponſum, D.de ſolutionib.

Liberare dominum obligatione, l.11.D.de acceptilatio.*Si Teſtamenti obligatione heredes Liberaſſent*, l.22.§.1.D.de liber.leg.*Liberabitur operarum Obligatione*, l.37.D.de oper.libertor. *Vt omni obligatione Liberetur*, l.3.D.de condict.ſine cau.

Liberantur Obligatione, l.vlt.D.de acceptilat.*Si quis obligatione Liberatus ſit*, l.2.D.de calũniat. *Pupilla erit tutorum pecunia Liberata*, l.91.§.1.D.de ſolutionib.

Liberantur autem Debitores, variis, citra ſolutionem, modis. Veluti, *Acceptilatione*, l.3. & l.13.§.ſi fideiuſſori, D.de acceptilatione, l.1. §.vlt. D. quæ in fraud. credit. l. 50. §. vlt. D. de bon.libert.l.1.C.de acceptilat.ſeu, *per Acceptilationem*, l.31. §.vlt. D. de mort. cau. donationib.l.13.§.tutor.D.de acceptilatione, l.3.§.nunc de effectu, D.de liberat.leg.l.6.C. de ſolutionib.*Aquiliana ſtipulatione*, l.33.D.de dolo. *Pacto*, l. 1. D. quæ in fraud.cred.l.3.§.nunc de effectu, D.de liberat.leg.*Tranſactione*, l.68.§.vlt.D.de fideiuſſorib.*Tempore*, l. 8. D. de negot. geſt.l.69.D.de fideiuſſ.& aliis locis quos notabo j.lib.18.*Accepto liberare*, Vide S. lib.1.

Si paratus ſim ex duplæ ſtipulatione eum Liberare, l.3.D.de doli m.& met.except.*Cùm Legatarius heredem à ſua petitione non liberaſſet*, l.43.§.1.D.de actionib.empti.

Nec verò Creditor dumtaxat debitorem *Liberare* dicitur: verùm vice verſa, *Creditorem Liberare* dicitur debitor, quem dimittit exſoluta pecunia, & ita Vlpian. *Creditorem tuum, Liberet*, l.6.§.1.D.de neg.geſt.*Heredibus Creditorem non Liberantibus*, l.25.D.de fideicom.libert. *Fideicõmiſſo ſunt Liberati*, l.3.C.de fideic.*Non eſſe Liberatũ à fideicõmiſſo*, 41.§.Seium, D.de leg.3. *Liberati onere fideicommiſſi*, l.77.D.ad Sc.Trebell. *Oneribus hereditariis Liberare*, l.12. D. de vulg. & pupill.*Quos placuit oneribus hereditariis eſſe Liberandos*, l.87.§.vlt. D.de adq. vel omitt. *A neceſsitate præſtandæ dotis Liberentur*, l.2.C.de collationib.

Liberare eos quibus crimina obiiciuntur, l.6.D.de accuſ. *Reus, morte, crimine Liberatur*, l.vlt.D.ad L.Iul.maieſt.*Hoc Crimine Liberatus eſt à Senatu*, l.4.§.vlt.D.eod.tit. *Liberatus criminibus*, l.7.§.1. D.de accuſationib.*Liberare vinculis ſeruum*, l.2.D.de cuſtod.& exhib.

Verbis Legis non Liberatur, l.32.D.ad l.Iul. de adult. id eſt, nõ eſt innocẽs, vel non abſoluitur. *Licet ipſis Legibus, poſt hanc ætatem, Liberatus eſſet*, Vlp.Tit.17.Reg.id eſt, ſolutus.Illic enim *Liberari*, & *Teneri*, opponũtur.*In metallũ dãnatus beneficio principis, pœna Liberatus*, l.8.§.vlt.D.de pœn. *Pœna Metalli Liberatus*, l.8.C.de ſent.paſſ.*Serui pœna Sc.Liberabũtur*, l.3.§.maritus, D.de Sc.Silan.

Liberare interdum eſt eximere & eripere.*Si quo magis te de vi hoſtium vel Latronum, vel populi tuerer, vel Liberarem*, l.9.§.1.D.quod metus cau.*Liberatum ore beſtiæ*, l.44.D.de adq. poſſ.id eſt, ereptũ.*Periculo, vice mutua non Liberãtur*, l.3.D.de adm.rer.ad ciuit.*Liberari periculo*, l.72.§.1.D. de ſolutionib.*Liberari alieno iure*, Inſtit.quib.mod.ius poteſtat. *Liberatus in poteſtate*, l.18.D.de bonor.poſſ.cõtr.tab.*Liberatus patria poteſtate*, l.27.D.quando dies leg.l.12. D.de adoptionib. l.107.D.de verb.oblig.l.3.C.de inſtitut.l.2.C.qui ætate ſe excuſant, lib.10.

Liberantur Tutela, Maſculi, Pubertate, Vlpian.Tit.12.Regul.*Pupilli, Pupillæque cùm puberes eſſe cœperint, tutela Liberantur*, Inſtit.quib.mod.tut.finit.

Liberari dicitur Tutor, qui tutela excusatur, l. 39. D. de excusationib. *Postulare Tutor, vt ab administratione rerum quæ in alia Prouincia erant, Liberareris*, l. 10. § Diui, D. de excusationibus. *Adire competentem Iudicem, vt vos à Prouinciali administratione Liberet*, l. 2. C. de excusationib. tutor. *Qui vobis tutores aut curatores dati erant, Liberati esse à munere visi sunt*, l. 1. C. si tut. vel cur. fal. allegat.

Liberare, interdum significat manumittere, lib. 9. D. in quib. cau. pign. Cæsar lib. 3. de bello ciui. *Seruósque omnes puberes Liberauerunt.* Et mox, *cum iis quos nuper manumissos Liberauerant, in proxima Octauij castra irruperunt.*

Liberari id est manumitti, seu ad libertatem perduci, l. 31. D. de testam. milit. l. 13. §. seruum, D. de fideicomm. libert. l. 32. D. de bon. liber. l. 9. D. in quib. cau. pign. l. 39. §. Dama, D. de statuliber. & apud Vlpian. in extremo Tit. 2. Regul. *Apud hostes manumissus Liberatur*, id est, Libertatem consequitur, l. 12. § manumittendo, D. de cap. & postl. reu. Sueton. in Augost. cap. 21. *Captiuos sub Lege venundare, ne in vicina regione seruirent, néve intra 30. annum Liberarentur.* Et ita, *Liberata familia*, id est, libertate donata apud Cicer. Epist. 8. lib. 14. Familiar. *Liberati*, id est, manumissi, l. 1. C. de vindic. manumiss. *Liberata Mancipia*, l. vlt. D. de seru. export.

Interdum verò non simpliciter *Liberare*, sed *vindicta Liberare*, nostri auctores aiunt, l. 15. D. de manumiss. vindic. Plin. lib. 7. Epist. 16. *Si voles vindicta Liberare quos proximè inter amicos manumisisti.* Sic & apud Liuium, lib. 2. *Vindicta Liberatus*, id est, manumissus. *Ex seruitute Liberare*, l. 4. C. de obsequi. patr.

Cererùm non Personæ modò, sed & Res obligatę *Liberari*, dicuntur, si nexu pignoris quo tenebantur, soluantur.

Liberare fundum alij obligatum, l. 41. D. de contrahend. empt. *Pignerata res, vel in publicum obligatas, Heredem qui dare iussus est, Liberare debere*, l. 15. D. de dote præleg. *Promisit rem venditam Liberari*, l. 113 §. vlt. D. de verbor. oblig.

Ex empto actione consequeris, vt prædia obligata Liberentur, l. 5. C. de euictionib. *Si Liberandorum prædiorum onus ad heredes suos pertinere testator noluerit*, l. 57. D. de legat. 1. Cic. de Lege Agrar. contra Rull. *Soluta meliore in causa sunt, quàm Obligata. Eodem capite obligata omnia, si modo Syllana sunt, Liberantur.*

Liberare pignus, est lucre, seu nexũ pignoris dissoluere. *Debitor antequã à priore creditore pignus Liberaret*, l. 4. D. qui potiores in pigno. *Vt pignus tuum Liberaret*, l. 6. §. 1. D. de neg. gest. *Cùm alter pignus pro parte sua Liberasset*, l. 65. D. de euictionib. *Debitoris absentis amicus pignora pecuniâ sua liberauit*, l. 1. D quib. mod. pign.

Liberandi pignoris gratia, l. 3. C. de negot gest.

Liberare Pignora, l. 2. D. quæ in fraud. cred.

Liberatur Hypotheca, l. 7. D. quib mod. pign. *Liberantur Hypothecæ*, l. 18. D. de nouationib.

Liberare pignus, l. 40. D. de iureiurand. l. 8. §. si vni, D. de transactionib. *Post Liberatum pignus*, l. 33 §. vlt. D. de pœnis.

Liberatum ab obligatione pignus, l. 1. D. de migrando. *Liberata pignora*, l. 20. D. de iure fisci. *Ipsam rem distrahat, quasi non vinculo pignoris Liberatam*, l. 15. §. sed si emptor, D. de re iudic. Atque hoc modo Debitor à Creditore pignus *Liberat.* Quinetiam ipsemet *Creditor pignora Liberare* dicitur, l. 2. D. quæ in fraud. creditor. *Cui aliàs non sit Liberaturus rem creditor, nisi in solidum ei satisfiat*, l. 18. §. Celsus, D. famil. ercisc.

Nec pignoris modò vinculo, sed & seruitute quam debebant, *Liberari Prædia* dicuntur: extincta vel amissa, vel remissa seruitute.

Liberare prædia seruitutibus, l. 18. §. 1. D. de castren. pecul. *Dominus soli consequetur, vt hac seruitute Liberetur*, l. 86. §. vlt. D. de legat. 1. *Seruitutibus Liberata prædia*, l. 30. D. ad L. Falcid. Atque ita *Liberare fundum & liberari*, accipe in l. 6. §. 1. & §. possunt, D. quemadm. seruit. amitt. *Vicinorum prædia Liberando*, l. 2. D. si vsusfr. pet.

Liberare religione locum, l. 9. D. de diuisio. rer.

Liberare fidem ærario obligatam, Sueton. in Claud. cap. 9. *Liberandæ fidei causa*, id est, explendæ, seu exoluendæ, l. 46 §. vlt. D. de neg. gest.

LIBERATIONIS *verbum, eandem vim habet, quàm Solutionis*, l. 47. D. de verbor. signific. In Rubrica tamen de solutionib. & liberationib. hæc duo separantur: quòd *Solutio* naturalem numerationem, *Liberatio*, ceteros omnes modos, quibus ab obligationis nexu quis dimittitur, complectatur.

Proinde & Acceptilatio definitur esse *Liberatio*, l. 2. D. de acceptilatione.

Donat.

Donat.in Andr.Terent.Act.2.Sc.2.*Perfecta ſecuritas, Liberatio nominatur.*

Liberatio contingit,l.3.D.de oper. libertor.l.11.D.de acceptilatio. l.96.D.de ſolutionib.l.11. D.depoſiti,l.25.D.de iure dot.l.47.D.mandati, l.2. §.item Iulianus, D.de eo quod cert.lo. l.9.§.illud,D.de ſtatuliber.

Liberatio non contingit, l.22.§.ſi mandauerim, D. mandati.

Si acceptilatione Liberatio interuenit, l.9.§.ex hoc,D.quod met.caut.

Liberatio ſecuta, l.96.§.ſoror,D.de ſolutionib.*Liberationem cõſequi*, l.21.C.de ſolutionib.*Præſtare,acceptilatione vel nouatione*,l.8.C.arbitr.tut.l.17.C.de fideicom. vt *Facilior ſis ad Liberationem*,l.47.D.de obligat.& action.

Liberatio pignorum, l.21.D.de iure fiſc.*Liberatio poteſtatis*, l.50.§.vlt.D.de legat.3.

Liberorvm *appellatione, Nepotes,& Pronepotes,ceteríque qui ex his deſcendunt,cõtinentur*,l.220. D.de verb.ſignific.*Liberos eius qui adſignatus eſt,accipere debemus,non ſolùm Filios, verùm etiam Nepotes,& Neptes,& deinceps deſcendentes*, l.3.§.emancipatos,D.de adſignand. libert. Vlpian. de Liberis decurionum agens,*Liberos*,ait,*non tãtùm Filios accipere debemus,verùm omnes Liberos*,l.9. §.parentes,D.de pœnis.

Proinde ita ſtipulatione interpoſita,vt *Liberorum nomine dos apud maritum reſideat: Nepotum quoque nomine dos retinebitur*, l.48.D.ſolut. matrim.Sed & ſi *quis Tutores Liberis dederit, Nepotibus quoque dediſſe intelligitur*,§.vlt.Inſtit.qui teſtam.tutor.*Inter Liberos, Nepotem quoque ex filia contineri Diuus Pius reſcripſit*,l.vlt.D.de pollicitationib.Eadem eſt apud Græcos τέκνων ſignificatio.Etenim, ἡ τῶν τέκνων προσηγορία, καὶ ὅτι τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνει, ait Modeſtin.l.104.D. de verb.ſignif.

In Edicto de Legatis præſtandis,quo generaliter *Liberos* Prætor excepit: nec *gradus Liberorum enumerauit,in infinitum igitur*,ait Vlpian.eis *præſtabitur. nec refert, vtrum ex virili ſexu, an ex feminino deſcendent. Liberos autem etiam eos ad Legatorum petitionem admittimus,qui in adoptionem dati ſunt: vel etiam Adoptiui, dummodo maneant Liberi*,l.1.§.vlt.D.de leg.præſt.

Ceterùm Paul.in l.10.§.parentes, D. de gradib.& adfinib.*Liberos,vſque ad Trinepotem:vltra hos, Poſteriores*,vocari ſcribit.Quod ita veteres exiſtimaſſe didici.Vnde in l. 13. D. de muner. & honor.*Liberis,& Poſteris alicuius data immunitas.* Sed obtinuit Gaij Caſſij ſententia, qui vt omnes in infinitum, etiam ſupra Tritauum, *Parentes*: ita *Liberos*, vltra Trinepotem in infinitum dici cenſuit,l.4.§.vlt.D.de in ius vocan.Vlpian. in Edicti de in ius vocan. interpretatione,*Liberos*,ait,*ſecundum Caſſium,vt in Parentibus,& vltra Trinepotem,accipimus*,l.10.§.liberos, D.eod.tit.

Liberos Senatorum accipere debemus,non tantùm Senatorum filios:verùm,omnes qui ex his geniti,éxve liberis eorum dicantur,ſiue Naturales, ſiue Adoptiui ſint Liberi Senatorum,ex quibus nati dicuntur,l.10. D.de ſenatorib.

In contra tabulas Bonorum poſſeßione,Liberos accipere debemus, ſiue Naturales,ſiue Adoptiuos, ſi neq; inſtituti,neque exheredati ſunt,l.1.D.de bon.poſſ.cont.tab. Similíque modo,in Bonorum poſſeſſione Vnde Liberi, *Liberos accipere debemus,tam Naturales, quàm Adoptiuos*,l.1.§.liberos,D.ſi tabulæ teſtam. null.

Aliâs *Liberorum* nomine Naturales tantùm & iuſti, non etiam *Adoptiui* exaudiuntur. Et enim *Fideicommiſſum à filiis relictum, ſi quis ex his ſine liberis diem ſuum obierit, adoptionis commento non excluditur*, l.76.D.de condicionib. & dem.*Is cui in tempus Liberorum tertia pars relicta eſt, vtique non poterit adoptando,tertiam partem conſequi*,l.51.§.vlt.D.de legat.2.

Liberorum vtique *nomen poſt emancipationem amittunt Adoptiui*, l.4.D.ſi tabulæ teſtam.

Enimuerò *Liberorum appellatione continentur, non tantùm qui ſunt in poteſtate: ſed omnes qui ſui iuris ſunt: ſiue virilis, ſiue feminini ſexus ſunt: éxve feminini ſexus deſcendentes*,l.56.§.vlt.D.de verb. ſignif.*Quod ait Prætor in Edicto qui ſatiſdare cogantur, Liberóſve ſuos,accipiemus & ex feminino ſexu deſcendentes liberos*,l.2.§.quod ait,D.qui ſatiſd.cog.

Si quis operas ſit ſtipulatus ſibi,Liberíſque ſuis, etiam ad Poſtumos peruenit ſtipulatio, l.5.D.de oper. libert.

Liberi verò,quòd ad Senatuſconſultum Tertyllianum attinet, *non ſunt, qui contra formam humani generis,conuerſo more, procreantur*,l.14.D.de ſtatu hom.Paul.lib.4.Sentent. Tit.9.Licet in lege Papia,etiam Portẽtoſi, Monſtroſi & Prodigioſi partus matri profint,l.13.D.de verb. ſignific.

Non eſt ſine Liberis,cui vel vnus filius,vnáve filia,eſt.Hæc enim enunciatio,Habet Liberos,non habet Liberos, ſemper pluratiuo numero profertur, ſicut & Pugillares,& Codicilli,l.148.D.de verb.ſignific.

Agell.lib.2.cap.13. *Antiqui oratores, historiæq; aut carminum scriptores, etiam vnum filium, filiámve, Liberos multitudinis numero appellarunt.* quamquam & singulari numero extulerit Iustinian.in .33.C. de inoffic.testam.l.8.§.vlt.Cod.de secund.nupt. & in §.hoc quoque, Instit. per quas personas nobis adquiritur. *Sine Liberis, vno, pluribúsve,* l.vlt.§.filio, D.de legat.2.

Liberorum ergo, sum ma hæc est diuisio, quòd alij sunt Naturales, alij Adoptiui, l.7.§. bonis, D.de bon.damnat. Naturalium rursus triplex est differentia. Nam, vel iustis nuptiis, vel vulgò quæsiti sunt: vel etiam *in seruitute susceptí*, l.87.§.Damæ, D.de legat.2. Sed nec semper Liberorum nomine, Naturales, id est, non ex iustis nuptiis procreati, comprehẽduntur. Etenim, *Si quis rogatus fuerit, vt si sine Liberis decesserit, restituat hereditatem, voluntatis quæstionem esse*, de qualibus liberis testator senserit, de naturalibúsne, an de iustis, Vlpian. respõdit. *Idque ex dignitate & ex voluntate, & ex condicione eius qui fideicommisit, accipiendum esse*, l.17.§.si quis rogatus, D.ad Sc.Trebell.

Vtriusque sexus Liberi, l.2.D.de his qui not. infam. *Liberi ex diuersis matrimoniis nati*, l.4.D.ad Sc.Tertyll. *Pater cùm tres Liberos heredes instituerat, Fœbum & Heraclíam ex eadem Matre: Polycratem, ex alia*, l.vlt.D.ad Sc.Trebell. *Mulier, Maritum, & Liberos ex eo natos, item ex alio, heredes instituit*, l.19.D.qui potior.Vlpian. Tit.17.Regular. *Vir & vxor si ex alio matrimonio Liberos habeant.*

Filios autem, Isidorus lib.9.Origin.cap.5. *in Legibus, hoc Liberorum nomine appellari tradit, vt isto vocabulo secernantur à Seruis: quia sicut Seruus in potestate domini, sic & Filius in potestate est Patris. Inter etiam Filios fit emancipatio, vt sit Liber à Patre, sicut fit seruo manumissio, vt sit liberatus à domino.* quò alludens Cassiodorus Epist.11. lib.7. Variar. de matrimonio loquens, *Durum* (ait) *Libertatem Liberam non habere, vnde Liberi procreantur.*

Liberorum Ius, cõmodum significat, quod susceptis ex iusto matrimonio Liberis, patres, matresve cõsequuntur, l.1.& Rubr. C.de iure liberor. & apud Vlp. Tit.17.Regul.Paul.lib.4. Sentent.Tit.9.& D.August.lib.3.contra Iulianum. Isidor.lib.5.Origin.cap.24. *Ius Liberorum est coniugum sine Liberis, inuicem pro loco pignorum, hereditatis alterna conscriptio.* Huiusmodi autem ius Liberorum, & ad Legis Iuliæ Papiæ Popeæ præmia, solidúmque ex Testamento capiendum, & ad Legitimam, quæ matribus ex Sc.Tertylliano deferebatur, hereditatem, proficiebat. Itaque circa hoc ius duplex est inspectio. Imprimis autẽ sciẽdum est, virum atq; vxorem inter se nudo matrimonij nomine, decimam dumtaxat capere potuisse. At sublatis Liberis, vno, pluribúsve, plus capere poterant, quemadmodum Vlpian. Tit.17.Regular. exponit. Sed nec ex cuiusquam testamento Celibes & Orbi capere poterant, vt patet ex l.1. C. de infirman. pœn. celib. Proinde qui vel celibem vitam agebant, vel parum felix matrimoniũ experti erant, ac denique qui Liberos nullos sustulerant, vt iudicia amicorũ promereri possent, *ius Liberorum* à Principe impetrabant: vt eorũ bonitas illis indulgeret, quod fortunæ malignitas denegauerat. Vlpian. Tit.17.Regular. *Vir & vxor inter se solidum capere possunt, si ius Liberorum à principe impetrauerint.* Atque hoc *ius Liberorum* Iuuenalis Sat.3. *Iura parentis* vocat. Martialis eodem loquendi genere, *Iura paterna*, Epigr.93. lib.3. item Epigram. 13.lib. 8. quo loco eleganter deridet eum qui cùm vxorem duxisset, à Cæsare importunè ius hoc quo de agimus flagitaret, quod ipsemet sibi, absq; principali beneficio, quærere, pararéque, liberis operam dando, poterat.

Iure Liberorum excusatur, l.45.§.1. D. de excusationib. qui tres Liberos superstites, Romæ: vel in Italia, quattuor: in Prouinciis, quinq;, habet, Instit.de excusationib.tutor. Errabat ergo Italus ille, siue Prouincialis, in specie, l.37.§.vlt.D. de excusationib. qui se *pro iure trium Liberorum quod allegabat*, excusatum credebat.

Ceterùm non ius modò Liberorum, verùm etiam nominatim *ius trium Liberorum*, quod plenius erat, latiúsque patebat, à Principibus peti solebat: cuius fit mentio in l.5. de legit. hered. in Cod.Th.

Atque ita *ius trium Liberorum*, & sibi Plinium, & Suetonio Tranquillo, à Traiano impetrasse, ex eius Epist.2.& Epist.95.lib.10.liquet. Indultum etiam id sibi à Domitiano prædicat Martialis Epigr.91.& 92.lib.2. Ad eos autem locos quos de iure trium Liberorum accurate congessit Francisc. Duarenus, cap.40.lib. Disputation. auctarij loco adiicio Statij lib.4. Syluar. ad Iul. Menecrat. versus,

Ergo, quòd Ausoniæ pater augustíssimus vrbis,
Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis
Omen erat: venit toties Lucina: piúmque
Intrauit repetita larem.

Agell.

Agell.lib.4.cap.17.*Memini ego Romæ quæsitum, negotio non rei tunc paruæ postulante, an* 8. *Mense infans ex vtero viuus editus, & statim mortuus, ius trium Liberorum impleuisset.*

Matres autem, hoc *trium Liberorum iure*, ad Legitimam filiorum intestatorum mortuorum hereditatem, ex Sc. Tertylian. admittebantur, quemadmodum Paulus lib.4.Sentent. Tit.9. Iustinianus Instit.de Sc.Tertyl. scribunt. Vt verò ius hoc Liberorum cõsecutæ viderentur, ter peperisse eas sufficiebat, dummodo viuos & pleni temporis peperissent, vt idem Paul. ibid.tradit. Et hoc ita in ingenuis matribus seruabatur. Latinam verò libertam, nisi ius Quiritium consecuta esset, quater peperisse necesse erat, vt ius Liberorum cõsequi posset. Enimuerò non superstites tantùm, sed & amissi filij, matribus proderant. Quinetiam, absque vllo partu, matres quæ neque Liberos habebant, neque vmquam habuerãt, ius hoc trium Liberorum beneficio Principis adipiscebantur, quorum omnium auctorem laudo Paulum eo quem s. citaui loco.

Liberorum creationi studere, l.15.§.vlt.D.de adoptionib.

Liberos autem conceptos dumtaxat non etiam editos, Cicero, *Spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, heredes familiæ, designatos Reipubl. ciues*, pro Cluentio vocat. Idem ad Quirites post reditum, *Quid dulcius hominũ generi à natura datum est, quàm sui cuique Liberi? mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita mea cariores.* Sed & de Liberorum caritate, lib.1. in Verrem, agens. *Quid enim* (ait) *natura nobis iucundius, quid carius esse voluit? quid est dignius in quo omnis nostra diligentia, indulgentiáque consumatur?*

LIBERTATEM Cicero in Paradox.definit, *potestatem viuendi vt velis.* Noster Florentinus, *Libertatem* ait esse *naturalem facultatem eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut iure, prohibeatur*, l.4.D.de statu hom. Quod Persius Sat.3. his versibus expressit.

Vindicta postquam meus à Prætore recessi,
Cur mihi non liceat, iussit quodcumque voluntas,
Excepto si quid Masurii rubrica notauit?

Arrianus lib.2.Epicteti Dissertationum, cap.4. Ὅτω νῦν ἄλλο τί ἐστιν Ἐλεύθερον, ἢ, τὸ ἐξεῖναι ὡς βούλομαι πράττειν; Dio.Chrysosto.Orat. περὶ δουλείας, ἀλλὰ μὴν ἐνὶ λόγῳ συλλαβόντα χρὴ ὑποφήναι, ὅτῳ μὴν ἔξεστιν ὃ βούλεται πράττειν, Ἐλεύθερος ἐστί. Et mox, quod Persij versibus congruit, ὀκτὼ ὅσα μὴ ἀπείρηται ὑπὸ τῶν νόμων, μὴ δὲ προσέτακται ὑπὲρ τούτων ἄλλου τινὸς ἐξουσίαν τοῦ πράττειν. At Philosophicam Libertatem, Seneca Epist.51. definit, *nulli rei seruire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in æquum deducere*: & lib. cui Titulus est, in Sapient. non cad.iniur. cap.19. *Libertatem*, ait esse, *animum opponere iniuriis, & eum facere se, ex quo solo sibi gaudenda veniant, exteriora deducere à se: ne inquieta agenda sit vita, omnium risus, omniũ linguas timenti.* Et hanc cum illa Libertatem comparans, Epist.8. *Philosophiæ*, inquit, *seruias oportet, vt tibi contingat vera Libertas. Non differtur in diem, qui se illi subiecit & tradidit, statim circumagitur: hoc enim ipsum Philosophiæ seruire Libertas est.*

Ad hanc etiam veram & absolutam Libertatem, & inestimabile animi bonum, respiciens Epist.80. *Itaque, in Tabellas*, ait, *vanum coniicitur nomen Libertatis: quam nec qui emerunt, habent, nec qui vendiderunt. Tibi des oportet istud bonum: à te petas. Libera te primum metu mortis: illa nobis primum iugum imponit. Deinde metu paupertatis.* Sed iam ad vulgarem nostram Libertatem, velut ex diuerticulo in viam, redeamus.

Libertas naturali iure continetur, & dominatio ex Gentium iure introducta est, l.64.D.de condict. in deb. *vtpotè cùm iure naturali omnes Liberi nascerentur*, Instit.de Libertinis. *Libertas inæstimabilis res est*, l.106.D.de diuers.reg.iur. *Infinita est æstimatio Libertatis*, l.176.§.vlt.D.eod.tit. *Libertatis æstimatio ad infinitum extenditur*, l.8.§.vlt.D.rat.rem hab.

Libertas pecunia lui non potest, nec reparari, l.91.§.illud tractatum, D.de statuliber.

Triplex Libertas, ait Ausonius in Gripho: videlicet *Iusta*, per quam ciuitatem Romanam manumissus consequitur: *Latina*: & *Dediticia*. Seneca lib.de Beata vita, cap.34. *Serui, Libertini, iustæ Libertatis, an inter amicos datæ, quid refert?*

Plenissimam Libertatem habere, id est, *ciuitate Romana perfrui*, l.1.§.sin autem, C. de com. seru. manum. Quę & *Legitima Libertas*, ibidẽ appellatur. quo genere, *ex iure Quiritium Liberum* quem fieri, ait Seneca lib.3.Natur.quæst.his verbis. *Quid est præcipuum? In primis Liberum animum habere: hæc res efficit non è iure Quiritium vt sit Liber, sed ex iure Naturæ.*

Libertatis etiam hæ sunt species, *Directa*, & *Fideicommissaria*: de quibus vide quæ suis locis diximus.

Libertatem imponere, l.41.in fine, D.de bon.libert.l.4.D.de man.vindic.l.11.§.1. D. de minorib.l.vlt.D.qui sine manumissio.l.vlt.in principio, C.de testam.manum.l.10. C. qui test.

fac.poſſ.l.vlt.C.de fideic.libert.l.1.C.de comm.ſeru.manum.l.1.& 2.C.comm.de manum. ab eo, quod capiti ſerui, qui vindicta manumittebatur, lictoris virga imponi ſolebat.

Ad Libertatem perducere, l.32.D.de dolo, & aliis locis quos ſ. lib.14.adducam. *Ad Libertatem peruenire*, l.9.§.illud, D.de ſtatuliber.l.4.§.hi, D.de fideic.libert. *ex teſtamento peruenire*, l.58.D. de condict.indeb.

Petere ex Libertate in ſeruitutem, l.39.§.ſi ſtatus, D.de procuratorib. *Si ex poſſeſſione ſeruitutis in Libertatem reclamauerit*, l.3.§.ſi ſeruus, D.de adquir.poſſeſſ.

Libertas etiam Auibus & Feris, quæ cuſtodia humana non coërcentur, tribuitur. *Naturalem* enim *Libertatem* accipere Aues, Feræq; intelliguntur, cùm in ſuam naturalem laxitatē peruenerunt, vel oculos noſtros effugerunt, vel ita ſunt in noſtro conſpectu, vt difficilis ſit earum perſecutio, l.44.& l.55.D.de adquir.rer.dom.l.3.§.item feras, D.de adquir.poſſ.§.feræ, in fi. Inſtit.de diuiſio.rer.quo genere loquendi etiam Arrianus, lib.3. Epict. cap. vlt. vſus eſt, his verbis de auibus agens, χᾷν ὅλως εὕρῃ τὶ παρεωγμένον ἐξεπύδησεν, ὀρέγεται τῆς φυσικῆς ἐλευθερίας.

Libertas quoque Seruitutium eſt: per quam Liberantur Ædes & Prædia, ſublata nimirum ſeruitute, l.4.§.vlt.D.de vſurpationib.l.6.& l.7.D.de ſeru.præd.vrban. *Non poteſt videri vſucepiſſe vicinus tuus Libertatem Ædium ſuarum, qui ius tuum non interpellauit*, l.8.§.vlt. D. quemad. ſeruit.amitt. *Libertate huius partis ſeruitutis fruitur*, l.16.in fi.D.eod.tit.

Libertini & *Ingenui* opponuntur, l.8.§.nihil autem, D.de tranſactionib. *Libertini* enim, ſunt, *qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt*, l.6.D. de ſtatu homin. Inſtitut. de libertin. in princip. Quintilian.Declamat.311. *Si illud in confeſſo eſt, eum qui à ſeruitute in Libertatem veniat, non eſſe alio quàm Libertini loco.*

Libertini manumiſſione tantùm conſtituuntur, l.9.C.de ingen.manum. Quintil.lib.5.cap.10. *Qui ſeruus eſt, ſi manumittatur, fit Libertinus, non itidem Addictus: & plura, de quibus alio loco*: nimirū, lib.7.cap.4.vbi plenius & fuſius idem argumentum tractans, hoc quoque adſcribit. *Seruus cùm manumittitur, fit Libertinus.* Sed & lib.1.cap.1. *Libertinis detrahēda eſt auctoritas: licet his teſtimonium reddere induſtriæ, per quam exierunt de ſeruitute.* Et ita *Libertinum* accipe in l.37.D.de oper.libertor.l.16.l.32.& l.34.§.vlt.l.42.D.de rit.nupt.& *Libertinam*, pro Liberta, l.23. l.27.l.31.l.56. & l.58.D.de ritu nupt.& Senec.Epiſt.13. At Appij Claudij Cæci tēporibus, & deinceps aliquamdiu *Libertinos* dictos, non ipſos qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos, Suet.in Claudio, cap.24.tradit, quos Græci, ἐξελευθέρους vocant, teſte Heſychio, apud quem inuenio, Ἐξελεύθεροι, οἱ τῶν ἐλευθερωμένων υἱοί: qua voce & in eamdem ſententiam vtitur Dio lib.54. Similitérque Dionyſ. Alicarn. *Libertinorum Tribum*, ἐξελευθερικὸν φύλον vocat lib.4. At Modeſt.ex libertis ortos & deſcendentes, ἀπελευθερικοὺς appellat. l.1. D.de excuſationib.

Libertina, & ingenua opponuntur, l.2.D.ad Sc.Tertyl.

Libertinæ perſonæ, l.2.D.de oper.libert.

Libertinæ cōdicionis efficietur, homo liber, qui ſe vendidit, ſi manumittatur, l.21.D.de ſtatu homin.

Libertinæ condicionis homines, l.1.C.de libert.& eor.liber.l.1. C.ad L.Viſcell. *Libertinæ condicionis conſtituti*, l.vlt.C.de colluſ.deteg.

A Libertina progenie maculatus, l.vlt.C.de infant.expoſ.

Libertinitas, l.14.D.de probationib.l.21.§.1.D.quib.ad libert.l.32.§.de liberali, D. de recept.qui arbitr.l.2.D.de colluſ.detegen.l.2.§.ſi is qui, D. quando appelland.ſit, l.2. C. de pedan.iudic.l.13.C.de ingen.manum.id eſt, Libertorum ſtatus & condicio.

Libertinitatis cauſæ, l.5.C.vbi cauſa ſtatus. *Imago*, l.2.C.de iure aureor.anul. *Libertinitas & Ingenuitas*, opponuntur, l.32.§.de liberali, D.de recept.qui arbitr.l.40.C.de liber.cauſ.

Libertvm *in cauſa ſucceſſionis inteſtati, accipere debemus eum quem quis ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit, ſiue ſponte, ſiue neceſſitate, quoniam rogatus fuit eum manumittere*, l.3.§.1.D.de ſuis & legit.

Liberti, id eſt, *hi qui deſierant eſſe ſerui*, l.4.in fi.D.de iuſtit.& iure. ἀπελεύθερον Græci vocant, vt l.14.D.de excuſationib. Theophil.Inſtit. de libertin. Ἀπελεύθερος, ait, ἐστὶ ὁ ἐκ δικαίας καὶ νόμου δουλείας ἐλευθερωθείς.

Libertum, in Lege Iul.de adult.cap.de diuortiis, *accipiemus etiam eum qui à Patre, Auo, Proauo*, & *ceteris ſurſum verſum, manumiſſus eſt*, l.9.D.de diuortiis.

Liberti appellatione etiam Libertam contineri placuit, l.172.D.de verbor.ſignific.

Libertorum appellatione etiam contineri intelliguntur ij, qui eodem Teſtamento, vel poſteriore loco, manumiſſi ſunt, l.243.D.de verb.ſign. *His verbis* (Libertis Libertabúſque meis) *Libertum Libertæ teſtatoris, non contineri*, l.105.D.eod.tit.

Libertorum triplex erat olim differētia. Alij enim *ciues Romani*, alij *Latini* erant, alij *Dediticij*.

Ciues

Ciues Romani fiebant, qui vindicta, censu vel testamento, aut (quod à Constantino constitutum fuit) in Ecclesiis manumittebantur, vt Cic. in Topic. Vlpian. Tit. 2. Regul. Gaius Institution. Tit. 1. Theophil. ad fin. Tit. de libertin. tradunt. *Latini* fiebant qui in conuiuio, vel inter Amicos, vel per Epistolam, vel ab eo, qui in bonis tantùm, non etiam ex iure Quiritiũ seruum habebat, manumittebantur. *Dedititij* verò qui vincti, tortíve aliquando fuerant, quibúsve notæ inustæ: vt ex iisdem Vlpiani, Gaij & Theophili locis intelligitur, & ex Iustinia. Tit. de Latin. libert. tollenda. & de dedititia libert. toll. C.

Libertus (vt habet Vet. Glossar.) *Orcinus est, qui in testamento eius, qui est apud Orcum, id est, qui est mortuus, manumittitur.* videꝫ. lib. 13.

Libertus Ciuitatis, l. 5. §. 1. D. de diuisio. rer.

Liberti vtriusque sexus, l. 88. §. insulam, D. de legat. 2.

Liberti Auiti, videꝫ. lib. 1. *Paterni*, l. 58. §. vlt. D. de verb. signific. l. 2. D. de accusationib. *Materni*, l. 6. C. de quæstionib. *Nostri*, d. l. 58. §. vlt. *Proprij*, l. 6. C. de quæstionib.

Communis Liberta, l. 46. D. de ritu nupt.

Quid autem Libertis manumissio conferret præstarétque, breuiter Tertullian. in lib. de resurrectio. carn. complexus est his verbis: *Si famulum tuum Libertate mutaueris, & Vestis albæ nitore, & aurei Anuli honore, & Patroni nomine, ac Tribu, mensáq; honoratur.* Quintilian. lib. 7. cap. 4. *Propria Liberi, quæ nemo habet nisi Liber: Prænomen, Nomen, Cognomen, Tribum.* vnde Persius, Sat. de seruo manumisso, *Verterit hunc dominus, momento turbinis exit Marcus Dama*, id est, qui prius vnico seruili nomine appellabatur, iam incipit prænomen ferre.

Libido pro venereæ voluptatis stimulis appetitúque vsurpatur.

Qui ancillam non meretricem Libidinis causa surripuerit, l. 82. §. qui ancillam, D. de furtis. *Qui fores meretricis effregit Libidinis causa*, l. 34. D. eod. tit. & quod Sueton. in Tiberio, cap. 2. Appium scribit Virginij filiam *Libidinis gratia in seruitutem adserere conatum*, hoc Pompon. in l. 2. §. initium, D. de orig. iur. *captum amore Virginis* feciſſe ait.

Qui hominem Libidinis causa castrauerit, l. 3. §. item is, D. ad L. Corn. de sic. *Propter voluntatem pernicioſæ Libidinis*, l. 1. D. de extraord. criminib.

Libidine seruarum ducente, l. 3. C. de incest. nupt.

Libidine intemperatæ cupiditatis exarsisse, l. 25. C. ad L. Iul. de adult.

Ad Libidinem nequissimorum hominum ferri, l. 1. C. de Sc. Claudia.

Sua Libidine, id est, arbitrio volũtatis, l. 3. C. per quas person. nob. *Libido*, vt ait Donat. in Hecyr. Act. 2. Sc. 2. est, *quælibet voluntas temere susceptа.* Idem in Phormio. Act. 4. Sc. 5. ad hæc verba, *Dum Libido eadem hæc manet: bene Libidinem posuit pro voluntate hominis incerti ac leuis.*

Libitinarii, quos Græci νεκροθάπτας appellant, qui funera curant, l. 5. §. idem ait, D. de institor. & apud Senecam, lib. 6. de Benefic. cap. 38. à *Libitina*, cuius in tẽplo Romæ, τὰ πρὸς τὰς ταφάς, id est, quæ ad funera pertinebãt, venibant, vt auctor est Plutarch. ἐν Αἰτίοις, Vet. Glossar. *Libitinarius*, Ἐνταφιαστής.

Liboniano Senatusconsulto, Legis Corneliæ de falsis pœna aduersus eos constituta est, qui in alterius Testamento, vel Codicillis, legatum, hereditatémve sibi sua manu adscripsissent. Rubr. D. ad Leg. Cornel. de falſ. & de Sen. Libonia. l. 29. D. de test. tut. l. 1. D. de his quæ pro non script. hab. Ad hoc Senatusconsultum Paul. (vt ex indice Pisano constat) librum singularem scripserat, eíque Claudianum coniunxerat. Ac planè in eandem sententiam Edictum D. Claudij scriptum fuerat, vt ostendit l. 15. D. ad leg. Cornel. de falſ. l. 3. C. de his qui sibi adscrib. Senatusconsulti vtiq; nomine, in l. 15. §. si quis se scribat, D. de test. milit. l. 14. in prin. & l. 15. §. item Senatus, D. ad L. Cornel. de falſ. l. 3. & l. vlt. C. de his qui sibi adscribunt, *Libonianum*, hoc Sc. intelligendum est. Nomen autem habet à Scribonio Libone, qui Claudij temporibus Consulatum cum Tauro gessit.

Libram *Auri*, septuaginta & duorum solidorum esse, Impp. definiũt. *Libram* verò *Argenti*, quinis solidis æstimant, l. 5. C. de susceptor. & arcar. lib. 10. l. vn. C. de argenti prec. lib. 10. Vnus autem Aureus efficit libras æris 25. l. 1. C. de collat. ær. lib. 10.

Libræ Auri, l. 41. §. tutores, D. de fideicomm. libert. l. 30. D. de adimend. leg.

Libram Auri & Pondo, pro eodem vsurpat Pompon. in l. 34. §. item scribit, D. de aur. argẽt.

Si Auri Libras Stipulatus fuerit, l. 34. D. eod. tit.

Libra Argenti, l. 35. D. de contrah. empt. l. 89. §. Seio, D. de leg. 2. apud Mart. Epigr. 76. lib. 2.

signum Dei ex Libra centum in illa sacra æde, l. 38. §. vlt. D. de aur. arg. leg. *Testis ad Libræ pensa adhiberi*, Vlpian. Tit. 21. Regul.

Agell.lib.15.cap.27.*Tertium teſtamentorũ genus, fuiſſe*, ait, *per familiæ emancipationem, cui Æs, & Libra adhibebatur.*

LIBRIPENS appellabatur, qui in Mãcipationibus *ſtateram tenebat*: vt eſt hodie apud Gaium ſcriptum, lib.1.Inſtit.Tit.7.quem tamen auctorem ſcripſiſſe puto, *qui Libram æneam tenebat.* Sic enim & Boëtius in Topica Ciceron.& Priſcian.lib.6.Gaij ex lib.1.Inſtit.de nexu faciendo, verba referentes, ſcriptum habent.Mancipationem vtique factam certis verbis, Libripende, & quinque teſtibus præſentibus, Vlpian.Tit. 20. Regul. tradit. Plinius lib.33.cap.3. *Et militum ſtipendiorum, hoc eſt, ſtipis ponderandæ penſatores*, LIBRIPENDES *dicuntur. Qua conſuetudine in his emptionibus, quæ Mancipi ſunt, etiam nunc Libra interponitur.* Tertullian.lib.2. aduerſ. Marcion. *Adſcripta eſt illi, quaſi Libripens emãcipati à Deo boni*, LIBERTAS *& poteſtas.* Sed & in Teſtamẽto quod *per Æs & Libram*, id eſt, *per imaginariam mancipationem* fiebat, *Libripens* adhibebatur, vt idem Vlpia.docet, Tit.21.Regular. Iuſtinian.in §.acceſſit, Inſt.de teſtam.& Quintil. Declamat.308.In antiquo quodam vocabulario ſcriptum offendi, *Libripens dicitur Libram teneẽs, quòd de eius manibus pendeat* LIBRA, *vel* LIBRAM *pendentem ſuſtineat.*

LIBRAMENTVM, *ad Libramẽtum proprium viam redigere*, l.1.§.1.D.de via publ.Vtitur & *Libramenti* voce, ſed alio ſenſu, Senec.lib.1.Natur.quæſt.cap.12. & lib.3. cap.29.lib.6. de Benefic. cap.22. *Libramentum examinis*, l.3.de petit.& vlt.dat.in C.Th.

LIBRARIVS *Librorum ſcribendorum operas edit*, l.49.D.de oper.libert. *Librarium* quoque *Libris conſcribendis tranſcribendiſque*, operam impendiſſe indicat Martial. Epigram.8.lib.2.& Epigr. vlt.lib.4.Sueton.in Domitiano, cap.10. *Librariis qui eam hiſtoriam deſcripſerant crucifixis.* Pallad. in Præfat. lib.de ruſt. *Sed quid volumina hæc iuris colendi ſerius quàm iuſſeras, ſcripta ſunt, Librarij manus ſegnior fecit, cuius ego tarditatem numquam maligne æſtimo.*

Librarium in tranſcribendis verbis ſtipulationis erraſſe proponit l.93.D.de diuerſ.regul.Planè D. Hieronymus, Epiſt.ad Niciam, *Literam ſcriptores*, à Libris & corticibus arborum, quibus veteres ante chartæ & membranæ vſum vtebantur, *Librarios* appellatos ſcribit.Et ita LIBRARIUM accipe, l.29.D.de rei vindic.l.15.§.1.D.de vſufructu.l.7.§.dabitur, D.de oper. libert. ex quibus locis, ad huiuſmodi miniſterium ſeruorum, etiam impuberũ, opera vſos veteres, colligimus.Sic & LIBRARIOS accipe l.1.§.ludi, D.de extraord.cognit.& Λιβραρίους apud Modeſtin. l.15.D.de excuſationib.

Librarij, in caſtris fuere, vt Veget.lib.2.cap.7.docet, qui rationes ad milites pertinentes in libros & commentarios referebant.Hinc, *Librarij Horreorum, Depoſitorum, Caducorum*, inter miniſteria militaria recenſentur, in l.vlt.D.de iur.immunit.

Librarij Depoſitorum erant, qui ſtipendiorum donatiuorumque partem à militibus apud ſigna deponi ſolitam in Commentarios referebant, vt idem Veget.lib.2.cap.20.comprobat.Sueton.in Domitiano, cap.7. *Geminari Legionum caſtra prohibuit, nec pluſquam mille nummos à quoquam ad ſigna deponi: quod* LUCIUS *Antonius apud duarum* LEGIONUM *hiberna, res nouas moliẽs fiduciam cepiſſe, etiam ex depoſitorum ſumma videbatur.*

Librarij Caducorum, qui caduca Legionum (quorum in l.4.§.eandem, D.de fideic.libert.fit mentio) in Libros referebant.

Librarij inter decuriales vrbis Romæ ponuntur ab Impp. l.1. de decuriis vrb. Ro.in Cod. Th.aut certè inter ordines Decurionum, cum Scribis adiunguntur, l.1. de lucris officior. in eod.Cod.

LIBRATORES *Aquæ*, l.1.C.de excuſation.artific.lib.10.ſunt qui, vt in l.vlt.eod.tit. ſcribitur, *aquarum inuentos ductus & modos, docili Libratione oſtendunt.* Quod vocabulum vſurpant Traian.& Plinius.Epiſt.69.& 70.lib.10.vt & Frontin.lib.2.de aquæductib.

Ceterùm in d.l.1.de excuſ.artific.quid manus Triboniani præſtiterit, intelliget, qui eam cum illa, quæ ſub eod.Tit.in C.Th.legitur, contulerit.

LIBRORVM appellatione continẽtur omnia Volumina, ſiue in Charta, ſiue in Membrana, vel Tilia, vel Phylira, aliáve materia ſcripta ſint, l.92.D.de leg.3. Antiquis certè temporibus in Tilia & Phylira libros conſcribi ſolitos, non ille tantùm Iuriſconſultorum noſtrorum locus docet, ſed & Plinius lib.13.cap.12.& Herodianus, lib.1.Hiſtor.& Marcian.Capella.lib.2. de nupt.Phil.& Septim.in Epiſt.hiſtoriæ Dict.Cretenſi præpoſita.

Si quis Librum ad alicuius infamiam pertinẽtem, ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, l.5.§.ſi quis librum, D.de iniuriis. *Libri improbatæ lectionis, veluti Magici*, l.4.§.1.D.famil.erciſc. *qui libris principalibus in Senatu legendis vacãt*, l.1.D.de offic.quæſt. *Apotheca Librorum*, l.12.§.inſtructo, D.de fundo inſtruc.vel inſtr. *In Libris Elephantinis*, Sc.quæ ad principes pertinebant ſcribebãtur, vt ait Vopiſcus in Tacito.

Libraria, Librorum officinam, seu Librariorum tabernam & stationem, significat apud Agellium, lib. 5. cap. 4. & lib. cap. 29.

LICENTIA, pro facultate. *Licentia agenti est*, l. 4. §. si detracta, D. de noxal. id est, *Liberum ei est*, vt l. 24. §. si neque, D. eod. tit. *Licentia amplissimi numeri testium*, l. 1. D. de testib. *Licentiam dari litigandi*, l. 1. D. de liberali cau. id est, *Facultatem*, vt ibidem.

Licentia Patet, l. 8. C. ne pro dot. mulier. *Permittitur*, l. 5. C. de rei vindic.

Licentia effrenata, l. 21. C. ad Legem Iulian. de adulter. *Mentiendi*, l. 17. C. de accusationib. *Temeraria*, l. 4. C. de obseq. patr. *Testandi*, l. 8. C. qui testament. fac. possess. *Potestatis*, l. 2. C. comm. de succes. *Licentiam dare*, l. 1. D. de natal. rest. *Licentiam denegari*, l. 3. D. quib. ad libert. *Licentiæ vsurpatio*, l. 9. C. de vectigal. & cõmiss. *Licentiam habere*, l. 33. D. de legat. 1. l. 45. D. de minorib. *Habet reus Licentiam vsque ad sententiam datam, restitutionem rei facere*, l. 14. §. hæc autem actio, D. quod met. cau.

Licentia pro potestate. *Præfectis prætorio à principibus data est plenior Licentia, ad disciplinæ publicæ emendationem*, l. 1. D. de offic. præf. præt.

LICERE, vt Cicer. 13. in Anton. Orat. exponit, dicimus, *quod Legibus, quod More maiorum, institutisque, conceditur. Neque enim quod quisque potest, id & Licet: nec si non obstatur, propterea permittitur.* Sic in Edicto Prætoris, ex quibus causis maiores, *quod eius per Leges, Plebiscita, Senatusconsulta, Edicta, Decreta Principum Licebit*, l. 1. in fin. l. 28. §. quod eius, D. ex quib. caus. maior. *Cùm per leges Licebit liber esto*, l. 38. D. de manum. testa. *Si quis id quod possidet, non putat sibi per leges Licere vsucapere*, l. 32. §. 1. D. de vsurpationib.

Si quo amplius legaui vel legauero, quàm per Legem Falcidiam licebit, l. 88. in princ. D. ad L. Falcid. *qua amplius per Falcidiã Licuerit*, l. 5. D. si cui plus. *quod amplius quàm per Legem Falcidiam liceret, cepisset*, l. 27. §. heres, D. ad Sc. Trebel. *Quanto amplius, quàm per Legem Falcidiam Licuerit, ceperit*, l. 1. §. idem Iulianus, D. si cui plus. *Amplius Legatorum nomine cepisse, quàm è lege Falcidia capere Licebit*, l. 1. in princ. & §. hæc verba, D. si cui plus. *Vt hac Lege sequenti Licebit*, l. 1. D. ad L. Falcid.

Licet, ergo quod Lege, vel Iure aliquo, permittitur, conceditúrve. Et ita in l. 7. §. si paciscar, D. de pactis, *Licere* dicitur, quod Lex 12. Tabular. permittit. & in l. 7. §. vlt. D. quod met. cau. *Licere*, quod per L. Iuliam de adulteriis licet.

In pretio emptionis & venditionis naturaliter Licet contrahentibus se circumuenire, l. 16. D. de minorib. id est, *naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, & ita inuicem se circumscribere*, vt loquitur Paulus in l. 22. §. vlt. D. locati.

Licere vnicuique naufragium suum impunè colligere cõstat, l. vlt. D. de incen. rui. nau. *Domum suam reficere vnicuique Licet, dum non officiat inuito alteri in quo ius non habet*, l. 62. D. de diuer. reg. *Licet vnicuique contemnere ea quæ pro se introducta sunt*, l. 41. D. de minorib. *Licet sui iuris persecutionem, aut spem futuræ perceptionis deteriorem constituere*, l. 46. D. de pactis. *A vinea & balineo & theatro in ius vocari Licere*, l. 20. D. de in ius voc. *Nullum de domo sua in ius vocari Licere*, l. 18. D. eod. tit. *In publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, trãfugere non Licet, citra falsi accusationem*, l. 18. C. de transactionib.

Licet venditori, vel effundere vinum, si diem ad metiendum præstituit, nec intra diem admensum est, l. 1. §. licet, D. de peric. & commo.

Liberos & exheredare & occidere patri Licebat, l. 11. D. de liber. & post. *Etiam Postumis Filiis vel Nepotibus, vel ceteris Liberis, Licet Parentibus Testamento tutores dare*, l. 1. D. de testam. tut. *Cum Filio familias militi Liceat facere Testamentum, Licebit & Codicillos*, l. 21. D. de diuers. reg. iur.

Non Licet tubulos habere admotos ad parietem communem, l. 113. D. de seruit. vrb. præd. *Non debet cui plus Licet quod minus est non Licere*, l. 21. D. de diuer. reg. *Non debet actori Licere, quod reo non permittitur*, l. 41. D. eod. tit.

Vectigalia, sine Imperatorum præcepto, constituere vel reformare non Licet, l. 10. D. de publicanis.

Marc. Seneca, Controuers. 2. lib. 9. *Quædam quæ Licent, tempore & loco mutato, non licent.*

Cicer. pro Cornel. Balbo. *Est aliquid quod non oporteat, tametsi Licet: quidquid verò non Licet, certè non oportet.* B. Ambros. Epist. 66. lib. 8. *Quàm multa sunt quæ Licet facere, sed non expedit? Omnia enim Licent, sed non omnia expediunt.*

Non omne quod Licet, Honestum est, l. 144. D. de diuer. reg.

Semper in coniunctionibus, non solùm quid Liceat considerandum est: sed & quid Honestum sit, l. 42. D. de ritu. nupt. l. 197. D. de diuer. reg.

Adimere mandatam Iurisdictionem Licet quidem Procõsuli, non autem Debet inconsulto Principe hoc facere, l. 1. §. 1. D. de offic. procons.

Habere Licere, vide ſ. lib. 8.

Ire, agere, Licere, l. 4. §. 1. D. de verb. obl. *Stipulatio iſta, habere Licere ſpondes? hoc continet vt liceat habere, nec per quenquam omnino fieri, quominus nobis habere* Liceat, l. 38. D. de verb. oblig.

Licet *intelligere*, l. 1. §. vlt. D. de iuſtit. & iur. id eſt, datur, ſeu facile eſt.

Licet, pro etſi, quamuis, l. 74. D. de legat. 1. l. 34. D. de auro argent. l. 58. D. de verbor. ſignif. l. 22. §. licet, D. de iure fiſc. l. 42. D. de procuratorib. & aliâs ſæpe.

Licitvm, *& Illicitum*, opponuntur, l. 1. §. ius eſt. D. de iuſtit. & iur. *Licitum* eſt, quod per leges permittitur: *Illicitum* quod prohibetur.

Liciti *Contractus*, l. vlt. D. de proxenetic.

Licitus *modus vſurarum*, l. 1. §. ſi in ſortem, D. de pigner. act. l. 44. D. de vſuris, l. 2. C. de fœn. l. 53. D. de pact. l. 6. C. ſi cert. pet. l. 8. l. 19. & l. 20. C. de vſuris.

Licita donatio, l. 17. D. de donation. int. vir.

Licita negotiatio, l. 7. D. de iure patron. l. 6. §. neque, D. de offic. præſid. *Licita prouocatio*, l. vlt. C. vt lite pendente.

Licita *res eſt*, l. 57. D. pro ſocio. *Nòn licitam rem facere*, l. 3. C. vi bonor. rapt.

Licita *Tranſactio*, l. 16. D. de tranſactionib.

Contra Licitum redimere, l. 20. C. mandati.

Licitum *Collegium*, l. 1. §. vlt. D. de Collegiis.

Licitum *Iuſiurandum*, l. 5. D. de iureiur.

Licitum *Matrimonium*, l. 28. §. ſi quis eo, D. de liber. & poſt.

Licitum Honorarium, & Licita *quantitas*, l. 1. §. ſi cui, D. de extraord. cognit.

Licito *iure*, l. 3. D. quod met. cau. l. 7. §. 1. D. de oper. libertor. l. 9. §. 1. D. de donat. inter vir. l. vlt. D. de damn. infect. l. 1. D. de proxenetic. l. 20. D. de liber. cau. l. 10. C. de his quæ vt indign. l. 23. C. ad leg. Iul. de adulter.

Licite *detrahere*, l. 1. C. vt nemo priuat. *Licitè relictũ eſt*, l. 114. §. vt quid, D. de legat. 1. Contrà, *Illicitè* fit quod contra Leges, Conſtitutiones, Decreta, edicta principũ fit. vt in l. vlt. in fi. D. de his quæ vt indig. l. 11. §. ſi quis illicitè, D. de legat. 3. coniuncta l. 2. §. idem ait, D. ne quid in loc. publ. & l. 1. §. nunciatio, D. de oper. nunc.

Liceri, eſt ad pretium aliquid adiicere. *Si res eius venierit, & exiſtat qui plus* Liceatur, l. 7. §. quæſitum, D. de minorib. Cæſar lib. 1. de bello Gall. *Omnia Heduorum vectigalia paruo pretio redempta habeat: propterea quòd illo licente, contrà Liceri audeat nemo?*

Liceri de veſtibulo ædium, l. 19. §. de veſtibulo, D. comm. diuid.

Si obiiciatur Creditori quod animosè Licitus eſt, l. 27. D. famil. erciſc.

Licendo *ſuperare*, l. 7. §. ſi debitor, D. comm. diuid. dicitur, qui plus offert, vt vulgò loquimur, eóque modo rem per adiudicationem emit. Vet Gloſſar. *Licitari dicitur, qui vel emendo, vel conducendo, rem aliquam, vel aliquid ad negotiandum, plus offerendo contendit impetrare.*

Licitantis *calor*, l. 8. D. de publicanis. Feſt. Pomp. *Licitati, in mercando, ſiue pugnando, contendentes.* Ac planè, apud veteres poëtas, *Licitari* eſſe *congredi & pugnare*, exemplis Nonius Marcellus comprobat.

Licitatio *Admitti*, l. 7. §. quæſitum, D. de minorib.

Ad licitationem admitti, l. 2. C. ſi in cauſ. iudic. *Ad* Licitationem *etiam extraneo emptore admiſſo*, l. 3. C. comm. diuid.

Penes quem Licitatio remanſit, l. 19. §. iudex, D. com. diuid. id eſt, qui plus Licendo ſuperauit.

Ad Licitationem *rem deducere*, l. 6. D. famil. erciſ. *Per* Licitationem *rem accipere*, l. vlt. D. de alienatio. iudic.

Licitatione *is vincere*, dicitur, qui, vt vulgò in praxi loquimur, manet plus offerens, & poſtremus licitator, l. 6. D. famil. erciſc. l. 9. D. de public. *Licitatione victus*, l. 7. §. vlt. D. comm. diuid.

Licinii *Tyranni* fit mentio in l. 1. de infirmand. his quæ ſub tyran. in Cod. Theod. & apud Eutrop. lib. 10. & Sext. Aurel. Victor. in Conſtantino. Eum, non minus Chriſtianæ religioni quàm Conſtantino bellum indixiſſe, narrant Euſeb. lib. 10. hiſto. Eccleſ. cap. 8. Socrat. lib. 1. hiſtor. Eccleſ. cap. 2.

Licinnia Gracchi vxor, l. 66. D. ſol. matr.

Licinnia Lege ei, qui iudicij communi diuidundo euitandi cauſa alienauerit, interdicitur, ne communi diuidundo iudicio experiatur, l. vlt. D. de alienat. iudic. mut.

Licinnivs *Locuſta*, iuris ſtudioſus, qui Proculum per litteras conſulit, in l. 48. D. de legat. 2.

LICINNIVS *Rufinus* Ic. scripsit Regularum libros: ex quorum decimotertio sumpta dicitur l. 34. D. de re iudic. licet in Florentino indice, soli duodecim, eius argumenti, libri referantur. Hunc eum ipsum esse, qui Paulum per litteras cōsulit in l. 4. D. quib. ad libertat. proclam. mihi quidem fit verisimile.

LICTOR, l. 8. & l. 25. D. de manumiss. vindict. Fest. Pomp. *Lictores dicuntur, quòd fasces virgarum ligatos ferunt. Hi parentes magistratibus, delinquentibus plagas inferunt.* Nonius Marcell *Lictoris proprietatem à* Ligando *dictam vetustas putat: ita enim carnificis officium, antiquitus fungebantur. Mar. Tul. pro C. Rabirio: Lictor* (inquit) *colliga manus.*

Lictoria Consularis, l. 1. de lucr. officior. in Cod. Theodos. pro Lictorum consularium officio.

LIGATÆ *Tabulæ Testamenti Lino*, quo traiiciebantur, l. 1. §. si linum, D. de bonor. possess. secund. tab. & ita accipe, quod Vlpian. in l. 3. §. aperire, D. de Sc. Silan. ait, *siue sint signatæ, siue non sint* Ligatæ, *sed tantùm naturaliter clausæ.*

LIGNI *appellatio, nomen generale est: sed sic separatur, vt sit aliquid, Materia: aliquid, Lignum. Materia, est, quæ ad ædificandum, fulciendum, necessaria est: Lignum, quidquid comburēdi causa paratum est,* l. 55. D. de legat. 3. Quod eodem loco fusius, exponitur. Itaque satius esse videtur in l. 12. C. de excus. mun. lib. 10. sic disiunctim legi: *Materiam, Lignum, tabulata:* vt etiamnum in l. 15. de extraord. munerib. in Cod. Theod. legitur, quàm vt in Cod. Iustinian. vulgò scriptum est, *Materiam Lignorum.* Nam & illam lectionem, l. 18. de extraord. muner. in Cod. Theod. comprobat.

Pali & perticæ in numero materiæ redigendi sunt: & ideò Lignorum appellatione non continētur, l. 56. D. de legat. 3. l. 108. D. de verb. signif. *Nec materia eum pro Ligno vsurum,* l. 12. D. de vsufructu.

Ligna quæ ex Oliueto excisa essent, l. 8. D. de fundo dot.

Ligna & Carbones, & cetera per quæ penus cōficeretur, l. 3. §. ligna, D. de pen. leg. *Ligna cocta ne fumum faciant,* l. 167. D. de verb. signif.

Lignum pro tabulis. apud Iuuenal. Satyr. vlt. & Propert. lib. 3. Eleg. 21. Vnde bonor. possessio contra Tabulas, vulgò *contra Lignum dari* dicebatur, l. 19. D. de bonor. possess. contr. tabul.

Lignarij Fabri, l. 235. D. de verbor. signific. & apud Paul. lib. Sentent. Tit. 6. & Pallad. lib. 1. cap. 6. Isidor. lib. 19. cap. 19. *Lignarius generaliter Ligni opifex appellatur.* Sic & apud Veget. lib. 2. cap. 11. hoc verbum accipe.

Ligneæ Tabulæ, l. 1. D. de bonor. possess. secund. tabul. Iustinus lib. 22. *Tabellis Ligneis desuper vacua cera obducta.*

LIGVSTICVM, l. 5. D. de penu leg. Olus esse Isidorus, lib. 17. cap. vlt. scribit, odore aromatico, & gustu acre, quod à regione sua nomen accepit. Nascitur enim plurimum in Ligurię montibus, vt & Plin. lib. 19. cap. 8. tradit. Columell. lib. 12. de re rust. cap. vlt. *Ligustici vnciam, passæ vuæ detractis vinaceis sextantem.*

LIMENARCHÆ in Municipiis creari solebant, portuum custodiæ gratia. Meminit l. 3. D. de seru. fugit. l. vlt. §. hi quo que, D. de muner. & honor. l. 38. C. de lib. cau.

LIMINA *sicut in domibus finem quendam faciunt: sic & imperij finem,* Limen *esse veteres voluerunt,* §. dictum, Instit. quib. mod. ius patr. pot. sol. *Limina,* ait Sicul. Flacc. *introitus exitúsque locis præstant.*

Limen, ait Non. Marcell. *Omnis ingressus.* Sed & *Limen* metaphoricōs pro introitu & primordio cuiusque negotij vsurpatur.

In ipso Limine contractus, l. 24. C. de euictionib. *In Limine litis,* l. 1. C. de satisdan.

LIMES *dictus est quasi finis quidam & terminus,* §. hinc & limes, Instit. quib. mod. ius patr.

Limites, vt Sicul. Flacc. lib. de condicionib. agror. scribit, *à Liminibus vocabula acceperunt.* Quemadmodum enim Limina introitus exitúsque locis præstant: similiter introitus & exitus, qui in agris diuisis & adsignatis semper peruij esse debent, tam itineribus, quàm mensuris agendis, *Limites* appellantur. Higen. verò ab adiectiuo *Limus,* quod, *transuersum & obliquum* significat, *Limites* dictos tradit. Vnde Festus. lib. 10. *Limites, nunc terminos, nunc vias transuersas* significare scribit. Denique *quicquid ad obseruationem finium in agro, opera manuum, factū est,* auctore Aggeno Vrbico, *Limes* appellatur. Isidorus lib. 15. Origin. cap. 14. *Limites appellati antiquo verbo transuersi. Nam transuersa omnia antiqui* Lima *dicebant: à quo & Limina ostiorum, per quæ foris & intus itur: & Limites, quòd per eos foras in agros eatur.*

Limes, ergo, terminum in agris, finium discernendorum causa, positum significat. Seruius in 1. Eclog. Virgil. *Limes,* ait, *est agri terminus.*

Nec signare quidem, aut partiri Limite *campum*
Fas erat.

Ouidius lib. 1. Metamorphos.

Cautus humum longo signauit limite mensor.

Ouidius lib. 2. Fastor.

Limes *erat positus finem vt discerneret agris.*

Iuuenalis Sat. 8.

Aut sacrum effodit medio de Limite *saxum.*

Duos autem fuisse maximos Agrorum Limites, *Cardinem* videlicet, & *Decumanum*, Fest. lib. 4. & Isidor. lib. 15. Origin. cap. 4. post Sicul. Flaccum, Hygen. & alios tradunt: Ac *Cardo* quidem à Septentrione in Meridiem dirigitur, ita appellatus, quòd à cardine cœli sit. Nam in Septẽtrionali axe nobis cœlum vertitur. *Decumanus* verò ab Oriente in Occidentem per transuersum dirigitur: qui ex eo quòd formam denarij numeri faciat, *Decumanus* est vocatus. Plin. lib. 18. cap. 33. *Obseruato solis ortu, quocumque libet die, stantibus hora diei sexta, sic vt ortum eum à sinistro habeant, contra mediam faciem, Meridiem, à vertice, Septemtrio erit. qui ita Limes per agrum currit, Cardo appellatur.* Idem eiusdem lib. cap. 34. *Diximus vt in media linea designaretur vmbilicus: per hunc medium transuersa currat alia: Hæc erit ab exortu Æquinoctiali, ad occasum Æquinoctialem:* & Limes, *qui ita secabit agrum, Decumanus vocabitur*

Limites etiam, Romani Imperij fines dicuntur, l. 5. C. de annon. lib. 10. vnde Illyriacum, Ægyptiacum, Rheticum, Limitem legimus, l. 1. C. quib. muner. aut præstation. l. 13. C. de aduoc. diuers. iudic. l. 13. C. de excusat. muner. lib. 10. & apud Marian. in Notitia. Hoc amplius, & Thracium, Orientalẽ, Ponticum, Thebaïcum, Libycum, Limitem, inuenies in Nou. Th. & Valent. de ambitu, & loc. limitan. Fit & apud Marianum in Notitia, mentio Limitis, *Mauritaniæ Cæsariensis,* Limitis *Tripolitani: Pannoniæ Primæ: Norici Ripensis: Pannoniæ secundæ: Valeriæ Ripensis: Retiæ primæ, & secundæ: Sequanicæ: Tractus Armoricani: Neruicani: Belgicæ secundæ: Germaniæ primæ: Britanniæ: Mogonciacensis.*

Directo Limite in duas lineas Stemmata cognationum separantur, l. 9. D. de gradib. & adfinib.

Limitanei Milites, qui in limitibus excubabant, eorúmque defensioni operam nauabant, l. vlt. C. de offic. milit. iud. l. 3. C. de fund. limitroph. lib. 11. & apud Spart. in Pescẽ. Nigro. *Extra comitatẽses milites, per castra Limitis, Limitanei cõstituãtur, qui possint, & Castra, & Ciuitates Limitis defendere, & terras colere*, l. 2. §. pro limitaneis, C. de offic. præf. præt. Afric. Qui locus, vti retuli, ex scriptis codicib. restituendus est. Vnde, & Vet. Gloss. *Limitanei sunt qui constituti sunt, vt intus, castra, & Ciuitates & Limites defendant, & terram colant.* Lampridius in Alexandro Seuero. *Sola quæ de hostibus capta sunt* Limitaneis *ducibus, & Militibus donauit: ita vt eorum ita essent, si heredes illorum militarent, nec vmquam ad priuatos pertinerent: dicens, attentius eos militaturos si sua rura defenderent.* Quod & planissimè Suidas his verbis exponit. οἱ ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις παντα χόσε τῶν τῆς πολιτείας ἐσχατιῶν, πάμπολυ κατεφήσατο φραπιστῶν πλῆθος ὅπη φυλακὴ τῶν ὀρίων τῆς τῶν ῥωμαίων ἀρχῆς, ἡ κτ' τὴν ἑῶαν μάλιστα μοῖραν, ταυτῇ τὰς ἐφόδους τῶν Περσῶν καὶ Σαρακηνῶν ἀναστέλλοντες, ὥσπερ Λιμιτανέας ἐκάλουμεν.

Huiusmodi Limitaneis *Militibus* attributi Agri, Limitanei vocantur, l. 3. & Rubr. C. de fund. limitroph. lib. 11.

Limitati *Agri*. l. 1. §. si insula, D. de fluminib. l. 16. D. de adquir. rer. dom. qui in eorũ diuisione propriis Limitibus circumscripti, terminatíq; sunt. Fest. Pomp. Limitatus *ager, in Centurias diuisus.* Frontin. in lib. de limit. agror. Limitatus *ager, Decumanis & Cardinibus continetur.* Horat. Satyr. 2. lib. 2. *Metatũ* appellat, cùm ait, *Videas metato in Agello, Cum pecore & natis fortem mercede colonum*, vbi Interpres, *metato*, ait, *ad mensuram diuiso, & Limitibus distincto cum milite Augusto. Agrum autem manu captum* Limitatum *fuisse, vt sciretur quid cuique datum esset, quid venisset, quid in publico relictum esset.* Florentinus in dict. l. 16. D. de adquir. ter. dom. scribit.

Limitrophi *Agri*, qui in finibus sunt & Limitibus, imperij Limitaneisque Militibus adsignati. Tit. de fund. limitroph. lib. 11. Cod.

Linea, apud antiquos funiculum significat, quo & ad perpendiculum vtebantur. Vitruu. lib. 2. cap. vlt. *Ab oculo duæ Lineæ, si fuerint extensæ, & vna tetigerit imam operis partem, altera summam, ea quæ summam tetigerit, longior fiet.* in quam sententiam aliis quoque locis, hoc verbo ille idem auctor vsus est. *Velut Linea in directum per insulam transducta*, l. 29. D. de adquir. rer. do. Martial. Epigr. 57. lib. 3. *Tremulaue captum* Linea *trahit piscem.* Gratius de Venat.

Illa operam patiens, illa vsus Linea *longi.*

Isidor.

Isidor.lib.19.Etymolog.cap.18. *Linea, à genere, quòd ex Lino fieret.* Et ita *Lineam, margaritorum* accipe in l.26.D.ad Leg.Falcid.l.52.§.si Linea,D.de furt. *Lineas duas ex Margaritis,* l.vlt.§.vlt. D.de aur.arg.Margaritas perforatas fuisse ab vxore, *vt his pertusis in Linea vteretur,* Vlpia.proponit in l.27.§.si cũ maritus,D.ad L.Aquil.Ac planè Margaritę Lino,seu filo,inserebantur: quod Tertull.lib.de cultu fœm.significat his verbis: *Vno Lino decies sestertium inseritur.* D.Hieronym.in vita Pauli Heremitæ, *Vno filo villarum insuunt pretia.* Eáque est *Linea diues,* apud Martial.Epigr.77.lib.8.nimium ob Margaritas.

Sed & Generis ac sanguinis,& cognationis *Linea* dicitur. *Liberi per masculini sexus personas continua generis Linea sibi coniuncti,* l.5.C.de emancip.liber. *Si nullum ex qualibet sanguinis Linea legitimum reliquerit intestatus heredem,* l.4.C.de bonis vacantib. lib.10. *Stemmata cognationum in duas Lineas separantur: quarum altera, Superior: altera, Inferior. Ex superiore autem, & secundo Gradu, transuersæ Lineæ pendent,* l.10.D.de gradib.& adfinib.Stat.Pap.lib.3.Syluar.

Non tibi clara quidem, senior fidissime gentis,
Linea, nec proauis demissum stemma.

Linea, Ascendens, &, *Descendens,* l.2.C.de legitim hered. *Materna, vel Paterna,* l.10. C. de secund.nupt.l.21.C.de inoffic.testam.l.vlt.C.de legit.hered.

Linea ex qua mater descendit, l.18.C.de iur.deliber. *Bona quæ ex matre, vel ab eius Linea peruenerint,* l.3.C.de bon.quæ liber. *Cognati ex Materna Linea Descendentes, vel Ascendentes,* l.15.§.sin autem mater,C.de natural.liber. *Maternæ res, vel quæ per eandem Lineam veniunt,* l.2.C.de bon.quę liber. *Res quæ Materna Linea Descendunt,* l.11.C.comm.de succeff.

Lingva *abscissa,* l.8.D.de ædilic.edic. Iustinianus in l.1.C.de offic.prefec.prætor. Afr. Barbaram Vuandalorum crudelitatem exagitans, *Vidimus,* inquit, *venerabiles viros, qui abscissis radicitus Linguis pœnas suas mirabiliter loquebantur.*

Delatoribus amputata radicitus inuidiæ Lingua vellatur, l.2.de petitionib.& vlt.dat.in Cod.Th.

Verborum quæ fortè semenecis & balbutiens Lingua profudit, l.15.C.de testamentis.

Quod vocibus Lingua figuratis significatur, l.38. D.de oblig.& actio. *Lubricum Linguæ,* l.7.D.ad L.Iul.maiest.

Lingua pro Sermone. *Eadem, an alia Lingua respondeatur nihil interest. Proinde si quis Latinè interrogauerit, respondeatur ei Græcè,* l.1.§.eandem,D.de verb.obligat. Et mox. *Sed vtrum hoc vsque ad Græcum sermonem tantùm protrahimus: an verò & ad alium, Pœnum fortè, vel Assyrium, vel cuius alterius Linguæ. Ita tamen vt vterque alterius Linguam intelligat, siue per se, siue per verum interpretem.*

Indices tam Latina, quàm Græca, Lingua sententias proferre possunt, l.12.C.de sentent.& interl. *Vtrum Latina, an Græca, vel qualibet alia Lingua stipulatio concipiatur nihil interest,* §. vtrum autem, Instit.de verb.oblig.

Fideicommissa quocunque sermone relinqui possunt: non solùm Latina vel Græca, sed etiam Punica, vel Gallicana, vel alterius cuiuscumque gentis, l.11.D.de legat.3.

Lino legato,tam factum,quàm infectum continetur, quódque netum, quódque in tela est,quódque modum est detextum. Tinctum planè non continetur,l.70.§. lino, D. de legat.3.

Linum pro funiculo Lineo quo traiici circumducíque,& ligari Tabulæ Testamenti solebant,Sueton.in Nero,cap.17.tradit. *Si ter fortè, vel quater, Linum esset circumductum,* l.1.§.vlt.D. de bonor.possess.secun.tabul.Et ibidem, *Si Linum ruptum, vel vetustate putrefactum, vel situ.*

Si ipsi Linum, vt intestati decederent, abruperunt, Paulus in Lege Dei,Tit.16. *Vt Lino rupto, aperiatur Testamentum,* Paulus lib.4.Sentent.Tit.6.Quintilian. lib.12. cap.8. *Denique Linum ruptum, aut turbata cera, aut sine adgnitione signa, frequenter inuenies.*

Si quis Tabulas quidem non aperuerit naturaliter, Linum autem inciderit, l.3.§.si quis tabulas,D.de Sc.Silan.

Si Linum quo ligatæ sunt tabulæ incisum sit, l.1.§.si linum,D.de bonor.poss.secund.tab. *Inciso Lino,* l.28.§.1.D.de liberat.leg.

Linea Vestimenta, l.23.§.1.D.de murileg.

Linifarii, l.13.C.de murilegul.lib.11.id est, Linifices, qui & *Linificij,* l.8.eod.tit.in Cod. Theod.

Linificia, in Mariani Notitia sunt, quæ *textrina Linteæ vestis,* vocantur, in l.16.de murileg. in Cod Theod.

In illa vtiq; Notitia, *Procuratores Linificiorum* sub dispositione Comitis sacrarum Largitionum in partibus Orientis, ponũtur. Similitérque sub dispositione Comitis sacrarũ largitio-

num in partibus Occidentis, recenſentur *Procuratores Linificij* (ſeu vt quidam veteres Codices habent, *Linifii*) *Viennenſis Galliarum*, & *Rauennantium Italiæ*.

LINTEA *Veſtis*, id eſt, Lino contexta.

Linteæ Veſtis Magiſtri, l. 14. C. de murileg. lib. 11. qui, *Magiſtri Lineæ Veſtis*, in Mariani Notitia, in qua ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum in partibus Orientis ponuntur.

Opifices Veſtis Linteæ contexendæ, in vſu erogationum noſtrarum operam dantes, l. 6. de murilegul. in Cod. Theod. Sic & Sidon. Apoll. Linteā Veſte indutum, *Linteatum* appellat, lib. 8. Epiſtol.

Linteo inuolutæ Tabulæ, l. 22. §. vlt. D. qui teſtam. fac. *De Linteis quibus vehicula inſternuntur*, l. 5. D. de ſuppell. leg. *Linteis Mappis ſcripta Lex*, l. 1. de alimēt. quæ inopib. in C. Th. Etiam *Linteos Magiſtratuum Libros*, Liuius lib. 4. citat.

LINTEAMEN, l. 8. de curſu publ. in C. Th.

LINTEARII, D. de inſtitoria, l. 13. C. de murileg. lib. 11. *Lintearium corpus*, l. 16. de murileg. & gynæc. in C. Th.

LINTEONES, l. 8. de murileg. in C. Th. l. 13. de nauicular. in eod. C. ſunt qui *opifices Linteæ, id eſt, Lino contextæ, veſtis*, appellantur in l. 6. de murilegul. in C. Th. Eodémque modo *Linteones* interpretari conuenit, l. 7. C. de excuſationib. muner. lib. 10. & apud Spartian. in Alexandro, Iul. Firmic. lib. 2. Mathef. Serûius in 7. Æneid. *Aut quia, maiores ſtantes texebant, vt hodie Linteones videmus.*

LIPPITVDO, l. 4. §. vlt. D. de ædilic. edic. nec oculorum ex ſtillis adſiduè manantibus, lachrymíſque exultantibus, ſordes Græci ῥύμμα, necnon ὀφθαλμίαν vocant. Quidam ex Galeni commentar. 3. εἰς τὸ περὶ ἀῤῥώστων, morbum hunc, vitiúmve oculorum, definiunt eſſe pituitam craſſiorem, & ſemicoctam, circum oculos concreſcentem, propter infirmitatem membranarum. Alij definiunt eſſe Membranæ, quæ Ceratidi (id eſt, tunicæ oculi ſecundæ quæ adnatæ tunicæ, quam ὑπὸ πτερυγίου Græci appellant, proximè ſubiecta eſt) inflammationem.

LIQVERE dicitur quod conſtat, l. 2. §. ſi dubitetur, D. teſta. quemadm. aper. l. 1. §. item illud ſciendum, D. de Senatuſc. Silan. l. 47. §. Sticho, D. de fideic. libert. l. 27. in fine, D. de lib. cau. l. 85. §. 1. D. de adquir. vel omitt.

Liquere Prætori, l. 5. §. 1. D. quib. ex cauſ. in poſſ.

Liquere debet, l. 1. §. idem, D. de Senat. Silan.

Liquere omnibus volo, l. 2. §. Diuus. D. qui pet. tut.

Si Liquet. l. 87. §. Imperator, D. de legat. 2. *Parum ſibi Liquere*, l. 7. D. de ſupell. leg.

Si vni ex pluribus Iudicibus de re non Liquet, l. 36. D. de re iudic. *Si Arbiter iuret ſibi de cauſa nondum Liquere*, l. 13. §. vlt. D. de recept. qui arbitr.

Liquet, ait Donatus in Eunuchum Terentij. Act. 2. Sc. 3. *ſignificat, Liquidum eſt: & eſt verbum iuris, quo vtebantur Iudices, cùm Amplius pronuntiabant: obſcuritate commoti cauſæ magis quàm negotij ſimplicitate.* Solebant enim Iudices in re dubia, & vbi partium iura ambigua aut obſcura erant, ita ſe iudicandi neceſſitate expedire, vt pronunciarent ſibi *non Liquere*, hoc eſt, vt Aſcon. Pædian. in 3. contra Verrem, explicat, *obſcuram cauſam eſſe.* Qua de re vide quæ lib. 5. Formular. diximus.

Quod Liquidæ materiæ eſt, l. 4. D. de penu leg.

Ad Liquidum, Diem & Conſulem exquirere, l. 2. §. idem Labeo, D. de aqu. & aq. pluu. quod explicat, l. 28. D. de probationib. Velleius Paterc. lib. priore, *Nequeo mihi temperare, quin rem ſæpe agitatam animo meo neque ad Liquidum ratione perductam ſignem ſtylo*

Liquidis probationibus innocentia commendari, l. 2. C. qui teſta. fac. *Liquidis probationibus oſtendere*, l. 5. C. de pericul. tut.

LIQVIDÒ, id eſt, euidenter, manifeſtè. *Liquidò adprobatur*, l. 75. D. de iudiciis. *Si Liquidò appareat*, l. 1. §. quæ onerandæ, D. quar. rer. act.

Liquidò compertum, l. 14. D. de off. præſid. *Liquidò conſtat*, l. 4. D. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. *Liquidò Probari*, l. vlt. D. de iureiurand. l. 1. C. de teſt. milit. l. 1. C. de falſa cauſ. l. 1. C. de priuileg. fiſci. *Liquidò probatum*, l. 1. C. de repud. vel abſtin. hæred.

Liquidò Iurare, id eſt, *verè*, vt loquitur Cicer. Epiſt. 2. lib. 5. Famil. ad Metell. *docere Liquidò ſe iuraſſe*, l. 18. D. de iureiur. Eodem modo apud Terent. Chæreæ in Eunucho, verba hæc, *Liquet mihi deierare*, Donatus interpretatur, *hoc veriſsimum iuſiurandū dare poſſum.* Senec. l. 7. de Benef. cap. 9. *Quibus ſumptis, mulier parum Liquidò nudam ſe non eſſe, Iurabit.* Auſon. Epiſt. ad Paulin. *Liquidò adiurare poſſum, nullum tibi ad Poëticam facundiam Romanæ iuuentutis æquari poſſe.* Ouid. lib. 4. de Ponto. Eleg. 6.

Te quoque

Te quoque idem Liquidò possum Iurare, precari.

Idem lib. 3. de Ponto, Eleg. 3.

Scis tamen, & Liquidò Iuratus dicere posses,
Non me legitimos sollicitare thoros.

Liquidò negare, dixit Cicer. Epist. 27. lib. 11. Familiar.

Litis nomen, rem in iudicium deductam significat. Varro lib. 6. de lingua Lat. *Res quæ in controuersia est, Lis dicitur. Ideò in Actionibus videmus dici, Quam Rem, sine Litem.* Atque eo nomine Iurisconsultos Cicero pro Murena ridet, quòd ambigerent, *Rem an Litem* dici oporteret: quæ & ideò disiungũtur in l. 9. C. de suis & legitim. *Rem magis, quàm Litem transferre*, l. 11. D. de alienatio. iudic. *Lis æstimari* dicitur, cùm, ea res, quæ in iudicium deducitur, à iudice æstimatur, l. 47. D. de rei vindic. l. 9. D. de eo quod cert. loc. l. 15. §. in hoc, D. quod vi aut clàm, l. 7. §. 1. D. de Publicia. l. 22. D. de act. rer. am. l. 29. D. de neg. gest. l. 15. D. de euiction. l. 7. D. ad L. Iul. repet. Seneca lib. 2. de Clement. *Et soluere ei licet, & quanti vult, æstimare Litem.* Idẽ lib. 2. de Ira, *In cõsilium mittamur de vita nostra: Si verum ipsi dicere voluerimus, pluris Litem nostram æstimabimus.* Agell. lib. 4. cap. 4. *Iudex Litem pecunia æstimabat, quantique interfuerat eam vxorem accipi, aut dari, eum qui spoponderat, aut qui stipulatus erat, condemnabat.*

Lis autem interdum *tanti æstimatur*, quãti ea res est qua de agitur. *Tãti Litem æstimandã, quanti fuisse eo die quo dari mox debuit*, l. vlt. D. de condic. triticiar. *Iudex tãti Litem æstimare debebit quãtum mihi aberit*, l. 82. §. fundus, D. de leg. 1. Interdum verò tanti æstimatur, *quanti actoris interest*, l. 8. D. de eo quod cer. Nec in pecuniariis dumtaxat causis, sed & in capitis iudiciis, *Lis vltis æstimari* dicebatur, vt Cicero pro Cluent. & Liuius aliquot locis testantur. Asconius in Diuination. *Lis æstimata sit*, ait, *hoc est, pecunia, de qua Lis fuit, & propter quam cõdemnatus est, in summam redacta, quæ de eius bonis exigetur.*

Litis Æstimatio, rei quæ in controuersia est, æstimatio, l. 46. D. de rei vind. l. 7. D. de Publician. l. 1. & l. 3. D. pro empto. l. 16. §. vlt. & l. 26. §. an ea, l. 30. D. famil. ercisc. l. 82. §. fundus, & §. qui Caium, D. de legat. 1. *Litis Æstimatio facta*, l. 11. §. 1. D. de aqu. & aq. pl. *Oblata*, l. 3. §. 1. D. de reb. eor. l. 15. §. 1. D. cõmodati. *Offerri*, l. 17. de vsufruct. *Solui*, l. 29. D. de hered. pet.

Litis Æstimationẽ accipere, l. 21. D. de hered. vel act. l. 36. D. de lib. cau. *Euitare*, l. 1. D. de noxal. *Offerre*, l. 1. §. si post litem, D. si quadrup. l. 7. §. inter, D. cõmu. diuid. *Pati*, l. 54. §. vlt. D. de her. petit. *Præstare*, l. 82. §. qui Gaiũ, D. de leg. 1. l. 12. D. qui potior. in pigno. *Restituere*, §. 1. Instit. de satisdationib. *Sufferre*, l. 20. D. de noxal. actionib. l. 3. §. si tamen, D. de homin. lib. exhib. l. 22. D. de actione rer. amot. l. 21. D. de euict. *Litis æstimatione damnatus*, l. 30. D. depositi, id est, *In Æstimationem rei*, vt l. 3. D. de confessis. *In Litem iurare*, est iureiurando rem quæ in controuersiam deducta est, æstimare, toto Tit. de in lit. iuran. *Tanti condemnet, quanti in Litem actor iurauerit*, l. 7. D. si seruit. vindic. l. 46. D. de rei vind. l. 18. D. de dolo. *Quanti in Litem vir iurasset*, l. 8. §. vlt. D. de actio. rer. amot. *In quantum aduersarius in Litem sine vlla taxatione in infinitum iurauerit*, l. 68. D. de rei vind. *Aduersus heredem iurari in Litem*, l. 4. D. de fideiussorib. tutor. *Ex eo quod in Litem iuratur*, l. 64. D. de iudiciis. *Tantum, quantum in Litem esset iuratum*, l. 20. §. vlt. D. de hered. pet.

Iusiurandum in Litem, quod in rem qua de agitur, æstimãdam, à iudice defertur: toto Tit. D. de in lit. iuran. l. 7. D. de administr. & peric.

Litis nomen, omnem Actionem significat, siue in Rem, siue in Personam sit, l. 36. D. de verb. signific. Et huic verbo veteres S literam præposuisse, Fest. lib. 17. notat. Inde in Inscriptionibus antiquis *Decemuiri Slitibus iudicandis. Lis in iudicium, & in condemnationem deduci* dicitur, l. 32. §. litem, D. de neg. gest. l. 3. §. si per venditorem, D. de act. empt. l. 2. C. de petit. hered. *Res in Litem deduci*, l. 31. §. si duo, D. de nouationib. *Lis* pro controuersia, quæ in iudicio mouetur, l. 4. D. de iudiciis, l. 65. D. de condic. indeb. *Lis inofficiosi*, l. 6. D. de collat. dot. *Proprietatis*, l. 33. D. de vsufructu. l. 33. D. de dolo, id est, *Lis de proprietate instituta*, vt l. 102. D. de verb. oblig. *Lis vindiciarũ*, Ascon. in 3. Verr. *Vna Lis plurium Personarum*, l. 31. §. 1. D. de procuratorib. *Lis inchoata*, l. 12. D. ex quib. caus. maior. l. 26. D. de obl. & ac. l. 44. D. de iudiciis. *Lis cœpta*, l. 12. D. ex quib. cau. ma. *Litem ab eo iudice, apud quem res inter petitorẽ & emptorem cœpta est, ad suum Iudicem reuocare*, l. 49. D. de iudiciis. *Post Litem cœptam*, l. 5. D. de hered. pet. *Lis ordinari*, l. 24. & l. 25. §. vlt. D. de liber. cau. Vet. Glossar. *Litis ordinandæ gratia*, τοῦτο χάριν τῆ τάξιν ποιᾶ ἢ οἷον εἰσαγωγῆς ἀρχὴν λαβεῖν τῶν δίκων. *Lis præparari*, l. 7. §. vlt. D. de liber. cau. l. 1. D. de appell. recipien. l. 15. §. 1. D. de inoff. *Litem præparasse*, in quæstione de inofficioso testamẽto intelligitur, *qui vsque ad denuntiationem, vel dationem libelli, præcesserit*, l. 7. D. de inoffic. testam.

Litem agere, l. 3. §. si pupillus, D. de tutelis. *Peragere*, l. 57. D. de procuratorib. l. 22. D. de inoff.

Lite apud iudicem ſuo ordine peragenda, l.30.D. de recept.qui arbitr. *Lites ſuo Marte decurrere*, l.1.C. ne liceat potentiorib. *Litem habere*, l.4.§. non omnis, D.de re milit.l.1.D.de litigioſ. l.21. D. de excuſ *Inferre*, vide S.lib.9.Senec.lib.2.de Ira, *Et Litē ſibi inferri calumniator ægerrimè patitur. Inſtituere Litem*, l.22. D.de inoff.teſtam. *Inter ſe iungere*, l.1.§.vlt.D.de litigioſ. *Litem inſtruere aduocatione vel Teſtibus*, l.20.D.ad Leg.Cornel.de falſ. *Suſcipere ſuo nomine*, l.64.D.de procurat. l.19.D.de iuriſdictio. *Ad Litem ſuſcipiendam datus procurator*, l.8.§.vlt.D.de procuratorib. *Lites donatas ſe non ſuſcipere D. Pius reſcripſit*, l.22.§.lites, D.de iure fiſci. *Litium donationem admitti temporum meorum diſciplina non patitur*, l.2.C.ne fiſc. vel reſpub.

Litem, ſeu *Litis incertum, redimere*, l.15.C.de procuratorib.l.20.C.mandati. *Litium redemptores*, l.22.C.eod.tit. *Litem in alium transferre*, l.4.§.vlt.& l.11.D.de alienat.iudic.

Litem conteſtari, eſt iudicium accipere, vt S.lib.3.demõſtraui. Interdum autem actiuè *Litem conteſtari*, Iuriſconſulti dicunt. *Litem cum eo cõteſtari Actor potuiſſet*, l.10.§.vlt.D.ſi quis cautionib. *Si quis cùm protutor non eſſet, Litem ſit conteſtatus*, l.11.D.eod.tit. *Quamdiu Litem conteſtatus non ſim*: & cõtrà, *ſi Litem iam conteſtatus ſim*, l.84.D.de verb.obl. *Hactenus ei ius dicendum eſt, vt Litem conteſtetur*, l.16.D.de offic.præſid. *Qui prior de legato, ſiue fideicommiſſo Litem conteſtatus eſt*, l.33. D.de legat.1. *Antequam Litem conteſtemur*, l.28.D.de diuerſ.regul.

Interdum verò paſſiuè *Lis conteſtari* dicitur. *Cauſa eius temporis quo Lis conteſtatur*, l.91.§.vlt. D.de legat.1. *Eo tempore quo Lis conteſtetur*, l.22.§.eo autem, D.ſolut.matr. *Quamdiu Lis cum eo de pecunia conteſtetur*, l.1.D.de penu legat. *Iudicium dare debet Prætor vt Lis cõteſtetur*, l.28.§.ſed etſi, D.de iudiciis. *Antequam Lis aduerſus omnes fideiuſſores cõteſtaretur*, l.16.C.de fideiuſſorib. *Si cum vno ex fideiuſſoribus Lis conteſtata eſſet*, l.3.§.vlt.D.iudicat.ſol. *Si inter primũ & ſecundũ, ſit Lis conteſtata*, l.1.§.1.D.de litigioſ. *Cùm initio Lis in eum conteſtata non ſit*, l.14.D.de his qui not. infa.

Lis cum actore conteſtata, l.6.D.de compenſationib. *Si Lis conteſtata cum debitore ſit, de ipſo debito*, l.11.D.de pigno.act. *Ex eo tempore quo Lis cõteſtata*, l.1.C.de vſur.& fruct. *Litis conteſtatæ tempore*, l.27.§.1.D.de rei vind.l.7.§.ſi quis, D.ad exhibend.l.37.D.de neg.geſt.l.7. D.de donat. int.vir.l.31.D.de reb.cred.l.34.D.de minorib.l.20.D.quod met.cau. l.37. D.de negot.geſt. *Tempore Litis ex ea actione conteſtatæ*, l.37.§.1.D.de neg.geſt. *Litis conteſtandæ tempore*, l.31. D.de reb.credit. *Ante Litem conteſtatam*, l.25.§.ſi ante, D.de hered.petit. l.1.§.planè, D.ſi quadrup. l.25.§.item ſciendum, D.de ædil.edic.l.47.D.de ſolutio.l.14.D.fam. erciſ. l.10.§.1.D.ſi quis cautionib.l.57.D.de ſolutionib.l.19.& l.26.D.quan.di.legat.l.16.& l.73.D.de procuratorib.

Poſt Litem conteſtatam, l.2.l.3.& l.10.D.de vſuris, l.20.& l.79.D.de rei vind.l.4.§.poſt litem, D.fin.regund.l.12.D.famil.erciſc.l.6.§.officium, D.de aqu.& aq.plu.l.25.§.ſi ante, D.de hered.pet.l.1.§.planè, D.ſi quadrup.l.1.C.de petit.hered.l.1.C.comm. diuid. l.7.D.de except. rei iud. *Poſt Litem cum eo conteſtatam*, l.9.§.ſi is qui temporali, D.de iureiurand. *Ex omnibus cauſis Lites conteſtatas in Heredem tranſire*, l.58.D.de oblig.& act.

Lite conteſtata, l.29.D.de nouationib.l.vlt.D.de fideiuſſorib.tutor. l.8.§.ſi quid, D. commun.diuid.l.35.D.de vſuris. *Semel Lite conteſtata*, l.13.D.de iniuriis. *quaſi Lite conteſtata cum mortuo*, l.33.D.de oblig.& act.

Litis conteſtatio, l.18.§.vlt.D.de pecun.conſtit.l.4.D.de his qui effuder. l.vlt.D.de fideiuſſ. tutor.l.2.§.ſi rem, D.pro empt.l.1.C.ex delict.def. *Ante Litis conteſtationem*, l.1.C.de petit.hered. *Poſt Litis conteſtationem*, l.22.C.de rei vindic.l.vlt.C.de vſur. & fructib.id eſt, *poſt iudicium acceptum*, vt l.38.§.ſi actionem, D.de vſuris, & l.31.D.de reb.cred.l.20.D.de rei vind.l.23. D. de iudiciis, l.1.§.non tantùm, D.depoſiti.

Poſt Litis conteſtationem, l.22.C.de rei vind.l.vlt.C.de vſur. & fructib.

Litis cauſa ex Africa Romam veniens, l.27.§.1.D.de inſtr.vel inſtr. *Litis cauſa Imperatorem heredem inſtitui inuidioſum eſt*, l.91.D.de heredib. inſtitut. *Litis cauſa militiam appetere*, l.1.C.qui milit.poſſ.lib.12. *Litis cauſa pecunia promiſſa*, l.1.§.ſi cui, D.de extraord.cognit. *Litis gratia abeſſe*, l.5. D.ex quib.cauſ.maior.

Litis Damnum, l.53.D.de re iudica. *Emolumentum*, l.30. D.de liberat.leg. *Euentus*, l.6.§.vlt.D. mandati. *Periculum*, l.8.D.de legat.3.

Litis Impendia, l.46.§.litis, D.de procuratorib. *Sumptus*, l.78. §.etiam, D.de legat.2. l.79. D. de iudiciis, l.30.D.de liberat.leg.l.5.§.in hac, D.iudicat.ſol. l.5. §.nunc videndum, D. commodati, id eſt, *In Litem facti ſumptus*, l.39. D.famil.erciſ. *Sumptus quos in Lite fecit*, l.31.§. vno, D.de neg.geſt. *Impenſæ quas in Litem fecit*, l.30. D. de procuratorib. *Ab initio Litis*, l.45. D. de hered.petit. *Inſtrumenta Litis*, l.36.D.de iudiciis. *Modus Litium multiplicatus*, l.6. D. de except. rei iudi.

Litis conſortes, vide S.lib.3. *Dominus*, vide S.lib.4. *Litis procurator*, l.88. D. de ſolutionib. *Ad*

Litem

Litem constitutus curator, l. vlt. C. de in lit. iur. *Ad Litem datus tutor*, l. 4. C. eod. tit. *Offerre se Liti*, l. 45. D. de hered. pet. l. 21. & l. 27. D. de rei vind. *Liti subsistere*, l. 62. §. 1. D. de euictionib. dicitur qui Litem excipit, &, vt vulgò loquimur, qui manet in causa.

Litem amittere, l. 8. §. 1. D. rat. rem hab. l. 30. §. 1. D. ad L. Aquil. *Perdere*, l. 19. D. si seruit. vindic. l. 2. D. de condic. ob. tur. cau. Quo genere loquendi Cic. lib. 1. de Orat. & Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 9. & 11. vtuntur.

Renuntiare Liti, l. 21. D. de minorib. l. 10. D. de iudiciis, *Desistere à Lite*, l. 22. §. vlt. D. de iure fis. *In Lite perseuerare*, l. 10. D. de iudiciis. *à Lite discedi*, l. 65. D. de condic. indeb.

Lis Mori dicitur, cùm legitimis transactis temporibus perit, l. 3. §. 1. D. quæ in fraud. credit. l. 2. D. iudic. sol. l. 19. §. dolo cuius, D. de dolo, l. 11. §. sin autem reus, C. de iudic. vt ex contrario, *Lis viuere* dicitur, l. vlt. in fine, C. de fide instr. *Lis perire*, l. 1. §. sed & constitutio, D. de calumniator. *Ad officium Prætoris pertinet Lites deminuere*, l. 21. D. de reb. cred. *Lites finiri studet Prætor*, l. 3. §. tametsi, D. de recept. qui arb. *Non differendarum Litium causa, sed tollendarum ad arbitrum itur*, l. 37. D. de recept. qui arbitr. *Maximum remedium expediendarũ Litium iurisiurandi religio*, l. 1. D. de iureiurando. Eóque modo, *Litium cõpendio prouisum*, ait Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 1. *Ad finiendas Lites pertinet compromissum*, l. 1. D. de recept. qui arbitr.

Vt aliquis Litium finis esset, l. vlt. D. pro suo. *Nullus erit Litium finis, si à transactionibus bona fide interpositis cœperit facilè discedi*, l. 10. C. de transactionib. *Minuendarum Litium causa*, l. 2. D. de aqu. & aqu. plu. *Lites transactionibus Legitimis finitas Imperiali rescripto resuscitari non oportet*, l. 16. C. de transactionib.

Lis & Instantia edicti separantur, l. 73. §. circumducto, D. de iudiciis. *Futura Lis*, l. 3. D. de procuratorib. *Litem suam facere* dicitur Iudex, in quem Litis damnum transfertur: quod vel dolo malo, vel sordibus, vel euidenti gratia, vel per imprudentiam malè iudicarit, l. 4. §. si iudex, D. de oblig. & act l. vlt. D. de extraord. cognit. Instit. de õblig. quę quasi ex delicto. Theoph. vertit, κατ' ἐαυτῦ δίκην ἐγείρειν. *Iudex tunc Litem suam facere intelligitur, cùm dolo malo in fraudem Legis sententiam dixerit. Dolo autem malo videtur hoc facere, si euidens arguatur eius vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes, vt veram æstimationem Litis præstare cogatur*, l. 16. D. de iudiciis. Cicer. lib. 2. de Orat. *Si, cùm pro alio dicas, Litem tuam facias.* Agellius lib. 10. cap. 1. *Et ego aduersus eum, qui doctus esse videbatur, Litem meam facere nolui.*

Litem quoque *suam Iudex* olim *fecisse* videtur, qui ad constitutum tẽpus, & qua hora iudicare debebat, in comitium non venerat, cùm iudex esset datus aut sumptus: vt colligi potest ex C. Cincij, apud Macrob. lib. 2. Saturnal. cap. 16. his verbis. *Inde ad Comitium vadunt, ne litem suam faciant. Litem* etiam *facere Lex* dicitur, qua iudicium constitutum est. Quintil. lib. 7. cap. 1. *Litibus teri*, Plin. Epist. 12. lib. 8. *An si ego Litibus tererer, obstrictum me esse crederem obeunti ad vadimonia mea?* Martial. lib. 7. Epigramm.

Lis te bis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit vna, tribus Gargiliane foris.

Vnde meritò exclamat, *Ah miser & demens, viginti Litigat annis Quisquam, cui vinci Gargiliane licet?* significans, id quod res est, ex annosis Litibus non nisi Cadmeam victoriam posse contingere. Tritum est Chilonis Lacedemonij præceptum aureis literis Delphico templo consecratum, *Æris alieni, atque Litis, comitem esse miseriam*, vt refert Plin. lib. 7. cap. 32. Quod Ausonium in Ludo septem sapientium prætermisisse mirum est. Ac planè, inter ea quæ ad benè beatéque viuendum pertinent, Martialis primo loco ponit, *Lis nunquam.* Ideóque, *Verecundam cogitationem eius qui Lites execratur non esse vituperãdam*, ait l. 4. §. 1. D. de alienat. iud. mut. sapientérque, Cicer. lib. 2. Off. monet, *à Litibus paulò plus quàm liceat abhorrere.* Itaque *Minoris* interesse, *Litibus non vexari*, verissimè adserit l. 6. D. de minorib.

LITIGAT qui iudicio certat & contendit, cuique adhuc sub iudice Lis est, l. 30. D. de liber. leg. l. 18. D. rat. rem hab. *Litigare de Condicione sua*, l. 1. D. de liber. caus. *de Libertate*, l. 7. §. vlt. l. 13. §. 1. l. 25. & l. 29. D. de liberal. caus. & *pro libertate Litigare*, l. 4. D. eod. tit. *De parte sua*, l. 11. D. de iurisdictio. *De Possessione*, l. 11. D. de alienat. iudic. *Litigare de suo statu*, l. 17. D. de tutor. & cur. l. 12. D. ex quib. caus. maior. l. 33. §. 1. D. de procuratorib. *Litigare de Testamento*, l. 76. D. de leg. 1. *Litigare ex seruitute in libertatẽ*, l. 39. D. de procuratorib. *Litigare ex stipulatione*, l. 3. §. vlt. D. de legat. 3. *Litigare suo nomine*, l. 10. D. de alienat. iud. *Si in partem suo nomine, in partem pro alieno Litigat*, l. 1. §. in propria, D. quando appelland. sit. *Litigare per Procuratorem*, l. 4. §. si quis autem, D. de alien. iud. *Cum multis Litigare*, l. 44. §. 1. D. de ædil. edic. *Litigandi causa in iure sistere*, l. 4. D. de in ius vocan. *Litigantes heredes*, l. 40. D. de pactis. *Inter Litigantes non aliter lis expediri potest, quã si alter petitor, alter possessor sit*, l. 62. D. de iudiciis.

Litigantium vtilitas, l.7.D.de feriis. *Sine incommodo Litigantium*, l.59.D.de iudiciis.

LITIGATOR qui litigat, l.vlt.D.quod quiſ.iur.l.26.§.item per, D.ex quib.cauſ.maior.l.2. C.de fruct. & lit.

Litigatores, qui litem inter ſe habent, l.9.§.vlt.l.11.l.17.& l.19.§.vlt.& §.ſi arbiter, l.49.l.47. & l.49.D.de recept.qui arbit. *Litigatoribus*, l.26.§.per magiſtratus, D.ex quib.cau.maior.l.36. D.de iudic.l.2.D.vti poſſidet.l.43.D.famil.erciſc.l.1.C.vt quæ deſunt. Sueton. in Caligul. cap.39.Epit.Liuij lib.86.Quintilianus lib.11. *Athenis moris erat ſcribere Litigatoribus, quæ ipſi pro ſe dicerent.*

LITIGIOSA *Res* eſt ea, de qua controuerſia mota eſt, iudiciúmve acceptum, l.1. D. de iure fiſc. *Res de qua controuerſia eſt*, vt loquitur l.vlt.D.de litigioſ. *Res quæ in controuerſia eſt*, vt l.22. D.de iur.fiſc.

Litigioſam autem *Rem* Iuſtinian.Nouell.112. intelligi vult, πράγμα κίνητον, ἢ ἀκίνητον, ἢ αὐτοκίνητον, ἧ τινὸς περὶ τῆς δεσποτείας ζήτησις, μεταξὺ τῶ ἐναγοντος καὶ ἐναγομένου κινεῖται, ἢ δι' ἀρχικῆς ὑπομνήσεως, ἢ ἀφ' ἑτέρων βασιλεῖ προσενεχθεισῶν, καὶ τῷ δικαστῃ ἐμφανισθεισῶν, καὶ δι' αὐτῆς τῆς ἀντιδίκου τῆς προσελθόντος γνωσθεισῶν.

Litigioſam planè *Rem non facit denunciatio, quæ impediendæ venditionis cauſa fit*, l.1. D.de litigioſ. *Litigioſum prædium*, l.27.§.1.D.ad Senatuſc.Velleia.l.1.§.vlt.D.quæ res pign. *De rebus Litigioſis & conuenire & tranſigere poſſumus*, Paul.lib.1.Sent.Tit.1.

LITIGIVM, l.49.§.1.D.de recep.qui arbitr.

LITTERÆ, elementa, apicéſque ſignificant, & à *Notis* ſeparantur, l.1.§.ludi, D.de extraord. cognit.l.40.D.de teſtam.milit. *Notæ* enim, *Litteræ non ſunt*, l.6.§.vlt.D. de bon. poſſeſſionib. Quamquam *Litteræ* appellatione Notas exaudire debemus, apud Manilium, hoc verſu, *Cui Littera verbum eſt.*

R. *Litteram Appius Claudius inuenit, vt pro Valeſiis, Valerij eſſent*, l.2.§.& quidem, D.de orig. iur.

Litteræ, licet aureæ ſint, chartis, membraníſque cedunt, l.9.§.1.D. de adquir.rer.domin.§.litteræ, Inſtit.de diuiſio.rer. *Non figura Litterarum, ſed oratione quam exprimunt Litteræ, obligamur*, l.38.D. de oblig.& act.

Proſcribere claris Litteris, Græcis vel Latinis, l.5.§.proſcribere, D.de inſtitor. *Qui pueros primas Litteras docent*, l.2.D.de vacat.& excuſat.id eſt, prima elementa, vt Horat.loquitur: *Qui primis Litteris pueros inducunt*, l.11.§.vlt.D.de munerib.& honor.

Litteras neſcire, in libris noſtris dicuntur, qui nec legere ſciunt, nec ſcribere. l.3. §.item ſubſcribere, D.de accuſationib.§.ſimiliter, Inſtit.de excuſationib.tut. *Qui ſe neget Litteras ſcire*, l.6. §.vlt.D.de excuſationib. Sueton.in Nero.cap.10. *Cùm de ſupplicio cuiuſdam capite damnati, vt ex more ſubſcriberet, admoneretur, Quàm vellem, inquit, neſcire Litteras.*

Ignarus Litterarum, l.vlt.§.ſin autem, C.de iur.deliber.qui ſcribere neſcit.

Imperiti Litterarum, §.ſimiliter, Inſtit.de excuſationib.tutor. Columell.lib.1.de re ruſt.cap. 8. *Poteſt etiam Illiteratus, dummodo tenaciſſimæ ſit memoriæ, rem ſatis commodè adminiſtrare. Eiuſmodi villicum Cornel.Celſus ait ſæpius nummos domino quàm librum adferre: quia neſcius Litterarum, vel ipſe minus poßit rationes conſtringere, vel per alium propter conſcientiam fraudes timere.*

Sic etiam *Imperitiam Litterarum* accipe, l.30.C.de teſtamentis. *Ne quis cauſari poßit Ignorantiam Litterarum*, l.11.§.1.D.de inſtitor.id eſt, ſcripturæ.& ex diuerſo, *Scientia Litterarũ*, l.92.§.1. D.de adquir.vel omitt. eſt ſcribendi peritia.

Litteræ, pro Epiſtola. *Litteras facere* eſt ſcribere & mittere, l.47.§.1.D.de bon.libert.

Quidam ad Creditorem Litteras eiuſmodi fecit, l.25.D.de pecun.conſtit.

Ad eum qui vxorem ducturus erat, Litteras tales fecit, l.60.§.1.D.mandati.

Litteræ ad Magiſtratum factæ, l.4.D.de requirend.& abſentib.

Litteras ad eum miſit huiuſmodi, l.57.D.de donationib. int. vir. *Litteras tales ad ædituum miſit*, l. 77.§.donationis, D.de legat.2. *Litteras ſuas ad aduerſarium derigere debebit, quibus ſignificet*, l.65.D. de procuratorib. *Qui tibi Litteras tradidit*, l.7.C.mandati.

Ad patrem Litteras emiſit, l.16.de Sc.Maced.

Poſt Litteras ad vxorem emiſſas, quibus dotis non fore prædium declarauit, l.15. D.de fundo dotali. *Prædia donauit, eorúmque ſe tradidiſſe poſſeßionem Litteris declarauit*, l.48. D. de adquir. poſſeſſion. *Qui ſuſcepiſſet Litteras reſtituendas*, l.36.D.ad municipal. *Ex continenti acceptis Litteris meis*, l.vlt.§. vlt. D.de oblig.& act.

Poſt appellationem interpoſitam Litteræ dandæ ſunt ab eo à quo appellatum eſt ad eum qui de appellatione cogniturus eſt, quas Litteras dimiſſorias appellãt, l.1.D.de libellis dimiſſor.l.106.D.de verb.ſign.

Si mi-

Si miseris ad me Tabellarium tuum, & ego rescribendi causa Litteras *tibi misero: simul atque Tabellario tuo tradidero, tuæ fient. idem accidet in his* Litteris *quas tuæ duntaxat rei causa misero*, l.65. D. de adqu. rer. dom.

Emptio inter absentes per Litteras contrahi potest, l.1.§. est autem, D. de contrah. empt.

Litteræ quibus hereditas promittitur, vel animi affectus exprimititur, vim codicillorum non obtinent, l.17. D. de iure codicillor.

Adire præsidem Litteras *ei daturum*, l.3. D. de fugitiuis.

Litteris *conuenti*, accipiuntur, qui litteris ad magistratum, vbi consistunt, factis, iudicio adesse monentur, vel adnotandos se esse requirendos certiorantur, l.1.§.1. D. de requirend. vel absent. l.8. C. quomodo & quand iud. Paulus lib.5. Sentent. Tit.5.

Litteræ, pro rescripto Principis, seu Epistola, l.5.§. vlt. D. vt legator. seu fideicomm. l.5.§.1. D. de iur. immunit. l.7. D. de vacat. & excusat. coniuncta l.4. D. de manumissionib.

Litteræ Diui Pij, l.5.§.1. D. de censib. *Diui Marci*, l.20. D. de manumissionib. *Post Litteras Imperatoris nostri*, l.87.§. vlt. D. de legat.2.

Litteris *contrahi* dicebatur *Obligatio*, quæ per scripturam Mensæ, Nominibus fiebat, l.1. de donat. rescript. in C. Theod. Instit. de litterar. obligat.

Vet. Glossar. Litteris *Obligatio*, ἀγωγὴ διὰ γραμμάτων διασυμφωνηθεῖσα παλαιᾶ χρέως, ἢ νεοτέρᾳ, ἢ ἀγορασίας. *Litteris*, τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν δανείον μετασχηματιζόμενον γράμματι τυπικῷ. Aliud Vet. Glossar. *Litteris obligatio*, ἡ ἐν γράμμασι. *Litteris δέδι*, τὸ παλαιὸν χρέος αἰς καινὸν μετασχηματιζόμενον δανείον, ῥήματι καὶ γράμματι τυπικῷ. Huc fortè pertinet quod Cicer. lib.4. Epist. ait, *Pactio non verbis, sed Nominibus & præscriptionibus.*

Litterarius Ludus, l.1.§. ludi, D. de var. & extraord.

Litteratos, pro peritis scribendi accipimus, l. vlt. C. de testament. *Litteratus Seruus*, l.43. D. de contrah. empt. id est, Litteris imbutus, vt exponit Sueton. lib. de Inlustrib. Grammatic. cap. Interdum *Litteratus*, Litteris inustum significat: quo modo *Litteratum seruum*, pro stigmatico dixit Plautus: & *Litteratum silicem*, Senec. in Ludo de morte Claudij.

Litteratvra, *quæ omnium virtutum maxima est*, l.1. de decuriis vrb. Rom. in Cod. Theod. Senec. Epist. 88. *Quemádmodum prima illa, vt antiqui vocabant, Litteratura, per quam pueris elementa traduntur.* Grammaticos certè olim *Litteratos*, &, *Litteratores* dictos, Sueton. lib. de Inlustrib. Grammat. cap.4. docet. Agell. lib.16. cap.6. *Ibi quispiam linguæ* Latinæ Litterator *Roma à Brundusinis accersitus, experiundum sese vulgò dabat.*

Litvræ. l.1.§. & ideò, D. de iis quæ in testam. delent.

Litvrarios pro aduersariis dixit Auson. in Epistola Centoni nuptiali præfixa.

Litvs *solebat Aquilius Gallus per translationem definire, quà fluctus eluderet*, vt Cicer. in Topic. auctor est. Quintil. lib.5. cap. vlt. *Etiam ipsi Iurisconsulti, quorum summus circa proprietatē verborū labor,* Litus *esse audent dicere, quà fluctus alludit.* Celsus verò, Litus, ait, *est quousque maximus fluctus à mari peruenit: idque Marcum Tullium aiunt cùm Arbiter esset, primùm constituisse*, l.96. D. de verb. signific. At Iauolenus, *Litus publicum* esse scribit, *eatenus, qua maximus fluctus exæstuat*, l.112. D. eod. tit.

Mare commune omnium est & Litora, l.13.§. si quis me, D. de iniuriis. *Naturali iure cōmunia sunt* Litora *maris*, l.2. D. de diuis. rer.

Litora *quæ fundo vendito coniuncta sunt, in modum agri non computantur, quia nullius sunt: sed iure Gentium omnibus vacant*, l.21. D. de contrah. empt.

Litorum communis est vsus, l.24. D. de dam. inf.

Litorum vsus publicus est, & iuris gentium, §. litorum, Instit. de diuis. rer. *Nemo ad* Litus *maris accedere prohibetur piscandi causa*, l.4. D. eod. tit. *In Litore iure Gentium ædificare licere, nisi vsus publicus impediret*, l.4. D. ne quid in loc. publ.

Litora in quæ populus Romanus Imperium habet, populi Romani esse arbitror, l.3. D. eod. tit. *Quod in Litore quis ædificauerit, eius erit*, l.14. D. de adquir. rer. dom. *Si quis in* Litore *ædificet, licet in suo non ædificet, iure Gentium suum facit*, l.1.§. quòd si quis, D. de oper. no. nunt. *Quod in* Litore *publicò extruxerimus, nostrum fit*, l.49. D. de adquir. rer. dom. *Qui iuxta Litora maris possident*, l.7. D. de incend. rui.

Lapilli *& gemmæ, ceteráque quæ in Litore inuenimus*, l.3. D. de diuis. rer. *Gemmæ*, Lapilli, *Margaritæ in Litoribus inuentæ*, l.1. D. de adquir. possess. *Qui rem in* Litore *iacentem, posteaquam naufragium factum est abstulit*, l.3. D. de incend. rui. nauf.

Locare Ædes, est inhabitandas inquilino certa pensione concedere. Locare *fundum*, est fruendum, colendúmve certa pensione, vel fructuum parte dare: Locare *vectigalia* est fruen-

da Publicano dare, l.2.§.1.D.ad municipal.l.45.§.vlt D. de iur. fisc. *Locatum vectigal*, l.3.C. de priuileg.fisci.

Prædium publicum in quinque annos curator Reipub. Locauit, l.3.§.1.D.de administr.rer.ad ciuit. *Agri ciuitatum vectigales, qui in perpetuum locantur*, l.1. D.si ager vectig.

Qui ædem faciendam Locauerat, l.30.§.qui ædem, D.locati.

Locare Opus, dicitur, qui cum fabro, artificéve de opere aliquo efficiendo, mercede præstituta, paciscitur, l.1.§.si conseruatis, D.de L.Rodia.l.44.D.de fideiussorib.

Locare extruendum opus, l.2.§.idem, D.de administr.rer. *Locare opus faciendum, ita vt pro opere redemptori certam mercedem in singulos dies darem*, l.51.§.locaui, D. locati. *Opus auersione locatum*, l.36.D.eod.tit.

Insulam faciendam Loco, l.22.§.cùm insulam, D.eod.tit. *Domus facienda Locata erat*, l.60.§.lege, D. eod.tit. Cicero Philipp.14. *Censeo vt monumentum quàm amplissimum locandum iuberent. Locat* ergo Dominus: Redemptor vero *Conducit*, l.59. D. locati. Vnde & Redemptor, *conductor operis*, dicitur, vt S. lib.3. demonstraui.

Locat artifex operam suam, id est, faciendi necessitatem, l.22.§. cùm insulã, D.locati, l.22.C.eod. tit. *Locare Operas suas* dicitur, qui eas mercede accepta præstat, l.26. D.de vsufru.l.38.§.cùm seruus, D.de stipul.seruor.l.6.D.de Leg.Fab. *Qui Operas suas locauit vt prodiret artis ludicræ causa*, l.3.D.de his qui notant.infam.l.1.§.& qui operas, D.de postulando. *Locatæ operæ*, l.53.D. de condict.indeb. Locare etiam *operas*, serui dicitur vsuarius, l.12.§.si vsus, & l.14.D.de vsu & habit. *Si tectori Locaueris laccum curandum*, l.27.§.vlt.D.ad L.Aquil.

Non tantùm autem quoties faciendum aliquid, sed & quoties vehendũ datur, *Locatio* est. Dominus ergo mercium vehendas merces Locat, l.1. D.de præscript. verb.l.2.D. de Leg. Rod. *Nauicularius* verò & *auriga, conducere* dicuntur, l.12.§.qui vinum, l.13.§.1 l.19.§.si quis mulierem, D.locati, l.vlt.§.si ea, D.de Leg.Rod.l.5.D.ad exhibend.l.3.§.1. D. nautæ caupon. Velleius Paterc. *Mummius tam rudis fuit, vt, capta Corintho, cùm maximorum artificum perfectas manibus tabulas, & statuas, in Italiam portandas Locaret, iuberet prædici conducentibus, si eas perdidissent, nouas eos reddituros.*

Locare *vsumfructum*, l.12.§.nauis, D.de vsufructu. *Locare scenicam vel funebrem Vestem*, l.15.§.& si vestimentorum, D.eod.tit.

Locatio *& Conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit*, Instit.de Locatio.&cond. Isidor.lib.5.Origin. *Locatio dicitur, res ad vsum data, cum definitione mercedis.*

Si tibi polienda sarciendáve vestimenta dederim, si quidem gratis hanc operam te suscipiente, Mandati est obligatio: si verò mercede data, aut constituta, Locationis, Conductionisque negotium geritur, l.22.D. de præs.verb. *Mandatum nisi gratuitum nullum est: interueniente enim pecunia, res ad Locationem & Conductionem potius respicit*, l.1.§.vlt.D.mandati.

Adeò familiaritatem aliquam inter se habere videtur Venditio & Emptio, item Locatio & Cõductio, vt in quibusdam causis quæri soleat, vtrum Emptio & venditio contrahatur, an Locatio & Conductio. Vt ecce, si cum aurifice Titius conuenerit, vt is ex auro suo, certi ponderis, certæque formæ, anulos ei faceret, & acciperet aureos decem, Emptio & Venditio cõtrahitur. Quod si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta, Locatio & conductio est, §.adeò, & §.item quæritur, Institut.de locatio. & cond. *Conuenit mihi tecum, vt certum numerum tegularum mihi dares certo pretio: vtrùm Emptio sit, an Locatio? Respondit, si ex meo fundo tegulas tibi factas vt darem conuenit, Emptionem puto esse, non Conductionem: Totiens enim Conductio alicuius rei est, quotiens materia, in quo aliquid præstatur, in eodẽ statu eiusdem manet: quotiens verò & immutatur, & alienatur, Emptio magis quàm Locatio intelligi debet*, l.65.D.de contrahen.empt.

Si quàm rem nobis fieri velimus etiam, veluti statuam, vel vas aliquod, seu vestem, vt nihil aliud quàm pecuniam daremus, Emptionem videri: nec posse vllam Locationem esse, vbi corpus ipsum non detur ab eo cui id fieret: aliter atque si aream darem, vbi insulam ædificares, quoniam tunc à me substantia proficiscitur, l.20.D.eod.tit. *Cum do vt facias, si tale sit factum quod Locari solet, puta, vt tabulam pingas, pecunia data Locatio erit: si Res, non erit Locatio*.l.5.§.1.D.de præscrip.verb. *Si mercedem accepiebam pro seruo quem in pistrinum quis accipiebat, ex* Locato me agere posse: *quod si operæ eius serui cum custodia pensabantur, quasi genus Locati & conducti interuenit*, l.1.§.si quis seruum, D.depositi.

Quotiens faciendum aliquid datur, Locatio est, l.22.§.1. D. locati. *Cùm insulam ædificandam Loco vt sua impensa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert: & tamen* Locatio *est. Locat enim artifex operam suam, id est, faciendi necessitatem*, dic.l.22.§.cùm insulam.

Locati actio, Locatori competit: Conductori verò, Conducti, Institu.de locat.& cond. Vet.Gloss. Locati *actio*, ἀγώγη ἁρμόζουσα τῷ μισθώσαντι, ἵνα λάβῃ τὸ μίσθωμα.

Si labo-

Si laborante naue iactus factus est, amissarum mercium domini, si merces vehendas Locauerant, *ex Locato, cum Magistro nauis agere debent: is deinde, cum reliquis quorum merces saluæ sunt, ex Conducto, vt detrimentum pro portione communicetur, agere potest*, l. 2. D. de L. Rod.

Locator, l. 12. D. de vi & vi arma. l. 9. D. qui potior. in pigno.

Locator Domus, l. 60. D. locati. *Fundi*, l. 35. D. locati. *Operis*, l. 36. l. 37. & l. 60. §. lege, D. eod. tit.

Locarivm, vt tradit Varro, lib. 4. de lingua Lat. appellatur, *quod datur in Stabulo, & Taberna, vbi consistant.*

Locvs, ait Varro lib. 4. de lingua Lat. *est, vbi quid Locatum esse potest.* Item, *vbi quicquam consistit.* Et alias eod. lib. *corpus vbi agitatur, Locus.*

Locus facit, vt idem, vel Furtum, vel Sacrilegium sit, l. 16. §. locus, D. de pœnis. *ex* Loco *Atrox iniuria æstimatur: veluti, si cui in Theatro, vel in Foro, vel in conspectu Prætoris, iniuria facta sit*, §. atrox, Instit. de iniuriis.

Loco plus petitur: veluti, cùm quis id quod certo Loco sibi stipulatus est, alio Loco petit, sine commemoratione illius Loci *in quo sibi dari stipulatus fuerit*, §. loco, Institut. de actionib. *Si Locus in iubendo iudicare non est comprehensus, videtur eo* Loco *iudicare iussisse, quo solet iudicari sine incommodo litigantium*, l. 5. D. de iudiciis.

Locus in quo ius redditur, l. 11. D. de iustit. & iu. *eum locum compromisso inesse, de quo actum sit, vt promitteretur. Impunè igitur ei non parebitur, si aliô Loci adesse iusserit*, l. 21. §. si arbiter, D. de recept. qui arbitr. *Si in aliquem Locum inhonestum adesse iusserit, puta in Popina, vel in Lupanarium*, d. l. 21. §. sed si in aliquem.

Locvs *est, non fundus, sed portio aliqua fundi*, l. 60. D. de verb. signif. vbi, *non magnitudinem, sed opinionem nostram, constitutionem, & affectionem, Locum à Fundo separare*, Vlpianus ait. Quò fit vt à *Fundo*, & *Agro*, Locum plerumque auctores nostri separent, l. 54. in fi. D. de euictionib. l. 38. in fi. D. de vsurpationib. l. 10. §. agri, D. quib. mod. vsufr. §. quod autem, Instit. de vsucapionib. *Locus certus ex fundo*, l. 25. §. vlt. D. de adquir. poss.

Locus proximè fundo seruienti, l. 13. D. quemad. ser. amitt. *Medius* Locus, l. 2. §. 1. D. si seruit. vind.

Loca fundi, l. 2. §. 1. D. eod. tit. *Ad vltima Loca*, l. 9. D. quemad. ser. amitt.

Loci *appellatio non tantùm ad Rustica, verumetiã ad Vrbana ædificia pertinet*, l. 60. §. vlt. D. de verb. signif. Planè in Edicto Prętoris, Ne qui in Loco publico fiat, *Loci appellatio, & ad Areas, & ad Agros, & Vias, Itineráque porrigitur*, l. 2. §. 1. D. ne quid in loco publ. *de* Loco *Itineris consentire*, l. 28. D. de seruit. præd. rustic.

Locorum varietates multæ exístunt: diuersíque generis Loca habentur: veluti. *Publicus, & Priuatus Locus*, l. 1. D. de his qui deiecer.

Locus Sacer, Religiosus, Sanctus, l. 17. §. sed loco, D. de aqu. & aqu. pluu. Loca *Sacra, item Religiosa*, l. 23. §. 1. D. de rei vind. *Religiosus factus* Locus, l. vlt. D. de mort. infer. *Religiosa* Loca, l. 30. D. famil. erciſc.

Profanus Locus, l. 29. D. de relig. & sumpt. *Purus* Locus, l. 1. D. de mort. infer. l. 6. §. 1. D. comm. diuidund.

Seruiens Locus, l. 20. D. de seruitut. præd. vrban. *Opacus*, & contrà, *Solis plenus* Locus, l. 17. D. de seruit. præd. vrb.

Locus *Vrbanus*, aut *Peregrinus*, l. 12. D. de supellect. leg.

Insidiosa Loca, l. 36. D. de rei vindic. *Secreta Loca*, l. 1. D. de his qui. *Certo Loco*, l. 26. §. vlt. D. de condic. indeb. Rubr. de cert. lo. *Quolibet Loco*, d. l. 26. §. vlt. D. de condict. indeb. *Quocunque Loco emancipari posse*, l. 36. D. de adoptionib.

Sequenti Loco *ponere*, l. 25. D. de seruitut. præd. vrba. *Eo Loci*, l. 11. D. de noxal. act. *Eo Loci quo*, l. 29. D. ad L. Aquil.

Primo Loco heredem instituere, l. 3. C. de hered. instit. *Primo Loco instituti*, l. 27. D. ad Leg. Falc. *Primo Loco scribere heredem*, l. 88. §. Sempronia, D. de legat. 2. *Quo Loco, scribatur heres sine parte, vtrum Primo, an Medio, vel Nouissimo, nihil interest*, l. 20. D. de hered. instit. *Quocunque Loco libertas data fuerit*, l. 22. D. eod. tit. *qui eodem Testamento, vel posteriore* Loco *manumitterentur*, l. 243. D. de verb. signific.

Qui primum Locum ab inteſtato tenent, l. 1. §. denuntiari, D. de inspiciend. ventr. *Secundo* Loco *datum fideicommissum*, l. 55. §. qui fideicommissam, D. ad Senat. Trebell. *Secundo* Loco *factum Testamentum*, l. 29. D. eod. tit. id est, posterius.

Si rem Loco *non moueris*, l. 3. §. si rem, D. de adquir. poss. *Cùm thesaurum* Loco *non moueris*, l. 15. D. ad exhibẽd. *Qui terminos* Loco *mouerint*, l. 3. D. de term. mo. *Si seruus rem subripuerit, deinde eandem* Loco *suo reponat*, l. 4. §. Labeo, D. de vsurpationib.

In alterius Locum *succedere*, dicuntur, Heredes, similésque personæ, qui in vniuersum ius defuncti succedunt, l.42.D.de diuers.reg.Martial. Epigram.63.lib.6.

Tu tamen hunc tabulis heredem, stulte supremis
Scribis, & esse tuo vis furiose Loco.

In Locum *& ius succedant*, l.9.§.1.D.de edendo.

Planè in interdicto, Quod legatorum, *In Locum successisse accepimus, siue per vniuersitatem, siue in Rem his sit successum*, l.1.§.illud tenendū, D.quod legator. Simili modo, in l.7.& l.8.D.de iureiur. *Neque eos qui in locum eius cui iusiurandum delatum est succedunt, & si in rem successerint. In* Locum *alterius succedere* Legato, *vel Donatione*, l.4.§.si quis, D.de doli except. *His qui in Locum eorum successerunt*, l.20.§.vlt.D.de annu.legat. *Eum qui in Locum emptoris successit*, l.76.§.vlt.D.de contrah.empt. *Ab emptore vel qui successit in Locum eius*, l.1.C.si ser.export. *Qui in* Locum *eius cui iusiurandum delatum est succedunt*, l.7.D.de iureiuran.

Sed & *in prioris creditoris Locum succedere posterior Creditor* dicitur, Rubr.C.de his qui in prior. cred.l.12.D.quib.mod.pig. *In Locum Reipublicæ succedere*, l.2.C.de iure Reipubl. *In* Locum *victi succedere*, l.29.§.vlt.D.de except.rei iudic. *In Locū venditoris fiscus succedit*, l.1.§.1.D.quib.mod.

In suorum Loco *succedere*, l.1.§.liberis, D.de coniungend. *In sui heredis Loco succedendo*, l.13.D. de iniusto rup. *Loco patrum succedentes nepotes*, l.3.C.de his qui numero.

In Locum Litis *contestatæ succedit iusiurandum*, l.28.§.1.D.de iudiciis. *In* Locum *Filij, vel in* Locum *Nepotis adoptare*, l.22.§.vlt.D.de adoptionib.l.1.§.si quis, D.si tab.testament.l.2.D.de vulg.& pup.l.1.§.si quis, D.si tab.testam.& apud Vlpian.Tit.9.Regular. l.6.D. de coniungend.cum emancip. *In* Locum *filij adoptatur nepos*, l.1.§.si pater, D.eod.tit.

In Locum alterius dari tutor, l.28.D.de excusat. *In* Locum *excusati alium petere tutorem*, l.2.§.quid ergo, D.ad Sc.Tertyll. *In Locum excusati tutor datus*, l.41.§.tutoris, D.de fideicomm. libert. *In Locum furiosi alij tutores dantur*, l.17.D.de tutelis. *In* Locum *tutoris dati*, l.1.C.in quib.casib.

Fideiussor rei Locum obtinet, l.4.D.de fideiussorib. *Loco rei est*, l.27.§.vlt.D.eod.tit. *Ex* Adoptiuo *natus Adoptiui Locum obtinet*, l.27.D.de adoptionib. *Socer parentis Locum obtinet*, l.16.D.solut. matrim.

Inter eas personas, quæ Parentium Liberorúmve *Locum inter se obtinent, contrahi non possunt nuptiæ*, §.ergo non omnes, Instit.de nuptiis.

Parentis Loco *sum Sororis Pronepti*, l.39.D.de ritu nupt. *Auiæ Loco est*, l.23.D.de adoptionib.

Matris Loco sunt Socrus & Nouerca, §.socrum quoque, Instit.de nuptiis. *Matris* Loco *non est*, l.23.D.de adoptionib. *Nurus Loco est*, l.14.D.de ritu nuptiar. *Adoptare Nepotis Loco*, l.37.D. de adoptionib. *Loco liberorum haberi*, l.1.C.de testament.

Absentis Loco est, l.124.§.vlt.D.de diuers.reg.l.17.§.ait prætor, D.de iniuriis. *Domini* Loco *habetur hereditas*, l.15.D.de interrogationib. *Prætor bonor.possessorem Heredis Loco in omni causa habet*, l.117.D.de diuers.regul. *Hunc qui abstinuit hereditate Prætor non habet heredis* Loco, l.12.D.de interrogationib. *Qui in vniuersum sint succedunt, Heredis* Loco *habentur*, l.128.§.vlt. D. de diuers. reg.

Prædonis Loco intelligendus est, &c.l.46.D.de heredit.petit. *qui accessionis* Loco *promittunt*, l.34. D.de fideiussorib. *Fructuum loco sunt mercedes à Colonis acceptæ*, l.29. D. de heredit. petit. *Pretij* Loco *haberi*, l.4.§.si quis.D.de doli except. Loco *solutionis cedit iusiurandum*, l.27. D. de iudiciis. *Hæc verba non tantùm pactionis Loco accipiuntur*, l.7.§.quod ferè, D.de pactis, id est, vice, seu pro pactione.

Locus *esse*, & Locum *habere*, idem valent: *Locum* autem *habere*. & *Cessare*, aduersantur, l.1.§.vlt. l.7.§.interdum, & l.12.D.de Sc.Maced.l.9.D.quod met.cau.

Locus *esse Actioni*, l.10.§.ait Prætor, D.quæ in fraud.l.2.§.sicuti, & §. fine, D. de hered. vel act.l.1.§.1.D.si quadrup.l.4. D. si quis omissa cau. l.12.& l.19.D.de noxal.act.l.16.D.de interrogationib. *Locum fore actioni*, l.10.§.præterea, D.quæ in fraud.credit. Locum *non esse actioni*, l.1.§.si pupillus, D.si is qui test.

Locum *habet actio*, l.15.in princ.D.de iniur.l.23.§.item, D.de rei vindic.l.1.§.hæc autem, D. de aqu.& aqu.pluu.l.24.D.de noxal.act.l.1.si pupillus, & §.hæc actio, D.si is qui testam. l.9. §. Marcellus, D.ad exhibendum.l.1.D.si quadrup.l.23.D.comm. diuid.l.14.D.de liber.cau. l.4.§. si actionem, & l.21.D.de furtis, l.1.C.de iure dot.

Locum *actio non habebit*, l.8.§.vlt.D.de edendo.

Locus *erit Fauianæ*, l.1.§.si mutuam, D.si quid in fraud.l.16.§.vlt.D.de patronat, Locum *habet Fauiana*, l.1.§.si mutuam, D.si quid.in fraud. Locus *esse Seruianæ*, l.4.D.quib. mod.pign. Locum *habet Pigneraticia*, l.11.§.si in sortem, D.de pign.act.

Locus eſt Vindicationi, l. 12. §. vlt. D. quando dies leg. ced.

Locus eſſe Condictioni, l. 10. D. de condict. ob. tur. cau. l. vlt. D. de mort. cau. donat. *Locum non eſſe Condictioni*, l. 4. C. de condic. indeb.

Locum habere Condictio, l. vlt. D. vſufr. quemadm. cau. l. vlt. §. vlt. D. rat. rem hab.

Locus eſſe Exceptioni, l. 7. §. ſi obligauit, D. de reb. eor. l. 9. D. de iureiurã. l. 93. D. de ſolution. l. 67. D. ad Senat. Trebell. l. 1. §. 1. D. de litigioſ. l. 53. D. condict. ind. l. 9. D. de iureiurãd. *Locum fore Exceptioni*, l. 122. §. 1. D. de verb. oblig.

Locum habere Exceptio, l. 25. §. item ſi, D. de hered. pet. l. 53. §. 1. D. de vſufr. quemad. cau. l. 13. D. de nouationib. l. 24. D. de condict. indeb. l. 4. §. ſi quis, de doli except. l. 29. D. de iureiurãd. l. 12. §. Iulianus, D. rat. rem. hab. l. 21. & 27. §. vlt. D. ad Senat. Velleia. l. 1. §. ſi ſeruus, D. de except. rei iudic. l. 72. §. falſam cauſam, D. de cond. & demonſtr. & l. 89. D. de cond. & demõſt. l. 4. §. item Labeo, & §. ſi quis pupillo, D. de dol. mal. except. l. 16. §. vlt. D. pro ſoc. l. 5. C. de non. numer. *Locum non habet Exceptio*, l. 13. D. de nouationib. l. 22. D. de condict. indeb.

Locus eſſe Interdicto, l. 16. §. 1. D. quod vi aut clam, l. 20. §. 1. D. de oper. nou. nunc. l. 1. §. illud, & §. quod ait, D. quod legator.

Locum habet Interdictum, l. 4. §. ſi tu me vi, D. de vſurpationib. l. 7. §. notauimus, D. quod vi aut clam, l. 1. §. ſiue, & l. 3. D. de tab. exhib. l. 1. D. de mort. infer. l. 20. §. 1. D. de oper. no. nunt.

Locus eſt iudicio, l. 5. §. vlt. D. de mun. & honor. l. 9. D. de tutel. & rat. diſtr. l. 2. §. item ſi, D. fam. erciſc. *Non erit iudicio Locus*, l. 7. §. planè, D. commun. diuid. l. 49. D. famil. erciſc.

Locum habere Iudicium, l. 13. §. 1. D. de oper. libert.

Locum habet perſecutio, l. 50. §. ſi quis ante, D. de legat. 1. *Locum habere Acceſſiones*, l. 13. §. acceſſiones, D. de adquir. poſſeſſ. *Locus eſt Appellationi*, l. 1. §. 1. D. quæ ſent. ſine appell.

Locus eſt bonorum poſſeſſioni, l. 4. D. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. l. 1. C. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. *Locum habet bonorum poſſeſſio*, l. 4. D. de bonor. poſſ. contr. tab. l. vlt. C. de bon. poſſ. contr. tab.

Locus eſt collationi, l. 1. §. pater, D. de collat. bonor. *Compenſationi*, l. 1. C. de compenſationib.

Locum non habet Compenſatio, l. 29. D. de condict. indeb. *Locus eſt Contributioni*, l. 11. §. quod vulgò, D. ad L. Falcid. *Crimini*, l. 28. D. de L. Corn. de falſ. *Locum habet Crimen*, l. 3. D. Stellion. *Mutianæ cautioni Locum eſſe*, l. vlt. D. de manum. teſt. *Non eſſe Locum cautioni*, l. 71. §. Titio, l. 1. §. ſi in annos, D. ad L. Falcid. *Cautio Locum habet*, l. 20. l. 13. §. vlt. & l. 15. §. ſi quid in via, D. de dam. infect. l. 101. §. ſocius, D. de condic. & demonſt. *Delationi Locus non eſt*, l. 9. D. de re milit. *Locus eſſe donationi*, l. 7. & l. 18. D. de donationib. *Locus eſt electioni*, l. 14. D. quando dies legat. *Gratificationi Locus*, l. 45. D. de religioſ. & ſumpt. *Locum iureiurando non eſſe*, l. 13. §. ſi alieno, D. de damn. infect. *Liberationem Locum habere*, l. 17. D. de donationib. *Locum miſſio non habet*, l. 5. §. ſi depoſita, & §. ſi ex duobus, D. vt in poſſeſſ. legat.

Locus habet nuntiatio, l. 1. §. 1. & §. ſiue autem, & l. 3. D. de oper. nou. nunc.

Locus erit oblationi, l. 15. §. illud quæritur, D. de dam. inf. *Locum eſſe pacto*, l. 20. D. de religioſ. *Locum habet pœna*, l. 1. §. ex illa, D. de L. Corn. de Falſ. l. 29. D. de iur. fiſci. l. 4. C. de his qui ſibi adſcrib. *Locus erit pœnis*, l. 43. D. de legat. 1. *Locum eſſe præceptioni*, l. 45. D. fam. erciſc. *Locus eſt Præſcriptioni*, l. 9. D. de diuerſ. tẽporal. l. 2. C. ne de ſtat. defunct. *Locum non eſſe Præſcriptioni*, l. 11. D. de exceptionib. *Locum habere Præſcriptio*, l. 50. D. de iudiciis, l. 1. §. ſi quis, D. quand. appell. ſit. l. 3. D. de diuerſ. temp. *Querelæ Locum eſſe*, l. 18. D. de fideic. libert.

Locum habere quæſtio, l. 37. §. ſed vt ſequens, D. de adqu. rer. do. *Locus eſſe Rationi*, l. 72. §. idem, D. de ſolutionib. *Locum eſſe repetitioni*, l. 23. & l. 29. D. de cond. indeb. l. 3. D. de donationib.

Locum habere Repetitio, l. 2. & l. 23. §. ſi quis poſt. & l. 26. D. de cond. ind. l. 9. C. ad Sc. Velleia. id eſt, *Competere*, l. 1. D. de condict. indeb.

Locus eſt Reſtitutioni, l. 7. §. ſi libertate, D. de cap. minut. *Locum habet Reſtitutio*, l. 21. §. hæc autem, D. ex quib. cau. maior. *Locus erit Retentioni*, l. 93. D. ad L. Falcid. *Locum fore reuocationi*, l. 10. §. 1. D. quæ in fraud. cred.

Locus non eſt ſententiæ, l. 67. §. ſi rem, D. de legat. 2.

Locum habet Solutio, l. 11. D. de ſtipulat. ſeruor. *Stipulatio*, l. 28. D. de ſeruit. præd. vrban. l. 1. §. hæc ſtipulatio, D. ſi cui plus, l. 14. & l. 15. §. vlt. D. vt legator. l. 5. §. vlt. D. vſufr. quemad. cau.

Vt fiat ſucceſſioni Locus, l. 31. De inoffic. teſt.

Locum habet Inſtitutio, l. 18. D. de iniuſt. rup. *Subſtitutio*, l. 2. C. de inſtitutionib.

Locus erit Conſtitutioni, l. 4. D. de fideic. libert. *non eſſe Locum Conſtitutioni*, l. 12. D. ad Sc. Treb. l. 7. §. vxori, D. de donat. int. vir.

Locum habet, vel, *non*, *Conſtitutio*, l. 49. D. de man. teſt. l. 4. §. ſi alienos, D. de fideic. libert.

Non eſſe Locus Decreto, l. 2. & l. 3. C. ad Sc. Maced.

Locus esse Edicto, l.6.§.1.D.de Carbon.edict.l.71.§.prætor, D.de adqu.vel omitt.l.1.§.illud, D.de ædilic.edic.l.9.D.quod met.cau.l.5.§.si heres, D.vt in poss.legat. l.8. §.1. D.de cõdic. instit. *Locus Edicto non erit*, l.31.D.de noxal.act.l.10.D.de alienatio.iudic.mut.

Locum habeat Edictum, l.1.§.si suspicio, D.de vi bonor.rapt.l.9.D.quod met.cau.

Locum habet Edictum, l.1.§.quod cum.D.de his qui effuder.l.24.§.edictum, D.de test.l.1.§. illud, D.de ædilic.edict l.3.§.1.D.de Carbon.edict.l.1.§.idem hoc,& §.idem Pomponius, D. quod fals.tut. *Locum non habet Edictum*, l.3.D.de dolo. *Locus esse Carboniano*, l.1.§.si quis, D.de Carbon edict. *Parti Edicti*, l.1.§.illud, D. de coniungend.cum emancip.

Locus est legi Aquiliæ, l.27.D.ad L.Aquil. *Legi Fabiæ*, l.4.C.ad leg.Fab.de plagiar. *Locum non esse legi*, l.72.D.de hered.instit.

Lex Ælia Sentia Locum habet, l.8.D.qui & à quib.& cõtrà, *Locũ non habet*, l.34.§.1.D.de fideic. libert. *Lex Atilia Romæ tantùm Locum habet*, Vlpian.Tit.12.Regul. *Lex Iulia Locũ habet*, l.1.C.de fund.dotal. *Legi Falcidiæ Locus esse in testamento*, l.76.§.vlt.D.de rei vindic. l.16.§.idem, D.ad Sc.Trebell.l.108.§.Stichum, D.de leg.1.l.22.& l.3. D.ad L.Falcid.l.44.§.vlt.D.ad Sc.Trebell. *Locum non esse Legi Falcidiæ*, l.2.C.de vsur.& fructib.l.11.§.si filio, D.ad Leg.Falcid. *Locum habere Falcidia*, id est, *intercedere*, vt l.87.§.vlt. D.de legat.2.seu *interuenire*, vt l.47. D.ad L.Falcid. *Si Falcidia Locum habet*, l.5.D.de legat.2.l.17.D.de probationib.l.32.§.oratio, D.de donat. inter vir.l.1.§ idem quærit, & l.7.D. de dote præleg.l.21.§.vlt.l.66.& l.77.§.1.& l.87.& l.88. § vlt.D.ad L.Falcid.l.2. C.eod.tit.l.27.D.de mort.caus.donat. *Locum non habet Falcidia*, l.3. §.quod autem, D.ad Sc. Trebell.

Locus esse Orationi, l.5.§.si fundus, D.de reb.eor. *Locum habet Oratio*, l.8.§.siue, D.de transact. *Non esse Locum Mandatis*, l.1.§.vlt. D.de requirend.vel absentib.

Locum habet Rescriptum, l.5.§.satisfactione, D. vt in possess. lega. *Locus esse Senatusconsulto*, l.5. §.vlt.D.ad Sc.Tertyll.l.23.D.de his quæ vt indign.l.7.§.interdum, D.de Sc.Maced. *Locum fore Senatusconsulto*, l.16.C.ad L.Iul.de adult. *Locus futurus Senatusconsulto*, l.65.§.si pupillo, D.ad Sc.Trebell. *Locus non est Senatuscõsulto*, l.24.D.ad Sc.Velleia.l.6.& l.10.D.de L.Corn.de Falsi.

Locum habet Senatuscõsultum, l.1.§.domini, D.de Sc.Silania.l.1.§.hoc autem, D.ad Sc. Treb. l.20.§.ait Senatus, D de hered.pet.l.2.D.ad Sc.Tertyll.l.1.§.liberi, D.si tab.test. l.1.§.vlt. & l.15.D.de Sc.Maced. l.20. §.vlt.D.de hered.petit.l.4.C.eod.tit. *Locum non habet Senatuscõsultum*, l.7.D.si quid in fraud.patr.l.9.§.hoc Senatusconsultum, D.de Sc.Maced. *Locus erit Trebelliano*, l.1.§ si filio,& l.22.§.vlt.l.55.§.qui fideicommissum, D.ad Sc. Trebell. *Locum habet Trebellianum*, l.27.§.Trebellianum, D.ad Sc.Trebell. *Locum habebit clausula Senatusconsulti*, l.25. §.perinde, D.de hered.pet. *Forma quæ singuli tutores*, &c. *dumtaxat intra pubertatis tempora Locum habet*, l.31.D.de administr.& peric. *Quod dicitur*, &c. *ita Locum habet si*, l.7.§. quod dicitur, D. de Sc.Maced. *Quæ ita Locum habebunt*, l.41.§.cùm filiæ, D.de vulg.& pupill. *Locum non habere*, & *non consistere*, idem valent.l.139.D.de diuers.reg.

Locus esse, vel *fieri*, *Fisco*, l.27.§.vlt. D.de iur. fisci. l.3.D. de his quæ vt indig. *Locus non est fisco*, l.8.D.de bon.damnator. *Locum fore substituto*, l.7.§.sed quod. D.de minorib.

Vbi personæ condicio Locum facit beneficio, l.68.D.de diuers.regul.

Locum Edicto facere, l.27.D.si quis omissa.l.9.D.quod met.cau. *Locum facere exceptioni*, l.1.§. quæ onerandæ, D.quar.re.act. *Locum facere Falcidiæ*, l.5.§.legata, D.de leg.præst. *Sibi Locum facere Postumus*, l.5.D.de iniust.rup. *ad sibi Locum faciendum*, l.30.§.1.D.de adqu.vel omitt.hered. *Locum facere substitutis*, l.20.§.si libertinus, D.de bon.libert.

Qui pari Loco erat in litigando, *cœpit esse in duriore*, l.1.D.si ex noxali. *Deteriore Loco libertus est*, l.2. D.ne quis eũ qui in ius vocat. *Vt actori persecutio Loco deteriore non sit*, l.11. D.si quis cautionib. *Homo honestioris Loci*, l.8.§.fin, D.de transactionib. *Honestiore Loco positi*, l.§.lege, D.de L.Corn. de sicar. *Humilis Loci*, l.38.§.imperator, D.ad L.Iul.de adulter. *Humiliore Locis positus*, opponitur, *in aliqua dignitate posito*, l.1.§.vlt.D.ad L.Corn.de sicar.

Locus in l.4.D.de his qui not.infam.pro officio & ministerij parte accipitur.

Loculos, l.53.§.vlt.D.de legat.3. l.23.§.1. D.de pecul.leg. arculas obseratas interpretor, quibus pecunię condi adseruarique solebãt. His enim & claues,& claustra, Vlpianus in d.l.53. adiungit. Horat.Epist.1.lib.2. *Gestit enim in Loculos nummum demittere.* Vulgares autem huius generis Loculos ligneos fuisse: pretiosiores verò, Eburneos, ex Martiale didici: qui proinde nummos aureos, Eburneis, reliquos, vilioribus è ligno Loculis, condi æquum cẽset, lib.14. Epigr. his versibus, quos Loculorum Eburneorũ Titulo inscripsit, quorum verba ita habẽt.

Hos nisi de flaua Loculos implere moneta, *Non decet: argentum vilia ligna ferant.*

Sęd & Gemmas, ac Lapillos, huiusmodi *Loculis* adseruari consueuisse Iuuenalis Sat. 13. indicat,

dicat, cùm ait, *Gemmáque princeps Sardonychus, Loculis quæ cuſtoditur eburnis.*

Ex quibus, vel me tacente, apparet quantopere fallantur, qui *Loculos* eoſdem cum Sacco, Sacculo, Crumena, Marſupio, faciunt, quæ etiam Martialis diuerſa fuiſſe docet, inquiés, *Excuſſi Loculóſque, Sacculúmque.* Ab Arca vtique (quæ vt plurimũ ærata erat) magnitudine Loculi ſeparabantur: & inter vtrumque χρηματοφυλάκιον (abſit nouo vocabulo inuidia) tantumdem intererat, quantum hodie inter eas quas vocamus *Boëtas*, quibus incluſæ beatiorum pecuniæ circumferuntur, & eos quos vulgo, *Coffros* appellamus. Vnde Satyricus cæcã & præcipitem luſorum inſaniam carpens,

Nec enim, ait, *Loculis comitantibus, itur*
Ad iactum Tabulæ, poſita ſed luditur Arca.

Sanè huiuſmodi eburneos Loculos iam inde ab Ouidij temporibus in vſu fuiſſe, argumento eſt quod lib. 6. Faſto. ſcripſit, *Loculis depromit eburnis.* Vet. Gloſſ. *Loculi*, Γλωσσοκόμοι, emẽdo, Γλωσσόκομον: quod vocabulum in Euangelio D. Ioannis, cap. 12. & 13. vetus Interpres *Loculos* vertit. Sed & Galenus Commentar. 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, machinam quandam chirurgicã, fracto femori, vel cruri, vbi callus circumdatur, adcommodatam, Γλωσσόκομον, appellari docens, addit: ἄρηται μὲν οὖν καὶ τοῖς Ἀττικοῖς, Γλωσσοκόμον, τὸ σκεῦος τοῦτο. ἴσως δ' ἂν εἰς πολλὰ μὲν τῶν χρησίμων γραμμάτων ἐμβάλοιεν οἱ ἄνθρωποι, πολλὰ δὲ τῶν ἀποθέτων γραμμάτων. Heſichius, cum Suida, Γλωσσόκομον, φησὶ, σωρὸς ξυλίνη τῶν λειψάνων. Ac planè etiam Loculum pro arca qua mortui corpus conditur, vſurpauit Plinius lib. 7. cap. 2. & Fulgentius lib. de priſco ſermone ſtatum initio, pro feretro.

Locvples *à Locorum copia dictus*, vt ait Quintil. lib. 5. cap. 10. M. Tull. lib. 2. de Republica, citante Nonio Marc. *Olim res erat in perore, & Locorum poſſeſſionibus. Ex quo, Pecunioſi, & Locupletes, vocabantur.* Plin. lib. 18. cap. 3. *Hinc & Locupletes dicebant, Loci, hoc eſt Agri, plenos.* Nigidius, teſte Agell. lib. 10. cap. 5. *Locupletem* dictum aiebat *ex compoſitis vocibus, qui pleraque Loca, id eſt, multas poſſeſſiones, tenet.* Feſtus, *Locupletes, locorum multorum domini.* Ouidius lib. 1. Faſtor.

Cetera luxuriæ nondum inſtrumenta vigebant:
Aut Pecus, aut Latam diues habebat Humum:
Hinc etiam Locuples: hinc ipſa Pecunia dicta eſt.

Locuples, Gaio interprete in 12. Tab. (quibus Locupleti Locuples vindex eſſe iubetur) *habetur is qui ſatis idoneè habet, pro magnitudine rei, quam actor reſtituendam eſſe petit*, l. 234. §. 1. D. de verbor. ſignific.

Edicto cauetur, vt *Fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa datus, pro rei qualitate Locuples detur*, l. 1. D. in ius voc. vt eant. Fideiuſſor, in iudicio ſiſtendi cauſa, *Locuples* videtur dari, *non tantùm ex facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate*, l. 2. & l. 5. §. 1. D. qui ſatiſd. cog. præterquam in neceſſariis perſonis, in quibus *qualiſcumque fideiuſſor pro Locuplete accipitur*, l. 1. & l. 3. D. in ius voc. vt eant.

Planè, *ſi ab Arbitro ad probandos Fideiuſſores* conſtituto, (vt fieri ſolet, l. 9. D. qui ſatiſdat. cog.) *probati ſunt Fideiuſſores, pro Locupletibus habendi ſunt*, l. 10. D. eod. tit. Vnde Gaius in l. 5. §. 1. D. eod. tit. *Qui pro rei*, ait, *qualitate euidentiſſimè Locupletem, vel, ſi dubitetur, adprobatum fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa non acceperit, Iniuriarum actio aduerſus eum eſſe poteſt.*

Locuples Reus, l. vlt. §. vlt. D. de reb. credit. l. 2. D. de manumiſſionib. l. 13. §. præterea, D. de actionib. emp. & apud Cicer. Epiſt. 16. lib. 12. ad Attic. & Liuium, lib. 9. intelligitur idoneus & qui ſoluendo eſt.

Enimuero *Locuples numquam habetur qui rem alienam defendit*, l. 166. D. de diuerſ. reg. id eſt, ſit licet ſoluendo, numquam tamen ei ſatiſdatio remittitur. *Nemo enim alienæ rei expromiſſor Idoneus videtur, niſi ſi cum ſatiſdatione*, l. 110. §. 1. D. de diuerſ. regul. *Nemo defenſor in aliena Re, ſine ſatiſdatione, Idoneus eſſe creditur*, §. ſi verò in perſonam, Inſtit. de ſatiſdationib.

Locuples debitor, l. 3. D. de manumiſſionib.

Locupletem eſſe debitorem præſtare, l. 4. D. de hered. vel act.

Locuples, & *Egenus*, aduerſantur, l. 52. §. cum Titio, D. de furtis. vt *Locuples & Egens Heres*, l. 57. D. de manum. teſt. *Locuples Homo*, l. 3. §. ſi quis autem, D. de minorib. *Heres*, l. 5. & l. 18. §. vlt. D. qui & à quib. id eſt, *qui ſoluendo eſt*, vt l. 29. & alias paſſim, D. eod. tit.

Locupletem vtique M. Craſſus, negabat eſſe, niſi qui reditu annuo Legionem tueri poſſet, vt refert Plin. lib. 33. cap. 10. Cicero Paradoxis eumdem Craſſum mordens, *Multi*, ait, *ex te audierunt, cùm diceres, neminem eſſe Diuitem, niſi qui Exercitum alere poſſet ſuis fructibus.* Cui Plutarc. & Dion, conſentiunt.

Ceterùm verbum hoc *Locuples*, omnis generis eſſe Priſcianus benè notat.

Vrbes curialium numerositate Locupletes, l.52.C.de decurionib.lib.10.

Locupletior esse, vel *fieri*, dicitur is ad quem aliquid commodi ex re aliqua peruenit.

Quia ex re hereditaria Locupletior *sit*, l.22.D.de hered.petit. *In id quod* Locupletior *esset, dãda actio*, l.28.D.de dolo. *Cum alterius detrimento fieri Locupletiorem*, l.14.D.de condict.indeb.

Quasi ex re tua Locupletior *factus sim*, l.23.D. de reb.credit. *In quãtum* Locupletior *dominus factus esset*, l.3.§.ex furtiua, D. de peculio, id est, in id quod ad eum peruenit. *In patrem dandam actionem, in quantum* Locupletior *ex mea administratione factus sit*, l.6.§.sed ego, D.de nego.gest. *Quod Pupillus sine tutoris auctoritate mutuum accepit, &* Locupletior *factus est*, l. 13. §. vlt. D. de condict. indeb. l.4.§.si quis pupillo, D.de doli except.

Pupillus est ex suo dolo conueniendus, si proximus sit pubertati: maximè si Locupletior *ex hoc factus est*, l.13.§.vlt.D.de dolo. *Si dolo quod tutor fecerit, &* Pupillus *ex eo* Locupletior *factus est*, l.4.§.illa etiã, D.de doli except. *Pupillus, cuius sine tutoris auctoritate negotia gesta sunt, eatenus obligatur quatenus* Locupletior *ex ea re factus est, cuius patitur actionem*, l.6.& l.37.D.de nego.gest. *Si Pupillus tutoribus auctoribus vendidit, in tantum tenetur in quantum Locupletior ex eo factus est*, l.13. §. sed cùm in facto, D.de actionib. *Si quis pupillo soluerit sine tutoris auctoritate id quod debuit, ex quo ea solutione Locupletior factus sit Pupillus*, l.4.§.si quis pupillo, D.de doli except.

Pupillus autem cui sine tutoris auctoritate solutum est, quo modo *Locupletior factus* intelligatur, vide l.45.D.de solutionib.

Metus causa Actionem prætor in heredem eatenus pollicetur, *quatenus Locupletior factus est*, seu, *quatenus ad eum peruenerit*, l.16.§.vlt.l.17. & l. 19. D. quod met. cau. Ceterùm, *si ipsa res quæ ad heredem peruenit, interiit, non esse Locupletem dicemus: sin verò in pecuniam, aliámve rem, conuersa sit, nihil amplius quærendum est, quis exitus sit: sed omnimodo Locuples factus videtur, licet postea deperdat*, l.18.D.eod.tit.

In Donationibus inter virum & vxorẽ iure ciuili impeditis hactenus reuocatur dominiũ ab eo, ab eáve cui donatum est, vt si res consumpta sit condicatur, *quatenus Locupletior quis eorum factus est*, l.5.§.vlt.D.de donat.int.vir.& vxor. Cuius rei quæ ratio habeatur, vide l.7.in prin. & §.1.& l.9.§.1.D.eod. tit.

Bonæ fidei possessores à quibus Hereditas petitur, in id duntaxat tenentur *in quo* Locupletiores *facti sunt*: quod vti accipiendum sit, vide l.23.& l.25. in ipso initio, & §. consuluit, & §. quod autem, D.de heredit.petit.

Porrò *Locupletior esse non intelligitur qui populares actiones habet*, l.7.D.de popularib.actionib.

Locupletior *non est factus qui* Libertum *adquisierit*, l.126.§.1.D.de diuers.reg.

Locupletior factus, cẽsetur Pupillus debito liberatus, l.66.D.de solutionib. *Locupletior* quoque *ex viri patrimonio facta mulier* intelligitur, quę ære alieno suo, interuentu viri, liberata est, l.50.D.de donat.int.vir. Et aliàs, *si quis obligatione* Liberatus *sit, posse eum videri cepisse*, Paul. definit, l.8.D.de calumniatorib.

Ceterùm cùm quæritur an quis *Locupletior factus* sit, Litis contestatæ tempus inspicitur, l.47.D.de solutionib.l.34.D.de minoribl.39.D.de negot.gest. l.7. D.de donation.int.vir. excepto eo, quod in bonæ fidei possessore, rei iudicatæ tempus spectatur, l.36.§.quo tempore, D.de hered.petit.

Locupletior hereditas, l.43.D.ad leg.Falcid.l.26.D.de dolo. *Si* Locupletius *eorum peculium factum est*, l.1.§.si cum impubere, D.de peculio.l.11.C.quod cum eo.

Locupletissimus, l.52.D.de procuratorib.

Locvpletari, est, Locupletior fieri, l.17.D.de donat.int.vir.& vxor. *Locupletari dominum ex furto serui*, l.3.§.ex furtiua, D.de pecul. *Ignorans se Locupletatum per seruos alio loco agentes*, l.19. §.1.D.de castr.pecul.

Locvstarvm *edaci pernicie vitium sterilitatis interceßit*, l.18.C.de locato.qua de re vide Plin. lib.11.cap.29.

Logarivm. *Chartæ ad ratiunculam vel ad Logarium paratæ*, l.3.§.Seruius, D.de penu legat.

Logistas Græcis, est Creator ciuitatis, l.3.C.de modo multa.

Logographi, l.vlt.D.de munerib.& honorib.l.1.& l. vlt. C.de Tabular. scribis & Logograph.lib.11.Cod.l.vnic.ne cõlatio per Logograph. celebr.in C.Theod.l.8. de cohortalib. principib.in eod.Cod.Nouell.128.Hi tributorum rationes conscribebant, & velut Tabulariorum in ea re munere fungebantur. Eos certè adsiduo tormentorum periculo obnoxios fuisse, ait l.vnica, ne conlat.per Logogr.in C.Theod.

Logographi Ciuitatum, l.3.de tabulariis, in Cod.Th. *Chomatum*, l.6.de patrocin.vicor.cod.C.

Longa *Consuetudo*, l.1.D.de munerib.& honorib.l.35.D.de legib.l.11.D.de decurionib.id est

eſt, *diuturna*, vt l.33. D. de legib. ſeu *inueterata*, vt l.3. D. eod. tit. *Ne quid contra* Longam *conſuetudinem fiat*, id eſt, *contra ea quæ in opido frequenter in eodem controuerſiarum genere ſeruata ſunt*, l.1. C. quæ ſit long. conſuet.

Longa conſuetudine comprobata, l.85. D. de legib. l.1. C. quæ ſit longa. *Longi temporis conſuetudo*, l.1. C. de ſeruitutib. *Longinqua mala conſuetudo*, apud Varron. lib.8. de lingua Lat.

Longa differentia, l.31. D. de ſolutionib. *Quodammodo manu Longa tradita pecunia*, l.79. D. de ſolutionib.

Longæ Naues, l.2. D. de captiuis, & apud Agell. lib.10. cap.25. Ratem, Varro lib.6. de lingua Lat. *Nauem Longam*, definit Iſidor. lib.19. cap.1. *Longæ Naues, ſunt, quas Dromones vocamus: dictæ eo quòd Longiores ſint ceteris: cuius contrarius Muſculus, curtum nauigium.*

Longa peregrinatio, l.23. D. de procuratorib. *per Longã ſucceſſionem*, l.2. C. de in lit. iur. *Longior dies*, l.16. & l.18. D. de pact. dot. l.15. §. vlt. D. de in diem addict. Paul. lib.5. Sentẽt. Tit.9. *Longiore die*, ſeu *Tempore* &, *propiore* ſeu *citeriore*, pugnant l.15. l.16. & l.17. §. vlt. D. de pact. dotal. *Longiorem diem dare*, Plin. Epiſt.85. lib.10.

Longiorem viam facere, l.1. §.1. D. de via publ.

Longum eſt, l.15. §.1. D. de manumiſſ. vindic. l.2. §. quis ergo ſi non. D. ad Tertyll. *Ne Longum ſit*, l.67. §. ſed & ſi, D. de ritu nupt.

Poſt Longum interuallum, l.21. D. ad L. Aquil. *Longum iter*, l. vlt. D. commodati.

Longum ſilentium, Paul. lib.5. Sentent. Tit.5.

Longum ſpatium interponi, l.6. §. vlt. D. de duob. reis. *Si Longius ſpatium interceſſerit*, l.18. D. de iudiciis. *Longum temporis ſpatium*, l.14. D. de bonor. poſſeſſ. l.2. D. de cuſtod. & exhibit. l.3. C. de auctorit. præſt.

Si non poſt Longum tempus deceſſerit, l.10. §. vlt. D. ſi quis caution. *Longo tempore abſens*, l.7. §.1. D. de Sc. Macedon. *Longius* & *Reciſius Tempus*, opponuntur. l.2. D. de termin. moto.

Longum Tempus, decennij, inter præſentes: vincennij, inter abſentes, ſpatium, comprehendit, auctore Paulo lib.5. Sentent. Tit.2. & Tit.5. & Iuſtiniano Inſtit. de vſucapionib. in princ. Gratiano, in Can. Placuit 6. quæſt.3. Et ita, *Longam Tempus*, & *Longam Poſſeſſionem*, in Pandectis accipere oportet: in quibus hęc verba, Vſucapioni à Triboniano attributa legimus: Nam quod iuriſconſulti, *biennio Capere* dixerant, id ipſe, poſt Vſucapionem à Iuſtiniano transformatam, *Longo tempore*, vel, *Longa poſſeſſione*, *capere*, dixit, vt Pandectis cum Codice conueniret, l.2. §. cùm Stichum, l.4. l.7. & l. vlt. D. pro empto. l.76. in fin. D. de cõtrah. empt. l.3. & l.11. in fi. D. de diuerſ. temp. l.15. in fi. D. de condict. indeb. l.13. §. idem Iulianus, D. de iureiuran. l.10. D. ſi ſeruit. vindic. l.5. D. de damn. infect. l.3. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. l.10. l.17. l.33. §. ſi dominus, D. de vſurpationib. l.7. & l.10. C. de petit. hered. l.1. C. de ſeruitutib. *Per Longam poſſeſſionem capi*, l.26. D. de adquir. poſſ. *Longi Temporis præſcriptio*, l.54. §.1. D. de euict.

Longi Temporis Poſſeſſione quærere, l.16. D. de fund. dot. *Longæ poſſeſſionis præſcriptio*, l.3. & l.5. §. vlt. D. de diuerſ. temp.

Longævvs *homo*, l.56. D. de vſufructu. *Longæuus vſus*, l.2. C. quid ſit longa conſuet.

Longe *abeſſe*, l.17. §. quod autem, D. de iniuriis. Eodémq; ſenſu, *Longè eſſe res*, l.16. §. in venditione. D. de pignorib.

Longè Abſurdius, l.51. D. ad L. Aquil. *Longè Æquum eſt*, l.4. §. Labeo quoq;, D. de doli except.

Longè, pro valde, poni Seruius in 5. Æneid. notat, citátque illud Saluſtij ex bello Catilinar. *Longè alia mihi mens eſt.*

Longè aliud eſt, l.3. §. vlt. D. vti poſſid. *Longè differt*, l.35. §.1. D. de mort. cau. donat.

Longè Si diſſimile eſſe, l.32. D. mandati. *Longè minus*, l.11. D. de vſu & habit. *Longè res abibit*, l.15. §. ſed ſi emptor. D. de re iudic. *Longè, longéq; rem meliorem fecit*, l.39. §. vlt. D. de minorib.

Longè vtilis eſt, l.28. D. de pactis. *Longè vtile vſum eſt*, l.1. §.1. D. de ſuperficieb.

Longius procedere ignis, & Longius *ignem producere*, l.30. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Longius ducere Iumenta*, l.40. D. de furtis.

Longinqvitas *Soli*, l.14. D. de damn. infect. *Temporis*, l. vlt. C. de long. temp. præſcript. *Longinquæ excurſiones*, l.13. §. vlt. D. de aliment. vel cibar.

Longinquo Abſens, l.39. D. de legat.1. *Longinquo affuturus*, l.44. D. de procuratorib.

Lolivm. *Si Lolium in ſegetem alienam inieceris, quo eam inquinares*, l.27. §. rupiſſe, D. ad Leg. Aquil. Sanè Plinius lib.22. cap. vlt. *Lolium* inter *frugum peſtes* apertè ponit: & à Virgilio, *Infelix* dictum adnotat. Idem lib.18. cap.17. *Lolium*, vt & tribulos, & carduos, inter *Frugum morbos*, potius quàm inter ipſius *Terræ peſtes*, numerandum cenſet.

Loqvi, & *Fari*, diuerſa facit Varro lib.5. de ling. Lat. his verbis, *Loqui ab Loco dictum, quòd*

qui primo dicitur Fari, & vocabula & reliqua verba dicit ante, quàm ſuo quidque loco dicere poteſt. Hunc Chryſippus negat Loqui, *ſed vt* Loqui. *Quare, vt imago hominis non ſit homo, ſic in coruis, cornicibus, pueris primitus incipientibus fari verba, non eſſe verba, quòd non loquantur. Igitur is* Loquitur, *qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit.*

Qui Loqui poteſt, niſi ſuperueniens morbus ei impedimento ſit, l.21.D.de legat.3.

Qui grauiter Loquitur, l.9.D.de ædilic.edic. *Qui tardius loquitur*, l.10. §. vlt. D. eod. tit. *Eos qui Loqui non poſſunt, conatu & ipſo ſono quodam, καὶ τῇ ἀναρθρῳ φωνῇ dicere non exiſtimamus,* l.7.§. vlt.D.de ſupellect lega. *Si* Loqui *quidem non poßit, alio tamen modo, quàm ſermone, manifeſtum facere poßit, velle ſe,* l.29.D.de adoptionib.

Loqui dicitur, Teſtamento, qui ſermonem habet cum herede, vel cum legatario, l.47.§. vlt.D.de fideicomm.libert.l.69.& l.77.§.pater qui filio, D. de legat.2. l.13.D.de legat.3.l.6. §.ſi ſeruus, D.de pecul.leg. *Quæri non oportet cum quo de ſupremis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigetur,* l.77.§.donationis, D.de legat.2.

Si defunctus cum eo Loquatur *quem precario remuneratur,* l.75. D. de legat.2. *Intelligitur teſtator quaſi cum tutore* Locutus, l.21.§.vlt.D.de annuis legat.

Loquuntur Ædiles, l.38.§.1.D.de ædilic.edic. *Loquitur Prætor,* l.9.D.quod met.cau. l.12. D.ex quib.cau.maior.l.1.§.deinde, D.de poſtulando, l.1.§.loquitur, D. de aqu. cottid. *Locutus eſt Prætor,* l.1.D.ſi tab.teſtam.

Loquitur Princeps, l.8.§.1.D.de reb.eor. *Loquitur Senatus,* l.20.§.licet, l.23.§.vlt.& l.25.§.de eo, D.de hered.pet.l.40.D.ad Sc.Trebell. *Senatus Locutus eſt,* l.vlt.§.quid ergo.D.de adſign.lib.

Loquuntur *Conſtitutiones,* l.16.D.de appellat.

Loquitur Edictum, l.14.D.ex quib.cauſ.maior.l.1.§.1.D.de pecul.

Lex Loquitur, l.64.§.de viro, D.ſolut.matr.l.66.D.de verb. oblig. Locuta *eſt* Lex, l.29. D. ad L.Iul.de adult.

Loquitur *Reſcriptum,* l.10.D. de pactis, l.2.§.ſi mulier, D.ad Sc.Trebell. *Satisdatio,* l.19. D.de adoptionib. *S. Conſultum,* l.11.D.de vſufr.ear.rer.

Loris *ab aliquo cæſus,* l.43.§.ſi quis ſeruum, D.de ædil.edic.& apud Agell.lib.17.cap.16. *Loris rumpere,* l.15.D.de iniuriis. Varro lib.4.de lingua Lat. Lorica, *à* Loris, *quod de corio crudo pectoralia faciebant.*

Mulum ad Pollicem ſuum alligauerit de Loro, l.27.§.ſi quis ſeruum, D.ad L.Aquil. Varro lib.7. de lingua Lat. *Vno enim Loro colligare poßis, vel Hominem, vel Equum, vel aliud quod, quidquid eſt, quod cum altero colligari poßit.*

Lvbricvm *ætatis,* l.11.§.ſi locupleti, D.de minorib. l.vlt. C. ſi aduerſ. delict. pro inconſulta facilitate, iuuenili leuitate, ac deniq; infirmitate, ætatis vt loquitur l.18.D.de minorib. Plin.Epiſt.3. lib.3. *Cui, in hoc Lubrico ætatis, non modò præceptor, ſed etiam Cuſtos, rectórq; quærendus eſt.* Simili ratione, *iuuentæ Lubricum* dixit Tacit.lib.11.Annal. & *Adoleſcentiæ Lubricum,* lib. 14. Auctor Panegyrici Theodoſiani, *Illo tamen adoleſcentiæ Lubrico, vt non cadant, titubent.*

Lubricum Conſilij, l.3.§.lege Iulia, D.de teſtibus. *Linguæ,* l.7.§.1.D.ad leg. Iul.maieſt. *Tutelæ,* l.4.§.1.D.de vſur.

Lubricum, pro loco lubrico. Sic in l.7.§.ſed ſi quis plus, D.ad L. Aquil. *Si negligentius per Lubricum tranſierit.* Seruius in 2.Æneid.ad hæc verba, *Lubrica terga:* Lubricum *dicitur, & quod labitur dum tenetur, vt Piſcis, Serpens: & locus in quo labimur: vt, ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens.*

Lvcania, Italiæ regio quæ per Correctores regebatur. Eius fit mentio in l.6.quib.equor. vſus, in C.Th.l.7.de indulgent.debit.eod.Cod.& Nou.Valentin.& Martia. de ſuariis. Lucaniæ autem Correctorem ad ſimilitudinem Correctoris Apuliæ & Calabriæ, officium habuiſſe, Marianus in Notitia docet.

Lvcernam *accendere monumento,* l.44.D.de manum.teſtam. Seneca Epiſt.95. *Accendere aliquem* Lucernam *Sabbatis prohibeamus. Tabernarius in ſemita noctu ſupra* Lapidem Lucernam *poſuerat,* l.52.§.1. D.ad L.Aquil. *Lucernam* autem à Lychno dictam, vnde & breuè eſſe Lucilio & Horatio Seruius in 1.Æneid.notat.

Lvcidvs *intelligi,* l.1.D.de doli except.

Lvcivs *Titius,* exempli loco, pro ὁ δεῖνα, ſeu quidã. Quod nomen, itidémq; Gaij Seij, à Iuriſcõſultis in exẽplis vſurpari, vt Dionis & Theonis, à Philoſophis, Plutarch. ἐν Αἰτίοις adnotauit. Cuius rei teſtimonia in Pãdectis paſſim obuia, nimiæ, ne dicam putidæ, eſſet diligẽtiæ conquirere. Illud vnum monuiſſe contentus ero, non Prudentes modò, verùm etiam Prætores ipſos in Edictis ſuis hoc nomine perſonas quaſlibet deſignaſſe, vt apparet ex l.1. D. de tabul. exh.l.10.D.quæ in fraud.cred.

LVCRARI, est Lucrum facere, l.13.D.rat.rem hab. Vnde *Lucrari, & Damnum sentire*, aduersantur, l.6.§.vlt.D.de iure dot. *Lucrari ex alieno damno*, l.28. D. de dolo. *Ne ex dolo suo Lucrentur*, l.12.D.eod.tit. *Vt ex dolo defuncti heres nō Lucretur*, l.1.§.vlt.D.de eo per quem fact.er. *Quod Lucratus est possessor ex venditione rei*, l.22.§.vlt.D.de hered.pet.

Maritus qui morte mulieris dotem LVCRATVR, l.10.D.de religios.l.2. D.de dote præleg. *Maritum pro portione dotis quam* LVCRATVS *est*, l.30.D.de religios. *In casibus, in quibus, maritus dotem, vel in totum, vel in partem, si matrimonium constabat, esset Lucraturus*, l.11.§.vlt.D.quod falso tuto. Id autem *Lucrari* videtur maritus, *quod præstaret mulieri, si conueniretur*, l.27.D.de religios.

Lucrari fructus, l.4.§.post litem, D.fini.regu. *Nummos*, l.38.D.de solutionib. *Pretium*, l.33.D. de hered.pet. *Sumptum Litis*, l.3.§.si rem, D.de legat.3.

Lucrandi animo adprehendere, l.9.D.de adquir.rer.dom. *Auferre*, l.9.§.vlt.D.eod.tit.

LVCRATIVA *causa* appellatur, ex qua accipienti nihil abest, veluti donationis, vel legati, l.82.§.fundus, D.de legat.1. l.12.§.si fundum, D.de action. empti. l.4. §. si quis autem, D. de doli except. l.83.§.si rem, D.de verbor.obli. l.4.in fi. D.de manumissionib. l.12.D. de captiu. §. si res aliena, Instit. de legat. Paul. lib.4. Sentent. Tit.1.

Lucratiuas Res, eas tātùm volumus appellari, quæ HEREDITATIS, LEGATI, *Fideicōmissi iure, mortis causa donatione, vel cuiuslibet postremæ voluntatis arbitrio, ad quempiam delabuntur. Inter viuos etiam Donatio simplici liberalitate confecta, Lucratiuæ merebitur, & nomen & sarcinam. Si verò vel socer futurus Filij vel Nepotis, vel Pronepotis, sponsæ, adfinitatis coeundæ causa donauerit, vel parens etiam Filiam vel Neptem, vel Proneptem, curiali, seu extraneo nubentem donauerit: licet casus euentu, res eius cui data est, vertatur ad Lucrum, inter Lucratiuas non numerabitur*, l.vnica, C.de impon.lucrat.descript.lib.10. *Ex promissione* namque *dotis, Lucratiua causa non est: sed quodammodo creditor, aut emptor intelligitur qui dotem petit*, l.19.D.de obligationib. & actionib.

Ex Lucratiua causa possidere, l.5. D.de vsurpationib. *Ex quacunque causa, quæ propè Lucratiuam habet adquisitionem*, l.4.§.auctoris, D.de doli except.

Ex Lucratiuo titulo possidere, l.5. C. de reuocand. *qui speciem Ex causa Lucratiua debent*, l.17.D. de oblig. & act. *Qui nō ex Lucratiua causa rem habere cœpit*, l.19.D.de obl. & act. *Ex Lucratiuis causis rem accepit*, l.7.§.1.D.de publicia.

Lucratiua Possessio, quam quis ex Lucratiua causa nactus est, l.2.D.si quis omissa.

LVCRVM, commodum, emolumentum & quæstum significat.

Si quod Lucrum ex Emptione, Venditione, Locatione, Conductione descendit, l.7.D.pro socio, *Lucrū quod ex quæstu venit*, l.13.D.eod.tit.

Ideóque *Lucrum, & Damnum* pugnantia sunt, l.8.§.vlt.D.de eo quod cer.lo. *Pensare Lucrum eum Damno*, l.11.D.de neg.gest.

Lucrum non intelligitur nisi omni Damno deducto: neque Damnum, nisi omni Lucro deducto, l.30.D. pro socio. *Multum interest, vtrum Damnum quis faciat, an Lucro quo adhuc vtebatur, vti prohibeatur*, l.26.D.de dam.infect.

Lucrum extorqueri, & Damnum infligi, diuersa sunt, l.6.§.simili modo, D. quæ in fraud cred. æquè atque, *Damno adfici, & Lucrum facere*, l.22.D.ex quib.caus.maior.

Lucrum aduenticium, l.4.D.de manumissionib. *Lucrum hereditatis*, l.13.D.de his quæ vt indig. *Lucrum ex dote petere, & retinere*, l.11.§.socer.D.ad L.Iul.de adult.

Si quis aliquid Lucri causa condiderit sub terra, l.31.§.vlt.D.de adquir.rer.dom. *Sui Lucri causa*, l.6.§.si quis pecuniam, D.de neg.gest.l.25.§.ex contractu, D.de obligat.& actionib. *Tui Lucri gratia adfirmasti mihi idoneum esse*, l.8.D.de dolo.

Lucri faciendi ex alterius pœna vel damno, l.18.D.ex quib.cau.maior. *Lucri faciendi gratia*, l.1.D. de furt. l.2.§.vlt.D.pro herede, l.4.§.item, & l.33. §.1. D. de vsurpationib. *In eo quod vel is qui petit, vel is à quo petitur, Lucri facturus est*, l.33.D.de diuers.reg.

Lucrum ex eo quod propter hereditatem acceperit, facere, l.55. D.de heredit. petit. *Possessorem non facere Lucrum*, l.22. D.eod.tit.

Lucrum quod sensit, l.25. D.de hered.pet. *qui Lucrum sensit ex re commodata*, l.7.D. commodati. *Quùm Lucri ratio vertitur*, l.98.D.de diuers.reg.

Lucro eius cedit, l.22.D.solut.matrim.

Lucro possessoris cedere fructus, l.35. D. de rei vindic. *Ne Lucro ea res cedat domino*, l.69.D.de vsufructu. *Eam quantitatem Lucro heredum cedere*, l.16.D.de vsu & vsufr. lega.

Lucro mariti cedere Dos, l.17.D.de fund. dot. *Vt fructus nondum percepti mulieris Lucro fiant*, l.1. D.de pact.dotal. *Suo Lucro, non meo Commodo, studet*, l.6.§.si quis pecuniam, D. de neg. gest. *Cùm de Lucro duorum quæratur*, l.126.§.vlt.D.de diuers.reg.

Ne de alieno Lucrum sentiat, l. 10. §. si procurator, D. mandati, id est Lucretur.

In Lucro quoque minoribus subueniri, l. 7. §. hodie, & §. quæsitum, D. de minorib.

Auferri Lucrum, l. 28. D. de hered. pet. *Turpia Lucra heredibus quoque extorqueri licet*, l. 5. §. 1. D. de calumniatorib.

LVCRIFACERE, est Lucrari, l. 11. D. de legat. 1.

Lucrifacere Dotem, l. 10. D. solut. matr. l. 6. D. ad L. Falcid. *Licet Lucri Dotem faciat*, l. 29. D. de religios. & sump. *Lucrifacere seruum*, l. 14. §. æstimatio, D. de seruo corrup. *Superficiem*, l. 86. §. vlt. D. de leg. 1.

Quocumque modo hereditatem Lucrifacturus quis sit, l. 1. §. non quærimus, D. si quis omiss.

Lucrifit Aqua, l. 5. §. aqua. D. de aqua cottid.

LVCROSA *hereditas*, l. 17. D. si quis omissa, l. 9. §. pupillus, D. de auct. & consen. tutor. l. 13. D. de bonor. possess. *Quamuis illi Lucrosa sit hereditas, nec vllum damnum habeat*, §. neque tamen, Instit. de auctorit. tutor.

Lucrosa, & *Damnosa*, opponuntur, l. 1. D. de dolo. *Ignorantia pupilli non debet illi esse* LUCROSA, *& alteri Captiosa*, l. 6. §. si quid, D. quæ in fraud. cred. *Si non videantur Lucrosa Bona*, l. 8. §. 1. D. qui testam. fac.

LVDERE *Pila*, l. 11. & l. 52. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Ludere Aleam*, l. 26. D. de iniuriis. *Aleæ Ludendæ causa*, l. 1. D. de aleatorib. Suetonius in Augusto cap. 71. de Augusto Epigramma vulgatũ scribit eiusmodi. *Postquam bis classe victus naues perdidit, Aliquando vt vincat, Ludit assiduè aleam.*

LUSUS *Aleæ*, l. 1. D. de aleatorib. *Noxius*, l. 1. D. ad L. Aquil. *Pernicios⁹*, l. 50. §. 1. D. de furtis.

Lusus gratia facere, l. 3. D. de seru. corrupt.

LVSOR, l. 1. §. 1. D. de aleatorib. Seneca lib. 2. de Beneficiis, cap. 17. de pilæ lusu verba faciens, *Necesse est* (inquit) *autem Lusor bonus, aliter illam collusori longo, aliter, breui mittat.* & mox, *Vt malignis* LUSORIBUS *propositum est collusorem traducere.*

LVDIBRIO *habere filium vel seruum*, l. 26. D. de iniuriis.

LVDORVM variæ sunt differentiæ. *Ludi Circenses*, l. 122. D. de legat. 1. l. 2. l. 4. & l. vlt. de prætorib. & quęstorib. in Cod. Theod. id est, *Equorum Circensium spectacula*, vt l. 1. D. de munerib. & honor. seu *curulis certaminis*, vt l. 1. de Equis curulib. in Cod. Theod. de quibus vide quæ s. lib. 3. diximus.

Ludi Scenici, l. 122. D. de legat. 1. l. 2. & l. 4. de prætorib. & quæstorib. in C. Th. & apud Ciceron. lib. 3. de Orat. non procul ab initio. qui *Theatrales*, l. 2. de spectacul. in cod. C. Th. *Si quis Ludos edens Prætor Scenicis commodauit*, l. 5. §. interdum, D. commodati.

Ludis operam præbere Pantomimus dicitur, l. 27. D. de oper. libertor. ibidémque, *Ludos facere*, ait Iulian. id est, edere. Et ita, *Ludos facere Ædilem*, ait Cic. lib. 1. de orato. *Argentum ad Ludos commodare*, l. 28. D. de auro argento. *Cùm Ludorum gratia prodierit Prætor, aut Proconsul*, l. 7. D. de manum. vindic. id est, *cùm in Theatrum eunt*, vt §. serui autem, Instit. de libertinis.

Ludorum, quibus moris est festiuitati, interfint Iudices, l. vlt. de expens. ludor. in C. Th.

Ludus Gladiatorius, l. 1. ad L. Fab. in C. Theod. l. vlt. de gladiatorib. B. Cyprian. Epist. 2. lib. 2. *Paratur Ludus Gladiatorius, vt libidinem crudelium luminum sanguis oblectet.* Isidor. lib. 18. Etymolog. cap. 52. *Ludus Gladiatorius, inde dictus, quòd in eo iuuenes vsum armorum condiscant, & modò inter se, aut gladiis, aut pugnis, certantes, modò contra bestias incedentes, subeant ferale certamen.* Ad huiusmodi Ludum pertinent hæc quæ sequuntur. Quintil. Declam. 302. *Non sumus magnæ Legis interpretes, non Ludum, nec harenam, nec armorum scientiam complexa est.* Tertullian. lib. de patientia, *Cùm denique Ludo, & castris se locant.* Lactant. Firmianus lib. 6. Diuin. Instit. cap. 20. *Hos tamen Ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur.*

Erat & *Ludus venatorius*, l. 8. §. vlt. D. de pœnis.

Ludus Bestiarius, apud Senecam Epist. 70.

Ludus, Pœnæ mediocris genus statuitur à Paulo, lib. 5. Sentent. Tit. 17.

Ad Ludum damnari, vel in Ludum, in Lege Dei, Tit. 1. & l. 2. de pœnis in Cod. Theod. *Ludo adiudicari*, l. 8. de pœnis eod. Cod. Theod. *Seruos in* LUDUM *venatorium dari solere*, l. 8 §. vlt. D. de pœnis. Plin. Epist. 40. lib. 10. *Quidam vel in Opus damnati, vel in* LUDUM, *& similia his genera pœnarum.* Tertullian. lib. de Spectaculis, *Etiam qui damnantur in* LUDUM, *quale est, vt leuiore delicti in homicidas emendatione, proficiant.* Clemens lib. 5. de Constitut. Apostol. cap. 1. εἰ τὶς χρεωφειλὴς κατακριθὴ εἰς ἀσβόλην εἰς λιθοι, ἢ ἄγχειρα, ἢ μετάλλον. Et ad huius pœnæ genus spectant hæc Senecæ libri 2. de Clement. cap. 6. verba. *Catenas solui iubebit, & Ludo eximet.*

Porrò LUDO *adiudicari* Christianos vetant Impp. Valentin. & Valens, l. 8. de pœn. in C. Th. Ea causa est, cur in constitutione quadam Constantini, in qua scriptum erat, *Si quis in Ludum fuerit,*

fuerit, vel in metallum damnatus, Tribonianus Metalli tantùm mentionem fecerit, l.17.C.de pœn. vt apparet ex l.2.eod.tit..in Cod.Theod.

Ludus *Litterarius*, in quo pueri primas Litteras docentur. Seneca Epist.94. *Si Ludum Litterarium intraueris, scies, ista quæ ingenti supercilio Philosophi iactant, in puerili esse præscripto.* Idem tamen Epist.71. Ludum quoque *philosophorum* dixit.

Ludi litterarij Magistri.l.1.§.ludi, D.de extraord.cognit. Asconius in Diuinat. *Magistri*, ait, *ludi litterarij, Ludimagistri. Omnem enim scholam, Ludum dixêre Romani.* Terent. Phormio. Act.1. Sc.2. *In quo hæc discebat Ludo*: Vet.Glossar. Ludimagister, γραμματοδιδάσκαλος. In *Officio* quoque *Militari, omne* negotium, *vel Pugnam*, esse, *vel Ludum*, ait Donat.in Phormion.Act.2.Sc.2.

Ludificari possessorem, l.8.§.illud, D.quib.mod.pign.

Luere significat *soluere*, teste Varrone lib.4.& lib.5.de ling. Lat. & Festo Pomp. non vno loco. Idem Varro ἑκατόμβας θεὰς θυσιῶν citãte Nonio, in verbo *Lutani. In quo ego (vt puto) quoniam est* Luere, *Soluere; Lutani.*

Luere pœnam, l.8.D.de iurisdictio.l.29. D.de Leg. Corn. de falsi. id est, *soluere*, vt Sallust. in bello Catilinar. loquitur. *Luere pœnas capitis*, l.6.§.exploratores, D.de re milit. Seruius in lib.10. Æneid. Luant *peccata, ait, id est absoluant. Dicimus autem & Luo pœnam: melius & Luo peccatum. Nam peccatum soluitur pœna. Qui enim crimine tenetur obnoxius, eum pœna à pristina liberat obligatione. Contrà,* Luo pœnam *si dixeris, non procedit quare pœna soluatur. Tamen auctoritas ista licenter confundit: more quo solet poni, vel à sequenti quod præcedit: vel præcedenti, quod sequitur.*

Capite Luendum, vel minore supplicio, l.16.§.locus, D.de pœnis.

Quæ pecunia Lui, præstariq; possunt, l.9.§.illud, D.de statuliber.

Luere fundum à testatore obligatum, l.78.§.Titia, D.ad Sc.Trebell. id est liberare nexu pignoris: quod fit, soluta pecunia, quæ sub fundi pignore credita est.

Luere Ornamentum pignori positum, l.33.§.vlt.D. de legat.3. *Prædium à creditore*, l.52.§.1.D.de actionib.empt. *Prædia obligata*, l.6.C.de fideicommiss. *Saltum pignori datum*, l.25. D. de pigner.act.

Luere *pignus*, liberare est, & dissoluere, l.7.§.inter eos, D.comm.diuid. Lui *pignus*, l.86.D.de legat.1.& apud Paul. lib.2. Sent. Tit. 13. Vet. Glossar. *Luere*, ἀμαλύσω. Luit, ἀπέπεσεν.

Lui res obligata, l.57.D. de legat.1. *Pignori data*, l.28.D.fa.ercis. *Seruus pignori obligatus*, l. 35. D. eod.tit.

Luere *se*, l.8.C.de re militari, dicũtur, qui alterius pecunia ab hostibus redempti, ab eo se liberant: quia nexu quodam pignoris pro ea pecunia tenentur. Eiúsque nexus solutio, quæ fit redemptionis pretio restituto, *Luitio*, appellatur, l.1.§.si filius, D.de suis & legitim.l.15.D.de captiuis, & postl.

Luitio pignoris, Rubr.de Luitio.pignor.Cod.

Lvgdvnenses *Galli*, l.vlt.D.de censib. de quibus vide Tacit. lib.1. Historiar.& Ammia. Marcellin.lib.15.

Lugdunensis colonia, apud Senec.Epist.91.ex qua discimus, Neronianis tẽporibus, eam vrbẽ totam (quod vix post hominum memoriam oppido cuiquam acciderat) incendio ita ab sumptam, vt ad aream redigeretur: atque eo casu, eleganter, *inter vrbem magnam, & nullam*, vnius tantũ noctis interuallum interceßisse, ait. Eadémq; Epist.de eadem vrbe agens Seneca, *Ciuitas*, ait, *arsit opulenta, ornamentúmque prouincialium: quibus & inserta erat, & excepta: vni tamen imposita, & huic non altißimo, monti.* Ac deinde aliquot clausulis interiectis. *Huic coloniæ ab origine centesimus annus est: ætas ne homini quidem extrema. Deducta, in hanc frequentiam, loci opportunitate, cõualuit.* Eusebius in Chronicis D.Hieronymo interprete, in Olympiade 188. *Munatius Plancus, Ciceronis discipulus, Orator insignis habetur: qui cum Galliam Romanam regeret,* Lugdunum *condidit.*

Lugdunum quoque, Plinius *Coloniam* vocat lib.4.cap.18. Olim verò vrbem hanc Insulam appellatam, quod in confluente Rhodani & Araris situ esset, non malè colligi videtur ex Polybio lib.3.in quo hanc ipsam vrbem digito demonstrare (nisi me animus fallit) videtur, cùm ait, Ἀννίβας δὲ ποιησάμενος ἐξῆς ὅτι τεταράγας ἡμέρας τὴν πορείαν ἀπὸ τῆς Ἀφβάσεως, ἦκε περὶ τὸν καλούμενον Νῆσον, χέραν πολύοχλον καὶ σιτοφόρον, ἔχουσαν δὲ τὴν περιοικίαν ἀπὸ τῶν συμπτώματος. τὴν μὲν γὰρ ὁ Ροδανὸς, τὴν δὲ Σκῶρας περιστοιχοῦσιν, ῥέοντες ἀφ' ἑκατέραν τὴν πλευρὰν, ἀποκορυφοῦσιν αὐτῆς τὸ σχῆμα, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους σύμπτωσιν. ὅθεν δὴ ἀφ' ὁμοπλησία τῷ μεγέθει καὶ τῷ σχήματι, τῷ ἀφ' ἑνὶ, &c. Quem locum ita, verbum ferè verbo, Liuius libro vigesimo primo reddidit. *Quar-*

tis Caſtris ad Inſulam peruenit : Ibi Arar, Rhodanúſque amnis, diuerſis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi, cõfluunt in vnum: mediis campis, Inſulæ nomen inditum. Verba autem hæc in Lugdunum cadere, palam eſt. Nec enim alibi, vt oculis hodiéque cernitur, Rhodano Arar miſcetur: & hodiernus vrbis ſitus vetuſto, hac in parte, congruit. Teſtis locuples Strabo lib. 4. ὑπάρχειται τῆς οὐιέννης, τὸ Λουγδοῦνον: ἀφ' ὃ συμμίσγουσιν ἀλλήλοις ὁ τέλεφρος, καὶ ὁ ῥόδανος. Ptolemæus lib. 2. cap. de Gallia Celtica Narbonenſi, de Rhodano agens, τοῦ δὲ συμβαλλὸν τῶν αὐτῷ ποταμῶν, εἰς μὲν τὸ ἀπ' ἄρκτων Λουγδούνου μέρος εἰσρέουσιν, ὅ τε Ἀραρ, καὶ ὁ Δοῦβις, ἀποπηδήσαντε, ἀλλήλοις. Verùm in Polybij Græco exemplari Arar (de quo ſenſiſſe eum Liuius euincit) perperam Σκώρας vocatur : niſi quis Σκώρας Σαυκόνας, emendandum dicat: quo quidem vernaculo nomine à quibuſdam Latinis auctoribus maximéque à Marcellino lib. 15. appellatur fluuius iſte, quem Cæſar lib. 1. de bello Gall. *per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum influere, incredibili lenitate, ita vt oculis, vtram in prrtem fluat, iudicari non poſſit*, tradit. Sed cùm à Græcis auctoribus Strabone, & Ptolemæo Αραρ appelletur, religio mihi eſſet Gallicam Polybio vocem inſerere. Enimuerò ad has noſtras litterarias epulas, minorum gentium auctorem Erricum Monachum qui Imperatoris Caroli Calui temporibus floruit, inuitare non pigebit. Nec enim aſymbolus veniet: ſed imi lecti conuiua, non modò in aliorum ſententiam lingua ibit, verùm etiam originem Gallicæ Lugduni vocis vulgò incognitam patefaciet. Ex eius ergo lib. 4. vitæ B. Germani Autiſſiodorenſis Epiſcopi excerptos quatuor verſus Lectorem plauſu excipere iubeo. Sic autem habent.

In Lugdunenſes æquis proceſſibus arces
Vexit, Arar Rhodano ſeſe ſub mœnibus abdens,
Lugduno celebrant, Gallorum famine, nomen
Impoſitum quondam, quòd ſit mons lucidus idem.

Lugdunenſis Prouincia, Vlpian. in Lege Dei, Tit. 15. Λουγδουνησίας ἐπαρχίας vocat Stephanus de vrbib.

Lygdunenſis legatus, l. 15. D. de excuſationib.

LVGERE, non eſt ſimpliciter amiſſos maritos, parentes, liberos, propinquos, deflere, mortuóſque lacrymis, ploratu, & queſtu proſequi: ſed hoc amplius, eo nomine Lugubria, ſeu Luctus inſignia, ſumere, geſtare, aliáque mœroris indicia recepta dare.

Qui Luget, abſtinere debet à conuiuiis, ornamentis, purpura, & alba veſte, Paul. lib. 1. Sent. Tit. vlt. Liuius lib. 24. *Quid aliud in luctu, mulieres, quàm Purpuram atque Aurum deponunt? quid cùm eluxerunt, ſumunt?*

Eum qui abſentem accepit vxorem, deinde rediens à cœna iuxta Tiberim periſſet, ab vxore Lugendum *reſponſum eſt*, l. 6. D. de rit. nupt.

Parentes & liberi vtriuſque ſexus, necnon & ceteri Adgnati, vel Cognati, ſecundum pietatis rationem, & animi ſui patientiam, prout quiſque voluerit, Lugendi ſunt, l. 23. D. de his qui not. infam. *Si quis in bello ceciderit, etſi corpus non compareat,* Lugebitur, l. vlt. D. eod. tit. Seneca Epiſt. 63. *Annum feminis ad Lugendum conſtituere maiores, non vt tamdiu* Lugerent, *ſed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus eſt, quia nullum honeſtum.* Etenim vt Paulus ait, *viri vxores* Lugere non compellebantur, l. 9. D. de his qui not. inf. nec erat illis annua dies ad Lugendum præfinita, aliter atque feminis, quibus ad Lugendos viros, annuum, aut potius decem menſium ſpatium lege regia præſtitutum erat, quod ideò *legitimum Tempus* appellari ſuprà docuimus.

Parentes, & filij maiores ſex annis, anno Lugeri poſſunt: minores, menſe, Maritus, decem menſibus, & Cognati proximioris gradus, octo, Paul lib. 1. Sentent. Tit. vlt.

Lugeri *more maiorum non ſolebant hoſtes perduellionis damnati: ſuſpendioſi, nec qui manus ſibi attulerant, non tædio vitæ, ſed mala conſcientia*, l. 11. §. 1. D. de his qui notant. infam. *Minimè maiores Lugendum putauerunt eum, qui ad patriam delendam & parentes & liberos interficiendos venerit*, l. 35. D. de religioſ. & ſumpt. Sed nec ſponſæ vlla erat ſponſi mortui Lugendi neceſſitas impoſita, l. 9. D. de his qui not. inf.

Planè, ſi mulier poſt legitimum Tempus virum mortuum reſciſſet, ipſa die & ſumebat Lugubria & deponebat, l. 8. D. eod. tit.

LVCTVS *Tempus*, l. 8. D. de his qui not. inf. quod quale eſſet docui ſ. ex Paul. lib. 1. Sentent. Tit. vlt.

Liberorum & parentium Luctus, l. 11. D. de his qui not. infam. *Sponſi nullus Luctus eſt*, l. 9. D. eod. tit.

Luctum

Luctum habere memoriæ, l.vlt.D.de his qui not.inf.

Lvctvosa *hæreditas*, l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit.*Portio*, l.28.C.de inoffic.teſt. *Luctuoſum Lucrum*, l.vlt.C.commun.de ſucceſſ.

Lvgvbri *veſte vti*, l.15.§.generaliter, D.de iniuriis.

Lvgvbria pro veſte Lugubri ceteríſque Luctus inſignibus.l.8. D. de his qui notant. inf. & l.15.C.ex quib.cauſ.infa.Paul.lib.1.Sentent.Tit.vlt.Ouid.lib.2.Metamorph.

Surge, age, da lacrymas, Lugubriáque indue.

Idem lib.4. Triſt.Eleg.2.

Illa dies veniet, mea qua Lugubria ponam.

Propert.Elegia vlt.

Et bene habet, numquam, mater, Lugubria ſumpſi.

Lucan.lib.2.

Sic, vt erat, mœſti ſeruans Lugubria cultus.

Senec.lib. de Conſolat. ad Heluiam, cap.16. *Noſti quaſdam, quæ amiſſis filiis, impoſita Lugubria numquam exuerunt.* Quintil. Declamat.1. *Et tempori accommodata Lugubria flammeo reuertente mutabis.* Seneca in Hercu.Furent.Act.3. *Lugubribus amicta coniunx.* Lugubria autem Tacit. lib.2. *Inſignia Lugentium* vocat. Ouidius verò lib.3.Faſtor.*Triſtia ſigna*, his verſibus.

Per totidem menſes (nempe decem) *à funere coniugis vxor*
Suſtinet in vacua triſtia ſigna domo.

Πένθημα vocant Appian, in Parabolis περὶ πρεσβειῶν, cap. 2. Et Maxim. in ſcholiis Epiſtol. Dionyſij ad Demophilum.

Sumere Lugubria, & contrà, *Deponere*, l.8.D.de his qui not.infa.

Lvmina, quibus cælum & aër aſpicitur, Solíſque ac Diei claritas, fulgor in ædes, cœnaculáve admittitur: vulgò *Veutas* appellamus.

Lumen, ait Paulus, *id eſt, vt cælum videretur: & intereſt inter Lumen & Proſpectum. nam Proſpectus etiam ex inferioribus locis eſt, lumen ex inferiore loco eſſe non poteſt*, l.16.D. de ſeruitutib.vrban. prædior.

Lumina *immittere*, l.13.§.ſed ſi ædiũ, D.de vſufructu: id eſt, aperto pariete feneſtras immittere. *Eos qui ius Luminis immittẽdi non habuerunt, aperto parieti communi, nullo iure feneſtras immiſiſſe*, l.40.D.de ſeruit.vrban. *Vt non in totum ædes obſcurentur, ſed modicum Lumen quod habitantibus ſufficit, habeant*, l.30.D.de vſufructu.

Lumine vnico, l.6.§.ne tenuis, D.de offic.pręſid. id eſt, cœnaculo vel cubiculo vnico, quod modico Lumine lucem è cœlo accipit. Cuiuſmodi cœnaculum Iuuenalis *fuſcam cellam*, & *tenebras*, propter obſcuritatem, vocat.

Lumina *Excipere, & Minuere*, l.4.D.de ſeruit.præd.vrbanor.

Si vicino ædificante obſcurentur Lumina *cœnaculi*, l.25.§.ſi vicino, D.locati. *Quamuis Lumina non obſcurentur*, l.13.§.ſed ſi ædium, D.de vſufructu. *Officere* Luminibus *vicini*, l.11. D. de ſeruitut. præd.vrb. *Ita officere Luminibus, & obſcurare legatas ædes, conceditur, vt non penitus Lumen recludatur, ſed tantùm relinquatur quantum ſufficeret habitatoribus, in vſus diurni moderatione*, l.10.D.de ſeruit. præd.vrb. *Iura altius tollendi & officiendi* Luminibus *vicini*, l.2.D.de ſeruitut.præd.vrban. *Si ſeruitus impoſita fuerit, Lumina quæ nunc ſunt vt ita ſint*, l.23.D.de ſeruit.vrban.Cicer.1.de Orato. Lumina *vti eſſent, ita recepit.*

Luminum *Seruitus*, l.4.D.de ſeruit.vrb.præd. *Seruitutes* Luminum, l.1.§.vlt. D.ſi vſufr. pet. *Seruitus ne* Luminibus *officiatur*, l.15.& l.23.D.de ſeruitut.præd.vrban. *Alia* autem *eſt* Luminum Seruitus, alia, *ne* Luminibus *officiatur*. Etenim Luminum *in ſeruitute conſtituta id adquiſitum videtur, vt vicinus* Lumina *noſtra excipiat: Cùm autem Seruitus imponitur ne* Luminibus *officiatur, hoc maximè adepti videmur, ne ius ſit vicino inuitis nobis altius ædificare, atque ita minuere Lumina ædificiorum noſtrorum*, l.4.D.de ſeruitut.prædior.vrbanor. Præterea, *inter Seruitutes ne Luminibus officiatur, & ne Proſpectui offendatur, aliud & aliud obſeruatur: quòd in Proſpectu plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem proſpectũ & liberũ: in* Luminibus *autem non officere, ne Lumina cuiuſquam obſcuriora fiant. Quodcumque igitur faciat ad* Luminis *impedimentum prohiberi poteſt, ſi ſeruitus debeatur*, l.15. D. eod.tit.

Lumen *candelæ*, apud Iuuenal.& ita accipe *Lumine adhibito*, l.10.§.de myope, D.de ædil.edic. Edicto de inſpiciendo vẽtre, cuſtodiendóque partu, de conclaui in quo mulier paritura erit, ita cauetur, *Tria Lumina, ne minus, ibi ſint: ſcilicet, quia tenebræ aptiores ad ſubiiciendum ſunt*, l.1. §. de inſpiciendo, D.de inſpiciend.vent. Liuius lib.29. Lumina *in nauibus, ſingula, roſtratæ, bina, vectoriæ habebant. In Prætoria naue, inſigne nocturnum trium* Luminum *fore.*

Lumina pro oculis interdum vſurpantur: & ita, *Luminibus Captus*, l.17. D. ad municipal. l. vn. C. qui morbo ſe excuſ. l.3. C. qui dare tutor. & apud Liuiũ lib.9. *Cæcus vtriſque Luminibus orbatus*, l.1. §. caſum, D. de poſtulando.

LVNATICVM *Mancipium*, l. 43. D. de ædil. edic.

Lunaticum morbum quidam explicant inſaniæ genus, quo ægri per interualla diuexantur. Alij hic morbi nomine Epilepſiam ſignificari cenſent, vel quòd Lunæ incremento inuadat, vel quòd Interlunio nati, eo morbo obnoxij ſint. Cui ſententiæ ſuffragatur D. Matthæus, qui Euangel. cap.4. *Lunaticos*, σεληνιαζομένους vocat. Apud eumdem quoque cap. 17. Σεληνιάζεσθαι dicitur qui morbo comitiali laborat, vt verba ipſa indicant, quæ ita habent, Οτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει. πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ. Aretæus diuturnor. morborum lib.1. ſcribit quoſdam exiſtimaſſe caducum morbum à Luna immitti flagitioſis hominibus, vnde & σεληνιακὸν nomen ipſis tributum. Idémque ſenſit Serenus, cùm de morbo comitiali tractans, cap.25. ait.

Ipſe Deus memorat, dubiæ per tempora Lunæ
Conceptum: talis quem ſæpe ruina profudit.

vbi *Ruinæ* appellatione, caſum & prolapſum caducorum accipe. Firmicus tamen lib.4. *Lunaticos à Caducis* diſtinguit. Ac planè Vlpianus *Furioſo*, *Lunaticum*, licet ſub diſiunctione, adiungens, ſatis apertè ſignificat, in animo habuiſſe ſe, de inſaniæ magis ſpecie, quàm de comitiali morbo loqui.

LVPANARIVM, Iuriſconſulti dicunt quod alij *Lupanar*, l.21. §. in aliquem, D. de recept. qui arbitr. vbi inter inhoneſti loci exempla, Vlpianus *Lupanarium ponit. Quæ in Lupanario ſe proſtituit*, l.43. D. de ritu nuptiar.

A Lupanario perceptæ penſiones, l.27. D. de hered. petit. quô loci, Vlpianus, *in multorum honeſtorum virorum prædiis Lupanaria exerceri*, ait.

Porrò D. Hieronymus, in Chronic. Euſebij, Accam Laurentiam, propter *rapacitatem corporis quæſtuoſi*, à vicinis *Lupam* appellatam: indéque, *meretricum cellulas, Lupanaria*, dici, ſcribit. Lactant. lib.1. diuinar. Inſtit. cap.20. de eadem Laurentia. *Fuit enim Fauſtuli vxor, & propter vulgati corporis vilitatẽ, Lupa, inter paſtores, id eſt, meretrix, nuncupata eſt. Vnde etiam Lupanar dicitur.* Quod & Seruio in lib.1. Æneid. placuiſſe video. Iſidor. lib.19. Etymolog. cap.42. *Idem & Lupanar vocatum ab iiſdem meretricibus quæ propter vulgati corporis vilitatem Lupæ nuncupantur. Nam Lupæ meretrices ſunt vocatæ, à rapacitate, quòd ad ſe miſeros rapiant & adprehendant.*

LVSCITIONEM *eam eſſe quidam putant, vbi homo lumine adhibito nihil videt*, l.10. §. de myope, D. de ædilic. edic. Quibus Nonius conſentiens, *Luſcitioſi* (ſic emenda) ait, *qui ad Lucernam non vident*, & μύωπες *à Græcis vocantur. Varro lib. 8. diſciplinar. Veſperi non videre, quos appellant Luſcitioſos. Idem Andabatis: Ædepol idem cæcus non Luſcitioſus eſt.* Quorũ ſententiæ accedens Iſidor. lib.9 Origin. *Luſcus*, ait, *quod Lucem ex parte ſciat: ſicut Luſcitioſus, qui veſpere nihil videt.* Non abs re autem, Vlpian. in d. § de myope, ait, *quidam putant.* Nec enim id inter omnes cõſtat. Quinimmo ſunt qui *Luſcitioſos* dictos cenſeant, eos qui plus veſpertino, quàm matutino, aut meridiano, tempore videant. A quorum partibus ſtant Feſtus Pomp. & Fulgentius. Ille enim lib.10. *Luſcitionem, vitium* eſſe *oculorum* definit, *cùm quis clarius, veſpertino tempore, quàm meridie, cernit.* Hic verò, in libello de priſco ſermone: *Luſcitioſos*, inquit, *dici voluerunt, interdiu parum videntes, quos Græci* μύωπας *vocant.* Plautus, *Milite: mirum eſt Lolio te victitare, tam vili tritico. Quod iam Luſcitioſus. Dicunt enim quod Lolium comedentibus oculi obſcurentur.* Eaſdem partes fouet Seneca, cuius lib. 3. de Benef. non procul ab initio, verba hæc ſunt. *Luſcitioſi oculi ſunt, qui Lucem reformidant: Cæci, qui non vident.* Atque hoc oculorum ſeu morbo, ſeu vitio, laboraſſe Tiberium, Dion lib. 57. ita ſcribit, Καὶ διὰ τὴν ἀμβλυωπίαν (πλεῖστον γὰρ τῇ σκότους βλέπων, ἐλάχιστα τῆς ἡμέρας ἑώρα) ἐξίστασθαι ἔλεγεν. Quod & Suetonius confirmans, eumdem principem etiam nocte in tenebris vidiſſe refert.

LVSITANIA Hiſpaniæ Regio, quàm, à Luſo Liberi patris comite, nomen inueniſſe, Plin. lib.3. cap.1. tradit cuius deſcriptionem vide apud eum lib. 4. cap. 21. *In Lyſitania Pacenſes, ſed & Emeretenſes, iuris Italici ſunt*, l. vlt. D. de cenſib.

A Luſitanis capti, l.21. D. de negot. geſt. Lucius Seneca in verſibus ad Cordubam, *Non Luſitanus quateret cum mœnia Latro.*

LVSORIVM, deriſorium, inane & ſine effectu, ſignificat. *Alioquin inane & Luſorium Prætoris imperium erit*, l. vlt. D. ne quid in loco publ. *Alioquin Luſoria erunt huiuſmodi Edicta, & Decreta Prætorum*, l.75. D. de iudiciis.

Luſoriæ minæ, l.4. D. ſi cui plus quàm L. Falcid.

Luſoriæ naues, amnicæ.

Luſoriæ Danubij, Rubr. de Luſor. Danub. in C. Th. Sanè in Nouell. Theod. & Valentin. de ambitu & locis limitan. vbi vulgò, *Caſtrorum quinetiam, ipſis,* Luxuriarúmq;, *pro antiqua diſpoſitione, curam, refectionémque mandamus*: quidam Luſoriarum emendandum exiſtimant, alij, *cluſurarum*: quorum vtrumque ferri poteſt. *Luſorias* vtique *limiti Myſiaco*, deputant Impp. in l. vn. de Luſor. Danub. in C. Th.

Sanè *Luſorias* marinas quoque naues facere videtur Seneca lib. 7. de Beneficiis, cap. 20. his verbis. *Cui triremes & ceraſtas, non mitterem, Luſorias, & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari laſciuientium, mittam.*

Luſoriè agere dicitur, qui cum aduerſario colludit, l. 50. §. 1. D. de legat. 1.

LVSTRVM, quemadmodum Varro lib. 5. de lingua Lat. ſcribit *nominatum tempus quinquennale, à luendo, hoc eſt, ſoluendo: quod quinto quoque anno, Vectigalia, & vltrò tributa, per Cenſores perſoluebantur.* Feſtus Pompeius. *Luſtrum cum prima ſyllaba producitur, ſignificat nunc tempus quinquennale: nunc, populi Luſtrationem.* Seruius in lib. 1. Æneid. ad hæc verba *Luſtris labentibus ætas: Luſtris, quinquenniis. Luſtrum autem dictum quod poſt quinquennium vnaquæque ciuitas Luſtrabatur.* Iſidorus lib. 5. Origin. cap. 37. *Luſtrum eſt* πεντετηρις, *id eſt quinquenniũ: quod quinto anno dicitur cõdi, propter Olympiadas, à Romanis. Adhuc enim Conſules, adhuc Era, nondum erant. Eſt enim quinquennale tempus. Ideò verò ſic vocatur, eo quòd Cenſu per quinquennium in Republica peracto, vrbs Roma Luſtrabatur.* Ouidius lib. 4. de Ponto, Eleg. 6.

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt:
Iam tempus Luſtri tranſit in alterius.

Apuleius Apolog. 2. *Annos cõputet, quos ſexaginta mulieri adſignabat, probet, quinq; & quinquaginta* Luſtro *mentitus eſt.*

Luſtrum Conductionis, l. 67. §. vlt. D. de furt. *Si colonus poſt Luſtrum completum fructus perceperit*, l. 4. §. vlt. D. de reb. credit. *Peracto* Luſtro *diſcedere conductores*, l. 3. §. cùm quinquennium, D. de iure fiſc. *Hortorum fructus, vſque ad* Luſtrum *quo conducti eſſent, legauerat*, l. 36. §. 1. D. de legat. 3. In Luſtrum vtique, id eſt, quinquẽnium, tàm priuatorũ prædia, quàm publica vectigalia olim locari conſueuiſſe apparet ex l. 9. §. 1. & l. 13. §. qui impleto, l. 24. §. ſi domus, & §. colonus, D. locati, l. 3. §. 1. D. de admin. rer. ad ciuit. l. 25. §. vlt. D. ſol. matr. l. 18. §. vlt. D. de ſtipulat. ſeru. l. 3. §. cùm quinquennium, D. de iure fiſc. l. 48. D. de act. empt. l. 17. D. de liber. leg. l. 4. §. vlt. D. de reb. credit. l. 89. D. de verb. oblig. Ouid. lib. 4. de Ponto. Eleg. 9.

Nunc longi reditus haſtæ ſupponere Luſtri.

Hygen. lib. de limitib. *Solent verò & hi agri accipere per ſingula Luſtra, Mancipes.*

LVSTRALIS *Cenſus*, apud Vlp. Tit. 2. Regul. dictus eſt, quòd vnoquoque Luſtro fieret.

Luſtralis poſſeſſio, id eſt, quinquennalis, l. vn. de quinquen. præſcript. in Cod. Th. Nouella Theod. & Valentin. de lenonibus.

Luſtrale Aurum, quod à negotiatoribus & mercatoribus vnoquoque Luſtro pendebatur, Rubrica de Luſtralis auri collatio. lib. 11. C. cuiuſmodi Collatio χρυσαργύρου συντέλεια vocatur, l. 1. & l. 2. eod. tit. Atque hoc tributum ab Anaſtaſio ſublatum narrat Euagrius Eccleſiaſt. hiſt. lib. 3. cap. 39.

LVSTRAMENTVM, in l. 3. §. 1. D. ad L. Corn. de ſicar. ex quorumdam ſententia nihil aliud eſt quàm ἀσελγεία ἀφροδισμὸς: à Luſtris, id eſt, Lupanaribus.

LVX *indubia probationis*, l. 3. C. de condict. ob turpem.

Lux probationum, l. vlt. C. ſi minor ſe maior. *Lux veritatis*, l. 21. D. de teſtib.

Lux Dignitatis, l. 1. D. de offic. præfec. præt.

In Lucem producere, l. 1. §. & generaliter, D. de ventre in poſſeſſ. mitt.

Luce, id eſt, interdiu, l. 21. D. de furtis. *Luce Palam*, Cic. 3. Officior.

LVXVRIA, ait Nonius Marcellus, *eſt contra pudorem, & ſupra modum, profuſio. M. Tull. lib. 1. de Officiis: Intelligimus quàm ſit turpe diffluere* Luxuria, *delicatè ac molliter viuere.* Idem alibi, *Luxum, id eſt, vulſum, & loco motum, quòd nunc Luxari ignari* Latinè *dicimus. Inde,* Luxuria, *quia à recta viuendi via ſit excluſa, & electa.*

Ad Luxuriæ materiam, l. 3. §. nec non, D. de in rem verſ.

Luxuria Conuiuiorum & veſtium: quam ægræ ciuitatis indicium eſſe, ait Seneca, Epiſt. 114. Idem Epiſt. 90. *à natura* Luxuria *deſciuit: quæ cottidie ſeipſam incitat, & tot ſæculis creſcit, & ingenio adiuuat vitia.* M. Seneca Controuerſ. 1. lib. 2. *Ad delicias dementis* Luxuriæ *lapis omnis eruitur, cædunturque gentium ſiluæ, æris ferrique vſus, iam auri quoque, in extruendis domibus.* Cicer. lib. 3. de Finib.

tria pestifera vitia statuit, Luxuriam, Auaritiam, *Crudelitatem*. Liuius quoque lib. 34. *Diuersisque duobus vitiis Auaritia, & Luxuria ciuitatem laborare: quæ pestes omnia magna imperia euerterunt.*

Luxuria hæc fundum non habet. Vnde nō immeritò, *Auaritiæ deesse multa, Luxuriæ omnia*, Publius in Mimis pronuntiat.

Ex damni infecti stipulatione, *Ob Tectoria, & Picturas moderatam æstimationem faciēdam* definiens Vlpianus, addit, *quia honestus modus seruandus est, non immoderata cuiusque Luxuria subsequenda*, l. 40. D. de dam. infec.

Non ex Luxuria, sed ex Affectu descendentes causas, l. 16. D. de manum. vind. id est, ex honesta affectione, non ex deliciis. *Etiamsi per Luxuriam id factum sit*, l. 1. §. vlt. D. de ædilic. edic. id est, per lasciuiam, petulantiam, insolentiam.

Tam Lata culpa, vt Luxuria sit, l. penult. D. de incend. ruin. id est, *deperditi & nimium securi hominis ignorantia*, vt l. 3. D. de iniur. & fac. ignor. seu *Negligentia Crassa, & nimia securitas*, vt l. 6. D. eod. tit.

Lvxvriosvs *adolescens*, l. 8. D. pro empto, l. 12. §. si adolescens, D. mandati. qui Luxu, lasciuia & mollitie diffluit. Cuiusmodi adolescenti qui dat, *Perdituro*, & consumpturo dare dicitur. Fest. Pomp. *Luxa membra, è suis locis mota, & soluta: à quo, Luxuriosus, in re familiari solutus.*

Luxuriosus *atque prodigus*, opponitur *homini vitæ emendatioris*, l. 11. D. de dolo.

Luxuriosum *facere*, l. 2. D. de seruo corrupto. Seneca Epist. 1. *Fatebor ingenuè, quod apud* Luxuriosum, *sed diligentem, euenit. Ratio mihi constat impensæ.*

Lvxvriose. *Mulieri quæ Luxuriosè viuit bonis interdici potest*, l. 15. D. de curatorib. furio.

Luxuriosè *viuere cœperit*, §. in duplum. Instit. de actionib.

Lyciæ, quæ minoris Asiæ regio erat, fit mentio in l. 77. §. dulcissimus, D. de legat. 2.

Lyntrarii, l. 1. §. de exercitatorib. D. naut. caup. qui Lyntres agunt, seu Lyntrium exercitores, quod, nauis fluuiatilis genus, indicat Cæsar lib. 1. de bello Gall. his verbis. *Id flumen Heluetij, Ratibus, ac Lyntribus iunctis, transibāt.* Nec verò Lyntres, in Nauium generibus nominibúsque recensendis, prætermisit Agell. lib. 10. cap. 25.

Lytas, olim Græco vocabulo appellatos, quarti anni studiosos, Iustinian. tradit proœmio Digestor.

Finis Lib. X.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE,

LIBER XI.

MACEDO, improbus fænerator filiorumfamilias : cauſam dedit Senatuſconſulto Macedoniano, l.1. D. de Sc. Maced. cuius auctorem Veſpaſianum Sueton. in eius vita, cap. 11. ita prædicat. *Auctor fuit Senatui cenſendi, ne filiorumfamilias fæneratoribus exigendi crediti ius vmquam eſſet, hoc eſt, ne poſt patrum quidem mortem.*

MACEDONIANVM *Senatuſconſultum is ſolus offendit, qui mutuam pecuniã filio familias dedit, non qui aliàs contraxit, puta, vendidit, locauit, vel alio modo contraxit. Nam pecuniæ datio pernicioſa parentibus eorum viſa eſt*, l. 3. §. is autem, D. de Sc. Macedon. *Si filiusfa. contra Macedonianum mutuam pecuniam acceperit*, l. 40. D. de condict. indeb.

Exceptio Seconſulti Macedoniani, l. 19. D. de Sc. Maced.

Senatuſconſulti, appellatione, Macedonianum accipe, l. 11. §. vlt. D. de minorib. l. 12. §. ſi quis mandauerit, D. mandati, l. 3. D. de exceptionib.

MACEDONIÆ Prouinciæ fit mentio in l. vlt. C. de diuerſ. offic. lib. 12. & l. 8. de metallis, & metallar. in Cod. Theod.

Macedonica diœceſis, l. 7. eod. tit.

MACEDONIANI, *hæretici*, l. 5. C. de hæretic. l. 11. l. 13. l. 59. & 60. in Cod. Th.

Macedoniana Inſtitutio, l. 12. de hæretic. in eod. Cod. Th.

MACERIA *à Muro* ſeparatur, l. 157. D. de verbor. ſignif. Caſſiodor. in Pſalmum 61. *Maceria eſt, ſaxorum ſicca conſtructio, quæ, ſine aliquo ligamine, impensè in altum ducta componitur.* Idem in Pſalmum 87. *Maceria, eſt, quæ loca ad aliquam vtilitatem præparata, defenſionis cauſa communit: hæc non commixtione rei alicuius ædificatur, ſed in parietis modum, ſaxorum tantùm adunatione conſtruitur.* Et rurſus in Pſal. 89. *Maceria eſt, de ſolis lapidibus conſtructa cuſtodia, quæ ſolet vineas defenſabiliter cuſtodire.* Denique in Pſalmũ 143. *Maceries eſt, paries ex ſola compoſitione ſaxorum, quæ aut vineas claudit, aut hortorum culta communit.* Apud Terent. Adelph. Act. 5. Sc. 8. Donati locus in huius vocis interpretatione mutilus, & corruptus eſt. *Maceriam, ſepem* interpretatur Palæmon in Gloſſis. Varro lib. 1. de re Ruſt. cap. 14. ſpecies Maceriarum quatuor ponit. Quaſdam enim ait fieri *è Lapide: quaſdam, è lateribus coctilibus:* quaſdam *è lateribus rudis :* quaſdam, *ex terra, & Lapillis compoſitis.*

Maceria ſepulcrorum, l. 73. §. vlt. D. de contrah. empt. *Si precano vicinus in tuo Maceriam duxerit*, l. 17. D. comm. præd. Et ibid. *Si in ſuo Maceriam duxerit.*

MACHINA *frumentaria*, l. 12. §. ſi in aliqua, D. de inſtr. vel inſtr.

Machinam alligare, item, *in meo ſolo ponere*, l. 1. §. ædificare, D. de mort. infer.

Machinam negligentius colligare: Machinæ minus diligenter ligatæ culpa factum: Machinæ funes & perticæ: in Machina imponere ſeruum: in Machina operari: de Machina cadere: ſub Machina perire, l. 5. §. ſed interdum, D. commodati.

MACHINARIVS, l. 31. D. ad L. Aquil. an qui Machinas conficit, an qui in Machina operatur?

Machinarius mensor, l.vlt.D.si mensor. *Asinus Machinarius*, l.60.in fin. D. de legat.3. l.12.§. cellararium, D.de instr. vel instr.in quarum vocum explicatione,tanquam in salebra,multos(propter eum quem habent reconditum, & à vulgi cognitione remotum,sensum) hærere mirum non est:Nam qui ad animal machinarum gerulum,seu machinis mouendis transportandísque deseruiens, verba hæc,quod prima facie videri posset,pertinere cẽsent,errant longè mea quidem sententia.Verùm ne longo sermone discendi auidos morer, *Asini Machinarij* appellatione Iurisconsultos vt vbiq; eam machinã,quæ à Græcis Ονος appellatur, cuius in Aristotelis mechanicis mentio habetur,exaudiendã credo.Suidas, Ονος τὸ ζῶον καὶ τὸ ὀργάνον. Verùm huius descriptionẽ ex alio eiusdem Suidę loco subiiciam,ὄνευον,ait ille,ᾧδὴ ἡ ἀκυδίδη, ἐκίνων καὶ ἐπείγων. Ονος γὰρ τὸ μύλωνος τὸ κινούμενον, καὶ αἱ τοιαῦται μηχαναὶ Ονοι ἐκαλοῦντο. ὅτι δὲ Ονος, μηχανὴ ἐπ' ἄκρων τῶν ἀκροπόλεων πηγνυμένη, ἀφ' ἧς ἐκβαλόντες βρόχοις τοὺς σταύρους ῥᾳδίως ἐκ τῆς βηλοῦ ἀνέσπων. ὅτι γὰρ ἡ μοχανὴ ὅτι τοσοῦτον διαφοτάτην, ὥστε σαγήνην βαρεῖαν ὑπὸ δύο ἀνδρῶν ἕπεσθαι ἕλκεσθαι. καλοῦσι δέ τινες μηχανὴν οἱ τὰς καμὰς χείροντας ἕλκοντες ἁλιεῖς ἠλακάτην. ἐρρωμένεσθαι δέ τινες ταὶ ἀνέλκυσιν καθίσταται, ὅταν ἡ δίκρων ξύλον τρὸς αὐτῷ τεθείη. ἐπ' εὐθείας γὰρ ἡ ἀπόσασις τῶν ἀνελκομένων γίνεται. De huiusmodi quoque machina sunt accipiẽda Athenæi verba, quibus Sambucam,quæ ipsa bellicæ machinæ species est,mœnibus à duobus asinis admoueri,ita libro 14. scribit, ὡς ὑπὸ δύο ὄνων προσάγοιτο τοῖς τῶν ἐναντίων τείχεσι. Porrò compluria machinarum ab animalibus ducta nomina nemo nescit : qualia sunt Aries, Testudo,Grus.Præterea Suidas ὄνον à Græcis appellari tradit,τὸ πρὸς τὰ τῶν ὑδάτων ἀγγεῖα πολύπτυν, ᾧ συρεφόμενον.

MACHINARI *aduersus Hostem, Latronémve*, l.1.§.non fuit,D.de dolo.

MACHINAMENTA *Callida*, l.6.de curiosis,in C.Th.

MACHINATIO *alterius decipiendi causa: Machinatio ad circumueniendum, fallendum,decipiendum, alterum adhibita*, l.1.§.dolum, D.de dolo.*Quæ non magnam Machinationem exigunt*,l.14. D. cod. tit.*Per Machinationem obligatus*, l.36.D.de verb.oblig.

Machinationes, l.1.C.de sentent.quæ pro eo quod interest,l.vlt.C.fin.regũdor.*Illicitæ*, l.7. §.vlt. C.de naturalib.liber.*Indecentes*,l.28.C.de inoff.test.

MACTANTVR *vltimo supplicio*,l.9.D.de L.Pomp.de parricid.

MACVLA pro labe,& nota.

Macula turpis coniunctionis,l.1.C.de colluſ.detegenda.*Infamiæ*,l.1.C.de naturalib.liber.*Violati pudoris*, l.11.C.de quæstionib.*Seruilis*, l.9.C.de liberali causa.*Seruitutis*,l.vlt. D.de natalib. restituend.l.3.§.1.C.de infantib.expositi.

Macula scenicarum mulierum,l.23.§.nam omni,C.de nuptiis.

Corporales maculas executoribus imponere, l.2.§.vlt.C.de sportulis & sumptib.

Si scripti heredes,infamiæ,vel turpitudinis,vel leuis notæ,Macula aspergantur,l.27.C.de inoff.test.

MACVLARI *nota*, l.2.§.1.D.de decurionib.*Maculari opinio*,l.3. C.de iniuriis.*Seruili condicione Maculatus*, l.3.C.de infantib.expos.

MADEFACTO *vmore*, l.57.D.locati.*Madente adhuc filiæ cruore*, l.2.§.initium,D.de orig.iur.

MÆNIANA, vt Iauoleno placet, ex genere & numero sunt proiectorũ: vtpotè quæ ita prouehantur,vt nusquam requiescant,l.242.§.1.D.de verbor. signif. Festus, *Mæniana ædificia à Mænio sunt appellata.Is enim primus vltra columnas extendit tigna, quò ampliarentur superiora.* Asconius in Diuinat.ad ea verba *Ad columnam Mæniam : Mænius*, ait, *cùm domum suam venderet Catoni,& Flacco, Censoribus, vt ibi Basilica ædificaretur, exceperat ius sibi vnius columnæ, super quam tectum proiiceret ex prouolatibus tabulatis:vnde ipse, & posteri eius, spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum in foro dabatur : ex illo igitur, columna Mænia vocitata est.* Isidor.lib.15. Origin.cap. 3. *Mænius* (sic enim emenda) *collega Crassi, in foro proiecit Materias, vt essent loca, in quibus spectantes insisterent,quæ,ex nomine eius,Mæniana appellata. Hæc & Solaria, quia patent soli.Post hæc,alij lapide,alij materia,ædificare, porticibus Mæniana & foribus & domibus adiecerunt.*

Cùm quidam velum in Mænianum immissum haberet, l.2.§.cùm quidam, D.ne quid in lo.publ. *Si Mænianum in tuum immissum habuero*, l.20.D.de seruit.vrb.præd.Valerius Maxim.lib.9.cap. 12.*In Mænianum conscendit*.Plin.lib.35.cap.10. *E diuerso Mæniana, inquit Varro, omnia aperiebat Serapionis tabula, sub veteribus.*Sueton.in Caligul.cap.18.*Pauci ex proximis* Mænianis *postulassent.*

Mæniana planè,*Solaria* vocantur à Zenone non semel in Constitutio. τοῖς κοινοπολῶν: vbi, Μηδὲ ὑπερβαίνειν, ait ille, ἐκ μηδὲ ἑτέρου μέρους Σολάεια, ἤτοι Εξώας καταστευάζειν.Et paulò pòst, Θεσπίζομεν τὰ καλούμενα Σολάεια, μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε, καὶ ῥωμαϊσίων οἰκοδομεῖσθαι σχήματι. Græci Εξώας appellant, auctoribus Honorio & Theodos.in l.penult. C.de ædific. priuat.

MÆVIANVS *fundus*, l.r.D.de reb.dubiis qui ad Mæuium pertinet.

Mæuiana hereditas, l.76.§.1.D.de leg.2.l.27.§.Trebell.& l.55.§.qui Titiana. D.ad Sc. Treb.

MAGI *in quacunque parte sint terrarum, humani generis inimici credendi sunt*, l.7. C.de malef.& mathem. *Magi viui exuruntur*, Paul.lib.5.Sent.Tit.23

MAGICA *Ars*, apud Plin.lib.11.cap.37.& lib.30.cap.1.& 2. *Magicæ Artis cõscia, Professio, Scientia*, apud Paul.lib.5.Sentent.Tit.23. *Magicæ Artes*, l.6.C.de malef. & mathe.l.2.de bonis proscript.in C.Th.& apud Virgil.lib.4.Æneid.& D.Augustl.lib.21.de Ciuitat. Dei.cap.6.lib.5. Sent.Tit.23. *Libros Magicæ Artis apud se neminem habere licet.* MAGICI *Libri*, inter Libros improbatæ lectionis habentur, l.4.§.1.D.fa.ercisc. *Magici apparatus*, l.7.de malefic.& mathe. in C.Th. *Susurri*, §.eadem lege, Instit. de public. iudic. MAGICA *Carmina*, l.7.C.de malefic.& mathem.

MAGIDIS fit mentio in l.36.D.de condic.indeb.Eam inter *Escaria vasa*, Varro lib.4.de lingua Lat.ponit, & à *Magnitudine*, ita appellatam dicit. Græcum tamen hoc verbum esse, & significare ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ ἄλφιτα μάττεται, quod & μάκτρα appellatur, Pollux lib.6.Onomast. cap.10.& lib.7.cap.5.scribit. Idem lib.6.cap.12. μαγίδας suo tempore appellatas scribit τὰς ὑπηνεμώδεις καὶ αἰρομένας φαπέζας, repeririq; apud Sophoclem hoc verbũ notat: cuius verba emẽdatius apud eumdem auctorem referuntur lib.10.cap.23.quo superior ille locus, emendandus est. Plinius, Lances ab antiquis *Magidas* appellatas tradit lib.33. cap.11.

MAGIS *est*, vel *Magis est vt*, locutio Iurisconsultis familiaris, quæ significat, Verius est, Potius est vt dicamus, l.27.§.de eóque, D.ad L.Iul.de adul.l.38.& l.72.§. Stichum, D. de solutionib.l.23.& l.46.D.de neg.gest.l.32.D.de recept.qui arbitr.l.5.§.quod si, D. de leg. præst. l.10.D.quæ in fraud.credend.l.22.D.de aqua & aquæ pluu. l.3.§.1.& §.vlt.D.quib.ex caus. in possess.l.6.D.de testam.tutel. l.5. §.manet, & l.6.D.de reb.eor.l.1.D.de lo.publ.l.20.D. de stipulat.seruo.l.16.§.si duo, D.de pignor.l.17.§.ait prætor, D.de iniuriis, l.11.D.pro empt. l.4.§.si prætor, D.de suspec.tut.l.8.D.de pœnis, l.1.§.1.D.quãd.appelland.sit, l.16. D.de iure patr.l.45.§.1.D.de act.empt.l.1.§.si impubere, D.de collat.bon.l.2.D.de his quæ vt indign. l.22.§.1.D.de condic.indeb.l.18.& l.22.§.1.D.de pec.const.l.7.§.eleganter, D.de do.int.vir. l.6.D.de castr.pec.l.3.D.de bon.libert.l.34.D.de adqu.poss. l.29.D. de leg.3.l.43.§.1.D.de vulg.& pupill.l.3.& l.80.D.de furtis.l.3.& l.25.D.de fideiuss.l.1.§.1.D.si tab.test.l.6.D.quod vi aut clã, l.1.D.de sent.pass.l.2.& l.9.D.de his quę vt indig. *Illud Magis est*, l.15.§.vlt.D.de pignorib. *Quod Magis est*, l.29.§.quod aut lex, D.ad L.Iul.de adult.l.1.D.de pigner.act. MAGIS *est ne possit*, l.2.§.si quis, D.vnde legitimi, l.1.§.tutor, D.de succeff.edic.l.1.§.1.D.quod vi aut cl. *Magis accipiendum est*, l.10.D.de vsufr.car.rer. *Magis admittimus*, l.27.§.1.D.ad L. Iul. de adult. *Admittit*, l.8.§.1.D.locati, l.6.§.is qui, D.de adqu. vel omit. *Admittitur*, l.7.§.vlt. D. quod cuiuscumq; vniuersit. *Magis* ARBITROR, l.4.§.1.D.ad L.Iul.de adulter. l.17.§.si quis autẽ, D.ad Sc. Trebel. *Arbitratur*, l.11.D.eod.tit. *Quod* MAGIS *arbitror probandum*, l.7.D.de manum. test. *Magis dicitur*, l.59.§.vlt.D.de ædil.edic. MAGIS *dicendum est*, l.22.D.quib.mod.vsusfr.l.24.D.de instr. vel instr.l.17.§.si quis autẽ, D.ad Sc.Treb.l.16.§.1.D.de pecun.const.l.15. D.de dam.inf. l.1. §.filio, D.ad Sc.Tertyll. HOC MAGIS *dicendum est*, l.24.D.de instr.vel instr. *Quod Magis dicendũ arbitror*, l.63.§.id quod, D.pro socio. *Quod* MAGIS *existimo dicendum*, l.5.§.sed si quis, D.de iureiurã. l.19.§.vlt.D.ad Sc.Velleia. *Magis existimo*, l.73.D.de solutionib. *Existimat*, l.11.§. officiũ, D.de aq.& aq. MAGIS *opinor*, l.4.§.quia non, D.de dol.mal.except. MAGIS *placet*, l.22.§.vlt. D.de instr. vel instr.l.46.§.item queritur, D.de procuratorib.l.99.§.cum qui, D.de leg.3.l.28.D.de aur. arg.l.vlt.D.de L.Corn.de falf. MAGIS *placuit*, l.5.D.de public.l.28.§.1.D.de stipul.seru. l.13.D. de iudiciis, l.5.D.de suppel..leg.l.2.§.vlt.D.famil.ercisc.l.63.D. de condic. & dem. l.17. D. sol.matr.l.28.D.de adimend.leg.l.8.D.de reb.dub.l.2.C.de his qui numer. MAGIS *probo*, l.42. D.ad L.Iul.de adult. *Probat*, l.13.§.si quis opus, D.de dam.inf.l.1.D.quand.appel.sit.l.5.§.vlt. D.de leg.præst.l.2.D.de donationib. *Quod* MAGIS *probatur*, l.15.§.idem videamus, D.de damn. inf. MAGIS *probandum est*, l.29.§.vlt.D.de liber.& post. l.4.D.de aq.& aq.pl.l.7.§.dubitatũ, D. de interdict, & releg. MAGIS *erit probandum*, l.4.D.de manumiss.test. *Quod* MAGIS *probandum puto*.l.13.§.1. D.de adq.poss. MAGIS *probatum*, l.vlt.D.de bon.possess.

MAGIS *puto*, l.10.D.de statu hom.l.21.D.de donat.inter vir.& vxor.l.4.D.de euictionib.l.7. D.de reb.eor.l.71.§.1.D.de adquir.vel omitt.l.12.§.fistulæ, D.instr.vel inst.l.14.§.1.D.commun.diuid.l.9.§.qui interrogat, D.de interrogationib.l.1.§.an in hoc, D.de cõtrar.tut.l.9.§. istæ, D.de pœnis, l.64.D.de leg.3.l.38.§.qui hominẽ, D.de solut.l.5.D.de adgnosc. & alend.

PUTO MAGIS, l.19.§.argento. D.de auro arg. *Puto vel Magis*, l.67.§.sed etsi, D.de ritu nupt. *Magis putat*, l.18.§.1.D.de donat.l.33.§.1.D.de vulg.& pupill.l.4.§.si quis autem, D. de doli except. *Magis putabat*, l.vlt. D.de act.empt. *Magis putamus*, l.8.§.ætatem, D.de fideiussorib. *Magis sentio*, l.10.D.de collat.bonor.

Hoc Magis eſt ſequendum, l.53.D.de fideicomm.libert.*Magis ſequendum eſt*, l.85. D. de verb. ſignif. *Et hoc Magis videbatur*, l.3.D.de ſeruit.lega.*mihi Magis videtur*, l.1. §. qui habebant, D. de bon.poſſ.contr.tab.*Magis hoc apparebit*, l.4.D.de minoribus.

Magis expedit, l.61.§.vlt. D.de iure dot.*Quod Magis obtinere debet*, l.65.§.ornatricibus, D.de legat.3.*Magis habet rationem*, l.19.§.proinde, D.de iudiciis.

Magis intelligendum, l.4.§.Stichus, D.de ſtatuliber.*Magis hoc iure vtimur*, l.28.§.vlt. D. eod. tit.*Magis me mouet*, l.30.§.vlt.D.de except.rei iudic.*Magis obſeruatur*, l.vlt.D.an per alium. & apud Vlpian. Tit.23.Regular.*Magis ratio ſuadet*, l.65.D.de fideiuſſorib. *Magis ſimile eſſe*, l.38.§. de peculio, D.de ſolutionib.*Magis ex vſu eſſe*, l.89.D.eod.tit.*Quod Magis verum eſt*, l.32.D.ad L.Aquil.l.63.§.1.D.pro ſocio.*Magis verum puto*, l.40.D.de condic.& dem.*Quod Magis veriſimile*, l.41.§.qui patrem, D.de vulg.& pup.*Quò Magis, non quò minus*, l.3.§.ſi emancipatus, D.de bon. poſſ.con.tab. *tu Magis ſcire potes*, l.3.D.de teſtib.*Magis voluit*, l.29.D.ad Sc.Velleja.*Magis magiſque ad hanc accuſationem admittendi ſunt*, l.7.D.ad L.Iul.maieſt.*Magiſque augere*, l.1.C.de veteran. lib.12. MAGISTRATIONES, l.3.de ſtudiis liberal.vrbis Romæ, in C.Th.

MAGISTRATVS, *per deriuationem, à Magiſtris*, nominatos, Paulus ſcribit in l.56.D.de verb.ſignif.Feſtus, *Magiſtratus, à Magiſtrando dictos*, ait, *qui per Imperia potentiores ſunt, quàm priuati. Quæ vox*, addit, *duabus ſignificationibus notatur. Nam aut perſonam ipſam demonſtrat: vt cùm dicimus, Magiſtratus iuſſit: aut honorem, vt cùm dicimus, Titio Magiſtratus datus eſt.* Cic.lib.3.de Legib. *Magiſtratus hanc eſſe vim*, ait, *vt præſit, præſcribátque recta, & vtilia, & coniuncta cum Legibus. Vt enim Magiſtratibus Leges, ita Populi præſunt Magiſtratus, veréque dici poteſt, Magiſtratum, Legem eſſe loquẽtem, Legem autem, mutum Magiſtratum.* Idem pro Cluentio, *Legum miniſtri* MAGISTRATVS.

Ad curam Principis Magiſtratuum creatio pertinet, non ad Populi fauorem, l.2.D.de L.Iul.ambit. *Si Minor Prætor, ſi Conſul ius dixerit, ſententiámve protulerit, valebit. Princeps enim qui ei Magiſtratũ dedit, omnia gerere decreuit*, l.57.D.de re iudic. *Magiſtratus* vtiq; *à Poteſtate* ſeparantur: eáq; nomina vt diuerſa, diſiũgi videmus l.1.D.quod quiſq; iur.l.20.D.de ſtatu hom. l.1.D.de L.Iul. repetund. quòd non omnes publica poteſtate prædíti Magiſtratuum nomen obtineãt. *Magiſtratus, vel is qui in poteſtate aliqua ſit, vtputa Proconſul, vel Prætor, vel alij qui prouincias regunt*, l.13. D.de iuriſdictione. *Magiſtratus deferre*, Paulus lib.5.Sent.Tit.13.*Si quis Filiusfamilias, ſit & Magiſtratum gerat*, l.13.§.vlt.D.ad Sc.Trebell.*Magiſtratum in municipio petere*, l.1.D.de L.Iul.amb. *In aliquo Magiſtratu poſitus*, l.3.§.vlt.D.de recept.qui arb.*Cùm in Magiſtratu eſſet*, l.4.D.ad Leg. Corn.de ſic.*Si reus in Magiſtratu ſit*, l.12.D.iudic.ſol.*ſed vtrũ poſito Magiſtratu, an verò & quamdiu eſt in Magiſtratu*, l.32.D.de iniur.& ibidẽ, *quoad Magiſtratu abeat. Magiſtratus ſuperiore, aut pari, Imperio:* & cõtrà *Inferiores*, l.4.D.de recep.qui arb.*Magiſtratus Populi Romani*, l.4.§.vlt.D. de interrogat.l.20.D.de tut.& cur.l.15.D.de re iud.l.vlt.D.quis & à quo appel.& Gaius lib. 1.Inſtitution.in definitione Mãcipationis qui & *Magiſtratus Romæ*, l.12.§.1.D.de iudiciis, l.12. D.de offic.præſid. *Magiſtratus qui Romæ Reipublicæ cauſa operã dant*, l.6.D.ex quib.cau.maior.

Magiſtratus, porrò, Romæ hos habitos Pomp.in l.2.D.de orig.iuris tradit, Dictatores, Cõſules, Cenſores, Prætores, Ædiles, Tribunoſplebis, Quæſtores, Decemuiros, Præfectũ vrbi, Tribunos militum: Alios autem fuiſſe, qui, etſi *Magiſtratus* non eſſent, extra ordinem tamen, vtilitatis cauſa conſtituti, ius dicebant, vt Præfectum annonæ, & Præfectũ vigilum. de quibus accipiendum eſt quod in l.7.in fi.D.de offic.proc.ſcribitur. Atque horum *Magiſtratuum* alij *Maiores* erant, qui imperium poteſtatemq; aliquam habebant, quiq; coërcere aliquẽ poterant, & iubere in carcerem duci: Alij *Minores*, qui ſine imperio & ſine poteſtate erant, l.2. D.de in ius voc.l.12.§.item hi, D.de iudic.l.26.§.hæc clauſula, D.ex quib. cauſ. maior. l.32. D.de iniur.& l.18.D.de minorib.Quinam autem *Magiſtratus* MAIORES, & MINORES, olim cenſerentur, vide apud Agel.lib.13.cap.14.

Magiſtratus vtiq; Pop.Rom.propriè dicebantur, qui in vrbe ius dicebant. Eáque de cauſa à Præſidibus Prouinciarum ſeparantur, l.3.§.1.D.quod met.cauſ.l.131.in fi.D. de verb. ſignif. Et idcircò qui in Prouincias cum imperio mittebantur, non Cõſules, Prætores, Quæſtoréſve appellabantur: ſed pro Conſule, pro Prætore, pro Quæſtore, cum eorum vicem in Prouinciis repreſentarent. Ac poſtea coaleſcentibus in vnum vocabulis, Proconſules, Proprætores, Proquæſtores dicti ſunt.

Alij erant *Magiſtratus* MUNICIPALES, l.3. & l.19.§.vlt.D.de tut.& cur.l.35.§.vlt. D.de oblig. & act.l.29.§.magiſtratus, D. ad L. Aquil. l. 12. D. de iuriſdictio. l.1. §.1. & l.4. D. de fugitiuis. qui & *Magiſtratus Municipij* dicuntur in l.38. D.de negot. geſt. Atque *Magiſtratuum* nomine Municipales iſti intelligẽdi ſunt, l.27.D.de negot.geſt.l.11.l.13.& l.vlt.§.imperatores, D.ad municipal.l.5.D.de confirm.tut.l.vlt.D.de tutorib.& curat.l.vlt.§.imperatores, D.ad municipal.

nicipal.l.35.D.de obligationib.l.1.§.in publicum,& l.4.D.de fugitiu.l.15.§.adiicitur,D.de iniur.l.1.§.si præses,D.de magistr.conueniend.l.2.§.si mater,D.ad Sc.Tertyllian. & apud Paul.lib.2.Sentent.Tit.26.Huiusmodi autem *Magistratus municipales*, in plerisque municipiis *Duumuiri*, in quibusdam etiam *Ædiles*,& *Dictatores*,dicebantur.

Magistratus ciuitatis,l.3.de superexactorib.in Cod.Th.*Magistratus & ordines ciuitatum*,l.5.de exhib.& transmit.cod.Cod.*Magistratus census Antiochenæ per Syriam ciuitatis*,l.169.de decurio-in C.Th.*Magistratus patriæ*,l.36.D.ad municipal.*Reipublicæ*,l.6.D.de administr.rer.ad ciuit.

A Magistratu nostro flagellis cæsus,l.17.§.seruus,D. de iniuriis. *Ne à Magistratibus castigaretur*, l.17.§.1.D.qui & à quib.

Imperio Magistratus Adoptio fit,l.2.D.de adoptionib. *Viarum Vrbicarum cura pertinet ad Magistratus, si viæ publicæ exemptus commeatus sit,vel via coartata, interueniunt Magistratus*,l.2.§.hoc interdictum tantùm,D.ne quid in lo.publ.

Apud Magistratus interrogatus,l.24.D.de L.Cornel.de falsi.*Per Magistratus factum*,quid censeatur in Edicto ex quib.caus.maior.vide l.26.§.ait prætor.D.ex quib. caus. maior. Ac in l. 81.D.de solutionib.longè alia mente, *per Magistratum facere*, Pomponius dixit, id est, interuentu Magistratus.*Retentus à Magistratu*,l.2.§.vlt.D.si quis cautionib.

Magistros appellari Paulus scribit,quibus *præcipua cura incumbit, & qui magis quàm ceteri, diligentiam & sollicitudinem rebus,quibus præsunt,debent.Quinetiam*,addit,*ipsi Magistratus, per deriuationem, à Magistris cognominantur.*Vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores, *Magistros* appellari à *Monendo,vel Monstrando*,l.57.D.de verbor.signific.Festus verò lib.11.*Magistrare*,ait, *regere & temperare est.Magistrare, moderari,vnde non solùm doctores artium, sed etiam Pagorum,Societatum,Vicorum,Collegiorum,Equitum dicuntur: quia omnes hi magis ceteris possunt.*

Magistris qui ciuilium munerum vacationem habent,l.vlt.§.vlt.D.de munerib.& honorib.

Ludi litterarij Magistri,l.1.§.ludi,D.de extraord.cognitionib.Ascon.in Diuinat.*Magistri ludi dicuntur,qui primas litteras docent.*

Magistri studiorum,l.7.C.de profess.& medic.lib.10. *Studiorũ liberalium*, l.7.C.de inoff.test.

Magistri Pagorum in Inscriptionibus antiq.& apud Sicul.Flacc.lib.de condic.agror.& in fragmento quod ei,ex libris Magonis & Vegoiæ adiunctum est.

Magistri societatum,l.15.D.de pact.& apud Cicer.2.& 3.in Verr. & Epist.9.lib.13.Familiar. Idem pro Plancio:*Maximarum Societatum auctor, plurimarum Magister. Magistris vniuersitatis*,l.9. D.rat.rem hab.*Magistri Vicorum*,apud Sueton.in August.cap.30.& cap.vlt.& in inscriptione quadam Romana: quos vno vocabulo, *Vicomagistros* Publ.Victor appellat.Ascon.in Orat. contra Pisonem, *Solebant autem Magistri Collegiorum ludos facere, sicut Magistri Vicorum.*

Magister curiæ, apud Plaut.Aulular.Act.1.Sc.4.

Nauis Magistros,dicimus,qui naui præsunt,& quibus tota nauis cura mandata est: qui naui ab exercitore sunt præpositi,nauémque exercent,l.1.§.1.D.nautæ caup.l.1.§.1.de exercitor. l.2.in prin.& §.vlt.D.de leg.Rod.l.1.D.de præscript.verb.l.13.§.si magister,D.locati,l.14.§. vlt.D.de furtis.l.11.D.de publica.& vect.l.4.C.de institor. l.3.de naufrag.l.37.de nauicular. in Cod.Theod.Liuius lib.29.*Vt ex omnibus nauibus Gubernatoréque,& Magistri nautarum in forum conuenirent.*Plaut.Trin.Act.2.Sc.1.*Magister mihi exercitor animus hinc est.*

Magistri etiam appellantur,qui bonis debitoris distrahendi,communi creditorum consensu præficiebantur.Nam cùm in ea causa erant debitoris bona vt venirent, solebant creditores eligere vnum per quem bona distraherẽtur,l.vlt.D.de curat.bon.dan.qui *Magister* dicebatur, vt tradit Theophilus in Tit.de successio.bon.quo loci creditoribus missis in bonorum possessionem debitoris latitantis agens, ait, παρελθοῦσαν δὲ ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐγένετο δευτέρα παρακέλευσις ἵνα αὐτῆς αἱ τούτων ὥσπερ αὐτοῖς ἐξουσίαι εἶναι ἐξαὐτῶν προβάλλεσθαι τὸ ὀφείλοντα ἁλαπολῆσαι τὴν πρᾶσιν. ἐπειδὴ γὰρ δυσχερὲς ἦν πάντας συνιέναι καὶ ταυτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐχειροτόνησαν αὐτῆς ἕνα, ὃν ἐκάλεσαν Μάγιστρον, ᾧ λοιπὸν αὐτὸς συνεφόρει τοῖς βουλομένοις ἐμφῆσαι. & ita *Magistrum* accipe,Epist.1.ad Atticum, & *Magistros*,in Oratione pro Quintio, & Epist.vlt.lib.12.Familiar. Est in hoc verbo elegans Ciceronis à Quintil.lib.6.notatus locus,in Pletorium Fonteij accusatorem,cuius matrem dixit,dum vixisset,*Ludum*: postquam mortua esset,*Magistros* habuisse:quòd infames fœminæ ad eam dum in viuis ageret,cõuenire solitæ essent:post mortem,bona eius venirent.

Magistros Scripturæ appellabant,qui eius vectigalis sosietati prærant. Cicer.Epist.63.lib.13. Famil.*qui operas in scriptura pro Magistro dat.*Idem lib.5.Epist.ad Attic. *Pro Magistris scripturæ, & portus,& nostrarum diœcesium.*lib.3.in Verr.*Cùm esset Magister Scripturæ,& societatis publicanorum.*Et 4.18 Verr.*In scriptura Siciliæ,pro Magistro est quidam L.Carpinatius.*

Magiſtros pro cuſtodibus accipi, Seruius in lib. 5. Æneid. notat. citátq; illud Terentij Phormio. Act. 1. Sc. 2. *me filiis relinquunt quaſi Magiſtrum.*

Magiſter quoque *Pecoris*, vt idem in 7. Æneid. tradit, dicitur, *ad quem omnia pertinent animalia. Cicero. Nominat hominem, quem Magiſtrum pecoris eſſe dicebat.* qui Ciceronis locus habetur 7. in Verrem Oratio. vbi tamen vulgò *Nominat ſeruum*, legitur. At Varro *Pecoris Magiſtrum* appellat eum qui pecori præeſt, cùm ita ſcribit lib. 1. 2. de re ruſt. cap. 10. *Eſſe omnes ſub vno Magiſtro pecoris: eum eſſe, maiorem natu, potiùs quàm alios, & potiorem, quàm reliquos.* Virgil. Eclog. 3. *Idem amor exitium eſt pecori, pecoríſque Magiſtro.* Ouidius lib. 4. Faſto. *Conſule, dic, pariter pecori, pecoríſque Magiſtris.* Sic & *Ouium Magiſtros*, dixit idem Virgilius Ecloga. 2. *Magiſtrum* quoque *Conuiuij*, Cicero in Catone, dicit, quem Sympoſiarcham Græci vocant.

Dictator olim *Magiſter Populi*, teſte Cicerone lib. 3. de Finib. dicebatur, vt ex Auguralium librorum auctoritate, Seneca lib. 16. Epiſt. comprobat, teſtimonium etiam illud adferens, quòd qui ab eo nominabatur, eíque iungebatur, *Magiſter Equitum* vocabatur. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Magiſter Equitum dicebatur, quòd ſumma poteſtas huius in Equites, & accenſos, vt eſt ſumma populi Dictator, à quo, id quoque, Magiſter populi eſt appellatus.* Pompon. in l. 2. D. de orig. iur. *Dictatoribus Magiſtri Equitum iungebantur, quomodo Regibus Tribuni celerum: quod officium fere tale erat, quale hodie, Præfectorum Prætorio.* Aurel. Arcad. in l. 1. D. de offic. præf. præt. *Cùm apud veteres Dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur, & Magiſtros Equitum ſibi eligerent, qui adſociati participales curæ (militiæ gratia) ſecundam poſt eos poteſtatem gererent.*

Magiſter Admiſſionum, l. vn. qui à præbitio. Tiron. in Cod. Th.

Magiſter Æris, in l. vnic. C. de anno. & cap.

Magiſtri agentum in rebus, l. 3. de agent. in reb. *Magiſtri inter agentes*, §. ad iſtum, Epiſt. de Iuſtinia. Cod. confirm.

Magiſter Cenſus, l. 3. C. de teſtament. & l. 30. C. de donationib. *Vir Clariſſimus*, l. 32. C. eod. tit.

Magiſtri Cenſus, l. 30. & l. 36. C. de Epiſc. & Cler. l. 18. & l. 23. C. de teſtam. l. vlt. C. de iur. emphyt. apud quos profeſſiones edebantur, teſtamenta, cęteráque inſtrumenta publicabantur: non aliter quàm hodie apud Graphiarios inſinuationum, vt & Nouella 44. probat: quod in municipiis apud defenſores fiebat, idipſum teſtante Nouella 16. Vetus Gloſſar. Bibliothecæ Regiæ Μαγίστρος κίνσω, ἄρχων τῆς ἀναγραφῆς.

Magiſtri Diſpoſitionum, l. 2. de prox. com. diſpoſit. in C. Th.

Magiſtri Epiſtolarũ, l. 14. de extraord. ſiue ſordid. mune. in C. Th. apud Spartianũ in Adriano. & Sidon. Apol. lib. 9. Epiſt. Hi legationes ciuitatum, conſultationes & preces tractabant. Erãt & *Magiſtri Epiſtolarum Græcarum*, qui, vt Mariani Notitia habet, eas Epiſtolas, quę Græcè ſolebant emitti, aut ipſi dictabant, aut Latinè dictatas transferebant in Græcum ſermonem.

Magiſter Libellorum, in Inſcriptio. l. vn. D. de offic. præf. prætor. *Magiſtri Libellorum*, l. 14. de extraord. ſiue ſordid. numer. in C. Th.

Magiſtri Memoriæ, Epiſtolis, vel Libellis præerant, l. 12. C. de excuſ. muner. lib. 10. & apud Ammian. lib. 27. Treuellium Pollio. in Claudio, & D. Auguſtin. Epiſt. 55. Hi, vt eſt in Notitia, adnotationes omnes dictabant, & emittebant, ſed & precibus reſpondebant. Eumenius Rhetor, in Oratione pro ſcholis inſtaurandis, *Magiſtrum* ſe *ſacræ Memoriæ* fuiſſe, & trecenta ſeſtertia annua accepiſſe, ſcribit.

Magiſtri Militum, qui στρατηλάται in Nouellis, quorum crebra in nouiſſimi ſeculi conſtitutionibus fit mentio. Eminentiſſimíque, & Magnifici, Excelſi & Illuſtres appellantur, l. 8. C. de modo mult. l. 2. C. de offic. præf. prætor. lib. 2. ἔπεσεν Αντώνιος ὁ τῆς περὶ τὴν αὐλὴν ἡγούμενος τάξεων, ὃν καλοῦσι ῥωμαῖοι Μάγιστρον. Eos in locum Legatorum, qui ex Conſularibus ad exercitus mittebantur, ſubſtitutos, Veget. lib. 2. cap. 9. ſcribit.

Magiſter Militum, viri Inluſtres, l. 18. de decurionib. l. 81. de Tironib. in C. Th. Nou. Theod. & Valent. de ambitu & loc. *Eminentiſſimi*, dict. Nou. vn. Habebant autem *Magiſtri Militum* inter Militares viros, vel priuatum actorem, & reum militarem, etiam ciuilium quæſtionum audiendi facultatem, l. 6. C. de iuriſdict. omn. iud. *Ad Magiſtros Militum militaris perſona referenda*, l. 2. de exhib. & tranſmit. re. in C. Th.

Sanè *Magiſtri* iſti Militares, *Equitum* & *Peditum* erant l. 38. de decurionib. in Cod. Theod. *Magiſtri Equitum* fit mẽtio in l. de nupt. gent. l. 1. de bon. mil. l. vn. de præf. ſiue vrb. in C. Th. *Magiſtrorum* verò *Equitum*, & *Peditum*. l. 7. de re milit. l. 5. de numer. act. & ſcrin. l. 2. de gladiatorib. l. 44. de curſu pub. in C. Th.

Magiſter

Magiſter Equitum ac *Peditum*, qui vir Inluſtris, l.30. de curſu publ. C. Th.

Magiſter Militiæ Equeſtris ac Pedeſtris, vir Inluſtris, l.44. de curſu publ. in C. Th.

Magiſter vtriuſque Militiæ, l. vn. de offic. iudic. milit. l.6. de domeſt. & protect. lib.12. de Veteran. *Vir Inluſtris*, l.24. de erogat. milit. ann. in C. Th.

Magiſter Militiæ per Orientem, l.36. de erogat. milit. anno. Atque ex his Magiſtris, vt ex Mariani Notitia liquet, quattuor erant *Præſentales*, ſiue *in Præſenti*. Duo in Oriente: totidem in Occidente. His adiuncti erant alij, Equitum & Peditum per Oriētem: Equitum & Peditum per Thracias: Equitum & Peditum per Illyricum: Equitum & Peditum per Gallias.

Magiſter Militum per Orientem, l.15. de num. act. & ſcrin. in C. Th.

Magiſter militum per Trachias, l. vn. de luſor. Danub. l.10. l.11. & l.12. de re milit. l.12. & l.34. de erog. milit. ann. l.17. de deſert. & occ. cor. l.9. de veteran. *Vir Inluſtris*, l.3. de com. rei milit. in Cod. Theod. qui eod. Cod. Planè quem Socrates lib.2. hiſtor. Eccleſiaſt. cap.13. φαλήτην ὃς τὰ θρᾴκια πεμπωμόνα μέρη, narrat Caſſiodor. lib.4. Hiſtor. Tripart. cap.13. *Magiſtrum Militum* vertit.

Magiſter Militum Armeniæ, l.5. C. de offic. magiſt. milit.

Magiſter Officiorum, l.1. de quæſt. mag. offic. l.6. de prox. com. diſ. l.3. l.4. l.9. l.14. & aliis ſeq. de ag. in reb. l.6. de curioſ. l.49. de curſu publ. l.17. & l.18. de med. & prof. l.3. l.4. & l.5. de fabric. & aliàs ſæpe in Cod. Theod.

Magiſtri Officiorum, in Oriente vnus, in Occidente alter, l.2. & l.3. C. vbi ſenator, l.36. C. de appellat. l.2. §. ſin autem. C. de temporib. appell. l.2. C. de his qui per met. iud. apud Ammia. Marcellin. lib.20. D. Ambroſ. Epiſt.53. lib.7. & lib.2. Offic. cap.22. Niceph. lib.8. Eccleſiaſt. Hiſtor. cap.10. & Caſſiodor. in inſcriptione Epiſt.33. lib.10. Variar.

Magiſtri Officiorum Comitatu principis, l.9. de curſ. publ. in C. Th. Sub horum diſpoſitione erant Fabricæ: Item Scrinia memoriæ, ſcilicet Libellorum, Epiſtolarum, & Diſpoſitionum: Scholæ item Scutariorum, Armaturarum, Gentilium, Seniorum, & Iuniorum, Agentium in rebus, & Deputatorum eiuſdem Scholæ: item Mēſores, Lampadarij, Admiſſionales, & Cancellarij: Curioſi per omnes Prouincias. Denique ad eum curſus publici poteſtas ſpectabat, vt apparet ex l.9. C. de curſ. publ. lib.12.

Magiſterium, Officiorum, Ordinum Palatinorum, ductorum fuiſſe ait Zozimus. Formuláque Magiſteriæ dignitatis, quæ proponitur apud Caſſiodor. Epiſt.6. lib.6. Variar. Non ad alium quàm hunc Magiſtrum Officiorum, pertinet: cáque perſtringuntur, quæ eius muneri & officio incumbunt.

Magiſter Scrinij, apud Eutropium lib.8. & in Inſcriptione Epiſt.13. & 14. lib.6. Variar. *Magiſtri Scriniorum*, l.7. C. de diuerſ. reſcript. l.37. §.1. C. de appellationib. l. vn. qui à præbitio. tiron. in Cod. Theod. Rubr. & l. vn. de magiſt. ſcrin. in eod. Cod. Magiſtris autem ſcrinij ſuberant *Magiſtri memoriæ, Epiſtolarum, & Libellorum.*

Magiſter Scrinij Libellorum, §. ad iſtum in Epiſt. de Iuſtinia. Cod. confirm. Nouell. Valentinia. Tit.3. & apud Caſſiodor. lib.6. Variar. Hi cognitiones & preces tractabant.

Magiſter rei priuatæ, l.5. C. vbi de cauſa ſtat. l.2. de iure fiſci, in C. Th.

Magiſtri Veſtium, l. gen. C. de murilegul. lib.11. Denique Magiſtros, ſuo tempore, Conſtantinopoli fuiſſe viginti quatuor, Luitprandus, lib.6. cap.5. ſcribit.

MAGISTERIA, l.2. de quæſtor. magiſt. offic. in Cod. Th. Pro Magiſterij honore, ſeu Dignitate, vel Magiſteria Poteſtate.

Magiſteria Dignitas, apud Caſſiodor. in inſcriptione Epiſt.6. lib.6. Variar. *Poteſtas*, l.6. C. de iuriſdict. omn. iud. l. vlt. C. vbi de curiali vel cohort. l.3. C. vbi ſenator. l.33. C. de appellationib. l. vlt. C. de fide inſtrum. l. vlt. C. de offic. milit. iud. l.1. de luſor. Danub. in C. Th. *Militum Poteſtas*, l.16. de metat. in Cod. Th. Suidas, Μαγιστρέων ἀρχὴν vocat.

Magiſterium Militare, l.26. C. de procuratorib. *Magiſteriæ Poteſtates*, Nou. Theod. & Valent. vn. de ambitu. & loc. limit.

Magiſterium Admiſſionum, l.12. Tit.2. lib.6. in C. Theod. *Militare*, l.25. C. de procuratorib. l. vn. de præfect. ſac. cub. in Cod. Theod. *Equitum Peditúmque*, l.2. de præfect. prætor. ſiue vrbi in eod. Cod. Th.

Magiſterij Dignitas Caſſiodor. Epiſt.12. lib.3. Variar. *Honor*, idem, Epiſt.13. lib.1. Variar. *Magiſteria* apud Cicer. de Senectute. *Magiſteria municipalia*, apud Sueton. in Octauio, cap.3. *Magiſteria palatij*, in Oratio. Eumenij pro ſcholis inſtaurandis. Feſtus, *Magiſteria dicuntur, in omnibus rebus quæ magis ceteris poſſunt, vt Magiſterium Equitum.*

MAGNVS *Antoninus*, vide S. lib.1. *Annaeus Magnus eſt Auiæ frater, Patruus Magnus, eſt Frater*

Aui, Amita Magna, eſt Aui Soror, l.1.§.quarto, & l.vlt.§.quarto, D.de gradib. & adfinib.

Socer Magnus dicitur vxoris meæ Auus. Vxori quoque *meæ, Auus meus, Socer Magnus, eſt Socrus Magna, eſt, Auia mea vxori meæ*, l.4.§.gradus, D.de gradib. & adfinib. Feſtus, *Magnum Socerum appellat vir, vxoris ſuæ Auum. Magnam Socrum, vir vxoris ſuæ Auiam appellat.*

Magna Amita & Matertera, l.17.§.vlt.D.de adminiſtr. & peric.

Magna captio, l.43.D.ad L.Aquil.

Magna cauſa, l.10.D.de minorib. *Ex Magna & idonea cauſa*, l.3.D.de re iudic.

Magna negligentia, l.226.D.de verb.ſignif. l.1.§.1.D.de obligat. & act.

Magna pars patrimonij, l.5.D.de munerib. & honorib.

Magna poſſeßio, l.5.§.idem prætor, D.de reb.cor.

Magna vi cogente, l.49.§.vlt.D.ad L.Aquil.

Non Magna machinatio, l.14.D.de dolo. *Magna verecundia*, l.91.D.de furtis.

Magni pretij eſſe, l.14.D.de furtis. *Magno pretio redimi ſeruus*, l.22.§.eius, D.de L. Cornel. de fal. *Magni facere*, l.4.D.de offic.proconſul.

Tam Magnam rem, l.6.& D.de pœnis. *Nec enim Magnum damnum eſt*, l.21.D.de iudiciis.

Magnitvdo *æris alieni*, l.36.D.de bon.libert. *Impendiorum*, l.15.D.de impenſ. in res dot. *Patrimoniorum*, l.17.D.de excuſationib. *Pecuniæ*, l.30.D.de legat.2. *Rei, quamaſlor reſtituendam eſſe petit*, l.234.§.1.D.de verb.ſignif.

Magnitudo Aquarum, l.23.D.de diuerſ.reg. *Fluminis*, l.2.§.1.D.ſi quis caution. l.17.§.via, D.de.aq.& aq.pl. *Tempeſtatis*, l.3.§.apud, D.eod.tit.

Magnitudo Doliorum, l.3.§.vlt.D.de tritic. vino. *Loci*, l.60.D.de verb.ſign. *Operis*, l.14.D.de dam.infect. *Ponderis*, l.1.§.ſi iuſſerim, D.de adquir.poſſeſſ.

Magnitudo facinorum, l.5.C.de malefic. & math.

Magnitudo vulneris, l.8.D.de iniuriis.

Magnificorvm *titulus tribuitur Præfectis prætorio, Magiſtris Militum, Magiſtris Officiorum, Magiſtris inter agentes, Quæſtoribus, Comitibus domeſticorum*, l.16.C.de teſtam.milit. l.vlt.C. vbi Senator.l.33.C.de appellationib.l.8.C.de modo mult.l.6.& l.vlt.C.de aduoc. diuerſ. iudicior.§.ad iſtum, Epiſt.de Iuſtin.Cod.confirm.& in Epiſt. Inſtitut. §. cúmque. Ita *Magnificos viros, & Iudices* interpretabimur in l.32.§.ſanè, l.34.D.de appellationib.

Magnificentiam, Cicer.lib.2.de Inuentio.definit, *rerum magnarum, & excelſarum, cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione, agitationem, atque demonſtrationem.*

Maiestas, ait Feſtus, *à Magnitudine dicta*, quam ex iuſtis Honoris & Reuerentiæ nuptiis procreatam, nec vllo vmquam tẽpore paruam, ſed ſtatim atque in lucem edita fuit, magnã extitiſſe, Ouidius eleganter, lib.6.Faſtor. fingit atque fabulatur.

Maieſtas non *Dei* modo dicitur, l.32.§.ſacerdotio, D.de recept. qui arbitr. ſed & *Populi Romani*, l.7.§.1.D.de captiuis.

Maieſtas, ait Cicer.in Partitionib. *eſt* Magnitudo *quædam Populi Ro. in eius poteſtate, ac iure retinendo.* Idem pro Cornelio, Maieſtatem *in Imperio eſſe* dixit, *atque omni populi Romani dignitate*, vt & Quintil.refert, lib.7.cap.4. Idem Cic.lib.2.de Orato. *Si* Maieſtas, *eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit qui exercitum hoſtibus Populi Ro. tradidit.* Polyb.in Eclogis περὶ πρεσβειῶν, cap. 28. Maieſtatem *Populi Romani*, διαστέλλει δήμου τοῦ ῥωμαίων, vertit.Cicer.lib.2.de Inuent. Maieſtatem *minuere*, definit, *de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate Populi, aut eorum quibus Populus poteſtatem dedit, aliquid derogare.* Idem, ſiue quis alius auctor Rhetoricor.ad Heren. lib.2. *Maieſtatem is minuit, qui ea tollit ex quibus rebus ciuitatis amplitudo conſtat: quæ ſunt ea? quæ capiunt Suffragia Populi, &* Magiſtratus *conſilia.* Et mox. Maieſtatem *is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento adficit.*

Maiestatis *Crimen illud eſt, quod aduerſus Populum Romanum, vel aduerſus ſecuritatem eius committitur: quo tenetur is cuius opera, &c.*l.1.D.ad L.Iul.maieſt. Lentulus Epiſt.15.lib.13.Famil.quærens ſe à Rodiis, contra fœdus, vrbe, portu, ſtatione, cõmeatu, aqua prohibitos milites ſuos, & ſeipſum vix cum ſingulis nauigiolis receptum, *quam indignitatem*, ait, *diminutionémq; Maieſtatis, non ſolùm iuris noſtri, ſed etiam Imperij, Populíque Romani, idcirco tulimus.* Quintil.lib.4.cap.4. Maieſtatem *minuit Caius Cornelius: nam Codicem Tribuni Plebis ipſe pro concione legit.* Idem lib.5. cap.10. *Iniuriam feciſti, ſed quia* Magiſtratui, Maieſtas *actio eſt.*

Lex Iulia Maieſtatis, *in eos qui contra Imperatorem, vel Rempublicam, aliquid moliti ſunt, ſuum vigorem extendit*, §.publica, Inſtit.de public.iudic.

Maieſtatis crimen, quod ad ſalutem principis pertinet, l.1.C.de quæſtionib. Olim autem, vt Tacit. lib.1.

lib.1.ſcribit,in iudicium Maieſtatis hæc tantùm crimina veniebant, ſi quis proditione exercitum,aut plebem ſeditionibus,denique malè geſta re publica, Maieſtatem populi Romani minuiſſet:Facta arguebantur,dicta impunè erant, quæ poſtea etiam in iudicium vocari cœpêre.

Maieſtas Imperatoria, l.1.de theſauris,C.lib.10.& in procœmio Inſtit.

Maieſtas Regia,l.1.C.vt nemo priuatus.

Maieſtas publica, l.3.D.ad leg.Iul.maieſt.

Maieſtatis accuſare, l.14.§.ſi libertus, D.de bon.libert.

Maieſtatis cauſa damnati, l.1.D.de cadauerib.punit.

Maieſtatis crimen contrahere,&,*committere*,l.5.D.ad L.Iul.maieſtat.*Inferri*,l.2.C. de reb.cred.

Maieſtatis crimine accuſari,l.10.D.ad L.Iul.maieſt.*Qui Maieſtatis crimine damnati ſunt*,l.9.D.ad L.Iul.maieſt.

Maieſtatis iudicium,l.20.D.de accuſationib.

Maieſtatis Reus,l.22.D.de iure fiſci. l.vlt.D.ad L.Iul.maieſt.Paul. lib.5. Sentent.Tit.29. *Legis Iuliæ Maieſtatis Reus*, l.vlt.D.ad L.Iul.maieſt.

Marcus Seneca Controuerſia 2. lib.2. *Priuatus poteſt accuſari Maieſtatis læſæ ſi quid fecit quo populi Ro.Maieſtatem læderet.*Et mox,*Is lædit populi Ro.Maieſtatem, qui aliquid publico nomine facit.* Idem Declamat.2.lib.9.*Maieſtatis læſæ ſit actio.*

Læſæ Maieſtatis quæſtiones,l.8.D.eod.tit.*Maieſtatis*, porrò læſæ crimen ἀσεβείας δίκης vocat Dion,lib.57.

Maieſtas Prætoris, l.9.D.de iuriſdictio.l.23.D.de iniuriis. *Vbicumque Prætor, ſalua Maieſtate imperij ſui*,&c.l.11.D.iuſtit.& iu.

Maior *vel æqualis*, l.13.D.de iuriſdict.*Maior Iudex*,l.1.§.ſi quis, D. de appellationib. *Maior, vel Minor iudex*,l.34.C.de appellationib. *Maiores Iudices*, l.32.§.de liberali, D.de recept.qui arbitr.

Maior Magiſtratus & Minor, l.14.§.gerendorum,D.de munerib. *Maiores Magiſtratus* qui, docui S.Feſtus,*Maior Magiſtratus Conſul dicitur.Maiorē Conſulem L.Cæſar putat dici,vel eum,penes quem faſces ſint : vel eum,qui prior factus ſit : Prætorem autem Maiorem, vrbanum:Minores,ceteros.*

Maior Minori oppoſitus, intelligitur,qui viginti quinque annos impleuit,l.3.§.vlt. & l.24. D.de minorib.& qui eius ætatis ſunt, *Maioris* ætatis eſſe dicuntur,l.23. D.eod.tit. Sic *Maior ætas*, l.49.§.vlt.D.de minorib. l.6.C.de his quæ vt indign.l.11.C.de ſolutionib. l.3. C. quib. non obiicitur. *Maior quàm viginti quinque annis*,l.14.D.de bon.libert.*Maior ſeptuaginta annis nō eſt qui annum agit ſeptuageſimum*,l.3.D.de iure immunit. quemadmodum cōtrà, *Minor* 20. annis non eſt,qui diem primum viceſimi anni agit, l.1.D.de manumiſſionib.

Auunculus Maior, is eſt Proauiæ Frater, Patris, vel Matris Auunculus Magnus. Patruus Maior, eſt Proaui Frater,Patris,vel Matris,Patruus magnus. Amita Maior, ea eſt Proaui Soror, Patris, vel Matris Amita magna. Matertera Maior,hæc eſt Soror Proauiæ Patris,vel matris Matertera magna,l.1.§.quinto, & l.10.§.quinto,D.de gradib. & adfinib. Feſtus, *Maior Patruus,eſt Auiæ Patruus. Maior Amita, Aui,& Auiæ Amita. Maior Auunculus, Aui & Auiæ Auunculus.Maior Socer,vxoris meæ Proauus. Maior Socrus,vxoris meæ Proauia. Patruus Maior*, l.93.D.de legat.3.

Maior Filius & Frater,l.21.§.vlt.D.de annuis legat.*Maior natu Filia*,l.77.§.pater pluribus,D. de legat.2.

Maior Pars Arbitrorum,l.17.§.principaliter,& l.27.§.ſi plures,D.de recep.qui arbitr.Porrò ſi in tres fuerit cōpromiſſum, ſufficit duorum cōſenſus, ſi præſens ſit & tertius:eo enim modo inuenitur *Maior pars,cuius arbitrio ſtetur*,l.17.§.vlt.D.de recep.qui arbit. *Quod de Maioris partis ſententia placuerit*, l.32.§.cùm plures,D.eod.tit.*Maior pars Iudicum*,puta,duo ex tribus,præſente tertio,licet diſſentiente,l.18.D.de recept.qui arbitr.l.39.D.de re iudic. Eóque modo in eius Legis interpretatione, quæ *quod Maior pars Iudicum ſtatuerit,id reum pati* iubet.Quintil.Declamat.365.*Maiorem partem*,interpretatur, in qua plures idem ſentiunt, eandem *pœnam pronuntiant,in eadem* verba iurant.Ita quoque ea legis verba,quæ à Cælio lib. 8. Epiſtolarum referuntur,accipe.

Maior pars Tribunorum,Vlpian.Tit.11.Regular.*Quod Maior pars curiæ effecit pro eo habetur ac ſi omnes egerint*, l.19. D.ad municipal.*Refertur ad vniuerſos,quod publicè ſit per Maiorem partem*,l.160. §.1.D.de diuerſ.regul.

A Maiore parte ordinis,conſtitutum dicitur,quod conſtitutum eſt cùm duæ partes adeſſent, ſeu, duabus partibus adhibitis,l.45.C.de decurionib. coniuncta l.3.D.de decret.ab ord.fac. & l.3.D.quod cuiuſcum.vniuerſit.Et ita, *Maiorem partem decurionum* accipe in l.19. D. de tu-

torib.& curat.dat.Symmachus Epist.27.lib.4. *Facit lex Curiæ nostræ, vt Maioris apud me numeri antistet auctoritas.* in Senatu enim, *Maiorem sententiam* vicisse, idem indicat Epist.36. lib.2. his verbis, *Ipsa verba ad te misi, bonis probata, sed numero fortasse vincenda, licet decretis Pontificum non sit eadem forma, quæ Curiæ est.* In discessionibus quoque hãc Formulam vsurpatam, *Hæc pars Maior esse videtur*, aliàs ex Seneca docuimus. Liuius lib.29. *quæ pars Maior erit, eius stabitur consilio.*

Maior pars creditorum, in specie l.9. in fi. D. de pact. pro modo & cumulo debiti, non pro numero personarum accipitur, l.8.D.de pactis. Quòd si æquales sint in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus præferẽdus est: in quo incundo, plures eiusdem pecuniæ reos stipulãdi pro vno cõputamus, l.8.l.9.D.eod.tit. Ita *Maiorem partem* accipi nihil vetat, in l.15. D.de reb.auctorib.iudic.l.2.D.de curatore bonis dando, & l.vlt.C.qui bon. ced poss. Eodẽ autem modo & in depositi repetitione, *Maiorem partem heredum*, non ex numero personarum, sed ex magnitudine portionum hereditariarum, intelligimus, l.14.D.depositi.

Maior pars Tutorum, l.19.§.1.D.de testam.tutel. l.3.§.vlt.& l.39.D.de administr.& peric. l.3. D.de postulan.§.1.Instit.de satisd.tut.

Maiore ex parte heres, l.4.& l.5.§.vlt.D.famil.ercisc.

Maior pars hereditatis, l.58.D.mandati, l.50.& l.52.§.1.D.de iudiciis.

Maior pars patrimonij, l.25.& l.52.§.sed & si proponas, D.eod.tit.

Maior animaduersio, l.2.D.de offic.proconsul.

Maior asperitas dominorum, l.1.D.de his qui sui. *Maiore casu res perierit*, l.1.D.de obligat.& act. *Maiores casus*, §.at is qui, Instit.quib.mod.re contrahit.oblig.

Maioris causæ occupatio, l.53. §.1. D.de re iudic. *Per minorem causam Maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet. Maior enim quæstio, minorem causam ad se trahit*, l.54.D.de iudiciis.

Minorem pecuniam te accepisse, & *Maiorem cautionem interposuisse*, l.2. C. de non numer. pecun. *Maior Curia & Minor*, l.36.C.de decurionib.lib.10.

Maiores Honores, l.2.C.quemadm.ciuil. *Maiores Honores*, & *Minores*, opponuntur, l.7. §. potest, D.de interdict.& relegat.

Maior Aqua, l.1.§.hæc autem, D.de aqua & aqu.pluu.

Maior Domus, l.38.§.Iulius, D.de legat.3. *Maiores Domus*, l.38.§.1.D.de dam.infec. *Maior Hereditas*, l.41.§.1.D.de euictionib.

Maior Iniuria, l.7.§.vlt.D.de iniur. *Maior Modius olei*, l.26.§.1.D.de condict.indeb. *Maior numerus capitum*, l.2.D. de rei vindicat.

Maior quæstio est, l.32.D.de furtis.

Maior Res, vel summa, l.4.D.de in integ.rest.

Maiore re sua distringi, l.20.D.de procurator. *De re Maiore apud Magistratus Municipales agetur*, l.28.D.ad municipal.

Maioris rei impetus, l.2.D.quod met.cau.& apud Paul.lib.1.Sentent.Tit.8. *Vis Maior*, videʒ. lib.vlt. *Maiores summæ*, & *Minores*, l.45.§.fiscalibus, D.de iure fisci.

Maiores Vsuræ, l.89.§.1.D.de solutionib. *Maiores Vsuræ*, & contrà, *Minores*, l.9.§.vlt. D.de vsuris.l.9.C.eod.tit. *Maius auditorium*, l.54.§.vlt.D.de re iudic. *Maius facinus admittere*, l.3.§.si quis dolo, D.de tab.exhib.

Maiora delicta, l.5.D.de pœnis. *Maius negotium*, Sueton.in Claudio, cap.22. *Maiores prætores*, l.26.§.si centum, D.de condict.indeb.l.3.C.comm.diuid. *Maiora Animalia*, l.1.D.de Abigeis.

Maior Centenario, in Lege Papia, dicebatur Libertus, qui supra sestertium cẽtum milliũ, rem seu patrimonium reliquerat, l.16.§.1.D.de iure patronat.coniũcto, §.postea, Instit.de successio.libertor.

Maiores Iudæorum & Patriarchæ, l.1.de Iudæis, in C.Th.

Maiores dici superiores supra Tritauum, ait Vlpian.l.4.§.parentem, D.de in ius voc. *Parentes vsque ad Tritauum, apud Romanos, proprio vocabulo nominãtur: Vlteriores, qui non habent speciale nomen, Maiores appellantur*, l.vlt.§.parentes, D.de gradib. & adfinib. Seruius in 8. Æneid. ad versum, *Lætique Minores: Minores*, ait, *non dicimus, nisi quotiens deficit graduum nomen, vt, Filius, Nepos, Pronepos, Abnepos, Trinepos. Vbi isti gradus defecerũt, meritò iam dicimus Minores. Sic, post Patrũ, Proaui, Abaui, Atauiq; vocabulum Maiores.* Idẽ Seruius in lib.1.Æneid.ad hæc verba, *Nunc fama minores. Maiores*, ait, & *Minores, quoties ex genere dicimus, numeri sunt tantùm pluralis.* Ita, *Maioribus* plerumque *Posteri* opponuntur. Plinius Panegyr. *Cùm D.Nerua sanxisset, vt paternis bonis necessitate vicesimæ soluerentur, congruens erat, eamdem immunitatem Parentes in Liberorum bonis habere. Cur enim Posteris amplior honor, quàm Maioribus haberetur?* Vincentius Lyrinensis, lib. aduersus

prophan.

prophan.nouat.*non sua Posteris tradere,sed à Maioribus accepta seruare.* Atque hæc est vocis huius proprietas:quàm tamen non vsque adeò strictè rigidèq; seruamus. Nam ex Ascendentibus, supra Patrem & Auum,quoslibet,à quibus genus gentémque ducimus,*Maiores* vulgò appellamus,vt in l.3.D.de interdict.& relegat. *Non enim hæc Patrem, sed Maiores eius eis dedisse.* Sic & alibi,*quod Maiorum eius res fuisset*,l.35.D.de minorib. *Maiorum sepulcra*,l.36.D.de bon.libert. Quinimmo & *Maiores* dicimus eos qui aliquot ante nos seculis in Repub.vixerũt,licet nullo nobis sanguinis vinculo deuincto. *Maiores nostri penè eundem honorem Senibus, quem Magistratibus,tribuebant*,l.3.in princ.D.de iure immunit. *Maiores nostri inter Virum & Vxorem donationes prohibuerunt*,l.5.D.de dona.int.vir. *Maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos,quã integræ famæ homines punierunt*,l.28.§.vlt.D.de pœnis. *Minimè Maiores lugendum putauerunt*, &c.l.35.D. de relig. *Contra institutum à Maioribus libertatis fauorem*, l.12.§.manumittendo, D. de captiuis. *Non omniũ quæ à Maioribus constituta sunt ratio reddi potest*,l.20.D.de legib.Cic.de Haruſp.resp. *Habeo auctores ac Magistros colendarum religionum Maiores nostros: quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur, vt satis supérque prudentes sint, qui illorum prudentiã,non dicam adsequi, sed quanta fuerit,perspicere possint.* Idem Philipp.9. *His enim Maiores nostri qui ob Rempub.mortem obierant,pro breui vita diuturnam memoriam reddiderunt.* & ibidem. *Sic interpretor censuisse Maiores nostros,vt causam mortis censuerint,non genus, esse quærendam.* Idem lib. 3.de Offic. *Nullum vinculum ad adstringendam fidem iureiurando Maiores artius esse voluerunt.* Et aliàs eodem lib. *Præclarum à Maioribus accepimus morem rogandi iudicis* &c. Valer.Max.lib.1.cap.1.*Maiores nostri statas solemnésque ceremonias explicari voluerunt.* Idem lib.2.cap.8.*Conuiuium etiam sollemne Maiores instituerunt.* Apud Liuium lib. 34.Cato,*Maiores nostri nullam ne priuatam quidem rem,agere feminas, sine auctore voluerunt.* & ibid. *Hunc mundum muliebrem appellarũt Maiores nostri.* Frontin. lib.2. de Aquæductib. *Maiores nostri admirabili æquitate, ne ea quidem eripuerunt priuatis,quæ ad modum publicum pertinebant.* Seneca lib. 1.de Benefic.cap.10. *Hoc Maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc Posteri nostri querentur, euersos esse mores,regnare nequitiam.* Idem Seneca lib.3.de Benefic.cap.6. *Nostri Maiores, Maximi illi viri, ab hostibus tantùm res repetierunt.* Plinius Panegyrico, *Benè ac sapienter Maiores instituerunt,vt rerum agendarum,ita dicendi initium à precationibus capere.* Symmach.Epist.20. lib.5. *Graue enim Maioribus visum est.* &c. *Saluo more Maiorum*,l.11. D.de iustit.& iust. *More Maiorum ita comparatum est*, &c.l.5.D.de iurisdiction. *More Maiorum iurisdictionem transferri*, l.1.§. vlt. D.de eius cui mand.Cicer.de L.Agrar.in Rullum,*Est hoc in more positum institutóque Maiorum.* Idem pro domo sua.*Si mecum ageretur more institutóque Maiorum.* Et lib.1. Offic. *In quo tantopere apud nostros iustitia culta est,vt ij,qui ciuitates,aut nationes,deuictas bello,in fidem recepissent, earum patroni essent more Maiorum.* Idem lib. 8. ad Atticum, *Ipsi Consules quibus more Maiorum concessum est, vel omnes adire prouincias.* Et lib.4. in Verrem. *Cùm mos à Maioribus traditus sit, vt monumenta Maiorum suorum ita quisque defendat.* Et pro Sexto Roscio Amerino.*More Maiorum comparatum est,vt in minimis rebus homines amplissimi de sua re testimonium non dicãt.* Et aliàs cad. Oratio.*Quem contra morem Maiorum,minorem annis 60.de Ponte in Tiberim deiecerit.* Ac deniq; pro Cluent. *Acta est causa More Maiorum, sine vi, sine metu, sine periculo.* More Maiorum puniri,l.9.D.de L. Pomp. de parric.Sueton.in Nerone cap. 49. *Se hostem à senatu iudicatum,& quæri vt puniatur more Maiorum. Interrogauítque quale esset id genus pœnæ. Et cùm comperisset, nudi hominis ceruicem inseri furcæ, corpus virgis ad necẽ cædi.* Maiore parte anni,l.25.§.vlt.D.de instr.vel inst. Maiore parte anni possedisse quis intelligitur,etiamsi duobus mẽsibus possederit: *si modo aduersarius ei,aut paucioribus diebus, aut nullis possederit*,l.156.D.de verb.oblig.Quod pertinet ad hæc interdicti Vtrubi verba, *Vtrubi hic homo quo de agitur,Maiore parte huiusce anni fuit.* in hoc enim interdicto *potior est, quo Maiore parte anni retrorsum numerati,nec vi nec clàm,nec precario,possedit*,vt ait Paulus lib.5.Sen.Tit.6.*Maior pars cuiusque diei est horarum septem primarum,non supremarum*,l.2.§.vlt.D.de verb.signif.

Maiorinam *pecuniam, separato argento ab ære, purgare*,Facinus statuit Imp. Constantius,l.6. de falsa mon.in C.Th. Maiorinas quoque *pecunias*, in vetitis numerat l.1.si quis pecun. conflauer.eod.C.Maioris vtique *pecuniæ figurationem* prohibent Impp.in l.vlt.eod.tit.

Maivma genus indecori spectaculi fuit,l.1.C.de maiuma,l.2.eod.tit.in C.Th.quod à Suida ita describitur,παιγνιες ἐγένετο ἐν τῇ ῥώμῃ, ἐν τοῖ μαΐου μῆνα, τῶ ἡλίου καταλαμβάνοντος πόλιν,τῶ λεγομένην ὀπίαν, οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες ἡδυπαθεῖν ἠυχοντο ἐν τοῖς θαλασσίοις ὕδασιν, ἀλλήλους ἐμβάλλοντες. ὅθεν καὶ μαιουμᾶς ὁ τῆς τοιαύτης ἑορτῆς καιρὸς ὠνομάζετο.

Mala pro gena & maxilla. *qui curauit vt cui Mala pugno percuteretur*, l.11.in princ. D.de iniuriis.Paulus in Lege Dei,Tit.2.*Quòd Auli Agerij Mala pugno percussa est. Malam* autem à *Maxilla* fuga syllabæ, quàm consuetudo elegans Latini sermonis summouit,dictã,auctor est Cic.in Oratore.Plin.lib.11.cap.37.*Infra oculos Malæ,homini tantùm,quas prisci Genas vocabant.*

MALABATHRVM, quod inter ſpecies ad vectigal pertinentes numeratur, in l. vlt. §. ſpecies, D. de publicanis, Dioſcorides lib. 1. cap. 11. folium eſſe ſui generis ſcribit, quod Indicæ gignunt paludes, lentis paluſtris modo, innatans aquis, ſine radice: quod collectum ſtatim lino tranſſuebatur, & ſiccatum recondebatur. Plin. lib. 12. cap. 26. *Dat & Malabathrum Syria, arborem folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur Oleum ad Vnguenta. Fertilior eſt eiuſdem Ægyptus: Laudatius tamen ex India venit: in paludibus ibi naſci tradunt, lentis modo: odoratius croco, nigricans, ſcrabrúmque, quodam ſalis guſtu.* Meminit etiam Malabathri idem auctor lib. 14. cap. 16. & lib. 23. cap. 4. Horatius quoque, *tinctos Aſſyrio Malabathro capillos*, dixit in Odis. Inde *Malabathrati*, qui Malabathrino Oleo delibuti ſunt, apud Sidon. Apollin. lib. 8. Epiſt. ad Leonem.

MALEDICERE. *Si legatarius palam & apertè teſtatori Maledixerit*, l. 9. D. de his quæ vt indign.

Si MALEDICTVM *ſit ſeruo leuiter*, l. 15. §. prætor, D. de iniuriis. Porrò aliud eſſe, *Maledicere, aliud, Accuſare*, Cic. pro M. Cœlio, tradit: additque, *Accuſatio crimen deſiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam: quæ ſi petulantius iactatur, Conuicium, ſi facetius, Vrbanitas nominatur.*

Maledictum, vt Vlpia. indicat, eſt, *infamandi cauſa dictum*: quod tum demum in Conuicium tranſit, cum in cœtu & cùm vociferatione dictum eſt, l. 15. §. ex his apparet, D. de iniuriis.

Cum Maledicto inſtitui, l. 48. §. 1. D. de hered. inſtit.

MALEFICI. *qui Patrem & Matrem, Maleficos appellauerit*, l. 1. D. de obſequ. parent. *Maleficorum* autem nomen iam inde a Conſtantini tẽporibus, ob facinorũ magnitudinem, illis à vulgo impoſitum, qui Magicis artibus, exitium, perniciémve, hominibus inferrent, apparet ex l. 5. C. de malefic. & mathemat. Hinc Impp. in l. 7. eodem Tit. *ſi quis*, aiũt, *Magus aut Magicis carminibus*, (in Cod. Theodoſ. eſt *contaminibus*, l. 6. eod. tit.) *adſuetus, qui Maleficus, vulgi conſuetudine nuncupatur.* Lactantius lib. 2. Diuinar. inſtitut. cap. 17. de dæmonibus agens, *Vt eos*, ait, *Magi, & ij quos Maleficos vulgus appellat, cùm artes ſuas execrabiles exercent, veris ſuis nominibus cient.* Sanè quos ſeptuaginta interpretes φαρμάκους, Exod. 22. & Danielis 2. appellant, hos vetus Bibliorum interpres *Maleficos* vertit. B. Hieronymus in Danielis cap. 2. *Maleficos*, ait eſſe, *qui ſanguine vtuntur, & victimis, & ſæpe corpora contingunt mortuorum*: quæ poſtrema verba inde tranſcripſit Iſidor. lib. 8. Origin. cap. 9. D. Auguſt. lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 9. *Qui quaſi conantur iſta diſcernere, & illicitis artibus deditos, alios damnabiles, quos & Maleficos vulgus appellat: hos enim ad Goëtiam pertinere dicunt: alios autem laudabiles videri volunt, quibus Theurgiam deputant cùm ſint vtique ritibus fallacibus dæmonum obſtricti ſub nominibus angelorum.* Vide Gratian. in Can. nec mirum, 26. quæſt. 5. *in mortuos veneficus, ſiue Maleficus*, l. 3. de indulgẽt. crimin. in C. Th. *Veneficus, Maleficus*, l. 8. eod. tit. *Vel Maleficum vel Veneficum*, l. 1. quor. appellation. non recip. eod. C. quorum vtrumque Impp. Gratian. Valentin. & Theod. hoc verborum ambitu deſignãt in l. 6. de indulgent. crimin. in Cod. Th. *qui noxiis quæſita graminibus, & diris immurmurata ſecretis, mentis & corporis venena compoſuit.* Et ita quoque *Maleficos* accipe in l. 7. quor. appellatio non recip. in C. Th. & in Edicto Athalarici regis, quod extat apud Caſſiodor. lib. 9. Epiſt. 18. Idem Epiſt. 53. lib. 3. Variar. *Frequentia palmarum eum dici faciebat Maleficum. Neceſſe eſt enim ad peruerſitatem Magicam referri, quando victoria equorum meritis non poteſt applicari.*

MALEFICIVM, delictum, flagitiũ crimen, l. 52. §. vlt. & l. 54. D. pro ſocio, l. 5. §. heres quoque, D. de oblig. & act. *Maleficij*, id eſt, partus ſubiecti, *particeps*, l. 2. D. de Carbon. edic.

Qui Maleficium admiſit, l. 55. D. pro ſocio. *Si Maleficij ſocietas coita ſit*, l. 57. D. pro ſocio. *Nec vlla ſocietas Maleficiorum*, &c. l. 1. §. planè, D. de tut. & rat. *Quæ vis à Maleficio non abeſſet*, l. 20. D. de obligat. & action. *Maleficiorum fideiuſſorem accipi non poſſe*, l. 70. §. vlt. D. de fideiuſſorib. *Diuerſa ſunt Maleficia furis, & eius qui deteriorem ſeruum facit*, l. 11. §. quamuis, D. de ſeruo corrup.

Maleficia ſeruorũ, l. 1. D. ſi famil. furt. fec. dic. *Si pro Maleficiis ſuis ſeruos coërcuit, vel vinxit*, l. 24. §. vlt. D. de pigner. act. *Pœnas ob Maleficia ſolui magna ratio ſuadet*, l. 70. §. vlt. D. de fideiuſſorib.

Maleficia impunita eſſe non oportet, l. 51. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Ne impunita ſint Maleficia*, l. 18. §. 1. D. de iudiciis. *Obligatio vel ex contractu, vel ex Maleficio*, Inſtit. de actio. *Si res non ex Maleficio veniat ſed ex contractu*, l. 18. §. vnde, D. de iudiciis. *Ex Maleficio obligari, & quaſi ex Maleficio teneri*, l. 5. §. tutelæ. §. heres, §. ſi iudex, §. is quoque, & §. vlt. D. de obligat. & act. & Inſtit. de obligat. quæ quaſi ex delicto.

Maleficiorum labe pollutus, l. vlt. C. de malefic. & mathemat. id eſt, Magicarum, aliarúmque eiuſmodi illicitarum artiũ. Eodemq; modo *Maleficij crimen* accipio in l. 1. quor. appellation. non recip. in C. Th. & *Maleficiorum*, l. 4. de indulg. crimin. eod. C. Et ita, *Haruſpicinam, nullum cum Maleficiorum cauſis habere conſortium*, cenſent Impp. in l. 9. de malefi. & mathem. in C. Th. cuius conſtitutionis, quæ Valentinianum, Valentem, & Gratianum auctores habet, verba

ſummè

ſummè notanda, obiter admoneo. Ea ita habent. *Neque haruſpicinam, aut aliquam conceſſam à maioribus religionem, genus arbitror eſſe criminis. Teſtes ſunt Leges me* (de ſe ita Valentinianus loquitur omiſſis conſortibus imperij) *in exordio imperij mei datæ, quibus vnicuique, quod animo imbibiſſet, colendi libera facultas tributa eſt.* Hæc enim verba re ipſa confirmãt quod Ammian. Marcell. lib. 30. de Valentiniano ſcribit. *Poſtremo hoc moderamine principatus inclaruit, quòd, inter religionũ diuerſitates, medius ſtetit, nec quemquã inquietauit, neque vt hoc coleretur imperauit, aut illud: nec interdictis minacibus ſubiectorum ceruicem ad id quod ipſe coluit inclinabat, ſed intemeratas reliquit has partes vt reperit.*

MALEVOLVM *propoſitum*, l. 6. D. de ſuſpect. tutor.

MALIGNO *animo*, l. 71. D. de adq. vel omitt. *Sine vlla Maligna ſuſpicione*, l. 1. D. vbi pupill. ed.

MALIGNÈ *circa ſanguinem ſuum inferentes iudicium*, l. 4. D. de inoffic. teſtam. *Si* MALIGNÈ *hoc fecit*, l. 43. D. de recept. qui arbitr. *Si quid* MALIGNÈ *interrogaſſe compererit*, l. 6. §. vlt. D. de cuſtod. & exhibit. *Non* MALIGNÈ *accipiendum eſt*, l. 12. §. Chryſogonus, D. de verb. oblig.

Sine aliqua Malignitatis interpretatione, l. 8. de bon. proſcriptor. in C. Th.

Μαλίστα, id eſt, maximè, adſentientis eſt, l. 8. D. de legat. 3.

MALITATIS, id eſt, mali, in l. 5 D. quod met. cauſ.

MALITIAM Cicero lib. 3. de Nat. Deor. definit, *verſutam & fallacem nocendi rationem.* cui *Simplicitas* opponitur, l. 1. D. de dolo. Sic, *Malitia fideiuſſoris*, l. 11. D. quod met. cauſ. inde Cicero formulam de dolo malo ab Aquilio Gallo proditam, *Euerriculum omnium Malitiarum* appellat. *Non oportet laudando augeri Malitiam*, l. 1. §. vlt. D. de ſeruo corrupto. *Iniquum eſſe communem Malitiã, petitori quidẽ præmio eſſe, ei verò cum quo ageretur pœnæ eſſe*, l. 4. §. Labeo, D. de doli exceptione. *Malitiæ ignorantia*, dic. l. 4. §. quæ in tutore. *Malitioſos eſſe omnes aliud agentes aliud ſimulantes*, ait Cicer. lib. 3. Offic.

MALITIOSÈ, id eſt, dolosè, callidè, inſidiosè, fraudulenter, apud Ciceron. lib. 3. officior. *Malitiosè edere, & dolo malo*, idem valent. l. 8. D. de edendo. *Malitiosè in pignore verſatus*, l. 9. D. de pigner. act. *Si quid in hereditate Malitiosè feciſſe dicatur*, l. 67. D. de legat. 1.

MALLI *magis*, l. 52. §. idẽ reſpondit, D. pro ſocio. *Mauult potius*, l. 35. §. D. de mort. cau. don.

MALLEVS *fabri*, l. 2. §. ſi conſeruatis, D. de L. Rod. *nondum* MALLEATI *Libri*, l. 52. §. vnde, D. de legat. 3. Sic *crudum, & non Malleatum ſpartum* dixit Collumella, lib. 2. cap. 19.

MALVS pro arbore nauis, vt loquitur l. 5. §. vlt. & l. 6. D. de L. Rod. *Malum Nauis partem eſſe, quia pleræque Naues ſine Malo inutiles eſſent*, l. 42. D. de verb. ſignific.

MALVS *Seruus*, l. 1. §. 1. D. de furt. l. 23. §. excipitur, D. de ædilic. edic. cui *bonæ frugi Seruus*, opponitur, l. 1. §. ſed vtrum, D. de ſeru. corrupt. *In eo Malus eſt Seruus quòd de condicione ſua diſſimulat*, l. 4. D. quib. ad libert. proclam. *Mali Homines*, l. 19. D. de offic. præſid. id eſt, nocentes & facinoroſi, vt loquitur l. 3. D. de iuriſdict. quales ſunt fures, ſacrilegi, latrones, plagiarij, graſſatores. *Curet is qui Prouinciæ præeſt, Malis hominibus Prouinciam purgare*, l. 3. D. de off. præſid. *Si ſollicitè agat, vt Malis Hominibus Prouincia careat*, l. 13. D. eod. tit. *Qui ad compeſcendos Malos Homines miſſus eſt*, l. 35. §. quæſitum, D. ex quib. cauſ. maior. *Si argẽtum Mali Homines intercepiſſent*, l. 20. D. commodati. Tertul. Apolog. *Itaque in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos. Quod malorum hominum opera vteretur*, l. 5. §. vlt. D. de oblig. & act.

Malus emptor, Cic. Epiſt. 8. lib. 5. ad Attic. *Mala emptio*, apud Plin. Epiſt. 24. lib. 1. id eſt, Stultè, inconſideratè, & incautè facta, iniquo, & immenſo pretio. *Mala conſcientia*, l. 11. §. 1. D. de his qui notantur infam. *Mala fide contrahere*, l. 17. C. de rei vindic. *Mala fide percipere*, d. l. 17. C. eod. *Mala fide facta vẽditio*, l. 1. C. de fide inſtr. *Mala fide conſcriptæ rationes*, l. 1. §. offic. D. de tut. & rat.

Malam litem perſequi, l. 6 §. non temere, C. de appellationib.

Mala manſio, ad quam ſerui, quæſtionis habendæ gratia, alligari & extendi ſolebant, vt indicat Vlpianus in l. 7. D. depoſiti, in qua eſt: *Si hominem apud ſe depoſitum vt quæſtio de eo haberetur, ac propterea vinctum vel ad Malam manſionem extenſum, ſequeſter ſoluerit.* Idem Vlpianus in l. 15. §. quæſtionẽ, D. de iniuriis, *Quæſtionis verbo etiam ea quam Malam manſionem dicunt continebitur*, l. 15. §. quæſtionem, D. de iniuriis. *Mala mente*, l. 53. §. vlt. D. de legat. 3. *Non Mala mente exheredare*, l. 12. §. ſi quis, D. de bon. libert. id eſt, *cauſa non notæ*, vt l. 18. D. de libert. & poſt.

Mala ratione, l. 62. D. de ritu nupt. l. 54. D. mãdati. *Mala ratione intercipere*, l. 3. C. de re iud.

Malis artibus eſſe deditus, l. 1. §. vlt. D. de ſeruo corrupt. *Malas artes*, l. 6. C. de malefic. & math. illicitas & improbatas accipe, veluti magicas. *Malis artibus*, in libello Rei bellicę, qui Mariani notitiæ ſubiicitur, id eſt, mala ratione.

Mala ſtipulatio, l. 10. D. de oper. libert. *Mala herba*, l. 19. §. 1. D. locati.

Malum conſilium dare, l. 26. D. de iniuriis.

Malum consilium consultori pessimum, apud Agell. lib.4.cap.5. *Si non Malo consilio cum tutore habito factum esse probetur*,l.96.D.de solutionib.*Qui Malo consilio patriam reliquit*, l.19.§. transfuga,D.de capt.& postl.*Non quidem Malo animo, sed Malo exemplo,medicamētum ad conceptionem dedit*,l.3.§.1.D.ad L.Cornel.de sicar.*Malo exemplo*,l.33.D.de re iudicat.

Malo leto periturus, l.9. D. de extraord. crimin. *Malum meritum*, l.2. D. de his quæ in test. delent.

Malo more pecunia litis causa promissa,l.1.§.si cui cautum,D.de extraord.cognit. *Pecunia erogata*,l.19.§.1.D.de negot.gest. *Malo more gestum*,l.8.D.quod met.cau.*Mali mores*,l.43.§.mortis, D.de ædilic.edic.

Mala medicamenta,l.3.D.ad L.Corn.de sic.*Si eum vnxit Malo Veneno*,l.9.§.1. D.ad L.Aquil. *non Mala Venena*,l.3.§.adiectio,D.ad L.Corn.de sicar.*Mala sacrificia*,l.3.D.eod.tit.

Male, est non rectè,nec ex fide vel officio.

Malè administrare res,l.7.§.cùm dementis, D. de curat. furioso, l.5.§.1.D. de legit. tut. *In iis quæ minorum tutores Malè gessisse probari possunt*,l.3.C.si tut.vel curat.interuener.*Tutores vel Curatores Malè gerentes rem patronorum*,l.3.§.1.D.de suspect.tutor.*Si Malè tutorem conuersari videbāt*, l.3.D.de administr.& peric.*Si in depositio vel in mandato Malè versatus sit*, l.6.§. illud, D. de his qui not.infam.*In alia tutela Malè versatus*,l.3.§.idem erit,D.de iusp.tut.*Malè in tutela,vel in cura versati*,l.1.§.solent,D.de offic.præf.vrbi.

Minor Malè consumpsit pecunias,l.32.D.de minorib. *Prodigis qui Malè dissipant bona*, Vlpian. Tit.13. Regul.*Malè quæsita*,l.31.D.depositi.Cicero Philip.2.*Malè parta, Malè dilabuntur.*

Malè alias est parum cautè, non turpiter. *Malè credere*,l.18.D.de hered.pet.*Malè credita pecunia*, l.10.§.si quis, D. mandati.& apud Plaut.Pœnul.Act.3.Sc.2. Seneca lib.4.de Benef.cap.25. *Pecuniæ etiam Malè creditæ exactio est*,id est,non in bonum & idoneum nomen collocatæ.*Non malè contrahitur,cùm contrahitur cum tutoribus*,l.4.D.de cuictionib.

Malè contracta nomina,l.16.D.de administr.& peric.

Malè contraxisse dicuntur tutores,si per sordes,aut gratiam, prędia nō idonea pupillo comparauerint,l.7.§.competet, D. de administr.& peric.

Malè emere dicitur,qui immenso pretio, vel non æquis condicionibus, aut etiam à malo auctore emit.Plaut.Mostellar.Act.3.Sc.2. *Si ædes Malè emptæ essent, nobis has haud redhibere liceret.* Donatus in Eunuchum, Act.4.Sc.4.hæc verba,*Malè conciliate*, interpretatur,*magno empte*, additque, *Malè, magno significat,vt Plaut. in Amphytrio. Hæc nox scita est exercendo scorto conducto Malè*,at in l.3.D.ad L.Falcid.*Malè vendere*,est,vili pretio.

Malè agere dicitur,qui ante diem agit,l.1.in fin.D.quando dies vsusfruct.leg. *Ante diem Malè petitur*,l.4.§.huius rei,D.de pactis.

Non videtur Malè accipere mulier,quæ, constāte matrimonio, in hoc accipit dotem vt liberis ex alio viro egentibus, aut Fratribus,aut parentibus consuleret,l.20.D.solut.matrim.

Nisi me Fronto pater vester Malè accepisset, l. vlt. §.1. D. de doli except.*Filium quem Malè pater contra pietatem adficiebat*,l.vlt.D.si à parente quis.

Si res pignori datas Malè tractauit creditor,l.24.§.vlt.D.de pigner.act.

Malè meritus publicè,l.31.D.depositi.

Male,interdum est,iniquè & perperam.vt,*Iudex si Malè absoluit*,l.28.D.de condict.indeb.

Malè conceptum instrumentum,l.8.D.de stat. hominum. *Si degustando Malè probauit vinum*, l.15. D.de pericul.& comm.

Non Malè refert,l.8.§.vnde,D.de inoff.test.*Non Malè dicetur*,l.1.§.vlt.D.vbi pupill.educ.

Non Malè videtur testatus,l.3.§.si libertus,D.de bon.libert.

Non malignè accipiendum est,l.12.§.Chrysogonus,D.de verb.oblig.

Malitiam,Cicero lib.3.de Nat.Deor.definit,*Versutam & fallacem nocendi rationem.*

Malitia fideiussoris,l.11.D.quod met.cau.*Malitia*,l.1.D.de dolo.

Malitiosè adire,l.8.D.de edendo.

Malitiosè versatus, l.9. D. de pignorib. *Siquid in hereditate Malitiosè feciſſe dicitur*, l.67. D. de legat.1.

Manare *Aqua*,l.11.D.de aqua & aqu.pluu.*Aqua sudoribus Manando*,l.1.§.caput, D.de aq. cottidia.

Mancers,ait Festus,*dicitur qui quid à populo emit, conducitve, quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse:qui idem Præs dicitur,quia tam debet præstare populo,quod promisit,quàm is qui pro eo præs factus est.* Ascon.Pæd.in Diuination. *Mancipes sunt publicanorum principes, Romani homines:qui quæstus sui causa, si Decumas redimunt, Decumani appellantur: si Portum, aut pascua publica, Portitores,*

portitores, aut Pascuarij: quorum ratio, Scriptura dicitur. Hi omnes, exigẽda à sociis, suo periculo exigunt, & Reipublicæ repræsentant, prouidentes etiam in illa redemptione commodis suis. Qui fideiussor exstitit apud Mancipem, pro colono publicorum prædiorum, quæ Manceps *ei colono locauit*, l. 53. D. locati.

Mancipes etiam *conductores salinarum* interpretantur Impp. l. 11. C. de vectigal. Inde in l. 3. de collatio. donatar. possessio. in Cod. Theodos. *Salinis omnibus, præter* Mancipum, *quæ pop. Rom. lauacris deseruiunt.* At planè, *Mancipes qui Thermarum exhibitionem Romæ curabant*, etiam Salinas conductas habuisse, indicat l. vnica, de mancipib. Therm. in C. Th.

Mancipes quoque Salinarum, lignorum functioni obnoxios fuisse, Symmachus Epist. 58. lib. 1. docet, ex qua pridem mẽdum, quod Frobenianis codicibus inhæserat, eluimus. *Ligna* autem illic accipe, quæ vrenda lauacris publicis, populo præbita fuisse, ostendit idem Symmachus Epist. 27. & 53. lib. 10.

Mancipes Viarum, Tacitus lib. 3. vocat, quos Siculus Flaccus, *Redemptores.*

Mancipes etiam Symmachus Epist. 63. lib. 5. appellat, publicanos, quadragesimæ portorij, siue vectigalis, conductores: qua Epistola, vt & Epist. 60. eiusdem libri, indignum esse ait, à Senatoriis, Quæstoriisque candidatis, quibus munerum editio incumbebat, pro Vrsorum transuectione publicanos illos portorium quadragesimæ exigere. Eámq; ad quam ille proclamat immunitatem, duplici ratione subnixã docet. Vna est, quod graue maioribus visum fuerit, vt tolerãtibus onera senatoriæ dignitatis sumptus immodicus adderetur. Altera quòd vectigal illud solos Vrsorum negotiatores, vtpote quęstui seruiẽtes, oportet agnoscere. Verùm cur idem vectigal à Symmacho *quinquagesimæ* primùm, deinde *quadragesimæ* appelletur, non video. Itaque, vt sibi ipse constet, vno eodémque numero vectigal quo de agit finiendum est.

Mancipes cursus clabularij, l. 26. de cur. publ. Cod. Theod. *Cursus publici*, l. 24. l. 34. & l. 36. eod. Cod. *Si quis eorum, qui Præpositi vocantur, aut* Mancipes, *publico cursui, nomine aliquo, præsunt*, l. 35. de cur. publ. Cod. Th. *Mãcipes* autem *cursus publici*, per quinquennium eo munere functos ostendunt, l. 36. & l. 42. de cur. publ. Cod. Theod.

Mancipes ex corpore negotiatorum, l. 17. de lustr. au. conla. Cod. Theod.

Mancipes mutationum, apud Cassiodor. Epist. 47. lib. 4 Variar. qui veredorum equorumq; ad celeritatem cõmutari solitorum curam gerebant: de quibus Zeno sentire videtur in l. 8. C. de cursu publ. lib. 12.

Mancipum corpus, l. 4. de executorib. & exact. Cod. Th.

Præterea Romæ *Mancipes* appellatos, τοὺς προϊσταμένους τοῖς οἴκοις, ἐν οἷς ὁ τῇ πόλει χορηγούμενος ἄρτος ἐπήγνετο, Socrates lib. 5. Histor. Ecclesiast. scribit. Eóque sensu verbum hoc accipitur in l. 1. C. de frumento vrb. Constantinop. lib. 12. vt & l. 2. & l. vlt. eod. tit. in Cod. Theod. & in l. vnic. C. de pistorib. lib. 11. in qua tamen *Mancipiis* vulgò, vitiosè, pro *Mancipibus* legitur.

MANCIPATVS, pro functione & munere quo Mãcipes funguntur. Sic *Mancipatus Curæ*, l. 36. de cursu publ. Cod. Th. *Functio*, l. vnic. de mancip. Cod. Th. *Munus*, l. 18. de pistor. & catabol. & l. 16. de diuers. offic. eod. Cod. *Mancipatus debitus cursui publico*, l. 46. de cur. publ. C. Theod. *Ad Mancipatus necessitates*, l. 9. de diuer. offic. C. Th. *Mancipatui sociari*, l. 23. de cohortal. princip. in C. Th.

MANCIPARE, est Mancipationis sollemnitate alienare, & trãsferre, vel mãcipio quid dare. Vlpian. Tit. 21. Regular. *Prodigus, quoniam commercium interdictũ est, & ob id familiam Mancipare non potest.* Plin. Epist. 18. lib. 7. *Agrum ex meis longè pluris, actori publico* Mancipaui. Vnde Horat. Epist. 2. lib. 2.

Si proprium est quod quis Libra mercatur & Ære,

Quædam, si credis consultis, mancipat vsus. id est, dominium transfert. Etenim iure ciuili, vsu, id est, possessione, res capi, id est, earum dominium adquiri constat. In Epitome Institutionum Gaij, Tit. 6. *Naturalis pater filium suum fiduciario patri* Mancipat, *hoc est, manu tradit.* Vlpia. Tit. 20. Regul. *Res mobiles non nisi præsentes* Mancipari *possunt.* Idem Tit. 2. Regul. *Si ciuis Romanus à Ciue Romano seruum emerit, isque traditus ei sit neque tamen* Mancipatus. Paulus lib. 1. Sent. Tit. 8. *Seruus per metum* Mancipatus. & ibidem, *qui quem in domo inclusit, vt sibi rem* Manciparet, *extorsisse* Mancipationẽ *videtur.* Idem Vlpian. Tit. 11. Regul. *Si liberi, postea quam* Mancipati *fuerint, manumissi sunt, sed filius quidem ter Mancipatus, ter manumissus, sui iuris fit.* Idem Tit. 12. *qui liberum caput* Mancipatum *sibi vel à parente, &c.*

MANCIPATIO, ait Vlpian. Tit. 20 Regular. *est species alienationis, & rerum* Mancipi: *eáque fit certis verbis, Libripende, & quinque testibus, præsentibus. Mancipatio locũ habet inter ciues Romanos &*

Latinos colonarios, Latinósq; Iunianos, eósque Peregrinos quibus commercium datum est. In Emancipationibus vtique liberorum, vt penitus patria potestate liberarentur, trina Mancipatio intercedebat. Qua de re ex Gaij lib. 1. Institution. Boëth. in Topic. Cicero. hæc verba adfert. *Mancipatio est imaginaria quædam venditio, quod ipsum ius proprium Romanorum est ciuium. Eáque res agitur, adhibitis non minus quàm quinque testibus, ciuibus Romanis, puberibus, & præterea alio eiusdem condicionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur Libripens. Is qui Mancipium accipit, æs tenens, ita dicit. Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio: ísque mihi emptus est hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram: idque æs dat ei à quo Mancipium accipit, quasi pretij loco.* At hodie in Epitome Institutio. Gaij à Gothis interpolata, Tit. 6. ita scriptum est, *Filius masculus tribus Mancipationibus, de potestate patris exit: & sui iuris efficitur. Mancipatio autem, hoc est manus traditio, quædam similitudo venditionis est, quia & in Emancipationibus, præter illum, hoc est certum patrem, alius pater adhibetur, qui Fiduciarius nominatur. Ergo iste Naturalis pater filium suum fiduciario patri mancipat, hoc est manu tradit, à quo Fiduciario patre naturalis pater vnum, aut duos nummos, quasi in similitudinem pretij accipit, & iterum, cum acceptis nummis fiduciario patri mancipat, & tradit. Hoc secundò, & tertiò fit, & sic, de patris potestate exit.* Et mox, *Feminæ vel Nepotes masculi ex filio, vna Mancipatione, de patris, vel aui, exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur.* Cui conuenienter Vlpianus Tit. 11. Regula. *Ceteri*, ait, *Liberi, præter filium, tam masculi, quàm feminæ, vna Mancipatione, manumissióneque, sui iuris fiunt.* Idem Vlpianus in l. 8. §. vlt. D. de iniust. rupt. *Filia cùm emancipatur, vel Nepos, quia vna Mancipatione exeunt de potestate, testamentum non rumpunt.* Proinde quod apud Agellium lib. 5. cap. 19. scribitur, *Adoptantur autem cùm à parente in cuius potestate sunt, tertia Mancipatione in iure ceduntur*, in liberis virilis sexus, primíque gradus duntaxat, locum habet. Ex illis autem trinis Mancipationibus, *singulas Mancipationes*, iisdem, vel aliis, testibus fieri posse, vel eodem die, vel intermisso tempore, Paulus lib. 2. Sentent. Tit. 26. scribit.

Mancipationis sollemnitas, l. 4. & l. 5. de donationib. in Cod. Th. quibus locis, quod à D. Pio primum constitutum fuerat, vt Donationes inter liberos & parentes valerent, licet neque Mancipatio, neque Traditio intercessisset, Constantinus confirmat.

Familiæ Mancipatio, in testamento quod per æs & libram fit, Vlpian. Tit. 21. Regular. in quo de genere Testamenti idem ibidem. *Hodie*, inquit, *Solum in vsu est Testamentum, quod per æs & Libram fit, id est, per Mancipationem imaginariam: in quo Testamento Libripens adhibetur, & familiæ emptor, & non minus quàm quinque Testes, cum quibus Testamenti factio est.* Similitérque Iustinian. in §. 1. Inst. de test. *Testamentũ quod dicebatur per æs & libram, scilicet quod per Mancipationẽ, id est, imaginariam quandam venditionem agebatur, quinque testibus & Libripende ciuibus Romanis puberibus præsentibus, & eo qui familiæ emptor dicebatur*, §. 1. Instit. de testament. Agell. lib. 15. cap. 27. tria olim genera testamentorum fuisse docens, *Tertium*, ait, *per familiæ Mancipationem, cui æs & libra adhibetur.*

Mancipi, & contrà, *Nec Mancipi, Res*, l. 1. §. vlt. C. de vsucapione transforman. *Mancipi Res*, ait Vlpianus, Tit. 20. Regular. *sunt prædia in Italico solo, tàm Rustica, qualis est fundus, quàm Vrbana, qualis est domus: Item iura prædiorum Rusticorũ, velut Via, Iter, Actus & Aquæductus. Item serui, & quadrupedes quæ dorso colláve domantur, velut Boues, Muli, Equi, Asini: ceteræ nec Mancipi sunt. Elephanti & Cameli, quamuis collo dorsóve domentur, nec Mãcipi sunt, quia bestiarum numero sunt.* Cicero Topicis, *Abalienatio est eius rei quæ Mãcipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio.* ad quem locum Boëtius. *Omnes*, ait, *res quæ abalienari possunt, id est, quæ à nostro ad alterius transire dominium possunt, Mancipi dictæ sunt. Mancipi res, veteres appellabant, quæ ita abalienabantur, vt ea abalienatio per quandam nexus fieret sollemnitatem.* Cicero pro Murena, *In his rebus repetendis quæ Mancipi sunt.* Vlpian. Tit. 12. Regular. *Tutoris auctoritas necessaria est mulieribus, si rem Mancipi alienent: pupillis autem, hoc amplius, etiam in rerum nec Mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.*

Planè *res Mancipi*, ex iure Quiritium abalienari, & in alterius ius ac dominiũ, vel Nexus, vel Cessionis in iure, sollemnitate transferri poterant, cuiusmodi erant in Italico solo prædia omnia, quæ iure Mancipij, iuréque optimo, haberi poterant. Prouincialia verò prædia, ante Iustiniani constitutionem, *Nec Mancipi* habebantur. Nam cùm tributaria ea essent, vel stipendiaria, non poterant Mancipio à prouincialibus dari: Vsus duntaxat & fructus, τὰ χρήσεις eorum, ad Prouinciales pertinebat: Mancipium & proprietas, Populi Ro. erat.

Mancipivm interdũ pro abalienatione, dominiíq; ex iure Quiritium, per Mancipationis sollemnitatẽ facta translatione, vsurpatur. Paulus in Lege Dei, Tit. 16. *Post mortem patris natus, vel ab hostibus reuersus, aut ex primo, secundóve Mancipio manumissus.* Cicero de haruspicum respõsis. *Multæ sunt domus iure Mancipij, & iure nexi.* Plin. lib. 33. cap. 31. *In his emptionibus quæ Mancipij sunt, etiamnum Libra interponitur.* Cicero lib. 1. de Orat. *in Mancipij Lege dixisset. Mancipiorum*

Lex,

Lex, Varro lib.5.de lingua Lat. Vnde, *Mancipio dare*, & *accipere*, apud Plaut. Curcul. Act.4. Sc. 2. & Act.5. Sc.2. & in Milit. glorio. Act.1. Sc.1. & in Perſa, Act.4. Sc.3. & 4. & in Trinummo, Act.2. Sc.4. & Moſtellar. Act.5. Sc.1. Varro lib.6.de lingua Lat. *Manilius ſcribit, omne quod per æs & libram geritur, in quo ſunt Mãcipi, Nexũ eſſe, Mucius Scæuola, quæ per æs & libram fiant, vt obligentur, præterquam quæ Mancipio dentur.* Cicer. Topic. *Finge Mancipio aliquem dediſſe id quod Mancipio dari non poteſt*, aliàs eod. libr. *Id quod quaſi Mancipio dare debuimus.* Idem lib.1. Epiſt. ad Attic. *De iis rebus quas eum dolo malo Mancipio accepiſſe de Vario diceremus.* Seneca Epiſt. 73. *Fortuna nihil dat Mancipio.* Tacit. lib.3. *Seruos quoque Sillani Actor publicus Mancipio acceperat.*

Mancipium, id eſt, proprietatẽ, ab *Vſu* & *Fructu*, ſeparant veteres, vt Græci χρῆσιν, καὶ κλῆσιν. Proinde cùm Curius ad Cicer. Epiſt. 29. lib.7. Famil. ſcripſiſſet, *Sum enim χρήσει μὲν tuus, κλήσει δὲ Attici noſtri: ergo fructus eſt tuus, Mancipium illius.* Cicero Epiſt. quæ proximè ſequitur, ita reſcribit. *Atticum noſtrum, cuius quando proprium te eſſe ſcribis Mancipio & Nexu: meum autem Vſu & fructu, contentus iſto ſum. Id enim cuiuſque eſt Proprium, quo quiſque fruitur atque vtitur.* Lucret. lib.3. *Vitáque Mancipio nulli datur, omnibus Vſu. Sui Mancipij eſſe*, id eſt, ſuæ poteſtatis, ſuíque iuris. Brutus in Epiſt. ad Ciceronem, *an vt eſſet ſui iuris, ac Mancipij, Reſpubl. In Mãcipio eſſe* dicebantur perſonæ alieno iuri & dominio ſubiectæ: ſeparantúrque hæc, *in Poteſtate, in Manu, in Mancipio*, Rubr. qui in poteſtate, Mancipióve ſunt, apud Vlpian. Tit.20. Regular. Idem Vlpianus Tit.20. Regular. *adquiritur nobis per eas perſonas quas in Poteſtate, Manu, Mancipióve habemus*: inter quæ verba non leuis, mero iure ciuili, differentia intercedit. Etenim in *Manu* dumtaxat, non item in *Mancipio*, erant vxores, quæ in manum conuenerant: de quibus apud Liuium lib.34. L. Valerius loquens, *Vos*, ait, *in Manu & Tutela, non Seruitio debetis habere eas.* Eóque nexu Mulieres, diuortio, vel morte ſoluto matrimonio, liberabãtur. In *Manu* verò *Mancipióque* erant, tam ſerui, quàm filiiſa. quos Mancipi fuiſſe, Mancipationíſque ſollemnitate abalienari, & in ius ac dominium alterius transferri potuiſſe, conſtat. Agellius tamen lib.4. cap.3. horum verborum proprietatem inſuper habens, *quæ iuncta*, inquit, *conſuetáque eſſet, cum eo, in cuius Manu, Mancipióque, alia, matrimonij cauſa, foret.*

MANCIPIA appellãtur ſerui qui iuſtam ſeruitutẽ nobis ſeruiunt, ſiue ære empta, ſiue ex ancillis noſtris nata, ſiue bello capta ſint. *Serui ex eo appellati ſunt, quòd Imperatores captiuos vẽdere, ac per hoc, ſeruare, nec occidere, ſolent: qui etiam Mancipia dicta ſunt, quòd ab hoſtibus manu capiuntur*, §.1. Inſtitut. de iure perſonar. quę vtique Iuſtinianus deſcripſit ex Florentini lib.9. Inſtitution. vt apparet ex l.4. D. de ſtatu hom. Varro lib.5. de lingua lat. *à Manu, Manupretium. Mancipium quod Manu capitur.* Donat. in Adelph. Terent. Act.2. Sc.1. *Mancipia dicũtur, quòd manu capta ſunt: Serui, qui ſeruati ſunt, cùm eos occidi oporteret, iure belli.* Cicero Paradox. *Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, vt Mancipia, quæ ſunt dominorum facta, Nexu, aut aliquo iure ciuili.*

Mancipia Ruſtica, vel, Vrbana, l.41. §. codicillis, D. de legat.3. l.7. C. de bon. proſcriptor. l.6. de decurionib. in C. Th. *Mancipia Nouicia, Venalia, Veterana, Vſualia*, l.vlt. §. quotiens, D. de publicanis.

Mancipia quæ Nouicia ſunt, quaſi Nouicia diſtrahere, l.37. D. de ædilic. edic. & ibidem, *Præſumptũ eſt ea Mancipia quæ rudia ſunt, ſimpliciora eſſe, & ad miniſteria aptiora, & dociliora, & ad omne miniſterium habilia.*

Mancipiorum ordo & dignitas, l.15. §. ſufficienter. D. de vſufructu. *Mancipia, quæ in peculio fuerint, vel in inſtrumento fundi*, l.33. D. de ædilic. edic.

Mancipium Morboſum, vel vitioſum, l.51. D. de ædil. edic. *Morboſa Mancipia, & non Morboſa*, l.35. D. eod. tit.

MANCVM Nonn. Marc. *Debilem*, interpretatur, *Mancum eſſe eum qui imbecillitate dextræ validius ſiniſtra vtitur*, ait Vlpian. l.12. §. ſi quis, D. de ædilic. edic.

MANDARE, eſt gerendum quid alicui committere: quod his verbis explicari ſolet, MANDO, ROGO, VOLO, PETO, l.12. §. cùm quidam, & l.59. §. ille illi, & l.vlt. §. vlt. D. mandati.

Mandari verbo poteſt, ait Gaius in Epitome Inſtitution. Tit.17. *Si libero homini Mandem vt aliquid agat*, l.19. §. ſi libero, D. de negot. geſt. *qui alij Mandat*, l.7. §. vlt. D. de iuriſdictione. *Debitori ſuo reus ſtipulandi Mandauit vt Titio ſoluat*, l.77. §. Mæuia, D. de legat.1. *Mandare debitoribus vt procuratori ſoluant*, l.34. §. ſi Titium, D. de ſolutionib. *qui Mandat ſolui*, l.56. D. eod. tit.

Si hoc ſpecialiter procuratori Mandaui, l.5. §.1. D. quod quiſque iur.

Mandare cauſam agendam, l.14. C. de procuratorib.

Mandare defenſionem ſui, l.23. D. de vſuris. *Duobus quis mandauit negotiorũ adminiſtrationẽ*, l.66. §. duobus, D. mandati, id eſt, *commiſit*, vt eadem l. §. Lucius. *Si omnium negotiorum erat ei adminiſtratio Mandata.* l.6. §. vlt. D. de procuratorib. id eſt, *commiſſa*, vt l.58. D. eod. tit. *Cui omnium*

rerum administratio Mandata est: item, *cui specialiter Mandata est procuratio actionis*, l. 17. §. procuratorem, D. de iniuriis. *Procurator, cui res administrandæ Mandatæ sunt*, l. 62. D. de procuratorib. *Cui rerum Prouinciæ cuiusque administratio Mandata erit*, l. 35. §. 1. D. ex quib. cau. maior.

De rebus quas in vsus aduehendas sibi Mandant præsides, l. 4. §. 1. D. de publican.

Qui detulit aut Mandauit, l. 18. §. sed ne quidem, D. de iure fisc. *Si seruo suo fugam Mãdauit*, l. 24. D. de noxalib. *Qui Mandasse cædem dicitur*, l. 6. C. de his quę vt indign. *Quod patrem suum Mãdasset interficiendum*, l. 31. §. Seia, D. de adimend. legat. *Quo Mandante flagitium admissum*, l. 17. D. de Sc. Silania.

Mandare etiam dicuntur Testatores, l. 25. D. de adimend. legat. & apud Martial. Epigram. 89. lib. 1. Ouidius Eleg. 2. lib. 1. Tristium. *Et Mandare suis aliqua, & sperare sepulcrum.* Sic in carmine Augusti de Æneide Virgilij, *Suprema voluntas Quod Mandat, fieriq; iubet. Si Testator funus mihi Mandauit*, l. 14. §. idem Labeo, D. de religios. *Si cui funeris sui curam Testator Mandauerit*, dic. l. 14. §. funus. *Si prædiorum dotis instrumenta, verbis precarius, vel Testamento, vel Codicillis, vxor tibi dari Mandauit*, l. 15. C. ad L. Falcid. *Si parentis voluntas, vel testatoris, aliquid super alienando eo Mandasse deprehendatur*, l. 3. C. quando decreto opus non est. *A Tutoribus quibus pater negotia gerenda Mandauit*, l. 26. §. 1. D. de testam. tut. *Tutela liberorum matri Testamẽto patris frustra Mandatur*, l. 26. D. de testam. tut. *Tutela Testamento Mandata*, l. 28 D. de testam. tut.

Mandari diuisio legatorum Testamento, l. 8. D. de alim. vel cibar.

Mandare Magistratum, l. 6. D. de munerib. & honorib. *Si duobus cura pecuniæ ciuitatis Mandetur*, l. 1. C. quo quisque ordin. lib. 11.

Defensio negotij legato Mandari non potest, l. 12. D. de vacat. & excus. *Mandata legatio*, l. 8. D. de legationib.

Mandari Munus, l. 17. §. exigendi, D. ad municipal.

Mandari quoque à Prætore Tutela, dicitur, l. 3. C. de in lit. dan. tut. *Mandatum Tutelæ officium*, l. 39. §. tutor, D. de administr. & peric. tut.

Pœnæ persecutio voluntati iudicis non mandatur, l. 1. §. 1. D. ad Sc. Turpill. id est, committitur.

Mandare etiam est delegare, seu, *ad alium transferre*, vt loquitur l. 1. D. de offic. proconsul. & l. . D. de offic. eius cui manda. est iurisd.

Mandare cognitionem, l. 1. D. de offic. eius cui manda. l. 6. D. de offic. proconsul. *Iurisdictionem*, l. 5. & l. 6. D. de iurisdictio. l. 1. §. vlt. D. quis & à quo. *Solet Prætor iurisdictionem Mandare: & aut omnem Mandat, aut speciem vnam*, l. 16. D. de iurisdictione. *Prætor sicut vniuersam iurisdictionem Mandare alij potest, ita & in personas certas, vel de vna specie, potest*, l. 17. D. eod. tit.. *Si Prætor Mandet iurisdictionem*, l. 1. §. damus, D. de suspect. tut. Atque adeo Prætorem ipsi collegæ suo iurisdictionem mandasse legimus. Liuius lib. 24. *M. Æmilius Prætor, cuius peregrina sors erat, iurisdictionem Attilio collegæ Prætori vrbano Mandauit.* Capitolin. in M. Antonino Philoso. *Prætorem quoque, qui pessime egerat, non abdicare se Prætura iussit, sed collegæ iurisdictionem Mandauit.*

Si Præses Mandauerit iurisdictionem, l. 2. D. de offic. eius cui man. *nec Mandante Præside*, l. 8. D. de tutorib. & curatorib. dat. *nec Mandare, ex hac causa, Iurisdictionem, vel Præses Prouinciæ, vel Prætor, poterit*, l. 8. §. Prætor, D. de transactionib.

Proconsul ingressus prouinciam Mandare Iurisdictionem Legato suo debet: nec hoc antè facere, quàm fuerit prouinciam ingressus, l. 4. §. vlt. D. de offic. Procõsul. *Aliquando Mandare iurisdictionem Proconsul potest, etsi nondum in prouinciam peruenerit*, l. 5. D. eod. tit. *Mandare iurisdictionem, vel non Mandare, est in arbitrio Proconsulis*, l. 6. §. 1. D. eod. tit.

Mandari Iurisdictio, id est, *transferri*, vt loquitur l. 1. D. de offic. eius cui. *Mandata Iurisdictio, legatis à Proconsule*, l. 13. D. de offic. Proconsul. l. 1. §. vlt. & l. 4 D. de offic. eius cui mand. *Is cui est Mandata iurisdictio, Iudicem dare potest, vt sunt legati Proconsulum*, l. 12. §. lege, D. de iudiciis. *Mandata Iurisdictione à Præside*, l. 2. D. de offic. eius cui mand.

Mandata Iurisdictione, officium totum Iurisdicendi transit, l. 1. §. damus, D. de suspect. tutorib. *Mandata* denique *Iurisdictione* quæ transferantur & transeant, vide l. 1. in princip. & §. vlt. l. 2. & l. 4. & l. vlt. D. de offic. eius cui mand. l. 12. D. de offic. Proconsul.

Mandare Actiones, id est, cedere & præstare, l. 11. D. de pecul. l. 23. D. pro socio, l. 13. D. de pignerat. act. l. 37. D. ad Sc. Trebel. l. 8. §. si liber. D. mandati, l. 2. §. vlt. D. famil. erciscund. l. 14. D. de furtis, l. 34. D. de legat. 3. l. 32. §. si maritus, D. de don. int. vir. & vx.

Mandari actiones, l. 41. §. vlt. D. de fideiussorib. l. 24. §. si vendiderit, D. de pignerat. act. l. 25. D. de administr. & peric. l. 1. §. planè, D. de tutel. & rat. l. 76. D. de solutionib. l. vlt. D. de transactionib. l. 2. C. de donationib. l. 3. C. de heredit. vel act. l. 1. C. de nouationib. l. 2. C. de contr. iud.

Mandatæ actiones, l.70.D.de procuratorib. *Mandatis actionibus*, l.53.D.de peculio,l.vlt.C. quando fiſcus,l.2.C.ſi cert.pet.

Mandare perſecutionem rerum hereditariarum, actioneſque tribuere, l.2.§.peruenisse,D.de hered. vel act.*Mandari perſecutio*,id eſt,cedi,l.21.C.de fideiuſſorib.

MANDATOR dicitur qui aliquid Mandat,l.22.§.vlt.l.26.l.46.l.49.& l.58.D.mandati.§.mãdatum,Inſtit.de mandato,l.135.§.Seia,D.de verb.oblig.

Mandator,in l.46.§.vlt.D.de procuratorib. appellatur, qui negotiorum adminiſtrationem mandauit.*Mandator cædis*,l.6.D.de Sc.Silania.& apudPaulum lib.5.Sentent.Tit.6.*Quod dicit alium ſe huiuſmodi facti Mandatorem habuiſſe*.l.5. C.de accuſationib.

Mandatores dicuntur, quorũ mandato alij pecunia credita eſt,l.41.in fi.§.penult.l.71.& vlt. Rubr.de fideiuſſorib.& mandatorib.l.4.C.eod.tit.& l.59.§.Paulus,& l.60.D.mandati, l.1. §.ſi fideiuſſit,D.ſi quid in fraud.patr.l.95.§.ſi mandatu,&§.penult.D.de ſolutio.l.8.C.de pignorib.l.12.C.de non numer.pec.l.3.C.de locato, l.8. C. quod cum eo. qui à *Fideiuſſoribus* cò diſtant,quòd auctores ſint contrahendi negotij,cùm Fideiuſſores contractæ iam obligationi accedant.Ergo *Mandatores* tanquam auctores præcedunt : Fideiuſſores verò alienari obligationem in ſe ſuſcipiunt. Ceterùm *Mandator* non eſt, qui faciendi nominis cauſa, quaſi Proxeneta,interuenit.Hic enim monſtrat magis nomen, quàm mandat, tametſi lauder,l.2. D.de proxenetic.

Eiuſdem pecuniæ credendæ plures Mandatores,l.52.§.vlt.D.de fideiuſſorib.

Mandator quoque *cauſæ*,ſeu Delationis,dicitur,qui mãdat alicui,& inſtruit delatorem,ſubornátque ad accuſationem,dando probationes,allegando accuſationes,l.2.§.Diuus,cum §. ſeq.l.22.in fin.l.23.& l.24.D.de iur.fiſci,l.1.§.incidit,D.ad Sc.Turpil.Sueton.in Tito,cap.8. *Inter aduerſa temporum,Delatores*,*Mandatoréſque erant,ex licentia veteri*:Conſtantin.Hermenopul. lib.1. Tit. 5. Μανδάτωρ λέγεται, ὁ τῷ μυητῇ ὑπαγήπας εἰς τὸν τῦ πράγματος καταμήνυσιν. Enimuero qui exhortatur, *Mandatoris* opera non fungitur.l.20.D.de his qui not.infam.

Ceterùm in re militari *Mandatores* dicebantur οἱ τὰ μανδάτα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τοῖς τῦς φαπιώτας ὀξέως διακομίζοντες, vt Leo Imper.interpretatur. Suidas, *Mandator* εἶδος ἀξιωμάτως. *Mandatorio nomine*,l.15.C.ad Sc.Velleian.l.19.& l.22.C.de fideiuſſorib.

MANDATVM *niſi gratuitum nullum eſt.Interueniente enim pecunia,res ad locationem & conductionem potius reſpicit*,l.1.§.1.D.mandati.

Mandatum gratuitum eſſe debet,l.36.§.1.D.eod.tit.*Mandatum niſi gratuitum ſit, in aliam formam negotij cadit.Nam morcede conſtituta,incipit locatio & conductio eſſe*,§.in ſumma Inſtit.de mãdato.

Mandati obligatio conſenſu contrahentium conſiſtit,l.1.§.1.D.mandati, l.2. D.de obligat. & act. *Mandatum contrahitur quinque modis : ſiue ſua tantum gratia aliquis tibi mandet : ſiue ſua & tua : ſiue aliena tantùm : ſiue ſua & aliena : ſiue tua & aliena*,Inſtitut.de mandato,& l.2.D.mandati.

Mandatum generale de vniuerſis negotiis gerendis,l.25.§.vlt.D.de minorib. *Mandato generali non contineri tranſactionem decidendi cauſa interpoſitã*,l.60.D.de procuratorib.*Generali Mandato quærendi mariti filiæſa*.l.34.D.de ritu nupt.

Huic opponitur *ſpeciale Mandatum*. quæ autem ſpeciale Mandatum deſiderent, vide l.26. D.de minorib.l.63.D.de procuratorib.

Mandatum actionum,l.76.D.de ſolutionib.*Mandatum Iuriſdictionis*,l.6.D.de iuriſdictione. l.6.D. de offic.proconſ.

Mandatum vtrilibet eorum dediſſe, l.47.D.de procuratorib.*Mãdatum conſummare*,l.17.§.ſicut, commodati.

Mandatum exequi,l.22.§.ſi curator,& l.27.§.morte,D.mandati.§.is qui exequitur, & §. ſed vtilitatis,Inſtit.de mandato.*Explere*,l.27.§.qui mandatum,D.mãdati.*Implere*,l.5.D.eod.tit. *Inſtaurare*,l.56.§.non ideò,D.eodem. *Suſcipere*, l.36.D.ad municipal. l.46.D. de neg. geſt.l. 12.§.contrario,& §.ſi aduleſcens,l.20.& l.22.§.vlt.l.41.& l.43.D.mandati, l.6. §.illud, D.de his qui not.infa.

Mandatum conſummari,l.22.§.ſicut,D.mandati,& §.mandatum,Inſtit.eodem.*Impletum*,l.26. D.mandati.*Suſcipi*,l.1.& l.39.D.eod.tit.*Suſceptum*,l.22.§.vlt.D.eod.tit.

Mandatum egredi, l.41.D.mandati.*Mandati fines cuſtodiendi*,l.10.D.eod.

Mandati fines excedere,l.5.D.eod.tit.*Formam egredi*, Gaius in Epitom.Inſtit.Tit.17.

Mandatum, ſi dum adhuc integra res ſit reuocatum fuerit, euaneſcit,§.rectè, Inſtitut.de mandato. *extinctum eſt finita voluntate*, l.12.§.ſi mandauero,D.mandati.*Intercidit,defuncto eo qui Mandatum ſuſcepit*,l.57.D.eod.*Soluitur morte eius cui mandatum eſt, ſi is integro adhuc Mandato deceſſerit*,l. 27.§.morte,D.eod.

Mandati agere, l.30.l.31.& l.45.§.si iudicio, D.mandati, l.18.D. de fideiussorib. *Agi*, l.34.§. vlt.l.45.§.quotiens.D.mandati. *Condemnari*, l.6.§.illud, D.de his qui not.infam. *Conueniri*, l.1. §.si fideiussor, D.si quid in fraud.patr. *Conueniendus est*, l.43.D.mandati. *Teneor*, l.6.§.si passus, D.mandati. *Teneri*, l.12.§.idem ait, D.eod.tit.§.& adeò, Inst.eod. tit.

Mandati Iudiciũ Dari, Competere, vel, *non*, l.41.D.mandati. *Mandati iudicio conueniri*, l.59.in pr. §.Paulus, D.mandati. *Teneri*, l.32.& l.55.D.eod. *Mandati iudicio persequi id quod soluerit*, l.29. D.mandati. Cicer.pro Sex.Ros.Amer. *In priuatis rebus si quis rem Mandatam, non modo malitiosius gessisset, sui quæstus, aut commodi causa, verum etiam negligentius: eum maiores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque Mandati constitutum est iudicium, non minus turpe quàm furti: credo, propterea quod, quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur: quàm qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium, &, quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem.*

Mandati Actio, duplex est: *Directa*, &, *Contraria*: illa, Mandatori: hæc, ei qui Mandatum suscepit, datur. Vetus Glossar. *Mandati actio*, ἀγωγὴ, ὅταν ἐγχειρήσῃ δοῦλος τὸ τοῦ πρωτοτύπου ἀγωγὴν κατὰ τοῦτου ὑπὲρ ἀναλήψεως ὧν ἀπώφλησεν ὑπὲρ αὐτοῦ.

Contraria Mandati actione agi, l.54.§.vlt.D.mandati. *Contrario Mandati iudicio experiuntur qui Mandatum susceperunt: vtputa, qui rerum, vel rei vnius, procurationem susceperunt*, l.12.§.contrario, D.mandati. *Quod ob rem iudicatam Procurator soluerit, Cõtrario Mandati iudicio reciperare debet*, l.46. §.procurator, D.de procuratorib. *Quod procurator emptori præstiterit, Contrario iudicio Mandati consequetur*, l.14.D.de publiciana.

Alieno Mandato, l.22.§.vlt.D.de iure fisci. *Mandato præcedente*, l.3.D.rat.rem hab.l.58.D.mãdati. *Nullo intercedente Mandato*, l.34.§.si nullo, D.de solutionib. *Non refragante Mandato*, l.68.D. de procuratorib.

MANDATA appellantur præcepta principum, quæ Præsidibus in Prouincias proficiscentibus dabantur, quibus omnia quæ eorum muneri & officio incumbebãt, continebantur. l.3. D.de collegiis. l.3.§.1. D.de donatio. inter vir.& vxor. *Mandata principalia quæ Præsidibus dantur*, l.35.D. de pœnis, l.1. D. de collegiis, *Mandata principis*, l.1.§. si quibus, D. de legat.3. *Principum*, l.3.D.de offic.præsid. l.5.D.de seru. exportand. & apud Frontin. in Procœmio, lib.1.de Aquæductibus. *Imperatorum*, l.7.§.1. D.de iure patronat. Iustinian. Nouell.17. οἱ ἐν τοῖς ἀρχαῖς θελουσίοις ῥητὰ παρεῖχον παραγγέλματα, *Mandata Principis*, αὐτὰ καλοῦντες, καθάπερ ἐχρῆν αὐτοὺς διακυβερνᾶν τὰς ἀρχάς. Idem Nou.31. καὶ τῶν ἡμετέρων θεσπισμάτων ἀναμιμνησκόμενον, ἅπινα δώσομεν αὐτῷ σὺν τοῖς τῆς ἀρχῆς συμβόλοις. ἐκάλουν δὲ ταῦτα καὶ οἱ πάλαι. *Mandata Principis*. quæ idem Nou. 30. θεῖα *Commonitoria* vocat. Lucian. ἐντολὰς appellat in Libello περὶ τοῦ ἐν τῇ μεταχειρούσῃ πλάσματος, cùm ait, Καὶ ὃν τῷ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ, ὁ ἀεὶ καὶ θεσμὸς βασιλέων λαμβάνεται, τοῦτο πρῶτον ὄφλει θεσπίσμα, &c. Cuius loci sententiam memini me lib.3. Formular. exponere, ex quo ea de Mandatis Principalibus testimonia, quæ hic desunt Plin. Epist.64. lib.10 *Nam sicut Mandatis tuis cautum est ne restituam aut ab alio aut a me relegatos.* Epist.11. lib.10. *Vtebatúrque Mandatis tuis, quibus eiusmodi donationes vetantur.* & Epist.112. *Largitiones ex publico fieri Mandata prohibent.* Tertullian. in lib. ad Scapulam, *Videtis ergo quomodo vos contra Mandata faciatis, vt confessos negare cogatis.* Eodémq; sensu apud eumdem in Apologetico, & in libro de Ieiunio, verbum *Mandatorum* accipiendum est.

Caput Mandatorum, l.27.§.vlt.D.de pœnis, & apud Frontin. lib.2. de Aquæductib. *Caput ex Mandatis*, l.1.D.de testam. mil.

Mandatis adiicitur, l.19.D.de offic.præsid. *Cauetur*, l.6.D.de appellat.recipien. l.4.§.1. D.ad L.Iul.pecul. l.6.D.de extraord.crim. l.7.§.1.D.de iure patronat. *Continetur*, l.6.§. vlt. D. de offic.proconsul. *Permissum est*, l.13.§.vlt.D.de verbor.signific. *Præcipitur*, l.5. D.de seru. export. l.1.D.de collegiis. *In Mandatis principum est*, l.3.D.de offic. præsid. *Contra Mandata Vxorem ducere*, l.65.D.de ritu nuptiar. & l.2.D.de his quæ vt indig.

Atque interdum horum *Mandatorum* capita quædam interdum à Præsidibus in Prouinciis sub Edicto proponebantur, vt apparet ex l.6.§.1.D.de custod.& exhibit.

Mandata Reipublicæ, l.36.D.ad municipal.

Mandata quoque morientium dicuntur, apud Tacit. in Agricola, & Sil.Italic. lib.15. Et ita *Mandata de funere*, apud Sueton. in Augusto, cap. vlt. *Suprema Mandata*, apud Senec. in Medea Actus 3.Sc.2.

MANDATV, pro mandato, l.35.D.de procuratorib. l.3.de offic.eius cui mãd.l.26.D.de minorib. *Mandatu amici*, l.26.§.vlt.D.mandati. *Creditorum*, l.32.§.vlt.D.eod.tit. *Domini*, l.1.§.tutor, D.pro emp.l.1.& l.63.D.de procuratorib.l.9.D.cõmu.diuid. *Patris*, l.23.D.de minorib.

Meo,

Meo,l.26.§.siderum,l.45.& l.49.D.mandati,l.11.D.qui satisd.cogan.l.95.§. si mandatu, & l. vlt.D.de solutionib.l.30.D.de legat.3.l.19.D.de dam.inf. *Tuo*,l.26.§.mandatu, D.mandati.

MANDRAGORÆ fit mentio in l.3. §.1. D. ad L. Cornel. de sicar. Planta est, cuius duo genera, maris, & feminæ, appellationibus distinguuntur. Plinius lib. 25. cap.13.*Mandragoram alij Circium vocant. Duo eius genera: candidus, qui & mas: niger, quæ femina existimatur, angustioribus foliis quàm lactucæ, hirsutis & caulibus, radicibus binis terniśve, rufulis, intus albis, carnosis, teneriśque, pænè cubitalibus.* Quæ ille ex Dioscoridis fontibus hausit, cuius è lib. 4. cap. 71.verba sunt hæc: Μανδραγόρας, οἱ δὲ ἀνθρωμορφον, οἱ δὲ θηριόμορφον: οἱ δὲ Κιρκαίαν καλοῦσιν, ἐπειδὴ δοκεῖ ἡ ῥίζα φιλτρῶν εἶναι ποιητική. Ex quo apparet apud Plinium, *Circæam* legendum, non *Circium*. Ille enim nomine, MANDRAGORA, quasi amatoria radix, seu amoris conciliatrix, à Græcis appellabatur: ea ratione, qua & *Gramen Circæum*, dixit Propertius lib.2.Eleg.1.& *Circæum poculum*, Cicero Diuinat.in Verrem, & *Circes pocula*, Horat.Epist.2.

Sanè Columel. lib.10.non procul ab initio, *Semihominem* Mādragoram, *vesano gramine*, dixit: quā & Ἀνθρωπόμορφον Pythagoras vocasse fertur, an ab humana specie, quam ea radix, impostorum arte, vulgò representat: an quòd re vera genitalis radix, à medio ad imum bifida, bifurcatáque proueniat, adeò vt crura, humana figura, habere videatur? Mādragoræ autē mala καρπικὰ esse, & soporem grauem inducere, Dioscorid.tradit. Vnde Suidas, Μανδραγόρας, inquit, ὑπνωτικὸς καρπὸς, ἢ λήθης ποιητικός. Hesichius, Μανδραγόρας, εἶδος βοτάνης οἰνικὸν καὶ ὑπνωτικόν.

MANERE est morari, & vt Non.Marcell.explicat, *loco insistere. Si pater eius in adoptione* MANsisset, l.1.§.qui habebat, D.de bonor.possess.contra tab.

Manere in ciuitate,l.17.D.de procuratorib.l.71.D.de euictionib.l.19.D.de reb.dub.

Manere in familia,l.5.D.de his qui sui vel alie.

Manere in matrimonio, l.41.§.testamento, D.de legat.3.*in Numeris*,l.4.D.de test.mil.*In ordine decurionum*, l.40.D.de iniuriis. *In Potestate patris*, l.40.§.1.D.de pigne.act.l.8.D.si tab. test. l.52.§ idem Papianus, D.pro socio.id est, *remanere*, vt l.8.D.de his qui sui vel alie. *qui in Potestate* MANsit, l.16.& l.18.D.de legat.præstand.l.23.D.de fideic.libert.l.23.D.si quis omissa *si in Potestate Mansisset*, l.8.§.vlt.D.de bonor.poss.cont.tab.l.42.D.de condic.& dem.

Qui MANserunt *in Potestate*, Vlpian.Tit.29.Regul. *Nepos Manens in Potestate*,l.1.§.1. D. si à parente quis *Nepotes in Potestate Manentes*,l.1.§.1.D.de coniung.cum emanc. *Manenti in Potestate*, l.20.§ legata, D.de bonor.poss. *In aui Potestate Manenti*,l.28.D.de testam.mil. *In Potestate* MAnente *filia*, l.10.D.de sponsalib. *In Potestate* MAnens, & *Emancipatus* opponuntur l.3.§.sed vtrum, D.de minorib.l.52.§.idem Papinianus, D.pro socio,l.10.§.vlt.D.de fideiussorib.l.67.§.1.D. de ritu nupt.l.1.§.filium, D.de bonor.possess.cont.tab. Item, *in Potestate* MAnens, & MAnumissus, l.1.§.1.D.si à parente quis.

Si MAnserit *in hereditate seruus*, &, *si exierit*, aduersantur, l.8.D.de ser.corrup. *si* MAsit *in ea voluntate testator*, l.vlt.§.vlt.D. de liberat.lega. *Si in eodem statu Titius* MAneat, l.38. D.de solutionib.&, *si in eadem causa Maneat*, ibidem. MAnet *ciuis*, l.5. D.de captiuis, l.vlt. D. de legationib.

Vtrum omnes iidem MAneāt, *an pars* MAneat, *vel omnes immutati sint*, l.7.§.vlt.D.quod cuiuscum. vniuers. *qui* MAnet *debitor fisci nihilominus*, l.12.D.ad L.Iul.peculat.

Manet obligatus, l. 66. D. de solutionib. l. 15. D. de duob. reis. *quatenus* MAneret *filius ex stipulatu obligatus*, l.49.D.de verb.oblig. *Cùm reus obligatus* MAneat, l.21.§.vlt. D. de fideiussorib. *vt in reliquum tantùm tibi* MAneat *obligatus*, l.21.D.de donationib. *alter obligatus* MAnebit, l. 38.§.vlt.D.de solutionib. *pignus* MAnebit *obligatum*, l.43.§.pignus, D.de ædilic.edi. *Manere possessor*, l.3.§.si rem.D adquir.possess. *Tutor Manet*, l.9.§.si tutori, D. de tutel.& rationib.

Vt in eadem conductione colonus Maneat, l.9.C.de locato, *In obligatione* MAnebit *seruus*, l.11.§.vlt. D.de legat.2.

Manere in bonis statua, l.2.D.de sepulch.viol.

Corpora MAternæ *hereditatis quæ in eadē causa dominij Manserant*, l.77.§.dulcissimis, D.de legat.2. *Quominus res in causa hereditaria* MAneant, l.vlt.D.vt in possess. legat. *Quæ de reditu prædiorum in eadem causa* MAnserunt, l.93.D.de legat.3. *Fructus in causa pignoris Manent*, l.24.§.vlt.D.locati.

Quāmdiu Ædificium MAnet, &, *Ædificio dilapso*, opponuntur, l.6.D.de diuisio.rer.

MAnere *Arborē in suo statu*, l.7.D.de seruit.præd.vrb. *Fundo altero* MAnente *seruo*, l.6.§.vlt. D. quemadm.seruit.amitt. *vt Solum perpetuo eiusdem iuris Mansisset*, l.24.D.quib.mod.vsusfr.

Manent nummi eius, l.78.D.de solutionib. *Nummi tui* MAnebunt, l.1.§.1.D.de stipulat.seruor. *Si septem testium signa Maneant*, l.7.D.de bonor.poss.sec.tab. *Rerum diutius* MAnsurarum *apparatus*, l.12.D.de instruct.vel instrum.

Manere etiam dicuntur res incorporales, veluti Actiones obligationes, & iura quæ non corrumpuntur, nec depereunt sed salua, integra & illæsa permanent quæquè in suo statu & in pristina causa durant. *Manet actio*, l. 5. §. manet. D. de reb. eorum, l. 11. D. de tutel. & rationib. *Manebit actio*, l. 108. §. 1. D. de legat. 1. *Manebit integra* actio, l. 13. §. vlt. D. de interrogationib. *Manebit apud heredem* actio, l. 55. D. ad Sc. Trebell. *Manent actiones*, l. 47. D. de ædilic. edic.

Manere Actus, &, *periisse*, opponuntur l. 2. D. quemadmod. seruit. amitt.

Donec Maneat inter eos Adfinitas, l. 8. D. de condict. cau. data.

Manere causam pignoris, l. 18. §. si fundus, D. de pign. act.

Manet contractus, l. 23. D. de except. rei iudic. *Datio curatoris*, l. 16. D. de curat. fur. *Dominium*, l. 16. D. de adquir. possess. *Manere fideicommissum*, & *ademptum esse*, aduersantur, l. 3. §. vlt. D. de adim. lega.

Manet iudicium, l. 9. D. fini. regund. l. 4. §. 1. de aqua & aqu. pl. *Mansisse iudicij exsecutionem*, l. 78. §. rogatus, D. ad Sc. Trebell. *Mansisse fructus ius integrum*, l. 57. D. de vsufructu. *Manet ius operarum*, l. 28. D. de oper. libert. *Ius seruitutis*, l. 6. §. 1. D. quemadm. ser. amitt.

Vtile Manere legatum, l. 65. §. vlt. D. de legat. *Salua Manere legata*, l. 12. D. de his quæ vt indig. *Manent legata*, & *libertates*, l. 14. D. de iure fisci. *Legatum apud heredem Manet*, l. 71. §. Titio genero, D. de condic. & dem.

Manere Nomen dicitur, quod nondum est exactum, l. 43. §. vlt. D. adminis tr. & peric. *Ea quæ in nominibus erunt, Manent in suo statu*, l. 3. D. pro socio. *Manere Obligatio*, l. 38. §. vlt. D. de condict. indebiti. *in suo statu*, l. 21. D. de fideiussorib. *in sua causa*, l. 47. D. de pactis. *pristina obligatio*, l. 46. D. de solutionib.

Manebit in peculio persecutio, l. 42. D. de furtis. *Pœna etiam post mortem Manet*, l. 2. D. de cadauer. punit. *quamdiu Manet Precarium*, l. 13. §. si is, D. de adquir. possess.

Manebit seruitus, l. 13. D. de seruit. præd. rust. l. 15. D. quemadm. seruit. amitt. l. 30. D. de seruit. præd. vrb. *priuati iuris Manet seruitus*, l. 14. §. 1. D. de seruitutib.

Manet in suo iure testamentum, l. 29. §. quamuis, D. de inoffic. test.

Manente Actione, l. 11. D. arbor. furtim cæsar. *Appellatione*, l. 60. D. mandati. *Communione*, l. 14. §. 1. D. communi diuid. *Iudicio*, l. 14. D. de interrogationib. l. 45. D. mandati.

Manente adhuc iudicio, l. 60. D. de condict. indeb.

Manente materia, l. 24. D. de adquir. rer. dom.

Manente Matrimonio, id est, constante, l. 18. & l. 20. §. si conuenerit, & l. 29. D. de pact. dot. l. 61. D. de condicion. & demonstr. l. 8. & l. 33. D. de donationib. int. vir. l. 65. §. numquam, D. pro socio. l. 43. D. de adminis tr. & peric. l. 66. §. si vir, D. sol. matr. l. 46. l. 73. & l. vlt. D. de iure dot. *Manente Matrimonio*, &, *soluto*, opponuntur, l. 22. D. de re iudic.

Manente Obligatione, l. 26. §. vlt. D. de pecun. cõst. *Officio tutelæ*, l. 39. §. tutorib. D. de adminis t. & pericul.

Manente adhuc Precario, l. 5. D. de precario. *Manente re integra*, l. 14. D. de quib. reb. ad eund. *Societate*, l. 27. & l. 65. §. numquam, D. pro socio. *Manente societate*, &, *dissoluta ea*, opponuntur, l. 56. D. eod. tit. *Manente Testamento*, l. 15. D. quæ in fraud. cred. *Manente eodem Testamento*, l. 17. D. de fideicomm. libert. l. 25. D. de testamen. milit.

Manente eadem voluntate, l. 96. D. de legat. 1. *Voluntatis reliquiis in furiosis Manentibus*, l. 8. D. de his qui sui vel alie.

Manente vsufructu, l. 38. §. qui hominem, D. de solutionib.

Manes, ait Apul. lib. de dæmonio Socrat. dicuntur *animæ melioris meriti*. Vnde sepulchra & monumenta Imperator Iulianus *Manium ædificia*, vocat l. 4. D. de sepulcr. violat. in Cod. Theod. Virgil. lib. 4. Æneid. *Id cinerem aut Manes credis curare sepultos*. Plin. Epist. 27. lib. 7. *domus postea ritè conditis Manibus caruit*. Macrob. in Somno Scipion. cap. 12. *Cùm Sol Aquarium tenet, Manibus parentetur. Manibus accitis*, l. 6. C. de malefic. & math. Horat. Saty. 8. lib. 1. de veneficis. *Cruor in fossam confusus, vt inde Manes elicerent, animas responsa daturas*, id est, *manes mortuorum euocarent*, vt vet. interpres explicat.

Mangones, l. 207. D. de verbor. sign. & apud Sueton. in Domitiano, cap. 7. ita venalitiarij & qui mancipia venalia habẽt, vocantur, quos *Mancipiorum negotiatores*, appellat Quintil. lib. 5. cap. 12. his verbis, *Non alio, medius fidius, vitio dicentium, quàm quo Mancipiorum negotiatores formæ puerorum, virilitate excisa, lenocinantur. Nam vt ij robur, ac lacertos, barbámque ante omnia & alia quæ natura propria maribus dedit, parum existimant decora, quæque fortia, si liceret forent, vt dura, molliunt.*

sunt. Seneca lib.4.de Benefic.cap.13.*Mercator vrbibus prodest, Medicus ægris,* Mango *venalibus.* Idem Epist. 80.*Mangones quidquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt.* Ac planè id genus hominũ ad lucrum potius vel turpiter faciendũ pronius esse, ait Paulus, l.44.§.1. D.de ædilic.ed. Quintilian.Declamat.340. *Quàm multa facere possit aduersus puerum* Mango *iratus, aut illi fortasse pretium, excisa virilitate, producet: aut ob infelicis contumeliæ annos venierit in aliquod lupanar. Res est nobis cum homine qui non erubescit, nihil reseruat: etiam periculosè auarus est.* Mangones autem Ἀνδραποδοκάπηλος Græci vocant. Harpocration in Lexico, Ἀνδραποδοκάπηλος, ὁ νῦν λεγόμενος σωματέμπορος, ἀπὸ τὸ καπηλεύειν τὰ Ἀνδράποδα, ὃ ἐστὶ πιπράσκειν. Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ Ἑρμωνος.

Manicæ *ferreæ,* pro catenis quibus manus reorum vinciuntur, l.1. C.de custod.reor. Non. Marcell. *Manicæ, quibus manus vinciuntur. Plaut. Asinaria. Vbi manus Manicæ complexæ sunt.*

Manifestare, id est, manifestum facere & apertè declarare. *Opinionem suam per relationem manifestare,* l.9.D.de appellationib.recip. *quæ Manifestabunt tot possessores,* l.vlt.§.si plures, D.de bon.damn. *Vsucapionem processisse* Manifestatur, l.17.D.ex quib.caus.ma. *Ex Rescripto D. Pij* Manifestabitur, l.2.D.de his qui sui vel al. *Rescriptis quibusdam* Manifestatur, l.7.§.1. D. de interdict. & releg. *Ex his verbis* Manifestatur, l.5.§. Prætor, D.de his qui deiece. *quorum alterutrum ipsis verbis pronuntiationis* Manifestatur, l.1.§.1.D.ad Sc.Turpil. *Cùm exhibitis tabulis admissum eius magis* Manifestetur, l.3.§.si quis dolo, D.de tabul.exhibēd. *Antequam modus agri Manifestetur,* l.13.§.si Titius, D.de action.emp. *Si hoc incertum est, nec potest nec per subtilitatem iudicialem* Manifestari, l. 10.§.vlt.D.de reb.dub. *Cùm plenissima testatoris erga adfinem voluntas, ab eo quoque* Manifestetur, l.27.§.1.D.de instruct.vel instrum.

Manifestari, *pignoris causa,* l.9.D.in quib.caus.pign.vel hipoth.

Manifestvs *Fur,* est, qui cum furto deprehenditur, &, vt Græci dicunt, ἐπ' αὐτοφώρῳ, l.3. l.4.& l.5.cum seq.D.de furt.l.10.D.de condict.furt.Gaius lib.2.Instit.Tit.vlt.§.manifestus, Instit.de obligationib.quæ ex delicto. Paul.lib.2.Sent.Tit.32. Manifestus *fur est, qui in faciendo deprehensus est, & qui intra terminos eius loci vnde quid sustulerat deprehensus est, vel antequam ad eum locum, quò destinauerat, peruenirent.* Plautus *Manifestarium furem* appellat Aulular. Act.3.Sc.1.Eadémque loquendi figura Mœchum Manifestarium vocat in Bacchidib. Moschopulus περὶ σχεδὸν. φορᾷ τὸ κλέπτοντα καταλαμβάνω. ἀφ' ἑαυτοφώρῳ, ἤγουν, ἐπ' αὐτῇ τῇ κλοπίᾳ. Suidas, ἐπ' αὐτοπίᾳ, ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐπ' ὀφθαλμοῖς, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι ἁλός.

Manifestum Furtum intelligitur, *quamdiu fur, rem furtiuam tenens, visus, vel deprehensus fuerit, siue in publico, siue in priuato, vel à Domino, vel ab alio, antequam eò peruenerit quò perferre ac deponere rem destinauerit,* §.imò vlterius, Instit.de obligationib.quæ ex delicto. *Si quis furtum mihi facientem deprehendit negotium meum agens,* Manifesti furti *actionem mihi parat,* l.24.§.vlt.D.de vsuris.

Manifesto furi, *nec* Manifestus opponitur, *nec Manifestus* autem *Fur,* ait Paul. lib.2.Sentēt.Tit. 32. est, *qui in faciendo quidem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest,* Iustinian. in §.nec Manifestum, Instit.de obligationib.quæ ex delicto. *quod Manifestum furtum non est, id scilicet nec Manifestum est.*

Manifestus Latro, l.6.§.quid tamen, D.de iniur.emp. Manifestissimus *testator ex scriptura,* l.33.D. de legat.1.

Manifestæ *cædis reus,* Liuius lib.2. Manifesta *calumniatrix,* l.1.§.si ea, D.de vent.in poss. Manifesta *calumnia,* l.1.§.si ea, D.de vent.in poss. l.43.D.de hered.pet.l.3.§.causa.D.de Carbon.edic.l.8. §.certum, D.de legat.2.

Manifestam *habet æquitatem,* l.1.D.de collat.bonor. *Vt* Manifesta *arbitri iniquitas appareat,* l.79. D.pro socio. Manifestior *iniquitas,* l.56.D.de iure dotium. Manifestis *rationibus probare,* l.4. C.de pignerat.act. Manifestis *probationibus apparere,* l.1.C.de fide instrum. Manifestissimæ *probationes,* l. 3.D.de iure fisci. Manifestæ *turpitudinis est,* l.38.D.de iureiurando. Manifesto *argumento comprobat,* l.64.D.de hered.instit. Manifestum *est,* l.5.§.si post.D.si vsufruct.pet.l.vlt.D.de offic. eius cui mand.l.52.D.de adqui.poss.l.69.D.de legat.3.l.12.D.de aqua & aqu.plu.l.3. D.de dot.præleg.l.11.D.de liber.leg.l.95.§.quæsitum, D.de solutionib.

Manifestum *est testatorem aliud sensisse,* l.69.D.de legat.3. *nisi* Manifestum *esset de dote quoque restituenda testatorem sensisse,* l.78.§.maritus, D.ad Sc.Trebel. Manifestum *esse, Testatorem voluisse,* l.41. §.Stichus, D.de fideic.libert. *Etiam si* Manifestum *sit,* l.46. D. de hered. instit. *vt* Manifestum *sit,* l.5.D.de condic.caus.da. *Plusquam* Manifestum *est,* l.5.§.heres, D.de obligationib.& act. l.8. D. de sponsalib.l.8.§.arbitratu, D.de transactionib.l.8.D.de adquir.vel omitt.

Manifestius *est,* l.10.C.famil.erciscund. Manifestissimum *est,* l.48. D.de pactis. l.1. D. de verbor. obligat.

Alio modo, quàm sermone, MANIFESTVM *facere, velle se,* l. 29. D. de adoptionib. *Si hoc ei* MANIFESTVM *fecerit,* l. 5. §. 1. D. de condict. cau. da.

Manifestum Ius, l. 21. D. rat. rem hab. l. 2. C. quand. prouoc. *Manifesti Iuris est,* l. 1. C. de Eunuchis, l. vlt. C. de in integr. restit. l. 18. C. de fideicommiss. l. 8. C. qui potiores in pign.

Manifestissimum Ius, l. 4. C. ne filius pro patre. *Manifestissimi Iuris est,* l. 24. C. de donationib. l. 20. C. de iure dotium, l. 3. C. quib. res iudic.

MANIFESTÈ *adprobare voluntatem,* l. 27. D. de instru. vel instr. *Nisi* MANIFESTÈ *voluntas defuncti adprobaretur,* l. 78. §. 1. D. de legat. 3. *Manifestè apparere,* l. 32. D. de recep. qui arbit. *Manifestè cauetur,* l. 11. D. de exceptionib.

Manifestè complectitur, l. 56. §. qui sibi, D. de verbor. oblig. *Nisi* MANIFESTÈ *docuisset eam testantis voluntatem fuisse,* l. 16. D. de dot. præl. *Si qui petet,* MANIFESTÈ *docerent, eo animato pronum esse cœpisse,* l. 88. §. Lucius, D. de leg. 2. *Si* MANIFESTÈ *studium non soluetis probaretur,* l. 41. §. 1. D. de fideic. liber.

Nisi testatorem MANIFESTÈ *probetur voluisse,* l. 19. D. de annu. legat. *vt* MANIFESTIUS *dicam,* l. 16. D. de iure codicil.

MANIFESTÒ, *pro* MANIFESTÈ, l. 3. §. 1. D. de Capite minutis.

MANIPVLARIVS, l. 3. ad. L. Iul. repetund. in C. Th. Seneca lib. 3. de Ira, cap. 22. *Quid facilius fuit Antigono, quã duos Manipulares duci iubere?* MANIPULOS autẽ, vt ait Varr. lib. 4. de ling. Lat. appellabant *exercitus minimas* MANUS, *quæ vnum sequuntur signum.* Idẽ lib. 5. *cùm iungit plures* MANUS, MANIPULUS, vnde *Manipularis miles.* Vegetius lib. 2. cap. 13. *Contubernium, Manipulus vocabatur, ab eo quod coniunctis Manibus pariter dimicabant.* Idémque cap. sequen. Inter pedites *Manipulum & Centuriam* appellari, vt inter equites *Turmam.* Donatus in Eunuchũ Terentij Actus 4. Sc. 7. ad hæc verba. *Manipulus furum:* MANIPULUS *propriè est Militis. Cùm Romani & Latini, sub vno Centurione bellum adgressuri deputabantur, sibi fertum, vel Coronam ex* MANIPULO *herbæ conficiebãt, quem pro signo sequebantur.* Non. Marc. *Manipuli sunt manus militum, vel collecti viri.*

MANSIO ab *Oppido, Ciuitate, Vico,* separatur, l. 35. de cursu publ. in C. Th. l. 119. de decurion. eodem C. *Mansiones* autem appellabant, ad iter metiendum dispositas, tam militum officialiúmq; quàm animalium cursui publico deputatorum, stationes, l. vlt. §. hi quoque, D. de munerib. & honorib. l. 8. C. de annon. & tribut. lib. 10. l. 2. C. de lucris, aduocat. lib. 12. l. 119. de decurionib. in C. Th. l. 2. de cõcussionib. aduocat. in eod. Cod. Cuiusmodi diuersoriis milites expeditionis causa iter facientes excipiebantur. Hinc B. Hieronymus ἀπάρσεις τῶ σταθμῶν in Quæstionib. *Mansiones* vertit. in huiusmodi vtique Mansionibus etiam Horrea fuisse annonariis speciebus & pabulis instructa, docet l. 2. C. de condit. in publ. hor. lib. 10. Eáque gratia *Modios cum sextariis atque ponderibus*, per singulas Mansiones haberi, constituunt Impp. l. 9. C. de susceptorib. vt vnusquisque tributarius, sub oculis constitutis rerum omnium modiis, sciret quid deberet Susceptoribus dare. *Pabula quæ ad Mutationes,* MANSIONÉSQUE *singulas, animalibus cursui publico deputatis solebant conuehit,* l. 9. de anno. & trib. in Cod. Theodosian. Lamprid. in Alexand. *Illa die, illa hora, sum exiturus, &, (si dij voluerint) in prima* MANSIONE *mansurus. Deinde, per ordinem* MANSIONES, *deinde stationæ, deinde, vbi annona esset accipienda.* Idem alio eiusdem libri loco. *Milites expeditionis tempore sic disposuit, vt in* MANSIONIBUS *annonas acciperent.* Symmach. Epist. 27. lib. 2. *Diligentiæ tuæ ratio digeratur, quæ possit ostendere, quot numero animalia collocaris, & quo paratu instruxeris* MANSIONES. D. Ambros. Oratio. de morte Valentinia. *Ecce postridie literæ de instruendis Mansionibus, inuectio ornamentorum regalium, aliáque eiusmodi, quæ ingressurũ iter Imperatorẽ significarẽt.* Sic & in Panegyrico incerti auctoris, quod Constantij filio dictum est, *itinere confecto consumptis copiis* MANSIONUM, *ne quis consequi posset, exercitus repente intra parietes consederat.* Et ita *Mansionem* accipe apud Sueton. in Tito, cap. 10. & Egesippum & lib. 4. cap. vlt. Proinde cùm Theodoricus Gepidas in Gallias custodiæ causa mitteret, vt est apud Cassiodor. Epist. 11. lib. 5. Variar. *In auro,* ait, *vobis tres solidos per hebdomadam eligimus destinare, vt &* MANSIONES *vobis, prout herbarum copia suppetit, possitis eligere.*

Milites cum signis in propriis MANSIONIBUS *solitis ac publicis maneant,* l. 11. C. de re milit. lib. 12.

Ad *procurationem* etiam *clabularij cursus* electos *per singulas* MANSIONES collocari constituũt Impp. l. 23. de cursu pub. in C. Th.

MANSIONUM *præpositi,* l. 21. de decurionib. cod. C. Th.

Mala Mansio, vide S. hoc ipso lib.

MANSVETVS, Fero aduersatur. Donatus in Andriam Terent. Act. 1. Sc. 5. *Non ordinem reddit: Ferum enim reddit ad Mansuetum: quia feræ* MANSUESCUNT. *Mansuetum* autem *quasi ad manum venire suetum,* ait Festus. *Mansuetus Leo, vel alia bestia dentata Mansueta,* l. 1. §. bestias, D. de postulando.

Si pauo-

si Pauonem meum Manſuetum, cùm de domo mea effugiſſet, perſecutus ſis, l.37. D. de furtis, *Ceruos ita quidam Manſuetos habent, vt in ſiluas eant & redeant, quorum feram eſſe naturam nemo ambigit*, l.5. §. pauonum, D. de adquir.rer.do. §. pauonum. Inſtit. de diuiſio.rer. Varro lib.2. de re Ruſt. cap. 6. de onagro. *è Fero fit Manſuetus facilè: & è Manſueto, Ferus numquam.*

MANVSVEFACTA *Animalia, emitti, ac reuerti ſolita*, l.4. D. de adquir.rer.do.

MANSVETVDINEM *ſuam* Impp. appellant. l.3. C. de offic. præfec. præt. l.6. de diuerſ. reſcript. in Cod. Theod. & aliàs quoque non rarò.

MANVMITTERE, eſt de manu, id eſt, poteſtate, emittere: ſeu *poteſtate, liberare*, & *demittere*, vt loquitur Gaius in l.28. D. de adoptionib. *Manumiſſio*, ait Vlpian. *eſt de manu miſſio, id eſt, datio libertatis. Nam quamdiu quis in ſeruitute eſt, manui, & poteſtati ſuppoſitus eſt, Manumiſſus liberatur poteſtate*, l.4. D. de Iuſtit. & iur.

Diuerſam huius verbi notationem adfert Feſtus, *Manumitti*, inquiens, *ſeruus dicebatur, cùm dominus eius, aut caput eiuſdem ſerui, aut aliud membrum tenens dicebat, Hũc hominem liberum eſſe volo, & emittebat eum è* MANU. cui adſentiens Cornutus in Perſ. Sat.5. ad hęc verba, *quibus vna Quiritem vertigo facit*, ait, *Quotiens manumittebant, eos alapa percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant. Vnde Manumiſſio dicta, quid manu eius mitteretur.* Ac planè, ei quod de colapho infligi ſolito ſcribit, adſtipulatur D. Ambroſ. Epiſt.2. *Libertas*, inquit, *quam Manumiſſus accipit, & palma donatus adquirit.* Idémque in Emancipationibus obſeruatum aliâs docui.

Manumitti autem dicuntur, tam Liberi, quàm Serui, l.2. D. de offic. Procõſ. *Si quis rogatus ſit liberos ſuos Emancipare, an cogi debeat Manumittere*, l.62. D. de condicionib. & demonſtrat. *Sicuti pater filium* MANUMIſIſſET, l.4. D. quis ordo in poſſeſſ. l.107. D. de verbor. obligat. *Nepotem* MANUMITTERE, l.28. D. de adoptionib. *Si ex filio Nepotẽ Auus Manumiſerit*, l.5. D. ad Sc. Tertyl. Gaius lib.3. Inſtitut. vt eſt in Lege Dei, Tit.16. *& de eo filio qui, ex prima ſecundáque Mancipatione, poſt mortem Patris* MANUMITTITUR. Vlpianus Tit.11. Regular. *Filius quidem ter* MANCIPATUS, *ter Manumiſſus ſui iuris fit.* Idem in l.1. §.1. D. ſi à parente quis Manumiſſ. *Nepos ab Auo* MANUMIſſUS, *ſiue manens in poteſtate patris deceſſerit, ſiue* MANUMIſſUS *diem ſuum obierit.* Et mox, *perinde defert Prætor bonorum poſſeſſionem, atque ſi ex ſeruitute* MANUMIſſUS *eſſet.* Paulus in l.3. D. eod. tit. *à parente emancipatus & Manumiſſus.* & §. vlt. *ſi filia vel neptis Manumiſſa ſit.* Nec id mirum, cùm in imaginariam ſeruilem cauſam liberi in emancipationis ſolemnitate peragenda deducerentur, mancipārentúrq; & venirẽt, ac manumitterentur non aliter atque ſerui, l.3. §. vlt. D. de capite minut. Sic & Plinius Epiſt.18. lib.8. ſub ea condicióve filiam inſtitutam heredem narrat, *ſi eſſet* MANU *patris emiſſa*, addítque, *emiſerat pater, adoptauerat patruus.* Vnde, Pater, Auúſve qui emancipārat, *Manumiſſor* appellabatur, l.1. §. liberos, & l.vlt. D. ſi à parẽte quis, l.16. §.1. D. de inof. teſt. l.10. D. ad Sc. Tertyllian. l.2. C. eod. tit. l.18. D. de ſuis & legit. l.5. C. de dolo. Crebrius tamen *Manumiſſio*, de ſeruis, EMANCIPATIO, de liberis vſurpatur, l.1. §. alienatio, D. quando act. de pecul. Et ita, *Manumiſſor*, l.22. & l.28. D. de bonis libertor. l.3. D. de obſequiis parẽtib. l.4. D. quis ordo in poſſeſſ. l.24. §. vlt. D. de fideicommiſſar. libert. l.30. D. qui & à quib. l.32. D. de liber. cau. l.8. D. de adſign. libert. l.17. §. exigendi, D. ad municipal. l.15. D. de manumiſſionib. id eſt, patronus, qui ex ſeruitute manumiſit.

MANVMISSIO ait Iuſtinian. *eſt datio libertatis. Nam quamdiu quis in ſeruitute eſt,* MANUI *& poteſtati ſuppoſitus eſt:* MANUMIſſUS *liberatur poteſtate*, Inſtit. de libertin. *Multis autem modis*, vt ibidem addit, *Manumiſſio procedit. Aut enim, ex ſacris conſtitutionibus, in ſacroſanctis Eccleſiis, aut Vindicta, aut inter Amicos, aut per Epiſtolam, aut per Teſtamentum, aut per aliam quamlibet vltimam voluntatem*, Illis autem Manumiſſionum generibus, interdum, Ciuitatem Romanam, interdum, ſolam Latinitatem Manumiſſi conſequebantur. Et quidem ciues Romani, quemadmodum Vlpianus, Tit.2. Regular. & Theophil. in Tit. de libertinis, docent, efficiebantur Libertini, qui *Vindicta, Cenſu*, aut *Teſtamento*, nullo iure impediente, manumittebantur: vt & Cicero Topic. indicat. At inter Amicos, per Menſam, aut per Epiſtolam, Manumiſſi Latini liberti fiebant, vt docui lib. ſuperiore. *Vindicta* autem MANUMITTI dicebantur, qui vindicta impoſita, apud Magiſtratũ populi Romani, poteſtatémve, & eum apud quam legis actio eſſet, pro tribunali, vel in tranſitu, manumittebātur, l.15. §. plures, & l.17. de manumiſſ. vind. & l.15. §. vlt. D. qui & à quib. quo genere *Manumittebantur, apud cõſiliũ*, l.6. & l.24. D. de manumiſſ. vind. §. eadẽ, Inſt. quib. ex cauſ. man. *Apud Conſulem*, l.14. D. de manumiſſ. l.20. §. vlt. D. de manumiſſ. dic. l.1. D. de offic. conſul. Vlpian. Tit.2. Regular. *apud Magiſtratum*, l.18. D. de manum. vind. Vlpian. Tit.2. Regular. *apud Præfectum Ægypti*, l.21. D. de manum. vindic. *apud Præſidem*, l.2. D. de offic. præſid. l.5. §. vlt. D. de condic. cau. da. *apud Prætorem*, l.1. l.8. & l.22. D. de manumiſſ. vindic. l.1. D. de offic. prætor. Vlpian. Tit.2. Regul. *apud Proconſulem*, l.17. D. de manum. vin-

dic.l.2.D.de offic.proconſ.Vlp.Tit.2.Regul.

Imperator vtique cùm *Manumittebat, Vindictam non imponebat*, ſed, cùm voluerat, liber fiebat, is qui manumittebatur, *ex Lege Auguſti*, l.14.D. de manumiſſionib. Quinetiam apud Conſulem in villa rectè manumiſſum ſeruum, etiam ſi *Lictoris præſentia non eſſet*, Vlpian. teſtatur l.8.D.de manumiſſ.vindic. Hermogenianus verò ſuis temporibus, *Manumiſſionem per Lictores, domino tacente, expediri* conſueuiſſe, *verbáque ſollemnia* quæ à Feſto perſtringuntur, licet non dicantur pro dictis accepta, tradit in l.23.D.de manumiſſ.vind.

Cenſu, ait Vlpian. Tit.2.Regul. *Manumittebatur*, olim, *qui luſtrali cenſu, Romæ, iuſſu dominorum, inter ciues Romanos profitebantur.*

Teſtamento verò *Manumitti* dicebātur, quibus directa libertas à teſtatore relinquebatur, quíque liberi eſſe, Teſtamento iubebantur, Rubr.de manumiſſis teſtam.l.28.D.de liberat.legat. l.94.§.vlt.D.de legat.1.

Publicè Manumitti, l.12.D.de fideic.libert. *qui Manumittitur à Corpore aliquo, vel Collegio, vel ciuitate*, l.10.§.qui manumittitur, D.de in ius vocan.

Matrimonij cauſa Manumittere & Manumitti, l.13.§.vlt.& l.14.§.vlt.& l.15.§.ſi duo, l.19. & l.20. §.1.D.de manum.vindict.

Manumiſſionis gratia donatio, Paul.lib.2.Sentent.Tit.24.

MANVS, notam habet ſignificationē. *Qui Manus amiſit*, l.10.D.qui teſtam.fac. *Cui digitus de Manu præciſus ſit*, l.10.§.1.D.de ædilic.edic. *Si incommodatur ad vſum Manus*, l.14.§.ſi quis digitis, D.eod.tit.

Manus ſibi inferre, l.vlt.D.de bonis eor.l.1.C.eod.tit. *Ferre*, l.38.§.vlt.D.de pœnis, l.1.§.ſi ſibi, D. de Sc. Silania. & apud Paul. lib.3. Sentent. Tit.6. id eſt, *Mortem ſibi conſciſcere*, vt loquitur l.43.§.mortis, D. de ædil.ed.l.45.§.eius, D.de iure fiſc. *Si filius patri aut matri impias Manus infert*, l.1.D.de obſeq.parentib. *Re fit iniuria, quoties Manus inferuntur, Verbis autē, quoties non Manus inferuntur*, l.1.§.1.D.de iniuriis. Et ita, *Si Manu iniuriam dedit*, l.37.D.ad Leg. Aquil. *Terræ & quodammodo ſolo ipſi, corrumpendo, Manus infert*, l.7.§.notauimus, D.quod vi aut clam.

Cum per ebrietatem, ad Manus, aut ad ferrum venitur, l.11.§.delinquitur, D.de pœnis.

Quia ad Manum nummos non habebam, l.19.§.cùm haberes, D. ad Sc. Velleian. *cùm præ Manu debitor pecuniam non haberet*, l.27.D.de pigner.act.

Chirographum perſcribere ſua Manu, l.26.§.1.D.de pignorib. *Patris voluntas hoc ipſum Manu ſua declarantis*, l.29.D.de teſtam.tut. *Sua Manu ſe exheredem ſcribere*, l.8.§.ſi quis ſua, D. de bonor. poſſ.cont.tab.

Si quis Legatum ſibi ſua Manu ſcripſerit, l.15.D.de L.Cornel.de falſ. *Si Manu ſua Teſtator Teſtamento, Codicilliſve, ſubſcripſerit*, dic.l.15.§.item Senatus. *Qui libertatem ſua Manu ademit*, l.6.§.1.D. eod.tit. *Si ſua Manu pater tuus te heredem ſcripſiſſet*, l.1. C.de his qui ſibi adſcrib. *Teſtator, legatum, ſeu fideicommiſſum, reliquiſſe tibi, ſua Manu adſcripſit*, l.2.C.eod.tit. *quæ in Teſtamento vxoris maritus, ſua Manu, legata ſibi adſcripſerit*, l.4.C.eod.tit. *Sua Manu ſignati & ſubſcripti codicilli*, l.6.§.licet, D.de iure codicillor. *Manu ſua factum Teſtamentum*, l.37.§.Titia, D.de legat.3.

Qui vinculis leuatus, Manibus tamen tenetur, l.48.D.de verbor.ſignific.

Obiicere Manus his qui ad rapienda bona alicuius veniunt, l.5.C.de iure fiſci, lib.10. *Si audaces, executoribus obiecerint Manus*, l.vlt.C.de his qui latron.

Manum opponere, l.20.D.quòd vi aut clam.

Per Manum, id eſt, *per lapilli iactum, prohibere*, l.5.§.meminiſſe, D.de oper.no.num.coniunct. l.6.§.1.D.ſi ſeruit.vind. *Manu prohibendus eſt*, l.50.D.de adquir.rer.dom.

Manu captus Ager, l.16. D. de adquirend.rer.dom. *Quod Manu fit*, l.28. D.de ſeruitut.præd. ruſtic.

Manu factus Agger, l.2.§. item varus, D.de aqu.& aq.pluu. *Manu facta foſſa*, l.1.§.ſi foſſa, D. de fluminib. *Quottens Manufacto opere agro aqua nocitura eſt, id eſt, cùm quis Manu fecerit, quo aliter flueret, quàm natura ſoleret*, l.1.§.hæc autem, D.de aqua & aqu.plu. *Opere Manufacto fluminis curſum auertere*, l.1.C.de alluuionib. *De operibus Manufactis*, l.2.§.apud Namuſam, de aqu.& aq. pl. *Seruus naturaliter, non Manu facto, lædere poteſt fundum ſeruientem*, l.20.D.de ſeruit.præd. ruſt.

Manu nocens aqua pluuia, apud Cicer.Topic.vbi Boët. *Aqua pluuia Manu nocens, eſt, quæ ita aliquo loco excipitur, vt inde profluens vicino noceat, ſi locus is non ſit naturaliter talis, ſed manu hominis excipiendæ aquæ fuerit apparatus.* Cùm *Manu ſata* in venditione fundi excipiuntur, non quæ in perpetuum ſata ſunt, nec quæ ex ſtipula naſcuntur, excipi intelliguntur, ſed quæ ſingulis annis ſeri ſolent, vt fructus eorum tollantur, l.70.§.fundi, l.8. D. de contrah. empt. Cæſar. lib.2. de bello ciuil. *Multáq; erant intra eum locum manu ſata, quibus interim iumenta paſcerentur.*

Manum

Manum iniicere, l. 20. D. de manumiſſionib. l. 9. D. de ſeru. exportand. Ouid. Eleg. 4. lib. 1. Amor. *Et dicam, mea ſunt, iniiciámque Manus.* Idem lib. 2. *Iniiciam dominas in mea iura Manus.* Liuius lib. 3. *Virgini, miniſter Decemuiri libidinis Manum iniecit,* ſerua ſua natam, ſeruã appellans. Mar. Seneca in Procœmio Controuerſ. *At cùm ſibi Manum iniiceret, & ſe blandiendo quo abduxerat reuocabat.* Luc. Seneca Epiſt. 109. *Leuiter corruptis Manum iniicit veritas.* Quintil. Declamat. 359. *Publicanus noluit ſcrutari: tranſlatis Manus iniicit, & ſuos dicit.* D. Auguſtin. lib. 1. contra Academic. *Iam ſibi profectò iniecisſet Manum, ſuíque iuris te eſſe proclamans & in bonorum poſſeſſionem traducens.* Impp. in l. 15. de bon. proſcript. in C. Theod. *Vxor proprias res, velut Manu iniecta, mox vindicet.* Sic & in l. 3. de his qui ad eccl. conf. *ad priſtinam ſortem, velut Manu mox iniecta, reuocentur.* Ouid. lib. 4. Faſt. *Quem Venus, iniecta, vindicat alma, Manu.* Similíque modo χεῖρα τοῖς κακοῖς ἐπιβάλλειν, dixit Ariſtides in Panathenaïc.

Manus iniectio, eſt rei vt iuris noſtri adprehẽdendæ abducendæque facultas, l. 9. D. de ſeruis exportand. *Manus iniectionem excepiſſe* dicebatur, qui ius ſibi prehendendi atque abducendi mãcipij retinuerat, l. 10. §. 1. D. de in ius. *Si priſtinus dominus iniectionẽ Manus in alienatione ſibi reſeruauerit*, l. 1. §. ſimilíque modo, C. de Latina libert. toll. *Manus iniectionem habere*, l. 2. C. ſi ſeruus exportand. vocand. *Qui Manus iniectionem vendidit.* l. 7. D. qui ſine manumiſſ. Seruius in illud Virgil. 10. Æneid. *Iniecere Manum Parcæ: Vſus eſt*, ait, *ſermone iuris. Nam Manus iniectio dicitur, quoties nulla iudicis auctoritate expectata rem nobis debitam vindicamus.* quem Virgilij verſum etiam enarrans Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 7. *Et hic*, ait, *proprietatem humani diuiníque iuris executus eſt. Nam ex Manus iniectione, pæne mancipium deſignauit.* Quintil. lib. 7. cap. 7. *Patri in Filium, patrono in libertum, Manus iniectio ſit.* Senec. lib. in Sapient. non cad. iniur. cap. 5. *Habebat ſecum vera bona, in quæ non eſt Manus iniectio.* Ceterùm locutio hæc ex 12. Tab. deſcendit, in quibus ſcriptum fuiſſe accepimus, *Manũ endo iacito.* Et alio capite, *Poſt deinde, Manus iniectio eſto*, vt eſt apud Agell. lib. 20. cap. 1. §. *Manum mittere*, & *porrigere* μεταφορικῶς. *Manum mittere ad res legatas*, l. 14. §. 1. D. de relig. *vtrum aduerſus emptorem Manus porrigere debeant iidem iudices*, l. 15. §. ſi emptor, D. de re iudic. *an porrigi Manus ad emptorem debeant*, l. 13. §. quid ſi quis, D. de hered. pet. *Nec ad nominatoris nominatorem Manus iure porrigi poteſt*, l. vlt. C. de peric. nominator. lib. 11. *Manus ad nominatorem, priuſquã vtrique qui id munus adminiſtrauerint ſolemniter fuerint excuſſi, nulla ratione porrigi poſſunt.* l. 2. C. quo quiſque ordine, lib. 10.

Manu breui fieri quid dicitur, quoties celeritate actionum coniungẽdarum, vnus actus occultatur, & interceſſiſſe iure ciuili fingitur, l. 44. §. 1. D. de iure dot. l. 3. §. ſed ſi debitorem, D. de donat. inter vir. vt accidit in ſpecie l. 15. D. de reb. cred. *Manu* verò *longa* traditam nobis videri Iauol. eam pecuniam dixit, quam in conſpectu noſtro ponere debitorem noſtrum iuſſerimus, l. 59. D. de ſolutionib.

Manus, præterea pro turba & coactis hominibus accipitur. Vet. Gloſſar. *Manus*, πλῆτος. *Si fortè, adhibita Manu, in meo ſolo per vim ædifices*, l. 9. §. idem ait, D. quod metus cauſa. *Si quid Manu commiſerint*, l. 3. D. de offic. præſid. Eodémque ſenſu à Græcis χεὶρ vſurpatur. Appian. lib. 2. bellor. ciuil. χειρός τε πολλὴν ἀφανῶς ἡτοιμάζετο. Herodian. lib. 1. χεῖρα πολλὴν κακούργων ἐν ὀλίγῳ ἀθροίσας χρόνῳ, τὰ μὲν θρῶτα, κώμας τε καὶ ἀγροὺς ἐπιτρέχων, ἐλῃστευεν. Et quod illic χεῖρα, poſtea πλῆθος κακούργων dicit. Ita, *Manu facta*, id eſt, multitudine collecta, l. 6. D. ad L. Iul. peculat. & apud Paul. lib. 5. Sent. Tit. 19. & Tit. 20. Cæſar. lib. 5. Comment. de bello ciuil. *Literis ad ſuos ciues datis cohortatus, vt, Manu facta, ſe ſuóſque defenderent.* Quod genus loquendi etiam Hirtius lib. de Bello Hiſpanienſ. vſurpat. Liuius lib. 4. *Manu facta, virginem ex domo patris rapiunt.* Tertullian. in lib. ad Scapulam. *Omnes illius ciuitatis Chriſtiani ante tribunalia eius ſe, Manu facta, obtulerunt.* Idem Apologet. cap. 39. *Coïmus in cœtum & congregationem, vt ad Deum, quaſi Manu facta, precationibus intramus orantes.* Æmil. Prob. in Alcibiade. *Manúque collecta primus Græciæ ciuitatis in Thraciam introiit. Manu armata*, l. 3. §. aduerſus, D. de ſepul. viol.

Manu militari, officio Iudicis poſſeſſio transfertur, l. 68. D. de rei vindicat. *Extra ordinem quis, iure ſuæ poteſtatis, exſequi oportere decretum ſuum, etiam per Manum militarem*, l. 3. D. ne vis fiat ei. *Per Manum militarẽ correpti accuſati*, l. vlt. C. de his qui latro. Tertull. Apolog. c. 21. *Magna etiã Militari Manu cuſtodiæ cauſa, diligentia circumſederunt.* D. Greg. Epiſt. 20. lib. 3. *Manu militari in medium deductus.* Qua loquendi figura Græci quoque auctores vtuntur. Gregor. Nazianzen. in Oratio. quam de patre ſuo ſcripſit, καὶ ἅμα γραπωπικῆς χειρὸς συλλαβόμενός αὐτοῖς. Socrat. Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 13. Ὡς δὲ ἐπέκεντο Ερμογένης ἁμὰ γραπωπικῆς χειρὸς ἀπελάσαι τὸν Παῦλον. Idémque loquendi genus lib. 7. cap. 28. vſurpat.

Manus etiam poteſtatem ſignificat, l. 4. D. de iuſti. & iur. & inſtitutionib. de libertinis. Vnde *Manumitti* dicitur, is qui patria dominicáve poteſtate liberatur, vt ſ. docuimus. Ita *Manu miſſam*, aiunt Paulus lib. 4. Sentent. Tit. 9. Tacitus lib. 15. & Plin. Epiſt. 18. lib. 8.

Ausonius. *Capta Manu, sed Missa Manu.*

Omniáque Manu à Regibus gubernabantur, l. 2. D. de orig. iur.

In Manum conuenire dicebātur Vxores, quæ coëmptionis, vel confarreationis ritu, & sollemnitate, ducebantur. Vlpianus Tit. 10. Regular. *Farreo conuenitur in Manum, certis verbis, &c.* Cic. Topic. *Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro, si ei viro Materfamilias esset: si ea in Manum non conuenerat, nihil debetur.* sic enim locus ille in veteri codice, exprimitur: quod Boëth. cum Seruio in lib. 4. Æneid. Coëmptionis ritum & verba sollemnia, ex Vlpiani Institutis prodit: ac deinde, ita Mulierem in *Viri Manum conuenisse* scribit: Idem Cicero ibidem, *Genus est vxor: eius duæ formæ: vna, Matrumfamilias: hæ sunt, quæ in Manum conuenerunt.* Apuleius lib. 6. de Asino Aureo. *Ecce Psyche conuenit in Manum Cupidinis.* Idem lib. 8. *At dum herilis puella in boni Tlepolemi Manum conuenerat.* Donat. in Andriam Terent. Act. 1. Scen. 5. ad hæc verba, *hanc mihi in Manum dat. Confirmatæ sunt legitimæ Nuptiæ per in Manum conuentionem.* Quo genere in viri potestatem familiámque transibant: atque adeò suorum heredum loco & numero habebantur. Vlpian. Tit. 24. Regular. *Adgnascitur suus heres in Manum conueniendo.* Quinetiam Seruius in lib. 4. Æneid. ad hunc versum, *& dominum Æneam in regna recepit*, & Boëth. in Topic. Ciceron. eum locum qui à forma generis ducitur, exponens, nuptiis per coëmptionem contractis, *Matremfamilias viro fuisse loco filiæ*, tradunt. Præterea *cùm Mulier Viro in Manum conuenisset, omnia quæ Mulieris fuerant, Viri fiebant, dotis nomine*, quemadmodum Cic. Topic. auctor est. Indéque eas quæ in Manum conueniebāt *capite minutas*, propter status mutationem, idem Cicero eod. lib. indicat.

Ceterùm quæ his modis in matrimonium coïerant Vxores, *in Manu esse* dicebātur. Agell. lib. 4. cap. 3. *Quæ iuncta consuetáque esset cum eo in cuius Manu mancipióque alia matrimonij causa foret.* Idem lib. 18. cap. 6. *Matremfamiliæ appellatam esse, eam solam quæ in mariti Manu, mancipioque esset, tradit.* Gaius lib. 3. Instit. vt est in Lege Dei, Tit. 16. *Vxor quoque, quæ in filij Manu est.* Et mox, *Idémque dicemus & de ea quæ in Nepotis Manu, matrimonij causa sit.* Vlpian. Tit. 23. Regular. *Sui heredes sunt liberi quos in potestate habemus, tàm naturales, quàm adoptiui: item vxor quæ in Manu est, & Nurus quæ in Manu est filij quem in potestate habemus.* Vnde interpretationem capit quod idem Vlpian. Tit. 20. Regul. ait, *Adquiritur nobis etiam per eas personas, quas in Potestate, Manu, mancipióve habemus.*

Nec in virorum duntaxat, sed & in propinquorū Manu, mulieres erant. Liuius lib. 34. *Maiores nostri nullam ne priuatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt: in Manu esse Parentum, Fratrum, Virorum.* Et paulò pòst, *minus Filiæ, Vxores, Sorores etiam, quibus dā in Manu erunt?* Ac denique ibid. *Numquam, saluis suis, exuitur seruitus muliebris.* Nam vt Boëth. in Topica Cicer. ad locum ab adiunctis, scribit, *Mulieres antiquo iure tutela perpetua continebat: Recedebant verò à Tutoris Potestate, quæ in Manum viri conuenissent. itaque fiebat eis prioris status permutatio: & erat capite deminuta, quæ viri conuenisset in Manum.*

Manus, pro cautione & Chirographo, item scriptura alicuius manu subsignata, ponitur, l. 15. D. de probatio, l. 1. C. de metat. & epid. lib. 12. *Manum defuncti probare cogatur*, id est, scripturam, l. 1. si certum pet. de Chirograph. in Cod. Theod.

Manvpretivm quod pro artificis opera datur, l. 30. §. qui ædem, D. locati, & apud Liuiū, lib. 34. aliísque locis quæ lib. 4. Select. Antiq. notauimus. Varro lib. 5. de ling. Lat. *A Manu, Manupretium*, Ascon. Pedianus 3. Orat. in Verrem. *Manupretium dicitur, vbi non tam materiæ ratio, quàm Manus, atque artis, ducitur.*

Plerumque plus est in Manupretio quàm in Re, ait Vlpian. in l. 13. §. 1. D. de verb. signif. *Quarumdam enim rerum pretium non in substantia, sed in arte est positum*, quemadmodum Paulus scribit, l. 14. D. eod. tit. & vt Ouid. lib. 2. Metamorphos. loquitur. *Materiam superat Opus.* Vnde apparet quod Vlpianus *Manum*, & *Rem*, dixit, hoc Paulum, *Artem*, & *Substātiam* appellare. Tertullian. in lib. de Idololatr. *Sed de mercedibus & Manupretiis interest.* In Glossis inuenio. *Manupretium* χειροδόσιον, χειρῶν μισθός.

Manvalivm libros tres Paulus scripserat, vt ex indice Pisano & inscriptionibus Pandectar. apparet: Pomponij fortè exemplo quem *Enchiridij* libros scripsisse constat: quem indicem alios quoque libris suis feciſſe, Plinius in Præfatio. & Agell. lib. 20. cap. vltim. referunt.

Marcvs, vt & Gaius, & Lucius, exempli causa pro *quidam* vsurpatur à Tertulliano lib. 2. aduers. Valentinian. Persius quoq; seruo manumisso Marci prænomen vt vulgare tribuit Sat. 5.

MARCVS *Imperator*, l. 56. D. de manumiss. testam. l. 67. §. vlt. D. de legat. 2. in qua à Papiniano, *Princeps prouidentissimus, & iuris religiosissimus*, appellatur, vt & à Iustiniano, *Prudentissimus princeps, & Philosophiæ plenus*, l. 11. C. ad Sc. Silanian. Hic passim *Diuus Marcus*, appellatur, & *Diuus Augustus Marcus*, ab Vlp. Tit. 21. Regula. Eum, interdum cum fratre Lucio Vero, quem Imperij consortem adsumpsit: interdum cum filio suo Commodo: interdum verò, *per se*, id est, solum, non adhibito, nec adiuncto, fratris, filiúve nomine, rescripsisse, constituisséve, Iurisconsulti referunt. §. sed & propter, Instit. de excusationib. Enimuerò post excessum Diui Pij, Marcus hic Antoninus, quemadmodum in eius vita Capitolinus scribit, *à Senatu coactus regimen publicum capere, Fratrem sibi participem in Imperio designauit: quem Lucium Aurelium, Verum Commodum appellauit: Cæsarem atque Augustum dixit: atque ex eo pariter cœperunt Rempublicam regere. Túncque primum Romanum Imperium duos Augustos habere cœpit. Antonini mox ipse nomen recepit, & quasi pater* L. *Commodi esset, & Verum eum appellauit, addito Antonini nomine: Filiámque suam Lucillam Fratri despondit.*

Similitérque Capitolinus de Vero, in eius vita, *Defuncto*, ait, *Pio*, MARCUS *in eum omnia contulit, participatu etiam Imperatoriæ potestatis indulto: sibíque consortem fecit, cùm illi soli Senatus detulisset Imperium. Dato igitur Imperio, & indulta Tribunicia potestate, Proconsulatus etiam honore delato, Verum vocari præcepit, suum in eum transferens nomen, cùm ante Commodus vocaretur.* Ei itaque Frater Lucius Ceionius Ælius Commodus, Verus Antoninus, à Scæuola, & Papirio Iusto, adiungitur in hunc modum. *Imperatores Antoninus & Verus Augusti*, l. 29. D. de probationib. l. 71. D. de contrahẽd. empt. l. 30. D. de reb. auctor. l. 37. D. de pactis, l. 3. D. de transactionib. l. 14. D. de seruit. præd. vrban. l. 17. D. de seruitut. rustic. præd. l. 13. D. de decurionib. l. vlt. de administ. rer. ad ciuit. l. vlt. D. ad L. Iul. de annona. l. 38. D. ad municipal. l. 4. D. de curat. bonis dan. l. 35. D. de re iudic. l. 21. D. de appellationib. l. 7. D. de publicanis, l. 13. D. de pollicitationib.

Diuus Marcus, & Lucius Verus, Proculæ rescripserunt, l. 11. §. si in opere, D. de legat. 3. *Diuus* MARCUS, *& Lucius, Imperatores rescripserunt*, l. 57. §. 1. D. de ritu nupt. *Diui Marcus & Verus*, l. 24. D. de tutorib. & curatorib. *A Diuis Marco & Vero rescriptum est*, l. 1. §. 1. D. de suis & legitim. *Exstat rescriptum Diuorum Marci & Veri*, l. 30. §. si alter, D. de fideicom. libertat.

Atque hi sunt qui *Diui Fratres* toties in libris nostris, interdum & *Fratres Imperatores*, vocãtur, quemadmodum s. lib. 4. & 6. docuimus.

At post Lucij obitum, solus ipse *Diuus Marcus* rescripsisse memoratur: eiúsque Semenstriũ ali quot locis fit mentio. *Diuus Marcus in Semenstribus constituit*, l. vlt. D. de ser. export. *In Semenstribus relata est Constitutio Diui Marci*, l. 46. D. de pactis. *Diuus Marcus in Semenstribus rescripsit*, §. Item Diuus, Instit. de excusation. tut.

Diuus Marcus constituit, l. 2. D. de collus. deteg. l. 2. C. de impuberum, & al. l. 4. C. de re milit. lib. 12. *Cùm de hereditate fideicommissaria cognosceret*, tradidit, l. 54. D. ad Sc. Trebell. *Decreuit*, l. 7. D. ad L. Iul. de vi priuã. l. 3. §. 1. D. de iniusto. rup. *Ita edixit*, l. 24. §. 1. D. de reb. auct. iudic. *Effecit*, l. 1. §. si quis tutor. D. quando appelland. sit. *Iudicans secutus est*, l. 17. D. de quæstionibus. *Iussit*, l. 1. §. vlt. D. de effractorib. *Putauit*, l. 4. D. de L. Cornel. de falsis. *Rescripsit*, l. 11. §. si in opere, D. de legat. 3. l. 17. D. de vsuris, l. vlt. D. de tutorib. & curatorib. datis. l. 30. §. Diuus, D. de fideicomm. libertat. l. 1. §. si seruus, D. si is qui testamen. lib. l. 3. D. de testamen. milit.

A Diuo Marco constitutum, l. 11. §. 1. D. de administr. *Rescriptum*, l. 1. §. si seruus, D. si is qui test. lib.

Diui Marci Constitutio, l. 20. D. de manum. vind. l. 10. D. de in ius vocan. l. 2. & l. 4. §. illud videndum, D. de fideicommiss. libert. l. 4. D. de vulg. & pupil. l. 3. §. 1. D. de suis & legit. l. 84. D. de heredib. instit. *Decretum*, l. 13. D. quod met. caus. *Literæ ad Aufidium Victorinum*, l. 20. D. de manumiss. *Oratio*, l. 52. §. idem respondit socius, D. pro socio. l. 1. D. de feriis, l. 8. D. de transactionib. l. 1. D. de tutorib. l. 1. §. dies, D. quando appellan. l. 1. §. 1. D. ne de statu defunct. l. 2. §. vlt. D. de collus. deteg. l. 1. D. expil. heredit. l. 6. §. quid tamen, D. de iniusto rup. *Oratio Imperatorum Antonini & Commodi*, l. 16. D. de spõsalib. Illic enim *Diui Antonini* nomine Diuum Marcum intelligi, apparet ex l. 67. §. sed etsi, D. de ritu nupt. *Rescriptum*, l. 10. D. de pactis, l. 17. §. is qui, D. de excusationib. *Scio sæpissime à Diuo Marco iudices datos*, l. 1. D. à quib. appellan. *Diui Marci temporibus*, l. 20. D. de reb. dub.

Nec verò post Lucij mortem, solus Marcus imperauit. verùm etiam in societatem Imperij Commodum filium adhibuit. Sic enim de eo Capitolinus in eius vita scribit. *In filium Commodum, & quidem scelestum atque impurum, citò nomen Cæsaris, & mox, sacerdotium statímque nomen Imperatoris, ac triumphi participationem, & Consulatum contulit.*

Inde hæc, *Imperator Marcus Antoninus, & Commodus filius, rescripserunt*, l. 38. §. Imperator, D. ad L. Iul. de adult. *Dius* MARCVS *& Commodus rescripserunt*, l. 32. D. eod. tit. *Diui Marcus & Commodus Imperatores rescripserunt*, l. 64. D. de legat. 2. l. 7. D. de Lege Cornel. de fall. *Diuus* MARCVS *& Diuus Commodus*, l. 7. C. vt in poss. legat. *Diuus* MARCVS *cum filio suo rescripsit*, l. 3. D. qui sine manumiss. *Generalis Epistola Diuorum* MARCI *& Commodi*, l. 1. §. sed & in eum, D. de fugitiuis. *Ex principum* MARCI *& Commodi constitutione*, l. 8. D. quib. ex caus. maior.

MARCVS *Brutus*, vir Prætorius, eorum numero qui *ius ciuile fundauerunt*, ponitur à Pomponio in l. 2. §. post hæc, D. de orig. iur. eúmque septem libellos reliquisse, ibidem scriptum est. *Bruti sententia optinuit, partus ancillæ ad fructuarium non pertinere*, l. 68. D. de vsufructu. Citatur & Brutus, l. 13. D. de in diem addict. l. 3. §. Neratius, D. de adquir. possess. l. 4. D. de captiuis. Hic quoque iuris ciuilis scientia commendatur à Cicero. in Bruto, eiúsq; de iure ciuili libros laudat idem Cicero Oratione pro Cluentio.

MARCVS *Cato, princeps Portiæfamiliæ*, in Iurisconsultorum album refertur à Pomponio, l. 2. §. deinde Marcus, D. de orig. iur. in qua additur, *cuius & libri exstant: sed plurimi, filij eius: à quo & ceteri oriuntur.* Citatur autem *Cato*, absque prænomine, aliquot locis quos s. lib. 3. attigi, vnde pete.

MARCVS *Manilius* inter eos numeratur qui *fundauerunt ius ciuile*, eúmque tres libellos scripsisse, & *exstare volumina, scripta, Manilij monumenta*, refert Pomponius in l. 2. §. post hos fuerunt. D. de orig. iur. Consulatum quoque gessisse eum, ibidem indicat. Ac planè *Censorino & Manilio Consulibus* primum Lucium Pisonem de pecuniis repetundis legem tulisse, Cicero in Bruto narrat. Apud eumdem Ciceron. lib. 1. de Oratore, Crassus, si quæreretur quisnam Iurisconsultus nominaretur, ex eo genere se, inter ceteros, Marcũ Manilium nominaturũ profitetur: &, vt illîc, ita Epist. 22. lib. 7. Familiarium, Sex. Ælio, & Marco. Bruto, adiungitur. Citatur, & cum Bruto, à Paulo, l. 3. §. Neratius, D. de adquir. possess.

Sanè Manilius iste leges quæ in rerum venditionibus dicerentur, composuerat: vt ex Varrone lib. 2. de re Rust. cap. 7. colligitur: apud quem tamen, *Mamilij*, vitiosè pro *Manilij* vulgò legitur. Verba ita habent. *Emptio equina similis ferè, ac Boum, & Asinorum: quòd eisdem rebus in emptionibus dominum mutant, vt in Manilij actionibus sunt perscripta.* Idem Varro lib. 2. de re rustica, cap. 5. *Paulo verbosius hæc, qui Manilij actiones sequuntur.* Vnde *Manilianas* (sic enim emendo) *venalium vendundorum leges*, dixit Cicero lib. 1. de Oratore. Quinetiam Marcum hunc Manilium, valde quoque prudenter & acutè dixisse, idem Cicero in Bruto scribit.

MARCVM *Tullium Consulem iudicium coniurationis Sergij Catilinæ mulier instruxit*, l. 8. D. ad L. Iul. maiesta.

Marcum Tullium aiunt, cùm arbiter esset, primum constituisse Littus esse, &c. l. 96. D. de verbor. signific. *Post Marcum Tullium in causis orandis primum locum Seruius optinebat*, l. 2. §. Seruius, D. de orig. iur. *Cicero in Oratione pro Cluentio Auito scripsit*, l. 39. D. de pœnis.

MARE in eorum numero est quæ naturali iure omnium sunt communia, l. 2. D. de diuisio. rer. §. 1. Institut. eod. tit. Inde Phœnicidis iocus apud Athenæum lib. 8. Mare quidem omnibus commune esse: ceterùm Pisces, eorum qui illos emerent.

Mare nauibus subiacet, l. 49. D. de rei vindicat.

Si reliquias eius in Mare abiiciat, l. 27. D. de condicion. institut. *In Mare profundum culeus iactatur*, l. 9. D. de L. Pomp. de parricid. *Per Mare Asiam applicare, & per Mare in Prouinciam venire*, l. 4. §. quædam, D. de offic. procons.

Rubrum Mare, l. 19. §. gemmæ, D. de aur. arg. *Rubens fretum*, à Seneca in Troade, Act. 1. quod & *Persicum* MARE vocari Herodot. in Melpomene tradit: Sc. 1. in Euterpe verò idem esse cum Atlantico statuit. Dionysius autem Indico Oceano adsignat.

Planè Mare hoc geminum, terras irrumpens, quod in duos diuiditur sinus, quorũ, is qui ab Oriente est, Persicus, alter Arabicus nominatur, à Græcis Ἐρυθρὰ θάλασσα vocatur: Latini, siue ambiguo peregrinę vocis sono decepti, siue propter eum quẽ sibi opinionis errre finxerant rubeum freti illius colorem, *Rubrum Mare* vocitare instituerunt: quæ res non leuis erroris ansam præbuit: pleriſque existimantibus, id Mari huic nomen à rubore inditum esse. Quam opinionem vulgi mentibus penitus insitam, etsi iam altas radices, propter Latini vocabuli vetustatem, egerit, eripere, stirpitúsque euellere operæ pœnitendæ non erit. Igitur Mare hoc à ceteris colore nihil differre: sed ab Erythra rege, qui in illis partibus olim regnauit, famámque & memoriam nominis ad posteros transmisit, ita appellatum, locupletum testium auctoritate planum faciam. Quinct. Curtius, lib. 8. de fundis loquens.

Mare certè quo alluitur, ne colore quidem abhorret à ceteris. Ab Erythro (aut potius *Erythra*) *rege inditum eſt nomen: propter quod, ignari, rubere aquas credunt.* Idem Curtius, lib. 10. *Cetera incolæ crediderant: inter quæ, Rubrum Mare, non à colore undarum, vt plerique crederent, ſed ab Erythro rege appellari. Eſſe, haud procul à continente, Inſulam palmetis frequentibus conſitam, & in medio ferè nemore columnam eminere Erythræ regis monumentum, litteris gentis eius ſcriptam.* Cui Inſulæ, Tyrrinæ nomen Strabo tribuit: ab eadémque origine Erythræi Maris appellationem arceſſit, lib. 16. his verbis: Νῆσον Τηρρίνην κεῖσθαι πρὸς νότον πελαγίαν, ἐν διοχιλίοις σταδίοις, ἐν ᾗ τάφος Ερύθρα δ' ἄκνιλλαι, χῶμα μέγα, ἀχρίοις φοίνιξι κατάφυτον. τύτων δὲ βασιλεῦσαι τῶν τόπων, ἀπ' αὐτᾶ, τὴν θάλατταν ἐπώνυμον καταλιπεῖν. Philoſtratus lib. 3. de vita Apollonij. Θεσμὸν γάρ παλαιὸν πρὸς τὴν Ερυθρὰν ὄντος, ὃν βασιλεὺς Ερύθρας ὀνόμασεν, ὅπ τῆς θαλάττης ἐκείνης ἦρτι. Et aliàs eodem lib. τὴν δὲ θάλασσαν τὴν Ερυθρὰν, εἶναι μὲν κυανωτάτην, ὠνομάσθαι δὲ, ὡς ἔπον, ἀπὸ Ερύθρα βασιλέως, ὃς ἐπωνόμασεν ἑαυτὸν ἐκείνῳ τῷ πελάγει. Suidas, Ερυθρὰ θάλασσα ἐκλήθη, ὁ Περσικὸς κόλπος, ὄχ ἀπὸ τῆς χροιᾶς τὸ ῥοπίᾳ, καθάπερ νές οἴονται: ἀλλ' ἔκπνος ἀνδρὸς, Ερύθρα τὴν προπηρείαν, ἐπωνασάντος τοῖς δὲ τοῖς τόποις. Non deſunt tamen vetuſto errore ſui quoque aſſertores. In his ſunt Plinius & Pomponius Mela, qui tamen, nutabundi, & vbi gradum figant incerti, nihil obſolutè definiunt. Illius quidem lib. 6. cap. 23. verba ſunt hæc. *Irrumpit deinde, & in hac parte, geminum Mare, terras, quod Rubrum dixere noſtri, Græci Eruthræum à rege Eruthra, aut, vt alij, Solis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes, alij, ab harena terráque: alij, tale aquæ ipſius natura.* Mela verò lib. 3. cap. 7. *Rubrũ*, ait, *Mare Græci, ſiue quia eius coloris eſt, ſiue quia ibi Eruthra regnauit*, Ερυθρὰν θάλασσαν *appellant.*

Sed nec vſque adeò reſtituta hæc cauſa eſt, vt Græcorum patrocinio careat. Stephanus de vrbibus. Ερυθρὰ ἡ θάλασσα ἀπὸ Ερύθρα τῦ ἥρωος. Ουράνιος δ' ἐν Αραβικῷ δευτέρᾳ, ἀπὸ τῶν προκειμένων ὀρῶν, ἃ ἐρυθρὰ δεινῶς εἰσι, καὶ πορφυρᾶ: καὶ ἐπὰν βάλλῃ εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος τὴν αὐγὴν, καταπέμπει εἰς τὴν θάλασσαν, σκιὰν ἐρυθρὰν. καὶ ὅμβρῳ δὲ καταλυθέντων τῶν ὀρέων, κάτω συῤῥυέντων εἰς θάλασσαν, ὕτω γίγνεται ἡ θάλασσα τὴν χρόαν. Euſtathius in ſuis ad Dionyſij de ſitu orbis Commentariis, varias huiuſce appellationis cauſas adfert. Ac primũ καλεῖται, ait, πόντος Ερυθραῖος, ἡ ἀπὸ τῆς ὑποκειμένης τῷ ὕδατι μιλτώδυς ἐρυθρᾶς γῆς, ἢ ἐκ τῶν ὑποκειμένων τυτοχρόων ὀρέων, οἷς ἔαθεν προσβάλλων ἥλιος, ἐρυθρὰν φαντάζει τῇ θαλάσσῃ τὴν ἐπιφάνειαν ἀνακλωμένης τῆς ὄψεως. Deinde Vranium, auctorem laudat eiúſque ipſamet quæ iàm ex Stephano, prompta adduximus, verba profert: addítque. τινὲς δὲ Ερυθρὰν εἶπον ἀφ' τὸ πορφυροῦσθαι μάλιστα τῷ ἡλίῳ τὸ ἐκεῖ κλίμα. Διὸ, φασὶ, καὶ Αἰθίοπες, οἱ κατοικῦντες, λέγονται, ὡς κεκαυμένοι τὴν ὄψιν. subiicítque de hac re veteris Geographi verba, quæ ita habent. Ερυθρὰ θάλασσα λέγεται ἀπὸ χροιᾶς ἐμφαινομένης κατ' ἀνάκλασιν, εἴτε ἀπὸ τῦ ἡλίᾳ κατ' κορυφὴν ὄντος, εἴτε ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐρυθρωμένων ὑπὸ τῆς καύσεως. οἱ δὲ ἀπὸ πηγῆς τινὸς ὕδωρ εἰς τὴν θάλασσαν εἰσαγάσης ἐρευθὲς καὶ μιλτῶδες. οἱ δὲ ἀπὸ Ερύθρα τινὸς, ῥᾳδίᾳ περαιωθέντος ἀπὸ σχεδίας εἰς τινα ἐκεῖ νῆσον, ἀφ' ἱπποφόρβιον οἰκήσαντος ὑπὸ λεαίνης, καὶ οἰκήσαντος ἐκεῖ, καὶ ἡγησαμένης τῶν τόπων. τινὲς δὲ κ' περσέως εἶπον υἱὸν εἶναι τῦτον τὸν Ερυθρᾶν.

Enimuero, quod ad Erythræ regis monumentum attinet, Plinius à Strabone, qui id in Tyrrhene inſula conſtituit, diſſentiens, lib. 6. cap. 18. *Inſula*, ait, *in alto obiacet Ogyris, clara Erythra rege ibi ſepulto.* Verùm hac in parte adſiduum vindicem quo ſe tuatur, habet Dionyſium de ſitu orbis his verſibus.

Εγγὺς δέ τοι πρότερω, Καρμανίδος ἐκτόθεν ἄκρης
Ωγυγίης, ἔνθα δὲ τύμβας Ευρυάλιῳ βασιλῆος

Ad quem locum Euſtathius. Οτι ἐν τῇ Καρμανίδι ἀκρα Νῆσος ἡ Ωγυρις, καὶ ὅπι πρὸ αὐτῆς τύμβος Ερυθραίᾳ βασιλέως, ὃν ἄλλοι Ερύθραν φασὶ, χάφοντες, Αγχιβαθὴς δέρα νῆσος ἀλὸς κῖ βένθος Ερυθρῆς Ωγυγίης, ἔνθα δὲ τύμβος ἀλὸς μεδέοντος Ερύθρα, κέκλιται. ἐξ αὐτῦ δὲ καὶ ἡ θάλασσα κληθῆναι δοκεῖ ὡς πρόσχαφη. Sed quoniam in Dionyſij mentionem incidimus illum in tranſcurſu monebo, ad hunc περιηγήσεως οἰκουμένης auctorem pertinere Plinij locum, quæ operæpretium eſt ſubiicere: eò magis quòd & clari Geographi in primis patriam indicent: & delegatum ei ab Auguſto, cuius principatu vixit, munus patefaciant. Nam de Charace, Perſici ſinus intimo, verba faciens Plinius, talia ſcribit: *Hoc in loco genitum eſſe Dionyſium terrarum orbis ſitus recentiſſimum auctorem conſtat: quem ad commentanda omnia, in Orientem præmiſit Diuus Auguſtus, ituro in Armeniam, ad Parthicas, Arabicáſque res, maiore filio.* Vnde apparet hunc Dionyſium Characenum fuiſſe: tamen vulgò Alexandrinus cognominatur, ideò, fortè, quòd Charax oppidum, vnde Dionyſio origo, conditum eſt primùm ab Alexandro Magno, qui colonis ex vrbe regia Durine deductis, militúmque inutilibus ibi relictis Alexandriam ap-

pellari iussit: auctore eodem Plinio. *Maiorem* autem Augusti *Filium*, apud Plinium (quod obiter dictum sit) accipe Caium: qui naturalis quidē Augusti nepos, vtpote ex Iuliæ eius filiæ, & Vipsanij Agrippæ nuptiis procreatus: eiusdē verò adoptiuus filius fuit. Adoptatus cū fratre Lucio, domi per æs & librā (sic enim apud Suet. in Octau. cap. 64. in Plātiniano exēplari repone) emptus à patre naturali Agrippa. Caiū verò hunc in Armeniā ab Augusto missū, indēq; remeātem & vulnere inualidum, mors fato propera, vel nouercę Liuiæ dolus abstulit, vt Tacit. lib. 1. Annal. narrat. quo in itinere præteruehētem eum apud Hierosolymam, nō supplicasse, & ob id ab Augusto collaudatū, Suet. in Octauio, cap. 93. tradit, & in Lycia verò defunctum narrat idem eiusdem lib. cap. 65. Verùm adhuc Rubro Mari excedere me Isidorus non patitur: qui lib. 13. Origin. suam de eiusmodi appellatione opinionem testatam reliquit in hunc modum. *Rubrum Mare vocatum, eò quòd sit roseis vndis infectum: non talem naturam habet, qualem videtur ostendere: sed vicinis litoribus vitiatur gurges atque inficitur, quia omnis terra quæ circumstat pelago, rubra est, & sanguineo colori proxima. Ideoque inde Minium acutissimum excerpitur, & alij colores quibus pictura variatur. Ergo cùm terra hanc habeat naturam, fluctibus subinde diluitur, & quidquid adhæsum est in colorem cadit: ob hoc etiam in iis litoribus gemmæ rubræ inueniūtur. Lapillus enim huiusmodi humo inuolutus cùm inter arenas attritus est, & terræ colorem habet, & maris. Hoc* Mare *in duos diuiditur Sinus. Ex iis, qui ab Oriente est, Persicus appellatur, quia ora illius Persæ inhabitant, alter verò Arabicus dicitur, quòd sit circa Arabiam.* Denique Mare hoc, *Erythræum Pelagum* vocat Tertull. aduersus Iudæos. Sed de his satis. Igitur ex diuerticulo in viam redeamus: & reliquos de Mari Iurisconsultorum locos persequamur.

Mare commune omnium est, & Litora sicuti aër, l. 13. §. si quis me, D. de iniuriis. *Maris communis vsus omnibus hominibus, vt aëris*, l. 3. §. vlt. D. ne quid in loco public. *Quæ Mari subiacet terra vel arena*, §. litorum Institut. de diuisio. rer. *Vt certo Mari negotietur*, l. 1. §. igitur, D. de exercitor.

De Mare, pro de Mari, l. 7. D. de incen. ruin. *Ex Mare extracta*, pro ex Mari, l. 58. D. de adqu. rer. do. *Ex Mare reducere*, l. 5. D. de diuis. rer.

In Mare, pro in Mari. *In Mare enata insula*, l. 17. D. de legat. 3. *In Mare piscantibus*, l. 5. §. vlt. D. de diuis. rer.

Vir Maris, l. 24. §. Seruius, D. de damn. infect. *Locus quem* Mare *occupauerit*, l. 3. §. Labeo, D. de adquir. possess. *Quod Mari occupatum sit*, l. 30. § item quod, D. eod. tit.

Trans Mare abesse, l. 3. D. de suspect. tutor. *Abire*, l. 3. §. cùm prætor, D. de Carbon. edic. *Profecta*, l. 22. D. quib. mod. vsufr.

Quæ Mari, Terra, Cælo capimus, l. 2. D. pro suo. *Animalia quæ Mari, Cælo, Terra capiuntur*, l. 1. D. de adquir. rer. dom. *Terra, Marique capta*, l. 44. D. eod. tit. *quæ Terra, Marique capimus*, l. 3. §. genera, D. de adquir. possess. Seneca Epist. 111. *Delectant te dispositæ, quæ Terra,* Marique *capiuntur. Terra,* Marique *multis generibus mortis periculum metui potest*, l. 35. §. mortis causa, D. de mort. caus. donat.

Marinæ *Bestiæ, Terrestribus* opponuntur, l. 44. D. de adquir. poss.

Marinæ Naues, l. 3. D. de vacat. & excusat.

Marina *Tempestas*, l. 3. C. de naut. fœn.

Maritimvm pro marino sæpe vsurpatur.

Tempestas, siue Maritima, *siue Terrestris*, l. 2. §. quod diximus, D. si quis cautionib.

Maritimæ *Insulæ*, l. 11. D. de instr. vel instr. *Naues*, l. 5. §. Diuus, D. de iure immunit.

Maritima *vsura*, l. 6. D. de naut. fœn. id est, nautica.

Maritima prædia, l. 27. D. de instruct. vel instrum.

Margaritas, & *Margarita* promiscuo genere Iurisconsulti dicūt, & à Gemmis & Lapillis separant, l. 25. §. vlt. D. de aur. arg. l. 2. §. cùm in eadem, D. de L. Rod. l. vlt. §. species, D. de publican.

Margaritas, nec Gemmis, nec Lapillis, contineri, satis constitisse Sabinus ait: quia concha apud Rubrum Mare & crescit, & coalescit, l. 19. §. gemmæ, D. de auro arg. At Seruius in 1. Æneid. *Gemmas à* Margaritis, eó separari ait, quòd *illæ, diuersi coloris, hæ, albæ: vel, quòd illæ integræ, hæ pertusæ.* Zonaras Tom. 3. in Basilio Porphyro geneta. Λιθῶν πολυτελῶν, τῶν τε ἄλλων, καὶ τῶν λευκῶν, οἷς ἐφάζεσθαι κλῆσις ὁ Μάργαροι, καὶ Βάπα. *Concha* autem, quam Vlpian. in dic. §. gēmæ, prædicat, Margaritorum parens est. Vnde Plin. lib. 32. cap. 11. *Concharum*, ait, *genera, in quibus, Margaritiferæ.* Tertull. in lib. de habitu muliebr. *Sed si quid*, ait, *de* Mari *Britannico, aut Indico, ambitio pascatur: Conchæ genus est, non dico, conchylio aut ostreo, sed nec peloride gratius de sapore. Ad hoc enim Conchas nouerim maris poma. Quòd si Concha illa aliquid intrinsecus pustulat, vitium eius magis debet esse quàm gloria. Et licet* Margaritum *vocetur, non aliud tamen intelligendum, quàm conchæ illius aliqua dura &*

rotunda

rotunda verruca. Soſipat.lib.1.*Non enim ipſa caro, quæ concha prægnans eſt,* Margaritum *eſt, ſed dicitur illi ineſſe calculus hic, quem nos* Margaritum *vocamus.* Et quod illi, *Concham,* cum Plinio lib 9. cap. 33.alij, *Oſtreum* vocant. B. Ambroſ. lib.7. Hexaëmer. cap.11. *Vnde etiam Oſtreis pretioſiſſimum Margaritum natura iuſixerit: quomodo eam maris aquâ in tam molli carne ſolidauerit.* Philoſtrat.lib.3. de vita Apolonij, ἁλίσκεται δὲ καὶ λίθος ἐκεῖ Μάργαρις, ἐν ὀστράκῳ λευκῷ, καρδίας τόπον ἔχουσα τῷ ὀστρέῳ. Et quidem, *apud Rubrum mare creſcere eiuſmodi Conchas,* Vlpian. ſcribit. Hinc Propert.lib.1.Elegiar.

Et legitur Rubris gemma ſub æquoribus. Lucan.lib.6.
Innataque Rubris
Æquoribus cuſtos pretioſæ vipera Conchæ.

Idem lib.10.de Cleopatra.

Plena maris rubri ſpoliis.

Clariorem vtique Vnionem in Rubro mari reperiri: Indicum verò, licet magnitudine præcellentem, ſpecularium lapidum ſquamas aſſimilare Plinius tradit.

Sed enim cum Margaritorum & vnionum crebra fiat in libris noſtris mentio, placet quæ de eorum origine ac genitura, ab aliquot claſſicis auctoribus memoriæ prodita reperio, congerere. Et quis mihi iure ſuccenſeat, ſi non tàm priuato meo, quàm publico bono, hoſce rubri maris calculos, in harena mea, ceu in litore Erythræo poſitus lego? præſertim cùm ne id quidem ſummos & in Repub. præſtantibus viris vitio quiſquã verterit, quòd non gemmas neque lapillos, ſed animi remittendi cauſa, proiecta viliores alga, nulli certè vſui futuros, calculos in litoribus ſuis legerent? Nec me operæ meæ pœnitebit. Nam, ſi vacuas manus, vacuóſque loculos, at vacuos pugillares non referam. Ac primùm vltrò mihi ſeſe offert Theophraſtus in lib.de lapidib.referente Athenæo lib.3. Dipnoſophiſtar. τοὺς θαυμαζομένων δὲ λίθων ὅτι καὶ ὁ Μαργαρίτης καλούμενος, ἀμφανὴς μέν τῇ φύσει. ποιοῦσι δ' ἐξ αὐτοῦ τὰς πολυτελεῖς ὅρμους. γίνεται δ' ἐν ὀστρέῳ τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνναις, πλὴν ἐλάττονι. μέγεθος δὲ, ἡλίκον ἰχθύος ὀφθαλμὸς εὐμεγέθης. Ex quo velut aquæ capite, riuum duxit Clemens Alexand. lib.2.Pædagogi, cap.12. cum ait, ὁδὲ πολυτίμητος Μαργαρίτης ὑπορφυᾶς τῇ γυναικωνίτιδι εἰσκώμασεν: γίνεται δὲ ἔνδον ἐν ὀστρίῳ τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνναις: μέγεθος δὲ, ἡλίκος ἰχθύος ὀφθαλμὸς, εὐμεγέθης. Androſthenem præterea in Indiæ nauigatione narrare, Athenæus ait, varias quidem Conchyliorum & Oſtreorum genera in India gigni. Αλλ' εἴ δέ ἴδιον, ὁ καλοῦσιν ἐκεῖνοι βέρβερι: ἐξ οὗ ἡ Μαργαρίτης λίθος γίνεται. αὕτη δὲ ὅτι πολυτελὴς κατὰ τὴν Ασίαν, καὶ πωλεῖται παρὰ Πέρσας τε, καὶ τὰς ἄνω τόπους πρὸς ἕῳ σιον. ὅτι δ' ἡ μὲν τοῦ ὀστρέου ὄψις παραπλησία τῷ κτενὶ. ἐν διέγλυπται δὲ. ἀλλὰ λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει καὶ δασύ. ἔνδεται ὤτα ἔχει δύο, ὥσπερ ὁ κτεὶς, ἀλλὰ εὖ. ἡ δὲ λίθος γίνεται ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ ὀστρέου, ὥσπερ ἐν τοῖς συὶ οις ἡ χάλαζα. Quibus conueniẽtem Iubæ auctoritatem Plinius, lib.9.cap.35. adfert. Margaritas enim non vno genere Conchæ naſci, adſerens, *Iuba,* inquit, *tradit, Arabicis, Concham eſſe ſimilem pectini inſecto, hirſutam Echinorum modo: ipſum Vnionem in carne, Grandini ſimilẽ.* Et Androſthenes quidem Concharum fetum, non ei quæ conglaciato imbri gignitur, & de cælo cadit: ſed ei quæ Suillo pecori innaſcitur, Grandini adſimilat. χάλαζαι enim Græci appellant tubercula quædam rotunda pellucida, per cutem ſparſa, grandini cæleſti ſimilia. Idem Athenæus de Concha Margariti hæc ex charis Mitylenæi, lib.7. rerum ab Alexandro geſtarum adfert. Ὀστρέον δ' ἔστιν ἁδρὸν καὶ τρόμικες, ἔχον ἐν αὐτῷ σάρκα καὶ μεγάλην, καὶ λευκὴν εὐώδη σφόδρα. ἐξ ὧν ἐξαιροῦντες ὀστᾶ λευκά, περιαγορεύουσι μὴ Μαργαρίτην. Citantur & ab eodem Athenæo Iſidori Characeni, Parthica deſcriptione, verba, quę ideò quòd cũ Plinio mirificè cõſentiãt, ſubiicere non grauabor. Sic autẽ habent, φασὶ δ' ὅταν βρονταὶ συνεχεῖς ὦσι, καὶ ὄμβρων ἐκχύσεις, τότε μάλλον τὰ πίνναι κύειν, καὶ πλείστην γίγνεσθαι Μαργαρίτην, καὶ εὐμεγέθη. τὸ δὲ χαμαιῶνος, εἰς τὰς ἐμβύθους θαλάσσας δύνειν εἰ ὥρασιν αἱ πίνναι. θέρους δὲ, τὰς μὲν νύκτας κεχήνασι ἀφανιζόμεναι, ἡμέρας δὲ μύουσιν. ὅσαι δ' ἐν πέτραις ἢ σπιλάσι περιφυῶσι, ῥιζοβαλοῦσι. κἀνταῦθα ἐνέσαι, τὰ Μαργαρίτην γεννῶσι. Ζωογονοῦνται δὲ καὶ τρέφονται ἀφὸ τοῦ περιπεφυκότος τῇ σαρκὶ μέρους. τοῦτο δὲ συμπέφυκε τῷ τοῦ κόγχου φύματι, χηλὰς ἔχον ἐ νομὴν εἰσφέρεσθαι. ὃν δὴ ὅσὶν ἐνοικὸς καρκίνῳ μικρῷ, καλούμενον πινοφύλαξ. δίηκει δὲ ἐκ τούτου ἡ σαρξ μεχρὶ μέσου κόγχου οἱονεὶ ῥίζα. παρ' ἣν ἡ Μαργαρίτης γεννωμένη αὔξεται, ἀφὰ τοῦ φορεῖ τῆς κόγχης, καὶ τρέφεται ὅσον ἂν ᾖ περιπεφυκὸς χρόνον. ἐπειδὰν δὲ περὶ τὴν ἔκφυσιν ὑποδυομένη ἡ σάρξ, καὶ μαλακῶς ἐντέμνουσα, χωρίσῃ τὴν Μαργαρίτην ἀπὸ τοῦ κόγχου, ἀμπέχουσα μὲν οὐκέτι τρέφει. λευκοτέραν δ' αὐτὴν καὶ ἀφαυγεστέραν ποιεῖ, καὶ καθαρωτέραν. Atque vt cum Græcis Latina, ad ſtudioſorum vtilitatem, coniungamus, è re eſt Plinij ex lib.9.cap.33.aliorumq; de Margaritorũ ortu, generationéq; verba, ſubiungere.

Origo, ait ille, *atq; genitura Conchæ, eſt haud multum oſtrearum Conchis differens. Has vbi genitalis anni ſtimulauerit hora, pandentes ſeſe, quadam oſcitatione, impleri roſcido conceptu tradunt: grauidas poſtea eniti: partúmque Concharum, eſſe Margaritas, pro qualitate roris accepti: ſi purus influxerit, cãdorem conſpici: ſi verò turbidus, & fetum ſordeſcere: eumdem pallere, cœlo minante conceptum: ex eo quippe conſtare, Cœlíque eis maiorem ſocietatem eſſe, quàm Maris: inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina, ſerenum. Si tempeſtiuè ſatientur, grandeſcere: & partu, ſi fulguret, comprimi Conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si vero & tonuerit, pauidas ac repente compreſſas, quæ vocant Phyſemata efficere, ſpeciem modo inani inflatam ſine corpore: hos eſſe Concharum abortus.* Similitérque Solinus Plinij veſtigiis inſiſtens in Polyhiſtore cap. 54. Margaritas, inquit, *legunt plurimas maximáſque. Conchæ ſunt, in quibus hoc genus lapidum requiritur: quæ certo anni tempore, luxuriante conceptu, ſitiunt rorem, velut maritum, cuius deſiderio hiant. Et cùm maximè lunares liquefiunt aſpergines, oſcitatione quadam hauriunt humorem cupitum. Sic concipiunt, grauidæque fiunt, ac de ſaginæ qualitate reddunt habitus Vnionum. Nam ſi purum fuerit quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum, aut pallore langueſcunt, aut ruſſo innubilantur: ita magis de cœlo, quàm de mari, partus habent. Denique quoties excipiunt matutini aëris ſemen, fit clarius* Margaritum: *quoties veſpere, fit obſcurius. quantóque magis hauſerit, tanto magis proficit lapidum magnitudo. Si repente micauerit coruſcatio, intempeſtiuo metu comprimuntur, clauſæque ſubita formidine vitia contrahunt abortiua.*

A quibus non abhorret quod apud Ammianum Marcellin. lib. 25. ſcriptum eſt. *Apud Indos, & Perſas,* Margaritæ *reperiuntur in teſtis marinis robuſtis & candidis, permixtione roris, anni tempore præſtituto, conceptæ. Cupientes enim velut coïtum quendam humoris, ex lunari aſpergine, capiunt, denſius oſcitando. Exindéq; grauidæ edũt minutas, binas, aut ternas, vel Vniones, ſic appellatas, quòd eius terræ Conchulæ ſingulas aliquoties pariunt, ſed maiores. Idque indicium eſt ætherea potius deriuatione, quàm ſaginis pelagi, hos oriri fetus & veſci, quòd guttæ matutini roris, iiſdem infuſæ claros efficiunt lapillos & teretes: veſpertini verò, flexuoſos contrà & rutilos, & maculoſos interdum. Minima autem vel magna, pro qualitate hauſtuum figurantur, caſibus variatis. Concuſſæ verò, ſæpiſſime metu fulgurum inaneſcunt, aut debilia pariunt, aut certè vitiis defluunt abortiuis.* Iſidorus libri decimi ſexti Origin. cap. 10. vt in etymo vocis Margaritorum quæ ab Indico idiomate manat, nugas agit, ita non ſpernendus eſt in eo quod adiicit. *Ineſt enim in carne Cochleæ calculus natus, ſicut in cerebro piſcis lapillus. Gignitur autem de cæleſti rore quem certo anni tempore Conchulæ hauriunt. Meliores autem candidæ* Margaritæ, *quàm quæ flaueſcũt. Illas enim aut iuuentus, aut matutini roris conceptio, reddit candidas: has, ſenectus, vel veſpertinus aër, gignit obſcuras.*

Ceterùm quod ait Plinius, præcipuum candorem cuſtodire *Margaritas Pelagias, altius merſas, quàm vt penetrent ſolis radij*, hoc Iſidorus ſignificat cùm ait, ἡ μὲν ἐν ἐμβύθιος πίννα λαμπροτάτω ποιεῖ, καὶ καθαρωτέραν, ἡ μεγάλην γεννᾷ Μαργαρίτην· ἡ δὲ ἐπιπολάζουσα, καὶ ἀνώφερὴς, λαμπρὸ τὸ ὕδωρ τῷ ἡλίῳ ἀκτινοβολεῖσθαι, δύσχρως καὶ ἄσημος. Quod & Solinus in Polihiſt. cap. 54. confirmat de Conchis Margaritiferis loquens in hunc modum. *Cúmque flagrantioribus radiis excanduerit dies, ne fuſcentur lapides Solis calore, ſubſidunt, & ſe profundis ingurgitant, vt ab æſtu vindicentur.* Præterea quod eſt apud Plinium, *Concha ipſa cùm manum videt, opprimit ſeſe, operítque opes ſuas, gnara propter illas ſe peti, manúmque, ſi præueniat, acie ſua abſcindit, nulla iuſtiore pœna, & aliis munita ſupplicijs:* hoc idem Iſidor. ita ait, κινδυνεύουσι δ' οἱ θηρῶντες τὰς Μαργαρίτας, ὅταν εἰς κεχηνότα κόγχον καθ' ὑπὸ ἐκπέσωσι τὼ χεῖρα. μύει γὰρ τότε, καὶ πολλάκις οἱ δάκτυλοι αὐτοῦ ἀποτρίονται. Arria. lib. 8. de Margaritis ſcribit Herculẽ ἐξευρεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ κόσμον γυναικήϊον, ὄστρεα καὶ εἰς τοῦτο ἐπὶ οἴτε ἐξ Ινδῶν τῆς χώρας τὰ ἀγώγιμα παρ' ἡμῖν ἀγινέοντα σφυδρὴ ἀνεόμβροι ἐκκομίζουσι· καὶ ἑλλήνων δὲ πάλαι, καὶ ῥωμαίων, ὅσοι πολυκτέανοι καὶ εὐδαίμονες, μείζονι ἐν σφυδρῇ ἀνέονται τὸν Μαργαρίτην, τὴ τοῦ θαλάσσιον. ὅτω τῇ Ινδῶν γλώσσῃ καλεόμενον, εἰ καὶ λέγῃ Μεγασθένης θηρέεσθαι τὼ κόγχην αὐτοῦ δικλύοισι, νέμεσθαι δ' ἐν τῇ θαλάσσῃ καθ' αὐτὴ πολλὰς κόγχας, καθάπερ τὰς μέλισσας. Quod & intactum Plinius non reliquit. Ait enim, *Quidam tradunt, ſicut Apibus, ita Concharum examinibus, ſingulas magnitudine, & vetuſtate præcipuas eſſe, veluti duces, miræ ad cauendum ſollertiæ: has vrinantium cura peti: illis captis, facilè ceteras palantes retibus includi.* Procop. lib. 1. de bello Perſ. Pezoræ Perſarum Regi allatum Vnionem narrat, candore ac magnitudine conſpicuum, auulſum è medio pectine, qui in mari Perſico, aperta Concha, natans, cane marino adſectante, captus fuerat. Ac planè in alto comitari marinis canibus Conchas Indicas, ſilentio Plinius non prætermiſit. Ammianus quoque Conchas *propter inſidias piſcantium, litora declinãtes, circa deuios ſcopulos & marinorum canum receptacula deliteſcere tradit.* Atque hæc ſunt *purgamenta æſtuantis maris*, quæ Curtius lib. 8. queritur *æſtimari pretio quod libido conſtituit.*

Margaritas

Margaritas autē, vt idem Plinius toties iam citato capite scribit, *Indicus maximè mittit Oceanus.* additque, *Fertilissima est Taprobane*, & *Stois* (sic enim emenda) *vt diximus in circuitu mundi:* id est, lib. 6. cap. 25. quò loci, *Stoidem in India quæstuosam Margaritis esse* scribit. Idē lib. 6. cap. 28. Tylon insulam, multis Margaritis celebertimam tradit. Sed & lib. 32. cap. 3. *Quantum*, ait, *apud nos Indicis Margaritis pretium est.* Solin. in Polyhistor. cap. 54. de Taprobane, *Margaritis scatet & gemmis omnibus.*

Nec tamen India tantùm, verùm etiam Britannia dat *Margaritas*, vt Solinus in Polyhist. cap. 54. ait, Plin. lib. 9. cap. 35. *In Britannia paruos, atq; decolores, Vniones nasci certum est.* Ammian. Marcellin. lib. 23. *Quod genus Gemmæ, etiam in Britannici fœcessibus maris, gigni, legique, licet dignitate dispari, non ignoramus.* Beda lib. 1. Histor. Gent. Anglor. cap. 1. *Exceptis autem variorum generibus Conchiliorum, in quibus sunt & Musculæ, quibus inclusam sæpè Margaritam, omnis quidem coloris optimam inueniunt, id est, rubicundi, & purpurei, & hyacinthini, & prasini: sed maximè, candidi.*

Margaritorum autem non vnum genus est. Etenim in libris nostris, *Vniones, Tympana, & Elēchi* memorantur.

Paulus in l. 32. §. vltim. D. de auro argent. *Inaures, in quibus duæ Margaritæ Elenchi.* & paulò pòst. *Ornamenta Mamillarum ex Tympanis Margaritis*: quorum verborum differentias aperit Plin. lib. 9. cap. 35. *Conchas*, inquiēs, *etiā captas, multo obrutas sale in vasis fictilibus, erosa carne omni, nucleos quosdam corporum, hoc est, Vniones, decidere in ima. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore, pondere, haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiscreti: vnde nomen Vnionum Romanæ scilicet imposuere delitiæ. Nam id apud Græcos, non est, ne apud Barbaros quidem, inuentores eius, aliud, quàm Margaritæ.* Et in extremo eius capitis, *Cùm Ælius Stilo, Iugurthino bello, Vnionum nomen impositum maximè grandibus Margaritis prodat.* Solinus in Polyhistore, cap. 54. de Margaritis loquens, *nunquam duo simul reperiuntur: vnde & Vnionibus nomen.* Isidorus lib. 16. Origin. cap. 10. de Margarit. *Ex quibus Margaritis, quædam Vniones vocantur. aptum nomen habentes, quòd tantum vnus, numquam duo, vel plures, simul reperiantur.* De Tympanis verò & Elenchis Plinij interpretationem audiamus. *Quibus vna tantùm est facies, & ab ea rotunditas, auersis planities, ob id Tympana nominantur.* Et mox, *Procerioribus sua gratia est: Elenchos appellant fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes.*

Margaritas Rudes, dixit Vlpian. in l. 25. §. margarita, D. de auro arg. siue in nulla adhuc opera (vt Arnob. loquitur) coniectas: siue quòd *sani Concharum partus*, vt Plin. tradit, *multiplici constant cute: non impropriè callum vt existimari corporis possit: itaque & purgantur à peritis. Perforatas* autem fuisse *Margaritas, vt pertusis in linea vterentur*, Vlpia. indicat l. 27. §. si cùm maritus, D. ad L. Aquil. cùm ait, *Cùm Maritus vxori Margaritas extricatas dedisset in vsu, eaque inuito, vel in scio viro perforasset, vt pertusis in linea vteretur.*

Linea Margaritorum triginta quinque, l. 26. D. ad L. Falcid.

Margaritam non recipere suo periculo, l. 60. §. locator, D. locati. *Margaritæ in littoribus inuentæ*, l. 1. D. de adquir. poss.

Si Margarita tibi æstimata dedero, l. 17. §. 1. D. de præscript. verb. *Si Margarita tibi vendenda dedero*, l. 44. D. pro socio.

Qui Margarita Titio pignori dederat, l. 108. §. qui Margarita, D. de legat. 1. *Duplam promitti oportere de his rebus quæ pretiosiores essent, si Margarita, fortè, venierint*, l. 37. §. 1. D. de euictionib. Tertull. in lib. de Pallio. *Margarita namque, vel ipso nomine pretiosa dehausit.* Idem in lib. ad Martyras. *Tanti vitreum, quanti verum Margaritum?*

MARITI appellatione, Sponsus continetur in Leg. Iulia de fundo dotali, l. 3. D. de fundo dotal. l. 2. C. de bon. matern. non item in Lege Iulia de adulteriis, quæ Marito iure mariti adulterij accusandi potestatem cùm dedit, idem Sponso concessisse non intelligitur, l. 11. §. quærebatur, D. ad L. Iul. de adulter.

Secundus Maritus, l. 41. §. testamento, D. de legat. 3. *Quondam Maritus*, l. 78. §. filiam, D. ad Sc. Trebellian.

Iure Mariti adulterij accusare, l. 2. §. 1. l. 13. §. sed & si ea, l. 38. §. liberto, D. ad L. Iuliam de adulteriis, l. 1. & l. 6. C. eod. tit.

Iure Mariti agere, & iure publico, opponuntur, l. 40. D. eod. tit. *Iure Mariti ream adulterij postulare*, l. 34. §. 1. D. de ritu nupt.

Mariti affectionem retinere, l. 5. D. de bon. damnator.

Inter Maritos, id est, inter virum & vxorem, l. 52. D. de donat. int. vir.

Maritam etiam pro coniuge & vxore, dicunt Horatius Epode 8. Ouid. in Epist. Medeæ. Statius lib. 3. Syluar. de lachrymis Hetruſci. Sic etiam *Maritas*, Ouid. lib. 2. Faſtor.

Ceterùm *Lex Marita*, apud Horatium, in carmine ſeculari, eſt, *Iulia*. de *Maritandis ordinibus*, de qua vide ſ. lib. 9.

MARITALIS *honor*, & *affectio*, l. 3. D. de donationib.

Maritali dolore percuſſus, l. 15. C. ad L. Iul. de adult. *Offenſam ægræ mulieres Maritali ſermone placauerat*, l. vlt. D. ſi quis aliqu. teſt.

MARTEM in Gallia inter Deos quos Senatuſconſulto, Conſtitutio nibúſque principum heredes inſtituere permiſſum erat, ponit Vlp. Tit. 23. Regul. Martem etiam, quem bella gerere credebant, Druidas coluiſſe Cæſar lib. 6. de bello Gallico ſcribit.

Marte ſuo lis currere dicitur, quę vt vulgò loquimur ſuum tractum capit, l. 1. C. ne liceat potentiorib. l. 11. §. proculdubio. C. de iudicis, l. 12. §. 1. C. de reb. credit. Ac planè non belli tantùm, ſed & fori *Martem* veteres dixerunt. Ouidius lib. 4. Faſtor.

Et fora Marte ſuo litigioſa vacent.

Idem lib. 4. de Ponto, Eleg. 6.

Vt cum quàm valeas ignoret Marte forenſi, Poſſe tuo peragi vix putet ore reos.

Eadémque metaphora Pedo Albinouanus in Eleg. de morte Druſi ad Liuiam,

Quæ ſit enim culti facundia ſenſimus oris,
Bellica pro trepidis cùm tulit arma reis.

Sic & Iuuenalis Satyr. 16.

Lentáque fori pugnamus arena.

At, *Marte ſuo*, apud Cicer. lib. 3. Offic. & 5. Action. in Verrem, eſt ſuopte ingenio, & propriis viribus.

MARMORE *legato, nihil, præter rudem materiam demonſtratum videri poteſt*, l. 78. §. illud, D. de legat. 3. *Marmor cæſum, neque exportatum*, l. vlt. D. de fundo dotal. *Marmoribus adornare opus*, l. vlt. D. de operib. publ. *Si quis domum deductis Marmoribus legauerit, quæ voluit heredem habere ad extruendam domum*, l. 41. §. ſi duobus, D. de legat. 1. & ibidem, *Marmora ad extructionem domus legauit. Marmorum quadrati*, apud Caſſiodor. Epiſt. 7. lib. 2. *Marmoribus nauem locare*, l. 1. §. igitur, D. de exercitor. act.

Marmoreæ lapidicinæ, l. vlt. D. de fundo dot. & l. 7. §. ſi vir. D. ſolut. matrim. *Marmoreæ ſtatuæ*, l. 100. D. de legat. 3. l. 1. D. de auro argẽt. *Marmoreum metallum*, l. 13. de metall. in Cod. Theod.

MARMORARIVS *Faber*, Seneca Epiſt. 90.

Marmorarij, qui marmorum in cruſtas ſecandorum artem tenent, l. 1. C. de excuſ. artific. lib. 10. C. l. 2. eod. tit. in C. Theod. & apud Caſſiod. lib. 1. Variar. Epiſt. ad Agapit. Vetus Gloſſ. *Marmorarius* Μαρμαροποιὸς, ἀγαλματογλυφος.

MARTIVS *Campus* inter exempla earum rerum quarũ cõmercium non eſt, ponitur §. non ſolùm, Inſtit. de legat. vide ſ. lib. 3. *Martis Campum*, vocat. Tacit. lib. 1. Annal.

MARTIÆ Calendæ, vide ſ. lib. 3. quibus addi velim hæc Feſti verba, *Martias Calendas matronæ celebrabant: quòd eo die Iunonis Lucinæ ædes coli cœpta ſit.* Sueton. in Veſpaſiano, cap. 19. *Sicut Saturnalibus dabat viris Apophoreta, ita & Calendis Martiis, feminis. Calendas* haſce credo *Matronalia* appellari apud Tertullian. lib. de Idololatr. cùm ait. *Saturnalia & Ianuariæ & Brumæ, & Matronalia frequentantur, munera commeant, ſtrenæ conſonant, luſus, conuiuia, conſtrepunt.* Quamquam alij ad *Matralia* referunt, id eſt, Matris Matutæ feſtos dies, vt Feſt. Pomp. explicat: *quibus in teſta calida cibum coxiſſe Matronas*, Varro lib. 4. de ling. Lat. ſcribit.

MAS, & *Femina*, ἀπὸ τοῦ ἄρσεν καὶ θῆλυ. l. 1. §. accuſationem, D. ad Sc. Turpill. l. 38. §. 1. D. ad Leg. Iul. de adult. *Maris & feminæ coniunctio*, l. 1. §. ius, D. de iuſtit. & iur. l. 1. D. de ritu nupt. Agell. lib. 14. cap. 1. *ipſo etiam primo Maris atque feminæ coïtu.*

Marem & feminam parere, l. 10. §. vlt. D. de reb. dub. *Mares & feminæ*, l. 88. §. inſulam, D. de legat. 2. *Maribus & feminis*, l. 8. D. de iur. & fac. ignor.

MASCVLI *& feminæ*, l. 10. §. ſecundo, D. de gradib. *Tam Maſculos, quàm feminas*, l. 1. D. de verb. ſign. *Maſculos, ſiue Maſculũ, ſiue Feminã*, l. 15. §. comitẽ, D. de iniurijs. *Ancillis legatis, non deberi*, l. 81. D. de legat. 3. *Maſculi liberi*, l. 8. D. de agnoſc. & alend. *Maſculorum munus*, l. vlt. D. de tutelis.

Maſculinus ſexus, l. 8. C. ad Sc. Velleian. *Maſculini & feminini ſexus*, l. 1. D. de teſtamentar. tut.

MASSA, rudem, infectã, informem, Auri, Argẽti, Æris, vel cuiuſuis alterius Metalli, materiam ſignificat, l. 7. §. cùm quis, D. de adquir. rer. dom. *Maſſa Auri*, l. 11. D. de reb. credit. *Argentea*, l. 19. & l. 52. §. ſi quis Maſſam, D. de furtis. *Argentum in Maſſa*, l. 27. §. vlt. D. de aur. argent. *Argentum in Maſſam redactum eſt*, l. 3. §. vlt. D. de rei vindic.

Maſſa

Massa legata, Scyphi ex ea facti exigi possunt, l.32. D. de legat. 3. *si ex scypho Massa facta sit*, l.9. §. si quis rem, D. ad exhibendum.

Si Lancem legauit, & Massam fecit, mox, Poculum, l.4. §. si pocula, D. de leg. 1. & ibidem, *Si pocula quis legauit, & Massa facta est. Ex Massa* etiam *subrepta poculum* feciſſe furem, proponit Vlpian. l.52. §. ſi quis Maſſam, D. de furtis. *Si Massæ vſusfructus legetur, & ex ea vasa sint facta, vel contrà*, l.10. §. ſi maſſæ, D. quib. mod. vſufr. *Duabus Massis duorum dominorum conflatis, tota Massa communis est, etiam si aliquid ex prima specie separatum maneat*, l.19. D. comm. diuid. l.88. D. pro ſocio.

Massæ pondus, l.19. D. de furtis. *Pro rata ponderis quod in Massa habemus*, l.3. §. vlt. D. de rei vindic. Senec. Epiſt. 82. *Massa in fornacem conjecta concaluit: in aquam remissa, refrixit.*

Massvrivs *Sabinus*, l.59. D. locati, l.80. D. de legat. 1. Iuriſconſultorum ſuæ ætatis facilè princeps fuit: Ateio Capitoni ſucceſſit: in equeſtri ordine manſit, & *publicè primus scripsit, posteáque hoc cœpit beneficium dari à Tiberio Cæsare*, l.2. §. hi duo, D. de orig. iur. in qua præterea ſcribitur: *ergo Sabino concessum est à Tiberio Cæsare, vt publicè responderet: qui in Equestri ordine iam grandis natu, & ferè annorum 50. receptus est. huic nec amplæ facultates fuerunt: sed plurimũ à suis auditoribus educatus est. huic successit, Cassius Longinus.* Sabinum autem hunc tres *Iuris ciuilis* libros: *Responsorum* libros duos: *ad Edictum Prætoris Vrbani*, libros quinque: *ad Vitellium*, libros aliquot: *Memorialium* etiam libros ſcripſiſſe, cùm ex indice Piſano, tùm ex inſcriptionibus Pandectarum, liquet. Eiuſdem verba ex libro *iuris ciuilis* ſecundo, citat Agellius lib. 4. cap. 1. & cap. 2. & lib. 5. cap. 6. & lib. 11. cap. 18. Item Commentarios quos *de indigenis* compoſuerat, citat idem Agell. lib. 4. cap. 9. eiuſdem etiam meminit lib. 14. cap. 2. Atque hic vt Sabini, in Pãdectis, ita *Massurij* nomine apud Plinium lib. 28. cap. 9. & lib. 16. cap. 18. & Masuri, apud Perſium, Sat. 5. exaudiendus eſt. Ad huius Sabini libros, Notas, tàm Pomponius, quàm Vlpianus, & Paulus ſcripſerant: ex Pomponij certè ad Sabinum libris 36. ex Vlpiani, ad eumdem libris vno & quinquaginta, ex Pauli ad eumdem libris ſedecim, complura in Pãdectis capita ſumpta. Illas enim Notas non ad alium, quàm *Massurium* hunc *Sabinũ* ſcriptas, teſtatur inſcriptio l.1. D. de legationib. cum Iuſtiniano in l. vlt. C. de heredib. inſtit. & Inſtititutionib. eod. tit. Vnde turpe Lampridij erratum deprehenditur, qui *Sabinum* iſtum, quem Notis ſuis Vlpianus pupugit, & *Consularem virum* appellat, & ab Heliogabalo cæſum refert: quorum vtrumque tàm falſum, quàm quod falſiſſimum, vt & perſtrinxi ſ. lib. 4. Hic ille, aut ego fallor, *Massurius* eſt, quem Athenæus Muſicis oblectatum ſcribit. Nam ni ita ſit, non video in quem potius hæc lib. 14. Dipnoſophiſtar. verba cadant. Μασσέριος ὁ πάνυ ἀρίστος ἐν σοφοῖς· ἐν γὰρ νόμων, ἐξηγητὴς δ' ἄνυδρος δεύτερος, ἐν οἷς περὶ μουσικὴν ἐπλάγησεν ἀεί· ἄπτεται γὰρ ἐν ὀργάνων. Ceterùm manúſne iniectionem Maſſurius iſte habeat in eos Faſtorum libros, quos ex *Masurio* Macrobius lib. 1. Saturnaliorum cap. 12. ſemel atque iterum laudat, amplius deliberandum cenſeo.

Huius auditores, ſcholæque ſectatores Sabiniani appellantur, l.11. §. idem ait, D. de donat. int. vir. l.11. D. de adquir. rer. do. l.3. C. de liber. & poſt. §. cùm ex aliena, Inſtit. de diuiſio. rer. Eiuſdem quoque auctoris libri, *Sabiniani* vocantur, l. vlt. C. de vſufructu, l. vlt. C. de ſeruit. & aq. l. vlt. C. de adquir. poſſ. l. vlt. C. de indicta viduit.

Mastigophori in l. vlt. D. de munerib. & honorib. Expoſui lib. 4. Select. Antiq. cap. 17.

Mater *semper certa est, etiamsi volgò conceperit*, l.5. D. de in ius vocan. *Matris loco sunt Socrus, & Nouerca*, §. ſocrum, Inſtit. de nupt. *Ilienſibus, Delphis, Ponticis, conceſſum eſt, vt qui Matre Ilienſi, Delphica, Pontica est, sit eorum municeps*, l.1. D. ad municipal. *Mater ingenua trium liberorum ius habens*, §. poſtea autem, Inſtit. de Sc. Tertyll. *Matres, tàm ingenuæ, quàm libertinæ, ciues Romanæ, ius liberorum consecutæ*, Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 9. *Mater ex alio matrimonio facta*, l. 62. §. vlt. D. de ritu nupt. *Mater adoptiua*, l. 29. §. quoniam, D. de inoff. teſt.

Maternvm appellatur quod à matre proficiſcitur & deſcendit. *qui Agrum ad hereditatem patris pertinentem, vt Maternum ignorans possedit*, l.87. D. de adquir. vel omit.

Materna ciuitas, l.3. C. de munerib. *Origo*, l.1. D. ad municipal.

Materna hereditas, l.77. §. dulciſſimis, D. de legat. 2. l.2. C. ad Sc. Orphitian. *Successio*, l.14. C. de poſtlimin. reuerſ.

Materna bona, l.114. §. idem, D. de legat. 1. l.86. §. vlt. D. de adquir. vel omit. & l.78. D. de heredib. inſtit. l.77. §. dulciſſimis, D. de legat. 2. l. vlt. D. ad Sc. Trebellian.

Materna, pro Maternis bonis, apud Plinium Epiſt. 11. lib. 7.

Maternus Auus, vide ſ. lib. 1. *Auia Materna*, l.8. D. vnde cognati, l.10. §. ſecundi, D. de gradib. & adfin.

Maternus libertus, l.5.§.vtrum, D.de agnosc.& alend. *Exigente Materno affectu*, l.5.§. si mater, D.eod.tit. *Materna liberalitas & pietas*, l.11. C.de nego.gest. *Verecundia*, l.31.§.1. D.de donationib. *Ex Materno genere*, l.22.C.de decurionib.lib.10.

MATERFAMILIAS, & *Filiafamilias*, opponuntur, l.1.§.1. D. ad Sc. Tertyll. *Matresfamiliarum sunt, quæ sunt suæ potestatis, siue puberes, siue impuberes*, l.4.D.de his qui sui vel alieni. *Titius in sua potestate esse dicit: ipsa se Matremfamilias dicit*, l.34. D. solut. matr. Itaque rectè nondum viripotens, aut virgo, *Materfam.* appellabitur, si morte patris, emancipationéve, sui iuris facta sit, quemadmodum Pupillus quoque & impubes sui iuris, *Paterfam.* rectè dicitur, l.1.l.4.& l.139. D.de verbor. significat. quod Tertullianum iuris apprimè peritum non latuit. Is enim lib.de Virginib.veland.ita scribit, *Materfamiliæ vocatur, licet virgo: & Paterfa. licet inuestis.* Matremfamilias, ait Vlpian.lib.59.ad Edictum *accipere debemus eam quæ non inhonestè vixit. Matrem enim familias à ceteris feminis mores discernunt atque separent, proinde nihil intererit nupta sit, an vidua: ingenua an libertina. Nam neque Nuptiæ, neque Natales faciunt* Matremfamilias, *sed boni mores*, l.46.D.de verbor.significat.

In interdicto de liberis exhibẽdis, quo donec res iudicetur, feminam, prętextatum eúmq; qui proximè ad prætextati ætatem accedit, interim apud *Matremfa.* deponi Prætor iubet, *cùm audis* Matremfa. *accipe, notæ auctoritatis feminam*, l.3.§.vlt.D.de liber.exhib. Et ita, honestius esse patrono libertam cõcubinam quàm Matremfam.habere, l.1.D.de concubin.id est, quã *ingenuam honestæ vitæ*, vt l.3.D.eod.tit. quamquam liberta Matrisfa. dignitatem vel honestatem in concubinatum se, patrono, cui obsequium debet, dando, non amittit: quam non retinet quũ se in concubinatu alterius quàm patroni tradit, l.41. D. de ritu nupt. *Si meretricia veste feminæ, non Matrumfamiliarum, vestitæ fuissent*, l.15.§. si quis virginis, D. de iniuriis.

In Lege Iulia de adulteriis, *Materfam.* significatur, non tantùm nupta, sed etiam vidua, l.10. D.ad L.Iul.de adul.Festus tamen lib.11.hoc nomine viduã contineri negat. Sanè Cic. Topic.Vxorum duo genera facit. Vnum, *Matrumfamiliarum: hæ sunt*, ait, *quæ in* Manum *conuenerunt*. Agellius lib. 10. cap. 6. idoneos vocum antiquarum enarratores tradidisse scribit, *Matronam* dictam esse propriè quæ in matrimonium cum viro conuenisset: quoad in eo matrimonio maneret: etiamsi sibi liberi nondum nati forent: dictámque esse ita *à Matris nomine, non adepto iam, sed cum spe & omine mox adipiscẽdo*: vnde & ipsum quoque *Matrimonium* dicitur. *Matrem* autem *familias* appellatam esse eam solam *quæ esset in mariti* Manu *mancipióque, aut in eius cuius* Maritus Manu *mancipióque esset*: quoniam, non in matrimonium tantùm, sed in familiam quoque, & in sui heredis locum veniisset. Quæ verba Seruius in 11. Æneid.transcripsit ad versum, *Subuehitur magna Matrum regina caterua*. Nonius Marcell. *Matronæ & Matrisfamilias* dissimilitudinem exponens, *Matronam*, ait, ex quorumdam locupletum auctorum sententia, quæ in matrimonio sit mariti, etiam ante susceptos liberos dictam: meliore tamen matris futurę spe, *Matronæ*, (sic enim fœdum illic ex compendio literarum creatum mendum corrige) nomine nuncupatam. *Matrem* verò *familias*, quæ in familia, mancipióque sit patris, etsi in mariti matrimonio esset. Festus, *Materfamiliæ non antè dicebatur, quàm Paterfamiliæ dictus esset: nec possunt hoc nomine plures in vna familia præter vnam appellari, sed nec vidua hoc nomine, nec quæ sine filius est, appellari.*

Aliena Materfamilias, l.8.D.ad L.Iul.de adult. *Quatuor pariter puellas à* Matrefamilias *natas esse*, l.3.D.si pars hered.

MATERIA, generaliter dicitur, ex qua species aliqua efficitur. *Sine* Materia *nulla Species effici potest*, l.7.§.cùm quis, D.de adquir.rer.dom. *Cùm ex aliena* Materia *species aliqua facta sit ab aliquo: vt ecce, si quis ex alienis Vuis, aut Oluis, aut Spicis, Vinum, aut Oleum, aut Frumentum, fecerit: aut ex alieno Auro, vel Argento, vel Ære, vas aliquod fecerit, &c.* §.cùm ex aliena, Instit.de diuisio.rer.& dic.l.7.§.cùm quis. *Speciem potius rerum, quàm Materiam intueri oportet*, l.7. D. de supell. lega. *Si* Materia *manente, Species mutata sit*, l.24.D.de adquir.rer.dom.

Materiæ hæc sunt adiuncta, *Infecta, Signata, Facta*, l.6.D.de rei vindic. *Rudis*, l.78. §.illud, D. de legat.3.

Materia *Argenti*, in Lege Dei, Tit.10. *Auri*, l.35. D.de aur.arg. *Cupressi, vel Oliuæ*, l.45. §.conductor, D.de iure fisc. *Olei*, l.7.C.si quis alteri. *Si Aurum sit conflatum, Materia tamen maneat*, l.49. §.vlt.D.de legat.3.

Materiam à *Ligno* Iurisconsulti separant. *Materia est, quæ ad ædificandum, fulciendum, necessaria est. Lignum verò quidquid comburendi causa paratum est*, l.55.D.de legat.3.

Materia *pro ligno Vsurum*, l.8.D.de vsufructu. *Pali certè & Perticæ* in numerum *Materiæ* rediguntur,

guntur,l.56.D.de legat.3.l.168.D.de verb.ſignific.

Materia legata,Nauis,Armariúmve ex ea factum nõ vindicetur,l.88.D.de leg.3.*Cui omnis* Materia *legata ſit,ei nec Arcam,nec* Armarium *legatũ eſſe*,l.57.D.de legat.3.*Si quis cauerit vt ſilua ſibi pignori eſſet,nauem ex ea* Materia *factam non eſſe pignoris:quia aliud ſit Materia,aliud Nauis*, l.18.§. ſi quis cauerit,D.de pignerat.act.*Materia* de trabibus dicitur in l.14.§.vlt.D.de peric.& com. Pallad. lib.2.de re ruſtic. cap.33. *Hoc etiam menſe cædenda* Materia *eſt ad fabricam.* Auctor Geoponic. τὰ πρὸς οἰκοδομὴν ξύλα τέμνειν, ait lib.3.cap.vlt.Corn.Front.de differẽtiis vocũ:*Materies animi eſt,* Materia, *arboris: Materies qualitas ingenij: Materia, fabris apta*, quæ tamen confundit auctoritas. Cato cap.17.de re ruſtic.*Materies, pro ridica, vbi ſolſtitium fuerit, ſemper tempeſtiua eſt*. & mox, *Cetera Materies quæ ſemen habet, cùm ſemen* Materies *habet,non tempeſtiua eſt.* Vitruuius, lib. 2. cap.9.*Materies cædenda eſt à primo autumno, ad id tempus quod erit antequam flare incipiat Fauonius. Vere enim omnes arbores fiunt prægnantes, & omnes ſuæ proprietatis virtutem efferunt in frondes anniuerſariáſque fructus.* Veget.lib.4.de re militar. cap.35. *Obſeruandum præcipuè, vt à quintadecima Luna,vſque ad vigeſimam tertiam Arbores præcidantur, ex quibus liburnæ contexendæ ſunt. His enim tantùm octo diebus cæſa* Materies,*immunis ſeruatur à carie.*

Nec verò *Materiam* dumtaxat eam quæ ex arboribus ad ædificandum cæditur,quo in genere ſunt,Tigna,Trabes,Aſſeres: verùm etiam quælibet alia ædificationi neceſſaria,vtputa, cæmenta,rudus, ſaxa, calcem, harenam,eodem Materiæ nomine appellant.*Qui prohibet eam* Materiam *conuehi quæ ædificio neceſſaria ſit*, l.1.§.ædificare, D.de mort.infer. *Cùm in ſuo loco aliquis aliena* Materia *ædificauerit*,l.7.§.cùm in ſuo.D.de adquir.rer.do. Et mox, *Si aliqua ex cauſa dirutum ſit ædificium,poterit* Materiæ *dominus eam vendicare. Si quis in alieno ſolo ſua* Materia *ædificauerit*, dic.l.7.§.ex diuerſo.*Si domus particulatim ita extructa ſit,vt nihil ex priſtina Materia ſuperſit*,l.65. §.vlt.D.de legat.1.*Si id quod in ſolo tuo ædificatum eſt diſſolutum fuerit,eius* Materia *ad priſtinum dominum redit*, l.2. C. de rei vindic. *qui ex incendio aliquid rapuerit præter* Materiam,l.3.§.vlt. D.ad L.Iul.de vi publ.Vitruuius lib.2.cap.1. *De parietibus & apparatione generatim* Materiæ *eorum, quibus ſint virtutibus & vitiis, expoſui.* Liuius lib.5.*Saxi Materiæque cædendæ,vnde quiſque vellet,ius factum.* Quintilian. lib.7.cap.1.*Opera extruentibus ſatis non eſt ſaxa, & Materiam, & cetera ædificanti congerere vtilia.*

Accepta pecunia ad Materias *vendendas*,l.47.D.de act.empt.Plin. Epiſt.258.lib.10.ad Traian. de Lacu Nicomed.*Per hunc marmora, fructus,materiæ, vehiculis ad mare deuehuntur.*

Latius quoque Materiæ nomen patet. *Si quis Nauem ſuam aliena Materia refeciſſet*, l. 61. D. de rei vindic.*Si gemma inſculpenda, aut includenda,data,vitio* Materiæ *fracta ſit*, l. 13. §. ſi gemma, D. locati.*Cuiuſcumque* Materiæ *menſæ*,l.9.D.de ſuppellec.lega. *Cuius* Materiæ *ſunt res quæ ſunt in ſupellectili*, l.3.§.vlt.D.de ſupellect.lega.

Materia ad ſcribendum,l.52.§.quod tamen,D.de legat.3. *Tabulas teſtamenti accipere debemus, omnem* Materiæ *figuram.Siue igitur tabulæ ſint ligneæ, ſiue cuiuſcunque alterius* Materiæ, *&c.* l.1. D. de bonor.poſſeſſ.ſec.tab.Ipſum quoque Tabularum Teſtamenti corpus, ſeu lignum, *Materiam* vocat l.3.§.hoc interdictum,D.de tabul.exhibend.

Quod liquidæ Materiæ *eſt*,l.4.D.de penu.lega.

Materia pro ſubiecto.*Materia Communionis*,l.77.§.dulciſſimis,D.de legat.2. *Litis inſtaurandæ*, l.20. D.de tutel.& ratio.*Materiam ſeditionis præbere*,l.3.D.de operib. publ. Paulus, de pecunia ſentiens, ait, *Electa* Materia *eſt, cuius publica ac perpetua æſtimatio, &c.* Et mox, *Eáque* Materia, *forma publica percuſſa*, l.1. D.de contrah.empt.*Si Æs pro Auro*,vel *plumbum pro Argento veneat,in corpus quidem conſenſum eſt, ſed in Materia erratur*, l.9.§.vlt. D.de contrah.empt.id eſt, *in ſubſtantia*,vt ibidem. *Si in Materia, & qualitate ambo errarent, vtputa, ſi & me vendere Aurum putarem, & tu emere, cùm Æs eſſet*, l.14.D.eod.tit.Et ita, *in Materia errari*, &, *Minus peritum diſcernendarum Materiarum*,accipe,l.11.D.eod.tit.Vrbanum prędium non locus facit,ſed *Materia*,l.198.D.de verbor.ſignif.id eſt,*qualitas,genus,& vſus*,vt patet ex l.166.D.eod.tit. & l.16. C.de præd.minor.

Matertera, eſt matris ſoror, & ita ab *Amita* ſeparatur, l. vlt. §.Tertio, D. de gradib. & adfinib.§.Tertio, Inſtitut. de gradib. cognat.l.10.& l.17.§.vlt.D.de ritu nupt. & apud Paul. lib.4.Sentẽt.Tit.11.§.item amitam,Inſtit.de nuptiis. Dicta eſt autem quaſi *Mater altera*, vt Feſtus lib.11.ſcribit à Græcis tamen vtraque communiter θεία, vel apud quoſdam πατρὼς appellatur, vt Iuſtinian. in dic. §. Tertio, ſcribit. *Matertera*, autem *Magnæ*, *Maioris*, *Maximæ* incrementa recipit. *Matertera Magna, auiæ ſoror eſt*, l.1.§.quarto,& l.vlt.§.quarto,D.de gradib.& adfinib.§.quarto,Inſt.eod.tit.& l.17.§.vlt.D.de rit.nup.vnde Feſti verba reſtituẽda moneo, quæ vulgò ita habent, *Matertera Patris & Matris, mihi Magna mater eſt*,cùm legendum ſit,*mihi*

magna Matertera est. Etenim Patris & Matris Materteram, id est, Auiæ Sororem, *Magnæ* nomen obtinere, ex his quæ modò diximus, constat.

Matertera maior, Proauiæ Soror est, Patris, vel Matris, Matertera magna, dic. l. vlt. §. quinto. quàm Gaius *Promatertera* vocat, l. 1. §. quinto, D. de gradib. vt & Paul. dic. l. vlt. §. septimo, & Iustinia. in § quinto, Instit. de gradib. cognat.

Matertera Maxima, Abauiæ Soror, Patris, vel Matris Matertera maior, dic. l. vlt. §. sexto, quã Gaius *Abmaterteram* vocat, l. 3. D. eod. tit. quo nomine eam quoque designari, tradit Paul. in dic. §. sexto, & Iustinian. in §. sexto, Institut. eod. tit.

MATHEMATICORVM honestum nomen, earum disciplinarum, quas solas præ ceteris, Μαθημάτων appellatione, Græci, teste Agellio lib. 14. cap. 3. dignati sunt, professoribus inditum malè tandem audire Romæ cœpit: infamatum fallaciis mendaciisque eorum qui se ex motu positúque siderum, aut aliis illicitis & improbatis artibus, euentura & futura prænoscere ac prædicere, hominúmque fata ex eorum genesi prænuntiare posse, profitebantur: *Mathematicos* enim caue apud Suetonium, Tacitum, Agellium, & in Cod. Theodos. & Iustinian. accipias eos quos Cicero 1. de Orator. *magna in obscuritate rerum, & recondita in arte, ac multiplici, subtilique versari*, ait: quin potius, Chaldæos, Genethliacos, vaticinatores, & ariolos, *fallaci siderum interpretatione, quæstuosam*, vt Valer. Max. lib. 1. cap. 3. loquitur) *mendaciis suis, caliginem iniicientes*: denique ἀστρολόγους, καὶ χάλδαιους, vt Dio lib. 49. appellat. quod præstigiarum offuciarúmque genus commentos esse homines *aruscatores, & cibum, quæstúmque ex mendaciis captantes*, scitè aiebat Phauorinus, qui eas vanitates eleganter deridet: acutéque refellit apud Agellium lib. 14. cap. 1. quo præcipuè teste nostra Mathematicorum interpretatio nititur. Is enim lib. 1. cap. 9. de Pythagoræ disciplis agens, *Hi dicebantur*, inquit, *eo tempore* Μαθηματικοὶ, *id est, disciplinis vacantes: scilicet ab iis artibus, quas iam discere atque meditari inceptauerant: quoniam Geometriam, & Gnomonicam, Musicam, cæterasque item disciplinas altiores*, Μαθήματα *veteres Græci appellabant, vulgus autem, quos gentilicio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit.* Tacitus lib. 1. Historiar. *Vrgẽtibus etiam Mathematicis, dum nouos motus, clarum Othoni annum, obseruatione siderum, adfirmant. Genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in ciuitate nostra, & vetabitur semper, & retinebitur.* Seneca in ludo Claudij, *Patere Mathematicos aliquando verum dicere, qui illum ex quo Imperator factus est, omnibus mensibus efferunt.* Iuuenal. Satyr. 14. *Nota Mathematicis genesis tua.* D. Augustin. lib. 4. Confession. cap. 3. *Illos Planetarios, quos Mathematicos vocant, planè consulere non desistebam: quod quasi eis nullum esset sacrificium, & nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigere.* quos & *Genethliacos, & inspectores siderum*, eodem cap. vocat. Ac planè *Mathematicos* Magis & Ariolis adiungunt Paul. lib. 5. Sententiarum, Titul. 21. Tertullianus Apologetic. cap. 43. Maximè verò in odium inuidiámque Mathematici isti abierunt ex quo de salute Principum consuli cœpere, & imperatorias geneses priuatis prædicere adgressi sunt. Vnde compluribus Senatusconsultis, principalibúsque decretis & Edictis, Vrbe Italiáque Mathematicos istos summotos accepimus. Ac primùm Tiberij principatu, Statilio Tauro, & Scribonio Libone, Coss. factum, de Mathematicis Magísque Italia pellendis, Senatusconsultum Tacit. lib. 2. Annal. narrat: quod ab Vlpiano significari in Lege Dei, Titul. 15. credibile est, licet sequenti anno, id est, Cæcilio Rufo, & L. Pomponio Flacco Coss. factum id dicatur, vt acutè Lipsius noster animaduertit, qui hoc Vlpiano cum Tacito discidium bellè excusat. Claudianis deinde temporibus, Fausto Sylla, & Saluio Othone Coss. de Mathematicis Italia pellendis factum Senatusconsultum, atrox & irritum, idem Tacitus lib. 12. Annal. memoriæ prodidit. Vitellio quoque imperante, pulsos Italia Mathematicos lib. 2. Historiar. refert Sueton. in Vitell. cap. 14. *Nullis tamen infensior quàm vernaculis & Mathematicis, vt quisque deferretur, inauditum capite puniebat: exacerbatus quòd post Edictũ suum, quo iubebat intra Calẽd. Octobris, vrbe Italiáque Mathematici excederent: statim libellus est propositus, Et Chaldæos dicere, Bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eumdem Kalendarum diem vsquam esset.* Tertull. in lib. 1. de Idololatria: *Expelluntur Mathematici, sicut angeli eorum: Vrbs & Italia interdicitur Mathematicis, sicut cœlum & angelis eorum. Eadem pœna est exilij discipulis & magistris.* Et mox, *scientiam Mathematicorum vsque ad Euangelium fuisse concessam, vt Christo edito, nemo deinde natiuitatem alicuius de cælo interpretetur*, scribit. Postremò Imp. Hono. & Th. *Mathematicos, nisi codicibus erroris proprij, sub oculis Episcoporum, incendio crematis, Catholicæ religionis cultui se traderent, nunquam ad errorem præteritum redituri, ciuitatibus omnibus pelli*, præceperunt, l. vlt. de Mathematic. in C. Theod. Ex his mirum nemini videbitur, Astrologiam, Astronomiámque, vtpote Romani ob præstigiatorum vaticinia

ticinia prædictionéſq; inuiſam, Liberalium artiũ numero non adſcribi: ſolas ex Mathematicis *Geometras* in præceptoribus liberalium ſtudiorum numerari, l.1. D. de extraord. cognit. quibus etiam fauentes Imperatores, immunitatem, vacationémque perſonalium munerum tribuerunt, l. vlt. C. de excuſationib. artific. non ita tamen vt Tutelarum excuſationem haberent, l.22. D. de excuſationib. Proinde Geometriam à Mathematica ſeparantes, Diocletian. & Max. l.2. C. de malefic. & nominatim ita cauent. *Artem Geometriæ diſcere, atque exercere publicè intereſt. Ars autem* MATHEMATICA *damnabilis eſt, & interdicta omnibus.* De Aſtrologis verò mentio habetur vno Vlpiani loco in l.15. §. ſiquis Aſtrologus, D. de iniuriis: cuius verba odiũ quoque Imperatorum in id hominum genus produnt. *Si*, ait, *Aſtrologus, vel qui aliquam illicitam damnationem pollicetur, conſultus, aliquem furem dixerit, qui non erat, iniuriarum cum eo agi non poteſt: ſed conſtitutiones eos tenent.*

Poſtremò Mathematicos iſtos D. Auguſtin. valde exagitat, acritérq; inſectatur, cùm aliàs tum in libris de Doctrina Chriſtiana, quibus vnus adeſt Iulius Firmicus, qui difficilis immò potius malæ ac deſertæ cauſæ, patrocinium ſuſcipiens Conſtantini temporibus, Matheſin omni ſtudio atque ope lib. Matheſ. 1. defendit.

MATRICARII in Nouella 13. quæ eſt de Prætore plebis. Hoc verbum in notis quibuſdam vetuſtis ad Iuliani Patricij Epitomen ſic expoſitum inueni: *Matricarij dicuntur illi, quos videmus ad incendia currentes, & portantes ſpongias cum ferramentis, & alia per quæ poſſunt de pariete in parietem tranſire, & ita incendium extinguere.*

MATRICES. Hoc nomine *fiſtulas* quaſdam appellari aiunt Impp. l.3. C. de aquæduct. lib.11. quæ nimirum in capite ductus aquæ, caſtellíve, poſitæ collocatæque ſunt: ex quibus aliæ quodãmodo prodeunt: quæq; quaſi *primordiales* & *originales* ſunt, vt Tertulliani verba vſurpem: cui etiam *Matricis* nomen in ore eſt non rarò. Vt enim *Matrices pecudes*, Varro & Columella eas appellant ex quarum fetu reliquæ propagantur, & *Matricem arborem*, Sueton. in Auguſt. cap.94. ex qua ſoboles enata, ita ille lib. de Virginib. velãd. cap.5. *Euam, Matricem generis humani* vocat, lib. de præſcriptio. aduerſ. hęretic. *Eccleſias Apoſtolicas, Matrices & originales fidei.* Idem lib.4. aduerſus Marcionem, *Vt ſcirent Hieroſolymis fuiſſe Matricem religionis.* Similitérque lib. aduerſus Iudæos. *Primordialis Lex eſt data Adæ, & Euæ, in Paradiſo, quaſi MATRIX omnium præceptorum Dei.* Sic & Cyprianus Epiſt.45. *Romanam Eccleſiam Catholicam, Matricem* eſſe dicit.

MATRICVLA pro Catalogo, deſcriptione, indicéque ab Impp. vſurpatur, l.3. & l.15. C. de agentib. in reb. lib.10. de cohortalib. lib.10. C. l. penult. & vlt. C. lib.10. C. de commeatu lib. 12. l.2. de domeſtic. & protectorib. l.16. de palat. ſacr. largit. l.1. de indictionib. in C. Theod. Nou. de lampadar.

MATRICULA fori, l.12. & l.15. C. de aduocat. diuerſ. iudic. *Matriculæ militares*, pro numeris, l.16. C. de teſt. milit. Veget. lib.2. cap.6. *Nam puncturis in cute punctis, Milites ſcripti, & Matriculis inſerti iurare ſolent.* Idem lib.1. cap.26. *Producendi, ergo Tirones ſunt ſemper ad campum & ſecundum Matriculæ ordinem in aciem dirigendi.*

MATRICULA Negotiatorum, l.15. de Epiſc. Eccleſ. & Cler. *Matricula officij Prætoriani*, Nouell. Th. & Valent. de princip. agent.

MATRICVLARII, Oeconomi Eccleſiarum appellantur, quos nunc *Marguilliers* vocamus. Aimoïnus Monach. lib.4. de geſtis Francor. cap. 33. *Prædia verò tam innumera fratribus in eodem loco Deo famulantibus, ſiue Matriculariis Eccleſiæ contulit.* vt Marculph. in Formulis. *Nos, in Dei nomine, Matricularij Sancti Martini, dum mane ad hoſtia ipſius Eccleſiæ obſeruanda conueniſſemus, ibi infantulum ſanguinolentum inuenimus.*

MATRIMONIVM appellamus maris & feminæ coniunctionem, ait Vlpian. l.1. §. ius naturale, D. de iuſt. & iur. *Matrimonium*, ait Iuſtinian. eſt Viri atque Mulieris coniunctio, individuam vitæ ſocietatem continens, Inſtit. de patr. poteſt. Agellius Matronam dictam docens à Matris nomine, non adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo: addit, *Vnde ipſum quoque MATRIMONIUM dicitur.* Diuus quoque Auguſtin. lib.19. contra Fauſtin. ex eo dictum *Matrimonium*, ſcribit, quod non ob aliud debeat femina nubere, quàm vt mater fiat. Gregorius in cap. vlt. de Conuerſio. infidel. datum hoc laboribus, quos in partu mulieres ſufferunt, tradit, vt ab ipſis potius, quàm viris, eorum coniunctio nomen accipiat. Tertull. lib.1. ad vxorem, coniunctionem hanc viri & feminæ, benedictam à domino, vt generi humano, & replendo orbi, & inſtruendo ſeculo excogitatam, ait. Elegãter autem Caſſiodorus, Epiſt.10. lib.2. Variar. *Matrimonium, humani generis procreabile ſacramentum appellat.*

Matrimonium non coïtus facit, ſed maritalis affectio, l.32.§.ſi mulier, D. de donat. int. vir. *rectè Matrimonium vel Nuptias contrahi*, l.11.D.de ritu nupt.

Iuſtum Matrimonium, ait Vlpian.Tit.6.Regul.*eſt, ſi inter eos, qui Nuptias contrahunt, Conubiũ ſit, & tam Maſculus pubes, quàm Femina viripotens ſit: & vtrique conſentiant, ſi ſui iuris ſint, aut parentes eorum, ſi in poteſtate ſint. Licitum* Matrimonium, l.20.§.ſi qui eo, D.de liber.& poſtum. & contrà. *Illicitum*, l.61.D.de ritu nupt. *Si Matrimonium moribus legibúſque noſtris cõſtat*, l.3.§.1.D.de donatio.int.vir. *Non eſt Matrimonium, ſi Tutor vel Curator pupillam ſuam, intra viceſimum & ſextum annum, non deſponſam à patre, nec teſtamento deſtinatam, ducat vxorem, vel eam filio ſuo iungat*, l.66. D.de ritu nupt.l.7.D.ad L.Iul.de adulter. *Ceſſat* Matrimonium *in ea quæ tutori ſuo nupſit, vel contra* Mandata *conuenit*, l.17.D.rer. amot.

Matrimonium non erit, ſi quis contra interdictum, eius Prouinciæ duxerit vxorem, in qua officium gerebat, l.63.D.de rit.nupt. *Matrimonia quæ conſiſtere non poſſunt*, l.3.D.de iure dot. *vbicumque* Matrimonij *nomen non eſt, nec Dos eſt*, ibidem. *Captiui vxor, etſi in domo eius ſit, non tamen in Matrimonio eſt*, l. 12. §. medio, D. de captiuis. *In eodem habitu* Matrimonij *permanere*, l.8.D.de condict. cau.da.

Matrimonium *alterum*, l.68.D.de cõdic.& dem. *Prius*, l.vlt.§.vlt.D.de doli except.l.13.§. ſed & ſi qua, D.ad L.Iul.de adult. *Poſterius*, l.5.D.de liber.& poſtum. *Secundum*, l.41. §. teſtamento, D.de legat.3.l.25.D.de condicion.& demonſtr. *non quaſi eodem* Matrimonio *durante, ſed quaſi alio interpoſito*, l.13.§.vlt.D.ad L.Iul.de adult. *Nondum coïto* Matrimonio, l.8.D.de condict.cau. dat. *Matrimonio non copulato*, l.6.D.cod.tit.

Matrimonio *non copulato*, l.6.D.de condict.cau.da.& ibidem. *Quoquo modo finitum eſſet* Matrimonium.

Quieſcens Matrimonium non debet alius turbare atq; inquietare, l.26.D.ad L.Iul.de adult. *Si pater concordans* Matrimonium, *fortè & liberis ſubnixum, velit diſſoluere*, l.1.§. vlt. D.de liber. exhib. Et mox, *ne bene concordantia* Matrimonia *iure patriæ poteſtatis turbentur.*

Honor bene tranſacti Matrimonij, l.67. §.item, D.de legat.2.

Matrimonium *Contrahi, Copulari, Conſtare, Durare, Manere.* & contrà, *Ceſſare, Dirimi, Diſſolui, Solui. Matrimonio coniungi*, l.15.D.de ritu nup. *Filio ſuo in Matrimonio pupillam ſuam adiungere*, l.15. D.de ſponſalib.

In Matrimonium collocare liberos, l.19.D.de ritu nupt. *Filias ſuas*, l.38.§.vlt.D.eod.tit. *In* Matrimonio *collocare*, l.23.§.1.D.ad L.Iul.de adult. *In* Matrimonio *habere*, l.4. C. de excuſat. tutor.

In Matrimonium coïre, l.31.D.de condic.& demonſtr. *Conuenire*, l.15. D.de ritu nupt. l.121.§. 1.D.de verbor.obligat. *Se dare*, l.1.D.de concubin. *Redire*, l.3. D.de legat.3. *Tradita*, l.11.D.ad L.Iul.de adulter. *In* Matrimonio *quæſiti liberi*, l.57.§.vlt.D.de ritu nupt.

Matrimonij cauſa manumittere, l.13.l.14.§.vlt.l.19.& l.20. §.matrimonij, D.de manu vindic. Matrimonij *cauſa ancilla, mulier, vel virgo, manumitti* dicitur l.13.§.vlt.D.de man.vind. l.51. D.de ritu nupt. *quam patronus ideò manumittit, vt eam libertam vxorem ducat*, quemadmodum ait l.29. D.de ritu nupt. Matrimonij enim *cauſa manumitti Ancilla à nullo alio poteſt, quàm qui eam vxorem ducturus eſt*, l.21.D.qui & à quib.man.

Matrimonij *onera*, l.20.§.hoc amplius, D.famil.erciſc. videʒ.lib.13.

Matrimonium *morte, vel aliqua pœna ſolutum*, l.14. D.qui & à quib. manumiſſ.

Matrimonium licitum, l.28 §.ſi quis, D.de liber.& poſt.

Matrona ſpectatæ honeſtatis & pudicitiæ mulierem ſignificat: quod & Feſtus quoque lib.11.ſignificat, cùm ait, Matronas *appellatas eas ferè, quibus ſtolas habendi ius eſſet.*

Matronæ nomen non amittit Liberta, quæ in concubinatu patroni ſe dat, l.13.D.ad L.Iul.de adulter. id eſt, Matrisfa.*honeſtatem*, vt loquitur Marcell. in l.41. D. de ritu nupt. quam non retinet quæ ſe in concubinatu alterius quàm Patroni tradit, vt illic ait, *Ad dignitatem pertinet iniuria cùm comes* Matronæ *abducitur*, l. 1. §. 1. D. de iniuriis. *Præter domum honeſtæ* Matronæ *eligere debet*, l.1.§.& notandum, D. de inſpic. vent. Sic etiam Matronarum nomen accipe apud Plin. Epiſt.18.lib.7. At Agellius lib.18.cap.6.cui & Non.Marcell. accedit, vt ex vtroque ſ̃.docui, Matronam dictam eſſe propriè quæ *in* Matrimonium *cum viro conueniſſet, quoad in eo* Matrimonio *maneret, etiam ſi ſibi liberi nõdum nati forent: dictámque eſſe ita, non à matris nomine adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo.*

Matronalis *habitus*, l.15.§.ſi quis virgines, D.de iniur. de quo lib.1. Select. Antiq. abundè diximus.

Matronalis *ornatus maiores expenſas flagitat.* Nou.Th.&.Valent.de fructib.

MATRVELEM à *Patruele* separat Marcianus, l.1. D. ad L. Pomp. de partic. Et vt *Patrueles*, qui ex fratribus, ita *Matrueles*, qui ex matris fratre nati sunt, dicuntur.

MATVLÆ inter ornamenta muliebria numerantur, l.26. §. mundus, D. de aur. arg.

MATVRA *Olea*, & contrà, *Immatura*, l.42. D. de vsu & vsufr. l.48. §. vlt. D. de vsufruct. *Matura silua*, l.12. D. quod vi aut cl. *Maturi*, & contrà, *immaturi fructus*, l. vlt. §. fructus, D. quæ in fraud. cred. l.9. D. ad L. Falcid. l.12. §. Iulianus, D. de vsufr. l.12. §. si maturis, D. de actionib. emp. l.8. D. de annu. legat. §. is ad quem, Instit. de diuis. rer. *Maturam* etiam *ætatem* μεταφορικῶς, ait l.50. §. vlt. D. de legat. 3. *Maturior partus*, Paul. lib. 4. Sentēt. Tit. 9. *Solutio*, l. 4. §. melior, D. de in diem addict. *Maturitas naturalis*, l.42. D. de vsu & vsufr. leg. *Maturius*, id est citius, Instit. de vsu cap. *Maturius iudicari*, l.3. §. duo, D. de Carbon. *Pronuntiari*, l.7. §. 1. D. de hered. pet. *Scire*, l.1. D. de succes. edic. *Scribas*, l.11. §. quidā, D. ad L. Iul. de adult. *Maturius interfici*, l.51. D. ad L. Aquil. *Perire*, l.51. D. eod. *Maturius liberum fieri*, l.4. §. seruire, D. de statulib. *Peruenire in libertatem*, l.3. §. quod si, D. eod tit. *Recipere rem suam à curatoribus*, l.2. D. de minorib. *Transferre fideicōmissum ad substitutorē*, l.36. §. vlt. D. de cōd. & dem. *Maturißimè in Prouinciā peruenturū*, l.5. D. de off. Procō.

MATVTINO *tempore*, & *Vespertino*, opponuntur, l.10. §. de Myope, D. de ædil. edic.

MAVRI *Sitifenses*, Nou. Th. & Valent. de tribut. fiscal.

MAVRITANIÆ Prouinciæ mentio habetur in l.28. de susceptorib. præpos. in C. Th.

MAXILLARVM *inæqualitas*: &, *cùm quis alteram* MAXILLAM *maiorem habet*, l.12. D. de ædil. edil.

MAXIMI Tyranni, qui se in Galliis pro Imperatore gessit, fit mētio l.10. de infirmand. his quæ sub tyran. in Cod. Th. vt & in l.7. eod. tit. in qua *infandißimus Tyrannorum* vocatur. De eo vide Panegyricum Latini Pacati. Hūc *Rutupinum latronem*, Auson. in Aquileiæ elogio vocat, Gregor. verò Turonens. *Treuericum Imperatorem*. *Maximus* Auunculus, vide S. lib. 1. item, *Patruus Maximus*, *Amita* Maxima, *Matertera Maxima*, l. vlt. §. sexto gradu, D. de grad. & adf. *Maximus natu*, l.10. D. de liberat. leg. *Maximus fluctus*, l.96. D. de verb. sign. *Vt Optimus* Maximúsq; *est fundus*, vide J. lib.13. *Maximo metu*, l.8. D. quod met. cau. *Maximus Prætor*, itē *Maximus Curio*, & *Maximus Pontifex*, qui, vide apud Fest. lib.11. *Maximus princeps Hadrianus*, l.20. §. præter, D. de hered. pet. *Maximū principē*, l.17. D. de quæst. Seuerū accipe. *qui Maximos principes appellauit*, l.8. D. de excus. & vacat. *Maxima capitis deminutio*. vide S. lib.3. *Maxima pars obstetricū*, Paul. lib.2. Sent. Tit.25. & Tit.29. *Cuius maxima pars in venditione fuerit*, l.44. §.1. D. de ædil. ed. *Ex Maximā parte*, l.22. D. de instr. vel instr. *qui Maximos fructus cōsequuntur*, l.11. §. vlt. D. de publican. *Maximæ vsuræ*, l.54. D. de administr. & peric. l.38. D. de neg. gest. id est, *grauißimæ*, & *legitimæ*, vt l.7. §. idem solēt, & §. quæ sunt, D. de administr. & peric. *Maximum feminarum munus*, l.14. D. de ædilic. edic.

MAXIMÈ, id est, præcipuè, præsertim, principaliter, l.90. & l.96. D. de diuers. reg. l.2. in pr. & §. vlt. D. de admin. & peric. l.12. D. de decur. l.11. D. de reb. credit. l.13. §. vlt. D. de dolo. l.18. §. 1. D. de quæst. l.3. §. aduers. D. de sepulchr. viol. l.12. D. de decur. & aliis propè innumeris loc.

Interdum tamen vocē hanc ita accipiendam moneo, non quasi aliâs, & cessante eo, idem iuris sit: sed tanquam aliâs idem non sit: ac proinde idem valet, quod *vtique*, seu *ita demum*, veluti in l.7. D. de vsurpat. *Vsucapiuntur res maximè corporales*, quod non sic accipiendum est, quasi etiam incorporales vsucapi possint (hoc enim à iuris ratione alienum est) sed quasi corporales solæ. Sic & in l.3. D. de cōcubin. *Ingenuā in cōcubinatu esse* posse traditur, *maximè eā, quæ obscuro loco nata est*, &c. id est, *eam demum*, vt sequētia verba declarant. Similiter in l.2. C. an seruus ex suo fac. *Maximè, cū tibi peculiū non esse legatū proponas*. id est, *vtiq;*: nam si peculiū legatū proponeretur, cōtrà esset dicendū l.2. §. per contrariū, D. de dote prælег. Eadémq; vocis huius interpretatio faciēda est in l.12. §. si in agro, D. de instr. vel instr. vt apparet ex cōiunctione, l.22. D. eod. tit. itē l.21. §. si dolo, D. de pecul. adhibita l.3. D. quād. ex fact. tut. *Maximè exacerbatur crimen*, l.7. §.1. D. ad L. Iul. maiest. *Maximè necessarium*, l.4. D. de admin. rer. *Maximè obseruandū est*, l.30. D. de re iudic. *etiam si Maximè creditor nō fuerit*, l.2. §. solet, D. de hered. vel act. *Sed si* Maximè *repromitterent non oportuisse*, l.43. §. vlt. D. de dam. inf. *Et si Maximè velit*, l.12. §. medio, D. de captiuis. *Vel Maximè autem*, l.1. §. quoties, D. de collat. bon. *Maximè puto*, l.5. §. maximè, D. eod. tit. *vt Maximè quis existimet*, l.63. D. de furtis. *vt* Maximè *vsus sit*, l.7. D. de supel. leg.

MAXIMVS, *Comes*, & *Exquæstor Palatij*, principatu Theod. & Valent. qui *vir Inlustris* vocatur Nou. Th. & Valent. de Th. Cod. auct. & *vir laudabilis*, Nou. eorūdem Impp. de tribut. fiscalib.

MECHANICI, machinarij, machinarum & eorum quæ μηχανικὰ ὄργανα vocantur structores, aut etiam periti machinarum mouendarū, quorum opera & industria Machinarum vsus exhibetur, l. vlt. C. de excusat. artif. lib.10. Suet. in Vespasian. cap.18. *Mechanico, grandes columnas, exigua impēsa perductarum in Capitolium pollicenti*. Sic & *Mechanici* apud Symmach. Epist. 74. lib.5. Cassiod. Epist. 10. lib.1. Enimuerò Seneca Epist. 88. *Machinatores* appellat *qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata faciūt in sublime crescentia*, &c.

MEDELAM *iuris adhibere*, l.17. C. de cuictionib.

MEDERI *desiderio*, l.vlt. D. de mortuo infer. l.5. C. de appellationib. *Rei*, l.26. D. de minorib. *Cautione, vel satisdatione, victo* Mederi, l.57. D. de heredit. petit. *Pio Remedio Mederi*, §. vlt. Instit. de donationib.

MEDIANVM. *Si ex* Mediano *cenaculi quid deiectum sit*, l. 5. §. interdum, D. de his qui effuder. De *Medianis* autem vide Vitruu. lib.3. cap. vlt. Angularibus acroteriis Mediana opponit, vt & columnas Medianas Angularibus, eiusdem lib. cap.1.

MEDIASTINVS *Seruus*, &, *Ordinarius*, opponuntur in l.15. §. prætor ait, D. de iniur. item, *Mediastinus*, &, *Artifex* in l.vlt. D. de oper. seru. Ex quo apparet *Mediastinos* appellatos eos qui in magna familia, nulli certo officio artificio, ministerióve addicti, adscriptiuè præsto erant ad facienda quæ imperarentur. Sanè vetus Commentat. Horat. in Epist. 14. lib.1. *Mediastinum* interpretatur *ministrum obsequij & officij balnearum*. Priscianus etiam in lib. de 12. carminib. *Mediastinus quoque*, ait, *inde videtur componi, quia Medias partes balnei tenet, hoc est, in medio lauantium stat*. Verùm æquè ædium, atque Balnearum ministeriis expositos deseruientésque seruos, nullo ceteroquin ordinario officio, ministerióve fungentes, *Mediastinorum* nomine vocatos constat. Vlpian. in l.1. §. caupones, D. naut. caup. *caupones, & stabularios*, in Edicto prætoris accipiendos tradens, *qui cauponam, stabulum exercent, institoréve eorum*, addit, *ceterùm si qui opera* Mediastini *fungitur, non continetur, vt puta Atriarij, & Focarij, & his similes*. Benè ergo Nonius Marcellus, *Mediastinos*, ait, *non solùm balnearum, sed ædium quoque ministros, & curatores, legimus. Lucilius* 17. *Villicum Aristocratem*, Mediastinum, *atque bubulcum. Cato præceptis ad filium. Ille Imperator, tu illi ac ceteris, Mediastinus*. Vetus Glossar. *Mediastinus seruus est, qui medium actum gerit, nec inter Ordinarios, nec Vicarios seruos, sed medius inter hos & illos connumeratur*. Hinc μεταφορικῶς, Plinius, *Prodicum* qui Iatrelepticen instituit, reunctoribus quoq;, ac *Mediastinis medicorum*, vectigal inuenisse, lib.29. cap.1. ait. vtitur & hoc vocabulo D. Augustl. lib.7. de fide cõtra Manich.

MEDICAMEN *quod ad salutem hominis, vel remedium datum erat*, Paulus lib.5. Sentēt. Tit.23. *Vbi plura simul contribuuntur, ex quibus vnum* Medicamentum *fit*, l.27. §. 1. D. de adquir. rer. dom.

Medicamentum ad Conceptionem dedit, l.3. §.1. D. ad L. Corn. de sic. & ex diuerso, *quòd ei* Medicamentum *dedisset, ne conciperet*, l.3. §. item Iulianus, D. de statulib. *Si obstetrix Medicamentum dederit, & inde mulier perierit, si quidem suis manibus suppositum, vel dedit, vt sibi mulier offerret*, l.9. D. ad L. Aquil. *Si quis per vim, vel suasum, Medicamentum infudit vel ore, vel clystere*, dic. l.5. §.1.

Medicamento mentem alienare, l.15. D. de iniur. *Si Medicus* Medicamento *perperam vsus fuerit*, l.8. D. ad L. Aquil. *qui venenum pro* Medicamento *dedit*, l.7. §. siquis, D. eod. Seneca Epist. 64. *puta relicta nobis Medicamenta, quibus sanarentur oculi. Theriaca & cetera* Medicamenta *quæ secessus causa dominus ibi habuit*, l.12. §. idem respondit, D. de instruct. vel instrum. *Omnia* Medicamenta *quæ biberentur*, l.5. D. de penu legat.

Medicamentorum *sumptus, quem* Medicus *libertus, vt patronam eiúsque familiam curaret, acceptabat*, l.10. §. vlt. D. de annuis legat. *Apparatus omnis conficiendorum Medicamentorum*, Paul. l.3. Sentēt. Tit.7.

Medicamentum autem medium nomen esse tradit Nonius Marcell. *Medicamentum*, inquiens, *est quo homines, vel cetera animalia curãtur*. M. *Tull. de Offic. lib.3. Si quis Medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Medicamentum rursus, venenum, vt Græcè* Φάρμακον. Deinde ridiculam huius vocis notationem adfert. Verùm Medicamentum à Varrone ἀπὸ τῆς ἐξαγωγῆς pro veneno vsurpatum docet adductis verbis eius, quæ quòd ad Hannibalem pertineant subiecit. *Quærit ibidem* (inquit) *ab Hannibale cur biberit* Medicamentum: *quia Romanis, inquit, me Prusiades tradere volebat*. Et ita, *Mala* Medicamenta, l.3. D. ad L. Corn. de sica. & §. eadem lege, Institutionib. de pub. iudic. quæ Venenis coniunguntur, l.4. §.1. D. famil. erciſc. *periculum amittendorum oculorum per aduersa* Medicamenta *inferendo*, l.3. D. de extraord. cognit.

Medimentum, pro tinctura purpuræ, aut succo quem bibit purpura, Seneca dixit lib.1. Natural. quæst. cap.3.

MEDICAMENTARIVS, l.1. de repudiis in C. Th. id est, veneficus, vt l.7. eod. tit. in Cod. Iustin.

MEDICI, *salutis hominum curam agunt*, l.1. D. de extraord. cognit. *Medicos fortassis qui accipiet, etiam eos qui alicuius partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur*, dic. l.1. §. medicos. *Medici insidiis necatus*, l.5. §. vlt. D. de Sc. Silan.

Medicos autem olim, ipsosmet venas incidisse. vulneribus manus admouisse, virilitatem excidisse, & alia omnia Chirurgorum munia obisse, Iurisconsultorum, aliorúmque auctorũ testimoniis pridem demonstraui, lib.2. Select. Antiq. Hinc illa, Si *Medicus seruum imperitè secuerit*, l.7. §. vlt. D. ad L. Aquil. *Medicus qui benè secuerit, & dereliquit curationem*, l.8. D. eod. tit.

Medico qui ſeruum exciderit, capitale erit, l.4.§.vlt.D.ad L.Corn.de ſic.Senec.lib.1.de Ira, cap. 5.de Medico agẽs. *Si fruſtra molliora ceſſerunt, ferit venam, membríſque, ſi adhærentia nocent, & morbum diffundunt, manus adfert.* Idem in conſolatione ad Martiam. *Adhice lacerationes Medicorum, oſſa viuis legentium, & totas in viſcera manus demittentium, & non ſimplici dolore pudenda curantium.* Idẽ Epiſt.95. *Nil opus erat tam magna Medicamentorum ſupellectile, nec tot ferramẽtis, atq; pyxidibus.* Sed & *in inſtrumento* Medici eſſe *collyria & emplaſtra*, ait l.18.§.in inſtrumento, D.de inſtruc. vel inſtrum. *Si* Medicus *cui curandos ſuos oculos qui eis laborabat cõmiſerat*, l.3.D.de extraord.cognit. *Si* Medicus *Medicamento perperam vſus fuerit*, l.8.D.ad L.Aquil. *ſi non adhibuit* Medicum *vt ſanari poſſit, vel malum adhibuit*, l.31.§.culpam, D.de ædil.edic. *quod in* Medicos *impenſum eſt*, l.52.§.quidam, D.pro ſocio. *Finge*, Medicis, *cùm ægrotaret ſeruus, dediſſe me pecuniam*, l.8.D.de pigner.act. *Medico quæ viua præſtabam, dari volo*, l.10.§.medico, D.de annu.legat. *Mercedes præſtitæ* Medicis, l.vlt.D. de his qui deiecer.§.de eo, Inſtit. de obligationib.quæ quaſi ex delic. Eos quoque qui Medicinam factitarent ſeruos, vel libertos fuiſſe 2. Antiquitat. lib. docui, vt apparet ex l.10.§. vlt.D.de annu.lega.& l.14.§.ſi patris, D.de bonis libert.Vnde in l.41.§.Lucius, D.de fideic. libert.ita teſtator cauiſſe proponitur. *Medicos tibi commendo, illum & illum. In tuo arbitrio erit, vt habeas bonos libertos, & Medicos.*

Plerumque Medici, ſeruos eiuſdem artis, libertos perducunt, quorum operis perpetuò vti non aliter poſſunt, quàm vt eas locent, l.25.§.1.D.de oper.libert.

Medicorum autem certum ac definitum in ſingulis ciuitatibus fuiſſe numerum propter immunitates eis conceſſas oſtendit Iuſtinian.§.item Romæ, Inſtit.de excuſationib.tutor.

Medicorum *intra numerum præfinitum conſtituendorum arbitrium non præſidi prouinciæ commiſſum eſt, ſed ordini & poſſeſſoribus cuiuſq; ciuitatis*, l.1.D.de decret.ab ord. *Reprobari poſſe* Medicum *à Republica, quamuis ſemel probatus ſit*, l.6.§.philoſophi, D.de excuſationib.

Medici *militum*, l.33.§.vlt.D.ex quib.cauſ.maior. Medicus *ſecundæ legionis*, l.1.C.de profeſſ. & medic.lib.10. *Medicos* etiam in legionibus fuiſſe, indicat l.vlt.D.de iure immunit.

Medicinam *facere*, l.26.D.de oper.libert. *Exercere*, l.27.D.eod.tit.

Medicinam exhibere videtur Obſtetrix, l.1.D.de extraord.cognit. Medicinæ *cauſa parata*, l.70. §.1.D.de legat.3.

Mediocris *pœna*, l.37.D.de minorib. *Si* Mediocris *patrimonij ſit*, l.25. D. de operis libertor. *Si* Mediocrium *facultatium ſit*, l.44.D.de action.empt.

Mediocre prædium, l.15.D.de vſu & habit. *Mediocrium delictorũ pœnæ*, Paul.lib.5.Sent.Tit.17.

Mediocre vulnus, l.4.§.vlt.D.de ædilic.edic. *Si vulneruit non* Mediocria, l.7.§.præterea, D.de iniuriis.

Mediocritas *facultatium*, l.30.D.de legat.2.& ita, *Mediocritatem*, accipe in l.6.§.vlt. D.de excuſationib.

Mediocritate, non genere, differt Scapha à Naui, l.vlt.D.de inſtru.vel inſtrum. *Per Mediocritatem cauſam dirimere*, l.2.D.vt legat.ſeu fideic.nom.caueat, id eſt, per medietatem, ſeu media via, vt aliâs Iuriſc.loquuntur.

Nec enim Mediocriter *delinquit*, l.29.§.qui quæſtum, D.ad L. Iul. de adult.

Medius *aliquis ex auctoribus*, l.15.§.1.D.de diuerſis temporalib. *Medius* pro ſecundo conductore, l.8.D.locati. *Medius creditor*, quem tertius ſequitur, l.12.D.quib.mod.pign. Medius *dominus*, l.17.D.de aqua & aquæ pluu. *Heres*, l.2.§.ſi eam, D.pro emptore.

Medij actus homo, actori ſeruo opponitur, §.ſed pœna, Inſtitut.de iniuriis, quæ verba Theophil.ita conuertit. Εαὺ τὸν διοικητὴν οἰκετὴν πάσης μετῆς οὐσίας ὑβρίσῃς. ἢ ἕτερος, ἵνικα ὑβρίσῃς τὸν οἰκέτην μὴ ὡς μίαν ἐνεχάρησα φροντίδα, τυχὸν διοικητὴν αὐτὸν ποιήσας τῶν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ ἀμπελίδων μθ κλημάτων.

Per Mediam *perſonam*, l.11.C.ſi quis alteri. *Inter Medias heredum inſtitutiones*, l.3.§. filius, D.de liber.& poſtum.l.3.D.de iniuſto rupt.

Medius *fons*, l.32.D.de ſeruit.præd.vrb. *Fundus*, l.15.D.quemadm.ſeruit.amitt.l.17.D.de aq. & aq.pl. Medius *Locus*, l.3.§.ſi aquam, D.de aq.cottid.l.16.D.quemad.ſeru.amitt. *Mediis locis interuenientibus*, l.8.D.de oper.noui nunt. *Medio loco ſcribit heres*, l.20.D.de heredib.inſtit.

Medius *paries, qui duas ædes diſtinguit*, l.4.D.de ſeru.leg. *Mediæ ædes*.l.24.D.de ſeruit.præd.vrb. *Mediæ magnitudinis lanx*, l.32.D.de aur.arg. Media *luce, &* Media *nocte*, l.8.D.de feriis. *Media parte noctis*, ibidem. Media *parte fluminis*, l.7.§.inſula, D.de adquir.rer.dom.

In Medium *conferre*, l.45.D.de adquir.heredit. *Conferri bona*, l.3.§.Iulianus, D.de collat.bonor. *E Media hereditate ſumito*, l.88.quiſquis, D.de legat.2. *De* Medio *ſumito*, l.41. §. feliciſſimo, & l.91.§.vlt.D.de legat.3.

E Medio ſumito, l.32.§.idem, D.de aur.arg.l.12.D.de cond.& dem. *E Medio præcipito*, l.88.§. 1. D. de legat.2.

Ex Medio Recipias, l.18 §.vlt. D. de annu. legat. *E Medio ducenda*, l.9. D.leg.2. *De Medio diſcedere*, l.8. D.de condicionib.& demonſtrat. *Ex Medio laturus*, l.59.§.vlt. D. pro ſocio. *Tolli de Medio quæ in Monumenta publica poſita ſunt*, l.37.D.de iniuriis. *De Medio trahendum tempus*, l.5. D.vt in poſſ.legat.

In Medio alueo, l.1.§. ſi inſula, D. de fluminib. *Itinere*, l.1.§. interdictum, D.de vi & vi arm. *Quaſi, in Medio, nulla captiuitas interceſſiſſet*, l.12.§.codicilli, D.de captiuis. *Medio decennij ſpatio*, l.16.D.de vſu & vſufr.lega. *Spatio Medio*, videlicet quod interceſſit inter teſtamẽtum & mortem teſtatoris, l.8.D.de confir.tut.

Intermiſſum dominium in Medio tempore, l.11.§. eandẽ, D.de except.rei iud. *Medio tẽpore*, id eſt, antequam colluſio detegatur, l.4.D.de colluſ.deteg. *Medio tempore*, inter primam licitationẽ & ſequentem adiectionem, l.vlt.D.de iure fiſc. *Medio tempore*, hoc eſt, pendente appellatione, l.13.§.vlt.D.qui teſtam.fac.poſſ.l.10.§.auctis, D.de vacationib. & excuſat. l.1.D.nihil innouari. *Medio tempore*, id eſt, pendente accuſatione, l.21.§. idem reſpondit, D.ad municipal. *Medio tempore*, id eſt pendente die vel condicione, l.11.D.de teſtamentar. tut. l.32. D. de minorib.l.9. §. ſi teſtamento, D.de tut.& rat.l.14.§.Marcellus, & l.16.D.de in diem addict.l.10. & l.vlt.D.qui ſatisda.l.20.D.de optione lega.l.60.D.de vſufructu, l.16.D. quib.mod.vſusfr. l.vlt.D.de natalib.reſtit.l.8.§.vnde, D.de inoffic.teſtam.l.20.D.de vſurpationib. l.27. D.ex quib. cauſ.maior.l.51. D.ad L.Aquil. l.6.D.de ſtatu homin.l.42. D.de actionib.empti, l.18. §.vlt.& l.36.D.ad L.Falcid.l.73.D.de condicionib.& demonſt.l.11.§.Ariſto, D.quod vi aut clam, l. 11.D. vt in poſſeſſ.leg. *Medio tempore*, id eſt, pendente controuerſia hereditatis, & ante aditam hereditatem, l.12.D.de Carbon.edic.

Medio tempore, dum ſtatus pendet, l.1.§.1.D.ad Sc.Tertyll.

Medio tempore, id eſt, dum res in pendenti eſt, l.vlt.§.vlt.D.ad Sc.Tertyl.

Medio tempore, id eſt, ante partum editum, l.36.§.miles, D.de teſtam.milit. l.3.§.eſt autẽ, D. de ſuis & legit. & apud Paul.lib.3.Sentent.Tit.2.

Medio tempore, l.9.D.de ſtatuliberis, id eſt, antequam ſtatutæ libertatis caſus extiterit.

Medio tempore, id eſt, quamdiu captiuus apud hoſtes fuit, l.23.§.item ei qui, D. ex quib.cau. maior.l.12.§.medio, D.de captiuis.l.23.§.1.D.de adquir.poſſ.l.9.C.de poſtl.reuer.

Medio tempore alienatum, id eſt, ante reſtitutam hereditatem, l.9.& l.22.§.ſi heres, l.33.& l.54. D.ad Sc.Trebell. *Medio tempore*, id eſt, quo poſſedit hereditatem is qui eam poſt certum tempus reſtituere rogatus eſt, l.8.§.vnde, D.de inof.teſt. *Medio tempore*, id eſt, quo prohibitus eſt, vel deiectus fructuarius, l.60.D.de vſufruct.

Medio tempore ædificata area, id eſt, poſt teſtamentum, ante mortem teſtatoris, l.79.§.area, D.de legat.3. *Medio tempore*, id eſt, antequam ancilla quæ redimi iuſſa erat redimeretur, l.41. §.Lucia, D.de fideicom.liber. *Medio tempore*, id eſt, interim dum pater ordine motus eſt, l.2.§. in filiis, D.de decurionib.

Medio tempore, dum ſcribitur principi, l.6.§.vlt.D.de interd.& releg.

Medio tempore percepti fructus, l.11.§.ſi fructus, D.quod vi aut clam. l.4.§.1.& l.16. D. de in die addict.id eſt, poſt fundum in diem addictum, ante meliorem condicionem allatam.

Medio tempore, id eſt, antequam ſubſtitutioni locus ſit, l.1.§.ſi pupillus, D.ſi is qui teſt. *Medio tempore*, id eſt, inter mortem teſtatoris & aditam hereditatem, l.20.D.de vſurpationib. *Mercedibus quas Medio tempore percepit*, l.12.§.contrario, D.mãdati, id eſt, quamdiu fundum poſſedit, nec vendidit. *Medio tempore*, id eſt, antequam ſeparatio deſiderata fuerit à creditoribus, l.2.D. de ſeparationib.

Medio tempore, id eſt, antequam natalibus reſtitutus ſit, l.vlt.D.de natalib. reſtit. *Medio tempore*, quod, inter alienationem & iudicium inchoatum, interpoſitum eſt, l.vlt.§. non ſolùm, D.quæ in fraud.cred. *Medio tempore*, id eſt, ante priorem tutorem remotum, l.10.C.qui dare tut.

Medio tempore, l.84.§.vlt.D.de legat.2. id eſt, poſt mortem teſtatoris, dum moratur heres præſtare libertatem.

Medio tempore, in l.33.D.ad Sc.Trebell.& l.18.§.vlt.D.ad L.Falcid, id eſt, quoad vixit heres qui reſtituere rogatus eſt. *Media tempora*, l.6.§.ſolemus, D.de hered.inſtit.

Media Iuris prudentia, lege 12.Tab.iunior, Imperiali autem conſtitutione anterior, §.media, inſtit.de legit.adgnat.ſucc.

Media Ratio, l.6.D.de pœnis, *Sententia*, l.7.§.cùm quis, D.de adquir.rer.do.§.cùm ex alie-

na,

na, inſtit. de rer. diuiſione. Sic *Medium decretum*, apud Liuium lib. 3. *Medium & moderatum conſilium*, apud eumdem lib. 11. Sic & lib. 31. *quod Medium, inter vtile & æquum erat, decreuit.* Mediam *viam eligentes*, §. vlt. Inſtit. qui & ex quib. cauſ. manumit. Liuius lib. 32. *Tanquam Mediam & tutiſſimam nobis viam conſilij.* Quintilian. lib. 4. cap. 2. *In narratione tamen præcipuè* Media *hæc tenenda ſit via.*

Medium nomen, l. 3. §. 1. D. de L. Cornel. de ſicar. id eſt, τῆς μέσου, vt loquitur l. 1. §. perſuadere, D. de ſeru. eor. μέσα, autem appellantur, vocabula, quę in bonam & malam partem accipiuntur. Ideóque boni vel mali adiectione diſtingui & diſcerni ſolent: qualia ſunt, Dolus, Valetudo, Venenũ. Nam *qui venenum dicit, adiicere debet, Bonum, vel Malum, vtrum* Malum, *an Bonum*, l. 236. D. de verb. ſignif. Donat. in Eunuch. Act. 2. Sc. 2. *Ornatus*, τῆς μέσου *eſt, ad decus* (ſic enim emenda) *& turpitudinem.* Seruius in 1. Æneidos, ad verſum, *at Citherea nouas artes. Ars* τῆς μέσου, *eſt, vnde ſine Epitheto malè ponitur, vt bonas artes, malas artes, dicamus.* Idem in 2. Æneid. ad verſum, *ignari ſcelerũ tãtorum artíſque Pelaſgæ. Ars* τῆς μέσου *eſt, ideò adiecit, Pelaſgæ: fraudulenti enim ſunt habiti:* ſed & in 1. Æneid. ad verſum, *loca fœta furentibus auſtris: quia fœta,* Medius *ſermo eſt, benè hoc loco Epitheto diſcreuit, dicens graues fœtas, vt bonum facinus, & malum facinus dicimus, & bonum venenum, & malum venenum.* Nonius Marcell. *Malitiam veteres, vt Dolum,* Medium *ponendum eſſe duxerunt, quaſi ſit & bona.* Eodémque ſenſu, Mediam *vocem*, dixit Agell. lib. 12. cap. 9.

Media, quoque Seneca Epiſt. 82. appellat indifferentia, quæ Græci ἀδιάφορα, veluti diuitias, formam, honores.

Media hæc erunt iudice diſpicienda, l. 25. D. de pignerat. act.

Medietas *debiti*, l. 1. de vſur. rei iudic. in C. Th.

Medietas pro media via. *Medietatem quandam ſecuti*, l. 3. D. ſi pars hered.

Mel *eſſe ſolemus*, l. 3. §. planè, D. de penu lega. *Mella eſculentæ penui ſemper cedunt*, l. 3. §. eſculenta, D. de penu. lega. Auſonius in Technopægnia.

Quidque cibo & potu placitum labor acer apum, Mel.

Mel autem *venire ex Re, eque fronde, ac pabulis, in vterculos congeri Apum, quæ id ore vomunt*, Plinius lib. 11. cap. 12. tradit vnde *aërij* Mellis *cæleſtia dona*, Virgil. lib. 4. Georg. appellat. Apes, planè, vt Seneca Epiſt. 84. ait, *Flores ad* Mel *faciendum idoneos carpunt, deinde quidquid attulere, diſponũt, ac per fauos digerunt, & vt Virgil. noſter ait, liquentia* Mella *ſtipant & dulci diſtendunt nectare cellas.* Verùm de illis, vt ſubiicit, non ſatis conſtat, *vtrum ſuccum ex floribus ducant, qui protinus* Mel *ſit: an quæ collegerunt, in hunc ſaporem, mixtura quadam & proprietate ſpiritus ſui, mutẽt. Quibuſdam enim placet, non faciendi* Mellis *ſcientiam eſſe illis, ſed colligendi. Quidam exiſtimant, conditura & diſpoſitione, in hãc qualitatem verti, quæ ex tenerrimis virentium, florentiúmque decerpſerint, non ſine quodam fermẽto, quo in vnum diuerſa coaleſcant.*

Si fundi reditus ex Melle *conſtat*, l. 10. D. de inſtruct. vel inſtrum. Ex *Melle* autem Mulſum, *Hydromeli*, &, Oenomeli, manant, de quibus vide ſuis locis.

Melinvm, l. 78. §. cocum, D. de legat. 3. Suidas, Μίλινον χρῶμα.

Melior, & *Deterior*, opponuntur. *Melior aut deterior factus ager*, l. 66. §. vlt. D. de euictionib. *Meliore vel deteriore facto fundo*, l. 28. D. de nouationib.

Meliorem agrum facere, l. 1. §. 1. D. de aqua. Me *eloquentia, & diligentia tua* Meliorem *reddidiſti*, l. 27. D. de donationib. *Cùm ex hac venditione* Melior *non eſt factus aduleſcens*, l. 32. §. interpoſito, D. de adminiſt. & peric. id eſt, locupletior.

Melior *habetur poſſeſſoris cauſa*, l. 154. D. de diuerſ. reg. Melior *eſt cauſa poſſidentis*, l. 26. §. vlt. D. eod. tit. *Cùm de lucro duorum quæratur, Melior eſt cauſa poſſidentis*, l. 126. §. vlt. D. de diuerſ. regul. id eſt, *potior*, vt l. 36. §. vlt. D. de teſtam. milit. *Si turpitudo dantis & accipientis verſetur*, Melior erit *cauſa poſſidentis*, l. 5. D. de calumniatorib.

Melior *eſt cauſa conſumentis*, l. 24. D. de minorib. *Quantum ad verba Senatuſc. attinet*, Melior *eſt cauſa prædonis, quàm bonæ fidei poſſeſſoris*, l. 34. §. ſi prædo, D. de heredit. petit. *Melior cauſa mandantis fieri*, l. 5. §. vlt. D. mandati. *Seruus creditoris meliorem cauſam domini facere poteſt*, l. 3. C. de pactis. *Neque enim deteriorem cauſam noſtram facimus actionem exercentes, ſed* Meliorem, l. 29. D. de nouationib. *Actio Tributoria non, ſicut de peculio, occupantis* Meliorẽ *cauſam facit*, l. 6. D. de tribut. Meliorem *cauſam prædiorum facere*, l. 6. §. vlt. D. de ſeruit. præd. ruſt.

Melior *cauſa effecta*, l. 12. D. quib. mod. pign.

Melior *condicio & Deterior*, pugnant, l. 133. D. de diuerſ. reg. iur. l. 17. D. de pactis dotalib. Inſtit. de auctorit. tutor. *Occupantis* Melior *eſt condicio*, l. 10. D. de peculio, l. 3. D. quod cum eo.

Melior *videtur condicio cauſæ bonæ, ſi ad iudicem quàm ſi ad arbitrum mittatur*, ait Senec. de Benef.

lib.3.cap.7. *Melior erit condicio*, l.9.§.est præterea, D.de reb.auctor.iudic.l.20.§.vlt.D.de bon. possess.contr.tab. *Ne Melioris condicionis sit, qui dubiæ libertatis est, quàm qui certæ*, l.24.§.vlt. D.de liberali causa. *Ne Melioris condicionis sit, quàm ceteri creditores*, l.24. D.quæ in fraud.cred. *Non debet prædo Melioris esse cõdicionis, quàm bonæ fidei possessor*, l.36.§.si prædo, D.de heredit.petit. *Meliorem furis condicionem esse*, l.67.§.1. D. de furtis. *Meliorem suam condicionem facere*, l. 55. & l.59. D.de pactis, l.8.§.eam, D.de transactionib. l.3.& l.vlt. D.de nouationib.

Meliorem condicionem suam facere pupillo etiam sine auctoritate tutoris concessum est, l.28. D. de pactis, & Institut.de auctor.tutor. *Nemo ex suo delicto Meliorem suam condicionem facere potest*, l.134. §.vlt.D.de diuers.reg. *Suã quidẽ condicionem Meliorem facit: aduersarij verò sui Deteriorem*, §.huic autem, Instit.de actionib. *Ignorãtis, inuitique Meliorem condicionem facere*, l.53.D.de solutionib. *Cùm constitutio non Deteriorem causam redimentium, sed si quo Melior em, effecerit*, l.12.§. si quis seruum, D.de captiuis.

Meliorem meam condicionem feci, l.24.D.quæ in fraud. cred. *Meliorem tuam condicionem fieri*, l.28. D.ad Sc.Trebell. *Si Meliorem alius condicionem obtulerit*, l.1. C. commun. diuid. *Melior condicio, fundo in diem addicto, adferri videtur, si pretio quid addatur. Sed & si nihil pretio addatur, solutio tamen offeratur facilior pretij, vel maturior, vel locus oportunior soluendo pretio dicatur, vel si persona idoneior, vel quæ leuioribus condicionibus emat, & satisdationem nullam exigat, Melior condicio adferri intelligitur*, l.4.§.vlt. D.de in diem addict. & omnino quidquid ad vtilitatem venditoris pertinet, pro Meliore condicione haberi debet, l.5.D.eod.tit. Sed & *Melior condicio intelligitur, quam venditor comprobauit*, l.14.D.eod.tit. & ita, *Meliorem condicionem* accipe in l.2.§.si in diem, D.pro empto.l.3.D.quibus modis pign.l.11.D.quod vi aut clam, l.vlt. D.de iure fisc. & apud Plaut.in Captiuis, Act.1.Sc.2. Hoc sensu, *Meliorem condicionem adferre*, aiunt l.6.§.vlt. l.13.§.vlt.& l.14.§.vlt.D.de in diem addict.l.2.§.si in diem, D.pro empt.& *Facere*, l.1.D.de in diem addic.& *Melior condicio adferri*, l.3.D.eod. *Offerri*, l.2.D.eod.tit. *Si Melior condicio allata sit*, l.4.§.1.& §.eum igitur, D.eod.tit. *Meliore allata condicione*, l.2.D.eod.tit.

Si ad Meliorem fortunam peruenerit, l.1.§.cùm autem, C.de rei vxor. act. *in Melius reformari*, l.3. C.communia vtriusque iudic.

Melius est, id est, longè vtilius, aut commodius, l.57.D.de hered.pet.l.17.D.quod met.cau. l.29.§.quid si, D.de liberis & postum.l.3.§.1.D.de suspect.tut.l.14.§.1.D.solut.matr.l.9.§.vlt. D.de pecul.

Melius est, in ambiguis pro dotibus respondere, l.83.D.de diuers.reg.iur. *In re dubia fauere repetitioni quàm aduenticio lucro*, l.41.D.de diuers.reg.iur. *Sensum magis quàm verba amplecti*, l.3.§. Papinianus, D. de adimend. legat. *Possidere potius, quàm in personam experiri*, l.1.§.1. D. de superficieb.

Melius est legatarium non lucrari, quàm emptorem damno adfici, l.14.§.1.D.de religios.& sumpt. *Melius est per mediocritatem causam dirimere*, l.7.D.vt legator. *Proficisci proconsulem*, *Melius quidem est sine vxore*, l.4.§.1.D.de offic.procons.

Melius expectari oportere, l.30.§.eleganter, D.de fideic.liber. *Melius est illud sequi*, l.17.§.quid ergo si, D.ad L.Iul.de adult.

Melius erit in factum actionem his competere, l.1.§.ex interdicto, D.de vi & vi ar. *Melius erit, si non se interponant*, l.15.§.sed si emptor, D.de re iudic.

Melius est agere, vel, *agi*, l.18.D.de præscript.verb. id est, *tutius*, vt l.17. l.19. & l.24. D. eod. tit.

Melius est dicere, l.61.D.de iudiciis, l.8.D.de noxalib.l.27.§.si quis, D.ad L.Aquil.l.29.§.sex mensum, D.ad L.Iul.de adulter.l.3.§.1.D.de bonor.possess. cont. tab. l.4. §.seruire, D.de statuliber.l.14.§.1.D.solut.matr.l.40.§.1.D.de dam.infec.l.44.D.de adquir. rer. dom. l.22. §.1.D.mandati. *Melius est vt dicamus*, l.1.§.Appio, D.de postuland. *Melius esse dico*, l.19.D.locati. *Melius esse dicitur*, l.2.§.si quis, D.de vi bonor.rapt. *Melius dicitur*, l.6.D.quod fal.tut. *Dicetur*, l.1.§.ibi, D.de vi & vi arma, l.21.§.si arbiter, D.de recept. qui arbitr. l.15.§.ex hac, D.de dam. infec. *Dici*, l.82.D.de legat.2.

Melius fecerit Proconsul, si fiscali pecuniaria causa abstineat, l.9.D.de offic. Procons. *Cognati Melius facerent, si se sumptibus inanibus non vexarent*, l.1.D.de inoffic.test.

Melius est probare, l.14.§.vlt.D.de legat.præstand. *Melius probabitur*, l.18.D. de excusationib. *Puto Melius*, l.11.D.ad L.Aquil.

Melius scribit, l.2.§.Labeo, D.ne quid in loco publ. *Melius scripsisset Prætor*, l.5. D. de re iudica.

Melius ſtatuetur, l.5.D.de pœnis. *Melius viſum eſt*, l.1.D.de æſtimatoria.

Nec Melius, Æquius, eſſet, l.66.§.vlt.D.ſolut.matr. *Nec Melius, Æquius, eſſe exiſtimarem*, l.82.D. de ſolutionib. Sic & in Arbitrio rei vxoriæ, *Æquius Melius*, apud Cicer.3.Offic.

MELIORARE *proprietatem*, l.13.§.inde, D.de vſufr.ear.rer. *Impenſas quas ad Meliorandum rem vos erogaſſe conſtituerit*, l.16. C. de euictionib. *Sumptus Meliorati prædij*, l.16.C. de prædiis, & aliis reb.minor.

MELIORATIONES, quæ Græco vocabulo ἐμπονήματα dicuntur, l. vlt. C. de iure emphyt. *Pro faciendis Meliorationibus*, l.vlt.C.de negot.geſt.

MELLOPROXIMI, qui inſequenti anno futuri ſunt proximi ſcriniorum, l.5.l.7.& l.14.C.de proxim.ſacror.ſcrin.lib.12.

MEMBRANÆ ſunt ex genere & numero Materiarum ad ſcribendum: quæ à *Chartis* ſeparantur, l.52.D.de legat.3.l.1.D.de bonor.poſſ.ſecun.tab.& apud Paul. lib.4.Sentent.Tit.7. *Siue in Charta, ſiue in Membrana, ſiue in quauis alia materia, ſint volumina*, l.52. D.de legat.3. *Si in Chartis, Membraniſve tuis, carmen, vel hiſtoriã, vel oratione Titius ſcripſerit*, §.litterę, Inſtit.de diuiſ.rer. *Quæ Membranis manu eius ſcriptis continentur*, l.102.D.de legat.3.Plin.lib.13.cap.11. *Varro Membranas Pergami tradidit repertas, poſtea promiſcuè patuit vſus rei, qua conſtat immortalitas hominum.* Idémque lib.20.cap.8. *Aqua Betæ ſilueſtris è radice coctæ, maculas Membranarum* elui tradit. Vet.Gloſſarium, MEMBRANA, διφθέρα. Perſius Satyr.3.

Iam liber & bicolor poſitis MEMBRANA *capillis,*
Inque manus Chartæ, nodoſaque venit arundo.

ad quem locum veteres Gloſſæ, *bicolor*, aiunt, *quòd pars crocea, pars glutinata, apud antiquos erat. Membranæ Scriptæ, Puræ, nondum conſutæ*, l.52.§.quod tamen, & §.vnde, D.de leg.3. *Membranei codices*, l.52.D.de legat.3.Martialis de libris in Membranis,

Hos lege, quos artat breuibus Membrana tabellis.

Membranarum autem libros ſeptem Priſcus Neratius ſcripſerat.

Totas Membranas inſpiciendi diſtribendique poteſtas fiat, l.10. §.1.D.de edendo.

MEMBRANVLÆ. *quæ Membranulis manu mea ſcriptis continentur*, l.102.D.de legat.3.

MEMBRVM, in humani corporis fabrica, quid ſit, nemo eſt qui neſciat. *Pœna iniuriarum ex lege* 12.*Tab. propter Membrum ruptum Talio erat*, §.pœna, Inſtit. de iniuriis. *Si homini Membri quid laceratum ſit*, l.10.D.de ædilic. edic. *Dominus Membrorum ſuorum nemo videtur*, l.13. D. ad L. Aquil.

MEMBRVM, pro parte ædium, & cubiculo, interdum vſurpatur. *Membro adhærentia Armaria, vel adfixa*, l.52.§.ſed ſi Bibliothecam, D.de legat.3. *Si pictor Membrum depinxiſſet.* l.13.D. de manum.teſta. Plinius Epiſt.17. lib.2. *Cubiculo adhæret dormitorium* MEMBRUM *tranſitu interiacente.* Idem Epiſt.6.lib.5. *Multa in hac Membra.* Columella etiam lib.1.cap.6. *Membra villæ in tres partes, Vrbanam, Ruſticam & fructuariam* diuidit. In eamdémque ſententiam hoc verbo vtitur Apuleius lib.7.de Aſino aur.& Sidonius Apollin.Epiſt.2.lib.2.

MEMINISSE, ait Seneca Epiſt.33. *eſt rem commiſſam memoriæ cuſtodire.*

Meminiſſe debemus, l.1.§.vlt.D.de aqua cottid.

Meminiſſe oportet, l.4. §. vlt. D.de appellationib. l.vlt. D. de furtis. l.5.§.meminiſſe, D. de agnoſc.& alend.l.1.C.de pœnis. *Meminiſſe nos oportet*, l.4. §.1. D. de precario. *Illud Meminiſſe iudices oportet*, l.16.D.de manumiſſ.vindic.

Meminiſſe oportebit, l.37. D.de mort.cau.donat. l.8. §. meminiſſe, D.de inoffic.teſtam. l.8. §.meminiſſe, D.de oper.noui nunt.l.7.§.vlt.D.de donationib.l.13.§.1.D.de inſtitoria.l.7.§. præterea, l.15.§.abduxiſſe, D.de iniuriis, l.6.§.1.D.ad Sc.Trebell.

Memineris, in reſcripto Traiani ad Plinium Epiſt.41.lib.10. & *Meminerimus* in alio reſcripto, Epiſt.43.eiuſdem libri. *Illud Meminerimus*, l.1.D.quæ ſentent. ſine appellat. *Dummodo Meminerimus*, l.1.§.proinde, D.de ædilic.edic. §.1. Inſtitut. de ſuſpect. tutor. *Modò vt Meminerimus*, l.1. §.oſtendimus, D.eod.tit.

Memor ſum eius ſententiæ, l.20.D.de fideicom.liber. *Memor eorum quæ teſtamẽto cauiſſet*, l.31.D. de adimend.legat.

MEMORATÆ *perſonæ*, l.5.D.de liberal.cauſ.

MEMORIA. *An operis facti Memoria extet*, l.28.D.de probationib. l.2.§. idem Labeo, D. de aqua & aquæ. *Foſſa, cuius Memoria non extat*, l.2. §.1.& §.idem Labeo, D.eod.tit.l.3.D.de loc. & itiner. *Cuius origo Memoriam exceſſit*, l.3.§. ductus aquæ, D.de aqua cottid. *Memoriæ infirmitas*, l.44.D.de adquir.poſſeſſ.

In Memoriam prioris dignitatis, l.vlt. D. de decurionib.

In Memoriam prioris dignitatis, l.vlt.D.de decur.*prioris dominij*, l.18.§.seruus, D.de quæstion.

Tenere Memoria, l.2.§.idem, D.de aqu.& aq.pl.

Testium & signatorum Memoria, & præsentia, ad fidem creditæ pecuniæ vti, l.32. D.de furtis.

Memoria humanæ condicionis, l.27.D.de condicion.instit.

Memoria etiam pro honore nominis existimatione que, & pia recordatione defunctorum vsurpatur.Plin.Epist.18.lib.2.*Debeo Memoriæ fratris tui hanc fidē*. Sic,*quòd Memoriæ seruādæ gratia exiſtat*, l.12. §.Celsus, D.de religios.& sumpt. *Memoriæ conseruandæ defuncti gratia quotannis spectaculum celebrari*, l.16. D. de vsu & vsufr.leg.Traianus Plinio consulenti vtrùm ex testamento Iulij Largi opera facere deberet quæ honori Traiani consecrarentur,an instituere quinquennales agonas qui Traiani appellarentur,ita respondet,Epist.80.lib.10.*quid potissimum ad perpetuitatem Memoriæ testatoris faciat,ipse dispice.*

Peto, fideique committo,vt des præstes in Memoriam meam, pedissequis meis, quos ad curam templi reliqui, singulis Menstrua cibaria, l.17.D.de alimen.vel cibar.

Luctum habere patris Memoriæ, l.vlt.D. de his qui not.inf. *Propter patris vel matris Memoriam post quinquennium à morte non retractatam*, l.2.in princ.D.ne de statu defunct.

Enimuero eorum qui Maiestatis & Perduellionis criminibus, post mortem, rei agebantur,*Memoria damnari* dicebatur. l.32.§.si maritus, D.de donationib. inter vir.& vxor. §. publica,Institut.de public.iudic. Sic, *crimine perduellionis illato, Memoriam defuncti damnatam* proponit Papinianus,l.77.§.vlt.D.de legat.2. *quorum Memoria post mortem damnata est,vtputa Maiestatis, vel alia tali causa*, l.6.§.quid si,D.de iniust.rupt.*Si rei Memoria propter crimen quod morte non intercidit,damnata est*, l.2.C. de testam. manumiss. *Si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis reus,ac per hoc Memoria eius damnata*, §.per contrarium, Institutio. de heredit. quæ ab intest. Planè *Repetundarum & Maiestatis iudicia,etiā mortuis reis cum quibus nihil actum est,adhuc exerceri placuit*, l. 20.D.de accusationib.vnde Theophil.addict.§. per contrarium, μετὰ τὸν τελευτὴν ἀπετέθη κατηγορία κατὰ τοῦ τελευτήσαντος, ἐπάγουσα τὸ τῆς Τυραννίδος ἐγκλημα.τῇ γὰρ τελευτῇ τῶν ἐγκλημάτων ἀποσβεννυμένων, τοῦτο μόνῳ κατὰ τῶν τελευτώντων κινεῖται. Eodémque sensu *principum Memoria aboleri* dicebatur. Sueton.in Caligul. cap. vlt. *Quidam verò, sententiæ loco, abolendam Cæsarum Memoriam, ac diruēda templa censuerunt.*Et in acclamationibus Senatus post mortem Commodi, apud Lampridium, *Impuri gladiatoris Memoria aboleatur.* quod vti,quóque modo fieret, ex his quæ sequuntur perspicuè liquebit.Sueto.in Domitia. cap.vlt. *Contrà,Senatus adeò lætatus est,vt repleta certatim Curia, non temperaret quin mortuum contumelioſissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret:Scalas etiam inferri, clypeósque & imagines eius coram detrahi,& ibidem palo adfigi iuberet:nouissimè eradendos vbique titulos, abolendámque omnem Memoriam decerneret.* Apud Lampridium in Commodo, Seuerus Pontifex hæc pro Sententia,de Commodi Memoria damnanda,dicit: *Censeo abolendas statuas quæ vndique sunt abolendæ,noménque ex omnibus priuatis publicísque monumentis eradendum.* Heracliani etiam tyranni Memoriam Impp.ita damnant,*Heracliani vocabulum,nec priuatim,nec publicè,vlla Memoria te neat*,l.13.de infirmand.his,in C.Theod.E contrariò,eorum qui illicitè damnati erant, quorum innocentia post mortem purgabatur,*Memoria restitui* dicebatur.

Capitolinus in Pertinace,*Reuocauit etiam eos qui deportati fuerant,crimine maiestatis, eorum Memoria restituta, qui occisi fuerant.* Vetus inscriptio,D. M. M. *Antonij Antil. Lupil.* &c. *Decemuiri stlitibus iudicandis, præfecti feriarum Latinarum,cuius Memoria per vim oppressi,in integrum, secundū amplissimi ordinis consultum,restituta est*,&c. Lampridius in Commodo, *Innocentium Memoriæ seruentur.* Vologesum etiam Persarum Regem magnopere à Senatu petiisse,vt *Neronis Memoria coleretur*,Suetonius in Nerone cap.vlt.refert.

Enimuerò decessores suos vita functos,*Augustæ*,& *Diuæ Memoriæ*, posterioris seculi Imperatores appellant,l.11.C.de proxim.sacror.scrinior.lib.11.l.7.& l.12.de agentib. in reb. in Cod. Theodos. l.7. de proxim. comitib. dispositionē.eod. Cod.*Diualis constitutio Leonis Augustæ Memoriæ*, l.10.C.de secund.nupt.*Constitutio Diuæ Memoriæ Constantini*, l.3. C.de legit.tut. *Constitutio Arcadij Diuæ Memoriæ*, l.18.C.de collationib. *Constitutio Diuæ Memoriæ Theodosii, & Valentiniani*, l.9.C.de repudiis. *Anastasius Diuæ Memoriæ*, l.23.C.mandati.*Lege Leonis Diuæ Memoriæ*, l.10.C.de pact.conuent. *Leo Diuæ Memoriæ*,l.3.C.de quadrienn. præscr. l.vlt. C. de ædific.priuat.

Lex Triumphalis Memoriæ patris nostri, aiunt Honorius & Theodosius, l.1.si nupt.ex rescript. *Obseruari ad perennem Memoriam*, l.11.C.de quæstionib.

Memoria,pro Commentariis in quos referebantur ea quæ ad perennem Memoriam pertinebant,

tinebant, aut quæ Memoriæ ergò, literis mandata adſeruari principes curabant, proprio ac ſpeciali ſcrinio, quod eius rei ergò comparatum erat: *Memoriæque*, ſeu *ſacræ Memoriæ*, dicebatur: & inter quattuor *ſacra*, ſeu Palatij *ſcrinia*, de quibus ℣. lib. 16. dabitur dicendi locus, primùm locum obtinebat: Atque hoc *Memoriæ ſcriniũ Magiſtrum* habebat, qui *Memoriæ præeſſe* dicebatur, l. 11. C. de excuſ. muner. lib. 10. Herodian. lib. 4. Ην αὐτῷ τις τῶν ἀπελευθέρων φίλτατος φῆφος μὲν ὄνομα, τῆς δὲ βασιλέως μνήμης προεστώς. Ruffin. lib. 11. Eccleſ. Hiſtor. cap. 16. *Interim dictanda aduerſus fidem patrum imperialia decreta mandantur Beneuolo, tunc Memoriæ ſcriniis præſidẽti.* qui Beneuolus in eius capitis inſcriptione, *Magiſter memoriæ* appellatur. Sanè *Magiſter Memoriæ*, vt Marianus in Notitia tradit, *annotationes omnes dictabat, emittebat atque reſpondebat tamen & precibus. Magiſter verò Epiſtolarum, legationes ciuitatium & conſultationes, & preces tractabat. Magiſtros certè ſupplicãtibus reſponſa præbuiſſe*, item, *Imperialia reſpõſa dictaſſe*, apparet ex l. vlt. C. de diuerſ. reſcript. & Nou. Theod. & Valentin. de homicid. Et ideò iſti ſcriniorum Magiſtri, *quodammodo Imperatoriæ Maieſtati adſidere* videbantur, l. 1. C. de magiſtr. ſcrinior. lib. 12. *A Memoria*, autem, vt & *ab Epiſtolis* interdum libertos, Principes habuere, vt illa quæ modò adduxi, Herodiani verba teſtantur. Poſtea Iuriſperiti, qui circa principem occupati erãt, his partibus functi ſunt. Spartianus in Peſcen. Nigro de Paulo & Vlpiano agens, *At poſtea, cùm vnus ad Memoriã, alter ad Libellos paruiſſet, ſtatim Præfecti facti ſunt.* Lãpridius in Alexãdro: *Meridianas horas ſubſcriptioni, & lectioni Epiſtolarum, ſemper dedit operam, ita vt ab Epiſtolis, à Libellis & à Memoria ſemper adſiſterent, nonnumquam etiam, ſi ſtare per valetudinem non poſſent, ſederent, relegentibus cuncta libraríis & iis qui Scrinium gerebant, ita vt Alexander ſua manu adderet, ſi quid eſſet addendum, ſed ex eius ſententia qui diſertior habebatur.* In illo vtique *Memoriæ ſcrinio*, prẽter *Magiſtros*, etiam *Memoriales* ſtatuto numero, necnon *Antiquarios*, & *Laterculenſes* operam nauaſſe, patet ex l. 10. l. 13. & l. vlt. C. de proxim. ſacro. ſcrin lib. 10. Fuiſſe etiam *Proximos*, *Melloproximos*, *Primicerios*, & *Exceptores*, oſtendit l. 5. C. eod. tit. Denique huius Scrinij ab aliis diuerſitatem aliquam intelligere licet ex l. vlt. C. de diuerſ. offic. lib. 12.

Memoriales, non hi modò qui in ſcrinio Memoriæ, ſed & qui in tribus aliis Scriniis, militabant, appellabãtur: Hi leges, reſcripta, conſtitutiones excipiebant, perſcribebant, implebant, exequebantur. Denique *ſacris ſcriniis peragendis, ſignandiſque reſponſis principum, obſecundabant*, vt loquitur l. 11. C. de excuſationib. muner. lib. 10.

Memoriales vtique ad omnia ſcrinia pertinuiſſe, ibidémque eos ob quam ſuprà diximus, operam dediſſe, perſpicuè colligitur ex l. 10. Cod. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12. in qua Memorialium in ſacris Scriniis militantium numerũ præfinientes Impp. cõſtituunt in Scrinio Memoriæ, 62. in Scrinio Epiſtolarũ, 34. in Scrinio libellorum, totidem: & qui intra eum numerum erant, *Statuti* vocantur, l. 7. & l. 11. C. eod. tit. *Memoriales qui in ſcriniis Memoriæ, Epiſtolarum, libellorum, ſacrarúmque diſpoſitionum referuntur*, l. 2. C. de priuileg. eor. qui in ſac. palat. lib. 12. *Memoriales, qui excipienda huiuſmodi reſcripta vel implenda curauerint*, l. 2. C. de petition. bonor. ſubl. lib. 10. *qui illicitè dictata ſcribere auſi fuerint, cuiuſcunque Scrinij Memoriales, ſeu pragmaticarij, vel adiutores primicerij amiſſione cinguli ferientur*, l. vlt. C. de diuerſ. reſcript. *Memorialis cuiuſlibet ſcrinij, qui aduerſus vetita, reſcriptum fuerit executus, ſpoliatus militia, quinquẽnij relegatione plectatur*, Nouel. Theod. & Valentinian. de homicid. Et ita *Memoriales* accipe in l. vlt. C. de inoff. teſtam. de quibus etiam ſenſit Epiphanius lib. 2. contra hæreſes, cap. contra Fotinianos, Latina *Exceptoris, Memorialium*, & *Notariorum*, verba Græcis characteribus effingens in hunc modum: ὃν οἷς ἐκέλευσαν ταχυγράφοις γράφειν Ανυσίῳ ἀφικόμῳ τῷ βασιλέως, καὶ Καλλικράτη Εσκέπιον Ρωφίνῳ τῷ ἐπάρχῳ, καὶ Ολυμπίῳ καὶ Νικήτῃ, καὶ βασιλείῳ, Μεμφιδίοις, καὶ εὐτυχεῖ καὶ θεοδώλῳ Νοταρίοις τῷ βασιλέως, καὶ ἀπεράλλη ἐσφραγισμένος τόμος εἷς τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ. *Memoriales* autem Adiutores fuiſſe Quæſtoris, quorũ *obſequio res agebatur quæſtoria*, docet l. vlt. in princ. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 10.

Mendacium, ait D. Auguſtin. lib. ad Conſentium cap. 12. *eſt falſa ſignificatio vocis, cum intentione fallendi*: quæ verba ex eo referuntur à Gratiano in Cano. Beatus, 22. quæſtio. 2. *Conuincendi Mendacij gratia*, l. 18. §. teſtes, D. de quæſtionib. *Hanc Mendacij pœnam feret quod in ſolidum conuenitur*, l. 11. §. ſi cùm eſſet, D. de interrogationib. *Si patremfamilias ſe Mentitus eſt, etiam ſi facere non poſſit, conueniendus propter mendacium*, l. 4. D. quod cum eo. *Ob Mendacium*, l. 10. D. de fideic. libert. *Siue in iuris narratione Mendacium reperiatur, ſiue in facti, ſiue in tacendi fraude*, l. 2. C. ſi contra ius. *Mendacio dicentis*, l. 6. D. ad municipal. *cum qua ſine Mendacio vixi*, l. 35. D. de aur. arg.

Mendax *ſeruus*, l. vlt. D. de ædil. edic. Seruius in 2. lib. Æneid. *Vanus eſt, qui etiam ſine vtilitate Mentitur: Mendax, qui etiam ad decipiendum. Mendax precator*, l. 5. C. ſi contra ius.

Mendax ſcriptura, l. vlt. C. ſi pign. conuent.

Mens interdum significat intellectum, & animi iudicium, quo furiosi, demẽtes, & insani carent. Lactantius lib. 7. cap. 12. *Non idem est* Mens, *& Anima: aliud est enim quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium* Mens, *non Anima, sopitur, & in furiosis extinguitur* Mens: *Anima manet.* Cic. 1. Offic. *Hominis autem* Mens *discendo alitur, & cogitando, semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndique & audiendi delectatione ducitur.* Seruius in lib. 6. Æneid. ad hęc verba *Mentem animúmque Perissologia est. nam secundum Lucretium, vnum est Mens & Animus: quamuis tamen pro sapientia* Mens *accipiatur & intellectu: Animus verò, pro voluntate, vt Terentius,* Mala Mens, *malus Animus.* Vet. Gloss. Mens, διάνοια, νῶς.

Si quis Mentem alicuius Medicamento, *alióve quo, alienauerit,* l. 15. D. de iniuriis. *In eo furore esse vt continua* Mentis alienatione, *omni intellectu careat,* l. 14. D. de offic. præs. Mentis *ad omnia cæcitas.* Cicer. lib. 3. Tusculan. quæst. Mentis *integritas,* l. 8. D. qui testam. fac. l. 1. C. de cõdit. in publ. lib. 10. *Compos* Mẽtis *non esse* dicitur qui furore laborat, l. 27. D. de cõdicion. instit. l. 3. C. de cur. fur. *Si à furioso cùm eum cõpotem* Mentis *esse putarem, pecuniam quasi mutuam acceperim,* l. 24. D. de oblig. & act. *Si furiosus priusquam* Mentis compos *factus fuerit, decesserit,* l. 2. §. si quis ex liberis, D. ad Sc. Tertyll. *Compos Mentis non est furiosus,* l. 20. §. ne furiosus, D. qui testam. fac. *Ne furiosus quidem testis adhiberi potest, cùm compos Mentis non sit,* l. 20. §. ne furiosus, D. qui testam. fac. *Compotibus* Mentis, l. 16. D. eod. tit. *Suæ Mentis esse,* Cicero in Pisonem. *Suæ* Mentis *effectus,* l. 39. D. de iudiciis. id est, *qui sanitatem* Mentis *recepit,* vt loquitur l. 1. D. de curatorib. fur.

Mente *captus* dicitur, cui sana & integra Mens non est, quod etiam morbi vi quandoque accidit. *Cùm in valetudinem aduersam incidisset,* Mente *captus, tabulas incidit,* l. vlt. D. de iniust. rup. *Si à Prætore detur curator* Mente *capto,* l. 45. §. si à prætore, D. de excusationib. Mente *captum donare non posse,* l. 23. §. vlt. D. de donationib. *Si contra decretum præsidis fundus* Mente *capti, etiam ab adgnato eius, tibi pignori nexus est,* l. 2. §. vlt. C. de curat. furio. *Virum vxori* Mente *captæ curatorem dari non oportet,* l. 14. D. eod. tit. Festus, Mente *captus dicitur, cùm* Mens *ex hominis potestate abiit. Et idem Demens, qui de sua* Mente *decesserit: & Amens, qui à* Mente *abierit.*

Integra Mente, *& valetudine,* l. vlt. D. de iniust. rupt. Cic. 3. Tusc. *Cùm non integra Mens est, & sana.*

Sanum Mente, *licet ægrum corpore, rectè transigere manifestum est,* l. 27. C. de transactionib. *Sanæ* Mentis *homo,* l. 43. D. de vulg. & pup. *An sanæ* Mentis *fuerit,* l. 7. §. 1. D. ad L. Iul. maiest. *Vt videatur ille quasi non sanæ* Mentis *fuisse,* l. 5. D. de inofficios. testam. *Quasi non sanæ* Mentis *fuerunt,* l. 2. D. eod. tit. Iuuenalis. Satyr. 10. *Optandum est vt sit Mens sana, in corpore sano.*

Si furiosus sanæ Mentis *factus sit,* l. 4. D. de tributor.

Mentis *trepidatio,* l. 1. D. de eo quod met. cau.

Mens, aliàs, pro voluntatis intentione, animo, affectu, cogitatione ponitur. *Mẽs dicẽtis prior, atque potentior est quàm Vox,* l. 7. D. de supellect. leg. *Nisi fortè aliud tempus, vel* Mente, *vel Verbis testator præstituit,* l. 1. D. de penu legat. *Mentem testantis sequi, & verborum figuram,* opponuntur l. 116. D. de verbor. signifi.

Mens legantis, l. 33. D. de auro argent. *Cùm alia sit* Mens *legantis,* l. 5. D. de liberat. legat.

Mens patrisfamiliæ, l. 50. §. vlt. D. de legat. 1. *Ferè ea* Mens *est substituentium,* l. 30. D. de oper. libertor. *Si* Mens *testantis appareat,* l. 50. D. de legat. 3. *Nisi hæc* Mens *fuit testantis,* l. vlt. §. si seruus, D. de pecul. leg. l. 25. §. sed & si, D. de aur. arg. *Quia hæc* Mens *testatoris fuisset,* l. 40. §. vlt. D. de condic. & demonstr. *Nisi alia* Mens *fuit testantis,* vel *testatoris,* l. 47. §. sed si hic, D. de legat. 1. l. 9. D. de tritico, vino, l. 24. D. de vulg. & pup. l. 17. D. de diuers. reg. iur. id est, *nisi sit contraria voluntas,* vt l. 15. §. proprietatis, D. de vsufruct. *Nisi alia* Mens *testatoris probetur,* l. 25. §. vlt. D. ad L. Falcid. *Nisi euidens alia* Mens *probaretur testatoris aliud sentientis,* l. 49. §. hoc autem, D. de legat. 1. Mentem *testantis eam,* vel *hanc esse,* l. 3. §. 1. D. de trit. vin. l. 20. D. de hered. instit. *neque Mentem Testatricis eam esse,* l. 44. D. de manum. test. *Mentem eius fuisse vt,* l. 7. D. de manumissionib.

Non eam Mentem habet vt, l. 38. D. de adquir. possess. *Testatoris Mentem respiciendam,* l. 29. D. de heredib. instit. *Mentem serui esse quærendam,* l. 2. §. si seruus, D. pro emptore.

Mente agitare, l. 7. D. de supellec. leg. *Mente prædonis res adprehendit,* l. 21. §. de eo, D. de hered. pet. id est, animo. *Ex Mente pronuntiantis accipitur,* l. 28. §. vlt. D. de verb. signif. *Ea Mente qua,* l. vlt. D. de donat. inter vir. *Ea* Mente *vt,* l. 1. D. de donationib. l. 41. D. de adquir. rer. dom. l. 19. D. de recept. qui arbitr. *hac* Mente *vt,* l. 10. §. ad substitutos, D. de vulg. & pupill. l. 15. §. vlt. D. de tritico, vino, l. 37. D. ad Sc. Trebel. *qua* Mente *deponatur res,* l. 39. D. de adq. poss. *qua* Mente *ductus,* l. 1. §. 1. ad Sc. Turpill.

Mens, pro sententia. *Contra* Mentem *constitutionis est,* l. 12. §. si quis seruum, D. de captiuis.

Ex Mente Legis, l.47.D.sol.matr.id est, *ex Sententia*, vt l.24.§.vlt.D.ad L.Iul.de adult.l.3.C. eod.tit.*ex Mente Legis* 12.*Tabular.*l.90.D.de verb.signific.

Mens Orationis, l.42.§.oratio, D.donat.int. vir.*ex Mente Prætoria*, l.20.§.videamus, D.de bonor.possess.

Mens Senatus, l.41 §.item hoc, D.de legat.1.l.7.§.mutus, D.de Sc.Maced. l.25.§.de eo, D. de heredit.petit.l.41 D.de vsu & vsufr.l.30.§.1.D.de fideicom.libert.

Mensas non vnius materiæ, luxuria in supellectilem Romanam inuexit: vt colligitur ex libris nostris, in quibus *Mensæ Argenteæ* memorantur, l.28.D.de aur.argent. item *Citreæ*, l. 21.§.quamuis, D.de action.empti.de quib.S. lib.3. diximus: necnon *Eboreæ*, l.12.§. sed si fundus, & §.idem respondit, D.de instruc.vel instr.quem sui seculi luxum carpere in animo habuit Iuuenalis Satyr.1.cum ait, *vna comedunt patrimonia Mensa*, vt rectè vet.Interpres sensit, qui verba hæc sic explicat. *Mensa, id est, Mensis citreis quas antiquitus magno in pretio habebant, aut de ebore.* Præterea *Mensæ inauratæ, inargentatæ* atque *gemmatæ*, item, *argento inclusæ*, stringuntur, l.8. §.vitrea, & l.9.§.1.D. de supellect.leg.Etenim *ex ebore*, atque *testudine*, & *argento*, ex *auro* etiam, atque *gemmis*, supellectili suis temporibus vsos, Celsus queritur, l.7.D.eod.tit.*Mensam argento coopertam mihi ignoranti pro solida vendidit*, l.41.§.vlt.D.de contrah.empt.

Mensæ cuiuscunque materiæ, l.9.D.de supell.leg.*Mensæ Trapezophora, Delphicæ*, l.3.D.eod.tit. *Mensæ pedem adiicere*, l.33.§.1.D.de rei vindicat.

Per Mensam, Theophil.ad §.vlt.Instit.qui & quib.ex caus. manum.olim *Manumissum* seruum fuisse tradit, ὅτε σωματήνας οἱ, ὅτι ἐλευθερίας δόσις, τραπεζιτάλον τῷ οἰκέτῃ. Vetus Glossar. *Per Mensam libertas*, ὅταν σωματήνας μοὶ τὸν δοῦλον μου. Quòd autem Theophilus ait, *per mensam*, hoc in Epitome Institutionum Gaij, Tit.1.dicitur, *conuiuij adhibitione manumitti.* Sanè Mensæ honore à patronis manumissos, adfectos, Tertullian.lib.de carn. resurrectio. tradit.

Est & *Mensa Argentaria*, l.4.D.de edendo. item *Nummularia*, l.vlt.D.de institor. in qua est, *Lucius Titius Mensæ nummulariæ, quam exercebat, habuit libertum præpositum.* & mox, *Habes penes Mensam patroni mei denarios mille. Ex ratione Mensæ, quam mecum habuisti, ex contractibus plurimis remanserunt apud me, ad Mensam meã, trecenta octoginta sex*, l.47.§.1.D.de pactis.l.5.D.de institor.Et ita *Mensæ* nomen accipe, in l.19.§.1.D.de institor.l.3. C.eod.tit. & *Mensarum præpositos*, apud Firmic. lib.3.Matheseos, cap.8.

Mensæ negotium, l.77.§.mensæ, D.de legat.2. *Rationes actus rei meæ, quæ per Mensam eius, siue extra Mensam, in diem mortis meæ gesta est*, l.28.§.filios, D.de liberat.legat. *qui pecunias apud Mensam, fidem publicam secuti, deposuerunt*, l.24.§.1.D.de reb.auctor.

Mensæ Scriptura, l.27.de furtis, & apud Agell.lib.14.cap.2.& Iustinian. Nou.136. & Donatum in Adelphos Terent.Act.2.Sc.4.& Phorm.Act.5.Sc.8.

Mensæ Olearie, l.1. & Rubr.de Mensis Olear.in C.Theod.

Mensis 30.diebus constat, vt ex l.12.D.de statu hom.& l.2.§.vlt.D.de suis & legit. colligitur. *Vbi* tamen *lex duorum Mensûm facit mentionem, etiam qui sexagesimo die venerit, audiendus est*, l.12.D.de diuers.reg iur.

Duûm Mensûm, l.7.§.vsuras, D.de administr.& peric.

Mensis intercalaris, l.98.§.vlt.D.de verb.signif. *Continui quattuor Menses*, l.38. D.de excusationib. *Sex Menses vtiles*, l.55.D.de ædilic.edic.l.29.§.sex mensum, D.ad L.Iul. de adult. & contrà, *sex Mensum continuum tempus*, l.5.§.satisfactionis, D.vt in possess. legat. *sex Mensibus exactis.* l.35.§.vlt.D.de neg.gest.

Si quis mihi ex filio nepos, siue ex neptis, post mortem meam, in decem Mensibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus, nata erit, l.29.D.de liber.& post. Ac planè totidem Mensibus mulierem vterum gestasse passim in veterum libris legimus.Agell.lib.3.cap.16. *Et multa opinio est, eáque iam pro vero recepta, postquam mulieris vterus concepit semen, gigni hominem, septimo rarenter, numquam octauo, sæpe nono, sæpenumero decimo Mense. Eúmque esse hominem gignendi finem, decem Menses, non inceptos, sed exactos. Idque Plautum veterem Poëtam dicere videmus in Comœdia Cistellaria, his verbis:*

Tum illa quam compresserat,
Decimo Mense exacto hic peperit filiam.

Varro mysteriis, vt est apud Nonium, *Nascimur spissius quàm emorimur. Vix duo homines decem Mensibus edolatum vnum reddunt puerum.* Notum est illud Virgilij Bucolic. *Matri longa decem tulerunt fastidia Menses.* Plinius vtique partus gerendi tempus vsque ad initia decimi, vndecimique Mensis, lib.7.cap.5.definit. Vide & de hac re Censorin.lib.de die Natali, cap.7.

MENSIA lex, ex alterutro parente peregrino natum, deterioris condicionem sequi iubet, vt est apud Vlpian. Tit. 6. Regular.

MENSOR, agri mensorem, seu, qui agri mensuram agit, significat, Rubr. si Mensor fal. mod. & l. 4. §. 1. D. finium regund. Ouid. lib. 1. Metamorphos. *Cautus humum longo signauit limite Mensor. Ad Officium de Finibus cognoscentis pertinet, Mensores mittere, & per eos dirimere ipsam finium quæstionem,* l. 8. §. vlt. D. fini. regund. *Terminos per Mensorem declarari, Præses iubet,* dic. l. 8. in princip.

Mensores frumentarij, l. 26. D. de excusationib. *Mensor, qui vel frumenta modio metiatur, vel iustis æstimationibus colligat quanta habeantur in condito,* l. 1. C. de condit. in publ. horr. lib. 10. *Frumentum probare, Mensorum fraudem coërcere,* l. 12. §. vlt. D. de re milit. Cuiusmodi Mensorum olim certum fuisse corpus, apparet ex l. 10. §. 1. D. de vacat. & excus. & Inscriptionib. antiq.

Mensores ædificiorum, in Inscriptionib. antiq. Plin. ad Traianum Epist. 28. lib. 10. *Dispice, Domine, an necessarium putes mittere huc Mẽsorem. Videtur enim non mediocres pecuniæ posse reuocari a curatoribus operum, si Mensuræ fideliter agentur.* Cui respondens Traianus, *Mensores vix etiam iis operibus quæ aut Romæ, aut in proximo fiunt, sufficienter habeo.*

Mensor MACHINARIUS, l. vlt. D. si mensor fals. mod. Planè in l. vlt. D. de iure immunit. in qua de militaribus muneribus agitur, *Mensores,* cum Vegetio lib. 2. cap. 7. interpretari possumus, *qui castris ad podismum dimetiuntur loca, in quibus Milites tentoria figant.* Leo Imperator in lib. de Bellico apparatu, cap. 3. Μέτορες δὲ λέγονται οἱ τὰ φοσσάτα μετροῦντες καὶ καθιστῶντες, οὓς Μενσωρόπωρας νῦν καλοῦσι. quamquam & *Mensores frumenti* in d. l. vlt. intelligi nihil prohibet, de quibus agitur l. 12. in fi. D. de re milit. & l. vlt. D. de appellatio. recip.

Præterea *Mensores* in Comitatu principum fuisse, indicat l. 1. C. de Mensorib. & l. vlt. C. de diuers. offic. lib. 12. quo nomine vtrobiq; Metatores significantur. Id adeò ex eo liquet quòd *Mensores* istos, *manu sua, deputatas singulis quibusq; domos enotasse, & postibus hospitaturi nomen adscripsse,* traditur in l. 1. C. de metat. & epidemet. lib. 12. quod hodiéque ab his qui *Mareschalli hospitiorum, & Fourrerij,* non tam patrio nostro, quàm Germanico idiomate, dicuntur, fieri solet.

MENSTRVVM dicitur, quod *per singulos Menses* præstatur, vt loquitur l. 8. §. eã trãsactionem, D. de transactionib. seu, *quot Mensibus,* vt ead. l. 8. §. si cui non nummus, & l. 12. §. nouissimè, D. quand. dies legat. *præstet Menstruos denarios quinque,* l. 30. D. de adimend. legat. *Menstruos denarios senos,* l. 28. D. de liber. leg. *Menstruos denarios denos manumissis legauit,* l. 27. §. vlt. D. quan. dies legat. *Si Stichus sexagenos Menstruos nummos non præstiterit,* l. 40. §. Pamphilo, D. de statulib. *libertis alimentorum nomine Menstrua decem legauerat,* l. 18. D. de alimen. vel cibar. *omnibus libertis Menstruos septem legauit,* ibidem.

Menstrua merces, l. 20. §. vlt. D. de manumissionib.

Menstruum Frumentum atque Vinum, l. 9. D. de aliment. vel cibar.

Menstrua alimenta, l. 1. C. de fideicommiss. *Cibaria,* l. 17. D. de aliment. vel cibar. *Fideicommissa,* l. 101. §. vlt. D. de condic. & demonstr. *Onera,* l. 8. D. de alim. vel cibar.

Menstruum, quod in singulos Menses alimentorum vel cibariorum nomine præstatur, l. 15. D. de donat. int. vir. & vx. *Si quid misericordiæ causa ei fuerit relictum, puta, Menstruum, vel Annuũ alimentorum nomine,* l. 6. D. de cessione bonor. *Siue Annua, siue Menstrua ei relinquantur,* l. 8. § si cui non, D. de transactionib. Sic & *Menstruum* pro salario in singulos Menses, dixit Cassiodor. Epist. 32. & 33. lib. 1. Variar. & *Menstruum solidum,* idem ibid.

Mensura Ædificij, l. 5. §. vlt. D. si mens. fal. *Agri,* l. vlt. §. patrimoniorum, D. de munerib. & honorib. l. 2. D. si mens. fals. mod. l. 36. §. vlt. D. ad municipalem. *Fundi,* l. 40. D. de contrah. empt. *priusquam Mensura fundi fieret,* l. 10. §. vlt. D. de peric. & commo. *In opere nouo, tàm soli, quàm cæli, Mensura facienda est,* l. 21. §. in opere, D. quod vi aut clam.

Mensuram agri agere, l. 2. D. si mensor fals. Plin. lib. 2. cap. 1. *quasi verò Mensuram vllius rei possit agere, qui sui nesciat.* Plin. Secundus, Epist. 28. lib. 10. Si *Mensuræ fideliter agentur.*

Mensura Frumenti, l. 5. §. vlt. D. si mens. fals. l. 32. D. de L. Cornel. de fals. *Vini,* l. 1. §. vlt. D. de peric. & comm. rei vend. l. 2. C. eod. tit. l. 45. §. alia, & l. 71. D. de contrahen. empt. l. 3. §. 1. D. de tritico, vino.

Res quæ Mensura consistunt, l. 2. §. 1. D. de reb. cred. *quæ Mensura cõstant,* l. 35. §. in his, D. de contrah. empt. l. 1. D. de condict. tritic. *quæ Mensura continentur,* dic. l. 2. §. creditum, l. 6. D. de rei vindic. l. 47. §. D. de legat. 1. *Si res Mensura valeat,* l. 1. §. non solùm, D. ad L. Falcid. Cuius generis sunt Frumẽtum, Vinum, Oleum. *Mensuram* autem *Olei, Metretis, Vini, Amphoris, Frumenti, Modiis* factam, Gaius docet in dic. §. in his. *Quibus Mensuris negotiatores vina compararent in contrahentium*

hentium poteſtate eſſe,l.71.D.de contrahen.empt.

Menſura non eo proficit,vt aut plus,aut minus,veneat: ſed vt appareat quantum ematur, l.34. §.alia, D.de contrah.empt.

Menſuræ *Æquæ*,& contrà, *Iniquæ. ſi quis Menſuras conduxerit,eáſque Magiſtratus* (id eſt, *Ædilis*, vt paulò pòſt eum vocat) *frangi tuſſerit,ſiquidem Iniquæ fuerunt*,&c. *Quod ſi Æquæ ſunt*, l.13.§.ſi quis menſuras,D.locati. Iuuenal. Satyr. 10.*Et de Menſuris ius dicere, vaſa minora frangere, pannoſus vacuis Ædilis Vlubris.Si venditor* Menſuràs *publicè probatas,Vini,Frumenti, vel cuiuſlibet rei,corruperit*, l.32.D.de L.Cornel.de falſ.

Qui falſas Menſuras habuit,l.6.§.vlt.D.de extraord.criminib. *Propter falſum Menſurarum modum*,l.37.D.de pœnis.

Mensvlarivs, l.47.§.1.D.de pactis,& l.24.§.in bonis,D.de reb.auctor.iud. id eſt, nummularius,vt colligitur ex cõiunctione l.23.§.in bonis,D.de reb.auctor.iud.cum l.12.§.quotiens,D.depoſiti.Nam qui illic,*Menſularij*,hic,*Nummularij* appellantur. Vtroque autem nomine ſignificãtur hi,qui *Menſuram nummulariam exercent*,vt loquitur l.vlt.D.de inſtitoria.Vet. Gloſſar. *Menſarius τραπεζίτης*. Hi & ab aliis auctoribus *Menſarij* vocantur.Paulus ex Feſto, *Menſarij*,*Nummularij*.Sueton.in Auguſt.cap.4.*Nerulonenſis Menſarius*:Capitolin.in M.Anton. Philoſ. *Leges de Menſariis, & auctionibus,tulit.*

Menſarios etiam *Triumuiros*, & *Quinqueuiros*,apud Liuium inuenio. Sic enim ille lib.7. *ſolutionem æris alieni in publicam curam conuerterunt, Quinqueuiris creatis, quos Menſarios, à diſpoſitione publicæ pecuniæ,appellarunt.*Idem lib.23. *Romæ quoque propter penuriam argenti, Triumuiri Menſarij, rogatione Minutij Trib.pleb. facti.*

Mentio.*ſi ab altera dumtaxat parte, heredis mentio comprehenſa fuerit*,l.49.§.vlt.D.de recept. qui arbitr.

Mentio fit in Edicto,l.4.§.ſi quis autem,D.de alien.iud.mut.*quamquam litis conteſtatæ Mentio fiat in Senatuſconſulto*,l.25.§.ſi ante,D.de heredit.petit.*doli Mentio fiat*, l.34.D. vſufruct. quemadm.cau.*vt bonæ fidei Mentio fiat*,l.11.§.vlt.D.de dolo.*ſi non ſit ſpecialiter facta partis Mentio*,l.43. D.de vſufructu.*vbi Lex duorum menſum fecit Mentionem*,l.101.D.de diuerſ.regul.iur.*Cur traditionis & vſucapionis Mentionem fecit Prætor*,l.1.D.de publiciana.*qui Edictum concepit, commodati fecit Mentionem*,l.1.D.commodati.*fundi debiti Mentionem fecit*, l.25.D. de liberat. legat. *ſed in traditione non feciſſet Mentionem ſeruitutis*, l.35. D. de ſeruit.præd.vrb.

Quorum hoc teſtamento Mentionem habui, l.5. D.de reb.dub.*Ventris non habuit Mentionem*, l.36.§. miles,D.de teſtam.milit. id eſt, *ſilentio præteriit*,vt l.41.§.ſi miles,D.eod.tit. *Actiones quæ dolo vel fraudi habent Mentionem*,l.5.D.de obſequiis parent.*qui ea fecerit quorum ſupra Mentionem habuimus*, l.7.D.de inoffic.teſt.

Familiæ Mentio habita, l.1.§.ait.prætor.D.de vi & vi arm. *non habita Mentione mandatoris*, l.23. D.de iure fiſc. *detracta fundi Mentione*,l.1.§.ſi ex fundo,D.de hered.inſtituẽ.*ſine ignominiæ Mentione*, l.13.§.miſſionum, D.de re militar.

Mentiri,& *Mendacium dicere*,differũt. Agell.lib.11.cap.11.*Inter Mẽdacium dicere, & Mẽtiri,diſtat.Qui Mẽtitur, ipſe non fallitur, ſed alterum fallere conatur: qui Mendacium dicit, ipſe fallitur. item,qui Mentitur,fallit, quantum in ſe eſt: at qui Mendaciũ dicit, ipſe non fallit quantum in ſe eſt.*

Si aduerſarius vel ipſe procurator, dicat dominum Mentiri, l.25.D.de procuratorib. *Vt quouis Mentiri, quàm pati tormenta malint*, l.1.§.quæſtion.D. de quæſtionib. *ſi Mentitus dominus, ne à magiſtratibus caſtigaretur, dixit eſſe liberum*, l.17.D.qui & à quib.

Si patremfamilias ſe Mentitus eſt,cùm contraheretur cum eo,l.4.§.1.D.quod cum eo.Quod & plura & grauiora de impubere Mentiatur, l.1.§.ſed etſi,D.de carbon.edic.*Si de ſi quis Mentitus fuerit*,l.27. D.de pœnis. *Mentiendo ſe liberum*, l.17.§.vnde Cælius,D.de ædilic. edic. *Mentitus de tutore minor*,l.14.D.de dolo. *Si venditor de Artificio ſerui Mentitus eſt*, l.13.§.ſi venditor. D.de actionib. empt.*Mentitus de Artificio ſerui,vel de peculio*, Paul.lib.2.Sentent. Tit.17.

Qui in computatione vel in ratione Mentiuntur,l.23.D.de L.Corn.de falſ.

Mentitus in perſona,l.43.§.ſi is qui,D.de furtis. *ſi in qualitate fundi venditor Mentitus ſit*, l.22. D. de action.empt. *ſi prælato die, pignoris obligatio Mentiatur*, l.28.D.de L.Corn.de fal. *Suſpectiores eoſdem facit ad Mentiendi facilitatem*,l.15.D.de quæſtionib.

Mercalis *Vxor*,l.5. D.de condict.ob turp.cauſ.

Mercari pro emere. *Mercari domum*,l.67.D.de rei vindic.*Fundum*,l.7.§.eum quoque, D. de curator.fur.l.92.D.de legat.1.*Fundos*, l.72.D.de euictionib.

Mercatus fundũ, l.25.D.de vſuris.*ſi mihi vicinũ fundũ Mercato*,l.18.§.ſi vẽditorẽ,D.de adq.poſ.

Mercari prædium,l.6.§.vlt. D.cõm.præd.*Mercatus ſtatuliberum*, l.2. §.vlt. D.de doli except.

Ei qui partes hereditarias à fisco Mercatus fuerit, l.54. D.de hered.petit. *Pecunia matris Mancipia & res Mercatus*, l.58.§.vlt.D. de donat. inter vir. *Plures ex Municipibus, saltum communem Mercati sunt*, l.20.§.vlt.D.si seruit.vindic. *Mercari de fundis*, l.9.§.vlt.D.de publican.

MERCATORES dicuntur, qui mercibus negotiantur, vt apparet ex l.207. D. de verb.signif. *Mercatores olearij*, l.5.D.de muner.& hon. *Mercatores qui de fundis fiscalibus* Mercari *consueuerunt*, l.9.§.vlt.D.de publicanis. *Nauis quæ in tempestate iactu mercium vnius Mercatoris leuata est*, l.4.§.1. D.de L.Rod.& ibidem, *si aliquorum* Mercatorum *merces per vrinatores extractæ sint, siue eius generis essent* Merces *quæ nautæ traderentur, vt continuò eius fierent, &* Mercator *in creditum iret*, l.31. D. locati.

MERCES interdum significat pretium operæ, & quod artifici pro opera præstatur. *Contrarium est officio merces*, l.1.§.vlt. D.mandati. Officium enim gratuitum esse debet. *sine* Mercede *suscepto officio*, §.vlt.Instit.mandati. *Si Merces interuenerit*, &, *si gratis res susceptæ sint*, opponuntur, l.5.§.1.D.nautæ, caupones. Mercede *data*, aut *constituta*, &, *Gratis*, opponuntur, l.22. D. de præscript.verb. *qui incendia, vel Mercede, vel Gratia, extinguerent*, l.1.D.de offic.præf.vigil.

Mercedem *præstaturus pro opera aurifici*, l.34.D.de aur.arg. Mercede *placita operas locare*, l.11. C. de ingen.manumiss. *Ex operis ancillæ* Merces *capi*, l.12.§.vlt.D.de vsu & habit. *Ex operis hominis Mercedem percipere*, l.2.D.de vsu & vsuf.leg. *Ipsi seruo ancillæve pro opera* Mercedẽ *imponi*, l.13.D.de vsu & habit. *Operas serui* Mercedéve, l.11.D.comm.diuid. *Seruus heredi Mercedem referre pro operis suis solebat*, l.14.D. de statuliber. Mercedes *seruorum quorum operæ fuerint locatæ*, l.55. D. de condict.indeb. *Mercedem* autem *ex libertorum operis capere* qui dicantur, exponitur in l.25.§.1. & §.vlt.D.de oper.libert.& l.vlt.§.1.& §.vlt.D.qui & à quib. *Qui operas suas locauit totius temporis* Mercedẽ *accipere debet*, l.38.D.locati. *si in operas singulas* Merces *constituta erit*, l.51.§.vlt.D.eod. tit. *Si* Mercede *operam ei exhibet*, l.1.§.est autem, D.de exercitoria.

Mercedes fabrorum, l.7.§.ex diuerso, D.de adquir.rer.dom. *Certa* Mercede *opus tibi locani*, l.60. §.mandaui, D.locati. *Locaui opus faciẽdum, ita vt pro opere certam* Mercedem *in dies singulos darem*, l.51.§.vlt.D.locati. *Fullo & sarcinator non pro custodia, sed pro arte,* Mercedem *accipiunt*, l.5.D.nautæ, caupones. *Vernam sutorem, qui eum artificio suo,* Mercede *data, alere poterit*, l.78. §.heredum, D. ad Sc.Trebell.

Mercedes seruorum, vel iumentorum, ceterorúmque quæ possunt locari, l.8. §.1. D. de reb. auctor.iud. *Serui si aliqua parte anni in Mercedem mittuntur*, l.12.§.si aliqua, D.de instructo vel instr. *si* Mercedem *accipiebam ego pro hoc seruo quem in pistrinum accipiebat* l.1.§. siquis seruum, D.depositi. *si seruum filio* Mercedem *diurnam præstitisset*, l.23.§.vlt.D. de fideic.libert. Horatius, Satyr.7.lib.2. Mercede *diurna conductum pauit.*

Seruum arte fabrica peritum, qui annuam Mercedem *præstabat*, l.19.§.vlt.D.de instruct. vel instr. *Serui qui operantur, &, qui* Mercedes *præstare consueuerunt*, id est, referre ex operis, separantur apud Paul.lib.3.Sentent.Tit.7.

Merces *Exceptoris, qui operas suas locauit*, l.19.§.vlt.D.locati.

Merces *Mensoris*, l.3.§.1.D.fini.regund.nam & *conduci* dicitur ibidem. *Mercede interuenire mẽsores*, l.1.§ sed & si.D.si mensf.fal.mod.

Nauta Mercedem *accipit, vt traiiciat vectores: Caupo, vt viatores manere in caupona patiatur: Stabularius, vt permittat iumenta apud eum stabulari*, l.5.D.nautæ, caupones.

Id quoq; quod Nautæ, vel Magistro, exercitorive Nauis, pro vectura præstatur, Merces appellatur. *vtrum* Merces *daretur pro mancipiis quæ quis vehenda conduxit*, l.vlt. D.de L. Rodia. *Nauem conduxit certa* Mercede, l.61.§.vlt.D.locati.

Merces per vrinatores extructæ, data Mercede, l.4.§.1.D.de L.Rodia. Merces *quæ in dies singulos ab eo præstatur cui mulæ experiendæ datæ sunt*, l.20.§.1.D.de præscript.verb. *qui* Mercede *conduxerat vt paterer eum sibi iure eximere lapidem*, l.6.D.de donationib.

Si Mercedem *perferendæ epistolæ accipit*, l.14.§ vlt.D.de furtis.

Officiorum quoque, & laboris cuiuslibet Mercedes appellantur. *Extra causam esse talium officiorum* Mercedes, *vtputa, si tibi adfuero, si satis pro te dedero, si qualibet in re opera vel gratia mea vsus fueris*, l.19.§.1.D.de donationib. *Officium magistri quadam* Mercede *remuneratum*, l.27.D.eod.tit. *Si quo magis te de vi hostium vel latronũ vel populi tuerer, vel liberarem, aliquid à te accepero, operæ meæ* Mercedem *accepisse videor*, l.9.§.animaduertendum, D.quod met.cau.

Merces eximij laboris appellanda est, quod accipit qui à latrunculis, vel hostibus, eripuit, l.34.§. vlt.D. dedonationib.

Mercedem pactus ob interceßionem, l.6.§.vlt.D.mandati.

Solent

Solent qui nouerunt ſeruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis vbi celentur, & Mercedem huius rei accipere, l.15. D. de præſcript. verb.

Nec ſordidarum modò, aut vulgarium artium opificibus, ſiue artificibus, ſed & liberalium artium profeſſoribus & magiſtris, *Merces* ſolui, præſtarique dicitur. *Mercedes præceptoribus tutor conſtituit*, l.12. §. cùm tutor, D. de adminiſtr. & peric.

Mercedes, vt liberalibus artibus inſtitueretur, pupillæ nomine præceptoribus dare, l.4. D. vbi pupill. educ. *Præſes prouinciæ de Mercedibus ius dicere ſolet, ſed præceptoribus tantùm ſtudiorum liberalium*, l.1. D. de extraord. cognit. *Si Mercedes pro priuignis aliquas magiſtris expendiſti*, l.15. C. de negot. geſt. *Medicis, Archiatris, Grammaticis & profeſſoribus diſciplinarum, & Doctoribus legum Mercedes & Salaria reddi iubemus*, l.6. C. de profeſſorib. & medic. lib.10. Ex qua l. itidémque ex D. Auguſtino, lib.1. Confeſſion. cap.16. apparet, liberalium ſtudiorum profeſſores, præceptoréſque ſupra *Mercedes*, id eſt, menſtruam, annuámve ſtipem quæ eis priuatim à diſcipulis præſtabatur, etiam *Salaria* de publico, puta in Vrbe, ex fiſco, in Municipiis verò, ex municipali arca, decreto ordinis, accepiſſe, vt Sueton. in Veſpaſiano, cap.18. & Vlpian. in l.4. D. de decret. ab ord. fac. docēt. *Penſio Mercedis diſciplinarum*, l.12. §.1. D. quand. dies leg. Iuuen. Sat.7.

Scire volunt omnes, Mercedem ſoluere nemo:
Mercedem appellas, quid enim ſcio? culpa docentis Scilicet arguitur.

Mercedes pupillorum, l.3. §. D. vbi pupil. id eſt, *quod in diſciplinam pupilli impeditur*, vt l.2. D. vbi pupill. edic. Ceterùm *ipſam primam noui diſcipuli ſtipem, Mineruæ, & honori, & nomini, conſecraſſe* gentiles, Tertullian. in lib. de idololatr. tradit. Vnde & *Minerualis* ei nomen impoſitum. Idem ibidem, *Tam Minerualе Mineruæ, quàm Saturnalia Saturni.*

Mercedes quoque Medicis præſtari dicuntur l. vlt. D. de his qui deiecer. vel effuder. vt & apud Ciceron. Epiſt.14. lib.16.

Merces etiam cuſtodiæ nomine datur. *qui Mercedem accipit pro cuſtodia alicuius rei*, l.40. D. locati. *Si Merces interuenit cuſtodiæ ſerui*, l.1. §. ſi quis ſeruum, D. de pœnis. *Qui Mercede ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt*, l.3. §. vlt. D. de offic. præf. vig. *Si nullam Mercedem Balneator ſeruandorum veſtimentorum accipit*, l.1. §. ſi veſtimenta, D. locati. *Si Merces interuenit*, l.1. D. de æſtimatoria.

Mercede conſtituta, l.22. D. de præſcript. verb. §. in ſumma, Inſtit. mandati, *Data*, dic. l.22. *Interueniente*, dic. §. in ſumma. *Pacta*, l.6. §. vlt. D. mandati. *Promiſſa*, d. §. in ſumma.

Merces non tantùm pro opera, ſed & pro vſu rei quæ fruenda locatur, præſtatur.

Ac planè quæ tam ex vrbanorum, quàm ruſticorum prædiorum conductione, percipitur, penditúrque, penſio, *Merces* appellatur, id eſt, *pretium conductionis*, vt loquitur Labeo in l.28. §. vlt. D. locati.

Merces domus, l. 28. D. locati. *Inſulæ*, l.53. D. de actionib. empt. *Inſularum*, apud Cicer. Epiſt.19. lib.15. ad Atticum. *Penſiones vrbanorum prædiorum, vel Mercedes*, Paul. lib.5. Sententiar. Tit.36. *Si vrbanæ prædia locauerit prædo, quod Mercedis nomine inde ceperit*, l.55. D. de condic. indeb.

Merces habitationis, l.1. D. de migrando. *Soluere Mercedem pro habitatione*, l.9. D. de donationib. *Mercedes habitationum annuæ* Cæſar, lib.3. de bello ciuili. Græci ἐνοίκια vocant.

Merces annua agri, l.7. §. quod in anno, D. ſoluto matrim. *Merces agri*. l.15. D. locati.

Annua Merces fundi, l.7. D. ſolut. matr. *Mercedes fundi*, l.22. D. de pactis dotalib. *De rebus coloni, quas is pro Mercedibus fundi pignori futuras pepigiſſet*, §. interdictum quoque, Inſtitut. de interdictis. *Locaui tibi fundum, & conuenit vti fructus ob Mercedem pignori mihi eſſent*, l.61. §. locaui, D. locati. *Si Mercede, vt extranei coloni ſolent, fundum coluiſſet*, l.20. §. liberto, D. de inſtruct. vel inſtrum.

Mercedes prædiorum, l.58. §. ante, D. ad Sc. Trebell. *De Mercedibus dotalium prædiorum*, Cicero Epiſt.22. lib.15. ad Atticum.

Mercedes conductæ rei, l.32. D. de adquir. poſſeſſ. *Mercedes à Colonis acceptæ*, l. 29. D. de hered. petit.

Mercedes Balnei, l.9. D. qui potior. *Mercedes Balneatrum quas quis publicè præbebat*, l.91. §. balneas, D. de legat.3.

Merces doliorum, l.1. §. licet, D. de peric. & comm. rei. *Horreorum*, l.6. D. qui potior. in pign. *Hortorum conductorum*, l.30. §.1. D. de legat.3. *Vindemiarum*, l. 7. §. Papinianus, D. eod. tit.

Merces ſoli, l.17. D. de pignerat. act. quæ pro ſolo ex vectigali, vel ſuperficiario puta prædio penditur. *Solarium vectigal* appellatur l.2. §. ſi quis nemine, D. ne quid in loco pub. Tertull. Apologetico cap.13. *Exigitis Mercedem proſolo templi.*

MERCENNARIVS appellatur qui operas ſuas mercede conſtituta locat. l.1.§.ſi filiusfa. D. de vi & vi ar.l.20. D.quemad.ſeruit.amitt.

Si MERCENNARIVS, *ab eo cui operas ſuas locauerat, offeratur quæſtioni*, l.11.§.1.D.de pœnis. *quæ Mercennarij apud quos degunt ſubripiunt*, ibidem. Seneca lib.3.de Beneficiis, cap.22. *Mercenarius beneficium dat, vbi plus præſtat quàm quod operis locauit.* Vetus Gloſſar. *Mercenarij ſunt qui ſeruiunt accepta Mercede.*

MERCENNARIVS *meus*, l.6.D.de donationib.l.3.D.quod vi aut cl. *Si tuum Seruum, Mercenariũ meũ habuero*, l.5.§.ſi quid ſeruus, D.eod.tit. Nam & Seruos alienos, quorum cõductis operis vtebantur, *Mercennarios* dictos, patet ex Valerio lib.5. cap.4. coniuncto cum Seneca in libr.de Conſolatio.ad Albin. Idem Seneca lib.6.de Benefic.cap.5. *Nec conductum meum, quamquam ſis dominus, intrabis: nec ſeruum tuum,* MERCENNARIÜ *meum, abduces.* Cicer.pro Cæcina. *Si tuus Seruus nullus fuerit, & omnes alieni, ac* MERCENNARIJ. Sanè Mancipia miniſteriis obſequiiſque ſuis non neceſſaria, mercedibus promerendis locaſſe veteres, vel vnus Saluianus Maſſil. lib.6. de vero Dei iud. idoneus teſtis eſt. Sed & liberos homines quorum conducticiis operis res ruſticas adminiſtrabant, *Mercennarios*, Varro lib.1.de re ruſt. cap.17. vocat.

Mercenaria opera, l.1.§.an & Philoſophi, D.de extraordinar.cognitionib.

MERERE, ſeu *Mereri*, interdum ſignificat dignum eſſe, & eſt τοῦ μέσου. Etenim tàm qui præmio, quàm qui pœna dignus eſt, *Merere* dicitur. Et in bonam quidem partem verbum hoc accipitur in his quæ ſubieci exemplis. *Perſona quæ Meruit hoc beneficium*, l.1.§. vlt.D.de ſucceſſor.edic. *Is qui dignitatem* Meruit, l.1.§.nec caſtrenſe, D.de collat.bonor. *Perſona quæ* Meruit *præcipuum fauorem*, l.42.D.de adminiſtr.& peric. *Eumdem fauorem eam Mereri quæ*, l.38.§.1. D.de liberali cauſ.

Publicæ cloacæ publicam curam Merentur, l.1.§.hoc autem, D. de cloacis. *In ea re quæ publicam tutelam* Meruit, l.2.D.ne de ſtatu defunct.

Non Merebitur *auxilium*, l.18.D.de his quæ vt indign.

Mereri excuſationem, l.1.C.qui numer.tut. *In integrum* Meruit *reſtitutionem*, l.10.§. ſi quod, D. quæ in fraud. cred. *Qui honeſtam vel cauſariam miſſionem* Meruerunt, l.26.D. de teſtam. milit. *veniam Mereri debet*, l.3.§.cæcus, D.de Sc.Silan.l.5.§.qui captus, D.de re milit.& cõtrà, *non Mereri*, l.4.§.qui filium, D.eod.tit.

Hoc præmij loco Merentibus tributum eſt, l.26.D.de teſtam.milit.

Erga bene Merentes amicos, l.5.D.de donationib. *Bene* Merentibus *amicis*, l.9.D.ſi quid in frau. patr.

Donatus in Andr. Terent. Act.2.Sc.1. *Mereri*, inquit, *eſt aliquid mercedis pro labore ſumere: cùm dicimus, nihil* Meretur, *hoc intelligitur, id eſt, nihil mercedis dignus eſt accipere.* ſic Vlp. *quod ex operis ſuis* Meret *ſeruus*, l.3.§.ſi quis, D.de ſtatuliberis. Idem Donat.in Adelph. Act.2.Sc.1. *Mereri, & Promereri, eſt præſtare beneficiũ.* Et ita, *vt quiſque de te* Meruerit, l.77.§.rogo, D.de leg.2. *ita fideicommiſſum relictum illi, ſi te* Meruerit, l.11.§.proinde, D.de legat.3. *Prout quiſque* Meruiſſet, l.51.D. de manumiſſ. teſtam.

Contrario vtique ſenſu, verbum hoc vſurpatur in his exemplis. *Meruit animaduerſionem*, in Lege Dei, Tit.14. *qui* Meruit *capite puniri*, l.1. D.de veteran. & milit. ſucceſſ. *Si crimen Meruerat capitis pœnam*, l.15.D.de bon.libert. *Capitalem pœnam Meruiſſe*, l.27.§.vlt.D.de pœnis.

Si filius Meruit in Inſulam deportari, l.3.C.de bon.proſcriptor. *Amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi* Merẽtur, l.9.D.de pœnis. *Nullã pœnã* Meruiſſe *eos*, l.3.§.non perpetuò, D.de ſepulc.viol.

Si Meruit *exheredari*, l.132.D.de verbor.oblig. *Neque notam exheredationis* Meruerunt, l.1. D. de coniung.cum emancip.

Malè Meritus, l.31.D.depoſiti.

Sic & Meruiſſe *Sententiam*, dicitur, qui eam excepit, quiq; condẽnatus eſt. *quo crimine damnati ſententiam eiuſmodi* Meruerunt, l.15.D.ad municipal. *Si grauiorem ſententiam* Meruit, l.1. §.vlt.D. nihil innouari. *Si ſententiam deportationis pater* Meruit, l.3.C.de inſtitutionib.& ſubſtit. *qui contrariam ſententiam* Meruit, l.8.C.de his quib.vt indign.

Meruiſſe *Legatum* dicitur is quem teſtator legato proſecutus eſt. *ſi pupillus legatum à creditore* Meruerit, l.21.D.ad L.Falcid. *Seruus qui ſub condicione legatum* Meruit, l.40.§.1.D.de teſtam.mil. *In teſtamento legatum* Meruiſſe, l.36.D.de excuſationib. *Modò ſi legata, filij, non affectione propria, ſed in honorem patris*, Meruerunt, l.28.D.de teſtamẽt.tut. *In quem caſum fideicommiſſum* Meruerunt, l.83.D.de legat.2. &, *ſub ea condicione ſub qua fideicommiſſum* Meruit, ibidem.

Meruiſſe etiam *iudicium patris*, vel, *ex iudicio*, dicuntur, qui aliquid ex teſtamento eius acceperunt. *ſi iudicium patris* Meruit, l.1.§.toties, D.de collation. bonor. &, *ſi legatus* Meruit *ſemiſſem*, ibidem,

ibidem, id est, *promeruit*, vt l. 28. §. 1. D. de excusationib. *Liberis exheredatis qui nihil ex patris iudicio Meruerunt*, l. 13. D. de doli except. *Amittere id quod testamento* Meruit, l. 5. §. amittere, D. de his quæ vt indign. *Libertini qui à dominis aliquid testamento, vel donatione* Meruerunt, l. 10. de pistorib. in Cod. Theod.

Testatrix, voluntatem suam non Mereri *vnum ex heredibus suis declarauit*, l. 4. C. de his quib. vt ind. *Seruum qui à domino tutor datus est libertatem quoque* Meruisse videri, l. 32. §. vlt. D. de testament. tut. Sed & qui pro præmio libertatem Prætoris decreto consequebatur, eam *Meruisse* dicebatur. *Si necem domini detexit, & ex Senatusconsulto libertatem* Meruerit, l. 3. §. 1. D. de suis & legit. *Seruus necem domini detexit, &* Meruit *libertatem*, l. 23. D. de iure patron. Etenim si necem domini detexerat seruus, pro præmio libertatem consequebatur, statueréque Prætor solebat, vt liber esset, l. 4. D. de bon. libert. *Si seruus necem domini detexit, eúmque Prætor* Mereri *libertatem decreuit*, l. 90. D. de hered. instit.

Aliàs *Merere*, est stipendiis publicis militare. *Miles ibi domicilium habere videtur vbi* Meret, l. 23. §. vlt. D. ad municipal. *Qui in castris* Merebat, l. 23. D. de excusationib. *in castris* Merentes, ibidem. *Prouinciam in qua Centurio Merebat*, l. 26. §. conuenit, D. de pact. dotalib. *qui in Prouincia* Meret, id est, *qui in Prouincia officium administrat, seu gerit*, vt apparet ex l. 38. & l. 65. D. de rit. nupt. l. 2. D. de his quę vt indign.

Atque vt ẽ dictis locis *Merere*, absolutè, ita alibi, *stipendium Merere*, Iurisconsulti dicunt. *Miles qui sub armata militia stipendia Meruit*, l. 6. & l. 18. D. de re iudica. *qui stipendium Merent*, l. 8. D. de accusationib. *Patruelis in alia Prouincia stipendia Merens*, l. 16. D. de castren. pecul. *Propter honorem stipendiorum quæ* Merent, l. 18. §. 1. D. de iure fisc.

Meretrix, prostituta, quæ *palam quæstum corpore facit*, vt loquitur l. 43. D. de ritu nupt. *Meretricem* autem, D. Hieronim. Epist. 128. ad Fabiolam, de veste sacerdotali, interpretatur, *quæ multorum libidini paret*. Diuus verò Augustinus in quæstion. Deuteronom. Quæst. 37. ad cap. 23. *Meretrices esse*, ait, *quarum publicè venalis est turpitudo*. Non. Marcell. *Inter Meretricem, & Prostibulam interest, quòd Meretrix honestioris loci est, & quæstus. Nam Meretrices à Merendo dictæ sunt: quòd copiam sui tantummodo noctu facerent: Prostibula, quòd ante stabulum stet, quæstus diurni, & nocturni causa*. Isidor. lib. 9. Origin. *Meretrix dicta, eo quod pretium libidinis mereatur. Inde & Meritoriæ Tabernæ.*

Meretrix inter *turpes personas* numeratur, l. 3. D. si à parẽte quis man. *Meretricem turpiter facere quòd sit Meretrix: non turpiter accipere, cùm sit meretrix*, l. 4. §. sed quòd, D. de cõdic. ob turpẽ caus. *Qui Meretricem libidinis causa rapuit*, Paulus lib. 2. Sent. Tit. 32. *Qui fores Meretricis effregerit libidinis causa*, l. 39. D. de furtis. *Si Meretricem, alienam ancillam, rapuit quis*, ibidem. *si Meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono præstare non debet, quamuis adhuc corpore quæstum faciat*, l. 38. D. de oper. libert.

Si Meretricia veste feminæ, non matrum familiarum, vestitæ fuissent, l. 15. §. si quis virgines, D. de iniur. *Meretricio quodam genere adulterari*, l. 29. §. quæstum, D. ad L. Iul. de adulter.

Mergitvr *Nauis*, l. 6. D. de incend. ruin. *Mersi lapides*, l. 13. D. de adquir. possess.

Neque in hoc administrantur tutelæ, vt Mergantur pupilli, l. 3. D. de contrar. tute.

Meritoria, absolutè dicuntur ædificia, quæ mercede annua, vel menstrua, vel diurna, locantur: qualia sunt, deuersoria, stabula, fullonica, balnea quæ publicè præbentur. *Quod dicitur, Meritoria non facturum, ita accipe, quæ vulgò deuersoria, vel fullonica appellant*, l. 13. §. vlt. D. de vsufructu. *Si fortè stabula sunt, vel alia* Meritoria *in villis, & in vicis*, l. 188. D. de verb. signific. *Ad Meritoria vel stabula*, non pertinet Lex Cornelia quæ de domo vi introita loquitur, l. 5. §. domum, D. de iniuriis. Tertull. in lib. aduerl. Valentinia. *Meritorium factus est mundus.* Prudentius in Amartigenia, *Balnea, propolas, Meritoria, templa, theatra*. Vopisc. in Tacito, *Meritoria intra vrbem stare vetuit*. Spartian. in Pescenino Nigro: *pro tricliniis, popinas habent pro cubiculis, Meritoria*. Dixit & *Meritoria cœnacula* adiectiuè Sueton. in Vitell. cap. 7. & *Meritoria vehicula*, idem in Caligula, cap. 39. vt *Meritoria balnea*, Plin. Epist. 17. lib. 2. & *Meritoriam rhedam* idem Sueton. in Iulio, cap. 57. Paulus lib. 2. Sentẽt. Tit. 32. *Quæcumque in caupona, vel Meritorio, stabulo diuersorióve perierint.*

Meritvm est τὸ μέσον. Nam & in bonam, & in malam partem accipitur. *Multa Merita incidere possunt*, l. 15. §. 1. D. de manum. vindic. *Quæ princeps alicui ob Merita indulsit*, l. 1. D. de cõstit. princip. *Ob Merita tua*, l. 67. §. patroni, D. de bon. libert. *tam ingẽtia Merita serui qui necem domini detexit*, l. 1. C. quib. ex caus. serui.

Meritum collocare, l. 11. §. proinde, D. de legat. 3. *si quis suo Merito adquisierit*, l. 4. §. suis autem, D. de manumissionib.

Hereditates, legata, fideicommissa, donationes mortis causa, siue non mortis causa, non sine causa obueniunt, sed ob Meritum aliquod accedunt, l.9.D.pro socio. *Sanguinis ratio Meritum hæreditatis accipiendæ præbuerat,* l.16.§.vlt.D.de castrens.pecul. Quintilian. Declamat. 329. *quo* Merito *tuo te scripsit heredem?* Et mox, *quoties audiuimus filium dicentem, Quo meo* Merito *pater me exheredauit?* Item, *nullum* Meritum *vxoris tuæ aduersus diuitem fuit: quasi vero* Meritis *tantùm hereditates contingãt.* Idem Declamat. 264. *Merita eorum qui contra Testamentum vindicant.*

Nihil ex officio patris, sed totum de Meritis *filij agitur,* l.22.D.de inoffic.testam. *Non minus in hoc nepote is qui de inofficioso cogniturus est,* Merita *nepotis, quàm patris eius delicta perpendet,* l.3.§.si emãcipatus, D.de bonor.possess.cont.tab. *si putauerit totum testamentum delendum ob vnius malum* Meritum, l.3.D.de his quæ in testam.delen. *si ex* Meritis *filiæ turpiter, & cum flagitiosa fœditate vinentis ad id odium incitatus est,* l.19.C.de inoffic.testam.

Meritum *delictorum,* Tertullianus Apologetic.cap.21.

Merita *militiæ,* commoda præmiorum, quæ emeritis & impletis stipendiis, veteranis dantur, l.8.§.veteran. D.de iure fisc.l.11.D.de vacatio.& excusat.

Meritum *appellationis,* Paul.lib.5.Sentent.Tit.35.Merita *appellationis,* l.27.D.de appellationib.Merita *appellationum,* in Rubr.Tit.vlt.lib.5.Sententiarum Pauli.

Merita negotiorum, l.vlt.C.si per vim vel alio.

Meritis *de causis,* l.vlt.D.de bonis damnatorum. *qui* Merito *iure, intestato heres extitit,* l.21.§.legata, D.de bonor.poss.cont.tab.

Meritò *adiicit,* l.1.§.vlt.D.de ripa muniẽ. *adiicitur,* l.5.§.mercis, D.de tributor. *Adiectũ est,* l.5.D.pro socio. Ait *Prætor,* l.2.§.merito, D.ne quid in loc.publ.l.1.D.de publician. *Dicẽdum est,* l.1.§.accusationem. D.ad Sc.Turpill.

Meritò *introductum interdictum,* l.14.D.de precario. *Optinuit,* l.4.§.1.D. de in ius vocando. *Placet,* l.14.§.is autem, D.de furtis. *Placuit,* l.75.D.de iure dotium. *Quæritur,* l.13.D.iudicat. sol. *Rescriptum est,* l.5.C.de rei vindic. *Responsum est,* l.8.C.ad exhibend.

Meritò *Iulianus respondit,* l.19.D.de vi & vi arm. *Meritò separauit prætor,* l.1.§.1.D.depositi. Meritò *non iuratur,* l.5.D.depositi.

Meritò mouentur Magistratus, l.1.§ sed & in eum, D.de fugitiuis. *Legis Falcidiæ ratione vti Meritò potes,* l.5.C.ad L.Falcid. Meritò *sibi iura eadem vindicant,* l.1.D.de bon.poss.ex test.mil.

Et Meritò, l.2.D.de vulg.& pup.l.26.D.de adim.legat.l.vlt.§.si autem, D.de bon. eorum.

Iure ac Meritò, l.45.§.si plus, D.de iure fisc.& apud Ciceron.pro domo sua. *Iure* Meritóque, l.14.§.hæc autem, D.quod met.cau.& l.17.§.interdum, D.de iniuriis. *Meritò ac iure,* Cicer.3.in Catilin.& *Merito atque optimo iure,* idem pro Marcello.

Meritò, id est iusta ex causa, l.1.§.vlt.D.si pars heredit.pet. & l.6.D. quod met. cau. Meritò *nostra constitutio introduxit,* Institut.de milit.test.

Merum, ait Festus, *antiqui dicebant solum, vnde & auis* Merula *nomen accepit, quod soliuaga est, & solitaria pascitur: at nunc* Merum *purũ appellamus.* Quibus consentanea etiã Non. Marcel. & Isid. lib.2.Orig.c.41.tradũt. Ac illa quidẽ Merulæ notatio Varrone auctore & principe gloriatur. Sic enim ille lib.4.de ling.lat. *Merula quod* Mera, *id est, sola, volitat.* Quod mordens Quintil.lib.1. cap.1. *Sed huic* (de Varrone loquitur) *tanti fuit vertere, vt* Merula, *quia sola volat, quasi Mera volans nominaretur. Stipulationes quæ à* Mero *Iudicis officio proficiscuntur,* veluti de dolo cautio: item, *quæ à Mero Prætoris officio,* veluti damni infecti, l.5.D.de verbor.oblig. & Instit. de diuisione stipulat. id est, vt ibidem Theophilus, αἱ πρὸς ἐκ μόνῳ τῷ ὀφικίῳ τὸ Δικαστῆ ὁρμινται. Item, αἱ πρὸς ἐκ μόνης τῆς τῦ Πραίτωρος δικαιοδοσίας κατάγονται.

Meram negotiorum gestorum Actionem imitari, &, *solutius Æquitatem sequi,* opponuntur, l.4.§. idem Labeo, D.de religios.

Mera conditio, l.82.D.de condic.& dem. quę vel in sola datione, vel in solo facto consistit.

Erit Mera *donatio,* l.28.D.de pactis dotalib. *Non Meram donationem esse,* l.27.D.de donationib.

Mera *pœna,* in l.1.in fin. D.si quis ius dic.l.1.D.de eo per quem fact.er.quæ rei persecutionem non continet.

Quantum ad Meram rationem, l.22.§.in his, D.mãdati. *Secundum Meram subtilitatem,* l.3.§.1.D. de adim.legat.

In Meram heredis volũtatem collatum, l.75.D.de legat.1.id est, liberam & solutam. Mera *voluntate,* l.18.D.de adimẽd.id est, *nuda voluntate, non propter necessitatem rei familiaris,* vt ibidem Modestinus loquitur. Meram etiam *spem,* nudam, solam, & sine re, dixit Terent.in Phormio.Act. 1.Sc.3.& *Meras vires,* Ouid.lib.1.de Arte Amandi.

Merum ius gentium, apud Tryphoninum, purum, ſolum, & ſimplex, ſeparatúmq; à ciuilibus præceptis accipimus, l.31. D. depoſiti. *Æquitas quæ Merum ius, compenſationis inducit*, l.36. D. de adminiſtr. & peric.

Mero iure, id eſt, ſtricto, ſubtiliq;, l.4. §. ſi viam, D. de vſurpat. *Mero iure munitus*, l.16. D. de minorib. id eſt, *ipſo iure, & communi auxilio*, non *extraordinario*, vt ibidem Vlpian. loquitur. *Etiam qui pactione data, à dominis manumittuntur, Mero iure omne eis obſequium debent*, l.3. C. de obſeq. patr.

Merum principium codicillorum, l.12. §. codicilli, D. de captiu. & poſtl.

Merum Mixto, opponitur l.28. D. de condic. & demon. Martialis:

Cùm peterem Mixtum, vendidit ille Merum.

Merum factum, quod dationem mixtam non habet, l.98. §. mihi Romæ, D. de ſolutionib.

Merum Imperium, vt ait Vlpianus in l.3. D. de iuriſdictione *eſt, habere gladij poteſtatem ad animaduertendum facinoroſos homines: quod etiam Poteſtas appellatur.* *Merum imperiũ*, *quod lege datur*, l.1. §. vlt. D. de offic. eius cui manda. Cuiuſmodi imperiũ, *Animaduerſionem* appellat Papinianus eodem loco, & *maiorem animaduerſionem*, Venuleius in l.11. D. de offic proconſ. veluti, *animaduertendi, coërcendi*, vel *atrociter vberãdi ius.* Vlpianus etiam, *gladij poteſtatem, vel cuius alterius coërcitionis*, in l.6. D. de offic. proconſ. cui aduerſatur *Imperium Mixtum*, l.3. D. de iuriſdict. id eſt, *Imperium quod non eſt Merum*, l.vlt. D. de offic. eius cui manda. nimirum *cui etiam iuriſdictio ineſt*, vt ait d.l.3. D. de iuriſdictio. *quod iuriſdictioni cohæret*, vt ait d.l.1. §. vlt. D. de offic. eius cui mand. *quod in modica coërcitione conſiſtit, ſine qua Iuriſdictio nulla eſt*, l.vlt. D. eod. tit.

Merx *aliqua, veluti, Vinum, Oleum, Frumentum*, l.vlt. D. de condict. trit.

Merx olearia, l.13. D. de inſtitoria. *Merces, veluti legumen, canaba*, l.1. §. ſed & ſi, D. de exercitor. Porrò *Mercis* appellatio ad res mobiles tantùm pertinet, l.66. D. de verbor. ſignif. *Mercis* tamẽ appellatione *homines non contineri, & ob eam rem, Mangones, non Mercatores, ſed Venaliciarios appellari*, ait l.207. D. eod. tit. Proinde Vlpianus ad hæc Edicti de Tributoria actione verba, *Mercis nomine* (quæ referuntur in l.5. §. mercis, D. de tributoria.) *licet*, ait, *Mercis appellatio anguſtior ſit, vt neque ad ſeruos fullones, vel ſarcinatores, vel textores, vel venaliciarios pertineat, tamen ad omnes negotiationes porrigendũ eſt Edictũ*, l.1. §. 1. D. eod. tit. Sed & ſeruos, *quos quis idò comparauit vt illico diſtraheret*, *Mercis magis loco, quàm Suorum, habuiſſe teſtator credendus eſt*, l.73. §. vlt. D. de legat. 2. *Æſtimatio rerum quæ Mercis numero habentur in pecunia numerata fieri non poteſt*, l.42. D. de fideiuſſorib.

Olim, non aliud Merx, *aliud Pretium, vocabatur: at nunc, non* Merx, *vtrumque, ſed alterum, Pretium vocatur: Nunc, vt aliud eſt, vendere, aliud, Emere, ſic, aliud eſt Pretium, aliud* Merx, l.1. in princ. & §. vlt. D. de contrah. empt.

Mercis cauſa paratæ lanæ, item, *quæ Mercis cauſa comparata ſunt*, l.32. §. vxori, D. de vſu & vſufruct. leg.

Merx dominica, l.11. §. ſi inſtitoria, D. de inſtitor. *Peculiaris*, l.1. in princ. §.1. D. de tributor. l. 27. D. de pecul.

Merx illicita, l.1. D. de his quę vt indig. *Merces illicitæ*, l.11. §. illicitarum, D. de publicanis, l.2. C. de nautico fæno.

Merces Mercatorum, l.4. §. ſed ſi nauis, D. de L. Rod.

Merx qua negotiatur, l.2. D. de tributor. *Peculiari Merce negotiari*, l.1. D. de tributoria, l.27. D. de peculio, *In Merce peculiari negotiari*, l.3. §. ſi ſeruus, D. de tributoria.

Mercis creditores, l.5. §. in tributum, D. de tributor. *Mercem ſtipulatus*, l.22. D. de obligationib. & actionib.

Merces comparare, l.3. §. vlt. D. de eo quod certo loc. *Reparare*, l.122. §.1. D. de verb. oblig. *Ad Merces comparandas pecunia miſſa, vel vt per eam Merces in Italiam adueherentur*, l.35. §. vlt. D. de hered. inſtit.

Mercibus à Beruto comparatis, & Brenteſium perferendis: & quæ Brenteſio empturus eſſet, & per nauem Beruto inuecturus. Et mox, *aliis Mercibus emptis, & in nauem miſsis*, &, *Mercibus in nauem impoſitis*, l.122. §.1. D. verb. obligat. *Ad Merces emendas profectus*, l.52. §. ſi quis, D. pro ſocio. *Inſtitori ad emendas Merces præpoſito*, l.5. §. non tamen, D. de inſtitoria. *ſi præpoſui ad Mercium diſtractionem*, l.5. §. non tamen, D. de inſtitor. *Si Merces vendidit certò loci, vel diſpoſuit, vel comparauit*, l.19. §. proinde, D. de iudiciis. *Si Merces quæ in taberna erant per tempora diſtraxerit, & alias comparauerit, eáſque in tabernam intulerit*, l.34. D. de pignorib. *Cùm Mercium ſpecies mutatæ ſint*, ibidem. *Merces quæ in tabernis eſſent*, l.15. D. de inſtruct. vel inſtr.

Interdum inſtitores ad homines honeſtos adferunt Merces, & ibi vendunt, l.4. D. de inſtitor. *cum inſtitore exercente Mercem*, l.17. §. eius contractus, D. eod. tit.

Communi Merci præpositus, l.14. D. de institoria. *Mercibus præpositus*, l.16. D. eod. tit. *Mercium causa Mutuam pecuniam accepit*, l.19. §. tabernæ, D. eod. tit. *Mercis gratia*, vel, *ad Merces accepisse pecuniam*, l.13. D. eod. tit. *Venditor emptori Merces adpendere*, l.18. §. de eo, D. de dolo. *Merces vehendas locare*, l.1. D. de præscript. verbis. *Nisi* Merces *tuas eo loci exposuisset, in quem deuehendas eas* Merces *locasset*, l. vlt. §. 1. D. de L. Rodia.

Mercibus nauem præstare, l.1. §. igitur, D. de excercitor. *Si nauem cõduxisti, vt ea Merces tuæ portarentur*, l. vlt. §. 1. D. de L. Rodia. *Impositæ* Merces *in nauem*, l. 4. §. vlt. D. loca. Merces *in scapham traiectæ*, l.4. D. de L. Rodia. *quæ Mercibus accederent, veluti, vestimenta quibus in nauibus vterentur*, l.1. §. ait prætor, D. naut. caup. *qui* Merces *suas naufragio liberauerunt*, l.5. D. de L. Rodia. *qui* Merces *saluas habent, &, qui perdiderunt*, l.4. D. eod. tit. *quô* Merces *importantur, & inde exportantur*, l.59. D. de verbor. signific.

Mesonavta, l.1. §. nautam, D. nautæ caupon. vt quidam ex quorumdam sententia, est qui partim nautæ ministerio fungitur, partim vectoris locum obtinens aliquid pro vectura præstat.

Messallæ consulis qui collegam habuit in Consulatu Cottam fit mẽtio, in l.4. §.1. D. de offic. Proconsul.

Messem *facere*, l.1. §. hoc autem, D. de oper. nou. & l.13. D. quib. mod. vsufr. id est, maturas segetes desecare. *si nondum Messis facta sit*, l.1. §. idem ait, D. de vent. in possess. mitt. *Messem inspiciente colono sustuliste*, l.60. §. messem, D. locati. *si non responderint* Messes, l.8. §. vlt. D. soluto matrim. *Si* Messes *eius anni, quo diuortium factum est, colonum sequantur*, l.7. §. item si, D. soluto matrim.

Messium incensores, l.16. §. vlt. D. de pœnis. Paul. lib.5. Sentent. Tit.21. & in Lege Dei Tit. 11.

Messis tempore, l.15. §. testator, D. de aliment. vel cibar. Messium, *vindemiarúmque tempore*, l.1. D. de feriis, *Cùm* Messes, *vindemiæque sunt*, ibidem. *Stipula quæ in Messe iacet*, l.13. D. quib. mod. vsufr.

Messii Iurisconsulti mentionem facit Triphoninus in l. vlt. D. de iure fisci.

Messoriæ *falces*, l.8. §. cogendi, D. de instruct. vel instrum.

Meta *molendaria*, l.18. §. idem consultus, D. de instruct. vel instrum. vbi Metamesse inferiorem partem molæ Paulus ait.

Metallvm Græca vox est: cuius originem edit Plin. lib.33. cap.6. vbi de argenti fodinis Hispaniæ agens: *Vbicumque vna, inuenitur alia. Hoc quidem & in omni ferè materia, vnde* Metalla *Græci dixisse videntur.* Cui in vocis huius etymo, sed non in etymi ratione, consentit Eustathius in 1. Iliados. Τὰ ὑπὸ γῆν ὀρυττόμενα, Μετάλλα λέγονται, κληθέντα φασίν ὅτι, ἀφ' ὧν τὸ μετὰ τὰ ἄλλα πάντα, inquiens, ὑπονοηθῆναι ἐμοὶ δοκεῖ τῶν ἐπὶ γῆν πάντων τῶν ἄλλων ἐφευρεθέντων, τότε δὴ μετὰ τὰ ἄλλα ἐκεῖνα ἐπιχειρῆσαι τοῖς ἀνθρώποις καὶ ταῖς γεωργίαις· καὶ ἀφεῖναι μὲν τὰ νῶτα τῆς γῆς· ἐπιχειρῆσαι δὲ ταῖς λαγόσιν αὐτῆς, ὡς ἂν ἔχοιεν τὸ κερδαίνειν καὶ αὐτῶν. Idem in lib.1. Odyss. Μέταλλα δὲ ἀπὸ τῶ μετὰ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὸν βίον. τῶν γὰρ ἀναγκαιοτάτων εὑρεθέντων εἶτα ἐπολυτραγμονήθη τὰ Μεταλλικά. Ab vtroque vero dissentit Etymologici auctor his verbis. Μέταλλον δὲ σημαίνει τὸν τόπον ἐν ᾧ ὁ χρυσὸς πίπτεται· ἢ τὸν χρυσὸν γῆν. καὶ γίνεται ἀφὸ τὸ μῶ, τὸ ζητῶ· ἀπὸ τῦ ζητεῖν ἐν αὐτῷ τι, καὶ τὸ ζητεῖν Μεταλλᾶν ἔλεγον. Moschopulus, περὶ σχεδῶν, Μέταλλα, τὰ ἀπὸ τῆς γῆς γινόμενα, οἷον, χρυσὸς, ἄργυρος, θεῖον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἀπὸ τύτου Μεταλλᾶν ποικίλως, τὸ ζητεῖν.

Metallorum venas inquirere, l.13. §. inde est, D. de vsufructu.

Metalla vtique accipere debemus non ipsam æris, auri, argenti, materiam: sed *æris, auri, argẽti, ferri, sulpuris*, & ceterorum id genus *fodinas*, vt loquitur Vlpia. in dic. §. inde, D. de vsufruct. Nam & calcarias, & sulpuarias, in Metalis numerat Vetus Glossar. in quo scriptum inuenio, *in* Metallum, ὅτι τὸ καταδικάζεσθαί τινα, ἄσεμον ποιεῖν καὶ θεῖον ὀρύττειν. *Si lapidicinas vel quæ alia* Metalla *pupillus habuit stypteriæ, vel cuius alterius Materiæ*, l.3. §. vlt. D. de reb. eor.

Metalla Æraria, Argentaria, Plumbaria. Æraria apud Plin. lib. 33. cap.5. *Argenti* Metalla, idem Plin. lib.33. cap.6.

Si quis aliquid ex Metallo principis furatus sit, l.38. D. de pœnis. *Si quis ex Metallis Cæsarianis Aurum, Argentúmve furatus fuerit*, l.6. §. vlt. D. ad L. Iul. peculat. *qui Aurum ex* Metallo *habuerit illicitè, & conflauerit*, ibidem. Pacatus in Panegyrico Theodosij, de Maximo tyranno. *Nec enim qui Regibus mos est, exercendis inuigilabat* Metallis, *vt latentia naturæ bona in vsum arcesseret, & pararet innoxias, nullo pauperiore, diuitias. Parum ille pretiosum putabat Aurum, quod de montium venis aut fluminum glareis quæsitor Bessus, scrutator Callaïcus eruisset.*

Metalla

Metalla numero multa sunt: & quædam quidem Prouinciæ habent, quædam non habent. Sed quæ non habent, in eas Prouinciæ mittũt, quæ Metalla habent, l. 8. §. est pœna, D. de pœnis. Habebat vtiq; popul. Ro. Metalla, in Macedonia, Ephesi, in Hispania, vt Liuius, & Vitruu. lib. 7. cap. 9. testantur. Manichæos etiam *Forensibus* vel *Proconensibus* Metallis dari iubent Impp. in Lege Dei, Tit. 15. Iustinianus quoque Nouel. Constit. 22. τὸ ἐν Προκοννήσῳ, ἢ τὸ ἐν τῇ καλλιμβώῃ γύψῳ, Metallum numerat. *Proconnensi* etiam *Docimeum* & *Troadense*, adiungitur in l. 9. & l. 11. de indulgent. debit. in Cod. Theodos.

Ceterùm vti, quoque modo, Aurum, Argentúmve, ex Metallis effodiatur. Cassiodor. Epist. 3. lib. 9. Variar. ita docet. *Officinis sollemniter institutis, montium viscera perquirantur, intretur beneficio artis in penetrale telluris, & velut in thesauris suis, natura locuples inquiratur. Cameris enim ingeniosa præsumptione reuolutis, talpinum animal imitantes, itinera fodiunt, quæ nullis ante patuerunt.* Et mox. *Intrant homines caligines profundas, viuunt sine supernis, exulant à sole, & dum sub terris compendia quærunt, nonnumquam lucris gaudia derelinquunt. Aliquando illis ruina via sua & reditus procurare nequeunt, qui pedibus suis semitas operosis manibus effecerũt.* Mox, ait, *vt supernæ luci fuerint restituti, minuta quoque grauiora discernentibus aquis, à genetrice terra separant, ac fictilibus recondita, vasta fornace decoquunt, donec soluantur vtiliter in liquore.* Harum autem fodinarum auctorem atque inuentorem Tarquinium Superbum, Suidas in verbo, Συπέρβος, prædicat, quamquã, longè prius, Semiramis Metalla inuenisse, eáq; per captiuos exercuisse, feratur, vt à Diodor. Siculo traditũ extat. idẽ Suidas in Semiramidis nomine, πρῶτον μὲν ἐξεῦρε τὰ Μέταλλα. τοῖς δὲ αἰχμαλώτοις τὴν τούτων ἐργασίαν ἐπέτρεψε. Verùm idem ipse, in voce, Μεταλλεῖς, Fauno hoc inuentum tribuit: de eo enim loquens, Μέταλλον, ait, ἐφεῦρε χρυσοῦ, ἢ ἀργύρου, ἢ σιδήρου, καὶ τὴν τούτων ἐργασίαν παρέδωκε τοῖς δυπικοῖς: Eleganter autem Ouidius lib. 1. Metamorphos. misera habendi cupidine, viscera terræ manum inferri, queritur, his verbis.

Scuitum in viscera terræ
Quáque recondiderat, Stygiisque absconderat vmbris.
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.

Plinius in Procœmio lib. 33. *Persequimur omnes telluris fibras, viuimúsq; subter excauatam mirantes debiscere aliquando, aut intremiscere illam: ceu verò non hoc etiam indignatione sacræ parentis exprimi possit. Imus in viscera eius, & in sede Manium opes quærimus.*

Enimuero in hæc Metalla fontes & noxij vinculis additis ad inquirendas eruendásq; venas damnabãtur. Quò respiciẽs Tertull. in lib. de cultu fœminar. *Terra*, ait, *scilicet planè generosior, quoniam in maledictorum Metallorum feralibus officinis, pœnali opere deplorata, nomen terræ in igni relinquit, atque exinde, de tormentis in ornamenta, de suppliciis in delitias, de ignominiis in honores, Metalli refuga damnatur.* D. Ioan. Chrysost. in Epist. 1. ad Timoth. Homil. 1. Ἐκεῖνος ὁ χρυσὸς οὐκ ἔστι Μετάλλων ὄρυξ, ὁ καταδίκων χεῖρες ὤρυξαν.

Itaque *in Metallum damnari*, est ad effodienda eruendáque Metalla damnari.

In Metallum condemnari, l. 4. C. de pœnis. *Seruos flagellis cæsos in Metallum damnabis*, l. 4. §. 1. D. de incend. ruin. Sueton. in Caligula, cap. 87. *Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad Metalla condemnauit. Præfecto vrbi specialiter competere ius in Metallum damnandi*, l. 8. §. est pœna, D. de pœnis.

In Metallum damnari, l. vlt. D. de L. Fabia. l. 8. §. est pœna, D. de pœnis, l. vlt. D. de sepulchr. viol. *Damnatus*, l. 3. D. de his quæ pro non script. l. 46. D. de manumiss. testam. l. 17. §. vlt. D. de quæstionib. l. 1. D. de sentẽt. pass. l. 21. D. de iur. patron. l. 11. D. de alimen. vel cibar. l. 17. C. de pœnis. *Damnata Mulier*, l. vlt. D. de sentent. pass.

In Metallum dandi potestas permissa est his qui vniuersas prouincias regunt, l. 6. §. qui vniuersas, D. de offic. præsid.

In Metallum dari, l. 5. §. est pœna, l. 23. & l. 28. §. & vt generaliter, D. de pœnis, l. 5. D. de extraord. cognit. l. 3. §. 1. D. de re milit. l. 2. D. de decurionib. l. 1. D. de iure patron. l. 48. D. de bon. libertor.

Metallo plecti, l. 10. D. de extraord. criminib. *Puniri*, l. 6. §. vlt. D. ad L. Iul. peculat.

Metalli coërcitio, l. 28. D. de pœnis. *Pœna*, l. 5. D. de extraordin. cognit. l. 1. D. de abigeis. l. 1. D. de furib. balnear. l. 6. D. ad L. Iul. peculat. l. 1. §. cùm patronus, D. de offic. præf. vrb. l. 38. D. de pœnis, l. 5. C. eod. tit. *Supplicium*, l. 11. C. de pœnis.

Metallorum pœna, l. 46. D. de manumiss. test. Soli autem humiliores, non item honestiores in Metallum damnabuntur. Nam ex quibus causas humiliores in Metallum damnãtur, honestiore loco nati, vel in Insulam relegantur, deportantúrve, aut in exilium mittuntur, vt apparet ex eadem l. 38. §. qui nondum, & §. qui abortionis, & §. qui viui, & §. si quis instru-

mentum, D. de pœnis, l. 6. D. ad L. Iul. peculat. l. vlt. D. de sepuchr. viol. Et ideò in dic. l. 38. §. instrumenta, verba hæc, *prout personæ condicio est, aut in* Metallum *damnatur, aut in Insulam deportatur*, sic accipe, vt si honestiore loco natus sit, deportetur, si humiliore, in Metallū damnetur. Isidor. lib. 5. Origin. cap. vlt. *Metallum est, vbi exules deputantur ad eruendam venam, marmoráque secanda in crustas.*

Metallum autem *inter mediocrium delictorum pœnas* ponitur à Paulo lib. 5. Sent. Tit. 17. Huiusmodi certè pœna, *libertatem adimebat*, vt ait Vlpian. l. 8. §. est pœna, D. de pœnis. Callistratus quoque *In Metallum*, ait, *damnatis libertas adimitur, cùm etiam verberibus seruilibus coërcentur*, l. 12. D. de iure fis. Vnde & inter exēpla *maximæ capitis deminutionis*, *Metalli pœna* numeratur, l. 5. D. de extraord. cognit. *Proximam* vtique *morti*, pœnam, *Metalli coërcitionem* statuit l. 28. D. de pœnis. Atque adeò in *Metallum* damnati, qui euaserant, summo supplicio adficiebantur, dic. l. 28. §. in exulibus, D. de pœnis.

Planè in *Metallum dati, serui pœnæ* efficiebantur, l. 17. & l. 36. D. de pœnis, l. 3. D. de his quę pro non scrip. Seruus autem in *Metallum damnatus*, libertatem sperare non poterat, l. 24. §. si seruus, D. de fideicom. libert.

In *opus Metalli damnari*, l. 1. D. de requir. vel absentib. l. 8. §. est pœna, & l. 9. §. istæ, D. de pœnis. *Dari*, l. 5. D. de manumissionib. l. 3. §. 1. D. de re milit. l. 9. C. de pœnis, *dummodo non debeat opus Metalli hæc pœna in plebeis egredi*, l. 3. §. pœna, D. stellionat. Vetus Glossarium, *Metalli opus*, Μεταλλου χυρυγία, ἥτις καὶ σιδήρου βασάνος. *Inter eos autem qui in* Metallum, *& eos qui in Opus Metalli damnantur, differentia in vinculis tantùm est: quòd qui in* Metallum *damnantur, grauioribus vinculis premuntur: qui in Opus* Metalli, *leuioribus: quódque refugæ ex Opere* Metalli, *in* Metallum *dantur: ex Metallo, grauius coërcentur*, l. 8. §. inter eos, D. de pœnis.

Nihil refert, nec diuersa pœna est, Operis & Metalli, nisi quod refugæ Operis, non morte, sed pœna, subiiciuntur, l. 5. D. de extraord. cognit.

In Opus Metalli ad tempus nemo damnari debet: sed qui ad tempus damnatus est, etiam si faciet Metallicum *opus, non in* Metallum *damnatus esse intelligi debet. Huius enim libertas manet: Proinde & mulieres hoc modo damnatæ liberos pariunt*, l. 28. §. Diuus, D. de pœnis.

Metallarii, id est, Metallorum fossores, Rubrica de Metallar. lib. 11. C. à Græcis Μεταλλᾶς appellantur. Nam, vt auctor Etymologici cū Moschopulo περὶ χειδῶν scribit, Μεταλλᾶς, οἱ τὰ Μέταλλα ἐργαζόμενοι.

Metallici dicuntur qui in Metallum damnati datíq; sunt, l. 8. §. in ministerium, l. 10. §. 1. & l. 36. D. de pœnis, l. 9. C. eod. tit.

Metallicum Opus, l. 28. §. Diuus, D. de pœnis.

Metari est futurum hospitium, nota postibus ianuísque adscripta, designare. Latinus Panegyrico. *Diuinus ille animus vēturus in corpus dignum prius* Metatur *hospitium.* Nonius, *Metari, parare: Vnde & Metatores. Virgil. Georgic. lib. 2. Si pinguis agros* Metabere *campi. Cælius, Annalium lib. 3. Castrametati, signa statuunt. Vnde hodiéque Metatores dicuntur.* At Seruius ad illum Virgilij locum, *Metabere* interpretatur, *eliges*. Paulus apud Festum, *Metari castra dicuntur, quòd Metis diriguntur.*

Metatores in l. 3. & l. 5. C. de aduoc. diuers. iudic. l. 9. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. cum Vegetio lib. 2. cap. 7. interpretor eos, *qui præcedentes locum eligunt castris: item, qui diuersoriorum & hospitiorum designant loca*: quos & *Mensores* appellari ſ. docuimus ex l. 1. C. de metatis lib. 12. ex qua munus eorum discimus. Isidor. lib. 10. Origin. *Metatores*, ait, *appellantur, qui castra designant: à metiendo scilicet, vt Lucanus, Hesperios audax veniam Metator in agros.* Cyprian. Epist. 1. lib. 4. *Primum hospitium vobis in carcere præparauit, & Metator quodāmodo vester, nunc quoque vos antecedit.* Ambrosius lib 4. ἑξαεμερ. cap. 10. *qui Metatores itinera disponunt.* Optat. Afer. lib. 3. de schismate Donatist. *Nam cùm ante venturos milites, Metatores, vt fieri solet, mitterentur.* Vnde & Petrus Chrysologus Serm. 125. *B. Ioannem Baptistam, Christi præcursorem ac* Metatorem fuisse, ait, eodémq; verbo etiā vtitur Serm. 140. Freculphus quoque lib. 2. Chronic. Iulium Cæsarem Metatorem potius fuisse *Imperij*, quo postea Augustus potitus est, quàm *Imperatorem* scribit. Sidon. Apollin. Epist. 11. lib. 8. *Huic, quodam tempore Burdegalam inuisens, Metatoriam paginam quasi cum musa præuia misi.*

Metaxam, in l. vlt. §. species, D. de publicanis, & l. 10. C. de murilegul. lib. 10. accipe sericū quod *crudum* vulgò dicitur, nondū lotū, neq; tinctū, sed αἰτοφυὲς, vt loquitur l. 70. D. de leg. 3. Ex Metaxa enim Serica vestimenta confici, Suidas tradit his verbis: Σῆρες, ἔθνος ἔνθα ἡ Μεταξα γίνεται, ἐξ ὃ καὶ σηρικα, τὰ ἐκ Μεταξης ὑφασμένα, λέγονται. καὶ σὴρ, σηρὸς, ὁσκώληξ. Et mox, σηρικὰ. ὅτι ἡ Μεταξα ἔστιν ἐξ ἧς ἐώθεσαν τὰ ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν ἕλληνες μηδικὴν ἐκάλουν,

ἐκάλουν, τὰ δὲ νῦν σηρικὰ ὀνομάζουσιν. ὅτι δὲ Ἰουστινιανὸς, τοὺς αἰθίοπας πρεσβεύσαι Ῥωμαίοι, οἱ αἰθίοπες ὠνήσαντο τὸν Μέταξαν ἐξ ἰνδῶν, ἀποδόμενοι δὲ αὐτὸν ἐς Ῥωμαίους, αὐτοὶ μὲν γένοιντο κύριοι μεγάλων χρημάτων. quæ ille, vt alia multa, suppresso auctoris nomine, hausit ex Procopij lib.1. de bello Persico. *Metaxam* etiam è vermibus prodire, Moschopulus lib. περὶ σχεδῶν, ita scribit. Σὴρ ὁ σκώληξ, ὁ τὸν Μέταξαν ἐργαζόμενος. ἀφ' οὗ σηρικὰ ἱμάτια, τὰ Μέταξα. Vnde *Metaxam & nema sericum*, separat Martian. in dic §. species, quæ permiscere videtur Zonaras in Iustiniano, cùm ait, Τὰ τῶν σηρῶν νήματα ἡ Μέταξα δηλαδὴ, τοῖς Ῥωμαίοις γίγνεσθαι ἤρξατο: ἤγετο μὲν γὰρ ἐκ περσῶν ὠνούμενον δι' ἐμπόρων τοῖς Ῥωμαίοις τὸ τῆς Μετάξης ζῆμα, οὐκ ἠδύσαν μὲν δὴ ὅτ' ὅπερ γίγνοιτο, οὐθ' ὅτι νῆμα σκωλικὸν ὄξιν. Idem in Nicena 2. Synod. ἐκ Μετάξης ἐσθῆτας πεποικιλμένας: αὗται γὰρ αἱ σηρικαί. Isidor. lib. 19. Origin. cap. 29. *Metaxam*, à *circuitu filorum*, aut *quod transferatur*, ἀπὸ τοῦ Μεταγεσθαι, deducit. Ceterùm quod quibusdam videri scio vocem hanc in Latinum sub Imperatoribus irrepsisse, Lucilij auctoritate refellitur, ex quo Festus in voce Rodus, hæc verba citat, *Liniqua Metaxam.* Etiam illud addam, quod ab aliis animaduersum est, apud Aëtium & Actuarium, deprauatam hãc vocem, in *Cataxam* transisse.

Hinc *Metaxarij*, l. vlt. C. de pignorib.

METIRI, Mensuram agere, & admetiri significat.

Metiri opus, l. 30. §. qui ædem, D. locati. *Vt Emptor in diebus* 30. *proximis fundum* METIRETUR, *& de modo renunciaret*, l. 40. D. de cõtrah. empt. *siue Aream, vel Tignum, vel Lapidem Metiendo, mentitus* MENSOR *fuerit*, l. 6. D. si mensor fals. mod.

Si diem ad METIENDUM *vinum præstituerit*, l. 1. §. licet, D. de peric. & commo. rei. *Alia causa est degustandi, alia Metiendi*, l. 34. §. alia, D. de contrah. empt.

METIRI *frumenta modio*, l. 1. C. de condit. in public. hor. lib. 10. *Terra iter* METIRI, l. 2. §. si quis tamen, D. si quis caution.

Filij sui contumeliam ad suam vtilitatem METIRI, l. 17. §. interdum, D. de iniuriis. *Non ex eo* METITUR, *quod*, l. 1. §. si ego, D. si pars hered. *Præsides nonnumquam ad tempus, vel annis*, METIUNTUR, l. 9. D. de pœnis.

METRETA, vt ait Isidor. lib. 16. Orig. cap. 25. *est mensura liquidorũ. Hæc à mensura accepit nomen.* Μέτρον *enim* MENSURAM *dicunt Græci: licet & Vrna, & Amphora, & reliqua huiusmodi nomina Mensurarum sint, tamen ista, hoc nomen, à denarij numeri perfectione* accipit. Nicandri εἰς ἀλεξιφάρμακα interpres, Μετρήτης, ait, ἔχει ξεστὰς ἑβδομήκοντα δύο. *Si Oleum ita venierit, vt in singulas* METRETAS *certum pretium diceretur*, l. 35. §. in his, D. de contrah. empt. *Olei* METRETIS *tribus milibus impositis*, l. 61. §. vlt. D. locati. Oleum quoque in METRETAS indi, & recondi, solitum, ostendunt Cato de re Rustica. cap. 100. & Columella lib. 12. cap. 1.

Si ex Doleario pars vini venierit, veluti METRETÆ *centum*, l. 35. §. sed & si ex doleario, D. de cõtrah. empt. Columella lib. 12. cap. 22. *Picis liquidæ nemeturicæ* METRETAM *adde in labrum.*

METROCOMIÆ sunt matres vicorum, seu capita l. 1. C. non licere habitatorib. metrocom. lib. 10. l. vlt. C. de exactionib. tributor. lib. 10. l. vlt. de patrocin. vicor. in Cod. Theod.

METROPOLIS, l. 4. §. quædam, D. de offic. proconsl. l. 6. D. de excusationib. l. vn. C. vt omnes iud. l. 11. de medic. & profess. in C. Theod. quasi *mater prouinciæ*, vt loquũtur Impp. l. vn. C. de metropoli Beryto, verbi notationem aperientes, quam, tametsi à vulgi cognitione non remotam, Isidorum ignorasse mirum est. Is enim lib. 7. Origin. cap. 12. *Metropolitanos, à mensura ciuitatum dictos* imperitè tradit: quæ verba ex eo descripsit Gratian. in Can. cleros, 21. distinctio. Metropolis autem *Caput prouinciæ* appellatur l. 4. §. ingressus, & l. 7. D. de offic. proconsul.

Propriè verò Metropoles, Suida interprete, erant ὅσαι πόλεις ἀποικίας ἔσχηλαι, vt & Aristides in funebri laudatione Alexãdri indicat. Thucydid. lib. 4. ἀποικία οὖ μὲν πάσχουσα, πρὸς τὴν Μητρόπολιν.

Ac planè coloniæ eas ciuitates è quibus deductæ erant, Matrum loco colebant, obseruabántq;, vt Dionys. Alicarnass. lib. 4. tradit. Ceterũ Prouinciæ Ponti, *Metropolis* erat Neocæsarea, vt Iustinian. in Nouel. de moderato. Helenoponti scribit, & Syriæ, Antiochia, vt Xiphilin. & Spartian. in Hadriano. Sic in d. l. vn. C. de Metrop. lib. 10. Beryto (quę ciuitas Phœniciæ fuit, in qua ius ciuile Iustiniani temporibus docebatur, vt ex l. 1. C. qui æt. vel profess. se exc. lib. 10. & Epist. Pandectis præposita, & ex Niceph. lib. 4. hist. Eccles. cap. 52. liquet) METROPOLEOS nomen ac dignitas, saluo Tyri iure, tribuitur.

METVI *damnum ex prædio*, l. 11. §. officium, D. de aqua & aqu. pluu. *Metuendum non est*, l. vlt. D. si pars hered.

METVCVLOSVS, l.7.D.quod met.cau.

METVS *est, instantis, vel futuri, periculi causa, mentis trepidatio*, l.1.§.1.D.quod met.cauſ.Cicer. lib.4.Tuſcul.quæſt. *Metum* definit *opinionem impendentis mali, quod intolerabile esse videatur*. Seruius in lib.11.Æneid. *Terror*, ait, *propriè est qui aliis infertur: Metus autem est, quem habent timentes*.

Metum autem in EDICTO Prætoris, *Quod metus causa*, accipere debemus, *non quemlibet timorẽ, sed maioris malitatis: nec vani hominis, sed qui meritò in homine constantissimo cadat*, l.5.& l.6.D.quod met.cau. *Non quilibet* METUS *ad rescindenda ea quæ consensu terminata sunt sufficit, sed talem Metum probari oportet, qui salutis periculum, vel corporis cruciatum contineat*, l.13. C.de trãsactionib. *Metus stupri viris bonis maior quã mortis esse debet*, l.8.§.vlt.D.quod met.ca. *Maximo Metu cõpelli* intelligitur qui dat ei qui instrumenta status sui interuersurus sit, nisi det, l.8.§.1.D.eod.tit. *Metum* etiam *præsentem* accipimus, *non suspicionem inferendi eius*, l.9. D. eod. tit. In Edicto, ex quibus causis maiores (cuius verba sunt hæc, *cùm is* METU *aut sine dolo malo, reipublicæ causa abesset*, l.1. in princ. D.ex quib.cauſ.maior) *Metus causa abesse videtur, qui iusto timore mortis, vel cruciatus corporis, conterritus, abest*, l.3.D.eod.tit. Proinde illis Edicti verbis non adiuuãtur qui *superuacuo timore deterriti afuerint*, l.2. D.eod.tit.

Metus erit ne, l.49. D.ad Sc. Trebell. *Metus esse ne*, l.1.§.vlt. D.de Carbon.edic.

Metus quem passus sum, l.14.§.sed rectissimè, D.quod met.cau. *qui Metum non à parente passus est*, l.4.§.vlt.D.de doli. *Alter Metum adhibuit*, l.16.D.quod met.cau. *Si plures* METUM *admiserũt*, l.16.D.eod.tit. *Etiam si alius* METUM *fecit*, l. 14. §.Pedius, D.eod.tit.

Metus illatus, l.8.& l.9.D.quod met.cau. *Metus causa actio*, l.14.§.vlt.l.21.§.vlt.D.eod.tit.l.18. D.de dolo. *Metus causa exceptio*, l.4.§.metus, D.de doli except. quæ *Exceptio de Metu* dicitur ibidem, & §.vlt.eiusdem l. *Si Metus causa adeat aliquis hereditatem*, l.85.D.de adquir.vel omitt. *Interpositæ* METUS *causa transactiones*, l.13.D.de transactionib. *Ob* METUM *criminis*, l.vlt. C.de bonis eorum. *Per Metum actionis*, l.9.D.de edendo. *Propter* METUM *Periculi*, l.40.D.de hered.pet. *Qui Metu accusationis mortem sibi consciuerint*, l.28. D.de bon.libert. *Metu imminentis accusationis*, l.7.§.ex bonis, D.de bonis damnat. *Metu criminis imminentis*, l.3. D.de bon. eor. *Metu criminis quo iam fuerat postulatus*, l.vlt. D. de re milit. *Non carebit huius criminis* METU, l.3. §. non tantùm, D.de suspect.tutor.

Metu ad dominum reuertendi, l.1.§.si quis, D.de quæstionib.

Metu aduersarij, l.1.§.ait prætor, D. de postulando. *Hostium*, l.6. §. exploratores, D. de re milit.

Metu diuini numinis, l.8.D. de condic. instit. *Exactionis*, l.1.§. quæ onerandæ, D.quar.rer. act.

Si donator iustissimum mortis Metum habeat, l.43.D.de mort. cau. donat. *Metu mortis illato*, l.8. D.eod.tit. *ex Metu mortis fit donatio*, l.35.§.mortis, D.de mort.cau.don.

Metu infamiæ, l.2.D.de obseq.parent. *Metu in integrum restitutionis*, l.64.D.de fideiussorib.

Metu onerum, l.42.D.de adq.vel omitit. *Metu pœnæ*, l.1.D.ne quis eum qui in ius, l.70.§.1.D. de condicionib.& demonstr.l.2.C.vbi causæ fiscales, l.2. C.qui testament.

Metu ruinæ, l.15. §. si quis, D. de damno infecto, id est, *propter Metum ruinæ*, vt l.28.D.eodem.

Metus senatusconsulti, l.3.§.si condicioni, D.de Sc.Silan. *Sententiæ futuræ*, l.1. C. de bonis eorum.

Metu verborum, vel aliquo timore coactus, l.6.§.vlt.D.de adquir.vel omitt.

Metu ne compelleretur, l.7.D.quod fal.tut.auct. *Vi metúque compulsus*, l.16.D.de liber.cau. *Nullo præsentis periculi* METU *conterritus*, l.2. D.de mort.cau.donat. *Iusto* METU *perterritus*, l.vlt.§.1.D. quod met.cau. *Metu turbæ perterritus*, l.1.§.idem Labeo, & l.3.§.1. D.de vi & vi ar.

Citra METUM *Exceptionis*, l.49.D.de hered.pet. *Pœnæ*, l.39.§.mulieres, D.ad L.Iul.de adult.

Sine METU *criminis*, l.1.§.1.D.de concubin. l.5.C.ad L.Cornel. de falsis. *Exceptionis*, l.4.D. de oper.libert. *Legis*, l.17.C.ad L.Iul.de adult. *Pœnæ*, l.54.§.1 D.locati.

MEVM, id esse intelligitur cuius proprietas ad me pertinet. *Cùm certa res, aut persona, legatur ita, Qui* MEUS *erit cùm moriar, si communis sit, partem deberi verius est*, l.5.§.1. D. de legat.1. *Hæc oratio, Stichus qui Meus erit, ita accipi debet, quatenus Meus erit*, l.6.D.de leg.1. *Cùm dicit testator, Vestem Meam, Argentum Meum, hac demonstratione, Meum, præsens, non futurum ostendit*, l.7.D.de aur arg. De verbo hoc *Meum*, vtrum legatis adiectum condicionem faciat, an non, vide l.85. D.de legat.3.

Meum est, etiã id quod ex re mea supereſt, cuius vindicandi ius habeo, l.49.D.de rei vindic. *Meorum, & Tuorum appellatione, etiam Actiones contineri dicendum est*, l.30.§.1.D.ad Sc.Trebellia.l.91. D. de verb.

de verb.ſignific. *Non amplius quàm ſemel res Mea eſſe poteſt*, l.14.§.actiones, D.de except.rei iud. *quod* Meum *iam, vſucapere me intelligi non poteſt*, l.12.§.ſi quis ſeruum, D.de captiu. *Meum quodammodo inſtrumentum*, l.4.§.1.D.de edendo. *Mea pecunia*, id eſt, mihi debita, l.32.D.de reb.cred.

Migrare dicitur inquilinus, ſeu conductor, qui è prædio vrbano, vel ruſtico, quod conduxerat, diſcedit, & aliò ſe confert. Vet.Gloſſar. *Migrat*, μεταβαίνει, μεθίσταται. *Migratio*, μετοίκησις. *Inquilinus qui ſoluta penſione, vult Migrare*, l.1.§.1.D.de migrãdo. *Si in conductione domus, ſpecialis conuentio facta eſt, vt non liceat ante finitum annum Migrare*, dic.l.1.§.ſi penſio. *Exercitu veniẽte* Migrauit *conductor*, l.13.§.exercitu, D.locati. *quanti conductoris intereſſet habitatores ne* Migrarẽt, l.30.D.eod.tit. *Filius à matre* Migrauit, l.30.§.vxori, D.de legat.3.

Migrare *ad alias nuptias*, l.6. D.de diuortiis.

Milles *appellatur, vel à Militia, id eſt, duritia, quam pro nobis ſuſtinent: aut à multitudine, aut à malo, quod arcere* Milites *ſolẽt: aut à numero mille hominum, ductum à Græco verbo, tractum à tagmate. Nam Græci* Mille hominum multitudinem τάγμα *appellant, quaſi* Millenſimum *quemque dictum*, l.1.§.vlt.D. de teſtam.milit. Feſtus, Militem *Ælius à mollitia,* κατ' ἀντίφρασιν *dictum putat, eo quòd nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat.* Iſidorus lib.9.Origi.cap.3. *Miles dictus, quia* Mille *erant antè in numero vno, vel quia vnus eſt ex Mile electus. Romulus autem primus ex populo* Milites *ſumpſit & appellauit.* Miles, *aut Ordinarius dicitur, aut Extraordinarius. Ordinarius eſt qui per ordinẽ militat, nec adhuc aliquem conſecutus eſt gradum honoris. eſt enim Gregarius, id eſt humilis Militiæ. Extraordinarius eſt, qui ob virtutem promouetur ex ordine.*

Militi *Paganus* opponitur, l.19.§.1.D.de caſtr.pecul.l.42.D.de fideicomm.libert.l.14.& l.17.§.ſi eodem, D.de teſtam.milit.& apud Iuuenal.Satyr.vlt.

Milites porrò hi demum appellantur, qui ſacramento rogati adactíque, & in numeros relati ſunt, vt lib.2.Antiqu.docui. *qui in Numeris ſunt, licet etiam lecti Tirones ſint, & publicis expenſis iter faciant, nondum Milites ſunt: debent enim in numeros referri*, l.42.D.de teſtam.milit. Quòd verò in l.1.in fin.D.de bon.poſſ.ex teſt. milit. ſcribitur, Militem eſſe *quamuis in numeris non ſit*, ad eum pertinet, qui ex vno numero, vt in alium transferretur, exemptus, illò nondum peruenerit. Interim enim Miles eſt. Porrò Milites Iuſtinian. definit, tam eos qui *ſub Magiſtris Militum* Militiam *tolerãt, quàm qui in vndecim ſcholis taxati ſunt, nec non eos, qui ſub diuerſis optionibus fœderatorum nomine decorantur*, l.vlt.C.de locato & cond.

Non modò Nauarchi & Trierarchi Claſſium, ſed & omnes *Remiges, & Nautæ, in Claſſibus* Milites *ſunt*, dic.l.1.D.de bon.poſſ.ex teſt.mil.

Militis loco haberi deſinit Tribunus Militum, *poſtquam ſucceſſor eius in caſtra venit*, l.20. D. de teſt. milit. *Miles Caligatus*, l.2.D.de his qui not.inf.l.21.C.de nuptiis. *Milites Caligati*, l.9.D.de cuſt.& exhib. *Voluntarius* Miles, l.4.§.temporarium, & §.reus, D.de re mili. *Lectus, quíve ſe legi paſſus eſt*, cad.l.4.§.1. *Ne quis ob Militem legendum, mittendúmve, æs accipiat*, l.36.§.vlt.D.de L.Iulia.repet. *Milites ducere, reducere, legendos curare*, l.35. D.ex quib.cau.maior.

Miles *qui in commeatu agit*, l.2.D.de re milit. *Miles factus, & in expeditione degens*, §.ſed & ſi quis, Inſtit.de milit.teſt. *Milites in expeditione conſtituti*, l.vlt.C.de inoff. teſt. Milites *in expeditionibus occupati*, §.1.Inſtitutionib.de milit.teſt. *Milites bellica opera peragunt*, l.13.D.de re milit.

Miles, non ignominiæ cauſa miſſus, rurſum cinctus eſt in alia Militia, l.38.§.1.D.de teſt.milit. *quando adſumptus fuiſſet* Miles, *poſtquam deſiit in numeris eſſe*, ibid. *Milites auocandi non ſunt à ſignis, vel muneribus perhibendi teſtimonij cauſa*, l.3.§.vlt.D.de teſtib.

Militum Priuilegium, l.40.D.de adminiſt.& peric. *Priuilegia*, l.20.§.vlt.D.de teſt.mil.

Militare vulgò eſt ſub armata militia ſtipendia merere, l.4.in princ. & §. ignominia, D. de re milit.l.11.l.15.l.16.§.vlt.D.de caſtr.pecul.l.9.D.de cuſtod.& exhibit. *qui in vigilibus, vel vrbanis caſtris* Militat, l.15.§.1.D.ad L.Iul.de adult. *Si inter vigiles Romæ Militauerint.* Vlpian.Tit. 4.Regular. *Paganus qui Militare cœpit*, l.38.§.vlt.D.de teſtam.milit. *cùm aliquis facto teſtamento* Militare *cœperit*, l.20.§.teſtamẽto, D.de teſt.mil. *ſi filius* Militare *cœperit*, l.1.§.ſi parens, D.ſi à paren.quis manumiſſ. *Poſt annum quàm* Militare *deſiit*, l.17.§.1.D.de caſtr.pecul. *Præfecti, Tribuni, aut ceteri, ſucceſſoribus acceptis* Militare *deſinunt*, l.21. D.de teſt.milit. *Filiusfamilias qui Militauerat*, l.18.D.ad L.Falcid. *quatenus* Militant *& in caſtris degunt*, §.ſed hactenus, Inſtit.de milit.teſtam. *Priuilegium quod* Militantibus *datum eſt*, l.24.D.de teſtam.milit. *A non* Militantibus *fieri*, ibidem. Militans, *& Paganus*, opponuntur, l.26.D.de liber.& poſt.

Militare etiam dicũtur, qui circa latus principis agentes, munus aliquod, officiúmve, in palatio, aut comitatu principis, gerunt, & aliqua dignitate, vel adminiſtratione, funguntur. *Nullus omnino ex Tabulariis, vel Scribis, vel Logographis, in quocumque officio Militet*, l.1.C.de tabulariis, lib.10. *Si intra noſtrum palatium Militant*, ibidem. *Vnicuique qui in ſacris Scriniis Militat*, l.7.

C.de proxim.fac.ſcrin.lib.12.*In ſacris Scriniis* Militantes,l.2.l.9.& l.12.C.eod.tit.*in ſcrinis palatij Militantes*, l.3.C.eod.tit. B.Ambroſ.Serm.7.*Non enim tantùm de iis Militantibus ſcriptura loquitur,qui armata Militia detinentur,ſed quiſquis Militiæ cingulo vtitur,dignitatis ſuæ* Miles *adſcribitur.*

Militaris *iudex*, l.1.C.ſi à non compet.iud.*Militares viri*, l.6.§.illicita, D.de offic.præſid.

Militaris Equus,l.12.§.1.D.de re militari.*Militaris cuſtodia*,de qua vide ſ. lib.3. *Diſciplina*, l.9. D.de feriis.*Occupatio*,l.15. C.ad L.Iul.de adulter.*Militari manu*,l.68.D.de rei vindic. *Militares res*,l.3.D.de caſtr.pec. *Militaris via*, quæ Græcis λεωφόρος,id eſt,via publica,l.vlt. De loc.pub.

Militare *Beneficium*,l.3.D.de teſtam.milit.

Militare *Ius*,ait Iſidor.lib.5.Origin.cap.7.*eſt belli inferendi ſollemnitas,fœderis faciendi nexus,ſigno dato cõgreſſio in hoſtem,vel commiſſio,item ſigno dato receptio,flagitij* Militaris *diſciplina,cetera quoq; ad rem diſciplinámq; militarẽ pertinẽtia,eo iure continẽtur.* At in toto iure ciuili Militare *ius* eſt propriũ Militum,quo eis teſtari,prout libuerit,Imperatorum conſtitutionibus conceſſum eſt.Et ita. Militari *iure teſtari*,l.1.D.de bonor.poſſ.ex teſt.milit.l.7.l. 42.& l.vlt.D.de teſt.milit. l.6.§ irritum,D.de iniuſt.rup.*Teſtamentum facere*,l.4.l.7.& l.10.D.de teſt.milit.l.17.D.ad L.Falcid. *Teſtamentum factum*,l.8.D.qui & à quib.l.2.D.de iniuſto rupt.*Teſtamento facto*,l.12.D.de bon. libert.*Teſtamentum valere*,l.26.D.de teſt.mil. l.8.§.ſi miles, D. de iure codicill. *ex Teſtamento quod iure* Militari *miles fecit*, l.17.D.ad L.Falcid. *Militari iure*,& *Communi*,opponuntur,l.3.l.11. & l.36.§.veteranus,& l.8.§.miles, D. de iure eodic.l.38.§.1.D.de teſt.mil.vide ſ.lib.3.

Militare *Delictum*, l.6.§.irritum, D.de iniuſt. rup.l.22.§.vlt.D.de legat.3.l.11.D.de teſtam. milit.l.2.D.de re milit.l.7.C.eod.tit.l.13.C.de teſt. milit.*quod quis vt* Miles *admittit*,&,*quod aliter,quàm diſciplina communis exigit,committitur.* Cuiuſmodi eſt deſertio, emanſio, proditio, & alia quibus diſciplina Militaris violatur, l.2.& l.6.D.de re milit.*Militare delictum, Cõmuni* opponitur,l.1.D.de veteran.& milit.ſucc.*Inſignia* Militaria,l.2.D.de his qui notant.

Militariter,pro militari more,l.4.§.qui poſt.D.de re mi.Sic,*Militariter ornatus*,apud Tacit.lib. 6.*Militariter ambulare*, apud Vopiſc.in Aurel.*Militariter armatus*,apud Apul.lib.9.de Aſin.aur.

Militiæ non vnum genus eſt.Quædam enim *Armata* appellatur: quædam,*Togata:* quædã, *Palatina:quædam, Literata.Armatæ* fit mentio,l.6.l.18.D.de re iud.l.1.C.de iur.& fac.ignor.l.4. C.qui dare tutor.& apud Sulpit.Seuer.in vita B.Martini.*Militia* Armata,rurſus,alia *Equeſtris*, alia *Pedeſtris*,quæ,*vtriuſque* Militiæ,appellatione exaudiendæ ſunt.

Militiæ *ſe dare*,l.29.D.de liber. cauſa.*qui Militiæ ſe dedit*, l.4.§.1. & §.in inſulam, D.de re mil. *Nomen Militiæ dare*, l.8.& l.vlt.D. de re milit. l.43. D. de oper. libertor. l.1. C.qui militar.*In aliam Militiam nomen dare*, l.4.§.qui poſt,D.de re milit.

Militiæ Gradus,l.2.§.qui ſtationis,& §.qui aliena,& l.5.D.de re milit.l.vlt.D.de cuſtod.& exhibit.*Honores*,l.4.§.ad tempus,D.de re milit. Munus,ead.l.4. §.qui poſt. *Præmium*, l.40. D. de adminiſt.& peri.*Species*,l.2.D.de re milit.*Militiæ tempus implere*,l.3.§.qui militiæ,D.eod.tit. *Expleto tempore Militiæ*, dic.l.3.§.is qui.

Militiam mutare,l.2.§.miles,& §.in bello,l.5.§.1.& l.13.§.irreuerẽs,D.de re milit.l.vlt.D.de cuſtod.& exhibit. *In deteriorem* Militiam *dari*, l.4.§.qui filium,& l.13.§.defertur,D.de re milit. *Militia reiici*,l.2.§.in bello,& l.6.§.ſi quis,D.de re milit,*Gradu Militiæ deiici*, l.3.§.qui ſeditionem, D.eod.tit. *Pelli*, dic.l.3.§. qui aliena, & l.5.§.qui in pace. *In Militia agenti*,l.11.D.de caſtren.pecul.*In* Militia *decedere*,l.15.D.de teſt. mil.*Teſtari*,l.11.§.vlt.D.eod. *Codicillos facere*,l.8.§. ſi miles,D.de iure codicillor.*Iure* Militiæ *peculium tenere*, l.12.D.de caſtr.pecul.

Militiæ *iure factum Teſtamentum*,l.14.D.de his quæ vt indign.*Militiæ more*,l.33.D.de teſt.mil. *Militiæ tempore factum Teſtamentum*, l.36. D.de teſt.milit.*Facti codicilli*,l.8.§.ſi miles,D.de iure codicillor.*Militiæ tempore*,vel *poſt* Miſſionem, l.4.§.1. D.de caſtr.pecul.*Militia ius Quiritium accipit Latinus*,&c.Vlpian.Tit.4.Regular. Ac de Militia quidem *Armata* hactenus: ad *Togatam* deſcendamus.Ann.Lucan.in panegyrico Piſonis. *Tamen etſi bella quieſcant, Non periit virtus: licet exercere Togatæ* Munera Militiæ: *licet & ſine ſanguinis hauſtu Mitia legitimo ſub iudice bella mouere.*Manilius lib.2.Aſtronomic.*Hoc quoq;* Militiæ *genus eſt,ciuilibus actis Compoſitum.*Sic & Cicero pro Murena,*Vrbanam Militiam Reſpondẽdi,Cauendi,Scribendi*,appellat.*Nec ſolos noſtro imperio* Militare *credimus illos,qui gladiis,clypeis,& thoracibus nituntur: Militant cauſarum Patroni,qui gloriosæ vocis confiſi munimine,laborantiũ ſpem,vitã,& poſteros defendũt*,l.14.C.de aduoc.diuerſ.iud.

Militia palatina,apud Symmach.Epiſt.74.lib.5.& Sidon.Apollin.lib.1.Epiſt.6.*Militia palatij*,apud Caſſiodor.Epiſt.10.lib.1.

Militia litterata,eorum qui in ſacris Scriniis Militant, l.8.C.de proxim.ſacr. ſcrin.lib. 12. Symmach.Epiſt.124.lib.7.*Fungitur* Militia *in Scriniis litterarum.*

Militiæ item appellabantur commoda illa annonarum,& ſalaria,quæ armatam,vel inermem

men militiam exercentibus, publicè præstabantur. Et ita *Militiæ* nomen accipiendum est in l.22.& l.49.§.1.D.de legat.2.l.11.§.si seruo, D.de leg.3.l.18.§.ab heredibus, D.de aliment. vel cibar.l.3.§.si quid minori, D.de minorib.l.30.C.de inoffic.testam.l.27.C.de pignorib.l.6.C. de aduocat.diuersor.iudic. Huiusmodi *Militias* in commercio fuisse, vendíque, emi, & legari, aut aliâs relinqui potuisse ex ſ. dictis locis constat, quod & confirmant hæc testatoris apud Scæuolam verba, *Alumno Militiam illam, cum introitu, comparari volo*, l.102.§.vlt.D.de legat.3. ex qua præterea apparet ab iis qui Militiam comparabant, *pro introitu* aliquid erogari solitũ. Sed & *inter venditorem & emptorem Militiæ* venisse, vt *salarium quod debebatur ab illa persona, Emptori cederet*, proponit Scæuola in l.52.§.inter, D.de actionib.emp.

Milia *Passuum*, l.1.D.si quis cautionib. *Mille passus, non à Miliario vrbis, sed à continentibus ædificiis numerandi sunt*, l.154. D.de verb.signific.

Alter ex Millesima parte, alter ex duo Millesimis partibus socius, l.80. D.pro socio.

Miliarivm, ex l.21.§.si cui fortè. D.de aur.arg.leg.& Athenæo lib.3. Vas esse ad coquendum, apparet, quod non in Cocinatorio tãtùm, sed & in Balneatorio instrumento ponitur à Palladio, vt & à Senec.lib.3.Natural.quæst.cap.24. cuius hæc sunt verba: *quemadmodum in Balneis facere solemus Dracones, Miliaria, & complures formas.* Idem lib.4. Natural. quæst. cap.9. *quemadmodum minora Balnearia, & minora Miliaria, citius calefiunt:* Hoc verbum vsurpat, & Cato, de re rustic.cap.20.& 22.& 135. *Instrumento Balneatorio legato Miliaria legato cedunt*, ait Paul. lib.3.Sentent. Tit.7. Vet. Glossar. *Miliarium*, θερμοῦ.

Miliarivm, mille passuum spatium, seu iter, significat. Isidor.lib.5.Orign.cap.vlt. *Mensuras viarum nos Miliaria dicimus.* Et mox, *Miliarium mile passibus terminatur, habens pedum quinque Milia. Si ei qui à primo Miliario Alexandriæ agit*, l.4.§.puto, D.de hered. instit. *Intra centesimum Miliarium*, l.1.§.initio, D. de offic. præf. vrb. & in Lege Dei, Tit.14. *Vltra centesimum Miliarium, ab vrbe*, l.42.D.de excusationib.

Porrò lapidibus *Miliaria* quæque signata, distincta, discretáque fuisse ſ. docui. Vnde, *vltra centesimum Miliarium*, &, *Centesimum lapidem*, idem valent, l.21.§.licet, & §.vlt.& l.42.D.de excusationib.& §.qui autem, Instit.eod.tit.

Miliarium vrbis, in l.154.D.de verb.signif. columnam in capite fori Romani, accipimus, à qua omnes Italiæ viæ initium & finem capiebant: & à qua itinerum dimensio sumebatur: Quod cùm ab Anto. Augustino lib.4. Emendatio. iam notatum fuerit, prætermissis ab illo adductis auctoritatibus duos, cumuli vice, locos adiiciam: vnũ, ex Dione, qui hanc columnam ab Augusto primùm positam, lib.54. his verbis tradit. τότε δὲ αὐτὸς τε τὴν πρὸς τῷ Ρώμην ὁδῶν αἱρεθεὶς, καὶ τὸ χρυσοῦν Μίλιον κεκλημένον ἔστησε, καὶ ὁδοποιὸς αὐτὰς ἐκ τῶν ἐφαπτομένων, ῥᾳδίους χωρίοις δύο χιλιάδων, προσέταξε. Alterum verò, ex Publio Victore, qui in libello de regionib. vrb. Rom. *Miliarium aureum*, in 7. Regione vrbis ponit, in qua & Forum fuit. Porrò cùm *Miliarium* hoc *aureum*, à Sueto.& Victore, & à Dione χρυσοῦν Μίλιον, & à Plutarcho in Galba, χρυσοῦς κίων, vocetur, efficitur apertissimè, columnam illam auream fuisse.

Fuit & *Miliarium*, Constantinopoli, de quo Suidas in verbo Μίλιον, hæc profert. ἐν τῇ χαμάρᾳ τοῦ Μιλίου, φιλᾷ ἵστηκε Κωνσταντῖνος καὶ Ἑλένη, ἔνθα καὶ σταυρὸς, καὶ ἡ τύχη τῆς πόλεως.

Fit & *Septimiliarij*, seu *septimi Miliarij* mentio, in subscriptionib.l.4.C.de recept.arb. l.vlt. C.de legit.tut.l.30.C.de iure dot.l.vlt. C. de bon.libert.l.19.C.de iure delib.l.vlt.C. de iure patron.l.6.C.de bonis quæ liber. l.3. C. de agric. & censitis, & apud Iulianum antecessorem, in Epitom.Nou.109. Locus fuit, septem Millibus passuum ab vrbe Constantinopolitana distans, Imperatorum palatio nobilitatus. Marcellin. Comes in Chronicõ, *Indictio.11. Arcadius à patre suo Theodosio Aug.consors imperij, septimo ab vrbe Miliario coronatus est.* Idem aliâs *Theodos.*11. & *Cynegio Consſ. Indictio.6. Honorium pater suus Theodosius, in eodem loco quo fratrem eius Arcadium, Cæsarem fecit, id est, septimo ab vrbe regia Miliario.* Epiphanius Scholasticus, siue Cassiodorus Tripartit. Histor. libro nono, cap.43. *Ante ciuitatem Constantinopolitanã recondidit, ad septimum Miliarum.* Prosper in Chronico, de Theodosio. *Ioannis Baptistæ caput ex vico Cosrai Constãtinopolim deportans, septimo ab vrbe lapide, in Basilica quam magno sumptu in eius honorem erexerat, collocauit.* Vnde, & aliquoties locus hic *Septimus*, & Ἑβδομος, appellatur. Marcellin. Com. in Chronicor. *Celere & Venantio Consſ. Indictio.7. Vitallianus Scytha adsumpto Romanorum equitum, in triduo congregatorum, auxilio, in locum, qui Septimus dicitur, aduenit.* Procopius lib.1.de ædificiis Iustiniani: Καὶ τότε Θέκλης μάρτυρος ἱερὸν, ὁ πρὸ τῶν τῆς πόλεως λιμένα ἵδρυται καὶ ἡ τὸ Θεοδοσίου ἀγάλματα ἐν προαστείῳ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ. Et pòst: ἀνῳκοδομήσαντο δὲ θαυμαστῶς ἅγιον, οἷς τὸ ἐν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ τέμενος, ὅπερ αὐτῷ Βασιλεὺς ἔτος εἰσαγχὸς, ἐν τῷ Ἑβδόμῳ καλουμένῳ, ἀνέθηκεν. Et alibi, Ἔτι δ' ἀνέθηκεν Μηνᾶ καὶ Μενάῳ μάλυσιν ἕδος ἐν τῷ Ἑβδόμῳ.

Quinetiam Ἐπὰ vulgari ſermone appellatum, Liberatus oſtẽdit, cuius in Breuiario de cauſa Neſtoriana, cap. 9. verba ſunt hæc. *Hipatius Epheſiorum Epiſcopus, in collatione quam contrà Acephalos ſuſcepit, iuſſione Iuſtiniani principis, medio Strategio Comite ſacrarum largitionum, in palatij loco qui dicitur Hepta.*

MILIARENSES, nummi Conſtãtinopolitani genus, quorum fit mentio Nouella Iuſtinian. 105. de conſulibus. Epiphanius περὶ Μετρῶν, de nummo argenteo agens: τὸ δὲ ἀργυροῦν τοῦτο ἔστι ὃ Ῥωμαῖοι Μιλιαρήσιον καλοῦσιν, ὅ ἐρμῆν. ἐνέτας τραπωτικὸν δόμα. quod poſtremum verbum vitio non caret: ſic igitur reſtituendum eſt, τραπώπικον δῶρον, vt me vetus Gloſſarium Bibliothecæ regiæ docuit, in quo inuenio, Μιλιαρήσιον, τραπωπικον δῶρον. Suidas, Μιλιαρήσιον τὸ, τοῦ νομίσματος δέκατον.

MIMI *ſerui*, l. 37. §. vlt. D. de ædil. edic. Iſidorus lib. 17. Origin. cap. vlt. *Mimi ſunt dicti Græca appellatione, quòd rerum humanarum ſint imitatores.*

MINARI, id eſt, comminari. *Minari ſe accuſaturum*, l. 40. D. ad L. Iul. de adult. *quòd dixit percuſſorem ſibi mortem* MINATUM, *ſi proclamaſſet*, l. 1. §. hoc autem, D. de Sc. Silan.

MINICIVS Iuriſconſultus, quem vt Sabino & Caſſio poſteriorem, ita Iuliano & Pomponio antiquiorem fuiſſe conſtat ex l. 6. §. ſi vas, D. de actionib. empt. & l. 32. D. locati. Hunc in obſcuro latere Iulianus paſſus non eſt, qui eum Notis ſuis illuſtrauit: vnde plurima in Pãdectas capita tranſlata ſunt, quæ hanc Inſcriptionem habent, *Iulianus ex* MINICIO, vel, *ad Minicium*: In quibuſdam autem, vt in l. 59. D. de rei vindic. & l. 1. D. de ſeruit. leg. poſt Minicij verba relata, ſubiungitur, *Iulianus notat.* Minicij certè ſcripta notis ſuis additis, Iulianum ſex libris comprehendiſſe, auctoritate indicis Florentini vulgò receptum eſt. Iulianus tamen *libro decimo apud Minicium*, laudatur ab Vlpiano in l. 11. §. Caſſius, D. de actionib. empt.
An hic ſit *Minicius Natalis*, cui reſcripſiſſe Traianum, Vlpianus l. 9. D. de feriis refert, ſubſiſto.

MINIATVLARIVS appellatur, qui minio quid inficit, & illinit, l. 3. de indulgent. debit. in Cod. Theod. Minium verò vnde ematur, & quomodo paretur, Vitru. lib. 7. cap. 8. docet. Seruius ad Eclog. 10. Bucolic. *Minium Rubrica eſt.* Iſidorus lib. 19. Origin. cap. 7. *Minium primi Græci in Epheſiorum ſolo inueniſſe traduntur. Cuius pigmenti Hiſpania ceteris regionibus plus abundat. vnde etiam nomen proprio flumini dedit. huius diſtillatio argentum liquidum gignit. Minium autem hoc quidã dicunt eſſe Cinnabarim.*

MINISTER *facinoris*, l. 17. §. vlt. D. de quæſtionib. *Interdictæ rei miniſter*, l. 15. D. ad municipal. *Miniſtri vel participes cædis*, l. 14. C. de Sc. Silan.

Miniſtri pro ſeruis, l. 22. §. ſin autem, D. ſol. matr.

MINISTERIVM pro opera, quæ interuentu certæ perſonæ præſtatur. *Procurator alienæ poſſeſſioni præſtat* MINISTERIUM, l. 18. D. de adquir. poſſeſſ. *Alium poſſeſſorem* MINISTERIO *meo facio*, ibidem. *Si per liberam perſonam quis alij conſtituerit*, MINISTERIUM *tantummodo præſtare videtur*, l. 15. §. vlt. D. de pecun. conſt. *in quo non ſola opera, nudúmque Miniſterium verſaretur*, l. 1. D. ad Sc. Velleian. *qui* MINISTERIUM *quale quale accommodauerunt*, l. vlt. D. de proxeneticis. *qui* MINISTERIUM *atque adiutoriũ ad ſubripiendas res præbet*, l. 50. §. 1. D. de furtis.

Rem in qua fraudis MINISTERIUM *ſuſcepi*, l. 46. §. 1. D. de iure fiſci. *In hereditate non capienti reſtituendi tacitum* MINISTERIUM *ſuſceperat*, l. 18. §. vlt. D. de his qui vt indign.

Libertus qui operas patrono, vel Miniſterium capto luminibus, exhibet, l. 17. D. ad municipalem. *Si* MINISTERIUM *tuum quaſi libera exhibuiſti*, l. 16. C. de liber. cau. *cùm proponas, patrem pupillorũ, velut liberum te, penès ſe habuiſſe in Miniſterium*, l. 6. C. de ingen. manum. *Si quid tale fuerit quod vſum Miniſteriúmque hominis impediat*, l. 1. §. proinde, D. de ædilic. edic.

Legationes ſolo MINISTERIO *obeuntur*, l. 6. D. de legationib. *ſolo corporis Miniſterio Camelarij obligantur*, l. vlt. §. Camelaſia, D. de munerib. & honor. *Corporale Miniſterium*, dic. l. vlt. §. mixta.

Vice eorum, MINISTERIO *milites in prouinciis funguntur*, l. 4. D. de offic. proconſ. *Si alij negotium geſſerunt, &* MINISTERIO *functi ſunt*, l. 2. D. de term. mo.

Si ſolo mariti MINISTERIO *vxor vſa eſt*, l. 49. D. de donationib. int. vir. *Miniſterio vocis vtimur*, l. 7. §. vlt. D. de ſupellec. lega.

Quæ ritè, ad MINISTERIUM *Dei dedicata ſunt*, §. ſacræ, Inſtitut. de diuiſio. rer.

Miniſterium Annonæ, l. 1. §. eſt autem, D. de exercitor. *Argentariorum*, l. 10. D. de edendo.

Miniſterium eorum qui in templo ſunt, l. 20. §. vlt. D. de annuis legatis.

Miniſterium publicum, ab *officio & munere* ſeparatur, l. 1. D. de L. Iul. repetund. *Si quis in honore Miniſterióve publico ſit*, l. 38. §. vlt. D. ad L. Iul. de adult.

Mini-

Miniſteria eorum qui certaminibus ſacris deſeruiunt, l.4.D.de his qui not.infam. quò loci, *Deſignatores* ſeu βραβευταὶ, *Miniſterium*, non *artem ludicram*, exercere, ait.

Miniſteria pro miniſtris. *Illicita Miniſteria ad concutiendos homines procedentia*, l.6.§.illicita, D. de offic.prælid. *Miniſteria militaria ad curatores adiuuandos dare*, l.7.§.vlt.D.eod.tit.

Qui tutelam corruptis Miniſteriis Prætoris redemerunt, l.3.§.tutor. D.de ſuſpect.tutor. *Qui à municipalibus Miniſteriis adſeruantur*, l.10.D.ex quib.cauſ. *Magiſtratibus municipalibus traditi, vel publicis Miniſteriis*, l.1.§.in publicum, D.de fugitiuis. Apul.lib.10.de Aſino aur. *Donec iuſſu magiſtratuum Miniſteria publica, contrectatis nequiſſimi ſerui manibus, anulum ferreum deprehenſum cum ſigno ſacculi conferunt.*

In Miniſterium metallicorum feminæ in perpetuum vel ad tempus damnari ſolent, l.8.§. in miniſterium, D.de pœnis. *In Miniſterium metallicorum Damnati*, l.36. D.eod.tit. *Dari*, l.9. C. eod. tit. Traianus Epiſt. 41. lib. 10. ad Plinium, *diſtribuamus illos in ea Miniſteria quæ non longè à pœna ſint. Solent enim eiuſmodi ad Balneum, ad purgationes cloacarum, item munitiones viarum & vicorum, dari.*

Miniſterium vtique, dominis ſerui exhibere dicuntur. Vet. Lexicon Græcolat. *Miniſterium* ὑπηρεσία λατρεία.

Miniſterium mancipiorum, l.3.§.lenocinium, D.de his qui notãt.infam. *Seruorum*, l.40. D.de adquir.rer.dom. Plinius Epiſt.40.lib.10. *Publicorum ſeruorum officio Miniſterióque funguntur.* Seneca lib.3.de Benefic.cap.28.quoſdã, ait, *Miniſterium* ab *Officio*, & *Beneficio*, diſtinguentes, definiiſſe *Miniſterium eſſe ſerui, quem condicio ſua eo loco poſuit, vt nihil eorum quæ præſtat, imputet ſuperiori.* Idem eiuſdem libri, cap.21. *Quamdiu præſtatur quòd à ſeruis exigi ſolet, miniſterium eſt.*

Impuberis quoque Miniſterium eſt, l.7.§.dabitur, D.de oper.libert. *Muliones de vrbano Miniſterio ſunt*, l.99.§.muliones. D.de legat.3. *Si hiſtrionis vſumfructum reliquerit, & eum ad aliud Miniſterium tranſtulerit*, l.12.D.quib.mod.vſufr. *quicumque ex venalitio nouitiorum emptus, alicui Miniſterio præpoſitus ſit*, l.vlt.§.vlt.D.de ædilic.edic.

Miniſteriis contrariis aut inuſitatis ſeruos corrumpere, l.12.D.quib.mod.vſufr.

Mancipia quæ rudia ſunt, ſimpliciora eius, & ad Miniſteria aptiora, l.37.D.de ędil.edic. *Bina mancipia Miniſterij cauſa reſeruata*, l.vlt.D.commun.diuid.

Si non proprietatem donaueras, ſed Miniſterium ancillæ dederas, l.4.C.de his qui à non domi. *Liberos in poteſtate patronorum redigi, & Miniſterium dominis præbere cogi*, l.6.§.vlt.D.de agnoſc. & alend.

Ad Miniſterium vxoris neceſſarij ſerui, l.4.D.de vent.in poſſ. *Si vſus Miniſterij alicui fuerit relictus, ad ſuum Miniſterium vtetur, liberorum, coniugiſque*, l.12.§.ſi vſus, D.de vſu & habitat. Si *ſubducatur Miniſterium legato*, l.24.D.de iudiciis.

Miniſteria, pro ſeruis qui in Miniſterio habentur. *Miniſteria vrbana*, apud Paul. lib.3. Sent. Tit.7. *Miniſteria perquam neceſſaria, vel quæ ad affectionem pertinent, vel quæ in vſum cottidianum habentur*, l.6.& l.7.D.de pignorib. *Miniſteria quibus Paterfamilias inſtructus erat in fundo*, l.12.§.idẽ Celſus, D.de inſtr.vel inſtr.

Si neglegens in elegendis Miniſteriis fuit, l.27.§.ſi fornicarius, D.ad L.Aquil. *Vecturas vxoris & Miniſteriorum eius*, l.21.D. de donationib.int.vir.

In Miniſterio eſſe dicuntur Serui, ſiue proprij, ſiue alieni, aut etiam liberi nobis bona fide ſeruientes, l.1.§.familiæ, D.vi bonor.raptor. *Mancipia quæ vt ipſi patrifamilias in Miniſterio ibi eſſent*, l.12.§.Neratius, D.de inſtruc.vel inſtr. *Serui piſcatores, qui ſolebant in Miniſterio teſtatoris eſſe*, l.27.D.eod.tit.

Seruos quos in Miniſterio filij mei eſſe volo, l.41.§.herede, D.de fideicommiſſ.libert. *Omnes iuuenes, quos in Miniſtrio habeo, dari volo*, l.69.§.vlt. D.de legat.3. *Ex ſeruis quos in Miniſterio hic ſecum habebat*, l.22.D.de manum.vindic. *Seruus cuius teſtator quaſi Miniſterio vacuo vtebatur*, l.27.§.ſi ſerui, D.de vſufructu. *Miniſteriis puerorum vtitur*, l.28.§.1.D.de donat.int.vir. *Inæqualitas maxillarum ſi nihil ex Miniſterio præſtando ſubtraxit*, l.12.D.de ædil.edic. *Seruus qui extra Miniſterium eius mulieris fuit*, l.12.D.qui & à quib. *Mancipia quæ in Miniſterium filiæ mater conceſſerat*, l.12. §.matrem, D.qui à quib.

Ne quis ex ruſticana plebe à Rationali noſtro mularum fiſcalium, vel equorum, Miniſteriũ ſubire cogatur, l.1.C.vt ruſtica ad null. obſeq.lib.11. Lampridius in Alexandro, *cùm Argentum in Miniſterio plus ducentis libris non haberet.* Vet.Gloſſ. *Abaci delfica*, Μηνσέλιον, ὡς Ἰσιδωρος. *Ludicra Miniſteria*, l.4.de ſcenicis in C.Th.Sex. Aurel.Vict.in Theodoſio: *prohibuerítque lege Miniſteria laſciua, pſaltriáſque, comeſſationibus adhiberi.* Enim verò an inde vulgaris noſtra vox qua Tibicines, fidicinéſque, communi nomine appellamus, manauerit, liberam cuique coniicien-

di facultatem relinquo.

Miniſteriales dominici, apud Marianum in notitia ſub diſpoſitione Caſtrenſis.

MINISTRARE eſt Miniſterium exhibere & præbere. Vet. Lexic. Græcolatic. *Miniſtro*, ὑπηρετῶ, λειτουργῶ. Sic *cenanti*, domino, ſeruus, *miniſtrare*, l. 25. D. de peculio. *Siue liberi, ſiue ſerui alieni, qui publicanis in eo vectigali miniſtrant*, l. 1. §. & reſtituendi, D. de publicanis. *Si Miniſteria talia habuit miniſtrantia*, l. 4. §. lenocinium, D. de his qui not. infam.

Miniſtratores ſerui, l. 203. D. de verbor. ſignif. Seneca, Epiſt. 95. *Tranſeo piſtorum turbam, tranſeo miniſtratorum, per quos, ſigno dato, ad inferendam cenam diſcurritur.*

MINOR *viginti annis*, in lege Ælia Sentia (*quæ dominũ qui Minor viginti annorum eſt*, prohibet *ſeruũ manumittere, præter quàm ſi cauſam apud conſilium probauerit*, vt eſt apud Vlpian. Tit. 2. Reg. & §. eadem lege, Inſtit. qui & quib. ex cauſ. manumitt.) non intelligitur, *qui diem ſuppremum agit anni vicenſimi. Non enim maiori 20. annis permitti manumittere, ſed minorem manumittere vetari*, l. 1. D. de manumiſſionib.

Minor, *Maiori* oppoſitus, minorem 25. annis, ſignificat, l. 21. D. de adquir. vel omitt. Cetera in lege Iulia de adulteriis (quæ *Minorem annis 25. accuſare prohibet*, l. 15. §. lex Iulia, D. ad L. Iul. de adult.) *Minorem 25. Annis, etiam eum accipimus, qui vicenſimum quintum Annum ætatis agit*, dic. l. 15. §. Minorem. In Edicto quoque de Minoribus, *Minorem* viginti quinque annis natu, etiam die natalis ſui adhuc dicimus, ante horã qua natus eſt, vt ſi captus ſit, reſtituatur, cùm nondum compleuerit: vt à momento in momentum ſpectetur, l. 3. §. minorem, D. de minorib.

Planè in eo quod dicitur, *Minores 25. Annis*, ad Rempub. adminiſtrandam, vel ad munera quæ non patrimonij ſunt, vel honores, admitti non oportere: *Annus viceſimus quintus cœptus, pro pleno habetur. Hoc enim in Honoribus fauoris cauſa conſtitutum eſt, vt pro plenis inchoatos accipiamus*, l. 8. D. de munerib. & honorib. Et ita *Minores 25. Annorum* accipe in l. 6. §. 1. D. de decurionib. l. 57. D. de re iudic. *Minores annorum*, l. 13. §. vlt. D. de tutor. & curat. *Minor quàm 20. annis*, l. 102. D. de legat. 1. *Minori quàm 25. Annis natu*, l. 7. D. ſi quid in fraud. patroni.

Minor quàm viripotens, l. 30. D. quan. dies legat. *Minor ætate*, l. 16. C. de liberali cauſa, l. 7. C. de muner. patrimon. *Minor ætas*, l. vlt. C. ſi minor factus, l. vlt. C. ſi aduerſ. donat. *Minor filia*, l. 14. D. de dote præleg. *Minor frater*, l. 80. D. ad Sc. Trebell.

Minores etiam pro poſteris vſurpare S. ex Seruio docuimus.

Minores Magiſtratus, quinam haberẽtur, vide apud Agellium lib. 13. cap. 14. Liuius lib. 32. *Iuſſique circumire eas Minores magiſtratus, & Triumuiri.* in libris certè noſtris, *Minores magiſtratus* appellantur, qui ſine Imperio ſunt, vt S. hoc ipſo lib. demonſtraui.

Maiores & *Minores honores*, l. 11. D. de munerib. & honorib.

Minores mores, id eſt, leuiores apud Vlpianum, Tit. 7. Regul.

Minor capitis deminutio, §. minor, Inſtitut. de capit. deminut. quæ & *Media* appellatur, videlicet cùm amittitur ciuitas, libertas verò retinetur, l. vlt. D. de cap. minut.

Minor Hereditas, l. 5. §. an autem, D. de Carbon. edic. *Modus agri*, l. 31. D. ad municipal. *Poſſeſſio*, l. 5. §. idem, D. de reb. eor. *Summa*, l. vlt. D. de eo per quem fac.

Minores vſuræ, l. 13. D. de vſuris.

Si libertus ſe Minorem centenario fecerit, l. 16. D. de iure patronat. *Minor eſſe facta dos* dicitur, quę ipſo iure propter impẽſas neceſſarias deminuta eſt, l. 5. D. de dote præleg. *Minores reditus facti*, l. 38. D. de vſu & vſufr. leg.

Minoris æſtimanda lis, l. 18. D. de dam. infect. *Si Minoris actum fuerit cum tutoribus*, l. 25. D. de adminiſt. & peric.

Minoris condemnare quàm iuratum eſt, l. 4. §. item, D. de in lit. iur. *Minoris condemnare quàm ſolent extraneo agente*, l. 3. §. qui de, D. de ſepulchr. viol. *Minore pecunia condemnatus*, & contrà, *Maiore*, l. 20. D. de tutel. & rat.

Seu pluris, ſeu Minoris, mancipium eſſet, l. 37. D. de ædil. edic.

Minoris eſt vinum, &, *Pluris*, opponuntur, l. 3. §. vlt. D. de action. emp. *Quæ vtilitas interdum Minoris erit, quàm Res erit*, l. 9. D. ad exhibẽd. *quanti ſeruus ob id quod ſubreptus ſit, Minoris ſit*, l. 9. §. vlt. D. de ſeruo. corrupt. *quanto Minoris eſſem empturus*, l. 13. D. de action. emp. *Quanto Minoris iudicio agere*, l. 18. D. de ædil. edic. *quanti Minoris actio*, l. 47. D. eod. tit.

Si Minoris emi ſeruus non poteſt, l. 6. D. de fideicommiſſar. libert.

Minoris locata, venditáve res, l. 2. D. de calumniatorib. *Si Minoris res venierit*, l. 32. §. ſi inter, D. de donat. int. vir. *Si cùm Minoris veniſſent*, l. 63. D. de fideiuſſorib. *Ex Minore parte ſcripti heredes*, l. 114. D. de legat. 1.

Minus crimen, l.7.§.vlt.D.de accuſationib.

MINIMA *capitis deminutio*, l.vlt. D. de cap. minut.§.minima, Inſtit. de capitis deminutio. & apud Vlpian.Tit.12.Regular.*Minima Hereditas*,l.9. D.de dolo.*qui lancem*,*Maximam*,*Mediam*, *Minimam relinquebat*,l.31.D.de auro,argent.*ex Minima parte heres*, l.6.D. de religioſ. *ex Minima parte inſtitutus*, l.1.§.idem ait, D.de Carbon. edic. *Ob ſatis Minimam rem*,l.de in integr. reſtit. *Rem Hereditariam licet Minimam*,l.9. D.de hered.petit.

Minima quantitas, l.78.§.vlt.D.ad Sc.Trebell.*Summa*,l.38.§.vlt.D.de re iudic.*Minimæ ſummæ*,l.5.D.de adminiſtr.& peric.

Quod Minimum eſt,l.9.D.de diuerſ.reg. *quæ Minimi æris ſunt*, l.3.§.ſolent, D. de aliment. vel cibar.

Minima legata,l.44.D.ad Sc.Trebell.

Minimo tranſigere, l.3.§.vlt.D.de tranſactionib. *quaſi Minimo valeret hereditas*, l.13.§. per contrarium,D.de actionib.empti. *cum qui Minimo venit pretio*, l.43.§.vlt.D. eod.tit. *quanti Minimo defungi*,l.11.§.idem libro,D.eod.tit.

MINIMÈ *dicendum eſt*,l.24.D.de damn.infec.l.62.D.de ædil.edic.

Minimè in Notis,pro *immo*, l.53.§.1.& l.54.D.de action.emp.

MINVS *ſoluit qui tardius ſoluit. nam & tempore Minus ſoluitur*, l.12.§.vlt.D.de verb.ſignif. *Minus ſolutum intellegitur*,*etiam ſi nihil eſſet ſolutum*,l.32.D.eod.tit.*Minus tribuere videtur*, *etiamſi nihil tributum ſit*, l.7.§.ſi cuius,D.de tributor.

Minus in bonis heredis eſſe, & *Minus in hereditate habere*,l.41.§.vlt.D.de euictionib.

Minus audiens,l.vlt.D.de legit.tut.

Minus idonei curatores,l.1.D.de magiſtrat.conuen.*Minus idoneè defendi*,l.1.§.vlt. D.de Carbonian.edic.

Minus lucroſa hereditas, l.7.§.non ſolùm,D.de minorib.*Minus ſoluendo hereditas*,l.9.D.de dolo. *vel Minus probabilis ſententia*, l.27.§.ſtare, D.de recept.qui arbitr. *Minus penſo conſilio*, l.3.§. quamuis, D.de adminiſt.& peric.

Minus commodè frui, l.3.§.vlt.D.de itin.actúque. *Non Minus rectè datum*, l. 69. D.de legat.2. *quaſi Minus deliquerint*, l.1.§.vt initio,D.de poſtulando.

Si Minus aliquid legitimè,*minúſve peritè*,*fecero*,l.88.§.vlt. D.de legat.2.*Minus frequentatur*,l.2.§. 1.D.de orig.iur.

Quod Minus ſeruauero, l.22.§.interdum,D.mandati.*Néve ob eam rem Minus ratum eſſet quod ſuccedit*, l.29.§.vlt.D.de liber.& poſt.*Quid Minus verum eſt?*l.39.D.de re iudic. *Minus plenè editum*, l.7.D.de edendo.*Minus relictum*,l.88.D.de legat.2. *Minus ſcriptum quàm dictum*, l.102. D. de condicionib.& demonſtr.*Minùs retuliſſe Irenarcham*, l.6.D.de cuſtod.reor.

Minus temporis, l.21.§.vlt.D.de annu.legat.*quò Minus cæli videri poſſit*,l.17.D.de ſeruit.vrban. prædd.

Minus vtilior, l.5.§.idem,D.de reb.eor.*Non Minus differentia eſt*, l.2. §.ſi in hac, D. vi bon. rapt.*Aliquo minus quàm*, l.8.§.1.D.de bon.libertor.

MINTVRNARVM fit mentio in l.13.§.1.D.locati. Fuit hoc quondam Latij oppidum non ignobile,maximéque colonia Romana eo loci deducta nobilitatũ, vt Liuius lib. 10. refert. Vnde Plinius lib.3.cap.3.*Minturnas*,*coloniam* appellat.Stephanus de vrbibus,Μιντοῦρνα, πόλις ἐν Ιταλια Σαμνιτῶν (ſic enim lege) Διονύσιος ἐκκαιδεκάτῳ.

MINTVRNENSES, Minturnarum incolæ, l.8.§.Ariſto, D.ſi ſeruit. vindic. Hi ſunt *Minturnenſes coloni*,quos æterna in laude verſari,quòd C.Marium profugum recto recepiſſent,Cic. pro Cn.Plancio ſcribit.Idémque Oratio.ad Quirites poſt reditum, Marium cõcurſu ac miſericordia *Minturnenſium*, corpus ac vitam ſuam conſeruaſſe ait.

Minturnenſe flumen, l.13.§.1.D.locati,accipe Lyrim, qui Minturnas præterlabebatur. Strabo lib.15.de Fregellis loquens.παρ' ἣν ὁ λεῖρις ῥεῖ, ὃ εἰς τὰς Μιντούρνας ἐκδιδῷ.Et mox,de Sora agens:παρ' ἣν ὁ λεῖρις παρέξιὼν, εἰς Φρεγέλλας ῥεῖ, ἢ Μιντούρνας.Liuius lib.10.*Placuit*, *vt duæ coloniæ circa Veſtinum agrum*,*& Falernum deducerentur*:*vna*,*ad oſtium Liris fluuij*,*quæ Minturnæ appellata*.Plinius lib.3.cap.5. *Colonia Minturnæ*,*Liri amni diuiſa*, *Clanico appellato*.Vibius Sequeſter lib. de Fluminib. *Lyris non longè à Marſis*, *Veſtiníſque*:*cuius in ripa Nymphæ marinæ Minturnenſis templum eſt*.Horatij Commentator in Oden 31.lib.1. *Liris fluuius eſt Campaniæ*,*interfluens vrbẽ Minturnenſem*.*Lucan*.*Et vmbroſa Liris per regna Maricæ*. Idem in Oden 17.lib.3.*Liris eſt nomen fluuij interluentis vrbem Minturnenſium*. quo loci rurſus illum eumdem Lucani verſum citat. Seruius in lib.7. Æneid.ad hæc verba.*Laurente Marica*,*Maricam* dixit vxorem fuiſſe Fauni,*quæ eſt Dea litoris Minturnenſium*, *iuxta Lirim fluuium*. *Horat*. *Innantem Maricæ litoribus tenuiſſe Lirim*. Hic eſt

Liris, in quem præcipitare Fibrenum, Cic. lib. 2. de Legibus, ait.

MINVERE & *Augere*, aduersantur, l. 35. §. cùm hæc, D. de hered. instit. l. 1. §. sicut, D. de pec. leg. *Non Minuendi, sed augendi legati causa*, l. 19. D. de trit. vin. *Cùm Agendi potius, quàm Minuendi testator voluntatem habuerit*, l. 28. §. testamento, D. de liberat. legat. *Necessariæ impensæ dotem Minuunt*, l. 1. §. 1. & l. 5. D. de impens. in res dot. id est, *deminuunt*, vt l. 15. D. eod. tit.

Minuere ius alienum, l. 28. D. de test. mil.

Minui ius, l. 8. D. de aqua & aqu. *Minuere Iure*, l. 1. C. si in cor.

Minuere lumina, l. 4. D. de seru. præd. vrban. *Nihil ex obligatione Mora Minuet*, l. 24. §. colonus, D. locati.

Minuere legatum testator, l. 24. D. de adimend. legat. *Legatum non Minuit*, l. 3. §. si loci, D. eod. tit. *Legatum peculij Minuetur*, l. 8. D. de pecul. legat. *Minutum legatum*, l. 27. §. testamento, D. de liberat. legat.

Sed & Falcidia, vbi interuenit, & locum habet, *Minuere legata*, dicitur: quoniã ex his quarta pars detrahitur, l. 25. §. vlt. D. ad L. Falcid. l. 21. §. 1. D. de annu.

Minui quoque *legata* dicuntur, Falcidiæ interuentu. *Quatenus Minuantur ea legata in quibus Falcidia locum habet*, l. 18. D. de testam. milit. *Fideicommissum ratione Falcidiæ Minuitur*, l. 15. §. fideicom. D. ad. L. Falcid.

Minuere partem patroni, l. 9. D. si quid in fraud. patr.

Minui pars verecundiæ patronali debita, l. 20. D. de donationib. *Quarta*, l. 15. §. vlt. D. ad Legem Falcid.

Æs alienum, hoc est, quod debetur domino Minuit legatum peculium, l. 6. §. sicut, D. de pecul. legat.

Minuitur peculium, si seruus cõseruum suum vulnerauerit, & viliorem fecerit, vel quid scinderit, fregerit, aut subripuerit, l. 9. D. de pecul. legat. *Si seruus cum peculio venditus priusquam traderetur, venditori furtum fecit, ipso iure ob id factum minutum esse peculium*, l. 30. D. de action. empt.

Delictum ob aliud delictum non Minuit pœnam, l. 2. D. de priuat. delict. *Minuenda pœna*, l. 45. D. de re iudica. *Minuta pœna*, l. 27. D. de pœnis.

Minuere sortem, l. 102. §. vlt. D. de solutionib. l. 23. D. de donationib. *Minui alimenta*, l. 8. §. si integra, D. de transactionib. l. 2. §. vlt. D. vbi pupillus.

Minuitur Existimatio, l. 5. §. minuitur, D. de extraord. cognitionib. *Minuendæ opinionis causa*, l. 3. D. de iniuriis.

Minui familia, l. 13. D. de opt. vel elec. *Hereditas propter alimenta minui*, l. 5. §. an autem, D. de Carbon. edic. *Operæ quibus institutum vel propositum vitæ Minuitur*, l. 17. D. de oper. libert.

Minuitur præstatio, l. 45. D. de action. emp. *Pretium*, l. 55. D. ad L. Aquil. *Summa*, l. 3. C. de in lit. iuran.

Minui seruitutes pro parte non possunt, l. 76. D. de legat. 2.

Res quæ vsu Minuuntur, l. 1. D. de Vsufruct. ear. rer. *Minutus vsusfructus*, l. vlt. D. de religiosis.

Minuendæ aquæ meæ gratia, l. 15. D. de seruitutib. *Minuendarum litium causa*, l. 2. D. de aqua cottid. & æstiu.

Minuere Maiestatem populi Rom. Cicer. lib. 5. in Verr. Hoc quid sit, S. ex eodem Cicerone docui. *Minuere Magistratum*, Liuius lib. 4. de Mamerco dictatore, qui Censuram quinquennalem prius, annuam fecerat, *à Censoribus*, ait, *Tribu motus, & ærarius factus est, quòd Magistratum populi Rom. Minuisset.*

Minuere, pro deminuere & alienare, l. 31. D. de reb. auct. *Minuere aliquid ex hereditate*, l. vlt. §. ex quadrante, D. de doli except. *Quæ alienata erant non Minuendi fideicommissi scilicet gratia*, l. 25. §. quod autem, D. de hered. petit. *Cùm de bonis eorum aliquid Minuitur*, l. 6. D. de minorib.

Minui capite, est statum mutare. *Minuitur capite qui deportatur*, l. 6. §. eius qui, D. de iniust. rup. *Qui deficiunt capite Minuuntur*, l. 5. §. 1. D. de capite minutis. *Liberos qui adrogatum parentem sequuntur, placet Minui caput*, l. 3. D. de capite minut.

Minutus capite, l. 8. D. de annu. legat. l. 4. D. de suis & legit. l. 22. D. de testam. milit. l. 6. §. eius, D. de iniust. rup. l. 10. §. patronum, D. de in ius vocan. id est, *deminutus*, l. 7. D. de act. emp.

MINVTIO *Capitis*, l. 5. §. vlt. D. de extraordinar. cognitionib. l. 5. l. 6. & l. 7. D. de capite minutis, & apud Vlpian. Tit. 12. Regular. id est, *deminutio*, vt l. 2. l. 5. §. vlt. l. 7. §. vlt. l. 8. l. 10. & l. vlt. D. de cap. minu. Instit. de capit. deminut. Est autem *capitis Minutio, status permutatio*, l. 1. D. de capite minut. seu, *prioris status commutatis*, vt Instit. de capit. deminut.

MINVTÆ *summæ*, l. 90. §. vlt. D. de pactis.

MINVTATIM, id est particulatim: sic *Minutatim singulos conuenire difficile*, l. 8. §. causæ, D. de transactio. *Ne à singulis heredibus Minutatim alimenta petentes distribuantur*, l. 3. D. de alim. vel cib.

Arbores

Arbores quæ Minutatim conciduntur, l.55.§.1. D.de legat.3. *flumen Minutatim receſsit*, l.38.D. de adquir.rer.do.

MIRABILIS *partus*, l.12.C.de legit.hered.*non Mirandum*, l.108.§.qui margarita, D.de legat.1.

MIRVM *videbatur*, l.63.D.de ædilic.edic. *Quid Mirum*, l.55. D.de legat.3. *non* MIRUM, l.12. §.medio, D.de captiuis.*Nec Mirum debet videri*, l.5.§.an autem, D.de Carbon.edic. *vt non ſit Mirum*, l.2. D.quæ in fraud.cred.

MISCERE, interdum eſt permiſcere, & ſimul iungere res diuerſas. *Miſcere extraneum heredem liberis*, l.13.§.vlt.D.de reb.dub.*in eo qui Miſcuit duos gradus*, l.3.§.in eo.D.de liber.& poſtum. *Si ex alieno vino & melle, mulſum* MISCUERIT, §.cùm ex aliena, Inſtitut.de diuiſ.rer.*Voluntas duorum dominorum Miſcentium materias*, l.7.§.voluntas, D.de adq. rer.do. *Miſcentur inter ſe actiones*, l.34.§.vlt.D.de obligationib. *Triens proprietate Miſcebitur*, l.4.D.de vſufr. adcr. *Miſceri cauſæ fundorum*, l.6.§.1.D.quemad.ſeruit.amitt.*Proprietas & poſſeſſio*, l.52.D.de adquir.poſſeſſ.*Quadrans & ſextans*, l.87.D.ad L.Falcid.*Mixtus aliis heredibus*, l.80. D. de adquir. vel omitt.

Interdum verò *Miſcere*, eſt ſe immiſcere. *Miſcere ſe adminiſtrationi*, l.13. & l.17.§. is qui, D. de excuſationibus.*Computationibus*, l.21.D.ad municipal.*Negotiis*, l.39.§.in eum, D.de adminiſt. & peric. *Tutelæ*, l.2.§.quid ergo, D.ad Sc.Tertyl.

Miſcere ſe Sui, & Neceſſarij heredes dicuntur, ſicut Extranei, pro herede gerere. *ne vel Miſcuiſſe Neceſſarij, vel ceteri pro herede geſsiſſe, videantur*, l.14.§.plerique, D.de religioſis. *Si filius ſit in integrum reſtitutus, quòd ſe* MISCUERAT, l.10.§.ſi quid, D.quæ in fraud.cred.

Miſcere ſe Bonis, l.27.D.de adquir.vel omitt.*Bonis paternis*, l.1.D.de collat.bono.*Hereditati*, l.7.§.reſtitutus, D.de minorib.l.9.D.ad Sc.Velleian.*Paternæ Hereditati*, l.12.&l.42.§.ſi ſeruũ, & §. vlt.D.de adquir.vel omitt.l.3.§.ſcio, D.de minorib. l. 28. D. de reb. auctorit. & apud Paulũ, lib.5.Sent.Tit.9.*Hereditati patris*, l.42.§.ſi in ſocietatẽ, D.de adq.vel omitt.*Mixtus paternæ hereditati*, l.6.§.ſi filius, D.de bonis libert. *Neceſſarij heredes ſi ſe Miſceant hereditati*, l.5.D.de Sc.Silan. Quinetiam *Miſcere ſe hereditati procurator Cæſaris*, dicitur l.1.D.de offic.proc.Cæſar.

MISCELLA *Lex*, appellatur Iulia Papia Poppæa ob varietatẽ rerum quæ illis legibus continebantur, l.vlt.C.de indic. vid. toll. Sic & *Miſcellos ludos*, dixit Sueton.in Caligula, cap.20.& vt *variam*, *Miſcellam*, & *quaſi confuſaneam doctrinam*, Agell.lib.20.cap.vlt.

MIXTÆ *ſunt actiones, in quibus vterq; actor eſt, vtputa Finium regũdorum, Familiæ erciſcundæ, Communi diuidundo, Interdictum Vti poſſidetis, Vtrubi*, l.37. §.vlt. D.de oblig.& actio. *Quædam actiones Mixtam cauſam obtinere videntur, tàm in rem, quàm in perſonam, qualis eſt, Familiæ erciſcundæ actio, Communi diuidundo, Finium regundorum*, §.quædam, Inſtit.de actionib. Vnde Paulus, *Finium*, ait, *regundorum actio in perſonam eſt, licet pro rei vindicatione ſit*, l.1.D. fini.regund. Hereditatis etiam petitionem *Mixtam perſonalem actionem habere*, ait l.7.C.de hered.petit.

Mixtæ quoque *Actiones* appellantur, quæ tam rei, quàm pœnæ perſequendæ cauſa comparatę ſunt, §.planè, §.ex maleficiis, §.vi autem.Inſtitution.de actionib. *Mixta Interdicta*, quæ & Prohibitoria ſunt & Exhibitoria, l.1.§.interdictorum, D.de interdictis. *ſi honores habuerunt Mixtam muneris grauem impẽſam*, l.7.§.vlt. D.de interdict.& releg. *Mixta alternatio locorum*, l.2.§. quare, D.de eo quod cert.loc. *Mixti liberi, & extranei*, l.8.§.1. D.de vſufr.adcreſ. *Mixti nummi*, l.78.D.de ſolutionib. *Mixtæ ſorti vſuræ*, l.20.D.de vſuris. *plumbum cum argento Mixtum*, l.5. §.1.D.de rei vind.

Mixtum Imperium, cui iuriſdictio ineſt, l.3.D.de iuriſdictio.quod, vt aliàs dicitur, *non eſt merum, ſed iuriſdictioni cohæret*, l.1.§.vlt.& l.vlt.D. de offic. eius cui mand. *Mixto iure*, Paul.lib.5. Sentent.Tit.4.*Mixtum corporis, & animi vitium*, l.4.§.idem Pomponius, D.de ædilic.edic.

Mixta Munera, tàm Perſonalia, quàm Patrimoniorum ſunt: corporaliq; miniſterio & ſumptibus patrimonij, & damnis adminiſtrantis, expediuntur, l.vlt.in princip.& §.mixta, D. de munerib.& honor.

MIXTVRA *rerum*, l.29.D.de vſurpationib.*condicio quæ ex Mixtura quadam conſiſtit*, l.82.D.de condic.& demonſt.*Miſerabiles perſonæ*, l.1.C.quando Imperat.

MISERATIO, miſericordiam ſignificat. *Miſeratio ætatis*, l.37.D.de minorib.*Miſerationis gratia*, l.8.D.de compenſationib.*Miſerationis ratio*, l.7.§.vlt.D.ſi tab.teſtam. *Si Miſeratione, cuſtodiam quis miſerit*, l.vlt.D.de cuſtod.& exhibit.*Miſericordiam* autem Cic.4.Tuſcul.definit *ægritudinem ex miſeria alterius iniuria laborantis*. Seneca verò lib.2.de Clement.cap.4.& 5.*Vitium puſilli animi, ad ſpeciem alienorum malorum ſuccidentis. Si alius ei Miſericordiæ cauſa dederit*, l.7. D. de calumniatorib.*qui Miſericordiæ cauſa, quam ipſe non habet*, exponit, l.4.D.de agnoſc.& alend.

MISERICORDIA. *Sequeſter intempeſtiuè Miſericordiam exercuit*, l.7.D.depoſiti.

Miſericordia ductus, l.7.§.idem Labeo, D.de dolo.

Misericors qui funerauit in hoc vt mortuum sepeliret, ne insepultus iaceret, l.14. §. sed interdum, D. de religios.

MITIGARI *Ira*, l.5.C.famil.ercisc.

MITIOR *lex sequenda*, l.15.D.de bon.libert. *Mitius constitui*, l.4.§.1.D.de incend.ruin.

MITRÆ in ornamētis muliebribus numerātur, l.25.§.vlt.D.de auro arg.leg. *Mitras* tamen, *magis capitis tegendi, quàm ornandi causa*, comparatas, ait l.23. §.muliebria, D.eod.tit. Etymologicon, Μίτρα λέγεται ὁ γυναικεῖος τῆς κεφαλῆς ἀναδέσμος. Suidas cùm Hesichio, Μίτρα ἀναδέσμη, ἡ ζώνη. Seruius in lib.9. Æneid. *Pilea virorum sunt: Mitræ feminarum, quas calanticas dicunt.*

MITTERE notæ significationis est. *Mittere legatos*, l.4.§.vlt.D.de legationib.

Peregrè missus, l.5.§.vlt.D.ad exhibend. *Si quem Curatores* MITTERENT *ad agendum, vel defendendū*, l.2.D.de curator.bon.dan.

MITTERE *militem, ad opus*, l.12.§.1.D.de re milit. *Mitti ancillam ad lanificium*, l.12.§.vlt. D.de vsu & habitat. *Serui si in* MERCEDEM MITTUNTUR, l.12.§.si aliqua, D.de instruct.vel instrum.

Qui MITTUNTUR, *vt milites ducerent*, l.35.D.ex quib.caus.maior. *qui* MISSI *sunt ad gratulandum principi*, D.eod.tit.

MITTERE *epistulam*, l.3.§.vlt.D. de donationib. *Missa epistula*, l.36.D.ad municipal. MITTERE *litteras*, l.77.§.donationis.D.de legat.2.l.57.D.de donat.int.vir.

MITTERE *nomina præsidibus*, l.1.§.si quādo, D.de magist.conuen. *Missæ res in Nauem*, l.1.§.vlt.D. nau.caup. *Vxori Repudium* MITTERE, l.16.D.ad L.Iul.de adult.l.4.D.de diuortiis, & *Nūtium* MITTERE, eodem sensu in dic. l.4.id est, *remittere*, vt l.10. D.de sponsalib. *Eum qui alienam vxorem ex itinere domum suam duxisset, & inde marito eius repudium Misisset*, l.8.D.de diuortiis.

Eorum qui non defenduntur, siquidem latitent, Prætor ex Edicto pollicetur in Bona eorum Mittere, l.21.§.hæc autem, D.ex quib.caus.maior. Cicero in Diuinatione, *Iste in possessionem bonorum mulieris Mittit.* Liuius l.49. *In bona deindè L.Scipionis possessum publicè, Quæstores Prætor misit. Missi creditores ad bona*, l.28.D.de reb.auctor iud. *in totam domum possidendam* MITTI, l.15.§.ex hoc, D. de dam.infec.

In possessionem Mittere potest Ius dicens, l.1. D.de iurisdictio. *si ex quacumque causa*, MAGISTRATUS *in possessionem aliquem miserit*, l.28. D.de pigner. act. *Prætor ventrem in possessionem Mittit*, l.3.§. Prætor, D.ne vis fiat ei, l.1.D.de vent.in poss.mitt. *cōuenit Prætori omnes quos ipse in possessionem Misit, tueri*, l.1.§.1.D.ne vis fiat ei.

In possessionem Mitti rerum pupillarium à Prætore quis potest, siue legatorum seruandorum causa, siue damni infecti, l.3.§.1.D.de reb.eor. *qui damni infecti à Prætore in possessionem Missus est*, l.vlt. D. ne vis fiat ei qui in poss. *si duo à Prætore Missi sint in possessionē legatorū*, l.7.§.si duo, D.cōm.diu.

Tres ferè causæ sunt, ex quibus in possessionem Mitti solet: Rei seruandæ causa: item legatorū seruandorū gratia, & Ventris nomine, l.1.D.quib.ex cau.in poss. *si quando iussu Magistratus rei seruandæ causa, vel quia damni infecti non caueatur, Mittit in possessionē, vel ventris nomine*, l.3.§.vlt.D.de adq.vel amitt.poss. *Ventris nomine in possessionē* MITTATUR, *vel rei seruandæ causa, vel legatorū, fideiue cōmissorum, vel damni infecti*, l.2.D.de feriis. *siue Rei seruandæ causa, siue Legatorum, aut Ventris nomine, in possessionem Missi sunt*, l.1.§.1. D.ne vis fiat ei qui. *aut Ventris nomine in possessionem mulier, vel is cui legatum est, legatorum seruandorum causa* MITTATUR, l.4.D.de offic.eius cui. *Rei seruandæ causa pupillus in posesessionem Mittitur eius qui suspectus factus est*, l.7.§.1.D.de suspect. tutorib. *Cùm creditores, rei seruandæ causa*, MITTUNTUR *in possessionem, is qui possidet, non sibi, sed omnibus possidet*, l.5.§. si plures, D.vt in possess.legat. *si* MISSI *in possessionem damni infecti sumus*, l.4.§. vlt. D. comm. diuid. Et ita, *Missum damni infecti*, in l.7.§. planè, D. eod.tit. interpretare, ex causa damni infecti in possessionem ædium vitiosarum missum, vt l.15.§.si quis damni, D.de dam.inf.

Si quis MISSUS *fuerit in possessionem fideicommissi seruandi gratia*, l.3.D.ne vis fiat ei. *qui Legatorum seruandorum causa in possessionem Mittitur*, l.2.D.pro herede, l.1.§.quæsitum, D.quod legator. *in possessione Legatorum seruandorum causa Mittitur*, l.13.D.vt legator. *Misso legatario in possessione*, l.12.D.pro empto.

In possessionem aduersus eum legatarius Mittitur, l.4.D.vt legator. seu fideic. *si legatarij aduersus me in posesessionē legatorum seruandorum causa* MISSI *sunt*, l.11.D.eod.tit. *nisi heres satisdet, Mittuntur legatarij in posesessionem rerum hereditariarum: quod & in hereditariis creditoribus obseruandum est*, l.26.D.de iudiciis.

In possessionem hereditatis filiam MITTI, l.56.D.ad Sc.Trebell. *in aliam partem quæ non defenderetur, in possessionem actor mittitur*, l.20.§.vlt. D. de interrogationib. *in Res hereditarias legatarius* MITTI, l.9.D.de annu.leg.l.10.D.vt in poss.legat. id est, in rerū hereditariarum possessionem. *in vincula publica* MITTITUR, l.38.D.de iniuriis.

Mittere

Mittere, id est, remittere. *Mittere causam ad præfectos*, l. 12. D. de his quæ vt indig. *Desertorem ad ducem*, *l.* 3. D. de re milit.

Mitti ad actionem, l. 26. D. de ædili. edic. *ad Arbitrum*, l. 1. §. cùm dicitur, D. si cui plus quàm per leg. Falcid. *ad eamdem iudicem*, l. 8. §. 1. & l. 9. D. de liber. cau. l. 22. D. de iudiciis. l. vlt. D. de quib. reb. Seneca lib. 2. de Benefic. *ad Iudicem* MISSUS *sum, vt impetrarem causam dixi.* Idem lib. 3 cap. 7. *melior est condicio causæ bonæ, si ad Iudicem, quàm si ad Arbitrum* MITTITUR.

MITTERE *in consilium*, erat, post causam peroratam, iudicibus in consilium eundi potestatem facere. Cicero lib. 1. in Verrem, *Accusabo: Respondebis: testibus editis, ita* MITTAM *in consilium.* Idem pro Cluentio. *Cùm in consilium Mittebant, Stalenum iudicem cui pecuniam dederant non requirebant?* Sanè Ascon. in Diuinatio. oratione ab vtraque parte consumpta, in consilium dimissos Iudices, præcone pronuntiante, *Dixerunt*, tradit.

MITTERE *custodiam*, pro dimittere, l. 14. D. de custod. & exhibit.

MITTERE *militem*, i. est, ab exercitu dimittere, l. 2. §. & si princeps, & §. ignominia, D. de his qui not. inf. *Mitti milites*, l. 21. D. de testam. milit. l. 2. D. de his qui not. inf. l. 7. D. de iniusto rupto, l. 1. C. de his qui non implet. stipend. id est, dimitti. *Mitti* MILITIA, l. 34. D. de test. milit.

MISSUS *ab exercitu miles*, l. 2. §. exercitum, D. de his qui not. inf. id est, *dimissus*, vt l. 1. eodem tit. *Miles ignominia mitti*, l. vlt. D. de furib. balnear. *Ignominia missus*, l. 13. §. missionum, D. de re mil. MISSI, l. 8. §. sed ignominia, D. de excusationib. l. 2. D. de his qui not. inf. *Cum Ignominia* MITTENDUS *est* MILES, l. 38. §. vlt. D. de pœnis.

Ignominiæ causa ab Imperatore MISSUS, l. 2. §. 1. D. de his qui not. infam. *qui ignominiæ causa* MISSI *sunt*, l. 26. D. de testam. milit. & contrà, *Miles* MISSUS *honestè*, l. 5. C. eod. tit.

Missa fieri nuntiatio, l. 20. D. de oper. noui nunt. Cicero pro Quinctio, *qui posteaquam vadimonium Missum fecerit.*

MISSIO *in Bona*, l. 5. §. si ex duobus, & §. si ab, D. vt in poss. leg. *in possessionem*, dic. l. 5. §. missus. *Missio in totas ædes*, l. 15. §. ex hoc, D. de dam. inf. *Missio legatorum*, l. 1. §. vlt. D. ne vis fiat ei.

MISSIO, quæ Militibus datur, qua sacramento soluuntur, & ab exercitu dimittuntur. Seneca in ludo, Non *placuit vlli ex veteranis Missionem dari. Si post Missionem faciat codicillos miles*, l. 17. D. ad L. Falcid. *Intra annum Missionis*, l. 40. & l. 90. D. ad L. Falcid. l. 17. §. vlt. D. de test. milit. *Post Missionem*, l. 4. §. vlt. D. de castr. pecul. *Post annum Missionis*, l. 7. D. de iniust. rup.

Missionum generales causæ sunt tres: Honesta, Causaria, Ignominiosa. Honesta est, quæ tempore Militiæ impleto datur. Causaria, cùm quis vitio animi, vel corporis, minus idoneus militiæ renuntiatur. Ignominiosa causa, est, cùm quis propter delictum sacramento soluitur, l. 13. §. missionum, D. de re milit. *Multa genera sunt Missionum: est Honesta, quæ emeritis stipendiis, vel ante ab imperatore Indulgetur: & Causaria, quæ propter valetudinem laboribus militiæ soluit: est Ignominiosa. Ignominiosa autem* MISSIO *totiens est, quotiès is qui* MITTIT, *addit nominatim, Ignominiæ causa se* MITTERE. *Semper enim debet addere, cur Miles* MITTATUR. *Est & quartum genus Missionis, si quis euitandorum munerum causa militiam subisset*, l. 2. §. ignominiæ, D. de his qui not. inf. *qui Honestam, vel Causariam, Missionem meruerunt*, l. 26. D. de testam. milit. *Veteranis qui in legione, vel vexillatione, militâtes, post viceſima stipendia, Honestam, vel Causariam* MISSIONEM *consecuti sunt*, l. 9. C. quand. prouoca. non est nec. *Ante causariam Missionẽ*, l. 4. D. de testam. milit. Q. Curt. lib. 10. *Omnes simul Missionem postulare cœperunt, deformia ora cicatricibus, caniciémq; capitum ostentantes.* Apul. lib. 4. de Asino aur. *Rebar enim me iam debilem prorsus & exanimatum, mereri Causariam* MISSIONEM.

MISSIO etiam Gladiatoribus dari dicebatur. M. Senec. Controuers. 6. lib. 9. *abscissa Missione, Gladiator, quem armatus fugerat, nudus insequitur.* Eóq; alludit L. Seneca Epist. 37. cùm ait, *Sine Missione nascimur: quomodo ergo, inquis, me expediam?* Idem lib. 1. de Ira cap. vlt. *ad pugnam vocauit Ionem, & quidem sine Missione.* Item lib. 2. de Beneficiis, cap. 21. *Non enim seruauit is qui non interfecit, nec beneficium dedit, sed Missionem.*

MITTENDARII in l. 3. l. 7. & l. 8. C. de palatin. sacr. largit. lib. 12. hoc nomine appellantur *sacrarum vel priuatarum largitionum palatina officia, quæ ad prouincias* MITTUNTUR, vt l. 2. C. de canone largition. titul. lib. 10. & à comitibus dirigebãtur, vt l. 4. C. de palat. sacrar. largit. lib. 12. *Mittendarij palatini officij*, l. 8. de palatin. sacr. largit. in C. Th. *qui per annos singulos, ex officio palatino exire solent*, l. 23. eod. tit. Hi *officiis sacrarum largitionum* adscribuntur, l. 7. eod. tit.

MISSILIA quæ in vulgus, à Magistratibus, Principibúsve, ludos edentibus, aut aliàs in publicum prodeuntibus, iactantur. *qui Missilia iactat in vulgus, ignorat quid eorum quisque exceptu-rus sit*, l. 9. §. hoc amplius, D. de adquir. rer. do. *Prætores, & Consules, qui Missilia iactant in vulgus, ignorant quid eorum quisque excepturus sit*, §. hoc amplius, Institut. de diuisio. rer. *quasi Alea emitur, cùm captum Missilium emitur*, l. 8. D. de contrah. empt.

Seneca Epist.74. *ad hæc,quæ fortuna sparguntur, sinum expandit, sollicitus* Missilia *eius expectat.* Theophilus ad dic.§.hoc amplius, τοῦτο δὲ συμβαίνει ὅτι τῆς παραπόρων, ἢ τῆς ὑπάτων, οἵ τινες διάθασιν, ἢ ἐν ταῖς πεμπελεύσεσιν, ἢ ἐν ταῖς θέαις ῥίπτειν τινὰ τοῖς δημόταις.

Sanè variarum rerum Missilia, principes populo, eius demerendi causa, spargebant. Suetonius in Caligula cap.18. *Sparsit & Missilia variarum rerum, & panaria cum obsoniis viritim diuisit.* Idem in Nerone,cap.11. *Sparsa & populo Missilia omnium rerum per omnes dies singula cottidie Millia. Aurum cuiusque generis,multiplex,penus,Tesseræ frumentariæ,Vestis,Aurũ,Argentum,Gemmæ,Margaritæ,Mancipia, iumenta,atq; etiam mansuetæ feræ,nouissimè naues,insulæ,agri.* Idem in Domitiano,cap.4. *Omne genus rerum Missilia sparsit.* Dio,lib.49. Σύμβολα τε πάνα ἐς τὸ θέατρον, καὶ κορυφὴν ἔρριψε: τῷ μὲν, ἀργύριον, τῷ δὲ, ἐσθῆτα, τῷ δὲ, ἄλλο τι φέρουσα, καὶ ἀλλὰ πάμπολλα ὤνια ἐς τὸ μέσον καθεὶς, ἁρπάσαι σφίσιν ἐπέτρεψεν. Ad huiusmodi Missilia pertinent hi Coripi,lib.4.in laud.Iustini,versus.

----Medióque fori,qua diuite dextra
Egrediens princeps, sacra, trabeatus, ab aula,
Diuitias vulgò sollemni munere donans,
More niuis sparsurus erat,noua fabrica surgit.

Missibilia, tela,quæ manu mittuntur,& procul iaciuntur, Iustinian. Nouel. 85. τὰς τὲ καλουμένας ξιβύνας καὶ τοὶ Μισσίβιλια. Et ita apud Vegetium in veteribus codicibus scriptũ obseruaui, vbicumque vulgò *Missilia* legitur. Sidon. Apollin.lib.4.Epist.ad Domitium, *Lanceis uncatis, securibúsque Missibilibus dexteræ refertæ.*

Mobiles *Res* nonnumquam à *se Mouentibus*,separantur,l.1. D.de ædil. edic. l.30.C.de iur. dot.l.vn.§.cùm autem,C.de rei vxo.act.l.2.& l.3.C.de quadrien.præscr. l.37. C. de Episc. & Cler.l.13.C.de seruitutib.l.7.C.de bon.quæ liber.

Mobilia Mouentiáque,l.1.C.de vi bonor.rapt. Sic, Κινητὸν πράγμα, & Αυτοκίνητον, separat Iustinian.Nou.112. quæ de litigios.inscribitur.

Aliàs tamen *Mobilium* appellatione,etiam se Mouentia continentur. Atque ita, *Res Mobiles*, in duo genera diducuntur,*in Animales,& eas quæ Anima carent*, l.1.D.de rei vindic. *Res Mobiles animales*,l.15.§.in venditione,D.de re iud.*quod Mobile est, puta, seruum*, l.30.§.item quod,D. de adquir.poss.*Res Mobiles, excepto Homine*, l.3.§.Nerua, D.eod.tit. *Mobiles* ergo *Res*,appellantur,quæ solo non continentur.Ac proinde *Mobilis Res*,&, *Soli*,opponuntur,l.1.§.1.D.vsufructuar. quemad.cau.*Res Mobiles rei soli accedentes*,l.3.§.1.D.de vi & vi arm.

Moderare *ordinem edictorum, vel compendium*, l.72.D.de iudiciis.*Vt Moderetur Prætor,quam summam tutores ad allmenta pupillis præstare debeant*,l.3.D.vbi pupill.educ. *quam rem D. Seuerus & Imp.Antoninus elegantissimè Epistola sua sunt Moderati*, l.6.§.vlt.D.de offic.Procons.

Moderandi honoris gratia,l.1.D.de bonis libertorum.*Moderandæ portionis arbitrium datum*,l.76. §.pater,D.de leg.2.*Moderanda pœna est vsque ad bestiarum damnationem*, l.6.D.ad Legem Iuliam peculat.

Moderatvm *se præbere*, l.33.D.de vsuris.

Moderata,& Immoderata,æstimatio,opponuntur,l.40.D.de dam.inf.

Moderata Ætas, l.1.§.pueritiam,D.de postulando.

Moderatum erit,l.38.D.ex quib.cau.maior.*Moderato spatio*,l.8.D.qui satisd.cog.

Secundum Moderamen locorum, l.7.D.de feriis.

Moderatio *iudicantis*,l.vn.de respons.prudent.in C.Th.Nou. Th.& Valent. de annota. militant.præscr.*cùm aliqua Moderatione definiri*, l.vlt. D. de bon.damnator. *quantum sufficit habitantibus in vsus diurni Moderatione*, l.10.in fi. D. de seruit. vrbanor.præd.*inculpatæ tutelæ Moderatione*, l.1.C.vnde vi.

Præstitui annum ita Moderatè vt, l.1.§.largius,D.de successor.edic.*tàm Moderatè statuere*, l.3.D. vbi pupil.educ.

Moderatores *Prouinciarum*,l.11.C.de offic.rector.prouinc.l.3.C.de repudiis, l.7.de off. rector.prou.in C.Th.l.vn.ne sine iussu princip.eod.Cod.id est,Rectores,quos Græci ἁρμοστὰς vocant. Tribuit autem specialiter hoc nomen Iustinianus Præsidibus prouincarium Helenoponti,& Arabiæ,Nouel.Constitution.28.& 102.

Modesto *Consule* factum Sc.l.1.§.hæc autem,D.de fugitiuis. Inuenio in Fastis,Anno vrbis 980. Alexandri Seueri principatu, Modestum cum Probo Consulatum gessisse.

Modestius facit qui refert iusiurandum, quàm qui ipse iurat, l.28.D.de pecun.constit.

Modiatio, l.16. C. de vsur.l.7.C.de rer.permut. l.vlt. C.de naufrag. l. vlt. C.de annon. ciuil.lib.11. l.32. de nauicular. in Cod. Th. & apud Cassiodor.Epist.7.lib.4.mensuram frumenti

menti & tritici per Modios initam significat.

Modicvs *Actus*, l.6.§.vlt.D.de duob.reis.*Locus*,l.60.D.de verb.signif.*Sumptus*, l.14.§.iudicem,D.de relig.& sumpt.*Vsusfructus*,l.8.§.in annos,D.de transactionib.

Modica castigatio, l.12.D.de iurisdictio.l.25.§.vlt.D.de vsufructu,quæ *Leuis castigatio* appellatur, l.13.§.item Iulianus,D.locati.*& leuis coërcitio*,l.7.§.præterea, & l.11.§.quamquam, D.de iniuriis.

Sic & *Modica Coërcitio*, l.vlt.D.de off. eius cui mand.l.8.§.si in locum,D.de religiosis, cuiusmodi esse censeo fustium admonitionem. Flagellorum certè atrox animaduersio castigatióque habetur, l.24.§. vlt. D. de vsufruct.l.7.§.præterea,& l.15.§.si communem, D. de iniuriis,l.11.D.de off.Proconsl.

Nec Modica dilatio,l.7.D.de administ.& peric.*Mon Modita ignominia*,l.1.D.de libera.cau.

Modicæ impensæ, l.12.D.de impen. in res dotal. *Modica data occasione*, l.4.§. si ex die, D. de manumiss.testam.

Non Modicam partem bonorum,l.80.D.ad Sc.Trebell.*ex Modica parte instituti*, l.6.D. de bonis liber.*ex parte non Modica heres*, l.4.D.quod cum eo.

Modica Pecunia, l.5.§.negotiatio,D.de iure immun.*non infinitam pecuniam sed Modicam*,l.192. D. de verb.signif.

Perquam Modica portio, l.1.§.illud,D.de coniung.cum.eman.*Modica portiũcula ædium*,l.15.§. ex hoc edicto,D.de dam.inf.*ex Modica portiuncula dominus*, l.10.D.de aqua & aqu.pl.

Modica Ædificiorum refectio, quæ ad tutelam necessariam desideratur,l.15.D.de impens.in res dot. *Modica refectio ad fructuarium pertinet*, l.7.§. vnde Celsus,D.de vsufruct.

Modica species monumenti, l.2.D.ad L.Facid.*Substantia*, l.5.D.de legit.tut.

Si Modica summa sit,id est, vsque ad duos aureos,l.9.§.vlt.& l.10.D.de dolo.

Qui interdiu Modicum aliquid de templo tulit,l.6.D.ad L.Iul.pecul. *Nec Modicum quid ex Taberna*, l.11.§.condicio, D.de institoria.

Modicum æs alienum,l.5.§.idem prætor,D.de reb.eor. *Ad Modicum æris pignerata res*, l.36.D. de pignerat.actio.*Modica æra*,l.27.D.de verb.signif.

Modicum damnum,l.25.§.vis maior.D.locati.*non Modicum Delictum*,l.9.D.de minorib.

Modicum fideicommissum, l.1.§.cùm dicitur,D.si cui plus. *Modica fideicommissa*, l.52.§.vlt.D. de iudiciis.

Modicum fretum, l.99.§.1.D.de verb.signif.*Furtum*,l.89.§.1.D.eod.tit.*Modici furti reus*,l.3.§.1. D.de bon.eor.

Modicum hospitium,l.5.§.1.D.de his qui effud.vel deiec. *Modica impendia, vt cibariorum*, l.18. D.commodati.

Modicum interuallum, l.1.§.si seruus,D.si is qui testam. lib. l.2. D. commodati. *Interuallum temporis*, l.6.§.vlt. D.de duob.reis.

Modico lacte vsurum,l.12.§.sed si pecoris, D.de vsu & habit.

Modicum legatum, l.45.D.de fideicommiss.libert.*Modica loca*,l.22.D.de contrah.empt.

Modicum pretium,l.3.§.vlt.D.de iure fisci.*Residuum*,l.87.§.vlt. D.de legat.2.

Modicum sortis & vsurarum,l.vlt.D.de libera.lega.

Modicum spatium, l.23.D.de obligat. & action.*non Modicum spatium temporis*, l.41. D.de test. mil.

Modicum tempus præstituendum,l.7.§. planè,D.de hered.petit.l.71.§.in pecunia,D.de legat.1. l.21.§.vlt.D.de recept.qui arbitr.l.20.§.vlt.D.de statuliber.l.24.§.si vxor.D.solut.matr.

Modicum tempus ex anno, l.19.D.de minorib.*si intra Modicum tempus quàm rediit*, l.15.§. vlt. D. ex quib.cau.maior.

Planè *Modicum tempus*, in Interdicto de itinere actúque, nõ minus quàm 30.dierum accipitur,l.1.§.hoc interdicto,D.de itiner.actúque.

Modicum tempus, interdum intelligitur quod post cõdemnationem reis indultum est, l.21. D.de iudiciis.vt l.31.D.de re iudic.

Modicum tempus non minus decem dierum, l.21.§.1.D.de pecun.constit.*Modico tempore*,l.1.§.exigit,D.de bonor.possess.secund.tab. *Modico tempore interposito*, l.135.§.Seia,D.de verb.oblig.

Nec Modicum tempus,l.vlt.§.vlt. D. de hom. lib.exer. *qui non ad Modicum tempus conduxit*,l.1. §.quod ait prætor,D.de superficieb.

Modicum vulnusculum, l.1.§.sed sciendum,D.de ædilic.edic. *Non pro Modico beneficio datur*, l.4.D.de his qui not.infam.*Modico,honoris gratia,possessori dato*,l.15.D.de rei vind. *Modico præsenti*, l.8.D.de transactionib.

Si hominem Modico *distraxisti*, l. 26. §. libertus, D. de condic. ind. *Modico vendidit*, l. 13. §. quid si, D. de hered. pet.

Modicè, Agell. lib. 12. cap. 13. interpretatur, *cum modo æquo, & pari.* Aliâs *Modicè*, est leuiter. sic *Modicè interesse*, l. 2. §. si in re, D. vi bonor. rapt. *Modicè vindicari*, l. 28. §. incendium, D. de pœnis.

Modiis frumentum admetiri veteres solebant. *Si frumentum ita venierit, vt in singulos Modios pretium diceretur*, l. 35. §. in his, D. de contr. empt. *In singulos Modios quos admensus eris*, ibid. *qui ex aceruo frumenti Modium sustulit*, l. 21. D. de furtis. *Centum* Modios *ex illo horreo*, l. 38. D. de iudiciis. *Frumenti Modios octo milibus naui impositis*, l. 61. §. vlt. D. locati. *Tritici Modios centum qui singuli pondo centum pendeant*, l. 7. D. de tritico, vino, oleo. *Tritici Africi boni Modios cētum*, l. 75. D. de verb. obligat. *Mille Modios Tritici*, l. 42. D. de fideiussorib.

Modij Ænei, vel *Lapidei*, l. 9. C. de susceptorib. lib. 10.

Modioli, l. 36. D. de auro, argent.

Modvli, l. 8. §. sed vt, D. de noui oper. & l. 30. §. 1. D. de dam. inf. sunt operis admetiendi causa institutæ comparatæque mensuræ. Modulis enim, in operum Mēsuris agendis, vsos veteres, ex Vitruu. lib. 1. cap. 2. lib. 3. cap. 2. & lib. 4. cap. 3. patet. Vetus Gloss. *Moduli, sunt quædam formæ & mensuræ cementariorum, per quos mensuræ lapidum deprehēduntur.* Aqua quoque Modulis erogabatur & distribuebatur. Frontin. lib. 1. de aquæductib. *Aquarum Moduli, aut ad digitorum, aut ad vnciarum mensuram instituti sunt.*

Modvs mensuram cuiusque rei significat. *Modus agri*, l. 4. §. vlt. & l. 6. D. de action. empti. l. 25. D. de seruit. rustic. præd. & apud Paul. lib. 1. Sent. Tit. 21. Plautus Aulular. Sc. 3. *Agri reliquit ei non magnum* Modum. Cic. Epist. 33. lib. 13. ad Attic. *nihil scripsit nisi de Modo agri.* Idem pro Flacco. *Voluisti magnum agri Modum censeri.* Horat. Satyr. 6. lib. 2. Sermon. *Hoc erat in votis, Modus agri non ita magnus. De Modo agrorum arbitri dantur*, l. 7. D. fini. regund.

Modus autem *Agri*, Iugerum numero demōstrabatur, l. 13. §. si Titius, D. de actionib. emp. l. 64. D. de euictionib. *Si duorum fundorum venditor separatim de Modo cuiusque pronuntiauerit, fortè si dixit, vnum, centum Iugera, alterum, ducenta habere*, l. 42. D. de actionib. empt. *Si in qualitate fundi venditor mētitus sit, non in Modo eius: pone enim dixisse eum, quinquaginta Iugera esse Vineæ, & quinquaginta, Prati*, l. 22. D. eod. tit. *In Modum* verò *nec litora, quæ fundo coniuncta erant, nec viæ publicæ, aut loca religiosa, vel sacra, computabantur*, l. 51. D. de contrah. empt. *Demonstrato Modo*, l. 36. §. vlt. D. ad municipal. Et ita *Modum* accipe, l. 4. & Rubr. D. si mens. fal. mod. dix. & l. 2. D. de actionib. emp.

Modus fundi, l. 36. D. ad municipal. l. 40. D. de contrah. empt.

Exiguus Modus *siluæ*, l. 42. D. de actionib. empt. *Modo terræ integro*, l. 64. D. de euictionib. *Cùm vniuersus Modus constat*, & contrà, *cùm minor* Modus *inuenitur*, l. 42. D. de actionib. empt.

Prior Modus ædificij, l. 31. D. de seruit. præd. vrb. *Modus ædificiorum*, l. 1. §. nūtiamus, D. de oper. no. nunt. *Vt Ædificia reficiat, ad eum* Modum, *qui seruitute imposita comprehensus est*, l. 6. §. etiam, D. si seruit. vindic. Modus *altitudinis*, l. 1. C. de ædific. priuat.

Modus Aquæ, l. 2. de aquæduct. in C. Th. *Amplioris* Modi *Aqua*, l. 1. §. illud tamen, D. de aqua cottid. *Ad Modum, & ad rigorem cursus aquæ*, l. 1. §. 1. D. ne quid in flum. publ.

Si quis à me Oleum quod emisset, adhibitis iniquis ponderibus, vt in Modo me falleret, l. 32. D. de actionib. empt. *si cùm Oleum deberet, oleum dederit quasi maiorem* Modium *debens*, l. 26. §. idem Marcellus, D. de condict. indeb.

Salis non minimi Modus, l. 32. §. idem quæsiit, D. de vsu & vsufr. leg.

Secundum suæ auctoritatis Modum, l. 12. §. vlt. D. de re milit.

Modus *beneficij*, l. 191. D. de diuers. reg. iur. *Conductionis*, l. 9. D. de publican. *Consensus*, l. 52. D. de obligat. & act. *Donationis*, l. 10. & l. 31. §. 1. D. de donationib. l. vlt. C. de annon. ciuilib. lib. 11. *Facultatium*, l. 2. & l. 3. §. sed si non, D. vbi pupill. *Institutionis*, l. vlt. D. de hered. instituen. l. 11. D. de his quæ vt indign. *Iurisdictionis*, l. 11. D. de iurisdictione.

Ex Modo *legati æstimandum*, l. 3. §. vlt. D. de annu. legat. *Modus legatorum*, l. 6. D. de legat. præstand. *intra* Modum *legatorum*, l. 44. §. cùm filia, D. de vulg. & pupil.

Capere supra Modum *non poterit is cui certum* Modum *ad capiendum Lex concessit*, l. 36. D. de mort. cau. donat. *quod supra Legis* Modum *tibi promisit*, l. 21. D. de donationib. *qui pecuniam supra Legis* Modum *promisit*, l. 24. D. eod. tit. *Supra legitimum Modum donare*, l. 5. §. si eum, D. de doli except. *Facta donatio*, ead. l. §. si donaui.

Lex Falcidia, secundo Capite, Modum legatorum constituit: quæ potestatem cuique cui Romano dedit, quantam vellet pecuniam dare legare, dum non minus quàm quartam partem hereditatis eo testamento he-

redes

redes caperent, l. 1. D. ad l. Falcid. & ita accipe quod est apud Tacitum, lib. 1. Annal. *legata non vltra ciuilem* Modum *reliquit. Legatarius cui supra* Modum *legis Falcidiæ legatum est*, l. 23. D. de dolo. *Si legata non excedant Modum legis Falcidiæ*, l. 1. §. interdum, D. ad l. Falcid. *Res mulieris causa emptæ paratæ, vt extra* Modum *legis essent, nominatim ipsa Falcidia lege expressum est*, l. 81. §. vlt. D. eod. titu.

Si propius ædificium alienum intra legitimum Modum, mortuus illatus sit, l. 3. §. vlt. D. de mort. infer. *Modus litium*, l. 6. D. de except. rei iudic. *Mensurarum* Modus, l. 37. D. de pœnis, *Patrimonij*, l. 3. D. vbi pupill. educ. l. 1. C. arbitr. tut. *Pecuniæ*, l. 8. §. Modus, D. de transactionib.

Intra Modum *Peculij*, l. 17. D. de castren. pecul.

Modus pœnæ in qua quis cauere debet, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 33. de pœna. *Modus ex condicione, personæ, & mete facientis, magis statui potest*, l. 2. D. de termino mo. *Proxenetici* Modus *esse debet, & quantitatis & negotij, & c.* l. vlt. D. de proxenetic. *quem* Modum *Beneficij sui esse velit.* l. 191. D. de diuers. reg.

Modus *Actionum*, l. 27. D. de diuers. reg. *Quæstionis*, l. 6. D. de quæstionib.

Modus *Refectionis*, l. 7. D. si seruit. vind.

Ex Senatus Consulto, retentionis Modo *seruato*, l. 16. C. famil. ercisc.

Secundum dignitatem facultatésque pupilli, Modum *seruorum æstimare, qui circa eum futuri sunt*, l. 13. D. de administrat. & peric.

Vsurarum Modus, l. 5. §. non passim, D. de rebus eorum, l. 7. §. si deponi, D. de administr. & peric. *Certus*, l. 31. D. de vsuris. *Probabilis*, l. 3. §. vlt. D. de annu. legat. Modum *vsurarum æstimare & statuere*, l. 39. §. 1. D. de legat. 1. *Si supra legitimum* Modum *vsuras soluit*, l. 26. D. de cõdict. indeb. *Supra modum legitimæ vsuræ stipulatum*, l. 9. D. de vsuris. *Vsuras quas quis supra licitum* Modum *promisit*, l. 11. §. si in sortem, D. de pignerat. actio. *Pœnam pro vsuris, supra* Modum *vsurarum licitum, stipulari*, l. 44. D. de vsuris. *Si supra statutum* Modum *quis vsuras stipulatus fuerit*, l. 9. D. de vsuris.

Modus *Obligationis est, cùm stipulamur decem, aut hominem*, l. 44. D. de obligat. & actionib.

Modus *à Condicione*, separatur, Rubri. D. condicionib. & demonst. Item Rubri. C. *de donationibus quæ sub* Modo *vel condicione, vel certo tempore conficiuntur. Si neque* Modo, *neque Condicione debitum differatur*, l. 19. D. de legat. 1. *Si cui in hoc legatum sit, vt ex eo aliquid faceret, veluti Monumentum testatori, vel opus, aut epulũ municipibus faceret, vel ex eo sortem alij restitueret: sub* Modo *legatum videtur*, l. 17. §. vlt. D. de condicion. & demonst. *In legatis quidem & fideicommissis etiam* Modus *adscriptus pro condicione obseruatur*, l. 1. C. de ijs quæ sub modo lega.

Modus *seruitutibus adijci, veluti quo genere vehiculi agatur, vel non agatur: veluti, vt equo dũtaxat: vel, vt certum põdus vehatur, vel grex ille transducatur, aut carbo portetur*, l. 4. §. modum, D. de seruitutib. *Si iter actúsue, sine vlla determinatione legatus est*, Modo *terminabitur*, l. 13. §. 1. D. de seruit. præd. rustic. At apud Iustinian. §. finitur, instit. de vsufructu *non vtendo per* Modum, intellige, non vtendo secundum modum, legémque dictam in constituendo vsufructu.

Modus, pro temperamento, & moderatione. *hîc quidam* Modus *seruandus est*, l. 36. D. de negot. gest. *cum* Modo *audiendum*, l. 5. §. si mater, D. de agnosc. & alend.

Computationi Modus *non adhibetur*, l. 2. §. si indemnitas, D. de administrat. rer. *Ne* Modus *in ea re non adhibeatur*, l. 12. §. 1. D. de re milit. *Rationi non exigendæ* Modus *adhibitus*, l. 72. §. 1. D. de condicion. & demonstr.

Modum *adiicere*, l. 6. §. non vero, D. de offic. procon.

Modus *pro ætate eius qui transigit arbitrandus est*, l. 2. §. modus, D. de transactionib. Modus, *si quidem Prætor arbitratus est, is seruari debet quem Prætor statuit*, l. 2. D. vbi pupill. educ. *Si Prætor modum alimentis statuit*, dic. l. 2. §. 1. *Quæstionis* Modũ *iudices arbitrari oportere*, l. 7. D. de quæstionib.

Modum *actori non debere constitui*, l. 2. §. vlt. D. de curato. bon. dan.

Cibariorum Modum *viri boni arbitrio statuendum*, l. 5. D. de aliment. vel. cibar. Modum *iuri iurando statuere*, l. 4. §. 1. D. de in lit. iuran.

Modum *egressus*, l. 1. §. siue ab alio, D. de exercitor. *Operis publici temporarij* Modum *non egrediendum*, l. 1. D. de furib. balnear.

Si debiti Modum *testamento dominus excesit*, l. 5. D. ad l. Falcid. *eum contractum depositæ pecuniæ* Modum *excedere*, l. 26. §. 1. D. depositi. *nisi executor sententiæ*, Modum *iudicationis excedat*, l. 5. C. quor. appellation. non recip. *Si probabilem* Modum *faciendi monumenti sumptus non excedat*, l. 50. D. de heredit. petit. *Si probabilem* Modum *in mutua non excesit*, l. 7. §. quod dicitur, D. de Sc. Macedo. *Si quæstionem quis habeat*, Modum *tamen excesserit*, l. 15. §. quæstionem. D. de iniuriis. *Non auarè* Modum *xeniorum excedat*, l. 6. §. vlt. D. de offic. proconsl.

Diuisio tutelæ Modum *administratori facit*, l. 36. D. de administ. & peric. *Sententia quæ* Modum

interdictioni fecerat,l.3.D.de decurionib.

Vt Iudex Modum *verborum imponat*,l.17.§.ait Prætor, D. de iniuriis.

Modum *commodati præscribere* l.17.§.1.D.commodati.

Modus *statui ex facultatibus defuncti*,l.22.D.de alimēt.vel cibar.*Modus ex facultatibus,& dignitate mulieris,maritique,statuendus est*,l.60.D.de iure dot. *vt* Modus *eius rei statutus sit*,l.6.§. qui se vulnerauit,D.de re milit.*Modum tenere*,l.15.§.sufficienter, D. de vsufructu. *hunc* Modum *non tenuisse*, l.13.§.item Iulianus,D.locati.

Cognitionem ad aliquem Modum sustineri,l.36.D.de iudicijs.

Si repetitio legatorum ad eum Modum concepta sit,l.32.D.de legat.1. *vt ad eum Modum paterentur heredes ibi eos esse,ad quem modum ipsa patiebatur*, l. 33. §. vlt. D. de vsu & vsuf. leg. *Ad aliquem Modum peritus*,l.19.§.illud,D.de ædilic.edic.*Ad alium Modum conuertere viridaria*,l.13.§. sed si ædium,D.de vsufructu.*Ad eum Modum quem lex patitur*,l.3.C.ad l.Falcid.*Qui de ingenuitate cognoscunt, ad Modum exilij possint ferre sententiam*,l.39.§.1.D.de libe.cau. *Stipulationem ad Modum iustæ exactionis rediget*,l.17.D.de vsuris. *Ad eum* Modum *reficere qui seruitute imposita comprehensus est*,l.6.§. etiam,D.si seruit.vindic. *in hunc Modum*,l.10.D.de mort. cau. donat.

In Modo æstimationis circumuenta,l..12.D.de iure dotium.

Pro Modo æstimationis,l.78.D.de legat.2. *Agri detenti aut alienati*,l. 25. D. de seruitut. præd. rustic.*Debiti*, l.7.§.vlt.D.de pactis.*Dotis*,l.10.§.vlt.D. de alimen.vel cibar. *Facultatium*,l.5.§. si quis ex his , D. de adgnosc.& alend. l.6.§.1. D. de Carbon.edic.l.7.D.de inoff.testam. l. 69. §.nuptiis,D. de iure dol. l. 14. §. hæc actio, D. de religios. l. 2. D. vbi pupill. educ. l.3. & l.vlt.C. de alend. liber. l.vlt. C. de alimen. pupill. & apud Paulum lib. 2. Sentent. Tit.32.*Fortunarum*,l.1.C.de munerib.patrim.*Fructuum*,l.13.D.de reb.eorum.*Latitudinis*,l.7.§. Insula,D.de adquir.rer.dom.*Legatorum*,l.2.C.ad l.Falcid.*Litis*,l.1.§. in honorariis,D.de extraord. cognit.

Pro Modo *patrimonij*,l.126.D.de legat.1.*Pecuniæ*,l.96.§.cum eodē, D.de solutionib. *Possessionum*,l.1.D.de seruit.præd.rustic.*Prædiorum*,l.5.D.de censibus.*Quæsitæ portionis*,l.41.D.de vulga. & pupil.*Substantiæ*,l.5.§.vlt.D.de iniur. *Tēporis*, l.7.§.è contrario,D.solu.matr.*cuiuscunque temporis*,l.9. D. de vsuris.

Pro Modo *admissi*,l.37.D.de pœnis,l.10.D.de extraord.criminib.l.5.C.de oper.libert.*Culpæ*, l.12.& l.14.D.de custod.*Delicti*,l.3.§.qui stationis,D.de re milit.l.1.D.de obsequ.parēt.l.vlt. D.de l.Fabia,& apud Paul.lib.5. Sentent.Tit.25.*Commentæ fraudis*,Paul.lib.5.Sentēt.Tit.4.

Certo Modo *æstimare*,l.34.§.vlt.D.de donationib. *à certo* Modo *substantiæ*,l.21.§. idem, D. ad municipal.

De Modo sarta tecta habendi,l.7.§.quoniam,D.de vsufructu.

Præter Modū *timidi*,l.1.§.vlt. D.de ędil.edict.*Vltra* Modū *nocens*,l.2.§.illud,D.de aqua & aqu.

Eodem Modo *duci aqua,quo ducta* est,l. 1. §. illud , D.de aqua cotid. *Eodem* Modo *scriptæ plures tabulæ*,l.vlt.D.de his quę in test. *Pari* Modo,l.3.D.de optio.vel elect.*simili* Modo,l.49.D.ad SC. Trebell.*alio Modo succurri*, l.25. D.de dolo.

Eo Modo *relictum legatum*, l. 51. D. de condicion. & demonstr.l.115.D.de legat.1. *Etiam hoc* Modo,*Cupio vt des , fideicommissum est*,l.115 D.de legat.1.

Hoc Modo *concipi oportere*,l.13.§.vlt.D. de reb.dub. id est, *ita*, vt ibid. *Stipulatio hoc* Modo *concepta*,l.61.D.de verbor.oblig.*Testamentum quod hoc* Modo *scribitur*,l.13.§. vlt.D. de liber. & post.

Insulam hoc Modo,*vt aliam reficeres,vendidi*,l.6.D.de præscript.ver. *fideiussor quem sub hoc* Modo *accepi vt*,l.72.D.de fideiussorib.*Sub hoc* Modo,l.3.D. de bonor. possess.

Isto Modo,l.45.D.de heredit.petit.*quocunque* Modo,l.44.D.de heredit.petit.*Quolibet* Modo, l. 51.D.ad l.Aquil.*vulgari* Modo,l.4.D.de dote præleg.*nihil interest,vtro* Modo *caueris*, l. 41. D.de statuliberis.

Illud nullo Modo *Conueniet dici*,l.38.§.qui hominem,D.de solutionib. *quod nullo* Modo *probandum est*, ibidem.

Modo *hanc,modò illam sententiam probandam*,l.15.§.illud, D. de damno infec.

Modo *si*,l.19.§.vlt.D.locati,l.28.D.de testament.tut.l.76.§. vlt. D. de legat.2.l.18. D. de oper.nou. nunt. id est,dummodo.

Si Modò,l.14.D.de sponsalib.l.15. D. de seruit.vrban. præd.

Modo *vt*,l.1.§.ostendimus,D.de suspect.tut.id est,*dummodo*,vt §.1. Instit. eod. tit.

Molæ,ait Varro lib.4.de lingua lat.*à Molendo*.*Molæ* autem aliæ Manuariæ, quas *Trusatiles* appellari Agellius lib.3.cap.3.indicat. Aliæ,*Iumentariæ*,l.26.§.1.D. de instruct.vel.instrument.

Aliæ,*Asi-*

Aliæ, *Asinariæ*, vt apud Cato. de re Rustic. cap. 11.

Molæ Oliuariæ, l. 21. D. de instr. vel instr. & apud Paul. lib. 3. Sent. Tit. 6. Varro lib. 4. de ling. Lat. *Trapetes, Molæ Oleariæ vocantur.* Seruius ad eum lib. 2. Georg. versum, *Teritur Sicyonia bacca Trapetis*, id est, *Molis Oliuaribus.*

Molæ ita adfixæ, inædificataeve, vt partes ædificiorum esse videantur, l. 21. D. de instr. vel instr. Cetèrùm inferior pars Molæ, *Meta*, superior, *Catillus* appellatur, l. 18. §. idem consultus, D. de instruc. vel instr. *Catillus* autem, à Græcis Ὄνος appellatur, si Hesichio fidem habemus. Sic enim ille, Ὄνος ὁ ἀνωτερος λίθος τῆ μύλη. At Eustathius ὄνον vocari ait τὸ κυκλωτὸν τῆ μύλη. Atque ita accipitur apud Xenophontem lib. 4. ἀναβάσεως, cùm ait, οἱ δὲ ἐνικόντες ὄνους ἁλίσκεται περὶ τὸν ποταμὸν ὀρυττόντες ἢ πηγνύντες εἰς.

MOLEM *in mare proiecit*, l. 2. §. aduersus, D. ne quid in lo. pub. Cæsar lib. 1. de bello ciuil. *Molem atque aggerem ab vtraque parte ripis iaciebat.* Tibull. Eleg. 6. lib. 2. *Claudit & indomitum Moles mare.* Q. Curtius lib. 4. *sed ante iacienda Moles erat quæ vrbem continenti committeret.*

Moles in mare vel in flumen proiectæ, l. 1. D. de impēſ. in res dot. l. 52. §. ante domum, D. de act. empt. Vetus Horatij interpres in Odem lib. 3. verba hæc, *iactis in altum Mollibus*, sic interpretatur, *ad mare angustius reddendum, & excludendum, ad ædificia struenda:* additque, *Vsus est voce, Iactis, quod est ædificantium. Nam Iaci in mare* Moles *dicuntur, quoties excluditur aqua.* Cicer. Epist. 17. lib. 9. ad Attic. *Ab vtroque cornu* Moles *iacimus.* Hirtius siue Oppius, de bell. Africo. *Turres & castella facere, Molesque in mare iacere non intermittere.* Paterculus Vol. poster. de Lucullo, *Quem ob iniectus* Moles *mari, & receptum suffossis montibus in terras mare, haud infacetè Pompeius Xerxem togatum vocare consueuerat.* Seneca lib. 2. Controuers. *Littoribus quoque Moles inuehuntur, angustisq; in altū terris exaggerantur.* Idémq; lib. 5. Cōtrou. *Maria proiectis Molibus submouentur*, Lucan. lib. 1. *Sed Molibus vndas Obstruit.* Suet. in Caligul. *Et iactæ itaque Moles profundo atque infesto mari.* Ammian. Marcellin. lib. 22 *Septem diebus, Molibus iactis in mare, solo propè quāti terræ sunt vindicatæ.* Atque ad huiusmodi Moles respicit Plin. lib. 2. cap. cùm ait, *& Terra in* Maria *iacitur, vt freta admittantur.* Quinetiam, *lapideas Moles in rotundum ac leue formatas, quibus porticus & capacia populorum tecta suscipiuntur*, dixit Seneca, Epist. lib. 14.

Moles, ait Festus, *pro magnitudine ferè poni solet. Mole debiti prægrauatus*, §. itē si quis, Inst. de soc.

MOLENDARIA, *Asina*, l. 18. §. asinā, D. de instr. vel instr. *Meta*, l. 18. §. idem consultus, D. eod. *Si rusticis fundi operariis Moleretur*, eod. tit.

Molitores serui, l. 12. §. Trebatius, D. de instruct. vel instrum.

MOLESTARI, l. 20. D. de liberat. leg. *Molestiæ sibi futurum.* l. 10. D. de custod. & exhibit. *Hanc Molestiam suscipere*, l. 7. D. de tributoria. *Molestus aduersarius*, l. 4. §. 1. D. de alienat. iudic.

MOLIRI, ait Nonius Marcell. *extruere, dictum à Molibus, vnde demoliri, est destruere.* *Moliri opus*, l. 1. §. ædificare, D. de mort. inf. *nouum opus*, l. 1. §. vlt. D. eod. tit. *Moliri in alieno*, l. 3. §. hoc autem, D. de itin. actúq. *quid in publico*, l. 1. §. nuntiatio, D. de oper. nou. nunt. *Moliri* etiam est adtemptare, & admittere, vt *ne quid pernicioſius ipſi in ſe Moliantur*, l. 14. D. de offic. præsid.

MOLLIS *via*, l. 2. §. deinde, D. ne quid in lo. publ. *Molliendæ pœnæ*, l. 42. D. de pœnis.

MOMENTVM temporis breue aliquod spatium significat, l. 8. D. de condic. & dem. *Aliquo Momento temporis*, l. 1. §. quod autem, D. de aqua cottid. *illo Momento temporis*, l. 2. D. de custod. & exhibit. *pro Momento temporis*, l. 98. §. vlt. D. de verb. signific. *quoquo Momento temporis*, l. 7. D. de adquir. rer. do. §. per alluuionem, Instit. de diuis. rer. *Minimo Momento nouissimi diei*, l. 15. D. de diuers. temporal. *aliquo Momento interposito*, l. 11. §. idem Marcellus, D. de donatio. int. vir. *Neque Momento aliquo subsistere*, l. 79. D. de adqu. vel omitt. hered.

Eo Momento quo, l. 3. §. idem Papianus, D. quib. mod. vsuf. l. 15. D. de statu hom. *eodem Momento*, l. 32. D. de religiosis. l. 77. D. de adq. vel omitt. *ipso Momento*, l. vlt. §. vlt. C. de bon. quæ lib. *Vno Momento*, l. 44. D. de solutionib. *si vel Momento ad eum peruenit*, l. 127. D. de diuers. regul. *qui Momento possedit*, l. 12. §. vlt. D. de condicionib. instit. *à Momento ad Momentum*, l. 6. D. de vsurpat. l. 3. §. 1. D. de minorib. *Nullo Momento*, l. 19. §. sed &, D. de peculio. l. 14. D. de seruitutib. *qui inhabitant non Momenti causa*, id est perpetuæ moræ causa, l. 5. §. domum, D. de iniuriis.

Momenta temporum, l. 63. §. vlt. D. ad L. Falcid. *Singula Momenta spectare*, l. 23. D. de adqu. rer. dom. *Per Momenta singula*, l. 44. D. de adquir. possess. *Par singula Momenta*, l. 3 §. vlt. D. vt legat. seu fideic. *Omne Momentum*, l. 8. D. de condicion. & demonst. *Non omnibus Momentis*, l. 3. §. 1. D. quod vi aut clam. *Aliquod Momentum naturæ interuenire*, l. 137. D. de verb. oblig.

Momentum aliàs vtilitatem & emolumentum, aut etiam vim & effectum significat. *Momentum aliquod habere*, l. 68. D. de hered. instit. *Aliquod Momentum laturus*, l. 137. §. 1. D. de verb. obl. Atque ita, *nullius esse Momenti* dicitur, quod vim & effectū non habet, quod nullū est, & ineffi-

cax & inutile. Vnde *nullius Momenti esse*, & *Valere*, opponūtur, l.32.§.si ambo, D.de donat.int. vir. *Omnia quæ contra bonos Mores, vel in pactum vel in stipulationem deducuntur, nullius* Momēti *sunt*, l.4.C.de inutil.stip. *ipso iure nullius Momenti sunt*, l.3.§.sciendum, D.de dona.int.vir. sic *nullius esse Momenti Acceptilatio*, l.8.D.de acceptilat. *Actio*, l.22.D.de condict.indeb. *Actus*, l.77.D. de diuers.regul.iur. *Ademptio*, l.27.D.de adimen.lega. *Alienatio*, l.16.D.de iure patron. *Datio tutoris*, l.8.D.de tutor.& curat. *Decretum*, l.6.D.quod cuiusc.vniuer. *Dissensus*, l.14.D.de fideic. libert. *Donatio*, l.3.§.qui in eiusdem, D.de donat.int.vir. *Emptio*, l.5.§.item, D. de auctor. & cons. *Epistola*, l.34.§.1.D.de pignorib. *Exheredatio*, l.14.D.de liber. & post. l.68. D. de hered. instit. *Factum in fraudem*, l.22.D.quæ in fraud. *Fideicommissum*, l.3.D.de iure codicil. *Institutio*, §.1.Instit.de hered.instit. *Iusiurandum*, l.112.§.vlt.D.de legat.1. *Legatum*, l.1.§.1.D.de dote præleg.l.14.D.de iure codicill.l.101.§.vlt.D.de legat.1.l.13.D.de liberat.leg.l.25.D.quādo dies leg. *Libertas*, l.vlt.D.de manumiss.test. *Locatio*, l.21.D.de vsurpationib. *Nuntiatio*, l.5.§.si quis fortè, D.de oper.noui nunt. *Nuptiæ*, l.30.D.de ritu nupt. *Præceptum iudicis*, l.vlt.D.quæ sentēt. sine appellat. *Quidquid factum est*, l.22.D.quod met.cau. *Scriptura*, l.114.D.de legat.1. *Sententia*, l.4.D.de re iudica.l.1.§.item, D.quæ sentent.sine appellat.l.1.D.de feriis. *Sponsalia*, l.16.D. de sponsalib. *Stipulatio*, l.14.D.si quis cautionib.l.31.D.de obligationib. & act. l.18.§.seruus, D.de stipulat. seruor. *Substitutio*, l.vlt.§.Titius, D.de vulg.& pup. *Testamentum*, l.1.D.de iniust. rupt l.13.§.vlt.D.de liber.& post. *Traditio*, l.4.D.de ser.exportan. *Transactio*, l.8.§.si præor, & §.ceterùm, D.de transactionib. *Quædam iniuriæ leuis nonnullius Momenti videntur*, l.17.§.quædā, D.de iniuriis.

Momentum etiam lib.5.Origin.Aniano & Isidoro, interpretibus, *celerem possessionis reformationem* significat, vt loquitur l.4.C.de agric. & censit.qua, vi deiectus in possessionem restituitur, l.vnic.C.si de momentar.possess.& apud Cassiod.Epist.44.lib.4.Variar. & Epist.28. lib.8. *Momenti quæstio*, & *proprietatis*, apud D.Gregor.Epist.44.lib.7.

Momentarivs *vsufructus*, l.vlt.§.vlt.D.de bon.quæ liber. *Præsentem & Momentariam curam iniungit*, l.8. D.de aliment.vel.cibar. *Momentaria possessio*, l.1. C.si per vim vel al. mod. quæ deiecto statim reddenda est. *Momentariæ possessionis interdictum*, pro vnde vi interdicto, l.vlt. C.qui legit.perso.stand.in iud.l.8.C.vnde vi, l.1.C.si per vim vel al.mo.l.1. C.vbi de possessio.agi op.& l.vn.C.victum ciuil.in Cod.Theod.

Moneta, vt Constantin.Harmenop.lib.6.Epit.Tit.13.definit, καλεῖται τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον ἢ βυλλωτήριον, μεθ' ὧν ὁτοῦν νομισμάτων (sic enim vet.Gloss.habet) τύπος ἀφομοιοῦται. Suidas Iunonem Monetam cultam à Roman.scribit quasi σύμβυλον, quòd in bello aduersus Pyrrhum, & Tarentinos, de pecunia laborantes, benigno responso, ope, consilióque iuuisset: in cuius templo nummum cudi institutum fuit.

Moneta publica, l.6.§.1.D.ad L.Iul.peculat. *Sacra*, l.38. D.de pœnis. *Vultu principum signatur*, Paulus lib.5.Sentent.Tit.25. *Moneta Adulterina*, l.6.§.1.D.ad L.Iul.pecul.l.2.C.quib.ex caus. ferui.l.1.C.de falsa mon.Paul.lib.5.Sent.Tit.25. *Falsa*, Rubr. Cod. de falsa mon. quam Hermenop. πλαστὴν vocat. *Monetæ Adulteratæ figuratio*, l.7.de indulgent.crimin.in C. Th. *Monetæ Adulteratores*, l.16.§.vlt.D.de pœnis. *Monetam percutere*, l.19.D.de L.Corn.de fals.

Monetarii, l.2.C.quib.ex caus.ser.pro præm.l.1.l.7.& l.13. C.de murilegul.lib.11.l.6.C. de dignitatib.lib.11.l.2.de fals.mon.in C. Th. & apud Firmicum lib. 8. cap.17. Vopiscum in Aureliano, & Eutropiū lib.7.id est, *qui in Moneta publica operantur*, vt loquitur l.6.§.1.D.ad L.Iul.pecul.Suidas Vopisco adiungēdus, Μονιτάριοι, οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται· ὅτι ὅτε Αὐρηλιανὸς διέφθειρεν τὸ νόμισμα, καὶ τὸν ἴδιον ἄρχοντα Φιλικήσιμον ἀνελόντες, ἐμφύλιον ἐγείρουσι πόλεμον· ὃς μόλις Αὐρηλιανὸς χειρωσάμενος, ὑπερβαλλόσῃ κολάσεων ὠμότητι κατειργάσατο. *Monetariorū corpus*, l.16.D.de extraord.siue sordid.in C.Th.Cassiod.Epist.39.lib.5.variar. *Monetarios autē, quos specialiter in vsum publicum constat inuentos, in priuatorum didicimus transisse compendium.*

Monetalis cusio, l.18. de extraord.siue sord.muner.in C.Th. *Triumuiri Monetales æris, argenti, auri flatores*, l.2.§.deinde, D.de orig.iuris.

Monile, ait Festus, *dictum est, ornatus muliebris: qualem habuisse Eriphylem fabulæ ferunt: ex eo etiam equis præpendens à collo ornamentum*, Monile *appellatur.* Monilia *in quibus gemmæ & margaritæ insunt*, l.32.§.Titia, D.de aur.argent. *Monilia condita*, l.2.de Thesaur.in C.Th.

Monitores appellantur, qui opera rustica vrgebant, & operi instabant, cessatoréque increpabant, l.8.D.de instr.vel instr.& apud Paulum lib.3.Sentent.Tit.6.& Columellam aliquoties. *Monitores* etiam *in scena*, auctore Festo, dicebantur, qui actoribus suggerebant quæ dicturi essent, si eos memoria deficeret. Eodémque nomine appellabantur, qui dicentibus oratoribus, eiusdem subsidij causa, præsto aderant, vt ex Cicer.in Diuinat. & Quintilia.lib. 6.cap.5.

6.cap.5. patet. Plinius quoque in Panegyr.pro nomẽclatore hoc nomen vsurpasse videtur.

MONOMEPHΣ *condictio*, in l.13.§.idem Iulianus,D.de iureiur.dicitur,quæ ex eo dumtaxat latere consistit quo quasi cum furis herede agitur.At in l.vlt.D.ad Sc.Trebel. Μονομερῶς *victus* dicitur,qui cũ solus egisset,causa cecidit.Apud Rhetores,vt Chir.Fortunatia. lib. 1.scribit *Monomeres* dicitur,cùm *ex prima parte tantùm constat controuersia, nec quicquam ex secunda adferri potest.* Hesychius ἐρήμην δίκην, Μονομερῆ definit,φ altera parte absente iudicium reddatur.Lucian.in lib.πρὸς τὸ μὴ ῥαδίως πιστεύειν τῇ διαβολῇ.Διαβολὴ,ait, ἐστὶ κατηγορία τις ἐξ ἐρημίας τοῦ γιγνομένου κατηγορουμένων λεληθυῖα ἐκ τοῦ Μονομερῶς ἀνακριθέντος πεπιστευμένη. Clemens lib.11.de Cõstit.Apost. τὰς κρίσεις δ' δέχαιον Μονομερῶς ποιεῖσθαι,id est,altera parte inaudita.subditque,ἐὰν γὰρ τοῦ ἑνὸς προσώπου ἀκούσωμεν,μὴ παρόντος τοῦ ἑτέρου, μήδε ἀπολογησαμένου τοῦ τὸ ὀπτερόμενον ἔγκλημα, &c. Socrat.Histor.Eccles.lib.11.cap.31.ἐφ' ᾧ τε ἐκ Μονομερῶς ὑπομνήματα ποιήσαντες. Constantin.lib.1. Epito. Tit. 6. Μονομερῶς δέχεσθαι τὰς μάρτυρας, dicit, cùm ex vna tantùm parte audiuntur.

MONOPOLIVM *exercere*,l.1.C.de monopol.& conuen. est sibi vni mercis alicuius venundãdæ ius potestatémque, vindicare: vt ex origine vocis Græcæ apparet,qua Aristotel. lib. 1.Politicor.vtitur.Sueton.in Tiber.cap.71.*Sermone Græco abstinuit, maximè in Senatu: adeò quidem,vt* MONOPOLIUM *nominaturus,prius veniam postularit,quòd sibi verbo peregrino vtendum esset.* Plinius lib.18.cap.37. *Magna fraus, & ibi lucrum, Monopolio inuenit.*

MONSTRARE *Iter fugitiuo*,l.62.D.de furtis. *si malo seruo Monstrauit quemadmodum faceret*, l.1. §.sed vtrum,D.de seruo corrupt.*Monstrat magis nomen,quàm mandat*,l.2.D.de proxenet.

Remedij loco hoc MONSTRATUR *domino statuliberi*,l.3.§.idem Seruius,D.de statuliber.*Monstrata defensione*, l.3.C.de reb.alien.

MONSTRVM,ait Festus, *vt Ælius Stilo interpretatur,à monendo dictum est,velut Monestrum.Item Sinnius Capito,quòd monstret futurum,& moneat voluntatem deorum.*Et ibidem: *Monstra dicuntur naturæ modum egredientia,vt Serpens cum pedibus, auis cum quatuor alis, homo cum duobus capitibus, iecur cum distabuit in coquendo.* Donat.in Eunuch. Terent. Act. 4. Sc. 3. *Monstrum*,ait, *est omne contra naturam.*Nonius Marcell.*Monstra & Ostenta similiter intelliguntur, quòd imminentia Monstrent & Ostendant.*

Pro MONSTRO *est,vt maior sit filius quàm pater*,§.minorem,Instit.de adoptionib.

MONSTROSVM. *Si Monstrosum mulier ediderit*, l.135.D.de verbor.signific. *Mulier si Monstrosum aliquid enixa sit*,l.14.D.de statu hom.& apud Paulum lib.4.Sentent.Tit.9.Vetus Glossar. *Monstrosum*, τὸ ἔχον ἀνθρώπου ἢ ἕτερον ζῴου μορφήν.

MONVMENTVM *est quod memoriæ seruandæ gratia existat*, l.2.§.Prætor,D.de religios.

Monumentum generaliter,res est Memoriæ causa in posterum prodita: in qua si corpus, vel reliquæ inferantur, fiet Sepulchrum: Si verò nihil inferatur, erit MONUMENTUM *memoriæ causa factum, quod* κενοτάφιον *appellatur*, l.42.D.de religiosis. Potest ergo MONUMENTUM purum esse,quod etiam probatur l.5.§.concessa,D.de donat.inter vir.& l.6.§.vlt.D.de religios. Festus. MONIMENTUM *est quod mortui causa ædificatum est: & quidquid ob memoriam alicuius factum est, vt fana, porticus, scripta & carmina: sed* MONIMENTUM,*quamuis mortui causa sit factum, non tamen significat ibi sepultum.* Varr.lib.5.de ling.Lat.MONERE *à Memoria,quòd is qui monet, proinde sit ac memoria.* MONIMĒTA *sic quæ in Sepulchris: & ideò secundũ viam,quo prætereuntes admoneant, & se fuisse, & illos esse mortales.* Non. Marcell. MONIMENTI *proprietatem à monendo M.Tullius exprimendam putauit,ad Cæsarem Epist.2. Sed ego quæ Monimenti ratio sit nomine ipso admoneor:ad memoriam magis spectare debet posteritatis,quàm ad præsentis temporis gratiam.*

MONUMENTUM *sepulchri, id esse D.Hadrianus rescripsit quod Monumenti, id est, causa muniendi eius loci,factum sit,in quo corpus impositum sit*,l.37.§.vlt.D.de religios.

Sepulchrum siue MONUMENTUM, l.1.§.facere, D.de mort.inf. *Si proiectum aut stillicidium in sepulchrum immiserit: etiamsi ipsum* MONUMENTUM *non tangeret*, l.vlt.§. si quis proiectum, D. quod vi aut clam.

Gentile Monumentum,Sueton.in Claudio cap.51.

Si eo MONUMENTO *quod imperfectum esse dicitur,reliquæ hominis conditæ sunt*,l.vlt.D.de mort.inf.

Monumentum ædificare, l.3.§.vlt.D.de mort.infer. *ad Monumentum ædificandum*,l.40.§.vlt.D. de cond.& dem. *Monumentum sibi parentibúsque suis in possessionem matris extruere*, l.86. §.vlt.D. de adquir.vel omitt.hered. *Monumentum secundum substantiam & dignitatem defuncti extruere*,l. 27.D.de condicionib.& demonstr. *Monumentum testatori facere*,l.8.§.vlt. & l.26.D.de cõdic. & dem.l.7.D.de ann.legat. *Corruptum & lapsum Monumentum reficere*,l.7. D.de sepul.viol.

Monumẽto lucernã accendere,l.44.D.de manum.test.*in* MONUMẽTO *posita statua*,l.27.D.de iniur.

Nondum functo Monumento, l. 43. D. de rei vindic. *in Monumento inuentus Thesaurus*, l. 4. §. vlt. D. ad L. Iul. peculat.

Monumenta publica, l. 37. D. de iniuriis. *publica* Monumenta *Actorum*, l. 31. C. de donationib.

Monumenta etiam à Terentio, Eunuch. Act. 4. Sc. 6. dicta quæ Græci dicunt, γνωρίσματα, & σκάφανα, Donatus illic notat.

Mora, est cessatio, frustratio, & improba dilatio, vt patet ex l. 3. in fi. l. 17. & l. 21. D. de vsuris. Mora autem, vel *Re ipsa fit*, vel *ex Persona. Re* Mora *fit*, sola ipsa dilatione, solóque temporis cursu, absque vlla denuntiatione, interpellationé ve: quod fauore libertatis, vel minoris ætatis, receptum est. *Fideicommissa hereditate puero data, si puer post diem legati cedẽtem decesserit, ad eius heredes Fideicommissum transmittitur, vtpote, reipsa Mora subsecuta*, l. 3. §. 1. D. de adimend. legat. *In* Minorum *persona, Re ipsa, & ex solo tempore tardæ pretij solutionis*, Moram *fieri*, l. 3. C. in quib. caus. in integr. rest. Cuiusmodi Mora *ex Re* fieri dicitur, l. 32. D. de vsuris, vel *in Re*, vt l. 38. D. eod. tit. *Subuentum Fideicommissariis libertatibus, vt in Re* Mora *facta esse videatur*, l. 26. §. apparet, D. de fideicom. liber. *Si seruo Fideicommissaria libertas præsens relicta sit, Re* Mora *ei fit*, l. 5. D. de minorib. Aliquando *etiam in Re* Moram *esse decerni solet, si fortè non extat qui conueniatur*, l. 23. D. de vsuris. *Qui ob restituẽda quæ abegerat pecora pecuniam accepit, tam pecuniam quàm pecora restituere debet, licet mortua, vel alio fortuito casu periisse dicantur: cum hoc casu, in Rem Mora fiat*, l. vlt. C. de condict. ob turpem caus.

Ex Persona verò, *Mora fieri intelligitur, si interpellatus opportuno loco, non soluerit*, l. 32. D. de vsur. Vnde Paul. lib. 3. Sentent. Tit. vlt. *Moram fieri* videri definit, *cùm postulanti non datur.* Itaque, *nullam intelligi* Moram *ibi fieri, vbi nulla petitio est*, ait Scæuola l. 89. D. de diuers. reg. iur. Quod sic accipiendum est, vt vbi vel nulla ipso iure actio competit, vel exceptione aliqua elidi potest, Mora fieri non censeatur. Non enim *in* Mora *est à quo pecunia propter exceptionem peti non potest*, vt Paul. tradit in l. 40. in fi. D. de reb. credit.

Ceterùm *non omne quod differendi causa optima ratione fit*, Moræ *adnumerandum*, l. 21. D. de vsur.

Moram *facere non videbitur, qui Reipublicæ causa abesse subitò coactus sit, vt defensionem sui mãdare nõ possit, siue in vinculis hostiúm ve potestate esse cœperit*, l. 23. D. eod. tit. *Si quis solutioni quidẽ Moram fecit, iudicium autem accipere paratus fuit, non videtur feciſſe Moram: vtique, si iustè ad iudicium prouocauit*, l. 24. D. eod. tit. Sed & *qui sine dolo malo iudicium prouocat, non videtur* Moram *facere*, l. 63. D. de diuers. regul.

Moram plan è *feciſſe* videtur *qui litigare maluit, quàm restituere*, l. 82. in fi. D. de verbor. obliga. *Mora videtur esse, si nulla difficultas venditorem impediat quominus traderet*, l. 3. §. vlt. D. de actionib. empt.

Mora appellationis, l. 1. C. si tutor vel curat. *Cautionis*, l. 8. D. de collat. bonor. *Contradictionis*, l. 39. D. de excusation. *Iudicij*, l. 23. §. vlt. D. ex quib. caus. maiores. *nonnullas Moras exercitio iudicij habet*, l. 15. D. vt legator. seu fideicommissor. Quintilian. Declamatio. 249. *per illas omnes* Moras *iudiciorum, longas nimium, & pro nocentibus compositas, quid aliud feci quàm vt agerem?* Idem in argumento Declamation. 281. *Inter* Moras *iudicij*. Chirius Fortunatianus lib. Rhetoricorum, *inter Moras iudicij, lex lata est de nouis tabulis.*

Post Moram litis contestatæ, l. 10. C. de præscript. long. temp.

Mora *Solutionis*, l. 22. D. de solutionib. l. 3. C. de executio. rei iud. *Solutionis pecuniæ*, l. 22. D. de donationib. Mora *paucorum dierum*, l. 24. §. colonus, D. locati.

Mora *temporis quod datur iudicatis*, l. 51. D. de pecul. Mora *modici temporis*, l. 21. D. de iudiciis.

Fortuita Mora, l. 26. §. idem Imperator, D. de fideicommiss. libert. *Voluntaria*, l. 8. D. de collat. bonor.

Si per venditorem vini Mora fuerit, quominus traderet, l. 3. §. vlt. D. de actionib. empt. *Si per emptorem & venditorem Mora fuisset, quominus vinum præberetur*, l. 51. D. eod. tit. *Si per mulierem Mora non est, quominus cum filio habitet*, l. 30. §. vxori, D. de legat. 3.

Si ex soluendis vsuris per tanta tempora, Mora per debitorem non fuit, l. 13. D. de vsuris. *Non protinus per debitorem* Mora *facta intelligitur*, l. 32. D. eod. tit. *Heredem in Mora fuisse*, l. 34. §. 1. D. de statuliber. *Si pater in Mora fuit*, l. 49. D. de verbor. obligat. *si ipse in* Mora *non fuit quominus*, &c. l. 21. §. Papinianus, D. de recept. qui arb. *si mulier in* Mora *fuit quominus dotem reciperet*, l. 9. D. soluto matr. *Cùm in Moram promissor esset quominus daret*, l. 8. D. de nouationib.

Moram *facere*, est differre, l. 8. §. 1. D. de condict. furt. l. vlt. D. de recept. qui arbitr. l. 47. & l. 108. §. si seruus, D. de legat. 1. l. 23. §. de illo, D. de oblig. & act.

Moram *facere, in agendo*, l. 56. D. de iure dot. *in iudicio accipiendo*, l. 26. §. si is quem, D. de noxalib. actionib. *id, in quo creditor accipiendo* Moram *fecit*, l. 72. D. de solutionib.

Moram

Moram facere in libertate præſtanda,l.22.§.item ſi,D.de l.Corn.de fal *Si Moram fecerit in nomine reddendo poſſeſſor*,l.17.D.de rei vindicat.*Si libertus Moram in operis fecerit*, l. 44. D. de oper. libert.*antequam Moram in recipienda hereditate faceret*,l.44.D.ad Sc.Trebell.*Moram facere in re reſtituenda*,l.vlt.D.de cõdict.furt.*Morã in ſoluendo fideicommiſſo factam*,l.14.D.de vſuris. *Qui Morã fecit in ſoluendo Sticho*,l.91.§.ſequitur,D. de verbor. oblig l. 58. §. vlt. D. de fideiuſſorib. *Mora facta in Sticho*,l.95.D.de ſolutionib.*ſi promiſſor Stichi Moram fecerit*,l.5.D.de in litem iur.*quamquam ego Moram fecero,quo minus te conuenirem*,l.19.D.de vi & vi ar.*ſi in eo Moram faciat heres,quod nolit exigere*,l.3.§.idem Seruius,D.de ſtatuliber.*Si fideiuſſor ſolus Moram fecerit*,l.32. §. vlt. D. de vſuris. *Si reus Moram fecerit*,l.88. D. de verbor. oblig.*Si quis rogatus ancillam manumittere Moram fecerit*,l.53.D.de fideicommiſſ.libert.*Ex eo tempore quo Moram fecit*,l.40.D.de reb. cred.

Ex quo Mora facta eſt,l.87.§.1.D.de legat.2.*Poſt Moram factam*,l.8. & l.10.D.de eo quod cer. lo.*Quanti interſit Moram factam non eſſe*,l.36.§.vlt.D.de vſufructu.*Semel Mora facta*,l.26.D.ſoluto mat.*Creditori*,l.24.§. mora,D.de vſuris.

Mora autem fieri dicitur,vel perſonæ,vel rei ipſi:Perſonæ, veluti, *Mora per venditorem emptori facta*,l.51.D.de action.emp.*Quantum ad Moram faciendam inferioribus*, l. 30. D. de adquir vel omitt.her.*Quotiens Moram non eſt facturus legatario*,l.47.§.ſed ſi, D.de legat.1. *Cùm patri famil. Mora facta ſit*,l.27.D.de vſuris.*Petenti ſatis Morã non facere*,l.vlt.D.quod legator.*Si Mora Titio,ab herede facta eſt*, l.3.§.1.D.de adimen.legat.*Mora longior fieri creditoribus*,l.1.D.de ſucceſſor.edic.

Rei verò,in hunc modum:*Moram facere Collationi*,l.5.§.vlt.D.de dot.collat. *Si Moram depoſitioni fecit*,l.7.§.quæ autem,D.de adminiſtr.& peric.*Moram facere emancipationi*,l. 92. in fine, D.de condicion.& demonſtr.*Fideicommiſſo*,l.5.§. Imperator, D. vt in poſſ.legat. *Mora fideicommiſſo facta*,l.27.§.1.& l.58.D.ad Sc. Trebell. l.84.D.de legat.2. *Heredis aditio Moram legati petitioni facit*,l.7.D.quan.dies legat.*Legatis Moram facit*,ibidem.

Moram libertati facere,l.10.§.1.D.de alim.vel cibar.l.3.§.non ſolùm D. de ſtatuliber.*Si Moram fideicommiſſæ libertati fecit*,l.41.§.Lucia,D.defideicom. libert.*Mora fieri libertati*, l.26. §. 1. D.de fideicõmiſſ.libert.*præſtãdæ libertati*,l.84.D.de legat.2.*Moram libertati non eſſe faciendam*, l.37. D. de fideicommiſſar. libert. *Mora libertati facta*,l.26.§.1.D.eod.tit.l.1.§.interdum, D. de ſuis & legit.& apud Paul.lib.2. Sẽten. Tit.25.*Poſt Morã libertati factam*,l.1.D.ad Sc.Tertyl.

Moram facere manummiſſioni, l.5.§.1. D. de condict.cau.data. *Moram facere petitioni*, l. 7. D. quando dies,& *legatis*, ibid.*Vbi Moram quis fecit precario*,l.8.§. ſi ſeruitute,D.de precario. *Morã facere reſtitutioni fideicommiſſi*,l.92.D.de condicion.& demonſtr.*Mora facta non eſt reſtitutioni fideicommiſſi*, l. 44. D.ad Sc. Trebell.*Moram fieri ſeruituti*,l.7.§.ita demum,D.de hered.petit. *ſi quis ſolutioni.Moram fecit*,l.24.D.de vſuris *Mora fit ſolutioni*,l.5.§.ſatisfactionis,D. vt in poſſeſſ. legat. *Frumentaria pecunia Moram ſolutionis accipere non debet*,l.2.§.frumentariæ, D. de adminiſtrat. rer.

Si Mora non interceſſit,l.44.§.vlt. D. ad Sc. Trebell. *Poſt Moram intercedentem*, l. 47. D. de actionib.emp.

Qui Moram menſuræ faciendæ non interpoſuit,l.2.C.de pericul. & comm.*Moram interueniſſe*, l. 87.§.1.D. de legat.2.

In bonor.poſſeſſione Moram mater patietur,l.2.§.ſi ſit conſanguinea,D.ad Sc.Tertyll. *Si ancilla Moram patiatur*,l.13.D.de fideic.libert.*Si neceſſariam Moram in itinere Proconſul patiatur*, l.5. D.de offic. Proconſ.*quaſi Moram per heredem patiatur*,l.3.§. 1. D. de ſtatuliberis.*an ex neceſſaria cauſa Moram paſſus ſit*,l.2.§.1.D.de legationib.*diu Moram ab herede paſſus*,l.35.D.de legat.3.*Moram paſſo*, l.15. §. vlt. D. de rei vindicat.

Qui Moram repromiſſæ libertati præſtitit,l.4.C.ſi mancip.ita fuer.alien.vt manum.*libertati præſtandæ Moram quæri*,l.43.D. de liber. cau.

Opera,quorum Mora periculum aliquod allatura eſt,l.5.§.præterea,D.de oper.noui nũt. *Mora deteriores futuræ res*,l.53.D.de hered.pet.*Ea quæ Mora deteriora fiant*,l.5.§.vlt.D. de iure deliber.*Ne Mora deteriora fiant*,l.vlt.D. de requirend.vel abſentib.*Quæ Mora deteriora futura ſunt*,l.7. §.1.D. de ſuſpect.tutor. l.2.§.vlt.D.de collat.bonor.& l.27. D.de reb.auctor.iud.*ex Mora deterius factum ius*,l.8. D.ſi quis cautionib.

Ex Mora vſuras præſtare,l.17.§.ex locato,D.de vſuris,l.92.D.de condic.& dem.

Moram emendare,l.91.§.ſequitur, D. de verbor.oblig. *Purgare*,l.73.§.vlt.D. eod.tit.

Mora extingui,dic.§.ſequitur.*Purgari*,l.14.D. de nouationib.*Purgata Mora*,l. 8. D.eod.tit.

Inter Moras,l.33.D.de rei vindic.l.15.D.de negot.geſt. & l.49.D.de heredit.petit.l. 33. & l. 60.§.quid ergo,D.de ritu nuptiar.l.57.D.ad.Sc.Trebell.& apud Florum lib.3.& Quintiliã. in argumento Declamation. 281.

Mora remotâ, l. 34. §. Imperator, D. de ſtatuliber.

Sine Mora *dimittat vxorem*, l. 24. D. ad l. Iul. de adult. *Liberum ſine* Mora *futurum*, l. 41. §. vlt. D. de manumiſſ. teſtam. *Sine vlla* Mora *reddere*, l. 123. §. vlt. D. de legat. 1. id eſt, *ſine vlla dilatione*, vt l. 57. D. de donat. int. vir.

MORARI, interdum eſt degere & verſari in aliquo loco, vel cum aliqua perſona. *Morari ad ſepulchrum*, l. 13. §. vlt. D. de aliment. vel cibar. *apud originem ſuam*, l. 7. §. interdicere, D. de interdict. & releg. *apud Matrẽ interdum magis, quàm apud patrẽ* Morari *filiũ debere*, l. 1. §. 1. D. de liber. exhibend. *vtrum nepos tuus apud te, an apud patruum ſuum* Morari *debeat*, l. vlt. C. vbi pupill. educ.

Si non expediat pupillum eò Morari, *vbi pater iuſſerit, propter vitium quod pater fortè ignorauit, in eis perſonis eſſe, apud quas* Morari *iußit*, l. 7. §. vlt. D. de annu. lega.

Morari *cum familia in parte domus*, l. 33. D. de legat. 3. *Si* Morarentur *cum matre mea*, l. 20. D. de annu. legat. *Libertus à patrono, in cuius domo Moratur*, l. 11. §. 1. D. de pœnis.

Morari *in cœnaculo*, l. 3. §. Labeo, D. vti poſſid. *in Fundo*, l. 11. §. Ariſto, D. quod vi aut clam. l. 21. D. de precariò. *qui rogauit, vt precariò in fundo* Moretur, l. 6. §. is qui, D. de precar. *Familia quæ in fundo moratur*, l. 27. §. liberto, D. de inſtr. vel inſtr. *Seruus qui in fundo* Morari *ſolitus erat*, l. 82. D. de legat. 3. *Serui qui maiore parte anni* Morari *in fundo conſueuerunt*, l. 18. §. Sabinus, de inſtruc. vel inſtrum. *cùm Actor non in prædiis ſed in ciuitate* Moratus *ſit*, l. 20. §. Idem quæſiit, D. eod. tit. *Mancipia quæ in his prædiis morata fuerunt, vel operis ruſtici cauſa, vel alterius officij*, l. 78. §. prædia, & l. 93. §. quidam, D. de legatis 3. Morans *in eo loco vbi appellauit*, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 33. *ne intra patriæ territorium vel muros* Morentur, l. 7. §. ſolet, D. de interdict. & relig. *ne in vicis quibuſdam* Morẽtur, ibidem. Morari *in prouincia*, in reſcripto Traiani ad Plinium Epiſt. 65. lib. 10. *In vrbe*, l. 2. D. qui & à quibus. *neque in vrbe, neque alibi vbi Imperator eſt* Morari, l. 2. §. miles, D. de his qui not. infam. Id eſt, *agere*, vt, l. 13. §. miſſionum, D. de re milit.

Morari *in poſſeſſione*, l. 7. D. ad l. Iul. de vi priua.

Morari *in vinculis*, l. 5. C. famil. erciſc.

Morari *Romæ*, l. 20. D. de oper. libert. l. 3. D. de Senatorib. *Si ſerui qui Morari ſolebant*, l. 12 §. ſed ſi fundus, D. de inſtruc. vel inſtrum.

Arbitrium Morandi vbi velis, l. 22. D. ad municipal. Morandi *vbi velint poteſtatem*, l. 3. C. de re milit. lib. 12.

Ceſſationis nomine, in qua, quoad viuit, Moratus *eſt*, l. 1. D. de operib. public. *Si paßi ſint creditores heredem in hereditate* Morari, l. 31. D. de reb. auctor. iud.

Morari *in libertate*, l. 12. & l. 24. §. 1. D. de liber. cauſa, & l. 38. D. de adquir. poſſeſſ. l. 31. §. 1. D. de vſurpationib. l. 29. D. de manum. teſtam. l. 16. §. 1. D. de bon. libert. l. 30. §. vlt. D. de fideicom. libert. l. 1. & l. 2. C. de long. temp. præſcr. l. 2. C. de ſenten. & interl. l. 1. C. de remiſſio. pig. l. 4. C. de fideicommiſſ. libert. *Diu Moratus in libertate*, l. 3. §. ſi ſeruus, D. de adquir. poſſeſſ.

Morari in lucro, l. 10. §. hæc, D. quæ in fraud. cred. & contrà *Morari in damno*, l. 11. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. l. 49. D. famil. erciſc. l. 1. C. de reputationib.

Aliâs, Morari, eſt Moram facere, ſeu differre. *Moratur præſtare*, l. 84. D. de legat. 2. *ſi* Moratus *ſit tantùm*, l. 91. §. ſequitur, D. de verbor. oblig.

Morari, aliàs eſt remorari, ſuſtinere, & retardare. *Morari cognitionem*, l. 7. C. de his qui accuſa. non poſſ. l. 20. C. ad l. Cornel. de fal. *Die veniente libertatis quæ hereditatem* Moratur, l. 9. §. ſi ſeruus, D. de hered. inſtit. *ſi petitionis dies* Moraretur, l. 5. §. 1. D. vt legator. *Solutionem* Moratur, l. 7. §. vlt. D. de dote præleg. *Quos Moratur religio*, l. 36. D. de fideicommiſſ. liber.

MORATORIA *Appellatio*, apud Paul. lib. 5. Sẽtent. Tit. 34. *Cautio*, l. 5. §. vlt. D. de cẽſib. *Cunctatio*, l. 7. §. 1. D. adminiſtr. & peric. *Præſcriptio*, l. 2. C. de precib. Imperat. offer. *Moratoria præſcriptio*, interprete Aniano in lib. 1. C. Theod. Titul. 2. eſt, *quæ cauſam prolongat, hoc eſt quando inducias à litigatore petuntur à iudice*. Sic, Moratoriæ *ambages*, l. 14. §. 1. C. de compenſationib.

MORBVS, *eſt habitus cuiuſque corporis contra naturam, qui vſum eius ad id facit deteriorem, cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit*, l. 1. §. ſed ſi ſciendum, D. de ædilic. ed. Cuius definitionis auctorem Vlpianus ibidem Sabinum laudat: at Agellius lib. 4. cap. 2. eam ex Cælio Sabino Labeoni adſcrit, acceptámque fert. Inter *Morbum* porrò & *Vitium* differẽtiam intercedere Modeſtinus tradit in l. 101. §. verum, D. de verbor. ſignific. his verbis. *Verum eſt* Morbum *eſſe tẽporalẽ corporis imbecillitatẽ: Vitium verò perpetuũ corporis impedimẽtum*, l. 101. §. verum, D. de verbor. ſignific. Agellius lib. 4. cap. 2. *non prætereundum eſt, id quoque in libris veterum iuriſperitorum ſcriptum eſſe,* Morbum, *& Vitium diſtare: quòd Vitium, perpetuum,* Morbus, *cum acceſſu diſceſſúque ſit. Sed hoc ſi ita eſt, neque Cæcus neque Eunuchus,* Morbus *eſt, contra* Labeonis *quam ſupra dixi ſententiam.*

tiam. Ex Labeone enim paulo antè posuerat, *Balbum & Atypum Vitiosos* potius quàm *Morbosos* esse, & *equum mordacem, aut calcitrosum, Vitiosum, non* Morbosum: additque, *sed cui* Morbus *est, is etiam Vitiosus est. Neque id tamen contrà, potest qui Vitiosus est, non* Morbosus *esse.* Nonius Marcell. *Morbū à Vitio prudētia veterū sic voluit separari, vt sit* Morbus, *cùm accessu* (sic enim Vet. cod. habet) *aut tēporis vtique aut contagij. Vitiū, perpetua & insanabilis, atque irreuocabilis causa:* & ita, *Morbus, Vitiúmve & in seruis & in iumētis separatur*, l. 35. & l. 48. §. 1. D. de ædilic. edic. Quāquā Adiles *Morbū*, & *Vitiū*, bis κατὰ τὸ αὐτὸ tollēdæ dubitationis gratia, dixisse, Vlpian. existimat, l. 1. §. sed si, D. de ædilic. edic. *Morbi appellatio, in Edicto Ædilium, non videtur pertinere non ad corpora*, l. 4. §. idem Pomponius, D. de ædilic. edic. *Morbum esse, sine voce esse, apparet* l. 9. D. eod. tit. *Furor* quoque *Morbus* dicitur, l. 14. D. de offic. præsid. l. 22. §. si maritus, D. sol. matr. l. 2. §. si non propter, D. si quis cautio. Interpres Euripidis in Orestem, πάθη à Græcis dici τὰ συμπίπτοντα τοῖς σώμασι νοσήματα. *Comitialis Morbus*, l. 53. D. de ædilic. edic. vide S. lib. 3. *Morbus Sonticus, qui cuique rei gerendæ impedimento est*, l. 113. D. de verbor. signif. l. 46. D. de re iudic. l. 4. §. illud, & l. vlt. D. de ædilic. edic. l. 60. D. de re iudic. & apud Plinium lib. 36. cap. 19. & Agell. lib. 16. cap. 4. & lib. 20. cap. 1. Vide plura ꝯ. lib. 17.

Morbi perpetui, & contrà, *Temporarij*, l. 6. D. de ædilic. edic. *Morbus qui perpetuus est, non qui tempore finiatur*, l. 65. §. 1. D. eod. tit. *qui Morbo perpetuo tenetur*, l. 54. D. de procuratorib.

Morbus desinere, &, *minui*, l. 14. §. quod Pedius, D. de ædilic. edic.

Morbosvm, Festus interpretatur, *Morbo aliquo adfectum. Morbosus*, &, *Sanus opponuntur*, l. 6. §. vlt. & l. 11. D. de ædilic. edic. *Morbosi* qui censeantur vel non, vide, l. 6. §. 1. & §. vlt. l. 7. l. 9. l. 10. §. 1. l. 11. l. 12. cum suis. §§. l. 13. l. 14. in prin. & §. si quis ante, D. eod. tit. *Morbosa mancipia*, &, *non* Morbosa, l. 35. D. de ædilic. edic.

Atque vt *Morbus à Vitio*, ita *Morbosus* à *Vitioso* separatur, l. 6. §. vlt. D. de ædilic. edic. *Mancipiū Morbosum, vel Vitiosum*, l. 51. D. eod. tit.

Morbosum pecus, l. 13. D. de act. emp. *quidam Iumenta pauida & calcitrosa* Morbosis *non esse adnumeranda dixerunt. Animi enim, non corporis, hoc vitium esse*, l. 4. §. idem Pomponius, D. de ædilic. edic.

Mori, propriè est vita decedere. Ideóque *in insulam deportato reo promittendi, stipulatio ita cōcepta, Cùm* Morieris *dari? non nisi moriente eo, committitur*, l. 121. §. in insulam, D. de verbor. oblig. Quinetiam *si quis hereditatem cùm* Moreretur *restituere rogatus sit, etiam si in insulam deportatus sit, fideicommissi condicio ante Mortem existere non intellegitur*, l. 77. §. hereditatem, D. de legat. 2. l. 48. §. vlt. D. de iure fis.

Aliàs tamen, *deportatum patronum* Mortui *loco haberi*, traditur l. 4. §. si deportatus, D. de bon. libert. *Deportatos* Mortuorum *loco habendos* ait Vlpian. l. 1. §. vlt. D. de bonor. poss. cont. tab. *pro* Mortuo *habetur*, is cuius vniuersa bona publicantur, *cùm in eius locum alius succedat*, l. 65. §. publicatione, D. pro socio Ac planè *interire homines Maxima & Media capitis deminutione*, æquè atque Morte, dicuntur, l. 63. §. vlt. D. pro socio. *Pro Mortuo habetur exheredatus*, l. 1. D. de coniung. cum eman.

Ceterùm ad interpretationem l. vlt. D. quando dies leg. ced. & l. 1. §. si ab ipso, D. de collatio. bonor. pertinet, quod Agellius lib. 6. cap. 13. quæsitum narrat. *quando Moriens moreretur, an, cùm iam in Morte esset, an, tùm etiam cùm in vita foret.* addítque, *quosdam,* Moriendi *verbum atque momentum, manente adhuc vita, dici atque fieri putauisse. Alios, nihil, in eo tempore, vitæ reliquisse: totúmque illud, quod Mori dicitur, Morti vindicasse. Sed Plato*, inquit, *noster, neque vitæ id tempus, neque morti dedit, sed peperit, expressitque quoddam nouum in confinio tempus, quod verbis propriis* τὴν ἐξαίφνης φύσιν, *id est, repentinam naturam, appellauit. Si impatientia doloris, aut tædio vitæ, aut Morbo, aut furore, aut pudore mori maluit*, l. 6. §. qui se, D. de re milit. l. 34. D. de testam. milit. l. 6. §. eius qui, D. de iniusto rup.

Si quis Moriens dixisset, l. 3. §. 1. D. de Sc. Sylan. *Non tam* Mortis *causa, quàm Morientem donare*, l. 42. §. vlt. D. de mort. cau. donat.

Peregrè Mortuus, l. 14. §. fundus, D. de religios. & sumpt. *Ex plāgis* Mortuus, l. 52. D. ad l. Aquil. *Frigore Mortuus*, l. 14. §. 1. D. de præscript. verb. *Pariter* Mortui, l. 16. D. de reb. dub.

Si Mortuum *fuerit iumentum*, l. 38. §. 1. D. de ædilic. edic.

Mortuo *boue*, l. 49. D. de legat. 2.

Mori autem non res tantùm animales dicuntur, sed & quæ anima carent. *Mortuæ Vites*, l. 4. D. de censib.

Nec corporales modò res, sed & incorporales *Mori* dicuntur, veluti *Mori lis*, l. 1. §. 1. & l. 3. §. vlt. D. quæ in fraud. credit. id est, *legitimis transactis temporibus perire*, vt loquitur l. 18. §. dolo,

D. de dolo. *lite mortua*, l. 2. D. iudic. fol. *Moritur Peculium*, l. 40. D. de peculio.

In re Mortua *impendere*, id est in re quę paulo momento duratura, vel breui peritura est, l. 7. §. 1. D. de donationib. int. vir.

Mors propriè est σώματος καὶ ψυχῆς διάλυσις, vt Agell. lib. 2. cap. 8. tradit, id est, vt Cic. 1. Tuscul. exponit, *discessus animæ à corpore*. Eáque vera & naturalis mors est: ad cuius similitudinem, alij quoque casus admissi sunt, qui mortis vicem repræsentant, qualis est, *aquæ & ignis interdictio*, l. 29. §. & quid si tantum, D. de liber. & post. *Morti seruitus adsimulatur*, l. 59. D. de condicion. & demonst. *Morti dissimilis non est manumissio*, l. 46. D. de furtis.

Cùm Mors ei contingit, l. 1. §. 1. D. de legat. 3. *Si* Mors *contigisset*, l. 29. D. de mort. cau. donat. *cùm* Mors *fuerit insecuta*, l. 2. D. de mort. cau donat. *si* Mors *non fuit insecuta*, l. 13. D. de donat. int. vir.

Mortis *causa alienatio facta*, l. 1. §. 1. D. si quid in fraud. cred. *rem quam* Mortis *causa acceperat*, l. 19. D. de mort. cau donat.

Mortis *causa capere*, l. 9. & l. 12. D. de mort. cau. donationib. *Mortis causa capitur, cùm, propter mortẽ alicuius, capiendi occasio obuenit, exceptis his capiendi figuris, quæ proprio nomine appellantur. Certè enim & qui hereditario, aut legati, aut fideicommissi, iure capit, ex* Morte *alterius nanciscitur capiendi occasionem: sed quia proprio nomini hæ species capiendi appellantur, ideò ab hac definitione separantur*, l. 31. D. de mort. cau. donat. Mortis *causa capitur pecunia, quam statuliber, aut legatarius, alicui condicionis implendæ gratia numerauit: item ea, quam quis in hoc accepit vt, vel adeat hereditatem, vel non adeat, vel, vt legatum omittat.* Sed & *dos quam quis in mortem mulieris à marito stipulatur, capitur* Mortis *causa*, dic. l. 31. §. fine. *Quod condicionis implendæ causa, vel à coherede, vel à legatario, vel à statulibero datur,* Mortis *causa capitur. sanè si à statulibero peculiares nummos accipiat, pro sua parte, non* Mortis *causa capere, sed hereditario iure eos habere, intelligitur*, l. 36. D. ad leg. Falcid. *Qui pretio accepto hereditatem prætermittit,* Mortis *causa capere videtur. Nam & quod à statulibero, condicionis implendæ causa capitur, vel à legatario,* Mortis *causa accipitur: & quod pater dedit propter* Mortem *filij, vel cognati,* Mortis *causa capitur*, l. 8. D. de mort. cau. donat. *Si cui fundus legatus est: si Callimacho cum quo testamenti factionem non habebat ducenta dedisset: quod ad talem personam peruenturum est, non Testamenti nomine, sed Mortis causa capitur*, l. 55. D. de condicionib. & demonstrat. *si is cui libertas relicta est, iussus sit heredi dare centum, heres* Mortis *causa eam accepturus est*, l. 18. §. vlt. D. qui & à quib. *si ab initio ita legatum datum sit, Si penum nõ dederit, decem dato: Penus si datur,* Mortis *causa capitur*, l. 1. §. item si, D. ad l. Falcid. *eum qui, vt adiret hereditatẽ, pecuniam acceperat,* Mortis *causa capere*, l. 21. D. de mort. cau. donat. Mortis *causa capimus, non tunc solùm cùm quis suæ* Mortis *causa nobis donat, sed & si propter alterius Mortem id faciat*, l. 18. D. eod. tit.

Donare & Mortis *causa, & non Mortis causa*, l. 7. §. vlt. D. de donationib. l. 53. l. 56. D. de donat. int. vir. l. 13. § pater, D. de legat. 3. *Donationum duo sunt genera,* Mortis *causa, &, non* Mortis *causa.* Mortis *causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem; cum quis ita donat, vt si quid humanitus ei contigisset, haberet id qui accipit: sin autem superuixisset is qui donauit, reciperet: vel si eum donationis pœnituisset, aut prior decesserit, is cui donatum sit,* Institution. de donationib. *Mortis causa donationum tres sunt species: vna, cùm quis nullo præsentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione* Mortalitatis, *donat: Alia, cùm quis imminente periculo commotus ita donat, vt statim fiat accipientis.* Tertium genus est, *si quis periculo motus, non sic det, vt statim fiat accipientis: sed tunc demum cùm Mors fuerit insecuta*, l. 2. D. de mortis cau. donat. Mortis *causa donare licet, non tantùm infirmæ valetudinis causa: sed periculi etiam propinquæ mortis, aut nauigationis ineundæ, aut si per insidiosa loca iturus sit, aut si ætate fessus*, l. 3. l. 4. & 5. D. eod. tit. *id quod* Mortis *causa donatur, aut in periculum* Mortis *datur, aut cogitationem Mortalitatis, quod nos quandoque morituros intelligimus*, l. 31. §. fine, D. eod. tit. *Donatio quæ* Mortis *consilium ac titulum haberet*, l. 42. D. eod. tit. Vetus Glossarium Græc. *Donatio causa Mortis*, ἐπὶ θανάτου δωρεά.

Certam pecuniam Mortis *causa promitti curauit*, l. 52. §. vlt. D. de donation. int vir. *debitor cui* Mortis *causa pacto debitum remissum est*, l. 15. D. ad l. Falcid. Mortis *causa stipulatio existimatur fieri*, vt Festus lib. 11. ex Antistio Labeone tradit, *quæ ita fit, vt morte promissoris confirmetur*, (vt in specie l. 34. D. de mort. cau. donat.) *aut vt quidam dixerunt, cui ius stipulationis* Mors *fuit causa.*

Mortis *causa seruum manumitti posse*, videlicet in extremum tempus vitæ manumissoris collata libertate, l. 15. D. de manumissionib.

Mortis cogitatio, l. 35. D. de mort. cau. donat. *Terror*, l. 3. D. quod met. cau. *periculum propinquæ* Mortis, *vel ab hoste, vel à prædonibus, vel ab hominis potẽtis crudelitate aut odio*, l. 3. D. de mort. cau. do.

Mortis *pœna*, l. 1. D. de bonis eor. qui sibi, quæ videlicet damnato *vitam adimit*, vt loquitur l. 6. §. vlt. D. de pœnis. Mortis *proditæ indicium*, l. 39. D. ad l. Falcid. *Sollemnia Mortis peragant*, l. 44. D. de manum. test.

Mortem ſibi conſciuiſſe dicuntur, qui ſibi manus intulerunt, Rubr. de bon. eor. qui ante ſentent. vel mort. ſibi conſciu. l. 6. §. eius qui, D. de iniuſt. rup. *qui ſe vulnerauit, vel alias Mortem ſibi conſciuit*, l. 6. §. qui ſe, D. de re milit. *qui metu accuſationis Mortem ſibi conſciuerint*, l. 28. D. de bon. libert. *qui Mortis conſciſcendæ cauſa quid fecerit*, l. 23. §. excipitur & ille, D. de ædilic. edic.

Mortem Obire, l. 14. D. de iure codicillor. l. 7. D. ſi tabul. teſtament. l. 14. D. de his quæ vt indign.

Morte ſecuta, l. 18. §. Titia, l. 40. D. de mort. cau. donat.

Morte præuentus, l. 13. §. ad heredes, D. de iure fiſci. l. 21. §. vlt. D. de annu. leg. l. 29. D. de mort. cau. donat.

Sua More decedere, l. 28. D. de bon. libert.

Mortes Parentium, l. 17. D. de ritu nupt. *Seruorum*, l. 18. D. commodati. *Seruorum ceterorúmque animalium*, l. 30. D. ad L. Falcid. *Animalium caſus, mortes, quæque ſine culpa accedunt*, l. 23. D. de diuerſ. regul. *Mortales res*, l. 11. §. ſi locupleti, D. de minorib.

MORTALITATEM Iuriſconſulti pro morte & naturali fato dicunt, l. 22. D. ad Sc. Trebell. l. 15. D. quando dies legat, l. 26. D. de fideicommiſſar. libert. l. vlt. de domeſt. & protect. in C. Theod. *cùm mariti Mortalitas interuenit*, l. 2. D. de pact. dotal. *Cùm quis ſola Mortalitatis cogitatione donat*, l. 2. D. de mort. cau. donat. *In cogitationem Mortalitatis datur*, quod nos quandoque morituros intelligimus, l. 31. §. ſine, D. de mort. cau. donat. *Medico imputari euentus Mortalitatis non debet*, l. 6. §. ſicuti, D. de offic. præſ. *Turbato ordine Mortalitatis*, l. 15. D. de inoff. teſt. *Seruitutem Mortalitati ferè comparamus*, l. 109. D. de diuerſ. reg. iur.

Mortalitatem præſtare, l. 40. D. de hered. pet.

Extinguitur crimen Mortalitate, l. vlt. D. ad L. Iul. maieſt. *Mortalitate filij præuenta mater*, l. 2. §. confeſtim, D. ad Sc. Tertyl. *Si res deterior facta ſit Mortalitate*, l. 24. D. quæ in fraud. cred. *Mortalitate ſubtractis ſeruis, vel pecoribus*, l. 19. D. de vi & vi arm.

MORTIFERVM dicitur *quod mortis cauſam præſtat*, vt loquitur l. 7. §. ſed ſi quis ſeruũ, D. ad L. Aquil.

Mortiferum vulnus inflixiſſe cẽſentur, non ſolùm qui *ita vulnerauerint vt confeſtim vita priuarent, ſed etiam hi quorum ex vulnere certum eſſet aliquem vita exceſſurum*, l. 51. D. ad L. Aquil. *Si alius Mortifero vulnere percuſſerit*, l. 11. §. Celſus, D. ad L. Aquil.

MORTIFERE *vulnerare*, l. 36. §. 1. D. ad L. Aquil. *Vulneratus*, l. 15. §. vlt. D. eod. tit. l. 1. §. vlt. D. de Sc. Silania. l. 3. D. de cõdic. triticiar. id eſt, *ita vulneratus vt eo ictu certum eſſet moriturum*, vt l. 51. D. ad L. Aquil. & contrà, *vulneratus ſeruus non Mortiferè*, l. 30. §. vlt. D. ad L. Aquil.

MORIO. *ſi ita fatuum, vel Morionem vendiderit, vt in eo vſus nullus ſit*, l. 4. §. idem Pomponius, D. de ædil. edic. Martial. Epigr. 13. lib. 8. *Morio dictus erat, viginti Milibus emi. Redde mihi nummos, Gargiliane, ſapit. Morionum* etiam idem meminit Epigr. 80. lib. 3. & Epigr. 39. lib. 6. D. Auguſt. lib. 1. contra Pelagian. *Ipſos quoque fatuos videmus, quos vulgò Moriones vocant, ad cordatorum delitias adhiberi, & in mancipiorum æſtimatione, pretioſiores eſſe cordatis.* Fit & Morionũ mentio apud eumdem lib. contra Donatiſtas poſt collation. Iſidor. lib. 9. Origin. *Morio, à morte* vocatus, eo quòd non vigeat intellectu.

MOROSE *abſtinere*, l. 6. §. non verò, D. de offic. præſid. id eſt, cum faſtidio & difficultate.

Mos eſt diuturna & inueterata conſuetudo. Feſtus, *Mos eſt inſtitutum patrium, pertinens maximè ad religionem, cæremoniáſque deorum antiquorum.* Seruius in 7. Æneid. Varronẽ tradere ſcribit, *Morem* eſſe *communem conſenſum omnium ſimul habitantium: qui inueteratus, Conſuetudinem facit.*

More noſtræ ciuitatis, neque pupillus, neque pupilla, ſine tutoris auctoritate obligari poſſunt, l. 8. D. de adquir. vel omit. *Tutelæ damnari non Natura probrum eſt, ſed More ciuitatis*, l. 42. D. de verb. ſign. *Ex lege ciuitatis ſuæ, vel More*, l. vlt. §. mixta, D. de munerib. & honor. *Munus eſt, quod neceſſariò obimus lege, More*, l. 214. D. de verbor. ſignif.

Iudicem dare poſſunt hi quibus id More conceſſum eſt propter vim imperij, l. 12. §. 1. D. de iudiciis. *Secundum Morem prouinciæ*, l. 7. §. quæ autem, D. de adminiſt. & peric. *More prouinciarum*, l. 9. D. de extraord. crimin.

Mos Regionis, l. 1. §. vlt. D. de inſpicien. ventr. l. 1. D. de vſuris, l. 39. §. 1. D. de legat. 1. l. 34. D. de diuerſ. reg. l. 8. C. de locato.

More Romano dies à media nocte incipit. l. 8. D. de feriis. *Valde inhumanus Mos eſt iſte, quo retinentur conductores vectigalium publicorum, & agrorum*, l. 3. §. cùm quinquennium, D. de iure fiſci.

Moris eſt, l. 9. D. de pœnis, l. 4. §. ingreſſum, D. de offic. Proconſ. l. vlt. D. de munerib. & ho. l. 7. §. his qui, D. de interdict. & releg. l. 15. C. ex quib. cauſ. infa. l. 3. C. de iure reipubl. lib. 11. id eſt, *vſitatum eſt*, vt loquitur l. 32. §. Lucius, D. de adminiſt. & peric. *quæ Moris ſunt & Conſuetu-*

dinis, l.31.§.qui ad Senat.D.de ædil.edic.*Nec in cuiuſquam iniuriam beneficia tribuere* Moris *eſt noſtri*, l.4.C.de emancipat.liber.

More *maiorum ita comparatum eſt, vt is demum iuriſdictionem mandare poſsit, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio, haberet*, l.5. D. de iuriſdictione. *More maiorum iuriſdictionem quidem transferri, ſed merum imperium quod lege datur non poſſe tranſire*, l.1.§.qui mandatam, D.de offic.eius cui mand. *Saluo* More *Maiorum*, l.11.D.de iuſtit.& iur.*quos More maiorum, ſine fraude, in ius vocare non licet*, l.26.§.ait, D.ex quib.cau.maior. *Si talis ſit maritus, quem* More *maiorum lugeri non oportet*, l.35.D. de religioſis. *Pœna parricidij More maiorum hæc inſtituta eſt*, l.9.D.de L. Pomp. de parric. Apuleius lib.10.*Extremæ pœnæ quæ* More *maiorum in eum competit.*

More inſanorum, l.4.D.de ædilic.edic. *More militiæ teſtamentum feciſſet*, l.33.D.teſtament. milit.

More *Iudiciorum, Conuenire*, l.10.C.de procuratorib. *Exigere*, l.14.C.de pactis, *Perſequi*, l.14. C.de pactis, l.2.C.de probationib.l.3.C.ſi quis alteri vel ſibi.l.4.C.ne de ſtatu defunct.

More *iudiciorum cauſa tractabitur*, l.4.C.de accuſationib. *Cauſa interpoſitæ pronocationis, iudiciorum* More *examinanda eſt*, l.15.C.de excuſationib.tutor. *Solemni* More *accuſationem inſtituere*, l.3. C.ad L.Iul.de vi publ.

More *ſolito actiones per iudicem exercere*, l.1.C.de ſeruitutib. *Conuenire*, l.3.C.de priuileg.fiſ. *Deſiderare*, l.50.D.de manumiſſ.teſt. *Exigere*, l.4.C.de in lit.iuran. *Experiri*, l.3.C.de iniuriis. *Perſequi*, l.14.C.ad L.Iul.de adult.

More pronuntiatum eſt, l.7.D.de in integr.reſtit.id eſt, de more.

Exſoluendis ex More vſuris, l.13.D.de vſuris.

Aqua ex vetere More, *atque obſeruatione, per certa loca profluens*, l.7.C.de ſeruitutib. *Morem hunc, & conſuetudinem ſemper obſeruatam ſecutus*, l.32.§.Lucius, D.de adminiſtr.& peric.

Viri boni More *agentes heredes*, l.21.D.de ſtatuliber.

Si quid in rebus filiorum vtiliter, & probabili More, *impẽdiſti*, l.13.C.de neg.geſt. *Proxenetæ vtiles, non adeo improbabili More, ſe exhibẽt*, l.vlt.D.de proxeneticis. *ſi improbato More verſatus ſit in celanda ſeruitute*, l.1.§.vlt.D.de act.empt.

Malo More pecunia erogata, l.19.§.1.D. de neg.geſt.

Malo More geſtum dicitur, ſi pro comperto ſtupro quid accipiatur, l.8.D.quod met.cau. *Litis cauſa malo* More *promiſſa pecunia, ſi ſuſpenſa lite, ſocietatem futuri emolumenti cautio polliceatur*, l.1. §.ſi cui cautum, D.de extraord.cognit. *Peſsimo More*, Septimius Romanus, lib.2.Dictis Cretenſis. *Prædonio More verſari*, l.25.§.de eo, D.de hered.pet.

Mos ei gerendus eſt, l.71.D.de rei vindic. l.5.D. famil. erciſc. id eſt, ei obtemperandum eſt. *Morem ei geri*, l.14.D.de probationib.

Morvm appellatione, quemadmodum Quintilian.lib.6.cap.3. tradit, *omnes habitus mentis* continentur.

Mores vel ſingulorum ſunt, vel publici. *Mores grauiores*, ſeu *Maiores*, inter virum & vxorem, adulteria tantùm, leuiores, ſeu *Minores*, omnes reliqui, Vlpian.Tit.7.Regular. *An* Maritus *pudicè viuens, mulieri quoque bonos Mores colendi auctor fuerit*, l.13.§.iudex, D.ad L. Iul. de adulter. *cur improbet maritus* Mores, *quos ipſe aut antè corrupit, aut poſtea probauit?* l.47. D.ſoluto matr. *Serò maritus accuſat Mores, quos vxorem ducendo probauit*, l.13.§.ſed & ſi qua, D.ad L.Iul. de adulter. *Viro atque vxore* Mores *inuicem accuſantibus*, l.39.D.de ſolut.matr. *Conuenire ne de Moribus agatur*, l.5.D.de pact.dotal.

Actio de Moribus inter coniuges, l.vn. C.quando crimin.act. l.vn.victum ciuilit.criminal. ag.in Cod.Th.& l.vlt.de inceſt.nupt.eod.Cod.& apud Marc.Senec.Controuerſ.2.lib.2.& Declamat.2.lib.7. *Iudicium de* Moribus, Rubr.de repudiis, & iudicio de Morib.ſublato C. *ob* Mores *retentio dotis*, l.vn.§.taceat, C.de rei vxor.act. *Retentiones ex dote fiunt propter Mores*, Vlp. Tit.7.Regular. *Morum* autem nomine, vel *ob Mores*, retentio fieri olim dicebatur, cùm propter malos & improbatos vxoris ſuę Mores, qui diſcidij cauſam præſtitiſſent, maritus partem ex dote retinebat. *Heres Morum coërcitionem non habet*, l.15.§.1.D.ſol.matr.

Matrem*familias faciunt boni Mores*, l.46. §.vlt.D. de verb. ſignif. *quamdiu prodigus ſanes* Mores *receperit*, l.1.D.de curatorib.furioſo.

Moribus *pupilli præponitur tutor*, l.12.§.cùm tutor, D.de adminiſtr.& peric.

Propter nequitiam Malóſque Mores, l.43.§.mortis, D.de ædilic.edic. *Malorum Mores infirmitas animi non excuſat*, l.1.C.ſi aduerſ.delict.

Atque hæc de priuatis Moribus. Sunt & *Mores publici*, vt Paulus libro quinto Sentent.

Sentent. Tit.21. in Edicto de iniuriis, quod ait Prætor, *qui aduersus bonos Mores conuicium cui fecisse dicetur, Labeo ait sic accipiẽdum, non eius qui fecit, sed generaliter accipiendum, aduersus bonos Mores huius ciuitatis*, l.15.§.quod ait prętor, & §.adiicitur, D.de iniuriis. *quas res Mores ciuitatis commercio exuerunt*, l.34.§.1.D.de cõtrah.empt. *Moribus ciuitatis, & vsu, rerum appellationem mutatam*, l.7.D.de supellect.leg. *Secundum Mores locorum*, l.2.C.quemadm.test.aper.

Mores autem hi, vel *Boni* sunt, vel *Mali*. *Exceptio quæ patroni parentísve opinionem apud bonos Mores suggillet*, l.4.§.aduersus, D.de doli except. *Bonis Moribus conuenit reuerentiam vxori manumissoris præbere*, l.1.C.de in ius voc. *Si mulier ab eo in cuius matrimonium conueniebat, stipulata fuerit ducenta, si concubinæ, tempore matrimonij, consuetudinem repetisset, ex bonis Moribus concepta*, l.121. §.1.D.de verb.oblig. *Si liberis sublatis reuersa post iurgium per dissimulationem mulier, veluti venali concordia, ne dotata sit, conueniat, conuentio, secundum ordinem rei gestæ, Moribus improbanda est, Ea stipulatio est*, l.27.D.de pactis dotalib. *Aduersus bonos Mores festinasse dicitur qui proximæ cognatæ viuentis bona donauit*, l.29.§.vlt.D.de donationib. *Aduersus bonos Mores adtemptare intelligitur, qui blanda oratione alterius pudicitiam adtemptat*, l.15.§.appellare, D. de iniuriis. *qui seruum alienum aduersus bonos Mores verberauisse dicetur*, l.15.§. prætor ait, D.de iniuriis. hoc quid sit, explicatur eadem l.§.adiicitur.

Vim accipimus atrocem & eam quæ aduersus bonos Mores fiat, l.3.D.quod met.cau. *Vim atque Metum comprobare contra bonos Mores est*, l.116.D.de diuer.regul. *Fit iniuria contra bonos Mores, veluti si quis fimo corrupto, aliquem perfuderit, cœno, luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistulas, lacus quidve aliud ad iniuriam publicam contaminauerit*, l.1.§.1. D. de extraord. criminib. & apud Paul. lib.5. Sentent. Tit.4. *Si conuenerit dolum non esse præstandum, hæc conuentio contra bonos Mores est*, l.1. §. si conuenerit, D.depositi. *Si contra Mores bonos aliquid mandare voluerimus, hoc est, si cuicumque mãdemus, vt alicui furtum faciat, aut homicidium, aut adulterium admittat*, Gaius in Institutionib. Tit. 17. *Contra bonos Mores est Mandatum, veluti si Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de iniuria facienda tibi mandat*, §. illud quoque, Instit.de mandato. *Si paciscatur Maritus ne in id quod facere possit condemnetur, sed in solidum, contra bonos Mores id pactum esse*, l.14.§.vlt.D.solut.matr. *Pacta quæ contra bonos Mores fiunt, nullam vim habent*, l.6.C.de pactis. *Pacta inita de aduentura hereditate viuẽtis, vt contra bonos Mores inita repelli*, l.vltim. C. eod.titul. *Contra bonos Mores de successione futura interposita fuit stipulatio*, l.4. C. de inutilib. stipulat. *Stipulatio contra bonos Mores interposita ab eo qui mercalem vxorem habet*, l.5.C.de condict.ob turp.caus. *Non secundum bonos Mores interposita est stipulatio, qua vinculo pœnæ matrimonia futura obstinguntur*, l.134. D. de verborum obligat.

Si quis scripserit testamento fieri quod contra bonos Mores est, veluti turpe aliquid, l.112. §.si quis, D. de legat.1. *Condiciones quæ contra bonos Mores sunt*, l.14.D.de condicion.instit.quales sunt hæ, *si ab hostibus patrem suum non redemerit, si parentibus patronóve alimẽta non præstiterit*, l.9.D.eod.tit. *Litem te redemisse contra bonos Mores manifestè precibus professus es*, l.15.C.de procuratorib. *Vociferatio quæ bonis Moribus improbatur, quæq; ad infamiam vel inuidiam alicuius spectat*, l.15.§.sed quod adiicitur, D.de iniuriis. Apuleius lib.7.de Asino aur. *An ignoras eos etiam qui morituris auxilium salutare denegarunt, quod contra bonos Mores idipsum fecerunt, solere puniri?*

Moribus nostris non conuenit filium temporalem habere, l.34.D.de adoptionib.

Moribus temporum congruentem sententiam, l.3.C.de nuptiis.

Bonis autem *Moribus, Mali*, aduersantur. Plautus Trin.Act.2.Sc.1.

Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam,
Magis queis sunt obnoxiosi, quàm parentes liberis.
Eæ Miseræ etiam ad parietem sunt fixæ clauis ferreis,
Vbi malos Mores adfigi nimio fuerat æquius.
Atque vtinam veteres Mores, veterésque parsimoniæ
Potius maiori honori hic essent, quàm Mores Mali. Et mox,
Hostem esse atque inimicum hominum, morúmque malorum. vulgatum illud, *Ex malis moribus bonæ leges ortæ.*

Moribus corrigendis præficiuntur hirenarchæ, l.vlt.§.hirenarchæ, D.de muner.& honor.

MORES, Vlpian. Tit.1.Regular. definit *tacitum consensum populi, longa consuetudine inueteratum. ex non scripto ius venit quod vsus comprobauit. Nam diuturni Mores consensu vtentium comprobati, legem imitãtur*, §.ex non scripta, Instit.de iure nat. *Inueterata consuetudo pro lege non immeritò custoditur, hoc est ius quod dicitur Moribus constitutum*, l.32.D.de legibus. Atqui hi sunt νόμοι ἄγραφοι, §.constat, Instit.de iure natur. Suidas, Ἔθος, νόμος ἄγραφος. τὸ δὲ ἔθος, οὐκ ὀφεῖ εὕρημα ἀνθρώπων, ἀλλὰ βίᾳ, ϗ χρόνῳ.

Quod Moribus *& consuetudine inductum*, l. 32. D. de legibus. *Omnes populi qui legibus & Moribus reguntur*, l. 9. D. de institut. §. 1. Instit. de iure natur. *Status legibus ac Moribus comprobatus*, l. 5. D. de extraord. cognit. *Secundum leges, Moréſque locorum*, l. 2. C. quemad. teſt. aper. *Pleraque* autem, vt Quintilia. lib. 5. cap. 10. ſcribit, *in iure, non legibus, ſed* Moribus *conſtant.*

Moribus adempta ciuilia officia feminis, l. 1. D. ad Sc. Velleian.

Moribus *impediuntur, ne iudices ſint, feminæ, & ſerui*, l. 12. §. moribus, D. de iudiciis.

Moribus, legibus, conſtitutum poſtliminij ius, l. 19. D. de capti. & poſtl. *Matrimonium*, Moribus *legibúſque noſtris conſtat*, l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir.

Moribus *non legibus introductum hoc ius eſt, vt libertinus libertinam matrem aut ſororem ducere non poſſit*, l. 8. D. de ritu nupt. *quas* Moribus *prohibemur vxores ducere*, l. 39. D. eod. tit.

Moribus *introductum eſt, vt quis liberis impuberibus teſtamentum facere poſſit*, l. 2. D. de vulg. & pup. Moribus *ab initio introductum eſt, vt prodigo interdiceretur bonorum ſuorũ adminiſtratio*, l. 1. D. de curatorib. fur.

Moribus noſtris, male rem gerentibus bonis interdici ſolet, Cic. de ſenectute. Moribus *per prætorem bonis interdicitur*, Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 4.

Moribus *iniuriarum actio introducta eſt, quoties factum pro qualitate ſui arbitrio iudicis æſtimatũ congruẽtis pœnæ ſupplicio vindicatur*, Paulus lib. 5. Sent. Tit. 4. *Prævaricationis iudicium aliud publicum, aliud* Moribus *inductum eſt*, l. 3. D. de prævaricatio.

Moribus receptum ius patriæ poteſtatis, l. 8. D. de his qui ſunt ſui.

Moribus *apud nos receptum eſt, ne inter virum & vxorem donationes valerent*, l. 1. D. de do. int. vir. Moribus *competit magiſtratibus municipalibus vt vnius hominis vicem ſuſtineant*, l. 25. D. ad municip. *Moribus tutor dátur mulieri, pupillóve, qui aduerſus tutores ſuos aliquam actionem habent*, Vlpia. Tit. 11. Regular.

Ferias ſecundum Mores, *& conſuetudinem quæ retro optinuit, dare*, l. 7. §. 1. D. de offic. proconſ.

Movere, propriè eſt, è loco in alium locum transferre. *qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum, finéſve,* Mouerint, l. vlt. D. de termino mo. *in terminos ſingulos quos loco Mouerint*, ibid. *cùm Theſaurum loco non Moueris*, l. 15. D. ad exhibend.

Si theſaurus loco Motus ſit, l. 3. §. Neratius, D. de adqu. poſſeſſ. *antequam Moueantur decem*, l. 9. §. vlt. D. de reb. cred. *Qui ſe propter loci religionem inde Mouere non poſſunt*, l. 2. D. de in ius vocan. *Geſticulandi, vel aliter ſe* Mouendi, *gratia*, l. 8. §. quicumque, D. de pœnis.

Mouere etiam nos dicitur, quod nos in aliquam ſententiam inducit & impellit. Mouet, l. 1. §. quæſitum, D. quod legator. *Mouet quia*, l. 4. §. ſi tutor, D. rem pup. ſalu. fore. *Mouet quod*, l. 3. §. ſi ego, D. de oper. noui nunt. l. 1. §. accuſationem, D. ad Sc. Turpill. l. 26. D. de vſu & vſufru. *Mouet me*, l. 22. D. de act. rer. am. Me *illud mouet*, l. 28. D. de rebus auct. iud. *Videtur illud Mouere*, l. 2. D. de reb. eor. *Mouet eum*, l. 1. D. de libert. vniuerſ. *quoſdam* Mouet, l. 24. §. ſi cui legatum, D. de fideic. libert.

Mouet me exemplũ, l. 4. D. quib. ad liber. procl. *contrà Mouet*, l. 1. §. accuſationẽ, D. ad Sc. Turpill. Me *Mouebat quod*, l. 32. §. vlt. D. de teſtam. milit. *nec Mouere nos debet*, id eſt abducere à ſententia, ſeu deducere, l. 3. §. ſaltus, D. de adq. poſ. l. 74. D. de furtis, l. 17. §. vlt. D. de in rem verſ.

Mouere non poteſt, l. 13. D. de reb. eor. *Nec me Mouet quod*, l. 53. D. mandati. *Nec me Mouet quod dicat aliquis*, l. 31. D. de excuſationib. *nec nos Moueat quod*, l. 57. D. de ædil. edic. *nec quem* Moueat, l. 3. D. quod vi aut clam. *Nec* Mouit *quemquam*, l. 5. §. conceſſa, D. de donationib.

Ego Moueor, l. 7. §. ſeruus pactionis, D. de dolo. *Nec eo* Mouemur, l. 3. §. ſed vtrum, D. de minorib. *non me* Moueri, l. 3. D. eod. tit. *nec* Moueri *debemus*, l. vlt. D. de iure fiſci. *nec quem Moueri*, l. 5. D. de condic. & demonſt. *Mouet dubitationem quod ſi quis dixerit*, l. 3. §. ſed vtrum, D. de minorib. *quæſtionem*, l. 29. §. vlt. D. de verbor. obligat. l. 1. §. ſi cui ita, D. vt legator ſeu fideic. Mouet, l. 41. §. item quæri, D. de legat. 1. *Mouet nos verecundia*, l. 14. D. de caſtr. pecul. *vbicumque iudicem æquitas* Mouerit, l. 21. D. de interrogationib. *Ex qualitate negotij* Motus *iudex*, l. 41. D. ad l. Iul. de adulter. *Niſi atrocitas Prætorem* Mouerit, l. 7. §. præterea, D. de iniuriis. *quodcunque prætorem* Mouerit, l. 15. §. quod ait, D. de iniuriis. *Prætor æquitate* Motus, l. 5. §. interdum, D. de his qui effuder.

Mouit *& illud Imperatorem quod*, l. 38. D. de minorib. *Imperator* Motus, *& æquitate rei, & verbis teſtamenti*, l. 74. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *D.* Marcus *non tantùm æquitatis ratione, verùm exemplo quoque* Motus, l. 54. D. ad Sc. Trebell. Motus *querella eius*, ait Diuus Pius, l. 6. D. ad l. Iul. de vi publ. *Proconſul naturali æquitate* Motus, l. 2. D. vnde cognat.

Celſus æquitate naturali Motus, l. 3. §. ſed ſi ſeruus, D. de condict. cau. da. *vtilitatis gratia Motus*, l. 1. D. qui & à quib.

Falſa opinione Motus, l. 19. D. de inoffic. teſtam. *Motus periculo*, l. 2. D. de mort. cau. donat. id

eſt,

est, *commotus*, vt ibid. Mota contra naturam.

Moueri etiam est remoueri, pelli, eiici. *Ad tempus, vel in perpetuum, ordine* Moueri, l. 5. D. de decurionibus, l. 1. §. 1. D. de effractorib. *Ordine decurionum ad tempus* Motus, l. 15. D. ad municipal. l. 3. D. de decurionib. *Ordine decurionum decem annis aduocatus* Motus, l. 13. §. vlt. D. de l. Cornel. de fal. *Senator ordine* Motus, l. 22. §. senator, D. ad municipal. *Legatus municipalis* Motus ordine, l. 1. D. de legationib. *Mouendi ordine*, l. 1. §. quamquam, D. de abigeis.

Moueri Senatu, l. 7. D. de senatorib. id est, vt Cicero pro Cluētio loquitur, *Senatu eiici. Qui propter turpitudinem Senatu* Motus *est*, l. 2. D. de senatorib. *senatu* Motus, l. 12. D. de iudiciis, §. quibus autem, Instit. de capitis diminut. *Postea quàm pater eius de senatu* Motus *est*, l. 7. D. de senatorib. id est *remotus senatu*, vt l. 3. D. eod. & *remotus à senatu*, vt l. 9. D. eod.

Præscriptione Motus *ab excusatione perferenda*, l. 1. D. de oper. publ. id est summotus.

Mouere, aliàs est instituere, & intendere.

Mouere actionem, l. 10. D. de actionib. emp. l. 17. §. quod autem, D. de iniuriis, l. 5. D. de popularib. act. *Actiones*, l. 18. §. vlt. D. de castren. pecul. l. 20. D. de inoff. test.

Moueri actio, l. 36. D. de reb. auct. l. 10. D. quæ in fraud. cred. *Mouetur actio*, l. 4. §. 1. D. si seruit. vind. l. 10. C. de reb. cred. *iniuriarum actio ciuiliter Moueri*, l. 37. §. vlt. D. de iniuriis. *ad Mouendam actionem*, l. 6. §. si decuriones, D. quod cuiusq; vniuersit. *Mota actione*, l. 7. C. de test. tu. *si viuo Reo accusatio Mota est*, l. 20. D. de accusationib. *Mouere causam*, l. 2. §. vlt. D. ne de stat. def. *Ciuiles causæ quæ inter priuatos Mouentur*, l. 13. C. de appellationib. *Causæ quæ statim Motæ sint*, l. 1. §. vlt. D. de iure fisc.

Mouere controuersiam, l. 4. D. de Carbon. edict. l. vlt. §. vlt. D. si pars heredit. pet. l. 14. C. de euictionib. l. 1. C. de edic. di. Hadria. *Controuersiam libertatis*, l. 24. D. de liber. cau. *Controuersiam status*, l. 9. D. de his quæ vt indig. l. 1. C. de testā. id est, *facere*, vt l. 3. §. planè, D. de homin. lib. exhib.

Moueri controuersia ab aliquo, l. 9. & l. 14. C. de euictionib. l. 1. C. de condict. indeb. *Ante Motam controuersiam*, l. 4. §. hæc cautio, D. si cui plus. *Post Motam controuersiam*, l. 25. §. si ante, D. de hered. petit. *Post Motam controuersiam*, l. 10. C. de præscript. long. temp. *Mota controuersia*, l. 1. §. qui vinum, D. locati, l. vlt. D. de pignerat. act. l. 38. D. de iure fisci. *Mota controuersia*, l. 17. & l. 20. §. verum, & l. 25. §. de eo, D. de hered. petit. l. 17. D. de his quæ vt indign. l. 43. D. de pignor. act. l. 1. C. de præscript. long. temp. *controuersia hereditatis*, l. 31. D. ad l. Falcid. *Mouere crimen*, l. 5. C. ad l. Fab. de plagiar. *Mota crimina*, l. 1. C. de abolitionib. *Mota disceptatio*, l. 3. C. de ordin. iudicior. *Moueri interdictum*, l. 3. §. Iulianus, D. de liber. exhibend. l. 1. D. de loco publ. *Mouere iudicium*, l. 8. §. vnde, & §. si quis, D. de inoffic. testam. *Antequam iudicium Moueatur*, l. 8. §. si condicioni, D. de inoffic. testam. *licet iudicium de testamento* Moueri *speretur*, l. 7. §. vlt. D. de heredit. petit.

Mouere litem proprietatis, l. 33. D. de dolo. *Mota lis de prædio*, l. 4. C. de pactis *Ante quinque annos litis* Motæ, l. 2. C. ne de sta. defunctor. *Liti de prædio Motæ*, l. 4. C. de pactis. *Ante litem Motam*, l. 18. D. de his quæ vt indign. *Post Motam litem*, l. 5. C. de contrah. & committ. stipulat. *Post litem legati Motam*, l. 96. §. soror, D. de solutionib. *in litem Mouendam*, l. 55. D. de procuratorib. *Lite Mota*, l. 22. §. cùm autem, D. rat. rem hab.

Si cui negotiũ Moueatur, l. 16. D. de legatio. *Hi quibus negotia fiscalia* Mouentur, l. 34. D. de iure fis. *Mouere quæstionem*, l. 6. C. ne de sta. defunct. l. 11. C. de senten. l. 14. C. de euictionib. l. 26. C. de vsuris, l. 2. C. de pactis pignor. *quæstionem de hereditate*, l. 27. §. vlt. D. de legat. 3. *Tam iuris quàm facti quæstionem Moueri*, l. 11. §. mulier, D. ad l. Iul. de adulter. *Cùm in iudiciis quæstio principalis ablatæ pecuniæ* Moueatur, l. vlt. D. ad l. Iul. peculat. *siue de libertinitate, siue de ingenuitate quæstio* Moueatur, l. 40. C. de liberali causa.

Mouere quæstionem seruitutis, l. 7. & l. 9. C. de ingen. manumiss. *si tibi seruitutis improbè* Moueatur *quæstio*, l. 31. C. de liberali cau.

Mouere status quæstionem, l. 3. C. ne de sta. defunctor. l. 27. C. de liber. cau. *Moueri status quæstio*, l. 1. D. de Carbon. edic. l. 11. & l. 15. & l. 3. C. de liber. cau. l. 4. C. de dolo. *si status tibi, super homine venundato, Mota quæstio est*, l. 18. C. de euictionib. *Ante motam criminis quæstionem*, l. 2. C. de fideicom. libert. *quæstio dominij mota est*, l. 20. C. eod. *si vobis propter rei proprietatem Mota fuerit quæstio*, l. 28. C. de euictionib *si rei venundatæ Mota fuerit quæstio*, l. 24. C. eod. tit. *cùm quæstio tibi super eo quem comparaueras* Moueretur, l. 17. C. de euictionib. *inter ipsos si quæstio* Moueatur, l. 10. D. de pignorib. *licet per aliam actionem eadem quæstio* Moueatur, l. 28. §. quæ iurauit, D. de iureiurando. *Quod fratribus nulla* Moueatur *quæstio*, l. 17. C. de probationib. *si de personis eorum quæstio* Moueatur, l. 1. §. eligitur, D. de vent. in poss. mitt. *frustra ab heredibus eius de ea re tibi quæstio* Mouetur, l. 2. C. de fideicommissis. *Post Motam quæstionem*, l. 1. C. de præscript.

long temp. *Mota sibi quæstione*, l. 27. C. de liberali cau. *Inofficiosi quæstionem Mouentibus*, l. 2. C. in quib. cau. in integr. restit. necess. *Nulla de ea re quæstione Mota*, l. 13. D. de re milit. *Mouere querellam inofficiosi*, l. 8 §. si condicioni, D. de inofficio. testam. *cùm venit ad Mouendam inofficiosi querellam*, l. 6. §. vlt. D. eod. tit. *Mota inofficiosi querella*, l. 6. C. de trãsactionib. l. 17. C. de collationibus. *si seditio Mota est*, l. 3. §. qui seditionem, D. de re milit. id est concitata.

Aduersus Imperat. vel Rempub. arma Mota, Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 29.

Res MOVENTES, sunt *res Mobiles animales*, vt loquitur l. 15. §. in venditione, D. de re iudic. *De fundo in quo res Mouentes fuerunt*, l. 19. D. de vi & vi arm. *Tam in nominibus, quàm in rebus Mouentibus*, l. 35. D. de donationib.

Res se Mouentes, l. 1. D. de ædilic. edic. l. 4. C. famil. erciscu. l. 30. C. de iure dot. l. 2. & l. 3. & nemo, C. de quadr. præscr. l. 13. C. de seruitutib. l. 7. C. de bon. quæ liber. l. vn. §. exactio, C. de rei vxor. act. l. 37. C. de epis. & cler.

MOVENTIA propriè sunt res se mouentes, seu res mobiles animales, l. 15. §. in venditione, D. de re iud. *Mouentium tamen, item Mobilium appellatione idem significari Celsus tradit: si tamen apparet defunctum animalia duntaxat, quia seipsa mouerent, Mouentia vocasse*, l. 93. D. de verbor. signif. *Tributa quæ vel pro prædiis, aut Mouentibus, deberi, & reddi necesse est*, l. 32. §. vlt. D. de vsu & vsufr. leg. *inter Mouentia fructus quoque haberi*, l. vlt. D. de requirend. vel absentib.

MOTVS *animi*, l. 19. D. de offic. præs. *Qui ex diuersis animi Motibus in vnum consentiunt*, l. 1. §. 1. D. de pactis.

Iudicis Motus, l. 21. §. vlt. D. de testib. *Motu iudicis villa diruta*, l. 20. D. de communi diuid. *Finis negotij in iudicis potestate ac Motu situs*, l. 10. C. de accusationib. *secundùm iudicialem Motum*, l. 2. C. ad Sc. Turpillia. *siue leges Spontaneus Motus ingesserit, siue precatio, vel relatio*, l. 3. C. de legib.

Motu Cassiano, in Lege Dei Tit. 5. vide S. lib. 3. *Terræ Motu mutata soli causa*, l. 2. §. apud Namusam, D. de aqu. & aqu. pluu.

Mox vulgo est *confestim, statim, incontinenti*, l. 6. §. id tamen, D. de iniusto rupto.

MOX *quàm vnus ex heredibus adierit hereditatem*, Vlpian. Tit. 2. Regular. MOX *quàm à solo separati sint fructus*, l. 13. D. quib. mod. vsusfr. id est, *simul atque*, vt l. 25. §. 1. D. de vsuris.

Aliàs *Mox*, ponitur pro deinde, postea, & interiecto aliquo temporis interuallo, l. 22. §. cùm proponeretur, D. ad Sc. Trebellian. l. 1. §. vlt. D. de reb. cred. l. 24. D. quæ in fraud. cred. l. 15. §. in venditione, D. de re indica. l. 23. D. de captiuis, l. 8. D. de bon. libert. l. 13. & l. 25. §. si operas, D. de vsufructu, l. 7. §. 1. D. de donat. int. vir. l. 11. §. mulier, D. ad l. Iul. de adulter.

MVCIANA *Cautio*, l. 101. §. socrus, D. de condic. & dem. *Satisdatio*, l. 106. D. eod. tit.

Mucianæ Cautionis vtilitas consistit, in Condicionibus quæ in non faciendo sunt conceptæ: vt puta, si in Capitoliũ non ascenderit: si Stichum non manumiserit, & in similibus. Nec solùm in legatis placuit, verùm in hereditatibus quoque idem remedium admissum est, l. 7. D. de condic. & dem. *cautionis Mucianæ remedium, vsufructu quoque sub condicionem alicuius non faciendi legato, locum habet*, l. 79. §. quamuis, D. eod. tit. *qui Mucianam cautionem alicuius non faciendi causa interposuit*, l. 76. §. qui MUCIANAM, D. de legat. 2. *cùm patronus liberto certam pecuniam legasset, Si à liberis eius non discessisset, permisit Imperator velut Mucianam cautionem offerri*, l. 72. D. de condic. & dem.

Mucianæ cautionis exemplum, l. 72. §. 1. & l. 77. §. 1. D. eod. tit. *qui post Mucianam cautionem interpositam legatum accepit*, l. 79. §. qui post, D. de condic. & dem. *Muciana cautio locum non habet, si per aliam condicionem actio legati differri possit*, l. 77. §. 1. D. eod.

MVCII duo Iurisconsultorum albo ascribuntur, *Publius*, & *Quintus*, de quibus, in cuiusque prænominibus, dicam.

MVCIDA *vina*, l. 6. D. de peric. & commo. & apud MARTIAL. lib. 8. Epigrammat. PLINIUS lib. 14. cap. 20. *Proprium autem inter reliquos liquores vini, Mucescere, aut in acetum verti.*

MVCOR in l. 4. §. penult. D. de peric. & commo. lanuginem significat, quæ ex nimia vetustate vino accedit, aut quo alio vitio contrahitur. COLUMELLA lib. 12. cap. 43. *ne situ penora mucorem contrahunt.*

MVLIERES *omnes dici, quæcumque sexus feminini sunt*, ait l. 25. §. muliebri, D. de auro, arg. Tertullianus lib. de virginib. veland. *vxores vulgi loquendi more, Mulieres nostras* dici notat: addit que, *ita Mulier non natura nomen est vxoris, sed vxor condicione nomen est mulieris: denique Mulier & non vxor dici potest: non mulier autem vxor dici non potest, quia necesse: Mulieribus legatis virgines debentur*, l. 81. D. de legat. 3. Verùm tamen, vt Seruius ad hęc 2. Æneid. verba, *Muliebribus armis*, scribit, *vsus obtinuit, vt innuptas, Virgines: nuptas* MULIERES vocemus: *Nam apud maiores indiscrete Virgo dicebatur & Mulier: vtrumque enim sexum tantùm significabat, vt ecce hoc loco, dicit, armis muliebribus, cùm Corneliam innuptam fuisse manifestum sit. Item in Bucolic. legimus, ah Virgo, cùm*

Pasiphaen

Paſiphaen conſtet ex Minoë ante amorem Tauri filios ſuſcepiſſe. Quinetiam Terentius Mulierem, poſt vitium oblatum, *Virginem* in Hecyra vocat. D. Ambroſ. Epiſt. 1.lib.1.*Mulier ſexus eſt: Virgo, ſpecies*: & ita Virgo à *Muliere* ſeparatur, l.16.D. de manumiſſ. vind. *ſi me Virginem emere putarem, cùm iam* Mulier *eſſet*, l.11.D.de contrah.empt.l.11.§. ſi quis virgines, D. de act.emp.*Mulieres quæ in* Matrimonium *ſe dederint non legitimum*, l.37.§.vlt. D.de munerib. *Vidua* Mulier, l.22.§.1.D.ad municipal.

Mulierum nomina in Pandectis inueniuntur vulgata, quidē hæc, *Mæuia, Titia, Seia, Sempronia.* Minus trita verò hæc, *Antonia* Montana, l.5.§.ſi mater, D.de agnoſc.& alend. *Antonia Tertylla*, l.6.D.de auro, argen. *Faria Seuilla*, l.47.D.de iure fiſ. *Flauia Tertulla*, l.57.§.1.D.de rit.nupt. *Gaia Seia*, l.63.§.1.D.de euictionib. *Iulia* Mammea, l.vlt.D.de ſenatorib. *Iunia Valeriana*, & *Honorata*, l.74.§.1. D.ad Sc.Trebellian. *Mammia Maximina*, l.2.§.vlt.D.ad Sc.Trebellia. *Moſchis*, l.47.D.de iure fiſ. *Neratia*, l.32.§.Labeo, D.de auro, argen. *Pactumeia* Magna, l.vlt.D.de heredib. inſtit. *Pacuuia Liciniana*, l.3.§. vlt. D. vt in poſſeſſio. legator. *Plotia*, l.36.de legat.1. *Plotiana*, l.18.D.de iur.codicill. *Pompeia Criſpina*, *Pompeia Fauſtina*, l.3.§.quamuis, D.ſi cui plus. *Procula*, l.26.D.de probationib. *Rufina*, l.16.§.1. D.de his quæ vt indign. *Septicia*, l.32.§. Titia, D. de auro, argen.l.10.D.de pollicitationib.l.36.§. vlt.D.de condic.& dem. *Seuerina Procula*, l.101. D. de condicionib. & demonſtr. *Sexta Baſilea*, l.13.§.1.D.de aliment.vel cibar.l.32.D. de legat. 3. *Vmbritia*, l.2.§.vlt.D. de his qui ſui vel alin.

Mvliebris *Mundus*, l.1.& l.32.§.Labeo & §.Septicia, D.de auro, argen. *Veſtis*, l.1.D. de auro, argen.l.110.§.vlt.D.de verbor.oblig.& apud Paul.lib.3.Sentent. Tit.7.*Muliebria veſtimenta*, l.31.D.de donat. int.vir. *veſtimenta* Muliebria *ſunt, quæ matrisfamiliæ cauſa ſunt comparata: quibus vir nō facilè vti poteſt ſine vituperatione: veluti Stola, Pallia, Tunicæ, Capitia, Zonæ, Mitræ, Plagulæ, Penulæ*, l.23.§. veſtimenta, D.de auro, argen. *Muliebri veſte legata, & infantilem contineri, & puellarum & virginum*, l. 25.§. muliebri, D. eod.tit.

Muliebre ornamentum, l.32.§.idem cum, D. de auro, argen. *Ornamenta* Muliebria *omnia*, ead.l.§.Labeo.

Muliebria pati dicuntur mares, qui pudicitiam ſuam præpoſteræ libidini ſubſternunt, & ſtupro effeminantur, l.1.§. remouet, D. de poſtulan. Q. Curt. lib.6. *Pellices trecentæ & ſexaginta, totidem quot Darij fuerant, regiam implebant, quas ſpadonum greges, & ipſi* Muliebria pati aſſueti, *ſequebantur.* B. Auguſtin.lib.6.de Ciuit.Dei cap.8. *Viros* Muliebria pati *non eſt ſecundum naturam, ſed contra naturam.* Vtitur & hoc verbo lib.vn.de fide contra Manichæos. *Muliebria paſſus* Tacit.lib.11.Dionyſius Alicarnaſſ.lib. 7. καὶ τὰ γυναικῖα ἀρμόττοντα ἐπισχεῖν.

Mvlorvm *appellatione etiam* Mulæ *continentur*, l.62.D.de legat.3. *ſi* Mulus *caſtratus eſt, neque morbi, neque vitij quid habere videtur: quia neque de fortitudine quid eius detrahitur, neque de vtilitate, cùm ad generandum numquam ſit habilis*, l.38.§.ſed enim, D.de ædilic.edic. *Si* Mulum *plus iuſto onerauerit*, l.27.§. ſi mulio, D.ad l.Aquil. *Si quis ſeruum conductum ad* Mulum *regendum commendauerit ei* Mulum, *ille ad pollicem ſuum eum alligauerit de loro, &* Mulus *eruperit, ſic vt pollicem euelleret ſeruo & ſe præcipitaret*, l.27.§.vlt.D.ad l.Aquil.& ibidem. *ob* Mulum *ruptum vel debilitatum: &, ſi ictu aut terrore* Mulus *turbatus ſit*, ibidem.

Mulæ *Carrucariæ*, l.38.§.quæſitum, D. de ædilic. ed. *Rhedariæ*, apud Varronem lib.3. cap.vlt. *nimia ferocia* Mulæ, l.1.§.1.D.ſi quadrupes.

Mularum *iugum*, l.38.§.ſi fortè, D.de ædilic edic. *duo paria* Mularum, dic l.38.§.cùm autem.

Si Mula talis ſit, vt tranſiungi non poſſit, l.38.§.quæſitum, D.de ædilic edic. *ſi nata ſit eo ingenio aut corpore* Mula, *vt alterum iugum non patiatur*, ibidem. *Mulæ quæ ceſſum dant*, l.43. D.eod. tit.

Mulæ *duæ ploſtra onuſta ducebant*, l.52.§.in cliuo, D.ad l.Aquil. *Si* Mulæ *quia aliquid reformidaſſent, ploſtrum reliquiſſent*, ibidem. & mox, *ſi* Mulæ *retinere onus nequiſſent, aut cùm conniterentur incidiſſent: ſi* Mulas *tibi dedero vt experiaris, & ſi placuiſſent, emeres, & ſi diſplicuiſſent, vt in ſingulos dies aliquid præſtares, deinde* Mulæ *à graſſatoribus fuerint ablatæ intra dies experimenti*, l.20.§.1. D. de præſcript.verb. *Qui* Mulas *ad certum pondus oneris locaret, cùm maiore pondere oneris eas rupiſſet*, l.31.§.qui mulas, D.locati. *Cum eo qui per imperitiam Mulas agitaſſet*, ibidem. Mulam *equus olfecit:* Mula *calcem reiecit*, l.vlt.D.ſi quadrupes

Mvlio, qui Mulos Muláſve agit.l.1.D.quod ſi, D.ſi quadrup. Mulio *ſi per imperitiam & propter infirmitatem ſuſtinere Mularum impetum non potuerit*, l.8.D.ad l.Aquil. *Seruum meum mulionem conduxiſti: negligentia eius* Mulus *tuus periit*, l.60.§.ſeruum, D.locati. *Muliones de vrbano artificio ſunt, niſi propter opus ruſtre teſtator eos deſtinatos habebat*, l.99.§.muliones, D.de legat.3. *Muliones qui inter duo ploſtra fuerunt*, l.52.§. in cliuo D.ad l.Aquil. *Si Muliones qui ſuperius ploſtrum ſuſtinuiſſent, ſua ſponte ſe ſubduxiſſent*, ibid.

MVLOMEDICI, l.1.C.de excuſat.artific.lib.10. illic enim verbum hoc inſerendum, cùm ex Acurſij gloſſa, tum ex l.2.eod.tit.in Cod.Th.& veteribus libris,patet. fit & *Mulomedicorum* mētio l.31. de curſu publ.in Cod Th.& *Mulomedici*,apud Firmicum,lib.8.Matheſ.cap.4.

MVLSVM *ex Melle & vino fit*,l.1.§.1.D.de rei vindic.l.7.§.cùm ex alieno, D. de adqu. rer. dom.l.9.D.de trit.vino §.ecce,Inſtit.de diuiſio.rer.A Græcis οἰνομέλι appellatur,& μελίκρατα vt Pollux lib. 6. tradit.

Mulſum inter *Dulcia* numeratur,l.vlt.§.vlt.D. de tritico, vino.

MVLTA, *eſt ſpecialis peccati coërcitio,cuius animaduerſio pecuniaria eſt, ex arbitrióque eius venit, qui dicit*,l.131.D.de verbor.ſignific.Varro autem lib.4. de lingua Lat.Multam pecuniam eſſe ait, quæ à magiſtratu indicta, vt exigi poſſit ob peccatum,& quòd ſingulæ dicerentur, appellatas,Multas,*quòd olim vnum dicebant* Multa. *Itaque addit,cùm in dolium aut culeum vinum addũt ruſtici,prima vrna addita,dicunt etiam nunc* Multa.Feſtus: Multam *Oſcè dici putant pœnam quandã.M. Varro ait pœnam eſſe,ſed pecuniariam,de qua ſubtiliter in libro primo quæſtionum epiſtolicarum refert. Maximam Multam dixerunt trium millium & viginti aſſium,quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, & duabus ouibus,quemquam* Multari:*æſtimabatúrque Bos,centuſſibus, Ouis,decuſſibus.* Idẽ Varro lib.4.de lingua Lat.*cùm,pecore* Multa *diceretur.*

Multa & pœna ſeparantur,l.68.D.de fideiuſſorib.*Multam dicere*,l.2.D.quis & à quo,l.10.D.de cuſtod.& exhib.reo.*Multam dicendo*, l.9.§.vlt.D.ad l.Iul.peculat.*Multa dicenda aduerſus eum*, l. 32.§.ſi arbiter,D.de recept.qui arbit.*Multæ dicendæ ius*,l.2.§.vlt.D. de iudiciis.

Multam ſtatuit Senatus,l.1.D. de fugitiuis.

Vt Multa *Multetur*,l.1.§.vlt.D.de aleatorib.*Multa damnari*,l.2. D. ſi quis in ius voc.*Multa ſtatuta in magiſtratus*,l.1 §.1.D.de fugitiuis.*Multa pecuniaria*,l.3.§.1.D.de re milit.*Multa non committitur*,l.6.D.de condicion.& demonſtr *Præſes prouinciæ,ſi* Multam *quam irrogauit, ex præſentibus facultatibus eorum quibus eam dixit,redigi non poſſe deprehenderit:neceſsitate ſolutionis moderetur*,l.6.§. vlt.D.de offic.præſ. *Remiſſa propter inopiam Multa,à prouincias regentibus exigi non debet*, l. vlt. §. vlt.D. de offic.præſ.

MVLTARE,ait Nonius,*condemnare eſt.Certa ratione & fine* Multare *præſides poſſunt*,l.5.C.quãdo prouoc.*exilio,& bonorum parte* Multandus *eſt*,l.4.§.qui filium,D.de re milit. *Multari parte bonorum*,l.13.§.pœna,D.de his qui not.*patrimonij parte* Multari,l.6.de ſepul.viol.in C. Th.*pro æſtimatione iudicis,extra ordinem,pecuniaria pœna* Multabitur,l.1.§ qui aduerſus,D.de poſtulan.*Multatus opere temporario*,l.10.§. vlt. D.de pœnis.*Multa multari*,l.1.§.vlt.D.de aleatorib. *Culpam mulieris* Multandam *eſſe*,l.38.D. ſolu. matrim.*Multabitur*,l.2.§.hac actione,D. de vi bonor. rapt.

Heredes magna pecunia Multare teſtator, l. 27. D. de condic.& dem.

MVLTIPLICARE *legatum*,l.34.§.1.D.de legat.1.*Summam*,l.45.§.fideiuſſor, D. mandati. *Multiplicari actio*,l.6.D.de publican.& vectigal.*Multiplicari ſumma*,l.34.§.ſed ſi non, D. de legat.1. *Multiplicantur nomina*, l.2.§. illud,D.de exceptionib. *Multiplicatus modus*,l.6.D.de except.rei iudic.*Multiplicatio verborum*,l.32.§.Labeo, D.de auro, arg.

MVLTITVDO,pro turba hominum.*Multitudo hominum*,l.4.D. vi bonor.raptor.*ſi turbam conduxerit, ſeruos conuocauerit, aliámve quam* Multitudinem *conduxerit*,Paul.lib. 5. Sentent. Tit. 30. *Multitudo rerum*,l.25.D.ex quib.cau.maior.

MVLTI *dixerunt*,l.41.D.de recept.qui arbitr.

Multis cauſis accidere poſſit,l.63.D.ad l.Falcid.*In Multis partibus iuris*,l.61.D.de adquir.rer. do.

Poſt Multos dies,l.34.§.Gaius,D.de legat.2.*Poſt Multum temporis*,l.1.§.præterea, D. de ſeparationib.*non Multo tempore interpoſito*,l.33. D.de ritu nupt.

Non Multum aberit,quin,l.17.D.de ſtatuliberis. *Multum diſtant*,l.23.D.de oper.libert.*diu Multúmque tractauit*,l.33.D.ad Sc. Trebell.

Multum eſſe,pro multum intereſſe,l.6.D.de publican. *Multum intereſt*,l.13.D.de his qui not. l.5.§.vlt.D.qui & à quib.l.115.§.prætor ait,D.de iniuriis,l. 3. C. ſi quis alteri vel ſibi, & aliis multis locis.*Multum intereſſe*,l.6.§.ſi debitorem,D.quæ in fraud. cred.

Nec Multum videri facere,l.21.D.de adminiſtr.& peric.*Multum refert*,l.38. D. de nego. geſt. l. 54.D.de adminiſt.& peric.l.25.D.de adquir.poſſeſſ.*nec Multũ refert*,l.23.D.de liber.& poſt.

Multo iuſtius,l.6.D.de magiſt.con. *Multo magis*,l.36.§.ſed &,D.de hered.pet.l.3.D. de offic. prętor.l.4 §.Stichus,D.de ſtatuliber.*Multo pluris quàm quanti erat*,l.61.D.ad l.Falcid.*Multo minus*,l.24.D.de munerib.& honor. *licet Multo minus ex ea re fructũ perciperit*,l.14.D.de vſufructu.

MVNDVS, ait Feſtus, dicitur *lautus,& purus.Munda poteſt eſſe Mulier,non tamen ornata*,l.25.§. ornamentorum, D.de auro,argen.*quo Mulier Mundior fit*, dict.l.25.§. mundus.*quò elegantiores ſint & Mundiores feminæ,Nardo vnguntur*,l.21.§.1.D. eod.tit.

Salicis

Salicis Mundæ annua librarum ſingula milia, l.12. D. de ann. legat.

MVNDVS *Muliebris eſt, quo mulier mundior fit. Continentur eo, Specula, Matulæ, Vnguenta, Vaſa vnguentaria, Lauatio, Riſcus*, l.25. §. mundus, D. de aur. arg. item *Argentum balneare, non* etiam *Ornamenta, Veſtes, Monilia, Anuli*, l.32. §. Titia, D. eod. tit. l.100. §. vxori, D. de legat. 3. Vnde & *à Veſte & Ornamentis, Mundus* ſeparatur, ibidem. Tertullia. lib. de habit. mulieb. *Habitus feminæ duplicem ſpeciem circumfert, Cultum & Ornatum. Cultum dicimus, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille, in auro, & argento, & gemmis, deputatur. Iſte, in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri, proſtitutionis.* & ita, *Mundum muliebrem* accipe l.39. D. de vſu & vſufr. legat. l.39. D. de auro, argent. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Mundus Muliebris dictus à munditia.* Feſtus, *Mundus etiam dicitur ornatus muliebris, quia non alius eſt, quàm quod moueri poteſt: Ateius, cum virginali Mundo clam pater.* Liuius lib. 37. *Munditiæ. Ornatus, & Cultus, hæc feminarum inſignia ſunt.* Hunc *Mundum muliebrem appellarunt maiores noſtri.* Inde Seneca lib. 1. Natural. quæſt. ad fi. *Adeóq; omnia indiſcreta ſunt peruerſiſſimis artibus, vt quidquid Mundus muliebris vocatur, ſarcinæ viriles ſint, minus dico, etiam militares. Mundū* id neutro genere dixit Lucil. Satyr. 16. vt eſt apud Agelliū lib. 4. cap. 1. & Non. Marcell. γυναικεῖον κόσμον appellat Ariſtophan. in Θεσμοφοριαζούσαις: cuius etiam de ea re verba retulit Clemens Alexandr. lib. 2. Pædagog. cap. 12.

Mundum, pro charta pura vocant, in quam contractus & ſcheda redigitur, l.16. C. de fide inſtrum. χάρτην καθαρόν Iuſtinianus vocat Nouell. 44.

MVNICIPES primùm appellati ſunt hi qui ſine ſuffragij iure, munerum honoratiorum cum popul. Rom. participes fiebant, vt Agell. lib. 16. cap. 13. tradit. Varias huius nominis ſignificationes vide apud Feſtum *Municipem aut Natiuitas facit, aut Manumiſſio, aut Adoptio, & propriè quidē Municipes appellantur muneris participes, recepti in ciuitate, vt munera nobiſcum facerent: Sed nunc abuſiuè, Municipes dicimus ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues, vt puta Campanos, Puteolanos*, l.1. D. ad municipal. *Municipes dicti ſunt, quòd munera ciuilia capiant*, ait l.18. D. de verb. ſignif. Varro lib. 4. de ling. Lat. *à Munere, Municipes, qui vna Munus fungi debent, dicti.*

Municipes intelligendi ſunt, & qui in eodem Municipio nati ſunt, l.228. D. de verb. ſignific. Atque his modis *Municipes* accipe l.56. D. de vſufruct. l.97. D. de condicion. & demonſtr. l.20. §. vlt. D. ſi ſeruit. vindic. l.2. l.7. & l.9. D. quod cuiuſ. vniuerſ. l.1. §. ſi iuſſerim, D. de adquir. poſſ. l.11. D. quod vi aut clam, l.26. D. ad Sc. Trebell. *Municipes & corporati loci*, l.34. de nauicular. in C. Theod. *Municipes ſeu curiales*, l.17. de luſtra. conl. in C. Th.

Municeps à Colono ſeparatur, l.17. §. error, D. ad municipal. vt & *Municipes ab Incolis*, l.6. §. vlt. & l. vlt. §. patrimoniorum, D. de munerib. & honor.

Municipes eſſe deſinit Senatoriam adeptus dignitatem, quantum ad munera, l.23. D. ad municipal. *Municipes ſunt liberti, & in eo loco vbi ipſi domicilium ſua voluntate tulerunt*, l.22. §. municipes, D. eod. tit.

Duarum ciuitatum Municeps, l.27. D. ad municipal.

Actor Municipum, l.17. D. de damn. infec. l.4. D. de re iudic.

Municipum fundus, l.12. D. de ſeruitutib. *qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt à Municipibus*, l.1. §.1. D. ſi ager vectigal. *Municipum ſeruus*, l.3. D. de ſuis & legitim.

MVNICIPIVM pro ciuitate, l.29. D. ad municipal. At Feſtus non vno modo *Municipij* nomen accipi docet. *Municipiū à Colonia* ſeparatur, l.27. §.1. D. ad municipal. *Reſpublica Municipij alicuius*, l.31. D. de furtis. *Municipij Seruus*, l.24. D. de bonis libert. *per quos Municipij res geruntur*, l.97. D. de condic. & dem. *cùm venditor ſciret fundum pluribus Municipiis legata debere*, l.13. §. idem Iulianus, D. de action. emp.

MVNICIPALIS *legatus*, l.1. D. de legationib. *Magiſtratus*, l.12. §. vlt. D. de religioſ. l.29. §. magiſtratus, D. ad L. Aquil. l. vlt. C. qui numer. tut. *Municipales magiſtratus*, l.5. D. de magiſt. conu. Duo autem erant *magiſtratus Municipales*, vnde illis *duumuirorum* nomen: de quibus ſ. lib. 4. diximus. Hinc illud, *ſi alter ex Magiſtratibus*, l.13. D. ad municipal. *Magiſtratus Municipales, cùm vnum magiſtratum adminiſtrent, etiam vnius hominis vitam ſuſtinent*, l.25. D. ad municipal. φατριοὶ τῆς πολεως vocantur, l.6. §. ἀφιέντας, D. de excuſationib. & à Theoph. in §. ſed hoc, Inſtit. de Attilia. tuto. *Municipalis Honor*, l.14. D. de munerib. & hono. *Municipales honores*, l. vlt. D. de albo ſcriben. l.15. C. qui bon. ced.

Municipalis iuriſdictio, l.19. D. ad municipal. *Lex*, l.11. §. D. de munerib. & honor. l.3. §. planè, D. quod vi aut clam. l.11. D. ad municipal. & aliis locis quos lib. ſuperiore notaui.

Municipales muri, l.9. §. propriè. D. de diuiſio. rer.

Municipale munus, l.3. §.1. D. de muner. & hon. *Municipalia Munera*, l.74. §. vlt. D. ad Sc. Treb.

Municipalia munera, l.21.§.idem, D.ad municipal. l.5. in princ. §. hoc circa, D. de iure immunitat. l. vlt. C. qui muner. liber. *Magisteria*, Sueton. in Octauio, cap.2. *Officia*, l.1.& l.2. C. de tabular. lib.10. *Municipalis oneris gratia*, l.4.§.vlt. D. de munerib. & honor. *Municipalia onera*, l.3. C. ne vxor pro mari. *Municipalis Schola*, Auson. in Gratiar. actio.

MVNIFICENTIA, id est, liberalitas. *Munificentia donantis*, l.18. D. de adim. leg. *vt Munificentia eius qui legauit, inscriptione operis notetur*, l.3. D. de administrat. rer.

Munificentiæ suæ fructum de inscriptione nominis sui operibus, si quæ fecerit, capere non prohibetur, l.2. D. de operib. publ. *Si ob Munificentiam in patriam, patrimonium exhauserint*, l.8. D. de decurionib.

MVNIRE *Aggerem*, l.1.§. vlt. D. de aqu. & aqu. pluu. *Ripam*, Rubr. de ripa munien. l.1.§. sunt qui, D. ne quid in flum. publ. l.1.§. ripa autem, D. de fluminib. l.1. C. de alluionib. Aggen. Vrbic. lib. de limitib. agror. *Quæ res, necessitatem ripæ Muniendæ iniungit: ita tamen vt sine alterius damno quicquam fiat.*

Munire viam, l.5.§. si quid in via, D. de dam. infect. *Vias*, l.31. D. de dam. inf. *Ad Collationem viarum muniendarum*, l.6. C. de pignorib. *ita Munire ignem, ne latius euagetur*, l.27.§. si fornicarius, D. ad L. Aquil. & in Lege Dei, Tit.12.

Munire se ad illud, l.14.§. plerique, D. de religios. & sumpt. *Seruum iure statu liberi Munierũt prudentes*, l.36. D. de statuliber.

Munit æquitas auxilio, l.3. C. qui bonis ced. *Munire intentionem replicatione*, l.10. C. de exceptionib.

Munitus communi auxilio & mero, seu *ipso iure*, vel, *per condictionem*, l.16. D. de minorib. *Munita auxilio restitutionis*, l. vlt. C. si minor se maior.

Munita beneficio, l.2. C. ad Sc. Velleian.

Munitus confirmatione, l.6. C. de codicillis. *Exceptione*, l.1.& l.11. C. de exceptionib. l.6. C. de non numer. pecun. l.10.§. vlt. C. mandati.

Munita iure, l.9. C. qui pet. tutor. *Nullo iure Munitus*, l.1. C. de rebus alienis. *Liberalitas interposita Munita est*, l.2. C. de dote cau. *Muniti longi temporis possessione*, l.7. C. de præscript. long. temp. *Munit præscriptio*, l.8. C. de vsufr. l.1. C. de commun. rer. alienat. *Muniri præscriptione*, l.7. C. quib. non obiicit. *Munitus præscriptione*, l.3. C. de his quæ vi. *Minimè Munitus præscriptione*, l.2. & l.5. C. de rebus alienis. *nulla temporis præscriptione Muniatur*, l. vlt. de cohortal. princip. in C. Th.

Munitus priuilegiis, l.2.§. non solùm, D ad Sc. Tertyll. *Titulo possessionis*, l.1. C. de petit. hered. *Verbis testamenti*, l.4. C. de falsa causa.

Munitior domus, Paul. lib.3. Sentent. Tit.7.

Munitio, l.1.§. sunt qui, D. ne quid in flumin. *Viæ*, l. vlt. D. de via pub. & apud Paul. lib.1. Sentent. Tit.16. *Viarum*, l.12.& l.14. D. de muner. & ho.

MVNVS *tribus modis dicitur: vno, Donum: & inde, Munera dici dari, mittíve*, l.18. D. de verb. signif. & ita *Munus* à *Dono* separatur, l.6. circa fi. D. de off. proconſ. *Inter Donum & Munus hoc interest, quod inter genus & speciem. nam genus esse Donum, Labeo, à donando dictum: Munus, speciem: nam Munus esse donum cum causa, vt puta, Natalicium, Nuptalicium*, l.194. D. de verb. signif. Varro lib.4. de ling. Lat. *Munus, quod mutuo animo qui sunt, dant officij causa*. Festus, *Munus, Donum quod officij causa datur. Si vir vxori Munus immodicum Calendis Martiis, aut natali die, dedisset*, l.31.§. si vxori, D. de donationib. int. vir. & vxor. *Si Munus nuptiale matri pupilli tutor miserit*, l.1.§. præterea, D. de tut. & rat. distrah. *Sollemnia Munera parentibus cognatísque mittet*, l.12.§. cùm tutor, D. de admin. & peri. Vnde Cincia lex, *Muneralis* dicta est. Festus, *Muneralu lex vocata est, qua Cincius cauit, ne cui liceret Munus accipere. Plautus, neque Muneralem legem, neque Lenoniam roga.* Altero modo, *Munus onus dicitur, quod cùm remittatur, vacationem militiæ muneríque præstat. Vnde Immunitas appellatur*, l.18. D. de verb. signif. Festus, *Munem significare certum est officiosum: vnde è contrario, Immunis dicitur qui nullo fungitur Munere. Munus propriè est quod necessariè obimus, lege, more, imperióve eius qui iubẽdi habet potestatem. Dona autem propriè sunt, quæ nulla necessitate iuris, officij, sed sponte præstantur: quæ si non præstentur, nulla reprehensio est: & si præstentur, plerumque, laus inest: sed in summa, in hoc ventum est, vt non quodcumq; Munus, id & Donum accipiatur: at quod Donum fuerit, id Munus rectè dicatur*, l.214. D. de verb. significat. Vetus Glossar. *Munus κυρίως μὲν τὸ ἐξ ἀναγκης νόμῳ, ἢ ἔθει, ἢ ἀρχόντων γινόμενον λέγεται*. Varro lib.4. de ling. Lat. *Munus quòd Muniendi causa imperatum. A quo etiam Municipes, quòd vnà Munus fungi debent.*

Munus, ab *Honore* eo distat, quòd Honor appelletur administratio Reipubl. cum dignitate. *Munus* verò, quòd cum sumptu, sine titulo dignitatis, in Republ. subimus, l.14. D. de munerib. & honor. Ita *Munera* & *Honores* diuersa nostri auctores faciunt, l.2.§. vlt. & l.7. D. de decurionib.

Munus publicum, est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos, vniuersosque ciues, rémq; eorum, imperio Magistratus, extraordinarium peruenit, l.239. §. munus, D. de verborum significatione.

Munera quædam *Priuata* vocantur, l.14. §. is qui, D. de excusationib. quædam *Publica*, l.34. D. ad municipal. *Iudicare Munus publicum est*, l.79. D. de iudiciis. *Cura exstruendi vel reficiẽdi operis, in ciuitate Munus publicum est*, l.4. D. de muner. & honor. *Legatus publico Munere fungitur*, l.27. D. de iudiciis. *Tutelam vel Curam placuit publicũ Munus esse*, Instit. de excusationib. tutor. *Tutela non est Reipub. Munus, nec quod ad impensam pertinet: sed Ciuile, nec prouinciale videtur tutelam administrare*, l.6. §. Tutela, D. de excusationib.

Denique *Personalia*, & *Patrimoniorum*, & *Mixta munera, Ciuilia*, seu *Publica*, vocantur, l.vlt. §. hæc omnia, D. de munerib. & honor. l.2. §. vlt. D. de decurionib. l.1. C. quod cum eo, l.1. C. de munerib. patrim. lib.20.

Ciuilium Munerum immunitas, l.vlt. §. siue autem, D. de munerib. *Vacatio*, dic. l.vlt. §. vlt. & contrà, *Onera*, l.3. §. vitricus, D. eod. tit. Eadem & *Onera Ciuilia* dicuntur, l.6. D. de cur. fur. l.9. C. quando prouoc. non est nec.

Municipale Munus, l.3. §.1. D. de muner. & honor. l. 2. §.1. D. si quis caution.

Munera municipalia, l.21. §. idem respondit, D. ad municipal. l.74. §. vlt. D. ad Senatusconſ. Trebell.

Munerum Ciuilium quædam sunt Patrimonij, alia Personarum. *Generaliter personale quidem munus est, quod corporibus, labore, cum sollicitudine animi, ac vigilantia, sollemniter extitit. Patrimonij verò, in quo sumptus maximè postulatur*, l.1. D. de munerib. & honor. ex qua vtriusque genus exempla pete.

Munerum ciuilium triplex diuisio est: nam quædam Munera personalia sunt, quædam patrimoniorum dicũtur, alia mixta, l. vlt. D. de muner. & honor. Personalia sunt, quæ animi prouisione & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur. Patrimoniorum sunt Munera, quæ sumptibus patrimonij, & damnis administrantis, expediuntur. Mixta munera decaprotiæ & icosaprotiæ: quibus qui funguntur, præter corporale ministerium etiam de propriis facultatibus impensas faciunt, l. vlt. D. de muner. & honor. Patrimoniorum porrò munera, aliâs dicuntur, *Munera quæ patrimoniis indicuntur*, l. 2. C. de muner. patrimon. lib.10. Aliâs *onera patrimonij*, l.4. §. inopes, D. de munerib. *Onera patrimoniorum*, l.3. C. de munerib. patrimon. lib.10. vel *Onera quæ patrimoniis vel possessionibus indicuntur*, l. 10. D. de vacat. & excusat. *Personalia verò, quia corporis ministerio obeuntur*, dic. l. vlt. §. camelasia, & §. mixta, D. de munerib. & honor. quę ideò etiam *Corporalia* vocantur, l.3. §. corporalia, D. de munerib. & honor. l.8. C. de munerib. patrimon. lib.10. *Corpori indicta obsequia*, vocat l.4. §. inopes, D. de munerib. & honor.

Quorum nonnulla sunt, quę *Sordida* vocantur l.8. §. Philosophis, D. de vacat. & exc. l.2. C. de Episc. & Cler. l.13. l.14. l.15. & l. vlt. C. de excus. mun. lib.10. l.4. C. de dignitatib. l.11. l.1. C. de suariis, lib.11. l.1. C. de priuileg. dom. Aug. l.11. l.2. C. de præpos. sac. cubic. lib.12. l.3. C. de silentiar. lib.12. l.15. & l.18. de sordid. munerib. in Cod. Theod. ex quibus didici, inter *Sordida Munera*, habita, conficiendi pollinis curam, panis excoctionem, parauere dorum, parangariarum, carbonis, materiæ, item ligni, & tabulatorum præbitionem: pistrini quoque & excoquendæ calcis obsequia, temonatiámque functionẽ. Exactio vtique tributorum, instructióque pontium ac viarum inter *sordida Munera* non habebatur, l.17. §. exigendi, D. ad municip. l.7. C. de sacr. eccles. l.4. C. de priuileg. dom. August. lib.11.

Munerum etiam alia sunt *Ordinaria*, quæ lege, Senatusconsulto, constitutionéve Principis iniunguntur. Alia *Extraordinaria*, quę extra ordinem indicuntur, l.1. C. de vacat. pub. mun. lib.10. C. l.2. & l.31. §. penult. C. de Episc. & Cler. Vetus Glossar. *Munera Extraordinaria sunt quæ extra ordinem solitum, ex inopinata necessitate contingunt. Ordinaria, sunt quæ ex consuetudine debentur.*

Munera autem πραγμαλίας vocat Dionys. Halicarnass. lib.4. his verbis: φρατιῶν ἀφαιροῦσι τὴν ἀλλὴν τὴν ἐς τὴν πόλιν πραγμαλείαν. quibus verbis significat Decemuiris sacrorum faciendorum vacationem habere à bello & aliis muneribus publicis.

Munus iudiciarium, l.5. C. de iudiciis. *Munus arbitrorum*, l.5. D. de recep. qui arbitr. *Munus tutelæ*, l.7. & l.12. C. de excusation. tut. *Munere tutelæ vel tutoris fungi*, l.1. in princ. & §.1. D. de eo qui pro tut. Sed & *Munere vehendi fungi* dicitur *Nauicularius*, l.15. §. item cùm quidam, D. locati. *Iniunctum Munus à magistratibus*, l.21. D. ad municipal.

Ad Munera vocari, l.37. D. ad municipal. *Compelli*, l.3. C. de municipib.

Munus, seu *Munera*, *Obire*, l. 1. §. D. de legationib. l. 214. D. de verbor. signif. l. 2. §. vlt. D. de decurionib. *Subire*, l. 5. §. vlt. D. de iure immunitat. *Suscipere*, l. 21. §. 1. D. ad municipal. *Sustinere*, l. 5. D. de iure immunit. *Destinatus muneribus*, l. 34. D. ad municipal.

Tertio modo, *Munus significat officium: vnde Munera militaria*, d. l. 18. D. de verb. signific. Festus, *Munus significat officium, cùm dicitur quis Munere fungi.*

Munus Militiæ adpetere, & contrà, *detrectare*, l. 4. §. qui post, D. de re milit. *Muneris à desertore deserti ratio habetur*, l. 5. D. de re milit. *qui stationis* Munus *reliquit*, l. 3. §. qui stationis, D. de re mil. *Muneribus militaribus occupari*, l. 15. C. ad L. Iul. de adult. Et ita accipe quod Calliſtr. ait, *Milites à Muneribus auocandos non esse*, l. 3. §. vlt. D. de testib. Proinde inter pœnas militares, *Munerum indictio*, ponitur, l. 3. §. 1. D. de re milit.

Hinc quosdam milites *Munificos vocamus, qui munera Reip. faciunt*, ait ead. l. 18. D. de verb. signif. *Munifex cursus publici*, l. 2. de cursu publ. in C. Th. Iul. Firmic. lib. 2. Mathes. cap. 5. *Quidam verò volentes hunc locum subtilius explicare, terna munera singulis decanis applicarũt, quos Munifices appellandos esse voluerunt, hoc est, synergos.* Veget. lib. 2. cap. 19. *Fascicularia tamen, id est, ligum, fœnum, aquam, stramen, etiam legitimi milites in castra portabant. Munifices enim ab eo appellantur, quòd hæc munia faciant.* Quibus contrarij erant *Beneficiarij*, qui muneris officio vacabant, vt Festus lib. 3. scribit. B. Ambros. in cap. 2. Lucæ, *Nullus enim ab hoc immunis est censu, quia omnis ætas munifica Christo est.*

Hinc & Munificum, *quod muneribus obnoxium est*, l. 4. §. 1. D. de publican. l. 31. de anno. & tribut. in Cod. Theodos. l. 9. & l. 11. de indulgent. debit. in eod. Cod.

Munera hereditaria, pro oneribus, l. 33. in fi. D. de legat. 2. l. 2. D. ad Sc. Trebel.

Munere legatorum fungi dicitur heres qui præstare legata iussus est, l. 33. §. vlt. D. de legat. 2.

Munere Falcidæ fungi fideicommissum, l. 77. §. 1. D. de legat. 2. quod Falcidiam patitur.

Ex eo patrimonio quod Munus *collationis pati debuit*, l. 54. D. ad Sc. Trebell.

Munus petitoris, id est partes, l. 73. D. de rei vindic.

Munera etiam ludos gladiatorios veteres vocabant: eóque nomine propriè, *funebres ludi, ab officio*, vt Tertullia. in lib. de spectacul. auctor est, ita appellabantur, quoniam officium mortuis se talibus spectaculis facere veteres arbitrabantur. Seneca lib. de breuit. vitæ, cap. vlt. *Quidam disponunt ad rogum* Munera, *& ambitiosas exequias.* Plinius lib. 33. cap. 3. de Cæsare, *in ædilitate, Munere patris funebri, omni apparatu scenæ argenteo vsus est.* Lactant. lib. 6. Diuinar. Inst. cap. 20. *Et primitus quidem, Venationes, quæ vocantur Munera, Saturno attributæ sunt.*

Consul designatus Munus edidit, l. 36. D. de condicionib. & demonstr. *Ad* Munus *edẽdum*, l. 122. D. de legat. 1. Sueton. in Iulio, cap. 39. *Edidit spectacula varij generis, Munus gladiatorium, &c. Seruus vel libertate donatus, bestiis primo quoque* Munere *obiicitur*, l. 1. ad L. Fabiam in C. Th.

Hinc Mvnerarii apud Senecam in præfat. lib. 4. Controuers. *Munerarium* autem Augustum primum dixisse Quintil. lib. 8. cap. 3. tradit. *Muneratorem* quoque eum qui munus gladiatorum funebre edit, vocat Ann. Flor. lib. 3.

Omnia ingenuitatis Munia habet qui ius annulorum accepit, l. 10. §. patronum, D. de in ius vocan.

Mvnvscvla, l. vnic. ne damna prouincial. C. Th. Nouel. Leonis & Maior. de sanctimonialib.

M v r e x, l. 3. C. de vestib. holober. lib. 11. l. 1. C. de apparitorib. præfec. vrb. lib. 12. l. 9. & l. 18. de murilegul. in C. Th. Conchæ genus, cuius cruore infici ac tingi vestes solebant.

Seruius in 5. Æneid. *Murex, significat Piscem, cuius succo purpura tingitur.* Isidor. lib. 12. Origin. cap. 6. *Murex, coclea est maris, dicta ab acumine & asperitate: quæ alio nomine Conchylium nominatur: propter quod circumcisa ferro, lachrymas coloris purpurei emittat, ex quibus purpura tingitur.* Qua de re vide Plinium, lib. 9. cap. 39. & Cassiod. Epist. 2. lib. 1. Variar. Poëtæ Phocaicum, Getulum, Africum, Sidonium & Tyrium, Muricem memorant: quô pertinent hi Cn. Matij in Mimiambis versus, qui referuntur ab Agellio lib. 20. cap. 8. *Iam tonsiles tapetes ebrij fuco, Quos Concha purpura imbuens venenauit.* D. Ambros. in Apolog. Dauid. cap. 9. *Sicut igitur* Muricum *plurium in purpuræ infectione, ita in lauacro regenerationis, miserationum est multitudo cælestium.* Clemẽs Alexandr. lib. 2. Pæd. cap. 10. ἀνάγονται δὲ εἰς μάλα καὶ οἱ βαφεῖς αὐτῶν καὶ οἱ ἁπορφυρεῖαι, καὶ αὐτὰ τὰ κοχύλια ἀφ' ὧν τὸ αἷμα τῶν ἐξαρτῶν. Beda lib. 1. Hist. gent. Angl. cap. 1. ait in mari Britannico Cochleas inueniri, quibus tinctura coccinei coloris conficitur: cuius rubor pulcherrimus nullo vmquam solis ardore, nulla pluuiarum iniuria pallescere valet.

Mvrilegvlvs, qui Murices tingendæ purpuræ causa legit. Rubr. de murilegul. lib. 11. C. Eutichus, lib. 1. de discernend. coniugationib. *lego, legulus: vnde Murilegulus.*

MVRIA in eorum numero ponitur, *in quibus esse solemus*, l. 3. D. de penu leg. Ita propriè appellatam aquam sale commixtam Isidor. lib. 20. Origin. cap. 3. scribit. Sed & solutorum à salsamento piscium humor, *Muria*, eodem auctore dicitur. Ausonius Epist. 7. ad Paulin. *Veritus displicuisse oleum quod miseras, munus iterasti, addito etiam Barcinonensis* Muriæ *condimento cumulatius præstitisti. Scis autem me id nomen Muriæ, quod in vsu vulgi est, nec solere nec posse dicere: cùm scientissimi veterum & Græca vocabula fastidientes Latinum in Gari appellatione non habeant. Sed quocumque nomine loquar, liquor iste sociorum vocatur.* Muriæ autem cõficiendæ rationem tradit Columella. lib. 12. cap. 6. & Plin. lib. 31. cap. 8.

MVRREA *vasa, & Vitrea, quæ ad vsum edendi & bibendi causa, parata essent*, l. 11. D. de supellect. legat. Propertius: *Murreáque in Parthis pocula cocta suis.* Martialis Epigram. 86. lib. 4.

Nos bibimus vitro. tu Murra, *Pontice, quare?*
Prodat perspicuum ne duo vina calix.

MVRRINA, *Crystallinis* adiũgit nõ Seneca modò, Epist. 123. sed & Paulus, qui an vtraque debeant *Supellectili* adnumerari, dubitat, *propter eximium vsum & pretium*, l. 3. §. vlt. D. de supell. leg. Seneca Epist. 119. *vtrum sit aureum poculum, an Crystallinum, an Murrinum, nihil refert.* Idem etiam inter ea quæ ingentibus pretiis emuntur, *Murrina pocula* ponit, lib. 7. de Benefic. cap. 9. Eutrop. lib. 8. de Marco Philos. *vasa aurea, pocula Crystallina, & Murrina distraxit.* Capitol. in M. Anton. *venditque aurea pocula, & Crystallina, & Murrina.* Martial. Epigr. 64. lib. 4.

Opimianum Morionibus nectar
Crystallinísque, Murrinísque, propinat.

Murrina vasa, l. 19. §. perueniamus, D. de aur. argen. Lamprid. in Heliogabalo, *in* Murrinis, *& Onichinis minxit.* Plinius lib. 37. cap. 2. de Pompeij victoria, *eadem*, ait, *victoria primùm in vrbem* Murrina *induxit.* & eodem cap. *Oriens Murrina mittit: inueniuntur enim ibi pluribus locis, nec insignibus, maximè Parthici regni: præcipuè tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari.* & mox, *sed in pretio, varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candorémque, & tertium ex vtroque igneſcentem, velut per tranſitum coloris purpura rubeſcente, aut lacte candeſcente. Sunt qui maximè in iis laudent extremitates, & quosdam colorum repercussus, quales in cælesti arcu spectantur. Aliqua & in odore commendatio est.*

Murrata potio, verbum 12. Tabular. de quo vide Festum. Lautissima quoque apud priscos vina fuisse Myrræ odore condita, & inde *Murrinam* quoque non inter Vina modò, sed inter Dulcia numeratam, Plinius ex Plauti Pseudolo docet, lib. 14. cap. 13. Nonius Marcell. *Murrina potio confecta. Varro Anthropopoli: non modò vinum dare, sed etiam, vt Plautus ait,* Murrina, *passum, defrutum.*

MVRVS. Varro lib. 4. de lingua Lat. *quòd Aggerem contineret*, Murus: *quòd Muniendi causa manu parabatur, quo sepiebant oppidum, & quo munere* Murus. *Muros* Municipales *nec reficere licet sine Principis vel Præsidis auctoritate, nec aliquid ei coniungere, vel superponere*, l. 9. §. vlt. D. de diuis. rer. *si quis violauerit* Muros, *capite punitur: sicuti si quis transcendet, scalis admotis, vel alia qualibet ratione*, l. vlt. D. eod. tit. *in Muris aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur*, l. 2. D. ne quid in loco sacro. *Muri habitari sine permissu Principis, propter fortuita incendia, non possunt*, l. vlt. D. eod. tit. *vrbis appellatio* Muris *finitur*, l. 2. D. de verbor. signif.

MVSIVARII l. 1. C. de excusationib. artific. quemadmodum illic legendum esse docet l. 2. eod. tit. C. Theod. à musiuo opere, cuius meminit Spartia. in Pescennino Nigro. *Hunc*, inquiens, *in Commodianis hortis, in porticu curua, pictum de* Musiuo, *inter Commodi amicissimos videmus.* Gregor. Turonensis lib. 5. Historiar. cap. 45. *Ecclesiam fabricauit, quam columnis fulciuit, variauit marmore,* Musiuo *depinxit.* sic enim illic emendandum est, quemadmodum rectè apud Aimoinum lib. 3. de gest. Francor. cap. 42. scribitur.

MVSTVM *ex vuis factum*, l. 12. §. 1. D. ad exhibend. l. 14. §. vlt. D. de condict. furt. *Mustum euehere*, l. 25. D. de action. empt. Seneca Epist. 83. *Musto dolia ipsa rumpuntur.* Isidor. lib. 20. Origin. cap. 3. *Mustum est vinum è lacu statim sublatum: cuius*, vt addit, *tanta vis feruoris est, vt vasa quamuis grandia ex eo plena, absque spiramine relicta, ilico disrumpat.*

MVTARE *actionem*, l. 5. D. de except. rei iud. *Mutari actio*, l. 22. C. famil. erciscund. *Mutandi actoris & procuratoris potestas*, l. 6. §. ex isdem, D. quod cuiusc. vniuer. *Mutare atrium*, l. 13. §. sed si pedium, D. de vsufructu.

Mutare sibi causam possessionis, l. 2. §. vlt. D. pro herede, l. 1. §. vlt. D. pro donato. l. 3. §. illud, l. 18. & l. 19. §. vlt. D. de adquir. poss. *an ipse sibi causam possessionis* Mutare *videtur*, l. vlt. D. si pars hered. pet. *Mutare sibi possessionem*, l. 23. C. de loca. & conduc. *Mutari causa possessionis*, l. 2. §. vlt. D. pro emptore. *Mutari causa proprietatis*, l. 16. D. de donat. inter vir. *Non* Mutatur *proprietatis causa*, l. 30.

§.tribus, D. de adquir. rer. dom. *cùm per se natura agri fuerit* Mutata, l. 2. §. apud Namusam, D.de aqua & aq.plu.*si terræ motu, aut tempestatis magnitudine,soli causa* Mutata *sit*,ibidem. *Mutari causa legati*,l.2.§. vlt. D. de legatis 1.*robur hominis Mutat causam operarum*,l.26.§.libertus,D.de condict. indeb.

Mutare *condicionem*,l.9.D.de hered.instit.l.6. C.de ingenu.manumiss.*non Mutat legati condicionem*,l.81.§.si libertus, D.de legat.1.

Mutare consilium,l.75. D.de diuers.reg.l.3.§.duæ,D.de Carbon.edic.l.8.D.de collatio.bon. *Mutato consilio*,l.17.D.de ædilic.edic. *Mutare diem*,l.19.D. de recept qui arbitr. *Mutare domicilium*,l.32.D.ad municipal.*dominium tamen non* Mutabit,l.34.D. de aur.argen.*non solet locatio dominium* Mutare,l.39.D. locati *Dominium in seruo* Mutatur,l.1.§.si seruus,D.si is qui testam. *quacunque ratione Dominium* Mutatum *sit*, l. 66.§.1.D.de furtis. *Mutato Dominio*, l.18.D.quib.mod. vsufr.Seneca lib.6.de Benefic.cap.2.*materia huc & illuc iactatur,& dominum non* Mutat. *Mutare faciem operis*,l.1.§.opus,D.de oper.no.nunt. *Mutare familiam*,l.3.D.de cap. minut. *Mutari familia*,l.7.D.eod.tit. *Mutare formam antiquitus constitutam*,l.5.§.Iulianus,D.de administr. & peric.

Mutari iudex,l.46.D.de iudiciis. *Mutandi iudicij causa alienare*,l.8.§.1.& l.9.D.de alienat. iud. mut. *Alienatio fieri*,l.vlt.D.eod. tit. *Donatio facta*,l.11.D.eod.*partem tuam tradidisti*,l.24. §. vlt. D.comm.diuid.

Mutare ius alterius,l.31.D.de vsu & vsufr.leg.

Aperturæ tabularum dilatio,ius necessarij heredis non Mutat,l. 3. §. aperturæ, D. de hered. instit. *Nec errorem heredis ius* Mutasse,l.37.D.de auro,arg. *Neque metallorum pœna ius eius* Mutari, l. 46.D.de manummiss.testam. *Mutari ius successionis*,l.3.§.qui fideicommissam, D. de heredib. instit. *Ius publicum priuatorum pactis* Mutari *non potest*,l.38.D. de pactis.

Si post testamentum factum Mutauit *matrimonium*,l.5.D.de liber.& postum. *Militiam Mutat*, l. 3 §.miles,& §.in bello,& l.13.§.irreuerens,D.de re milit.l.vlt.D.de custod.& exhib.

Mutare naturam obligationis,l.9.§.si de, D.de duob.reis. *Mutari procurator*,l.24.D.de procuratorib. *satisdatio propositum tutoris* Maleuolum *non* Mutat,l.6.D.de suspect. tutor. *Mutare sententiam*,l.11.§.vlt.D.de legat.2. *Mutare sententiam* Iudices, Arbitríve,l.27.D. de pœnis,l.19.§. vlt. D.de recept. qui arbitr.

Mutat statum,l.9.§.Papinianus,D.de minorib. *Inundatio speciem fundi non* Mutat, l. 7. §. aliud, D.de adquir.rer.do.*sæpius* Mutata *specie*,l.18.D.quod met.cau.

Minores viginti annis nulla ratione Mutare *statum posse*,l.16.C.de liber. cau. *minima capitis diminutione status duntaxat hominis Mutatur*, Vlpia.Tit.12.Regular.*an huiusmodi scriptura possit liberto statum condicionis* Mutare,l.12.D.de iure patron.*posterior cõuentio statum & naturam obligationis Mutare non potest*,l.9.§.1. D.de duobus reis.

Non Mutat *substantiam rerum non necessaria verborũ multiplicatio*,l.32.§. Labeo,D.de auro,arg.

Mutare *testamentum*,l.88.§.Sempronia, D.de legat.2.l.55.§.vlt.D.de administ.& peric.l.vlt. D.de hered.instit.l.1.§.1.D.si quis aliq.test.prohib.l.7.C.qui testam.fac.l.3.C. de inoff. test. & apud Ciceron.pro Cluentio.*De* Mutando *Testamento cogitare*,l.13. D. de testamen. milit. *ne Testamentum* Mutaretur,l.1.D.quib.non competit.bonor.poss.*Mutare quod Testamento cauerat*,l. 5. C. famil.erciscu. Eodémque sensu,*Mutare Tabulas*, Iuuenalis Sat. 14.*Mutare veritatem*,l.6.D. ad municipal. *nec amplius* Mutandæ *viæ potestatem habere*,l.9. D. de seruitutib.

Mutandæ *vindicationis ius*,l.19. D. de legat.2.

Mutare voluntatem,l.32.D.de donationib.l.44.§.si areæ,D.de legat.1.l.37.D.de legat.3. l.3. & l.20.D.de optio. vel elect.l.1.D.qui sine manumiss.l.3. C.de legat.

Mutata voluntas,l.6.§.item quæro,l.34.§.vlt.D.de aur.argen.l.51. D. de solutionib. l. 15. D. qui & à quib.manumiss.l.7.D.de diuortiis,l.22.D.de legat.2.*Mutata voluntate*,l. 9. & l. 16. D. de his quæ vt indig.l.27.§.si patronus,D.ad Sc.Trebel.l.65.D.de procuratorib. l. 29. D. de adimend.legat.l.13.D.de mort.cau.donat. *Mutandæ voluntatis potestatem habere*,l.21.§.vlt.D.de actionib.emp.*quamquam nihil fundi mei* Mutaueris,l.vlt.§.si stercus,D.quod vi aut clam.

Mutatur aliquid ex prima lege, Vlpian.Tit.1.Regular.*nihil facilè* Mutandum *est ex solemnibus*, l. 7. D. de in integ. rest.l.182.D.de diuers.regul.

Si quis alueum fluminis Mutet,l.1.§.si quis ex riuo,D.ne quid in fluu.publ.*flumen ripas suas* Mutare,l.1.§.ripa, D. de fluminib. *Mutatus alueus fluminis*,l.1.D.ne quid in flum.publ. *si circumfluere cœperit flumen Mutato alueo*,l. 3.§. si aquam, D.de aqua cottid.*si* Mutetur *aquæ cursus*, l. 1. §.quod autem,D.ne quid in flum.pul.

Mutata opinio petitoris,l.11.§.eandem, D. de except.rer.iudic.

Mutata re,l.10.§.agri,D.quib.mod.vsusfr.*Mutata rerum appellatio*,l.7.D.de suppell.leg.*Mutatur rei effectus*,l.47.D.de condic.& dem.

Nec Mu-

Nec Mutat, id est, nec refert, l. 52. §. fideiussores, D. de fideiussorib.

Nec Mutat, id est non mouet, non obest, nec ad rem facit, l. 11. D. vsufructuar. quemad. *Nec* Mutat *quod*, l. 3. §. filium. D. de administrat. rerum, l. 11. §. vlt. D. de pigner. act. l. 10. C. famil. erciscund. *Nec quicquam* Mutare *arbitror*, l. 3. §. vlt. D. de peculio. *nec videtur* Mutare, id est interesse, l. 36. §. 1. D. de testam. milit.

Mvtatio *Dominij*, l. 19. D. quib. mod. vsusfr. *Iudicum*, l. 76. D. de iudiciis. *Iuris*, l. 49. §. vlt. D. de heredib. instit. *Militiæ*, l. 3. §. 1. & l. 6. §. per vinum, D. de re milit. *Nominis*, l. 1. C. de Mutat. nomin. *Personarum*, l. 22. D. de except. rei iud. *Rei*, l. 5. §. rei, D. quib. mod. vsusfruc. & apud Paul. lib. 3. Senten. Tit. 7. *Status*, l. 2. D. de in integ. restit. Mutatione *rumpitur testamentum*, id est, si postea aliud testamentum iure factum sit, Vlpian. Tit. 24. Regular. *Mutationem recipere operarum obligationem*, l. 34. D. de oper. libertor.

Mvtitare. in vetusto Senatus decreto, quod ab Gellio lib. 2. cap. 24. refertur, mutua inter se conuiuia agitare significabat. Quo verbo idem auctor vsus est, lib. 8. cap. 2.

Mvtvare, id est Mutuum accipere, l. 5. §. non tamen, D. de instit. or. *filiusfamilias contra Senatusconsultum* Mutuatus, l. 26. §. filius famil. D. de condict. indeb. Mutuatus *pecuniam*, l. 28. D. de liber. lega.

Mutuato *amore*, l. 1. D. de donation. int. vir.

Mvtvvm *damus, recepturi non eandem quam dedimus Speciem, sed idem genus. Appellata est autem* Mutui datio, *quod de meo tuum fit*, l. 2. in prin. & §. appellata, D. de reb. credit. & apud Gaium, Institut. Tit. 9. Vnde Boët. in Topic. Cicer. *Quod mutuum datur*, ait, *de meo fit accipientis: atque ideò nõ cogitur eandem ipsam pecuniam debitor restituere creditori, sed aliam tantùm.* Varro lib. 4. de lingua Lat. *si datur quod reddatur* Mutuum. Mutui datio *consistit in his rebus quæ pondere, numero, mensúráve, constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata: quas res in hoc damus vt fiant accipientis, postea alias recepturi eiusdem generis & qualitatis*, l. 1. §. Mutui, D. de oblig. & act. Instit. quib. mod. contrah. oblig.

Mutuos *nummos dare*, l. 56. §. si nummos, D. de fideiussorib.

Mutua pecunia credi, l. 3. D. quod iussu. *Dari*, l. vlt. ad Sc. Velleian. Mutua *pecunia data sub vsuris*, vel, *sine vsuris*, l. 7. § item si, D. de Sc. Macedon. Mutua *pecunia non est, quam sine tutoris auctoritate pupillus dat*, l. 3. D. eod. tit.

Mutuam *pecuniam accipere*, l. 4. D. quæ res pigno. oblig. *Mutuum accipere*, l. 13. §. vlt. D. de condic. indeb. *si Mutuum oleum datum sit*, l. 5. §. si ei quem, D. de institor. Seneca Epist. 119. *Catonianum illud, à te* Mutuum *sumes.*

Mutuæ *Actiones*, l. 5. §. 1. D. de obligationib. & act. l. 11. §. 1. D. de iurisdictio. §. tutores, Institut. de obligat. quasi ex contractu, & apud Quintil. Declamat. 354.

Mutua *petitio*, l. 1. C. rer. amotar. l. 6. C. de compensationib. Mutuæ *petitiones*, l. 38. D. mandati, l. 1. §. vlt. D. de extraord. cognit. Tertullian. lib. 2. aduersus Marcio. *Reposcunt Ægyptij de Hebræis vasa aurea & argentea: contrà, Hebræi* Mutuas *instituunt petitiones.*

Mutuis *affectionibus*, l. 7. D. de heredib. instit.

Mutuæ *cautiones*, l. 5. §. 1. D. vt legator. seu fideicom. Mutua *compensatio*, l. 34. D. de seruitut. præd. rust. l. viro, D. de solutionib. *Pensatio*, l. 39. D. soluto matr.

Mutua interrogatio, l. 1. D. de acceptilatione.

Mutuæ *pactiones*, l. 1. §. vlt. D. de extraord. cognition. *Præstationes*, l. 17. §. sicut, D. commodati.

Mutua substitutio, l. 64. D. de legat. 2. *Mutuum officium præstare*, l. 5. §. sed si, D. de præscrip. ver. *Mutuum periculum*, l. 39. §. curatores, D. de administr. & peric. l. 3. C. de conueniend. fisci debitorib.

Vice Mutua, l. 42. §. vsuras, D. soluto matr. l. 5. §. 1. D. vt legator. seu fideic. l. 78. D. de heredib. instit. l. 39. §. tutoribus, D. de administr. & peric. l. 7. §. cùm de, D. de comm. diuid.

Mvtvo, id est inuicem. Mutuò *restituere*, l. 4. C. de præd. minor. Mutuò *prædia seruitutem debere*, l. 73. §. vlt. D. ad Sc. Trebellian. *prædia quæ Mutuò seruiebant*, l. 34. D. de seruit. præd. rustic.

Mvtvs *is intelligitur qui loqui nihil potest, non qui tardè loquitur*, §. vtique, Instit. quib. nõ est permiss. fac testam. Mutus *si in totum non loquatur*, l. 7. §. 1. D. de decurionib. Mutus *sine voce est*, l. 9. D. de ædilic. edic. Mutum *nihil pertinere ad verborum obligationem natura manifestum est*, l. 1. §. vlt. D. de obligat. & action. *nõ voce sed præsentia opus est Mutus si intellectum habet, potest videri respondere*, l. 124. D. de diuer. regu. iur. *Natura Mutus impeditur ne iudex sit*, l. 12. §. natura, D. de iudiciis. *Mutum neque stipulari neque promittere posse palam est*, §. Mutum, Instit. de inutilib. stipulat. *Mutus non semper testamentum facere potest*, §. item surdus, Instit. quib. non est permiss. fac. testam.

Muti *si auditus capaces sint*, l. 63. §. si pupillo, D. ad Sc. Trebell. Mutum, *etiam ita natum, pro he-*

rede gerere, & obligari hereditati posse constat, l. 5. D. de adquir. vel omitt. *si quis valetudine, aut quolibet alio casu*, MVTVS *esse cœperit*, l. 6. §. vlt. D. qui testamen. fac. *si* MVTVS *vt liceret sibi testamentum facere, à Principe impetrauerit*, l. 7. D. eod. tit. MVTVS *nuptias contrahere potest*, l. 73. D. de iure dot. *qui filium habebat* MVTVM *puberem, impetrauit à Principe, vt* MVTO *substituere ei liceret*, l. 43. D. de vulg. & pup.

MVTILARI *iura*, l. vlt. C. de long. temp. præscript. *Mutilari præscriptione*, l. vlt. C. ne de statu defunct. *Mutilatum patrimonium*, l. 1. C. de periculo nominatorum.

MYOPS in l. 10. §. de Myope, D. de ædilit. ed. De huius verbi significatione, quæ ex medicorum libris didici, ea hîc proferam, prætermissis à Budæo adductis locis. Paul. Ægineta lib. 3. μυωπάζειν δὲ λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες· αἰτία τοῖς δ' ἐστὶν ἡ τοιαύτη διάθεσις· ὑπὸ ἀσθενείας γινομένη τῷ ὀπτικῷ πνεύματος. ἐναντία δὲ πάσχουσιν οἱ γηρῶντες τοῖς μύωψι, τὰ γὰρ μὴ ὁρῶντες τὰ πόρρω βλέπουσι. Aëtius lib. 7. μύωπες λέγονται οἱ ἐγγὺς τὰ μὲν σμικρὰ καὶ σωρηγοῦντες βλέποντες· τὰ δὲ μεγάλα καὶ πόρρω βλέπειν μὴ δυνάμενοι, ὥστε γεγραμμένα ἀναγινώσκοντες συνεγτύζουσι τὰς ὀφθαλμούς. Oribasius quoque lib. 8. μύωπας vocari scribit eos, qui ita nati sunt, vt quæ propè sunt, videant, quæ procul non item: μύωπα verò à Locrensibus ἄγχεμν vocatum Hesychius auctor est.

MYSIA prouincia, quam olim sub Germania habitam, ac deinde sub proprio Præside constitutam fuisse, docet l. 3. D. de offic. adsess. Ac planè Mysiæ præsidis fit mentio in rescripto Traiani apud Plin. Epist. 53. lib. 10. sed & hanc prouinciam diuisam & sub duobus Præsidibus constitutam ait Macer ead. l. 3. D. de off. adsess. *Mysia* itaque duplex fuit, Inferior, & Superior: illius meminit l. 9. D. de captiu. Fit & mentio Mysiæ Mediterraneæ, seu Dardaniæ in l. 4. C. de metallar. lib. 10. & *Mysiæ primæ* in l. vlt. C. de diuers. offic. lib. 12. In Mysia porrò incensores vitium grauissimè plecti, tradit Claudius in l. 16. §. vlt. D. de pœnis.

DE VERB.

FINIS LIB. XI.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE,

LIBER XII.



Æc vox NAM, non tantùm ἀποφατικὴ est, sed & plerumque inceptiua: & idem valet, quod *planè*, vt Donat. in Hecyr. Terent. Act. 2. Sc. 2. notat, Plautíque testimonio comprobat. Sic in l. 1. §. vlt. D. de diuis. rer. l. 85. §. sacram, D. de verb. oblig. l. 3. in fi. D. de testam. milit. l. 10. C. si cert. pet. & apud Valer. Max. lib. 8. cap. 3.

Nam ecce, l. 5. §. hæc verba, D. quod vi aut clam. *Nam enim*, l. vlt. D. de verbor. signif.

NAMVSAM cùm audis in l. 2. §. apud Namusam, D. de aq & aq. pluu. l. 5. §. sed interdum, D. commodati, l. 40. §. dominus, D. de condic. & dem. *Ausidium Namusam* accipe, è Seruij auditoribus vnum, l. 2. §. Seruius, D. de orig. iur. qui & *Ausidij* nomine intelligendus est, l. 52. §. vlt. D. pro socio, l. 20. D. de optio. vel elect.

NANCISCI, est adipisci, consequi, adquirere.

Nanciſci Actionem, l. 63. §. si dimidiæ, D. ad Sc. Trebell. *Nactus Actionem*, l. 2. C. si seruus export. l. 2. C. famil. ercisc. *Actiones*, l. 63. §. si verè, D. ad Sc. Trebell. *Nacti actionem*, l. 45. §. quod si, D. mandati. *Statuliberi causam non prius seruus Nanciſcitur*, l. 2. D. de statuliber.

Nanciſci Dominium, l. 1. D. de adquir. rer. dom. l. 3. §. si rem, D. de leg. 3. l. 5. D. pro donat. l. 1. D. de collus. deteg. l. 5. D. comm. diuid. l. 1. D. de publiciana.

Si partis dimidiæ Nanciſcar dominium in seruo, l. 43. §. vlt. D. de furt. *Nactus dominium*, l. 5. D. pro donato, l. 26. §. vlt. D. de fideicomm. libert. l. 2. C. comm. vtriusque. *Ex vna noxia serui dominiũ Nactus*, l. 20. D. de noxalib. actionib.

Nactus exceptionem, l. 66. D. de diuers. reg. l. 25. D. de pact. dotal. *Partem fundi quam ex causa pignoris Nactus est*, l. 68. D. de legat. 3. *Quod serui nostri ex traditione Nãciscuntur*, l. 10. §. 1. D. de adquir. rer. dom. *Priusquam serui facultatem Nanciſceretur fur*, l. 72. §. idem, D. de solutionib. *Exigendum est vt ego facultatem eius rei Nactus sim*, l. 4. §. Labeo, D. de vsurpationib. *Si postea fructus istos Nactus fuerit fructuarius*, l. 12. §. Iulianus, D. de vsufru. *antequam ipse Iurisdictionem Nanciſcatur*, l. 4. §. vlt. D. de offic. procõs. *Iura suorum heredum quasi adgnatione Nanciſcuntur*, l. 13. D. de iniust. rupt. *Etiam hæc Iura ex lege Papia Popæa Nanciſcuntur*, Vlpian. Tit. vlt. Regular.

Nactus ius interdicendi, l. 7. §. dubitatum, D. de interdict. & relegat.

Vt is iura cognationis retineat quam in familia adoptiua Nanciſcitur, l. 1. §. cognationem, D. vnde cognati. *Quamuis iura ingenuitatis saluo iure patroni Nactus sit*, l. vlt. D. de iure aureor. anulor.

Nanciſci libertatem, l. 5. C. si mancip. *Nactus libertatem seruus*, l. 4. §. cùm autem, D. de fideic. libert. *ex morte alterius Nanciſcitur capiendi occasionem*, l. 31. D. de mort. cau. donationib.

Nanciſci possessionem, l. 37. D. de vsucapionib. l. 13. §. item si quis, D. de hered. pet. l. 2. §. si eam rem, & l. 7. §. 1. D. pro emptore, l. 32. D. de adquir. possess. *aliquo interdicto Nanciſci possessionem*, l. 24. D. de rei vindic. *Dimissa possessione prima eiusdem rei denuo, & ex alia causa, possessionem Nanciſci*, l. 19. §. vlt. D. de adquir. possess. *qui ita Nactus est possessionem vt eam retinere non possit*, l. 22. D. eod. tit. *Nactus possessionem*, l. 1. §. si quis, D. ad L. Falcid. l. 31. §. 1. & §. si vi, D. de vsurpationib. l. 5. §. si donaui, D. de doli except. l. 6. D. de diuers. temp. l. 11. D. de iureiur.

Naturalem possessionem Nanciſci, l. 3. §. Nerua, D. de adqu. poss. *Cùm suo nomine Nacti fuerint pos-*

ſeſſionem, l.1.§.per procuratorem, D.eod.tit. *Per ancillam* Nanciſci poſſeſſionem, l.1.§.ceterùm, D. eod. tit. *Licet poſſeſſionem rei traditæ per eum* Nanctus *non ſim*, l.15. D.de Publiciana. *cùm poſſeſſionem rei* Nanctus *ſit ex voluntate actoris*, l.47. D.de rei vindic. *Si non voluntate mea* Nanctus *ſis poſſeſſionem*, l.5. D.de adquir poſſeſſ. *Licet corporaliter eius rei non ſim* Nactus *poſſeſſionem*, l.4.§.tũc in, D.de vſurpationib. *Cùm poſſeſſionem rei* Nactus *ſit iuſtè*, ibidem.

Nanciſci *poſſeſſionem rerum hereditariarum*, l.21. D.ad Sc. Trebell. Nanctus *poſſeſſionem rei*, l.13.§. item ſi quis, D.de hered.petit. *Rerum*, l.7.§.1.D.pro emptore. *Et ſi nondum rerum* Nactus *fuerim poſſeſſionem*, l.63. D.ad Sc. Treb. *Si propones legatarium* Nactũ *poſſeſſionem rerũ*, l.6.§.1.D.de pecul. legat.l.52.D.de obligationib.& actionib. Nancto *eo poſſeſſionem*, l.18. D. de except.rei iudic. *Si res ab eo poſſeſſionem* Nanctæ *vindicentur*, l.28.§.vlt. D.ex quib.cauſ.maior.

Nactus *poteſtatem*, l.28.§.1.D.de liber.& poſtum. Nanciſci *proprietatem*, l.5i.C.vt in poſſeſſion. Nactus *proprietatem fundi*, l.21.§.ſi fundum, D.de excep.rei iud. *proprietatem vſusfructus*, l.24.§.1. D.de legat.1. Nactus *proprietatem rerum*, l.1.§.ſi ſeruus, & l.vlt. D. de except. rei iudic. Nanciſci *rem ſucceſſionis iure*, l.8.§.illud, D.quib.mod.pign. Nanctus *rem*, l.4. §. Labeo, D. de vſurpationib. *Si quis res fluctibus expulſas vel etiam in ipſo mari* Nanctus, l.9.§.vlt.D.de adquir. rer. domin. Nacti *ſacerdotium*, l.13. D.de vacat.& excuſation. Nactus *tabulas*, l.32. D.de furt.

Si plures ſunt adgnati, proximus tutelam Nanciſcitur, l.9. D.de legitim.tutor.

Narbonensis Prouincia, l.2.§. capta deinde, D.de orig. iur. Narbonenſes *in Vienenſis iuris Italici ſunt*, l.vlt.D.de cenſib.

Nardvm *purum*, quod Vnguentorum appellatione contineri, licet valetudinis cauſa eo vnguamur, tradit Pompon.in l.21.§.1. D. de auro, argent.additque, *hoc quidem etiam quò elegantiores ſint, & mundiores, vnguntur feminæ*. Ac planè, Nardum *præcipuum in Vnguentis eſſe*, ait Plin.lib.12.cap.12.ex quo Nardi deſcriptionem pete, vt & vſum eius in re medica, ex cap.20. lib.21.

Nardistachys in l.vlt.§.ſpecies, D.de publican. Iſidorus lib.17. cap.9. *Nardum*, ait, *herba eſt ſpicoſa: vnde & Græcis* Nardiſtachys *appellata, quarum alia Indica, alia Syriaca vocatur, non quòd in Syria naſcatur, ſed quòd mons in quo inuenitur, alio latere Indiam ſpectat, alio Syriam. Eſt autem Indica multiformis, ſed melior Syriaca, leuis, fulua, comoſa ſpica, parua, odoriſſima.*

Nasci patri filius dicitur, l.43. D.de vulg.& pupil. Terent. Adelph. *Atque hic ex me natus non eſt. Si quid mihi Liberorum me viuo, mortuóve* Naſcetur, l.47.§.1. D. de heredib. inſtit. *qui ex me, & vxore mea* Naſcitur, l.4. D.de his qui ſui, vel alien. *quaſi ex Lucio Titio, & ex matre familias eius,* Natus *eſſet*, l.44. D.de adoptionib. *ex ſe Natum*, l.21. D.de captiuis. *Si quis ex filio meo, nepos, ſiue quæ neptis,* Natus, Nata, *erit*, l.29. D.de liber. & poſt. *Quatuor pariter puellas à matre familias* Natas *eſſe*, l.3. D. ſi pars hered.pet. Ceterùm quot liberi vno partu Naſci poſſint, vide eadem l.3.& l.28.§.vlt. D.de iudiciis, l.7. D.de reb.dub.& l.36. D.de ſolutionib.

Nati *liberi* non videntur, qui mortui editi ſunt, l.124. D.de verb. ſignif. Natum planè accipimus etiam eum, qui ex ſecto ventre editus ſit: etſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen, Natum dicimus, l.12. D.de lib.& poſtu. Natus tamen ab eo, qui *poſt mortem matris ex ſecto ventre eius extractus eſt*, ſeparatur in l.13.§. ex omnibus, D. de Publician. & l.6. D. de inoffic. teſt. Quod, ſi propriam verborum ſignificationẽ ſpectes, verum quidem eſt. Ratio certè facit vt de nato & eo qui exciſo vtero editus ſit, idem cenſeri debeat. *Dum* Naſci *ſperatur poſtumus*, l.7. D.de manumiſſ. teſtam. *Cognati commune* Naſcendi *initium habuerunt*, l.1.§.1. D. vnde cognati. *vnà, communitérque* Nati, l.4.§.1.D.de gradib.

Natus *ex adulterio*, l.3. D.de liber.& poſt. *Qui cum vno teſticulo* Natus *eſt*, l.4. D.de re milit. *Mutum ita* Natum, l.5. D.de adquir.vel omitt. *ſi* Nata *ſit eo ingenio aut corpore Mula*, l.38.§.quæſitum, D.de ædilic.edic. *ſi oues* Natæ *ſint, deinde ex iis aliæ*, l.26. D.de heredit.petit.

Naſci *Arbor*, l.30.§.1.D.de adquir.rer.dom.l.19. D.comm.diuid. *Arbores in ripis* Natæ, l.5. D. de diuiſ.rerum. Naſci *aqua ex Fonte, ex Flumine, ex Lacu*, l.1.§.caput, D. de aqua cottid. *In fundo*, l.30. D.de ſeruit.præd.ruſt. *In riuo*, l.3.§.aqua, D.de aq. cottid. Naſci *inſulæ in fluminibus, vel mari*, l.5.§.ſi inſulæ, D.de fluminib. l.6.§.inſula, & l.29. D.de adq.rer.do. l.9.§.huic, D.de vſufructu, l.16.& l.17. D.de legat.3. l.26.§.vlt. D. de except. rei iudic.& apud Plinium, lib.2. cap.86.

Naſci *fructus*, l.45. D.de vſuris. *Licet ager tam ſterilis ſit vt nullus fructus* Naſcatur, l.12.§.de illo, D. de vſufruct. *iam omnibus fructibus, qui in his agris* Naſcuntur, *ſublatis*, l.58. D.eod.tit. *fructus qui in agro Tuſculano Nati erunt*, l.75.§.illud, D.de verb. oblig. *fructus qui in illo fundo* Naſcentur, l.25. D.quando dies. legat. *ex his quæ in fundo* Naſcentur, l.12.§.1. D.de vſu & habit. *Decem pondo olei quod Natũ eſſet*, l.38. D.de cõtrah.empt. *exſpectare debeo donec vinũ* Naſcatur: *& ſi* Natũ *ſine culpa promiſſori conſumptũ ſit, rurſum exſpectare debeo, donec iterum* Naſcatur, l.83.§.ſacrã, D.de verb. oblig.

oblig. *fructus qui in illo fundo* Naſcentur, l.25. D. quando dies legator. *Omne quod ex vino* Natum *vinum permanſit*, l.9. D. de tritico, vino.

Naſci non corporales modò res, ſed & incorporales dicuntur, vt iura. *Naſci actio*, l.98. §. vlt. D. de verb. obligat. l.9. l.17. & l.18. D. de furtis, l.21. §. hæc actio, D. de act. rer. amot. l.9. §. omnis, D. de pigner. act. l.5. D. de negot. geſt. l.94. D. de ſolutionibus, l.88. & l.89. D. de furt. l.33. D. de dolo, l.37. D. de dolo. l.10. D. com. diuid. l.1. C. ſi ſeruus export. l. vlt. C. de his quæ ſub modo. *ne ex pacto actio* Naſcatur, l.7. §. quinimmo, D. de pactis. *ex nudo pacto actionem* Naſci *non poſſe*, l.27. C. de locato. *Si ex vna obligatione plures actiones* Naſcantur, l.53. D. de obligat. & act. *Nulla ex vtroque latere* Naſcitur *actio*, l.6. §. ſi quis ita, D. de neg. geſt. *Magis ex re in quam impenditur, quàm ex perſona ſocij actio* Naſcitur, l.25. D. comm. diuid.

Naſci *actiones*, l.31. D. de obligat. & act. *Nata actio*, l.5. §. vlt. D. de ſeru. corrupt. *Natam bonorum poſſeſſionem*, l.8. §. ſed ſi mortem, D. de bonor. poſſ. cont. tab.

Naſci *condictio*, l.69. §. vlt. D. de legat. 2. l.58. D. de ſolutionib. l.13. D. de reb. cred. l.6. & l.52. §. vlt. D. de donat. inter vir. l.56. §. ſi nummos, D. de fideiuſſorib. l.38. §. idem, D. de vſuris.

Natam *eſſe condictionem*, l.26. §. ſi decem, D. de condict. indeb.

Naſcitur *crimen*, l.1. D. ad L. Fab. de plagiariis. *Naſci exceptio*, l.2. D. de recept. qui arbitr.

Semel Natam *inofficioſi querellam*, l.8. §. ſi condicioni, D. de inoff. teſt. *Naſci interdictum*, l.40. D. de ſolution. *Naſci liberatio*, l.94. D. de ſolutionib. *nondum* Nata *liberatio eſt*, l.2. D. de verb. oblig.

Naſci *obligatio*, l.5. D. de præſcript. verb. l.5. & l.6. §. ſi quis ita, D. de negot. geſt. l.21. §. ſi dos, D. quod met. cau. l.2. D. mandati, l.27. §. vlt. D. depoſiti, l.14. D. commodati, l.7. D. de nouationib. l.17. D. de pactis. l.13. §. vlt. D. commodati. Naſci *obligationes*, l.126. §. Chryſogonus, D. de verb. obligat. l.3. §.1. D. de obligat. & act. l.2. §. appellata, D. de reb. cred. Inſtit. de auctorit. tutor. *Obligationes aut ex contractu* Naſcuntur, *aut ex maleficio*, l.1. D. de oblig. & act.

Naſci *peculium*, l.40. D. de peculio. Nata *eſt petitio*, l.1. §. ſi impubes, D. de collat. bonor. *ex conſuetudine æquali* Naſcitur *contemptio dignitatis*, l.19. D. de offic. præſid.

Natalicivm *munus*, l.94. D. de verb. ſignif.

Natalis, diem ſignificat, quo quiſque natus, & in lucem editus eſt.

Natalis *ſui die*, l.3. §. minorem, D. de minorib. l.22. D. de annuis legat. *Natali die*, l.31. §. ſi vxori. D. de donationib. int. vir.

Natali ſuo, l.5. D. qui teſt. fac. poſſ. *Dies Natalis Chriſti*, l.7. C. de feriis. Nec homines modò, verùm etiam vrbes, ſuos habent Natales dies. Natalicij *dies vrbium maximarum Romæ atque Conſtantinopolis*, l.7. C. de feriis. *Natalis vrbium regiarum.* Caſſiod. lib.6. Hiſtor. Tripart. cap.30. Quorum verborum explicationem pete ex noſtro Obſeruationum diuini, & humani iur. libro. Vide & Sozomenũ lib.5. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap.16. & Suidam in verbo Μίλιον.

Natalis *profeſſio*, l.6. C. de fide inſtit.

Natales, Soſipat. lib.1. *generis nobilitatem*, ſignificare ait. l.46. D. de verb. ſig. l.10. & l.13. C. de probationib. *Natalium Dignitas*, l.7. C. de poſtlimin. reuerſ. l.69. §. nuptiis, D. de iure dot. *Natalium origo*, l.14. §. de honoribus, D. de munerib. & honor. *Veritas*, l.7. C. de ingen. man.

Natalibus *reddi, reſtituique* Liberti dicebantur, qui ad ingenuitatis ſtatum à Principe reſtituebantur, perinde atque ſi numquam maculam ſeruitutis ſuſtinuiſſent, ſed ingenui nati eſſent, l.4. D. de iur. aur. anul. l.3. & l. vlt. D. de natalib. reſti.

Vis autem huius verbi illa erat, quòd illis Natalibus reſtituebãtur, in quibus omnes homines initiò fuerant, l.2. D. de Natalib. reſtit. Hoc ius Iuſtinian. τῆς παλιγγενεσίας δίκαιον vocat, Nouell. Conſtit. 78. *Natalibus redditus*, l.3. D. de bonis libert. *Reſtitutus*, l.1. D. de iure anul. aur. l.6. C. de ſuis & legit. l.10. §. patronũ, D. de in ius voc. Plin. Epiſt. 77. lib.10. ad Traia. *Poſtulantibus quibuſdam, vt de agnoſcendis liberis, reſtituendíſque* Natalibus, *cognoſcerem.*

Natiuitas, l.1. D. ad municipal, Natiuitatis *veritas*, l.2. C. de ordine iudicior. Natiuus *color*, l.70. §. verſicoloribus, D. de legat. 3.

Natvram D. Auguſt. in lib.2. de Moribus Manich. nihil aliud eſſe ait, *quàm id quod in vnoquoque genere intelligitur aliquid eſſe.* Vnde Natura vim, conditionem, qualitatem cuique rei inditam, innatam, attributámque ſignificat. At belle, Seneca lib.4. de Benefic. cap.7. *Quid enim aliud eſt* Natura, *quàm Deus, & diuina ratio, toti Mundo, & partibus eius inſerta?* Thomas Magiſter, Φύσις οὐσίας διαφέρει. οὐσία μὲν γὰρ ἔστιν ἡ ἑκάστου ὕπαρξις. φύσις δὲ, ἡ ἐνοῦσα τινὶ δύναμις, οἷον, φύσις τῆς γῆς, βλαστάνειν βοτάνας, ἡ φύσις τοῦ πυρὸς, τὸ θερμαίνειν. *Ius quod* Natura *omnia animalia docuit*, l.1. §.1. D. de iuſtit. & iu. Natura *cõmunis* eſſe dicitur, l.12. §. vlt. D. de accuſationib. quoniam in omnes ex æquo vim ſuam diffundit, & liberũ à ſeruo non diſtinguit. Imperator Manuel, Orat. 3. ἡ φύσις δὲ, πᾶσι κοινὴ, καὶ τὰ ταύτης ἡμῖν κοινὰ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς οὐδεὶς ἄτοπα φαινόμενα.

Quantum in Natura hominum ſit, l. 38. D. de reb. cred. *humanæ Naturæ congruũ*, l. 65. §. ornatricibus, D. de legat. 3. *Cùm mulier vnum gerit, nec, per* Naturam *humanæ condicionis, alium partum formare poteſt, quod quidem poſt certum tempus conceptionis eueniet*, l. 30. §. ſuum, D. de adq. vel omitt. her. *omnes fructus, Rerum Natura hominum gratia comparauit*, l. 28. D. de vſuris. §. in pecudum, Inſtit. de diuiſio. rer. *Natura non permiſit ſimul vno impetu duos infantes de vtero matris excedere*, l. 15. D. de ſtat. homin.

Vltra ſeptimum ferè gradum rerum Natura *cognatorum gradum conſiſtere non patitur*, l. 4. D. de gradib. & adfin. *Neque enim Rerum Natura recipit, vt per eum aliquid poſsidere poſsimus, quem ciuiliter in mea poteſtate non habeo*, l. 23. §. vlt. D. de adqu. poſſ. *nec rerum Naturam intuendam, in qua omnia certa eſſent, cùm futura vtique fierent*, l. 28. §. vlt. D. de iudiciis. *Natura rerum conditum, vt plura ſint negotia, quàm vocabula*, l. 4. D. de præſcript. verb.

Per rerum Naturam, factum negantis nulla eſt probatio, l. 23. C. de probationib.

Nihil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum Naturam perſolui poſsit, l. 46. D. de diuerſ. regul. *Cùm res per rerum Naturam præſtari poteſt*, l. 73. D. de verb. oblig. *Cùm per rerum Naturam certum fuerit vnum naſci*, l. 28. D. de iudiciis. *Sententia cui pareri rerum Natura non potuit*, l. vlt. D. quę ſentent. ſine appellat. *Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt*, l. 186. §. vlt. D. de diuerſ. regul. *Quæ non à patre ſed à genere, à ciuitate, à rerum Natura, tribuerentur*, l. 3. D. de interd. & releg.

In rerum Natura eſſe, vel *non eſſe*, dicuntur tam Perſonæ, quàm Res. *Conceptus quodammodo in rerũ Natura eſſe exiſtimatur*, l. 7. D. de ſuis, & legit. *Qui in vtero ſunt, in toto pœnè iure ciuili intellegũtur in rerum Natura eſſe*, l. 26. D. de ſtat. hom. *ſi duobus res coniunctim legata ſit, quamuis alter in rerum Natura non fuerit*, l. 16. D. legat. 1. *Qui in rerum Natura non eſſet, annorum quatuordecim non eſſe non intellegeretur*, l. 22. D. quan. dies legat. *Poſtumus qui ipſe mortis tempore aut nondum in rerum Natura erat*, l. 2. D. de collat. bonor. *Si ſeruus in rerum* Natura *eſſe deſiit*, l. vlt. D. quan. de pecul. *Si in rerum Natura filius eſſe deſiſſet*, l. 54. D. de fideic. libert. *ſi die fideicommiſſi cedente, filius & Nepos eorum, in Natura eſſent*, l. 78. §. quæ habebat, D. ad Sc. Trebell. id eſt in rerum Natura.

Atque hæc de Perſonis: ſequuntur exempla de Rebus. *Certum corpus quod in rerum Natura non ſit*, l. 108. §. qui quinque, D. de legat. 1. *Si conſenſum fuerit in corpus, id tamen in rerum Natura eſſe deſierit*, l. 15. D. de contrah. empt. *Cùm fundus Cornelianus in rerum* Natura *ſit*, l. 40. D. de condic. & demonſtr. *Si hereditas venierit eius qui viuit aut nullus ſit, nihil eſſe acti, quia in rerum Natura non ſit quod venierit*, l. 1. D. de hered. vel act. *Reſtitui hypothecam, ſi in rerum Natura ſit*, l. 13. §. ſi ſub, D. de pignorib. *Opera in actu conſiſtit, nec ante in rerum Natura eſt, quàm ſi dies venit quo præſtanda eſt*, l. 1. D. de oper. ſeruor. *Quandiu id quod debet in rerum Natura eſt*, l. 20. D. de oper. libert. *ſi Res quæ legata eſt, an in rerum Natura ſit dubitetur*, l. 69. §. vlt. D. de legat. 1. *cuius culpa factum non ſit, ne res in rerum Natura ſit*, l. 48. D. eod. tit. *ſi tabulæ in rerum Natura non fuerint*, l. 84. §. ſi ita, D. de legat. 1. *In rerum Natura non eſt triticum, cuius ſinguli modij pondo centum pendeant*, l. 7. §. vlt. D. de trit. vin. *Quod in rerum Natura non eſſet*, l. 19. D. de in rem verſo. *Quod in rerum Natura adhuc non ſit, legari poſſe conſtitit*, l. 24. D. de legat. 1.

Ne in rerum Natura non eſſet, l. vlt. D. de adminiſtr. & peric. *Stichum qui non ſit in rerum Natura*, l. 30. §. 1. D. de iureiuran. *Etiamſi in rerum Natura legatum non fuiſſet*, l. 3. D. de confeſſis. *quæ ipſi vt in rerum Natura eſſent, fecimus*, l. 3. §. genera, D. de adquir. poſſ. *Quæ in rerum Natura non ſunt*, l. 135. D. de diuerſ. reg. iur.

Area in qua ædificium poſitum eſt, non deſiit in rerum Natura eſſe, l. 98. §. vlt. D. de ſolutionib. *quod in rerum Natura eſſe deſiit*, l. 21. D. de heredit. petit. *ſi res in rerum Natura eſſe deſierit*, l. vlt. D. de negot. geſt. *ſi modò in rerum Natura eſſe deſiit*, l. 50. D. de donat. inter vir. & vxor. *quia in rerum Natura verum fuiſſet*, l. 36. D. de ſolutionib.

Natura beſtiarum fera, l. 2. §. vlt. D. ad L. Aquil.

Impoſsibilis condicio, cui Natura impedimento eſt quo minus exiſtat, veluti, Si digito cælum attigero, §. impoſſibilis, Inſtitut. de inutil. ſtipulat. *Si ea condicio quæ* Natura *impoſsibilis eſt, inſerta eſſet*, l. 13. §. cùm quis, D. de verb. obligat.

Cuius cauſa Natura nobis eius corporis ſanitatem dedit, l. 1. §. ſed ſciendum, D. de ædilic. edic.

Naturæ veritas, l. 6. D. ad municipal. *Si id quod in confeſsionem venit, & ius & Naturam recipere poteſt*, l. 14. §. vlt. D. de interrogationib.

Naturà, id eſt, per rerum Naturam. *Si ea ſint loca, quæ Naturà non admittant aquam*, l. 1. §. duo, D. de aqua cottid.

Quæ Naturà diuiſionem non admittunt, l. 2. D. de verbor. oblig.

Sicut

Sicut impendia cibariorum in seruum, cuius vsufructus ad aliquem pertinet, ita & valetudinis impendia, ad eum respicere Natura manifestum est, l. 45. D. de vsufruct.

Furiosum, siue stipuletur, siue promittat, nihil agere Naturâ manifestum est, l. 1. §. furiosum, D. de oblig. & act. *Ipsa Natura manifestissimum est, incerti esse hanc stipulationem, si quis id quod ex Arethusa ancilla natum erit, aut fructus qui in fundo Tusculano nati erũt, stipuletur*, l. 75. §. illud, D. de verb. obligat.

Natura impediuntur ne iudices sint, surdus, mutus, & perpetuò furiosus, & impubes, l. 12. §. non autẽ, D. de iudiciis *Sicut substituta pecora statim propria fructuarij fiunt, ita priora quoque, ex Natura fructus, desinunt eius esse*, l. 69. D. de vsufruct. *Ne cum filiofamilias pater furti agere possit, non iuris constitutio, sed Natura rei impedimento est*, l. 16. D. de furtis. *Vectura, sicut vsura, non Natura peruenit, sed iure percipitur*, l. 62. D. de rei vindic.

Natura *cognati manent etiam adgnati capite deminuti*, Vlpian. Tit. 29. Regul. Natura *durior condicio*, l. 31. D. de condicion. & demonstr. *Sua Natura rem intercidisse* Gaius dicit, quæ fato suo functa sit, l. 14. §. vlt. D. depositi. *Sua* Natura *corrupta vina*, l. 15. D. de pericul. & commod. *Acceptilatio non sua Natura agit*, l. 5. D. de rescind. vendit. id est, non propria vi & potestate. *Sui Natura patefactæ tabulæ*, l. 10. §. 1. D. testament. quemadm. aper. *Quæ Natura sui possibilia sunt*, l. 83. §. sacram, D. de verbor. oblig.

Contra Naturam *domino alieno subij citur*, l. 4. §. 1. D. de statu homin. *Contra* Naturam *est, vt cùm ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris*, l. 3. §. ex contrario, D. de adquir. poss. *Contra* Naturam *habitus corporis*, l. 1. §. sed sciendum, D. de ædilic. edic. *Motus corporis contra Naturam*, l. 60. D. de re iud *Commota contra* Naturam *fera*, l. 1. §. 1. D. si quadrup. paup.

Qui Natura spadones sunt, l. 128. D. de verbor. signif. *Natura sterilis, & Vitio corporis*, opponuntur, l. 14. D. de ædilic. edic.

Naturâ, id est Naturali iure, seu naturali ratione. *hoc* Natura *æquum est neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem*, l. 14. D. de condic. indeb. id est, *iure* Naturæ, vt l. 206. D. de diuer. reg. *Est* Natura *æquum tamdiu te liberalitate mea vti, quamdiu ego velim, & vt possim reuocare, cùm mutauero voluntatem*, l. 2. D. de precario. Natura *æquum est non esse impunitum eum qui spe libertatis audacior factus est*, l. 1. D. si is qui testam. lib. *Est* Natura *æquum liberari filium vel seruum obligatione per peculij deductionem*, l. 11. D. de peculio. *Vim vi repellere licere Cassius scribit, idque ius* Natura *comparatur*, l. 1. §. 1. D. de vi, & vi arm. *Natura* namque, vt Cicero Topicis ait, *partes habet duas: tuitionẽ sui, & vlciscendi ius.* Natura, *operas patrono libertus debet*, l. 26. §. libertus, D. de condict. indeb. Natura, *superficies solo cohæret*, l. 44. D. de legat. 3. *Naturâ, grauiora sunt Incestus, quàm Adulterij crimina*, l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. Natura, *mare omnibus patet*, l. 13. D. comm. præd. id est, Naturali *iure commune est*, vt l. 2. D. de diuis. rer.

Is Natura *debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus*, l. 85. §. vlt. D. de diuers. reg. Natura *debere*, l. 47. D. ad Sc. Trebell. l. 41. D. de condict. indeb. Natura *deberi*, l. 10. D. de verb. significat. l. 31. D. de hered. pet. l. 26. §. libertus, D. de condict. indeb. l. 1. §. id quod. D. ad L. Falcid. Natura *debitor*, l. 19. D. de neg. gest. l. 57. §. vlt. D. de condict. indeb. Natura *debitum*, l. 1. §. vlt. D. de pecun. constit. l. 60. D. de fideiussorib.

Quid Natura *nobis iucundius, quid carius esse filia voluit?* Cic. lib. 1. in Verrem.

Natura *non patitur, vt aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes, augeamus. Neque verò hoc solùm* Natura, *id est iure gentium, sed etiam legibus populorum constitutum*, Cicero 3. Offic. *Secundùm* Naturam *est commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda*, l. 10. D. de diuer. regul. *Inter Collibertos matrem & filium pietatis ratio, secundùm* Naturam, *salua esse debet*, l. 1. D. de obseq. parentib. & patron. Cicer. lib. 3. Offic. *Maxime est secundùm* Naturam *humani generis societas.* Idem ibid. *Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere cõmodum, magis est contra* Naturam, *quàm mors, quã paupertas quàm dolor, quã cætera quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.*

Naturæ *ius est, quod nobis non opinio, sed quædam nata vis adferat, vt Religio, Pietas, Gratia, Vindicatio, Obseruantia, Veritas.* Cicer. lib. 3. de Inuentio. Natura *ius est, quod cognationis aut pietatis causa obseruatur, quo iure parentes à liberis & à parentibus liberi coluntur*, Cicer. lib. 2. Rhetor. ad Heren. *Iure* Naturæ *æquum est neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem*, l. 106. D. de diuer. regul. *Lex* Naturæ *est, vt qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur*, l. 24. D. de statu homin. Cicer. 3. Offic. *Hoc multo magis exigit ipsa* Naturæ *ratio, quæ est lex diuina & humana.*

Naturæ quoque nomen, in eas res quæ anima carent cadit. Natura *Agri*, l. 2. §. apud Namusam, D. de aqu. & aqu. pluu. *Loci*, l. 1. §. item sciendum, & l. 2. D. eod. tit. Natura *loci cœlique*, Cicero lib. 5. in Verrem. *si Locus ipse sui* Natura *damnum inferat*, l. 24. D. de dam. inf. Natura *locorum*, l. 1. §. duo, D. de aqu. cotid. *Ex* Natura *ipsius aquæ*, l. 6. D. eod. tit. Natura *fluere solet aqua*, l. 1. §. hæc

l.1.§.hęc autem,& §.item ſciendum,D.de aqua & aqu.plu.*Natura nocere aqua*,dic.§.hæc autẽ, *Natura fluminis hæc eſt,vt curſu ſuo mutato,aluei cauſam mutet*,l.30.§. tribus, D. de adquir.rer.do. *Nocendi Naturam deponunt venena*,l.35.§.1. D. de contrah. empt.

Quinetiam ad res incorporales,veluti iura,*Naturæ* appellatio porrigitur.*Natura Actionis*,l. 14.§.idem Labeo, D. de religioſ.l.12.§.vlt. D.quod met.cau. l. 10. C. de pigner. act.*Contractus*,l.7.§.quinimmo,D.de pact.*Depoſiti*,l.24.D.depoſiti. *Obligationis*,l.9.§.1.D.de duo.reis. *Obligationum*,l.5.infi.D.de fideiuſſorib.*Venditionis*,l.139.D.de verbor.oblig. *Omnes ſtipulationes Natura ſui cautionales eſſe*,l.5.D.de ſtipulat.prætor. *Natura Seruitutium ea eſt, vt poſsideri non poſsint*,&c.l.32.§.vlt.D.de ſeruit.præd.vrban.*Seruitutium non ea Natura eſt,vt aliquid faciat quis*, l.15.§.vlt.D.de ſeruitutib.*Natura ſui,intermiſsionem habet ſeruitus viæ*,l.13. D.de vſu & vſufr. *Natura cauillationis hæc eſt*,l.177.D.de verb.ſignific.*Contra Naturam legati*, l. 6.§.1.D.de pecul.leg. *contra Naturam ſocietatis*,§.de illo,Inſtit.de ſocietate.

Natura Negotij,l.21.§.vlt.D.de teſtib.*Naturæ concedere*,l.1.C.ad Senatuſc.Tertyll. *etſi iam à Natura receſsit*,l.3. D.de confeſſ.

Liberos,Naturæ ſimul & parentium commune votum, ad parentium bona admittit,l. 7. §. vlt. D. ſi tab. teſtam.

NATVRALIS *pater*,interdùm *Adoptiuo* aduerſatur, l.44.non obeſt,D.de ritu nupt.l.30.D.de inoffic.teſt.l.1.§.ſi impubere,D.de collat.bon.l.17.§.in adoptiua,D.ad municipal l.22.D.ad l.Iul.de adulter.l.1.l.10.§.1.& l.8.§.ſi filium,l.10.l.11.l.14.§.filius,D.de bon. poſſeſſ.cont.tab. l. 107. & l.132.D.de verbor.oblig.l.41.§.codicillis,& §.pater,D.de legat.3.l.88.§. pater, D. de legat.2.l.20.§.vlt.& l.27.§.1.& §.ita,& l.23.§.1.D.de pecul.legato,l.1.§.cognationem, D. vnde cognati,l.2.§.obiicitur, D. ad Sc. Tertyll. Et ita *Naturalis pater*, ad differentiam *Adoptiui*,accipiẽdus eſt,l.29.D.de adoptionib.l.6.& l.8.D.de in ius voc.l.7.§.1. D. de Carbon. edic. §. admonendi,§.ſed ea omnia,Inſtit.de heredit.quæ ab inteſt. & apud Paul.lib.2.Sentẽt.Tit.27.qui & *Natura pater*,dicitur:vt apud Terent.Adelph.Act.5.Sc.7.Demea,Æſchini,

Tuus hercle verò & animo & Natura pater:

Mitio etiam cui Æſchinem adoptandum Demea dederat,eiuſdem Comœd.Act.1. Sc.2. ad Demeam,*Natura*,ait,*tu illi pater es,conſiliis ego*.Cicer.Philipp.3.*Ignobilitatem obiicit C. Cæſaris filio,cuius Natura pater, ſi vita ſuppeditaſſet,Conſul factus eſſet*.

Sic & *Naturalis Auus*,*Adoptiuo* opponitur,l.1.§.ſi filius in adoptionem,D.de ventre in poſſ. & ita, *Naturalem Auum* accipe,l.17.D.ad municipal.l.6.§. vlt.&l.14.§.filius,D.de bonor.poſſeſſ.contra tab.Velleius Paterculus lib.2. *qui eodem die quo Tiberius adoptatus ab auo ſuo Naturali erat*.Eodémque modo,*Naturales parentes*, exaudiendi ſunt,l.6.§.vlt. D. de bonor.poſſ.cont. tab.

Similitérque *Naturales Liberi* interdum *Adoptiuis* opponuntur,l.5.D.de his qui ſui vel alie. l.5.& l.10.D.de ſenatorib.l.2.§.liberi,D.ad Sc.Tertyll.& apud Vlpian.Tit. 9. Regular. Sueton.in Tiber.cap.52.*Filiorum neque Naturalem Druſum, neque Adoptiuum Germanicum, patria caritate dilexit*. *Naturales* autem *liberi Adoptiuis* oppoſiti,eos ſignificant,qui natiuitate, ex iuſtis nuptiis quæſiti ſunt,l.1.§.ſuos,& §.vlt. D.de ſuis & legitim.l.21.§.vlt.D de iure patronat,l.7. D.ad Sc.Tertyll.*Si Naturalis filius*,l.5.D.de gradib.*Nepos Naturalis ab Auo adoptatus*,l.2.§.liberi, D.ad Sc.Tertyll.

Aliàs *Naturalis pater* dicitur qui ex concubinatu, vel ancillæ conſuetudine,non ex iuſtis nuptiis ſuſcepit,l.40.D.de fideicommiſſ.libertat.l.19. D.de manumiſſionib.l. 88. §.Damæ, D.de legat.2.Et ita *Naturalis pater,Iuſto* opponitur,in l.3.C.ad leg.Iul.de adulter.

Sic & *Naturales liberi*,plerumque,extra nuptias quæſitos,vel ex ſerua natos,vel in ſeruitute ſuſceptos, ſignificant, l. 3. D. de liber. cau. l. 38. D. de reb. auctor. iudic. l. vlt. C. de confir. tut. D. Auguſtin. lib. 3. contra Iulianum : *Ac per hoc, & ea quæ cum feminis committuntur, ſtupra laudabis : quia & illic vſus Naturalis eſt quamuis damnandus, quia legitimus non eſt. Vnde & filij, non Legitimi,ſed Naturales vocantur,qui inde naſcuntur*. Idémque lib. 6. Confeſſionum,cap.13.& 15.*Naturalem filium ſuum* appellat,ex ea ſuſceptum,*quam vnam habebat,nõ legitimo coniugio cognitam,ſed vago ardore,& prudẽtia inopi indagatam*,vt ipſemet de ſe ait,lib.4. cap. 2.Iſidorus lib.9.Orig.cap.3.*Naturales filios* definit,*ingenuarũ concubinarum filios,quos ſola Natura genuit,non honeſtas coniugij*.quę verba tranſcripſit Gratian.in Can.vlt.32. quæſt. Theophil. in §.vlt.Inſtit.de nupt.Εμιγνύην μὲν ἐγὼ τινὶ γυναικὶ τοιᾷδε νόμιμον,ὃν ἐκωλυόμην συνήσεσθαι γάμον, ἐμιγνύην δὲ αὐτῇ οὐχ ὡς γαμετῇ,ἀλλ' ὡς πόρνῃ τυχὸν ἢ παλλακῇ: ἐτέχθησαν παῖδες ἐντεῦθεν οὐκ εἰσιν in poteſtate διὰ τὸν γάμον μὴ τοιῷδε γεγενῆσθαι,ἀλλ' ἐκ φυσικὸς παῖς. Thomas Magiſter:φυσικὸς υἱὸς, ὁ ἐκ πορνείας γεγονώς τινι. ᾧ ἐναντίον ὁ γνήσιτος. ᾧ πάλιν ἐναντίον ὁ Νοθος, ὃν λέγουσιν ἡμίθεον.

Ideóque

Ideóque huiuſmodi *Naturalium liberorum*, vt plurimum, quaſi ſeruorum, vel ex ſeruitute manumiſſorum, fit mentio. *libertinum qui filio ſuo Naturali quem in ſeruitutem ſuſceperat, poſtea manumiſſo, pupillam in matrimonio collocauit*, l. 4. C. de interdict. matrim. *Si ea lege Creſtes ſeruum ſuum, ſed Naturalem filium, venundedit*, l. 2. C. ſi mancip. ita fuer. alien.

Naturalis meus filius ſeruit tibi, l. 5. D. de præſcrip. verb. *ſi quis ingenuam ab hoſtibus redemptam eo animo ſecum habuerit, vt ex ea ſuſciperet liberos: & poſtea ex ſe natum, ſub titulo Naturalis filij, cum matre manumiſerit*, l. 21. D. de captiuis & poſtlim. *qui filium* Naturalem *poſſidet, non eo locupletior eſt, quod eum plurimo, ſi alius poſſideret, redempturus fuit*, l. 33. D. ad l. Aquil. l. 63. D. ad l. Falcid. *Lucius Titius libertis ſuis, hiſdémque filiis* Naturalibus, *vniuerſas res ſuas tradidit*, l. 17. §. 1. D. quę in fraud. credit. Et ita, *filium Naturalem accipe*, l. 7. D. de confirman. tut. l. 17. §. ſi quis rogatus, D. ad Sc. Trebell. & apud Paulum lib. 5. Sentent. Tit. 6. & *filiam Naturalem*, l. 40. D. de fideicom. liber. l. 88. §. Damæ, D. de legat. 2. l. 11. D. de manumiſſionib. & *filios Naturales*, l. 8. D. de pignorib. & *liberos* Naturales, Rubr. de Natural. lib. C. Naturales autẽ liberos Iuſtin. Nouell. 74. & 89. Νόθους vocat. Quintilian. lib. 3. cap. 8. Νόθον *qui non ſit legitimus, Græci vocant: Latinum rei nomen, vt Cato quoque in Oratione quadam teſtatus eſt, non habemus. Ideóque vtimur peregrino.*

Eodémque ſenſu *Naturalis frater*, l. 19. D. de manumiſſionib. Naturalis Frater ſorórve, l. 11. D. de manumiſſ. vindic. *Naturales fratres*, l. 71. §. qui confitetur, D. de legat. 1.

Naturalis familia, *Adoptiuæ* opponitur, l. 1. §. cognationem, D. Vnde cognati. Similíque modo *Naturalis ſoboles accipienda eſt*, l. 2. C. de adoptionib.

Naturalis Cognatio per ſe, ſine Ciuili cognatione, intelligitur, quæ per feminam deſcendit, quæ vulgo liberos peperit, l. 4. §. cognationis, D. de gradib. adfin. *Naturali cognatione ducti*, l. 17. §. 1. D. de adoptionib.

Naturalis Æquitas, Lex, Ratio.

Edicto de pecunia conſtituta Prætor fauet Naturali Æquitate, l. 1. D. de pecun. conſtit. Naturali *Æquitate motus Proconſul omnibus cognatis promittit bonorum poſſeſſionem, quos ſanguinis ratio vocat ad hereditatem*, l. 2. D. vnde cognati. *Celſus Naturali æquitate motus*, l. 3. §. ſed ſi, D. de condict. cau. da. *Nihil tam conueniens eſt Naturali Æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi*, §. per traditionem, Inſtitut. de diuiſio. rer. Naturali *æquitate introductum eſt poſtliminium, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines ſuos rediiſſet, priſtinum ius ſuum reciperet*, l. 19. D. de captiuis. Actio quæ proficiſcitur ex Edicto, Si is qui teſt. lib. *Naturalem potius in ſe, quàm Ciuilem habet Æquitatem*, l. 1. in princ. D. ſi is qui teſtam. *Theſauros quos quiſque in loco ſuo inuenerit*, D. *Hadrianus* Naturalem *Æquitatem ſecutus ei conceſſit qui inuenerit*, §. Theſauros, Inſtit. de diuiſio. rer. *Ne cui dolus ſuus, per occaſionem iuris ciuilis, cõtra* Naturalem *Æquitatem proſit*, l. 1. D. de dol. mal. & met. excep. *lege* Naturali *prohibitum eſt furtum admittere*, l. 1. §. vlt. D. de furtis.

Quod Naturalis Ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè cuſtoditur, l. 9. D. de iuſtit. & iure. *Ius gentium Ratione* Naturali *inter omnes homines peræquè ſeruatur*, l. 1. D. de adquir. rer. dom. *Ratio* Naturalis, *quaſi lex quædam tacita, liberis parentium hereditatem addicit, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando*, l. vlt. D. de bon. damnator. *Aduerſus periculum Natutalis Ratio permittit ſe defendere*, l. 4. D. ad l. Aquil.

Naturalis Ratio ſuadet vt filiifamiliarum, in nuptiis contrahẽdis, conſenſum habeant parẽtium in quorum poteſtate ſunt, Inſtit. de nupt. in princ. Naturalis *Ratio ſuaſit alienam cõdicionem meliorem quidẽ etiam ignorantis & inuiti nos facere poſſe, deteriorem non poſſe*, l. 39. D. de nego. geſt. *Fructus intelligi deductis impenſis, quæ quærendorum, cogendorum, conſeruandorúmque eorum gratia fiunt, non ſolùm in bonæ fidei poſſeſſoribus* Naturalis *Ratio expoſtulat, verùm etiam in prædonibus*, l. 36. D. de hered. petit. Naturalem *Rationẽ efficere, vt qui materiæ dominus fuerit, idem eius quoque quod ex eadem materia factum ſit dominus eſſet*, l. 7. §. cùm quis, D. de adquir. rer. dom.

Naturali *Ratione, cibaria ad eum pertinent qui vtendum ſeruum acceperit*, l. 18. §. poſſunt, D. Commodati. Naturali *Ratione, parens a filio ali debet*, l. 1. §. parens, D. de agnoſc. & alend.

Quod nullius eſt, id, Ratione Naturali, *occupanti conceditur*, l. 3. D. de adquir. rer. dom.

Si quis à non domino quem dominum eſſe crediderit, bona fide fundum emerit, Naturali Ratione placuit, fructus quos percepit eius eſſe, pro cultura & cura, §. ſi quis à non domino, Inſtit. de diuiſio. rer.

Si arbor quæ in confinio nata eſt, ſuccifa ſit, vel lapis qui per vtrumque fundum extenditur, exemptus, Naturali *conuenit Rationi, tantam partem vtrumque habere tam in lapide quàm in arbore, quantam & in terra habebat*, l. 83. D. pro ſocio.

Naturali *Ratione, nulla eſt probatio negationis*, l. 10. C. de non numer. pecu.

Si id quod dari ſtipulemur tale ſit vt dari non poſſit: palam eſt, Naturali *Ratione, inutilem eſſe ſtipulatio-*

nem,l.1.§.si id quod,D.de obligat. & act. *Naturali Ratione communis paries*, l. 8. D. de seruit. vrbanor.præd.*Senatusconsulto non id effectum est,vt pecuniæ ususfructus propriè esset: nec enim Naturalis Ratio auctoritate Senatus commutari potuit*,l.2.D.de usufr.car.rer.

Indebiti soluti condictio Naturalis est,l.15.D.de condict.indeb.*Naturalis est & omnium gentium locatio*,l.1.D. locati.

Præsumptio propter Naturalem affectum facit omnia videri patri concessa, l.28.§.Titius testamento,D.de liberat.leg.*propter Naturalem erga filios caritatem*,l.15.D.de inoffic.testam.*contra Naturales stimulos facit pater,qui se numero liberorum excusare temptat,cùm vni ex filiis curator petitur*,l.36. §.vlt.D.de excusationib.*Naturalis hominum ad dissentiendum facilitas*,l.17.D.de recept.qui arb. *Naturalis feritas bestiarum*, l. 1.§.1. D. si quadrup. *Naturalis appellatio bonorum*, l.49. D. de verb. signific.

Quod ex cælo cadit,etsi non adsiduè fit,ex Naturali tamen causa fit, l. 28. D. de seruit.præd vrban. *Stillicidij quoque immittendi Naturalis & perpetua causa esse debet*, ibidem. *Naturalis causa*,&, *Impositicia*,opponuntur l.5.§.& bellè.D.de oper. nou.nunc.

Naturalis Agger,& *Manu factus*,opponuntur,l.2.§.apud Namusam, D.de aqua & aq. pluu. *Naturalis alueus fluminis*,l.7.§.quod si vno,D.de adquir.rer.domin.§.quòd si naturali, Instit. de diuisio. rer. *Naturalis bonitas vini, aut olei*, §. denique, Instit. de l. Aquil. *Naturalis color*, l. 70.§.versicoloribus,D.de legat.3.*falsæ confessiones Naturalibus conuenire debent*,l.13. D. de interrogationib.

Naturalis cursus fluminis,l. 1. C. de alluuionib. *certior æstate quàm hyeme*,l. 1. §. is autem,D. ne quid in flum. publ.*flumen Naturalem rigorem cursus sui tenens*, l. 1. §. ripa, D. de fluminib. *Naturalis datio*, l. 8.D.de pecul.*Naturalem habet intellectum*,l.5.D.de seru.export.*Naturalis interitus*,l. 14 §.vlt. D. depositi.

Terra marique capta,cùm in suam Naturalem laxitatem peruenerant,l.44.D. de adquir. rer. dom. *si aprum meum ferum in suam Naturalem laxitatem dimisisses*,l.55.D. eod.tit.*Cùm feræ bestiæ & volucres euaserint custodiam nostram, & in libertatem Naturalem se receperint*, l. 3. D. de adquir.rer. domin.*Naturalem libertatem recipere intellegitur,quidquid oculos nostros effugerit,vel ita sit in conspectu nostro vt difficilis sit eius persecutio*,l.5.D.eod.tit.& §.planè,Instit.de diuis. rer.*feræ in libertate Naturali relictæ*,l.3.§.item feras, D. de adquir.poss. *Naturalis maturitas*,l.42. D. de vsu & vsu fruc. leg.

Naturalis motus arboris,l.7.D.de seruit.præd.vrb.

Naturalis obligatio,*Ciuili* aduersatur,l.18.& l.38.D.de condict. indeb.l. 1. D.de nouationib. l.6.l.7.& l.21.D.de fideiussorib.l.126.§.Chrysogonus,D.de verbor.obligat.l.59.& l. 64. D. ad Sc.Trebell.l.21.D.ad l.Falcid.l.25.D.quando dies legat.*Naturales obligationes*, l. 40. D. ad Senat.Trebell.l.10.D.de obligationib. & actio. *Superesse naturalem causam quæ inhiberet repetitionem*,l.3. §.vlt.D.quod quis.iur. in alter.Sanè *Naturalem obligationem*, Paul.in l.126.§.superest,D.de verb.oblig.dixit,quæ ex naturali facto,id est,numeratione, oritur, ad differentiam eius quæ verbis contrahitur.

Naturalis oportunitas,l.26.§.libertus,D.de condict.indeb. *ciuitatem ex qua Naturalem originem dicit*, l. 6.§.filius,D.ad municipal.*Naturalis possessio*,l.38.§.si possessionem, D.de vsuris,l. 2. §. vlt.D.pro herede,l.1.& l.3.§.Neratius,D.de adquir possess.l.1.§.deiicitur,D.de vi & vi arm. id est *Corporalis*,vt loquitur,l.40.§.vlt.D.de pigner.act.cum l.24.& l.25.§.vlt. D. de adquir. poss.cùm videlicet quis corpore rei incumbit.Eáque *Ciuili possessioni*, quæ animo & affectu retinetur,opponi solet.*Si possessionem Naturalem renocem, vt in deposito, & commodato*, l. 38. §. si possessionem, D.de vsuris. *Obligationes quæ Naturalem præstationem habere intelleguntur*,l.8.D.de capite minut.*Nec quisquam dixerit in eo qui obdormiuit rem eum humanam, & Naturalem passum*, l. 27.§.si fornicarius,D.ad l.Aquil.

Naturali vi, veluti terræ motu,l.59.D.locati.*Naturale debitum*,l.8 §.1.D.ratam rem hab.l. 11.§. sed &,D.de pecul.*si quod dominus seruo debuit,manumisso soluit, Naturale adgnouit debitum*, l. 64. D.de condict.indeb.*Naturale magis quàm ciuile debitum*, l. 40. §. dominus, D. de condic. & dem.

Naturale ius est quod Natura omnia omnia animalia docuit.Nam ius istud non solùm humani generis proprium est,sed omnium animalium quæ in terra,quæ in mari nascuntur. Auium quoque commune est,l. 1.§.ius naturale,D. de Iustit.& iure.

Quod ad ius Naturale attinet,omnes homines æquales sunt,l.32.D.de diuers.regul.iur.*Libertas Naturali iure continetur*,l.64.D.de condic.indeb.

Naturali iure cõmunia sunt illa,Aër,Aqua profluẽs, & *Mare*,& *per hoc,litora maris*,l.2.D.de diuis. rerum.*Lapilli,gemmæ,ceteráque,quæ in litore inuenimus,iure Naturali statim nostra fiũt*,l.3.D.eod.tit.

Naturali iure,

Lapilli, & Gemmæ, & cetera quæ in litore inueniuntur, iure Naturali, statim inuentoris fiunt. Item ea quæ ex animalibus dominio tuo subiectis nata sunt, eodem iure tibi adquiruntur, §. item lapilli, Instit. de diuisio. rer.

Naturali iure, superficies ad dominum soli pertinet, l. 50. D. ad L. Aquil. *Ædium quæ in conducto solo positæ sunt proprietas, & Ciuili & Naturali iure, eius est, cuius & solum,* l. vlt. D. de superficieb.

Per traditionem, iure Naturali, res nobis adquiruntur, §. per traditionem, Instit. de diuis. rerum. *Agni, Hœdi, & Vituli, Equuli, & Suculi statim, Naturali iure, dominij fructuarij sunt,* §. in pecudum, Instit. eod. tit. *quarumdem, rerum dominium nanciscimur iure Naturali, quod appellatur ius Gentium,* §. singulorum, Instit. eod. tit. *Vetustius est ius Naturale, quod cum ipso genere humano, rerum Natura prodidit,* ibidem. *Naturale ius, in contrahendis matrimoniis inspiciendum est,* l. 14. §. 1. D. de ritu nupt.

Naturali iuri contraria seruitus. iure enim Naturali omnes homines liberi ab initio nascebantur, §. ius autem, Instit. de iure natur. *Impuberes in Tutela esse, Naturali iuri conueniens est, vt is qui perfectæ ætatis non sit, alterius Tutela regatur,* §. vlt. Instit. de Atiliano Tut.

Quædam cognationes, iure Naturali connectuntur, l. 4. §. cognationes, D. de gradib. & adfinib.

Pupillus mutuam pecuniam accipiendo, ne quidem iure Naturali obligatur, l. 59. D. de obligationib. & actionib.

Si Naturales emancipati, & adoptati, iterum emancipati sint, habent ius Naturale liberorum, l. 4. D. si tabul. testament. *si quis emancipatum filium exheredauerit, eúmque postea adrogauerit, iura Naturalia in eo prævalere,* l. 8. §. si quis emancipatum, D. de bonor. possess. cont. tab.

Ciuilis ratio Naturalia iura corrumpere non potest, l. 8. D. de capite minut. *Naturalia iura, quæ apud omnes gentes peræquè seruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent,* §. vlt. Instit. de iure natur.

Nihil tam Naturale est, quàm eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est, l. 35. D. de diuers. regul. *Casum, aduersámque fortunam spectari hominis liberi, neque Ciuile neque Naturale est,* l. 83. §. sacram, D. de verbor. oblig.

Cognati nomen Naturale est, l. 10. §. 1. D. de gradib. & adfinib. *veluti Naturalis pignoris vinculum,* l. 2. C. de postl. reuer.

Naturale impedimentum, l. 137. §. illud, D. de verb. oblig. *Vinculum,* l. 59. D. de condic. indeb.

Naturale vitium est negligi quod communiter possidetur, vtque se habere nihil qui non totum habeat arbitretur, l. 2. C. quando & quib. quar. pars, lib. 10. *Naturale vitium loci,* l. 24. §. adiicitur, D. de damn. inf.

NATVRALITER, interdum est Naturali iure. *Naturaliter sibi aliquem ad remunerandum obligare,* l. 25. §. consuluit, D. de hered petit.

Naturaliter obligabitur pupillus in quantum locupletior factus est, l. 5. D. de auctor. & cons. *Qui alio interrogante sine verbis adnuit, non tantum Ciuiliter, sed nec Naturaliter obligatur,* l. 1. §. si quis ita, D. de verbor. oblig. *Naturaliter etiam seruus obligatur,* l. 13. D. de condic. indeb. *Serui ex contractibus Ciuiliter quidem non obligantur: sed Naturaliter & obligantur & obligant,* l. 14. D. de actionib. & act. Ac planè, *cùm seruum debere, vel seruo deberi, dicimus, factum magis demonstramus, quàm ad ius ciuile referimus obligationem,* l. 41. D. de peculio.

Dummodo sequens Obligatio, aut Ciuiliter teneat, aut Naturaliter: vtputa, si pupillus sine Tutoris auctoritate promiserit, l. 1. §. vlt. D. de nouationib.

Naturaliter teneri, l. 21. §. seruo, D. de fideiussorib.

Aliâs Naturaliter, est Naturali ratione. *Naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, & ita inuicem se circumscribere,* l. 22. §. vlt. D. locati. *In pretio emptionis venditionis Naturaliter licere contrahentibus se circumuenire,* l. 16. D. de minorib.

Licet etiam Seruis Naturaliter in suum corpus sæuire, l. 9. §. si ipse, D. de pecu. *Naturaliter videtur ad mortuum pertinere locus in quem infertur,* l. 4. D. de religiosis.

Naturaliter interdum significat corporaliter, & re ipsa, & vt vulgò loquimur, *Realiter.* Et ita quoq; *Naturaliter,* & *Ciuiliter,* opponũtur. *Ea quæ Ciuiliter adquiruntur, veluti Stipulatio: quod Naturaliter adquiritur, sicuti est possessio,* l. 53. D. de adq. rer. dom. *Possessor non solùm qui Ciuiliter, sed & qui Naturaliter incumbat possessioni,* l. 3. §. vlt. D. ad exhiben. *Possessio nisi Naturaliter comprehensa ad heredes institutos non pertinet,* l. 23. D. de adquir. possess. id est, *nisi corpore adprehensa,* vt l. 51. D. eod. tit. *Naturaliter possidere,* id est, *corpore,* vt l. 25. §. vlt. D. de adq. poss. seu *corporaliter,* vt l. 24. D. eod. & l. 2. C. comm. de vsucapionib. Qui enim corpori possessioni incumbit, atque insistit, *Naturaliter tenere, possideréque* dicitur. *Deiicitur is qui possidet, siue Ciuiliter, siue Naturaliter possideat,* l. 1. §. deiicitur, D. de vi & vi arma. *Coloni & qui depositum susceperunt, Naturaliter possident,* l. 7. §. neque, D. comm. diuid.

Naturaliter possidere videtur qui vsumfructum habet, l.12.D.de adquir.poss.ff. *Seruus Naturaliter à fructuario tenetur*, l.49. D.eod.tit. *quo magis Naturaliter possideretur, nullum esse locum tutoris auctoritate*, l.vlt.§.vlt.D.de precario.

Filiam quæ Naturaliter agros tenuit, l.35.D.famil.erciſc. *Peculium ſeruus Ciuiliter quidem possidere non potest, ſed Naturaliter tenet*, l.24.D.de adquir. poſſeſſ.

Naturaliter interrumpitur poſſeſſio, id eſt, facto Naturali & corporali, cùm ſcilicet quis de poſſeſſione vi deiicitur, vel res mobilis ei eripitur, l.5.D.de vſurpationib.

Naturaliter indiuiſa res, l.26.§.vlt.D.de legat.1. *Solutam pecuniam intelligimus, vtique Naturaliter, ſi numerata ſit creditori*, l.49.D.de ſolutionib.

Naturaliter reſolui obligatio, l.107.D.de ſolutionib. numeratione, præſtatione, ſolutione, vel rei debitæ interitu ante moram.

Naturaliter liberationem conſecutus, l.vlt.C.ad exhibend.

Aliàs, *Naturaliter*, eſt, ſui Natura. *Naturaliter ad inferiorem agrum perueniens aqua*, l.1.§ ſed & ſi, D.de aqu.& aqua. *Naturaliter Aqua decurrere*, l.1.§.idem aiunt, D.eod.tit. NOCERE *Aqua*, l.18.D. eod. tit. *Semper inferiorem Agrum ſuperiori ſeruire, atque hoc incommodum Naturaliter pati inferiorem Agrum à ſuperiore*, dic.l.1.§.denique.

Aperire Tabulas videtur, qui Naturaliter aperit, l.3. §. aperire, D.de Sc. Silania. *Si quis Tabulas quidem non aperuit Naturaliter, linum autem inciderit*, ead.l.3.§.ſi quis. *Si nõ ſint ligatæ Tabulæ, ſed tantum Naturaliter clauſæ*, dic.§.aperire.

Naturaliter, &, *Opere facto*, opponuntur, l.1.§.idem aiunt, D.de aqua & aqu.pluu.arc.

Seruitus, Naturaliter, non manufacto, lædere fundum ſeruientem, l.20.§.1.D.de ſeruit.præd.ruſtic.

Debiti, vel non debiti, ratio, in condictione Naturaliter intelligenda eſt, l.64. D. de condictio. indeb. *Earum rerum Naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus & inteſtatus*, l.7.D.de diuerſ.regul.

Naturaliter nigrum, l.70.§.verſicoloribus, D.de legat.3.

NATIVVS *color*, dic.§.verſicoloribus, id eſt, *naturalis*, vt ibidem.

NATIO. *quia Natione ſunt non infamata*, l.31.§.qui mancipia, D.de ædilic. edic. *Nationes quædam veluti Sarmatarum*, l.25. D.de inſtruc.vel inſtr.

qui *grandes* NATV *ſunt*, l.11.D.de decurionib. *Minor viginti quinq; annis* NATV, l.3.§.minorem, D.de minorib.

NASSÆ inſtrumento piſcatoris continentur, Paul.lib.3.Sentent.Tit.7.

NAVEM, in Edicto de Exercitoria, *accipere debemus, ſiue marinã, ſiue fluuiatilem: ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſchedia ſit*, l.1.§.nauem, D.de exercitoria. *Marinæ Naues*, eædem & *Maritimæ* vocantur in l.5.§.diuus, D.de iure immunit.l.3.D.de vacat.& excuſat.muner.

Nauium vtique varia in libris noſtris genera memorantur. *Nauibus Longis, atque Onerariis propter belli vſum poſtliminum eſt, non Piſcatoriis, aut ſi quas Actuarias voluptatis cauſa parauerunt*, l.2.D.de captiu.& poſtlim. *Quædam Naues Onerariæ, quædam, vt ipſi dicunt,* ὁπισθάτους, *ſunt*, l.1. §.ſed & ſi, D.de exercitor. Et mox, *vt ecce, ſunt* NAVES *quæ Brundeſium à Caſſiopa, vel à Dyrrachio vectores traiiciunt, ad onera inhabiles: item, quædam fluuij capaces, ad mare non ſufficientes.* Iſidorus lib. 19.Origin.cap.2. *Longæ Naues ſunt quas Dromones vocamus, dictæ eo quòd longiores ſint ceteris: cuius contrarius, Muſculus, curtum nauigium.*

Onerarias Naues appellatas *de oneribus tardas*, Nonius Marcell.tradit.

Actuariæ Naues ſunt, *quas Græci* ἱστιοπέδας vel ἐπακτίδας *vocant*, vt Agell.lib.10.cap.25.docet. Nonius Marcel. *Actuariæ Nauiculæ celeres, dictæ quòd citò agi poſſunt.* Iſidorus lib.19.Origin.cap. 1. *Actuariæ Naues ſunt quæ velis ſimul & remis aguntur.* ὁπισθαγωγὰς autem in d.§. ſed & ſi, accipio, idoneas ad vectores traiiciendos Naues, ad onera inhabiles: ὁπισθάτας enim ſunt, qui *traiiciendi cauſa Nauem conſcendunt*, quemadmodũ Iſidor.lib.19. Etymolog. cap.1. ſcribit. Moſchopul. ἐν συλλογῇ τῶν ἀπ. ὀνομ. Ἀναβάτης ὅτι ἵππος, ὁπισθάτης δὲ ὅτι πλοίου.

Inter fluuiatiles Naues ſunt *Rates*, quamquam à *Nauibus* ſeparantur in l.1.§. de exercitor. D.nautæ, caup. Eas tamen *Nauigij* appellatione cõtineri, Vlpian. ſcribit in l.1.§.nauigij, D.de fluminib. de quibus dicam j. lib.16. Item *Lintres*, quorum vſum in fluminibus indicant Cæſar l.7.de bello Gall. & Claudia.in panegyr. Nonius, *Lintres Naues fluminales, Virgil. lib.2. Georgic. cauat arbore lintres.* His & *Põtones* adde, l.vlt. D.de ſeruitutib.prędd.ruſtic. de quib. j. lib.14. dicã.

Erant & *Codicariæ Naues*, quo nomine appellatas eas quę per Tiberim comeatus ſubuehebant. Seneca lib. de breuit. vitæ cap.13. auctor eſt. Quas *Codicas* perperam apud Agell. lib.10. cap.25. appellari credo. Nam & Nonius Marcell. *Codicarias*, ait, *Naues etiam nunc conſuetudo appellat, eo quòd in fluminibus ſint vſui.* ibidémque ex Varronis de vita pop. Rom. lib.3 hæc verba citat, *Quòd antiqui plures tabulas cõiunctas Codices dicebãt: à quo in Tiberi, Naues Codicarias appellamus.*

Isidorus tamẽ priori scripturę suffragatur, lib. 19. cap. 1. cuius verba sic habẽt. *Trabariæ amnicæ Naues, quæ ex singulis trabibus cauantur: quæ alio nomine litorariæ dicũtur: hæ ex caudice factæ, & ex vno ligno cauatæ, inde Caudicæ.* Sunt & ex Nauiũ genere, *Dromones*, de quibus s. lib. 4. dixi. Necnon *Lusoriæ*, de quibus præter ea quæ s. lib. 11. attigimus, Veget. lib. 2. cap. 1. tractat, qui huiusmodi Nauibus in Danubio ad cotidianas excubias veteres vsos, lib. vlt. cap. 33. & cap. vlt. refert. Cuiusmodi Nauigiorum etiam meminit Ammia. Marcell. lib. 17. his verbis: *Lusoriis Nauibus discurrentes flumen vltro citróque milites ordinauit.* Et lib. 18. *Collecti nocte prouecta, impositique omnes, quos lusoriæ Naues quadraginta quæ tunc aderant, solæ cœperunt, decurrere iubentur per flumen.*

Nauium præterea appellationes hæ sunt Gauli, Corbitæ, Longæ, Hispagines, Cercuri, Celoces, vel vt Græci dicunt Κέλητες, *Lembus, Horiæ, Remunculi* (sic enim ex Nonio vtrumq; repono) *Prosumiæ, vel Gesoretæ, vel Orioles, Cattæ, Scaphæ, Nuctuciæ, Mediæ, Phaseli, Parones, Myoparones, Capulica, Mareplacidæ, Cidarum, Rataria, Cataseogium.* Agell. 10. cap. 25. Quorum Nominum interpretationẽ pete ex Nonio Marcell. cap. de genere nauigiorum, & ex Isidor. lib. 19. Origin. cap. 1. ex quibus ad superiora appellationes adde, *Ciuibam, Pristim, Liburnas, Rostratas, Anciromactum, Muscu-lum, Carabum, Portemiam, Barcam, Trabarias.*

Alexandrinas etiam quasdam Naues quæ præmitti solebant & nuntiare secuturæ classis aduentum, *Tabellarias* vocatas, Seneca Epist. 77. tradit.

Nauis Tiberina, l. vn. de naut. Tiber. in Cod. Th.

Nauis vinaria, vt sunt multæ in quas vinum effunditur, l. 21. §. si de nauis, D. de furtis. quo fortè pertinent Varronis lib. 2. de re Rustica, cap. 1. verba hæc, *Nauibus vindemiam condimus ex insula Coa & Chio. Nauis Piscatorum*, l. 29. §. item Labeo, D. ad L. Aquil.

Atque hæc de Nauium generibus & appellationibus. Sequitur vt de Nauium partibus, Pandectarum locos adscribamus. *Malum, Nauis esse partem: Artemonem autem, non esse Labeo ait, quia pleræque Naues sine Malo inutiles essent, ideóque pars Nauis habetur: Artemon autem magis adiectamento, quàm pars Nauis est*, l. 242. D. de verb. signific. *Scapham non videri Nauis esse, nec quicquam coniunctum habere. Nam scapham ipsam per se paruam Nauiculam esse: omnia autem quæ coniuncta Naui essent: veluti, Gubernacula, Malus, Antemnæ, Velum, quasi membra Nauis esse*, l. 44. D. de euiction. *Si Nauem cum instrumento emisti, præstari tibi non debet Scapha Nauis. etenim Scapha Nauis, non est instrumentum Nauis*, l. vlt. D. de instruct. vel instrum.

Cùm Arbor, aut aliud Nauis instrumẽtum deiectum est, l. 3. D. de L. Rod. *Arbore cæsa, vt Nauis cum mercibus liberari possit*, l. 5. §. vlt. D. eod. tit.

Nauis, aduersa tempestate depressa, ictu fulminis deustis Armamẽtis, *& Arbore, & Antemna, Hipponem delata est, ibíque tumultuariis* Armamentis *ad præsens comparatis, Hostiam nauigauit, & onus integrum pertulit*, l. 6. D. de L. Rod. Armamẽta *Nauis singula erunt vindicanda. Scapha quoque separatim vindicabitur*, l. 3. §. 1. D. de rei vindicat.

Expugnatur Nauis, cùm spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut Funes eius præciduntur, aut Vela conscinduntur, aut Ancoræ inuolantur de mare, l. 6. D. de incen. rui. naufr. *Cùm vi ventorum Nauis impulsa esset in Funes* Ancorarum *alterius, & Nautæ Funes præcidissent, si nullo alio modo nisi præcisis Funibus explicare se potuit*, l. 29. §. nauis, D. ad L. Aquil. *Si Funem quis quo religata Nauis erat præciderit.* dic. §. si nauis.

Nauem ad ripas appellere, Funes ex Arboribus ibi natis religare, l. 5. D. de diuis. rer. do. *Si Fune rupto, aut cum à nullo regeretur, Nauis incurrisset*, l. 29. §. si nauis, D. ad L. Aquil.

Si Nauem per partes totam refecero, Carina eadem manente, l. 24. §. vlt. D. de legat. 1. *Proprietas totius Nauis Carinæ causam sequitur*, l. 61. D. de rei vindic.

Seneca Epist. 77. *Nulla res æquè adiuuat cursum, quàm summa pars Veli. illinc maximè Nauis vrgetur. Itaque quoties ventus increbruit, maiórque est quàm expedit, Antemna submittitur. Minus habet virium flatus ex humili.*

Idem Epist. 90. *Nauigia quibus amnes, quibúsque maria transimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum Velis, & additis à tergo* Gubernaculis, *quæ huc atque illuc cursum Nauigij torqueant: & exemplum à piscibus tractum est, qui cauda reguntur, & leui eius in vtramque momento, velocitatem suam flectunt.*

Nauis Bona, apud eumdem Senec. Epist. 76. & contrà, *minus idonea*, l. 13. §. 1. D. locati. Nauis autem *Bona*, ait Seneca, *dicitur non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui argenteum, aut aureum Rostrum est, nec cui Tutela ebore celata est, nec quæ fiscis ac opibus regiis pressa est: sed stabilis & firma & iuncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendum incursum maris solida,* Gubernaculo parens, *velox, & consentiens vento.*

Naue empta, ſingulæ Tabulæ emptæ eſſe non intelliguntur, l.36. D. de euictionib. *Si meis Tabulis* Nauem *feciſſes, tuam Nauem eſſe : quia Cupreſſus non maneret*, l.26. D. de adquir. rer. dom. *Naui tabula cedit*, ibidem. *ſi Nauem quam tu promiſiſti, dominus diſſoluerit, deinde iiſdem Tabulis compegerit, teneri te. Hic enim eadem Nauis eſt, quam te daturum ſpopondiſti*, l.98. §. aream, D. de ſolutionib.

Nauem, ſi adeò ſæpe refecta eſſet, vt nulla Tabula eadem permaneret, quæ non noua fuiſſet, nihilominus eandem Nauem eſſe exiſtimari, l.76. D. de iudiciis.

Si Nauem quam ſpopondit, dominus diſſoluit, & iiſdem Tabulis cõpegerit, eadẽ Nauis *eſt.* Et mox. *Nauis ſi hac mente reſoluta eſt, vt in alium vſum tabulæ deſtinarẽtur, licet mutato conſilio perficiatur: tamen & perempta prior Nauis, & hæc alia dicenda eſt. ſed ſi reficiẽdæ* Nauis *cauſa omnes Tabulæ refixæ ſint, nondũ intercidiſſe* Nauis *videtur: & compoſitis, rurſus, eadem eſſe incipit*, l.83. §. ſacram, D. de verb. obligat. *in Nauis vſufructus, ſi quidem per partes refecta ſit, vſumfructum non interire : ſi autem diſſoluta ſit, licet iiſdem tabulis, nulla præterea adiecta, reſtaurata ſit, vſumfructum extingui*, l. 10. §. ſi nauis, D. quib. mod. vſusfr. *His qui* Naues *marinas fabricauerint, & ad annonam Populi Romani præbuerint, non minores quinquaginta milium modiorum, aut plures ſingulas, non minores decem milium modiorum*, l. 3. D. de vacatione & excuſat.

Nauis *Dominus*, l. vlt. D. de exercitor. l. 11. §. dominus, D. de publicanis. *Ducator*, l. 29. § ſi nauis, D. ad L. Aquil. *Exercitor*, vide ſ. lib. 5. *Gubernator*, l. 29. §. ſi nauis, D. ad L. Aquil. l. 11. §. dominus, D. de publicanis. *Magiſter*, vide ſ. lib. prox. *Magiſtri imponuntur locandis* Nauibus *vel ad merces, vel vectoribus conducendis, armamentiſve emendis*, l. 1. §. magiſtri, D. de exercitoria. *ſunt quidem in* Nauibus, *qui cuſtodiæ cauſa* Nauibus *præponuntur*, l. 1. §. & ſunt, D. nautæ, caupones.

Nauis *vſufructu legato nauigandum mittendam puto, licet naufragij periculum immineat:* Nauis *etenim ad hoc paratur vt nauiget*, l. 12. D. de vſufructu. *ſi* Nauem *petitam tempore nauigationis trans mare miſit, licet ea perierit : niſi ſi minus idoneis hominibus eam commiſit*, l. 16. §. vlt. D. de rei vindic.

Nauem *locare certis mercibus, marmoribus, vel alia materia*, l. 1. §. non autem, D. de exercitoria. *ſi ea condicione* Nauem *conduxiſti, vt ea merces tuæ portarentur*, l. vlt. §. 1. D. de L. Rod.

qui in Nauem *exſtruendam, vel inſtruendam, credidit, vel etiam emendam*, l. 26. D. de reb. auctor. iud. *ſi* Nauis *fuit obligata, & ad armandam eam rem, vel reficiendam credidero*, l. 5. D. qui potior in pigno. *ſi ad armandam, inſtruendámve* Nauem *mutuatus*, l. 1. §. autem, D. de exercitor. *In* Nauem *res naviſſæ, illatæ, receptæ*, l. vlt. D. nau. caupon.

Cùm ex portu Nauis profecta eſſet, l. 15. D. de publicanis. *ſi* Nauis *ex Aſia venerit*, l. 2. & l. 10. D. de condicion. & demonſtr. l. 8. D. de bonor. poſſ. ſec. tabul. & aliâs ſæpe.

Si in cibaria Nautarum *fuerit creditum, ſine quibus Nauis ſalua peruenire non poterat*, l. 6. D. qui potior. in pignor. *per* Nauem *merces Beruto inuecturus*, l. 122. §. 1. D. de verb. oblig. *ſi Nauis tua impacta in meam ſcapham, damnum mihi dedit*, l. 29. §. ſi nauis, D. ad L. Aquil. *ſi* Nauis *alteram cont.a ſe venientem obruiſſet*, d. l. 29. §. ſi nauis. D. eod. tit. *Parui refert,* Nauem *immittendo, aut ſeruaculum ad* Nauem *ducendo, an tua manu damnum dederis*, ibidem.

Cùm iactus de Naui *factus eſt*, l. 4. §. cùm autem, D. de L. Rod.

Quæ in tempeſtate maris, leuandæ Nauis cauſa, eiiciuntur, l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.

Si leuandæ Nauis gratia iactus mercium factus eſt, l. 1. D. de L. Rod.

Si Magiſter Nauis *ſine Gubernatore in flumen* Nauem *immiſerit, & tempeſtate orta, temperare non potuerit, &* Nauem *perdiderit*, l. 13. §. ſi magiſter, D. locati. *Si tanta vis* Naui *facta ſit, quæ temperari non potuerit*, l. 29. ſi nauis, D. ad L. Aquil.

Si Nauis *in oſtio fluminis perierit*, dic. l. 13. §. ſi nauicularius, D. locati. *de* Naui *quæ periit*, l. 29. §. ſi funem, D. ad L. Aquil.

ſi Nauis *vitium fecerit*, l. vlt. §. idem iuris, D. de L. Rod.

Senatoribus habere Nauem *ex lege Iulia repetundarum non licet*, l. 3. D. de vacation. & excuſationib.

Naue *Latinus ciuitatem Romanam accipit, ſi non minorẽ quàm decem milia modiorum* Nauem *fabricauerit, & Romam ſex annis frumentum portauerit*, Vlpian. Tit. 4. Regular. Sueton. in Claudio cap. 18. *Nam & Negotiatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet. Naues mercaturæ cauſa fabricantibus magna commoda conſtituit, pro condicione cuiuſque, Ciui, vacationem Legis Papiæ Poppeæ: Latinis, ius Quiritium : feminis, ius quattuor liberorum, quæ conſtituta hodie ſeruantur.* Sic enim locus ille perperam diuulſus optimè in vnum corpus coaleſcet, vitiatúſque ſanitatem beneficio meo recipiet.

Navarchi, *qui Nauibus præſunt*, l. vn. D. de bonor. poſſeſſionib. ex teſtam. milit. *Nauarchorum Cœtus*, l. 32. de nauicular. C. Th.

Navcleri in l. 1. C. de litor. & itin. cuſtod. lib. 12. l. 1. l. 2. l. 3. C. de nauicular. libr. 11.

NAVCELLÆ *piſcium capiendorum cauſa præparatæ*, l. 17. §. 1. D. de inſtr. vel inſtr. leg.

NAVICVLA *parua*, l. 44. D. de euictionibus. *Nauicula functioni muricis & legendis conchyliis deputata*, l. 12. de murileg. & gynæc. in Cod. Th.

NAVICVLARIVS dicitur qui Nauem agit, exercétque, & onus aliquod vehendum Naui ſuſcipit, l. 1. §. & ſunt, D. nautæ, caupon. l. 5. §. diuus, D. de iure immunit. *Si* NAUICULARIUS *onus Minturnas vehendum conduxiſſet*, l. 13. §. 1. D. locati.

Nauicularij, l. 5. D. de munerib. & honorib.

NAUICULARIJ *non debent decuriones creari*, l. 9. D. de decurionib. *Nauicularij qui annonæ vrbis ſeruiunt*, l. 5. §. negotiatores, D. de iur. immunit. Vet. Gloſſar. *Nauicularij ſunt qui transferebant frumenta in vrbem, aut vbicunque erat Imperator. Nauicularij, ſeu* NAUCLERI, *publicas ſpecies tranſportantes*, Rubr. de Nauicular, lib. 11. Cod. l. 1. & l. 2. de naufrag. l. 1. de his qui ven. ætat. impet. l. 11. de curioſ. in C. Theod. Vopiſcus in Aurelian. *Quod vt eſſet perpetuum, Nauicularios* NILIACOS *apud Ægyptum nouos, & Romæ amnicos poſuit.* Et ita NAUICULARIJ AMNICI, in Rubr. Nouellæ Valentiniani de Nauicular. amnic.

Nauicularioru̅ corpus, l. 1. C. de hereditatib. decurion. l. 11. l. 14. l. 20. de nauicular. C. Theod. Nouel. vni. Valentinia. de nauic. amni. *Licet in corpore* NAUICULARIORUM *quis ſit*, l. 5. §. licet, D. de iur. immunit. *Collegia Romæ certa ſunt, quorum corpus Senatuſconſultis atque Conſtitutionibus confirmatu̅ eſt, veluti* NAUICULARIORUM, l. 1. D. quod cuiuſcumque vniuerſit. *Nauicularij Africani*, l. 10. de nauicular. in Cod. Theod. *Hiſpaniarum*, l. 8. eod. tit.

Munera rei Nauicularis, l. 1. D. de munerib. & honorib.

NAUICULARIA *functio*, l. 2. & l. vlt. C. de præd. nauicul. lib. 11. l. 3. C. de cohortalib. lib. 12. quæ & *Naualis functio* vocatur in l. 15. C. de omni agro deſerto, lib. 11. *Nauicularium munus*, l. 3. de nauicular. l. 4. de infir. his quę, in C. Th. *Nauicularię traſlationis munus*, l. 18. eod. tit. *Nauicularium Onus*, l. 149. de decurionib. in Cod. Theod. *Nauicularia onera*, l. 2. l. 12. l. 18. & l. 28. de nauic. *Functio*, l. 11. de cohort. princi. corn. in eod. Cod.

NAVALIA *vaſa*, l. 19. §. argento, D. de auro, argento.

NAVFRAGII *periculum*, l. 12. §. nauis, D. de vſufructu.

NAUFRAGIUM *colligere*, l. vlt. D. de iniur. *Supprimere*, l. 3. D. ad l. Cornel. de ſicar.

Si NAUFRAGIO *filius ſimul cum patre perierit*, l. 17. §. ſi quis autem, D. ad Sc. Trebell. *ſi mulier Naufragio cum anniculo filio periit*, l. 26. D. de pact. dotalib. *ſi ſeruus vulneratus mortiferè, poſtea* NAUFRAGIO *perierit*, l. 15. §. vlt. D. ad l. Aquil. *Si quid Naufragio, aut per vim piratarum, perierit*, l. 3. §. 1. D. naut. caup. ſtab.

NAUFRAGIO *perempta nauis*, l. 36. §. vlt. D. de rei vindic. *Naufragio demerſi lapides*, l. 13. D. de adquir. poſſeſſ.

Res ex NAUFRAGIO, *etiam hæ dicuntur, quæ in litore poſt* NAUFRAGIUM *iacent*, l. 1. §. vlt. D. de incen. rui. nauf. *Nequid ex* NAUFRAGIIS *deripiatur, vel quis extraneus interueniat colligendis eis*, l. 7. D. de incen. rui. nauf. *qui Merces ſuas* NAUFRAGIO *liberauerunt*, l. 5. D. de L. Rod. *ex Naufragiis quæ ad fiſcum pertinent*, l. 4. de naufrag. in Cod. Th.

NAVIGARE dicuntur Nautæ, & Vectores. *Nauigare flumine publico*, l. 1. §. 1. D. vt in flum. publ. *vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum, Nauigare liceat*, l. 1. eod. tit. *per ipſum flumen* NAUIGARE, l. 5. D. de diuiſio. rer.

Si quis cùm poſſet non incidere in tempeſtatem, ſi oportuno tempore NAUIGAſſET, l. 1. §. ſi quis tamen, D. ſi quis cautionib.

In Edicto, furti aduerſus Nautas, caupones, NAUIGANDI *cauſa in* NAUE *eſſe, accipere debemus eos qui adhibentur, vt* NAUIS *nauiget, id eſt* NAUTAS, l. 1. D. fur. aduer. naut.

Sed & ipſa Nauis NAUIGARE dicitur, l. 1. §. nauem, D. de exercitoria, l. 1. D. furti aduerſ. naut. *Traiecticia pecunia propter periculum creditoris, quamdiu nauis Nauigat, infinitas vſuras recipere poteſt*, Paul. lib. 2. Senten. Tit. 14. *In Nautica pecunia ex ea die periculum ſpectat creditorem, ex quo nauem* NAUIGARE *conueniat*, l. 3. D. de naut. fæno. *Nauem nauigatum mittere*, l. 36. §. vlt. D. de rei vindic. NAUIGANDUM *mittendam* NAUEM. NAUIS *etenim ad hoc paratur vt* NAUIGET, l. 12. §. vlt. D. de vſufructu. *Qui* NAUIS NAUIGANDÆ *cauſa in* NAUE *ſunt*, l. 1. §. 1. D. de exercitoria, l. 1. §. 1. D. nautæ, caupones.

Merces quoque *Nauigare* dicuntur. *Intereſt vtrum Merces periculo creditoris* NAUIGENT, l. 1. D. de nauti. fæno.

Si lacus perpetuus in fundo eſt, NAUIGANDI *ſeruitus imponi poteſt*, l. 23. D. de ſeruitutib. præd. ruſtic.

NAVIGATIO. *dum ne ob id* NAUIGATIO *deterior fiat*, l. 1. D. de ripa munien. NAUIGATIONIS *ineundæ*, l. 3. D. de mort. cau. donat. *Tempore* NAUIGATIONIS, l. 26. D. de rei vind. *felici* NAUIGATIONE *vſus*, l. 137. §. cùm ita, D. de verbor. oblig. *Si quid fiat quod* NAUIGATIONEM *incommodet, deteriorem faciat, vel pror-*

ſus impediat,l.1.§.deterior,D. de fluminib.

NAVIGABILIS. *ſiue deriuetur aqua,vt exiguior facta,minus ſit* Nauigabilis, l.1. §. deterior, D. de fluminib.

Nauigabile flumen,l.1.D.ne quid in flumin.public.l.10.D. de aqu. & aqu.plu *ſi aut* Nauigabile *flumen eſt,aut aliud ex eo Nauigabile fit*,l.2.D.de fluminib. *Nauigabilia flumina*, l.1. D. ne quid in flum.publ.l.1.§.non autem,D.de fluminib.& apud Senecam,lib.3.de Benefic.cap.8.

NAVIGIVM in Edicto de fluminibus in quo eſt,(*quo ſtatio itérve Nauigij deterior fiat*) *pro* Nauigatione *poſitum eſt:immò* Nauigium *ſolemus dicere etiam ipſam Nauẽ.Iter ergo* Nauigio *poteſt & ſic accipi,iter naui deterius fiat.Nauigij appellatione etiam Rates continentur*,l.1.§.ait prætor,D.de fluminib. *in omnes* Nauigij *dies*,l.122.§.1.D.de verbor.oblig.& *perfecto* Nauigio, ibidem.*Non eſt impedimento Nauigio*,l.1.D. de ripa munien.

NAVLVM, *merces quæ à vectore ſoluitur ei qui nauem exercet*,l.6. D. qui potior. Naula *nauium*, l. 39.§.1.D.de legat.1.*vecturas* Nauium appellat l.29.D.de hered.per.

NAVPEGI in l.vlt.D.de iure immunit.& apud Firmicum lib.4.Matheſ. cap.7.

NAVTAM in Edicto Nautæ caupones, accipere debemus eum *qui* Nauem *exercet*: *quamuis* Nautæ *appellantur omnes qui Nauis nauigandæ cauſa in Naue ſunt*,l.1.§.nautam, D. naute,caupon.*Si quid Nautæ operarum nomine petent*,l.1.§.non autem,D. de exercitor.

In claſſibus Nautæ *omnes milites ſunt*,l.1.§.1.D.de bonor.poſſeſſ. ex teſtam. mil.

NAVTICA *pecunia*, l.1.§.vlt.D.Nautæ, caupon. l.3.D.de naut.fænor.ea eſt quæ aliâs *Traiecticia vocatur*. & quod pro ea exigitur, *fænus* Nauticum diciturRubr.de naut.fæno, D. & C. *vſuras maritimas* appellat Paul.in l.6.D. de naut. fænor.

NE plerumque non vetandi, ſed negandi vim habet,& pro Non, ponitur: vt Donat. in Eunuch. Act.2.& act.3.Sc.item 3.notat,atque dictum à Plauto Ne *vult*,pro non vult.Idem in Phormion. Act.1.Sc.3.Ne pro non, vſurpatum monet illo Næuij verſu, *Vtinam ne in nemore Pelio*.Sic in l.13.§.idem Iulianus,D.de iureiur.*Si Iurauerit ſe furtum* Ne *feciſſe*.in l.62.§.vlt. D. de condic. & demonſt. *Si à liberis ne nupſerit*.Et in l.21.§.1.D.rer.amot. *Pedius putat ne furtum eum facere*.Itaque qui hoc non vident, ſine cauſa emendant illud Ciceronis in Verrem, *Qui ita dicunt*,Ne *tollam potius quàm paciſcar*,& pro Ne,Non ſubſtituunt.*Dum tamen* Ne *prope ipſam condemnationem id fiat*,l.29.§.vlt.D. de euictionib.*hoc* Ne *exigi*,l.31.D.de excuſationib.

NEC,pro non,in 12.Tabul.ſæpe poſitum Feſtus Pomp.notat,quod,& ex earum capitibus, quæ hodiéque extant,liquidò apparet.Et ita Nec *manifeſtum furtum*,id eſt, non manifeſtum,l. 2.& l.8.D.de furtis,l.6.& l.14.§.pæna,D.de his qui notant.infam.l.vlt.C.de noxalib. actionib.§.furtorum,Inſtit.de obligationib.quæ ex delict.*de parte vtique* Nec *litigatur*,l. 3. §.ſi duo, D.de Carbon.edic.*ac* Ne,pro,*ac nec*, l.13.§.vlt.D.de interrogationib.

NECARE *videtur,non tantùm is qui partum perfocat,ſed & is qui abiicit,& qui alimonia denegat,& is qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit,quam ipſe non habet*,l. 4. D. de agnoſc. & alend.*Si quis hominem fame Necauerit*,l.6.§.1.D.ad L.Aquil. *fame Necari*, l.1.§. totiens, D. de ventr.in poſſeſſ.mitt.*ſerui fame* Necati,l.21.§.cùm per,D.de actionib.emp. *Cùm aliquis pecudes fame* Necauiſſet,l.29.§.magiſtratus,D.ad L.Aquil. Necata *fame pecora*,l.5. C. eod. tit.

Igni Necari,l.9.D.de incend. rui.*vt verberibus Necetur*,l.8.§.hoſtes,D.de pœnis.

Necare *veneno*,l.vlt §.vlt.D.de bon.damn.*Veneno Necandi ius Præſides non habẽt*,l.8.§.1.D.de pœnis.*Qui hominis* Necandi *cauſa venenum fecerit*,l.1. §.1.D.ad L.Cornel.de Sicar. *Qui venenum* Necandi *hominis cauſa fecerit,vendiderit,vel habuerit*,l.3.D.eod.tit.*Necatus à familia*,l.21. D.de Sc. Silania.l.7.§.ſunt &,D.de liber. cau. Necata *vxor*,l.27.D.de iur. fiſ.*vbi quis iniuria Necatus eſt, vel medici inſidiis*,l.5.§.vlt.D.de Sc.Silania.

NECI *datus*,ait Feſtus,*propriè dicitur,qui ſine vulnere interfectus eſt,vt veneno, aut fame. qui quid fecerit contra hominis Necem quod legibus permiſſum non ſit*, l.4.D. ad L. Cornel. de ſicariis. *qui domini* Necem *detexit*, *Vitæ Neciſque poteſtas*,l.1.D.de his qui ſui,vel alie.& aliis locis quos ĩ.lib. vlt.adducam.*Si Necem domini detexit ſeruus*,l.3.§.1.D.de ſuis & legib.l.16.D. de Sc. Silania, l. 23.D.de iure patronat.l.90.D.de heredib.inſtit.l.4.D.de bon.libertor.l.16.D.de Sc.Silani. id eſt *cædem arguit*, vel *indicauit*,vt l.3.§.ſi ex ſtipulatu,& §.vtrum,D.de Sc. Silania.

IN NECEM,ſignificat,in perniciem,vt loquitur l.34.D.ſoluto matr.item in fraudem, dãnum,præiudicium.*Non eſt æquum fideiuſſori in Necem meum ſubueniri*,l.13. D. de minorib. *ſi quis impoſturam fecerit,vel colluſionem,in Necem alterius*,l.3.§.item ſi quis,D.Stellionatus.*Si in Necem creditoris,id eſt perdituro ſeruo vel filio, ſolutum ſit*,l.10.§.verſum,D.de peculio.*Si ſeruum intricare peculium in* Necem *creditorum paſſus eſt*,l.21.D.de peculio.*fieri poteſt vt duo in Necem eius litem inter ſe iungant*,l.1.D.de litigioſ.id eſt in præiudicium eius, vt vulgò loquimur. *Cùm videretur per colluſionem*,

colluſionẽ, in Necem *legatariorum & libertatium actum*, l. 14. D de appellationib. *ſi liquidò conſtiterit in* Necem *legatariorum hoc factum*, l. 4. D. ſi quis omiſſa. *Dolum qui in* Necem *legatariorum & fidei commiſſariorum factus eſt*, l. 5. §. dolum, D. vt in poſſeſſ. legat. *Si libertus rem ſuam pro alio pignori dedit in Necem patroni*, l. 1. §. ſi fideiuſſit, D. ſi quid in fraud. patr. id eſt in fraudem.

Necessarivs, *Heres, Voluntario* opponitur, l. 18. & l. vlt §. vlt. D. de vulga. & pup. l. 18. l. 19. l. 30. §. 1. D. de adquir. vel omitt. l. 10. §. in fraudem, D. quę in fraud. cred. l. 3. §. qui fideicommiſſ. D. de hered. inſtituen. l. 13. D. de optio. lega. l. 12. D. de condic. inſtit.

Heredes aut Neceſſarij *dicuntur, aut Sui & Neceſſarij aut Extranei. Neceſſarius heres, eſt ſeruus heres inſtitutus, ideò ſic appellatus, quia, ſine velit ſine nolit, omnimodo poſt mortem teſtatoris protinus liber & Neceſſarius heres fit*, Inſtitut. de hered. qualit. & apud Gaium Tit. 11. Inſtitutum.

Inter Neceſſarios heredes, id eſt. ſeruos cum libertate heredes ſcriptos, & ſuos Neceſſarios, *id eſt liberos qui in poteſtate ſunt, iure ciuili nihil intereſt. Nam vtrique etiam inuiti heredes ſunt, ſed iure Prætorio Suis & Neceſſariis heredibus abſtinere ſe à parentis hereditate permittitur.* Neceſſariis *autem tantum heredibus abſtinẽdi poteſtas non datur.* Vlpian. Tit. 23. Regul. *Seruus à domino ſuo heres inſtitutus, ſiquidẽ in eadẽ cauſa mãſerit, fit ex teſtamẽto liber, herésque Neceſſarius*, §. ſeruus autẽ, Inſtitut. de hered. inſtit. *Si aliquis ſit ex* Neceſſariis *minor annis, ſimili modo reſtitutionẽ impetrabit: veluti ſi ſeruus ſit cum libertate inſtitutus*, l. 7. §. nõ ſolùm, D. de minorib. *Seruus heres ſcriptus ab eo qui in hoſtiũ poteſtate deceſſerit, liber & heres erit, ſeu velit, ſeu nolit, licet minus propriè* Neceſſarius heres *dicatur*, l. 12. D. qui teſtã. fac. *Vxoris ſuæ quis mortis cauſa ſeruum donauit, eúmque cum libertate heredẽ ſcripſit:* Neceſſarium heredẽ *domino fieri*, l. 22. D. de donation. int. vir. Neceſſariis *heredibus non ſolùm impuberibus ſed etiam puberibus abſtinendi ſe ab hereditate Pro conſul poteſtatem facit*, l. 57. D. de adquir. vel omitt. id eſt ſuis & Neceſſariis. Seruis autem Neceſſariis heredibus, ſiue puberes, ſiue impuberes ſint, hoc non permittitur, vt ibidẽ Gaius addit. *quos poſſum Heredes mihi facere* Neceſſarios, *poſſũ & filio: vt ſeruum meũ, & fratrem ſuum*, l. 10. §. 1. D. de vulg. & pupill. Vnde interpretationem accipiunt Martiani verba hæc, *ſi pariter pupillus, & qui ei ſubſtitutus erat frater* Neceſſarius *deceſſerit*, l. 18. D. de reb. dub. *ex Caſtrenſi peculio ſeruus à patre heres inſtitui poteſt, & filium* Neceſſarium *heredem patri facit*, l. 18. D. de caſtren. pecul. *Si nepos ex filio exheredato heres ſit inſtitutus patrẽ ſuum ſine additione faciet heredem & quidem* Neceſſarium, l. 6. §. interdum, D. de adquir. vel omitt. Plin. in Panegyr. *Nõ enim ſeruulis tuis dominum, vt poſſis quaſi Neceſſario herede, ſed principem ciuibus daturus Imperator. Sub condicione filius heres inſtitutus, ſi pendente condicione adrogandum ſe dedit,* Neceſſarius heres *non erit*, l. 20. D. de liber. & poſt. *pignori obligatum ſeruum* Neceſſarium *domino poſſe fieri*, l. 30. D. de hered. inſtit. id eſt Neceſſarium heredem. Neceſſarios *heredes ſi ſe miſceant hereditati*, l. 5. D. de Sc. Silania.

Neceſſarij *lapidis vſus*, l. 17. §. vlt. D. commun. prædior. *ſi ſeruum non Neceſſarium emero filio tuo*, l. 6. §. idémque eſt, D. de negot. geſt.

Si ſerui vſus tam Neceſſarius *eſſet, vt eo carere non expediret*, l. 35. D. de fideic. libert.

Propter Neceſſarium *vſum Argentariorum* l. 8. D. depoſiti. *Perquàm neceſſarius eſt vſus procuratoris*, l. 1. D. de procuratorib.

Neceſſarij ſumptus, l. 31. D. de negot. geſt. l. 5. C. de rei vindic. l. 5. C. ad Se. Macedon.

Adiudicatio, Neceſſaria *eſt, Emptio, voluntaria*, l. 29. D. famil. erciſc.

Neceſſaria *abſentia*, l. vlt. D. vbi pupill. educ. & apud Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 8. *Electio*, l. 67. §. 1. D. de legat. 2. *Peregrinatio*, l. 9. D. de procuratorib. *Profectio*, l. 18. D. de iudiciis. *Satisdatio*, l. 7. §. ſi neceſſaria, D. qui ſatiſd. cog. vbi Neceſſaria & *voluntaria ſatiſdatio* opponuntur. *Neceſſariæ* autem *ſatisdationis* exempla petenda ſunt ex l. 8. §. tutor, D. eod. Neceſſaria *cogendis & conſeruandis fructibus villa*, l. 50. D. de vſufructu, l. 32. §. Lucius, D. de vſu & vſufr. lega. *In* Neceſſarias *cauſas accipere mutuam pecuniam*, l. 47. D. de ſolutionib.

Neceſſariæ *impenſæ*, l. 14. D. de mort. cauſ. donationib. l. 1. §. cùm dos, D. de dot. collatio. videlicet, *quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit*, l. 79. D. de verbor. ſignif. *quibus nõ factis dos deterior futura eſt: veluti, ſi quis ruinoſas ædes refecerit*, Vlpian. Tit. 7. Regular. *quæ fiunt reficiendorum ædificiorum gratia*, l. 39. D. de heredit. petit. *quæ habent in ſe neceſſitatem impendendi: ceterùm ſi nulla fuit* Neceſſitas, *alio iure habentur*, l. 1. §. 1. D. de impenſ. in res dotal.

Si Neceſſarias *impenſas fecerim in ſeruum, aut in fundum, finge enim, medicis cum agrotaret ſeruus, dediſſe me pecuniam, item inſulam falſiſſe, vel refeciſſe*, l. 8. D. de pignerat. act. *Impenſas* Neceſſarias *iure perſequitur, quas fortè in ægrum, vel alias laborãtem, impenderit*, Modeſtin. in Lege Dei, Tit. 10. *hæ impenſæ aut in res* Neceſſarias, *aut in vtiles cedunt*, l. 7. §. vlt. D. ſoluto mat. *Nuntiatio operis noui nõ habet* Neceſſariam *prætoris aditionem*, l. 1. §. nuntiatio, D. de oper. no.

Neceſſarium *domicilium habet relegatus eo loco in quem relegatus eſt*, l. 22. §. relegatus, D. ad muni-

cipal. *Qui non ſponte ſed* Neceſſario officio funguntur, l. 6. D. de poſtulan. *id quod alimentis eius* Neceſſarium eſt, l. 5. §. autem, D. de Carbon. edic. *Qui* Neceſſariis oneribus ſuccurrit, l. 21. D. de donat. int. vir. *ferè* Neceſſarium eſt, l. 14. §. vlt. D. comm. præd. Neceſſarium eſt iuſſum, l. 36. D. de adquir. vel omitt.

Necessarii, pro propinquis, l. 5. §. 1. D. ex quib. cauſ. maior. l. 1. §. eligitur, D. de vent. in poſſeſſ. l. 4. C. qui petant tut. Sic, *Neceſſarij pupilli*, l. 5. §. in primis, D. de reb. eor. l. 1. §. vlt. D. de eo qui pro tuto. *Neceſſarij furioſi*, l. 13. §. 1. D. de offic. præſid. Feſtus. *Neceſſarij ſunt, vt Gallus Ælius ait, qui aut cognati, aut adfines, aut in quos Neceſſaria officia conferuntur, præter cæteros.* Non. Marcell. *Neceſſitas, adfinitas: vnde & hoc iure coniuncti,* Neceſſarij appellãtur. Similique modo Ἀναγκαίους Græci dicunt. Andocides, περὶ τῶν μυστηρίων, ἔπειτα δὲ τὺς ἀλλυς συγγενεῖς καὶ Ἀναγκαίυς τοσύτυς ὄντας ὥσθ᾽ τυς συνουσίας. Iſæus περὶ τὺ φιλοκτημόνος κλήρυ. εἰδότας δ᾽ ὁι Ἀναγκαῖοι ὅτι ἐξ ἐκείνυ μὲν ὐκ ἂν ἔτι γένοιτο παιδὲς παύτην ἐλπίδα ἔχοντες.

Neque diſtinguitur vtrùm Neceſſarius *ſit, an non*, l. 6. D. de appellationib.

Neceſſaria perſona, l. 2. §. vlt. D. quan. appell. ſit. Neceſſariæ perſonæ, l. 60. D. de pactis. l. 6. D. de liber. cau. l. 1. C. ſi tutor vel curat. falſ. *Si maritus ex dote expendit, vt à latronibus redimeret* Neceſſarias *mulieri perſonas, vel vt mulier vinculis vindicet de* Neceſſariis *ſuis aliquem*, l. 21. D. ſoluto matrim. *Militi pro* Neceſſarius *ſibi perſonis de libertate litigare permittitur*, l. 3. D. de liber. cau.

Neceſſarias perſonas, in Edicto *in ius vocati vt eant, aut ſatis vel cautum dent*, accipe, Parẽtem, Patronum, Patronam, Liberos, Vxorem, Virum, l. 1. & l. 2. D. in ius voc. vt eant.

Necessarie, id eſt Neceſſario. *ſumptus qui* Neceſſariè *factus eſt*, l. 8. D. depoſiti. Neceſſariè *factæ impẽſæ*, l. 51. D. de hered. pet. *Munus propriè eſt quod* Neceſſariè *obimus*, l. 214. D. de verbor. ſignific.

Necessario *ædificare villam*, l. 30. D. de vſufructu, l. 32. §. Lucius, D. de vſu & vſufr. legat. *In conducto fundo ſi conductor ſua opera aliquid* Neceſſario *vel vtiliter auxerit, vel ædificauerit, vel inſtituerit*, l. 55. §. 1. D. locati. *Si vitiatum ædificium* Neceſſario *demolitus eſſet*, l. 30. D. locati. Neceſſario *deſiderantur*, l. 30. D. liber. & poſt.

Si Neceſſario *rem emerit*, l. 22. D. de negot. geſt. Neceſſario *empturus*, l. 42. §. vlt. D. de ſolutionib.

Neceſſario *factæ impenſæ in curandum ſeruum*, l. 30. D. de ædil. edict. *Obligari* Neceſſario, l. 52. §. conſentientes, D. de oblig. & act. Neceſſario *prouocaſſe*, l. 1. C. ſi tut. vel curat. Neceſſario *ſequitur*, l. 5. §. vlt. D. de præſc. ver.

Necesse *eſt, plerumque fidem nautarum, cauponum, ſtabulariorum, ſequi*, l. 1. D. naut. caup. *appellare* Neceſſe *eſt, & Neceſſe non eſt*, l. 1. §. 1. D. quæ ſentent. ſine appellat. *cui parere* Neceſſe *ſit*, l. 169. D. de diuerſ. regul.

Quanti eſt, quem Neceſſe *habeo dare*, l. 55. D. ad L. Aquil. *non aliàs* Neceſſe *habebit agnoſcere*, l. 1. §. pœna, D. de agnoſc. & alend.

Necessitas, ait Non. Marcell. *vis quædam, quæ alterum cogere inuitum poteſt.*

Ex Neceſſitate, *& ex Voluntate*, opponuntur, l. 33. D. de iure dot. *Non libera voluntate exequitur rem, ſed quaſi ex* Neceſſitate *ſeruili*, l. 19. §. ſi libero, D. de negot. geſt. *vtrùm propter Neceſſitatem rei familiaris, an mera voluntate donauerit*, l. 18. D. de adimend. legat.

Neceſſitate, *&, ſponte, manumittere*, opponũtur, l. 3. §. 1. D. de ſuis & legit. *ſi Neceſſitate id fecerit, nõ quòd alioquin vellet obligari*, l. 59. D. de heredib. inſtit. *ex* Neceſſitate *manumittere, non ſuo arbitrio*, l. 50. D. de ritu nupt. *ex* Neceſſitate *deſcendens, vel ex voluntate proficiſcens cauſa*, opponuntur, l. 1. §. merito, D. depoſiti. *Propter ea quæ poſt pubertatem nulla Neceſſitate cogente, ſed ex voluntate ſua, tutor adminiſtrauit*, l. 46. §. Paulus, D. de adminiſtr. & peric. *ex Neceſſitate id feciſſet, &, ita vt & ipſe vellet*, aduerſantur, l. 19. D. de adquir. rer. do.

Libera res, ſoluta, & extra Neceſſitatem iurisdictionis poſita res, l. 3. §. 1. D. de recept. qui arbitr.

Neceſſitate *obligantur quibus non licet aliud facere quàm quod præceptum eſt: quod euenit in Neceſſario herede*, l. 52. §. Neceſſitate, D. de oblig. & act. *Officij* Neceſſitas, *aduocatum fiſci qui intentionem delatoris exequitur ſatis excuſat*, l. 5. §. aduocatum, D. de his quæ vt indigu. *Officij* Neceſſitas *& tutoris fides excuſata eſſe debet*, l. 22. D. eod. tit. *Qui Rempublicam adminiſtrantes, per Officij* Neceſſitatem, *ciuitati ſub conditione relicti fideicommiſſi ſatis accipere debuerunt*, l. vlt. C. vt in poſſeſſ. legator. *Neceſſitate poteſtatis excuſantur ſerui, qui dominis parent*, l. 15. §. & quatenus, D. de leg. Cornel. de falſis. *Quos nulla Neceſſitate cogente manumiſimus*, l. 13. D. de oper. libert. *qui ſponte & nulla* Neceſſitate *cogente immiſcuit ſe negotiis*, l. 3. §. hac actione, D. de negot. geſt. *qui aliqua* Neceſſitate *vrguente vel Neceſſitatis ſuſpicione, geſſit*, ibidem. *ſi nulla Neceſſitate vrguente, voluptatis cauſa in municipium profectus ſit*, l. 2. §. ſi quis tamen, D. ſi quis cautionib.

Accuſandi Neceſſitas *incumbet*, l. 5. D. de accuſationib. *quamuis* Neceſſitas *penuriæ hominum cogat*, l. 2. §. vlt. D. de iure immunit.

Cùm ma-

cum Magistris nauium propter nauigandi Necessitatem *contrahimus*, l.1.D.de exercitoria. *si exiguo pretio rem abiicere*, Necessitate *rei familiaris cogerentur*, l.36.§.1.D. mandati. *ex causa iudicati soluta pecunia ex* Necessitate *iudicis*, l.11.D.de appellationib. id est iudice imminente, seu compellente, *vt quòd iurandi* Necessitatem *haberent*, l.vlt.D.de liber.caus. *parendi* Necessitatem *habet filius*, l.10.§. vlt. D.de his quæ vt indign. *quia* Necessitatem *fortè proficiscendi habebat*, l.4.D.de reb. credit.

Sic, Necessitatem *soluendi habere*, dixit Seneca lib.5.de Benefic. cap.19. *non habebo* Necessitatem *implere conditionem*, l.30.D.de condic.& demonstr.eodémque modo Græci ἀνάγκην ἔχειν, dicunt. *Inopes, onera patrimonij, ipsa non habendi* Necessitate, *non sustinent*, l.4.§.inopes, D.de muner.& honorib.

Omne ius aut consensus fecit, aut Necessitas constituit, l.40.D.de legib. *quæ propter Necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi*, l.162.D.de diuers.regul. *homines ex necessitate diutius absunt*, l.5.D.de oblig.& act. *peregrinationes quæ ex Necessitate fiunt*, l.17.D.de sponsal. *ex Necessitate cõpulsus*, l.34.§.vlt.D.de aur.& arg. *quod ex Necessitate, reficiẽdæ cloacæ causa, rescinderat*, l.1.§.quod ait, D. de cloacis. *qui ipse sibi Necessitatem satisdationis imposuit*, l.7. §. 1. D. qui satisd. cogant. *si cui respublica Necessitatem imposuerit statuarum ponendarum*, l.6.§.vlt. D.de pollicitationib.

Si tutor pupillis ad onera sua expedienda imposuit Necessitatem *mutuam pecuniam accipiendi*, l.7.§.quę autem, D.de administr.& peric.

Non imponitur Necessitas Proconsuli suscipiendæ cognitionis, l.8.& l.9. D. de offic.præsid. *Proconsuli Necessitatem impositam per mare Asiam applicare*, l.4.§.quædam, D.de offic.procons. *non imponitur Necessitas aliis pulsantibus respondere*, l.2.§.legatis, D.de iudiciis. *heredibus actoris Necessitas non imponitur, vt per vnum litigent*, l.5.§.si tamen, D.iudicat.sol. *Impositam vicinis* Necessitatem *stillicidiorum excipiẽdorum*, l.17.§.hæc lex, D.de seruitutib.vrban.prædior. *Magistratibus municipalibus dandi Necessitas iniungitur*, l.2.§.si mater, D.ad Sc.Tertyll.

Atque vt *Necessitas Imponi*, ita è contrario, *Remitti* dicitur. *iudicãdi Necessitatẽ morbus sonticus remittit*, l.46.D.de iudiciis. *Appellationis Necessitas remittitur*, l.1.§.item cum, D.quæ sentent.sine appellat. *heredi & legatario remittendam proprij serui manumittendi Necessitatem*, l.35. D. de fideic.libert. *remitti ei huius rei Necessitas debet*, l.19.D.de furtis.

Ciuilium officiorum Necessitatibus districti, l.15. §.qui post, D.ad Sc. Turpill. *Necessitate rerum impediti*, l.16.D.ex quib.caus.maior. *fideiussorem ob alium Necessitate sistendi obligatum esse*, l.6. D. si quis cautionib.

Nec statim eum Necessitati satisdationis subiicere debet, l.31.D.de rebus auctorit.iud. *non quidquid iudicis potestati permittitur, id subiicitur iuris Necessitati*, l.40.D.de iudiciis.

Ad hanc Necessitatem compelli, l.31.D.de reb.auctor. *addita causa, Necessitatéque iudicij sui*, l.16.§. his consequens, D.de curat.furioso.

Tenetur administrationis Necessitate, l.9.§.vlt.D.de administr.& peric. *Exhibitionis Necessitate tenetur*, l.7.C.ad exhibend.

Nessitate solutionis moderetur, l.6.§.præses, D.de offic.præsid.

Necessitvdo pro coniunctione sanguinis, & propinquitate, l.5.§.1. D. quib. ex caus. in poss.l.50.§.vlt.D.de legat.1. *Infinita est æstimatio Necessitudinis*, l.187.§.vlt.D. de diuers. regul. Cornel.Fronto, de different.vocum. Necessitudo *vel sanguinis, vel meritorum, cum præceptoribus, cum amicis.*

Necessitudo personarum, l.2.D.in ius vocati vt eant, & in Lege Dei, Tit.9. *Si tutor aliquo vinculo Necessitudinis vel adfinitatis, pupillo coniunctus sit*, l.9.D.de suspect.tutor.

Necessitudo consanguinitatis, l.13.C.de probationib. *Sanguinis*, l.2.C.de adoptionibus, l.6. C. de suspect.tutor.& in Lege Dei, Tit.6. *Ius etiam pro Necessitudine dicimus: veluti est mihi ius cognationis vel adfinitatis*, l.vlt.D.de iustit.& iure.

Mulieres quæ pietate Necessitudinis ductæ ad hoc procedunt: vtputa, Mater, Nutrix, Auia, Soror, l.1. §.consequens, D.de suspect.tutor. *In ea Necessitudine esse*, l.24. D.de legat. præstand. id est, *in numero liberorũ esse*, vt ibid. *Ita pietati nostræ placuit, vt sanctè Necessitudinum nomina obtineant apud affectus suos piam ac religiosam consanguinitati debitam caritatem*, aiunt Diocletian. & Maxim.in Lege Dei, Tit.6.

Interdum *Necessitudo*, pro necessitate ponitur: vt Varronis & Sallustij testimoniis Non. Marcell.comprobat. Et ita, in l.5.D.de re mil. *si fuerit vltrò reuersus, non cum* Necessitudine. Cic. lib.2.de Inuent. *Necessitudinem* definit, *cui nulla vi resisti potest, quæ neque mutari, neque leniri potest.*

Νεκροτάφλας Græci vocant quos Latini *Libitinarios*, l.5.§.idem ait, D.de institor.

Nectere, *Moras*, l.vn.C. de suffragio. Nectere, aliàs pignori obligare significat. *Cùm sciens alienam rem, velut propriam suo Nexuerit creditori*, l.2.C.de crim.stellion.

Nexus *pignori fundus*, l.2. C. de curator. furio. *Creditor qui hypothecæ, seu pignori, rem sibi* Nexam *vendidit*, l.2. C. de distract. pignor. *qui rem suam putabat, vel sibi Nexam*, l.1. §. si quis, D. ne vis fiat ei qui in poss. id est pignori obligatã. *Res Nexæ pignori*, l.22. §.1. D. de iur. fis. l.2. C. de pign. act.

Prædium pignori Nexum, l.52. §. pactum, D. de pactis, l.2. C. eod. tit. *si creditor ea quæ sibi pignori* Nexa *erant distraxit*, l.7. C. de distract. pignor.

Nexus, id est obstrictus. *si eo crimine Nexus fuit, vt si conuinceretur, bonis careat*, l. vlt. §. idem, D. de bonis cor. qui ante sent. *Voluntariæ obligationi semel* Nexi, l.5. C. de action. & oblig.

Nexvs *pignoris*, l.33. D. famil. erciſc. l.4. C. de remiſſ. pignor. *Nexum facere prædiorum*, id est, pignori obligare, l. penult. & l. vlt. C. si alien. res pign.

Nexus paternæ potestatis, l.13. C. de castren. pecul.

Nexus pro vinculo obligationis, *ab eodem Nexu absolutio*, id est, liberatio, l.1. D. de acceptilatio. *Si emptor fundi damnauerit heredem suum vt venditorem* Nexu *venditi liberaret*, l.26. §. adeò, D. de condict. indeb. *Ob culpæ Nexum interpellare*, l. vlt. C. quo quis. ordi. lib. 11.

Nexu etiam res olim *abalienari* dicebantur, quæ erant mancipi. Cicer. Topic. *Abalienatio est eius rei quæ Mancipi est, aut traditio alteri Nexu*, &c. Idem in Paradox. *vt Mancipia quæ sunt dominorum facta Nexu, aut aliquo iure ciuili*. Et de Haruspic. respon. *Multæ sunt domus in hac vrbe, atque haud scio an pænè cunctæ, iure optimo, sed tantùm iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure* Mancipi, *iure Nexi*.

Varr. lib. 6. de ling. Lat. Nexum *Manilius scribit omne quod per libram & æs geritur, in quo sint Mancipi. Mucius Scæuola quæ per æs & libram fiant, vt obligentur, præterquam si mancipio dentur: Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quæritur. Nam idem quod obligatur per libram, neque suum fit, inde* Nexum *dictũ*. Cicero lib. 3. de Oratore inter ea quæ proprium nomen habẽt, Nexum enumerans, eo significari ait, *quod per libram agitur*. Festus. *Nexum est, vt ait Gallus Ælius, quodcumque per æs & libram geritur: idque* Necti *dicitur: quo in genere sunt hæc, Testamenti factio,* Nexi *dãto,* Nexi *liberanto.*

Nexum etiam Æs, vt idem Festus, ait olim dicebatur *pecunia, quæ per* Nexum *obligatur.*

Nefandissimvm *scelus*, l. vlt. C. si nupt. ex rescript.

Nefas esse dicitur, quod est *contra fas*, vt loquitur l.5. D. de quæstionib.

Nefas *existimatur eam ducere vxorem, quæ per Adoptionem filia, neptisve, esse cœpit*, l.55. D. de ritu nuptiar. *Hos inter se quòd, adfinitatis causa, Parentium, liberorúmque loco habentur, matrimonio copulari* Nefas *est*, l.4. §. hos itaque, D. de gradib. & adfinib. *si ex ea quam* Nefas *sit ducere, postumum instituero*, l.9. §. vlt. D. de liber. & postum.

Hominem homini insidiari Nefas esse, l.3. D. de iustit. & iu. *post absolutum dimissumque iudicium Nefas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia*, l.3. C. de fructib. & lit. exp. *Nefas credere est*, in Edicto Diocletiani quod habetur in Lege Dei, Tit. 6. *in foro causis dicentibus* Nefas, *vt ita dixerim, videtur esse nulla præfatione facta iudici rem exponere*, l.1. D. de orig. iur.

Nefaria *coniunctio*, l.1. §. si qua, D. de concubin. in qua Vlpian. *si qua*, ait, *in patroni fuit concubinatu, deinde filij esse cœpit, vel in* Nepotis, *vel contrà, propè* Nefaria *est huiusmodi coniunctio*. Sic & in Edicto Diocletiani quod refertur in Lege Dei, Tit. 6. *Sciant non legitimos se suscepisse liberos, quos tam* Nefaria *coniunctione genuerunt.*

Inter eas Personas quæ Parentium, liberorúmve locum inter se obtinent, contrahi Nuptiæ *non possunt: veluti, inter Patrem & Filiam, vel Auum & Neptem, vel Matrem & Filium, vel Auiam & Nepotem, & vsque ad infinitum. Et si tales personæ inter se coïerint,* Nefarias, *atque Incestas Nuptias contraxisse dicuntur*, §. ergo, Instit. de nuptiis. *Nefarium crimen*, l.22. C. de pœnis.

Negare, id est denegare. *Prætor actionem ei* Negare *debet*, l.1. §. in operis, D. de oper. no. nũt. *Proconsulem interuenturum, & pignoris persecutionem, vel vsusfructus actionem,* Negaturum, l.27. D. de noxalib. act.

Negari *Actio*, l.1. §. quod ait, D. de superficieb. id est, *denegari*, vt l.4. D. de re iudic. *Turpis actio aduersus vxorem* Negatur, l.2. D. de actio. rer. amotar. Negandam *tibi actionem*, l.19. D. de legat. 3. *hereditatis petitionem Negandam*, l.43. D. de heredit. petit.

Neganda *est accusatis licentia criminandi*, l.19. C. qui accusare non poss.

Corpora eorum qui capite damnantur, cognatis ipsorum Neganda *non sunt*, id est, deneganda, l.1. D. de cadauerib. punitor.

Si vel parens Neget *filium, vel filius* Neget *parentem*, l.5. §. si vel parens, D. de agnosc. & alend. *qui iusto errore ductus* Negauerit *se heredem*, l.11. §. qui iusto, D. de interrogationib. aut Negando *se heredem, aut dicendo heredem* aduersantur, l.6. §. vlt. D. eod. tit. *factum Negantis nulla est probatio*, l.23. C. de probationib.

Cùm se quis Negat incolam esse, l.37.D ad municipal. *Maritus quidem prægnatem vxorem diceret, vxor Negaret*, l.1.D.de agnoscen.& alen.*Si denuntiante muliere, Negauerit ex se esse prægnatem*, l.1. §.vlt.D.eod.tit.

Si testamentum patris iure factum filius Negauit, l.24.D.de his quæ vt indign. *Cum inuito se Negat ius esse vtendi fructuario*, l.5.D.si vsufruct.petet. *siue vindicet quis vsumfructum, siue alij Neget*, dic.l.5.§.si partis. id est, *intendat, ius ei non esse vtendi fruendi*, §.æquè, Instit.de actionib.Et ita Negare, in l.2.D.si seruit.vindic. est, *negare seruitutem se debere*, vt l.4.§. competit. eod.tit. *agere ius ei non esse*, vt l.2.D.de oper.no.nunt. *qui se Negat possidere*, l.25.D.de rei vind. *Actio per quã Neget rem actoris esse*, §.æquè, Instit.de actionib. *si Tutor Negauit apud se esse pecuniam*, l.7. §.quæ autem, D.de administr.& peric. *Dum Negat aliquam quantitatem penes se esse*, ibidem.

qui de inofficioso vult dicere, licet Negetur filius, l.20.D. de inoff.test.

Negat lex, l.2.D.de mortuo inferen. *nemo Negat*, §.ceruos, Instit.de diuisio.rer. *Labeo, & Pegasus rectè negauerunt*, l.12.§.quæritur, D.de instr.vel instr.

Negantes debitores non oportet vi armata terreri, id est, infitiantes debitum, l.9.C.de obligation. & actionib.

Negatoria *Actio*, (quæ & *Negatiua* dicitur l.5.in prin.D.si vsufr.pet. §.æquè, Institut.de actionib.& *Contraria Actio*, l.8.D.si seruit.vindic.) in rem actio est, qua libertatem prædiorũ nostrorum defendimus, ac tuemur, negantes aliquam ab his seruitutem deberi, l.5.§.vlt. & l.6.§.vlt.D.si vsuf.pet.l.2.& l.4.§.1.D.si seruit. vindic. dic. §.æquè, Institut.de actionib.Negatiuis autem verbis semper ferè concipitur, vt apparet ex l.8.in pr.& §.Arist.l.9. l.13.& l.14. D. si seruit. vindic. quamquam & adfirmati uè concipiatur nonnumquam, vt & in specie l. 4.§.competit.D.eod.tit.

Neglegere, est contemnere, aspernari. *si iudex constitutiones principum Neglexerit, punitur*, l.1.§.1.D.de L.Cornel.de fals.

Licet tutoribus patris præceptum Neglegere, l.5.§.vsque adeò, D.de administ.& peric. *Militis voluntatem quam circa monumentum sibi faciendum testamento expressit, & pater, & mater eius heredes Neglegere non debent*, l.5.C.de religiosis. *Bonæ fidei possessor, quia quasi rem suam Negl exit, nulli querellæ subiectus est, ante petitam hereditatem*, l.31.§.iustus, D.de heredit.petit.

qui apud fiscum causam defendere, sæpius conuenti, Neglexerint, l.47.§.vlt. D.de re iudic. *Si filius petere bonorum possessionem Neglexerit*, l.vlt.§.quæri, D.quis ordo in possessionib. *qui suspectum facere* Neglexerunt, l.41.D.de administr.& peric.

Si præceptum est, vt deponantur pecuniæ, & Neglectum, l.7.§.si deponi, D.de administ.& peric.

Si quidem Neglegentia *& nimia cessatio in administratione tutori obiiciatur*, l.vlt.D.vbi pup.educ.

Neglegens. *si Neglegẽs in elegendis ministeriis fuit*, l.27.§.si fornicarius, D.ad L.Aquil. *Neglegens suorum*, l.5.§.à barbaris, D.de re milit. *qui Neglegenti amico rem custodiendam committit, de se queri debet*, l.1.§.is quoque, D.de obligat.& act.§ præterea, Instit.quib.mod.re contrahit. id est, *parum diligenti*, vt §.vlt.Instit.de societate.

Prætori ea res quærenda commissa est, non Neglegenda, l.8.§.si prætor, D. de transactionib.

Neglegentia, desidiam & segnitiem significat.

Magistratus, si tanta fuit Neglegentia, *vt omnem cautionem omitteret*, l.6.D.de magistratib.conuen. Neglegentiæ *nomine non tenetur is apud quem rem aliquam deponimus*, l.1.§.is quoque, D.de oblig.& act. Neglegentiæ *tutorum periculo nominum adscripto*, l.39.§.neglegentiæ, D.de administ.& peric. *Periculo Neglegentiæ non adstringetur*, l.40.D.eod.tit. Nam nec heres tutoris Neglegentiæ nomine tenetur, l.4.D.de magistrat.conueniend. Neglegentia propria heredi non imputabitur. l.4. D.de fideiussorib.tutor. *Per* Negligentiam factum, l.vlt.D.quod legator.

Neglegentiã, id est, per neglegẽtiam. *curatores qui tutelam ad se* Neglegentia *non transtulerunt*, l.39. §.adulescens, D.de administr.& peric.

Quod ius non Neglegentia, aut culpa sua, amiserant, l.35. D.de seruit.præd. rust. *quod communi* Neglegentia *periit*, l.39.§.tutoribus, D.de administr.& peric.

Neglegentiæ porrò epitheta tribuuntur hæc, *Crassa, Dissoluta, Lata, Magna, Nimia. Vt neque Neglegentia Crassa aut nimia securitas satis expedita sit*, l.6. D.de iur. & facti ignor. *Dissoluta* Neglegentia *prope dolum est*, l.29.D.mandati. Lata Neglegentia *prope fraudem accedit*, l.7.D. de suspect. tutor. *Solam latam* Neglegentiam *præstare*, l.7.D.competit.D.de administr.& peric.

Magna Neglegentia *culpa est*, l.226.D.de verb.signif. *Magnam* Neglegentiam *placuit in doli crimine cadere*, l.1.§ is quoque, D.de oblig. & act. *vtrum Nimia* Neglegentia *militum custodia euaserit, an casu*, l.12. D. de custod. & exhibit. *Ob* Neglegentiam *quæ non Latæ culpæ comparari possit*, l.1.C.

de heredib.tutor. *Non fecit, Lata culpa, non leui, & rebus suis consueta* Neglegentia, l.22.§.sed & si, D.ad Sc.Trebell.

Neglegenter *in societate agere*, l.26.D.pro socio. *si Neglegenter rem custoditam amiserit*, l.1.§. is quidem, D.de oblig. & act.§.sed is, Instit.quib.mod.res contrahit. *si curatores Neglegenter in bonis distrahendis se gesserint*, l.vlt.§.item rescripserunt, D.de administrat.rer.ad ciuit. *si tam Neglegẽter in ea causa versati sunt*, l.24.§.1.D.de minorib. *Faber qui Neglegentius machinam colligauit*, l.5.§.sed interdum, D.commodati, id est, *minus diligenter*, vtibidem. *Neglegentius habita prædia*, l.3.§.diui fratres, D.de iure fisci.

Negotiari, est negotiationem aliquam exercere. *si dominus scierit seruum peculiari merce Negotiari*, l.1.D.de tributor. *in merce peculiari Negotiari*, l.3.§.1. D.eod. tit.§. introduxit, Instit. quod cum eo. *eos qui vtensilibus Negotiantur*, l.12.D.de decurionib.

Negotiari ex vino, l.21.§.cùm per, D.de actionib.emp. *Negotiatum ex pecunia*, l.16. D. de vsu & habit. *Pluribus locis ex æquo Negotietur*, l.5.D.ad municipal. *An libertus prohiberi potest à patrono in eadem colonia, in qua ipse Negotiatur, idem genus negotij exercere*, l.18.D.de iure patron.

Argentum quod Negotiandi causa venale proponi soleret, l.32.§. idem cum, D.de auro & arg.

Negotiatio *Sagaria*, l.52.§.quidam sagariam, D.pro socio, l.5.§.si plures, D.de tributoria. *Lintearia*, dic.§.si plures.

Qui seruum Naui, aut Tabernæ, aut cuilibet Negotiationi præposuerit, §.istas, Instit.quod cum eo, *Tabernæ præpositus, aut cuilibet alij Negotiationi*, l.3.D.de institoria.

Negotiatio Licita, & contrà, *Illicita*, l.6.§.neque, D.de off.præsid.l.2.D.de iure patronat. *Qui transmarinas Negotiationes, & aliis regionibus, quàm in quibus ipsi morantur, per seruos atque libertos exercent*, l.10.D.qui & à quib.

Negotiationem in eadem ciuitate, & eodem loco, exercere, l.45. D. de oper. libertor. *In quo loco Negotiatio exercetur*, l.11.§.proscribere, D.de institoria.

Negotiatio pro incremento facultatium exercenda est, l.5.§.negotiatio, D.de iure immunit.

Negotiationis nomen est, caupona, l.13.D.de instruct.vel instrum. *Cubicularios, vel obsonatores, vel eos qui Piscatoribus præpositi sunt, non videri Negotiationis appellatione contineri*, l.65. D. de legat.3.

Negotiationis emolumentum, & contrà, *periculum*, l.10.D.de heredit.vel act. *Negotiationis alicuius societas*, l.5.D.pro socio. *Altero ex duobus fratribus socio bonorum & Negotiationis*, l.47.§.altero, D.de administr.& peric. *si hereditas Negotiationis causa veniit*, l.48.D.de hered.pet. *aliquam Negotiationem ineundo*, l.11.D.de negot. gest. *pretium hominis venditi, non ex Re, sed propter Negotiationem percipitur*, l.21.D.de hered.vel act. *si Negotiatione quis abstinere iubeatur*, l.9.§.sunt autem, D.de pœnis. *Interdici Negotiatione plerumque, vel Negotiationibus, solet*, ibidem. *Negotiatione prohiberi*, l.2.D.de iure patr.l.6.§.neque, D.de offic.præsid.

Negotiator *Marmorum*, l.vlt.§.vlt.D.qui potior.in pign. *Mercis*, l.1.D.de his quæ vt indign. *Suarius*, Plin.lib.21.cap.3. *Vestiarius*, l.45.D.de oper.libert.

Negotiatores frumentarij, l.9.§.vlt.D.de vacat.& excusat. *Negotiatores, qui annonam vrbis adiuuant*, l.5.§.negotiatores, D.de iure immunit. Tacit.lib.3.& *ne censibus Negotiatorum naues adscriberent, tributúmque pro illis penderent, constitutum.*

Negotiator Seruus, l.49.D.pro socio. *Legatis seruis, exceptis Negotiatoribus eos legato exceptos videri, qui præpositi essent negotij exercendi causa: veluti, qui ad emendum, locandum, conducendum, præpositi essent*, l.65.D.de legat.3.

Negotiatrix, l.32.§.idem, D.de aur.arg.

Negotiosa tutela, l.31.§.eum qui, D.de excusationib.

Negotium pluribus modis dicitur: vno, cùm Res significamus: & ita, *Negotia administrare*, & *Gerere* dicimus. *Negotia administrare*, l.13.D.de annu legat. l.6.§.vlt.D.de negot.gest. l.14. D.de diuers.temp.l.51.D.de administr.& peric.l.110.D.de solutionib. *Neque per omnes id Negotium administrari expediat*, l.51.§.vlt.D.de manumiss.testam.

Negotiorum Administratio, l.46.§.vlt.D.de procuratorib.l.12.& l.vlt. D.de curatorib. fur. l.11.D.de tut.& ration.

Negotia curare, l.5.D.de magistrat.conuen. l.14.§.1.D.comm.diuid.

Negotiorum suorum curam alicui mandare, l.5.D.de oblig.& act.

Si quis absentis Negotia gesserit, l.5.D.de oblig.& action. & passim sub Tit. de negot. gest. D. *Qui alienum Negotium gerunt*, l.1.D.de appellationib.recip. *si socius commune ædificium fulsit, commune, non alienum, Negotium gessisse videtur*, l.9. §. generaliter, D. de reb. auct. iud. *Secundus creditor qui primo soluit, non alterius Negotium gessit, sed suum*, l.12.§.sciendũ, D.qui pot.in pign.

Suum

Suum Negotium *gerit creditor, dum pignus vendit*, l. 42. D. de pignerat. act. vt & *Maritus*, qui dotem stipulatur, l. 9. §. vlt. D. de condict. caus. da. *Si Vxor pro debitrice sua quam Viro delegauit, fidem suam apud maritum obligauerit, suum Negotium gessit*, l. 27. D. ad Sc. Vellcian. *Creditor qui in possessionem missus est, voluntarium, & suum potius* Negotium *gerit*, l. 9. §. in eum, D. de reb. auctorit. iudic. *Si quis* Negotia *mea gessit non mei contemplatione, sed sui lucri causa, suum eum potius quàm meum* Negotium *gessisse*, l. 6. §. si quis pecuniam, D. de negot. gest. *si quis ita simpliciter versatus est vt suum* Negotium, *in suis bonis, quasi meum gesserit*, dic. l. 6. §. si quis ita, *perinde ac si tutor sibi* Negotium *gessisset*, l. 16. D. de administr. & peric. *si post mortem tutoris heres eius* Negotia *pupilli gerere perseuerauerit*, l. 4. D. de fideiussorib. tutorum.

Negotiorum *gestor*, qui se alienis negotiis vltro & spõte offert, & immiscet, l. 3. §. interdum & §. hac actione, D. de negot. gest. l. 5. D. de oblig. & actio. l. vlt. D. de re iudic. quæ repetitur per παυτολογίαν in l. 24. D. de appellation. Paulus lib. 1. Sentent. Tit. 4. Vetus Glossarium, Negotiorum *gestor*, ὁ πραγματα χειρίζων ἀλλότρια, καὶ χωρὶς ἐντολῆς διοικῶν διὰ φιλίαν μόνην.

Negotiorum *gestorum agere*, l. 3. D. de negot. gest. l. 7. D. de curat. furios. l. 9. §. generaliter, D. de reb. auctor. iud. *Actio*, l. 2. D. de negot. gest. l. 5. D. de obligat. & actionib. Vetus Glossar. *Negotiorum gestorum actio*, ἡ περὶ διοικήσεως ἀλλοτρίων πραγμάτων παρὰ γνώμην δεσπότου ἀγωγή. Negotiorum *gestorum teneri*, l. 6. §. vlt. & l. 9. D. de negot. gest.

Negotij hæc sunt adiuncta, *Alienum, Suum, Priuatum, Publicum, Voluntarium.*

Qui sui priuati Negotij *causa in legatione est*, l. 42. D. ex quib. caus. maior. *legato qui in* Negotium *publicum sumptum fecit*, l. 7. D. quod cuiuscumq. vniuersit. *priuatis quidem Negotiis interesse poterit, publicis prohibebitur*, l. 9. §. 1. D. de pænis.

Negotia *hereditaria*, l. 22. §. vlt. D. si quis omissa *Propria*, l. 15. D. de receptis qui arbitr. *Vrbica*, & *Peregrina*, l. 51. D. de administr. & peric. *Quoties diffusa* Negotia *sunt*, l. 24. D. de administ. & peric.

Accedere ad vnum Negotium, l. 16. D. de negot. gest. *ad* Negotia, l. 6. §. si quis pecuniarij, & §. vlt. D. de negot. gest.

Negotiis alienis Offerre se, Immiscere, Interuenire. Si affectione coactus ne bona mea distraherentur, Negotiis *te meis obtuleris*, l. 3. §. interdum, D. de negot. gest. l. 25. §. vlt. D. de excep. rei iudic. *Senator si Negotiis alienis se obtulerit in prouincia*, l. 36. §. vlt. D. de iudiciis. *is qui obtulisset se Negotiis gerendis*, l. 5. D. de obligationib. & actionib.

Si qui sponte & nulla Necessitate cogente immiscuit se Negotiis *alienis*, l. 3. §. hac actione, D. de negot. gest. *Si minor sua sponte* Negotiis *maioris interuenerit*, l. 24. D. de minorib. *erit & illa pœna ne quis Negotiis publicis interueniat*, l. 9. §. 1. D. de pænis.

Negotiis hereditariis implicari, l. 22. §. vlt. D. si quis omiss. cau.

Negotia Explicare, Inchoare, Intermittere, l. 25. §. si viuo, D. de negot. gest. *qui explicandi Negotij spem pollicetur*, l. 10. C. de accusationib. *nondum explicato eo Negotio*, l. 9. D. de curatorib. furio.

Finito Negotio, l. 16. D. de negot. gest. *Negotiis finitis*, l. 24. §. Scæuola, D. de minorib.

Exceptio transacti Negotij, l. vlt. D. de transactionib. *velut transacto* Negotio, l. 5. D. de decurionib.

Diu Negotium *tractum*, l. 24. D. de appellationib. l. vlt. D. de re iud. *Quod per absentiam eius deserta, derelictáque sunt pupilli Negotia*, l. vlt. D. vbi pupill. educ.

Si non propter fraudem aliámve quam iustam causam, improbandæ operæ causa, remotus esset à Negotiis quæ administrare vellet, l. 13. D. de annuis legat.

Altero modo Negotium, pro negotiatione ponitur, l. 3. & 5. D. de institor.

Negotium *Mensæ*, l. 77. §. mensæ, D. de legat. 2. *Tabernæ*, l. 19. §. Tabernæ, D. de institor. *cuicumque* Negotio *præpositus*, l. 5. D. eod. tit. id est Negotiationi, vt l. 3. D. eod. *Institor appellatur ex eo, quod* Negotio *gerendo instet*, dic. l. 3.

Negotium *exercere*, l. 88. §. quisquis, D. de legat. 2. l. 38. D. de oper. libert. *Patronus tutor venditis omnibus communis* Negotiationis *mercibus, & sibi redemptis*, Negotium *suo nomine exercuit*, l. 47. §. altero, D. de administr. & peric. *dominus, qui seruum institorem apud mensam pecuniis accipiendis habuit, post libertatem quoque datam, idem per libertum* Negotium *exercuit*, l. 19. §. 1. D. de institor. *Qui* Negotiationem *per Pamphilum & Diphilum prius seruos, postea libertos, exercebat, suo testamento eos tutores reliquit: & cauit vt* Negotium *eodem more exerceretur quo se viuo exercebatur*, l. 58. D. de administr. & peric. *siue principaliter* Negotium *gerat, siue alterius negotiationis accessione vtatur*, l. 4. §. 1. D. de his qui notan. infam. *Seruus qui in* Negotio *fuerit legatus, non antè tradiderit, quàm rationes explicet*, l. 69. §. seruus, D. de legat. 1.

Tertio modo, *Negotium*, contractum, tractatum, vltro citróque habitum, significat, quod

Græcis συναλλάγμα vt loquitur Vlpian. l. 7. D. de pactis. *Conuentio ista non est nuda, sed habet in se* Negotium aliquid, l. 15. D. de præscript. verb. Atque ita, *Negotium Contrahere & Gerere*, Iurisconsulti dicunt. *Si & me & Titium mutuam pecuniam rogaueris, & ego meum debitorem tibi promittere iusserim, tu stipulatus sis, cùm putares eum Titij debitorem esse, nullum Negotium mecum contraxisti*, l. 32. D. de reb. credit. *si cum extraneo tale* Negotium *contraxisset*, l. 49. D. de donationib. int. vir. *Qui bona fide* Negotium *contraxerit*, l. 35. D. locati.

In Negotiis *contrahendis, alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui fari possunt.* Nam *furiosus nullum* Negotium *contrahere potest*, l. 5. D. de diuers. reg. *In omnibus Negotiis contrahendis, siue bona fide sint, siue non sint. si aliquis error interuenerit, nihil valet quod actum sit*, l. 57. D. de obligationib & actionib.

Nullum *Negotium inter tutorem & pupillum contrahitur*, l. 5. §. tutelæ, D. de obligat. & act. *Si quis sic soluerit, vt si apparuisset esse indebitum, vel Falcidia emerserit, reddatur, repetitio locum habebit,* Negotium *enim contractum est inter eos*, l. 2. D. de condict. indeb. *Si in area tua ædificassem, & tu ædes possideres, condictio locum non habebit, quia nullum* Negotium *inter nos contraheretur*, l. 33. D. eod. tit. *magis ad donationis & beneficij causam, quàm ad Negotij contracti spectat precarij condicio*, l. 14. D. de precario.

Non *multum interest afuerit tutor cùm* Negotium *contraheretur*, l. 14. D. de auctor. & cons. *antequam* Negotium *contraheretur*, l. 70. D. de legat. 1. *inter absentes talia* Negotia *contrahuntur*, l. 2. D. de oblig. & act. *si cum seruo ciuitatis* Negotium *contractum sit*, l. 4. D. quod iussu.

Negotio contracto conuenit, l. 50. D. de iure dot.

Qui mortis causa donat, qua parte se cogitat, Negotium *gerit*, l. 35. §. 1. D. de mort. cau. donat.

Si tibi polienda sarciendáve vestimenta dederim, mercede constituta, locationis conductionísque Negotium *geritur*, l. 22. D. de præscript. verb. *Cùm res æstimata vendenda datur,* Negotium *ciuile gestum est, & quidem bona fide*, l. 1. D. de æstimatoria.

Si prædia & mancipia Seiæ data, effecta sint eius tempore concubinatus, ac postea, tempore matrimonij aliis acceptis reddita sint, Negotium potius gestum videri, quàm donationem interuenisse, l. 58. D. de donat. int. vir. & vxor. *Contractum non vtique eo loco intellegitur quo Negotium gestum sit*, l. 3. D. de re iudic. *si fundus venierit ex consuetudine eius regionis in qua* Negotium *gestum est*, l. 6. D. de euictionib. *Commodato geritur Negotium inuicem*, l. 17. §. sicut, D. cõmodati: id est, *suscipitur obligatio inter dandum & accipiendum*, vt ibidem. *vbi aliquid* Negotij *geritur per quod adquiratur*, l. 20. §. quæ autem, D. qui testam. fac. *Quod seruus ex* Negotio *gesto adquisierit*, l. 19. D. de adquir. rer. dom. *Si* Negotium *inter eos gestum est*, l. 24. §. si vir. D. solut. matrim. *si iussu eius in cuius potestate sit* Negotium *gestum fuerit*, l. 1. D. quod cum eo qui in aliena potestate. *cùm omne Negotium quod eius voluntate gestum sit*, &c. l. 12. D. si quid in fraud. patro. *Quasi* Negotio *inter nos gesto proprij contractus*, l. 19. D. de præscript. verb.

Actio Negotiorum gestorum, cùm ex Negotio *gesto oriatur, & heredi & in heredem competit*, l. 3. §. hęc autem, D. de negot. gest. ex Edicto de Aleatoribus, in dominum cuius seruus pecuniam acceperit, *de peculio actio datur, nõ noxalis, quia ex Negotio gesto agitur*, l. vlt. §. 1. D. de aleatorib. Ex Edicto de his qui effuderint vel deiecer. *cùm seruus habitator est, vtrum actio noxalis danda sit, quia non est ex* Negotio *gesto, an de peculio, quia non ex delicto serui venit*, l. 1. §. cùm seruus, D. de his qui effud. vel deiecer. *si seruus compromiserit, an de peculio actio ex pœna compromissi, quasi ex* Negotio, *gesto danda sit*, l. 3. §. si seruus, D. de peculio.

Placet neque mandati, neque pro socio esse actionem, sed in factum, quasi alio Negotio *gesto*, l. 13. D. de præscriptis. *Actio* ex Edicto si mensor falsum mod. *perpetua est, quæ initium rei non à circumscriptione, sed à suscepto Negotio originem accepit*, l. 4. D. si mensor. falsum mod. Hoc quoque sensu accipe Negotiis *interuenire*, l. 48. D. de obligat. & actionib.

Quarto modo, *Negotium dare*, est mandata dare, seu oneris aliquid imponere. *Omnes possunt locare, & vni hoc negotium dare*, l. 8. §. vlt. D. de reb. auctor. iudic. Liuius lib. 41. *Consuli Senatus Negotium dedit, vt seditionem comprimeret:* Negotium itaque dicebatur *Magistratibus dari*, cùm quid eis mãdabatur, delegabatur, committebatur. Cicer. lib. 1. in Verrem, *prætores, quibus erat* Negotium *datum, vt noctu vigilias agerent.* Idem de Aruspicum responsis: *Negotium magistratibus est datum.* Extãt quoque eiusdẽ locutionis crebra exẽpla apud Liuium lib. 2. lib. 5. lib. 9. & lib. 31.

Quinto, *Negotium*, molestiam, significat. *In eum qui vt calumniæ causa* Negotium *faceret, vel non faceret, pecuniam accepisse dicetur*, l. 1. D. de calumniatorib. *parens, patronus patrona, libertus aut parentes patroni patronæve, neque si ob* Negotium *faciendum vel non faciendum pecuniam accepisse dicerentur*, l. 5. D. de obsequiis parentib. *sic* Negotium *innocenti facere*, Quintil. lib. 5. cap. 12. *Negotium facessitum*, apud Ciceron. lib. 4. in Ver. *ad exhibitionem eorum per quos sibi* Negotium *fiat*, l. 6. C. de

testib.

teſtib. *Negotium fieri*, l. 6. C. eod. tit. *Qui dedit pecuniam, vt* Negotium *quis pateretur*, l. 3. §. illud, D. de calumniatorib. id eſt, *vt calumnia ei fieret*, vt ibidem.

Negotium pro quæſtione & controuerſia: & ita, *Negotium* ſeu *Negotia moueri*, l. 16. D. de legationib. & l. 34. D. de iure fiſc.

Nemo *vnus*, l. 17. §. item ſi plures, D. de recept. qui arbitr. Liuius lib. 2. *quia* Nemo *vnus ſatis dignus*. *Nemo filiorum*, l. 6. D. ad Sc. Tertill. *Seruorum*, l. 51. §. 1. D. de manumiſſ. teſtam. *Nemo ambigit*, l. 1. §. ſi quis, D. de vi & vi arm. *Ambiget*, l. 1. §. item Labeo, D. de aqua cottid. *Crediderit*, l. 1. D. de legat. 3. *Dubitat*, l. 5. §. fundum, D. de reb. eorum, l. 70. §. vlt. D. de legat. 3. l. 72. D. de adquir. vel omitt. *Dubitauit*, l. 78. D. de legat. 3. *Dubitabit*, l. 28. D. de liber. & poſt.

Nemo *eſt qui neſciat*, l. 5. D. de duob. reis. Nemo *Negat*, l. 5. D. de adquir. rer. domin. Nemo *eſt qui neget*, l. 1. §. 1. D. de his qui effuder.

Nemo *dictus eſt obligari*, l. 50. D. de adquir. vel omitt.

Nemini dubium eſt, l. 48. §. vlt. D. de furtis *Nemine nihil faciente*, l. 24. D. de damno infecto.

Nepos *dupliciter intellegitur: ex filio, vel filia, natus: idem & in* Nepte, l. 10. §. ſecundo, D. de gradib. & adfinib. *qui ex filio tuo, & vxore eius naſcitur, id eſt Nepos, & Neptis*, §. vlt. inſtit. de patr. poteſt. *ſi quis mihi ex filio* Nepos *ſiue quæ* Neptis *natus, nata, erit*, l. 29. D. de liber. & poſtum.

Nepotes *ex filia*, l. 17. §. 1. D. de doli mali except.

Neptis quam auus ex filio habebat, l. 33. D. de pactis. *Neptis ex filia*, l. 3. D. de coniung. cum emãc.

Titius cùm haberet Neptem *ex filia prægnatem*, l. 25. §. vlt. D. de liber. & poſtum.

Si filium, & ex eo Nepotem, Neptémve *in poteſtate habeam: quia filius gradu præcedit, is ſolus iura heredis habet: quamuis Nepos quoque & Neptis ex eo, in eadem poteſtate ſint*, l. 13. D. de iniuſto rupto.

Si quis filium habeat ſui iuris, & ex eo Nepotem *in poteſtate ſua*, l. 5. D. de collat. bonor. *Qui duos filios, & ex altero eorum, Nepotem habet, ſi vult Nepotem quaſi ex altero natum ſic adoptare*, l. 15. §. 1. D. de adoptionib. *Qui duos filios habebat, alterum ex his emancipauit:* Nepotem *ex eo, in poteſtate retinuit*, l. 3. D. de coniung. cum emanc. *Qui filium emancipauerat, & Nepotem ex eo retinuerat in poteſtate*, l. vlt. D. de legat. præſt.

Fratris filius, Nepóſve ex eo, l. 7. D. de legit. tutor. Neptem *fratris vel ſororis*, §. fratris, Inſtit. de nuptiis.

Nepos cùm emancipatur, vna mancipatione exit de poteſtate, l. 8. D. de iniuſto rupto.

Nequaquam *ambigendum eſt*, l. 52. D. de furtis, l. 9. D. de adminiſt. & peric. l. 2. D. quis ordo in bonor.

Nequaquam dubiũ eſt, l. 6. D. de fideicom. liber. l. 3. D. de Sc. Silania. l. 3. §. vlt. D. de duob. reis.

Nequaquam opinandum eſt, l. 3. §. vlt. D. vti poſſid. *Nequaquam placet*, l. 25. D. de liberat. lega. *Quod* Nequaquam *fuit Prætori propoſitum*, l. 3. §. ſed vtrum, D. de minorib.

Nequitiam lib. 1. frugalitati aduerſariam conſtituit Cic. 3. Tuſcul. Agellius lib. 7. cap. 11. *Nequam* dici ait, *hominem nihili, neque rei, neque frugis bonæ. quod genus Græci ferè* ἄχρηστον & ἀχόλαστον vocant. *Humilis, calumniator, notæ* Nequitiæ, l. 3. §. Iulianus, D. de liberis exhib. *ob Nequitiã patris*, ibidem. *propter* Nequitiam, l. 43. §. mortis, D. de ædilic. edic.

Nerativs *Appianus*, l. 41. D. de manumiſſ. vindic.

De Neratio I. C. videʒ. lib. 14. in Priſci prænomine.

Neroniano *Senatuſconſulto cautum eſt, vt quod minus pactis verbis legatum eſt, perinde ſit ac ſi optimo iure legatum eſſet*, Vlpianus Tit. 25. Regular. *Neroniano ſenatuſconſulto cauetur, vt occiſa vxore etiam de familia viri quæſtio habeatur: Idémque iuxta vxoris familiam obſeruetur, ſi vir dicatur occiſus.* Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 6.

Nerva Imperator Domitiani ſucceſſor, qui primus ex aduenis Imperium rexit, Narnienſi oppido genitus, vt Aurel. Victor ſcribit. *primus omnium Diuus* Nerua *Edicto vetuit, poſt quinquẽniũ mortis cuiuſque, de ſtatu quæri*, l. vlt. D. ne de ſtatu defunctor. *lege Agraria quam Diuus Nerua tulit cauetur*, &c. l. vlt. D. de termino moto. *Diuus* Nerua *Prætoribus vnum adiecit qui inter fiſcum & priuatos ius diceret*, l. 2. D. de orig. iur. *Auctore diuo* Nerua *introductum, vt ciuitatibus omnibus quæ ſub imperio populi Romani ſunt legari poſſit*, Vlpian. Tit. 25. Regular.

Nerva Iuriſconſultus, qui & *Cæſari familiariſſimus fuit*, vt narrat Pompon. in l. 2. §. hi duo, D. de origin. iur. id eſt Tiberio Cæſari. Tacit. lib. 6. Annal. *Haud multo poſt Cocceius* Nerua *continuus principis, omnis diuini humanique iuris ſciens, integro ſtatu, corpore inlæſo, moriendi conſilium cepit.* Frontinus lib. 2. de aquæductib. *M. Cocceius* Nerua *Diui* Neruæ *auus, ſcientia iuris illuſtris.* Ex quibus auctoritatibus nobis huius noſtri Iuriſconſulti ſilentio in Pandectis obrutum prænomen innoteſcit.

Porrò hunc ipſum Neruam Conſulem fuiſſe, argumento ſunt hæc Celſi verba, *ſi ita lega-*

tum est, si Nerua Consul factus erit, l. 27. D. de legat. 2. Ac planè ex vetustis lapidibus liquet anno 775. M. Cocceium ab V.C.N.M.F.M.N. Neruam, cum C. Vibio Rufino Consulatum gessisse.

Neruam vtique hunc Labeoni, Neruę verò Proculum successisse, idem Pomponius l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. tradit. inter quos tamen non bene semper conuenisse, obseruare licet. Nam vt Labeoni Nerua consentit in l. 1. D. si vsusfruct. petet. & l. 14. D. de in diem addictio. ita ab eo dissentit, in specie l. 1. §. idem Labeo, D. ne quid in loco pub.

Similique modo interdum Neruæ sententiam Proculus sequitur, vt in l. 13. D. qui potiores in pignore, & l. 9 §. vlt. D. de reb cred. l. 26. §. vlt. D. de legat. 1. & quidem, aduersus Sabinum & Cassium, in l. 7. §. cùm quis, D. de adquir. rer. dom. l. 1. D. de contrah. empt.

Aliàs verò, ceu nullius addictus iurare in verba magistri, liberè ab eo dissidet: vt apparet ex l. 32. D. depositi, l. 12. §. 1. D. de vsu & habit. l. 3. D. de vsufruc. ear. rer. l. 1. D. de actione rer. amot. Quin etiam à Sabino Nerua stat aduersus Cassium in l. 49. D. ad L. Falcid.

Derisus Nerua Iurisconsultus, qui per fenestram monstrauerat seruos detentos ob pensionem liberari posse, l. 9. D. in quib. caus. hunc à Celso filio rectè reprehensum, Pompon. adnotat in l. 28. D. de euictionib.

Enimuero Neruæ appellatione, in l. 5. §. de arbore, D. de rei vind. l. 6. §. si quid post, D. comm. diuid. & l. 11. D. de reb. credit. l. 7. D. de condict. cau. da. l. 11. §. est autem, D. de peculio, l. 45. §. vlt. D. mandati, l. 57. D. de contrah. empt. l. 56. D. de iure dot. l. 36. §. vlt. D. de donation. int. vir. l. 44. D. soluto matrim. l. 19. & l. 52. §. sed si bibliothecam, D. de legat. 3. l. 14. D. de annuis legat. l. 16. D. de liberat. lega. l. 3. §. planè, D. quod vi aut clam, l. 4. §. item quæritur, D. de doli except. Nerua pater exaudiendus est. Nusquam certè in Pandectis Nerua hic, ab eo quem iuris ciuilis scientiæ æquè atque nominis & bonorum heredem reliquit, Patris adiectione discernitur: nec vt *Celsum Patrem*, ita Neruam patrem nominari inuenio.

Fuit & eodem tempore (videlicet quo Proculus) *& Nerua filius*, l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. *Minorem annis decẽ & septem, qui eos nõ in totũ compleuit, Prætor prohibet postulare: quia moderatã hanc ætatem ratus est ad procedendum in publicum: qua ætate, aut paulo maiore, fertur Nerua filius & publicè de iure responsitasse*, l. 1. §. initium, D. de postulando. *Pegasus & Nerua filius responderunt*, l. 2. §. vlt. D. de his qui not. infam. *Nerua filius* Fusidio cõtradicit, l. vlt. D. de manu. vindic. *Idquè Nerua filius libris de vsucapionibus retulit*, l. 47. D. de adquir. possess. Citatur & hic *Nerua filius*, l. 1. in princ. & §. 1. & l. 3. §. Nerua, & §. Labeo, D. de adquir. possess. l. 21. D. de acceptilatio. l. 3. §. sed si ædium, D. de vsufructu. l. 3. §. si seruus, D. de peculio.

Nervi *Reipublicæ in tributis*, l. 1. §. In causa, D. de quæstionib. Cicer. pro lege Manil. *Si vectigalia Neruos esse Reipubl. semper duximus. Fructus quibus Respubl. sustinetur* vocat Tacit. lib. 13. Annal.

Nescire, & *Scire*, opponũtur, l. 1. D. de iur. & fac. ignor. item *Nescire*, & *Cognouisse*, l. 6. D. de calumniatorib. *Nescire literas*, l. 3. §. 1. D. de accusationib. §. similiter, Instit. de excusationib. & apud Senecam in lib. 2. de Clement. cap. 1. & Sueton. in Nerone. cap. 10.

Nesciens condicionem, l. 44. D. de condicion. & demonst.

Nicomedensibvs rescripsisse Diuum Hadrianum refert Callistrat. l. 5. D. de decret. ab ord. *Nicomediam* autem *Bithyniæ præclaram* vocat Plin. lib. 1. cap. vlt. *Nicomedensium* etiam fit mentio apud Plin. Epist. 43. 46. & 50. lib. 10.

Nicopolis *ciuitas*, l. 12. D. de legationib. duas huius nominis vrbes repperio. Vnam, in Epiro, ad ostium Ambracij sinus: Alteram in Thracia, iuxta Hemum montem. Seneca lib. 6. Natural. quæstion. cap. 26. de terræ motu agens, *sic Paphos non semel corruit: sic nobilis, & huic iam familiaris malo, Nicopolis.*

Nidvm *volucres faciunt in arbore*, l. 5. §. apium, D. de adquir. rer. domin. §. Apium, Instit. de diuisio. rer.

Nihil *Agere*, Iurisconsulti dicunt eum, qui inutiliter, vitiose, inefficaciter, quid agit. Proinde *nihil agit*, est, *nihil efficit*, vt loquitur Marcellus in l. 29. §. 1. D. de testam. milit. vel, *Nihil promouet*, vt loquitur Vlpian. l. 25. D. de adquir. vel omitt. *Qui actũ stipulatur, deinde iter, Nihil agit*, l. 9. §. vlt. D. de nouationib. *Qui decem, deinde quinque stipulatur, Nihil agit*, l. 58. D. de verb. oblig. *Si quis fructum, deinde vsum stipulatus fuerit, Nihil agit*, l. 58. D. de verb. oblig. *Furiosum, siue stipulatur, siue promittat, Nihil agere, natura manifestum est*, l. 1. §. furiosum, D. de oblig. & act. *Nihil agit seruus, si non ex re fructuarij, nec ex operis suis, fructuario stipuletur*, l. 25. §. quæstionis, D. de vsufructu.

Seruus

Seruus hereditarius futuro heredi nominatim dari ſtipulatus, Nihil agit, l.15. D. de ſtipulat. ſeruor. *Seruus ſtipulando rem alteri ex dominis cuius res eſt, Nihil agit, quoniam rem ſuam ſtipulando quis, Nihil agit,* l.25.§.ſeruus, D.de vſufructu. *Si ſeruo fructuarius operas eius locauerat, Nihil agit,* l.25.§.idem, D.eod.tit. *ſi ex re mea à me ſtipulatus ſit, Nihil agit,* l.25.§.ſeruus, D.eod.tit. *Stipulando ſeruus Nihil agit,* l.1.§.1.D.de ſtipulat.ſeruorum.

Pater acceptum rogando quod filius debet, Nihil agit, cùm non ſit ipſe obligatus, ſed filius, l.8.§.vlt.D. de acceptilatio. *Pupillus ex omnibus cauſis ſoluendo ſine tutoris auctoritate, Nihil agit,* l.9. §.1. D. de auctor.& conſ. *Vnus ex ſociis fundi communis permittendo ius eſſe ire agere Nihil agit,* l.34.D.de ſeruitutib.præ.ruſt. *Ex duobus reis ſtipulãdi ſi ſemel vnus egerit, alteri offendo pecuniã, Nihil agit,* l.16.D. de duob.re. *Qui viam habet, ſi opus nouũ nũtiauerit aduerſus eum qui in via ædificat, Nihil agit,* l.14.D. de oper.nou.nunt. *qui pro donato cœperat vſucapere manumittendo, Nihil agit,* l.5.D.pro donato.

Heres ſeruum proprium, quem teſtator legauerat, manumittendo, Nihil agit, l.28.D.qui & à quib.ma. *Si quis hereditarium ſeruum iuſſus eſt manumittere & heres eſſe, ſi manum ſerit, Nihil agit,* l.20.§.1.D. de condicionib.inſtit.

Si quis obrepſerit Præſidi prouinciæ, tam per acta, quàm per libelli interpellationem, Nihil agit, l.29. D. de Leg.Cornel.de Fal. *Maior vigintiquinque annis ſucceſſionem quæſitam renuntiando, Nihil agit,* l. 4.C.de repud.vel abſtin. *Si ſub condicione libertas Stichо data ſit, & mihi optio ſeruorum: ſi Stichum optauero vel elegero, Nihil agam,* l.9.§.1.D.de opt.vel elect.leg. *Si poſtea quàm iuſſit pater, pœnitentiam egit priuſquam filius adiret, Nihil egit adeundo,* l.25.§.vlt.D.de adquir. vel omitt. *Si filio emancipato exheredato, is qui in poteſtate eſt præteritus ſit, ſi cõtra Tabulas petat, Nihil agit,* l.vlt. D.de liber. & poſtum. *Si cùm eſſet pubes, quaſi impubes obrepſerit, bonorúmque poſſeſſionem accepit, dicendum erit, Nihil eum egiſſe,* l.3.§. puberi, D.de Carbon.edic.

Heres inſtitutus ſub condicione, ſi ante condicionem exiſtentem repudiauit, Nihil egit, l.13. D. de adquir.vel omitt. *Cùm tabernam creditori pignori dederit, vtrum eo facto Nihil egerit?* l.34.D.de pignorib. *Ad flumen publicum, iter debere cedi, hauſtum non oportere: & ſi quis tantum hauſtum ceſſerit, Nihil eum agere,* l.3. §.vlt. D. de ſeruit. prædior. ruſtic. *Tutorem qui aliud fecit quàm quod à Prætore decretum eſt, Nihil egiſſe,* l.7.§.ſi prætor, D.de reb.eor. *Si tibi cum debitore conuenit, vt ea res quam iam vendideras pignori tibi eſſet, Nihil te egiſſe conſtat, quia rem alienam pignori acceperis,* l.2.D. de pignerat.act. *Nihil egiſſe matrem quæ cùm purè liberos ſuos heredes inſtituerit, condicionem emancipationis, codicillis adiecit,* l.6.D.de iure codicillor. Nec perſonæ modò, ſed & actus ipſi Nihil egiſſe dicuntur. Sic, *ademptio Nihil egiſſe,* l.24.D.quando dies legator.

Nihil Agi dicitur, vbi id quod agitur, nullum eſt, & nullius momenti. *Contrahentium talis cogitatio eſt, vt Nihil agi exiſtiment, adpoſita ea cõdicione quam ſciant eſſe impoſſibilem,* l.31.D.de obligat.& act. *ſi decem tibi locum fundum, tu autem exiſtimes quinque te conducere, Nihil agitur,* l.52.D.loti. *ſi mihi concedam ius tibi non eſſe fundo tuo vti frui, Nihil agitur,* l.15.D.de ſeruitutib. *ſi id quod purè emi, ſub condicione rurſus emam, Nihil agitur poſteriore emptione,* l.7.D. de reſcind. vendit. *ſi eum vxori donet maritus, qui eius erat condicionis ne vmquam ad libertatem perduci poſſit, Nihil agi hac donatione,* l.9.D.de donat.int.vir.& vxor. *ſi vxor rem quam à marito ſuo mortis cauſa acceperat, viuo eo alij tradiderit, Nihil agitur ea traditione,* l.11 §.ſi vxor, D.eod.tit.

Optione legata, non poſſe ante aditam hereditatem optari, & Nihil agi ſi optaretur, l.16.D. de option. legata. *Homine legato, Nihil agi repudiato Pamphilo,* l.18.D.eod.tit. *Si ſeruum non neceſſarium emero filio tuo, & tu ratum habueris: Nihil agitur ratihabitione,* l.6. §. ſed ſi ego, D. de neg. geſt. *Vtrúmne Nihil agatur ex ea pactione,* l.1. D.de reſcind.vendit. *Potius, vt Nihil agatur,* l.21.§.ſeruo, D. de fideiuſſorib. *Nihil agi, &, Valere,* opponuntur, l.49.D.de donationib.int. vir. *ſi poſt ſolutum, ſine vllo pacto, omne quod ex cauſa tutelæ debeatur, actiones poſt aliquod interuallum ceſſæ ſint, Nihil ea ceſſione actum,* l.76.D.de ſolutionib. *Nihil actum ea verborum conceptione,* l.3.C.de contrah. & committ.ſtipul. *Nihil ſit acti,* l.21 §.ſi metu, D.quod met.cau.

Nihil ad ſe pertinentes, l.vlt.D.de receptatorib. *Nihil eſt quare non,* l.4.D.de oper.libert.

Nihil intereſt, l.78.D.de hered.inſtit.l.16.D.de adimen.legat. *interſit,* l.59.D.de ſolutionib. *Nocet,* vel *Prodeſt,* l.22.D.de lib.cau. *Prohibet,* l.5.D.de duob. rei. l.34.§.vlt.D.de leg.2.l.17.D. de adimend.legat. *Vetat,* l.vlt.§.vlt.D.de nouationib. *Nihil proponi cur,* l.21.D.de his qui not.

Nihil refert, l.23.D.de aur.arg.l.29.§.ſi eius, D.de lib.& poſt. *Nihil valet quod acti ſit,* l.57.D.de oblig.& act. *Adiectio,* l.vlt.D. de manumiſ.teſt. *Inſtitutio,* l.27.D.de heredib.inſt. *Societas,* l.57. D.de oblig.& act. *Nihil animalis,* l.12.D.de inſtr.vel inſtru. *Licet quis paternæ hereditatis Nihil attingat,* l.40.D.de adquir.vel omitt. *Nihil vini natum,* l.17.§.vlt. D. de annu.legat.

Nihil iuris ſeruitutis fundi detrahit, l.20.§.1.D.de adquir.rer.dom. *Nihil noui,* l.14.D.de minorib. *Conſtituendum,* l.vlt.D.de precario. *Statuendum,* l.14.D.de teſt.mili. *Nihil plus quàm actiones,*

præstare debet, l. vlt. D. de administr. & peric. *Nihilo magis*, l. 12. D. ratam rem hab. *Nihilo magis quàm*, l. 12. D. de vsu & vsufr. legat.

Nihilo minus, immo magis, l. 6. §. si quis pecuniam, D. de neg. gest. *Tamen Nihilominus*, l. 5. §. gallinarum, D. de adquir. rer. do. *Nihilominus, ædificij est, quàm situla*, l. 40. §. vlt. D. de contr. empt.

NIHILVM *differt*, l. 55. D. ad L. Aquil. *Nihilum proderit*, l. 22. §. 1. D. de liber. cau. *quæ quia minimi æris sunt, ad Nihilum perducuntur*, l. 3. §. 1. D. de alimen. vel cibar. *in Nihilum liberaretur*, l. 2. §. idem Iulianus, D. de eo quod certo loc. *Pro Nihilo est*, l. 1. D. de his quæ in testam. del.

NILVS *incremento suo Ægyptum operit*, l. 1. §. ripa, D. de fluminib. Senec. Epist. 104. *siue, vt Nilus, æstiuo incremento tumet.* Idem lib. 6. Natur. Quæst. cap. 26. *Turbidus defluens Nilus, multúmque secum limum trahens, & eũ subinde apponens prioribus terris, Ægyptum annuo incremento semper vltra tulit.* vide plura de Nilo apud eumdem lib. 4. Natural. quæstio. cap. 1. & 2. *Nili Aggeres*, Tit. *de Nili aggerib.* Cod. id est, *aggeres, qui solent aquam* NILOTICAM *continere*, l. 10. D. de extraord. crim.

Nili inundatio, l. 2. C. de aluuionib.

Nilum autem Græcam dictionem esse, Latinéque *Mellonem* vocari, à Seneca & Seruio in 4. Georgic. relatum est.

NILOTICA *Aqua*, l. 10. D. de extraord. criminib. Seneca lib. 3. Natural. quæst. cap. 25. *Quare aqua Nilotica fecundiorem feminam faciat.*

NIMIA *cessatio*, l. 6. D. vbi pupill. educ. *Nimia Culpa, & negligentia*, l. 12. D. de custod. & exhib. *Perquam Nimiæ diligentiæ est*, l. 6. §. vlt. D. de bonis damnator. *Quorumdam dominorum erga seruos* NIMIA *indulgentia*, l. 1. D. de collus. deteg. *Nimia patrono reuerentia se subiecisse*, l. 1. §. quæ onerandæ, D. quar. rer. act. *Nimia securitas*, l. 6. D. de iur. & fac. *Ex Nimia subtilitate*, l. 4. D. de manumiss. test. *Si mulæ propter Nimiam ferociam*, l. 3. §. 1. D. si quadrupes.

Nimia circa maritum, l. 23. §. eo autem, D. solut. matrim.

NIMIVM *credere tutori vel curatori*, l. 5. §. in primis, D. de reb. eor.

Nimium est licere, l. 13. §. nimiũ, D. de admin. & peric. *Nimium sumptuosæ*, l. 5. D. de iure delib.

NISI, interdum, pro *quàm*, ponitur. *Alius Nisi*, id est, alius quàm, l. 8. D. de minorib. ad *nullũ alium vsum* NISI, l. 23. §. puerilia, D. de aur. arg. *Prius Nisi*, id est, prius quàm, l. 2. §. sed statuliber, D. de statuliber. *Nisi*, pro aliter quàm, vel aliter atq;. *Non aliter accipit Nisi*, l. 10. D. de re milit. *Non aliter accipere Nisi*, l. 3. D. de collat. bon. *Non aliter cõcedetur facere*, NISI, l. 2. D. quib. mod. pig.

NITI. *Omnis excusatio sua æquitate Nititur*, l. 1. D. de vacatio. & excusat. *Niti auctoritate*, l. 1. C. qui pro sua. *Niti obligatione*, l. 21. D. quod met. cau.

NIVARIVM *Colum*, l. 21. D. de aur. & arg.

NOBILISSIMVS *Imperator*, l. 3. D. de natalib. restit.

NOCERE, est damnum dare, incommodum adferre, obesse. *Nocere Aqua*, NATURÀ, seu *Naturaliter*, & contrà, *non Naturaliter, sed Manufacto opere*, l. 1. §. hæc autem, & §. in summa, D. de aq. & aq. pluu. *Nocere vicino*, dic. l. 1. §. sed apud, & §. denique. *Agris vicini*, dic. l. 1. §. Neratius. *Agro, Ædificio, Oppido*, l. 2. §. item sciẽdum, D. eod. *Cùm non Aqua, sed loci natura* NOCET, dic. l. 1. §. item sciendum. *si non vltra modum Aqua Noceat*, dic. l. 2. §. illud. *Nocere* AQUA, &, *prodesse*, opponuntur, l. 1. §. sicut autem, D. eod. tit. *si per publicum locum riuus* AQUÆDUCTUS *priuato* NOCEBIT, l. 5. D. ne quid in lo. pub. *Ne vmbra arboris vicino prædio Noceret*, l. 1. §. vlt. D. de arbor. cæden.

Quædam sunt talia, vt statim facto suo Noceant: quædam talia, vt in præsentiarum quidem nihil NOCEANT, *in futurum autem* NOCERE *debeant*, l. 2. §. deinde, D. nequid in loc. publ. *Cùm commota feritate* NOCUIT *quadrupes*, l. 1. §. 1. D. si quadrupes. *Si ex hoc corpori alicuius, vitæ, membrísque Noceatur*, Paulus lib. 5. Sentent. Tit. 3. *Si viuet homo liber*, NOCITÚMQUE *esse dicetur*, l. 1. in princip. & §. hæc autem, D. de his qui effuder. & §. de eo, Institut. de oblig. quæ ex delic. *siue ipsius, siue filij corpori* NOCITUM *sit*, l. 52. §. socium, D. pro socio. *Post venditionem & traditionem, quod* NOCITUM *sit ei fundo*, l. 16. D. de aq. & aq. pl. *Nocere iusiurandum*, l. 28. D. de iureiurando. *Ne conuẽtio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re aliáve persona Noceat*, l. 27. §. pacta quæ, D. de pactis. *Nocitura pactio*, l. 30. D. eod. tit. *Donationes à tutore factæ pupillo non* NOCENT, l. 22. D. de admin. & peric. *Nocere Exceptio*, &, *non Nocere*, id est, obesse, & obstare, vel non, l. 17. D. de exceptionib. l. 1. §. si tibi, D. de itiner. actúque, l. 9. §. sed non, D. de adqu. rer. do. l. 11. D. de except. rei iudic. l. 16. D. de pactis.

Nocere exceptio, &, *prodesse*, opponuntur, l. 21. §. vlt. D. de pactis, l. 55. D. ad Sc. Trebell. NOCITURA *Exceptio*, l. 18. D. de seruitutib.

Cùm aduersus plures probatæ essent rationes quæ eis NOCERENT, l. 10. §. 1. D. de appellationib.

Nihil nocere patris exhereditationem ad auitorum libertorum bona, l. 10. §. vlt. D. de bon. libertor. NOCEBIT *ei exheredatio ad bona libertorum*, l. 27. D. eod. tit. *nihil* NOCET *ad legitimam hereditatem*, l. 1. D. ad Sc. Tertyl. *Vt factum actoris, vsque ad tempus iudicij, ipsi* NOCEAT, l. 17. D. de pecun. constitu.

Actori

Actori moram suam NOCERE *debere manifestum est*, l. 12. D. de aqua & aqu. pluu.

NOCERE *intelligitur morbus, qui perpetuus est*, l. vlt. §. 1. D. de ædilic edicto.

NOXAM *nocuit seruus*, l. 45. §. vlt. D. de legat. 1. l. 63. D. ad L. Falcid. *Nocere*, & *Prodesse pacta*, opponuntur, l. 10. §. vlt. & l. 17. §. cùm possessor, D. de pactis.

NOCERE *præscriptio*, l. 4. C. in quib. caus. cess. *Instrumenta quæ* NOCITURA *causæ eius fuerint*, l. 2. §. 1. D. de iure fisc.

NOCENS dicitur qui scelus, flagitium, crimen & delictum aliquod admisit. *Eum qui* NOCENTEM *infamauit, non esse bonum æquum ob eam rem condemnari: Peccata enim* NOCENTIUM *nota esse, & oportere, & expedire*, l. 18. D. de iniuriis *Nocens, Innocenti* aduersatur. *Satius esse impunitum relinqui facinus Nocentis, quàm Innocentem damnare*, l. 5. D. de pœnis. *si ei qui* NOCENS *videbatur, postea ratio innocentiæ constitit*, l. 1. §. vlt. D. de quæstionib. *si ei seruo, qui bona fide seruit, aliquid adscripsit, quod ad cogitationem animi Nocens est*, l. 22. §. item, D. ad L. Corn. de falsis. *Caput* NOCENTIS *noxa sequitur*, l. 18, D. de furtis. *Nocentes*, & *Innoxij*, opponuntur. *Vt innoxios dimittat, & Nocentes, qui duriorem animaduersionem indigent, differat*, l. 12. D. de public. iudic.

NOCTVRNVS *fur*, l. 9. D. ad L. Cornel. de sic. l. 1. D. de furib. balnear. & in Lege Dei, Tit. 7. & apud Ciceron. pro Milone, Sulpitium Seuerum lib. 1. sacræ historiæ, & Diuum Augustin. lib. 2. Quæstion. super Exod. id est, *noctu deprehensus*, vt loquitur l. 4. D. ad leg. Aquil. Quintil. lib. 5. Instit. cap. 10. *Si* NOCTURNUM *furem occidere licet, quid latronem?* Plin. lib. 10. cap. 40. *Caprimulgi appellantur grandioris merulæ aspectu, fures* NOCTURNI: *interdiu enim visu carent.*

Nocturnus populator, l. 1. C. quando liceat. NOCTURNI *effractores*, l. vlt. D. de effractorib.

Apud vetustiores, incendiis arcendis Triumuiri præerant, qui ab eo quòd excubias agebant, NOCTURNI *dicti sunt*, l. 1. D. de offic. præf. vigil. *Nocturni cœtus*, apud Liuium lib. 39. & Port. Latron. in Declamat. contra Catilin. NOCTURNA *Aqua, & Diurna*, opponuntur, l. 17. D. de aq. & aqu. plu. *Si is qui* NOCTURNAM *aquam habet, interdiu per constitutum ad amissionem tempus vsus fuerit, amisit Nocturnam seruitutem, qua vsus non est*, l. 10. D. quemadmod. seruit. amitt. *si diurnarum, aut Nocturnarum horarum aquæ ductum habeam*, l. 2. D. de aqu. cottid. & æst.

NOCTURNÆ *operæ*, Paulus lib. 2. Sentent. Tit. 18.

NOCTURNA *sacra*, idem Paul. lib. 5. Sent. Tit. 23. *More Romano dies à media* NOCTE *incipit, & sequentis Noctis media parte finitur*, l. 8. D. de feriis. *dimidiatis, Noctibus*, ibidem *post sextam horam Noctis*, l. 5. D. qui testam. fac. *posse & Nocte signari testamentum*, l. 22. §. vlt. D. eod. tit.

NOMEN, ait Diomed. lib. 1. Grãmatic. *dicitur quod vnamquamque rem monstret, ac notet, quasi notamen. Nomen, Prænomen, Cognomen*, l. 1. D. de liber. & post. l. 21. §. 1. D. qui test. fac. poss. l. 8. §. sed & cùm in prænomine, D. de bono. poss. sec. tab. l. 80. D. de iudiciis, l. 1. C. de mutatio. nomin. §. si quis in nomine, Instit. de legat. Eáque sunt *tria* NOMINA, *nobiliorum*, apud Auson. Gripho.

NOMEN porrò gentilitium erat & commune totius gentis, familiæ, adgnationísve. Vnde ab Halicarnassæo lib. 3. συγγενικὸν ἢ πατρωνυμικὸν appellatur. Theophilus verò in dic. §. si quis in nomine, NOMEN interpretatur, τὸ κύριον ὄνομα, οἷον Τίτιος. Κόγνομεν, ἐπώνυμον, ὅσῳ ἀποφόγε ἢ ἐπώνυ λαμβάνεται. Diomed. lib. 1. NOMEN *proprium est gentilicũ, id est quod originem gentis vel familiæ declarat, vt Portius, Cornelius, Iulius. Cognomen est, quod vniuscuiusque proprium est, & Nominibus gentiliciis subiungitur, vt Cato, Scipio, Cæsar.* Vnde prædiorum quæ relinquebant alienationẽ inhibentes testatores, petebant, *ne ex* NOMINE *familiæ alienarentur*, vel, vt *de Nomine familiæ non exirent*, l. 77. §. ab instituto, & §. cùm pater, l. 88. §. Lucius, D. de legat. 2.

Nomina significandum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest, dic. §. si quis in nomine. *si quis Nomen heredis quidem non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstrauerit, quod pænè nihil à* NOMINE *distat*, l. 9. §. si quis nomen, D. de heredib. instit. *Species, vel quantitas, quæ aut* NOMINE *suo, aut ea demonstratione quæ Nominis vice fungitur, qualis quantáque sit ostenditur*, l. 6. D. de reb. cred. NIHIL *referre, proprio Nomine res appelletur, an digito ostendatur, aut vocabulis quibusdam demonstretur*, ibidem.

NON *ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu, Nomina exaudiri debere*, l. 7. D. de supellect. leg. *cùm proprium* NOMEN *Actionis inuenire non possumus*, l. 1. D. de præscript. verb. *Assis partes propria Nomina habent*, l. 50. §. vlt. D. de heredib. instit. *cùm deficiant vulgaria atque vsitata actionum Nomina*, l. 2. D. de præscrit. verb.

Nihil mali est, honesti hominis NOMEN *adsumere: nec enim in famosis & turpibus* NOMINIBUS *hanc condicionem exigit Prætor*, l. 63. §. si verò, D. ad Sc. Treb. *Nomen vispellionis testatoris ferre*, l. 7. D. eod. tit. *si Nominis ferendi condicio est*, item, *si recuset* NOMEN *ferre*, dic. §. si verò. *si iurasses te meum* NOMEN *laturum*, l. 19. §. vlt. D. de donationib. *Nomen edere*, vide S. lib. 5.

Duo eiusdem NOMINIS, *amici testatoris*, l. 8. §. si inter, D. de legat. 2.

Si duo eiusdem Nominis *de legato contendant*, l.16. D.vt legator.seu fideicom.*Si duobus hominibus eiusdem Nominis fuerit legatum*,l.10.D.de reb.dub.*Eiusdem* Nominis *plures serui*,l.5.D.de rei. vind. *Eiusdem Nominis Prouinciæ*,l.9. D.de postuland.*Si heres non sit à quo fideicommissum relictum est, sed alterius* Nominis *successor*,l.5.§.si heres, D.in posses.legat.

Si in Nomine erit dubitatio,l.4.D. pro legato. *si controuersia sit de* Nomine, *inter plures*,l.33.D.de condic.& dem.

Cognatorum Nomen,*Naturale est: Adgnatorum,ciuile*,l.10.§.1. D.de gradib. & adfin. *Parentes qui non habent speciale* Nomen,l.10.§.parentes D.eod.tit.*Fratris sororisque,filij,filiæ,Nomen speciale cognationis non habent dic.*l.10.§.tertio.*liberorum Nomen amittunt adoptiui post emancipationem*,l.4.D. si tabulæ testam.

Si quis ex testibus Nomen *suum non adscripserit*,l.22.§. si quis ex,D.qui testam.fac.poss.*quia serui Nomen non tenet*,l.3.§.si quis noxali,D. ad exhibend.*ex ancillis vni, Agatheæ* Nomen *imposuit*, l. 28.§.vlt.D.de cõdicion.& demonstr.*seruis suis*,*Nomine,Sacco & Eutychiæ,& Hirenæ,libertatem reliquit*,l.44. D.de manumiss.testam.

Iubeo signum Dei ex libris centum in illa sacra æde, & in patria statui, subscriptione Nominis mei, l. 38.§.vlt.D.de aur.argen.*de inscriptione Nominis sui operibus si qua fecerit*,l.2.D.de operib. publ. *Ne eius* Nomine *cuius liberalitate opus exstructum est eraso, aliorum* Nomina *inscribantur*, ead. l.2.§. ne eius,*Si tutor dedit* Nomen *non mala fide sed simpliciter*, l.5.§.vlt. D.de auctor. & consen. *In Nomen suum emere*,l.2. D.quan. ex fac.tut.

Solent honestiores non pati Nomina *sua instrumentis inscribi*,l.5. §. vlt. D. de auctorit.& consen. *fideiussores si* Nomina *sua referri in acta publica passi sunt*,l.4.§.vlt.D.de fideiussor.tut.

Vtrùm ipsi magistratus Nomina *electa dederint Præsidi, an ea quæ ab alio Præses accepit, inquisierint*, l.1.§.si præses,D.de magistr.conuen.*Vt se de* Nominibus *instruant*,ibid.*Nomina præsidibus mittere*, d.l.1.§.si quando,& l.24.D.de tutorib.& curatorib.

Nomen dare militiæ,l.43.D.de oper.libert.

Quod meo Nomine *possideo, possum alieno* Nomine *possidere*, l.18.D.de adquir.poss.

Non *meo, sed suo nomine fruitus*, l.29.D.de quib.mod.vsufr.*Magis quod meo Nomine,quàm quod pro alio, fideiussorio* Nomine, *debeo*, l.4. D.de solutionib.

Nuntiationem *& nostro & alieno* Nomine *facere possumus*,l.1.§.nuntiatio,D. de oper.nou.nunt. *alieni nominis obtentu*, l.1. §.tutores,D.quan.appellan.sit.*Alieno nomine agere*, l.20.D.de appel lat. *Compromittere*, l.32.§.1. D.de recept. qui arbitr. *Condemnatus*, l.6. §.1. D.de his qui not. infam.

Nomine suo comparare,l:8.C.de rei vindicat. *Si proprietarius vsumfructum locasset suo Nomine*, l.29. D. quib. mod. vsufruct. *Non enim meo Nomine fruitur colonus*,ibidem. *quod quis suo Nomine soluit,non debitoris*, l.31.D.de hered.petit. *qui tutor suo* Nomine *stipulatus esset*, l.16. D. de admin. & peric.

Suo Nomine *damnatus*,l.1.& l.4.§.vlt.D.de his qui not.*Experiri*,l.39.D.de procurat.*Fœnerare*, l.28.D.de liberat.legat.*Nuntiare*,l.1.§.vlt.D.de oper.nou.nunt.*Teneri*,l.4. D.de fideiussorib. tut.

Hereditario Nomine *data pecunia*,l.18.D.de hered. vel act.*si pupilli Nomine tutor credidisset*, l.16. D.de administr.& peric.

Procuratio Nomine *agere*,l.3.D.famil.ercis.l.34.D.de procuratorib.*Nuntiare*,l.1.§.vlt.& l.5.§. qui procuratorio,D.de oper.nou.nunt.*Petere*,l.66.D.de procuratorib.

Cùm non proprio Nomine,*sed iure cuiusdam successionis egit*,l.22. D. de inoff.test. *proprio Nomine*, &, *ex persona heredis*, opponuntur,l.55.§.qui fideicommissam,D.ad Sc.Trebell.*Testatores propriis* Nominibus *ac vocabulis non semper vtuntur*, l.69.§.vlt.D.de legat.3. *Exceptis his capiendi figuris, quæ proprio Nomine appellantur*, l.31.D.de mort.cau.donat. *Iurisgentium conuentiones, quæ pariunt actiones,in suo* Nomine *non stant, sed transeunt in proprium Nomen contractus*, vt Emptio,Venditio,Locatio,Conductio,Societas,Commodatum,Depositum,l.7.de pactis. *Nudo consensu constitui obligationem,in his duntaxat receptum est,quæ Nomen suum habent, vt in Emptione,venditione,conductione,mandato*,l.1. D.de rer.permut.

Si peculiari Nomine *egerit*,l.16.§.vlt.D.de liber.cau. *Si modò is seruum peculiari* Nomine *emit*,l.6. §.si seruus,D.de statuliber.*Siue peculiari Nomine seruus emerit,siue non*,l.10. D. de Publician.

Nomen *cognationis à Græca voce dictum videtur*,l.10.§.1. D.de gradib.*inde hoc* Nomen *sumpsit quod*,l.70.D.de iudiciis.*exercitus*,*Nomen ab exercitatione traxit*,l.1.§.vlt.D. de testam. milit.

Nomen etiam debitum,seu debiti obligationem.significat.

Nomina, vtique, Iustinianus, *Fœneratitias cautiones* interpretatur in l. vlt. C. de pact. conuen. cuius significationis rationem exponens Ascon. in 3. Verrin. Titulos debitorum, *Nomina* appellari scribit, ab eo *quòd Kalendariis solerent eorum, quibus pecuniæ credebantur*, Nomina perscribi. *Nomina ex Kalendario quæ elegerit filius meus viginti dare damnas esto*, l. 24. §. 1. D. de leg. 3. Ex qua vocis huius significatione ductus est elegans Bibaculi in Valerium Catonem Grammaticũ, qui villa sua creditoribus cesserat, iocus, quem ex Sueton. in lib. de Inlustrib. Grammatic. subiiciam. *Mirati sumus vnicum magistrum.*

Summum Grammaticum, optimum Poëtam,
Omnes soluere posse quæstiones,
Vnum difficile expedire Nomen.

Si Nomen *quis legauerit, id quod in actionibus est, legatum intelligitur*, l. 59. D. de legat. 3.

Si Nomen *legetur benignè, id quod debetur accipiendum est, vt actiones aduersus debitorem cedantur*, l. 44. §. eum qui, D. de legat. 1.

Nominis & Rei appellatio, ad omnem contractum & obligationem pertinet, l. 6. D. de verb. signific. Nominis appellatione *Rem significari Proculus ait*, l. 4. D. eod. tit.

Nomen debitoris, l. 38. §. vlt. D. de negot. gest. *Nomina debitorum*, l. 82. & l. 86. D. de leg. 2. l. 64. & l. 78. §. 1. D. de legat. 3. l. 11. D. de distractio. pignor. Horatius Satyr. 2. lib. 1. *Nomina sectatur modò sumpta veste virili, Sub patribus duris, Tironum.*

Nomen debitoris in hæc verba legauit, Titio dari volo decem aureos quos mihi heredes Gaij Seij debent, l. 34. D. de legat. 3. *in his* Nominibus *quæ diem vel condicionem habuerunt*, l. 3. D. de solutionib. *si Titius tibi decem sub condicione debeat, & ego à te Nomen eius emam*, l. 19. D. de hered. vel actio. Nomina *eorum qui sub condicione, vel in diem, debent, emere & vendere solemus*, l. 17. D. de hered. vel act. vend.

Si Nomen sit distractum, locupletem esse debitorem non debere præstare: debitorem autem esse, præstare, l. 4. D. de hered. vel act. ven. *emptori* Nominis, *etiam pignoris persecutio præstari debet*, l. 6. D. de hered. vel act. *Si à creditore Nomen comparasti*, l. 7. C. de act. & oblig. *Venditor Nominis*, ibid.

Nominis venditor, quidquid compensatione, vel exactione fuerit consecutus, integrum emptori restituere compellitur, l. 23. §. D. de hered. vel actio. *qui filij familias Nomina vendidit, actiones quoque quas cum patre habet præstare debet*, l. 14. D. eod. tit. *Nominis venditio, ignorante vel inuito eo aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet*, l. 1. C. de nouationib.

Nominibus *in dotem datis*, l. 2. C. de actionib. & oblig. *Si in solutum Nomen debitoris sui debitor tibi dedit tuus*, l. 6. C. eod. tit.

Nomen debitoris pignorari & generaliter & specialiter, iampridem placuit, l. 4. C. quæ res pignor. oblig. poss. *si conuenerit vt Nomen debitoris mei pignori tibi sit*, l. 18. D. de pigner. actio. *ex legato Nominis actionibus, ab iis qui successerunt non mandatis, directas actiones legatarius habere non potest*, l. 18. C. de legat.

Nominis, seu, Nominum, hæc sunt adiuncta. *Nomen Pecuniarium*, & contrà, *Corporis alicuius*, l. 18. D. de pignerat. act. *Nomen vsurarium*, vel *non vsurarium*, l. 38. §. vlt. D. de negot. gest. *Nomen Bonum, Confessum, Dubium, Idoneum. Nomina Idonea, Integra*, & cõtrà, *non Idonea, parum Idonea, Deperdita, Malè contracta. Bonum Nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum*, l. 26. §. abesse, D. mandati. *Vt scirent qui peßimo exemplo fœnerarent, nullius posse filiifamilias bonum Nomen exspectata patris morte fieri*, l. 1. D. de Sc. Macedon. Cicer. Epist. vlt. lib. 5. ad Attic. *Bono* Nomine, *centesimis contẽtus erat, aut nõ Bono, quaternas centesimas sperabat.* In quo verbo scitè lusit idem Cic. Epist. 6. lib. 5. Famil. ad Sextiũ. Nam post expositã ęris alieni quo premebatur magnitudinẽ, *se tamen hoc consecutum*, ait, *vt bonum* Nomen *existimaretur.* Refert Columella lib. 1. cap. 7. *Alphium fœneratorẽ* dicere solitũ, *vel optima* Nomina *non appellãdo fieri mala. Deteriora, peioráve facta* dicũtur *Nomina*, quorum difficilior exactio est, propter inopiam debitorum qui facultatibus, boníque lapsi, minus soluẽdo sunt. *Debitorum facta peiora* Nomina, l. 30. D. ad L. Falcid. *Periculum* Nominum *ad eum cuius culpa deterius factum probari potest, pertinet*, l. 35. D. de reb. cred. Nominum *quæ deteriora facta sunt tempore curatoris, periculum ad ipsum pertinere*, l. vlt. §. item rescripserunt, D. de administr. rer. ad ciuit.

Confessum Nomen, id est, quod quis confitetur se debere, cui aduersatur Nomen *quod Negatur*, seu *si neget quis se debere*, l. 15. §. sic quoque, D. de re iudic. item *Dubium*: Iuuenal. Sat. 7. *Qui venit ad dubium grandi cum codice* Nomen. id est, *debitum quod est in controuersia*, vt loquitur l. 1. D. de solutionib.

Præses Prouinciæ ex Nominibus *debitorum hereditariorum elegit Idonea* Nomina, l. 21. §. Lucius, D. de annu. legat. *cùm dicat ideò cessasse pecuniam, quod Idonea* Nomina *non inueniret*, l. 13. D. de admi-

niſt. & peric. *Idoneis Nominibus collocetur certa pecunia*, l. 59. D. ad L. Falcid. *Cùm poſt mortem pupilli deſinit Nomen eſſe Idoneum*, l. 45. D. de adminiſtr. & peric. *Nomina quæ antequam curator fieret, Idonea non erant*, l. vlt. §. item reſcripſerunt, D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. *Nomina quæ iuſtè putat non eſſe Idonea*, l. 34. D. de adminiſt. & peric. *Quòd parum Idonea Nomina debitorum viderentur*, l. 19. D. ad Sc. Vellian. *Nomina Integra, pupillo ſalua eſſe: Deperdita, & malè cõtracta, ad tutorem pertinere*, l. 16. D. de adminiſtr. & peric. *an ad omnia Nomina pertineat, exceptis Perditis*, l. 40. §. argentarius, D. de ſtatuliber. His adde *lenta Nomina, non mala*, apud Senec. lib. 5. de Benefic. cap. 22. quę videlicet non quidem deperdita ſunt, ſed ad diem non reſpondent, ſegnéſque & tardos debitores habent.

Nomina peculiaria, l. 5. D. de pecul. leg.

Nomina Contrahere, Facere quod geſſiſſet tutor in contrahendis Nominibus, l. 16. D. de adminiſtr. & peric. *Male contracta Nomina*, ibidem. *Stichus arcarius probante domino Nomina fecit*, l. 41. §. vlt. D. de fideicommiſſar. libert. *Si ex re pupilli Nomina fecit*, l. 52. §. 1. D. de peculio. *Nomina, quæ pater vſuris maioribus fecit*, l. 39. §. negligentiæ, D. de adminiſtr. & peric. Cicero lib. 3. Officior. *Nomina facit, negotium conficit.* Columella lib. 3. cap. 3. *quod quaſi Nomen ſi vt fœnerator cum debitore, ita ruſticus cum vineis ſuis fecerit.* Seneca lib. de Beata vita, cap. 24. *Nunquam magis Nomina facio quàm cùm dono. Nomen quod fecerat*, l. 12. §. idem ait, D. mandati. *ſi proxeneta interuenerit faciendi Nominis*, l. 2. D. de proxenet. Seneca lib. 2. de Benefic. cap. 23. *quidam nolunt ſecum Nomina fieri, nec interponi Pararios, nec ſignatores aduocari.* Idem lib. 1. de Benefic. cap. 1. *Nomina facturi, diligenter in patrimonium, & vaſa debitoris inquirimus.*

Olim ſcriptura fiebat obligatio, quæ Nominibus fieri dicebatur, Inſtit. de literarum obligationib. *Sicuti ex ſtipulatu, aut Nomine facto, petatur*, l. 1. D. de annuis legat. Cicer. Epiſt. vlt. lib. 4. ad Attic. *hæc pactio non verbis, ſed Nominibus & perſcriptionibus, multorum tabulis, cùm eſſe facta diceretur.*

Duo Argentarij quorum Nomina ſimul eunt, l. 34. D. de recept. qui arbitr.

Plures argentarij quorum Nomina ſimul facta ſunt. l. 9. D. de pactis. *Ex ratione fiſci Nomina facta*, l. 3. §. multa, D. de iure fiſci. *Nomina à tutore facta*, l. 16. D. de adminiſt. & peric. *Nominibus ab herede factis*, l. 24. D. de vſu & vſufr. leg. *Duo Milia nummorum in Nomina collocare*, l. 58. §. pupillo, D. de adminiſt. & peric. *Nummos exactos à debitoribus, vt aliis Nominibus collocarentur*, l. 86. D. de legat. 3. *Nominibus collocari pecunia*, l. 59. D. ad L. Falcid.

Vtrùm ipſi iudices conuenient Nomen, exigéntque id quod debetur, l. 15. §. item quid dicemus, D. de re iudic. *an pecuniam habeat in Nominibus quæ conueniri poſſunt*, l. 5. §. non paſſim, D. de reb. eor.

Perſequi Nomina, l. 5. D. de pecul. lega.

Nominum exactionem ſuo periculo facere, l. 34. D. de adminiſtr. & peric.

Vtrùm ſortem tantùm, an & vſuras velit, cum periculo Nominum, agnoſcere, l. 30. D. de heredit petit. *cùm ſucceſſores eius periculum Nominis agnouerint*, l. 36. §. vlt. D. ad municipal. *Si ſuſcipiat pupillus ceterorum Nominum periculum*, l. 7. §. ſi tutor. D. de adminiſtr. & peric. *Nominum periculum ad heredem pertinebit*, l. 58. §. 1. D. ad Sc. Trebell. *Nominũ periculum ad eam pertinere*, l. 96. §. ſoror, D. de ſolutionib. *Periculũ Nominum ad eum qui ſine culpa ſoluit, non pertinebit*, l. 3. D. de cõdict. indeb. *Nominum periculo non adſtringuntur*, l. 77. §. hereditatẽ, D. de legat. 2. *Negligentiæ tutorum periculo Nominum adſcripto*, l. 39. §. negligentiæ, D. de adminiſt. & peric. *Nomen* Adgnoſcere, Probare, Suſcipere, dicitur qui id adprobat, eóque vt bono & idoneo cõtẽtus eſt. *quæ Nomina à tutore facta agnoſcere pupillus debeat*, l. 16. D. de adminiſtr. & peric. *qui Nominibus à curatoribus prioribus ſuſceptis, ſiue tutoribus, Nomina adgnouerunt, periculum in ſe transferunt*, l. 44. D. eod tit.

Succedentes Nomen probauerunt, l. 36. §. vlt. D. ad municipal. *ſi tutor mandet Suſcipi, vel Probari, Nomen quod fecerat*, l. 12. §. idem ait, D. mandati. *Si probatum eſt Nomen debitoris à nouiſſimo curatore, fruſtra tutorem de eo conueniri*, l. 19. D. de tutel. & ration.

Cui contrarium eſt, *Recuſare Nomen*, l. 47. §. Lucius, D. de adminiſtr. & peric. *Id quod geſſiſſet tutor in contrahendis Nominibus, aut in totum agnoſcere, aut à toto recedere*, l. 16. D. eod. tit.

Expungi Nomen dicitur, debito ſoluto. Plautus Ciſtellar. Act. 2. Sc. 2. *Nunc, quod reliquum eſt volo perſoluere, vt expungatur Nomen, ne quid debeam.*

Nomina quæ per diuiſionem interpoſitis inter coheredes delegationibus optigerunt, l. 77. §. hereditatẽ, D. de legat. 2. *Nomen debitoris delegare*, l. 1. §. idem, D. de collat. bonor. *Præſtare Nomina, cum eorum ceſſione in id facienda quod ex his adhuc deberetur*, l. 30. D. de heredit. petit.

Argentarius coactor cum pænè totam fortunam in Nominibus haberet, l. 40. §. argentarius, D. de ſtatuliber. *Si ius legatum eſt, aut quod in Nominibus eſt*, l. 1. §. non ſolùm, D. ad L. Falcid. *Ea quæ in Nomini bus ſunt, non recipiunt diuiſionem*, l. 6. C. famil. erciſc. *Cùm & ea quæ in Nominibus ſint, ad*

heredem

heredem transeat, l.37. D. de adquir. vel omitt. hered. *Ea quæ in Nominibus erunt*, l.3. D. pro socio. *Cùm omnia in Nominibus sunt*, l.36. D. ad Sc. Trebell. *quæ in Nominibus fuerunt, id est argentum quod in tabulis debetur*, Cicer. Topic. in loco à differentia.

Nominum vsusfructus legari potest, l.3. D. de vsufr. ear. rer.

NOMEN interdum causam significat. *Acceptionis Nomine*, l.27. D. de ædilic. edic. *cessationis Nomine heredes suos obligatos reliquit*, l.1. D. de operib. pub. *Culpæ Nomine teneri*, l.25. §. item, D. famil. erciscund. *Nomine Negligentiæ teneri*, l.4. D. de magistrat. conuen. *Operarum Nomine condemnatus*, l.37. §. sed si, D. de oper. lib. *hypothecæ Nomine res obligatæ*, l.4. D. de pignorib. l.4. D. de fide inst. *Pignoris Nomine prædium tenetur*, l.9. D. de oper. no. nunt.

Dignitatis Nomine à patre datum, l.1. §. nec castrense, D. de collat. bonor.

Sui facti Nomine, l.9. D. de noxal. act. *Omnium Nomine tenebitur*, ibidem.

Ventris Nomine in possessionem missa, l.12. D. de collat. bonor. & Rubr. si mulier vent. nom.

Eo Nomine, id est in eam causam, l.19. §. vlt. D. de stipulat. seruor. l. 10. D. de his quæ vt indign. l.26. D. de auro, argen. l.4. D. de administrat. rer. *horum Nomine condemnetur*, l.29. §. vlt. D. de ædilic. edic.

Si tecum eo Nomine agatur, l.21. §. vlt. D. de except. rer. iudic. *serui Nomine agere*, l.28. D. de noxalib. *nummorum Nomine agere*, l. 38. D. eod. tit. *Nomine canis agere*, l. 1. §. vlt. D. si quadr. id est, ratione canis, vel propter canem. *Nomine legati satis accipere*, l.5. §. vlt. D. vt in possess. legat. id est causa. *sic, eo Nomine caueri, satisdari*, l.6. & l.13. D. vt in possess. legat. *neque eo Nomine satisfaciat*, l.4. §. ait prætor, D. de re iudic. *aut eo Nomine satisfactum*, l.9. §. omnis, D. de pigner. act. *antequam debiti Nomine fiat satis*, l.27. §. vlt. D. qui & à quib. man. *crediti Nomine obligatus*, l. 4. D. de reb. credit. *pecuniam retinere*, l.15. D. eod. tit.

NOMENCVLATOR, l.7. §. dabitur, D. de oper. libertor. l. vlt. §. 1. D. de liber. cau. sic appellabatur, qui Nomina transeuntiũ, salutantium obuiorũ, domino suggerebat. Cic. pro Murena. *Quid? quod habes Nomenculatorem? In eo quidem fallis & decipis. nam si Nomine appellari abs te ciues tuos honestum est, turpe est eos notiores esse seruo tuo, quàm tibi: si etiam noris, tamen per Monitorem appellandi sunt, cur non antè petis quàm insusurrauit, aut quid cùm admoneris, tamen quasi tute noris ita salutas?* Sosipat. lib. 1. Instit Grammaticar. *Nomenclator, sine v, dicitur, vt Verrius ait, velut Nominis calator.* Nomenclatorem autem Horatius Epist. 6. lib. 1. hac periphrasi designat,

Mercemur Seruum qui dictet Nomina.

Ex quo Plinius lib. 29. cap. 1. scitè dixit, *Alienis oculis agnoscimus, aliena memoria salutamus.* Seneca lib. 1. de Benefic. cap. 3. *Nomẽclatori memoriæ loco, audacia est: & cuicunque Nomen nõ potest reddere, imponit.* Idem Epist. 27. *Nemo vetulus Nomenclator qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam quàm ille, Troianos & Achiuos persalutabat.* & Epist. 19. *Alioquin habebis conuiuas, quos ex turba salutantium Nomenculator digesserit.* Quintil. lib. 6. cap. 4. *vt Afer, ingrato litigatori conspectum eius vitanti in foro, per Nomenculatorem missum ad eum.* Plutarch. in Catone ὀνοματολογὸν vocat. ᾧ νόμῳ αἰτ γραφέντος ὅπως τοῖς παρεγγέλλωσι ὡς ἀρχὴν Ονοματόλογοι μὴ παρῶσιν, χιλιαρχίαν μεπὼν, μόνος ἐπόθετο τῶ νόμω· ᾧ δὲ αὐτῶ ποησάμενος ἔργον, ἀσπάζεσθαι καὶ περιπορεύειν τὰς εντυγχάνοντας.

Nomenculatoris superbiam dixit Seneca, lib. in sapient. non cad. iniur. cap. 14.

Nomenclatoribus quoque veteres in librorum appellationibus suppeditandis vsos vetères indicant hęc eiusdem Senecę lib. 6. de Benefic. cap. 33. verba: *Istos tu libros quos vix Nomenclatorum complectitur aut memoria, aut manus, amicorum existimas esse?*

NOMINARE *quantitatem*, l.5. §. vlt. D. de re iud.

Nominare, interdũ nihil aliud est quã creare, l. 14. §. plebeij, D. de muner. & honor. *Nominari* que dicuntur hi qui ad magistratum, decurionatum, tutelam, aliúdve quod munus publicum vocantur. *Qui non idoneum magistratum Nominauit*, l.13. D. ad municipal. *Si is qui periculo suo Nominauit magistratum*, l.11. D. eod. tit. *Qui magistratus suo periculo Nominauit*, l.17. §. vlt. D. eod. tit. *Solent plerumque Præsides remittere ad ordinem, Nominatum, vt Gaium Seium creent magistratum, vel alius quis honor, vel munus in eum conferatur*, l. 1. §. solent, D. quand. appelland. sit. *eo tempore quo curator Reipublicæ Nominatus est*, l.2. §. si eo tempore, D. de administr. rer. ad ciuit.

Nominati exactores, l.3. C. de conueniend. fisci debit. *ad munus Nominati*, l.2. C. quo quisque ordine conuen. lib. 11.

Nominatus ad scribatum, l.3. C. de appellationib. *Si successorem sibi Nominauit*, l.2. D. ad municipal. *Qui successorem suo periculo Nominauit*, l.15. §. 1. D. ad municipal. *Nominati successoris periculum fideiussorem Nominantis non tenet*, l.17. §. Nominati, D. ad municipal.

Nominare potiorem, Paulus lib. 2. Sentent. Tit. 29.

Nominare tutores, dicuntur Magistratus municipales, *qui Nomina electa Præsidi dant, & mittunt*, vt loquitur l.1.§.si præses, D.de magistratib.conuen. *non debuisse se dari in tutela collegam ei quem ipse, cùm Magistratus esset, Nominasset. suo periculo*, l.28.D. de tutorib. & curat. *Nominare tutorem videtur & qui per alium hoc idem facit*, l.2.D.de fideiussor.tutor. *dare tutores*, & *Nominare*, separãtur. *si Magistratus à tutoribus seu curatoribus quos tibi dederint, vel Nominauerint, stipulati sunt*, l.1. C. de magistratib. conuen. *Nominari tutor à magistratibus*, l.14.C.de excusationib.tutor.

Fideiussores à tutoribus Nominati, l.4.§.vlt. D.de fideiussorib. tutor.

Nominari etiam dicuntur, qui, vt conscij & participes facinoris, à reis adprehensis indicantur, deferuntur, arguuntur. *in quæstionibus Nominatos capitalium criminum*, l.17. §. in quæstionibus, D.ad municipal. *à latronibus Nominari*, l.2.D. de bonis eor. *dum metuunt ne fortè latrones adprehensi eos Nominent*, l.1.§.cùm quis, D.de quæstionib. Cæsar lib.4.de bello ciuili: *Cassius eos qui Nominati erant conscij cædis, iubet comprehendi. Nominatus in homicidio & incendio*, l.6. §. vlt. D. de interdict. & relegat. Sueton. in Calig.cap.26. *Quæstorem suum, in coniuratione Nominatum, flagellauit, veste detracta.*

Non Nominandus filius, l.3.D.de liber. & post. *Nominati heredes*, l.124. D. de legat.1. *testamento Nominata condicione nuptus*, l.36.D.de ritu nuptiar.

NOMINATIO *ad munera*, l.2.D.ad municipal.l.2.& l.5.C.de decurionib.lib.10.l. vlt. C. qui ætate se exc.lib.10.id est *creatio*, vt Rubri.& l.1.C.si propt.inimicit.creatio facta fuer. *Nominationes libellis vel edictis factæ*, l.27. C. de appellationib.

NOMINATOR, qui aliquem ad magistratum, tutelam aliúdve munus publicum, nominauit, l.2. C. de decurion.lib.10.l.1.C.de sumpt.recuperat.lib.10.l.vlt. C. quo quis. ordin. lib. 11. *Creator* dicitur, l.1.§.si eo tempore, D. de administrat.rer.ad ciuit.

Nominatores magistratuum, l.1.D.de magistratib.conueniend.l.2.C.quo quisque ord.lib.11.

Nominator tutoris, vel curatoris, l.4. C.de magistratib.conueniend. *magistratus municipales tutorum Nominatores*, l.5.D.de magistratib.conueniend.hoc est, *qui Nomina dederint ex quibus tutores constituerentur*, vt loquitur l.2.C. qui pet.tutor. & ita *Nominatores* accipe, l. 4. C. in quib. caus.pign. & Rubr.D.de fideiussorib. & Nominatorib. tutor. D. item Rubr.de peric. Nominator lib. 10. Cod.

Nominatores exactorum, l.3.C.de conuenien.fis.debit.lib.10. *Susceptorum & eorum qui ad præposituram horreorum & pagorum creantur*, l.2.C.de susceptor.ptæposit.lib. 10.

NOMINATIM *à patre aut heres scribi, aut exheredari filius sa. debet*, l.26.D.de liber. & post. *Qui filiũ in potestate habet, curare debet vt eum heredẽ instituat, vel exheredẽ eum Nominatim faciat. Sed nõ ita de filiabus, vel aliis per virilẽ sexum descendẽtibus liberis, vtriusque sexus, antiquitati fuerat obseruatũ. Nec enim Nominatim eas personas exheredare parentibus necesse erat, sed licebat inter Ceteros hoc facere*, Instit. de exhered.liber.id est vt ibi Theophil.explicat, Ἀορίστως, ἐν τῷ λέγειν, Οἱ λοιπὸν, ἕστωσαν ἀπόκλιποι. *Nominatim* ergo *exheredare & inter Ceteros*, opponuntur, nõ illic modò, sed & apud Vlpian. Tit. 25. Regular. quo loci Vlpianus *filius*, ait, *qui in potestate est, si non instituatur heres, Nominatim exheredari debet: reliqui sui heredes vtriusque sexus, aut Nominatim, aut inter Ceteros. Postumus filius Nominatim exheredandus est: filia postuma, ceteræque postumæ, vel Nominatim, vel inter Ceteros. Nepotes & pronepotes, ceteríque masculi postumi, præter filium, vel Nominatim, vel inter Ceteros.*

Postumi per virilem sexum descendentes, ad similitudinem filiorum, Nominatim exheredandi sunt, l. 3. D.de iniusto rupt.

Nominatim autem *exheredari filius intellegitur, si Nomẽ, & Prænomen, & Cognomen eius dicatur, vel vnum ex his*, l.1.D.de liber. & post. *Nominatim exheredatus filius & ita videtur. Filius exheres esto, si nec Nomen eius expressum sit, si modò vnicus sit*, l.2.D.eod.tit.quod & Seruius ad illa Virgilij lib. 4. Æneid.verba, *& morientem Nomine clamat*, notat. *Nominatim quis exheredari videtur, siue ita exheredetur, Titius filius meus exheres esto, non adiecto proprio nomine, scilicet, si alius filius non extet*, §. nominatim, Instit.de exhered.liber. *Nominatim exheredatus postumus videtur, siue ita dixerit, Quicumque mihi nascitur: siue ita, ex Seia: siue ita, Venter exheres esto. sed & si dixerit, Postumus exheres esto*, l.3.§.nominatim, D.de iniusto rup. atque ita accipe *Nominatim filium exheredare*, l.21.D. de liber. & post. l.1.D. de heredib.instit. l.2.C.de liber.præterit. & *Nominatim exheredatus*, l. 20. §. videamus, D.de bonor.poss.cont.tab.l.vlt.C.eod.tit.

Nominatim alicui legetur ita, Lucio Titio, an per demonstrationem corporis, vel artificij, vel Necessitudinis, vel adfinitatis, nihil interest. nam demonstratio plerumque vice Nominis fungitur, l.34.D.de condic.& dem.

Nominatim ab heredibus legatum intellegitur, cùm, non sub appellatione heredum, sed, *propriis nominibus*

nominibus expreſsis, relinquitur, vt loquitur l. 24. D. ad Sc. Trebell. Proinde, *ſi quis velit non omnes heredes legatorum præſtatione onerare, ſed aliquos ex his, Nominatim damnare debet: non ita, Heres meus dato, vel, Quiſquis mihi heres erit*, l. 98. D. de leg. 3. *ſiue à certis perſonis Nominatim legatum eſſet, ſiue ab omnibus, excepto aliquo*, l. 17. D. de duob. rei. *ſi heredes, Nominatim enumerati, dare quid damnati ſunt*, l. 124. D. de legat. 1. *quod alicuius heredis Nominatim fidei committitur*, l. 29. §. vlt. D. de legat. 2. *Pars eius à quo Nominatim legatum eſt*, ibidem. *qui plures heredes inſtituit teſtamento, à quibuſdam Nominatim reliquit legata*, l. 33. §. vlt. D. de legat. 2. *vt ad alium Nepotem, eumdémque coheredem, deuoluatur portio: à quo tibi Nominatim non fuerat fideicommiſſum relictum*, l. 4. C. ad Senatuſconſ. Trebell.

Nominatim legatum accipiendum eſt, quod à quo legatum ſit, intellegitur: licet nomen pronuntiatum non ſit, l. 90. D. de legat. 3.

Lege Fuſia Caninia cauebatur, vt *Libertates ſeruis teſtamẽto Nominatim darentur*, Vlpia. Tit. 2. Regular. *Nominatim ſerui teſtamento manumitti, ſecundum legem Fuſiam, poſſunt. Nominatim autem manumittere intellegitur hoc modo, Stichus liber eſto. Cùm autem Obſonatorem, vel, Qui ex ancilla illa naſcitur, liberum eſſe volo, ex Orficiano Senatuconſulto perinde libertas competit, ac ſi Nominatim data ſit. Officiorũ enim & artium appellatio nihil de ſignificatione nominũ mutat, niſi forte plures ſint, qui eo officio deſignantur: tunc enim nomen adiungendum eſt, vt eluceat de quo teſtator ſenſiſſe videatur*, Paul. lib. 4. Sentent. Tit. 14.

Nominatim videntur liberi eſſe iuſſi, qui, vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo, euidenter denotati eſſent, veluti, Diſpenſator meus, Cellarius meus, Cocus meus, Pamphili ſerui mei filius, l. 24. D. de manumiſſ. teſtam. *Nominatim codicillis manumiſſus videtur ſeruus, cuius nomen teſtamento continetur*, l. 37. D. eod. tit. Atque hic eſt verbi, *Nominatim*, ſenſus, in l. 59. D. de manumiſſ. teſt. & §. libertas, Inſtit. de legatis.

Nominatim alteri, vel alicui ex dominis, ſtipulari communis ſeruus dicitur, cùm vni ex his proprio eius nomine adiecto ſtipulatur, l. 23. §. vlt. D. de adquir. rer. do. l. 1. §. ſi ſeruus, l. 5. l. 7. §. 1. l. 28. §. ſicuti, l. 30. D. de ſtipulat. ſeruor. vel, vbi *Nomen vnius in ſtipulatione poſitum eſt*, vt l. 31. D. eod. tit. *Seruus hereditarius futuro heredi Nominatim dari ſtipulatus*, l. 16. D. de ſtipulat. ſeruor. *cùm ſeruus in quo vſumfructum habemus, proprietatis domino Nominatim ſtipuletur*, l. 39. D. eod. tit.

His quos poſtea Nominatim enumerauit, l. 87. §. Seia, D. de legat. 2.

Nominatim, id eſt, expreſſim & ſpecialiter. *id non venire in iudicium, de quo Nominatim actum eſt ne veniret*, l. 6. D. de iudiciis. *quoties is qui mittit, addit Nominatim, ignominiæ cauſa ſe mittere*, l. 2. §. ignominiæ, D. de his qui not. infam.

Nominatim adiicere, l. 7. D. de donationib. *Adiectum*, l. 43. §. 1. D. de legat. 2. l. 19. D. iudic. ſol.

Ad eas partes ſtipulationis de quibus Nominatim cauetur, l. 119. D. de verb. oblig.

Nominatim conuenit, l. 1. §. cùm prædium, D. de pignorib. *Niſi aliud Nominatim inter contrahentes conuenit*, l. 1. C. de euictionib. *etiam ſi nihil Nominatim conuenerit*, l. 4. D. de pactis. *Si Nominatim ſeruum accedere dixiſſet*, l. 5. D. de euictionib. *Nominatim Caſſius edicebat*, l. 26. §. per magiſtratus, D. ex quib. cau. maior. *Nominatim Exceptum*, l. 13. D. commun. diuidun. *Expreſſum*, l. 14. §. ſi itaque, D. quando dies legat. *Expreſſa*, l. 52. D. de condic. & demonſtr.

Si expreſſerit Nominatim, vt id in caſtrenſi peculio habeat, l. 8. D. de caſtrenſi pecul. *Nominatim ipſa Falcidia lege expreſſum eſt*, l. 81. D. ad L. Falcid. *atque ſi id Nominatim ſtipulatione eſſet expreſſum*, l. 40. D. de reb. credit.

Nominatim, vt maior pecunia ſolueretur, delegauit, l. 57. §. vlt. D. de condict. indeb.

Niſi fuerint ei Nominatim iniuncta, l. 25. §. item ſciendum, D. de ædilic. edic. *in ſtipulatione Nominatim eius rei facta interrogatio*, l. 7. D. de neg. geſt. *Vxori ſuæ Nominatim legauit, veſtem, mundum muliebrem*, l. 32. §. Labeo, D. de aur. arg.

Niſi Nominatim id à Principe datum ſit, l. 10. D. ad munipal. *niſi Nominatim id priuilegium eis indultum ſit*, l. 17. §. eos qui, D. de excuſationib. *niſi conſtet ei à tutore mandatum Nominatim*, l. 39. §. vlt. D. de procuratorib. *Si id ipſum Nominatim mandatum ſit*, l. 17. §. vlt. D. de iureiurand. *niſi Nominatim præcepit*, l. 47. D. de procuratorib.

Tametſi Nominatim actores ad filiam pertinere voluit, l. 91. D. de legat. 3.

Nomismata, l. 27. §. cui legatum, D. de aur. arg.

Nomiſmata Aurea, vel *Argentea, quibus pro gemmis vti ſolent*, l. 28. D. de vſufructu. *ſi tibi decem Nomiſmata ſint legata*, l. 9. §. Marcellus, D. de exhibend. id eſt, *nummi*, vt ibidem.

Nomiſmata adulterina, l. 1. de falſ. mon. in C. Th. *Vetus Nomiſma*, Rubr. de veter. Nomiſmat. poteſt. lib. 10. Cod.

NON, pro, Non solùm, vel, Non tantùm, l. 11. §. quod ait, D. de recept. qui arbitr. l. 9. D. ad L. Iul. de vi publ. l. 4. l. 96. in fi. D. de verb. signif. l. 38. D. ad Sc. Trebellia. l. 5. D. de pignorib. l. 5. D. de seruit. præd. l. 1. in prin. D. de aqua cottid. l. 5. §. domum, D. de iniuriis, l. vn. §. quòd si, D. furti aduersus nautas, l. 31. §. culpam, & l. vlt. §. seruus, D. de ædilic. edic. l. 2. D. si ventr. nom. l. 12. §. sed si fundus, D. de instr. vel instr. l. 41. D. soluto matr. Notauit huius significationis exempla quædam Anto. Augustin. lib. 2. Emendation. Sic & Cic. cùm aliàs sæpe, tum Epist. vlt. lib. 4. ad Atticum locutus est.

Non, pro, Non tam, l. 12. D. de offic. præsid. l. 20. in princ. D. de adquir. vel omitt.

NON NOLLE significat pati, & permittere, l. 3. D. de diuers. regul. iur. l. 3. §. scientiam, D. de tributor. Cicero Epist. 16. ad Cælium, lib. 2. Familiar. *Quod tamen fortasse non Nollem, si possem ad otium.*

His verbis, *Si reus Non soluerit, fide tua esse iubes? verisimile est id actum, vt cùm appellatus reus non soluisset, vel antequam appellaretur, decessisset fideiussor teneretur*, l. 16. §. vlt. D. de fideiussorib. Sed & in testamentis verba hæc, *Si fundum non dederit, centum dato*, eodem modo accipiuntur, *si heres interpellatus non dederit*, l. 24. D. quando dies legator.

Ceterùm de hac stipulatione. Si fundum non dederis, centum dare spondes? vide l. 44. §. vlt. D. de obligat. & act. & l. 115. §. vlt. D. de verb. oblig. Item de huiusmodi legato, si penũ non dederit, centum dato, vide l. 1. §. item si ita, D. ad L. Falcid.

NONIANVM Senatusconsultum, de collusione detegenda. Sic enim legendum in l. vlt. C. de collusio. deteg. adiuuãtibus libris scriptis, existimo, præsertim cùm Domitiani temporibus factum eiusmodi Sc. constet ex l. 1. D. de collus. deteg. cuius principatu, Nonium Asprenatem Consulatũ gessisse inuenio, à quo probabile est nomen ei Senatusconsulto impositum.

NOSTER, plerumque non dominij, aut sanguinis iure, vel amicitiæ vinculo, sed professionis societate, dicitur. Nam & de his qui non erant eorumdem temporum æquales, vsurpatur. Sic *Gaius Noster*, ait Pomponius, l. 39. D. de stipul. seruor.

Iulianus Noster, ait Mæcianus, l. 86. D. de condic. & dem. & l. 65. §. 1. D. ad Sc. Trebellian. *Celso, & Iuliano Nostro placuit*, ait idem Mæcianus in l. 30. §. tametsi, D. ad L. Falcid.

Hoc ita interpretari Iulianus Noster videtur, ait Terentius Clem. l. 6. D. de vulg. & pup.

Scæuola Noster, ait Paulus, l. 24. §. Scæuola, D. de minorib. l. 6. in fi. D. de reb. auct. iudic. l. 19. §. 1. D. de negot. gest. l. 56. §. vlt. D. de iur. dot. l. 38. §. vlt. D. de vulg. & pupill. *idque & Scæuolæ nostro placuit*, ait idem Paul. in l. 33. in princ. D. de excusationib. Similique modo, *Scæuola Noster*, ait Tryphoninus in l. 12. §. vlt. D. de distract. pign.

Vindius Noster, ait Mæcian. in l. 3. §. vlt. D. ad L. Falcid. Iustinianus etiam Gaium, quòd ex eius potissimùm commentariis Institutiones compositæ essent, *Nostrum* appellat, in Epist. Institutionib. præposita, §. vlt. vt & in §. Telum, Instit. de pùbl. iud.

Sed & nomine hoc. *Noster*, Cæsares, Imperatoréſque suos, quorum principatu viuebant, Iurisconsulti vt plurimum designant. Apud Tacitum lib. 3. Annal. Lepidus, *Sæpe audiui Principem Nostrum conquerentem.*

Cæsar Noster, ait Celsus in l. 13. D. de probationib. & id est, Hadrianus. *Sæpe audiui Cæsarem Nostrum dicentem*, ait Iulian. in l. 8. D. de offic. præsid. id est, Hadrianum.

Sacratissimi principis Nostri oratione, ait Gaius, l. 9. D. ad Sc. Tertyll. id est, Hadriani. *Rescripto Imperatoris Nostri significatur*, ait idem Gaius l. 73. §. vlt. D. de legat. 1. id est Hadriani.

Antoninus Augustus Pius Noster, ait Mæcianus in l. 42. D. de fideicommiss. libert. *Imperator Noster Diuus Marcus*, ait Scæuola in l. 39. D. de legat. 3. *Noster Seuerus*, ait Papinian. in l. 6. D. de vsuris. *Optimus, Maximúsque Princeps Noster Seuerus Augustus decreuit*, ait idem Papinia. l. 78. §. 1. D. de legat. 2. & l. 8. D. de vac. & excus. *Optimus Noster Imperator Seuerus*, l. 67. §. si omissa, D. de leg. 2. *Post Optimi Nostri Seueri Augusti litteras*, l. 7. D. de vacat. & excusat.

Imperator Noster Seuerus Augustus, ait Callistrat. in l. 38. D. de legib. & l. 1. §. plebeij, D. de muneribus. & honor. *A principe Nostro*, Tryphoninus, l. vlt. D. de postulando.

Optimi principes Nostri rescripserunt, ait Papinian. l. vlt. D. de accusat. id est, Seuerus & Antoninus. *Optimi Maximique principes Nostri iudicauerũt*, ait idem, in l. 16. §. 1. D. de his quę vt indig.

Principes Nostri consulti rescripserunt, ait Callistr. in l. 11. D. de decurion. id est, Seuerus & Antoninus. *A Nostris Imperatoribus rescriptũ est*, ait Tryphon. l. 39. D. de pœnis, id est, Seue. & Ant. *Pactumeia Magna supplicauit Imperatores nostros*, ait Paul. l. vlt. D. de her. inst. id est, Seuer. & Ant.

Imperator Noster Antoninus, ait Paulus in l. vlt. D. de censib. *Imperator Noster*, ait idẽ Paulus in l. 74. §. vlt. D. ad Sc. Treb. hoc est, Antoninus. *Imperator Noster cum patre suo constituit*, ait idem Paul. l. 7. D. qui sine manumissio. id est, Antoninus cum Seuero.

Ex indul-

Ex indulgentia Imperatoris Noſtri, ait Arrius Menander, l. 5. §. qui in deſertione, D. de re milit. id eſt Antonini.

Imperator noſter Antoninus Auguſtus, ait Vlpian. l. 32. D. de donationib. int. vir. l. 4. §. quædam, D. de offic. proconſ. l. 5. D. de appellationib. recip. l. 6. §. 1. D. de pollicitationib. l. 1. §. 1. D. de ſuis & legit.

Oratione Imperatoris Noſtri Antonini Auguſti, l. 3. D. de donationib. inter virum & vxorem. Proinde quotieſcumque apud eumdem Vlpian. legimus, *Imperator noſter reſcripſit: Imperatoris Noſtri conſtitutio, reſcriptum: ab Imperatore* NOSTRO *conſtitutum, reſcriptum eſt*: toties nobis Antoninus Caracalla in mentem venire debet, vt l. 33. D. de fideic. libert. l. 33. §. publicè, D. de procuratorib. l. 1. §. qui autem, D. de calumniatorib. l. 7. §. ſed quod, D. de minorib. l. 11. §. per liberam, D. de pignerat. act. l. 1. §. vlt. D. de legat. 3. l. 14. §. ſed interdum, D. de religioſ. & ſump. l. 12. D. de iniuſt. rupt. l. 6. §. 1. D. de adquir. vel omitt. heredit. l. 11. §. item ſi quis, D. de legat. 3. l. 14. D. de aliment. vel cibar. l. 3. §. quidam, D. ad Sc. Trebell. l. 16. §. quærit, D. de ſuis & legit. l. 3. D. de cenſibus, l. 24. §. ſeruus, D. de fideic. libert. l. 4. §. qui poſt, D. de re milit. l. 43. D. de iure fiſci. & in Lege Dei, Tit. 16.

Cui Antonino ſæpenumero Seuerum patrem idem Vlpianus adiungit, in hunc modum. *Conſtitutione Imperatoris* NOSTRI, *& Diui Seueri*, l. 3. D. de quæſtionib. *Secundum conſtitutionem Imperatoris* NOSTRI, *& Diui patris eius*, l. 3. D. de reb. eor. *Epiſtola Diui Seueri & Imperatoris Noſtri*, l. 1. §. his qui, D. de legat. 3. *remedium monſtrauit Imperator noſter, cum patre ſuo*, l. 6. §. ſi maritus, D. de donat. int. vir. *Imperator* NOSTER *cum patre reſcripſit*, l. 7. D. eod. tit. l. 26. D. de pigner. act. l. 74. D. de legat. 1. l. 8. §. ſed interdum, D. de pecul. leg. l. 4. D. de offic. proconſ. l. 9. §. dotis, & l. 32. §. ſi ſocer, D. de iure dot. l. 45. D. de vſuris, l. vlt. §. vlt. D. de diuortiis, l. 3. §. quamuis, D. de adminiſtr. & peric. l. 26. §. cùm quidam, D. de fideic. libert. l. 15. §. 1. D. de re iudic. l. 29. §. vlt. D. de iure fiſci. *Imperator Noſter cum Diuo patre ſuo*, l. 7. §. interdicere, D. de interdict. & relegat. l. 16. §. ſi quis, D. de munerib. & honor. l. 1. §. ſi ſeruus, D. de quæſtionib. l. 1. §. vlt. D. de pollicitationib. *Imperator noſter, & Diuus Seuerus reſcripſerunt*, l. 41. §. item quæri poteſt, & §. ſed ſi quis, D. de legat. 1. *Imperator* NOSTER *cum Diuo Seuero reſcripſit*, l. 13. §. vlt. D. de teſtam. milit.

Reſcriptum ab Imperatore Noſtro Antonino Auguſto, & Diuo patre eius, l. 2. §. vlt. D. ad Sc. Tertyll. l. 1. §. ſi cui cautum, D. de extraord. cognit. *Ab Imperatore Noſtro cum patre reſcriptum*, l. 1. §. ſi ſeruus, D. ſi is qui teſtamen. *Reſcriptum Imperatoris noſtri, & Diui patris eius*, l. 1. §. interdum, D. ad Sc. Tertyll. l. 6. §. ſicut, D. de pecul. leg. *Reſcripto Imperatoris* NOSTRI *& patris eius continetur*, l. 1. §. in honorariis, D. de extraord. cognit. *Reſcripto Imperatoris* NOSTRI, *& Diui Patris eius, cõtinetur*, l. 6. §. non tantùm, D. de pollicitationib. *quæ ſententia reſcripto Imperatoris* NOSTRI *& Diui Seueri, tuuatur*, l. 37. D. de legat. 1.

Eadémque loquendi figura Tryphoninus, *Imperator*, inquit, NOSTER *cum Diuo Seuero Patre ſuo reſcripſit*, l. 44. D. de excuſationib. Necnon Paulus, *Imperator Noſter cum Patre ſuo conſtituit*, l. 7. D. qui ſine manumiſſio. Hermogenianus quoque, *Et ita*, ait, *inuenio ab Imperatore Noſtro, & Diuo Patre eius reſcriptum*, l. 14. §. qui compulſus, D. ad Senat. Trebell.

At apud Paul. in l. 87. §. vlt. D. de legat. 2. verba hæc, *poſt litteras Imperatoris Noſtri*, itẽ *Imperator Noſter*, non ad Antoninum, ſed ad Alexandrum Seuerum Auguſtum pertinent, vt apparet ex eadem ipſamet l. §. imperator.

Ceterùm apud Pompon. l. 239. §. 1. D. de verb. ſign. verba hæc, *Imperatores Noſtri*, latius accipi debent, & ad omnes qui rerum potiti ſunt porrigi.

Fiſcus noſter, aiunt Impp. l. 4. C. quando fiſcus.

Procurator NOSTER, l. 7. C. de ſeruitutib. l. 5. C. de bon. præſcript. NOSTRI *Procuratores*, l. 3. C. de fideiuſſorib. l. 1. C. de pædan. iudic. l. 1. C. de iuriſdict. l. 2. C. vbi cauſa ſtat. l. 1. & l. 2. C. vbi cauſæ fiſcal. l. 10. C. de inoffic. teſt.

Rationalis NOSTER, l. 1. C. ne ruſticani, l. 3. C. de conuen. fiſci debit. l. 4. C. de fide inſtr. l. 2. C. ne vxor pro marito.

NOSTER *conductor*, l. 5. C. vbi cauſæ fiſcal.

NOSTRI *ciues*, l. 18. C. ad L. Iul. de adult.

Noſtri Præceptores, l. 32. D. de damn. infec.

Rectè dicimus eum fundum totum Noſtrum eſſe, etiam cùm vſusfructus alienus eſt, l. 25. D. de verb. ſignificat. l. 2. D. de condic. inſtit.

Non ideò minus rectè quid Noſtrum eſſe vindicabimus, quòd abire à nobis dominium ſperatur, ſi condicio legati vel libertatis extiterit, l. 66. D. de rei vind.

Paternos libertos rectè videmur dicere, Noſtros liberos : *Liberorum libertos, non rectè* Noſtros libertos *dicimus,* l.58.§.vlt. D.de verbor.ſignific.

Noſtra ætate, l.7. D.de reb.dub. Plautus Mœnechmis, *Noſtra ætas haud multum fidei gerit.*

Noſtra Ciuitas, l.11. D.de iuſtit.& iur.

Ius Noſtrum, id eſt, ius proprium pop.Ro.quod *Ciuile* vocatur. *Ius quo populus Romanus vtitur, ius Ciuile Romanorum appellamus, & ius Quiritium. Sed quotiens non addimus nomen, cuius ſit ciuitatis, Noſtrum ius ſignificamus,* §.ſed ius quidem, Inſtitut.de iur.natur. *hoc ius* Noſtrum, *conſtat aut ex ſcripto, aut ſine ſcripto,* l.6. D.de iuſtit.& iur.§.conſtat.Inſtit.de iu.nat.

Ius Noſtrum non patitur eumdem, in paganis, teſtatò, & inteſtatò deceſſiſſe, l.7.D. de diuerſ. regul. Non *facilè, quod ad ius* Noſtrum *attinet, cùm de naturali cognatione quæritur, ſeptimum gradum quis excedit,* l.4. D.de grad.& adfin.

Iure noſtro tutela communium liberorum matri, teſtamento patris, fruſtra mandatur, l.26.D.de teſta. tut. *Iure noſtro, eſt poteſtas creditori, relicto reo, eligendi fideiuſſores,* l.5.C.de fideiuſſorib. *Ex nudo pacto perſpicis actionem iure* Noſtro *naſci non poſſe,* l.27.C.de locato. Cicer. pro Cornel. Balb. *Iure* Noſtro, *neque mutare ciuitatem quiſquam inuitus poteſt.* & paulò pòſt, *Duarum ciuitatum ciuis eſſe* Noſtro *iure ciuili nemo poteſt.* Traianus apud Plin.Epiſt.59.lib.10. *cùm ſolum peregrinæ cõdicionis non ſit capax dedicationis quæ fit* Noſtro *iure.*

Nota μελαφοεικῶς, pro labe & macula exiſtimationis, pudoris, famæ, ponitur: ſeu pro *ignominia,* vt Feſtus interpretatur. Nota *adſperſa patroni filio,* l.17.§.vlt.D.de iur.patro. *alij propter Notam & infamiam vitæ ſuæ, admittendi non ſunt ad teſtimoniorum fidem,* l.3.§.lege Iulia, D. de teſtib. *in Parentes & Patronos, quamuis per procuratorem iudicium accipiant, actio de dolo, aut iniuriarum non datur. Licet enim verbis Edicti non habeantur infames ita* (id eſt, per procuratorem) *cõdemnati, re tamen ipſa & opinione hominum, non effugiunt infamiæ* Notam, l.2.D.de obſequ.parent.

Nota eius quæ in adulterio deprehenſa eſt, l.43.§.quæ in adulterio, D.de ritu nupt. Notam *non euadunt qui in harena paſsi ſunt ſe honorari, etiamſi cum beſtiis, virtutis oſtendendæ cauſa, ſine mercede, depugnaſſent,* l.1.§.beſtias, D.de poſtulando.

Si huius Notæ *homo adoptauerit,* l.44.§.non obeſt, D.de ritu nup.id eſt, qui artem ludicram fecerit. *Seruus Notæ extremæ,* l.15.§.prætor ait. D.de iniuriis.

Qui confidit accuſationi, calumniæ Notam timere non debet, l.6.C.ad L.Iul.de adulter. *Ignominiæ cauſa ab Imperatore miſſum, hac* Nota *laborare,* l.2.D.de his qui not. infam. id eſt, infamia notari. Nepotem ex Nota *patris ſui excludi à bonis liberti,* l.17.D.de iure patronat.

Remoueri à tutela, cum Nota, l.2.C.de tuto.vel cura.qui ſatis non ded. *Remouendum tutorem qui Nota dignus videbitur,* l.vlt. D.vbi pupill.educ.

Exheredationis quoque Nota dicitur. *Filio non nocet* Nota *exheredationis, quãtum ad ius patronatus,* l.1.§.ſed & ſi, D.de adſig.libert. *ſi liberi* Notam *exheredationis non meruerunt,* l.1. D. de coniung. cum emanc. *ſi pater miles, filiæ, quam in vtero haberi ignorabat, vel quam in rebus humanis non eſſe, falſo rumore perlato, putabat, nullam in teſtamento fecerit mentionem: ſilentium huiuſmodi exheredationis* Notam *nequaquam infligit,* l.10.C.de teſt.milit.

Multi non Notæ *cauſa exheredant filios, nec vt eis obſint, ſed vt eis conſulant,* l.18. D.de lib. & poſt. *Exheredationem nepotis, quæ non* Notæ *gratia, ſed alio conſilio, adiecta eſt, nocere ei non oportere,* l.47.D. de bon.libert.

Nota aliàs reprehenſionem ſententiæ, ſeu opinionis, alienis ſcriptis inſertam ſignificat.vt, *ex* Nota *Marcelli conſtat,* l.10.D.de caſtren.pecul. Vnde Notæ appellantur alienis ſcriptis, corrigendi, ampliandive cauſa, inſertæ à Iuriſconſultis opiniones & ſentẽtiæ. ſic Notæ. *Pauli, atque Vlpiani, in corpus Papiniani factæ,* l.vn.de reſponſ.prudent. In Cod. Theodoſ. *quæ in* Notis *Æmilij Papiniani, ex Vlpiano & Paulo, necnon Marciano adſcripta ſunt,* §. ſed neque, Epiſt. de Conceptione Digeſtor. *Remotis Vlpiani, atque Pauli* Notis, l.vlt.C.de ſentent.paſſ.

Notæ, in l.2.D.de ſeru.fugit. ſigna, ſtigmata, pũcta ſeruis ſcripta atque inuſta ſignificant. Sic Cicero 2.Offic. *Thracem compunctum* Notis *Threiciis* dixit. Plin. in Panegyrico. *Exanguem & ferream frontem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis, &* Notas *ſuas rideãt.* Valer.lib.6.cap. 8. *Seruus ab eo vinculorum pœna coërcitus, inexpiabilique literarum Nota, per ſummam oris contumeliam, inuſtus.* Græco *Stigmatum* verbo vtũtur Impp.in l.3.C.de fabricẽſ.lib.11. *Stigmatum* quoque *notas* dixit Sueton.in Calig.cap.27.Quintilianus, lib.7.cap.4. *ſi quis fugitiuo Stigma ſcripſerit.* Vnde *Stigmatici ſerui* apud Pollucem lib.3. Onomaſt.id eſt, Notis compuncti, quos Plautus *Litteratos* vocat.

Notæ etiam, σημεῖα γεγραμμάτων τοῖς τάχος ἐξευρεθέντα, ſignificant, quarum inuentionem alij Tullio Tyroni, alij, in quibus eſt & Dio, Mæcenati tribuunt, & à Seneca fuiſſe

auctam

auctam censent. *Festus: Nota, nunc significat signum, vt in pecoribus: nunc litteras singulas, aut binas: sic, eos qui Notis scribunt acta Præsidum*, l. 33. §. 1. D. ex quib. caus. maior. *Notis scriptæ tabulæ non continentur Edicto: quia* Notas, *litteras non esse, Pædius scribit*, l. 6. §. vlt. D. de bonor. possessionib. vnde *à litteris*, Notæ separantur, l. 1. §. ludi, D. de extraord. cognit. vbi Vlpian. *Ceterarum*, ait, *artium quæ sunt extra litteras, vel Notas positæ. Miles* Notario *suo testamentum scribendum Notis dictauit: & antequam litteris præscriberetur, vita defunctus est*, l. 40. D. de testamen. milit.

Seneca Epist. 91. *quid verborum Notas, quibus quamuis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus sequitur?* Sueton. in Tito, cap. 3. *Pluribus comperi* Notis *quoque excipere velocissimè solitum.* Vnde quod est apud eundem in Galba, cap. 5. *quia Notata, non perscripta erat summa*, sic interpretor, quia Notarum compendio adstricta erat summa.

Si quis pro centum, ducenta, per Notam *scripsisset*, l. 9. §. 1. D. de heredib. instit. *Si* Notam *adiecerit legato, vel sua voce, vel litteris*, l. 21. §. 1. D. qui testam. facer.

Notus vtique Plutarch. in Cicero. σημεῖα vocat. Cicero Epist. 32. lib. 13. ad Attic. *quod ad te de decē legatis scripsi, parum intellexti: credo, quia* διὰ σημείων *scripseram*, id est Notis. Galenus lib. 1. περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας, μηδ' εἰς βιβλίων ὠνὴν, καὶ κατασκευὴν, καὶ τῶν γραφόντων ἄσκησιν, ἤτοι γε εἰς τάχος διὰ σημείων.

Notas autem hasce inde dictas, quòd *verba vel syllabas, præfixis characteribus, notent, & ad notitiam legentium reuocent*, Isidor. lib. 1. Origin. cap. 21. tradit: additque cap. sequenti, *quasdam litteras, in libris iuris, verborum suorum* Notas *fuisse, quò scriptura celebris breuior fieret.* cuius generis aliquot exempla profert: subiicitque, *has iuris* Notas *nouitij Imperatores à codicibus legum abolendas sanxerunt: quia multos per has, callidi ingenio, ignorātes decipiebant: atque ita iusserunt scribēdas in legibus litteras, vt nullos errores, nullas ambages adferant: sed sequenda & vitanda apertè demonstrent.* Ac planè destrictè Iustinianus quidquam in libris suis Notis scribi vetuit, l. 2. §. penult. de vet. iur. enucl.

A Notis hisce, Notarii nomen traxerunt. D. Augustin. lib. 2. de doctrina Christiana: *Ex eo genere sunt etiam* Notæ, *quas qui didicerunt propriè iam Notarij appellantur.* quæ postrema verba credibile est Isidorum ex eo descripsisse, & in 21. cap. lib. 1. Origin. transtulisse. Moschopul. περὶ σχεδῶν, Νόται παρὰ ῥωμαίοις, τὰ γράμματα. ἀφ' ὧν Νοτάριος.

Notarij ergo, in l. 41. D. de milit. test. l. 41. §. Seio, & §. tutoris, D. de fideicō. libert. l. 1. §. ludi, D. de extraord. cognit. l. vlt. C. de comm. ser. manum. extr. l. 26. C. de pignorib. l. pen. C. qui potior. in pign. & apud Quintilia. lib. 7. cap. 1. & Lamprid. in Diadumeno, sunt qui Notis loquentium verba celeriter excipiebant: οἱ γράφοντες εἰς τάχος διὰ σημείων. sic enim *Notarios* reddit Galenus in lib. περὶ διαγνώσεως, καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ ἰδίων πάθων, Alij, ταχυγράφους vocant. Eleganter autem *Notariorum* genituram Manilius lib. 4. ἀστρονομικ. expressit his versibus.

Hic & scriptor erit felix, cui littera verbum est:
Quique Notis *linguam superet, cursúmque loquentis:*
Excipiens longas, noua per compendia voces.

Notarios quoque scitè Gregorius Nazianzenus. Latinum nomen retinens, Epistola quæ τῷ Νοταρίῳ inscribitur, describit his verbis. Οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὕποπτον ἔχουσι· διὰ τοῦτο σημείων χρήζουσι. ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων. σὺ δὲ ὦ παῖ, τὰ γράμματα τέλεια ποίει καὶ τὺπους ἀκολούθως κατάπιζε. ἐν γὰρ μικρῷ πλανᾳ πολὺς ἡμάρτηται λόγος, τῇ δὲ ἐπιμελείᾳ τοῦ γράφοντος κατορθοῦται. Cassiodor. in Psal. 44. *Notarium* interpretatur, *qui velociter verba suscipit, & citius audita trāscribit.* Vnde bellè Martial. Epigr. 62. lib. 10. *Notarium velocem* nominat. Nam vt ille ait, *Currant verba licet, manus est velocior illis. Nōdum lingua suum, dextra peregit opus.* Et ita γραμματέα ὀξυγράφον dicunt 70. interpretes, Psal. 44. Vide & de *Notario* velocissimè excipiente, venustum Ausonij Epigramma 136.

Seneca in ludo, *Multa dixit, quæ* Notarius *persequi non potuit*, D. Hieronymus in præfatione Chronicōn Euseb. *Præsertim cùm* Notario, *vt scitis, velocissimè dictauerim.* Et in Chronic. Euseb. *Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per* Notarios *commentatur.* Idem in Epist. de vitando suspecto contubern. *Extemporalis est dictatio, tanta felicitate profusa, vt* Notariorum *manus, lingua præcurreret.*

Notare, in libris nostris Iurisconsulti dicuntur, qui alterius scriptis opiniones suas adsuunt & attexūt: vel improbandi reprehendendíque causa, vel addendi de suo. *Proculus apud Labeonem Notat*, l. 10. §. 1. D. de negot. gest. l. 69. D. de condic. & dem. *Quintus apud Labeonem Notat*, l. 7. §. idem Labeo, D. de dolo.

Iuliani libro vndecimo digestorum Marcellus Notat, l. 14. D. de in rem ver. *libro* 30. *digestor. Iuliani,*

Marcellus Notat,l.39.D.de heredib.inſtit.*Marcellus lib.*42.*Digeſtorum Iuliani* Notat,l.34.D.ad L. Falcid.*Marcellus apud Iulianum lib.*27.*Digeſtorum Notat*,l.20.D.de condic.& dem.*Apud Iulianum lib.*32.*Digeſtorum Marcellus* Notat,l.80.D.de legat.1.*Marcellus lib.*39.*Digeſtor. apud Iulianum* Notat,l.1.D.de penu.leg.*Marcellus apud Iulianum* Notat,l.11.§.ſciendum,& §.ſi locupleti, D.de minorib.l.4.§.ſi fundus, D. ſi ſeruit.vindic.l.2.§.idem Iulianus,D.de eo quod certo lo.l.7. D.de peculio,l.9.D.de verbor.ſignific.*Marcellus Notat*,l.13.& l.15.D.de mort. cau. donat. l. 12. D.de auctorib.& conſ.l. 23. D. de act.emp.l.3.D.quib.ex cauſ.in poſſ.l.8.§. illud, D. de fideiuſſorib. & aliis aliquot locis.

Apud Pomponium Marcellus Notat,l.16.D.qui teſtamen.fac.*Libro ſingulari Regularum Pomponij Marcellus Notat*,l.63.D.de adquir.vel omitt.

*Scæuola apud Iulianum lib.*22.*Digeſtorum* Notat,l.54.D. de pactis. *In libro* 7.*Digeſtorum Iuliani, Scæuola* Notat,l.10.D.de pericul.& com. rei vend.

Scæuola apud Marcellum Notat,l.11.§.conſequenter,D. de donation.int.vir. & l. 56. D. ad L. Falcid.l.24.D.de legat.2.

Apud Scæuolam libris Digeſtorũ Claudius Notat, l.vlt.D.de his quę vt indig.l.36.D.de legat.3.

*Paulus lib.*4.*Iuliani Digeſtorum* Notat,l.11.D.quod met.cau.*Lib.*8.*Digeſtor.Iuliani Paulus* Notat, l.4. D.de reſcind.vendit.

Paulus Notat,apud Iulianum,l.5.§.1.D.de collat.bonor.l.15. D.de mort.cau. donat. l. 4.§. vlt.D.de manumiſſ. vindic.

Paulus Notat,apud Scæuolam,l.13.D.de inoffic. teſtam.

Paulus libro 3.*Quæſtionum Papiniani* Notat,l.18. D. de ſeruitutib. *Papiniani lib.* 10. *Quæſtionum Paulus Notat*,l.16.D.de Publiciana.Aliàs quoque apud Papinianum *Paulus Notat*, l. 1. D. de offic. eius cui mand. l. 72. D.de contrah. emp.l.1.§.vlt.D.de vſuris,l. vlt. D. de his quæ in teſtam.delen.l.9.D.de annu.legat.l.42.D.de bon.libert.l.116.D.de verbor.obligat.l.8.D.de prætor.ſtipulat.

Vlpianus Notat,apud Marcellum,l.9.D.de iure codicillor.l.28.§.vlt.D.de adminiſtr. & peric.& l.27.D.de pignorib.*Vlpianus* Notat,ad Papinianum,l.31.§.litem,D.de negot. geſt.

Apud Marcellum Notaui,ait Vlpian.l.41. D.ad L. Aquil.

Quod vtpote probabile non Notant,l.17.§.vlt.D.de heredib.inſtit. id eſt,non improbant.

Non immerito Iulianus à Marcello Notatus eſt,l.9.§. vlt.D.quod met. cau. id eſt *reprehenſus*, vt loquitur l.7.D.de pactis.

Quæ Iuliani ſententia rectè à Marcello Notata *eſt*,l.42.D.de adquir.vel omitt.*quæ ſententia vera non eſt,& à multis* Notata *eſt*,l.16.D. de iudiciis.

Dolo malo adiecto, colliditatem Notat *Prætor eius qui perſuadet*,l.3. D. de ſer.corrup. id eſt denotat.

Notauimus *ſuprà*,l.7.§.notauimus,D.quod vi aut clam.

Notandum *eſt*,l.27.§.ſi res,D.ad L.Iul.de adulter.l.1.§.& notandum, D. de inſpicien.vent. *Notandum erit*,l.21.§.1.D.ex quib.cau.ma.

Vt in eo,munificentia eius qui legauit, inſcriptione Notetur, l. 4.§.in fi.D.de adminiſtrat.rer.

Notare aliàs eſt infamiæ, ignominiæquè notam inurere.*factum lex* Notat, l. 43. §. quæ in adulterio, D.de ritu nupt.*nec quiſquam iudicum calumnia* Notabit *tutorem*, l. 22. D. de his quæ vt indign.*Calumnia* Notatis *ius accuſandi ademptum eſt*,l.4. D. de accuſationib.

Notari,l.1.§.remouet,§.beſtias,D.de poſtulando,l.43.§.quæ in adulterio,D. de ritu nupt. id eſt nota laborare. *Notari infamia*,l.42.D.de iniuriis,l.1.l.2.& l.6.§.ſi quis alieno, D. de his qui notãt.infa.l.2.C.ad Sc.Turpil.*qui iudicij quæſtionem,citra veniam abolitionis deſeruerunt,Turpiliano Senatuſconſulto* Notantur *infamia*,l.6.§.qui iudicij,D.de decurionib.*omnes qui Edicto Prætoris,vt infames* Notantur,l.1.§.ait prætor, D.de poſtulando.

Notari Ignominia,l.6.§.decurio.D.de decurionib.*Ignominiæ pœna* Notabitur,l.vlt. C. vt lite pendente.*Notatus ignominia*,l.5.C.ex quib. cauſ.infæ.

Notatus *ex cauſa deſertionis*,l.15.D.de re milit.*Notari lege*,l.43.§.1.D.de ritu nupt.

Perſonas in turpitudine Notabiles,l.1.§.ſecundo,D.de poſtulando

Quæ Notabiliter *fiunt,niſi* Specialiter Notentur, *videntur quaſi neglecta*, l. 15. §. ait prætor, D. de iniuriis.

Notionem *accipere poſſumus,& Cognitionem, & Iuriſdictionem*, l. 99. D. de verbor. ſignif. Proinde Vlpian.ad Edictum Prætoris de re iudic.in quo ait Prętor,*cuius de ea re iuriſdictio eſt, melius*,inquit,*ſcripſiſſet,cuius de ea re* Notio *eſt.etenim* Notionis *nomen etiam ad eos pertinere,qui Iuriſdictionem non habent,ſed habent de quauis alia cauſa* Notionem,l. 5.D. de re iudic. verba ergo hæc, *Is cuius de*

cuius de ea re Notio *est*, & in Magistratus, & in alios quoscumque qui super aliqua re cognoscunt, cadunt.

Præfecti vrbi Notio, l. 1. §. initio, D. de offic. præf. vrbi. *Notio est Præsidis*, l. 1. C. si aduers. fisc. *Præsidis est super ea re* Notio, l. 1. §. item si, D. ad Sc. Turpil. *legis Fabiæ disceptatio ad Præsidis prouinciæ pertinet* Notionem, l. 3. C. ad L. Fab. de plagiar. *suam tibi* Notionem *Præses prouinciæ commodabit*, l. 3. C. de noxalib. act. *Rector prouinciæ aditus suam vobis adcommodabit* Notionem, l. vlt. C. de liber. exhiben. *Præses repetitus* Notionem *suam exhibebit*, l. 16. C. quomo. & quan. iud. *Notione præsidali poteris experiri*, l. vlt. C. de vi bonor. rapt.

Prætoris Notio est, ob transactionem siue habitatio, siue vestiarium, siue, de prædiis alimentum legabitur, l. 8. §. 1. D. de transactionib. Notio *Prætoris, vt apud eum disceptetur, vtrùm quis in potestate sit, an non*, l. 3. §. hęc autem, D. de liber. exhib. *an admittenda sit separatio, nec ne, Prætoris erit, vel Præsidis Notio, nullius alterius*, l. 1. §. de his, D. de separationib.

Pluribus summis condemnatus, quarum singulæ Notionem *principis non faciunt*, l. 10. §. 1. D. de appellationib.

Sine Notione *iudicis coactus est dare*, l. vlt. §. vlt. D. quod met. cau.

Ex personis, causisque eum cuius Notio *est, æstimaturum an actio danda sit*, l. vlt. §. vlt. D. de obligat. & act. *Post sex menses cùm aditi pro tribunali fuerint hi, quorum de ea re* Notio *est*, l. 5. §. imperator, D. vt in possess. leg. *si ab eo qui innocens fuit, pecuniam acceptam, is cuius de re* Notio *est, edoctus fuerit*, l. 8. D. de calumniatorib. *Is cuius de ea re* Notio *est æstimabit*, l. 2. C. de in lit. dan. tut.

Eum cuius Notio *est, æstimaturum*, l. 14. D. de dote præleg. l. 28. §. titius, D. de liberat. lega. l. 78. §. eadem, D. de legat. 3. id est, *ex qualitate disceptationis iudicem æstimaturũ*, vt dic. l. 28. §. filias, D. de liberat. lega. *ad* Notionem *eius qui de ea re cogniturus est pertinere*, l. 69. D. de legat. 3. *Si quis in eius temporis computatione, ab eo, cuius de ea re* Notio *fuerit, iniuriam passus*, l. 6. C. de excusation. tutor. *Apud eum cuius de ea re* Notio *est*, l. vlt. C. ne vxor pro marito, l. 5. C. pro soc. l. 2. C. si mancip.

Adito eo cuius super ea re Notio *est*, l. 7. C. qui pet. tutor. *vt in re integra, de causa Notio præstabitur*, l. 59. §. vlt. D. de re iudic.

Notitia, cognitio, peritia, scientia. *Notitia diuinarum atque humanarum rerum*, l. 10. D. de iustit. & iure. *Notitia castrensis*, l. 8. D. de castr. pecul. ibid. *cùm in Notitiam meam prolatum sit*, l. 1. D. de testam. milit. *neque in Notitiam peruenit edictum*, l. 1. §. 1. D. quæ sentent. sine appellat.

Propter rerum Notitiam *datus tutor*, l. 32. §. 1. D. de testament. tut. *sunt quidam Tutores qui rei* Notitiæ *gratia dantur*, l. 14. §. 1. D. de solutionib. id est, quia rerum pupillarium notitiam habent, seu quia illis pupilli negotia nota sunt: cuiusmodi erant liberti qui patronorum filiis idcirco tutores dabantur, quòd notas haberent pupillorum facultates, virésque & onera patrimonij tenerent. *si ex inquisitione, propter rei Notitiam libertus fuerit datus tutor*, l. 1. §. si pupillis, D. de tutel. & rat. *qui Notitiæ causa liberti tutores dantur*, l. 1. C. de peric. tutor. *tutores pubere pupillo constituto, litem appellationis inchoatam iussu consulum, ob Notitiam rei, perfecerunt*, l. 39. §. tutores, D. de administr. & peric. *libertos aliquos fideles, vel quem alium qui* Notitiam *rerum pupillarium habent*, l. 5. §. in primis, D. de reb. eor.

Notitia ab Impp. recẽtioribus appellatur breuis, seu libellus, in quo descriptio Officialium administrationis cuiusque continetur, l. 1. C. de off. præf. præt. Afr. l. vn. C. de excus. artific. lib. 10. l. 3. & l. 5. C. de aduoc. diuers. iudic. l. penult. & vlt. C. de diuers. off. lib. 12. Hinc qui de statu Imperij tractat liber, *Notitia Imperij Romani inscribitur*. Vtitur hoc vocabulo D. Gregor. Epist. 23. lib. 7. & Epist. 23. lib. 6. & Epist. 47. lib. 10.

Notoria, pro elogiis & indiciis quibus crimina ad magistratus deferuntur, l. 6. §. nuntiatores, D. ad Sc. Turpill. l. 7. C. de accusation. l. 31. de Episc. & cler. in C. Theod. *Notariam* eodem sensu non modò B. Augustin. sed & Apuleius lib. 7. de Asino aur. vsurpat. Sed ille, ait, *qui commodum falsam de me Notoriam pertulerat*. Treuellius Pollio in Claudio *Nihil me grauius accepit, quàm quod Notoria tua intimasti, Clodium parentem amicúmque nostrum insinuatis sibi falsis plærisque, grauiter irasci.*

Notvs, id est cognitus. *si quis alius non ex castris Notus filiofamilias donauerit quid vel legauerit*, l. 8. D. de castren. pecul. *Seruus male* Notus, l. 13. §. prætor ait, D. de iniuriis. *Notæ personæ*, l. 39. D. de condicion. & demonst. *Notæ nequitiæ homo*, l. 3. §. Iulianus, D. de liber. exhib.

Notam habere rem possit, l. 9. §. sed facti, D. de iur. & fac. ig.

Notum est, l. 17. §. is qui, D. de excusationib. *Hac Epistula manu mea scripta* Notum *tibi facio*, l. 35. l. vlt. §. vlt. D. mandat. l. 22. D. de donationib.

Notum facere debitori, l. 4. C. de distract. pignor. *Dispensatori*, l. vlt. §. si inter, D. de verbor. oblig. *Mulieri*, l. 1. §. denuntiare, D. de adgnosc. & alend. *Viro*, l. 5. §. 1. D. quod vi, aut clam. *vt*

Notum his à magistratibus fiat, l. vlt. D. de tutor. & curat. *ex quo die decretum Prætoris, aut testamentum parentis, Notum factum fuerit*, l. 6. C. de excusationib. tutor.

Nota esse peccata nocentium, l. 18. D. de iniuriis, *ea* Nota *habere venditor*, l. 1. §. causa, D. de ædilic. edic. *an* Nomina *seruorum dominus* Nota *habuisset*, l. 28. D. de reb. dub.

Illud Notissimum *est*, l. 10. §. vlt. D. de inoff. testam.

Notissimi iuris est, l. 4. C. si rer. vel accusat. & l. 4. C. de reuocand. iis quæ in fraud. cred.

In teste qui Latinè non Nouerat, l. 20. §. vlt. D. qui testam. facer.

NOTHI, Nouella 74. & 89. filij naturales accipiendi sunt: vt S. docui: vbi de Notho Quintiliani testimonium protuli. Fest. Pomp. *Nothum Græci natum ex vxore nõ legitima vocant: qui apud nos spurio patre natus dicitur, quòd Ser. Tullius qui Romæ regnauit, natus est ex concubina, Spurius Tulli tribulis.* Seneca Controuers. lib. 6. *Quidam cùm haberet legitimum filium, alium ex ancilla sustulit, & decessit. Maior frater sic diuisit, vt totum patrimonium ex vna parte poneret, ex altera,* Nothi *matrem.*

NOVALIS, interprete Paulo, *est terra præcisa, quæ anno cessauit, quam Græci νέαχιν vocant*, l. 30. §. noualis, D. de verb. significat. vt & definit cap. 21. de verb. significat. in Epist. decretal. ἔθος γάρ ἐστιν, vt Suidæ verbis vtar, τοῖς γεωργοῖς παρ' ἐνιαυτὸν ἀρὴν καταλείπειν τὴν γῆν, ὅπως ἀκεραίως ἐχῃ πρὸς τὴν καρποφορίαν, ὡς μὴ κατ' ἔτος τοῖς σπέρμασι πονοῖτο. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Ager, restibilis qui restituitur, ac referitur quotquot annis: Cõtrà, qui intermittitur, à nouando,* Noualis. Festus, Noualis ager, *nouæ relictus sementi.* Isidor. lib. 15. Etymolog. cap. 13. *Noualis ager est primùm prosciissus, siue qui alternis annis vacat, nouandarum sibi virium causa.*

Qui ex silua Noualem *faciunt*, l. vlt. D. de term. mot. Seruius in 1. Eclog. Virgil. ad ea verba, *Hæc tam culta* Noualia, Noualia, *noua rura, quæ per singulos annos renouantur per semina: vel etiam* Noualia *dicuntur, vnde silua tollitur.* Idem Seruius in 1. Georgic. ad hunc versum, *tonsas cessare Noales, Dicimus,* ait, *& has Noales, & hæc Noalia, propriè* Noales *sunt, arua primùm prosciissa, & primùm segetem ferentia.*

NOVARE, est prius debitum in aliam nouam obligationem transferre & transfundere, l. 27. D. de pactis, l. 8. §. 1. & l. 14. l. 20. & l. 21. D. de nouationib. & apud Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 8. *Nouare possumus, aut ipsi, si sui iuris sumus, aut per alios: pupillus sine tutoris auctoritate* Nouare *non potest: tutor & procurator omnium bonorum potest*, l. 20. D. de nouationib. *Nouare non potest*, qui obligationi solutionis gratia adiicitur, l. 27. D. de pactis, l. 10. D. de nouationib. *Alter ex duobus reis stipulandi ius* Nouandi *habet*, l. 31. §. 1. D. de nouationib. Item *adgnatus furiosi, aut prodigi curator*, l. vlt. §. 1. D. eod. tit.

Si Nouandi animo *hoc fiat*, l. 26. D. de nouationib. Nouandi animo *promisisse*, l. 60. D. de condict. indeb. *Si non* Nouandi animo *hoc interuenit*, l. 8. §. vlt. D. eod. tit. *si non promissa dos* Nouandi animo *patri fuisset*, l. 66. §. filiafa. D. soluto mat. *Qui si non* Nouandi animo *ab herede stipulati sunt*, l. 1. §. illud, D. de separationib. *secunda stipulatio facta est*, l. 28. D. de nouationib.

Si non Nouandi *causa id factum est*, l. 4. §. si ex conuentione, D. de re iudica.

Nouandi causa promitti, l. 14. D. de nouationib.

Nouandi causa stipulari, l. 32. D. de nouationib. *Ratam stipulationem non habuerit* Nouandi *causa*, l. 9. D. eod. tit.

Nouare *actionem*, l. 23. D. de nouationib. *Iudicatum solui stipulatione, actionem iudicati non Nouari*, l. 8. §. idem Celsus, D. eod. tit. *Si post pubertatem tutelæ actio nouetur*, l. 29. D. eod.

Si causam iudicati non Nouasti, l. 2. C. de executio. rei iudica. Nouandi *peculiaria debita ius habet filius seruúsve, cui administratio peculij permissa est*, l. 34. D. de nouationib.

Nouare *Obligationem*, l. 22. D. de nouationib. *peculiarem*, l. 16. D. eod. tit. *priorem*, l. 25. D. eod. tit. *Suam*, l. 3. D. eod. *Veterem*, l. 25. D. eod.

Adiicit potius obligationem, quàm pristinam Nouat, l. 16. D. de nouationib. *Aquiliana stipulatio omnimodo omnes præcedentes obligationes Nouat*, l. 4. D. de transactionib. *seruus Nouandæ obligationis ius habuit, si peculij administrationem habuit*, l. 21. D. de iureiurando.

Nouari dicitur pristina obligatio, quæ in secundam posteriorémve deducitur, l. 72. §. 1. D. de solutionib. l. 4. l. 5. l. 7. D. de nouationib. *Qualiscumque obligatio* Nouari *verbis potest*, l. 1. §. vlt. D. de nouationib. *Vna stipulatione plures obligationes* Nouari, l. vlt. §. vlt. D. eod. tit. Nouata *debiti obligatio pignus peremit*, l. 11. D. de pignerat. act. *Quodcumque siue verbis contractum est siue non verbis* Nouari *potest*, l. 2. D. de nouationib.

Nouari, id est, innouari, l. 1. D. nihil innoua. appell.

NOVATIO *est prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem vel naturalẽ, trãsfusio atque translatio: hoc est, cùm ex præcedenti causa ita noua constituatur, vt prior perimatur. Nouatio enim à nouo nomen*

accepit,

accepit, & *à noua obligatione*, l. 1. D. de nouationib. Vet. Gloſſar. Græc. Nouatio, χαινισμὸς, καὶ μεϑάϑεσις τ παλαιᾶ χρέως εἰς ἑτέραν ἐνοχὴν, ἀφ' ἧς πρώτην ἀναιρεῖσθαι. *Nouatio*, δὲ λέγεται ἀπὸ τ καινῆς ἢ τῆς νίας ἐνοχῆς. Et alibi, *Nouatio* ἀναχαίνωσις, τὴ παλαιᾶ χρέως εἰς νέον. *Nouatione tollitur obligatio, veluti ſi id quod tu Seio debeas, à Titio dari ſtipulatus ſit.* Nam interuentu nouæ perſonæ, noua naſcitur obligatio, & prima tollitur tranſlata in poſteriorem, §. præterea, Inſtitut. quib. mod. tollit. oblig. *Si nauem fieri ſtipulatus ſum, & ſi non feceris cētum, duæ ſtipulationes ſunt: pura & condicionalis: & exiſtens ſequētis condicio tollit priorem: transfertque in ſe, & quaſi Nouatio prioris ſit*, l. 44. §. vlt. D. de obligationib. & actionib.

Nouatio contingere, l. 5. D. de nouationib. & contrà, *Non contingere*, l. 24. D. eod. tit.

Nouatio fieri, l. 8. §. 1. & §. ſi quis ita, l. 14. l. 31. D. de nouationib. *ſi nullam ex conſenſu Nouationē factam, & in curatorem, vel tutorem obligationem eſſe tranſlatam conſtabit*, l. 5. D. quand. ex fac. tut. *Nouatio facta*, l. 15. & l. 18. D. de nouationib. l. vlt. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 3. §. in eum, D. de admiſtr. rer. ad ciuit. *Secuta*, l. 27. D. de nouationib. *ſi Nouatio interceſſit*, l. 4. §. ſi ex conuentione, D. de re iudic. *Ceſſit Nouatio*, l. 28. D. de nouationib. *Vt Nouationi locus ſit*, l. 31. D. eod. tit. *Omnes res tranſire in Nouationem poſſunt*, l. 2. D. eod. tit. *Nouatio voluntaria*, l. 39. D. de nouationib. *ſi Nouationis cauſa hoc fiat*, l. 8. §. vlt. D. de nouationib. *Nouationis iure tolli obligatio*, §. præterea, Inſtit. quib. mod. toll. obl. *ad Nouationem faciendam cogere debitores*, l. 57. D. de admiſt. & peric.

Novellvm. Alphenus, l. 8. D. de fun. dota. *Nouellum ſucciderat, hoc vt Nouellū reponeret.*

Si Nouelletum in fundo factum ſit, l. 6. D. de impenſ. in res dotal.

Nouella conſtitutio Diui Zenonis. l. 29. C. de inoffic. teſt. *Nouella lex*, l. 160. de decurionib. in C. Th. l. 9. de profeſſorib. & medic. eod. Cod.

Nouellæ appellatæ ſunt nouæ Iuſtiniani Conſtitutiones, vt quæ Codicis editionem ſecutæ ſunt: quod & Paul. Vvarefridus in Iuſtiniano, & lib. 1. hiſtoriar. Langobardic. cap. 25. notat. exſtant legum Nouellarum Theodoſij, Valentiniani, Marcianique libri. Conſtantinus Harmenopulus, lib. 1. cap. 1. εἰσὶ δὲ νεαραὶ, αἱ τ̃ϑ τ̃ϑ νόμους βασιλέων νέαν διατάξεις, τοῦς τὰς ἀνακυπτούσας ἐπιϑέσεις γινομένας.

Novella profeſsio, l. 15. de iure fiſci in C. Th. *Superſtitio*, l. 3. de his qui ſup. religione, eod. Cod.

Nouellam matriculam & recentem, pro eodem dicunt Impp. in l. vlt. de agentib. in reb. C. Th.

Nouellæ ſectæ, in Lege Dei, Tit. 15.

Nouellum Vinum, l. 25. C. de erogat. milit. ann. lib. 11. *Statutum*, l. 9. de metallis & metall. in C. Th. Sic Arnob. lib. 2. aduerſ. gent. lib. 31. *Nouellam religionem*, eodémque lib. & 7. *Nouellam rem*, & eod. lib. 7. & lib. 2. *Nouellum nomen*, Nouellas ætates, Nouella tempora.

Novercа. *Vxor liberis ex alia vxore natis Nouerca dicitur*, l. 4. §. gradus, D. de gradib. & adfinib. *ſi adhuc Nouerca eſt, id eſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt*, §. ſocrū, Inſtit. de nuptiis. Planè Paulus quærens quomodo Nouerca intellegatur, vt ſciamus quas non liceret vxores ducere, *Quidam*, ait, *Nouercam per ſe, Patris vxorem intellegunt: ſed quod ad hanc cauſam, verum eſt nec Aui vxorē, nec Proaui duci poſſe*, l. 14. §. nunc videamus, D. de rit. nupt. Feſtus, *Nouerca dicitur quam quis, ſublatis liberis, nouam vxorem ducit, arcendæ familiæ gratia, id eſt, coërcendæ:* vel vt alij legūt, *accreſcendæ. Sponſa patris mei, Nouerca non propriè dicitur*, l. 12. D. de ritu nupt. *Nouercæ locum habet patris adoptiui vxor*, l. 14. D. eod. tit. *Nouercam prohibitum eſt ducere, quia matris loco eſt*, §. ſocrum, Inſtit. de nuptiis.

Novercalibvs *delenimentis, inſtigationibúſve corrupti parentes plerumq; malignè circa ſanguinem ſuum inferunt iudicium*, l. 4. D. de inoff. teſt. Senec. Controuerſ. 6. lib. 4. *Hic tuus eſt, quid alterum Nouercalibus oculis intueris? Nouercalia odia*, Tacit. lib. 1. Annal. *Nouus videtur eſſe homo ſeruus inter viuos manumiſsus, ſi rurſus in ſeruitutem reciderit*, l. 27. D. de adimend. legat. id eſt, *alius homo*, vt l. 98. §. aream, D. de ſolutionib. *Nouus creditor*, l. 38. D. de legat. 3. *Nouatione facta, quaſi Nouus debitor ampliatæ ſummæ*, l. vlt. §. vlt. D. de liberat. leg. *Decurio qui relegatus ad tempus eſt, impleto tempore velut Nouus in ordinem venit*, l. 2. §. reſtitutus, D. de decurionib. *Nouus illi nunc primùm heres adgnaſcitur*, l. 33. §. vlt. D. de teſtam. milit. *Iudici Nouo rem rurſum iudicandam committere*, l. 13. §. vlt. D. de vacat. & excuſ. mun. *Nouus alueus fluminis, Naturali, & priori*, opponitur, l. 7. §. quod ſi, D. de adquir. rer. dom. *Nouum Canalem in riuo collocare*, l. 3. §. ſi quis, D. de riuis. *ſi vno latere perruperit flumen, & alia parte Nouo riuo fluere ceperit*, l. 7. §. quod ſi, D. de adquir. rer. do. *ſi pontem quis Nouum velit facere*, l. 3. §. vlt. D. de itinere actúque. *Nouus conſenſus*, l. 37. D. prō ſocio, l. 13. §. qui impleto, D. locati. *Contractus*, l. 27. §. idem dicemus, D. de pactis.

Nullo circa eum Nouo facto ordine, l. 27. §. 1. D. de liber. & poſtum. *Noua Actio*, l. 98. D. de ſolutio. *Obligatio*, l. 1. D. de nouationib. §. præterea, Inſtit. quib. mod. tollit. oblig. *Petitio*, l. 11. §. eandē, D. de excep. rei iud.

Si ſolutis legatis, Noua & inopinata cauſa hereditatem abſtulit, l.3. D. de condict. indeb.

Noua Charta, l.4. D. de bonor. poſſeſſ. ſec. tabul. *Noua clauſula edicti*, l.3. D. de coniung. cum emanc. *Noua hominum conuerſatio*, §. vlt. Inſtit. de noxalib.

Nouæ ædes, l.9. D. quib. mod. vſusfr. *Noua conſtituta villa*, l.7. D. de inſtr. vel inſtrum.

Nouæ hereditates, vel ex Lege, vel ex Senatuſconſultis delatæ, Veteribus, quæ Lege 12. Tabul. deferuntur, opponũtur, l.1. §. capitis, D. ad Sc. Tertyll. *quæ ex nouis legibus veniunt hereditates*, l.11. D. de ſuis & legit. *ex Nouis legibus & hereditates & tutelæ ſic plerumque deferuntur, vt*, &c. l.7. §.1. D. de cap. minut. Nouæ autem *Leges* illic intelliguntur, quæ poſt Legem 12. Tabul. latæ ſunt: eoq; nomine Iuliæ Papiæ Leges ſignificantur, l. vlt. D. de reg. Caton. Sed & ad quaſcumque recèns latas Leges ea appellatio pertinet, l. vn. D. de condictio. ex lege.

Qui Nouas, & vſu incognitas religiones inducunt, Paul. lib. 5. Sentẽt. Tit. 21. *Nouam rem deſiderare*, l.1. D. de inſpic. vent. *Vtrùm rem cœptam perficit, an Nouam inchoauit*, l.42. §.1. D. de adquir. vel omitt. *Noua reſtitutio*, l.43. D. ad Sc. Trebell. Noua *vindemia*, l.2. D. de peric. & comm.

Nouæ Tabulæ appellantur, quibus publicè propoſitis æs alienum obæratis remittebatur, Earum fit mentio apud Ciceron. lib. 2. Officior. & 2. in Catilin. & Epiſt. vlt. lib. 5. ad Attic. Cæſar. lib. 3. de bell. ciuil. Senec. lib. 1. de Benef. cap. 4. Quintil. Decla. 336. Suet. in Iul. cap. 42.

Noua voluntas teſtatoris, l.15. D. de adimend. legat. *Nouæ vſuræ*, l.65. D. de rei vindic.

Nouum æs alienum, l.11. D. ſi quis cautionib.

Si Nouum beneficium cum alterius iniuria poſtularetur, l.12. D. ad Sc. Trebell.

Nouum dominium, l.33. §.1. D. de donationib. Noua *Dominia*, l.1. C. de præſcript. longi. temp.

Nouum edictum, l.1. §. ſi pater, D. de vent. in poſſ. Nouo *Exemplo*, Sueton. in Claud. cap. 22.

Noua inſtrumenta, l.27. D. de except. rei iudic.

Nouo iudicio agere, l.14. §. vlt. D. de aqu. & aq. pluu. Nouum *ius*, antiquo & veteri, veluti quod ex 12. Tab. proficiſcitur, opponitur, l.1. D. de heredit. pet. l.91. D. de diuerſ. regul. Tacit. lib. 2. *Callidus* & Noui *iuris repertor.*

Alias, Nouum *ius*, l.1. §.1. D. quod quiſque iuris, id eſt, *Iniquum*, vt l.3. D. eod. tit. veluti *ſi quis impetrauerit, ne debitor aduerſus eum exceptione vtatur*, dic. l.3. §. ſi is pro quo ſpopondiſti.

Ex Nouo parentium matrimonio, l.34. §. inter. D. de ritu nupt.

Nouo *more*, l.6. C. de accuſationib. *ſi Nouum negotium quod non ſit ſolitus abſens facere, tu nomine eius geras*, l.11. D. de negot. geſt.

Opus Nouum, & *Vetus*, opponũtur, l.1. §. ſi quis ædificium, D. de oper. no. nunt. & l.5. D. de ad miniſt. rer. ad ciuit. *Opus Nouum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, priſtinam faciem operis mutat*, l.1. §. opus, D. de oper. no. nunt. qui autem vetus ædificium fulcit, *Nouum opus* non facit, ſed veteri ſuſtinendo remedium adhibet, dic. l.1. §. ſi quis ædificium.

Opus Nouum nuntiare, l.3. §. opus, D. de aliena. iud. mut. l.3. §. ſi quis, D. de riuis.

Pecuniam quæ in opera Noua legata eſt, l. vlt. D. de oper. publ.

Nouum pactum, l.27. §. idem dicemus, D. de pactis. *Priuilegium*, l.12. D. ſi quis cautionib.

Nouum Vinum, veteri aduerſatur, l.4. D. de reb. credit. quod & *Nouellum* vocatur in l.10. C. de erogat. milit. anno. lib. 11. *Vetus vinum, quod non eſt* Nouum, l.11. D. de tritico, vino.

Non Nouum, l.19. §.1. D. de ædil. edic. *Nouum non eſt*, l.27. §. cum eo, D. ad L. Aquil. l.47. D. de manumiſſ. teſt. l.9. D. de verbor. obligat.

Nouum *non eſt quod poſtulas*, l.2. C. de appellationib.

Non eſt Nouum, l.3. §. vlt. D. de vſufr. acer. l.46. D. de adquir. rer. do. l.5. & l.21. §.1. D. de fideiuſſorib. l.16. D. de legib. l.4. C. de edendo.

Nec Nouum, l.5. D. de condict. indeb. *neque enim Nouum aut incognitum eſt*, l.48. D. de manumiſſ. teſt.

Novissimvm, extremum, vltimum, poſtremum, ſignificat. Varro lib. 5. de ling. Lat. A *quo etiam extremum quoque dici* Nouiſſimum *cœptum vulgo: quod mea memoria, vt Ælius Gallus, ſic ſenes aliquot, nimium Nouum verbúmque eſſet vitabant: cuius origo, vt à vetere, vetuſtius, ac veterrimum, ſic à nouo declinatum*, Nouius & Nouiſſimum. Quæ verba ex eo citat Agell. lib. 10. cap. 21. atque Ciceronem eo verbo vti noluiſſe, quod non probaret. Verùm fallitur Agell. Apud Ciceronem enim pro Roſc. Comœdo legimus, *qui ne in Nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus.*

Nouiſſimus creditor, Paulus lib. 2. Sent. Tit. 13. *Curator*, l.19. D. de tutel. & rat. *Nouiſſimus curator*, l.19. D. de tutel. & rat. Nouiſſimus *dominus bonorum*, l.2. §. vlt. D. de bono. poſſ. ſec. tab. *à Nouiſſimo herede petere*, l.18. §.1. D. de aliment. vel cibar. *Singulis liberis, vel qui eorum* Nouiſſimus *morietur*, l.37. D. de vulg. & pupill. id eſt, *extremus*, vt loquitur l.83. §. vlt. D. de legat. 3. ſiue, *qui ſupremus moritur*, vt l.9. D. de reb. dub.

Ei qui

Ei qui Nouissimus mortuus fuerit, l. 25. D. de vulg. & pup. *eius qui Nouissimus ex filiis mortuus est*, l. 34. D. ad Sc. Trebell. id est, *qui extremo mortuus est*, vt l. 84. §. vlt. D. de legat. 3. *Si non ostenderit quis Nouissimus obiisset*, dic. l. 34. *Filiæ quæ Nouissima diem suum obiisset*, l. 41. §. cū pater, D. de vulg. pup. *Nouissimus puer*, ratione eius qui ante mortuus est, l. 42. D. de vulg. & pup. *ei qui Nouissimus superuixerit*, l. 11. D. de reb. dubiis. *Vt ad Nouissimum fundus pertineat*: &, *post*, *cuius Nouissimi decessum*, &c. l. 34. D. de vsu & vsufr. leg.

Nouissimi codicilli, l. 88. §. ciuibus, D. de legat. 3.

Nisi Nouissimus totius dies compleatur, l. 6. D. de obligationib. & actionib. *Nouissimo eius temporis die*, l. 49. D. de condicionib. & demonstrat.

Nouissimo loco, l. 20. D. de heredib. instit. l. 36. D. de vulg. & pupill.

Nouissima ademptio, l. 12. §. vlt. D. de legat. *Clausula stipulationis iudicatum solui*, l. 19. D. iudicat. solui. *Condicio*, l. 51. D. de condicion. & demonstr.

Diuisio bonorum quæ Nouissima à patre facta est, l. 30. §. qui filiæ, D. de adimen. legat.

Quod ferè Nouissima parte pactorum ita solet inseri, l. 7. §. quod ferè, D. de pactis. *Nouissima parte Testamenti ita cauit*, l. vlt. D. de fideic. libert. *Eam præstationem sequendam quæ Nouissima fuit*, l. 14. §. 1. D. de aliment. vel cibar. *Rationes reddere eius temporis quod erit post Nouissimam meam subscriptionem*. l. 12. D. de liberat. leg.

In legato Nouissima scriptura erit spectanda, l. 16. D. de vulg. & pupill. *In legatis Nouissimæ scripturæ valent*, l. 12. §. vlt. D. de legat. 1. *Nouissima voluntas seruatur*, l. 6. D. de adimend. legat. id est, *suprema*, vt l. 22. D. de legat. 3. *quocumque modo testamentum Miles fecerit Nouissima voluntate rescindetur*, l. 34. D. testamen. milit. *Nouissimi iudicij ordinatio*, l. 2. C. de codicill. *quod ad causam Nouissimi iudicij pertinet*, l. 3. C. quemadm. testam. aper. *Nouissimum iudicium patris*, l. 9. C. de collationib. id est, supremum. *Si Nouissimo tempore impleri potest condicio*, l. 5. D. de heredib. instit. id est, *vltimo vitæ tempore*, vt ibidem.

Novissimè, id est, postremò, seu nouissimo loco. *Nouissimè ait D. Pius*, l. 6. D. de magistrat. conuent. *Prætor ait*, l. 1. §. vlt. D. de publican. l. 7. D. quod falso tut. *Pomponius scribit*, l. 12. §. nouissimè, D. quando dies legat.

Nouissimè inspiciemus, l. 1. D. de doli except. *Videndum*, l. 3. §. vlt. D. naut. caup. *si Nouissimè testamento fuerit adscriptum*, l. 1. §. 1. D. de his quæ in testamen. delent. *Potius hoc procedere videtur quod Nouissimè factum est*, l. 10. D. de adquir. poss. *ex eo tempore quidque æstimatur quod Nouissimè solui poterit*, l. 11. D. de re iudic.

Si merces tuæ cum ea Naue perierunt in qua Nouissimè vectæ sunt, l. vlt. §. 1. D. de L. Rod. id est, in quam translatæ sunt ex ea in quam prius illatæ fuerant.

Novitii *serui*, l. 21. D. de negot. gest. l. 17. D. de ædil. edic. id est, noui serui. Nam vt Alfenus, apud Agell. lib. 6. cap. 5. scribit, *Nouum, nouitium: & Proprium, propitium, dicimus, augere atq; intendere volentes, Noui, & Proprij significationem.* Quod mirū sibi videri, ibid. Agell. ait, cùm sit, *Nouitium, non quod magis Nouum sit, sed quod à Nouo ductum, inclinatúmque sit.* Quintil. Declamat. 376. *Nouitiis etiam seruulis ignoscitur* : Varro lib. 7. de ling. Latin. *Etiam Nouitij serui empti in magna familia, citò omnium conseruorum Nomina recto casu accepto, in reliquos obliquos declinant.* Nouitiū vtique *non tirocinio animi, sed condicione seruitutis intelligimus*, ait Venuleius. *Nam quicumq; ex venalitio Nouitiorum emptus, alicui ministerio præpositus sit, statim eum veteratorum numero esse*, l. vlt. §. vlt. D. de ædilic. edic. At in professionibus, quæ apud publicanos fiunt, eos *Nouitios* intelligimus, qui nondum anno seruierint, l. vlt. §. quoties, D. de publican.

Noxa, ait Iustinian. *est corpus quod nocuit, id est, seruus.* Noxia, *ipsum maleficium: veluti furtum, damnū, rapina, iniuria:* quę verba vti à Theophilo in Grecū sermonē conuersa sunt ita in veteri Glossario describuntur, in hunc modum. *Noxa, αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ βλάψαν. Noxia, αὐτὸ τὸ κακούργημα: οἷον κλοπὴ, ζημία, ἁρπαγὴ, ὕβρις.* Festus, *Noxa ponitur pro peccato, aut pro peccati pœna, cùm lex iubet Noxæ dedere pro peccato. Noxia apud antiquos damnum significat: sed à poëtis ponitur pro culpa.* Seruius in 1. Æneid. ad versum, *Vnius ob Noxam*, &c. *Noxam*, inquit, *pro Noxia. Et hoc interest inter Noxam & Noxiam, quod Noxia, culpa est, id est peccatum. Noxa autem, pœna.* Cornel. Frōto de differentiis vocum, *Noxa, pœna est. Noxia, culpa.* Vlpian. vero *Noxia*, ait, *est ipsum delictum*, l. 1. D. si quadrupes. Gaius etiam in Cōment. 12. Tabul. *Noxiæ appellatione omne delictum continetur*, l. 238. §. vlt. D. de verb. signi. Verùm hæc verborum proprietas sæpe confunditur. Promiscuè enim *Noxam*, & *Noxiam* Iurisconsulti dicunt, vt apparet ex l. 63. D. ad L. Falcid. coniuncta l. 4. D. de noxalib. *Noxas* item *priuatas*, & *Noxias*, indifferenter ponit Vlpian. l. 17. §. quod aiunt, D. de ædili. edic. Item *Noxis solutum*, & *Noxiis*, vt inueniet & quisquis comparabit, l. 30. D. de euictionib. cum l. 45. D. de legat. 1.

Qui ex pluribus Noxis, diuersis temporibus, experitur, ex vna Noxia serui dominium nanctus, l. 20. D. de noxalib.

Is qui Noxam *commisit*, l. 18. §. 1. D. de iudiciis, l. 17. §. quod aiunt, D. de ædilic. edic. *Si* Noxam *commisisse dicatur*, l. 32. D. de noxalib. *Si seruus inuito domino Noxiam noceat*, l. 4. D. eod. tit. *ob id quod Noxam nocuit seruus*, l. 45. §. 1. D. de legat. 1.

Noxa caput sequitur, l. 41. D. de furtis, l. 17. §. si iussu, D. de iniuriis. l. 1. §. si apud, D. depositi, l. 4. D. si ex noxali cau. l. 21. D. commodati, l. 1. §. vlt. D. de priuat. delic. l. 1. C. de noxalib. & apud Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 2. *serui quorum Noxa caput sequitur*, l. vlt. D. de noxalib.

Is cuius nomine, Noxæ iudicium acceptum est, l. 14. D. de interrogationib. id est, noxale iudicium.

Noxæ Accipere, Dare, & Dedere, Iurisconsulti dicunt. *ei qui* Noxæ *accepit*, l. 17. §. proprietarius, D. de vsufructu. *Si hominem Noxæ dedisti*, l. 69. D. de solutionib. *Si* Noxæ *dedisti seruum in quo vsufructus alienus est*, l. 4. §. vlt. D. de rei iudic. *Si seruum mihi Noxæ dederis*, l. 28. D. de noxalib. *Si seruum pigneratum Noxæ mihi dederis per iudicem*, l. 9. §. & si seruum, D. de dolo.

Si tantum Noxæ *dedisset*, l. 7. §. 1. D. quod vi, aut clam. *vt impensam præstet, aut Noxam det*, ibidem.

Noxæ *dedere quadrupedes*, l. 1. §. interdum, D. si quadrupes. *in* Noxam *dedere animal*, dic. l. 1. §. cũ arietes, D. eod. tit. Noxæ autem *dedere est animal tradere viuum*, l. 1. §. & cum.

Noxæ dedere seruum, l. 2. l. 17. & l. 22. §. dominus, D. de noxalib. & l. 16. D. de pecul. legat. l. 27. §. Proculus, D. ad Leg. Aquil. l. 6. §. vlt. D. de aqu. & aqu. l. 40. §. vlt. D. de hered. pet. l. 6. §. 1. D. de re iudic. l. 17. §. proprietarius, D. de vsufructu. Collumella lib. 1. cap. 1. *Velut* Noxæ *dedimus.*

Seruus qui furtum fecerit, damnúmve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, Noxæ *dedi potest*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 31. *Noxæ dedi seruum in solidum oportere*, l. 27. §. item si, D. ad L. Aquil. Liuius lib. 26. *Satius illi insulæ esse, quàm velut dedi* Noxæ *iniurios.* idem, lib. 21. *Velut ob* Noxam *sibi dedi postularat populus Ro.*

Noxæ dedendus erit, l. 24. §. si seruus, D. de minorib. l. 19. D. de noxalib. *Noxæ dedendo*, l. 11. D. de noxalib. *Ipsos seruos maleficij causa Noxæ dedendo*, l. 1. §. quod igitur, D. de vi & vi arm.

Facultas Noxæ dedendæ, l. 6. §. 1. D. de re iudic. *Noxæ dedendæ facultatem amiserat*, l. 1. §. si post, D. si quadrupes.

Noxæ deditus homo, l. 17. l. 19. D. de noxalib. *Seruus*, l. 61. §. vlt. D. de furtis, l. 1. §. vlt. & l. 2. D. si ex noxali cau. l. 4. §. auctoris, D. de doli except. Ouid. lib. 1. Fastor.

Noxæ *tibi deditus hostis,*
Spargitur effuso cornua Bacche mero.

Quintilia. Declamat. 9. *Alebat deuotum corpus grauior omni fame sagina, & inter* Noxæ *dedita mancipia, contemptissimus tiro gladiator.*

Inter causas adquirendi eius quod nostrum non sit, ponitur, pro *Noxæ dedito*, l. 3. §. genera, D. de adquir. possess.

Noxæ deditio, id est, *deditio ipsius corporis quod deliquit*, vt loquitur Gaius, l. 1. D. de noxalib. *Aut pro Noxæ deditione hominem relinquere*, l. 61. §. 1. D. de furtis.

Noxæ *deditio, non totius familiæ, sed eorum tantũ, vel eius qui dolo fecisse comperietur, fieri debet*, l. 2. §. ex hac, D. vi bonor. raptor. *si* Noxæ *deditio sit secuta*, l. 7. §. si quadrup. D. de dolo malo. *Noxæ deditio in solutione est quæ è Lege tribuitur*, l. 6. §. vlt. D. de re iudic. *Commissum seruorum, si domino videtur, Noxæ deditione sarcitur*, Paulus in Lege Dei, Tit. 12. *post* Noxæ *deditionem*, l. 10. D. de noxal. *Noxæ deditione liberari*, l. 27. §. vlt. D. de noxalib. Noxæ *deditione peremi actio*, l. 1. D. si ex noxalib. caus.

Agendo cum Noxæ *deditione*, vel *detracta* Noxæ *deditione, actum*, l. 4. §. vlt. D. de noxalib. act. *Detractæ* Noxæ *deditione experiri*, l. 21. §. vlt. D. de noxalib. *Tenebitur*, l. 5. D. eod. tit.

Sine Noxæ *deditione iudicium dabo*, l. 12. D. de publician. & vectigalib. *Iudicium dictare sine* Noxæ *deditione iudicium suscipiet*, l. 1. D. ne quis eum qui in ius. *Vt sine Noxæ deditione conueniatur*, l. 26. §. neque, D. de noxalib.

Tenebuntur pupillus & furiosus ad Noxam, l. 11. §. si tutoris, D. quod vi, aut clam.

Animal quod Noxiam *commisit*, l. 1. D. si quadrupes. *Si seruus tuus* Noxiam *commiserit*, §. nam si, Institut. de noxal. action.

Non oportet esse Noxiæ *fideiussori*, l. 48. D. mandati, id est, fraudi, vel damno.

Qui seruum

Qui seruum nondum Noxa *solutum dedit*, l. 72. §. qui hominem, D. de solutionib. *furtis, Noxíque solutum, præstandum*, l. vlt. D. de rer. permut. *heres generaliter dare damnatus, furtis & Noxiis solutum promittere debet*, l. 45. §. 1. D. de legat. 1. *si furto, Noxáque solutum esse promisit*, l. 3. D. si famil. furt. fec. *qui stipulatus sit, furtis, Noxíque solutum esse*, l. 30. D. de euictionib.

Porrò *qui furtis Noxáque solutum hominẽ promittit, nemini esse furti obligatũ promittit*, l. 174. D. de verbor. signif. *ex his verbis stipulationis duplæ vel simplæ, cùm hominem quo de agitur, Noxæ esse solutum: vtiliter conueniri non potest, propter eas Noxas quæ publicè coërceri solent*, l. 11. §. vlt. D. de euictionib. *Hæc stipulatio, Noxis solutum præstari? non existimatur ad eas Noxas pertinere quæ publicam exercitionem, & coercitionem capitalem habent*, l. 200. D. de verbor. signif. *Quod aiunt Ædiles,* Noxa *solutus non sit, sic intelligendum est, vt non hoc debeat pronuntiari, nullam eum* Noxam *commisisse: sed illud, Noxa solutum esse, hoc est,* Noxali *iudicio subiectum non esse. ergo si* Noxam *commisit, nec permanet, Noxa solutus videtur.* Noxas *accipere debemus priuatas, hoc est, eas quæcumque committuntur ex delictis non publicis criminibus: ex quibus agitur iudiciis* Noxalibus, l. 17. §. quod aiunt, D. de ædilic. edic.

Noxales *Actiones* appellantur, *quæ non ex contractu, sed ex* Noxa *atque maleficio seruorum aduersus nos instituuntur: quarum actionum vis & potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditione eius corporis quod deliquerit, euitare litis æstimationem*, l. 1. D. de noxalib. actionib. *ex maleficiis seruorum* Noxales *actiones proditæ sunt*, Institut. de noxal. action. Vetus glossarium, Noxalis *actio*, Ἀγωγὴ ἡ ἔκδοσιν ζητοῦσα τῷ ὑφορωμένῳ. *si seruus sua voluntate id admiserit, competere* Noxale, *vt in ceteris maleficiis*, l. 7. §. siue, D. arbor. furt. cæs. *si quis missum in possessionem, cùm esset in aliena potestate, non admiserit,* Noxalem *actionem eo nomine competere*, l. 17. D. de dam. infec. Ac planè Noxales actiones olim filiorum fa. nomine in patres dabantur, vt Iustinian. testatur in §. sed veteres, Instit. de noxalib. cuius verba apertius explicans Theophil. ibidem, ταύτας δὲ τὰς Νοξαλίας ἀγωγὰς οἱ παλαιοὶ καὶ ἐπὶ τῆς υἱῶν τῶν ὑπεξουσίων, καὶ ὅτι θυγατέρων προσδέχονται. id quod confirmatur l. 5. §. is quoque ex cuius, D. de obligat. & act. Argumento etiam est, quod Paulus lib. 2. Sentent. Tit. 32. ait, *filiusfa. si furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur: quia in omnibus* Noxa *caput sequitur*. Sed hoc Iustiniano meritò displicuit in dic. §. sed veteres.

Per se autem nullæ sunt Noxales actiones. Neque enim hoc proprium est & speciale certæ alicuius actionis nomen, sed qualitas quædam accedens actionibus quæ ex admissis seruorum aduersus dominos instituũtur. veluti, Noxalis *Aquiliæ actio*, l. 19. D. de noxalibus. *de dolo* Noxalis, l. 16. D. ad exhibend. l. 9. §. hæc de dolo, D. de dolo. *furti* Noxalis, l. 22. D. commodati, l. 22. C. de furtis. *Noxalis vi bonorum raptorum actio*, l. 2. §. vi bonorum, D. vi bonor. raptor. Noxales *actiones constitutæ sunt, aut Legibus, aut Edicto Prætoris. Legibus, veluti furti, lege* 12. *Tabul. dãni iniuriæ, lege Aquilia. Edicto Prætoris, veluti iniuriarum, & vi bonorum raptorum*, §. sunt autem, Instit. de noxalib. actionib.

Eodémque modo Noxalia *Interdicta*, ob delictum seruorum quos in potestate habemus, aduersus nos competunt, puta si quem vi deiecerunt, vel vi aut clam opus fecerunt, l. vlt. D. de interdict. *Noxalis* quoque appellatur illa actio, quæ ob pauperiem datur, l. 1. §. & cùm etiam, & §. si commune, D. si quadrup. paup. & Instit. eod. tit. in prin.

Noxalis *actio, & Directa*, opponuntur, §. omnis autem, Instit. de noxalib. act. *eum de quo* Noxalis *actio est*, l. 1. D. si ex noxal. cau. *Actio Noxalis caput sequitur*, l. 20. D. de noxalibus, & l. 61. D. de furtis §. dominus, Instit. de noxal. action.

Noxali *actione agi*, l. 22. §. vlt. D. de noxalib. *Cõueniri*, l. 2. C. eod. tit. *Obligari*, l. 39. §. 1. D. eod. tit. *Ad* Noxalem *causam transire*, l. 4. §. vlt. D. de noxalib. *ex Noxali causa agi*, Rubrica, si ex noxali cau. agat. & l. 12. D. de noxalib. *si seruum ex causa* Noxali *patiatur duci*, l. 36. D. de procuratorib.

Seruus cuius nomine Noxale iudicium dominus acceperit, l. 14. D. de his qui not. infam. *si quis pro seruo Noxale iudicium acceperit*, l. 42. §. 1. D. de noxalib. *Is cuius nomine* Noxale *iudicium acceptum est*, l. 42. D. eod. tit. *ante* Noxale *iudicium acceptum*, l. 8. eod. tit.

Noxale *iudicium dabitur*, l. 5. D. de noxalib. Noxale *iudicium recusare*, l. 29. D. eod. tit. *Serui nomine* Noxale *iudicium reddendum*, l. 1. D. ne quis eum qui in ius.

Noxali *iudicio agi*, l. 21. & l. 27. D. de noxalib. l. 3. D. si ex noxalib. *Conuenire*, l. 3. & l. 4. C. de noxalib. *Conueniri*, l. 3. D. de publican. l. 42. §. vlt. D. de noxalib. *dominus* Noxali *iudicio, serui sui nomine, conuentus*, §. 1. Instit. de noxalib.

Noxali *iudicio experiri*, l. 3. §. si quis noxali, D. ad exhibend. *Teneri*, l. 8. & l. 27. §. vlt. D. de noxalib.

Seruum dominus Noxali iudicio defendit, l. 16. D. de peculio lega. *si vnus ex coheredibus* Noxali *iudicio seruum hereditarium defenderit*, l. 25. §. si vnus, D. de noxalib. *Statuliberum heres Noxali iudicio defenderat*, l. 61. §. vlt. D. de furtis.

Interdum absolutè, *Noxali agere*, & *Agi* dicunt, id est, Noxali iudicio. *si seruo suo non præceperit dominus, sed ipse sua voluntate id admiserit, competere Noxale, vt in ceteris maleficiis*, l. 7. §. Iunt autem, D. arborum furt. cæsar. *si alieni serui nomine Noxali tecum egerim*, l. 28. D. de noxalib. *si cum vno ex dominis Noxali agetur*, l. 4. D. si ex noxali.

Noxali condemnatus, l. 4. §. vlt. D. de re iudica. *Noxali experiri*, l. 21. §. vlt. D. de noxalib.

NOXIVS *seruus*, qui noxam commisit, aut nocuit, l. 7. D. de noxalib. *vt Noxium seruum adgnoscat*, l. 3. §. si quis noxali, D. ad exhibend. *si Noxios seruos habuit*, l. 27. §. Proculus, D. ad L. Aquil. *si quis quem eorum seruum seruámve, qui eius facinoris Noxius erit*, l. 3. §. si quisquam, D. de Sc. Silan.

NVBERE dicitur mulier viro, quæ in matrimonium conuenit, quæque vxor ducitur, l. 23. D. de condic. instit. l. 17. D. de annuis legat. *Mulierem absenti per litteras eius, vel per nuncium posse* Nubere *placet*, l. 5. D. de ritu nuptiar. *fœmina absens* Nubere *non potest*, Paulus lib. 2. Sentent. Tit. 19. Nubere *pupilla suo arbitrio potest*, l. 20. D. de ritu nuptiar. *mulieres dotes saluas habere propter quas Nubere possunt*, l. 2. D. de iure dotium *ceteris omnibus* Nubere *prohibetur*, *& Titio cui inhoneste* Nuptura *sit, cùm* Nubere *iubetur*, l. 63. in fi. D. de condicionib. & demonstr. *cùm alij cuilibet satis commodè possit Nubere*, ibidem. *dummodo filia tali* Nubat, *cuius condicionem certum sit patrem non repudiaturum*, l. 11. D. de ritu nuptiar. *si ita legatum esset, cùm Nubserit: si Nupta fuerit, & hoc testator sciisset, alterum matrimonium erit exspectandum*, l. 68. D. de condicionib. & demonstrat. *Cum vir vxori, si à liberis ne* Nubserit, *vel si à liberis impuberibus ne* Nupserit *legat*, l. 62. §. vlt. D. eod. tit. *Cum in familia* Nubserit, l. 21. D. de optio. vel. elect. lega. Nubere *parata mulier*, l. 31. D. de condicion. & demonstr.

Debitori suo Nuptura, l. 77. D. de iure dot. *Nuptura filiofamilias*, l. 57. D. de iure dot. *quæ postea testatori ciuiliter Nupta est*, l. 28. §. si quis eo, D. de liber. & post. *cùm desierit* Nupta *esse*, l. 14. D. de oper. libertor.

Cùm vir Nubit, l. 31. C. ad L. Iul. de adulter. Sic & Tacitus lib. 15. Annal. Neronem *vni ex cõtaminatorum grege, cui nomen Pithagoræ fuit, in modum sollemnium coniugiorum denupsisse*, narrat *inditum Imperatori flammeũ, auspices* quoque interueniſſe, *& Genialẽ torum, & faces* Nuptiales: *cuncta denique spectata, quæ etiam in femina nox operit*. Suetonius quoque in Nerone cap. 28. eundem Imperatorem, *cum dote, & flammeo, per sollemne nuptiarum, celeberrimo officio deductum ad se, puerum Sporum pro vxore habuisse*, refert. Idem Suetonius in Nerone cap. 29. *sicut ipsi Sporum, ita ipsum Dorisphoro liberto denupsisse*, memorat. vnde Iuuenalis Sat. 2.

Quid quæris? Nubit *amicus.*

Nubilis ætatis filia, l. 10. D. de condicion. & demon.

NVCVM fit mentio in l. 205. D. de verbor. signif. vbi *Nuces* appellatione Pomi contineri traditur. Macrobius vtique lib. 3. Saturnal. cap. 19. *Nuces* ex quorumdam sententia dici, *omne pomum quod foris duro tegatur, & intus habeat quod esui est*, scribit: & *Malo* distingui docet. Nucum etiam genera idem eiusdem lib. cap. 18. enumerat.

NVCLEI *Oliuarum*, l. 167. D. de verbor. signif. l. 55. D. de legat. 3.

NVDATÆ *res propter iacta*, l. 4. §. vlt. D. de L. Rod.

Post Nudata *vtriusque intima*, l. 3. §. 1. D. de recept. qui arbitr.

NVDVS, id est bonis exutus. *qui* Nudus *amissis bonis exulat*. l. 7. D. de capite minut.

Nudum μεταφορικῶς Iurisconsulti pro mero & solo vsurpant. Paulus lib. 5. Sententiar. Tit. 2. *Nudo animo adipisci possessionem non possumus, retinere tamen Nudo animo possumus.* id est solo animo.

Nudus *consensus*, solus, sine verbis, litteris, scriptura, l. 52. §. vlt. D. de oblig. & actionib. *Emptio vel venditio, vel locatio, consensu Nudo contrahi potest*, l. 80. D. de solutionib. *Locationes, Conductiones, neque verba neque scripturam vtique desiderant, sed* Nudo *consensu conualescunt*, l. 14. D. locati. in huiusmodi enim contractibus quibus *Consensu fiunt obligationes, neque verborum neque scripturæ vlla proprietas desideratur: sed sufficit eos qui negotia gerunt, consentire*, l. 2. D. de oblig. & act. l. 4. D. de fide inst. & Instit. de consensu obligat. Nudo *consensu constitui obligationem in his duntaxat negotiis receptum est, quæ* Nomen *suum habent*, l. 1. D. de rerum permutat. Nudi *consensus obligatio contrario consensu dissoluitur*, l. 33. D. de diuers. regul.

Etiamsi Nudo consensu placuerit vt redhibeatur, l. 31. §. illud, D. de ædilic. edic. id est, sola conuentione de redhibendo: quam quidem non facere locum actioni in factum ad pretium reciperandum, nisi re ipsa redhibitio interceſſerit, Vlpian. ibid. ait.

Sufficit Nudus *consensus ad constituenda sponsalia*, l. 7. D. de sponsalib. in his enim nihil interest, *vtrum testatio interponatur, an aliquis sine scriptura spondeat*, l. 6. D. eod. tit.

Non Nudo cõsensu patria liberi potestate: sed actu sollẽni, vel casu liberantur, l. 3. C. de emãcipat. liber.

Dictum

Dictum accipimus, quod verbo tenus pronuntiatum est, Nudóque sermone finitur, l.19.§.1.D. de ædilic.edic.

Nudus *vsus, id est sine fructu*, l.1.D.de vsu & habit.l.3.§.vlt. D. de vsufructu. Nudis *adseuerationibus, licet vtrique consentiant, filij, ciuili iure, patri non constituuntur*, l.14.C.de probationib.

Nuda *cautione*, l.2.§.sed si dubitetur, D.de iudiciis, id est *sola promissione, non satisdatò*, vt ibidem. Atque eodem modo Nuda *promissio, Cautioni* aduersatur, l.63.§.id quod, D. pro socio. vt Nuda *repromissio, Satisdationi*, l.1.§.stipulationum, D.de stipulationib.prætor. *non debet satisdare qui duplam promittit: sed sufficit* Nuda *repromissio*, l.56.D.de euictionib.

Alibi, Nuda *promissio*, siue *Pollicitatio, Stipulationi* opponitur. *Promissum potest referri & ad* Nudã *promissionem siue pollicitationem, & ad sponsum*, l.19.§.1. D.de ædilic. edic.

Nuda *conuentio* interdum est, *quæ placiti finem sortitur*, vt loquitur l.27.C.de locato. quę nullum negotium gestum, siue συνάλλαγμα in se habet. *si pactio interceßit ob indicium, hoc est, vt si indicasset, adprehensúsque esset fugitiuus, certum aliquid daretur: Conuentio ista non est Nuda, vt quis dicat ex pacto actionem non oriri: sed habet in se Negotium aliquid*, l.15.D.de præscript.verb.

Interdum verò Nuda *conuentio* est, quæ solo & Nudo consensu nititur, absque vlla rei traditione. *pignus contrahitur, non sola traditione, sed etiam* Nuda *conuentione*, l. 1. D. de pignerat. act. *si* Nuda *conuentione pignus contractum fuerit*, l.33.§.si rem, D.de vsurpationib. hoc est, *sola conuentione*, vt loquitur l. 44 §. nõ mutat, D.eod.tit. siue, *per pactum cõuentum: cùm quis pactus est, vt res eius propter aliquã obligationẽ sint hypothecæ nomine obligatæ*, l.4. D.de pignorib.l.4. D.de fide inst.

Emptio, Nuda *conuentione dissoluitur, si res secuta non fuerit*, l.5.§.vlt. D.de rescind.vendit.

Satisfactum accipimus quemadmodum voluit creditor, vel Nuda *conuentione*, l.9.§.omnis, D. de pignerat.act.

Nuda *pactio*, cùm nulla subest causa propter conuentionem: cuiusmodi pactio obligationem non parit, sed exceptionem, l.7.§.igitur, D.de pactis. *Alioquin dicendum ex omni contractu* Nuda *pactione pecuniam creditam fieri posse*, l.34.D.mandati.

Ex Nuda *pollicitatione, nulla actio nascitur*, Paul.lib.5.Sentent. Tit.12. Nuda *pollicitatione ad præstanda ea quæ promiserat, vrgeri quemquam, non semper iura permittunt*, l.5.C.de contrah. stipul.

Aliàs Nuda *pollicitatione*, est, verbo, absque scriptura. *siue chirographum eo nomine dederit, siue* Nuda *pollicitatione repromiserit*, l.10. D. de his quæ vt indign.

Nudum *ius Quiritium*, id est merum, Rubr.de Nudo iure Quirit. toll. Cod.

Nudum *pactum*, quod vetus Glossarium ψιλὸν vertit, intelligitur merum & solum placitum, quod absque aliquo negotio gesto, aut causa aliqua subsistente, interuenit. *ex Nudo pacto actionem iure nostro nasci non posse*, l.27.C.de locato. *Quod dici solet ex pacto actionem non nasci, tunc locum habet cùm pactum Nudum est: alioquin cùm pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit, vtilis est condictio*, l.10.C.de pactis. *nec videri* Nudum *pactum interuenisse, quoniam certa lege dari probaretur*, l.8.D.de præscript.verb. Nudo *pacto interueniente minimè donatorem de euictione teneri*, l.2.C.de euictionib.

Interdum rectè Nudo *pacto fiet compromissum: vt puta si ambo debitores fuerunt, & pacti sunt ne petat quod sibi debetur qui sententiæ arbitri non paruit*, l.11.§.interdum, D.de recept. qui arbitr.

Si pactum Nudum *de præstandis vsuris interpositum sit, nullius est momenti. ex* Nudo *enim pacto, inter ciues Romanos actio non nascitur*, Paulus lib.2.Sentent.Tit.14. *etiam ex Nudo pacto debentur ciuitatibus vsuræ creditarum ab eis pecuniarum*, l.30.D.de vsuris. *Traditionibus dominia rerum, nõ* Nudis *pactis transferuntur*, l.20.C.de pactis, id est solis conuentionibus nulla secuta, seu intercedente traditione. Constantin Hermenopul.lib.1.Tit.6. ψιλὸν σύμφωνον ἐστιν, ὅπερ μὴ παραγγόσιται δόσις ἄλλα μόνον συζῆν ὅτι δόσει. Vet. Glossar. *Nudum pactum est, quod ab omnibus sollemnibus destitutum est.*

Domicilium re, & facto transfertur, non Nuda *contestatione*, l. 20.D.ad municipal. *bonorum possessio, vnde cognati*, Nudam *habet Prætoris indulgentiam*, l.1.D.vnde cognati. non enim ex iure ciuili, sed ex iure Prætorio originem habet.

Nuda *interrogatio*, quę non fit per tormenta, vel corporis dolorem, ad eruendam veritatem, l.15.§.quæstionis, D.de iniuriis.

Quæ ad Nudam *laudem serui pertinent*, veluti, si commendandi serui causa, dixerit, frugi, probum, dicto audientem, l.19.D.de ædilic.edic.

Nuda *possessio*, quæ non habet mixtam proprietatis causam. *Seruiana etsi in rem actio est*, Nudam *tamen possessionem auocat*, l.66.D.de euictionib. *Ei qui possessionem non sui fundi, metu coactus, tradidit, abest* Nuda *possessio*, l.21. §.1.D.quod met.cau. non enim dominium quod penes eum non erat, sed sola possessio traditione ea abscessit. *si quis fortè, non de proprietate, sed de possessione* Nuda, *controuersiam fecerit*, l.38.§.si quis fortè, D.de verbor.oblig.

Nuda Proprietas, à qua vsusfructus abest, l.34. D. de rei vindic. l.18. §. si nuda, D. de pigner. act. l.29. & l.36. l.72. D. de vsufructu, l.4. l.78. §. vxor viro, D. de iure dot. l.8. D. de vsu & vsufr. leg. l.27. §. iubet, D. ad L. Iul. de adulter. l.33. D. de rei vindicat. l.2. D. quib. mod. vsusfruc. l.18. §. 1. D. de pignerat. act. vt loquitur, id est *proprietas sine vsufructu*, vel *detracto vsufructu*, l.56. §. qui proprietatem, & l.126. §.1. D. de verbor. obligat. & l.36. §.1. D. de vsufructu. *Nulla vtilitas erit Nudæ proprietatis semper abscedente vsufructu*, l.8. D. de vsu & vsufr. lega.

Nudæ proprietatis dominus, l.33. D. de rei vindicat. id est *qui solam proprietatem habet*, vt loquitur l.15. D. qui satisd. leg.

Nuda ratio, vbi aliquid quasi debitum in rationes refertur, cùm tamen nulla debiti causa præcesserit. *Si dominus in rationes suas referat se debere seruo suo, cùm omnino neque mutuum acceperit, neque vlla causa præcesserat debẽdi, Nuda ratio non facit eum debitorem*, l.49. §. vlt. D. de peculio. *Nuda ratio non facit aliquem debitorem: vt puta quod donare libero homini volumus, licet referamus in rationes nostras debere nos*, l.26. D. de donationib.

Nuda res, absque accessionibus veluti fructibus, partu, & omni causa, l.1. §. hanc actionem, D. depositi.

Nec vllam Rationem Nuda duntaxat debiti solutione incipere, l.6. §. rationem, D. de edendo.

Nuda traditio, quæ iusta & ad dominium transferendum habili & idonea causa non nititur. *Numquam Nuda traditio transfert dominium, sed ita. si venditio aut aliqua iusta causa præcesserit, propter quam traditio sequeretur*, l.31. D. de adquir. rer. domin.

Nuda & imaginaria venditio pro non facta est, l.55. D. de contrah. empt.

Cùm Nudam muneris vacationem acceperint, l.13. D. de vacat. & excusat.

Sufficiet ad bonorum militis diuisionem faciendam Nuda voluntas testatoris, l.1. D. de testam. milit. id est, *Sola*, vt loquitur l.127. D. de legat. 1. *Sicut hereditatem miles, Nuda voluntate, dare potest, ita & adimere potest*, l.15. §.1. D. de testam. mil. *adimere adsignationem etiam Nuda voluntate poterit*, l.1. §. is quoque, D. de adsignand. libert. *Non solùm legata, sed & fideicommissa adimi possunt, & quidem Nuda voluntate*, l.3. §. vlt. D. de adimen. legat. *Nuda voluntate fideicommissa infirmantur*, l.18. D. de legat. 3. *Nuda voluntate potest dominus seruo remittere quod ei debet*, l.6. §.1. D. de pecul. lega.

Quod principio beneficij ac Nudæ voluntatis fuerat, cõuerti in mutuas præstationes, l.17. D. cõmodati.

Emptio ac Venditio, Nuda contrahentium voluntate contrahitur, l.1. D. de rerum permutat. *post traditionem interpositam, Nuda voluntas non resoluit emptionem*, l.1. C. quãdo liceat ab empt. disced. *Nuda voluntate resolui obligatio*, l.3. D. de rescind. vendit. id est, *Nuda conuentione*, vt l. 5. §. vlt. D. eod. tit. *Quomodo cùm semel cœperit actio, Nuda voluntate tolletur?* l.9. D. de nego. gest. Seneca lib. 6. de Benefic. cap. 10. *Beneficium enim Nuda voluntas non efficit.*

Interdum etiam sine traditione Nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam, l.9. §. interdum, D. de adquir. rer. dom. §. interdum, Instit. de diuis. rerum. *Nudæ voluntatis mendacio*, l.1. C. de collus. deteg.

Si quis vacuam possessionem tradi promiserit, non Nudum factum hæc stipulatio continebit, sed causam bonorum, l.52. D. de verbor. oblig.

Nudum ius Quiritium, id est merum, Rubr. de Nudo iure Quirit. toll. Cod.

Adimendum mulieribus fuit id officium (videlicet intercessionis) *in quo non sola opera, Nudúmque ministerium earum versaretur*, l.1. D. ad Sc. Velleian.

Ne *Nudum nomen sui heredis noceat matri*, l.2. §. liberi, D. ad Sc. Tertyll. id est, *inane*, & sine re, vt l.3. C. de inoffic. donationib. & ita quoque *Nudum nomen*, apud Iustinum lib.40. Symmachus in Relatio. ad Theodos. Epist. 54. lib. 10. *Nudum quodammodo nomen immunitatis requirunt.*

Nudum præceptum testatoris, l.38. §. Iulius, & l.93. D. de legat. 3. *Nudum* autem *præceptũ* reliquisse videntur, *qui testamento vetant quid alienari, nec causam exprimunt propter quam id fieri velint*, l.114. §. diui, D. de legat. 10. *mandari potest procuratori præsenti & Nudis verbis*, Paulus lib. 1. Sentent. Tit. 3. hoc est communibus & vulgaribus verbis, non certis neque conceptis.

In res NVGATORIAS, *temporibus consumptis*, l.17. §. erronem, D. de ædilic. edic.

NVLLIVS *esse res*, dicũtur, quæ in nullius priuatim bonis sunt, sed iure gẽtiũ omnibus vacãt & occupanti cõceduntur, l.51. D. de cõtrah. empt. §. litorum, & §. ferę, Instit. D. de diuisio. rer.

Aliàs *Nullius esse* dicuntur, quæ in patrimonio commercióque hominum non sunt, veluti res sacræ, sanctæ, religiosæ, §. nullius, Instit. de rer. diuis.

Nulla Actio, quæ exceptione repellitur, l.7. §. seruus, D. de dolo. *Nullam Actionem videtur habere quæ propter inopiam aduersarij inanis est*, l.6. D. eod. tit.

Cum lite mortua, Nulla res sit, l.2. D. iudicat. sol.

Nulla aditio est, l.51. §. vlt. D. de adquir. rer. do. id est nullas vires habet. *Nullam esse vẽditionem, nullúmque*

nullúmque decretum, l.5.§.ſi æs, D.de reb.eor. *Nullum fideicommiſſum erit*, l.41. §.cùm filiæ, D.de vulg. & pup. *Nullum legatum erit*, l.75.§.1.D.de legat.1.

Nullum autem *eſſe*, in iure ciuili, dicitur quod nullius momenti eſt, quod non valet, neque conſiſtit. Exempla cuiuis obuia conſulto prætermitto, ne opera & otio abuti videar. *condiciones pro Nullis habendas*, l.D.de condicionib.& dem.

ſi Nullus ſit, id eſt, non ſit in rerum natura, l.1.D.hered.vel act.

NVM, id eſt an, l.7.§.vlt.D.comm.diuid.l.5. §.ſi quis ex his, D.de agnoſcend. & alend.l. 57.D.de euictionib. Et ita, *Num non*, id eſt, an non, l.25.§.adeò, D.de heredit. petit. *Num alienum eſt?* l.4.D.de gradib.& adfinib. *Num fortè*, l.16.D.de minorib.

NVMQVID, id eſt, vtrúmne, l.2.D.quis ordo in poſſeſſione, l.8.§.ſi condicioni, D. de inoff.teſtam.

NVMEN, ait Feſtus, *quaſi nutus dei, ac poteſtas dicitur. perquam timidi metu diuini Numinis, vſque ad ſuperſtitionem*, l.8.§.1.D.de condicionib.inſtit. *reſpectu diuini Numinis ita iurat*, l.33. D. de iure iurãd. *Numinis* autem nomen, paſſim Impp.in ſuis reſcriptis & cõſtitutionibus ſibi adrogant: quo loquẽdi genere ſæpe eis blãditur Symmachus, veluti, Epiſt.12.lib.10. *Olim me, vt res indicat, cogitationes Numinis veſtri, ſecundo fauore reſpiciunt.* Et Epiſt.23.eiuſdem lib. *Mihi ſummus eſt fructus felicitatis, vt, coràm, veſtrum Numen aduenerer.* item Epiſt.32. *Oraculo Numinis veſtri.* & Epiſt. 35.& 41. *ſacrum Numinis veſtri Oraculum.* & Epiſt. 40. *Veſtri Numinis veneror ſanctiones.* Similia his exempla exſtant Epiſt.27.30.52.53.55.57.& 58.eiuſd.lib. Quod Proſper ridet lib. de promiſſ.& prædict.cap.7.

NVMERARE, interdum eſt, adnumerare, connumerare, cõputare. *etiamſi ſuam perſonam Numeret in partibus faciendis*, l.1.§.vlt.D.de collat.bonor. *Plures Rei ſtipulandi vel argentarij, vnius loco Numerabũtur*, l.9.D.de pactis. *quoad incipiat inter ſeniores Numerari*, l.63.§.vlt.D.de legat.3. *ex perſona rei etiam defenſor Numerabitur*, l.11.§.hoc iure, D.de except.rei iudic.

Emancipatæ filiæ tutelam Numerari inter onera, l.15.§.Vlpianus, D.de excuſationib. *Prima origo à matre, eóque die quo ex ea editus eſt, Numerari debet*, l.9. D. ad municipal. *Ex furtiuis equis nati in fructu Numerantur: at partus ancillæ non Numeratur in fructu*, l.48.§.ex furtiuis, D.de furtis.

Vtrùm annus ex die datæ pecuniæ Numerari debeat, an potius ex quo cognouit, l.6. D. de calumniatorib.id eſt, *Computari*, vt loquitur l.21. D.ad L. Aquil.

Annus ex quo tempore eſſet Numerandus, vtrùm ex die ſtipulationis factæ, an ex die Nuptiarum, l.48. D.de iure dot. *eum annum quem quis ingreſſus eſſet, pro impleto Numerari*, l.74.§.vlt.D.ad Sc.Trebellian. *Vltrà quinquennium poſt additionem Numerandum*, l.1.§.quod dicitur, D. de ſeparationib. id eſt, *Computandum*, vt loquitur l.16. D. de excuſationib. *Sexaginta dies à diuortio Numerantur*, l.30.D.ad L.Iul.de adulter. *Dies bonorum poſſeſſionis vtiles eſſe ſed non ſeſſionum Numerabuntur*, l.2. §.1. D. quis ordo in poſſeſſionib. *Numerari quinquennium*, apud Senecam, Controuerſ.5. lib.2.

Numerare etiam, eſt ſoluere, dare. *Dotem ex cauſa promiſſionis Numerauit*, l.41. D. ſoluto matr. *Vſuras Numeratæ dotis*, l.42.§.vſuras, D.eod.tit. *Cùm indebitum impuberis nomine tutor Numerauit*, l.57.D.de condict.indeb. *In duas cauſas videri eum Numeraſſe, & in debitum ſuum, & condicionis gratia*, l.44.D.de ſolutionib.

Numerare pecuniam, id eſt, ſoluere, l.20. D.de fideiuſſor. *qui mortis cauſa pecuniam donat, Numerat pecuniam*, l.19.D.de reb.credit.

Numerari pecunia, l.32.D.de ſolutionib.l.19.D.de manumiſſionib. *Pecuniam ex pretio redactã ei Numerari cui legata ſit*, l.16.D. famil. erciſc. *Solutam pecuniam intelligimus vtique naturaliter, ſi Numerata ſit creditori*, l.49.D.de ſolutionib. *Donationis cauſa pecunia Numerata*, l.33.§.1.D.de donationib.

Pecuniæ nomine, non ſolùm Numerata pecunia ſed omnis res continentur, l.22. D. de verbor. ſignification. Attamen hæc Sc.Macedoniani verba, *Mutuam pecuniam dediſſet*, ad *Numeratam pecuniam referri*, ait Vlpian.l.7.§.mutui, D.de Sc.Macedo.

Si in hereditate ſit Vinum, Oleum, Frumentũ, Numerata Pecunia, l.6.D.de iure deliber. *In Pecuniã Numeratam condemnatur*, l.13.§.vlt.D.de re iudica. *Colonus qui ad pecuniam Numeratam conduxit*, l.25.§.vis maior, D.locati. *Cui certum pondus argenti dare heres iuſſus ſit, ei pecuniam Numeratam dando, iure ipſo liberabitur*, l.1.§.1.D.de auro, argent.leg. *Si nihil præter Numeratam pecuniam legatum ſit*, l.vlt.D.de adimend.legat. *In his rebus quas præter Numeratam pecuniam doti vir habet*, l.66. D.de ſolut.matr. *Qui certam pecuniam Numeratam petit*, l.1.D.de condict. triticiar. *Si dumtaxat pecuniam Numeratam præſtari voluiſſet*, l.95.D.de legat.3. *Si vſufructus pecuniæ Numeratæ legatus fuerit*, l.44.D.de ſolutionib.

Non Numeratæ pecuniæ exceptio, l.vlt.D.de dote cau.non numer. & l.3.l.7.l.8.l.11.& l.12.C. de non numer.pecun.§.1.Inſtit.de exceptionib.*De pecunia minimè Numerata exceptionem opponere*,Inſtit.de liter.oblig. Ceterùm *Non numeratæ pecuniæ exceptio*,quam Theophilus τὴν τῆς Ἀναρρυθείας παραγραφὴν vertit, *ibi locum habet, vbi quaſi credita pecunia petitur: Cùm autem ex præcedente cauſa debiti, in chirographum quantitas redigitur,non requiritur, an tunc cùm cauebatur,Numerata ſit,ſed an iuſta cauſa debiti præceſſerit*, l.5.C.de non numer.pecun.

Numerare pretium,l.25.§.1.D.de vſufructu.*Si maritus non totum pretium Numerauerit*,l.7.§.eleganter,D.de donat.int.vir. *Quod Numeratur venditori vt pretium*, l.27.D.de ædilic.edic. *Placito pretio non Numerato*,l.9.C.de contrah.empt.

In Numerato habere aureos,l.96.D.de legat.1.*Pecuniam*,l.5.§.non paſſim,D.de reb.eor.vbi, *in Numerato habere*,&,*in Nominibus*,ſeparantur,vt & l.vlt.D.de donationib.

NVMERATIO *Pecuniæ*,l.7.D.de reb.credit.l.95.§.naturalis,D.de ſolutionib.*Pretij*, l.25.§.1. D.de vſufructu,l.2.D.de contrah.empt.*Sæpe ad hoc commodantur pecuniæ,vt dicis gratia,Numerationis loco intercedant*,l.4.D.commodati.Seneca Epiſt.18. *Delegabo tibi Epicurum, ab illo fiet Numeratio.* Idem Epiſt.26.*Putas me non dicere vnde ſumpturus ſim mutuum: ſcis cuius arca vtar: exſpecta puſillum & de domo fiet Numeratio.*

Non omnis Numeratio eum qui accepit obligat,l.19.D.de reb.credit.*Dotem Numeratio,non ſcriptura facit*,l.1.C.de dote cauta.*In Numerationibus aliquando euenit, vt vna Numeratione duæ obligationes tollantur vno momento*,l.44.D.de ſolutionib.& liberat.*Numerationem facere*, l.9.C.de donatio. inter vir.

Numeratione viginti milium paſſuum facta, l.1. §.ſi præſes, D. quis ordo in poſſeſſionib. id eſt, *Dinumeratione*, vt l.1.D.qui ſatisd.cogan.& §.qui autem excuſare,Inſtit.de excuſationib.

NVMERARII dicebantur, qui in officio Præfectorum prætorio,Conſularium, Præſidum, Ducum, Magiſtri officiorum, necnon & in ſcholis, numeros, agebant, rationes & chartas publicas adminiſtrabant, tractabántque,vt loquitur l.6.de numerar.in Cod.Th.*Numerarios Prætorianæ ſedis, penes quos publicarum rationum notitia conſiſtit*, Nouell. Theod. & Valent. de Officior.& numerar.præfector.eos *Chartarum notitiam habuiſſe*,ait l.7.de numerariis,in Cod. Th.Iſidor.autem lib.9.Etymolog.cap.3.*Numerarios* vocatos ſcribit *eos, qui publicum numerum ærariis inferunt.*

Numerarius officij ampliſſimæ ſedis Prætorianæ, l.vlt.C.de fabricenſib. lib.10. *Numerarij Præfecturæ,vel vicariæ Poteſtatis*, l.omnis,de iis quæ adminiſtratib.vel offic.publ.in C.Th. *Comitum inluſtrium virorum*,l.4.de exſecutorib.& exactorib. eod. Cod. *Numerariis apparitionis magiſtri equitum*,apud Ammian.Marcellin.lib.19.*Numerarius ſcholæ*,l.vlt. C.de priuileg. ſcholar. lib. 12. *Numerarij & magiſtri eorum*, l.8.de numerar.actuar.& ſcrin.C.Theod.

Numerariorum Corpus,l.1.de primic.& notar.C.Theod. *Faſtus vel rapaces quæſtus*, l.3.de priuileg.eor.qui in ſacr.pala.milit.lib.12.Et ita,*Numerarios* accipe, l.vlt.& toto Tit.de Numerariis,lib.12.Cod.l.vlt.C.de fabricenſib.lib.11.l.1.C.de apoch.public.lib.10.& l.vlt.C.de executorib.& exactorib.eod.lib.173.de decurionib.in C.Th.Inuenitur & hoc verbum apud Sidon. Apoll.lib.1.Epiſt ad Montium,& apud D.Gregor. Epiſt. 26.& 27. in lib.de Miraculis Protomart.Stephani,qui ſermonibus D.Auguſtini inſeritur.

Valentinianus autem & Valens tandem conſtituerunt, vt qui *Numerarij appellari conſueuerant, Conſularium ac Præſidum dumtaxat*, hi *Tabularij* in poſterum vocarentur, l.2. C. de numerariis.Eáque de cauſa Tribonian.in l.4.eod.tit.ad hæc verba, *In prouinciis ſingulis, duo Numerarij collocentur*, de ſuo addidit,*qui & Tabularij*, vt apparet ex l.12.eod.tit. in Cod. Th.Similitérque in l.13.C.de ſuſceptorib.præpoſit.his verbis *duos Tabularios*,adieciſſe eum,ſeu,*Numerarios*, liquet ex l.30.eod.tit.in C.Th.

NVMERVS *plurium creditorum præferendus eſt: in Numero autem pari creditorum*,l.8.D.de pactis, &,*pro Numero perſonarum*,ibidem.

Numerus filiorum, l.vlt.§.ſi plures,D.de bonis damnat.*Liberorum*, l.2.§.1. D. de vacatio.& excuſ.l.57.§.1.D.de ritu nupt.l.1.§.item cum,D.quæ ſentent.ſine appell. l.43. D. de legat.3. l.5.C.de minorib. *Numerum liberorum ad excuſationem municipalium munerum prodeſſe*, l.5. §. demonſtratur,D.de iure immunit.*Numero liberorum excuſari*,l.8.D.de vacat.& excuſat.Rubr.C. qui Numero liberor.lib.10.*Numerus quinque liberorum*,l.3.C.de his qui numero.

Numerus Ordinis decurionum,l.2.D.de decurionib. *Pupillorum*, l.31. D.de excuſationib. *ſollemnis Numerus teſtium*, l.21.D.qui teſtam. facer.*Teſtes non diſpari Numero*, l.24.D. de manumiſſionib. *Dum ad eam plenus Numerus mancipiorum peruenìat*, l.21.D. de optio. vel elect. *quæ ex his mancipiis ſupra Numerum*,ibidem.

Medicorum

Medicorum intra Numerum præfinitum conſtituendorum arbitrium, l.1. D. de decr. ab ord. *Eorum qui reipublicæ cauſa abſunt comites, qui ſunt intra ſtatutum* Numerum, l.41. §.1. D. de excuſationib.

Numerus *Gregis*, l.vlt. D. quib. mod. vſusfr. *Auctio, vel minuto* Numero *gregis*, l.21. §.1. D. de except. rei iudic. *Numerus pecoris*, l.1. §. Trebatius, D. de aqua cottid.

Numerus Annorum, l.3. C. ſi minor, ſe maior.

Pro Numero *Corporum*, l.35. §. in his, D. de contrah. empt. *Perſonarum*, l.8. D. de pactis.

Numero conſtare, conſiſtere, continerive dicuntur ea corpora quæ adnumerantur, vt Pecunia, l.28. D. de iudiciis, l.2. §. mutui, D. de reb. credit. l.35. §. in his, D. de contrah. empt. l.115. D. de verbor. obligat. l.30. §. rurſus, D. ad L. Falcid. & apud Vlpian. Tit. 25. Regular.

Quæ Numero *conſtant, veluti pecunia Numerata*, l.1. §.1. D. de obligationib. & actionib. Inſtitut. quib. mod. re contrahit. oblig. Et ita, *quod in Numero eſt*, l.78. §. ſi fundus, D. de iur. dot. hoc eſt, *quod in Numero conſiſtit. in Nummis, coleo, ac frumento, & ſimilibus quæ communi ſpecie continentur, apparet hoc actum, vt Numero diuidatur obligatio*, l.29. D. de ſolutionib. *Si plures heredes exiſtant Patrono, qui Operas ſtipulatus eſt, verum eſt obligationem operarum* Numero *diuidi*, l.15. §. vlt. D. de oper. libertor. *Operarum ſtipulationis diuiſio non in partes operarum, ſed in Numerum cedit*, l.54. §. vlt. D. de verb. oblig. *Si centum heredes quo, ego heréſve meus elegiſſet, ſtipulatus, antequam eligerem, duos heredes reliquero, Numero diuiditur ſtipulatio*, l.17. D. de verbor. oblig.

Numero, & *haberi* dicuntur, tam perſonæ, quàm quælibet corpora, id eſt, loco eſſe, locum optinere. *Perſonæ quæ in* Numero *parentium, liberorúmve ſunt*, l.53. D. de ritu nupt.

Quando Numero *liberorum eſſe debeat is, cui legatum datum eſt*, l.24. D. de legat. præſt. *qui in* Numero *familiarum ſunt publicani*, l.1. §. familiæ, D. de publicanis. Non *eſſe ſeruorum vrbanorum* Numero, l.166. D. de verbor. ſignif. *Inſularius vrbanorum* Numero *eſt*, ibidem. *An viuorum* Numero *eſſet filius ignorabatur*, l.29. D. de manumiſſ. teſtam. *in Numero vrbanorum ſeruorum haberi*, l.60. §.1. D. de legat. 3. *qui malo conſilio & proditoris animo patriam reliquit, hoſtium* Numero *habendus eſt*, l.19. §. transfugæ, D. de captiu. & poſtl. *an Teſtium* Numero *habendus ſit is*, l.27. D. qui teſtam.

Beſtiæ in pecudum Numero *non ſunt*, l.2. D. ad L. Aquil. *quadrupedes quæ pecudum* Numero *ſunt*, l.2. D. eod. tit. *Non facilè quiſquam argenti* Numero Nummos *computat*, l.27. §.1. D. de aur. arg. *Argenti* Numero *ſcafia non habentur*, dic. l.27. §. argento. *Si ſuppellex argentea*, Numero *Argenti habita non eſt*, l.19. §. idem Celſus, D. eod. tit. *quod teſtator auri* Numero *habuiſſet*, l.32. §.1. D. eod. tit. *Aurata & incluſa vaſa auri* Numero *non habenda*, ibidem. *Æſtimatio rerum quæ mercis* Numero *habentur*, l.42. D. de fideiuſſorib. *Potius habenda eſſe veſtis* Numero, *quàm ornamentorum*, l.26. D. de auro, argent.

Acetum quod Vini Numero *fuit*, l.3. D. de tritico, vino. *quod paterfamilias vini* Numero *habuit*, l.1. D. eod. tit. &, *non habuit*, l.2. D. de optio. vel elect. lega. id eſt, *vini loco*, vt l.3. §. poculenta, D. de penu legata.

Eodem Numero *eſt pecunia*. l.31. §. ſiue, D. de donat. cau. mort. id eſt, eodem loco, ſeu eiuſdem iuris.

Quo ex Numero *etiam hæc ſunt*, l.25. §. ornamenta, D. de auro, argent. *quo in* Numero *haberi non oportet*, l.39. D. de recept. qui arbitr. *In eo* Numero *eſſe*, &, *in ea cauſa eſſe*, idem valent, l.206. D. de verbor. ſignif.

Numerus digitorum, l.10. §. ſed ſi quis, D. de ædilic. edic. *Liberorum*, l.1. §. item cum, D. quæ ſentent. ſine appellat.

Si Nummorum ſit, l.50. §. vlt. D. de legat. 1. *qui furti agit, ſignati Argenti* Numerum *debet complecti, veluti, Aureos tot, pluréſve*, l.19. D. de furtis. *Si in rem aliquis agat, ſignatæ materiæ* Numerum *dici* oportet, l.6. D. de rei vindic.

Certus Numerus amphorarum, l.4. D. de trit. vin. ol.

Numerus Annorum, l.5. §. legem, D. de iure immunit. l.3. C. ſi minor ſe maior. *Menſum*, l.40. D. de reb. cred.

Pro Numero *Temporis*, l.3. §. emanſor, D. de re milit.

Numerus *trium tutelarum*, l.60. in princ. & §.1. D. de ritu nupt. *Si quis inter tres tutelas, emancipati filij ſui tutelam adminiſtret, an ei hæc in Numerum procedit*, l.15. §. Vlpianus, D. de excuſationib. id eſt, an in tribus tutelis numeretur, vt ibidem. *Sic Numerum non auget*, l.10. §. ſecundo, D. de gradibus.

Numerus etiam catalogum militum, ſeu breuiculum, quo militum nomina continentur, ſignificat: recentiores Impp. *matriculam* vocant. *Miles qui communem cauſam omnis ſui* Numeri *perſequitur*, l.3. §. veterani, D. de procurator. *Si quis militum ex alio* Numero *tranſlatus ſit in alium*, l.1. §. vlt. D. de bon. poſſ. ex teſt. mil. *Ratiocinij gratia eius* Numeri *in quo militauit*, l.vlt. C. de

ratiociniis publ. Lamprid. in Macrino. *Quòd si vnius Numeri consensus accessisset. Crebrius* autem *Numeros militares*, multitudinis numero, Iurisconsulti, atque Impp. & alij auctores vsurpant. *Plerumque voluntario militi Numeri supplentur*, l. 4. §. qui post desertionem, D. de re milit. *Exercitum non vnam cohortem, neque vnam alam dicimus, sed Numeros multos militum*, l. 2. §. 1. D. de his qui notant. infam. *Ex eo tempore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in Numeros relatus est*, l. 42. D. de testament. milit. *surdum & mutum in Numeris manentem*, l. 4. D. eod. tit. *Miles postquam desiit in Numeris esse*, l. 38. §. 1. D. eod. tit. *Milites Numeris & signis suis iugiter inhærentes*, l. 31. §. vlt. C. de locat. Plin. Epist. 38. lib. 10. de duobus seruis inter tirones repertis: *Quod, vt iam dixerant sacramento militari*, ita (hoc enim addendum censeo,) *nondum distributi in numeros erant.* Idem Epist. 8. lib. 3. de quodam qui Tribunatum impetrauerat agens. *neque enim adhuc nomen in Numeros relatum est.* Sueton in Vespasia. cap. 6. *Veneratis ad officium Numeris, vel limitaneis militibus.* Sic & hoc verbum accipe apud Egesippum lib. 4. cap. 13. & 26. & lib. 5. cap. 3.

Vnde *Tribunatus numerorum*, in l. vlt. C. de inoff. test.

Numeri quoque chartas & rationes publicas significant, l. vlt. C. de primicer. secundic. lib. 12.

Numerositas curialium, l. 3. quemadmod. muner. ciuil. in C. Th. Nouel. vnic. Theod. & Valēt. de successio. curial.

NVMMARIA, id est, pecuniaria. *Nummaria pœna*, l. 10. §. quod ait, D. de recep. qui arbit. *Quæstio*, l. 2. §. 1. D. de iure fisci, l. vlt. D. ne de statu defunct. *Res*, l. 2. D. de iure fisci.

Iudices Nummarios esse prohibemus, l. vlt. C. public. lætit. nunt. lib. 12.

Nummarij iudices, apud Cicer. pro Cluentio, qui de re pecuniaria cognoscunt. At apud Sueton. in Domitiano, cap. 8. *Numariis iudices* accipe, qui venales sententias habent, qui per sordes ius dicunt, vel iudicāt, qui pecuniam ob rem iudicādam capiunt: quo sensu idem Cic. in Verr. *Nummariū iudicium* vocat, quod acceptis pecuniis exercetur, quomodo etiā *Nummarium tribunal*, apud Senecam, lib. 1. de Benefic. cap. 5. & *Nummarij sacerdotes*, apud B. Hieron. Epist. ad Onasum.

NVMMVLARIVS, l. 39. D. de solutionib. est mensularius, trapezita, seu qui mensam exercet. Vet. Lexic. Græcolat. *Nummularius*, κολλυβιστὴς, τραπεζίτης. *Curare debet Præfectus vrbi, vt Nummularij probè se agant circa negotium suum, & temperent his quæ sunt prohibita*, l. 1. §. præterea, D. de offic. præf. vrb. Qualem autem olim operam, quale ministerium exhiberent Nummularij, Paulus docet his verbis. *Nummularij, sicut Argentarij, rationes conficiunt, quia & accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio, scriptura codicibúsque eorum maximè continetur, & frequentissimè ad fidem eorum decurritur*, l. 9. §. nummularios, D. de edendo. Apud eos quoque, vt & apud Argentarios fide publica deponi pecunias consuecuisse ostendit Vlpianus, *Quotiens*, inquiens, *foro cedunt Nummularij, solet primo loco ratio haberi depositariorum, non qui fœnore apud Nummularios, vel cum Nūmulariis, vel per ipsos exercebant*, l. 7. §. quotiens, D. depositi. Enimuerò, qui eò loci *Nummularij*, hi, *Mensularij* vocātur l. 24. §. in bonis, D. de reb. auct. iud. *Si soluturus pecuniam tibi, iussu tuo, signatam eam*, apud *Nummularium, quoad probaretur, deposuerim*, l. 39. D. de solutionib. Ammian. Marcellin. lib. 30. *Scrupulosus in deferendis potestatibus celsis: nec imperante eo prouinciam Nummularius rexit.*

In Nummulariis ceterísque huius vrbis corporibus, l. 15. de his qui sup. religio. conten. Cod. Theod.

NVMMVM *à Numa rege, qui Nummos primùm apud Latinos imaginibus notauit, & titulo nominis sui præscripsit*, vocatum tradit Isidor. lib. 16. Origin. cap. 17. *Si quidem Nummo vno conduxit*, l. 10. D. de adquir. possess. *Si quis conduxerit Nummo vno, conductio nulla est*, l. 46. D. locati. *vt vel locet hunc vsumfructum mulieri maritus, vel vendat, Nummo vno*, l. 66. D. de iure dot.

Nummis colere dicitur colonus, qui ad pecuniam numeratam conduxit, l. 16. D. de furtis, coniuncta l. 25. §. vis maior, D. locati.

Nummis indistinctè legatis hoc receptum est, vt exiguiores legati videantur, l. 75. D. de legat. 3.

Qui argenteos Nummos adulterinos flauerit, falsi crimine teneri, l. 9. D. de leg. Cornel. de fal. *Nequis Nummos Stagneos, Plumbeos, emere, vel vendere dolo malo vellet*, dic. l. 9. §. 1. *Quicumque Nummos aureos partim raserit, partim tinxerit, vel finxerit, summo supplicio adfici debet*, l. 8. D. eod. tit. *Si quis Nummos falsa effusione formauerit*, l. 2. C. de fals. monet. *in cuius domo figuratus clam Nummus cuderetur*, l. 4. eod. tit. in Cod. Theodos. *Nummorum Corpus*, l. 34. §. Diuus, D. de legat. 1. *Qualitas*, l. 21. §. si quis, D. qui testament. fac. *Species*, l. 78. D. de hered. institut. l. 21. §. 1. D. qui testament. fac.

Nummus decargyrus in l.vlt.ſi quis pecun.conflauer.in C.Theodoſ.

Nummi Argentei,l.9.D.de L.Cornel.de falſ.*Aurei*,l.159. D.de verbor.ſignif. *Inueterales*, l. vlt.D.de bon.damnat.*Peculiares*,l.20.D.de adquir.vel omitt.l.2.§.in mutui,& l.31. §. vlt. D. de reb.credit.l.3.§.ſuptilius,D.de condict.cau.da.

Nummi Probi,l.24.D.de pecunia conſtit.& apud Plautum Perſa, Actus 3. Sc. 3. & Bacchidib.Act.4.Sc.8.& contrà, *Reprobi*,l.24.§.1.D. de pignerat. act. quales ſunt, *Stagnei*, *Plumbei*, aut aliàs *adulterini*,l.9.§.1.de lege Corn.de falſ.

Aſperum nummum,apud Perſium Sat.3.& Sueton.in Nerone, cap. 44. interpretor, recens percuſſum,& ſignatum: quòd forma publica in eo expreſſa ſignaráque adhuc emineat ac necdum leuigata ſit: aliter atque in Nummis qui adſiduo vſu triti ſunt & per populi manus diu ambulauerunt. nam *Aſperum*,*Leui* opponitur apud Iuuenalem,Sat.3.hoc verſu,*Hic leue argentum, Vaſa aſpera tergeat alter*,id eſt cælata,vt apud Virgil.lib.5.Æneid. *Cimbia aſpera ſignis*.

Vnde lucem obſcurus Senecæ locus accipiet.Sic enim ille Epiſt.19.*Nec voles quod debeo,in aſpero & probo accipere*,id eſt in Nũmo recenti,licet probo. Senſúſque eſt,Tu Mæcenatis ſententiam in ſolutum vel debitum tibi nouo & recenti nummo exolui æqui boníque non cõſules:immo veteribus Nummis tibi ſatifieri optabis: ideóque ad Epicurum recurrit, à quo verſuram ſibi faciendam mutuámque ſententiam ſumendam, ait.

Certa eſt Nummorum æſtimatio,l.3. D.de in lit.iuran.*Non facilè quiſquam argenti Numero Nummos computat*,l.27.§.1.D.de auro,arg.

Qui ſuis Nummis emitur,l.4.D.de manumiſſionib *Suis Nummis redemptus ſeruus*,dic l.4.& l.19. D.eod.tit.*qui non ſuis Nummis comparauit*,l.45.§.1. D. de ritu nupt.

Seruis vxoris vir Nummos in veſtiarium dederat,l.46.§.1.D. ſoluto matrim.

Nummos conſumere,l.13.D.de reb.credit.*ſi Nummi extant:quòd ſi ſine dolo malo conſumpſiſti*, l. 11.§.vlt.D.eod.tit.*ſi fuerint conſumpti à creditore Nummi*,l.14.D.eod.*Nummi perire* videſ.lib.14. & contrà,*ſalui eſſe*,l.15.D.de ſolutionib.

NVNC,non eſt hoc momento tẽporis,ſed laxius accipitur,pro hodie, ſiue, hoc tempore, l.1.§.vlt. D.de ædilic.edic.l.vlt.D.de iniuriis,l.23.D.de vſu & vſufr.lega.ſic & apud Vlpian. Tit.9.Regular.*Nunc* id eſt hodie,eo iure quo vtimur.

Nunc primum,l. 33. §. vlt. D. de teſtamen. milit.

NVNCVPARE,Decemuirale verbum:vt apparet ex his 12.Tabular.verbis,*Cùm Nexum faciet, mancipiúmque,vti lingua Nuncupaſſit ita ius eſto*:hoc eſt,vt Feſtus interpretatur,*ita vti nominarit, locutus erit,ita ius eſto*.Varro lib.5.de lingua Lat.*Nũcupare,nominare valere,apparet in Legibus, vbi Nuncupatæ pecuniæ ſunt ſcriptæ*.Feſtus,*Nuncupata pecunia eſt,vt ait Cincius libro ſecundo de officio iuriſconſulti, Nomina certa, nominibus propriis pronunciata*.

Ita *Nuncupare heredem*,pronuntiare eſt,& verbis exprimere,ac *nominare*,vt loquitur l.12.D. de iure patronat.*Nuncupare heredes*,& *Scribere*,opponuntur,l.21.in princip.D.qui teſtam. fac. *quod quis obſcurius in teſtamẽto vel Nuncupat,vel Scribit*,ead.l.21.§.1.Sic,& *Scriptus heres*,*Nuncupato* opponitur, l.8.§. vlt.D.de bonor. poſſ. ſec. tab. *Inſtitutum heredem eum quoque dicimus, qui Scriptus non eſt ſed ſolummodo Nuncupatus*,l.1.§.1.D.de heredib.inſtit. Vetus Gloſſar.*Nuncupare, eſt palam nominare & confirmare.Si palam heres Nuncupatus ſit*,l.vlt.D.de iure codicill. *heredibus primis Nuncupatis,priuſquam ſecundos exprimeret heredes*,l.25.D.qui teſtam.fac.poſſ.Sueto.in Calig.cap.38.*Quo metu iniecto cùm iam,& ab ignotis inter familiares,& à parentibus inter liberos palàm heres Nuncuparetur,deriſores vocabat,quòd poſt Nuncupationem viuere perſeueraſſent*.Idem in Claud. cap.3..*Ac ne heredem quidem niſi inter tertios ac penitus extraneos ex parte ſexta Nuncupauit*.Plini.lib. 14.Nat.hiſtor. cap.22. *Nam etſi non voce Nuncupatus heres,iudicio tamen electus eſſe videbatur*.

Nuncupatur autem teſtamentum in hunc modum:tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit,hæc vt in his tabulis cerĩſve ſcripta ſunt,ita do lego,ita teſtor.Itaque vos Quirites teſtimonium præbitote,quæ Nuncupatio & teſtatio vocatur.Vlpian,Tit.21.Regular. tradit:quod ex eo Iſidor. lib. 5. Etymolog. cap.24.deſcripſit.

NVNCVPATIO,*Scripturæ* opponitur.*ſi pater ſibi per Scripturam,filio per Nuncupationem,vel contrà fecerit teſtamentum*,l.20.§. vlt.D.de vulgari & pupill.Vnde *per Nuncupationem teſtamenta*, id eſt, *ſine ſcriptura*,vt interpretatur Theodoſ.in l.21.§.per nuncupationem,C.de teſtament. l.8.C. qui teſtam.fac.poſſ.

Ceterùm,vt teſtamento per Scripturam facto,*bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas*:ita,*per Nuncupationem facto,bonorum poſſeſſio ſecundum Nuncupationem* defertur,l.vlt. C. de bonor. poſſeſſ. ſecund.tabul.

Quidam filio impuberi per Nuncupationem ſubſtituit,l.8.§. vlt. D. de bonor.poſſ.ſec.tab.

NVMIDIÆ *legatus*, l.7. D. de legat. præstand. *Numidiam* autem Iuba victo, à Cæsare prouinciam factam Dio lib. 43. auctor est: ac tum eam Lybiæ partem, quæ circa Carthaginem sita, à Romanis Africa dicebatur, Veterem prouinciam appellatam, quòd iam olim subacta esset: *Numidiæ* verò, vt recèns subactæ, Nouæ prouinciæ nomen impositum.

NVNDINAS, ait Festus, *feriarum diem esse voluerunt antiqui, vt rustici conuenirent: mercandi, vendĕdique causa: eúmque* NEFASTVM, *ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.*

Nundinarum autem originem Dionysius Alicarnass. lib. 2. ad Romulum refert his verbis. Ὅτι τοῖς κατ' ἀγρὸν ἔργοις ἐθίζων ἅπαντας μένειν, πλεῖόν ἔστοτε δεηθεῖεν ἀγορᾶς: τότε δ' εἰς ἄστυ συιόντας ἀγοράζειν, ἐννάτην δείζων ἡμέραν τῆς ἀγορᾶς. Apertius verò, quid essent Nundinæ, idem Alicarnasseus lib. 7. ita explicat. αἱ δὲ ἀγοραὶ ῥωμαίοις ἐγίνοντο, ὡς ἡ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, δι' ἡμέρας ἐννάτας. ἐν δὲ ταύταις, συιόντες ἐκ τῶν ἀγρῶν (sic enim emenda) οἱ δημοτικοὶ εἰς τὴν πόλιν, τάς τε ἀμείψεις ἐποιοῦν παρ' ἀλλήλων, καὶ τὰς δίκας ἐδίδοσαν καὶ ἐλάμβανον. Nundinas etiam significat Dio lib. 40. cùm ait, χρή γε ἡ ἀγορὰ ἡ διὰ τῶν ἐνέα ἀεὶ ἡμερῶν ἀγομένη, ἐν αὐτῇ τῇ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ἤρξατο. Idémque lib. 48. *Nundinas* τὴν ἀγοράν, τὴν διὰ τῶν ἐνέα ἡμερῶν ἀγομένην vocat.

Nundinæ certæ, ciuitatibus & territoriis ordinentur, Nou. Theod. & Valent. vn. tit. 51. *Nundinis impetratis à principe*, l. 1. D. de nundinis. *qui Nundinarum licentiam veterum indulto, vel nostra auctoritate meruerunt*, l. 1. C. de nundin. & mercat. *In eum qui quid Nundinarum nomine aduersus communem vtilitatem acceperit, omni tempore ius dicitur*, l. 3. §. vlt. D. de feriis. *die* NUNDINARUM *quas ibi posui*, l. 20. §. 1. D. de annu. legat. *Eum qui certarum Nundinarum diebus dari stipuletur*, l. 138. D. de verbor. obligat. *Cùm conueniret vt vnus reliquis* NUNDINUS, *id est epulas, præstaret*, l. 69. D. pro socio.

Omnis se turpibus Nundinis administrator abstineat, l. omnis C. de iis quæ administrantib. vel offic. publ. in Cod. Theod.

Nundinandi copia, l. 2. D. de exhibendis.

NVNTIARE *opus nouum*, est denuntiare ne quid operis noui fiat, l. 3. §. vlt. D. de alienatio. iudic. l. 3. D. de mort. infer. l. 3. §. si quis, D. de riuis, l. 45. D. de procurat. l. 6. §. idem Iulianus, D. commu. diuid. Vetus Glossar. *Nuntiare nouum opus, est prohibere testatione, ne nouum opus fiat. Ius habet opus* NOUUM NUNTIANDI, *qui aut dominium, aut seruitutem habet*, l. 1. §. 1. D. de remissionib.

Aliàs *Nuntiare* est fisco deferre, l. 38. D. de iure fis. *Nuntiare aliquid ad fiscum*, l. 44. D. de iure fisci. *Nuntiare bona*, l. 22. D. de Senatusconsul. Silanian. *Causam pecuniæ fisco* NUNTIASSE, l. 39. §. vlt. D. de iure fisci. l. 22. §. vlt. eod. tit. Paul. lib. 5. Senten. Tit. 13. id est, *renuntiare*, vt, l. 22. §. vlt. D. de iure fis. *fisco Nuntiari causæ*, l. 1. §. vlt. D. eod. *cùm quis se* NUNTIAT *non capere posse*, l. 13. §. cùm ante, D. eod. tit.

NUNTIATUM *tacitum fideicommissum*, l. 13. §. item, D. de iure fisci. Et ita, *ad fiscum* NUNTIATA accipe in l. 18. D. de vsucapio, l. 43. D. de iure fisc.

NVNTIATIO *noui operis*, id est, *denuntiatio*, vt loquitur l. 5. §. meminisse, D. de oper. no. nuntiat. *per* NUNTIATIONEM *inhibetur opus nouum fieri*, l. 1. D. de oper. no. nunt. NUNTIATIO *ibi demum tenet, vbi ius est nuntianti prohibere ne se inuito fiat*, l. 1. D. de remissionib.

NUNTIATIONE *noui operis* in re nostra ædificantem, vel aduersus seruitutem nobis debitam quid molientem, prohibemus. Idque vel per Prętorem fit, vel manu, & lapilli iactu, l. 5. §. meminisse, D. de oper. noui nun. l. 8. §. 1. D. si seruit. vindic.

Edictum, remediúmque, Operis noui nuntiationis, aduersus futura opera inductum est, hoc est, aduersus ea quæ nondum facta sunt, ne fiant, l. 1. §. 1. D. de oper. no. nunt. *Edictum de oper. no. nuntiat. ea sola opera complectitur, quæ solo coniuncta sunt, quorum ædificatio vel demolitio videtur opus nouum continere*, ead. l. 1. §. hæc autem.

NUNTIATIO *Fieri, Procedere, Tenere, Locum habere*: & contrà, *Cessare, Extingui,* MISSA *fieri, Remitti.*

NUNTIATIO etiam *ad fiscum* fieri dicitur, quoties bona vacantia, vel caduca, vel ex aliis causis in fiscum cadentia, deferuntur, l. 13. §. cùm ante, l. 38. & l. 43. D. de iure fisc. *Ex variis causis* NUNTIATIO *ad fiscum fieri solet*, l. 1. D. de iure fis. *Vacantium bonorum Nuntiatio*, dic. l. 1. §. vlt.

NVNTIATOR, *qui opus nouum nuntiat*, l. 20. §. adiicitur, D. de oper. no. nunt. & ita *Nuntiatores*, l. 5. §. si plurium, D. eod. tit. *Si non es* NUNTIATOR, l. 3. C. de iniuriis, id est denuntiator, seu delator.

NUNTIATOR, qui fisco nuntiat. *Causæ quæ à priore* NUNTIATORE *proditæ dicantur*, l. 1. §. vlt. D. de iure fis.

Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, l. 6. §. nuntiatores, D. ad Sc. Turpillia.

NVNTIVS, ait Festus, *& res ipsa, & persona dicitur.* Seruius in 11. Æneid. *vt suprà etiam diximus, Nuntius est, tam quod nuntiatur, quàm qui nuntiat. Nuntium quod nuntiatur*: quod ait, *suprà*, id est in lib. 6. quo loci inquit, *sanè qui nuntiat genere tantùm dicitur masculino: quod autem nuntiatur, licet*

neutro

neutro dicatur, apud Catullum tamen inuenitur etiã masculino. Isidor. lib. 9. Origin. *Nuntius qui nuntiat, & quod nuntiatur, id est,* ἄγγελος καὶ ἀγγελία. *sed* Nuntius *ipse homo, genere masculino: id verò quod nuntiat, genere neutro, vt hoc* Nuntium *& hæc* Nuntia. Et quidem Nuntius rem significat in his exemplis. *Nuntium perferendum suscipere,* l. 11. D. de procuratorib. *quasi certiore* Nuntio *allato,* l. 2. D. quis ord. in possess. ser. *Nuntiorum faustorum gaudia,* l. 3. ne quid publ. læti. in C. Theod. Nuntiorum gerulus, l. 1. C. eod. tit. lib. 12.

In persona verò, Nuntius est qui specialiter certi negotij gratia ad aliquem destinatur, & absenti ministerium præbet. *Quæ consensu fiunt obligationes, inter absentes quoque per* Nuntium *contrahuntur,* l. 2. D. de obligat. & act.

Constituere absentes per Nuntium possumus, l. 14. D. de pecun. constit. *Conuenire posse per* Nuntium, l. 2. D. de pactis. *Emptio inter absentes contrahi potest, & per* Nuntium, l. 1. §. vlt. D. de contrah. empt. *Per* Nuntium *mandatum suscipi potest,* l. 1. D. mandati. *Mandari potest procuratio per Nuntium,* Paul. lib. 1. Senten. Tit. 13. *Precarij rogatio inter absentes per* Nuntium *consisti potest,* l. 9. D. de precario. *Societatem coire, & per* Nuntium *posse nos, dubium non est,* l. 4. D. pro socio. *Mulierem absenti per* Nuntium *eius* Nubere *posse placet: at ex* Nuntio *suo duci à marito non potest,* l. 5. D. de ritu nuptiar. *Absentes per Nuntium significare possunt,* l. 65. §. si pupillo, D. ad Sc. Trebell. *Arbiter adesse litigatores per* Nuntium *iubere potest,* l. 49. §. 1. D. de recep. qui arbitr. *Si per* Nuntium *quis restituat hereditatem, audietur,* l. 37. D. ad Sc. Trebell. *Si pater vetuisset per* Nuntium, l. 4. D. de manumiss. vindic. *Per* Nuntium autem illis omnibus locis est *per Internuntium,* vt l. vlt. D. de sponsalib. & l. 25. §. iussum, D. de adquir. vel. omitt.

Nuntium etiam pro repudio vsurpant. Et ita, *Nuntium mittere, est repudiare, & repudium mittere,* vt loquitur l. 4. & l. 8. D. de diuortiis: seu, *libellum diuortij tradendum mittere,* cóque modo matrimonium dissoluere, vt l. 7. D. eod. tit.

Inde Nuntios, *repudia* interpretantur Impp. in l. 3. C. de repud. *Nuntium* ergo *Mittere,* & *Remittere* coniuges dicuntur, l. 2. C. de repudiis. *Eam personam quæ furore detenta est, quia sensum non habet,* Nuntium *mittere non posse,* l. 22. §. si maritus, D. solu. matrim. item, *secutis Nuptiis, misso deinde* Nuntio *& remisso,* item *ante Nuntium remissum,* l. 7. §. vlt. D. de iure dot. Cicer. Topic. *Si mulier cùm fuisset nupta cum eo, quicum connubij ius non esset,* Nuntium *remisit.* Idem lib. 1. Epist. ad Attic. *Deinde ex Sc. Consules rogationem promulgasse, vxori Cæsarem* Nuntium *remisisse.* Idémque μεταφορικῶς lib. 15. Epist. ad Cassium, *Quare si iam biennium aut triennium est cùm virtuti* Nuntium *remisisti delinitus illecebris voluptatis.* Apul. lib. 9. de Asino aureo, *Nec secius pistor ille* Nuntium *remisit vxori, eámque protinus de sua proturbauit domo.* Nec verò Nuptiæ modò sed & *sponsalia,* Nuntio misso dirimi dicuntur, sponsámque, nedum vxorem, Nuntium *mittere* legimus. *Inuito patrono* Nuntium *sponsa liberta si miserit,* l. 45. §. hoc caput, D. de ritu nuptiar *si puellæ tutores, ad finiẽda spõsalia,* Nuntium *miserunt, non putarem sufferturum, ad dissoluendam nuptiarum spem, hunc* Nuntium, l. 6. D. de sponsalib. *In potestate manente filia pater sponso* Nuntium *remittere potest, & sponsalia dissoluere: enimuero si emancipata est, non potest* Nuntium *remittere,* l. 10. D. eod. tit. & ita, antequam nuptiæ fuerint secutæ, *Nuntius remitti* dicitur, l. 7. §. si res, & l. 21. D. de iure dot.

Sed nec Vxor tantùm, verùm etiam Pater, *Nuntium mittere & remittere,* dicitur, l. 5. §. vlt. D. de iure dot. l. 8. D. de diuortiis. *Si socer nurui* Nuntiũ *remiserit,* l. 32. §. si socer, D. de donat. int. vir.

Nvper, ait Festus, *quasi* Nouiter. *Nuper constitutum est à principe,* l. 85. D. de legat. 3. *& hoc* Nuper *Imperator Antoninus ad libellum rescripsit,* l. 23. D. de vsu & vsufruct. leg. *Nuper ex indulgentia principis Antonini, recepta est alia causa donationis,* l. 42. D. de donat. int. vir.

Nvptiæ, ait Modestin. *coniunctio sunt maris & feminæ, & consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio,* l. 1. D. de ritu nupt. Iustinianus Nuptiæ *sive Matrimonium, est viri & mulieris coniunctio, individuam vitæ consuetudinem continens,* Instit. de patr. potest. Cuius vocis varias notationes Festus adfert. Probabilior verò est illa quam Ælio Gallo & Cincio placuisse tradit, quia *flammeo caput* Nubentis *obuoluatur, quod antiqui* Obnubere *vocabant.* Ac planè Varro Nuptias *ab Nuptu, id est opertione,* dictas lib. 3. de lingua Lat. scribit. vnde & Nuptiarum nomẽ propriè ad mulieres pertinere quidam existimant: eáque gratia secundum personas vtriusque sexus, *Nuptias & Matrimonium* in aliquot locis distingui, veluti l. 10. & l. 11. D. de ritu nupt. §. si aduersus ea, Instit. de nupt. §. quibus connumerari, Instit. de hered. quę ab intest. & Instit. de patr. potest.

Nuptiæ sunt, licet testatio sine scriptis habita sit, l. 4. D. de fide instr. Nuptiæ *consensu contrahentium fiunt,* l. 11. D. de sponsalib. *Nuptias non concubitus, sed consensus facit,* l. 15. D. de cõdic. & dem. l. 31. D. de diuers. reg. iur.

Nuptiæ non sunt, si senatoris filia libertino, contra Sc. vel prouincialis mulier ei qui ibi meret, contra

mandata,l.3.§.1.D.de donat.int.vir.*Primæ Nuptiæ,& ſecundæ*,l.77.§.à filia, D. de legat.2.

Si quis Nuptiarum fecerit mentionem in qualicumque pacto,&c.*ſiue Nuptiarum tempus dixerit, ſiue Nuptias nominauerit:non aliter intelligi condicionem eſſe adimplendam,vel non extenuandam, niſi ipſa Nuptiarum acceſſerit feſtiuitas*,l.24.C.de nuptiis.

Nuptiæ *factæ*,l.17.D. de pact. dotalib.l.19.D.de ſtatu homin.

Nuptiæ conſiſtere,l.2.D.de ritu nupt.*Impediri*,l.60.§.quid ergo,D.eod.tit.

Nuptias *contrahere*,l.73.D.de iure dotium,l.10.& l.50.D.de ritu nuptiar.Nuptias *contrahi*,l.3.l. 11.& l.12.§.1.l.34.§.inter,l.60.§ quamuis, D.de ritu nuptiar.

Sollicitatores alienarum Nuptiarum,l.1. D.de extraord.crim.

Nuptiæ Honeſtæ,l.44.§.ſi poſtea,D.de ritu nupt.*Iuſtæ*,vide S.lib.9.*Legitimæ*,l.19.D.de ſtatu hom.l.10.D.de ritu nuptiar.*Inceſtæ*,vide S.lib.9.*Prohibitæ*,l.vlt.D.de legat.1.Nuptiis *conſentire*, l.48. D.de oper.libertor.*quarumdam Nuptiis abſtinendum*,§.adfinitatis, Inſtit. de Nuptiis. *ſi ei coniuncta ſit,cuius Nuptiis ei interdictum ſit*,l.10.D.de condicion.& demonſtr.

Non poteſt videri Nupta,quæ virum pati non poteſt,l.30.D.quan. dies legat.

Nuptum collocare,l.41.§.teſtamento,D.de legat.3.*ne tutor pupillam vel filio ſuo,vel ſibi Nuptum collocet*,l.59.D.de ritu nuptiar.*Cui* Nuptum *filia communis collocaretur*,l.62.D.eod.tit.

Nuptum *dare*,l.11.§.vlt.D.quod falſo tut.

Nuptalicium,l.194.D.de verbor.ſignif.id eſt,

Nvptiale *munus*,l.13.D.de adminiſtr.& peric.l.1.§.præterea,D.de tute.& ration.diſtrah.

Nuptiale iugum,l.10.D.de condicion.& demonſtrat.

Nuptialia *inſtrumenta*,l.10.& l.11.C.de naturalib.liber.*Dotalia inſtrumenta* vocat Iuſtinia.in §. vlt. Inſtit.de nupt.§.quibus,Inſtit.de hæredit.quæ ab inteſt.

Nvrvs appellatur filij vxor,l.4.§.gradus, D.de gradib.& adfinib.l.14. §. nunc videamus, D.de ritu nupt.l.5.D.de vſu & habit.l.7.D.de dote præleg. ἡ τῷ υἱῷ γαμετὴ, ait Theophil. Inſtit.de nupt.*ſi adhuc Nurus tua eſt,id eſt,ſi adhuc nupta eſt filio tuo*,§.adfinitatis, Inſtit. de nupt. Sponſa filij *Nurus* non propriè dicitur,l.12.§.1.D.de ritu nuptiar. *Nurus* tamen appellatione eam contineri,ait Vlpianus,l.6.§.vlt.D.de grad.& adfin.& Seruius rectè dicebat, *Nurus appellationem etiam ex ſponſalibus adquiri*,l.8.D. eod.tit.

Nurus *loco eſt vxor filij adoptiui*,l.14.D.de ritu nupt.

Ceterùm *Nurus appellatio etiam ad Pronurum & vltrà, porrigenda eſt*,l.50.D.de verbor.ſignif. Proinde quod ad cauſam prohibitarum nuptiarum attinet,*Nurus* appellatione,non tantùm filij vxor,ſed & nepotis & pronepotis continetur,l.14.§.nunc videamus,& §. itaque, D. de ritu nupt.Edicto quoque,qui ſatisdare cogãtur,Nurũ,etiã *Pronurũ,& deinceps,accipere debemus*, l.2.§.prætor, & §.quod ait,D.qui ſatisd.cogan.Similitérque in Edicto de poſtulando,(cuius verba referuntur l.1.§.vlt.D.de poſtulando) *Nurus appellatione etiam vlteriores,quibus,Pro præpoſitio, ſolet accedere,continentur*,l.3.§.vlt.D.eod.tit.Sed & in Edicto de legatis præſtandis, Nurus *appellatione & Pronurum,cæteráſque contineri, nulla dubitatio eſt*,l.8.§.ſicut vxori,D.de legat. præſtan.

Nvsqvam *eſt*,id eſt,non eſt,l.38.§.vlt.D.de furtis.*Nuſquam fecit mentionem*,l.1.§. rectiſſimè, D.de vent.in poſſ.*quod nec vſquam relatum eſt,nec vnquam receptum*,l.1. D.de ſenatorib.

Nvtriri.*ſi iudex Nutriri vel ali oportere pronuntiauerit*,l.10.D.de his qui ſui vel alie.

Nutriendus in villam miſſus,l.210.D.de verbor. ſignif. *Alumnum,in quo* Nutriendo *propenſiorem animum fecerint*,l.14.D.de manum.vindic.

Ipſis commodum cumulum debiti minimè Nutriri, l.2.C. de debitorib.ciuit. lib. 11.

Nvtritor, *Prædia Nutritori ſuo legauit*,l.27.D.de inſtruc. vel inſtrum.

Nvtrix, l.vlt.D.pro derelict.l. 13. D. de manum. vind. Nutrices, *ob alimoniam infantium, apud Præſidem quod ſibi debetur petunt*,l.1.§.ad Nutricia,D.de extraord.cognit.

Nvtricia, mercedes quæ Nutricibus ob alimoniam infantium debentur.*Ad Nutricis officium Præſidis vel Prætoris deuenit:ſed* Nutricia *eò vſque producemus,quoad infantes vberibus aluntur*, l.1.§.ad nutricia,D.de extraord.cognit.

Nvtv *ſolo pleraque conſiſtunt*,l.52.§.vlt.D.de obligation. & action.*Nutu, vbi fari non poteſt, delegare debitorẽ ſuum quis poteſt*,l.17.D.de nouationib. *Adſignare quis libertum poteſt vel* Nutu,l.1. §. Is quoque, D.de adſignand.libert.Nutu *etiam relinquitur fideicommiſſum*, l. 21. D. de legat. 3. *Muti,ſi auditus capaces ſunt,vel interrogati*, Nutu *poſſint ſignificare*, l. 65. §. ſi pupillo, D.ad Sc. Trebell.

Nutus pro volũtate.*fideicommiſſa libertas poteſt valere ex* Nutu *heredis*, l. 46.D. de fideicommiſ. libert.

NYKTAΛΩΨ Vlpiano eſt, *qui neq; matutino tempore videt, neq; veſpertino*, l. 10. §. de myope, D. de ædil. edic. Paul. Ægineta lib. 3. cap. 22. Νυκτάλωπα λέγουσιν, ὅταν συμβῇ τὸν μὲν ἡμέραν βλέπειν· δυομένου δὲ ἡλίου ἀμαυρότερον ὁρᾶν· νυκτὸς δὲ γενομένης, ὑδαμῶς ὁρᾶν. Quibus verbis etiam Ætius lib. 7. Νυκτάλωπα definit. Alexander Trallian. lib. 2. τοὺς δὲ τὰς κατωψὲ μὴ βλέποντας, οὓς Νυκτάλωπας ὀνομάζουσιν. Actuar. lib. 2. περὶ διαγνωσ. cap. 7. Νυκτάλωπας δὲ ἑαυτοὺς φασίν, οἳ, περὶ μὲν γῆν μὴ ὄντος φωτὸς, βλέπουσι· δυομένου δὲ, ἀμβλυώττουσι. νυκτὸς δὲ ἤδη καταλαβούσης, οὐδὲν ὁρῶσι. Plinius quoq; cui bellè cum medicis cõuenit, lib. 28. cap. 11. Νυκτάλωπας à Græcis dictos tradit, quos Latini *Luſcioſos* vocant. Idem lib. 8. cap. 50. de Capris agens. *Tradunt*, & *noctu non minus cernere quàm interdiu. Ideò ſi Caprinum iecur veſcantur, reſtitui veſpertinam aciem his quos Nyctalopas vocant.* Cuiuſmodi oculorum vitium Oribaſ. lib. 4. cap. 17. ita definit. Νυκτάλωπίασις ἐστὶν, ὅταν τὸν ἡμέραν ἀμέμπτως βλέπωσι, τῆς νυκτὸς παραγούσης, χείρω.

NYMPHÆA non ſunt, vt quidam ſibi falsò perſuadent, Lauacra publica muliebria. Nam à *Thermis*, à quibus re, æquè ac nomine, diſtant, ſeparãtur, non modò in l. 5. & l. 6. C. de aquæductu, lib. 11. verùm etiam in deſcriptionibus Romæ vtriuſque. Sanè Zonaras cum Cedreno hoc nomine appellatas ſcribit ædes publicas, quæ nuptiarum feſtiuitati, nuptialibúſq; epulis, ac choreis deſeruiebant: cuiuſmodi ædes olim eodem modo publicè præbebantur, quo ſolent hodiéque, aulæ multitudinis capaces, nuptiis celebrandis, à priuatis conduci. Atque huic vſui inſeruiiſſe *Nymphæum* illud quod Leonis magni temporibus incendio abſumptum fuit, Zonaras Annal. Tom. 3. ita ſcribit. Καὶ τὸ καλούμενον Νυμφαῖον, ὄικον ἕτερον αὐτικρὺ κείμενον τὸ προῤῥηθέντος οἴκου, ἐκ δὲ τῆς γάμους γίνεσθαι ἐν αὐτῷ χρηματίζοντα, τῶν μὴ κεκλημένων οἴκους χωροῦντας πλῆθος ἐν ἑαυτοῖς. Similitérq; Cedrenus inter ea opera quæ incendio illo conflagrarunt, numerat Νυμφαῖον, ἐν ᾧπερ οἱ γάμοι ἐγίνοντο τῶν οὐκ ἐχόντων οἴκους. Quæ vocis huius interpretatio etſi duorum idoneorum ac locupletium teſtium fide nitatur: infitiari tamen non poſſumus, alio quoq; ſenſu *Nymphæa* vſurpata. Nam vt Græcis, Νύμφη, tàm παρθένος, quàm νεόγαμος ſignificat, Suida teſte: ita præter iſta Nuptialia *Nymphæa*, alterius generis *Nymphæa* fuiſſe quæ aquæ copiam populo, non tectum quo ad nuptias inuitati exciperentur, præbebant, dubium non eſt. Etenim in *Nymphæa* non minus quàm in *Thermas* ex aquę ductu fiſtulis aquam ductam docet l. 6. C. de aquæductu. lib. 11. nec tamen in Nymphæa cadunt hæc Suidæ, Νυμφικὰ λυτρὰ τὰ εἰς γάμους, ἐκ τῆς ἀγορᾶς, ἀπὸ κρίνης, λαμβανόμενα. vt nec Heſychij iſta, Νυμφικὰ λυτρὰ τὰ μήλια λυτρὰ τῆν ἀπὸ κρίνης ἀποδεδειγμένης, quæ ita repone. Νυμφικὰ λυτρὰ, γαμήλια λυτρά.

Ac planè *Nymphæum*, interdum ὑδρεῖον ſignificaſſe, Cedrenus Socrati comparatus teſtatur. Vt enim eius Aquę gratia quam Valens poſt Procopium bello ſuperatũ, in vrbem Conſtantinopolitanã induxit, à præfecto vrbi Νυμφαῖον ædificatũ illo memorat, ita hic in eandẽ rem ὑδρεῖον conſtructum narrat. Illius verba ſunt hæc, ὡς δὲ μετὰ τὴν νίκην Προκοπίου, ἐπανῆλθεν Οὐάλης, φιλοτιμεῖται πόλιν ὑδάτων πλήθει· καταστευασάμενος ὅλκον, ὃν Οὐάλεντα ὠνόμασε. καὶ ὁ τότε τῆς πόλεως ἔπαρχος τὸν, ἐκ τοῦ γεγονότος, τῇ πόλει χαρὰν ἐπιδεικνὺς Νυμφαῖον καταστευασάμενος ἐν τῷ Ταύρῳ, τῷ μεγέθει τῆς πολέως ἄξιον, ἱερομηνίαν ἐπετέλεσεν. Socratis verò lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. cap. 8. verba ita habent, συνέβη, τὸν ὅλκον τοῦ ὕδατος ὑπὸ Οὐαλέντος κατασκευασθέντα, δαψιλὲς παρασχῶν τῇ Κωνσταντινουπόλει τὸ ὕδωρ τοῦ ὑδραγωγοῦ, γῆν εἰσαχθέντος εἰς τὸν πόλιν, ἔπαρχος (ſic enim emenda) ὢν τῆς πόλεως ὑδρεῖον μέγιστον καλεσκεύασεν ἐν τῇ νῦν Θεοδοσίου ἀγορᾷ καλουμένῃ ὁ ἐγημένη δαψιλὲς ὕδωρ. Prætereà quod Ioſephus lib. 1. de Bell. Iud. cap. 16. Herodis opera recenſens, ait, λαοδικεῦσι δὲ τοῖς παραλίοις, ὑδάτων εἰσαγωγὴν, ἐπεδείξατο Ἀσκαλωνίταις δὲ βαλανεῖα, καὶ κρήνας πολυτελεῖς. hoc Ruffinus ita vertit. *Maritimis autem Laodicenſibus aquæ ductum condidit: apud Aſcalona verò, Nymphæa, ſiue lacus ornatiſſimos, & balneas.*

Sunt qui fontibus ſuperpoſitas ędiculas, Nymphis dicatas, aut Nympharũ ſimulacris ornatas, *Nymphæa* Romæ appellata cẽſeant, ſuæq; opinioni adſtipulari credãt vetera Epigrãmata. in vno enim eſt. *Ædiculã hanc Nymphis poſui: quia ſæpius vſus Hoc ſum fonte ſenex, tàm benè, quàm iuuenis.* in altero verò. *Huius Nympha loci ſacri cuſtodia fontis, Dormio, dum blandæ ſentio murmur aquæ. Parce meum quiſquis tangis caua marmora Somnum rumpere: ſiue bibas, ſiue lauere, tace.* Extat & in foro Traiani inſcriptio huiuſmodi. *Flauius Philippus Vir Clariſs. Præfectus Vrbi, Nymphæum ſordium ſcalore fœdatum, & marmorũ nuditate de forme, ad cultum priſtinum reuocauit.*

Vt tres ſe habeat, *Nymphæa* Romæ 15. fuiſſe, Pub. Victor. tradit. Sanè, *operis ambitioſi Nymphæum* in Septizonio Imperatorẽ Marcum condidiſſe, Ammia. Marcel. lib. 15. memoriæ prodidit. Capitolinus quoque in Gordiano Iuniore, *Opera*, ait, *Gordiani Romæ nulla extant, præter quædam Nymphæa & balnea.* Auctor etiam deſcriptionis vrbis Conſtantinopolitanæ, in regione tertia, quinta, & decimaquarta, ſingula *Nymphæa* ponit: in regione verò decima, *Nymphæum maius.* Fuiſſe & Alexandriæ *Nymphæum*, Euagrius lib. 2. Hiſtor. Eccleſ. cap. 12. narrat.

FINIS LIB. XII.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE,

LIBER XIII.



B *præpoſitio*, ait Feſtus, *aliàs ponitur pro circum, vt cùm dicimus, vrbem Obſideri, Obſignari, Obuallari. Aliàs ponitur in vicem præpoſitionis quæ eſt propter, vt Ob merita, Ob ſuperatos hoſtes.* Sic, *Ob id*, l.13. D. de condict. indeb. *Ob accuſandum, vel non accuſandum*, &c. l.6. in princ. §. vlt. & l.7. D. de L. Iul. repetundar. *Ob has cauſas*, l.73. §. vlt. D. de iure dot. *Ob honorem ſollicitatio facta, promiſſum opus*, l.3. D. de pollicitationib. *Ob inultam mortem*, l.39. D. famil. erciſc. id eſt, *propter*, vt l.9. D. de Sc. Silan. *Neglegentiam*, l.8. D. de cuſtodia & exhibit.

Ob rem non defenſam, Ob rem iudicatam clauſula ſtipulationis iudicatum ſolui, l.3. §. ob rem, l.13. D. iudic. ſolui. *Ex iudicatum ſolui ſtipulationem, Ob rem non defenſam, cum vno ex fideiuſſoribus agere volo*, l.16. D. eod. tit. *quotiens ex ſtipulatione iudicatum ſolui, Ob rem non defenſam, agitur*, l.14. §.1. D. eod. *Fideiuſſores tenebuntur Ob rem non defenſam*, l.33. D. de fideiuſſorib. *Si ex duobus fideiuſſoribus qui iudicatum ſolui ſpoponderint, alter Ob rem non defenſam partem ſuam ſoluerit*, l.14. D. iudicat. ſol. Alia exempla pete ex l.47. §.1. D. de peculio, l.24. & l.25. D. mandati.

OBCANTARE, apud Paulum, lib.5. Sentent. Tit.23.

OBDORMIRE *ad fornacem*, l.27. §. ſi fornicarius, D. ad L. Aquil. & in Lege Dei, Tit.12.

OBEDIRE, obtemperare, obſequi, &, vt Feſtus ait, *Obaudire*, id eſt, dicto audientem eſſe. Sic, *Obedire legibus patriæ, & prouinciæ ſuæ*, l.3. §.1. D. de munerib. & honorib. *Qui cùm Obedire deberent, non obſequuntur*, l.53. §. vlt. D. de re iud.

OBESSE, id eſt, obſtare, officere, nocere. *Non debere Obeſſe ſeruo factum domini*, l.5. §. ſi ſeruum, D. de his quæ vt indign. *factum tuum filiis tuis Obeſſe non debet*, l.1. C. de liber. cau. *non Obeſt hoc patrui filio*, l.14. §. is demum, D. de bon. liber. *non Obeſſe filio, ademptam hereditatem*, l.9. C. de teſta. milit. *non vt Obſint liberis, ſed vt eis conſulant*, opponũtur, l.18. D. de liber. & poſtum. *quæ res Obeſſe libertati non debet*, l.26. §.1. D. de fideicommiſſ. libert. *non Offuiſſe mulieris famæ quæſtum in ſeruitute factum*, l.24. D. de his qui not. infam. *nec eam rem Obeſſe legatariis*, l.16. §. vlt. D. de his quæ vt indign. *quæ res Obeſſe libertati non debet*, l.26. §. apparet, D. de fideicom. libert. *Si proſpectui Obſit*, l.5. D. de oper. nou. nunt. *nihil Oberit ei in ſubſtitutione*, l.11. D. de vulgari.

Obeſſe exceptio, & *non Obeſſe*, l.11. & l.30. §. vlt. D. de except. rei iudic. id eſt, *Obſtare*, vel non.

In nullo hæc ſuſpicio Offuit, l.35. D. de adquir. vel omitt. *Si non eſt ei Obfuturum Senatuſconſultum quominus detrahat*, l.43. §.1. D. de legat.1. id eſt, *futurum impedimento*, vt ibidem.

OBICEM *Præſcriptionis*, & *Præſcriptionum* pro obſtaculo dicunt Impp. in l.33. C. ad L. Iul. de adult. & l.164. de decurionib. in Cod. Theod.

OBIICERE, id eſt, opponere, *Si corpus ſuum Obiecit*, l.1. §. excuſantur, D. de Sc. Silania. *Obiici beſtiis*, l.11. §. vlt. D. de pœnis. Paul. lib.5. Sentent. Tit.19. & Tit.22. & 23. non ſemel. *Obiicere feris*, Cic. pro Roſc. Amer. Spartian. in Anto. Carac. *Si quando feris Obiectos vidit.*

Naturales liberi Obiiciuntur patrono, l.21. §. vlt. D. de iure patronat.

Si homicidij conuitium Obieciſti, l.5. C. de iniuriis. *Obiicere crimen*, l.4. D. expilat. hered. l.11. D. ad L. Iul. de adult. l.13. D. de Carbon. edic. *Crimina*, l.14. §. accuſaſſe, D. de bon. libert.

Obiici crimen, l.34. D. de iure fiſci, l.7. D. de accuſationib. l.3. D. ſtellionat. l.1. D. de cuſtod. & exhibit.

& exhibit.l.29.§.sex mensum, D.ad L.Iul.de adult. *Obiecta criminis*, l.vlt. C. de administrationib. *Nec quicquam possunt Obiicere criminis*, l.31. D.de reb.auctor.iud. *qui falsum se Obiecturum minatus est*, l.5.D.ad Sc.Turpil.

Obiiciens lenocinium, l.2.§.qui hoc, D.ad L.Iul.de adult *si reo, vel reæ, adulterium, vel lenocinium Obiiciatur*, l.29.§.sex mensum, D.eod.tit.

Obiici tutori cessatio, l.6.D.vbi pupill. *Obiici culpa*, l.7.§. ex diuerso, D.de adquir. rer. dom. *Dolus auctoris*, l.4.§.auctoris, D.de doli except.

Obiicere compensationem, l.7.& l.8.C.de compensationib. *Exceptionem*, l.9. D.de rei vindic. l.19.§.sed & si, D.de probatio.l.1.§.1.& l.7.§.belliſſimè, D.quod vi aut clam. *Exceptionem aduersus actionem*, l.3.C.de donationib.ante nupt.

Obiici exceptio, l.7.D.vsufructuar.quemadm. cau. l.5. D.de dolo, l.14. D.de reb. cred. l.7. D.de compensationib.l.7.§.est &, D.quod vi aut clam, l.1.§. pari, D.de liber. exhib. l.2.§.1. & l.4.§.quæsitum, §.si quis, &§.aduersus, D.de doli except.l.71.D.de furtis, l.17.§.si iussu, D. de iniuriis, l.9.§.si quis fund.

Exceptionem Obiiciendam, l.7.§.de fructibus, D.de except.rei iudic. *an Exceptio eo nomine in iudicium Obiicienda sit*, l.11.D.de doli except.

Si ex vtriusque persona, & auctoris & emptoris, exceptiones Obiicientur, l.28.D.de euictionib. *Exceptiones ex persona emptoris Obiectæ*, l.27.D.eod.tit.

Præscriptionem Obiicere, l.15.§.præscriptiones, D.ad L.Iul.de adult. *Præscriptionẽ omissam, priusquam sententia feratur, Obiicere quandoque liceat*, l.8.C. de exceptionib.

Marito iure mariti accusanti illa præscriptio Obiicitur, l.2.§.1.D.ad L.Iul.de adult. *Obiici præscriptio actioni*, l.5.C.quib.non obiic.

Præscriptiones Obiici, quæ antè non sunt obiectæ, l.7.D.ad Sc.Turpil. *Præscriptiones quæ Obiici solent accusantibus adulterij*, l.15.§.præscriptiones, D.ad L.Iul.de adult.

Obiicere replicationem, l.8.§.si per, D.quib.mod.pign. *Obiici replicatio*, l.2.§.1.D.de except.

Obiicere Falcidiam, l.78.D.de legat.2. *qui satisfecit, habet quod Obiiciat petitori*, l.45.D.de administr.& peric. *Obiectu corporis*, l.19.D.de Sc.Silania. *Obiectu cuiuslibet criminis*, l.vlt.§.nemo, C.de accusationib.

OBIRE, id est, fungi. *Obire munus*, l.2.D.de legationib.l.45.§.vlt. D.de excusationib. *Legationes quæ solo ministerio Obeuntur*, l.6.D.de legationib.

Diem suum obire, l.1.§.si quis igitur, D.vnde cognati, l.6.§.1. D.de bon.libert. l.26. D.de L. Cornel.de fal.l.19.D.ad L.Iul.de adult.l.34.& l.57.D.ad Sc.Trebell.l.101.D.de condic. & dem.l.41.§.cùm pater, D.de vulg.& pupil.l.4.D.de Sc. Silan.l.7.§.vlt. D.de condict. furt. l.77.§.donationis, D.de legat.2.l.1.D.de bonor.poss.ex test.milit.l.6.§.1.D.de bonis libert. l.1.§.si quis, D.de vent.in poss.l.13.C.de donat.int.vir. *vltimum diem obire*, l.5.C.si reus vel accusator. *Diem obire*, l.1. C.de condicionib.insert.l.4.§.vlt.C.ad Sc.Tertyll.

Obire mortem, l.14.D.de iure codicill.l.13.§.vlt.D.de testam.milit.l.vlt.D.de condicionib. instit.l.vlt.D.si quis cautionib.l.7.D.si tabulæ testam.l.14.D.de his quæ vt indign. l.2.C.de dote cauta. Donatus in Andriam, Actus 1. Sc.3. ad hæc verba, *Is Obiit mortem: plenè*, inquit, *dixit, quod nos, Obiit, tãtùm. Virgilius, morte Obita.* Festus, *Mortem Obiisse ea consuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui, Ob Romam legiones ductas, & ob Troiam duxit exercitum, pro ad: similitérque Vadimonium Obiisse, id est, ad Vadimonium Isse, & Obuiam, ad viam.*

Sorte fatali Obire, l.4.C.Sc.Tertyll.

Obisse, pro decessisse, l.3. D.de condict.indeb. l.1.§.vtrùm, D.ad Sc.Tertyll.

Obire auctionis diem facilè poterunt, Cicer.Epist.14.lib.13.ad Attic. Plin. Epist.18.lib.8. *An si ego litibus tererer, obstrictum me esse crederem obeunti ad vadimonia mea?*

Post Obitum, l.78.§. Gaio, D.ad Sc.Trebell.

Obiter liberari, id est, per consequentias, l.1.D.de rescind.vendit.

Obiurgatus, l.2.§.Seruius, D.de orig.iur.Festus. *Obiurgatio post turpe factum castigatio.*

OBLIGARE se, est aliquo iuris vinculo se obstringere. *Obligare se cautione*, l.103.D.de legat.1. *Chirographo*, l.103.D.eod. *Obligare se damni infecti*, l.5.§.si plures, D.vt legat. no. *Obligare fidem suam*, l.54.D.de fideiussorib.l.2.C.ad Sc.Macedon.

Hereditas Obligat nos æri alieno, l.8.D.de adq.vel.omitt. *Obligari æri alieno*, l.6.D.eod.tit. *Ære alieno*, l.17.§.1.D.de test.mil. *In omni ære alieno quod, aut patris, aut filij fuit, etiam inuitus heres Obligatur*, l.28.D.de reb.auct.iud.

Qui in aliena potestate est, non potest inuitum hereditati Obligare eum, in cuius est potestate, l.6.D. de adquir.vel omit. *inuitus Hereditati Obligatur*, l.12.D.qui testam.fac. *Obligari hereditati*, l.5.&

l. 50. D. de adq. vel omitt. hered. *Non Obligari hereditati*, l. 22. D. de adqu. vel omitt.

Vtraque actione Obligatur, l. 2. §. vlt. D. de tutel. & rationib. *si temporali actione sit Obligatus tutor*, l. 9. §. item si pater, D. de administr. & peric.

Se contrario pigneraticio Obligat iudicio, l. 6. C. si aliena res. *Iudicio communi diuidundo Obligabuntur*, l. 46. D. de obligat. & action.

Lege Cornelia Obligatur, l. 30. D. de L. Cornel. de falsi. id est, tenetur.

Obligamur aut Re, aut Verbis, aut simul vtroque, aut Consensu, aut Lege, aut iure Honorario, aut Necessitate, aut ex peccato, l. 52. D. de obligat. & action.

Obligamur præterea, aut NATURALITER, aut *Ciuiliter*, seu *ciuili iure. non tantum ciuiliter, sed nec* NATURALITER *Obligatur, qui stipulanti sine verbis adimit*, l. 1. §. si quis ita. D. de verbor. obligat. *Pupillus sine tutoris auctoritate non Obligatur iure ciuili*, l. 33. D. de oblig. & action. *Receptum est, vt tutori suo pupillus sine tutoris auctoritate ciuiliter obligetur*, l. 1. D. de contrar. tutel. *Si tutor nullo contutore auctore mutuam pecuniam pupillo dederit, vel ab eo stipuletur, non erit obligatus tutori.* NATURALITER *tamen obligabitur in quantum locupletior factus est*, l. 5. D. de auctor. it. & consen. *Naturaliter etiam seruus Obligatur*, l. 13. D. de cond. indeb. *Serui ex contractibus Ciuiliter quidem non Obligantur: sed Naturaliter Obligantur & Obligant*, l. 14. D. de obligat. & action. *Si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti Titio promisisti quod non debueras promittere: palàm est iure ciuili te Obligatum esse*, Instit. de exceptionib. *Vt ipso iure heres sit Obligatus*, l. 34. §. vlt. D. de aur. argen. *qui iure honorario Obligatus est*, l. 8. §. 1. D. de fid eiussorib.

Qui ex donatione se obligauit, l. 12. D. de donationib. *Dotis nomine obligantur*, l. 73. D. de iure dotal.

NIHILOMAGIS *substitutus legatis Obligabitur*, l. 87. §. qui filios, D. ad L. Falcid. *Obligatus ex causa fideicommissi*, l. 8. C. ad L. Falcid.

Incolatus iure te vltro muneribus Obligasti, l. 5. C. de incolis, & vbi quis, lib. 10. *vt solo corporis ministerio obligentur*, l. vlt. §. camelasia, D. de munerib. & honor.

NEGOTIORUM *gestorum ei Obligatur*, l. 6. & l. 24. D. de obligat. & action. *Operis Obligatus*, l. 43. D. de oper. libert. *In totis quinque libris heredem esse Obligatum*, l. 34. §. vlt. D. de aur. arg.

Iureiurando Obligari filium patri manumissori, l. 10. D. de obsequ. parent. *Tributo capitis obligantur*, l. 3. D. de censib. *si quis rem aliquam vouerit, voto Obligatur*, l. 2. D. de pollicitationib.

Furti Obligaris, l. 25. D. de donationib. *Furti Obligatur*, l. 4. D. de pigner. act. id est, *obstringitur*, vt loquitur Sabinus apud Agell. lib. 11. cap. vlt. *Furti Obligari*, l. 54. §. 1. D. de furtis. *Nemini esse furti Obligatum*, l. 174. D. de verb. signif. Scæuola lib. 16. Iuris ciuilis, referente Agell. lib. 7. cap. 15. *Quod cui seruandum datum est, si id vsus est, siue quod vtendum acceperit, ad aliam rem atque accepit, vsus est, furti se Obligauit.*

Obligare etiam est pignori opponere, & hypothecæ dare.

Si rem suam creditori eius Obligauerit, l. 5. D. de obligat. & action. *si non alius pro eo in priore conductione res obligauerat*, l. 13. §. qui impleto, D. locati. *Obligatus fundus*, qui pignori oppositus est, l. 45. §. vlt. D. de legat. 1. *Creditor fundum sibi Obligatum vendidit*, l. 52. D. de act. empti. *qui fundum alij Obligatum habebat*, l. 41. D. de contrah. empt. *Fundum à testatore Obligatum luere*, l. 78. §. Titia, D. ad Sc. Trebell. *Hominem noxæ nomine vel aliàs Obligatum*, l. 18. §. vlt. D. de mort. cau. donat.

Obligari possessiones, l. 5. §. in primis, D. de reb. eor. *Obligata domus*, l. 33. D. ad Falcid.

Obligata res, l. 57. D. de legat. 1. *Pigneratas res, vel in publicum Obligatas*, l. 15. D. de dote præleg. *ob habitationem Obligatum*, l. 6. D. in quib. caus. pign. id est, pignori obligatum.

Obligata bona, l. vlt. D. de legat. 2.

Obligata prædia, l. 38. D. de legat. 3. l. 1. C. creditor. euict. non deb. l. 15. C. de donationib. l. 6. C. de fideicommiss. l. 19. C. de euictionib. *Obligatis prædiis*, Cicero in Rullum, *Soluta* opponit, quæ nullo scilicet pignoris nexu tenentur.

Atque vt in superioribus locis *Obligare* simpliciter, ita alibi *pignori Obligare*, dicunt. *Ancillam quam pignori Obligauerat*, l. 26. §. cùm quidam, D. de fideic. libert. *Pignori Obligata ancilla*, l. 5. C. de seruo pignori dato. *Fundum Seio pignori Obligauit*, l. vlt. §. 1. D. de donationib. *Vt prædia essent pignori Obligata venditori*, l. 1. §. si minor, D. de reb. eor. *Prædia his pignoris iure testator Obligare voluit*, l. 12. D. de aliment. vel cibar. *Pignori Obligatæ ædes*, l. 44. §. vlt. D. de damno inf. *Rem alienam inuito domino pignori Obligari non posse*, l. 6. C. si aliena res. *si vxor tua res proprias Obligauit pignori*, l. 12. C. de pignorib. *Pignoris iure Obligatæ res*, l. 49. D. de furtis, l. 20. D. de solutionib. *Si in hanc rem pignora sunt Obligata*, l. 8. C. mandati.

Obligata habere pignora, Paulus lib. 5. Sentent. Tit. 26.

Præterea

Prætereà, *Obligare*, est obnectere, vt in illo Pauli loco lib. 5. Sentent. Tit. 23. *Qui sacra impia, nocturnáve, vt quem obcantarent, defigerent, Obligarent, fecerint.* Festus, *Obnectere, Obligare maximè in nuptiis frequens est.*

OBLIGATIO *est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius soluendæ rei, secundum nostræ ciuitatis iura*, Institut. de Obligationib. *procurator qui pro domino vinculum Obligationis suscepit*, l. 67. D. de procuratorib. *Eodem modò vinculum Obligationum soluitur, quo quæri adsolet*, l. 46. D. de adquir. possess. & ita *Naturale, &, Ciuile vinculum*, dixit Papinianus in l. 59. D. de condict. indeb. pro Naturali & Ciuili obligatione.

Obligationum, hæ sunt species, *Naturalis, Ciuilis, Honoraria*, l. 1. §. vlt. D. de nouationib. l. 21. §. seruo, D. de fideiussorib. *Ciuilis & Naturalis Obligatio*, l. 8. §. & post litem, D. de fideiussorib. *filio familias mortuo, nulla Obligatio, aut Naturalis, aut Ciuilis superest*, l. 18. D. de Sc. Macedon. *Naturalis Obligatio pupilli, cui sine tutoris auctoritate pecunia credita est*, l. 64. D. ad Sc. Trebell. *Naturalis Obligatio, vt pecuniæ numeratione, ita iusto pacto, vel iureiurando, ipso iure tollitur*, l. 95. §. naturalis, D. de solutionib. *Naturales Obligationes*, l. 40. D. ad Sc. Trebell. l. 10. D. de obligat. & act.

Omnium Obligationum summa diuisio in duo genera deducitur. namque aut Ciuiles sunt, aut Prætoriæ, Ciuiles sunt, quæ aut Legibus constitutæ, aut certè iure ciuili comprobatæ sunt. Prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam Honorariæ vocantur, Instit. de obligationib.

Honoraria Obligatio, l. 1. §. hæc actio. D. de exercitor. *Honorariæ Obligationes*, l. 8. §. vlt. D. de acceptilatio. *quantum ad ipsam iuris Obligationem pertinet*, l. 40. §. vlt. D. de auro, argen.

Sequens Obligationum diuisio, in quatuor species deducitur: Aut enim ex Contractu sunt, aut quasi ex Contractu, aut ex Maleficio, aut quasi ex Maleficio. Earum quæ ex Contractu sunt, quatuor sunt species. Aut enim Re contrahuntur, aut Verbis, aut Literis, aut Consensu, Instit. de obligationib.

Obligationes aut ex Contractu nascuntur, aut ex Maleficio, *aut proprio quodam iure, ex variis causarum figuris. Obligationes ex Contractu, aut Re contrahuntur, aut Verbis, aut Consensu*, l. 1. D. de obligat. & action. *Fideiussorem adhiberi omni Obligationi posse, siue Re, siue Verbis, siue Consensu*, l. 8. §. 1. D. de fideiussorib.

Obligatio Fideiussoria, Hereditaria, Maior, Minor, l. 21. §. seruo, & l. 50. D. de fideiussorib. *Principalis*, l. 3. D. de separationib. *Pristina*, l. 24. D. de mort. cau. donat. l. 21. §. Lucius, D. de annu. leg.

Obligatio legati, l. 82. D. de legat. 1. *Locationum*, l. 44. §. 1. D. ad Sc. Trebell. *Mandati*, l. 1. D. mandati. *Operarum*, l. 37. D. de oper. libertor. *Doni, Muneris, Operarum*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. vlt. *Pignoris*, l. 3. D. de reb. eor. *Ex vendito & debiti*, l. 44. D. de solutionib. *Voti*, l. 2. §. vlt. D. de pollicitationib.

In omnibus faciendis Obligationibus, l. 13. §. vlt. D. de re iudica. Paul. lib. 2. Sentent. Tit. vlt. *Obligatio parit actionem*, l. 42. §. ea obligatio, D. de procurat. μητέρες γὰρ τῶν ἀγωγῶν αἱ ἐνοχαὶ, ait Theophil. ad Tit. Instit. de obligationib. *Pars Obligationis*, l. 7. D. de liberat. lega. & l. 37. §. nuptura, D. de legat. 3. *Obligationis onus*, l. 67. D. de procuratorib. *spes Obligationis conditionalis*, l. 73. §. 1. D. ad L. Falcid. *Obligationum substantia*, l. 3. D. de obligat. & action. *Si quis societatem coierit ad obligationem innocentium*, l. 1. D. de L. Cornel. de fal.

Cùm mixtum sit negotium cum donatione, Obligationem non contrahi, eo casu quo donatio est, l. 18. D. de donationib.

Magis distrahendæ Obligationis animo, quàm contrahendæ, dare videtur, l. 5. §. is quoque, D. de obligat. & action. *Constitui, & Tolli Obligatio*, pugnant, l. 8. §. 1. D. de acceptilat. *non enim ex nouo pacto prior Obligatio resuscitatur*, l. 27. §. idem dicemus, D. de pactis. *Ex parte Obligationem comprobare, ex parte vt de iniqua queri*, l. 39. §. vlt. D. de oper. libertor. *noluit Prætor Obligationes ex Obligationibus fieri*, l. 4. §. ait prætor, D. de re iudica.

Obligatione heredes liberare, l. 22. D. de adimen. legat. *Obligatione solui*, l. 23. D. de oper. libert. *Solutus*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. vlt. *Redire in obligationem*, l. 30. D. de obligat. & action. *in Obligatione retineri*, l. 44. D. de oper. libert.

Non est OBLIGATORIVM *mandatum*, §. illud quoque, Institutionib. de mandato.

Si quis aliquem cœno, luto OBLINIERIT, l. 1. D. de extraord. criminib. & apud Paulum, lib. 4. Sentent. Tit. 4.

OBLITERARI. *pœna quæ legibus aut edicto inrogaretur adoptionis remedio non Obliteraretur*, l. 42. D. de bonis libertor.

Per emancipationem in totum adoptiuæ familiæ OBLIVISCVNTVR, l. 60. §. quamuis, D. de ritu nuptiar. *Omisit non per Obliuionem*, l. 3. D. quæ res pignor.

Nec huic OBLOQVITVR, id est refragatur, aduersatur, l. 10. C. de non numer. pecun.

Si is qui teſtamentum faceret, priuſquam ſecundos exprimeret heredes, OBMVTVISSET, l.25. D. qui teſtam.fac.poſſ.

OBNOXIVS dicitur qui crimine, vel pœna tenetur, & qui vinculo aliquo obligationis, ſiue ex contractu, ſiue ex delicto & maleficio obſtringitur. *filio Obnoxius eſſe debet*, l.47.§.vlt.D.de fideiuſſorib. id eſt, obligatus. *Obnoxius debitoribus*, l.3.C.quando fiſcus. *An Obnoxius ſit ad præſtationem frumenti*, l.vlt.§.vlt.D.de contrahen.empt. Caſſiodorus Epiſt.10.lib.12. Variar. *Reatus quidam eſt eſſe ſub debito, nec liber poteſt veraciter dici, qui probatur Obnoxius reperiri.*

Obnoxius muneribus ſuæ ciuitatis, l.4.§.vlt.D. de munerib. & honor.

Obnoxius accuſationi, l.15.C.ad L.Cornel. de falſ.

Obnoxius crimine, l.1.D.de L.Fabia. *Obnoxij criminum*, l.11. C. de religioſ.

Obnoxius lege Aquilia, l.1.§.item, D.de ſeruo corrupto. *Obnoxius legibus*, l.11. C.de accuſationib. *pœnæ Obnoxius ſeruus*, l.8.D.de Sc.Silania. *Placitæ penæ Obnoxius*, l.2. C. de recept. arbitr. Feſtus, *Obnoxius pœnæ, obligatus ob delictum.*

Obnoxius ſententiæ, l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr.& peric.

Obnoxia, id eſt pignori obligata, l.1. C.de precario. *Obnoxia neceſſitate teneri*, l.4. C. in quib. cauſ.pign. *Obnoxia facere bona*, l.6.C.quæ res pignori.

OBPVGNARE, pro accuſare, arguere, impugnare. *qui iudicium parentis Obpugnauerit, non debet ex eadem hereditate quicquam conſequi*, l.40. D.de adquir.vel omitt. *qui vſque ad finem litis Obpugnauerunt teſtamentum*, l.13.§.eos qui, D.de iure fiſ. *Matris ſuæ iudicium quod Obpugnandum eſſe exiſtimatur*, l.26.C.de adminiſtr.& peric.

OBREPERE dicitur, qui taciturnitate, & reticentia veri, aliquem circumuenit, quíque id celat & reticet, quo expreſſo nõ eſſet poſtulata impetraturus. *ne fortè creditor Obrepat, & ignorantiam eius circumueniat*, l.29.§.ſi cùm debitor, D.mandati. *Si Obrepſerit libertus*, l.1. §. 1. D. ſi à paren.quis man.id eſt, ſi celans condicionem ſuam, adrogandum ſe dederit, vt l. 10. §. patronum, D.de in ius vocan. *Si cùm eſſet pubes, quaſi impubes Obrepſerit, bonorúmque poſſeſſionem accepit*, l.3.§.puberis, D.de carbon.edic. *Si quis aduerſus hanc legem profectus, ærario Obrepſerit*, l.1.§. ex illa, D.de L.Cornel.de falſ. *Si quis Obrepſerit Præſidi prouinciæ, tam per acta, quàm per libelli Oblationem*, l.29. D. de L.Cornel. de falſ.

Si libertas non deberetur, Obieptum tamen Prætori eſt de libertate, l.26.§. ſubuentum, D. de fideicom.liber. *Licet Obreptum fuerit Prætori qui decreto eum dedit*, l.55.§.vlt.D.de adminiſtr.& peric. *Si potuerit probari Obreptum eſſe Prætori*, l.1.& l.5.§.manet, D.de reb.eorum.

OBREPTIO eſt reticentia, qua quis alicuius ignorantiam circumuenit. *Si libertus adrogetur per Obreptionem*, id eſt celando condicionem ſuam, l.10.§.patronum, D. de in ius vocan. *Liberto per Obreptionem adrogato*, l.49.D.de bon.libert.

Si præſes prouinciæ per Obreptionem aditus ſententiam protulit, l.5.C.quom. & quan.iud. *Si fundum tuum vel ciuitatis, per Obreptionem petiero*, l.8.§.1.D.de negot. geſt.

Obreptio precum, l.1.C.ſi nuptię, D.ex reſcripto *Obreptiones reſcriptorum*, apud Ambroſ.Epiſt. 24.lib.5.

Obreptitia cognitio, l.vlt.C.qui legitimam perſon.

OBRYZA in l.13.de ſuſceptorib.prępoſit.in C.Theod.l.2.& l.3.de ponderatorib.eod.Cod. l. 4. de auro coronar. eſt aurum pleniſſimè coctum, & flammæ edacis examine purgatum ac probatum, & ad ſummam puritatem redactum. *ſolidi in maſſam Obryzæ ſoliditatémque redintegrentur*, l.12. de ſuſceptorib. præpoſit. in C. Th. *Obryzæ materies*, ibidem. Sueton. in Nerone cap.44. *Exegítque ingenti faſtidio & acerbitate, Aurum ad Obruſam.* Hanc vocem μεταφορικῶς Seneca Epiſt. 13. vſurpat his verbis: *ſic verus ille animus, & in alienum non venturus arbitrium, probatur: hæc eius Obruſa eſt*, id eſt perfecta probatio, & exploratio, qua ſpectatur. Dicitur & *Obryzum aurum.* Plinius lib.33.cap.3. *Auríque experimento ignis eſt, vt ſimili colore rubeat quo ignis. Atque ipſum Obryzum vocant.* in cuius verbi natione B. Hieronymus, & Iſidor. diſſentiunt. Ille enim in Hieremiam, *Obryſum* quaſi *ophiriſum* appellatum tradit, quoniam *ex Ophor inſula laudatiſſimum aurum adueheretur.* Hic verò lib.16.Etymolog.cap.17. ab eo dictum cenſet, *quod obradiet ſplendore. Eſt enim*, addit ille, *coloris optimi.*

χρυσὸς εὐ ϛαθμοις νομίσμασι, καὶ Ὀβρύζοις, l.2.C.vt nemini lic.lib.10.

Obryzati ſolidi, l.vlt.C.de veter.numiſmat.pot.lib.11. *Obryziaci ſolidi*, l.1. C.de oblatio. votor.lib.12.

OBSCENITAS. *ſi ſerui Obſcenitatem in qua eos, domini compulerint, vel compellant, apud Præfectum vrbi exponant*, l.1.§.quod autem, D.de offic.præf.vrbi: id eſt, *impudicitiam turpémque violationem*, ad quam eos compellant, vt, l.2.D.de his qui ſui vel alie.

Obſcænos

Obſcœnos etiam pro impudicis dixit Seneca in præfat.lib.4.Controuerſ.*Obſcœnum*,autem id eſt turpe,vnde dictum ſit,vide Varron.lib.6.de lingua Lat.

OBSCVRARE *lumina, ſuis luminibus*,eſt lumina *Obſcuriora facere, & minuere*, vt loquitur l.15. D.de ſeruit.præd.vrbana.vel *Luminibus officere*,vt l.17. D.eod.tit.*Altius tollendo Obſcurare lumina legatarum ædium*,l.10.D.de ſeruit.vrban. præd. *Ædes altius tollendo Obſcurare luminibus*, l. 30. D.de vſufructu.

Si vicino ædificante Obſcurentur lumina cœnaculi,l.25.§.ſi vicini,D.locati.*altius tollere non poſſe, quamuis lumina non Obſcurentur*,l.13.§.ſed ſi ædium,D. de vſufructu.

Eodémque modo,*Obſcurari ædes* dicuntur,quarum luminibus officitur.*habitari poteſt etiam Obſcuratis ædibus:quod vſque adeò temperandum eſt,vt non in totum ædes Obſcurentur,ſed modicum lumen quod habitantibus ſufficit,habeant*,l.30.D.de vſufructu.*Habitare poteſt, & ædibus Obſcuratis*, l. 10. D.de ſeruit. vrbanor. prædior. *Obſcurata proſcriptione*, l.11.§.proſcribere,D. de inſtitoria. *Obſcurandarum quæſtionum finalium cauſa*,l.vlt.D.de termino mo.

Obſcuritatem pacti nocere potius debere venditori,qui id dixerit,quàm emptori: quia potuit re integra, apertius dicere,l.21.D.de contrah.empt. *Amouendæ veteris Obſcuritatis gratia*, §. vlt. D. fin. regund.

OBSCVRVM dicitur,quod eſt dubium & ambiguũ:*ſi euidens voluntas ſit*,&.*ſi in Obſcuro ſit* opponuntur,l.10.§.vlt.D.de manum.teſtam.*quod factum eſt,cùm in Obſcuro ſit*, l.164.§.vlt.D.de diuerſ.reg.*ſi in Obſcuro ſit,qua mẽte*,l.50.D.de manum teſt.*in Obſcuro libertatem præualere*, ibidem.*tametſi in Obſcuro eſſet*,l.16.§.vlt.D. de euictionib.*pactionem Obſcuram,vel ambiguam,venditori,& qui locauit nocere, in quorum poteſtate fuit legem apertius conſcribere*,l.39.D.de pactis.*ſcriptura difficilior ſit,& Obſcura portio*,l.vlt.D. de adimend. legat.

In re Obſcura,l.41.§.vlt.D.de diuerſ.regul.id eſt *in re dubia*,vt l.192.§.vlt.D.eod.tit.

In Obſcura voluntate,l.74.D.de legat.1.l.179.D.de diuerſ. regul.

Ne dubium & Obſcurum eſſet,l.22.§.vlt.D.de fideicommiſſ.libertat.*In Obſcuris*,l.9. & l. 114. D.de diuerſ.reg.id eſt *in ambiguis*,vt l.85.D.eod.tit.ſeu in re dubia, & Obſcura.

Obſcurè dicere,l.5.§.1.D.quod vi aut clam.*quod quis Obſcurius in teſtamento vel nuncupat, vel ſcribit,an poſt ſollemnia ex plano poßit*,l.21.§.1.D.qui teſtamen.fac.

OBSECVNDATORES *ſacrorum ſcriniorum*,l.13.de proxin.comit. diſpoſit.in C.Th.

Obſecundatio,l.9.de decurionib.in C. Th.

OBSEQVI, obedire,obtemperare.*qui Obſequitur imperio patris vel domini*, l. 4. D. de diuerſ. regul.*qui cùm obedire deberent,non Obſequuntur*, id eſt *qui ad iuriſdictionem eius cui negant Obſequi, pertinent*,l.53.§.vlt.D. de re iudic. *Obſequi verecundiæ tenetur*,l.41.D.de oper. libertor. *Obſecutus voluntati*,l.70.D.de condicion. & demonſtr.

Non Obſequentem libertum emendare,l.9.§.de plano,D.de offic.proconſ.id eſt,non præſtantem,exhibentémque obſequium patrono debitum.

OBSEQVIVM, obedientiam ſignificat, & vt Impp. loquuntur *Parientiam*.Donatus in Andriam Terent.Act.1.Sen.1. *Falſum eſt quod Cicero ait, Obſequium primum dixiſſe Terentium : cùm & Plautus & Nœuius antea dixerint.*

Fidum Obſequium defuncti precibus præbere, l. 45. ad Sc. Trebell.*Plenum Obſequium præſtare teſtatoris iudicio*,l.16. D.de legat.præſtand.

Titio viro bono,cuius obſequio gratias ago,l.13.D.de annu.legat.

Qui de proximo Obſequium reipublicæ videntur exhibuiſſe,l.3.C. de legationib.

Obſequium aliàs,miniſterium & officium,quod filij parentibus,ſerui dominis,liberi patronis exhibent ac præſtant, ſignificat. Rubr.*de Obſequiis parentib.& patron. præſtand.*Iuſtinianus Nouell. 78. φυλαττέτωσαν γὰ μὴν καὶ μετὰ ταύτην τὴν θείαν ἡμῶν διάταξιν τοις εἰς τοιαύτην αὐτὴς ἄγουσι τιμὴν πᾶσαν αἰδῶ καὶ τὸ καλούμενον Οφικιον καὶ τὴν ἐκ τῶν νόμων εἰσεννεγμένην τιμὴν.ibidémque paulo poſt,*Reuerentiam* appellat.*Obſequium patri debitum*,l.16.§. ſi pater, D. ad Sc.Trebell.vt*Obſequium parentibus & patronis,liberiſque patronorum exhiberi iubeat*,l.9.§. de plano,D.de offic.procon.*Ingratus libertus eſt qui patrono Obſequium non præſtat*,l.19.D.de iure patronat.*Niſi Obſequium patrono præſtaret libertus*,l.1.D.de bonis libertor.*Obſequium non ſolùm patronis,verumetiam liberis eorum debere præſtari*,l.5.§.vtrùm,D.de agnoſc.& alend. liber. *Non idcirco quod ſecundum defuncti voluntatem,vel contra,de filiabus vni præſtas Obſequium*,l. 23. C. de liber.cau.*ſolo Obſequij non præſtiti velamento data libertas reſcindi non poteſt*,l. 30. C. eod. tit. *ſiue Operæ petantur,ſiue Obſequium deſideretur*,l.vlt.D.ſi ingenuus. *liberti in Obſequio fuerunt*,l.84.D. de condicion.& demonſtrat.*qui Obſequiis ſuis liberalitatem patronorum prouocauerunt*, l. 1. C. de reuocan.donat.

Seruitutis Obsequium, l. 2. C. de ingen. manum. *Obsequij necessitas seruorum*, l. vlt. C. qui non poss. ad libert.

Obsequia etiam onera & munera ciuilia significant, *Ciues qui Obsequiis ciuilibus fungi possunt*, l. 3. C. quemad. ciuil. mun. indicun. lib. 10. *Ita vt à ciuilium Obsequio munerum, filius non excusetur*, l. 17. C. de postl. reuer. *quod ad collationem viarum muniendarum, vel quodlibet aliud necessarium Obsequium, creditorem præstitisse constiterit*, l. 6. C. de pignorib. *Corpori indicta Obsequia*, l. 4. §. inopes, D. de munerib. & honorib *necessitatis publicæ Obsequium*, in l. 2. C. quib. non obiicit. de eo dicitur qui ob medendi curam à comitatu principis discedere non possit.

Obsequium pistrini, l. 15. & l. 18. de extraord. siue sordid. in C. Th.

OBSERVARE, id est custodire. *Obseruare iudicium*, l. 23. C. de appellationib. *Ordinem*, l. 5. §. qui prior, D. vt legat. seu fideicommiss. *Obseruari ordo*, l. 4. §. ordine, D. de legationib.

Obseruare prætorem oportebit, l. 6. D. de curat. fur. *Obseruare proconsulem oportet*, l. 4. & l. 9. §. obseruare, D. de offic. procons. *perinde Obseruabimus atque*, l. 6. §. certè, D. quemad. seruit. amitt. *Idem & in paganorum testamentis Obseruatur*, l. 52. D. de manumiss. testam. *Ita Obseruabitur vt*, l. 3. D. de collat. bonor. *An commoda repræsentationis in hoc legato sic Obseruentur atque*, l. 1. §. idem quærit, D. de dot. præleg. *Omnia perinde Obseruabuntur ac si*, l. 10. D. de oper. libertor. *perinde omnia Obseruentur, ac si*, l. 4. D. de pact. aut iud.

Solet hoc in vsu Obseruari, l. 1. §. impuberi, D. de Sc. Silaniano. *illud à quibusdam Obseruari solet*, l. 11. §. vlt. D. de custod. & exhibit.

Eadem in personam eius Obseruari conueniet, quæ circa emptiones custodiri solent, l. 20. D. de fideicomm. liber. *si aliud Obseruabimus*, l. 47. D. de euictionib. *Nam si aliter Obseruetur*, l. 1. §. sed & si quis, D. de Carbon. edic. *Obseruari ius*, l. 14. C. de testam. milit. *quod ius multo magis Obseruandum est*, l. 3. §. vlt. D. de offic. prætor. *quod maximè inter parentes & liberos Obseruandum est*, l. 30. D. de re iudic.

Obseruandum est, l. 49. D. de ritu nupt. *Obseruandum est ne iudex detur quem altera pars nominatim petat*, l. 47. D. de iudiciis. *Præcipuè Obseruandum est*, l. 22. §. vlt. D. de oper. libert. *nec aliud in vxore pridem Obseruatum est*, l. 77. §. pater, D. de legat. 2.

Non esse Obseruandam appellationem, l. vlt. D. de appellationib. *pacta quæ turpem causam continent Obseruanda*, l. 27. §. pacta, D. de pactis. *præscriptio 20. annorum quæ circa requirendorum adnotatorum bona Obseruatur*, l. 1. §. vlt. D. de iure fis. *hoc quinquennium Obseruari legislator voluit*, l. 29. §. hoc quinquennium, D. ad L. Iul. de adulter. *quod tempus ex æquo & bono Prætorem Obseruare oportet*, l. 71. §. in pecuniæ, D. de legat. 1. *non semper mortis tempus Obseruari*, l. 56. D. ad L. Falcid. l. 19. D. de condicionib. & demonstr. *Cùm satis sit Obseruari id tempus quo nascitur*, l. 29. §. nunc de lege, D. de liber. & postum. *Tempora quæ in excusationibus Obseruanda D. Marcus statuit*, l. 16. D. de excusationib.

Obseruari Venter, & Partus, l. 1. §. vlt. D. de inspicien. vent. *vt ad ventrem inspiciendum, Obseruandúmque custodes mittant*, Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 25.

OBSERVATIO *fidei*, l. 1. C. quib. ex caus. *Iuris*, l. 3. C. de suis & legit. *si sola iuris nostri Obseruatio interueniet*, l. 38. §. 1. D. ad L. Iul. de adulter.

Codicilli Obseruationem, & legem iuris à testamento traditam seruant, l. 14. D. de iure codicill. *sine Obseruatione legum facere testamentum*, l. 19. §. 1. D. de castr. pecul. *qui creditorem rei seruandæ causa mittit in possessionem, non custodiam rerum, sed Obseruationem concedit*, l. 3. §. vlt. D. de adquir. possess. *Obseruatio vsurarum*, l. 1. C. de naut. fæno.

OBSERVANTIA *legum*, l. 1. D. de testamen. milit. id est obseruatio.

OBSERVATORES. *honorarij tutores dati sunt, quasi Obseruatores actus eius qui gerit, & custodes*, l. 3. §. 1. D. de administr. & peric.

OBSIANI, lapillis adnumerantur, l. 19. §. perueniamus, D. de auro, argent. *Obsidianum* vtique lapidem Plinius, lib. 36. cap. 26. memorat, & in Æthiopia ab Obsidio (vnde & nomen traxisse credibile est) inuentum, *nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu: atque in speculis parietum, pro imagine, vmbras reddentem, ex quo, multos gemmas fecisse*, scribit. Idem lib. 34. cap. 10. *de Obsidiano lapide diximus superiore libro, inueniuntur & gemmæ eodem nomine ac colore, non solùm in Æthiopia Indiáque, sed etiã in Samnio, vt aliqui putant, & in litoribus Hispanienſis Oceani*: quæ verba vt & superiora ex eo descripsit Isidor. lib. 16. Origin. cap. 15. apud quem non Obsidianus, sed Opsianus lapis hic appellatur, vt & ab Arriano Ὀψιανὸς λίθος.

OBSIDES ait Festus, *pro Obsides, qui ob fidem patriæ præstandam dantur. Obsides testari non possunt, nisi id*

niſi id eis permittatur, l.11.D.qui teſtam. *Obſidum bona, ſicut captiuorum, in fiſcum eſſe cogenda. Niſi accepto vſu togæ Romanæ, vt ciues Romani ſemper egerint*, l.31.& l.32.*quo magis Obſides hoſtibus populi Romani dentur aduerſus rempublicã*, l.4. D.ad L.Iul.maieſt. Varro lib.4.de lingua Lat. *Exquiliis, vicus Africus, quod ibi Obſides ex Africa, bello Punico, dicuntur eſſe cuſtoditi.* Tacit.lib.1.Annal. *Obſes Auguſto datus à Phraate.*

Obſeſſus à latrunculis, l.1.D.de legat.3. *In Obſidione parentibus abrepti filij*, l.18. D.de excuſat.

OBSIGNARE eſt anulo ſignum imprimere: & vt Apuleius, lib.10.de Aſino Aur. loquitur, *Anulo prænotare.* σφραγίδι σημαίνεσθαι, ait Lucian.in Libello de Syria Dea. *emptor ſacculum cum pecunia, ſignatorum ſignis Obſignauit*, l.vlt. D. de lege commiſſor. *Obſignari tabulæ*, l.7. D.teſta. quemad.aper.l.2.C.eod.tit.Cicer.1.de Orat. *cùm Obſignes tabellas clientis tui.* Plaut. Curculio. Act.2.Sc.3. *Qui anulo meo tabellas obſignatas attuliſſet.* Idem Amphytrio. Act.1.Sc.1. *Ciſtula Amphytrionis Obſignata ſigno eſt.* Sueton.in Tiberio, cap.vlt. *Teſtamentum Obſignauerat, etiam humilimorum ſignis.* Sic & *Obſignari Teſtamenta* legimus apud Cæſar.lib.1.de bello Gall.& Ciceron. pro Cluentio. *Obſignare Aurum*, l.20.D.de furtis. *Obſignare pecuniam*, l. 41. §. 1. D. de vſuris.

Obſignari dicebatur *Pecunia* quæ creditori oblata eo recuſante accipere, in ſacculum condebatur, qui ſignatorũ ſigillis impreſſis ſignabatur: quo facto, ſolebat publicè, ſeu in publico, deponi, vt apparet ex l.19.C.de vſuris, l.11.C.de compenſationib. *qui pecuniam in iure Obtulit, & propter ætatẽ eius qui petebat, Obſignauit, ac publicè depoſuit*, l.56.§.1. D.mandati. *Debitor pecuniam Obtulit, & eam cùm accipere noluiſſet, Obſignauit, ac depoſuit*, l.7.D.de vſuris. *Si pecuniã Obtulerit, eámq; Obſignatam depoſuerit*, l.1.§.vlt.D.eod. *Si creditrici pecuniam debitam obtuliſti, eáq; non accipiente, Obſignatã eam depoſuiſti*, l.6.C.eod. *Quamuis pecuniã Obſignatam in depoſiti cauſam habueris*, l.2.C.eod. *Cùm pecuniam obtuliſſet, creditorq; accipere noluiſſet, eam Obſignauit, & depoſuit*, l.1.C. qui potior.in pig. *Obſignata pecunia*, apud Cic.pro Cluẽt. *Obſignari Bona*, l.vlt.D.de requi.reis. *Obſignare res hereditarias*, l.1.§.eligitur, D.de vẽtr.in poſſ. *epiſtula non Obſignata*, l.vlt.D.de leg.2.

OBSIGNATIO conſignationem pecuniæ ſignificat in l.9.C.de ſolutio.l.7. C.de pact.inter. Obſignatio autem ſic fiebat, vt ſacculus lino traiiceretur, ſigníſque ceræ impreſſis obſignaretur. *Obſignatio* etiam *tabularum* dicitur apud Gellium, lib.14.cap.2.

OBSONATORES *ſerui* in l.65.D.de legat.3.& apud Paul.lib.4.Sent. Tit.7. qui obſonia coëmunt. Seneca Epiſt.47. *adde Obſonatores, quibus dominici palatij notitia ſubtilis eſt, qui ſciunt cuius rei ſapor illum excitet*, Athenæus, lib.4. Ἐκάλουν δὲ Ἀγορᾶσιν, τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον, υἱῷ δὲ Ὀψωνάτορα. Martial.lib.14.Epigram.de Obſonatore. *Dic quotus es, quanti cupias cœnare: nec vnum Addideris verbum: cœna parata tibi eſt.*

OBSTARE eſt obeſſe, nocere, Sic *Obſtare*, vel, *non Obſtare exceptio*, l.3.l.7.& l.11.§.item, l.19. & l.21.§.1.& §.ſi Stichum, l.25.§.vlt.l.30.& l.vlt.D.de except.rei iudic.l.1.§.vlt. & l.vlt. §.vlt. D.quar.rer.act.non dat.l.10.D.de legit.tut. l.13 §.vlt.D.de reb.eor.l.1.& l.4. §.itẽ, l.21.& l. vlt.D.de doli mali except.l.13.& l.18.D.de exceptionib.l.2.C.eod.tit.l.13.D.de vſuris, l.26. §.filia, D.de pact.dotalib.l.28.D.de iudiciis, l.29.D.de condict.cau.data, l.8.§.vlt. D. quib. mod.pign.l.31.D.de vſufruct.l.7.§.1.D.de iuriſdictione, l.3.D.de dotis collat. *Si exceptio Obſtiterit*, l.27.D.de euictionib. *ſi peteret rurſus hereditatem, Obſtaturum exceptionem*, l. 11. in princ. D.de except.rei iudic.& mox, *rurſus petenti mihi Obſtaturum exceptionem*, ibidem. *Obſtaturum Exceptionem*, l.21.§.1.D.eod.tit. *Petenti legatario, exceptionem doli mali Obſtaturam*, l. 48. D. de fideicommiſſar.libertat. *Doli exceptionem Obſtaturam*, l.6.D.de ſer.export.& l.26.D.de liberat. lega.l.vlt.§.1.D.de doli mali & met.except. *Exceptionem pacti cõuenti in totum Obſtaturam*, l.27. §.idem dicemus, D.de pactis. *nec Obſtaturam ei exceptionem*, l.20.D.de except.rei iud.

Iudicatæ rei præſcriptio coheredi qui non litigauit, Obſtare non poteſt, l.29. D. de except. rei iudic. *non Obſtabit rei iudicatæ præſcriptio*, l.42.D.de liber.cau.l.3.C.de petit.hered. *Obſtare triplicatio*, l.7.§.cum dementis, D.de curat.furio. *Niſi lex Obſtaret*, l.33.D.de vſurpationib.

Si in publico ædificem, deinde hoc ædificium ei Obſtet, l.§.idem ait, D.ne quid in loc. publ. *Si Obſtet id ædificium vſui publico*, ead.l.1.§.ſi quis nemine. *Capitis deminutio per edictum nulli Obſtat*, l.5. D.ſi tab.teſt. *nihil ei ſeruitutem Obſtetiſſe*, l.3.D.de off.præt.

Nec Obſtat, l.13.§.vlt.D.commod. *Nec Obſtare*, l.5. D. pro derelic. *Nihil Obſtabit quominus*, l.18 §.ſi vicinæ, D.de dam.inf. id eſt, nihil vetabit, vel prohibebit.

Obſtare etiam dicitur qui alium antecedens, ei impedimento eſt: quíque vt proximior ſequenti gradu conſtitutum excludit. *Si quis proximior cognatus naſci ſperetur, Obſtare eum ſequentibus*, l.1.§.ſi quis proximior. D.vnde cognati. *Neque Obſtat alij*, ibidem. *qui non Obſtat iure inteſtati, iure teſtati videbitur Obſtitiſſe*, l.7.D.ſi tabul.teſt. *ſupraſcripta perſona ei non Obſtat*, l.6.§. ſed ſi pater, D.de iniuſt.rup. *Suos Obſtare legitimis*, l.2.D.vnde legitim. *Fratribus ſuis non Obſtabit*, l.3.§. ſi capitis, D.de bon.libert.

Nepos naturalis matri Obſtat, l.2.§. liberi, D.ad Sc.Tertyll. *Liberi defuncti ſui quidem Obſtabũt matri eius*, ibidem. *Neque pater videbitur Obſtitiſſe*, l.7.D.ſi tabul.teſtam. *non Obſtante ei patre ſuo*, l.5.D.eod.tit. *Patronus Obſtet liberis ſuis*, l.4.§.ſi deportatus, D.de bon.libert.

OBSTACVLVM *Exceptionis*, l.20.C.de negot.geſt.

OBSTETRIX, ait, Donat.in Andr.Act.1. Sc. vlt. dicitur, *quæ opem tulerit parturienti*. Idem in eiuſdem Comœd.Act.3.Sc.1.ad verba *fer opem: inde*, inquit, *Obſtetrix, quod opem tulerit.*

Obſtetrix ſupponens, lege Aquilia tenetur, l.9.§.1.D.ad L.Aquil. *Finge, Obſtetrices dicere, prægnatem eſſe*, l.30.§.quod dicitur, D.de adquir.vel omitt. *Venter inſpicitur per quinque Obſtetrices: & quod maxima pars earum denuntiauerit, pro vero habetur. Obſtetricem quæ partum alienum attulit, vt ſupponi poſſit, ſummo ſupplicio adfici placuit*, Paul.lib.2.Sentent.Tit.25. *in manibus Obſtetricum deceſſit*, l.3.C.de poſtum.heredib.

OBSTRINGERE, eſt obligare & aliquo vinculo adſtringere. *Obligationum ſubſtantia in eo conſiſtit, vt alium nobis Obſtringat ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præſtandum*, l.3.D.de obligat.& act. *hæc de quibus quis ex cauſa donationis Obſtrictus eſt*, l.12.D.de donationib. *quaſi ex cauſa fideiuſſionis Obſtrictus*, l.15.C.de fideiuſſorib. *eò quòd ex ea cauſa Obſtrictus eſſe cœperit*, l.19.§.vlt. D.de pecun.conſtit. *contra ſexus condicionem ex obligatione Obſtricta es*, l.1.C.ſi mat.indemnit.prom. *Mater ex obligatione Obſtricta*, l.vlt.C.eod.tit. *Obſtrictus emptori ob vẽditionem*, l.20.§.ſed ſi res, D.de heredit.petit.

Pater & dominus de peculio Obſtricti, l.1.§.vlt. D.de pecun. conſtit. *in partem fore Obſtrictum*, l.8.D.de duob.reis. *Vt vnuſquiſque eorum periculo ſoliditatis videatur Obſtrictus*, l.2. C. quo quiſque ord.lib.11. *Obſtringitur mandati actione*, l.8.D.de diuerſ.regul.

Quamuis ipſe domino mandati vel negotiorum geſtorum actione ſit Obſtrictus, l.51.§.1.D.de ædilic. edic. *Condictione ex furtiua cauſa Obſtringitur*, l.16.D.de condict. furt. *Heres iudiciis quibus conuentus eſt, aut ſtipulationibus quibus neceſſe habuit promittere, Obſtrictus manebit*, l.36. D.ad Sc. Trebell. *interdicto vnde vi, colonum locatori Obſtrictum fore*, l.12.D.de vi & vi arm.

Fideicommiſſo Obſtringi, id eſt, *fideicommiſſo teneri*, vt loquitur l.41.§.cùm filiæ, D.de vulg.& pup. *ſi cùm alius rogatus ſit, alius fideicommiſſo Obſtringatur*, l.108.§.qui margarita, D.de legat.1. *quatenus cepiſſet, fideicommiſſo Obſtrictam*, l.78.§.heres, D.ad Sc.Trebell. *nullo onere heredis Obſtrinxit*, l.1.D.de operib.publ. *non eſſe Obſtrictum heredem ad habitationem præſtandam*, l.38.D.de vſu & vſufruct.leg. *animus ſolus eum Obſtringet hereditati*, l.21. §.1.D.de adqu.vel omitt. *vt quis pro herede gerendo Obſtringat ſe hereditati, neceſſe eſt*, &c.l.22.D.eod.tit.id eſt, obligat. *heres ipſius heditario nomine, decima Obſtrictus eſt*, l.2.§.vlt. D.de pollicitationib. *oneribus hereditatis Obſtrictus eſt*, l.2.§.vlt.D.de pollicitationib. *oneribus hereditatis Obſtrictus relinquatur*, l.14.§.vlt. D.ad Sc.Trebel. *Neceſſitate Obſtrictus fuiſſet filiis fundum relinquendi*, l.54.D.ad L.Falc. *Cùm fiſco etiam Obſtrictum, poſtea tutorem eſſe factum dicas*, l.1.C.ne tut.vel curat.vectigalia.

Obſtringere res velut proprias, l.2.C.de crim.ſtellionat.id eſt, pignore obligari. *Obſtrictum pignus in ſortem vel in vſuras*, l.11.§.ſi in ſortem, D.de pignerat.act.

Obſtricta muneribus municipalibus corpora vel collegia, l.17.§.eos qui, D. de excuſationib.

Obſtringi furti, Agell.lib.11.cap.vlt. *nec alicuius ſceleris conſcientia Obſtrictus*, l.2. C.qui teſta.

OBSTRVERE, l.13.§.ſed ſi ædium, D.de vſufructu. *Si feneſtras meas perfixas habuero, vel Obſtruxero*, l.6.D.de ſeruitut.præd.vrban. *Obſtruere etiam luminibus*, id eſt, officere, dixit Cicero pro domo ſua. *Si aqua fluens iter ſuum ſtercore Obſtruxerit*, l.2.§.apud Namuſam, D.de aq.& aq.pl. *Cùm Senatuſconſulti auctoritas, alienandi viam Obſtruxerit*, l.11.C.de præd.mino.

OBTENTV, id eſt, ſpecie, prætextu, colore. *Obtẽtu æris alieni*, l.5.§.non paſſim, D.de reb.eor. *Conſilij*, l.77.§.mãdo, D.de lega.2. *expilatæ hereditatis*, l.5.D.de crim.expil. *maioris percepti emolumenti*, l.17.D.de vſuris. *militiæ*, l.8.D.de rei vindic. *non datorum inſtrumẽtorum*, l.15.C.eod.tit. *Obligationis*, l.10..C.ad Sc.Velleian. *Paupertatis*, l.43.§.non eſt, D.de ritu nupt. id eſt, *ſub prætextu*, vt eadem l.§.ſi qua. *ſub Obtentu paupertatis*, l.10.§.auctis, D.de vacat,& excuſat.

Obtentu Priuilegiorum, l.1.C.de bonis vacantib.lib.10. *recuperatæ valetudinis*, l.6.C.de re milit. *non Obtentu adulationis alicuius*, Paul.lib.5.Sentent.Tit.29. *adſcitæ mortis Obtentu*, l.2. C.qui teſt.fac.poſſ. *perſequendæ litis Obtentu*, l.21.C.de procurat. *ſub Obtentu copulandæ adoptionis*, l.2. C.de adopt. *qui ſub Obtentu & monitu deorum quædam vel renunciant, vel iactant*, Vlpian.in Lege Dei, Tit.15. *ſub Obtẽtu iudicij de inofficioſo*, l.7.§.1.D.de hered.pet. *Legis Falcidiæ*, l.2.C.de vſur.& fructib. *nouorum inſtrumentorum*, l.35. D.de re iudic. id eſt, *ſub ſpecie*, vt l.4. C. eod.tit. ſiue, *ſub prætextu*, vt l.19.& l.29.C.de tranſactionib.

Sub Obtentu pœnitentiæ, l.4.C.de reuoc.donationib. *quantitatis quam Reipubl.debes*, l.1.C.ne fiſcus vel reſpubl.

OBTERERE eſt opprimere, *ſi mulæ alienum hominem Obtriuerint*, l.8.D.ad L.Aquil. *Vehiculo obtritus*, l.5.§.vlt.D.de condict.cau.da.

OBTEMPERARE, *id eſt, Obſequi, Obedire, Parere. Seruus domino iubenti Obtemperauit*, l.2.§.1.D.de noxalib. *quaſi voluerit lex ſeruos dominis ſuis in hac re non Obtemperare*, ibidem. *Ignoſcitur ſeruis ſi vel dominus, vel iis qui vice dominorum ſunt Obtemperauerint*, l.11.§.ſi tutoris, D. quod vi aut clam.

Si ſatisdare iuſſus decreto Prætoris non Obtemperauerit, l.31.D. de reb.auctor. iud. *Si dum decreto Prætoris non Obtemperat, iuriſdictionem ei denegauerit*, l.26.§.proinde, D.ex quib.cauſ.maior. *Non exaudito decreto Prætoris, quaſi non Obtemperaſſet, pœna vt contumax plecteretur*, l.1.§.propter, D.de poſtulando. *Si pater tuus vel tutor vel curator ius dicenti non Obtemperauerit*, l.1.§.ſi procurat.D. ſi quis ius dicenti. *Contumacia eorum, qui ius dicenti non Obtemperauerunt*, l.53. D.de re iudica. *Is videtur ius dicẽti non Obtemperaſſe, qui quod extremum eſt in iuriſdictione non fecit*, d.l.1.§.1.D.ſi quis ius dicen.non Obtemperau.

Non debent Obtemperare litigatores, ſi arbiter aliquid nõ honeſtum iuſſerit, l.21.§.plenum, D.de recept.qui arbitr. *Arbitrorum ex compromiſſo ſententiæ non Obtemperans*, l.3. C.eod. tit. *Datæ formæ Obtemperari*, l.5.C.de ſentent, & interlocut.

Nec eſt quod mulieribus imputetur, quæ qualiter potuerũt ſtatutis Obtemperauerunt, l.135.D.de verb. ſignif. *quo rex exteræ nationis populo Romano minus Obtemperet*, l.4.D. ad L.Iul.maieſt.

Præſidem prouinciæ formæ ſtatutorum principalium Obtemperari, pro ſua grauitate iuſſurum, l.16.C. de excuſation.tutor.

Si fortè non Obtemperent teſtes, coerceri eos à Prætore, l.5.§.hoc interdictum, D.de tabul. exhib. *tunc dehinc omnibus placitis Obtemperaretur*, l.3.C.ad Sc.Turpilian.

Cùm Obtemperantes Legibus, aliquid ſecundum præceptum legum facimus, l.52.§.lege, D.de obliga. & actio. *Sanctio legum pœnam irrogat iis qui præceptis Legis non Obtemperauerint*, l.41.D.de pœnis.

Eodémque modo & *Legi* in contrahendo dictæ *Obtemperare*.

Eo quod legi illa Obtemperare noluerit, l.1.C.de donationib.quæ ſub modo.

Cùm donationis legi non eſſet Obtemperatum, l.8. D. qui ſine manumiſſion. *quia mandato non eſt Obtemperatum*, l.8.§.ſi tutores, D.mandati. *ſi tutor iudicatum ſiſti promiſerit, & ſtipulationi non Obtemperauerit*, l.vlt. D.ſi quis cautionib.

Cùm ſua ſponte ſcripturæ teſtamenti non Obtemperauerit, l.3.C.de condicion.inſer.

Si mulier non Obtemperet voluntati, l.7.§.vxori, D.de donat.int.vir. *Si fato quis fecerit, non videtur Obtemperaſſe voluntati*, l.2.D.de condic. & demonſtr. *quia patris ſui voluntati non Obtemperatur*, l.2.C.de condic.inſer. *Obtemperandum voluntati teſtatoris*, l.113.D.de legat.1. *Voluntati teſtatoris (ſalua Legis Falcidiæ auctoritate) Obtemperandum eſſe manifeſtum eſt*, l.10.C.famil.ercil.

Poſtliminio regreſſi patriæ muneribus Obtemperare cogũtur, l.17.§.poſtliminio, D.ad municipal. *Si cui Reſpublica neceſſitatem impoſuerit ſtatuarum principi ponendarum, qui non promiſit, non eſſe ei neceſſe Obtemperare*, l.6.§.vlt.D.de pollicitationib.

OBTINERE, vel vt in Pandectis Florentinis ſcribitur, *Optinere*, interdum eſt, habere, poſſidere, nanciſci, conſequi. *Obtinere hereditatem*, l.vlt.D.ad Sc.Trebell.l.4.D.de iniuſto rup.l.23. D.de inoff.teſt.l.5.§.1.D.de his quæ vt indig.l.7.§.1.D.de Carbon.edic.l.15.D.de leg.præſt. l.11. C.de probationib.l.vlt.C.ſi minor ſe maior. *totam hereditatem Obtinere*, l.22.C.de probat. *Tutelã patroni filius, hereditatẽ patrona Obtinebit*, l.1.§.1. D.de leg.tut. *Bonorum omnium hereditatem Obtinet*, l.1.§.vlt.D.de vulg.& pupill. *Totam hereditatem Obtinere*, l.22.D.de inoff.teſt. *Ex ſubſtitutione hereditatem Optinere*, l.41.D.de adquir.vel omit. *Obtineri hereditas*, l.4.D.de iniuſt rupt. *Quadrantem integrum Obtineret*, l.41.§ coheres, D.de vulg.& pupill. *rem quæ Obtinebit*, l.12. D.de iniuſt.rupt. *Vniuerſum prædium Obtinebis*, l.1.C.comm. diuidund. *Neque plures in vno fundo dominium iuris intellectu, non diuiſione corporis obtinent*, l.66.§.1. D. de legat.2. *quominus id quod tibi relictum eſt, Obtineas*, l.1.C.de his quę ſub modo. *Obtinere ſucceſſionem*, l.1.C.de collationib.

Obtinere etiam eſt, tenere, & occupare. *Obtinere priorem gradum*, l.4.C.de poſtlim.reuerſ.

Hereditas dominæ locum Obtinet, l.13.§.accedit, D. quod vi aut clam. *hereditas defuncti locum Obtinere*, l.13.§.vlt.D.de hered.inſtit. *In condicionibus primum locum voluntas defuncti Obtinet*, l.19.D.de condic.& dem. *proximum locum Obtinens*, l.1.§.ſi igitur, D.vnde cognati. *qui ſui heredis locum numquam Obtinuerunt*, l.5.D.ſi tab.teſt. *Reuerſus decurio locum quidem ſuum non Obtinebit*, l.2.D.de decurionib. *Poteſtatem condicionis Obtinet*, l.39.D.de reb.credit. *Iuſiurandũ vicem rei iudicatæ Obtinet*, l.1.D.quar.rer.act. *inſtar rei iudicatæ Obtinere*, l.2.C.de iure filei lib.10. *vſuræ Vicẽ fructuum Obtinent*, l.34.D.de vſuris. *ex iis quæ Legis vicem Obtinent*, §.quarum, Inſtit.de exceptionib. *Vicem legitimæ ſobolis Obtinere*, l.4.D.de adoption. *Vim rei iudicatæ Obtinere*, l.6.C.de execut.rei iud. *Contractus imaginarij iuris vinculum non Obtinent*, l.54.D.de obligat.& action.

Vires suas Obtinere, l. vlt. C. qui non poss. ad libert. *Ratio Obtinendæ possessionis*, l. 6. D. de adquir. possess. *Obtenta possessio*, l. 2. C. de longi temp. præscript.

Siue Proconsulatum Obtineat prouinciæ, l. 1. D. de tut. & curat. *Obtinere* vtique prouincias cum Imperio dicebantur, qui iis præerant, Agell. lib. 5. cap. 14. *Cùm prouinciam Africam proconsulari Imperio dominus meus obtineret.* Idem Agell. lib. 12. cap. 7. *ad Cn. Dolabellam proconsulari Imperio prouinciam Asiam Obtinentem.* Plinus lib. 7. cap. 13. *M. Syllanum, qui cùm Asiam Obtineret post consulatum.*

Causam Obtinere, est iudicio vincere, & superare, quod vel absolutione, si de reo agatur, vel condemnatione, si de actore sermo fiat, contingit. *Si mater impuberis, subiecti partus rea postulata, causam Obtinuerit*, l. 3. §. si mater, D. de Carbon. edic. Idémque loquendi genus Cicero pro Cluent. & lib. 4. de Finib. vsurpat. Eodem sensu absolutè, *Optinere* Iurisconsulti plerumque dicũt. *Egit posterior pigneraticia, & Optinuit*, l. 19. D. de except. rei iudic. *Duobus separatim agentibus alter Obtinuit*, l. 29. D. de except. rei iudic. *Si creditor ius suum persecutus est, & Obtinuit*, l. 30. §. 1. D. de except. rei iudic. *De inofficioso egit, & Obtinuit*, l. 19. D. de inoff. testam. *Filio qui de inofficioso testamento contra fratrem egit, & Obtinuit*, l. 16. D. eod. tit. *Hæc de inofficioso egit, & Obtinuit*, l. 19. D. eod. tit. *Cùm & de matris testamento agant, & Obtinere adsiduè soleant*, l. 5. D. eod. tit. *Si appellatione intercedente heres scriptus Obtinuit*, l. 5. §. quidam, D. de his quæ vt indign. *Qui me potior est, cùm ego te superaturus sim, multo magis aduersus te Obtinere debet*, l. 14. D. de diuers. tempor.

Sic *Obtinuisse* dicitur *Tutor* secundum quem sententia dicta est, l. 6. D. quãdo ex facto tutor. *Portionem hereditatis petebat, & apud Præsidem Obtinuerat*, l. 74. §. vlt. D. ad Sc. Trebell. *Fideicommissum petierat, & Obtinuerat apud Proconsulem Achaïæ*, l. vlt. D. ad Sc. Trebell.

Postea heres scriptus Obtinuerat fiscum, l. 27. §. vlt. D. de legat. 3. id est, aduersus fiscum.

Animus litigantis, & Obtinendi votũ, l. 11. §. cùm quidam, D. ad L. Falcid. *Cùm Optinendi spem non habeant*, l. 1. D. de inoff. test.

Proinde *Optinere* & *Vincia* aduersantur, l. 5. §. in hac stipulatione, D. iudicat. sol. *Si filius patroni exheredatus in partem Obtinuerit, in partem Victus sit*, l. 12. §. si filius, D. de bon. libert. *Si noluit Obtinere, &, si in lite Vinci voluit*, idem valent, l. 1. §. quid si, D. si quid in fraud. patr. Atque vt *Obtinere* dicitur qui superior à lite discedit, ita *non Obtinere*, qui iudicio vincitur & superatur. *Filia quæ non egit, aut non Obtinuit*, l. 16. D. de inoff. testam. *Qui non iure factum contendit, nec Obtinuit*, l. 5. §. 1. D. de his quæ vt indign. *Qui falsos codicillos esse dixit, neque Obtinuit*, l. 15. D. eod. tit. *Qui de falso egit nec Obtinuit*, l. 27. D. de excusationib. *Qui falsum Testamentum dixit, si non obtinuerit*, l. 22. D. de his quæ vt indign. *Fiscus in quæstione falsi testamenti non Obtinuit*, l. 38. D. de iure fisci. *Ab vno ex institutis dimidiam partem hereditatis petit, nec Obtinuit*, l. 3. D. de except. rei iudic. *Si litem peregero nomine filij, nec Obtinuero*, l. 22. D. de inoff. test. *Ego apud fideicommissarium Prætorem petebam, nec Obtinui*, l. 78. §. cùm vir, D. de legat. 3.

Proinde *non Obtinere*, *Accusator* dicitur, qui reum non peragit. *Postquam Q. Ligarium accusauit, nec Obtinuit apud C. Cæsarem*, l. 2. §. post hoc quoque, D. de orig. iur. *Cum in falsi testamẽti accusatione nõ Obtinuerit*, l. 47. D. de hered. petit. *si nõ Obtinuisset in accusando*, l. 22. D. de inoff. testã. *Obtinere ius*, l. 5. C. de liberali causa. Cicer. Epist. 4. lib. 13. Familiar. *Præcipuam causam haberẽt ad ius suum Obtinendum.*

Interdum *Obtinere*, præualere significat. *Obtinuit*, l. 3. D. de condic. & dem. *fuit quæstionis, & Obtinuit*, l. 24. D. de adquir. vel omitt. *post magnas varietates Obtinuit*, l. 32. D. de obligat. l. vlt. D. pro legato. *hodiéq; Obtinuit*, l. 1. §. vlt. D. de off. quæst. *Gaius Cassius dicit: quod & honestius est, & meritò Obtinuit*, l. 4. §. parentem, D. de in ius voc.

Obtinuit sententia Bruti, l. 68. D. de vsufructu. *Galli*, l. 27. D. de legat. 1. *Sabini & Cassij*, l. 10. D. de vsurpationib. §. & adeò, Instit. de mandato, id est, *prævaluit*, vt loquitur Iustinianus, §. sed Proculi, Instit. de empt. & vend. & §. de illa, Instit. de societate. *& adeò contra Quinti Mutij sententiam Obtinuit*, §. & adeò, Instit. de societate.

Etsi dissentiret, plurium sententia Obtineret, l. 36. D. re iud. *quamuis sententia diuersa Obtinuerit*, l. 40. in fin. D. de reb. cred.

Pro libertate statutum Obtinet, l. 38. D. de re iudic. *quod & in publicis iudiciis Obtinere debet*, ibid. *vix est vt id Obtineat*, l. 7. §. quod si, D. de adquir. rer. dom.

Obtinendum est enim, l. 34. D. de iure fisc. *quod & hic humanitatis gratia Obtinendum est*, l. 86. D. de adquir. vel omitt.

Quod non solùm in persona eorum, sed in heredibus, in persona liberorum quoque Obtinendum est, l. 13. D. de doli except.

Vt hæc forma in agris seruetur, quæ viuo testatore Obtinuerit, l. 15. §. vlt. D. de vsu & vsufr. lega.

OBTINGERE, vel, vt in Pandect. Florentin. constanter scribitur, *Optingere*, est, obuenire, accidere, contingere. *quæ dantur ita dantur, aut vt tu aliquid facias, aut vt aliquid Optingat*, l. 35. §. 1. D. de mort. cau. donat. *vt quid fiat, vt quid Optingat: & retrò, ne fiat, ne Optingat*, l. 60. D. de condicion. & demonstr.

Is cui Optigerit exercitio iudicij, l. 1. D. de offic. eius cui mand.

Optingere etiam ea dicuntur quæ euentu aliquo nobis quæruntur. *Optingere libertas*, l. 47. D. de manumiss. testam. l. 74. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. l. 49. D. de condicionib. & demonstrat.

Et si per hereditatem Optigit hæc actio, l. 10. D. de sepulch. viol. *Cum his omnibus agris qui ad coniunctionem cuiusque fundorum, emptione, vel quolibet alio casu, Optigerint*, l. 92. D. de legat. 3. *honores qui filio decurionis post mortem patris Optigerunt*, l. 15. D. de munerib. & honorib.

Optingere quoque res dicitur per diuisionē, l. 7. §. vlt. D. quib. mod. pign. *si arbiter certis regionibus fundum diuisisset, eius partis quæ tibi Optigerit*, l. 31. D. de vsu. & vsufr. leg. *prophana loca eius sunt cui illa quorum partes esse visæ sunt ex diuisione Optigerunt*, l. 4. C. de religios. & sumptib. funer. *Nomina quæ per diuisionem Optigerunt inter coheredes interpositis delegationibus*, l. 77. §. hereditatem, D. de legat. 2.

OBTVRARE idem valet, quod Obstruere. *Si tu foramen vnde exemptum est tignum Obturaueris*, l. 6. D. de seruitut. vrban. præd.

OBVENIRE, id est optingere, defetri. & ita *Obuenire* dicitur *hereditas*, quæ lege vel iure legitimo ab intestato vel testamento defertur. *Iusta hereditas: vtrùm ea quæ iure legitimo Obuenit, an etiam ea quæ testamento*, l. 3. §. de illo, D. pro socio. *lege Obuenire hereditatem, non impropriè quis dixerit, etiam eam quæ ex testamento defertur*, l. 130. D. de verbor. signif. *Si legitima hereditas filiis Obuenit*, l. 14. D. de adquir. vel omitt. *postea filio hereditas Obuenit*, l. 28. D. de reb. auctor. iud. *intestatæ sororis hereditas Obuenit duobus fratribus*, l. vlt. D. pro emptore. *Filiifamilias militis puto peti posse hereditatem ex testamento nobis Obuenientem*, l. 34. D. de heredit. petit. *plerumque vel à parente, vel à liberto, quasi debitum, nobis hereditas Obuenit*, l. 10. D. pro socio.

Arma quæ hereditate Obuenerint, l. 2. D. ad L. Iul. de vi publi. Varro lib. 1. de re rustica cap. 12. *si istiusmodi fundus hereditate Obuenerit*. Auctor Rhetoric. ad Herenn. lib. 4. *Hereditas aliqua obuenit*. Plinius Epist. 6. lib. 8. *Ex hereditate quæ mihi Obuenit*.

Nec hereditates modò, sed & legata, *Obuenire* dicuntur: & quidquid aliis capiendi figuris accedit. *hereditas, vel legatum vel donationes mortis causa, vel non mortis causa: fortasis hæc ideò, quia non sine causa Obueniunt, sed ob meritum aliquod accedunt*, l. 9. D. pro socio. *si hereditas, vel donatio nobis communiter Obuenit*, l. 31. D. eod. tit. *quod impuberi legatorum nomine à patre Obuenit*, l. 60. D. ad L. Falcid. *Mortis causa capitur, cùm propter mortem alicuius capiendi occasio Obuenit*, l. 31. D. de mort. cau. donat. *castrense peculium, cùm nihil de eo decernit filius, non nunc Obuenisse patri*, l. 9. D. castr. pecul. *heres de eo quod hereditati Obuenerit rectè aget*, l. 50. D. de rei vindicat. *Ad substitutos pupillares pertinet, & si quæ postea pupillis Obuenerint*, l. 10. §. ad substitutos, D. de vulga. & pup.

Occasio Obuenit, l. 31. D. de mort. cau. donat. *in casum à quolibet Obuenientis libertatis*, l. 22. D. de condic. instit.

Sacerdotio Obueniente, l. 32. §. sacerdotio, D. de recept. qui arbitr.

OBVENTIONES, generaliter, accessio significant, quæ vel ex ipsa industria hominis profiscuntur, veluti mercedes, pensionésque ex locationibus prædiorum vrbanorum debitas, vecturas iumentorum, naula nauium, l. 1. §. exercitorem, D. de institor. l. 34. D. de vsur. *Exercitorem dicimus eum ad quem Obuentiones & reditus omnes perueniunt*, l. 1. §. exercitorem, D. de exercitor. *quicumque reditus, quæque Obuentiones sunt*, l. 7. in princ. D. de vsufructu. *An pecuniam pupillus habeat in redituum spe, atque Obuentionum*, l. 5. non passim, D. de reb. eor.

OBVIARE *suæ confessioni*, l. 20. D. de donationib. *Ea implorat, aduersus quæ Obuiam ire non potest*, l. 4. in f. C. de recept. arbitr.

OCCASIO, ait Festus, *oportunitas temporis casu prouenientis est*. Verùm & quælibet alia quouis euentu contingens oportunitas, hoc nomine continetur. *cùm propter mortem alicuius, capiendi Occasio obuenit*, l. 31. D. de mort. cau. donat. *Rapienda occasio est quæ præbet benignius responsum*, l. 168. D. de diuers. reg. *Cùm calcis ictu mortis Occasio præbita videatur*, l. 5. C. ad L. Cornel. de sicar. *Si habeamus Occasionem*, l. 47. D. de obligat. & action. *qui ex morte alterius nanciscitur capiendi Occasionem*, l. 31. D. de mort. cau. donat. *fugæ nactus Occasionem*, l. 17. §. idem, D. de ædilic. edic. *qui Occasionem vsucapionis præstitisset*, l. 33. D. de mort. cau. donat. *crimen maiestatis à iudicibus non in Occasionem habendum est, sed in veritate*, l. 7. §. 1. D. ad L. Iul. maiest.

Qui Occasione adquirendi non vtitur, l. 28. §. 1. D. de verbor. signif. *id domino magis ex Occasione*,

quàm ex iure contingere,l.2.D.de riuis.*nec Occasione hereditatis eam partem habuit*,l.59.§.vlt. D.ad Sc.Trebell.*Si quid lucri*,*Occasione hereditatis*,*venditor senserit*,l.2.§.solet,D.de hered.vel actio. ven.*Occasione Omissæ hereditatis*,l.20.§.videamus,D.de bonor.poss.cont.tab.

OCCASVS *Sol*,in 12.Tabul.teste Agell.lib.17.cap.2.& Censorino,de die nata. cap. vlt. Itaque apud Macrobium,lib.1.cap.3.vbi vulgo est.*solis Occasus suprema tempestas esto*, emendandum est, *Sol Occasus*.

OCCIDERE,est interimere,necare. *Occidisse dicitur*,*vulgo quidē*,*qui mortis causam quolibet modo præbuit*,l.51.D.ad L.Aquil.quod & in lege Cornelia de sicariis obtinet, in qua *nihil interest*, *Occidat quis an causam mortis præbeat*,l.15.D.ad L.Cornel.de sicar. nam vt Cicero Philipp.9. *Is profectò mortem attulit*,*qui causa mortis fuit*,quod & confirmat Quintil. declam.270.*Sed lege Aquilia is demum teneri visus est*,*qui adhibita vi & quasi manu causam præbuisset*,*tracta videlicet interpretatione vocis à cædendo & à cæde*,l.51.D.ad L.Aquil.*Occisum* itaque quod ad legem Aquiliam attinet,*accipere debemus*,*siue gladio*,*siue etiam fuste*,*vel alio telo*,*vel manibus*,*si forte strangulauit eum*,*vel calce petiit*,*vel capite*,*vel qualiter qualiter*,l.7.§.1. D. eod. tit.

In Sc.Silaniano,*Occisorum* appellatione hi continentur,*qui per vim aut cædem sunt interfecti: vt puta*,*Iugulati*,*strangulati*,*præcipitati*,*vel saxo*,*fuste*,*lapide percussi*,*vel quo alio telo necati*,*non etiam si veneno vel quo alio quod clàm necare soleat*,*sint interempti*, l.1.§. occisorum, D. de Sc. Silania. Paulus lib.3.Sentent.Tit.6.*Occisus videtur non tantùm qui per vim aut per cædem interfectus est*, *vel iugulatus aut præcipitatus*,*sed & is qui veneno necatus dicitur*. Festus, *Occisum à necato distinguit quidam*,*quod alterum à cædendo*,*atque ictu fieri dicunt*,*alterum sine ictu*:*itaque in Numæ Pompilij Regis legibus scriptum esse*,*si hominem fulminibus Occisit*.*& alibi*,*homo si fulmine Occisus est*. Quintilian. Declamat. 350. *Cædes videtur significare sanguinem & ferrum*: *si quo alio genere homo fuerit Occisus*,*ad illam legem reuertemur*:*si inciderit in latrones*,*aut in aquas præcipitatus*,*si in aliquam immensam latitudinem deiectus fuerit*,*eadem lege vindicabitur qua ille qui ferro percussus sit*.

Qui hominem Occidit,*si non Occidendi animo hoc admisit*,l.1.§.diuus,D.ad L.Cornel.de sicar.id est,*inferendæ cædis voluntate*,vt l.4.C. eod. tit.*qui hominis Occidendi causa cum telo ambulauerit*, ead.l.1.*qui telum tutandæ salutis suæ causa gerunt*,*non videntur hominis Occidendi causa portare*,l. 11.§. vlt.D.ad L.Iul.de vi publ.*Prope vno ictu*,*& vno impetu vtrumque Occidere*,l.23.§.vlt. D. ad L. Iul.de adulter.

Ius Occidendi conceditur,l.22.§.vlt.D.ad L.Iul.de adulter.*Datur*,l.20. D. eod.tit. *Habere*, l. 24.§.vlt.D.eod.*Boue Occiso*,l.14.§.1.D.de condict.furt.

OCCISIO *Stichi*,l.23.§.idem Iulianus, D.ad L.Aquil.

OCCVLTARE,est celare & abscondere. *eos qui secum alieni criminis reos Occultando*,l.1.C.de iis qui latron.vel al.criminib.reos occultauerunt.

Occultare se dicitur, qui copiam sui non facit in publico, & qui non comparet. *Si circa columnas*, *aut stationes se Occultet*,l.7.§.illud,D.quib.ex cau.in possess.*furiosus non se Occultat qui suus non est*,ead.l.7.§.adeò.

Turpis OCCVLTATIO *sui*,l.7.§.quid sit autem,D.quib.ex cau.in poss.

Occultatores,Rubr. D.de Occultatorib.

OCCVLTVM *compendium*,l.vlt. C.de crimin.stellionat.*si hoc in Occulto sit*,l.4.D. de peric. & comm. id est, *in obscuris* vt l.9.& l.114.D.de diuers.reg.

OCCVPARE, interdum est adprehendere & inuadere. *Si aliquis Occupauerit possessionem*,l.6.§. vlt.D.de adquir.poss.*Si Occupaueris vacuam possessionem*,l.4.§. item si, D. de vsurpationib. *Si creditor sine auctoritate iudicis res debitoris Occupet*,l.vlt.D.ad l. Iul. de vi priu. *qui res hereditarias Occupauerint*,l.49. D.de heredit.petit.

Quod quis legatorum nomine non ex voluntate heredis Occupauit,l.1.D.quod legator.

Priusquam eiusdem fundi pignus Occupauerit,l.2.C.qui potior.in pig.*Nummis datis tutelam Occupasse*,l.1.§.solent,D.de offic. præfec.vrb.*Occupantis fieri* dicuntur ea, quæ in medio posita, nullius priuatim in bonis sunt.*Insula quæ in mari nascitur Occupantis fit: nullius enim esse creditur*, l.7.§.insula,D.de adquir.rer.do *si res pro derelicto habita sit*.*statim nostra esse desinit*, *& Occupãtis statim fit*,l.1.D.pro derelict.

Quod nullius est,*id ratione naturali Occupanti conceditur*,l.3.D.de adquir.rer.dom. Et ita, *Occupatione sua feciſſe* eos, qui primi in vacua venerunt, Cic.1.Officior.scribit.

Occupare bona,fiscus dicitur,in quę manum iniicit, quæque vt sibi quæsita vel Obligata adprehendit.*Si per viginti annos fiscus non Occupauerit*,l.2.D.de requir.vel ablentib.*si bona vacantia fiscus Occupauerit*,l.1.C.de donat.int.vir.& vxor. *Cùm proponas ea quæ nauis continebat fiscum*

Occupasse

Occupaſſe,l.3.C.de naut.fœno.*Bona fiſcus vt Obligata ſibi Occupauerat*,l. 68. §. 1. D. de fideiuſſorib. *Quoties ſine auctoritate iudicati Officiales alicuius bona Occupant*,Paul.lib.5.Sentent.Tit.12.

Occupari dicuntur *bona* quæ in fiſcum coguntur.*Cùm omnia bona mulieris Occuparentur*,l. 48. §. Cornelio, D.de iure fiſ.*eius Bona qui ſe Imperatorem facturum heredem eſſe iactauerat,à fiſco Occupari non poſſunt*,l.vlt.D.qui teſtamen.fac.*Bona ſi ob reliqua adminiſtrationis primipilariæ à fiſco Occupata ſunt*,l.1.C.de priuil.fiſ.*Cuius bona merito à fiſco Occupata ſunt*,l.2.C.de ſenten. paſſ. *Inteſtatorum bona à ciuitatibus Occupata*,l.1.C.de bonis vacantib.lib.10.

Si quaſi libertini ſui,cùm ingenuus eſſet,bona Occupauit,l.22.D.de adquir.vel omitt.*Si patronus, contra tabulas bonorum poſſeſſione accepta,debitam partem Occupet*,l. 19. §. ſi patronus, D. de condicion.& demonſtr.

Si partem filij ſui Occupet,l.18.D.de legat.præſt.*Non ſolius ſubſtituti partem Occupare*, l. 16. §. vlt. D.de bon.libert.*Occupare vacantem portionem*, l. 19. D.de hered. inſtituen. *An Occupantis eſſet pars*,l.94.D.de legat.3. *Conſobrinus qui ſequentem gradum Occupat*,l.6.C. comm. de ſucceſſionib.id eſt optinet.

Si condicio quæ prior extiterit,Occupauit inſtitutionem,l.17.D. de condicionib.inſtit. *Si non ſit inde Occupata bonorum poſſeſſio*,l.2.D.de bonor.poſſ.ſecun.tab.

Vt non poſſit Occupare totius domus vſum,l.22.§.1.D.de vſu & habit.*Si ager ab hoſtibus Occupatus fuerit*,l.26.D.quib.mod.vſusfruct.*Si quis nuntiet domum à latronibus Occupatam*, l.3. §. ſi quis nuntiet,D.de adquir.poſſeſſ.

Flumen Occupare dicitur,eum locum quem per inundationem aqua operit.*ſi flumen inundatione hortum Occupauit*,l.24.D.quib.mod.vſusfruct.*deſinere poſſidere eum locum quem flumen Occupauerit*,l.3.§.Labeo,D.de adquir.poſſ.

Si totus ager poſt emptionem flumine Occupatus eſſet,l.7.D.de peric. & commo.*Si ager inundatione fluminis Occupatus eſſet*,l.30.§.alluuio,D.de adquir.rer.dom.*ſi locus impetu fluminis Occupatus eſſet*,l.14.D.quemadm.ſeruit.amitt.

Locus quem mare Occupauerit,l.3.§.labeo,D.de adquir.poſſeſſ. *quod mari,aut flumine Occupatum ſit*,l.30.§.item quod,D.eod.tit. *quod mari Occupatum ſit,fieri publicum*,l.10.D. de diuiſ.rer.

Occupata igni inſula,Agell.lib.15.cap.1.*Occupare*,pecuniam collocare ſignificat Nonio interprete.Et ita Cicero pro Flacco,& in Verrem loquitur.Auſonius in Epiſt. ad Symmachum ponitur, quæ Grypho præfertur, *vt auidus fœnerator improbum nummum malui Occupare quàm condere. Otioſam pecuniam* dicimus, quæ nullas parit vſuras: ita *Occupare* eam dicitur, qui omnibus eam fœnori collocat, eadem loquendi forma qua ſterilem *terram vineis Occupare* apud Palladium lib.1.de re ruſtic.cap.6.& *aream Occupare fundamentis*, apud Liuium lib.1.

Interdum Occupare,eſt præuenire,Titus Liuius lib.1.*Occupant bellum facere*,& *Occupat Tullius in agrum Sabinum tranſire*,Et lib.2.*Occuparent patres ipſi ſuum munus facere*,ſic & *Occupare inſidias*, Iuſtinus, lib. 34. vnde, ex pluribus qui ad agendum accuſandúmve admittuntur, qui prior actionem accuſationémve inſtituit, *Occupare* dicitur,l.4.D.ad L.Iul.de adulter. *Vnus qui Occupat,agendo totum conſequitur*,l.11.§.plerumque,D.de legat.3.*Vtrum omnibus damus actionem, an ei qui Occupauit*,l. 3.§. ſi ad plures, D. de ſepulc. viol. *Si à pluribus conueniatur, ſiquidem vnus Occupauit*, l. 14. D. de noxal.action.

Inter eos quibus ex eadem cauſa debetur,Occupantis melior condicio eſt,l. 19.D.de re iudic.*Pluribus procuratoribus in ſolidum ſimul datis,Occupantis melior condicio erit*,l.32.D.de procuratorib. id eſt eius qui prior egerit,& rem in iudicium deduxerit.*Occupantis fore actionem*,l.9.D.de verbor. obligat.id eſt eius qui prior litem conteſtatus ſit. *Occupare* autem intelligitur,qui prior litem conteſtatus eſt, vt in ſuperioribus exemplis.Aliàs, qui prior ad ſententiam peruenit.*In Actione de peculio,Occupantis melior eſt condicio:Occupare autem videtur,non qui prior litem conteſtatus eſt:ſed qui prior ad ſententiam peruenit*,l.10.D.de peculio.*Tributoria non ſicut de peculio actio, Occupantis meliorem cauſam facit:ſed æqualem conditionem quandoque agentium*, l.6.D.de tributor. Et ita,*Occupantis meliorem eſſe condicionem*, accipe,l.3.D.de in rem verſo,& l.3.D.quod cum eo.

Occupari,interdum eſt detineri,deſtringi.*Tempora quibus Reipubl.cauſa Occuparis*, l. 3. C. de dolo ma.*legatus non multum officio Occupatur*,l.30.D.ad Sc.Trebell.

Cùm præſes aliis rebus,aut militaribus,aut cuſtodiis,aut cognitionibus, fuerit Occupatus,l. 2.§. in bonorum,D.quis ordo in bonor.poſſ.

Occupati circa rem ruſticam,in forum compellendi non ſunt,l.1.D.de feriis.

Occupatus ſomno aut morbo,l.1.§.vlt.D.de auctor.& conſ.

OCCVPATOR. *Negotiorum propriorum*,l.15.D.de recept.*maioris cauſæ Occupatio*, l.53.§.1.D. de re iudic.

Occupationes militares, l. 3. C. de negot. gest. *Per Occupationes publicas*, l. 21. C. ad L. Iul. de adult.

OCCVRRERE, propriè est obuiam ire & proficisci. *ne publicè vel priuatim proconsuli Occurrant*, l. 4. §. antequam, D. de offic. proconsul. *Vt intra diem Occurrere ad prohibendum non posset*, l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam. *dum non tardius à loco se profectum probet, quàm vt Occurrere posset intra commeatum*, l. 14. D. de re milit. *si ad testimonium desideratus, ad iudicium Occurrere non potuit*, l. 2. §. 1. D. si quis cautionib. Sueton. in Calig. cap. 39. *Litigatorum plerique, quod Occurrere absentes ad vadimonium non possent.*

Interdum idem primus, postremúsque, qui solus Occurrit, l. 2. §. legitima, D. de suis & legit.

Occurrit æquitas, l. 6. D. de collatio. bonor. *comparatio nulla legatorum Occurrit*, l. 20. §. vlt. D. de legat. præstand.

Occurrunt tempora, l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edic.

Occurrere μεταφορικῶς, significat obsistere, obstare, impedimento esse. *cùm lex venditionibus Occurrere voluerit*, l. 46. D. de fideiussorib. *Prætor eorum calliditati Occurrit, qui omissa causa testamenti ab intestato hereditatem, partémve eius possident ad hæc vt &c.* l. 1. D. si quis omissa *rectissimè prætor calliditati eorum, qui cùm se liberos scirent, dolo malo passi sunt se pro seruis venundari, Occurrit*, l. 14. D. de liber. cau. per interdictum quod vi aut clam *Occursum est calliditati eorum, qui vi, aut clam, quædam moliuntur*, l. 1. D. quod vi aut clam. *existimo te huic fraudi rectè Occursurum*, l. 15. §. vlt. D. de excusationib. *citra metum Senatusconsulti, quod detrahentibus negotiationis causa Occurrit*, l. 45. D. de donat. int. vir.

Per doli exceptionem Occurretur contra placita seruitutem vindicanti, l. 4. D. de seruitutib.

Contra fidem testatoris venienti ei meritò Occurretur, l. 20. D. de donationib. *vt ea via iuris Occurratur, qua creditorum fraudes rescindi solent*, l. 22. D. quę in fraud. credit. *Si occursum creditoris euitet*, l. 7. §. illud, D. quib. ex caus. in poss.

OCTAVA vectigalis species cuius fit mentio l. vlt. C. de eunuchis. Cuiusmodi vectigal iam inde ab Alexandri Seueri temporibus exerceri solitum testimonio est eiusdem imperatoris rescriptum, l. 7. C. de locato, in qua est, *Si cùm Hermes vectigal Octauarum in quinquennium continuum conduceret, fidem tuam obligasti* &c. *Octauas more solito constitutas omne hominum genus dependat*, l. 7. C. de vectigalib.

OCTAVARII, qui Octauæ vectigal exigunt, l. 5. C. de vectigalib.

OCTAVENVS non leuis iuris auctor, citatur ab Alburno Valente, l. 67. D. ad Sc. Trebell. l. vlt. D. de action. emp. l. 9. D. de legat. 1. l. 13. D. de manumissionib. & l. vlt. §. vlt. D. de manumiss. testam. l. 20. D. de fideicom. libert. ab Vlpiano aliquoties, vt l. 16. & l. 18. D. de hered. petit. & 12. §. vlt. D. de vsu & habitat. l. 27. §. si oliuam, D. ad L. Aquil. l. 43. D. de rit. nup. l. 8. §. 1. D. de acceptilatio. l. 9. §. illud, D. de statuliber. Sæpius verò à Paulo, vt l. 9. D. de iurisdictio. & l. 32. §. si seruus, D. de recep. qui arbit. l. 6. D. de rei vindicatio. l. 2. D. quemad. ser. amitt. l. 6. §. neque, D. de noxalib. l. 8. D. de perie. & com. l. 44. §. 1. D. de rit. nupt. l. 66. §. 1. D. de furtis. à Terentio Clemente, l. vlt. §. vlt. D. qui & à quib. à Martiano, l. 1. D. quæ res pign. Quibus ex locis eum Cassio Proculo & Aristone posteriorem fuisse apparet.

OCVLI. *alterum Oculum maiorem habet*, l. 12. D. de ædil. edic. *Inæqualitas Oculorum*, ibidem. *æquitatem ante Oculos habere debet iudex, qui actioni de eo quod certo loco addictus est*, l. 4. §. vlt. D. de eo quod cer. lo. *Ante Oculos habere Prætor debet in decernendo*, l. 3. §. 1. D. vbi pupil. educ. *Oculata fide*, §. vlt. instit. de grad. cognat.

ODONES *vsum calciamentorum præstant*, l. 25. §. 1. D. de auro, argen. Apud Martialem lib. 14. Vdones Cilicij celebrantur hoc disticho.

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti:
Cinyphio poterit planta latere sinu.

In Can. Constantinus distinct. 96. Scriptum est, *& sicut noster Senatus calceamentis vtitur cum vdonibus, id est candido linteamine illustratis*: quæ verba, sic à Græcis exprimuntur: καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων.

Si ODORE *solo locus pestilentiosus fiat*, l. 2. §. idem Nerua, D. ne quid in loco pub.

Odores penori legato contineri, l. 3. §. Seruius, D. de penu lega. *Si Odores & vnguenta seruus emerit, & ad funus erogauerit*, l. 7. §. illud planè, D. de in rem ver. Vtrubique autem ab *vnguentis, Odores* seperantur. Sanè *coctis Odoribus vnguenta fieri*, ait Pomponius l. 27. §. 1. D. de adquir. rer. dom. Seneca Epist. 91. *Hinc textorum, hinc fabrorum Officinæ, hinc Odores coquentium.* Vide Isidor. lib. 4. Origin. cap. 2. Ouidius 4. Metamorph. *largis satiantur odoribus ignes*, vnde *Odorati ignes*, apud eundem lib. 1. Fastor.

Oeconomi appellabantur, quibus res Ecclesiasticæ gubernandæ mandabantur, l. 14. C. de sacr. Eccles. *Dispensatorem pauperum*, Leo & Anthemius definiunt in l. 31. §. hoc nihilominus. C. de episc. & cler. Aliàs *Oeconomi* definiuntur, qui *ecclesiasticas tractant rationes*, l. 3. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt.

Oenomeli, *id est dulcissimum vinum*, l. 9. D. de tritico, vino: quod & vini appellatione contineri, ibidem traditur. Isidor. lib. 20. Origin. cap. 3. *Oenomeli est, melle admixtum, vehementer agitatum atque commixtum.* οἰνόμελι etiam esse, ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ μέλιτος γινόμενον, Dioscorides lib. 5. cap. 16. docet, eiúsque conficiendi & parandi rationem tradit, vt & Constantinus quoque lib. 8. Γεοπονικ. cap. 26. ex quibus auctoribus colligimus, οἰνόμελι interdum ἐκ τοῦ παλαιοῦ οἴνου interdum ἀπὸ γλυκέως fieri consueuisse. Ac planè quod οἰνόμελι à Græcis, hos, *Mulsum* à Latinis appellari, ex his quæ s. lib. 1. de Mulso diximus, liquet. Nugas ergo agit Isidorus, qui lib. 20. Origin. cap. 3. *Mulsum*, ait esse, *potionem ex aqua & melle, quod Græci* μελίκρατον *vocant*: Hæc enim interpretatio, non Mulso, sed *Mulsæ aquæ* conuenit: quæ ex melle & aqua fit, μελικράτου que nomen obtinet: cuius speciem quandam ὑδρόμελι, facit Dioscorid. lib. 5. cap. 17. Ait enim, τὸ σκευαζόμενον, καὶ ἀπόθετον μελίκρατον, ἰδίως à quibusdam ὑδρόμελι vocari. vnde *Oenomeli* quidē, *Vini numero habet* Vlpianus, *Hydromeli* verò *Vini appellatione contineri* negat. in dic. l. 9. D. de tritico, vino. Sanè τὸ νῦν μελίκρατον, à priscis οἰνόμελι appellatum, Pollux lib. 6. cap. 2. testis est.

Oenophora Paulus, lib. 3. Sentent. Tit. 7. inter ea numerat quæ *ad poculorum speciem comparata sunt*.

Offendere est, aliquem dicto, factóve. lædere: & eo modo eius iracundiam prouocare. *Seruus missus in villam, quia dominum Offenderat*, l. 35. §. rerum, D. de hered. instituen.

Si nemo seruorū Offenderit, l. 51. D. de manumiss. testam. *Si te non Offenderit*, l. 11. §. proinde, D. de legat. 3.

Offendere, &, *promerere*, opponuntur, l. 77. §. rogo, D. de legat. 2. vt *Offendere*, & *merere*, l. 57. D. de manumiss. testam.

Offensus, iratus, exacerbatus, siue, *ad odium incitatus*, vt loquitur l. 19. C. de inoff. test. *Si manumittere nolit dominus seruum, propter fugam Offensus*, l. 5. §. planè. D. de condic. cau. data. *Offensum atque iratum patrem ad exheredationis notam prolapsum esse*, l. 18. C. de inoff. testam. *Quia vnum heredem Offensum habebat*, l. 2. D. de his quæ in testam. delen. *mater iure contra filiam Offensa*, l. 31. §. 1. D. de donationib. *Ad pietatis rationem Offensam*, l. 35. D. de ædil. edic.

Offendere etiam *Edictum, Legem, Senatusconsultum* dicitur, qui aduersus ea quid facit, committit. *non Offendit edictum*, l. 5. §. 1. D. si quis omissa cau. *Iudex si quid aduersus legis præceptum, in iudicando, dolo malo, prætermiserit, legem Offendit*, l. 40. §. vlt. D. de iudiciis. *Ita tamē vt legi non Offendat*, l. 1. D. de vsuris.

Is Senatusconsultum Offendit qui, l. 3. §. 1. D. de SC. Macedon. *Ne manifestam Senatusconsulti sententiam Offendat*, l. 17. C. de excusat. tutor.

Seruitus ne prospectui Offendatur, l. 15. D. de seruit. præd. vrban. id est, *Officiatur*, vt l. 3. D. eod. tit.

Offensa, est animo hærens indignatio, & ira ex alicuius malo merito concepta. *Si leuis Offensa, grauissimis inimicitiis* opponitur, l. 3. §. vlt. D. de adimend. legat. *Offensa* domini irati in seruos, l. 5. C. famil. ercis. *quibusdam seruis per Offensam exclusis*, l. 51. D. de manumiss. testam. *Filius cum Offensam patris vereretur*, l. 46. D. de hered. instit. *Offensam ægræ mulieris maritali sermone placauerat*, l. vlt. D. si quis aliq. testa.

Iustam causam Offensæ matri præstitisse dicuntur filij, *qui testamenti factionem per testationem matri interdixerunt*, l. 23. C. de inoff. testam. *Filia cum marito, cui matre volente nupsit, colens concordiam, iustas Offensionis, post eiusdem matris pœnitentiam, causas non præstat*, l. 20. C. eod. tit. *Neque iustæ Offensæ causas præstitisse*, l. 22. C. eod.

Si iterum in amicitiam redierunt, & pœnituit testatorem prioris Offensæ, l. 4. D. de adimend. legat.

Serui qui sine Offensa fuerunt, l. 51. §. vlt. D. de manumiss. testam. id est qui non offenderunt.

Sine Offensa edicti, l. 6. D. de postulando, id est sine violatione, & vt vulgo loquimur, sine contrauentione.

Offerre dicitur creditor debitori pecuniam debitam: quod vel in iure, vel extra ius fieri potest. *Debitor vsurarius creditori pecuniam obtulit*, l. 7. D. de vsuris. *Si pecuniam obtuleris*, l. 1. §. vlt. D. eod. *si creditrici pecuniam debitam, cum vsuris testibus præsentibus obtulisti*, l. 6. C. eod. tit. *Acceptam mutuò sortem, cum vsuris licitis, credentibus Offeras*, l. 19. D. eod. tit. *Fideiussor qui pecuniam in iure obtulit*, l. 56. §. 1. D. mandati. *qui minori 25. annis pecuniam obtulit*, l. 64. D. de

fideiussorib. *si Titius pecuniam Offerat*, l. 109. §. vlt. D. de legat. 1. *Pecuniam conditionis Offerre*, l. 35. D. de statuliber. *qui præsente domino non obtulit pecuniam*, l. 73. D. de procuratorib. *non oblatam sibi iure pecuniam*, l. 11. D. de vsuris. *qui decem debet, si ea Obtulerit creditori*, l. 72. D. de solutionib. *qui hominem dare promisit, & vulneratum à se Offert*, l. 33. §. vlt. D. de solutionib. *Offerri seruus*, l. 17. D. de condict. furt. *si pretiũ venditori non Obtulerit*, l. 2. C. de vsur. *Pretiũ partis suæ domino Offerens*, l. 18. D. de vulga. & pupill. *Emptore non dignum pretium Offerente*, l. 2. C. si in causa iudicati. *Offerri pretium ab emptore debet, cum ex empto agitur: & ideo etsi pretij partem Offerat, nondum est ex empto actio*, l. 13. §. offerri, D. de actionib. empti. *Obtulit eam quantitatem quæ refundi debuit*, l. 34. §. vlt. D. de statuliber. *eius pecuniæ reum numerare paratum idoneum Obtulit*, ibidem.

Offerre æstimationem, l. 54. §. vlt. D. de verbor. obligat. l. 76. §. 1. D. de legat. 2. *litis æstimationem*, l. 1. D. pro emptore, l. 1. D. si famil. furt. fec. dic. l. 29. D. famil. ercis. l. 14. & l. 28. D. de noxalib. l. 12. D. de liber. cau. *litis æstimatio Oblata*, l. 3. §. item quærit, D. de reb. eor. *non Oblata litis æstimatione*, l. 5. §. 1. D. de doli except.

Offerre cautionem, l. 50. D. de manumiss. testam. l. 10. D. de fideiussorib. l. 8. D. de collat. bonor.

Cautio Offerri, l. 15. §. item videamus, D. de dam. infec. *Tametsi indemnitatis cautio Offeratur*, l. 14. §. vlt. D. ad Sc. Trebel.

Oblata Cautione, l. 1. §. si frater, & l. 8. D. de collat. bonor. l. 80. D. de condit. & demonstr. *Oblata de rato cautione*, l. 8. D. de negot. gest. *Cautione Oblata*, l. 11. §. 1. D. de iureiurando, & l. 80. D. de conditionib. & demonstrat.

Cum deportato facultas Oblata esset à principe bona quoque sua recipienda, l. 2. D. de senten. pass.

Si meliorem alius conditionem Obtulerit, l. 1. C. comm. diuid. *nisi melior condicio Offeratur*, l. 2. D. de in diem addictio. *post meliorem conditionem Oblatam*, l. vlt. D. eod. tit.

Offerre satisdationem, l. vlt. D. quod legator. *Offerre debet satis nuntiatori*, l. 21. §. 1. D. de oper. no. nuntia. *Is quoque qui satisdederit, vel nunc offerat*, l. 5. D. de suspec. tutor. *Non tamen satisdatio debet Offerri legatario*, l. 1. §. 1. D. vt in possess. legator. *Oblata satisdatione*, l. 1. §. vlt. D. ne vis fiat, l. 53. §. qui alienis, D. de furtis, l. 2. D. de institoria, l. 1. C. quorum legator.

Si Offerat satisfactionem, l. 21. §. vlt. D. de pecunia constit. *Solidum creditoribus Offertur*, l. 4. §. si in fraudem, D. de fideicom. liber.

Offerendæ pecuniæ facultas, l. 2. D. de distract. pignor. *Ius*, l. 3. D. eod. tit.

Oblato omnibus debito, l. 1. C. de crim. stellionat.

Oblata defensione, l. 5. §. vlt. D. quib. ex cau. in poss.

Si quis se depositi Obtulit, l. 1. §. sæpe, D. depositi.

Offerre se Procurator dicitur qui liti se Offert, id est, qui sine mandato litem pro alio excipit, l. 6. D. de procuratorib. *Obtulisse se liti videtur, non is qui in rem suam Procurator datus sit. Tutor vel Curator in ea conditione sunt, vt non videantur videri se liti Obtulisse*, l. 4. D. de re iudica. *Si non se liti Obtulit tutor*, l. 2. D. de administr. & peric.

Offerre etiam *se liti & petitioni*, dicitur qui cum non possideat, iudicium nihilominus quasi possessor accipit. *Si cum à Titio petere vellem, aliquis dixerit se possidere, & ideo liti se Obtulit*, l. 27. D. de rei vindicat. *Qui se liti Obtulit, cum rem non possideret, condemnatur*, l. 45. D. de hered petit. *Qui se liti Obtulit*, l. 10. D. de vsufr. adcres. *Nec videtur se liti obtulisse qui discessit*, l. 25. D. de rei vindicat. *Qui se hereditatis petitioni Obtulit*, l. 45. D. de hered. petit. *Si non possidens Obtulerit tamen se petitioni*, l. 3. §. non solum, D. eod. tit. ibidémque, *Dolo facere eum qui se Offert petitioni, & quasi possidentem teneri*, Vlpianus tradit.

Offerre quoque *se defensioni*, dicitur qui Defensoris loco iudicium pro alio accipit. *Is qui se Obtulit rei defensioni sine causa*, l. 25. D. de rei vindicat. *Si actor vtro interpellat, nec quisquam defensioni se Offerat*, l. 22. D. ex quib. cau. maior. *Qui alienum seruum suum esse fatetur, si pro eo conueniatur, satisdatione onerandus non est: Non enim Offert se defensioni alieni serui*, l. 39. §. 1. D. de noxalib. *Si defensoris loco, cum satisdatione, se liti Obtulerit*, l. 61. §. vlt. D. de procuratorib. *exigendi à filio tuo mandati, qui se defensione tuæ Offerebat, necessitas non fuit*, l. 12. C. eod. tit.

Offerre se negotiis alienis, qui vltrò dicitur mãdato ad aliena negotia accedit citra *Volũtarius procurator qui se alienis negotiis Offert*. Paul. lib. 1. Senten. tit. 3. *qui alienis negotiis gerẽdis se Obtulit*, l. 53. §. qui alienis, D. de furtis. *Senator si negotiis se alienis Obtulerit in prouincia*, l. 36. §. vlt. D. de iudiciis. *si quis Offerenti se negotiis alienis bona fide soluerit*, l. 58. D. de solutionib. *Si te negotiis meis Obtuleris*, l. 25. §. vlt. D. excep. rei iudica. *Si affectione coactus, ne bona mea distraherentur, negotiis te meis Obtuleris*, l. 3. §. interdum, D. de negot. gest. *Si is qui Obtulisset se negotiis gerendis*, l. 5. D. de obligat. & action.

Si is à quo petitur Offerat cognitionem. l. 3. D. vt in posseſſ. legat. *Qui contra legem, fidem ſuam Obtulit.* l. 3. C. ad leg. Falcid.

Offerre ſe etiam dicitur, qui ſui copiam facit, ſe ſiſtit. *miles qui poſt quinquennium deſertionis ſe Obtulit,* l. 13. §. vlt. D. de re milit. *Rectius fecerit ſi ſe præſidi prouinciæ Obtulerit,* l. 1. C. ad l. Corn. de ſicar.

Offerre ſe iudicibus latrones, l. 1. C. de iis qui latron. *Qui comprehenſum tranſmittendum ad præſidē magiſtratibus Obtulerit,* l. in lege Dei. tit. vlt.

Offerri præſidi & proconſuli filius à patre dicitur, caſtigandi cauſa, l. 3. C. de patr. poteſt. *de plano proconſul poteſt comminari & terrere filium à patre Oblatum,* l. 9. §. de plano. D. de offic. proconſ. *Si pietatem patri debitam filius non agnoſcit, caſtigare iure patriæ poteſtatis non prohiberis, acriori remedio vſurus ſi in pari contumacia perſeuerauerit, eúmque præſidi prouinciæ Oblaturus dicturo ſententiam quam tu quoque dici volueris.* l. 3. C. de patria poteſt. *Deſertorem qui à patre ſuo fuerat Oblatus in deteriorem militiam diuus Pius dari iuſsit ne videatur pater ad iudicium Obtuliſſe,* l. 13. §. deſertorem. D. de re milit.

Offerendus etiam præſidi dicitur eſſe *ſeruus qui atrocem iniuriam fecerit ſi dominus affuerit vt eū flagris rumpat,* l. 9. §. ſi atrocem. D. de Iniuriis. *ſeruus nec ſi à domino ad tormenta Offeratur interrogandus eſt.* l. 18. §. ſi ſeruus. D. de quæſtionib.

Oblatus libellus. l. 7. D. de diuortiis. *Si appellationem Oblatam iudex non ſuſceperit, l.* 31. C. de appellation. *Si victus Oblatam nec receptam à iudice appellationem adfirmet.* l. 19. C. de appellationib.

Oblatum furtum dicitur cum res furtiua ab aliquo tibi Oblata ſit, vtique ſi ea mente tibi data fuerit vt apud te potius, quàm apud eum, qui dedit conciperetur, §. Oblatum, Inſtitut. de obligatio. quæ ex delic. Gaius Inſtitut. Tit. vlt. *Oblatum furtum dicitur cum res furtiua alicui ita à fure datur vt apud ipſum furem inueniri non poſsit.* Paulus lib. 2. ſententiar. Tit. 32. & in lege Dei Tit. 7. *Oblati actione is tenetur qui rem furtiuam alij Obtulit.* in lege Dei Tit. 7. *Oblati is agere poteſt penes quem res concepta inuenta eſt.* in lege Dei Tit. 7. Vetus gloſſarium, *Oblatum furtum dicitur cum quis alicui rem furtiuam Obtulit, vt potius penes eum, quàm penes ſe inueniatur.* Vetus gloſſarium Græcum. *Oblatum furtum* τὸ ὑπό τινος εἰσενεχθὲν μοι κλοπιμαῖον πρᾶγμα.

Oblatio *legatarij, qui dare iuſſus eſt,* l. 8. §. ſi conditioni, D. de inofficio. teſt. *ſi Oblatio ei fiat eius quod relictum eſt.* Ibidem. *Oblatione æſtimationis debere fieri,* l. vlt. §. D. de legat. 2.

Oblatio Cautionis, l. 15. §. illud quæritur, D. de damno infecto. *Debiti,* l. 9. C. de ſolutionib. *Inſtrumentorum,* Paul. lib. 2. Sentent. Tit. 17. *Rei furtiuæ,* l. vlt. C. de condit. furt. *Vt iuſtam vberioris pretij Oblationem admittat,* l. 4. C. de fide & iure haſt. lib. 10. *Si maritus ad oblationem Dei vxori donauit,* l. 5. §. proinde. D. de donat. int. vir. & vxor.

Officere eſt *obeſſe, nocere, præiudicare. Non debet hoc magiſtratui Officere,* l. 2. D. quod quiſque Iuris. *Libertati pignus non Officit,* l. 6. D. in quib. cauſ. pign. *Ignorantia mariti ſtatui eorum Officere non debet,* l. 21. D. de captiuis, id eſt *eorum ſtatum lædere, vt loquitur* l. 8. D. de ſtatu horum.

Officere iuri tuo, l. 4. C. in quib. cauſ. l. 3. C. de Tutorib. vel curatorib. qui ſat. *Veritati,* l. 1. C. arbit. tut.

Nonnunquam contigit, vt quædam nominatim expreſſa Officiant, l. 52. D. de condicion. & demonſtr. id eſt noceant, ibid.

Officere alicui arbor dicitur, in l. 1. §. 1. D. de arborib. cæd. *quæ ex vicini ædibus in eius æde impendet. Alterum ædificium alteri Officere,* l. 39. l. 40. D. de ſeruit. vrban. præd. *Domum ſuam reficere cuique licet dum non Officiat alteri,* l. 61. D. de diuerſ. regul. *ne quid ei Officiatur ad gratiorem proſpectum & liberum,* l. 15. D. de ſeruit. vrban. præd.

Officere luminibus eſt obſcurare lumina, ſiue obſcuriora ea facere, veluti altius ædes tollendo, l. 10. in fine, & l. 11. & l. 13. D. de ſeruitut. vrban. *Si iuxta mea ædificia habeas ædificia, eáque iure tuo altius tollas quamuis luminibus Officias,* l. 26. D. de damno infecto. *Si arborem ponat, vt lumini Officiat,* l. 17. D. de ſeruitut. præd. vrban. id eſt nocere, vt l. 15. D. eod. tit. *Etiam eum accipere damnum cuius ædium luminibus Officiatur,* l. 25. D. de damno infect. *Si luminibus eius Officiatur,* l. 25. D. de oper. nou. nunt. *Si aream in communi emerunt, ne luminibus ſuis officeretur,* l. 52. §. item Mela. D. pro ſocio. *Si ita ſit cautum, ne luminibus Officiatur,* l. 23. D. de ſeruitut. præd. vrban. *Cum autem ſeruitus imponitur ne luminibus Officiatur, hoc maximè adepti videmur, ne ius ſit vicino inuitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum,* l. 4. D. eod. tit.

Seruitute ne luminibus Officiatur conſtituta, hoc continetur, ne cuiuſquam obſcuriora fiant. quodcunque igitur faciat ad luminis impedimentum, prohiberi poteſt ſi ſeruitus debeatur, l. 15. D. de ſeruitut.

vrban. præd. *Inter vrbanorum prædiorum iura, Gaius numerat, altius tollendi & Officiendi luminibus vicini*, l.2.D.de seruitut.vrban. præd. *Rusticorum quoque prædiorum seruitutes sunt, licere altius tollere, & Officere Prætorio vicini*, l.2.D.de seruit.præd.rustic. *Est & hæc seruitus, ne prospectui Officiatur*, l. 3.D.de seruitut. vrban. præd.

OFFICIVM est, vt ait Donatus in Adelph. Terent.Act. 1. Sc.1.quasi *officium ab efficiendo quod vnicuique personæ congruit*. Luc. Seneca lib.3.de Beneficiis cap.18. *Quosdam* ait Officiū *à Beneficio & ministerio* ita separasse, *Beneficium esse, quod alienus det: alienus est qui potuit sine reprehensione cessare: Officium esse, filij, vxoris, & earum personarum quas necessitudo suscitat, & ferre opem iubet. Ministerium esse serui, quem conditio sua eo loco posuit vt nihil eorum quæ præstat, imputet superiori*. Marc. Seneca Controuer. 5.lib. 2. *Non est Beneficium sed Officium facere quod debeas: vt si filius patri dicat, se Beneficium dare*. Atque vt de priuatis Officiis primùm dispiciamus, ea quæ ad Officium Parētum, Tutorum, Curatorúmque libertorum pertinent proponemus, dein quæ ad Arbitrorum, Iudicum, Magistratuum Officium spectant subiungemus.

Officium aui circa neptem, ex Officio Patris erga filiam pendet, l.6.D.de collatio. bonor. *Paternum est Officium dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie*, l.vlt. C. de dot. promiss. *Non ex Officio pietatis testamentum fecisse parentes dicuntur, cum falso instimulati liberos suos vel exhæredarunt, vel præterierunt*, l.2.& l.3. D. de inoffic. test. *Intelligis matrem non Officium pietatis in petendo tutorem deseruisse*, l. 9.C. qui pet.tutor. *Officium arbitri tale esse debet*, l. 109.§. vlt.D.de legat.1. *Ad Officiū arbitri ea sola pertinent*, & cet.l.3.C. communi diuid. *Arbitri Officio continetur*, l. 32.§. Arbitri, D. de recept. qui arbitr. *Arbitri Officio continetur & quemadmodum detur vacua possessio*. l.32.§. arbitri. D.de recept.qui arbitr.

Conuenire Officio Arbitri iubere tantum tibi dari, quantum re vera debeatur, l. 4. §. item quæritur. D. de doli mali except. *Vt censitoris Officio congruat*, l.4.§. 1.D.de censib. *Officio cognoscētis conueniet*, l.6.D.de fideiussorib.tut.

Ad officium iudicantium pertinet, eius quoque testimonij fidem quod integræ frontis homo dixerit perpendere, l.13. D. de testib. *Iudicis statim atque iudex factus est omnium rerum Officium incumbit quæcunque in iudicio versantur*, l.25. §. item sciendum. D. de ædil.edic. *Tantumdem in bonæ fidei iudiciis Officium iudicis valet quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio*, l.7.D.de neg. gest.

Officium iudicis aquæ pluuiæ arcendæ, inter duos accepti, qualis esse debeat, l. 11. §. officium. D. de aqua & aquæ pluu. *Officium iudicis in hac actione in hoc erit, vt iudex inspiciat*, l.9. D. de rei vind. Ouid.lib.1.Trist. Eleg.1. *Iudicis Officium est, vt res, ita tempora rerum quærere*.

Ad Officium iudicis pertinere, l. 45. D. de fidiss. rit. *Officio iudicis continetur*, l. vlt. D. de interdictis. *Id ipsum Officio iudicis continetur*, l. 38. D. de hæreditat. petit. *Eius qui de libertate cognoscet Officio continebitur*, l. 34. §. vlt.D.de statu liber.

Officio iudicis super hoc cognoscentis, l.13. D. de ritu nupt. *Officio iudicis portiones æstimandæ erunt*, l.16.D.de iniuriis. *Etiamsi Officio iudicis sustinenda esset præstatio*, l. vlt. D. de action. empt. *Ad Officium iudicis pertinet*, l.45.D. de fideiussoribus, l.25.§.si testator.D.famil.ercisc. l.95. §. vlt. D. ad l. Falcid. *Quid pertinet ad Officium iudicis post condemnationem futuri temporis tractatus*, l.1.§.1.D.de vsuris. *Cum ad officium iudicis nihil amplius pertineat, quàm vt restitui iubeat*, l.7.D.si pars hæred. *Officio iudicis eos esse compellendos testatricis iussioni parere*, l.44.§.vlt. D. de manu. test. *Officio iudicis qui tutelæ cognoscit congruit, reputationibus tutoris non improbat admittere*, l.2.D.vlli pupill.educ. *Officio iudicis super hoc cognoscentis nuptiæ prohiberi non debent*, l.13.D. de ritu nupt. *Officio de dote iudicantis continebitur*, l.7.D.de fundo dot. Id ipsum officio iudicis continetur. *Eius qui de libertate cognoscit Officio continebitur de mora considerare*, l. 34. §. vlt. D.de statu liber. *Officio iudicis qui de proprietate cognoscit contineri vt non aliter iubeat*, l.9. D.de furtis. *Siue post iudicium acceptum siue ante dolo factum sit continetur Officio iudicis*, l. 21. §. vlt. D. de peculio. *Officio iudicis qui iudicat, quemadmodum vtatur, quid continetur*, l. 22. §. vlt. D. de vsu & habitat.

Officio iudicis continetur, iubere, l.76.D.de rei vind. *Officio iudicis cōtinebitur, vt reddito municipio pretium recipiatur*, l.43.§.aliquando.D.de ædilic. edict. *Officio iudicis familiæ erciscundæ cōtinetur, ne ab eo cohæredes exigant*, l.42.D.famil.ercisc. *Officio familiæ erciscundæ iudicis contineri, vt voluntas defuncti non intercidat*, l.18.§. idem quærit.D.famil.ercisc.eod.tit.

Officio iudicis continetur, vt dominum absoluat, l.vlt.D.de interdictis. *Officio iudicis continebitur vt cauere aduersarium iuberet*, l.15. D. de oper. noui nunciat. *vt de futuro quoque opere cauere iubeat*, l.22.D.si seruit. vindic. *vti caueatur, non fieri*, l.2.§.si quis nemine. D. ne quid in loco publ. *Officio iudicis cautio necessaria est*, l.71.§.1.D. de legat.1. *vt cautio interponatur*, l. 69. §.

vlt.

vlt.D.de legat. 1. *Cautionem interponi debere*, l. 25. §. contra, D. famil. erciſc. *Cautiones eſſe interponendas*, l.35.§. vnde.D.de hæredib.inſtit.

Officio iudicis conuenit, iubere, l.26.D.famil. erciſc. *Officio iudicis conuenire, habere rationem, & cæt.* l.19. §.ſi dominus.D. locati. *Et hoc Officio iudicis conuenire placuit*, l. 1. §. officio. D. de tutel. rationib. diſt. *Iudicis Officio conuenit Vt aut & cæt.* l. 24. §. quotiens.D. ſolu. matrimo.

Aequiſſimum eſt æſtimari Officio iudicis damnum hæreditatis, l.11.D.ad exhibēd. *Officio iudicis portiones æſtimandæ erunt*, l.16.D.de iniuriis. *Vt Officio iudicis indemnitati victoris conſulatur*, l.29.D.de except. rei iudicat.

Hæc deberi ei, Officio iudicis familiæ erciſcundæ manifeſtum eſt, l.17. §.vlt. D.de legat. 1.*Officio iudicis reſcidit præceptiones iſtas*, l. 35. §. vnde.D.de hæredib. inſt.

Obligationes quæ propriis viribus conſiſtunt, Officio iudicis non confirmantur, l.27.D. de obligat. & actionib. *Hæc omnia officio iudicis celebrari oportet*, l. 7. §. belliſſimè. D. quod vi aut clam. *Hoc omne officio iudicis dirimendum eſt*, l. 73. D. de procuratorib.

Quod officio iudicis expedietur.l. 14. §. æſtimatio. D.de ſeruo corrupto.

Stipulationes quæ à mero iudicis Officio proficiſcuntur, veluti de dolo cautio, l.5. D.de verbor. obligat. *Vſuræ quæ in obligatione vel in officio iudicis fuerunt*, l.58.D. ad SC.Trebel.

Iudex qui ſemel vel pluris vel minoris condemnauit, amplius corrigere ſententiam ſuam non poteſt. ſemel enim malè ſeu bene Officio functus eſt, l. 55. D. de iudiciis. *Quia arbiter Officio in ſententia functus non eſt*, l.25. D.de recep. qui arbiter.

Ius dicentis officium latiſſimum eſt, l.1.D.de Iuriſdictio. *Mandata iuriſdictione Officium totum iuris dicendi ad legatum proconſulis tranſit*, l.1.§. Damus. D. de ſuſpect. tut. *Officio magiſtratus vrgente tutores pupillis nominare*, l.11. C. de compenſationibus.

Ne corpora aut oſſa mortuorum detinerentur, & cæt. Præſidis prouinciæ Officium eſt, l. 38. D. de religioſis & ſumpt. *Prætoris id Officium eſt Vt cogat ſignatores conuenire & ſigilla ſua recognoſcere*, l.4.D.teſtam. quemad. aper. *Officium prætoris eſt introducere vtilem actionem*, l. 45. D. ex quib. cauſ. maior. *Officium prætoris tale eſſe debet Vt*, l. 109. §. vlt. D. de legat. 1. *Traditio & patientia ſeruientium inducet Officium prætoris*, l. 1. §. vlt. D. de ſeruitut. præd. ruſt. *Prætoris Officium eſt, Vt miſſus in poſſeſſionem etiam eam per longi temporis ſpatium in ſuum dominium capere poſſit*, l. 5. D. de dam. infec. *Ad officium prætoris pertinet, lites deminuere*, l. 21. D. de reb. credit. *Conditiones quæ non ſunt in poteſtate hæredis ad Officium prætoris non pertinent*, l. 31. §. vlt. D. ad SC. Trebell. *Prætoris Officio continetur, Vt virum bonum eligat*, l. 47. §. ſi Sticha.D.de fideicommiſſ. libert. *Officio prætoris continetur, ex huiuſmodi obligationibus quæ turpem cauſam habent actionem denegari*, l.27.D.de verbor.obligat.

*Prætoris officio conuenire exiſtimo, & cæt.*l.109.§.1. D.de legat. *Prætoris Officio in primis hoc cōuenit excutere an*, l. 5.§. non paſſim. D. de reb. eor. *Sicubi ex Officio iuriſdictionis ſuæ Prætores ſubuenerunt*, l.1.§. an autem. D.de poſtulando.

Prætoriæ ſtipulationes, quæ à mero prætoris Officio proficiſcuntur, veluti damni infecti, l.5. §.1. D. de verbor. obligat.

Prætor triplici Officio fungi non poteſt, l.13. §.tempeſtiuum, D. ad SC.Trebell.

Procuratori meo ad cuius Officium deſiderium tuum pertinet, l. C. de fide & iu. haſt.lib.10.

*Cum ad Officium procuratoris pertinuerit, & cæt.*l.56. §.non ideo.D. mandati.

Officium regentis exercitum non tantum in danda, ſed etiam in obſeruanda diſciplina conſiſtit. l. 12. D.de re milita.

Officium tribunorum eſt, vel eorum qui exercitui præſunt, milites in caſtris continere, & cæt. l. ead. §. vlt.

Ad Officium curatoris non pertinere nubat pupilla an non, quia officium eius in adminiſtratione negotiorum conſtat, l. 20.D. de ritu nuptiar. *Ad Officium curatoris adminiſtratio pupillæ pertinet*, ibid. *Ad ſucceſſores Curatoris Officium adminiſtrationis non tranſire.* l. 17. C. de negot. geſt.

Curatoris Officio functus, l. 1. §. ſi curator.D.de eo qui pro tuto. l.9.C.de prædiis minor.

Curatoribus bonorum, indiuiduum Officium curæ à magiſtratibus iniunctum, l. 46. §. 1. D.de adminiſtr.& peric.

Tutoris præcipuum eſt Officium ne indefenſum pupillum relinquat. l. 30. D.de adminiſtr. & peric. *Officium tutorum curatoribus conſtitutis finem accipit*, l. 33. §. 1. D. de adminiſtr. & peric. *Officio tutoris incumbit etiam rationes actus ſui conficere & pupillo reddere*, l. 1. §. Officio. D. de tutel. & ration. diſtrah.

Si paterfamilias eum pro quo fideiusſit tutorem dederit filio ſuo: Officio tutoris conuenit vt cum dies pecuniæ præterierit, creditori debitum ſoluat, l. 9. §. 1. D. de adminiſtr. & peric.

Tutores ad Officium ſuum reuocare debent, l. 39. §. rerum. D. de adminiſtr. & peric. *Mandatum tutelæ Officium detrectare*, l. 39. §. Tutor. D. de adminiſtr. & peric. *pro Officio adminiſtrationis, tutoris vel curatoris bona, ſi debitores exiſtant, tanquam pignoris titulo obligata, minores ſibimet vindicare minimè probibentur*, l. 20. D. de adminiſtr. & peric.

Debuit confeſtim tutor Officio ſuo fungi, l. 7. §. 1. D. de adminiſtr. & peric. *Tutor qui pro tutelari Officio non cauerat*, l. 3. C. de tut. vel cura. qui ſat. non ded.

Quod dolo vel culpa tutoris in Officio, pupillæ contractum eſt, l. 18. D. de tutel. & rat. *Tutores qui poſt finem tutelæ per errorem Officij durantes*, l. 39. D. de adminiſtr. & peric. *Sic alterius Officij querelam*, l. 39. §. aduleſcens. D. eod. tit.

Si tutor ex Officio neceſſe habuit aliquò excurrere vel proficiſci, l. 1. §. ſi pupillis. D. de tute. & ration. *An tutor ex Officio ſumptus fecerit*, l. 3. D. contrar. tute.

Officio tutelæ manente, l. 39. §. tutoribus. D. de adminiſtr. & peric.

Curatores adoleſcentis cum Officio depoſito ſoluendo fuiſſent, l. 39. §. curatores. D. de adminiſtr. & peric. *Poſt depoſitum Officium*, l. 5. D. quand. ex fact. tutor. l. 38. D. de ritu nupt.

Pubertate pupilli tam tutorum quàm curatorum adiunctorum Officium finiri manifeſtiſſimum eſt, l. 1. C. quan. tutor. vel cur. eſſe deſi. *Si Officium tutoris pubertate pupilli finitum non eſt*, l. 1. C. de ſuſpect. tutor.

Tutores curatoréſque finito Officio non eſſe conueniendos, ex adminiſtratione pupillorum vel adoleſcentium, l. 1. C. quan. ex fac. tut. *Poſt tutelæ tranſlationem, adminiſtrationes officio finito*, l. vlt. C. de peric. tutor. *Finito Officio contraria tutelæ competit*, l. 1. §. finito, D. de contrar. tut.

Tutores & curatores cæteríque qui ex Officio pro aliis interueniunt, l. 31. §. quod in procuratore. D. de ædilic. edict. *Tutores vel curatores qui ex Officio periculo ſuo res pupillorum, vel adoleſcentium adminiſtrant*, l. 2. C. de ijs qui accuſa. non poſſ. *Si negotium impuberis aliquis ex Officio amicitiá vegeſſerit*, l. 23. D. de reb. auctor.

Pro Officio ſuo qui aliena negotia gerunt, hoc faciunt, l. vlt. C. de aliment. pupill. *Vtrum négotium vxoris gerens, an Officio mariti ducens in rem eius impenderit*, l. 47. D. de donat. int. vir.

Officij tuendi cauſa interdicta competunt, veluti de homine libero exhibendo, l. 2. §. Somnium. D. de interdict. Quintilian. etiam lib. 7. cap. 5. *cauſas abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarum nuptias indicentium, quoſdam Officiorum cauſas vocaſſe ſcribit.*

Officium Argentarij, l. 12. D. de edendo. *Cum id inſtitoris Officio ad fidem menſæ proteſtandam ſcripſiſſet*, l. vlt. D. de inſtitor.

Interceſſoris Officio functus, l. 3. §. Iulianus. D. de peculio. *Officium Interceſſionis, in quo non ſola opera nudúmque miniſterium verſatur, ſed & periculum rei familiaris*, l. 1. D. ad SC. Velleian.

Officium magiſtri, l. 27. D. de donationib. *Officium mercede remuneratum*, l. 27. D. de donationib.

Plerumque non eſt permittendum Officium, quod ſequeſter ſemel ſuſcepit, contra legem depoſitionis deponere, l. 5. §. vlt. D. depoſiti. *Iuſto teſtimonij Officio ei interdicitur*, l. 14. D. de teſtib. *Hæredibus qui non defunctoriè debitum Officium impleuerant.* l. 21. §. vlt. D. ad SC. Sillania. *Cum plenum Officium à matre deſideremus*, l. 2. §. quid ergo. ad SC. Tertyll.

Iniquum eſt, damnoſum cuique eſſe Officium ſuum, l. 7. D. teſtam. quemad. aper.

Officium pro obſequio, & miniſterio, operis, Libertæ quæ voluntate patroni nuptæ ſunt non coguntur Officium patronis ſuis præſtare, l. 2. C. de obſequiis patrono. *Liberta enim cuius matrimonio patronus conſenſit, in Officio mariti eſſe debet*, l. 48. D. de oper. libert. *Si cum Officium à liberto deſideraretur cum Patrono decidit pecunia*, l. 26. §. libertus. D. de condict. indeb.

Operæ ſunt diurnum Officium, l. 1. D. de oper. libert. *Nec pars operæ per horas ſolui poteſt, quia id eſt Officij diurni*, l. 3. D. de oper. libertor. *Cum operarum editio nihil aliud ſit quàm Officij præſtatio, abſurdum eſt credere alio die deberi Officium quàm quo is qui vellet cui præſtandum eſt*, l. 22. D. eod. tit.

Seruile quoque miniſterium familiæ quæ circa patremfa. eſt, *Officium* appellatur. Vnde *& ab artificio quod ipſi perſonæ Domini non deſeruit, ſed in opere aliquo faciendo artéque exercenda verſatur, Officium ſeparatur*, l. 24. D. de manumi. teſt. *Si ex Officio quis ad artificium tranſierit*, l. 65. §. 1. D. de legat. 3. & mox, Officium artificio mutatur. *Non idem è contrario, cum lecticarius cocus poſtea factus eſt*, l. 65. §. 1. D. de legat. 3. *In ſeruis deferendis obſeruandum eſt, vt Officia & artificia ſpecialiter deferantur*, l. 4. §. in ſeruis. D. de cenſib. *Officiorum & Artium appellatio, nihil de ſignificatione nominum mutat, niſi fortè plures ſint qui ei Officio deſignentur*, Paulus lib. 4. ſenten-

ſententiar. tit.vlt. *Actores qui aliquod Officium gerunt*, l.46.§.actores.D.de Iure fiſci. *Cum quædam mancipia ex his Officiis ruſticis ad tempus peregrinationis abducta ſunt*, l. 28. §. adfini. D. de inſtruc. & inſtr.

Officium vtique erat, ſeruorũ quos vſus ſui cauſa paterfa.habebat, qui ad eius corpus tuẽdum atque ipſius cultũ præpoſiti deſtinatíque erant, quo in genere *iunctores, cubicularij, coci, miniſtratores, atque alij qui ad eiuſmodi vſum parati erant, numerabãtur, vt loquitur* l.203.D. de verbor. ſignifi. *quales erant etiam oſtiarij, tonſores, obſonatores, piſtores*, l. 61.& 65. D.de legat.3. Artificium verò erat, verbi gratia, *lecticariorum, textorum, fullonum*. l. 65. & 28. D.de reb.dub.

Officium pro munere publico. *Ne cui Officium publicum vel damno vel compendio ſit*, l.29.D. ex quib. cauſ.maior. *Officia ciuilia* apud Iuuenal. Sat. 6. *publica* apud Arnob. lib. 6. aduerſ. gent.

OFFICIA CIVILIA,

Prætoris Officio conuenire, l.109. §. vlt.D. de legat.1. *Aduerſus ipſum hæredem Officium Prætoris, ſiue Arbitri talis eſſe deberet, vt ead. l. Officio Prætoris continetur ex obligationibus quæ turpem cauſam habent actionem denegari*, l.27. D.de verbor.obligat.

Officium, munus, miniſteriúmve publicum, l.1.D.de l. Iul. repet. *Qui Officium in aliqua prouincia adminiſtrat*, l. 38.D. de ritu nupt. *qui in prouincia Officium aliquod gerit*, l. 57.D.eod. tit. *Non multum Officio occupatur legatus*, l.30.D.ad.SC.Trebell.

Officia militaria apud Tertullian. ad lib. de fuga in perſecutio.ſub finem.

Officiales coronæ apud Tertullian. de Corona militis, cap. 11. quæ officiorum ratione *ab officialibus* magiſtratuum poteſtatúmve geſtabantur.

Officium aliàs gratuitam operam ſignificat, quam quis mera voluntate aut amicitia ductus præſtat. Hoc ſenſu, *iniquum eſſe Officium ſuum cuique damnoſum eſſe*, ait l. 7. D. quemad. teſtamen. aper. *Voluntatis & Officij magis quàm neceſsitatis eſt commodare*, l.17.§.ſicut. D. commodati. *Mandatum originem ex Officio atque amicitia trahit*, l.1.§. vlt. D. mandati. *Contrarium eſt Officij merces*, ibid.

Qui mandatum ſuſcepit, ſi poteſt id explere, deſerere promiſsum Officium non debet, l.27.§.1.D. mãdati. *Si pacti ſumus vt tu à meo debitore Carthagine exigas, ego à tuo Romæ, vel vt tu in meo & ego in tuo ſolo ædificem, mutuum Officium præſtamus*, l.5.§.ſed ſi facio. D.de præſcrip.verbor.

In his quæ Officium fieri per liberas ſcilicet perſonas deſiderat, l. 175. D. de diuerſis reg. *Liberta in Officio patroni. Officij præſtatio*, l.22.D. de oper. libert. *Officij diurni ſunt operæ*, l. 3. D. eodem. *Alio die deberi Officium, quàm quo is vellet cui præſtandum eſt*, l.22.D. de oper.libert.

Officium aduocationis, l.54.D. de rei vind. *Aduocatum fiſci qui intentionem delatoris exſequitur, in omnibus Officij neceſsitas ſatis excuſat*, l.5.§. aduocatum, D. de his quæ vt indign. *Officij tuendi cauſa competit interdictum de homine libero exhibendo*, l.2. §. 1. D. de interdict.

Officio etiam tribuebatur inter eſſe ſponſalibus amicorũ, ad ſignandum aduocatos adeſſe, & alia id genus. Iuuenal. ſat.2. *Quæ cauſa Officij? quid? quæris. nubit amicus.* Plin. Epiſt.15. lib. 6. *Intereſt Officiis, adhibetur conſilijs.* Tertullian. de Idololatr. cap. 16. *Circa Officia vero priuatarum & communium ſolemnitatum, vt Togæ puræ, vt Sponſalium, vt Nominalium.*

Officij verbum in obſcenis vſurpatũ, M.Seneca in procœmio lib. 4.controuerſiar.indicat de *Haterio* loquens in hunc modum, *Memini illum cùm libertinum reum defenderet, cui obiiciebatur, quòd patroni cõcubinus fuiſſet, dixiſſe, Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſeruo neceſsitas, in libero Officium. Res in iocos abiit: non facis mihi. Officia quæ publica ſunt in eo*, l.6. D. de cap. minut. *Fœminæ ab omnibus Officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt*, l. 2. D. de diuerſis regul. *Moribus ciuilia Officia adempta ſunt fœminis*, l.1.D.ad SC.Velleian. Sueton.in Auguſto, cap.36. *Quoque plures partem adminiſtrandæ Reipub. caperent, noua Officia excogitauit.* Sic in Claud. cap. 26. *Officiorum codicillis.*

In ea prouincia ex qua quis originem ducit Officium fiſcale adminiſtrare prohibetur. Paul. lib.5. ſentent. Tit.12. *Si quis Officium in aliqua prouincia adminiſtrat*, l.3.D.de ritu nuptiar. *Non licet ex Officio quod adminiſtrat emere quid*, l.46.D. contrahend. empt. *Qui ex Officio quod adminiſtrauerint, conueniuntur*, l.21. §. 1.D.ad municipal. *Si ex ea prouincia in qua Officiorum aliquid gerit*, l.2.D.de his quæ vt indign. *Militum medici quoniam Officium quod gerunt publicè prodeſt*, l.33. §. vlt. D. ex quib.cauſ. maior.

Quamdiu Officio alicui præeſt, quod ſi finitum fuerit Officium, l.3.§. 1. D. ex quib.cauſ. maior. *Cæcus iudicandi Officio fungitur*, l.6.D.de iudiciis. *Iudex datus in eodem Officio permanet, licet furere cœperit*, l.46. D.de iudiciis.

Officium legationis, l.1. C.quibus ex cauſ. maior. *Qui legationis Officio fungitur*, l.11. D. de le-

gationib. *Legatus antequam Officio legationis functus sit*, l.10.D.eod.tit.id est, munere, vt ead.l.§. vlt. *Si quid vxores eorum qui ad Officia proficiscuntur, deliquerint*, l.4.§.1. D. de offic. proconſ.

Officij publici neceſsitas, Seneca in lib. de conſolatione ad Heluiã, cap. 6. *Aduocatum fiſci, qui intentionem delatoris exſequitur, in omnibus Officij neceſsitas ſatis excuſat*, l.5.§. aduocatum.D. de his quæ vt indign. *Officij neceſsitas & tutoris fides excuſata eſſe debet*, l. 22. D. de his quæ vt indig. *Cùm inter voluntariam accuſationem & Officij neceſsitatem hæredis, multum interſit*, l. 2. C. de calumniatorib.

Officium etiam pro *Officialibus miniſtris & apparitoribus præſidum procuratorúmque fiſci ponitur*, l.1.de bon. vacan.lib. 10.l.1. C. ne fiſcus rem quam vend. Et ita *per Officium pignora in cauſam iudicati diſtrahi legimus.* Cùm in Cauſa iudicati aliqua res pignori capitur, per *Officium eius qui ita decreuit venundari ſolet*, l. 2.C. ſi in cauſa iudic. pign. *Si iuſſu iudicis rei iudicatæ pignus captum per Officium diſtrahatur*, l.74.D.de euictionib.id eſt, *per apparitores Prætoris extra ordinem ſententiæ ſequentis*, vt l.50.D. eod. tit. *Vt vili pretio ab Officio præſidiali prædia tua diſtraherentur*, l.1. C. de præſcript.30.vel 40. annor.

Quod prætermiſſa haſtarum ſolemnitate poſſeſsiones tuæ ex Officio diſtractas ſuggeris, l. 2. C. de fide & iu.haſt. lib.10. *Qui pro alio à fiſco conuentus debitum exoluit, non iniquè poſtulat perſecutionem bonorum eius pro quo ſoluit, in quo etiam adiuuari per Officium ſolet*, l.45.§.qui pro alio. D. de iure fiſci. *Vt obnoxij debitoribus fiſci ad ſolutionem per Officium procuratoris compellantur*, l.3.C.quan.fiſc. vel priua. *Eo qui accuſatur ſub cuſtodia Officij facto*, l.1. C. ad SC. Turpil. *Magiſtratus municipales ad Officium præſidis prouinciæ vel proconſulis, comprehenſos fugitiuos rectè tranſmittunt*, l. 4. §. vlt. D. de fugitiuis. *Cum ſententiam præſidis irritam eſſe dicis, quòd non publicè ſed in ſecreto loco Officio eius non præſente ſententiam ſuam dixit*, l.6. C.de ſenten. & interl. *Mulierem per Officium militare exhiberi apud Tribunal oportet*, l.2.C.ſi mancipi ita ven. ne proſtit. *Libellos compoſuit datura centurioni, vt ad Officium tranſmitterentur*, l.72.D.de furtis.

Miſſus ex Officio annonæ centurio, l.vlt.D.de pignerat.actio. *Apoſtolorum poſtulatio, & acceptio intra quintum diem ex Officio facienda eſt*, Paul. lib.5. ſententiar. Tit.33. *Actorum ex Officio recitatio iure poſcetur*, l.45. §. quoties. D. de iure fiſci. *Sub prætextu aduentus Officiorum vel militum*, l. 6. §. ne tenuis. D.de Offic. præſid.

Officium ampliſsimæ ſedis, l.vni.in fi.C.de collat.donat.lib.10. *Officium cenſuale*, l.18.C.de teſtament. & apud Symmach. lib. 1. Epiſt. 46. Cohortale officiũ, l. 33.C. de appellatio. *Officium comitianum*, l.2. C.de offic.milit. iudic. *Iudicum rectorúmque prouinciarum*, l.33. C. de decurionib.lib.10. *Moderatoris prouinciæ*, l.54.de decurionib.lib.10. *Rectoris prouinciæ*, l.2. C. de cano. largit. tit.lib. 10. *Sacrarum vel priuatarum largitionum palatina Officia*, l.2. C.de cano. largit.lib. 10. Tertullian. in lib. de anima, *Grauior inuidia eſt in præſidem cum Officia pulſantur, plus ceditur qui iubet quando nec obſequitur excuſatur. Si tutores pupillis Officio magiſtratus vrgente nominati*, l.11.C.de compenſationib.

Qui apud acta exhibiturum ſe eſſe quem promiſit, etſi Officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur. l.17. D.de in ius vocan. *Si ſatisdatum pro re mobili, & perſona ſuſpecta ſit ex qua ſatisdatum deſideratur, apud Officium deponi debebit*, l.7.§.vlt.D.quiſatisd.cogan. *Si apud Officium fuerit depoſitus ſeruus exhibendus*, l.11.D. ad exhibend. Plin. lib.1.Epiſt. *Paucos poſt dies ipſe me* Regulus *conuenit in Prætoris Officio. Quo etiam modo Aſcon.* in 2. Verrina locutus eſt.

OFFICIALIS qui alicui magiſtratui iudicive præſto eſt, miniſterium Officiúmve exhibet. *Miſſus in poſſeſsionem ſi non admittatur per Officialem præfecti, introducendus eſt in poſſeſsionem*, l.5. §. miſſus. D. vt in poſſeſſ.legat. *Nominationem ad certa munera, per Officialem publicum magiſtratus perferri curent*, l.2.C.de decurionib.lib.10.

Officiales, l.3.C.de delatorib.lib.10. *Præſidis prouinciæ Officiales perpetui ſunt*, l.34. D. de reb. cred. *Officiales proconſulis*, l. 6.§.1. D. de pœnis. *Quoties ſine authoritate iudicati Officiales alicuius bona occupant vel deſcribunt, vel ſub obſeruatione eſſe faciunt*, Paulus lib.5. Sententiarum. Tit.12. *Chartaticum quibuſdam Officialibus ſubſcribere præſides debent*, l. 6. in fine. D. de bon. damnat. Vſurpat hoc verbum & Tertullian.in lib.de Idololat. & in lib. aduerſ. Praxeam. necnon Apuleius, lib.1.Metamorphoſ.in extremo.

Officiales operæ quæ videlicet in Officij & obſequij præſtatione conſiſtunt, à fabrilibus ſeparantur, l. 26.§. libertus.D.de condict. indebit.l.6. & l.9.D.de oper.libertor.

Officiosè agere, l.21.D.de his quæ vt indign.

OFFICINA, l.4. §.ait prætor. D. de his qui notan. *Si quis Officinam certo loci conductam habuit*, l.19.§.proinde. D. de iudiciis vbi à taberna & pergula, Officina ſeparatur. *Sunt enim huiuſmodi hominũ, videlicet proxenetarũ, vt tam in magna ciuitate Officinæ*, l.vlt. D.de proxeneticis.

OLEA *vel excutitur, vel per se decidit*, l. 13. D. quib. mod. vsusfruct. *Oleam immaturam plus habere reditus quàm si matura legatur, tradit* Iauolenus in l. 42. D. de vsu. & vsufruct. lega. *Si Oliuam immaturam decerpserit*, l. 27. §. si oliuam. D. ad l. Aquil.

Olea in aheno calda aqua lauatur, l. 19. §. illud. D. locati. *ad premẽdam Oleam fiscis vtimur*, ibidẽ. *si regulis Olea prematur*, ibid.

Oleæ fructum vredo corrupit, l. 15. §. si vis. D. locati.

OLEARIA MERX, l. 13. D. de institor. *Olearij mercatores*, l. 4. §. vlt. D. de muner. & honor. *Olearia merci præpositus*, l. 13. D. de institoria, id est ad vendendum emendúmve oleũ, l. 5. §. si ei quem. D. eod. *Olearia vasa*, l. 19. §. illud. D. locati.

OLEAGINEA pocula, l. 30. D. de legat. 3.

OLERE os alicui dicitur cui anima fœtet. *quod ex illuuie oris, accidere solere, vel corporis vitio, veluti quòd iecur, quòd pulmo, aut aliud quid similiter dolet*, l. 12. §. vlt. D. de ædil. edic. Ouid. lib. 1. de arte aman. *Nec malè odorati sit tristis anhelitus oris* idem lib. 3. de art. aman. *Cui grauis oris odor, nunquam eiuna loquatur.*

OLERIBVS *ad vsum quotidianum vti*, Institution. de vsu & habitatio. in princip. *in villa*, l. 12. §. 1. D. de vsu. & habitation. *Olus agreste*, Petron. Arbit. Satyrico.

OLEVM *ex Oliuis alienis facere*, l. 12. §. si quis, D. ad exhibend. l. 7. §. cum quis, D. de adquiren. rer. do. *Si Oleum vir pro vxore in æde sacra posuerit*, l. 5. §. proinde, D. de donat. int. vir. & vxor. *Oleum ad Oliuare reuerti non potest*, l. 7. §. est tamen, D. de adquir. rer. do. *Olei pondus, qualitas, genus*, Paul. l. 4. D. de trit. vin. vel ole.

Cùm certum pondus Olei non adiecta qualitate legatur, non solet quæri, cuius generis Oleo vti solitus fuerit testator, aut cuius generis Oleum istius regionis homines in vsu habeant, l. 4. D. de trit. vi. vel ole. *Si quis à me Oleum quod emisset, adhibitis iniquis ponderibus accepisset, vt in modo me falleret*, l. 33. D. de actionib. emp. *Nec enim tantidem Romæ & in Hispania, Oleum æstimabitur*, l. 63. §. vlt. D. ad l. fal.

OLFACERE, *mulam equus Olfecit*, l. vlt. D. si quadr. paup.

OLITORII *horti*, l. 13. §. fructuarius, D. de vsufruct. l. 198. D. de verbor. signific.

OLIVARVM *nuclei*, l. 55. D. de legat. 3. l. 167. D. de verbor. signific. *Oliuariæ molæ*, l. 21. D. de instruct. vel instrum. quæ Oleariæ molæ Varroni lib. 4. de lingua Lat.

OLIVETVM, l. 58. D. de contrahen. empt. l. 7. C. de bonis proscript. l. 7. C. de manci. & colon. lib. 11. *Olineti Iugera*, l. 4. §. vlt. D. de actionib. empt. *Oliuetum quot iugera & quot arbores habeat*, l. 4. D. de censib. *Vir in fundo dotali vxoris rogatu Oliuetum succiderat hoc (vt) nouellum reponeret*, l. 8. D. de fund. dotal. *Ligna quæ ex Oliueto excisa essent*, ibid. *Qui in Oliueto Oliuarum furtum facit*, §. manifestus Institution. de obligat. quæ ex delict. *Oliueta*, l. 13. §. inde est, D. de vsufru. *Si vineta aut Oliueta fecerit*, Vlpian. Tit. 6. Regul.

Omittere hæreditatem, l. 7. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. l. 4. D. vnde legit. l. 23. D. de condition. & demonst. l. 53. D. de legat. 2. l. 14. D. de liber. & posthum. l. 27. §. qui suspectam. D. ad SC. Trebell. l. 4. D. de legat. præst. l. 6. §. 1. D. de iniust. rup. l. 2. §. impuberem. D. ad SC. Tertyll. l. 60. D. de adquir. vel omitt. l. 23. D. de bon. libertor. l. vlt. §. vlt. D. de doli except. l. 59. §. si Attius Titiũ. D. de hæred. instit. l. 8. §. cũ igitur. l. 19. D. de inoffic. testa. l. 82. §. 1. D. de legat. 2. l. 14. §. vlt. D. de fun. dota. l. 14. D. de lib. & post. l. 8. §. quarta. D. de inoffic. testam. l. 6. §. 1. & l. 10. §. vlt. D. de iniust. rup. & l. 34. D. de vulga. & pupil. l. 1. C. de fideicom. libert. *Omittere*, id est *prætermitere*, vt l. 19. D. de adquir. vel omitten. l. 44. D. de hæred. instit. l. 8. D. de mort. cau. donat. l. 2. & l. 3. D. si quis omiss. cau. l. 14. §. 1. l. 14. §. vlt. de fund. dota. *Omittere, & adquirere hæreditatem pugnant.* l. 54. D. soluto matrimonio. & Rubr. de adquirenda vel omittenda hæredit. Item, *Omittere, & Adire*, D. l. 59. §. vlt. D. de hæredib. instit. l. 34. §. 1. D. de vulg. & pup.

Qui occasione adquirendi nõ vtitur, veluti qui Omittit hæreditatẽ, l. 28. §. 1. D. de verborum signifi.

Omittere tamen *& repudiare* interdum separantur, l. *Si quis iuuenili leuitate ductus Omiserit vel repudiauerit hæreditatem.* l. 14. §. Scæuola. D. de minorib.

Si certum sit repudiatam, vel Omissum hæreditatem, l. 1. §. vlt. D. vt in possess. legator.

Non tantùm enim qui repudiat, sed & qui tempore excludi se patitur *Omittere* dicitur. Nec extraneus homo hæres, verùm etiam suus patris hæreditatem *Omittere* dicitur. *Cum filius hæreditatem liberti patris Omiserit*, l. 20. §. si libertus. D. de bon. libert. *An quia sub conditione instituta filia esset si Omitteret hæreditatem*, l. vlt §. vlt. D. de doli ma. & met. *Si id egisset vt Omittatur hæreditas*, l. 4. §. quamquam, D. si quis Omissa cau.

Qui pretiũ hæreditatis Omittendæ causa capit. l. 24. D. de adquir. vel omittend. *Occasione Omissæ hæreditatis à scripto hærede*, l. 20. §. videamus. D. de bon. possess. cont. tab. *Hæreditate Omissa*, l. 89.

D.de legat.1. *Omissa parte hæreditatis ei testamẽto adscripta*,l. 30. §. Titia. D. de adimend.legat. *Patronus ex debita parte institutus si Omiserit institutionẽ*, l.28. D.de legat. 2.*Si patronus ex debita sibi portione hæres scriptus ex alia parte Omiserit institutionẽ*, l.6. §.si patronus.D. si quis omis. cau. *Marcius partem hæreditatis ex qua scriptus erat, Omisit*, l.32. D.de legat. 3.

OMITTERE vt plurimum est prætermittere aliquid eorum quæ agi, fieri, exerceri, interponi, obiici allegarive potuerunt. *Qui auxilium appellationis Omiserunt*, l. 8. §. si ignorantes. D. mandati.

Matre Omittente S. Consulti beneficium, l. 2. §. si mater hæreditatem. D. ad SC. Tertyllian. *Legis falcidiæ beneficio Omisso*, l. 27. D. ad l. falcid. *Si magistratus tanta fuit negligentia vt cautionem omitteret*,l. 6.D. de magist. conuen. *Omittendo conditionem*, l.8.D.de condic. instit.id est non parendo conditioni. *Omissa conditione filiæ*, l. 20. §. si libertinus.D. de bon. libertor. *Qui fideiusserint,defensionem Omiserint*, l.5. §.in hac. D. iudicat. solui. *Quos verisimile est defensionem pupilli pupillæ non Omissuros*, l.5. §. 1. D.quib. ex caus. in possess. *Omissa defensione*, item & *Omissa causæ inquisitione*, l. 34. D. de iure fisc. *Si fideiussor ex sua persona Omiserit exceptionem*, l. 10. §. generaliter. D. mandati. hoc est *prætermiserit*, vt l. 29. D. eod. *Si fideiussor exceptionem procuratoriam Omisit*.l. 29. §. quædam. D. eod. tit. *Si hæres Omiserit doli exceptionem*, l. 39.D.fami. hercis.

Omissam allegationem repetere,l.36. D. de minorib. *Omissam præscriptionem obiicere*. l.6. D. de exceptio. *Minores si quod adquirere emolumentum potuerunt, Omiserint*, l.44.D. de minorib. *Si is ad quem bonorum possessio pertinere possit,ius suum Omiserit*, Vlp.lib. Regular.Tit.29.

Ius Omissum,l. 37.D.de minorib.*Semel omissum iniuriarum iudicium*,l.37. D. de minorib.

Hæredes quos necem testatoris inultam Omisisse constiterit, l.1. C. de iis quib.vt indign. *Qui debitum officium pietatis scientes Omiserunt*, ead. l.1. *Si modò cum contutores suspectos facere deberent,id officium Omiserunt*, l.1. C.si tutor vel curat. non gesser. *Si antiquior creditor de pignore vendendo cum debitore pactum interposuit,posterior autẽ creditor de distrahendo Omisit*,l.3. D. Quæ res pigno.

Qui retentiones quas solas habent Omittunt, l.21.D.ad SC.Trebellian. *Omissa retentione quæ per l. falcidiam competebat*,l.14.§.1.D.ad l. falcid. *Si quis Omissa retentione totam hæreditatem restituerit*, l. 63. §. si quis. D. ad SC. Trebellian.*Omissa ratione falcidiæ*, l. 19. D. Quæ in fraud. credit. *Si Omiserit stipulationem*,l.1. §. si decem.D.vt legator seu fideic. *Omissa stipulatione*, l.1. §. non solùm autem. D.vt legator.seu fideic. *Si omissa fideicommiss. verba sunt*, l.67. §.si omissa. D. de legat. 2.*Omissa verborum obligatio*, l. 6. de transactionib. *Si præstari consuetum vectigal indiligentia publicani Omiserit*, l.9. §.eorum. D.de publican. *Melius esse Omitti operis noui nuntiationem*,l.5.§. præterea.D. de oper.no. nunt.*Omissa interpositi persona*,l.57.D.ad l.falcid. *Persecutione pignoris Omissa*,l.24.C.de pignorib. *Semel Omissa querela*, l.6.C.de transactionibus.

OMITTERE est non admittere,nec agnoscere,sed repudiare & prętermittere nolléque ad se pertinere. *Siue omiserint instituti, sine non omiserint*, l.12. D.de legat. præstan. *Omittente filio*, l.2.D.de except.rei iudic.

Interdum autem absolutè in hanc sententiam Omittere Iurisconsulti dicunt, interdum verò alio verbo vel nomine adiuncto, veluti, Omittere, adire,Omittere aditionem, bonorum possessionem,hæreditatem,institutionem,partem seu portionem hæreditatis,successionem. *Si ex pluribus legitimis hæredibus quidam Omiserint adire hæreditatem*, l.9. D. de suis & legit. *Si tu sextantis ex quo institutus esses hæres,Omiseris aditionem*, l.76. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. *Si pecunia accepta Omisit aditionem*, l.1.D. si omiss. sit caus. test. *Omittentibus primis aditionem*, l. 14. D. de liber. & post. *Omissa ex testamento aditione*,l. 18.D. ad l. falcid. *Omissa hæreditatis aditione*, l. 22. §. 1. D. ad l. falcid.

Omittere bonorum possessionem, id est,*nolle accipere*. l. 2. §. si duo. D. de bonor. possess. secun. tab.l.15.D.de leg. præst. l. 1. §. qui aduersus. D. si quid in fraud. patron. l. 1. §.planè.& l. 2. §. si tres. D. de collatio. bonor. l. 3. §. si capitis. D. de bonis libertor. l. 15. D. de obligat. & act. quæ laudatur ab Vlpia. in l.2. D.de except. rei iudica.

Omittere bonorum possessionem & accipere pugnant, l. 14. D. de legat.præst.

Omisisse autem *bonorum possessionem intelligitur qui vel tempore exclusus non petiit, vel repudiauit, vt loquitur* Iulian. in l.20. §. si libertinus. D. de bon. libertor. *Ad bonorum possessionem in paternis rebus Omissam*, l. 2. C. si vt Omiss. hæredit. *Omissa à filio bonorum possessione*, l. 27. §. D. ad SC. Trebell. *Omissa bonorum possessione*, l. 3.§.emancipati. D. de collat. bonor. l.13. C. de iure deliber.*Si solus hæres ex pluribus partibus fuerit institutus, vnam partem Omittere non possum*, l. 80.D. de adquirend. vel omitt.

Omittente partem suam Titio, l.76. D.de adquir.vel omitt.

Omissa

Omissa parte hæreditatis, l. 30. §. Titia. D. de adim. legat. l. 12. C. de legat.

Si quis ex nepotibus portionem suam Omiserit, l. 1. §. si quis. D. de coniungend. cum emanci.

Hæres instituta si successionem ex testamento Omisisti, l. 3. C. de impub. & al. substit.

Omittendi fideicommissi causa, l. 34. §. Lucia. D. de legat. 2.

Omittere legatum, l. 31. D. de testam. milit. l. 14. §. vlt. D. de fun. dota. *Qui in hoc accipit pecuniam, vt legatum Omittat*, l. 31. §. fine. D. de mort. cau. donat.

Si testamenti causam pater Omisit, l. 17. §. 1. D. de castren. pecu. *Omissa causa testamenti*, l. 42. D. de adquirend. vel omitt. hæred. l. 23. D. de manu. test. l. 2. §. 1. D. de vulg. & pupill. substit. & Rubr. *Si quis Omissa causa testamenti*, *Omissa*, id est *prætermissa institutione*, vt loquitur Neratius in l. 13. D. vt legator.

Omittere etiam est silentio præterire, & neque instituere, neque exhæredare. *Si quis filium quem in potestate habuit instituerit hæredem vel exhæredauerit, & ex eo nepotem Omiserit*, l. 4. §. 1. D. de bonor. poss. cont. tabu.

Si filius hæres institutus sit Omisso posthumo, l. 16. D. de liber. & post. *Omittere* aliàs derelinquere est, sic *Omittere possessionem*, l. 4. §. 1. D. de alienat. iudic. l. 119. D. de diuers. reg. *Qui pro donato possidens manumisit, Omisisse videtur possessionem*, l. 5. D. pro dona.

Pro derelicto rem à domino habitam, desinere Omittentis esse, l. 2. D. pro derelicto.

Si quis in fraudem creditorum pignus Omiserit, l. 18. D. quæ in fraud. cred. *Omisso pignore*, l. 51. §. Creditor. D. de fideiussorib. hoc est Omissa pignoris persecutione. Præterea *Omittere* est nó appellare, non conuenire, nec inquietare. *Si testamento liberatum debitorem hæres Omittat, fideiussorem autem eius conueniat*, l. 49. D. de fideiussorib.

Et ita quoque *Omisso reo promittendi*, l. 56. D. mandati. id est non appellato eo nec excusso. *Inter causas Omittendi, id est deserendi*, l. 26. D. mandati.

Omittere actiones, l. 25. §. culpæ. D. locati. est missas facere, remittere, iis abstinere.

OMNES *Homines, Gentes, Populi*, l. 9. D. de iustit. & iur. *Omnes ferè consentiunt*, l. 14. D. de oper. libert. *Hæc distinctio ab Omnibus ferè probata est*, l. 35. D. locati. Tertullianus de virginibus veland. cap. 8. Omnem ait intelligi *Omnis ordinis, Omnis conditionis, Omnis dignitatis, Omnis ætatis*, addítque si quidem *Omne* totum est & integrum, & nulla sui parte defectum. *Omnis sermo*, l. 1. §. vlt. D. de verbor. obligat. *Omne ius*, l. 1. D. de stat. homin. l. 40. D. de legib. id est, totum, vt l. vlt. D. cod. tit. l. 80. D. de diuers. reg. *Omni tempore*, l. 3. §. vlt. D. de feriis. *Omni tempore anni*, l. 6. D. de aqua quotid. *Omnibus diebus*, l. 1. §. nuntiatio, D. de oper. no. nunt. *Omnia iudicij*, l. 27. §. 1. D. de procuratorib. *Ante Omnia animaduertendum est*, l. 27. §. ei in summa. D. de pactis. *Disquiri debet*, l. 8. C. de petit. hæredit. *Inspiciendum*, l. 2. D. de aliment. vel cibar. *Probandũ est*, l. 23. D. de probationib. Quintilianus declamatio. 338. *ante Omnia intelligitis iudices*, vsurpat & hæc verba Lactant. lib. 4. diuinar. institut. cap. 5. & cap. 30. & lib. 5. cap. 2.

Per Omnia, id est in Omnibus seu in totum, l. 1. D. de legat. 1. l. 1. §. 1. D. de SC. Silania. l. 25. D. de liberatio. lega. l. 20. D. de bonor. possess. cont. tab. l. 42. D. de fideicommiss. liber. §. 1. Institut. de donationib.

Non per Omnia verum est, l. 52. §. sed si. D. de legat. 3.

Licet per Omnia, hæc vsum fructum non imitentur, l. 5. §. vlt. D. vsufru. quemad. caue.

Per Omnia & in omnibus, l. 2. §. 1. D. de iur. codicil. l. 16. D. de reb. cred.

Omnifariam, id est omnibus modis, l. vlt. C. de his quæ sub modo, l. Ne in arbitris, §. 1. C. de arbitr. l. optimam. C. de contrahend. stipul.

OMNIMODO, vox hæc interdum necessitatem imponit cui quis, velit nolit, subiicitur, idémque valet quod districtè, & vt vulgo loquimur, *præcisè*. *Natum cogitur Omnimodo alere*, l. 1. §. vlt. D. de agnoscend. & alen. lib. *Omnimodo sententiã ferre debet*, l. 32. §. sacerdotio. D. de recep. qui arbit. *Omnimodo debuit relinquere*, l. 10. §. in adrogato. D. de vulga. & pupill. *Aestimatio ab hærede præstanda est*, l. 26. §. vlt. D. de legat. 1. *Actor à tutore datus Omnimodo cauet*, l. 9. D. rat. rem habe. *Omnimodo satisdare*, l. 5. §. vlt. D. ex quib. caus. in possess. *Et persequatur & Omnimodo restituat*, l. 14 §. pro eo. D. quod met. caus. *Omnimodo restituendum id esse*, l. 11. §. vlt. D. de aqua & aqu. pluui. *Omnimodo patris authoritas erit necessaria*, l. 9. D. de vsuris.

Alias *Omnimodo* idem valet quod *indistinctè* & *absolutè*, nulla adhibita distinctione. exempla require ex l. 38. D. de hæredit. petit. l. 29. D. de fideic. libert. l. 24. §. Seçuola, D. de minorib. l. 8. D. Qui sine manumiss. *Hoc edicto Omnimodo qui recipit tenetur*, l. 3. §. 1. D. nau. caupon. *Raptor Omnimodo furtum facit*, l. 8. §. cũ raptor, D. de furtis. *Omnimodo periculũ ad patrem pertinebit*, l. 49. D. de iure dot. *Omnimodo permittit Prætor*, l. 5. §. rectè, D. vt legator. seu fideicom. *Omnimodo quod ita possessum esset, vsucaptum esse*, l. 4. D. pro suo. id est indistinctè.

In bonæ fidei iudicijs fructus Omnimodo præstantur, l. 38. §. in cæteris, D. de vsuris. *Iniquum erat*

Omnimodo caueri, l. 4. D. si cui plus. nam ita demum cautio præstatur si iusta causa esse videbitur, l. penult. D. qui sine manumissio. l. 29. D. qui testam. facer. l. 39. §. alieno, D. de dam. infect.

OMNIMODO, id est in *Omnem casum*, l. 18. D. de reb. credit. l. 65. D. ad SC. Trebel. l. 36. D. de stipul. seruor. l. 33. D. de vulg. & pupill. l. 18. D. de adimen. legat. l. 1. §. 1. D. de vent. in poss. mitt.

Omnimodo defendendum est, l. 8. D. de SC. Silania. *Omnimodo præstari vsuræ*, l. 87. D. de legat. 2. *Omnimodo rumpi testamentum*, l. 33. D. de testam. milit. *Omnimodo subueniendum*, l. 14. D. eod. tit. *Omnimodo valere*, l. 29. D. qui testam. fac. *Omnimodo valere legatum*, l. 10. D. de auro, argẽ. l. 61. D. de furtis.

Nec omni modo, id est, Omnino, l. 2. §. quæritur, D. de curato. bon. dam.

Omnimodo, l. 35. D. de hæredit. petit. & l. 38. D. ad l. Aquil. l. 26. D. de iureiuran. l. 24. D. de minorib. l. 38. §. 1. D. de vsuris, l. 9. D. de ritu nupt. l. 1. §. 1. D. de adgnosc. & alen. liber. l. 45. D. de administra. & peric. l. 84. D. de adquir. vel omitt. l. 61. §. quod sciens, D. de furtis, l. 1. §. idem. D. ad l. falcid. l. 18. D. de adimen. legat. §. sed furti. & §. itẽ actio, Institution. de actionib. l. 89. D. de legat. 3.

Non dubitamus quin Omnimodo cum eo agi non possit, l. 12. D. quæ in fraud. patro. *Non Omnimodo mulierem pro parte socij videri interfecisse dicebat*, l. 17. §. vlt. D. ad SC. Velleian. *Non Omnimodo Prætorem debere eum excusare, sed causa cognita*, l. 9. §. vlt. D. de recep. qui arbit. *Omnimodo, etiam mora non interueniente*, l. 1. §. 1. D. de vsuris. Et ita accipe quod ait Paulus, *constitutum esse vt minoribus viginti quinque annis vsuræ Omnimodo præstentur*, l. 87. §. 1. D. de legat. 2. *Omnimodo* in l. 18. D. quod met. cau. id est quicunque casus inciderit, & vtvulgo loquimur, in omnem euentum. *Omni enim modo*, id est Omnino, l. 1. §. 1. D. si quid in frau. patro. *Omni enim modo custodiri debet iusiurandum*, l. 26. D. de iureiuran.

OMNINO, id est, *in totum. Qui omnino non exaudit*, l. 1. §. vlt. D. de obligat. & act. id est, *in totum*, vt, l. 7. §. 1. D. de decurionib. *Omnino non obligari*, id est, *nullatenus*, l. 8. §. illud, D. de fideiussorib. *Omnino non, vel Omnimodo non*, id est, *neutiquam*, l. 137. §. cum quis, D. de verbor. obligat. l. 1. §. sed vtrum. D. de eo qui pro tuto, l. vlt. de legat. lib. 2. *Omnes Omnino*, l. 1. §. 1. D. de bonor. possess. ex testam. milit. *Alienationem Omnem, Omnino accipere debemus*, l. 14. §. vlt. D. qui & à quib. manu.

ONERARE est aliquid oneris imponere siue homnibus sine iumentis.

Si plus iusto se Onerauerit, l. 7. §. sed si quis. D. ad l. Aquil. *Fuit enim in ipsius arbitrio ita se non Onerare*, ibid. *Si quis plus iusto Oneratus deiecerit omne*. ibid. *Si mulum plus iusto Onerauerit*, l. 27. §. si mulier. D. ad l. Aquil.

Plus iusto Onerata quadrupes, l. 1. §. 1. D. si quadrup. paup.

Onerata dicitur nauis cui merces vehendæ imponuntur, l. 6. §. vlt. D. locati. *Si de naui Onerata quis sextarium frumenti tulerit*, l. 21. §. sed si. D. de furtis.

Si alter parietem presserat, vel Onerauerat, l. 40. §. 1. D. de dam. infect. *Onerare*, etiam, *prægrauare & lædere* significat. *Obseruare proconsulem oportet ne in hospitiis præbendis Oneret Prouinciam*, l. 4. D. de offic. procons. *Onerant annonam etiam stateræ adulterinæ*, l. 6. §. vlt. D. de extraord. crim. *Ne alieno facto Onereris*, l. 27. D. de procuratorib.

Onerari etiam est prægrauari, vt loquitur l. 21. D. de his qui not. infa. *Non debet duplici damno Onerari*, l. 4. §. cum autem. D. de l. Rhodi.

Si mendaciis apud Principem Onerauerit eum quem deportandum laborabat, l. 1. D. quando appelland. sit.

Onerandæ libertatis causa facta definiuntur, quæ ita imponuntur vt si patronum libertus offenderit, petantur ab eo, sempérque sit metu exactionis ei subiectus, propter quem metum quoduis sustineat patrono præcipiente, l. 1. §. quæ onerand. D. quar. rer. act. nõ det. *Apud bonos & prauos Opinionẽ eius Onerant*, l. 13. C. ex quib. cauf. infa. id est, existimationem, lædunt. *Potius verecundiam Onerare quàm illam existimationis maculam aspergere*, l. 17. C. ex quib. cauf. infa.

Onerari Actionibus, Cautione, Satisdatione. Ne solus hæres omnibus hæreditariis actionibus Oneretur, Paul. l. 4. Sentent. Tit. 2.

Iniquum esse superuacua cautione Onerari hæredem, l. 14. §. vlt. D. vt legator seu fideic. *Onerabitur patronus satisdatione fidei commissi*, l. 44. D. de bon. libert. *Confirmatum à præside, vel datum ex inquisitione non Onerari satisdatione*, l. 4. C. de tuto. vel curat. qui satis non ded.

Qui alienum seruum suum esse fatetur, si pro eo conueniatur, satisdatione Onerandus non est, l. 39. §. 1. D. de noxalib.

Onerare se vsuris, l.9.§.sed si sub vsuris.D. de administr. & peric. *Hæres suos creditores Onerauit dum adiit hæreditatem quæ soluendo non est*, l.1.§.1. D. de separationib. *Ea Actio fideiussorem Onerare non poterit*, l.54.D.de fideiussorib. *Ne vltra pretij quantitatem auctoris hæredem pupillum tuum Oneres*. l.2. C. de in lit. dan. tut. *Si quidam ex tutoribus idonei non sint, Onerabuntur cæteri*, l.34.D.de administrat.& peric.

Onerari sumptibus, l.32.§.Item respondit.D. de administrat. & peric. *Onerari tutela*, l.32.§. vlt. D.de testam.tut. *Oneratus tribus tutelis*,l.2.§.non solum.D.ad SC.Tertyll.

Onerant nos ea quæ oneri,& dispendio nobis sunt non vlli fructui. *Res quæ Onerabant magis hæreditatem quàm fructui erant*. l.20.§.cæterũ.D. de hæred. petit. *Res quæ patrimonia Onerare magis impendio,quàm augere fructibus consueuerunt*, l.1.§. deminutio. D.de vent. in possess.mit.

Vtilium impensarum nomine Onerari mulierem ignorantem vel inuitam non oportet, l. 79.D. de verbo. signifi. *Animalia quæ noxam commiserunt, non vltra nos solent Onerare, quàm vt ea noxæ dedamus*, l.7.§. hoc edictum. D.de dam.infect.

Onerare dicitur *testator hæredes à quibus quid legat, vel fideicommittit, relinquit, seu dare, præstare, facereve quid iubet*,l.36.§.vlt.D.de vsu & vsuf. leg. *Si quis velit non omnes hæredes legatorum præstatione Onerare*, l.98.D.de legat. 3. *Eam testantis fuisse voluntatem vt Onerare hæredes duplici præstatione dotis vellet*, l.16.D.de do.præleg.

Non est verisimile patrem duplici præstatione dotis filium Onerare voluisse, l.34.§. qui inuita. D. de legat.2. *Placuit eidem sæpè legatum corpus non Onerare hæredem*, l.66.in princ.D.de legat.2.

Si filio suo duos substituerit, & alterius personam Onerauerit, l.11.§. si filio, D. ad l. falcid. *Onerari dicitur à testatore hæres à quo quid datur, legatur, relinquitur*, l.76.D. de legat. 1.l.3. §. si quis ita. D. de adimend.leg.

Qui fortuitò non iudicio testatoris consequitur hæreditatem, vel legatum, non debet Onerari,l.6.§.vlt. D.de legat.3. *Si Onerari hæredem à Testatore legatarius ostenderit*, l.40.D.de man.test. *An hæredes ad supplendam quantitatem Onerari non debeant*, l.12.D.de aliment.vel cibar. *Ne dupliciter fideicommissarius Oneretur*,l.16.§.inde. D.ad SC.Trebell.

An hæres testatoris Oneratus videatur in præstando legato, l.41.§.1. D. de legat.3. *Hæredis hæredem propter sequens fideicommissum Oneratum intelligi*, l.67.§.sed & si.D.de legat.2. *Qui ab vno ex hæredibus qui solus Oneratus fuerat, litis æstimationem legatæ rei abstulit*, l.66.§. eum qui. D. de legat. 2.

Aut Onerandus sit hæres in infinito, id est, *perpetuò dare cogendus*, l.1.§.si cui.D. vt legat. nom. *Sunt enim magis in legandis suis rebus quàm in alienis comparandis, & Onerandis hæredibus faciliores voluntates*.l.67.§.si rem. D.de legat.2. *Nec* persona modò, sed & portio, substitutio, liberti adsignatio, *Onerari* dicitur.

Si legatis Onerata sit portio tam liberorum parentiúmve, l.5.§.vlt.D.de legat. præstand. *Onerata substitutio legatis vel libertatibus*, l.6.§. Titius.D. ad SC.Trebellian.

Nec fideicommisso Onerari adsignatio liberti potest, l.7.D.de adsign.liber.

ONERARIÆ *naues*,l.1.§.sed si vt certis. D. de exercitor.l.2. D. de capt. & post. *Onerariæ autem naues de Oneribus tardæ*, Nonius Marcellus interpretatur.

ONEROSVS *creditor*,id est,*durus & acerbus*, l. 25. D. de pignerat. act. *Onerosus seruus*, qui sumptui magis est quàm vsui cuius nullæ sunt operæ,l.4.§.si tutores.D.mandati.*Onerosa hæreditas*,id est,*damnosa seu quam adire non expedit*,l.71.D.ad SC.Trebell.

Vt beneficium patris domini ve ipsis Onerosum sit, l.7.D.vtlegator. seu fideic. *Onerosum* est, id est, *durum, graue, molestum*, est.l.7.testam.quemad.aper.

ONVS vulgo *sarcinam* significat vel hominibus, vel iumentis animalibus impositam. Quamquam Cornel. Fronto, de different. vocum *Onus*,ait, *vehiculorum maius est Sarcina hominum*.

Si quis Onere pressus rem in viam abiecerit, l.8.D.de leg.Rhod.*Qui amplius Oneris quàm licuit vexerit*, l.11.D.quemad.seruit.amitt. *Si plus iusto Onerata quadrupes in aliquem Onus euerterit*, l.1.§. quod si D.si quadrup.

Vt mulæ plaustrum retinere non possent, atque Onere ipso retraherentur, l.52.§. in cliui. D. ad l. Aquil. *Si mulæ retinere Onus nequissent*, ibid. & mox. *hi quò conuersum fuisset Onus, sustinere nequissent*.

Onus quoque vocant *merces naui impositas*,l.61.§.vlt.D. locati. *Si nauicularius Onus Minturnas vehendum conduxerit*, l.13.§.1.D.eod. tit.*si ad Onus vehendum locatum sit*,l.1.§. non autem. D. de exercitor.

Ad Onera inhabiles naues. ead.l.1.§. sed etsi vt certis.

Si propter necessitatem aduersæ tempestatis expositum Onus fuerit, l. vlt. §. si propter D. de publican. Cicero pro lege Manil. *Insula quò omnes vndique cum mercibus atque Oneribus commeabant.* Ita accipe *Onus auertere* apud Tertullian. lib. 1. aduers. Marcio. vnde

Oneris auersi actio. l.31. D. locati. *Onus suum integrum nauis pertulit*, l.5. D. de l. Rhod.

Onus etiam & *Onera* dicuntur ædificia quibus parietes premuntur, *Columna quæ Onus vicinarum ædium ferebat*, l. 33. D. de seruitut. præd. vrban. *Vti eiusmodi paries in perpetuum esset*, qui Onus sustineret, ibid. *Si ea res quæ seruit, & tuum Onus ferret, periisset*, ibid. *An paries satis aptus fuerit Oneribus ferendis*, l. 35. D. de dam. infect.

Vtrarumque ædium Onera quæ modò iure imponantur, communis paries sustinere possit, l. 36. D. de dam. infect. *Si vicini semipedes inter se contulerunt, vt ibi craticiũ parietem inter se ædificarẽt ad Onera vtriusque sustinenda*, l. 52. §. itẽ Mela. D. pro soc. *Aediũ quæ Onera vicini sustinere debeãt*, l. 1. §. vlt. D. de seruit. præd. vrban. *Ius sibi esse cogere aduersarium reficere parietem ad Onera sua sustinenda*, l. 6. §. etiam. D. si seruit. vindic. *si communes ædes essent quæ Onera vicini sustinerent*, ead. l. 6. §. si ædes, *si onera ædium eius vicinus sustineret*, ead. l. §. veniunt. *Si æqualiter vtriusque Oneribus pressus paries decidit*, l. 40. §. 1. D. de dam. infect. quia ambo Onera imposuerunt, ibid.

Onerum releuandorum gratia, l. 28. D. de dam. infect.

Num inferior Oneri ferundo in superioris tabernæ loco contineretur, l. 1. D. de seruit. leg. *De seruitute quæ Oneris ferendi causa imposita erit*, l. 6. §. etiã. D. si. seruitus vind. Id est *vt vicinus Onera vicini sustineat*, §. item vrbanorum, Instit. de seruitutib. cuiusmodi seruitus, vrbanorum prædiorum seruitutibus ad numeratur.

Ab hac *Oneris ferendi* seruitute aliquot loquendi figuras eleganter alij auctores vsurpant, Liuius lib. 2. *Vt diuites conferrent qui Oneri ferendo essent*, Ouidius l. 15. metamorph. *Cum dedit huic ætas vires Oneríque ferendo est.* Seneca lib. 7. de Benef. cap. 9. *Video vniones, non singulos singulis auribus comparatos: iam enim exercitatæ aures Oneri ferendo sunt.* Idem Epist. 75. *nouit vires suas, scit sese Oneri ferundo.*

Transfertur & ad res incorporales *Oneris* appellatio. *Onera actionis*, l. 3. D. famil. ercis. *Onera actionum*, l. 3. §. 1. D. de Iureiuran. *Onus æris alieni*, l. 34. §. vni, D. de legat. 3. l. 53. D. de legat. 2. l. 35. §. 1. D. de hæred. instit. l. 2. l. 20. §. si pater. D. famil. ercisc. l. 18. §. 1. D. de his quæ vt indign. *Onus æris alieni sustinere*, l. 53. D. de legat. 2. l. 1. §. 1. D. ad l. falcid.

Aes alienum, hæreditate nomine fisci vendita, ad Onus emptoris bonorum pertinere, l. 1. C. de hæred. vel actio. vend. *Vt non solum Oneretur is qui dignitatem meruit, sed commune sit omnium hæredũ Onus hoc debitum*, l. 1. §. nec castrense. D. de collat. bonor. *Cum igitur fideiussores actione diuisa, quidam post litem contestatam soluendo esse desierunt, ea res ad Onus eius qui soluendo est non pertinet*, l. 51. §. cum inter. D. de fideiussoribus.

Onus reliquorum, l. 41. §. Titius, D. de fideicomm. libert. *Onus vsurarum*, l. 54. D. locati. l. 84. D. de legat. 2. *Onus cautionis*, l. 12. D. vt legator. & l. § quamuis. D. ad l. falcid. *Onus satisdationis*, l. 18. D. de interrogationib. & l. 6. D. si cui plus. *Onus collationis*, l. 2. §. de illis. D. de collat. bonor. & l. 77. §. 1. D. de legat. 2. *Onus deductionis*, l. 5. D. de legat. 2.

An alter Onus obligationis integrum excipere debeat, l. 48. D. de fideiussorib. *Obligationis Onere non leuabitur*, l. 67. D. de procuratorib.

Pars fideiussoris ad cæterorum Onus respicit, l. 26. D. de fideiussorib. *Quod Onus fideiussorum susceptum videretur*, l. 7. D. de fideiussorib. & nominat. tutor.

Onus alimentorum adgnoscere, l. 15. in princ. D. de alimen. vel cibar. *Alimentorum præbendorum necessitas Oneribus menstruis atque annuis adstringitur*, l. 8. D. de alimen. vel cibar. *Calefactionis & præbitionis Onus*, l. 35. §. vlt. D. de legat. 3.

Onus fideicommissi, l. 15. D. de auro, argen. l. 14. §. 1. D. ad l. falcid. l. 2. §. vlt. D. de suis & legit. *Videri fideicommissi Onere liberatos*, l. 77. D. ad SC. Trebell. *Onus legatorum*, l. 18. D. de legat. præst.

Ex necessitate redundabit Onus legatorum ad hæredem, l. 50. §. si quis ante. D. de legat. 1. *A filio petit vt omne Onus legatorum in se sustineret*, l. 34. §. Lucius Titius relictis, D. de legat. 2. *Voluisse testatorem cum Onere legatorum fideicommissum restitui*, l. 2. D. ad SC. Trebellianum.

Si vnum ex legatis Onus habet, l. 5. D. de legat. 2.

Cum Onere fideicommissum id apud hæredem remanet, l. vlt. D. de his quæ pro non script.

An trecentorum Onus fideicommissarius subeat, l. 1. §. si is qui, D. ad SC. Trebell.

Videri recepisse ea Onera quæ adscripta erant summæ, l. 13. D. de aliment. legat.

Legatarium cogendum redimere seruum, & se Oneri subiecisse, l. 6. D. de fideicommiss. libert.

Onus hæreditatis. Vt omne Onus eiusdem hæreditatis tam in præteritum quàm futurum adnoscatis, l. 88. §. quæ marito. D. de legat. 2. *Si cohæres filij totius hæreditatis Onus susceperit*, l. 20. §. vlt. D. de bonis libertor. *Onera hæreditatis*, l. 3. D. de transactionibus. l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell.

Hæreditas caduca cum suis Oneribus fit, l. 2. D. si quis aliquẽ testari prohibuerit. *Pro hæreditariis partibus hæredes Onera hæreditaria agnoscere*, l. 2. C. de hæredit. actionib.

Hæreditaria Onera ad scriptos hæredes pro hæreditariis portionibus pertinere, l. 1. C. si certum petatur.

Non posse recusare quominus tota Onera hæreditaria subeat, l. 38. D. de adquirend. vel Omitt. *Maluisset integra hæreditaria Onera subiisse*, l. 98. D. de adquirend. vel omitt.

Sempronius ea demum Onera suscipiet quæ Mæuianæ hæreditatis fuerunt, l. 76. §. 1. D. de legat. 2. *Post quod* SC. *ipse hæres Onera hæreditaria sustinebat*, §. ex singulis. Instit. de fideicommiss. hæred.

Sumptus qui propter Onera totius hæreditatis iusti fiunt, l. 6. §. vlt. D. si pars hæred. *Oneribus hæreditatis obstrictus relinquatur*, l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebellian.

An Oneribus se immerserit hæreditariis, l. 20. §. 1. D. de adquirend. vel omittend.

Ius dicenti propositum est, liberos Oneribus hæreditariis non sponte susceptis liberare, l. 12. D. de vulga. & pupill. *Pupillis, quos placuit Oneribus hæreditariis esse liberandos*, l. 77. §. vlt. D. de adquir. vel omitt.

Onera autem *hæreditaria* accipe æs alienum, legata, fideicommissa.

Legata cæteráque Onera hæreditatis, l. 1. §. Idem Iulianus, D. Si mul. vent. nom. *Illum commoda hæreditatis habere, alium Onera sustinere in præstando legato*, l. 15. §. vlt. D. de præstan. legat.

Id æs alienum cum cæteris hæreditariis Oneribus ad eum transit. l. 21. §. 1. D. de negot. gest. *Substitutum etiam patris Onera subiturum*, l. 42. D. de adquiren. vel omit. *Qui scit se Oneribus fore implicitum*, l. 34. D. de adquirend. vel omitt. *Vt ei hæreditas abiudicetur & Oneribus careret*, l. 50. §. si quis ante, D. de leg. 1.

Successio pro Oneribus portionis suæ respondet, l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. *Quod deductis Oneribus ad aliquem peruenit*, l. 16. D. ad SC. Trebell. *Quamquam liberandorum prædiorum Onus pater ad hæredes suos pertinere noluerit*, l. 57. D. de legat. 1.

Onus peculij, l. 38. §. vlt. D. de peculio. *Refectio ædium ad fructuarij Onus non pertinet*, l. 20. D. de dam. infect. *Fundum cum suo Onere obligare fisco*, l. 1. C. rem alien. gerent. non inter. rer. suar.

Cum eodem Onere perferendæ seruitutis transire ad emptores eadem prædia posse, l. 3. C. de seruitut. & aq. *Onus matrimonij*, l. 46. D. famil. erciscund. *Onera matrimonij*, l. 11. de pact. dota. l. 75. & l. 76. D. de iure dot. l. 21. D. de donation. inter vir. & vxor. l. 20. D. de iure dot. l. 26. §. si filius, D. famil. erciscund. & l. 46. D. eodem. l. 20. §. hoc amplius. D. famil. erciscun. l. 8. §. sed si. D. quib. mod. pig. l. 20. C. de iure dot. & l. 16. D. de castren. pecul.

Ad Onus nostrum pertinent liberi, l. 8. D. de agnosc. & alend. *Onera liberorum* Tertyll. lib. ad vxor. pag. 114. *Liberorum autem accipe Onus* vtriusque sexus, quamquam alteram sortem, id est fœminini sexus, Oneriosiorem esse Ouidius, lib. 9. Metamorphos. pronuntiat.

Onera eius qui in adoptionem datus est, l. 45. D. de adoptionib. *Onus petitoris*, l. 1. §. inter. D. vti possid. *Onera petitoris*, l. 24. D. de rei vind. *Quæ actoris partes vocantur*, l. 18. & l. 19. D. de probationib. Onus autem hic in eo est quod petitori incumbit probatio: quòd præstare & implere eum probationes oportet.

Onera petitoris sustinere & commodo possessoris fungi, opponuntur l. 62. D. de iudiciis. Sic & in l. 1. §. inter. D. vti possid. *possessoris commodo & petitoris onere fungi*, pugnant.

Onus probationis, l. 15. C. de reputationib. l. 10. C. de non numer. pec. l. 5. C. de liber. cau. Quintil. declamat. 338. *Onus probandi*, l. 22. D. de legat. 2. Quintilianus declamatione 338. *Intelligitis iudices nullum Onus probationis ad me pertinere.*

Onera fructuum quæ ex fructibus conferuntur ac præstantur, veluti, stipendium & tributũ. *Onus enim fructuum hæc impendia sunt*, ait Paul. l. 14. D. de impens. in res dotal.

Similitérque Vlpianus *Cloacarium & quod ob formam aquæ ductus quæ per agrum transit penditur. Item quod ob collationem viæ. Item quod ob transitum exercitus ex fructibus conferebatur, Onera appellat*, l. 27. §. si quid cloacarij. D. de vsufructu *Indictionum*, l. 28. D. de vsuf. & vsuf.

Prædiis à fisco distractis præteriti temporis tributum eorundem prædiorum Onus emptorem spectare placuit, l. 36. D. de iu. fis.

Onera patrimoniorum, l. 2. D. de veteranis, l. 3. & 6. C. de munerib. patrimonior. *Onus pro munere. Onera Ciuilia*, l. 6. D. de curator. fur. l. 3. C. qui bonis ced. poſſ. *De fugiendi Oneris municipalis gratia*, l. 4. D. de munerib. *Ciuilium munerum vel Onerum municipalium obtentu*, l. 3. C. ne vxor. pro mari.

Onera decurionatus, l. 21. §. idem reſpondit eum. D. ad municipal. & l. 1. C. quod cum eo qui in alie. *Onera dignitatis*, l. 1. §. nec caſtrenſe. D. de collat. bonor.

Si propter Onus primipili pecuniam ſoluiſtis, l. 11. C. de compenſationib.

Onus tutelæ, l. vlt. C. de in lit. iur. *Neceſſariò ſubeundum eſt Onus quoque tutelæ*, l. 31. D. de excuſationib.

Tria Onera tutelarum dant excuſationem, l. 3. D. de excuſationib. Porrò *Onus adgnoſcere, excipere, ſubire, ſuſcipere, ſuſtinere, Onere fungi. Onus* item *ad aliquem pertinere reſpicere, ſpectare* iuris auctores dicunt.

Oneribus adſtringi, implicari, obſtringi. Oneri ſe ſubiicere. Oneribus ſe mergere. His aduerſantur *Onus detrectare, Onere leuari, liberari.*

ONVSTA *nauis*, l. 4. D. de l. Rhodi.

Onuſta plauſtra, l. 52. §. in cliuo. D. ad l. Aquil.

ONESIPHORVS, ſerui nomen, l. 59. §. vlt. D. de manumiſſ. teſtam.

ONYX *Arabicus*, l. vlt. §. ſpecies, D. de publican. ad differentiam Indici, à quo colore diſtat. nam Indicus igniculos habet albis cingentibus zonis. Inde autem nomen habet quòd *habeat permixtum candorem, in ſimilitudinem vnguis humanæ*, vt Iſidor. lib. 16. cap. 8. tradit. Meminit & *Onychum in ſolis Arabiæ montibus naſcentium*, Plini. lib. 36. cap. 7.

OPE *Conſilio furtum factum*, verba hæc ſine articulo enuntiari ſolent, l. 27. §. ſi quis de manu, D. ad l. Aquil. l. 36. & l. 50. §. 1. D. de furtis, l. 1. D. fur. aduer. nau. l. 6. D. de condict. furt. §. interdum furti Inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſ. & apud Ciceron. lib. 3. de natu. deorum.

Ope conſilio ſolicitatoris videntur res abeſſe, l. 11. §. quamuis. D. de ſer. corrup.

Hæc autem verba ſeparatim accipienda Paulus admonet, quia aliud factum eſt eius *qui* Ope, aliud eius qui *Conſilio furtum facit*: & nemo

Ope videtur furtum feciſſe niſi & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe nocet niſi & furtum ſecutum fuerit, l. 53. §. vlt. D. de verbor. ſignific. *Conſilium vtique dare videtur, qui perſuadet, atque inſtruit conſilio ad furtum faciendum: Opem fert, qui miniſterium atque adiutorium ad furripiendas res præbet*, l. 50. §. 1. D. de furtis.

OPE *Conſilio eius quoque furtum admitti videtur, qui ſcalas fortè feneſtris ſupponit: aut ipſas feneſtras, vel oſtium effringit, vt alius furtum faceret: qui ve ferramenta ad effringendum, aut ſcalas vt feneſtris ſupponerentur commodauerit, ſciens cuius gratia commodauerit*, §. at ope. Inſtitution. de obligation. quæ ex delic.

Quaſi Ope tua conſilióque furtum factum ſit, l. 52. §. cum Titio. D. de furtis.

Si quis vxori res mariti ſubtrahenti Opem conſiliúmve accommodauerit, l. 52. in princip. de furtis. *Si tibi per furtum nec manifeſtum ancillam ſeruus Ope conſilióque domini cum aliis rebus ſubtraxerit*, l. vlt. C. de noxal. action. *Si vxor Opem furi tulit*, l. 20 D. de actio. rer. amot.

Nec Ope impuberis furto facto teneri eum, l. 23. D. de furtis.

Cuius Ope conſilio dolo malo prouincia vel ciuitas hoſtibus prodita eſt, l. 10. D. ad l. Iul. maieſt. *Is cuius Ope, conſilio, dolo malo factum eſt vt vir fœmina ve in adulterio deprehenſa pecunia aliá ve qua pactione ſe redimerent*, l. 14. D. ad l. Iul. de adulteriis.

Opem ferre, etiam remedio aliquo ſubuenire, & ſuccurrere ſignificat. *Prouidentia ampliſſimi ordinis laudata, quia Opem tulit mulieribus*, l. 2. §. verba, D. ad SC. Velleian. *Non oportere ei prætorem Opem ferre*, l. 12. §. 1. D. quod met. cau.

OPERA *in actu conſiſtit*, l. 1. D. de oper. ſeruor.

OPERÆ *ſunt diurnum Officium*, l. 1. D. de oper. libertor.

Operarum editio nihil aliud eſt quàm officij præſtatio, l. 22. D. de oper. libertor. *Operæ per ſingulos dies dantur*, l. 20. §. quædam, D. de ſtatu liber. *Nec pars Operæ per horas ſolui poteſt, quia id eſt officij diurni*, l. 3. D. de oper. libert.

Operæ hominis, l. 2. D. de vſu & vſufr. lega. *hominis liberi*, l. 3. D. eod. tit. *Serui*, l. 56. D. ad l. falcid. *Operæ ſerui, artificis vel media ſunt*, l. vlt. D. de oper. ſeruor. *Opera ſeruorum*, l. 40. D. de adquirend. rer. domin. l. 39. D. de legat. 1. *Operæ mancipiorum*, l. vlt. C. de par. pignor. *Seruos Operæ alíi ve rei paratos*, l. 20. §. Caio, D. de inſtruct. vel inſtrum.

Quorum Opera nauem aut cauponam aut ſtabulum exerceret, l. 5. §. vlt. D. de obligat. & actionib.

Operæ nullæ infantis, l. 12. §. de illo, D. de vsufruct. *Impuberis verò aliquæ Operæ esse possunt*, l. 31. D. de rei vindic. *Potest & impubes Operas dare veluti: si nomenculator sit vel histrio*, l. vlt. §. vlt. D. de libera. cau. *Dabitur & in impuberem cum adoleuerit Operarum actio. sed interdum & quamdiu impubes est. nam huius quoque est ministerium, si fortè vel librarius, vel nomenculator, vel calculator, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex*, l. 7. §. dabitur, D. de oper. libert.

Si minor annis quinque vel debilis seruus sit, vel quis alius cuius nulla Opera esse apud dominum potuit, l. vlt. D. de oper. seruor.

Siue seruus alienus siue homo liber est, iure Operas ei exhibere debet cui bona fide seruit. & Operæ quodammodo ex re eius qui seruit habentur, l. 23. D. de adquirend. rer. dom. *In eo quod dicitur seruos in quibus vsum fructum habemus, item alienos liberos ve homines qui bona fide nobis seruiunt, quod ex Operis suis parant nobis adquirere qualem intellectum habeat*, vide l. 19. D. de adquir. rer. dom. l. 25. §. quæstionis est. D. de vsufru. §. de his autem, Institut. per quas pers. nob. adq. & apud Gaiũ lib. 11. Institut. Tit. 1.

In Operis vtique serui hæreditas non est, l. 47. D. de adquir. rer. domi. *In Opera seruili non est additio hæreditatis*, l. 45. D. de adquir. vel omitt. *Is ad quem serui vsus pertinet, ipse tantummodo Operis atque ministerio eius vti potest*, §. item id, Institut. de vsu & habit.

Natura Operas patroni libertus debet, l. 26. §. libertus, D. de condict. indeb. *Operarum quas liberti patronis dant, eduntque, duo sunt genera:* Aut enim in Officio consistunt & Officiales appellantur, aut in Artificio: veluti Fabriles, Pictoriæ, Histrionicæ, & aliæ id genus. *Officiales Operæ, non alij cuiquam deberi possunt quàm patrono, cum proprietas earum & in edentis persona & in eius cui eduntur constitit: Fabriles autem aliæ ve eius generis sunt, vt à quocunque cuicunque solui possint*, l. 9. D. de oper. libertor.

Si Operas Patroni libertus exhibuit non Officiales, sed fabriles, veluti pictorias vel alias, l. 26. §. libertus, D. de condict. indeb. nisi fortè in artificio sint Operæ, ibidem.

Officialium autem *Operarum* hæc in libris nostris extant exempla. *Tales Operas libertus edere debebit vt cum patrono moretur, peregrè proficiscatur negotium eius exerceat*, l. 38. D. de oper. libert.

Si duorum libertus alij patrono librorum scribendorum Operas edat: alter vero peregrè cum suis proficiscens Operas custodiæ domus ei indixerit, l. 49. D. de oper. libertor. *Fabriles Operæ cæteræque quæ quasi in pecuniæ præstatione consistunt, ad hæredem transeunt*, l. 6. D. de oper. libert. *Quotiens certa species Operarum in stipulationem deducitur*, veluti pictoriæ, fabriles, l. 24. D. de oper. libert.

Operæ quas libertus promisit multum distant à fabrilibus vel pictoriis Operis, l. 23. D. de oper. libert. *Operæ histrionicæ, pistoriæ*, l. 73. D. de legat. 3.

Eius artificij quod per manumissionem didicerit, Operas libertus debebit præstare, l. 16. D. de oper. libert. *Si libertus faber aut pictor fuerit quamdiu id artificium exercebit, has Operas patrono præstare cogitur*, l. 23. D. de oper. libert. *Operæ liberales*, l. 26. D. de oper. libert. *Tales patrono Operæ dantur quales ex ætate, dignitate, valetudine, necessitate, proposito cæterisque eius generis in vtraque persona æstimari debent*, l. 16. §. vlt. D. de oper. libert.

Operæ quæ quandoque honestè & sine periculo vitæ præstantur, l. 16. D. de oper. libert. quæ sine turpitudine præstari possunt, & sine periculo vitæ, l. 38. D. eod. tit. quæ non contra dignitatem fuerint, ibidem. *Operæ qualescunque, quæ modo probæ iure licito imponuntur*, l. 7. D. de oper. libert. *Operæ quas vel ætas recusat, vel infirmitas corporis non patitur, vel quibus institutum vel propositum vitæ minuitur*, l. 17. D. de oper. libert.

Turpes Operæ, l. 16. D. de oper. libert.

Operas patronus liberto imponit, indicit, impositas exigit, petit, poscit, postulat. Patronus qui Operas non imposuisset, l. 22. §. 1. D. de oper. libert. *Operæ imponi dicuntur liberto à patrono qui manumissum à se Operarum præstatione onerat, adstringit, obligat*, l. 7. l. 32. l. 33. l. 37. §. 1. & l. 47. D. de oper. libert.

Non debere Prætorem pati Operas imponi ei qui ex fideicommissi causa manumittitur, l. 47. D. de oper. libert. *Nec Operæ imponi ei qui testamento manumittitur, possunt, nec impositæ exiguntur*, l. 95. D. de legat. 1.

Operæ liberto impositæ, l. 13. & l. 38. D. de oper. libert. *Operis non impositis manumissus*, l. 31. D. de oper. libert.

Si patroni plures liberto simul Operas indixerint, l. 23. §. vlt. D. de oper. libert. *Cum ægrotanti liberto Operæ indicuntur*, l. 23. §. vlt. D. eod. tit.

Indictæ Operæ, l. 24. D. de oper. libert. *Simul Operis indictis*, l. 23. §. vlt. D. de oper. libert.

Exigere Operas à libertis, l. 13. §. etiam, & l. 26. & l. 48. D. de operib. libert.

Ita exigendæ sunt ab eo Operæ, l. 19. D. de operis libert. *A liberto parentis Operas petit*,

l.20. §. ſi quid, D. de adquir. vel omitt. *Poſcere Operas*, l. 17. & l. 22. D. de oper. libert. *Operæ quas patronus poſtulat à liberto*, l.24. D. de oper. libert.

Operas libertus dat, edit, exhibet, præſtat, reddit. Operæ dantur, eduntur, præſtantur, redduntur. Operas dare, l. 24. l.26. & l. 28. D. de oper. libert. & l. vlt. §. vlt. D. de liber. cau. *Operas mihi dare ſpondes*, l.100. D. de oper. libert. *Si libertus tales cauſas extraneo dederit, quales patrono præſtando liberaretur*, l. 23. D. de oper. libert.

Si quando duobus patronis iurauerit libertus Operas ſe daturum, l. 8. D. de oper. libert. *Cum libertus promiſerit patrono Operas ſe daturum*, l. 22. §. cum libertus, D. de oper. libert. *Opera quæ Lucio Titio dantur*, l. 12. D. de oper. libert. *Quia non per libertum, ſed per Patronos ſtaret quominus Operæ darentur*, l. 23. §. vlt. D. de oper. libert.

Edere Operas, l. 19. l. 24. l. 50. §. vlt. D. de op. libert. *Duorum libertus ſingulis diuerſas Operas vno tempore in ſolidum edere*, l. 48. D. de oper. libert.

Ex commodo patroni libertus Operas edere debet, l. 24. D. de oper. libert. *Operæ edi*, l. 9. & l. 21. D. de oper. libert. *Operæ neceſſario ſingulæ edendæ ſunt*, l. 20. §. quædam, D. de ſtatu liber. *Hæc enim Operæ iubente patrono & alij edendæ ſunt*, l. 26. §. libertus, D. de condict. indeb.

Seneca Epiſt. 29. *Hoc enim ad edendas Operas tẽpus acceperat*. Quintilian. declamat. 333. *velut editis neceſsitate Operis*.

Exercere Operas, l. 16. D. de oper. libert. *Exhibere Operam & Operas*, vide ſuprà lib. 5. *Operas præſtare*, l. 16. l. 25. l. 18. l. 31. l. 34. l. 35. & l. 38. D. de oper. libertor.

Qui poſt indictionem valetudine impeditur quo minus præſtet Operas, l. 15. D. de oper. libert. *Si impedierit eum quo minus præſtet Operas*, l. 57. D. de condit. & demonſtr.

Si quis pro eo qui libertus non eſſet, & Operas præſtaturum iuraſſet, fideiuſſor erit, l. 56. D. de fideiuſſoribus.

Præſtari Operæ, l. 16. & l. 38. D. de oper. libert.

Romam venire ad reddendas Operas, l. 20. §. vlt. D. de oper. libert. Cicero Epiſt. 10. lib. 16. *Tu muſis noſtris para vt Operas reddas. Operis obligatus*, l. 43. D. de oper. libert.

Operæ etiam cedere, perire, & præterire dicuntur. Præterire non poſſunt Operæ antequam incipiant cedere, & incipiunt poſteaquam fuerint indictæ, l. 13. §. 1. D. de oper. libert. *Si Operas à liberto quis ſtipulatus ſit, non ante dies earum cedit, quàm indictæ fuerint*, l. 73. D. de verbor. obligat. *Operæ quas patronus à liberto poſtulat confeſtim non cedunt, quia id agi inter eos videtur ne ante cederent, quàm indictæ fuiſſent*, l. 24. D. de oper. libert.

Dum languet libertus, patrono Operæ quæ iam cedere cœperunt, pereunt, l. 34. D. de oper. libert. *Diem Operarum cedere*, l. 23. §. 1. D. de oper. libert.

Operarum quæ poſt venditionem præterierunt, l. 40. D. de oper. libert. *Opera præterita*, l. 7. §. vlt D. de oper. libert. *Operæ præteritæ*, l. 4. l. 24. & l. 30. §. vlt. & l. 37. §. non ſolum, & l. 40. D. de oper. libert. *Futuræ Operæ*, l. 20. §. ſi quid, D. de adquiren. vel omitt. hæred l. 37. §. non ſolum, D. de oper. libert. *Præteritarum ante nuptias Operarum actio*, l. 30. §. vlt. D. de oper. libert.

Operarum editio, l. 22. & l. 50. D. de oper. libert. *Operarum præſtatio*, l. 20. D. de oper. libert. l. 57. D. de condit. & demonſtrat. *Operarum exactio*, l. 48. D. de oper. libert. *Operarum indictio*, l. 15. D. de op. libert. *Operarum actio*, l. 7. §. dabitur, D. de oper. libert. *Iudicium Operarum*, l. 2. D. de oper. libert. *Si Operarum iudicio actum fuerit*, l. 29. D. de oper. libert. *Iudicium de Operis*, l. 13. §. 1. D. eod. *Operarum petitio*, l. 20. §. ſi quid, D. de adquiren. vel omitt. l. 4. & l. 7. §. vlt. l. 22. §. cum libertus, l. 46. l. 47. & l. vlt. D. de oper. libert. *Perſecutio*, l. 7. §. reſcriptum, D. de oper. libert. *Operarum ius*, l. 27. D. de oper. libert. *Obligatio*, l. 37. & l. 41. D. de oper. libert. *Obligationes*, l. 34. D. eod. tit. *Operarum liberatio*. l. 37. §. ſed ſi. D. de oper. liber.

Operæ numero definiri ac circumſcribi ſolebant. Vnam enim Operam vel plures, puta decem, centum, quingenas, mille locari, imponi, promittive, moris erat. *Si non vna ſed plures Operæ ſint*, l. 15. D. de oper. libert. *Si iuſſus fuerit ſeruus quinque Operas extraneo dare*, l. 57. D. de condition. & demonſtr. *Stichus ſi Titio centum Operas dederit, liber eſto*, l. 4. §. Stichus ſi Titio, D. de ſtatu liber. *Si communis libertus patronis duobus Operas mille daturum ſe iurauerit, quingenas potius deberi quàm ſingularum Operarum dimidias*, l. 15. §. vlt. D. de oper. libert.

Operas pictorias centum dare ſpondes, l. 24. D. de oper. libert. *Quinque Operarum æſtimatio*, l. 23. §. vlt. D. de oper. libert. *Diurnas Operas Stichi dare damnatus*, l. 2. D. de annu. legat.

Si decem dierum Operas non dederis, l. 39. D. de oper. libert. *Si in annum Operæ ſerui locatæ*

ſint,

sint, l. 7. §. in seruo, D. solut. matr. *Operarum pars & numerus*, l. 54. §. vlt. D. de verbor. obli. *Neque promitti, neque solui, nec deberi, nec peti pro parte potest* Opera. l. 15. §. 1. D. de oper. libert.

Hominis Operæ *legatæ*, l. 2. D. de vsu & vsuf. *Hominis quoque liberi* Operæ *legari possunt sicut locari & in stipulationem adduci*, l. 3. D. de vsu & vsufr.

Operæ *testamento relictæ*, l. 7. D. de vsu & vsuf. leg. *Si* Operæ *hominis vel alicuius alterius animalis relictæ sint*, l. 5. §. vlt. D. vsusfru. quemad. caue.

Operarum *legatum non per omnia fructum imitatur*, l. 5. §. vlt. D. vsusfruct. quemad. caue. *Operis serui legatis neque vsus neque vsusfructus in eo legato esse videtur*, l. 1. §. si vsusfructus, D. ad l. Aquil. *Operis serui legatis, vsus datus intelligitur*, l. 5. D. de oper. seruor.

Patronus qui Operas *liberti sui locat*, l. 25. D. de oper. libertor. *Si quis seruos habuit proprios, sed quorum* Operas *locabat, vel pistorias, vel histrionicas, vel alias seruiles*, l. 73. §. 1. D. de legat. 3. *Etiam* Operas *eius legatarius locare poterit: quas si prohibeat hæres capi tenebitur*, l. 2. D. de vsu & vsufruct. *Si* Operas *suas seruus locauerit*, l. 25. §. si operas det, l. 26. D. de vsufruct. *Qui* Operas *suas vt cum bestiis pugnaret locauerit*, l. 37. D. de oper. libert. & in lege Dei tit. 4. *Mulier quæ* Operas *suas in scenam locauit*, l. 10. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.

Operis mercedem percipere, l. 2. D. de vsu & vsuf. Planè artificis cuiuslibet Opera dicitur, l. 25. §. vlt. D. de instruct. *Cum quidam exceptor* Operas *suas locasset*, l. 19. §. vlt. D. locati. *Locat artifex* Operam *suam, id est faciendi necessitatem*, l. 22. D. de præscript. ver. Porrò Operam *vel gratis vel mercede data & constituta suscipi* testatur ead. l. 22.

Amicorum ludis gratuitam Operam *præbere*, l. 27. D. de oper. libert. *Qui insulam fieri spopondit, non vtique plurimis Operis adhibitis festinare debet*, l. 137. §. item qui, D. de verbor. oblig.

Nec hominis modò, sed cuiusuis alterius animalis Operæ dicuntur, l. 5. §. vlt. D. vsufr. quemad. caue. *Operis vti*. l. 25. §. 1. & l. 27. D. de oper. libert. *Operis serui extraneus non vtitur*, l. 57. de condition. & demonstr. *Figulorum* Opera *ad opus rusticum vtebatur*, l. 25. §. vlt. D. de instruct. vel instrum. *Titia cum negotiis suis* Opera *Callimachi semper vteretur*, l. 37. §. Titia, D. de legat. 3. *Si qualibet in re mea* Opera *vsus fueris*, l. 19. §. 1. D. de donationib. *Vt si vellet alterius* Opera *vtatur*, l. 27. §. 1. D. mandati. *Si nollent* Opera *eius vti*, l. 11. D. de institor.

Aliquatenus culpæ reus est, quòd Opera *malorum hominum vteretur*, l. 5. §. vlt. D. de obligat. & actionib.

Opera pro *Officio & ministerio. Nihil amplius quàm* Operam *suam adcommodare*, l. 3. D. de obsequi. parentib. *Cum suo nomine nacti fuerint possessionem non cum ea mente, vt* Operam *suam duntaxat adcommodarent nobis*, l. 1. §. per procuratorem, D. de adquiren. vel amitt. *Vel in cogendis fructibus insumpsit* Operam, l. 44. §. vlt. D. ad SC. Trebell. & ibidem *nulla* Opera *intercedit.*

Argentarij Opera *virilis*, l. 12. D. de edendo, id est ministerium.

Operula ista defuncti sunt, l. vlt. D. de proxenetic.

Operas *quoque dare dicebantur*, qui vectigali erigendo inseruiebant. *Qui operas in publico quod vectigalium causa locatum est dat*, l. 34. D. ex quib. caus. maior. Cic. 4. in Verrem, *Camileius verò in portu Syracusis operam dabat, & mox post, litteras ad socios misisse. Camileium qui in portu* Operas *daret.* Idem Epist. 65. lib. 13. *Familiæ qui operas in scriptura pro magistro dat.* Et Epist. 10. lib. 11. ad Atticum *P. Terentius meus necessarius* Operas *in portu & scriptura Asiæ pro magistro dedit.* Cuiusmodi homines esse in Operis societatis, Epist. 9. lib. 13. familiar. & 5. act. in Verrem atque ita generaliter accipiendum quod ait Paradox. vlt. *Nam qui honestè rem quærunt, mercaturis faciendis, operis dandis*, Donat. in Phormio. Terent. act. 1. sc. 2. ad versum. Et *ad portitores esse delatum: More veterum ait magistri tributorum, id est publicani operam in portu dabant inferendarum rerum & efferendarum vectigal exigentes.* Vlpianus de his qui publicanis seruiunt. *Plerúmque vagi serui & fugitiui in Publicanorum Operis etiam à scientibus habentur*, l. 12. D. de publican.

Operam dare dicitur iudex *qui notioni causæ vacat, laborémque impendit suum. Si longius spatium interfuturum erit, quo minus iudex datus* Operam *possit dare*, l. 18. D. de iudiciis. *Et mox si forte occupatio aliqua iudicem non patiatur* Operam *iudicio dare.* ibid. *Quoscunque intelligit* Operam *dare non posse ad iudicandum*, l. 14. D. de vacat. & excusat. Cic. Epist. 24. lib. 7. *Dixítque iudicem sibi* Operam *dare constituisse eo ipso die quo Pub. Sextio in consilium ire necesse erat: quæ eadem verba habentur*, & Epist. 49. & lib. 13. Epist. ad Atticum. Terent. Heautontim. *Vicini hic ambigunt de finibus, me cepere arbitrum. Ibo, ac dicam vt dixeram*, Operam *daturum me, Hodie non posse his dare.*

Operam *etiam* præbere dicuntur litigatores qui compromiserunt, cum arbitri præcepto parent. *Quasi* Opera *non præbita*, l. 21. §. sed si in aliquem, D. de recept. qui arbit. *Ex his quæ ad*

ſolutionem pecuniæ, aut Operam præbendam pertinent, l. 39. D.de recept. qui arbitr.

Operam etiam dicitur dare auditor magiſtro quo vtitur. *Tubero Ofilio Operam dedit*, l. 2. §. poſt hoc quoque, D. de origi. iur. *Sed & qui magiſtratui aliquo, officio, munere, miniſterióve publico fungitur, Operam Reipub. dare dicitur. Per id tempus quo quis Reipublicæ Operam dabat*, l. 1. D. ex quib. cauſ. maior. *Qui Romæ Reipublicæ cauſa Operam dant*, l. 5. D.ex quib.cauſ.maior.

Qui caſtris Operam per militiam dant, l.3.§.1.D.de munerib.& honor. *Quæ fuit cum marito, qui militiæ Operam dabat*, l. vlt. C. de vxor. milit. *Si cum militaribus laboribus Operam dares*, l.6.C.de reſtitution.milit.

Opera aduocatorum dicitur, Cicero.lib.1. Epiſt. vlt.ad familiar. *hominem occidat oportet, qui tua Opera vti vult.*& Epiſt.14. lib.2.familiar. *Noui ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet qui veſtra Opera vti velit*. Plautus Aſinar. Act. 5. ſc. 1. *Senatui Operam dare aut clientibus.* Idem Trinummo act. 3. ſc. 2. *In foro Operam amicis da.* Idem Aulularia act. 1. ſc. 4. *da mihi Operam parumper. Aduocati rogabantur Operam dare*, Plaut. Pœnulo act. 3. ſc. penult. & ſc. vlt. eiuſdem actus dicuntur. *Operam etiam aduocati exigit.* Cicer. de petitio. conſul. & Opellam forenſem, Horatius Epiſt. 7.lib. 1. Terent. Adel. Act. 4. ſc. 1. *Quàm vellem etiam noctu amicis Operam mos eſſet dari.*

Operam dare interdum eſt *curare, ſatagere, ſtudium adhibere. Cognoſcit prætor & Operam dat, ne ea res ei fraudi ſit*, l. 1. D. ſi quid in fraud. pet. *Dare Operam prætorem oportere*, vt l. 41. D. de adquir. rer. domi.

Colonus curaret & daret Operam, ne quis cæderet, l. 29. D. locati. *Si operam non dediſſet vt inſtrumenti facultate ſubducta debitor caperetur*, l. vlt. D. de pignorat. actio. *Operam præſtare hæres debet vt eam rem requirat & præſtet*, l.39.D.de legat.1. Cic. Epiſt. 22. lib. 9. *Libens dare Operam quàm honeſtè dicitur. Etiam patres rogant filios. Eius Operæ nomen non audent dicere.*

Data Opera, hoc eſt *de induſtria, conſulto, ſtudioſè, ex propoſito*, l.1. D.de alienat. iudic. mut. l. 1. D. de eo quod certo loco, l. 2.§. non ſolum. D. ad SC. Tertyl. *Quæ data Opera abegit*, l. 4.D. de extraord. crimin.

Si non data Opera tardius adierit, ſed dum de adeunda hæreditate deliberat, l. 55. D. de fideicom. libert.

Qui data Opera hoc affectauerit, l. 5. D. ex quib. cauſ. maior. *Si in lite vinci voluit, ſi quidem condemnatus eſt data Opera*, l.1.§.quid ſi, D.ſi quid in fraud. patr. *Si data Opera ſui poteſtatem non faciunt*, l.36. D.de fideicom. libert. *Si mercem vilioris data Opera diſtraxit*, l.7.§.ſed & ſi. D.de tributor.actio. *Niſi data Opera effodiſſet oculum*, l. 52.§.1.D.ad l. Aquil.

Qui data Opera in eum iaculatus eſt, l. 9.§. vlt. D.ad l. Aquil.

Si fortè data Opera ad iudicium non adfuit, l. 3.§. 1. D. quæ in fraud.cred. *Si non data Opera voluerint ſe ita includi ne opem ferre poſsint*, l. 3.§. ſubuenitur, D. ad SC. Silanian. *Si magiſtratus municipales data Opera tutelam diſtulerint in ſucceſſores ſuos*, l. 1. §. ſciendum, D. de magiſtrat. conuenien. *Data Opera partis aduerſæ res veſtras incendio exarſas eſſe aſſeuerantes*, l. 11. C. de his qui accuſa.non poſſ.

Non data ad hoc Opera, ſed fortuitu euenerit, §. Theſaurus, Inſtitut. de diuiſio. rer. *Per laſciuiam & non data Opera vt furtum committeretur*, §. & hoc veteres, D. de obligat. quæ ex delict. Donat. in Hecyr. Act. 2. ſc. 1. *Opera eſt ſi ſcientes læſerimus culpa ſi neſcientes.*

Quaſi dedita Opera, Terent. Eunuch. Act. 5. SC. 2.

OPERE *locato, conducto*, his verbis ſignificatur id Opus quod Græci ἀποτέλεσμα vocant: non ἔργον, id eſt ex Opere facto corpus aliquod perfectum, l. 5. §. vlt. D.de verbor. ſigni.

Factum Opus & imperfectum opponuntur, l. 30. §. qui ædem, D. locati. *Opus adprobari*, l. 24. & l.36. D. locati. *Metiri*, l.30.§.qui ædem, D. eod.tit.

Edictum de Operis noui nuntiatione, non omnia Opera complectitur, ſed ea ſola quæ ſolo coniuncta ſunt. Vnde, ſi quis meſſem facit, arborem ſuccidat, vineam putet, quanquam Opus faciat, ad illud edictum non pertinet, quia ad ea Opera quæ in ſolo fiunt pertinet, l. 1. §. hoc autem. D. de oper. no.nunt.

Enimuero interdicto quod vi aut clam teneri & eum placet, qui arbores ſuccidit, quanquã ad ea quoque Opera quæ in ſolo fiunt, id interdictum pertineat, l. 1. §. hoc autem & l. 7. §. notauimus, D. quod vi aut clam. *Opus in edicto de noui operis nuntiatione accipimus, non ſi vnum aut alterum cementũ fuit impoſitum: ſed ſi proponatur inſtar quoddam Operis, & quaſi facies quædam facta Operis*, l. 12. §. Opus, D. de oper.no.nuntiat.

Opus priuatum, l. 21. §. 1. D.de re militari. *Opus Ruſticum*, l.25. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum. *Mancipia in prædiis morata Operis ruſtici cauſa*. l.78. §. prædia, & l.96. §. quidam, D.de legat. 3. *Serui qui opus ruſticum faciunt.* Paul. lib. 5. ſentent. Tit. 7. *Serui licet in prædiis ruſticis ſint, ſi tamen*

si tamen Opus rusticum non faciant, l. 99. D. de legat. 3. Terentius Heautont. Act. 1. sc. 1. *Ancillas seruos nisi eos qui Opere rustico faciundo facilè victum exercerent suum* & in Phorm. Act. 1. sc. §. *Opus ruri faciendum.*

Opus facere, l. 44. D. de fideiussorib. *Si victum Opus facere cogam*, l. 1. §. quid dicturi, D. de vi & vi arma. *Si emptor Opus fecerit*, l. 3. §. Opus. D. de alienat. iudi. mut.

Opus quoque facere medici liberti dicuntur, l. 26. D. de oper. libert. *Bouem commodare vt Opus faceret*, l. 17. §. si cum vnum, D. de præscr. verb. *Opus fieri*, l. 49. §. vlt. D. de legat. 2. l. 44. D. de fideiussorib. *Opus effici*, l. 113. D. de verbor. obligat. *Si Opus effectum non sit*, ibid. & l. 44. D. de fideiussorib.

Bonitas Operis, l. 51. §. 1. D. locati. *Operis quantitas*, l. 21. §. vlt. D. de oper. no. nunt.

Opera fabrilia, l. 12. D. de re militari.

Operibus pro Operis. *Operibus serui vti*, l. 36. D. de stipulat. seruor. *Quod Operibus suis seruus adquirit*, Vlpian. Tit. 20. Regular. *Quod ex Operibus suis serui adquirant*, §. de his autem, Institut. per quas. *Si quam possessionem vel ex re nostra vel ex Operibus suis adepti fuerint*, §. non solum. Institut. eod. tit.

Opus est vt de hoc primum referendum sit, l. 1. D. de adquir. rer. dom.

Ad opus publicum dari, l. 6. D. de extraord. criminib. *In Opus publicum dari*, l. 5. D. de extraord. cognit. l. 17. D. de pœnis, l. 3. C. eod. tit. *In Opus publicum vel perpetuum vel temporarium dari*, l. 1. §. 1. D. de effractorib. *Seruus in Opus publicum perpetuum ac multo magis temporarium non datur*, l. 34. D. de pœnis. *In Opus publicum datus*, l. 18. D. de iure fisci. *In Opus publicum perpetuo dati*, l. 17. D. de pœnis. *In Opus publicum damnatur*, l. 10. D. eod. tit. *In Opus publicum damnatus*, l. 8. §. quisquis, D. eod. tit. damnati, l. 6. C. ex quib. cau. maior. Artemidorus lib. 1. cap. 22. κατακριθήσεται εἰς ἔργον δημόσιον κατὰ νύκτα. *In Opus publicum & quidem perpetuum tradi iubetur*, l. 10. D. de pœnis.

Operis publici pœna, l. 5. & l. 14. C. eod. tit. *In pœna eorum Operis publici temporarij modum non egrediendum*, l. 1. D. de furib. balnear.

Interdum autem *in Opus* absolutè dicunt. *In Opus perpetuum vel temporarium dandi sunt*, l. vlt. D. de effractorib. *In Opus perpetuũ damnati*, l. 1. C. de pœnis. Plini. Epist. 40. lib. 10. ad Traian. *Nicomediæ & Iliceæ quidam vel in Opus damnati, vel in ludum. Et si Opere temporario quis multatus sit*, l. 10. §. vlt. D. de pœnis.

In opus metalli dati, l. 17. D. de pœnis. *In opus metalli dari*, l. 9. C. eod. tit.

Opus metallicum, l. 28. §. diuus, D. eod. tit. *In metallum damnati si inutiles Operi faciundo deprehendantur*, l. 22. D. eod. tit. *Mulier in Opus salinarum ob maleficium data*, l. 6. D. de capti. & postl.

OPERARI, id est *opus quodlibet facere*, l. 3. §. si quis seruum, D. de statu liber. l. 23. §. vlt. D. de vsufruct. *Serui qui Operari in agro consueuerunt*, l. 35. §. rerum, D. de hæredib. institu. *Si tibi seruum commodaui, vt & in machina Operaretur*, l. 5. §. interdum, D. commoda. *Opificibus qui eo loci Operantur*, l. 5. §. nuntiari, D. de oper. no nunt. *Qui se liberare potest decem diebus Operãdo*, l. 23. §. vlt. D. de oper. libert.

Operari aliàs est *Operam dare. Absentem dum reipublicæ Operatur*, l. 15. §. 1. ad l. Iul. de adulter.

Operari aliàs est *vires & effectum habere. Pactum non debere ad sui dispendium Operari*, l. 7. C. de iure dot. *Sed nec hodie ad præscriptionem Operatur*, l. 5. §. 1. C. de libera. cau.

OPERARII. *Si rusticis eius fundi Operariis moleretur*, l. 18. §. idem consultus. D. de instruc. vel instr.

OPERCVLA *puteorum*, l. 17. §. Castella. D. de actionib. empti.

OPERIRE *apertum riuum*, l. 1. §. vlt. D. de riuis. *Vt sulcos aquarios Operiret*, l. 24. D. de aqu. & aqu. pluu. *Puteal quo puteum Operiretur*, l. 13. §. vlt. & l. 14. D. de action. empt.

OPIFICES, in l. 5. §. nuntiari, D. de oper. no. nunt. sunt *Fabri* qui ædificant. Si quæ instituit *vsufructuarius magnum apparatum sint desideratura Opificum fortè vel legulorum*, l. 13. §. si tamen, D. de vsufruct.

Cæterarum artium Opificibus siue artificibus, l. 1. §. ludi. D. de extraord. cognit.

OPHITÆ hæreticorum genus, de quibus in l. 5. l. 10. l. penult. C. de hæreticis & Manich. Philastrius Brixiensis Episcopus in Hæreseon catalogo *Ophitas seu serpentinos* ab eo dictos tradit, *quòd colubrum colant asserentes initium scientiæ boni & mali nobis eum primitus attulisse.* Idem & Isidorus de hoc hominum portento lib. 8. Etymolog. cap. 5. D. Augustinus lib. de hæresibus, *Ophitæ à Colubro nominati sunt. coluber enim* Græcè ὄφις, *dicitur, hunc autem colubrum*

Christum arbitratur, sed habent etiam verum colubrum, adsuetum panes eorum lambere, atque ita eis velut Eucharistiam sanctificare, quidam dicunt istos Ophitas è Nicolaitis siue Gnosticis extitisse, & per eorum fabulosa figmenta ad colubrem colendum, fuisse peruentum. sic vetus codex habet.

OPINIO pro eo quod quisque credit, existimat, arbitratur. *Non enim Opinio tua sed mea quærenda est*, l. 1. §. si tibi D. de *Amplius est in Opinione quàm in veritate*, l. 15. D. de adquir. vel omitt.

Opinio pro fama & existimatione, pudore, sic, *Opinionem eius onerant*, l. 13. C. ex quib. caus. infam. id est, verecundiam, vt l. 17. eod. tit. *Falsa Opinione ductus*, l. 4. C. de hæred. instit. *Mea fert Opinio*, vide suprà lib. 6. & l. 7. §. si prætor, D. de reb. eor. *Opinio mea fert*, Cic. Epist. 66. lib. 13.

Proculum in hac Opinione fuisse, l. 17. D. de iure Patron. *Post varias prudentium Opiniones*, l. 4. C. de collationib. Opiniones autem à sententiis differre docet Theophil. his verbis, ad §. responsa Institut. de iur. natura. gent. *Sententia est*, ἡ αὐτοτελὴς καὶ ἀναμφίβολος ἀπόκρισις. οἷον, ἔξεστι τόδε ποιεῖν, ἢ οὐκ ἔξεστι τόδε ποιεῖν. *Opinio autem* ἡ ὑπεξαλμένη, καὶ μετὰ ἐνδιασμοῦ προσφερομένη ἀπόκρισις. οἷον, νομίζω ὅτι ἔξεστι τόδε ποιεῖν, νομίζω ὅτι οὐκ ἔξεστι τόδε ποιεῖν.

Opinionum vtique lib. 6. scripserat Vlpianus, vt ex Indice Pandectis præfixo apparet.

Optimæ Opinionis viri, l. 7. D. quemadmo. testam. aper. id est, existimationis.

Opinio pro relatione iudicis, l. 5. D. de relat. in Cod. Theodos. l. 7. & 9. de appellat. in eod. Cod.

Opiniones Iudicum, l. 6. §. super his, C. de appellat. *Opinionis exemplum*, l. 18. & l. 19. C. de appellat. *In qua Opinione ego sum*, l. 24. D. de ædilic. edict. Vetus glossarium Græcum, ἡ ὑπεξαλμένη καὶ μετὰ ἐνδιασμὸν ἀπόκρισις.

Opinionem etiam pro censu & professione censuali vsurpant Imperatores, l. vlt. C. de præd. & omnib. reb. nauicul. lib. 10. & l. vlt. C. de collat. lib. 12.

OPINOR, id est *puto, existimo*, quibus verbis suas de iuris quæstionibus sententias Iurisconsulti concipiunt, l. 1. §. in hoc. D. de contra. tute. *Opinamur igitur*, l. 4. §. vlt. D. de hæred. instituen. *Sabinus & Cassius Opinati sunt*, l. 68. D. de vsufruct. *Proculus & Pegasus Opinantur*, l. 7. D. de Senatorib. *Nonnullos Opinari*, l. 3. D. de his quæ in testamen. delent. *Vt vulgus Opinatur*, l. 56. D. de euictionib. Donat. in Andr. act. 2. sc. 2. *Quoniam argumenta sunt & coniecturæ, Opinor, dixit. nam contra Opinionem certa res est: quæ autem Opinamur, quæ putamus, incerta sunt.*

Opinari, id est *existimare, credere*, l. 1. D. pro donato, siue falsa siue vera existimatione. *Eum qui facere testamentum Opinatus est*, l. 1. D. de iure codicill.

OPINATORES sunt *exactores militaris annonæ* ipso interprete Triboniano, in l. 11. C. de erogatio. militar. anno. lib. 12. Hanc enim interpretationem Tribonianum eo loci de suo dedisse planum fit ex l. 16. de exactionib. in C. Theodos. Sic cum ab eo hoc verbum accipiemus in l. 7. C. de exactionib. tribut. lib. 10. in l. 1. de excoctione & translatio. milit. anno. lib. 12. l. 34. de annon. & tribut. in Cod. Theodos. B. Augustin. Epist. 13. *Faustus ait, cũ debito decem & septem solidorum ab Opinatoribus vrgeretur vt redderet quod ad præsens vnde explicaret se non inueniebat, ne corporalem pateretur iniuriam ad auxilium sanctæ Ecclesiæ conuolauit.* Eosdem mox *exactores appellat.* Præterea Opinatores auxilia fœderatorum significant, in l. C. de loca. Nouel. 116. & 117. *Mutauit Opinionem, & cœpit putare, & mox mutata Opinio petitoris*, l. 11. §. eandem. D. de except. rei iud. *Opinabatur*, ibidem.

OPISTOGRAPHVS est in tergo scripta charta. *Si in Opistographo quis testatus sit*, l. 4. D. de bonor. possess. secun. tab. *Opistographos commentarios dixit*, Plinius Epist. 5. lib. 3.

OPORTET: *præsens tempus demonstrat, & ideo cum stipulamur, Quidquid te facere oportet, non amplius in stipulationem deducitur quàm quod præsenti die debetur.* Et ideo, *vt futura obligatio deducatur, adiici debet, Oportebitue*, l. 76. §. 1. l. 89. & l. 125. D. de verbor. obligat. *Vt in Aquiliana stipulatione, quidquid te mihi ex quacumque causa dare, facere, Oportet, Oportebit*, l. 18. §. 1. D. de aeceptilatio.

Simili modo, si quis legauerit, quidquid mihi Lucium Titium dare facere Oportet, ea pecunia legato non comprehenditur cuius dies moriente testatore nondum venerat, l. 46. D. de legat. 2. *Hoc autem verbo, dare, facere, Oportere, concipi solitam eorum intentionem qui in personam agebant*, docui lib. 5. Formular.

Verbum Oportere non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest vel pluris vel minoris condemnare, sed ad veritatem refertur, l. 37. D. de verbor. significat.

Oportet necessitatem importat, l. 3. §. eos, D. de muner. & honor. l. 39. §. vlt. D. de procuratorib.

torib. l. 2. §. diuus, D. de sepul. viol. *Appellari Oportere & posse*, l. 1. §. quod in sententiis, D. quando appelland. sit.

Quod tempus ex bono & æquo prætorem obseruare Oportebit, l. 71. §. in pecunia. D. de legat. 1.

Dici Oportebit, l. 1. §. si ei qui. D. de collat. bonor. *Oportet*, de his quæ æqua & iuri ac rationi consentanea sunt, Iurisconsulti dicunt, l. 13. §. 1. D. commodati. E contrario *non Oportet* vsurpant de his quæ vel à iure vel ab æquo & bono abhorrēt, l. 79. D. de verbor. signifi. l. 21. D. de his qui not. infa. l. 9. §. vlt. D. de off. proconsul. l. 14. §. 1. D. de religios. & sumpt. l. 2. D. de excusat. tut. l. 5. C. de his quib. vt indign. & apud Paul. lib. 4. sentent. Tit. 2.

Non Oportere frustrationem impunitam esse responderi Oportet, l. 39. §. vlt. D. de vsuris. *Iniquum est nec Oportet*, l. 39. §. vlt. D. de oper. libert.

OPORTVNI nomen non minus locis quàm temporibus tribuitur. *Cum in alium locum inferri tam Oportunè non posset qui vsumfructum legauerit*, l. 2. §. si vsumfructum, D. de religios. & sumpt.

Si interpellatus Oportuno loco non soluerit, l. 32. D. de vsuris. *Si quo loco Oportuno statua & imago ponatur*, l. 41. D. de vsufruct. *Ne filia Oportunum nubendi tempus amittat*, l. 2. C. de repudiis. *Si tempore Oportuno nauigasset*, l. 2. 8. si quis tamen, D. si quis cautionib.

Cum non esset tam Oportunè Vbi sepeliretur, l. 17. D. de vsufruct. *Cum alium in locum inferri mortuus tam Oportunè non posset*, l. 2. §. si vsufructus, D. de religios. & sumptib.

OPORTVNITATEM appellari à Latinis εὐχρηστίαν Cicero 3. de finib. testatur.

OPORTVNITAS *naturalis*, l. 26. §. libertus, D. de condict. indebiti. *Posteaquam possessor Oportunitatem emptoris cui Venundari potuit, peremit, destitit*, l. 33. D. de dolo. *Possessio in quam habet patronus affectionem, Vel Oportunitatis, Vel Vicinitatis, vel cœli*, l. 1. §. sed si rem, D. si quid in fraud. patr. *Oportunitas loci*, l. 12. D. de religios. & sumpt. & apud Ciceron. lib. 1. officior. & Cæs. lib. 3. de Bello ciuil.

OPPONERE *obiicere est*, sic *Opponere compensationem*, l. 42. §. vsuræ. D. solut. matrim. *Qui compensationem Opponit fisco*, l. 48. §. qui compensationem. D. de iure fisci. *Compensationis ratio Opponitur*, l. 7. C. de compensationib.

Opponere exceptionem, l. 57. D. de procuratorib. l. 23. §. si quis post. D. de condict. indeb. l. 9. §. sed & si quis. & l. 24. §. exceptio, D. de iureiuran. l. 45. D. de vsurpat. l. 14. C. de præd. minor. l. 5. C. de euictionib. *Petenti tibi non Opponam exceptionem*, l. 9. §. vlt. D. de except. rei iudic. *De metu Opponere exceptionem*, l. 4. §. metus. D. de dol. mal. except. *Si Opposuerat exceptionem rei sibi ante pigneratæ*, l. 19. D. de except. rei iudic.

Opponi exceptio, l. 3. D. de popular. actio. l. 2. & l. 13. D. de dol. ma. excep. l. 7. §. 1. D. de curat. furio. l. 19. D. de nouationib. l. 24. D. de legat. 3. & l. 116. §. vlt. D. de legat. 1. *Agenti ex testamento Opponetur tibi doli mali exceptio*, l. 29. §. si hæres, D. de legat. 3.

Opponi exceptio petenti, l. 1. §. si quis, D. vt legat. nom. *Doli non inutiliter Opponitur exceptio*, l. 13. §. vlt. D. de reb. eor. l. 42. D. de mort. cau. donat. *Exceptionem pacti non inutiliter Opponi*, l. 96. §. soror, D. de solutionib. *Stichum petendo pacti exceptio mihi Opponetur*, l. 27. §. si cum decem. D. de pactis. & §. id actum. D. eod. tit. *Agenti exceptio Opponitur redhibitionis*, l. 5. §. actoris, D. de dol. mal. & met. except. Quintilian. declamat. 336. *Si nulla Opponi huic tuæ Voci posset exceptio.*

Si exceptio sit Opposita, l. 18. D. de euictionib. *Si ab aduersario Opposita fuerit defensionis allegatio*, l. 1. §. 1. C. de satisdan. *Opposita exceptione doli mali*, l. 3. §. vlt. & l. 15. D. de adim. legat. l. 1. C. de re iudica. & l. 3. C. de non numera. pecun. l. 7. D. de do. prælega. l. 32. §. ait oratio. D. de donat. inter vir. l. 61. D. locati, l. 29. D. de iure dot. l. 47. D. ad l. Aquil. l. 14. D. de doli except. *Exceptione in factum Opposita*, l. 14. §. cum qui. D. quod met. cau. *Exceptiones Opponuntur*, l. 20. D. de exceptionib. *Peremptorias exceptiones Opponi posse*, l. 2. C. sentent. rescin. non pos.

Opponi præscriptio, l. 11. D. de exceptionib. l. 4. C. ad SC. Turpill. l. 2. C. quib. non obiicit. *Creditoribus decem annorum præscriptionem Opponi posse*, l. vlt. C. si aduers. creditor. *Præscriptiones fori in principio litis Opponendas*, l. vlt. C. de exceptionib. *Oppositæ præscriptionis Velamento*, l. 2. C. sentent. rescin. non pos.

Replicatio doli Opposita, l. 3. C. de except. sent. præs.

Legatariis hæres legem falcidiam Opponit, l. 95. §. vlt. D. ad l. falcid. *Ei non Opponetur infamia. Papinian.* in lege Dei, Tit. 4. id est obiicietur. *Nulla exceptione Opponenda*, l. 27. §. si cum decē, D. de pactis. *Exceptio ei ex facto ipsius Opposita*, l. 27. D. de euictionib.

Opponi exceptiones actionibus, l. 12. D. de interrogat. l. 5. §. vlt. D. de oper. noui.

Nec Opponet fortunam suam & casus tristiores, l. 3. §. si in metallum. D. de munerib. & honor.

Non enim voto matris Opponi tam ominosa non interponendæ cautionis interpretatio debuit, l. 72. D. de conditionib. *Oppositio nobis alio aduersario*, l. 1. D. de alienat. iudic. mutan.

Opponere manum, l. 20. D. quod vi aut clam. *Septa quæ ad incile opponuntur*, l. 1. §. Septa. D. de riuis.

Opponere etiam pignori dare significat. Terent. Phormio. Act. 4. sc. 3. *Ager Oppositus est pignori ob decem minas.* Seneca lib. 7. de benefic. cap. 14. *Puta cum captus esses me pecuniam mutuatam rebus meis in securitatem creditori Oppositis.*

Ex qua nouissima verbi huius significatione ioci ansam scitè Catullus arripuit his versibus.

Furi, villula nostra non ad Austri
Flatus Opposita est nec ad Fauoni
Nec sæui Boreæ, aut Apeliotæ:
Verum ad millia quindecim, & ducentos.

OPPRIMERE propriè est *obterere. Si plures trabem deiecerint & hominem Oppresserint*, l. 11. §. si plures, D. ad l. Aquil.

Opprimi, obteri. Seruus ruina in stabulo Oppressus, l. 15. §. vlt. D. de condict. caus. da. *Ruina simul Oppressi*, l. 8. D. de hæred. instituend.

Opprimi, aliàs est *grauari, lædi, molestari. Opprimi aliquem per aduersarij sui potentiam non oportet*, l. 9. §. vlt. D. de Offic. proconsul. *Tenuiores qui sæpè importunis potentiorum intercessionibus Opprimuntur*, l. 1. §. 1. C. ne lice. potentiori. Opprimi etiam dicitur qui conuincitur. *Ne hi qui defendendi sunt subitis accusatorum criminibus Opprimantur*, l. 18. §. cogniturum, D. de quæstionib. *Reus euidentioribus argumentis Oppressus*, ead. l. 18. §. Reus. *Si tibi probauerit conspiratione aduersariorum & testibus pecunia corruptis Oppressum se*, l. 33. D. de re iudic.

OPPVGNARE id est impugnare. *Replicatio impugnat exceptionem*, l. 2. §. 1. D. de exceptionib. *Qui vsque ad finem litis Oppugnauerunt testamentum*, l. 13. §. eos. D. de iure fisc. *Conditionem hanc quasi vtilitati publicæ Oppugnantem remittendam*, l. 2. §. tractari, D. ad SC. Tertyll.

OPTIMVS *à Senatu appellatus Gaius Scipio Nasica*, l. 2. §. Iuris ciuilis. D. de origine iuris. *Optimi cognomen Traiano impositũ*, Plin. in Panegy. refert, quo cognomine Iustinian. ornatur. §. 1. Instit. quib. non est permiss. fac. test. Et ita quoque *Optimum principem* accipe apud eundem Plin. lib. Epist. Sed & *Optimi* elogium Claudio tribuitur, in eo SC. quod ab eod. Plin. refertur Epist. 6. lib. 8.

Quinetiam ante eum Caligulam inter cætera cognomina quæ assumpserat *Optimum maximúmque* vocatum, Sueton. in Calig. cap. 22. refert.

Optimus princeps Hadrianus, l. 2. §. & vt obiter, D. de orig. iur. Idémque *Optimus maximus princeps* appellatur in SC. de petitione hæreditatis, l. 20. §. præter hæc. D. de hæred. petit. *Optimus quoque Imperator noster Seuerus* ait Papinian. l. 67. §. si omissa, D. de legat. 2. *Post Optimi nostri Seueri Augusti litteras*, ait Papinian. l. 7. D. de vacat. & excusat. *Optimus maximúsque princeps Seuerus Augustus*, ait Papinian. l. 78. §. 1. D. de legat. 2. & l. 8. D. de vacat. & excusat.

Optimi maximique principes nostri, l. 30. D. de excusat. l. 16. §. 1. D. de his quæ vt indig. *Ab Optimis Imperatoribus nostris*, ait Tryphoninus, l. 39. D. de pœnis.

Optimus locus, l. 19. §. vlt. D. de ædilitio edicto, id est perfectus, l. 19. §. illud, D. eod. tit. *Optimum vinum frumentúmve cum quis stipulatur id stipulari, intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet*, l. 75. D. de verbor. obligat.

Cum fundus vti Optimus maximúsque est emptus, l. 48. D. de euictionib. *Fundo legato. vt Optimus maximúsque est*, l. 22. D. de instruct. vel instr. *Verba hæc in fundi traditione adiecta, vti Optimus maximúsque est liberum esse significant*, l. 126. D. de verbor. signifi.

Si fundus ita legatus sit, vti Optimus maximúsque liber præstandus est, l. 69. §. si fundus, D. de legat. 1. *Si vt Optimus maximúsque esset* traditus fuerit fundus, liberum ab omni seruitute præstãdum, l. 75. D. de euictionib. *Vera est Quinti Mutij sententia, vt qui Optimum maximúmque fundum tradidit liberum præstet, non etiam deberi ei alias seruitutes*, ibid.

Itaque parum cohæret quod. Sicul. Flacc. lib. de conditio. agror. scribit. *Quidam etiam conueniunt precario, vt seruitutem præstent his agris ad quos necesse habent transmittere peruium. Nam & id his verbis comprehenditur.* VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE SIT.

Plerumque etiam ad instrumentum vel instructum prædij hæc verba referuntur, l. 92. & l. 93. §. penult. D. de leg. lib. 3. l. 18. §. item cum fundus. & l. 22. D. de instruct. vel instr. &

apud

apud Paul. lib. 3. ſententiar.

Optimum ius legati per damnationem eſt, & cet. Vlpian. Tit. 25. regular. *Perinde ſit ac ſi Optimo iure legatum ſit*, ibid. *Optimo iure poſſeſſam domum*, l. 26. §. 1. D. de pignorib. accipe quæ nulli obligata eſt, nec vllo nexu pignoris tenetur, liberáque eſt ab omni onere hypothecæ. Cic. de lege Agra. *Optimo enim iure ea ſunt prædia quæ Optima conditione ſunt: Libera, meliore iure ſunt, quàm ſerua.* Idem in Orat. de Aruſp. reſponſ. *Multæ ſunt domus in hac Vrbe, Patres conſcripti, atque haud ſcio an penè cunctæ iure Optimo, ſed tamen iure priuato, iure hæreditario.*

Optimo iure libertatem conſecuti dicuntur, in l. 31. D. de minorib. qui ex fideicommiſſo rectè manumiſſi ſunt.

Optimo iure debentur Vſuræ, quæ interrogatione præcedente promiſſæ ſunt, l. 1. C. de vſuris. *Optimo iure quarta bonorum curialium defunctorum, quibus alieni ab eorum conſortio hæredes extiterunt, à curia petitur*, l. 1. C. quando & quibus quarta pars lib. 10. *Optimo iure* admiſſos codicillos dixit Iuſti. Inſtit. de codicil. id eſt, habuiſſe νόμιμον σύστασιν, vt Theophilus vertit. *Optimo iure cenſor creatus*, apud Liuium lib. 9. Et optimo iure ſepulchrum datum. Cic. Philipp. 9. in fine. *Optimo iure prouinciam obtinere*, Idem Cic. Philipp. 11.

Optima lex, vt Feſtus lib. 13. ſcribit, cum nominabatur in dictatore faciendo, quàm pleniſſimum poſſet eſſe ius ſignificabatur. *Optima lege capta Veſtalis* apud Gell. lib. 1. cap. 12.

Optimum eſt, l. 13. D. quod met. cau. l. 20. §. præter. D. de hæred. petit. l. 7. D. de pact. dotal. l. 3. §. ſi tamen, D. de hom. lib. ex. l. 18. D. de inſtruct. vel inſtr. l. 73. §. vlt. D. ad l. falcid.

Optimum eſſe Pedius ait, l. 18. §. aſinam, D. de inſtr. vel inſtr. *Optimum erit*, l. 35. D. de bonis libert. *Optimum factum eſt*, l. 9. D. de ſuſpect. tutor. *Si Optimo conſilio vſus ſit*, l. 67. §. vlt. D. de ritu nupt. *Optima ratione defenditur*, l. 22. D. de his quæ vt indign. *Optima ratione placuit*, l. vlt. C. ſi mancip. *Optimæ opiniones viri*, l. 7. teſtament. quemad. *Optimè nouit proconſul*, l. 2. D. de teſtamen. milit. *Gaio Seio Optimè merito*, l. 31. §. Gaio, D. de liberat. lega.

OPTIO, id eſt *electio*, l. 2. §. quare. D. de eo quod cer. lo. *Optio deferenda eſt fideicommiſſario*, l. 79. D. ad SC. Trebellian. *An Optio ſit eius cum quo potiſsimum agat*, l. 7. D. de magiſtr. conuen.

Optio ſerui, l. 2. l. 9. §. vlt. l. 11. l. 13. l. 14. D. de optio. leg. *Optio ſeruorum*, l. 9. §. vlt. D. de optio. vel elect. l. 15. l. 17. *Optionem ſeruorum Mæuio dedi*, l. 15. D. de optio. vel elect. *Quoties ſerui Optio datur*, l. 2. D. de optio. vel electio. *Vnius hominis mihi & tibi Optio data eſt*, l. 8. §. vnius. D. de optio. vel elect. *Et ſeruo eius Optio data*, l. 99. D. de legat. 1. *Si Optio hominis data ſit*, l. 3. D. qui & à quib. manum. *Data Optione*, l. 2. D. de optio. vel elect. *Optione ſeruorum data*, l. 9. §. vlt. D. eod. *Optione legati per Vindicationem data*, Vlp. tit. 25. regular. *Is cui ſerui Optio legata ſit*, l. 13. §. vlt. D. de optio. vel elect. l. 25. D. de liber. cau. *Optione legata*, l. 16. D. de optio. vel elect. *Seruum vel quàm aliam rem cuius Optio mihi relicta eſt*, l. 3. §. item ſi. D. ad exhibend. *Vaſcula non ſeparaturum, licet ei Optio ſit relicta*, l. 19. D. de aur. arg. *Optionem intra certum tempus datam non amplectitur*, l. 28. §. 1. D. de verbor. ſignificat.

Optio ab electione ſeparatur, l. 2. & rubr. D. de optio. vel elect. leg. & l. 3. D. qui & à quibus.

Sanè *Optio* ſolemni aliquo actu & certis verbis ac plerumque interueniente Prætore fiebat, nam & ad exhibendum agere poterat is cui ſerui *Optio* data erat, vt ex mancipiis exhibitis optare & vindicare poſſet, quemadmodum indicat l. 3. §. item ſi. D. ad exhibendū. & l. 80. §. 1. D. de furtis, *vnde & ſerui Optio inter actus legitimos numeratur*, l. 77. D. de diuer. regul. *Optionis legatum*, id eſt, *Vbi teſtator ex ſeruis ſuis vel aliis rebus optare legatarium iuſſerat*, §. optionis. Inſtitut. de legatis.

Si in Optionis legato minor captus ſit dum elegit deteriorem, l. 7. §. hodie. D. de minorib. *Si ſeruus ſit generaliter per Optionem legatus*, l. 18. D. famil. herciſc.

Optiones in re militari appellabantur qui antecedentibus ægritudine præpeditis, tanquam *adoptati & Vicarij eorum vniuerſa curabant*, vt Veget. lib. 2. cap. 7. & Non. Marcell. exponunt. Quo in ſignificato accipi *Optio* poteſt in l. vlt. D. de iure immunit. At in l. penult. D. de bon. damnator. *Optiones* commentarienſibus adiunguntur etiam. *Optiones* fœderatorum dicuntur, l. vlt. C. de locat. & cond. Nouell. 117.

Optiones etiam pro *apparitoribus in* l. penult. de iure fiſci lib. 10. C. & l. vlt. eod. tit. in Cod. Theod. & l. penult. de apoch. public. eod. Et qui in Act. Apoſt. cap. 16. δεσμοφύλαξ dicitur, id eſt, carceris cuſtos, & commentarienſis à. B. Ambro. Optio carceris vocatur

cap. 4. Commentar. in Epist. ad Ephes. l. 15. D. de adquir. vel omitt.

Optiones etiam à Iustiniano appellantur *militaris annonæ erogatores*, Nouel. 130. Illic enim ita est, καὶ τὰς μὲν ἑκάστου τάγματος ὀπτίωνας ἀποδέχεσθαι τὰ εἴδη δι' ἃ παρὰ τῆς ἀγορανομίας. καὶ προεύειν τοῖς ἐξάρχοις καὶ τοῖς τραπώταις τὰς ἐν εἴδει χορηγουμένας ἀννόνας. Eos Iustinia. præcipit recautas facere, id est, apochas, de his quæ collationibus in transitum militum expenduntur.

OPTO *des*, fideicommissi verbum, l. 115. D. de legat. 1. Interdum verò *Optare* vt & Non. Marc. notat. est *eligere*, vt l. 28. D. de condit. & demon. Donat. in Andr. Terent. act. 4. sc. 6. *Optare* est vnum de duobus eligere.

Optare tamen & *eligere* separantur, *Si Stichum Optauero, vel elegero*, l. 9. §. vlt. D. de optio. vel elect. *Hominem Optato, Eligito*, Vlpian. tit. 25. regular.

Si optare velim seruum, vel quam aliam rem cuius Optio mihi relicta est, l. 3. §. item si, D. ad exhibend. *Optaturus seruum*, l. 80. §. 1. D. de furtis. *Et ita Optare seruum*, l. 2. §. vlt. & l. 15. D. de optio. vel elect. & l. 99. D. de lega. 1. & l. 9. §. 1. D. de dolo.

Optare absolutè, l. 2. l. 7. l. 8. §. vnius, & l. 10. l. 11. l. 13. §. vlt. D. de optio. vel elect. l. 15. D. de legat. 1. Et *Optari*, l. 14. D. de optio. vel elect. l. 10. D. de lega. 1. *Atque me hæc verbi huius significatio admonet*, vt turpe mendum quod Nonio insidet corrigam, nam vt probet *Optare* esse *eligere* adducit hæc Varronis verba, Diogenes qui amicos, qui ab Alexandro Rege iussus Optare quid vellet se facturum. Hoc qui amicos qui non corruptum Emenda igitur, κωνικός.

Optabilis conditio, l. 17. C. de postlim. reuer.

OPVLENTA *hæreditas*, l. 1. D. de offic. procurat. Cæs.

ORARE *causas* pro *agere* apud Terent. Phormio. act. 1. sc. 2. & apud Virgil. lib. 6. Æneid. Tacit. lib. 12. Pomponius l. 2. §. Seruius, D. de origin. iur. *Seruius cum in causis Orandis primum locum aut pro certo post M. Tullium obtineret*, & mox, *turpe esse patricio & nobili & causas Oranti, in Cic. in Bruto. Neminem vnquam melius vllam Orauisse capitis causam*, Quint. lib. de caus. corrup. eloqu. Apud *Centumuiros causam aliquam fœliciter orare. Causam Orare apud iudices*, A. Gell. lib. 5. cap. 10. & lib. 10. cap. 15.

Festus *Orare* antiquos dixisse, *pro agere testimonio, sunt quod & oratores, & ij, qui nunc quidem legati, tunc verò oratores, quòd Reipublicæ mandatas partes agerent.* Seruius in lib. 4. Æneid. hæc verba, *Multa Iouem manibus supplex Orasse supinis*, *Orasse* autem ait, dixisse, *vnde Oratores dicti.*

Idem in lib. 11. ad verba, *Iámque Oratores aderant*, & cet. *Oratores*, ait, *Legati à perorando pro Republica nominati.* Liuius lib. 3. Oratorem etiam Plutarchus in Αἰτίοις dici ait πρεσβευτικόν τινα παρασιτικὸν.

ORATIONES *principum* vti in libris nostris accipere debeamus, expositi lib. select. Antiquit. 1. Eiusmodi est *Oratio Diui Hadriani qua effectum appellari à Senatu principē nō posse, refert Vlpian.* l. 1. D. à quib. appella. *Sacratissimi principis nostri Oratione*, ait Gaius, *cauetur vt matris intestatæ hæreditas ad liberos tametsi in aliena potestate erunt, pertineat*, l. 9. D. ad SC. Tertyll. *Oratione Diui Pij liberalium studiorū professores non etiam calculatores continentur*, l. 4. C. de professor. lib. 10. *Diuus Marcus Oratione in Senatu recitata effecit ne aliter alimentorum transactio rata esset, quàm si auctore prætore facta*, l. 8. D. de transactionib.

Oratione diui Marci exprimitur, nequis messium vindemiarúmque tempore aduersarium cogat ad iudicium venire, l. 1. D. de feriis. *Eadem Oratione diuus Marcus in Senatu recitata effecit de aliis speciebus prætorem adiri etiam diebus feriaticis*, & cet. l. 2. D. de feriis. *Oratione Diui Marci cauetur, vt si quis ingenuus pronunciatus fuerit, ingenuitatis sententiam retractans*, l. 1. §. 1. ne de stat. defunct.

Eiusdem diui Marci Oratio de confessis, cuius meminit l. 6. §. 1. D. de confess. & l. 56. D. de re iudic.

Oratio sub diuo Marco habita, l. 17. C. de excusat. tutor. *Sylanianum Senatusconsultū, necnon Diui Marci Oratio quæ circa id facta est*, l. 11. C. de iis quib. vt indign. *Alia etiam diui Marci Oratio memoratur*, l. vlt. §. sin verò, C. de manumiss. testam.

Oratio Marci & Commodi, qua prohibentur tutores & filij eorum pupillas suas ducere, ad quam Paul. librum singularem scripsit, l. 60. & l. 67. §. sed & si filiusfamil. D. de rit. nupt.

Oratio Imperatorum Antonini & Commodi quæ quasdam nuptias in personam Senatorum inhibuit, de sponsalibus nihil locuta est, l. 16. D. de sponsalib.

Oratione diui Marci cauetur vt si Senatoris filia libertino nupsisset nec nuptiæ essent, l. 16. D. de ritu nupt. *Imperatorū Antonini et Cōmodi Oratione in Senatu recitata, id actū est, vt sine in manū cōuentione matrum*

matrum legitimæ hæreditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis & reliquis adgnatis, Vlpian. tit. 27. regular.

Oratio quæ prohibet apud Consules aut præsides prouinciarum post quinquennium à die manumissionis in ingenuitate proclamare, l. 4. D. si ingenu. esse dicet.

Diui Pertinacis Oratione cautum ne alias tabulæ priores iure factæ irritæ fiant nisi sequentes iure ordinatæ & perfectæ fuerint, §. ex eo autem, Institution. quib. mod. testam. infir.

Imperatoris Seueri Oratione prohibiti sunt tutores & curatores prædia rustica vel suburbana distrahere, quæ Oratio in Senatu recitata est, Tertyll. & Clemente Coss. l. 1. D. de reb. eor. *Orationis diui Seueri beneficium, quo possessiones rusticas sine decreto præsidis pupillorum seu adolescentium distrahi vel obligari prohibitum est*, l. 2. C. de curat. furio. Eáque est diui *Seueri Oratio*, cuius fit mentio, l. 9. C. de præd. minor. quam etiam singulari lib. Paulus interpretatus erat, vt ex aliquot capitum inscriptionibus, & indice Pisano apparet.

Imperator noster Antoninus Augustus ante excessum diui Seueri patris sui Oratione in Senatu habita auctor fuit Senatui censendi, Fuluio Aemiliano & Nummio Albino Consulibus, vt aliquid laxaret ex iuris rigore, l. 32. D. de donat. int. vir. & vxor. Eaque *Oratio de confirmandis donationibus* vocatur ibid.

ORACVLVM Lucius Seneca in præfatione lib. 1. Controuers. *definit voluntatem diuinam, hominis ore denuntiatam.* Cic. Topic. *Oracula enim ex eo ipso appellata sunt, quòd inest his deorum Oratio.* Ac planè *Oraculum ab ore* ductum esse Prisc. lib. notat. Impp. qui sibi diuina omnia adrogant ita sacros affatus suos seu *sacra rescripta* vocant, l. vlt. C. de diuers. rescript. in l. 10. C. de sacr. Eccles. Quo genere loquēdi vtitur Symmachus Epist. 13. & 15. Vetus Glossa. *Sacrum Oraculum est rescriptum quod imperator precibus & supplicationi respondens rescribit, vel ei fieri, vel non fieri deberi quod postulat*, & dicitur quod *orando* inspectum.

ORBATVS *vtrisque luminibus*, l. 1. §. casum, D. de postulando. Lactantius, lib. 2. diuinarū Instit. cap. 8. *Appius Claudius Censor, cum aduersus responsum ad seruos publicos, sacra Herculis transtulisset, luminibus orbatus est.*

ORBIS *terrarum, Si vagari per Orbem terrarum velit*, l. 20. §. vlt. D. de oper. libert. Plinius in Procœmio lib. 3. Terrarū *Orbis vniuersus in tres diuidetur partes, Europam, Asiam, Africam. In omni Orbe terrarum, qui Romano imperio suppositus est*, l. 2. C. de iureiuran. prop. calum.

In Orbe Romano qui sunt, l. 7. D. de statu homi. id est ἅπαντες ἐν κοινῷ οἱ ὑπήκοοι, vt loquitur Iustinian. Nouell. 78. *Si quis in Orbe Romano Eunuchos fecerit*, l. 1. C. de Eunuch. id est, εἴπου ἀπὸ τόπου τῆς ἡμετέρας πολιτείας, vt loquitur Iustinian. Nouell. 142. Quod genus loquendi vsurpat & D. Hieronymus Epist. ad Demetriad. Eutrop. lib. 8. *Orbem terrarum circumiuit & multa ædificauit.*

Cassiod. Epist. 52. lib. 3. *Variis Augusti si quidem temporibus Orbis Romanus agris diuisus censuque descriptus est.* Idem Epist. 8. lib. 10. ad Iustinianum August. *Decet enim vt & iste Orbis inuamine vestro splendeat.*

ORBVS, id est, *liberis Orbus*, vt loquitur Iustinus lib. 26. seu vt ait vetus glossarium est, *qui liberos non habet*, vt apud Vlpian. in inscript. tit. 14. regular. Isidor. lib. 10. *Orbus quòd liberos non habeat, quasi oculis amissis.*

Orbos autem Romæ summa obseruantia coli consueuisse ab his qui eorum testamenta captabant, Ammianus Marcellinus testis erit locuples qui lib. 14. de corruptis Romanorum moribus agens, scribit. hæc, *Nunc verò inanes flatus quorundam, vile esse quidquid extra vrbis pomœrium nascitur æstimant, præter Orbos & cœlibes: nec credi potest qua obsequiorum diuersitate coluntur homines sine liberis Romæ.* Quod iam inde à Ciceronis temporibus inualuisse iudicio est quod ille Paradoxis ait, *Quis nutum senis Orbi locupletis non obseruat?* Atque huic senior in Consolatio. ad Marc. in ciuitate, ait, *nostra plus gratiæ Orbitas confert, quàm eripit.*

ORBITAS, parentis conditio qui liberis caret. *Filia in Orbitate patris relicta*, l. 20. C. de inoffic. test. Curt. lib. 6. *Orbitas quoque mea, quòd sine liberis sum, spernitur*, Cic. 5. de finib. Bonum liberi, *misera Orbitas.* Lactant. lib. 3. diuinar. Institut. cap. 17. *Habenti malos liberos, Orbitas prædicatur.*

ORCINVS *libertus* appellatur qui testamento manumissus est, id est, liber esse iussus, seu qui testamento directam libertatem accepit, quasi testatoris Orco demissi, seu vt Apuleius loquitur, *qui iam in peculio Proserpinæ & in Orci familia numeratur, libertus*, l. 22. D. de pecul. lega. l. 8. D. de hæred. Inst. & l. 2. §. per contrarium, D. de dot. præleg. l. 8. C. de iur. & fac. ig. l. vni. §. sed & si. C. de lat. liber.

Is qui directò liber esse iussus est, Orcinus fit libertus. Is autem cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris sed manumissoris fit libertus, Vlpian. Tit. 2. Regular. *Qui testamento liber esse directò iubetur, ipsius testatoris fit libertus, & Orcinus appellatur*, §. quia autem, Instit. de singul. reb. per fideicommiss. relictis. In glossis Palæmon *Orcinus* definitur *morte manumissus*. Vetus Glossar. Græcum ἀπελεύθεροι τοῦ τεθνεῶτος οὓς χαρονιανοὺς λέγουσιν ἀπελευθέρους.

Inde est, vt Vlpianus ait, *Statu liberum ea conditione esse, vt siue alienetur, siue vsucapiatur, siue manumittatur, non perdat spem Orcini liberti*, l. 2. D. de statu liber. *Obtingente eius conditione vel die in quam statutam & destinatam libertatem habet in libertatem eripitur & tanquam testamento manumissus testatoris libertus efficitur*. Præterea qui ob necem detectam domini præmium libertatis consequitur, fit *Orcinus libertus*, l. 5. D. qui sine manumiss. ad liber. Sed & *qui ex SC. Rubriano ad libertatem peruenit, Orcinus libertus efficitur*, l. 3. D. de legit. tutor. *Quinetiam si is cui seruus legatus est, rogatus manumittere latitet, Orcinus fiet libertus*, l. 49. D. de fideicom liber. *Hoc amplius si minor 25. annis adierit hæreditatem eius qui libertatem fideicommissam debebat, & in integrum sit restitutus, abstinendi causa ex successione seruo libertas perinde competit, atque si ex testamento libertatem consecutus esset, erit igitur libertus Orcinus, non eius qui fideicommissam libertatem debebat*, l. 30. §. idem dicendum, D. de fideicom. libert.

Orcinorum vtique libertorum testator patronus habetur, vt colligitur ex l. 23. D. de pecul. lega. *qui cum iam in rebus humanis esse desierit, idcirco Orcinos nullius esse libertos dicitur*, l. 4. D. de bon. libert.

In qua est, *si necem domini detexerit seruus, prætor statuere solet vt liber sit, & constat eum quasi ex SC. libertatem consecutum, nullius esse libertum, eóque modo concilianda est ea lex, cum dicta* l. 5. D. qui sine manumiss. quæ in speciem pugnare videntur.

Sanè *Orcini liberti* testatoris funus pileati sequebantur: & ad eos pertinent, quæ Halicarnass. lib. 4. scribit.

ORDINARI *causa, iudicium, lis, res* dicitur. *Ordinata liberali causa*, l. 24. D. de liber. cau. *Causa criminis Ordinata*, id est, inscriptionibus depositis & fideiussore de exercenda lite præstito, l. 1. C. ad SC. Turpilian. *Post Ordinatum liberale iudicium*, l. 25. §. 1. D. de liber. cau. *Ordinato iudicio*, apud Festum Pompeium in verbo *contestari*. *Ordinato liberali iudicio*, l. 24. §. 1. D. de liber. cau. Quintilian. declamat. 25. *illa enim sorte duo iudicia Ordinata sunt*.

An lis ordinata sit, l. 24. D. de liber. cau. *Propter litem inofficiosi testamenti Ordinandam*, l. 26. §. vlt. D. de testament. tut. *Litis Ordinandæ gratia*, l. 8. §. 1. D. de inoffic. test. *Lite Ordinata*, l. 12. D. de re iudic. *In lite Ordinanda* Cic. lib. 2. de Oratore.

Litis Ordinator apud Senec. Epist. 109. *Post rem inofficiosi Ordinatam*, l. 8. §. si quis post. D. de inoffic. test.

Si libelli inscriptionum legitimè Ordinati non fuerint, l. 3. §. 1. D. de accusationib. id est, concepti, compositi.

ORDINARE etiam *testamentum*, id est, *facere, condere*. *Cum testamentum iniquè Ordinaret*, l. 5. D. de inoff. testam. *Cum ipsa die qua Titius Ordinaret testamentum in ciuitate*, l. 25. §. vlt. D. de lib. & posth. *Quando testamentum Ordinauit*, l. 2. C. qui testam. fac. poss. Seneca lib. 4. de Benef. cap. 11. *Quid cum in ipso vitæ fine constituti sumus, cum testamentum Ordinamus. Inter cætera quæ ad Ordinanda testamenta necessario desiderantur*, l. 30. D. de liber. & post. *In Ordinandis testamentis*, Instit. de milit. testa. in princip. & §. vlt. Instit. per quas person. & rubr. de testam. ordinan. *Decedens testamento Ordinato*, l. 12. D. de iure patronat. Tertullianus lib. 8. aduersus Marcion. *nemo testamento facto aliquid super-Ordinat.*

Eodem etiam sensu *Ordinare suprema*, vel *suprema* iudicia dicunt, *Titius cum suprema sua Ordinaret*, l. 25. §. 1. D. de lib. & post. l. 39. D. de pignor. actio. *In supremis Ordinandis*, l. 36. §. miles, D. de test. mil. *Qui suprema iudicia sua quoquo modo Ordinassent*, l. 1. D. de bonor. possess. ex testam. mili. Quintilian. lib. 6. cap. 4. Et primipilaris ei testamento suaderet. *Ordinare suprema iudicia*. Idem declamat. 332. *Ita supremas tabulas Ordinauit, vt aduersus me dicere vellet.*

Si suum solemniter Ordinauit iudicium, l. 4. C. qui testam. fac. poss. *In postremis iudiciis Ordinandis*, l. 15. C. de testament. *Per nouissimi iudicij Ordinationem*, l. 2. C. de codicill. *Duos codicillos Ordinasse*, l. 3. C. eodem. *Ordinationis testamenti cogitatio*, l. 25. C. de iure dot. *Ordinare* etiam *testamenta dicuntur, qui ad aliena testamenta scribenda adhibentur*, l. 9. §. 1. D. de pœnis.

ORDINARIVS *Consul* ad differentiam *suffecti*, Lamprid. *in Alexandro. Consules quoscunque vel Ordinarios vel suffectos, creauit, ex Senatus sententia nominauit. Ordinarius consulatus* apud Sueton. in Galba cap. 6. & in Domitia. cap. 2.

Ordinarius iudex, Iustinianus nouell. 112. κελεύομεν γὰρ τοὺς Ὀρδιναρίους, δικαστὰς ἤγουν τοὺς ἐπ-

βάθμους, μὴ μόνον τῶν κυρίων φωνὰς, & cet. Ac planè Constant. Harmeno. lib. 1. cap. 4. Ordinarios Εὐθυδικὰς ῥ. ἔνδαθμον ἀρχὴν appellat. Iustinian. nouella 20. νίκα μόνον τὸ τῆς ἀρχῆς τὸν καλούμενον Ὀρδινάριον εἶχε σχῆμα.

Ordinarius seruus quemadmodum vetus Glossarium interpretatur, est, *qui aliis seruis praest. Si seruus miles Ordinarius vicarios habeat*, l. 17. D. de peculio.

Ordinarius seruus & *vicarius* opponuntur, l. 19. D. eod. tit. l. 5. §. 1. D. de tributor. Theophil. in §. cum autem, Institut. quod cum eo qui in al. pot. *Ordinarium* appellari scribit τὸν πρῶτον οἰκέτην, τὸν δὲ τοῦ οἰκέτου οἰκέτην, vicarium.

Interdum *Ordinarius*, *vulgari & mediastino* opponitur, vt l. 15. §. prætor ait, D. de iniuriis. *Ordinarius dispensator*. Sueton. in Galba cap. 12. *Ad Ordinarios seruos alludens* Seneca Epist. 111. *Vnicuique nostrum ait pædagogum dari Deum, non quidem Ordinarium, sed inferioris notæ ex eorum numero quos* Ouidius *ait de plebe deos.*

Itidem Senec. lib. 3. de Benefic. cap. 28. *Ad hortos alicuius ne Ordinarium quidem habentis officium.*

Ordinarij tabularij, l. 3. C. de tabulariis.

Ordinaria actio, l. 32. §. illud, D. de recept. qui arbitr. *Qui ordinaria actione experitur*, l. 155. §. 1. D. de diuers. reg. *Ordinaria bonorum possessio*, in l. 5. §. si quis contra. D. de legat. præstand. l. 3. §. vlt. D. de tarb. ed. Carbonianæ opponitur quæ extraordinaria est.

Ordinarium dicitur, *quod Ordine fit, quod ex Ordine est*, l. 33. §. public. D. de procuratorib.

Interdum tamen verbum hoc ad merum *Ordinem* refertur. *Ordinarium Prætor arbitratus est prius eos contractus exponere*, & cet. sic deinde & cet. l. 1. D. de pecul. *Ordinarium fuit post ciuiles actiones propositas rationem habere, Prætorem* & cet. l. 1. D. de possessor. hæred. petit. *Fuit enim Ordinarium ante de iudiciis testantium dein sic de successione ab intestato loqui*,

Ordinarium ius est *quod per actiones & interdicta, sine subscriptione in crimen exercetur*, l. 10. D. de Carbon. edict. *Hæreditatem à possessoribus iure Ordinario vindicare*, l. 3. D. expilat. hæredit. *Hæres priusquam iure Ordinario experiatur*, Paul. lib. 3. sentent. tit. 5. *Si fortè iure Ordinario cœperit abeores peti*, l. 15. §. si rerum, D. de re iudic. *Ordinarij iuris est*, & cet. l. 13. C. de rei vindicat.

Extraordinariæ persecutiones, vt puta fideicommissorum, & si quæ aliæ sunt quæ non habent iuris Ordinariam executionem, l. 178. §. actiones, D. de verbor. signific.

Sueton. in Claud. cap. 15. *Negantem cognitionis rem, sed iuris Ordinarij esse agere causam confestim apud se coegit. Nam extra ordinaria erat persecutio ipso magistratu cognoscente. Melius faciet prætor si eum per interdictũ ad ius Ordinariũ remiserit*, l. 1. §. necessario, D. si ventr. nom. mul. Aggenus Vrbicus: *de possessione fit controuersia quoties de totius fundi statu per interdictũ, hoc est iure Ordinario litigatur. Si quis actionem quæ ex maleficiis oritur velit exsequi, siquidem pecuniariter agere velit ad ius Ordinarium remittendus erit nec cogendus erit in crimen subscribere*, l. vlt. D. de priuat. delict. *Fures diurni ad ius Ordinarium remittendi sunt*, l. 2. D. de furib. balneor. *Nocturni enim extra ordinem audiendi sunt*, l. 1. D. eod. tit.

Ordinaria iudicia, Institution. de succession. sublat. quæ fieb. per bon. vendit. vbi Theophil. Ordinaria iudicia interpretatur, quæ ἐκινοῦντο μόνον ἐν χαρτῷ τῷ κοινβέντῳ, *Extraordinaria* verò, quæ ἐν παντὶ χαρτῷ ἐγυμνάζοντο, magis tamen est vt *Ordinaria iudicia* ea accipiantur, quæ certis ac solemnibus formulis exercebantur: *Extraordinaria* verò quæ non obseruato illo solemni ordine exercebantur. *In extraordinariis enim iudiciis conceptio formularum non obseruatur*, l. 49. D. de negot. gest. §. vlt. Institut. de interdict.

Ordinaria planè iudicia in l. 5. in fine. C. de arbitr. accipe ea quæ ab *Ordinariis iudicibus reddũtur* quibus opponuntur ea quæ *apud arbitros compromissarios agitantur.*

ORDO *scripturæ*, l. 24. §. quid ergo, D. de fideicom. liber. l. 6. D. de solutionib. l. 2. §. seruus, D. de vulga. & pupill. & ead. l. §. prius. l. 77. §. fidei, D. de legat. 2. l. 1. D. de solutionib.

In coniunctionibus Ordinem nullum esse, neque quidquam interesse, vtrum eorum primum diceretur aut scriberetur, l. 14. D. de pecul. legat.

Ordo à Iuliano adhibetur vt prius legata præstentur, deinde & cet. l. 6. D. si quis omiss. cau. test. Et mox *is Ordo erit sequendus quem Iulianus ostendit* ead. l. §. 1.

An ordinem illum debeamus facere, ibid. *Ordo dicendarum sententiarum*, l. 2. D. de decurionib. *Ordo perpetui edicti*, l. 2. D. de statu homin. *Ordine edictorum*, l. 72. D. de iudiciis. peracto, l. 75. D. eod. tit. quod explicandum ex l. 64. l. 69. l. 70. D. eodem tit.

Ordo excercendorum publicorum capitalium, l. 8. D. de public. iudiciis. *Ordo interdictorum*, §. vlt. Institut. de interdict.

Manebit ordo executionis, l. 4. §. si ex conuentione. D. de re iudicat. *Vt possit iudicium ordinem accipere*, l. 7. §. vlt. D. de libera. cau. *Prolatam à præside sententiam contra solitum iudiciorum Ordinem*, l. 4. C. de sentent. & interl. *Vt causa agatur secundum Ordinem iuris*, l. 1. C. de libera. cau.

Si ciuile ius & legum Ordinem intuemur, l. 31. D. depositi. Valerius Max. lib. 3. cap. 2. *Quoniam Consul dum iuris Ordinem sequitur, id agit, vt Imperium Rom. coronet.* Lite suo Ordine apud iudicem peragendæ, l. 30. D. de recept. qui arbitr.

Restitutæ possessionis Ordo aut interdicto expeditur aut per actionem, l. 1. §. est igitur, D. vti possidet. *Vt sit Ordo aliquis postulationum*, l. 9. §. obseruare. D. de offic. proconsul. *Siue ex appellatione, siue ex delegatione, siue ex Ordine iudicauerint*, l. 19. C. de appellationib. *Seruato ordine*, l. 1. C. de execut. rei iudic. *Citra Ordinem*, l. 39. D. de administr. & peric. *Habere inter creditores sui temporis Ordinem*, l. 12. §. hæc autem, C. qui potior. in pig. *Hoc Ordine eundum est*, l. 4. D. de vsucapionib. *Parentes liberis suis cum quibus in potestate fuerunt ipsi, Ordine successionis obsistunt, Ex Ordine occurret actio*, l. 1. D. de fideicommiss. hæred. petit.

Ordine, id est *Ordinatim*, vt loquitur Seruius Sulpitius Epist. lib. 4. famil. *Ordine vnusquisque munere legationis fungi cogitur*, l. 4. §. Ordine, D. de legationib. *Qui ordine vocantur*, Ibidem. id est suo loco. *Ordine suo legationem suscipere*, l. 13. D. de legationib.

Quis ordo in possessionibus seruetur, Rubr. quis ordo in poss. D. *Post omnem institutionis Ordinem*, l. 41. §. qui discretas, D. de vulgar. & pupill. *Talis Ordo dabitur*, l. 13. D. ad municipal. *In disponenda quæstione hic Ordo seruatur primum vt constet & cæt.* Paul. lib. 3. sentent. tit. 6. *Ordo rei gestæ*, l. 3. C. de execut. rei iudica. *Eum rei gestæ Ordinem futurum*, l. 3. §. vlt. D. de donat. int. vir. & vxor. *Secundum Ordinem rei gestæ*, l. 27. D. de pact. dotal. *Ordinem inter eos faciendum*, l. 5. D. de adsignan. libert. *Incerto Ordine nascentium*, l. 15. D. de stat. homin. *Nullo circa eum nouo facto, sed Ordine quodam naturali nactus est potestatem*, l. 28. §. 1. D. de liber. & posthum. *Turbato Ordine mortalitatis*, l. 15. D. de inoffic. testam. *Prætor eum Ordinem secutus quem & lex 12. Tabul. secuta est*, l. 1. D. si tab. test. *Ordine fecerunt ædiles*, l. 25. §. vlt. D. de ædilic. edic. *Recte atque Ordine facturos ad quos de ea re in iure aditum erit*, l. 2. D. ad SC. Velleian. *Suo Ordine*, l. 1. §. sed videndum, D. de successor. edic.

Ordo etiam gradum dignitatis significat. Ita *Ordinem inferiorem & superiorem accipe*, l. 4. D. de Senatorib. *Vtriusque Ordinis viri*, l. 1. C. de sentent. pass. & rest. *Vt Ordinum dignitas familiarúmque salua sit*, l. 1. §. quamuis, D. de vent. inspicien. *Ordinem Senatorium & Equestrem ingenuorum*, dicimus. *Massurius Sabinus in Equestri Ordine fuit*, l. 2. §. Massurius. D. de orig. iur. *Cæcus Senatorium Ordinem retinet*, l. 1. §. ait prætor. D. de postulando. *Si quis in Senatorio Ordine agens*, l. 27. D. de ritu nuptiar. *Ordo Senatorius*, l. 36. C. de decurionib. lib. 10. *Motus Ordine Senatorio*, l. 23. D. ad municipal. *Senatum* etiam *amplissimum Ordinem* vocari docui suprà, lib. 1. *Qui ius annulorum impetrauit in Ordinem ingenuorum transit*, l. 44. D. de excusationib.

Mancipiorum quoque Ordo dicitur, *Sufficienter alere & vestire debet secundum Ordinem & dignitatem mancipiorum*, l. 15. §. sufficienter. D. de vsufructu, id est, secundum cõditionem & qualitatem ministerij quod in familia exhibuit.

ORIGO initium cuiusque rei significat, *Origo emendi vendendique à permutationibus cœpit*, l. 1. D. de contrahend. empt. *Origo introducta est à C. Afranio*, l. 1. §. sextum. D. de postulando. *Origo nanciscendæ possessionis*, l. 6. D. de adquir. poss. *Origo petitionis*, l. 11. §. eandem. D. de exceptio. rei iudica.

Cognationis Origo & per solas fœminas contingit, l. 10. §. 1. D. de grad. & adfin. *Labeo ait Originẽ fuisse supellectilis*, & cet. l. 7. D. de supellect. lega. *Bonorum possessio ex iure ciuili Originem non habet*, l. 1. D. vnde cogna. *Abalienationes Originem iuris habent necessariam*, l. 13. D. famil. erciscun. *Quæcunque gerimus cum ex nostro contractu Originem trahunt*, l. 11. D. de obligat. & actionib.

Origo etiam dicitur vnde *quis est*, seu *vnde ortum ducit*, l. 6. D. ad municipal. *Origo patris & matris*, l. 36. C. de decurionib. lib. 10. *Materna Origo*, l. 1. D. ad municipal. *Apud Originem aui*, l. 17. §. in adoptiua. D. eod. *Ciues Origo facit*, l. 7. C. de incol. & vbi quis domicil. lib. 10. *Qui Originẽ ab vrbe Roma habent*, l. 3. D. de munerib. & honor. *Ilienſibus propter coniunctionem Originis Romanæ*, & cet. l. 17. §. 1. D. de excusationib.

Eius qui iustum patrem non habet prima Origo à matre numerari debet, l. 9. D. ad municipal. *Vnde filij tui Originem per conditionem patris ducunt*, l. 1. C. vbi petantur tut. *Libertini Originem patronorũ vel domicilium sequuntur*, l. 6. §. vlt. D. ad municipal. *Si quis à pluribus manumissus sit: omnium patronorum Originem habet*, l. 7. D. eod. *Libertus ex causa fideicommissi manumissus manumissoris Originem sequitur*, l. 17. §. ex causa, D. eod.

Origo etiam significat *initium acquisitionis dominii ve alicuius*, l. 19. C. de donationibus. *Vnae instrumenta prædiorum quæ ad probationem Originis eorum pertinent*, l. 24. C. de fideicommiss. Tertul. lib. de carne Christi, *Originalia instrumenta Christi*, & in lib. aduer. Hermogenem *Originale instrumentum Moysis.*

Originis Ciuitas prouinciáve dicitur ea ex qua quis Oriundus est, l. 7. §. dubitatum est, D. de interdict. & relegat. l. 6. D. ad municipal.

Originarij coloni, l. 7. & 11. C. de agricol. & cens. lib. 11. qui & Originales in l. 4. eod. Tit. sic & *Originaria*, l. 7. C. de municip. & original. lib. 10. Quæ lex ex l. 10. C. Theod. eod. Tit. sumpta est. Truncatis tamen à Triboniano eius verbis quibus de SC. Claudiano mentio fiebat, idcirco quod id SC. à Iustiniano sublatum esset.

ORIRI, id est nasci. *Aquam quæ in alieno loco Oritur*, l. 8. C. de seruitut. & aqu. *Si publico Oriens vel ex loco sacro per fundum vicini aqua descendat*, l. 1. §. item sciendum, D. de aqua & aqu. pluu.

Non modò autem *res animales* sed & *incorporales* quoque, *veluti iura & actiones Oriri* dicuntur. *Sic actiones ex delicto Oriri dicuntur*, id est, *proficisci*, seu *descendere*, l. 9. §. vlt. D. de reb. auctor. iud. poss. *Ex malè contractu & delicto Oritur actio rer. amotar.* l. 52. D. de re iudic. *Actiones quæ ex delictis Oriuntur*, l. 1. §. vlt. D. de priuat. delict. *Actio quæ ex maleficijs Oritur*, l. vlt. D. de priuat. delict. *Exceptionem quæ ex delicto personæ Oriatur*, l. 4. §. de auctoris. D. de doli mali & met.

Si qua vitia ex ipsa re Oriantur, l. 15. §. 1. D. locati.

Oriri etiam dicuntur quæ repentè accidunt. *Si nullo incendio id feceris, deinde postea incendium Ortum fuerit*, l. 7. §. est & alia, D. quod vi aut clam. *Tempestate Orta*, l. 13. §. si magister, D. locati.

Cum multa Oriri possint quæ pro bono sint æstimanda, l. 13. §. vlt. D. de annu. legat. id est emergere.

ORIVNDVS quis dicitur vnde originem trahit. *Patriam ex qua Oriundus est*, l. 6. D. ad municipal. *Oriundus ex prouincia*, l. 30. D. de excusationib. *Oriundi ex prouincia*, l. 190. D. de verbor. significat. Ibid. *Vnde Oriundi sunt*, l. 11. D. de Senatorib.

ORIENS modò pro parte *orbis cui proprius præfectus prætorio adtributus erat*: modò *pro diœcesi* quæ prouincias quindecim continebat: *Palæstinam* nimirum, *Phœnicem*, *Syriam*, *Cyprum*, *Ciciliam*, *Palæstinam*, *secundam Palæstinam salutarem*, *Phœnicem Libani*, *Euphratensem*, *Syriam salutarem*, *Osrœnam*, *Mesopotamiam*, *Ciciliam secundam*, *Isauriam*, *Arabiam*. Quamquam Guillel. Tyrius *Orientem*, ex veterum auctoritate *Antiochiam diœcesim appellare* se scribat lib. 3. de bello sacro cap. 18. Supradictæ autem omnes prouinciæ sub dispositione viri spectabilis Comitis Orientis erant, vt ex notitia patet. Cuius Comitis curæ *Seleucena classis* vulgo legitur in l. vni. de Classicis lib. 11. Cod. Quo in loco mendum esse me scripti Codicis Iustinianæi lib. & impressus Theodosij Codex docuêre: in quibus longè rectius scriptum est, *ad auxilium purgandi Orontis.*

Est autem Orontes, Syriæ amnis qui inter Libanum & Antilibanum iuxta Heliopolin nascitur teste Plin. lib. 2. cap. 103. & lib. 5. cap. 21. & 22. de quo flumine Strabo scribit hæc καὶ καθάπερ Ὀρόντης ἐν τῇ Συρίᾳ, καταδὺς εἰς τὸ μεταξὺ χάσμα Ἀπαμείας καὶ Ἀντιοχείας, ὃ καλοῦσι Κάρυδιν, ἀνατέλλει πάλιν ἐν μ ςαδίοις. τὰ δὲ ὠδαπλήσια καὶ ὁ Τίγρις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, καὶ ὁ Νεῖλος ἐν τῇ Λιβύῃ μικρὸν ὑπὲρ τῶν πηγῶν τὸ δὲ πεὶ Στύμφαλον ὕδωρ ὑπὸ ς αδίους ὑπὸ γῆν ἐνεχθὲν ἐν τῇ Ἀργείᾳ Idem rursus lib. 16. Geograph. Ρεῖ δὲ τῆς πόλεως πλησίον Ὀρόντης ποταμὸς, ὅτος δὲ ἐκ τῆς κοίλης Συρίας τὰς ἀρχὰς ἔχων, εἶτ' ὑπὸ γῆν ἐνεχθεὶς, ἀναδίδωσι πάλιν τὸ ῥεῦμα, καὶ ἀφ' ὧν Ἀπαμέων εἰς τὴν Ἀντόχειαν ὑπερελθὼν, πλησιάσας τῇ πόλει, ὑπὲρ τὴν θάλατταν καταφέρεται τὴν κατὰ Σελεύκειαν. τὸ δὲ ὄνομα τὸ γεφυράσαντος αὐτὴν Ὀρόντου μετέλαβε, καλούμενος ὑπέρτερον Τυφών, appellatur à Statio Papinio lib. 4. Sylicar. Guillielm. Tyrius, lib. 4. de bello sac. cap. 8. *Fluuius* (ait) *qui Orontes appellatur, verbo vulgari Fer dictus qui iuxta Arteſiam secus Antiochiam defluens inde in mare descendit.* Meminit huius fluuij idem auctor, lib. 4. cap. 10. & 12. quæ cum recta sit huius amnis appellatio magna insciticia & in ipso nomine, & in nominis notatione erratum quandoque legimus. Magna in hoc verbo Hegesippi insciticia arguitur, qui *Orientem* fluuium hunc appellari adseuerare non dubitat: sic enim ille lib. 3. cap. 5. de Antiochia loquens: *Fluuius*, ait, *eam medius intersecat qui à solis ortu oriens non longè ab vrbe in mare conditur, quem de originis suæ tractu Orientem veteres appellauere vt vulgo putetur nomen locis dedisse, cum inde acceperit. Cuius fluentis ipso impetu frigidioribus & Zephyris assiduo per ea locorum spirantibus tota ciuitas momentis propè omnibus refrigera-*

tur, vt Orientis in partibus Orientem abscondit. Intus dulces aquæ, foris finitimum nemus intextum cupressis crebris fontes aquis vberes, Daphnen vocant, quòd nunquam deponat viriditatem: frequens & lætior populus, vt pleraque Orientis facetiórque propè omnibus, sed propitior lasciuiæ.

ORNARE.

Quæ Ornandi corporis causa parantur, l. 25. §. ornamenta, D. de auro argen. *Ornare capillos* dixit Ouid. Eleg. 14. lib. 1. Amor. & *caput exornare*, Eleg. 7. lib. 2. Amor. vnde ei *Ornatricum* nomen descendit.

Voluptuariæ impensæ speciem duntaxat Ornant, l. 79. D. de verbor. signifi. *Ornandi municipij causa positæ statuæ*, l. 29. D. de reb. auct. iud. *Si qua sepulchri Ornandi causa composita sint*, l. 11. §. si quis de monumento, D. quod vi aut clam.

Ornata iumenta in l. 38. D. de ædilic. edic. *Instrata, & frenis, ephippiisque instructa.* vt Ornati asini apud Catonem de re rust. *Ad Ornatum ciuitatis pertinet, quod ad instruendum forum, theatrum, stadium legatum fuerit*, l. 122. D. de legat. 1.

Colores, picturas, marmora, sigilla, & si quid ad domus Ornatum, l. 3. §. sed si ædium, D. de vsufructu. *Imagines quæ in aliquo Ornatu villæ fuerunt*, l. 12. §. Neratius, D. de instruct. vel instrumen.

ORNAMENTA *muliebria sunt, quibus mulier Ornatur: veluti inaures, armillæ, viriolæ, anuli præter signatorios, & omnia quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis Ornandi causa, quo ex numero etiam hæc sunt, aurum, gemmæ, lapilli, qui aliam in se nullam vtilitatem habent*, l. 25. §. Ornamenta, D. de auro & argent. lega.

Ornamenti appellatione signatorius annulus non continetur, l. 74. D. de verbor. signific. *Ornamentorum appellatione vestis muliebris non continetur*, l. 37. D. de aur. argen.

Ornamenta à mundo muliebri separentur, l. 8. l. 13. & l. 30. D. de aur. & argen. & l. 100. §. vxori, D. de legat. 3. Differentiam vtriusque exponit Vlpian. l. 25. §. Ornamenta, D. de auro, argen. Tertullianus quem separat, ponit quoque in libro de habitu muliebri, *Habitus fœminæ, duplicem speciem circumfert, cultum & Ornatum. Cultum dicimus, quem Mundum muliebrem vocant. Ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro & argento, gemmis & vestibus deputatur: Iste in cura capillorum & cutis & earum partium corporis quæ oculos trahunt. Ornamentum mamillarum ex cylindris triginta quatuor, & tympanis margaritis triginta quatuor*, l. 32. §. vlt. D. de auro argen. *Seiam vniones & hyacinthos quosdam in aliam speciem Ornamenti, quod postea pretiosius fecit additis aliis gemmis & margaritis conuertisse*, l. 6. §. 1. D. de auro, argen. *Ornamenta pignori data*, l. 63. D. de fideiussorib.

Quod in loco sacro Ornamenti causa fit, & contra *quod deformitatis vel incommodi, opponuntur*, l. 1. D. ne quid in lo. sac.

ORNATRICES vocabantur *Ancillæ, quæ matronis comendis deseruiebant, eisque ministerium in capillis disponendis, digerendis, crispandis, ac torquendis exhibebant*, l. 65. §. Ornatricibus, D. de legat. 3. Ornatricis autem obsequium officiúmve, Ouid. lib. 2. Amor. Eleg. 7. ita describit.

Ecce tuum solers caput exornare Cypassis.
& mox, *Adde quod ornandis operosa est illa capillis.*
Et tibi perdoctas grata ministra manus,
Rursúsq;, Eleg. 8. *Ponendis in mille modos perfecta capillis.*
Comere sed solas digna Cypassi deas.

Præter hanc Cypassidem aliam quoque *Ornatricem*, Napen memorat idem Ouid. lib. 1. Amor. Eleg. 11. his versibus:

Colligere incertos & in ordine ponere crines
Docta, neque ancillas inter habenda Nape.

Idem lib. 1. Amor. Eleg. 14. de capillis amicæ suæ agens:

Non acus abrupit non vallum pectinis illos,
Ornatrix tuto corpore semper erat.
& mox: *Ante meos oculos sæpè est ornata.*

Sueton. in Claudi. cap. 40. *Inducta teste in senatu, Hæc (inquit) matris meæ liberta & Ornatrix fuit.* Macrob. lib. 2. Saturnalior. cap. 5. *Eadem Iulia maturè habere cœperat canos quos legere secreto solebat. Subitus interuentus patris aliquando oppressit Ornatrices.*

Extat in lapide quodam Ro. inscriptio huiusmodi *Cineribus Camillæ Alpionillæ Quiritæ Ornatrici festus, M. Septimi Gallis dispensat.* Ad has Ornatrices pertinent hæc Clementis Alexandr. lib. 3. pædag. cap. 4. verba: Κομμῶται δὲ καὶ κομμώτριαι περὶ τὰς γυναῖκας ἀμφιπολεύ-

σιν

σὺν αἱ μὲν, τὰ κάτοπτρα, αἱ δὲ τὰς κεκρυφάλους, ἄλλαι τὰς κτένας.

ORPHANOTROPHI sunt hi, *qui præponuntur Orphanis nutriendis tanquam tutores seu curatores minorum secundum Imperatorem* in l. 30. & l. 34. C. de episcop. & cler. Vetus Glossarium. *Orphanotrophus est Orphanorum & pupillorum tutor, & adolescentium curator, qui eos parentibus & facultatibus destitutos suscipit educandos.* Orphanotrophium, l. 16. §. si quis verò, & l. penult. in princip. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 34. C. de Episcop. & cleric. & significat locum in quo filij orbi & parentibus Orbati aluntur.

ORPHITIANVM SC. *Orphito & Ruffo Conss. factum Diui Marci temporibus*, vt testis est Iustinianus Institut. de SC. Orphitian. cuius SC. *auctorem fuisse Diuum Marcum oratione in Senatu recitata*, indicat Caius, l. 9. D. ad SC. Tertyll. *Sacratissimi Imperatoris nostri oratione cauetur vt matris intestatæ hæreditas ad liberos tametsi in aliena potestate erunt, pertineat.* Vlpianus verò tit. 27. Regula. *Diuo Marco socium adhibet Commodum filium, ait enim Imperatorum Antonini & Commodi oratione in Senatu recitata, id actum est, vt siue in manu conuentione, matrum legitimæ hæreditates ad filios pertineant exclusis consanguineis & reliquis agnatis. Hoc autem SC. effectum vt liberi ad bona matrum intestatarum admitterentur*, ait Iustinianus, Institutio. de SC. Orphit. vt apparet ex toto titu. C. ad SC. Orphit.

Siue ingenua siue libertina mater est, admitti possunt liberi ad hæreditatem eius ex SC. Orphitia. l. 1. D. ad SC. Tertyll. *Qui ex Orphitiano ad legitimam hæreditatem admittantur*, l. 2. §. vlt. D. vnde legati. *Si legitima hæreditas filio delata sit ex SC. Orphitiano.* l. 6. D. de adquir. vel omitt.

Vtero quoque exsecto editum matris suæ bonorum possessionem SC. Orphitiani beneficio ex capite Vnde legitimi accipere posse, ait Vlpianus, l. 1. §. si qua prægnans. D. vnde cognati.

Aliud SC. *Orphitiani* caput, prodit Paulus, lib. 4. Sentent. tit. 14. his verbis: *Cum obsonatorem, vel qui ex ancilla illa nascitur liberum esse volo ex Orphitiano SC. perinde libertas competit, ac si nominatim data sit.*

ORTHODOXVS, ait Isidorus lib. 8. Origin. cap. vlt. *est rectè credens & vt credit rectè viuens.* ὀρθῶς enim Græcè rectè dicitur, δόξα gloria: *hoc est vir rectæ gloriæ, quo nomine non potest vocari qui aliter viuit quàm credit.*

Orthodoxa Ecclesia, l. 14. C. de sacrosanct. Eccles. *Religio*, l. 12. & l. 15. C. eod tit.

OS *alicui percussum*, l. 7. §. vlt. D. de iniuriis. *Os alicui olere ex illuuio Oris accidere solet*, l. 12. §. vlt. D. de ædilic. edict.

Nec in homines modo sed & in bruta animalia vox hæc cadit. ex eo quod Auibus ex Ore cecidisset, l. 40. §. fundi, D. de contrahen. empt.

OSPRATVRA *apud Alexandrinos patrimonij munus existimatur*, l. vlt. §. patrimoniorum. D. de muner. & honor. *Ospraturam* autem quidam non malè *minutarum frugum, & leguminum coemptionem* interpretatur.

OSSA *hominis condita*, l. 2. §. prætor ait, D. de religios. *Ossa quæ ab alio illata sunt*, l. 8. D. eod. tit.

OSSVARIA *pro loculo in quo hominis Ossa condita sunt*, l. 2. D. de sepulch. viol.

Οὐσίας χάριν apud Modestinum in l. 2. D. qui pet. tutor. id est, *defunctoriè*, vt loquitur l. 2. §. an solum, D. ad SC. Tertyllian. quod vulgo dicimus *par maniere d'acquit.* At apud Dionem lib. 37. Οὐσίας ἕνεκα est *seruandæ consuetudinis causa*, vt loquitur Agelli. lib. 4. cap. 18. *seu veteris moris vsurpandi gratia.*

OSRHOENA *prouincia Orientis* cuius fit mentio lib. 10. C. de ædific. priuat. & in l. 5. C. de cohortalib. lib. 12. & in l. 8. C. de fund. patrimonial. lib. 11. Quibus omnibus in locis huius verbi scriptura mendo non caret: regebatur verò per ducem, vt ex notitia Imperij Romani patet.

OSTENDERE, *monstrare, demonstrare, & declarare est. Hac demonstratione, meum, præsens non futurum tempus Ostendit*, l. 7. D. de auro argen. *Ordo quem Iulianus Ostendit*, l. 6. §. 1. D. si quis omiss. cau. test. id est monstrat, vt ibid. *Multa exempla Ostendunt*, l. 29. D. de Nouationibus. *Verba Ostendunt*, l. 3. §. 1. D. de Sepul. viol. *Cuius species, vel quantitas, aut nomine suo aut ea demonstratione quæ nominis vice fungitur, qualis quantáque sit Ostenditur*, l. 6. D. de reb. cred. *Nihil referre proprio nomine res appelletur an digito Ostendatur*, ibid.

Ostendi ait Vlpian. l. 3. §. vlt. D. de tributor. Aliàs *Ostendimus*, l. 4. §. vlt. D. de hæred. instituen. *Cum Ostendimus*, l. 4. D. de fideiuss. tutor. *Constitutionibus quibus Ostenditur*, l. 33. D. de obligat. & action.

Ostendere etiã est *docere & probare*, l. 3. §. 1. D. ad exhibend. l. 2. §. 1. D. de dol. ma. excep. l. 34. §. Gaius, D. de legat. 2 l. 16. §. vlt. D. de manum. vind. l. 24. §. vlt. D. de fideicom. libert.

Si legatarius oſtenderit, l. 40. D. de man. teſt. *Sic euidentibus, euidentiſsimis, legitimis, manifeſtis probationibus Oſtendere Iuriſconſulti dicunt.*

Si apud præſidem prouinciæ euidentibus probationibus Oſtenderitis, l. 6. C. ſolu. matrim. *Euidentiſsimis probationibus Oſtendere*, l. 25. §. vlt. D. de probation. *Niſi ſi euidentiſsimis probationibus poſsit oſtendere*, l. 45. D. de hæred. petit. *Niſi fortè euidentiſsimis probationibus mulier Oſtenderit*, l. 6. D. de condict. cau. da. *Si euidentiſsimis probationibus Oſtendatur*, l. 34. §. diuus. D. de legat. 1. *Vt hoc ita ſubſecutum eſſe legitimis probationibus Oſtendatur*, l. 40. D. de teſtam. milit. *In eam quantitatem quam manifeſtis probationibus creditor ſibi adhuc deberi Oſtenderit*, l. 24. D. de probationibus.

Perſonæ per quas veritatem poſsit Oſtendere, l. 6. §. ſi quis autem. C. de appellationib. *Niſi ſi quam maiorem vtilitatem ſuam aduerſarius Oſtendat*, l. 1. §. vlt. D. de riuis. *Vt in his argumentis quæ relata eſſent Oſtenditur*, l. 95. D. de legat. 3.

Niſi oſtendatur teſtatorem reſpexiſſe, l. 18. D. de annuis legat. *Apud quos crimen contractum Oſtenditur*, l. vlt. D. de accuſationib.

OSTENTVM, Labeo definit *omne contra naturam cuiuſque rei genitum factúmque*, l. 38. D. de verbor. ſignific. Ibidémque *duo eſſe genera Oſtentorum* Vlpian. tradit.

Origo huius vocis à Cicero. in lib. 2. de Natur. deor. his verbis demonſtratur. *Prædictiones verò & præſenſiones rerum futurarum, quid aliud declarant niſi hominibus ea, quæ ſint oſtendi, monſtrari, portendi, prædici? Ex quo illa Oſtenta, monſtra, portenta, prodigia, dicuntur.* Feſtus lib. 3. *Oſtentum quo nunc vtimur prodigij vice.*

Oſtentum autem ab oſtendendo dictum eſt Peſt. lib. 11. in dictione monſtrum, ſcribit.

Nonius Marcellus, Monſtra & Oſtenta ſimiliter intelliguntur, quòd imminentia monſtrent & oſtendant. Porrò quid inter Monſtrum, Oſtentum, Portentum, & Prodigium interſit, vide Feſt. lib. 14. in verbo Portentum, Nonium Marcellum in verbo Monſtra, & Iſidor. lib. 2. differentiar.

OSTIVM.

Si oſtium auellat vel effringat, l. 11. §. ſi quis de. D. quod vi aut clam.

Habitator in aliena ædificia Oſtia impoſuit, l. 59. D. de rei vindic. Scholiaſtes Ariſtophan. in Plutum, τὰς θύρας linguæ Latinæ Oſtia dici tradit διὰ τὸ ἔξωθεν τῶν ἐπερχομένων.

In Oſtio fluminis, l. 13. §. 1. D. locati.

OTIOSA *pecunia*, quæ & aliàs *vacua, ea dicitur quæ non occupatur, id eſt non exercetur neque in nomina vel in emptionem prædiorum collocatur*, l. 13. §. vlt. D. de vſur. l. 3. §. vſuræ, D. de contra. tut. id eſt, *ſterilis*, vt loquitur Plinius lib. 10. Epiſtolar. ad Traianum. *Pecuniæ publicæ & exactæ ſunt & exiguntur quæ vereor, ne Otioſæ iaceant. nam & prædiorum comparandorum aut nulla aut rariſsima occaſio eſt, nec inueniuntur qui velint debere Reipubl.* Quintil. declamat. 345. *Pecuniam dedi & ex Otioſa iacente patrimonij parte aliquid numeraui.*

Eodémque ſenſu & Græci ἀργὰ χρήματα vſurpant. Demoſthen. contra Aphob. δεῖ δὲ καὶ καθ' ἕκαστον ὑμᾶς ἀκοῦσαι τὰ τε ἔναργα αὐτῶν καὶ ὅσα εἰ ἀργα.

Ex contrario verò Occupari dicitur *pecunia quæ exercetur, nominibus collocatur*, Pomponius Pictoribus, *vi à Nonio accepi, quæ tuleram mecum decem millia victoriata Græca mercede illico curat vt Occuparem.* Cicer. pro Flacco, *pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore fiduciam tamen accita Occupauiſti* & paulò poſt. *At tum quidem Tralliani cum ipſi graui fœnore iſtam pecuniam multos annos Occupauiſſent.* Idem Actio. 2. in Verrem. *Præterea pecunias Occupauerat, apud populum Syngraphas fecerat.* Columel. lib. 11. de re Ruſtica cap. 1. *Pecuniam domini neque in pecore neque in aliis rebus promercalibus Occupet.* Auſon. in Præfatione Gryphi, *Atque vt auidus fœnerator improbum nummum Occupare malui, quàm condere.* Sic Columella lib. 1. de re Ruſtica cap. 8. & lib. 11. cap. 1. *Pecuniam in pecore & aliis rebus promercalibus Occupare dixit.* Plautus Epidico. *Occupatum tibi erit argentum.* Donatus etiam hoc verbum *ad debitorem qui fœnori accipit refert.* ſic enim in Phormio. ſentit. Dicitur etiam *vſuram facere quum minore fœnore acceptam, maiore Occupat.*

OVASIS eſt quoddam genus quaſi in Inſulam relegationis in prouincia Ægypto, in Ouaſim relegare, l. 7. §. eſt quoddã. D. de interdi. & relegat. Stephanus de vrbibus, Ὄασις πόλις Αἰγύπτου, ταύτην δὲ καὶ Οασιν καλοῦσιν εἰκοῦαν παραλειᾳ. κατάσκλος γάρ ἐστιν ἀνύδρῳ γῇ καὶ ἐρήμῳ τοῖς οἰκήσασ ἔχουσα. τὰ τοιαῦτα Αυάσεις Αἰγυπτιοὶ φασιν. Ac planè Strabo lib. 2. & libro 17. quaſdam οἰκήσεις περιεχομένας ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ, ab Ægyptiis Auáſeis vocari tradit. Zozimus libro 5. Hiſtoriar. Τιμάσιος δὲ τῇ Οάσεως οἰκήσει προσδοθεὶς ἀπελαύνετο φυλακῆς αὐτὸν δημοσίας προσπεμπούσης, τόπος δ' ἦν οὗτος πικρότατος, καὶ οὐδενὶ τῶν αὐτῷ προσδιδομένων ἀναχωρεῖν ἐνδιδούς. ἔστι γὰρ ἐν μέσῳ γῇ ψαμμώδης ὅσα καὶ παντα πασιν ἔρημος, καὶ ἀοίκητος ἀφαιρεῖται τῆς γνώσεως τοὺς ἐπὶ τὴν Οάσιν ἀπιόντας τῶν

τῶν ἀνέμων τοῖς ἰσχυροῖς τὴν ψάμμον ἐπιφερόντων καὶ τῷ μήτε φοτὸν, μήτε οἴκησιν εἶναι, γνώρισμα εἰς ἐκεῖσε τι καταλιπεῖν τοῖς ὁδοιπορῆσι δυνάμενα. Ptolomæus lib. 4. Geograh. duplices ἐν τοῖς Οὐαυίταις conſtituit Oaſin, magnam & paruam Gregorius Nazianzenus in Oratio. in Hero. philoſoph. quam Hieronym. in Catalogo in Maximum ſcriptam dicit, Ὄασις σοι τὸ φυγαδευτήριον, ἢ ἀπάνθρωπος ἐρημία. huius loci meminit Ioſeph. lib. 2. contra Appia. & βαθύτατον τῆς Αἰγύπτου vocat. Zonaras tomo 3. Annal. in Theodoſi de Neſtorio, Καὶ ἀπηνέχθη ὁ δείλαιος εἰς Οὐασιν, χώραν οὖσαν τῆς Ἀραβίας λυπρὰν, καὶ ὑπ' ἀνέμων καταπνεομένην φθοροποιῶν. Quod & Nicephorus lib. 14. cap. 35. & 36. confirmat. atque adeo Neſtorius ipſe in et eo loci ſe imperatoris iuſſu relegatum profitetur Epiſtola quæ ab Euagrio lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 7. refertur in verba hęc. Οὔασιν τῷ Ἴβιν, θεσπίσματος βασιλικῆς κατοικῆσαι. Hinc *Oaſena deportatio* in l. 1. de Nili aggerib. in Cod. Theodoſi.

OVIBVS *legatis agni non continentur*, l. 65. §. vlt. D. de legat. 3. *Ouibus legatis neque agnos neque arietes contineri quidam rectè exiſtimant. Ouium verò grege legato & arietes & agnos deberi nemo dubitat*, l. 81. §. vlt. D. de legat. 3. *Ouibus legatis agni non continentur niſi annuales ſint. Grege autem Ouium legato, arietes etiam continentur.* Paul. lib. 3. ſentent. tit. 7.

Oues quæ ſtercorandi fundi cauſa parantur, l. 60. §. vlt. D. de legat. 3. *Si cum mille Oues fundus ſuſtinere potuiſſet, duo millia Ouium in eo fundo fuerint*, l. 25. D. de inſtruct. vel inſtr.

OVILIONES paſtores, l. 25. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtr. *Ouilia*, Ibidem.

FINIS.

DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE. LIBER XIIII.

PABVLVM. l. 99. §. collegio. D. de legat. 3. *Si aliqua parte anni Pabulum pecoribus conducetur*, l. 12. §. si aliqua parte. D. de instruct. vel instr.

PABVLA, in l. 9. C. de iure fisc. lib. 10. & l. 60. de cursu pub. in C. 12. *Pabula iumentorum* apud Ammianum Marcellinum lib. 2. id est cibaria iumentorum, vt loquitur l. 3. §. sed quod. D. de pen. lega. & l. 31. §. vlt. D. de donat. int. vir. *Alimenta pecoribus vocat*, l. 2. C. de iur. publ. lib. 12. Παχυμερέστερον, l. 7. D. de pecul. & apud Agell. lib. 14. cap. 1. id est pinguius, vt loquitur lex 14. D. de except. rei iudica. & l. 49. D. de re iudic.

PACISCI & transigere differunt, l. 18. C. de transactionib. & apud Paul. lib. 1. Senten. tit. 1. *Nam qui transigit, quasi de re dubia, & lite incerta neque finita transigit, qui verò paciscitur, donationis causa rem certam & indubitatam liberaliter remittit*, l. 1. D. de transactionib. *In edicto Prætoris de infamibus, qui furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo suo nomine* Pactus erit, *infamia notatur*, l. 1. D. de his qui notant. infam. *Pactus sit accipimus, si pretio quantocunque* Pactus est, *cæterum si precibus impetrauit ne secum ageretur, non erit notatus*, l. 6. §. notatus. D. eod. tit. Et ita verbum *Pactos* accipe, l. 4. D. de iure fisci, & l. 18. C. ex quib. cau. infa. *Paciscì de crimine*, l. 10. C. ad. l. Iul. de adulter. l. 18. C. de transactionib. *Si cui de lite Pactus est*, l. 1. §. si cui. D. de extraord. cognit. *Si seruus cum domino de libertate Pactus fuerit*, l. 8. §. id consequenter. D. de pecul. lega. *Seruus pecuniam ob libertatem Pactus erat*, l. 6. D. de manumissionib. *Quotiens inter se duces belli quædam Paciscuntur*, l. 5. D. de pactis. Tacit. lib. 5. *Tum Senatus*, ait, *habitus, Tribunisque militum negotium datum vt paciscerentur.* Verbum autem hoc *Paciscor*, quemadmodum Seruius in 8. Æneid. tradit, geminum habet præteritum, facit enim *& Pepigi, & Pactus sum, sicut Placeo, & Placui & Placitus sum, Pago quippe*, ait ille, *vnde multi volunt venire Pepigi, nusquam lectum est.* Imò verò quod bona tua pace ac venia dictum sit Serui, verbum hoc in 12. Tabulis inueniri, testis est Quintilianus, cuius verba, vt cœptas Grammaticorum partes agamus, subiecì, sic autem ille lib. 1. cap. 10. *Memoria repeto conuictos à me qui reprehenderant quòd hoc verbo vsus essem Pepigi. Nam id quidem dixisse, summos auctores confitebantur, rationem tamen negabant permittere, quia prima positio Paciscor, quum haberet naturam patiendi, faceret tempore præterito Pactus sum. Nos præter auctoritatem oratorum atque historicorum, analogia quoque hoc dictum tuebamur. Nam quum in 12. Tabulis legeremus, Ni ita pagunt, inueniebamus simile huic cadunt: Inde prima positio, etiamsi vetustate exoleuerat, apparebat Pago, vt cado: vnde non erat dubium sic Pepigi nos dicere vt cecidi.* A decemuiris quoque vsurpatum hoc verbum Terent. Maurus docet lib. de Orthographia. Item 12. *Tabulæ, vbi est ni Pagunt per hanc formam, quod malè quidam per enuntiant, est enim præpositum eius Pepigi à Pango, vt tango tetigi, non paxi, vt à dico dixi. Si Pepigerim vt decem petam*, l. 27. §. si cum decem. D. de pactis. *Si cum dotem daret pater vel extraneus pro muliere in vnum casum Pepigit*, l. 22. D. solu. matrim. *filia cum pro eo dotem promitteret, Pepigit, vt &c.* l. 26. §. filia. D. de pact. dot. *Si quis cum debitore suo Pepigerit*, l. 39. D. de iureiur. *Si hoc Pepigisset patronus, vt nisi obsequium*, & cet. l. 1. D. de bon. liber. *Si quid ipsi sine dolo malo inter se Pepigerunt*, l. 3. D. comm. diuid. *De rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi Pignori futuras, Pepigisset interdictū.* Institut. de interdict.

PACTVM *à pactione dicitur.* l. 1. D. de pactis. Cicer. lib. 2. de Inuentio. *Pactum est quod inter*

ter aliquos conuenit, quod ita iustum putatur, vt iuri præstare dicatur. Idem lib. 2. ad Herenn. *Pacta sunt quæ legibus obseruanda sunt. &c.* Sunt item Pacta, quæ sine legibus obseruantur ex conuentu: quæ iuri præstare dicuntur. Item in Partit. *Scriptorum Priuatum aliud est*, ait, *Publicum aliud. Publicum Lex, Senatusconsultum, fœdus. Priuatum, tabulæ, pactum conuentum, stipulatio.* Vide Harmenopulum. *Pactorum quædam in rem sunt: quædam in Personam*, l. 7. §. Pactorum, D. de Pactis. *In rem vel in personam conceptum Pactum*, l. 57. §. 1. D. de pact. *Si in rem Pactum conuentum factum sit*, l. 27. §. vlt. D. de pact. *Pactum conuentum cum venditore factum*, l. 5. D. de pact. *Si in rem constituatur, & contra, si in personã conceptum est*, l. 17. §. Pactum, D. de pactis. Pactum autẽ conuentũ ferè semper iunctim absq; copula dicitur, l. 27. §. pactus. & §. in summa. & §. item, si D. de pactis. & l. 12. D. de transa. l. 19. D. de pact. dotal. Cicero lib. 2. de Orato. *Pacta conuenta, stipulationes. Pacti cõuenti exceptio*, l. 30. §. 1. D. de pactis. *In Pacto conuento societatis pro scripserunt*, l. 71. D. pro socio. *Insula quã tibi ex Pacto conuento licuit vendere*, l. vlt. D. de pignorib. *Venditioni inseruit Pactum conuentum*, l. vlt. D. de seru. export. *Vxor cum viro Pactum conuentum fecerat*, l. vlt. D. de pact. dotal. *Inter virum & vxorem Pactum conuentum ante nuptias factum*, l. 17. D. de pact. dot. *Pacta conuenta, quæ neque dolo malo neque aduersus leges, plebiscita S. Consulta, Edicta decreta principũ: neque quò fraus cui eorũ fiat, facta erũt seruabo*, l. 7. §. ait prætor. D. de pactis. *Pacta conuenta quæ postea facta detrahunt aliquid emptioni*, l. 72. D. de cõtra. empt. cõtra iuris Ciuilis regulis. *Pacta conuenta rata non habentur*, l. 28. D. de pactis. Interdum tamen copula inter hæc verba interponitur, vt apud Paul. lib. 1. Sentent. tit. 1. cuius inscriptio est de pactis & conuentis. Cicero, pro Cæcinna, *Aut Pacti & conuenti formula.* Idem Epist. 3. lib. 6. ad Attic. *Pontin enim ex Pacto & conuento, nam ea lege exierat, iam à me discesserat.* Seneca lib. 3. de Benefic. cap. 15. *nec Pacta conuentáque impressis signis custodirentur. Si Pactum de pecunia non petenda factum est*, l. 11. §. 1. D. de pignor. act. *Si de lite Pacto transactum est*, l. 27. D. de inoffic. test.

PACTIO est *duorum pluriúmve in idem placitum consensus*, l. 1. D. de pactis. *Quo nomine Pactum à Pollicitatione differt, quæ solius offerentis promissionem habet*, l. 3. D. de pollicitatio. & ita *Pactio* pro quolibet pacto & cõuentione accipitur, l. 7. §. si paciscar. §. vlt. l. 28. §. si verò, & l. 30. & l. 50. D. de pactis. *Pactio dotis*, l. 48. §. vlt. D. de minorib. *Pactio libertatis*, l. 2. §. etsi, l. 9. D. pro empto. id est, *Pactio pro libertate*, vt l. 7. §. seruus. D. de dolo. *Cum seruus pecuniam pro libertate Pactus est*, l. 104. D. de verbor. obligatio. *de libertate Pactus est vt*, &c. l. 6. D. de peculio lega. *De vendendo pignore in rem Pactio concipienda est, vt omnes contineantur*, l. 8. §. de vendendo. D. de pignerat. actio. *Qui ad litem instruendam obligationem, Pactionem fecerunt*, l. 20. D. de l. Cornel. de fal. Cicero Epist. vlt. lib. 4. ad Attic. *Memmius candidatus Pactionem in Senatu recitauit quam ipse suus competitor Domitius cum Conss. fecisset.* Et mox, *hæc Pactio non verbis, sed nominibus & perscriptionibus multorum tabulis cum esse facta diceretur, si cum reo ad certum tempus Pactio facta sit*, l. 27. §. 1. D. de pactis. Pactiones cum ciuitatibus Publicani conficere dicebantur. Cice. Epist. 65. lib. 13. famil. de Terentio Hispone, *qui operas in scriptura pro magistro dabat, Eius* ait *summa existimatio agitur in eo vt Pactiones cum ciuitatibus reliquis conficiat*, Cicer. Epist. 14. lib. 5. ad Atticum, *Deinde confectæ Pactiones publicanorum.* Cicer. Epist. 1. ad Quint. Fratr. *Possunt in Pactionibus faciendis, non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem conficiẽdi negotij.* Huiusmodi Pactionum etiam meminit idem Cicer. lib. 6. Epist. 1. *Pactione data*, l. 3. C. de obsequi. patr. *Pactio obscura vel ambigua*, l. 39. D. de pactis. *Pactio rata non est*, l. 17. D. cõmodati. *Vt ea sola Pactio irrita sit*, l. 31. §. si vir. D. de donationi. int. vir. *Tacita Pactione id actũ videtur*, l. 27. §. si acceptilatio. D. de pactis. *Vrbs tradita*, Idẽ Liuius lib. 6. Arnob. per pactũ lib. 7. aduers. gent. transactionis alicuius Pactiue conuenerat. *Pactione*, l. 28. §. si curator. D. de pactis. *Priuatis Pactionibus*, l. 3. D. de transact.

PÆDAGOGVS *liberorum.* l. 35. D. de fideicomm. libert. *Si minor viginti annis manumittit, inter cæteras manumissionis causas hæc recipitur, si Pædagog usipsius sit, manumittitur*, l. 13. D. de manumiss. vind. *Inter comites & Pædagogi erunt*, l. 15. §. comitem. D. de iniuriis.

PÆDAGOGII appellatione, *seruilem familiam, non quidem vniuersam, verùm iuniorum, qui circa patremfamilias occupati erant, accipere debemus*, id est, *seruos ætatis integræ, quos vsus sui causa paterfamilias habebat qui ad eius corpus tuendum atque ad ipsius cultum præpositi destinatíque essent*, vt loquitur l. 204. §. vlt. D. de verbor. signific. *Pædagogia quæ in fundo habebat, vt cum ibi veniisset præsto essent in triclinio*, l. 12. §. si instructum. D. de instruct. vel instrum. Luc. Seneca lib. de Beata vit. cap. 17. *Quare Pædagogium pretiosa veste succingitur.* Idem lib. de tranquillit. animi, cap. 1. *Præstringit animum apparatus alicuius Pædagogij.* Idem Epist. 123. *Omnium Pædagogia oblita facie vehuntur ne sol, ne frigus teneram cutem lædat.* Et ita apud M. Senec. controuer. 1. lib. 2. *Pædago-*

gia interpretari licet, miniſteria puerilia iuueniliáve ad eos quos diximus parata ac deſtinata. Quinetiam conclaue & cubiculũ illud in quo pueri eiuſmodi iacebant cubabántque Pædagogiũ videtur Plinius appellare Epiſt.27. lib.7. his verbis, Puer in Pædagogio mixtis pluribus dormiebat.

PAGANI in iuris Ciuilis libris militibus aduersãtur, l.1. §.1. D. de fugitiuis, l. 14. D. de pœn. l. vlt. D. ad l. falcid. l. 52. D. de manumiſſ. teſt. l.12. §.vlt. lib.17.18. 20. D. de cuſtod. & exhibit, & apud Tacit. & Apulei. lib.8. de Aſi. aureo. Iúue. Sat. vlt. *Citius falſum producere teſtẽ Cõtra Paganũ poſſis quàm vera loquentẽ, Contra fortunã armati contráque pudorem.* Vetus Gloſſariũ Græc. Paganus ὁ ἐκτὸς μόνης στρατιᾶς. Miles ſi dum Paganus erat fecerit teſtamentum, l. vlt. D. ad l. falcid. *Si ignorans quis militi quaſi Pagano locauerit*, l. 50. D. locati. *Qui Paganus fecit teſtamentũ, deinde militare cœpit*, l. 48. §. vlt. D. de milit. teſtam. *Pagani his qui habent caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe, opponuntur*, & cet. l.7. §.vlt. D. de donationib.

Paganus ergo eſt qui non militat, l. 26. D. de liber. & poſt. Et quidem Miles ab Appiano στρατιώτης, *Paganus ἀπόλεμος* vocatur lib.1. de bel. ciui. ἀστράτευτοι *Pagani*, l. 14. & l.38. D. de teſtam. milit. l. 7. D. de diuerſ. regul. & l. 7. C. de teſtam. mil. Sic & *turbam Paganorum* accipe apud Suetoni. in Auguſto cap. 27. & in Galba, cap. 19.

Proinde peculij diuerſa genera, *Paganum* & *caſtrenſe* conſtituuntur, l. vlt. C. de inoff. teſt. Et in *Paganico* & in *caſtris* opponuntur in l. 1. C. de teſt. mili. Appian. lib. 1. στρατιώτης & ἀπόλεμος. Et ita homines *cultu Pagano*, cunctis *Armatis* aduerſos facit Plini. Epiſt. 25. lib. 7. In conſtitutionibus Impp. Chriſtianorum, quæ in lib. 1. Codicis ſunt relatæ, alieni à fide noſtra, *Pagani* dicuntur. Cuius verbi ridiculas Etymologias Philaſtrius Brixiẽſis & Iſidor. comminiſcuntur.

In Paganico habere bona, l. 1. C. de teſtam. milit. *Pagana lex*, apud Pli. lib. pro lege Pagi cuiuſdam ponitur.

PAGI pro villis. *Prædia diuerſis Pagis*, l. 12. D. de ann. legat. *Pagorum præpoſiti*, l. 2. C. de ſuſceptorib. lib. 10. l. 8. eod. tit. in C. Theod. l. 7. C. quæ res pigno. Iuſtinianus in edicto 13. & in Nouellis aliquoties παγάρχης vocat. Villas autem *Pagos* appellatas ἀπὸ τῶν πηγῶν, id eſt, à fontibus circa quos villæ condi conſueuerint, Seruius ſcribit: Indéque *Paganos, quaſi ex vno & eodem fonte potantes dictos eſſe.*

PALAM eſt coram pluribus, l. 33. D. de verbor. ſignific. Donat. in Adelph. Act. 3. ſc. 2. *Coram*, ait, *ad certas perſonas refertur: Palam ad omnes. Palam & apertè coniunguntur*, l. 9. D. de his quæ vt indig. l.54. D. de adminiſtr. & pericu. Aſconius tamen in diuination. hanc inter hæc verba differentiam ſtatuit, *Apertè ad verba pertinet non obſcura, Palam ad præſentium multitudinem & qualitatem frequentis loci.*

Palam & clam opponuntur, l. vlt. D. de ritu nupt. §. aliæ deinde & apud Ciceron. pro Cœlio. Inſtit. de public. iudic.

Palam vel publicè & ſecreto opponuntur, l. 3. §. aperire. D. de SC. Silania.

Palam & occulte opponuntur apud Lactanti. lib. 2. diuin. Inſtit. cap. 17. *Proſcribere Palam ſic accipimus claris litteris, vnde de plano rectè legi poſſit: antè tabernam ſcilicet vel ante eum locum in quo negotiatio exercetur: non in loco remoto, ſed in euidenti*, l. 11. §. proſcribere. D. de inſtitor. *In lege Iulia de maritandis ordinibus Palam quæſtum facere dicemus, non tantum eam quæ in Lupanario ſe proſtituit: verum etiam ſi qua (vt adſolet) vt in taberna cauponia, vel qua alia, pudori ſuo non parcit. Palam autem ſic accipimus paſſim, hoc eſt ſine dilectu non ſi qua adulteris, vel ſtupratoribus ſe committit: ſed quæ vicem proſtitutæ ſuſtinet.* l. 43. D. de ritu nuptiar. Eadémque horum verborum interpretatio facienda eſt in eo capite legis Iuliæ de vi, quod refertur, l. 3. §. lege. D. de teſtib.

In fideicommiſſorum quæſtione *Palam* & *Tacitè*, aduerſantur ſuntque hæc inter ſe oppoſita in l. 3. in prin. §. ſi quis palam. & l. edicto. D. de iu. fiſci.

Palam relictum intelligitur, quod teſtamento vel codicillis quis rogatus eſt reſtituere, non domeſtica cautione, vel chirographo, l. 3. D. de iure fiſc. *Nec tamen ad excludendam taciti fideicommiſſi fraudem Palam relictum videri* Paulus ſcribit, *quod ex teſtamento cum recitatur ſciri non poteſt.* Quemadmodum nec ille *palam dat*, qui ita ſcribit, *Rogo vos hæredes meos* IN EO QVOD A VOBIS PETII, FIDEM PRÆSTETIS, l. 40. D. de iure fiſc. Quanquam his poſtremis verbis *non eſſe legi fraudem factam*, in l. 3. D. eod. tit. tradatur.

Non eſt Palam relinquere, quod ex teſtamento ſciri non poteſt, cùm recitatum eſt, l. 40. D. de iure fiſc.

In eo quod dicitur Palam hæredes eſſe nuncupandos, Palam non vtique in publicum ſignificat. Sed vt exaudiri poſſit, nec ab omnibus exaudiri, ſed à teſtibus ſeptem. l. 21. D. qui teſtam. fac. poſſ. *Palam*

nuncu-

nuncupatus hæres, l. vlt. D. de iure codicil. Sueto in Caligul. cap. 38. *Cum iam ab ignotis inter familiares & à parentibus inter liberos* Palã *hæres nũcuparetur*. Sic in vetusta quadã Horatij vita: *Decessit 5. Kal. Decemb. C. Mario Censorino & C. Asinio Gallo Coss. post nonum & quinquasimũ annum hæredè Augusto* Palam *nuncupato cum Vrgente vi valetudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas.*

Vulgarem substitutionem Palàm *facere*, §. sin autem. Instit. de pupill. substit. *ex eo quod* Palàm *substitutum acceperat*, ibid.

P*alam & bona fide comparare*, l. 5. C. de contrah. empt. *Num inofficiosi querelæ vel* Palam *vel tacita dissimulatione sit renunciatum*, l. 1. C. de in integ. restit. *Et quæ commendandi causa in venditionibus dicuntur, si* Palam *appareant*, l. 43. D. de contrah. empt. *Omnia* Palam *rectè pronuntianto*, l. 1. D. de ædil. edic. *Si aduersarius* Palam *dixisset vtrum voluisset*, l. 22. D. de compensationib.

Palam facere, est notum publicè facere, & vt vulgò loquimur publicare. *Cogniturum de criminibus præsidem oportet ante diem* Palam *facere custodias se auditurum*, l. 18. §. vlt. D. de quæstioni. *Si hæres proscribat, aut etiam litteris missis* Palam *faciat*, l. 34. §. vlt. D. de statu liber.

Palam est, id est, manifestum est, l. 3. §. non solum. D. de incend. rui. l. 14. §. si filius familias. D. de furtis, l. 41. D. de verbor. obligat. l. 2. D. de expilat. hæred. l. 8. §. vlt. & l. 11. §. adulterij. D. ad l. Iul. de adulter. l. 4. D. de veteran. l. 1. §. vlt. D. vti possidetis, l. 1. §. si alter. D. quod legator. l. 1. §. si decem. D. vt legat. l. 3. §. vlt. D. de contrar. tut. l. vlt. §. vtrum. D. si quid in fraud. l. 5. §. Gallinarum, l. 7. §. quod si vis, & §. aliud. D. de adquir. rer. domi. l. 1. D. de colluf. detegen. l. 2. C. quan. prouoc. non est. P*alam est*, l. 1. D. de loco publ. l. 5. D. depositi, & l. 3. D. vnde cogna. l. 73. §. vlt. D. ad l. falcid. l. 196. §. 1. D. de verbor. signific. l. 43. D. famil. ercisc. l. 51. §. vlt. D. de hæred. instit. l. 21. D. de aliment. vel cibar. §. illud, Instit. de pupill. substit.

P*ALI qui vineæ causa parati sunt*, l. 17. §. vlt. D. de action. emp. Pali enim ad vineas fulciendas sustinendasque adiunguntur, Tibull. Eleg. 7. libro 1. *Hic docuit teneram* Palis *adiungere vitem.*

Primo P*ali inter ea quæ vineis necessaria sunt numerantur* l. 1. D. de tigno iuncto. Pali tamen appellatio generalis, & omnia arborum fustentacula ac pedamenta complectitur. Vnde cũ non comburendi sed fulciendi vel claudendi causa Pali parentur.

P*alos non lignorum sed materiæ numero haberi constat*, l. 56. D. de legat. 3. l. 162. D. de verbor. signific. P*ali* quærendo fructui deseruiunt, l. 12. §. si aliqua. D. de instruct. vel instr. *Si sit ager vnde* Palo *in fundum solebat paterfamilias vti*, l. 9. §. vlt. D. de vsufru. P*ali compendium*, l. 59. §. vlt. D. de vsufruct. P*ali autem collocari & eximi dicuntur, dic.* l. 17. §. vlt. D. de action. empt.

I*nde* P*alaris silua* ex qua Pali sumuntur, l. 9. §. vlt. D. de vsufru.

PALMARII nomine, id est *victoriæ*, l. 1. §. si cui cautum. D. de var. & extraord. cognit. Cassiodor. lib. 6. Variar. in formula comitis archiatrorum, *causarum periti* P*almares habentur cũ magna negotia defenderint.*

PAMPHILVS serui nomen, l. Lucius Titius, §. Lucius. D. de legat. 2. l. 41. §. 1. & l. 56. §. vlt. D. de fideicomm. libert. P*amphili ancilla*, l. 41. §. Lucia. D. de statuliber.

Πανδέκτην masculino genere & numero singulari in digestorum inscriptione legendum quidam existimant, quorum opinionem firmat Harmenopulus lib. 1. Epit. tit. 1. ὕστερον δ' ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τὰς πολλὰς ἐκθέσεις τῶν νόμων εἰς πεντήκοντα βιβλίοις Δ' σοφῶν ἀνδρῶν σπουδαίως συνήγαγε· ἃ καὶ Δίγεστα ἤτοι Πανδέκτην ὡς πάντων δεκτικὰ τῶν νόμων ἐκάλεσεν.

Sunt qui Pandectas numero plurali magis probant, quo titulo quosdam inscriptos à veteribus libros Plinius, in præfatione naturalis Historiæ, docet inquiens, iam Musæ Πάνδεκται ἐγχειρίδιον, λειμῶν, πινακίδιον, *inscriptiones propter quas vadimonium deseri, possit. At cum intraueris dij deæque, quàm nihil in medio inuenies.* Agellius lib. 20. cap. vlt. *Namque alij Musarum inscripserunt, alij* Syluarum, *ille κηΐον, alius κέρας ἀμαλθείας quidam lectionis suæ*, & mox, *sunt etiam qui* P*andectas inscripserunt.*

PANDI, manifestari, seu palam proferri. *Ne secreta patrimonij & suspectum ad alienum* Pan*datur*, l. vlt. C. de aliment. pup. præst.

PANNICVLARIA quid sint non quisquam melius aut dilucidius explicauerit, quàm Vlpianus, vbi ait, *sunt ea quæ in custodiam receptus secum attulit spolia, quibus indutus est cum quis ad supplicium ducitur, vt & ipsa appellatio ostendit*, l. 5. D. de bon. damnator.

PANNO *rubro fugatum pecus*, l. 50. §. vlt. D. de furt.

PANTHER genus quoddam retis est, cuius meminit l. 11. §. vlt. D. de actio. empt. Varro lib. 4. de lingua Latina, *Ferarum*, ait, *vocabula partium peregrina, vt Leo, Panthera, vtraque*

Græca: *A quo etiam rete quoddam* Panther.

PANTOMIMI nomen inuenitur in l. 3. §. Neratius. D. de condict. causa da. l. 43. D. de actio. empt. l. 25. & l. 27. D. de oper. libert. Est autem Græcum verbum, & ipso Luciano teste in libro περὶ ὀρχήσεως, saltatorem gesticulatorémque significat, cui à multifaria gesticulatione nomen hoc esse inditum Cassiodor. Epist. vlt. lib. 4. Variar. ita scribit.

Pantomimo igitur, cui à multifaria imitatione nomen est, cum primùm in scenam plausibus inuitatus aduenerit, assistunt consoni chori diuersis organis eruditi: tunc illa sensuum manus oculis canorum carmen exponit, & per signa composita quasi quibusdam literis edocet intuentis aspectum, in illáque leguntur apices rerum, & non scribendo facit quod scriptura declarauit. Idem corpus Herculem designat & Venerem, fœminam repræsentat & marem, regem facit & militem, senem reddit & iuuenem, vt in vno credas esse multos tam varia imitatione discretos. Idē Epist. lib. 1. variar. de Pantomimo talia scribit. *Constituatur à vobis Prasini Pantomimus quatenus sumptum, quem pro spectaculo ciuitatis impendimus, electis contulisse videamur. Hanc partem musicæ disciplinæ mutam nominauere maiores, scilicet, quæ ore clauso manibus loquitur, & quibusdam gesticulationibus facit intelligi quod vix narrante lingua, aut scriptura textura possit agnosci,* sicut Barbarum quemdam vbi vidisset, πρόσωπα τῷ ὀρχηστῇ παρασκευασμένα· τοσούτων γὰρ μερῶν τὸ δράμα ἦν, dixisse vt est apud Lucian. περὶ ὀρχήσεως, σῶμα μὲν τοῦτο ἓν, πολλὰς δὲ τὰς ψυχὰς ἔχον. Etenim Ορχηστὴ nomine in illo Luciani libello *Pantomimus* exaudiendus est. Nam & Latini eum qui Pantomimi partes agit, saltare dicunt. Quintilian. lib. 6. Oratoriar. Institut. cap. 2. *Fruitione vsus Augustus de Pantomimis duobus, qui alternis gestibus contendebant, quum eorum alterum saltatorem dixit, alterum interpellatorem.*

Suetoni. in Caligula cap. 57. *Et Pantomimus Mnester tragœdiam saltauit, quàm olim Neoptolemus tragœdus ludis, quibus rex Macedonum Philippus est, egerat.* In Nerone cap. 54. *Ac nouissimo die histrionem saltaturúmque Virgilij Turnum.* Et ita saltare accipe apud eund. in Caligula cap. 54. & Plin. epist. 24. lib. 7.

Iuuenal. Saty. *Chironomon Ledam molli saltante Batyllo.* Arnobi. lib. 7. aduer. gent. *Aut si Europa, si Leda, Ganymedes fuerit saltatus.* Et mox, *Oblitterabit offensam Venus, si Adanis in habitu gestum agere viderit saltatore in motibus Pantomimum.* Macrobi. lib. 2. Saturnalior. cap. 7. *Saltabat Hylas Oedipodem, & Pylades, hac voce securitatem saltantis castigauit,* σὺ δ' λέπεις. & ibidem, *cum canticum quoddam saltaret Hylas.*

Aplerisque cæterum Pantomimus Historio appellatur. Sic enim Mnesterē promiscuè Pantomimum & *Histrionem* appellari videmus à Seneca in ludo de morte Claudij, & à Sueto. in Caligul. cap. 36. & à Tacito lib. 11. Quē Vlpianus l. 3. §. si liber homo. D. de condict. cau. da. cum Suetonio in Domitia. 10. cap. *Pantomimū*, cum Tacit. lib. 13. Annal. & Sueton. in Nero. cap. 24. histrionem vocant.

Sed mollis & impudica Pantomimorum saltatio, qua facto corporis motu indecentíque gesticulatione, ita res gestæ repræsentabantur, vt loqui manibus magis quàm agere viderentur, Lucianus περὶ ὀρχήσεως, ita Demetrium loquentem facit de Histrione, ἀκούω ἄνθρωπε ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλὰ μοὶ δοκεῖς ταῖς χερσὶ αὐλαῖς λαλεῖν. Cyprian. Epist. 2. lib. 2. *Exprimunt* (de Histrione vel Pantomimo loquitur) *impudicam Venerem, adulterum Martem, Iouem illum summum non magis regno quàm vitiis principem in terrenos amores ardentem nunc in plumas oloris albescere, nunc aureo imbre desluere, nunc in puerorum pubescentium raptus ministris auibus prosilire.*

Enimuero Tiberij demū temporibus in lucē hoc artis ludicræ genus prodiisse significare videtur Suidas in verbo Αγηνόδωρος, cū ait, τὸς χαρὸς ἐκείνους, καὶ ἡ Παντόμιμος ὄρχησις εἰσήχθη, μὴ πρότερον ὖσα. Repugnat tamen historiæ fides. Nā Augusti principatu, Pyladē & Bathyllum eam artem exercuisse constat, quòd nec Suidā latuit: cuius in voce ὄρχησις verba vel ea potissimum gratia subieci, vt duas maculas eluam. Ὄρχησις Πάντιμος repono Παντόμιμος, sequitur, αὐτῷ ὁ Αὐγοῦστος καῖσαρ ἐφεῦρε. Πυλάδῃ καὶ Βακχυλίδῃ (emenda Βαθύλλῳ) πρώτοις αὐτῷ μετελθόντων. Vnde ne à se ipso Suidas dissentiat, illa superioris loci verba, κατὰ τὸς χαρὸς ἐκείνους, interpretor circa Augusti tempora.

PAR, id est similis, æqualis. *Par similisque causa.* l. 4. C. de tutor. vel curat. qui satisd. *Par omnium causa videtur.* l. 13. D. de iudic. *Par vtriusque causa est.* l. 25. D. quæ in fraud. credit. l. 91. §. sequitur. D. de verb. oblig. *Si Par & dierum & contractuum causa sit.* l. 8. D. de solut.

In Pari causa. l. 128. D. de regul. iur. *In Pari causa est.* l. 6. §. exploratore. D. de re milit. *In Pari causa cæteris seruis habendus est.* l. 29. D. de liber. cau. *In Pari causa habendi.* l. 1. D. receptatorib.

Et si maximè Parem causam suscipiunt, l. 9. §. vlt. D de duob. reis. *Par conditio omnium creditorū facta.*

facta. l. 6. §. sciendū. D. quæ in fraud. cred. *Parē esse conditionem eius de.* l. 1150. D. de diuer. reg. *Par & minus oriuntur.* l. 19. C. de his qui accus. non poss. *Cùm Par delictum est duorum.* l. 154. D. de diuers. reg. id est simile. vt l. 2. D. ne quis eum.

Paria delicta mutua pensatione dissoluuntur. l. 39. D. sol. matr. *In successione Pari tute esse.* l. 1. C. de legit. hæred. *Pari loco esse in litigando, & duriore, veluti loco vel persona mutata,* opponuntur. l. 1. D. si ex noxali cau.

Par numerus creditorum. l. 8. D. de pact. *Par numerus capitum gregis.* l. 2. D. de rei vindic. *Pares numero iudices.* l. 3. D. de re iudic. *Pares sententiæ, id est æquæ,* vt loquitur Seneca Controuers. 2. lib. 3. seu *æquo numero,* vt loquitur Cœlius epist. 8. lib. 8. famil. *Si dissonantes Pares iudicum existant sententiæ.* l. 24. D. de manumissionib. *Inter Pares sententias clementior seueriori præfertur.* Paul. lib. 4. sent. tit. 12. Quintil. declam. 365. *Quid si duo ignominiam pronuntiarent, duo exilium, duo mortem, vnus (vt plerumque euenit) faceret? sine dubio Pares essent sententiæ.*

L. Seneca controuers. 2. lib. 3. *Miraris in hac ciuitate misericordiam, in qua lex absolutionem dat Paribus tabulis. Herodes ex Paribus partibus.* l. vlt. D. de fideicom. libert. id est ex æquis.

Si duo Pares ætate sint. l. 1. D. de reb. dub.

Pari modo. l. 1. §. pari. §. de lib. exhib. *Pari ratione.* l. 12. §. vlt. D. de ritu nupt. l. 7. §. vlt. D. de donation. Gaius in lege Dei, tit. 16. & §. cum filius. Instit. de hæred. quæ ab intest. & apud Lactant. lib. 2. cap. 4.

Par est. l. 13. C. de pact. id est rationi & æquitati conueniens.

Qui pari gradu sunt. l. 3. §. vtique. D. de suis & legit. hæred. *Qui Pari propriove,* seu (vt alij legunt) *propioreve gradu sint.* l. 3. D. de leg. Pomp.

Par ratio appellatur cùm accepti & expensi summæ congruunt ac pares sunt. atque ita si *tutor Parem ei rationem adscripsit.* l. 22. D. de manum. test. *Si cum cohæredibus tuis Parem rationem feceris.* l. vlt. §. vlt. D. de doli except. M. Seneca controuer. 1. lib. 9. *Expectat me: vult mecum Pares rationes facere.* L. Seneca epist. 19. *Poteram tecum & hac Mecœnatis sententia Parem facere rationem.* Idem lib. 6. de benefic. cap. cùm ait, *Quare quasi cum acerbo fœneratore resignare rationem Parem properas.* Et Tacit. lib. 13. *Sanè pepigerat Pallas ne cuius facti in præteritum interrogaretur, Parésque rationes cum republ. haberet.*

Eodémque sensu *Paria facere* est nulla rationibus redditis reliqua trahere. *Si Dama seruus meus actus sui hæredi meo rationes reddiderit, Pariáque fecerit.* l. 40. §. vlt. D. de statu lib. Quæ verba hoc significare ibid. Scæuola ait, *si omnem pecuniam ab omnibus exegerint, & hæredi soluerint. Nisi si Paria fisco feciſſe dicantur.* l. 5. §. conductores. D. de iure immunit. Columel. lib. 11. cap. 8. eiúsve lib. cap. 1. *Hæc enim res auocat villici curam, & eum negotiatorem facit potius quàm agricolam, nec vnquam sinit eum cum rationibus domini Paria facere.* Seneca lib. 2. de benef. ca. 30. *Eodem quidem momento quo obligatus es, si bis cum quolibet Paria feciſti.* & lib. 3. cap. 9. *Cùm aliter beneficium detur, aliter reddatur, Paria facere difficile est.* Idem epist. 9. *Vt statim tibi soluam quod debeo, & quantum ad hāc epistolam, Paria faciamus.* Item epist. 101. *Quotidie cum vita Paria faciamus.* Eodémque loquendi genere vtitur lib. 3. de ira. cap. 25. & lib. de tranquill. vitæ. cap. 6. & in præfat. lib. 4. Natural. quæstion. Plin. lib. 34. cap. 1. *Satis piamenti in vno gemmæ volūtario damno videretur, si cum fortunæ volubilitate Paria faceret.* Idem lib. 2. cap. 86. *Paria secum poscente natura.* Plin. Secund. in Panægyr. *Quòd si aliquando cum influentibus negotiis Paria feciſti.* Eodémque loquendi genere *Pares factas actiones* dixit Quintil. declam. 355.

Pares, id est sufficientes. *Si ita quidem tenues & exhausti sunt, vt non modò publicis honoribus Pares non sint.* l. 6. D. de muner. & honor.

Aliàs *Par* de binis vsurpatur. *Par mularum.* l. 22. D. ad l. Aquil. *Plerunque circa mulas Pares accidere solet, vt neutri non nisi omnes habere expediat.* l. 34. D. de ædil. edict. *Iumenta Paria.* l. 38. §. cùm autem. D. de ædil. ed. *Paria duo poculorum, & bina Paria.* l. 30. D. de legat. 3.

PARIARE, est Paria seu Pares rationes facere. *Si ei nummos prorogauit emptor, cùm ei Pariauerit, poterit ad libertatem peruenire.* l. 4. §. si ab ignoto. D. de manumission. Vtitur hoc verbo Tertull. lib. 3. aduersus Marcion. cap. 29. lib. de resurre. car. cap. 6. & c. 53. & lib. de verbo Dei, cap. 6.

PARIATIONES. *Pactum quod in Pariationibus adscribi solet.* l. vlt. §. idem quæsiit. D. de cond. indeb.

PARIATOR *reliqua habenti opponitur.* l. 811. D. de condit. & demonstr.

PARITER, id est simul, vnà. l. 18. D. de reb. dub. l. 27. §. si seruus. D. de pecul. *Si Pariter pupillus & qui ei substitutus erat, decesserit.* l. 18. D. de rebus dub. id est simul. & l. 16.

D. eod. tit. *Si Pariter decesserunt.* l. 34. §. si emptio. D. de contrah. empt. *Quod de Pariter mortuis tractamus.* l. 17. D. de reb. dub. quos Latini commorientes, Græci συναποθνήσκοντας vocant. *Si Pariter alienauerint.* l. 77. §. libertis. D. de legat. 2. *Si duos quis seruos emerit Pariter uno pretio.* l. 44. D. de contrah. empt. *Eandem rem apud duos Pariter deposui.* l. 9. D. de duob. reis. *Eorum tantùm quibus Pariter legatum esset.* l. 94. D. de leg. 3. *Si plures ad collusionem detegendam Pariter accedant.* l. vlt. D. de collus. deteg. *Si Pariter aduersus eum qui de libertate litigat consistant fructuarius & proprietarius.* l. 9. D. de liber. cau. *Plures uindicta Pariter manumitti possunt.* l. 15. §. plures. D. de manum. vind. *Patruo ac materteræ non Pariter intestati successio defertur.* l. 7. C. de legit. hæred. *Cùm filius filiáve, & ex altero filio nepotes neptésve ex iisdem, Pariter ad hæreditatem uocantur.* Gaius in lege Dei, tit. 16. & §. cùm filius. Instit. de hæredit. quæ ab intest. id est simul. & §. pari. eod. tit. *Plures fratres qui unum gradum obtinent, Pariter ad tutelam uocantur.* §. vlt. Instit. de cap. diminut. *Si duo Pariter de hypotheca paciscantur.* l. 16. §. si duo. D. de pignor. *Nihil refert, singulæ res, an Pariter uniuersæ in litem darentur.* l. 1. D. pro dote. *Si reus & fideiussor soluerint Pariter.* l. 20. D. de condictio. indeb. *Per duas Pariter uias ire, agere.* l. 6. §. vlt. D. quemadm. seruit. amitt.

PARARE, pro præparare. *Marito accusationem parante, & probationibus instituente.* l. 2. §. vlt. D. ad l. Iul. de adulter. *Propter insidias quas tuæ uitæ Paratas contendis.* l. 14. C. de his qui accus. non poss. id est structas.

Parari balnea. l. 35. §. vlt. D. de leg. 3.

Parare interdum est adquirere. *Quod parsimonia sua quis Parauit.* l. 39. D. de pecul. *Quæ serui peculiariter Parauerunt,* l. 3. §. saltem. D. de adquir. possess. *Ad Paratam pecuniam laboribus substituti ueniat.* l. 24. §. Scæuola. D. de minor. *Hanc excusationẽ sibi non Parauerunt.* l. 1. §. qui in fraudem. D. de vacat. & excus. *Ad actionem Parandam,* l. 27. §. pactus ne peteret. D. de pactis. id est adquirendam.

Parari etiam dicitur quod alicui vsui destinatur. *Aqua ad bibendum lauandámque familiam Paratur,* l. 12. §. si in aliqua. D. de instr. vel instrum. *Fructuum seruandorum gratia Paratus.* l. 12. §. saltuarium. D. eod. *Serui qui ad eiusmodi usum Parati essent.* l. 204. D. de verb. signif. *Iumenta dominici usus causa Parata.* l. 3. D. de penu leg. *Quæ ad nauigantium usum Parantur,* l. 19. §. si quis mulierem. D. locat. *Familiæ rusticæ causa, item ad usum rusticum Parati.* l. 12. §. Trebatius. D. de instr. vel instr. *Argentum quod usus sui causa Paratum esset.* l. 28. D. de auro arg.

Inter emptum & Paratum hoc interest, quòd in empto Paratum inest: in Parato non continuò emptum continetur. Veluti si quis quæ prioris uxoris causa emisset, posteriori uxori tradidisset: eas res eum posterioris uxoris causa Parauisse, non emisse constat. l. 47. §. 1. D. de leg. 3. *Interest uxoris causa Parata sint & legata, an ipsius causa empta. Paratis enim omnia continentur quæ ipsius usibus fuerunt destinata.* l. 49. §. 1. D. de legat. 3. Et ita verba hæc accipe, l. 46. D. eod. *Emptorum Paratorúmque appellatione non contineri ea quæ in dotem data essent.* l. 79. §. cùm vis. D. de legat. 3. *Quæ ad iniuriam eius uel damnum Parata sunt.* l. 10. D. de legation.

Parare aliàs est comparare, emere. Sic *Parare hominem.* l. 31. §. 1. D. de reb. cred. l. 1. §. 1. D. de action. empti. *De pecunia commodorum possessionem Parauit.* l. 23. D. de adimend. legat. *Res alienas legari posse, si Parari possint.* l. 39. §. vlt. D. de legat. 1.

PARATVS etiam dicitur qui præsto ad aliquid sine vlla mora agendum, faciendum. *Paratus accipere.* l. 23. §. 1. D. de recept. qui arbitr. dare. l. 10. D. iudic. sol. *Accusare.* l. 1. C. ad l. Iul. maiest. *Defendere.* l. 3. §. si quid. D. ad exhib. l. 2. D. de custod. *Se defendere.* l. 14. D. de in ius voc. *Paratus se iudicio defendere.* l. 3. §. si quid. D. quod vi aut clam. *Defensores Parati in quina iudicij.* l. 38. D. de procurator. *Paratus iudicium accipere uel suscipere.* l. 24. & l. 47. D. de vsur. l. 7. §. si tutor. D. de tutel. & Pati. l. 13. §. item si quis. D. de hæred. petit. l. 3. §. si seruus. D. de adquir. poss. *Parati suscipere actiones.* l. 37. D. de procurator. *Si Paratus sit compromittere.* l. 21. §. si quis ex litigatorib. D. de recept. qui arbitr. *Et si arbiter recipere in se arbitrium fuerit Paratus.* ibidem. *Qui fideiussores dare Paratus est.* l. 3. D. de custod. & exhib. reor. *Paratus recedere ab usufructu.* l. 48. D. de vsufr. *Nec restituere sit Paratus.* l. 36. D. de peculio. *Cum fructuarius Paratus est usumfructum derelinquere.* l. 64. & l. 65. D. de vsufr. *Parato fructuario derelinquere.* dict. l. 64. *Aduersus singulos actio pro hæreditariis portionibus creditori Parata.* l. 24. C. famil. erciscun. *Cum aduersus petentem Parata sit exceptio.* l. 4. C. de fal. cau. *Qui Paratus est soluere.* l. 6. §. 1. D. quibus mod. pign. l. 26. D. de procurator. l. 18. §. si filiusfam. D. famil. erciscun. l. 16. D. iudic. sol. l. 19. D. de iniur. *Qui solidum soluere Paratus est.* l. 17. D. de fideiussor. *Paratúmque decet soluere.* l. 21. D. de iudiciis. *Parato me soluere.* lege 39. D. de solu-

de ſolution. Si *non ſo'uere, ſed alia ratione ſatisfacere Paratus eſt.* l.10.D.de pignerat. act. dic. l. 6. §. 1. *Si pro præterita penſione ſatisfacere Paratus fuit.* l. 34. D. de dam. infect. *Si quis omnia iudicij ab eo transferre Paratus eſt.* l. 27. D. de procurat. *Si Paratus ſit cauere,* l. 69. §. vlt.D.de legat.2. & l.6.§. vlt. D. de Carbon. edict.

PARATIO pro comparatione. *Etiamſi difficilis rerum alienarum Paratio ſit.* l.39. §.1.D. de legat. 1.

PARARII olim vocabantur qui nominis faciendi cauſa interueniebant. Sen. lib. 2. de benefic. *Quidam volunt nomina ſecum fieri, nec interponi Pararios, nec ſignatores aduocari.* Idem lib. 3. *Adhibentur ab vtraque parte teſtes: ille per tabulas plurium nomina interpoſitis Pararijs facit.*

PARCERE.

Impuberi vtrum in ſupplicio tantum parcimus, an verò etiam in quæſtione. l. 1. §. impubes. D. de SC. Silan. *Vt inſanis illis Parcendum eſt.* l. 7. §. 1. D. ad l. Iul. maieſt. *Si furi nocturno Parcere ſine periculo non potuit.* l. 9. D. ad l. Cornel. de falſ. *Nec propter plures actiones Parcendum erit in huiuſmodi crimine reo.* l. 6.D. ad l. Iul. de adult. *Si qua in taberna cauponia, vel qua alia, pudori ſuo non Parcit.* l. 43. D. de ritu nupt. *Si ipſe Peperciſſet pudori ſuo.* l. 48.D. mandati.

Filij pudori Parcitur. l. 28. D. de reb. auct. iud. *Famæ patroni Parcendum.* §. 1. Inſtit. de ſuſp. tutor.

PARCISSIME, id eſt perrarè. *Parciſſimè commeatum dare.* l. 12. §. 1. D. de re milit. *Vt dè his Parciſſimè ius dicatur.* l. 16. D. de offic. præſid.

PARCIVS, *& multo Parcius.* l. 24. §. Scæuola, & §. reſtitutio. D. de minor.

PARERE, ſecunda correpta, propriè eſt ex vtero partum fœtúmve in lucem edere. *Si tres Pepererit.* l. 15. D. de ſtat. hom. *Quæ tergeminos Peperit.* l. 137. D. de verbo. ſignifi. *Venter qui ſuum hæredem;* item, *qui legitimum vel conſanguineum Pariturus eſt.* l. 30. §. 1. D. de adquir. vel omitt.

Parere, Metaphoricè eſt producere. *Ea obligatio quæ inter dominum & procuratorem conſiſtere ſolet, mandati actionem Parit.* l. 8.§.ea obligatio. D. de procurat.

Iuris gentium conuentiones quædam, actiones Pariunt: quædam exceptiones. l.7. D. de pact. *Impenſæ Pariunt marito actionem.* l.7.§.vlt.D. ſol. matr.

Pignoris perſecutio in rem Parit actionem creditori. l.17.D.de pignor. & hypoth.

Perpetua exceptio Parit condictionem. l. 26.§. adeo. D. de condict. ind.

Actionem Parere. l. 11. D. de impenſ. in res dotal. *Hæc res non Parit petitionem nouam.* l.11.§. eandem. D. de except. rei iudic. *An litis æſtimatio oblata alienationem Pariat.* l. 3. §. idem quæſit. D. de reb. eor. *Cùm conditio etiam ex incertæ perſonæ facto Parere obligationem poſsit.* l. 108. D. de verb. oblig. *Vt altera ſtipulatio obligationem Pariat.* l.1. §. quod ſeruus. D. de ſtipul. ſeruor. Hæc ſcriptura, *Liberi mei ibi ſunto vbi eos ſua mater eſſe volet, nullam obligationem Parit.* l. 7. D. de ann. legat. *Confuſionem Parere.* l. 93.D.de ſolution. Sic & *pecuniæ vſuras Parere,* vel *non Parere* dicuntur. l. 33. D.de vſur.

Parere etiam adquirere ſignificat. *Actionem mihi parit.* l. 9. §. iuſiurandum. D. de iureiur. *Iuſiurandum domino Parere exceptionem.* ibidem. *Parere exceptionem rei iudicatæ.* l. 6. D.de except. rei iudic. *Exceptionem primæ exceptioni obligatis Peperiſſe videtur.* l. 10. D.de ſtipul. prætor. *Liberationem ei Parere.* l. 23. D. de vſufr. id eſt adquirere, vt ibid. & l. 19. D. de pact. *Oblatio debiti liberationem Parit.* l. 9. C.de ſolutionib. *Placuit rem pro pecunia ſolutam, Parere liberationem.* l. 26. §. ſi centum. D.de condict.indeb. *Id acceptolatum liberationem Pariet.* l. 13. §. ſi is qui. D.de acceptilat. *Antequam in collegium adſumeretur, quod immunitatem Pariat.* l. 5. §. hoc circa. D.de iur. immun. *Tempus expeditionis præſcriptionem non Parit.* l. 1. C. quib. non obiicit. lon. tem.

Parta, id eſt quæſita. *Partam liberationem non poteſt reuocare.* l. 98. D. de ſolut. *Ex ſtipulatione Parta actione.* l.7.C.de ſentent. & interloc. diuturnitate poſſeſſionis. *Partam ſecuritatem maleficiũ alterius facere non poteſt.* l.7.C de præſcr.longi temp. *Parta obligatio.* l.2.C.de contra.& com.

Parta ex coniunctione filia, id eſt quæſita. l. 77. §. vlt. D. ad SC. Trebell.

PARTVS animalium quorumlibet dicitur.

Partus gregum & pecorum. l. 25. §. vlt. D. de hæred. petit. *Partuũ fructus.* l.17. D.de rei vin.

Plerunque tamen *ancillarum Partus,* pecorum verò *fœtus* dicitur. *Partus qui ex ancilla natus eſt.* l. 15. §. 1. D.de condit. & demonſtr. l.15. D. de condict. indeb. *Partus ancillæ.* l. 8. D. de euictionib. l. 10. D. pro empto. l. 10. D. quod met. cau. l. 10. & l. 15. D. de pignor. l. 18. §. ſi fundus. D. de pigner. act. l. 27. D. de hæred. petit. *Partus ancillarum.* l. 30. D. ad l. falcid. l. 27. D. de hæred. petit. l. 1. C. de rei vindicat.

Partus etiam non modò in lucem editus, ſed & dum adhuc in vtero eſt appellatur. *Partui*

in hoc fauetur, vt in lucem producatur, qui non tantùm parenti cuius esse dicitur, verùm etiam reipubl. nascitur. l. 1. §. generaliter. D. de ven. in possess. mitt.

Partus dicitur *edi, concipi, subiici, supponi. Propter Partum ex altero conceptum.* l. 6. §. 1. D. ad l. Iul. de adulter. *Si mater impuberis subiecti Partus rea postulata.* & mox, *si dicatur Partus aut non esse ex ipso defuncto conceptus, aut ex ipso quidem, sed non ex matrimonio editus.* l. 3. §. si mater. D. de Carbon. edict.

Partus pro editione, vt loquitur Vlp. tit. 6. regular. *Vno partu tres vel duos edere.* Paul. lib. 4. Sentent. tit. 9.

PARERE, secunda producta, obtemperare est, vt apparet ex l. 2. §. vlt. D. de noxal. seu obedire, vt Fest. exponit. *Si cœlebs legi Paruerit.* Vlpian. tit. 18. regular. *Magistratibus Parere.* l. 28. D. de munerib. & honor. *Qui neutri legi Paruerit.* Vlpian. tit. 17. regul. *Filij qui patri Paruerunt.* l. 4. C. ad l. Iul. de adult. *Patri Parendi necessitatem filius habet.* l. 10. §. vlt. D. de his quæ vt ind. *Parere domino debuit seruus.* l. 13. D. ad l. falcid. *Aquilia ignouit seruo qui domino Paruit, periturus nisi feciſſet.* l. 2. §. vlt. D. de noxal. *Vt parentibus & patriæ Pareamus.* l. 2. D. de iustit. & iure. *Arbitrorum vnum genus eiusmodi vt siue æquum siue iniquum sit Parere debeamus.* l. 76. §. vlt. D. pro socio. *Si vnus Paruerit, alter non Paruerit sententiæ iudicis.* l. 5. §. vlt. D. de verb. oblig. *Parendum esse sententiæ,* l. 3. C. de excusat. tutor. *Qui sententiæ non Paruerit.* l. 1. C. de recept. arbitr.

Ab ea sententia cui Pareri rerum natura non potuit. l. vlt. D. quæ sentent. sine appellat. *Qui sententiæ arbitri non Paruit.* l. 11. §. interdum. D. de recept. qui arbit. Vt arbitri Pareatur sententiæ. l. 23. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. *Impunè non Pareo,* l. 21. §. si arbiter. & l. 32. §. quæsitum. D. de recept. qui arbitr. *Extra territorium ius dicenti impunè non Paretur.* l. vlt. D. de iurisdict. *Ex omnibus cæteris ex quibus arbitri sententiæ Paritum est.* l. 39. D. de recept. qui arbitr.

Ad fideicommissum inuitasse eos qui iudicio Paruerunt. l. 77. §. libertus. D. de legat. 2. *Compellendos testatricis iussioni Parere.* l. 44. D. de manumiss. test.

Parere voluntati, id est obtemperare. *Si non Paruerit hæres voluntati.* l. 69. §. fratre. D. de legat. 2. *Defuncti voluntati Parere.* l. 94. D. ad leg. falcid. *Si non Paruerit voluntati defuncti.* l. 12. §. Prætor. D. de relig. & sumpt. *Rempublicam voluntati testatoris Parere compellendam.* l. 21. §. Lucius. D. de annu. legat. *Non Paruisse defuncti voluntati filium.* l. 114. §. cùm pater. D. de legat. 1. *Si voluntati defuncti tutores Pareant.* C. quan. decre. op. *Priusquam defuncti voluntati pareretur.* l. 3. C. de institut. & substit. *Si per te non stat quominus voluntati testatoris Pareas.* l. 1. C. de iis quæ sub mo.

Necesse est vt iuri manifesto Pareatur. l. 21. D. rem ratam haberi. *Si intra hoc tempus præstando iuri Paritum sit.* l. 9. C. de non numer. pecun.

Si certam dixisti legem, nec illa cùm posset Paruit. l. 8. C. de condict. ob cau. *Si legi datæ collationis non Pareant.* l. 11. C. de collationib. *Legi quam tuis rebus donans dixisti Pareri conuenit.* l. 3. C. de contrah. empt. *Si per emptorem factum sit quominus legi Pareretur.* l. 6. D. de leg. commiss. *Eáque effeciſſet ne Pareretur legi venditionis.* l. 38. D. de minorib. *Rebus certa lege traditis, si huic non Pareatur.* l. 5. C. de rer. permut. *Ei quod placuit, Parere cogetur.* l. 9. C. de locato. *Parere placitis,* l. 5. C. de rer. permut. *Ad Parendum placitis eos bona fide vrget.* l. 14. C. manda.

Parere conditioni. l. 63. §. si sub conditione. D. ad SC. Trebell. l. 5. D. quan. di. leg. l. 5. §. 1. C. de condit. & demonstr. l. 8. §. si conditioni. D. de inoffic. testam. l. 26. D. de liberat. legat. l. 1. D. de curat. bon. dan. l. 23. & l. 29. §. vlt. D. de statu liber. l. 31. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 55. de manumiss. testam. l. 24. & l. 44. §. si duorum. & l. 55. D. de condit. & dem. l. 161. & l. 174. D. de diuers. reg. l. 1. C. de interlocutionib. & apud Vlpian. tit. 3. regul. Contrà, *Non Parere,* l. 13. D. de legat. præst. l. 10. D. de condit. & demonstr. l. 6. C. de fideiussor.

Conditionibus Parere. l. 5 & l. 60. D. de condit. & demonstr. *Nisi omnibus conditionibus paruerit.* l. 45. D. de manumiss. testam. *Si vel per tutorem stet, quominus conditioni Pareatur.* l. 22. D. de manum. testam. *Si Paritum fuerit conditioni.* l. 12. D. de manumiss. testam. Conditioni Paritum videtur. l. 2. C. de condit. & demonstr. *Videri conditioni Paritum.* l. 12. D. de do. præl.

Parere aliàs est satisfacere. *Si colonus pensionibus Paruerit.* l. 54. §. 1. D. loca. cond. *Successores solennibus pensitationibus Parere debent.* l. 27. C. de iur. dot. *Intelligis & sorti & vsuris te Parere oportere.* l. 8. C. quod cum eo qui in al. *Si modus vsurarum Parendum æri alieno suadeat.* l. 5. §. non passim. D. de reb. eor. qui sub. *Solutioni Parere compellantur.* l. 8. C. de act. & oblig.

Parere aliàs comparere & apparere significat. *Si Stichus legatus culpa hæredis non Pareat.* l. 47. §. 1. D. de legat. 1. *Copiámque sui faciat in publico, sibique Pareat.* l. 7. §. illud sciendum. D. quib. ex caus. in poss. *Vt sine dedecore in publico Parere non possint.* l. 10. D. ex quib. cau. maior. *Si non Pareat*

reat quid actum est. l. 34. D. de diuers. reg. id est appareat. *Si ordo scripturæ non* Pareat. l. 24. §. quid ergo. D. de fideicom. liber. *Si quædam ex signis non* Parent, *sufficit septem testium signa comparere.* l. 7. D. de bonor. poss. sec. *Ne proscriptum esset, vel non* Pareret. l. 11. §. proscribere. D. de institor.

Paret etiam quod erat in formulis, Festus explicat, inueniatur. *Quanti eam rem esse* Paret. l. 179. D. de verb. oblig. *In quantum* Paret *in illo aceruo suum cuiusque esse.* l. 5. D. de rei vind.

PARENTEM *Vsque ad tritauum appellari quidam aiunt: superiores,* Maiores *dici, hoc veteres existimasse Pomponius refert. Sed Gaius Cassius omnes in infinitum* Parentes *dicit, quod & honestius est, & meritò obtinuit.* l. 4. §. vlt. D. de in ius voc. *Appellatione* Parentis *non tantùm pater, sed etiam auus, & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater & auia & proauia,* l. 51. D. de verbor. signific. *Parentes vsque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur: vlteriores qui non habent speciale nomen, Maiores vocantur.* l. 10. §. parentes. D. de grad. & adfin. Paulus ex Festo: *Parens vulgò pater aut mater appellatur: sed iurisprudentes auos & proauos, auias & proauias* Parentum *nomine appellari dicunt,* vt in edictis de in ius vocando, & qui satisdare cogantur, & de postulando, de legatis præstandis, *Parentem accipere debemus.* dic. l. 4. D. de in ius voc. l. 1. D. in ius vocati vt eant. l. 2. §. Prætor. D. qui satisd. cog. l. 1. §. vlt. D. de postul. & l. 1. §. 1. D. de leg. præst. Iisdémque omnibus locis *Parentis* appellatio vtriusque sexus personas cõplectitur, veluti matrem, auiam, proauiam. Et in eo quod dicitur, *Pietas Parentibus, etsi inæqualis est eorum potestas, æqua debebitur.* l. 4. D. de curator. furio. itémque in l. 15. D. de inoffic. testa. & l. 11. D. de his qui notant. inf. l. 9. D. de l. Pomp. de paricid. Vetus Glossariũ: *Parentes sunt omnes superiores siue per paternam siue per maternam cognationem coniuncti. Filiam quam ambo* Parentes *dicuntur caram habuisse.* l. 1. §. ad quæstionem. D. de quæstionib.

At cùm Vlpian. ait, *Profectitiam dotem esse quæ à patre vel Parente profecta est.* l. 5. D. de iure dot. *Parentem* accipere debemus per virilem sexum cognatione iunctum, velut auum, proauúmve paternum, quemadmodum idem Vlpian. docet tit. 7. regul. Similíque modo *Parentis* nomen interpretari conuenit in definitione Posthumorum, *Posthumos dicimus eos duntaxat qui post mortem Parentis nascuntur.* l. 3. §. 1. D. de iniust. rup. Et ita quoque *Parentem* accipe in rubr. *Si à Parente quis manumissus sit. Patrem, auum paternum proauúmve aui patrem, cæterósque virilis sexus* Parentes. *Item matrem omnésque* Parentes *& per illum sexum contingentes.* l. 5. §. 1. D. de adgnosc. & alend. lib.

Parentis locum socer obtinet. l. 16. D. sol. matrim. *Amita & matertera* Parentium *loco habentur.* §. item amitam. Institut. de nuptiis. *Sororis proneptem non possum ducere vxorem, quoniam* Parentis *loco ei sum.* l. 39. D. de ritu nupt. *Patris adoptiui* Parentes *filij adoptiui* Parentes *non sunt.* l. 7. D. de in ius voc.

Parens naturalis. l. 8. D. de in ius voc. *Parentes naturales.* l. 6. D. de in ius voc. Videtur & *Parentis* significatio latius patere in l. 1. C. si per vim vel alio mo. & l. 4. vnde vi. C. Theod. vt & apud Tertullian. lib. ad Martyres. cap. 2. & lib. de car. Christi. Atque adeo iam inde à D. Hieronymi temporibus *Parentes* militari vulgaríque sermone cognatos, & adfines nominatos patet ex eius lib. 2. Apol. aduersus Ruffinum, non procul ab initio.

Cæterùm decessores suos quanuis nulla cognatione iunctos, *Parentes* appellare solent Imperatores, quemadmodũ abundè docui lib. 3. formular. *Parenti nostro Antonino,* ait Diocletianus. l. 4. C. ad SC. Trebell. *Cùm D. Antonino parenti nostro placuerit,* aiunt Diocletianus & Maximianus. l. 4. C. ad SC. Trebell. *Edicto Parentis mei D. Marci,* aiunt Dioclet. & Maximian. l. 3. C. si aduers. fisc. adde l. 1. C. quib. ad liber. *Auctore* Parente *meo Traiano,* ait Diocletianus, l. 5. D. de magistr. conuen. *Parentes mei,* ait Alexander, l. 6. C. de test. mil. *Diui* Parentes *nostri.* l. 1. C. de diuort. *Diuis parentibus meis, aiunt Valerianus & Galienus.* l. vlt. C. qui non poss. *Parentibus meis placuit,* ait Alexander. l. 2. C. si pend. appell. *Constitutionibus Diuorum* Parentum *nostrorum,* aiunt Diocletian. & Maximian. l. 4. C. qui bon. ced. *Diuorum* Parentum *meorum rescriptio,* ait Alexander. l. 2. C. ad l. Corn. de fal. *Parentum nostrorum statutis,* ait Diocletian. in l. 11. C. de accusation.

PARICIDA, ait Festus Pompeius, *non vtique is qui parentem occidisse dicebatur. Id autem fuisse indicat lex Numæ Pompilij regis his compositæ verbis, Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit,* Paricida *esto.* Verùm *Paricida* propriè *intelligitur qui patrem, matrem, auum, auiam, occiderit.* l. 9. D. de lege Pompeij. Quanquam enim sanè lex Pompeia de Paricidiis non eos tantùm adprehendebat qui *patrem, matrem, auum, auiam; sed & qui fratrem, sororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, vxorem, virum, generum, socrum, vitricum, priuignũ, priuignam, patronum, patronam, occidisset,* l. 1. D. de lege Pompeij. Vnde & beatus Augustin. lib.

vn. de patientia, *In ipſis*, ait, *Paricidis quanto propinquiorem quiſque peremerit, tanto iudicatur immanior.* Indéque & *Paricidam fraternum* Cicero pro Cluentio dixit. Verùm hi demum *Paricidij*, id eſt *culei pœna* adficiebantur, qui patrem, matrem, auum, auiam, occidiſſent: qui verò *alias perſonas lege Pompeia comprehenſas occidiſſent, legis duntaxat Corneliæ de ſicariis pœna tenebantur.* l. 1. & l. 9. D. de lege Pomp. *Infanticidium* quoque *Paricidij* loco habet Tertullian. Apologet. cap. 9.

Paricidium quoque *patriæ* ceu *parentis* Cicero lib. 3. offic. & 2. Philipp. dixit. Quinetiam Sueton. in Iulio, cap. 88. *curiam in qua occiſus eſt, obſtrui placuit, Idúſque Martias Paricidium nominari.* Iulij Cæſaris quaſi patriæ parentis (ſic enim eum Valer. Max. lib. 6. cap. 4. & lib. 8. cap. 11. vocat) *cædem, Paricidium nominari quibuſdam placuit.* lib. 1. cap. 8. *C. Caſsius nunquam ſine præfatione publici Paricidij nominandus.* Idem lib. 2. cap. de C. Caſſio: *Dignam manum quæ publico Paricidio ſe non contaminaret.* Idem lib. 1. c. 5. *M. etiam Bruti dignus admiſſo Paricidio euentus, omine deſignatus eſt.* Inde & percuſſores Cæſaris idem ipſe non ſemel *Paricidas* appellat: veluti lib. 6. cap. 4. *M. Brutus ſuarum priùs virtutum quàm patriæ parentis Paricida.* & lib. 4. cap. 6. de Cæſare: *Compluribus enim Paricidarum Violatus mucronibus.*

PARIENTIA pro obſequio vel obedientia. *Parientiam adcommodare.* l. 2. C. qui pro ſua iuriſd. iudi. da. vbi vulgò *Patientiam* malè legebatur. nam & Agell. lib. 1. cap. 13. *Imparientiam* pro obſequij detrectatione vſurpauit. *Ne ſi ſpes fefelliſſet, culpa imparientiæ & pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet.* ibi diſputat de re mandata, an faciendum ſit quod mandatum, & vti mandatum eſt.

PARIES, Ælio Gallo finitore, *ſiue murus ſiue maceriá eſt.* l. 157. D. de verb. ſignif. Iſidor. lib. 15. Origin. cap. 8. *Paries nuncupatus, quia ſemper duo ſunt pares, vel à fronte, vel à latere. Siue enim tetragonum ſiue hexagonum ſit, qui ſe conſpiciunt ex pari erunt. Aliter enim ſtructura facta deformis eſt. Si inter binas ædes Paries eſſet qui ita Ventrem faceret, vt in vicini domum ſemipedem aut amplius procumberet.* l. 17. D. ſi ſeruit. vindic. *Medius Paries qui Vtraſque ædes diſtinguat.* l. 4. D. ſi ſeruit. lega. *Si dominus Parietem medio ædificato, Vnam domum in duas diuiſerit.* l. 6. §. 1. D. commun. præd.

Parietum autem aliquot genera hîc recenſere operæpretium fuerit. *Paries craticius* in l. 52. §. item Mela. D. pro ſoc. qui in cratis modum tignis contextis compoſitus eſt. De quo Vitruu. lib. 2. cap. 8. & lib. 7. cap. 3. agit. Feſtus in verbo Solea. *Solea, vt ait Verrius*, eſt non ſolùm eá quæ ſolo pedis ſubiicitur, ſed etiam pro materia robuſta ſuper quam Paries craticius extruitur.

Intergerinus Paries, vt idem Feſtus lib. 9. *is eſt qui inter adſines ſtruitur, & quaſi intergeritur*, qui in vet. gloſſar. ſic definitur: τεῖχος τὸ δύο κλήσεις διοείζων. De quo videndus eſt Plinius lib. 35. cap. 12.

Paries ſolidus & fornicatus opponuntur apud Cicer. Topic. vbi ſolidum Parietem accipio, qui à ſolo continuo ductu ad faſtigium exurgit, ſic vt nuſquam ſuſpendatur: fornicatum verò qui arcum habet. *In Africa etiam Hiſpaniáque ex terra Parietes in Vſu fuiſſe quos appellabant formaceos, quoniam in forma circundatis Vtrinque duabus tabulis, infarciebantur Verius quàm inſtruebantur*, auctor eſt Plinius, lib. 35. cap. 14. quæ verba ex eo tranſcripſit Iſidor. lib. 15. Origin. cap. 9. *Rudes Parietes*, id eſt tectorio nondum liti. l. 44. D. de vſufr.

Paries item vel *communis* vel *proprius. Parietem qui naturali ratione communis eſt, alterutri Vicinorum demoliendi eum & reficiendi ius non eſt.* l. 8. D. de ſeruitut. præd. vrban. *Si Paries communis opere abs te facto in ædes meas ſe inclinauerit.* l. 14. §. vlt. D. ſi ſeruit. vindic. Si vtrarumque ædium onera Paries communis ſuſtinere poſſit. l. 36. D. de damn. infect. Si Paries æqualiter vtriuſque ſocij oneribus preſſus decidit. l. 40. §. 1. D. eod. Communis autem eſſe poteſt *Paries* vel ſi vicini aliquid vtrinque ex proprio ſolo contulerint, vt ibi Parietem inter ſe ædificarent, quíque impenſa communi ædificatus ſit, veluti in ſpecie l. 52. §. item Mela. D. pro ſocio. vel ſi *Paries* duobus communiter legatus ſit, vt in ſpecie l. 4. D. de ſeruit. leg.

Paries proximus, apud Horat. epiſt. 18. lib. 1. *Parietis* hæc ſunt adiuncta, *Vetus, nouus, idoneus. Parietem veterem demolire.* l. 43. §. 1. D. de dam. infect. Niſi ſumptuoſè parum bonus nouus Paries ſit reſtitutus. l. 37. D. de dam. inf. *Idoneus Paries.* l. 39. & l. 37. D. de dam. inf. *Paries aptus onerib. ferendis, aut non.* l. 35. D. de dam. inf.

Parietem ædificare, demolire, reficere Iuriſconſulti dicunt. *Parietis demolitio.* l. 35. D. de dam. inf. *Parietem meliorem aut deteriorem facere.* l. 6. §. vlt. D. ſi ſeruit. vindic.

PARTIS *appellatione rempro indiuiſo ſignificari Q. Mutius ait. Nam quod pro diuiſo noſtrum ſit, id non partem, ſed totum eſſe.* l. 25. D. de verb. ſignifi. & ita Vlpian. ait, *ſi diuiſit fundum regionibus,*

& sic Partem tradidit pro diuiso, potest alterutri seruitutem imponere, quia non est Pars fundi, sed fundus. l. 6. §. 1. D. commun. præd. Seruius tamen Sulpitius non ineleganter *Partis appellatione vtrumque significari aiebat.* d. l. 25. D. de verb. signif. Vnde *Pars quædam statuitur esse pro indiuiso, quædam pro diuiso.* l. 43. D. de adquir. possess. *Vsusfructus & ab initio pro Parte indiuisa vel diuisa constitui potest.* l. 5. D. de vsufr. *Si quis fundum petierit, deinde Partem petat vel pro diuiso, vel pro indiuiso.* l. 7. D. de except. rei iudic. *Cùm pro diuiso Pars aliqua fundi euincitur.* & mox: *Si pro indiuiso quinta Pars euicta esset.* l. 64. D. de euictioni.

Pars pro indiuiso l. 1. D. de euiction. *Pars hæreditatis pro indiuiso.* D. si pars hæredit. *Totius corporis pro indiuiso pro Parte dominium habere.* l. 5. §. vlt. D. commodati. *Coniunctus pro indiuiso ex Parte dimidia totius fundi vsusfr.* l. 31. D. de vsu & vsufr. leg. *Si cõuenit de Parte pro indiuiso alienanda.* & mox: *Si quis cùm vnius rei Partem pro indiuiso dederit hypothecæ.* l. 7. §. vlt. D. quib. mod. pign. *Si is qui totum fundum emebat, pro indiuiso Partem aliquam alienam esse scit.* l. 4. §. vlt. D. pro empto. *Seruus communis sic omnium est, non quasi singulorum totus, sed pro Partibus vtique indiuisis, vt intellectu magis Partes habeant quàm corpore.* l. 5. D. de stipulat. seruor.

Partis hæc sunt adiuncta, *debita, certa, legitima, reliqua, virilis: Æquæ Partes, pares, dispares, dominicæ, hæreditariæ.*

Aliqua parte anni. l. 12. §. si aliqua. D. de instruct. vel instrum. *Maiore Parte anni.* vide suprà lib. 11. *Maior pars diei.* l. 2. §. vlt. D. de verbor. signific. *Maior Pars creditorum, iudicum.* vide suprà eod. lib. 11. *Si Parti ciuitatis alicui sit relictum.* l. 32. §. vlt. D. de leg. 1. *Cùm duæ Partes decurionum adessent, vel amplius quàm duæ.* l. 3. & l. 4. D. quod cuiusc. vniuers. *Duabus Partibus adhibitis.* l. 3. D. de decretis ab ordine faciend.

Partẽ facere dicitur is cuius persona in Partibus faciendis numeratur, computatúrque. l. 67. §. sed si vno. D. de legat. 2. l. 14. in fin. D. de iure codicill. l. 10. §. liberi. D. de bonor. possess. contra tabul. *In superiorum Partibus Partem feciſſe intelligitur.* l. 77. §. libertis. D. de legat. 2. *Vt quicunque confert, etiam suam personam numeret in Partibus faciendis.* l. 1. §. vlt. D. de collat. bonorum. *Qui in vtero est Partem facit his qui pari gradu sunt.* l. 3. §. vtique. D. de suis & legitim. Quando posthumus speratur, in ea causa est vt Partem faciat. l. 1. §. si ex trib. D. de bonor. possess. contra tab. *Vtrum posthumus Partem faciat.* l. 7. D. de reb. dub. *Partem non facit hæreditas eius quæ nondum est.* l. 18. D. de stipul. seruor. *Qui repudiantis animo non venit ad accusationem inofficiosi testamenti, Partem non facit his qui eandem querelam mouere volunt.* l. 17. D. de inoffic. test. *Partem posterioribus non faciet.* l. 77. §. libertis. D. de legat. 2. *Partem quoque facere dicitur is cuius persona in Partium diuisione distributióne ve numeratur, licet ad legatum vel hæreditatem non admittatur.* l. 84. §. si Titio. D. de legat. 1. l. 1. §. vlt. D. de collat. bon.

Aliàs *Pars* clausulam siue caput edicti significat. *Ex hac & ex illa Parte edicti.* l. 20. §. videamus. D. de bonor. poss. contr. tab. l. 2. D. de bon. libert. *Ex illa Parte edicti tum quem ei hæredem esse oportet.* l. 227. D. de verb. signifi. *Huic in quem in hac Parte edicti legatorum actio datur.* l. 18. §. vlt. D. si quis omiss. *Illa parte edicti quæ continetur loquitur,* &c. l. 14. D. ex quib. caus. maior. *Bonorum possessio quæ ex hac Parte edicti datur.* l. 1. §. hæc autem. D. vnde cogn. *Ex illa Parte vnde proximi cognati vocantur:* & mox, *Poterit ex sequenti Parte succedere ipse sibi.* l. 1. §. sed videndum. D. de succeſſ. edict. *Ex prima Parte edicti.* l. 2. D. de bon. libert. *Ex prima Parte & ex sequenti bonorum possessionem petere.* l. 4. D. de Carbon. edict. *Cùm filius liberti impubes cui subiectus dicitur, ex prima Parte bonorum possessionem accipiat.* l. 42. §. cùm filius. D. de bon. libert. *Venter in possessionem ex omni Parte edicti mittitur.* l. 1. §. filio. D. ad SC. Tertyll. *Ventrem Prætor ex omnibus edicti Partibus mittit in possessionem bonorum.* l. vlt. D. de ventr. in poss. mittendo.

Ad legem Iuliam de vi publi. pertinere ex ea Parte qua de eo cauetur, &c. l. 8. D. de sepulcr. viol.

Pars stipulationis. l. 9. D. de accept. *Si accepto lata fuerit ob rem iudicatam clausula, cæteras Partes stipulationis euanuisse.* l. 15. D. de acceptilat. *Quod ferè nouissima Parte pactorum ita solet inferi.* l. 7. §. quod ferè. D. de pact. *Pars prima & posterior testamenti.* l. 13. D. de transact. *In multis Partibus iuris.* l. 61. D. de adquir. rer. domin. *In omnibus Partibus iuris.* l. 18. D. de captiu.

PARTES etiam Iurisconsulti vocant eos qui inter se litigant. Sic *Pars aduersa* pro aduersario. l. 6. C. de pact. inter empt. l. 1. C. de his qui accus. non poss. & apud Tertull. lib. 3. aduers. Marcion. *Partis aduersæ Patronus apud Quintilian.* lib. 4. cap. 1. & *diuersa Pars,* eodem sensu, vt probaui suprà lib. 4. *Vtraque Pars.* l. 6. C. depositi. *Vna Parte absente.* l. 40. C. de liber. cau. *Quæ altera Parte absente decernuntur.* Paul. lib. 5. Sentent. tit. 5. *Altera Parte cessante.* l. 2. C. de vsur. & fructib. legat. *Partium allegationes.* l. 3. C. de inutil. stipul. *Si inter Partes fuerit dubitatum.* l. 34. §. si de qualitate. D. de iureiur. *Imperator interrogauit Partem legatarij.* Et mox. *A Parte*

legatarij ſuggeſtum eſt. l. 97. D. de legat. 3. *Ex Parte rei.* l. 25. D. de procurat. *A neutra Parte obligatio contrahitur.* l. 34. §. item ſi. D. de contrahend. emption.

Admonendi etiam ſumus, *diuiſa Centum Virorum tribunalia*, vt loquitur Papinianus in l. 76. D. de legat. 2. ſeu *quatuor eorum conſilia*, prout appellat Plinius epiſt. 33. lib. 6. *Partes* vocari à Quintiliano lib. 6. *quadruplex iudicium* ab eodem Plinio, epiſt. 24. lib. 4. & epiſt. 33. ſuprà dic. eóque pertinent hæc Marcelli verba: *Si Pars iudicantium de inofficioſo teſtamento contra teſtamentum, Pars ſecundum id ſententiam dederit.* l. 10. D. de inoffic. teſtamen.

In ciuilibus etiam bellis contraria ciuium inter ſe diſſidentium ſtudia & arma *Partes* vocabantur. *In ciuilibus diſſenſionibus qui in alterutras Partes diſcedent.* l. 21. §. vlt. D. de capt. & poſtli. reuerſ. Sic *Cinnanæ Marianæque Partes* apud Velleium Paterc. lib. 2. hiſtor. Plinius epiſt. 15. lib. 3. *qui fuerat in Partibus. Medios & neutrius Partis.* Sueton. in Iulio, cap. 75.

Non omittenda eſt & militaris huius verbi ſignificatio, quam Vell. Paterculus lib. 2. hiſtor. prodit his verbis: *Vt primùm C. Cæſar inclinatam vidit Pompeianorum aciem, neque prius neque antiquius quidquam habuit, quàm in omnes Partes (vt militari & verbo & conſuetudine vtar) dimitteret.*

Ea quæ in Partes diuidi non poſſunt. l. 192. D. de diuerſ. reg. *Quædam Partium præſtationem recipiunt, veluti cùm decem dari ſtipulamur: quædam non recipiunt, & in his quæ natura diuiſionem non admittunt*, &c. Et mox: *quædam Partis quidem præſtationem natura recipiunt.* l. 2. D. de verb. oblig. *Si in Partem proprio nomine, in Partem pro alieno litigat.* l. 1. §. in proprio. D. quando appellan. ſit. *Non poteſt ex vno iudicio res iudicata in Partem valere, in Partem non valere.* l. 27. D. famil. erciſc. *Ac ſi in Partes dimidias tutores dati eſſent.* l. 46. §. cum teſtamento. D. de adminiſtr. & periculo. *In Partem fieri nuntiatio, & in totum opus*, opponuntur. l. 5. §. qui nuntiat. D. de operis no. nuntiat. *In ſolidum agere, & in Partem experiri*, opponuntur l. 40. §. quotiens. D. de dam. infect. *In ſolidum & pro Parte teneri*, opponuntur l. 5. §. vlt. D. commodati. *Per Partes*, id eſt particulatim. *Hæres etiam per Partes accipere cogendus eſt.* l. 4. §. item ſi. D. de ſtatu liber. id eſt particulatim. & l. 41. §. 1. D. de vſuris. *Nummularij accipiunt pecuniam, & erogant per Partes.* l. 9. §. nummularij. D. de eden. *Si tantum in fundum dotalem impenſum ſit per Partes quanti fundus eſt.* l. 56. §. quod dicitur. D. de iur. dot. *Si per Partes ædes reficiat.* l. 10. §. 1. D. quibus modis vſusfr. *Si nauem per Partes totam refecerit.* l. 24. §. vlt. D. de legat. 1. *Fundum qui per Partes venit.* l. 36. §. vlt. D. mandati. *Seruitus ab initio per Partes adquiri non poterit.* l. 8. D. de ſeruitutib. *Non poſſe per Partes conditioni Pareri.* l. 44. §. ſi duorum. D. de condition. & demonſt. *Per Partes ſeruitus imponi non poteſt.* l. 6. §. 1. D. commun. præd. *Per Partes euenit vt neceſſe eſſet reipub. per vnum conſuli.* l. 2. §. eodem tempore. D. de orig. iur.

Pro parte dominij ſeruitutem adquiri non poſſe. l. 11. D. de ſeruitut. *Pro Parte liberabitur.* l. 25. D. de ſolution. *Subſecuta pro Parte numeratione.* l. 1. D. qui potior. in pign. *Reſtitutio operis fieri pro Parte non poteſt.* l. 21. §. vlt. D. de oper. noui nuntiat. *Bonorũ Parte legata.* l. 26. §. vlt. D. de leg. 1. *Adempta vel amiſſa Parte bonorum.* l. 38. §. ſi qui abortionis. & §. ſi quis inſtrumentum. D. de pœnis. *Pro Parte dimidia bonorum multatur.* l. 6. D. ad l. Cornel. de ſicar. *Parte dimidia bonorum adempta relegatus.* l. 11. §. cùm quidam. D. ad l. falcid. *De omnibus bonis, aut plurima Parte eorum.* l. 21. D. de excuſation. *Qui hæreditatem vel Partem hæreditatis petit.* l. 1. in princip. & §. 1. D. ſi pars hæred. pet. *Qui hæreditatem Partémve eius poſſident.* l. 1. D. ſi quis omiſſ. *Vt Partem hæreditatis pro indiuiſo reſtitui mihi iubeat.* l. 7. D. ſi pars hæred. *Partem aliquam hæreditatis, veluti dimidiã.* l. 40. D. famil. erciſc. *Ex Parte hæres inſtitutus.* l. 39. D. famil. erciſc. l. 25. D. de ſolution. l. 40. §. 1. D. de hæred. inſtit. *Scriptus.* l. 28. D. de lib. & poſth. *Ex parte dimidia hæres, vel hæredes.* l. 38. §. vlt. & l. 43. §. vlt. D. de legat. 3. l. 142. D. de verb. ſignif. *Peculij maiorem Partem in prædiis & mancipiis aut fœnebri pecunia habere.* §. at in actione. Inſtit. quod cum eo qui. *Alter ex milleſima Parte, alter ex duobus milleſimis Partibus ſocius.* l. 8. D. pro ſocio. *Pars ædium.* l. 13. §. vlt. D. de action. empti. *Aliqua Parte cœnaculi.* l. 27. D. locati. *Aut Pars fundi, aut totus retineatur.* l. 56. §. quod dicitur. D. de iure dot. *Partes quæ emptioni fundi adiiciuntur.* l. 7. §. 1. D. pro empto. *Duas Partes pretij.* l. 27. §. eleganter. D. de donation. int. vir. & vx.

Pars pro diuiſo. l. 6. §. 1. D. commun. præd. Quin & *certa Pars* appellatur, quòd oculis cerni poſſit, cùm *Pars* pro indiuiſo, iuris tantùm intellectu, non corporis diuiſione conſiſtat. *Siue pro certa Parte, ſiue pro indiuiſo fundum poſſideat.* l. 1. §. hoc interdictum. D. vti poſſid. *Ad certam Partem fundi ſeruitus tam remitti quàm conſtitui poteſt.* l. 6. D. de ſeruitutib. Denique *Parti pro indiuiſo certus locus* opponitur. l. 1. D. de euictionib. *Si cui certam Partem hæreditatis legauero.* l. 10. §. vlt. D. de legat. 2. *Partis appellatione ſi non ſit portio aliqua ſpecialiter adiecta, dimidia intelligitur.* l. 164. D. de verb. ſignifi. *Si Partis bonorum vſusfructus legatus ſit, nec ſit ſpecialiter facta Partis*

mentio,

mentio, dimidia Pars bonorum continetur. l 43. D. de vſufr. Proinde *ſi interrogatus quis in iure hæredem ſe eſſe ex* Parte *reſponderit, ſi ex dimidia hæres ſit, nihil ei nocet reſponſum, alioquin nocet.* l. 12. §. ſi interrogatus. D. de interrogat. in iur. fac. *Quinetiam ſi teſtator iuſſiſſet hæredem cum alio hæreditatem partiri, dimidia Pars bonorum legata videbatur.* Vlp. tit. 25. regular. *Si non fuerint Partes ſocietati adiectæ, æquas eas eſſe conſtat.* l. 29. D. pro ſoc.

Partis & pro Parte ſtipulationes propriè dicuntur quæ de lucro & damno communicando ſolent interponi inter hæredem & legatarium partiarium, id eſt cum quo partitus eſt hæres. Vlp. tit. 26. regul. Idem ibid. *Ex Pegaſiano SC. reſtituta hæreditate, commoda & incommoda hæreditatis communicantur inter hæredem, & eum cui reliquæ Partes reſtitutæ ſunt, interpoſitis ſtipulationibus ad exemplum Partis, & pro Parte ſtipulationum.*

Inter hæredem & fideicommiſſarium cui ex SC. Pegaſiano hæreditas reſtituitur, Partis & pro Parte ſtipulatio interponitur, vt hæredi inſtituto pro quarta, actiones: pro cæteris verò portionibus fideicommiſſario competant. Paul. lib. 4. Sentent. tit. 4. *Poſt SC. Pegaſianum, qui ex fideicommiſſo recepit Partem hæreditatis, legatarij partiarij loco erat. Vnde quæ ſolebant ſtipulationes inter hæredem & partiarium legatarium interponi, eædem interponebantur inter eum qui ex fideicommiſſo recepit hæreditatem & hæredem, id eſt vt lucrum & damnum hæreditarium pro rata Parte inter eos commune eſſet.* §. poſt quod. Inſtitut. de fideicomm. hæred. Ac deinde eod. tit.

Præterea officium quod arbitris, iudicibus, præſidibúsve incumbit, quódque ad eorum iuriſdictionem, curam ſolicitationémque pertinet, *Partes* appellamus. *Has partes arbitri eſſe, vt ſi in computatione nihil inueniatur, poſſit abſoluere.* l. 7. D. de confeſſis. *Si arbiter in mora non fuit quominus Partibus ſuis non fungeretur.* l. 21. §. Papinianus. D. de recept. qui arb. *An etiam is arbiter qui familiæ erciſcundæ datur, iiſdem Partibus fungi poſſit.* l. 30. D. famil. erciſc. *Quæ partes iudicis ſint.* l. 34. D. ſolut. matrim. *Iudicis Partes eſſe vt.* l. 41. §. vltimo. D. de obligat. & actioni. *Iudicis eædem Partes eſſe debent.* l. 69. §. ſeruus. D. de legat. 1. *Partes iudicis non alias futuras fuiſſe quàm vt cauere iuberet.* l. 15. D. de oper. no. nuntiat. *Recepiſſe arbitrium videtur qui iudicis Partes ſuſcepit.* l. 13. §. recepiſſe. D. de recept. qui arbit. *Iubeat iudicem libertatis Partibus ſuis fungi.* l. 7. §. planè. D. de hæred. petit. *Iudex qui de fideicommiſsis ius dicit, Partibus ſuis fungetur.* l. ſecunda. C. de vſur. & fruct. legat. *Vt iudex inter te & tutores datus, quàm primùm Partibus ſuis fungatur.* lege 1. C. de adminiſtra. tutor. *Non dubitabit is apud quem res agetur, Partibus ſuis fungi.* l. 40. D. de iur. dot. *Ceſſabunt Partes iudicis, & iudicum.* l. prima. §. alimenta. D. de agnoſc. & alend. lib. l. 15. §. ſi poſt. D. de re iudicat. *Ceſſant Partes eorum qui ſolent ceſſantes cogere adminiſtrare.* lege 5. §. primo. D. de adminiſtr. & peric. *Quæ ſint Partes præſidis.* l. 2. D. de his qui ſui. *Eum qui prouinciæ præeſt adire poteris, qui æſtimabit quid ſit Partium ſuarum.* l. 9. D. de offic. præſid. *Præſes prouinciæ Partes ſuas exhibebit.* & mox: *Quatenus iuxta formam conſtitutionum Partes ſuas debeat moderari.* l. 4. C. de in lit. iuran. *Is qui prouinciam regit, in impertienda cognitione, ſuas Partes ſecundum leges exhibebit.* l. 2. C. ſi aduer. rem iudic. *Præſes prouinciæ Partes æquitatis non negabit.* l. 8. C. de rei vindicat. *Præſes prouinciæ ne in alimentorum præſtatione mora fiat, Partibus ſuis fungetur.* l. 1. C. de aliment. pupill.

Prætoris Partes neceſſariæ ſunt. l. 7. §. vlt. D. de pact. *Prætoris hæ partes ſunt.* l. 20. D. de manum. teſtam. *Prætoris erunt Partes* vt. l. 23. D. de hæred. inſtit. *Prætor vel præſes prouinciæ vel iudex familiæ erciſcundæ iudicio addictus, ſuas Partes adcommodare debet.* l. 7. C. famil. erciſc. *Prætor partes ſuas interponere debet.* §. quòd ſi non. Inſtitut. de ſatiſdat. tutor. *Prætoris Partes ſunt,* vel *erunt interponendæ.* l. 3. §. vlt. D. de fideicomm. libert. lege 5. D. de liber. cau. *Nullæ Prætoris Partes ſunt.* l. 31. §. vltimo. D. de fideicomm. libert. lege 6. D. vt in poſſeſſ. legat. l. vndecima. §. ex facto. D. de minor. *Nullas Prætoris Partes eſſe ad compellendum defendere.* l. 45. D. de procurat. *Ceſſare Partes Prætoris.* l. 16. D. de minorib. *Quoties Prætor Partibus eius cuius mandatu ius dicit fungitur.* l. 3. D. de offic. eius cui mand. *Prætorem non rectè ſuis Partibus functum.* l. 7. §. ſi Prætor. D. de reb. eor.

Aditus à te procurator meus ſuis Partibus fungetur. l. 3. C. ſi ſer. export. *Si procurator Cæſaris Partibus præſidis in prouincia fungatur.* Vlp. in lege Dei, tit. 14. *Procurator Cæſaris qui Partibus præſidis non fungebatur.* l. 21. §. 1. D. de appellationib.

Omne officium adſeſſoris quo iuris ſtudioſi Partibus ſuis funguntur. lege prima. Digeſtis de offic. adſeſſo.

Cæſar lib. 3. de bello ciu. *Aliæ enim ſunt legati Partes, atque Imperatoris.*

Partibus quoque *ſuis fungi* tutor dicitur qui ſuum officium facit. l. 7. §. 1. D. de adminiſtr. & peric.

Actor vniuerſitatis procuratoris Partibus fungitur. l. 6. §. vltimo. D. quod cuiuſc. vniuerſit.

Succeſſores argentarij cùm in eiuſdem locum ſuccedant, Partibus eius fungi debent. l. 9. §. 1. D. de eden.

Partibus etiam *fungi* dicuntur, quæ vicem repræſentant. Sic *donationes inter virum & vxorem factas, fideicommiſſi Partibus fungi*, ait l. 12. C. ad l. falcid.

Partes interdum onus ſignificant. Et ita actoris ſeu petitoris onera, prout ea appellantur. l. 24. D. de rei vindic. & l. 1. §. inter. D. vti poſſidetis. *Partes* dicuntur. Ac proinde *Partes actoris ſuſtinere*, ſeu *Partibus actoris fungi* dicitur is cui probandi onus ſeu neceſſitas incumbit. quemadmodum Alphenus explicat his verbis. *Hactenus is qui rem non defenderet, puniretur, vt iure ſuo probare neceſſe haberet. id enim eſſe petitoris Partes ſuſtinere.* l. 15. D. de oper. no. nuntiat. ſimilique modo Vlpian. *Si quis ex ſeruitute in libertatem proclamat, Petitoris partes ſuſtinet: ſi verò ex libertate in ſeruitutem petatur, is Partes actoris ſuſtinet, qui ſeruum ſuum dicit.* l. 7. §. ſi quis. D. de liber. cau. & mox: *Si fortè apparuerit eum qui de libertate ſua litigat, in libertate ſine dolo malo fuiſſe, is qui ſe dominum dicit, actoris Partes ſuſtinebit, & neceſſe habebit ſeruum ſuum probare.* l. 7. §. vlt. D. de liber. cau. *In præiudiciis is actoris Partes ſuſtinet qui habet intentionem ſecundum id quod intendit.* l. 12. D. de exception. *Si quæritur quis poſſeſſoris, quis petitoris Partes ſuſtineat.* l. 8. §. ſed ſi quæritur. D. ſi ſeruit. vindic.

Actoris Partibus ſemper qui ſe patronum dicit fungitur. l. vlt. D. ſi ingenu. *Ita fiet vt is qui victus eſt de poſſeſſione, petitoris Partibus fungatur.* l. 35. D. de adquir. poſſeſſ. id eſt *petitoris onere, & non item commodo poſſeſſoris*, vt loquitur l. 1. §. inter. D. vti poſſid. & l. 62. D. de iudicib. *An petitoris Partibus fungi debeat.* l. 14. D. de Carbon. edic. id eſt an ei probatio incumbat, vt ibidem ait Scæuola.

Ex contrario, *rei Partes ſuſtinere* dicitur is à quo probatio non exigitur, quíque poſſeſſoris commodo fruitur. *Actoris Partes ſuſtinere, & rei Partes ſuſtinere.* l. 6. §. vlti. D. de Carboni. edic. *In familiæ erciſcundæ iudicio vnuſquiſque hæredum & actoris & rei Partes ſuſtinet.* l. 2. §. in familiæ. D. famil. erciſc.

Sic & *defenſoris Partes ſuſtinere* dicitur procurator qui cum *alieno nomine litiget, ratam rem dominum habiturum cauere non compellitur, ſed tantùm iudicatum ſolui ſatiſdare.* l. 45. §. vlt. D. de procurator. l. 5. §. qui remiſſionem. & §. vlt. D. de oper. no. nuntiat.

PARTIM *ſoluta pecunia*, id eſt per partes. l. vlt. §. Titius. D. de condict. indeb. *Partim datis materiis.* l. 47. D. de action. emp. *Omnes populi Partim ſuo proprio, Partim communi omnium hominum iure vtuntur.* l. 9. D. de iuſtit. & iure. *Prætores Partim qui vrbanis rebus, Partim qui prouincialibus præeſſent*, l. 2. §. capta. D. de orig. iur.

PARTIARIVS *colonus* dicitur qui lucri & damni cum domino particeps eſt, fructúsque fundi cum eo quaſi ſocietatis cuiuſdam iure partitur. l. 28. §. ſi vis maior. D. loca. Quo loci *Partiario colono is qui ad pecuniam numeratam conduxit* opponitur. quæ duo diuerſa locutionis genera Plin. epiſt. 37. lib. 9. attigit his verbis: *Medendi vna ratio, ſi non nummo, ſed Partibus locem: ac deinde ex meis aliquos exactores operi, cuſtodes fructibus ponam.* Panormit. in cap. propter. de locato, *Colonum Partiarium*, mediarium dici ait. Quo fit vt vernaculum noſtrum verbum *meſtayer* inde dictum putem. *Partiarius redemptor.* Cato de re ruſt. cap. 137. Idem eiuſdem lib. cap. 16. *Calcem Partiario coquendam qui dant, Calcarius perficit & coquit.*

Partiarius legatarius appellabatur *is cui pars bonorum legabatur.* §. ex ſingulis. Inſtit. de fideicomm. hæred. Vlpian. verò tit. 26. regul. *Partiarium legatarium interpretatur eum cum quo Partitus eſt hæres.*

Particulones etiam auctore Nonio à veteribus cohæredes inter ſe dicebantur, quòd partes inuicem ſibi facerent. *Partiarij erroris*, Tertull. aduerſ. Marcionem. & lib. 6. de reſurrect. carn. Apul. lib. 4. de Aſino aur. *Quæ cum mortali puella Partiario maieſtatis honore tractor.* & lib. 8. *domi verò promiſcui operis Partiarios agebant concubitus. Partiaria pecora*, ſeu *quæ in commune paſcenda dantur*, vt loquitur l. 52. §. venit. D. pro ſoc. *Si paſcenda pecora Partiaria*, id eſt vt fœtus eorum portionibus quibus placuit inter dominum & paſtorem diuidantur, *Apollinarem ſuſcepiſſe probabitur.* l. 8. C. de pact.

PARTICEPS *doli*. l. 1. §. vlt. D. ſi mul. vent. nom. in poſſ. *Vt à cæteris quid conſequatur doli Participibus.* l. 1. §. planè. D. de tut. & ration. *Particeps fraudis.* l. 10. §. quod ait. & §. ſi quis Particeps. D. quæ in fraud. cred. *Particeps facinoris.* l. 2. D. de Carbon. edic. *Particeps ſceleris.* l. 1. §. ſeruis. D. de SC. Silan. *Quaſi ſceleris Particeps.* l. 1. §. ſi ſerui. D. de quæſtion. *Particeps muneris.* l. 2. C. de vſur. pupillar. l. 2. C. qu. quiſ. ord. lib. 11. *Participem in munere habere debet.* l. 7. C. de excuſat. tut. *Particeps officij.* l. 11. §. vlt. D. de legation. *Ex duobus pluribúsque eiuſdem obligationis Participibus.* l. 16. D. de acceptilat.

PARSIMONIA. *Quod seruus parsimonia parauit.* l. 39. D. de peculio, puta *genium suum defraudans*, vt Geta Terentian. Phorm. Act. 1. sc. 1.

PARTICIPARE, est participem esse, communicare. *Æquum est vt cuius Participauit lucrũ, participet & damnum.* l. 53. D. pro soc. *Siue fraudem aliquam adhibuerint, vel cum aliis Participauerint.* l. 1. §. de peric. tutor. *Si fraudem eum Participasse cum creditore docere potueris.* l. 4. C. si vẽd. pign. *Te conscio & fraudem Participante.* l. 10. §. quod ait. D. quæ in fraud. credit. *Fraudis consilio cum hæredibus scriptis Participato.* l. 27. §. vlt. D. si quis omis. cau. *Participato fraudis consilio.* l. vlt. C. de crim. stellion. *Participante consilio emptoris.* l. 2. C. de præd. min. *Omnes seruos dedere qui Participauerint furtum.* l. 1. D. si fam. furt. fecis. *Qui cum amico suo Prætore gratis consilium suum Participat.* l. 8. §. vlt. D. de legation. *Si mulier eam obligationem quæ in alterius persona constitit, Participauit.* l. 4. C. ad SC. Velleian.

Nisi fortè se venundari passi sint, vt Participauerint pretium. l. 7. D. de liber. cau. *Si Participandi pretij causa consensum seruituti dedisse probetur.* l. 5. C. de libera. cau. *Cùm liber homo maior viginti annis ad pretium Participandum sese venundari passus est.* §. serui autem. Institu. de iure personarum.

Participari eodem sensu. *Si minor se in seruitutem venire patiatur,* id est si pretium Participatus est. l. 9. §. Papinianus. D. de minorib. *Qui pretium Participatus est.* l. 1. C. quibus ad libert. proclam.

PARTICVLA. l. 43. D. de adquir. possess. *Vna aliqua Particula legis proposita.* l. 24. D. de legib. Quas Epicurus Atomos, *Particulas minimas Alphenus vocat,* in l. 76. D. de iudiciis. his verbis: *Propterea quod, vt Philosophi dicerent, ex quibus Particulis minimis constaremus, hæ quotidie ex nostro corpore decederent.*

Particularis publicatio. l. vlt. C. si reus vel accusat.

PARTICVLATIM, id est per partes. *Si non hac lege mutua pecunia data est, vt liceret ei Particulatim quod acceptum est exsoluere.* l. 41. §. 1. D. de vsur. id est per partes. vt l. 4. §. item si. D. de statu liber. *Pecuniam mutuam dedit, & eandem Particulatim recepit.* l. 90. D. de solutionibus. *Quamuis fundus Particulatim venierit, omnes partes seruitus sequitur.* l. 23. §. vltimo. D. de seruit. prædior. rustic.

PARTIRI, id est diuidere. *Mæuius hæres meus cum Titio hæreditatem meam Partito, diuidito.* Vlpian. tit. 25. regular. *Te rogo Luci Titi hæreditatem meam cum Attio Partiaris.* l. 19. §. 1. D. ad SC. Trebell. *Partiri hæreditatem* Cicero pro Cluentio.

Si pater cum filiis bona quæ habebat Partitus sit. l. 4. D. pro suo. Cicero in Verr. act. 1. *Quibus cum viui bona nostra Partimur, iis Prætor adimere nobis mortuis bona fortunásque poterit?*

Arbitrum ad fundum Partiendum petere. l. 30. D. famil. ercisc. *Vt hanc possessionem pro iure cuique nobis Partiatur.* l. 3. D. eod. *Partiri limite campum.* Virg. l. 1. Georg. *Si quis minor 20. annis ad Partiendum pretium venum se dari passus est.* Et mox: *Post viceſimum autem annum pretium Partitus.* l. 7. §. 1. D. de liber. cau. *Duo tutores Partiti sunt inter se administrationem tutelæ.* l. 5. D. de magistr. conuen.

PARVI *refert,* id est nihil interest. Vlpiano frequens & crebra in ore locutio. l. 6. D. commun. præd. l. 25. §. de eo. D. de petit. hæred. l. 1. D. de magistrat. conueniend. l. 7. §. si vsuras. D. de administ. & peric. l. 1. §. exercitores. D. de exercitorib. l. 3. & l. 7. D. de furt. l. 1. D. si quis omissa. l. 8. §. vlt. D. de liber. cau. l. 2. §. Parui. D. de suis & legit. l. 3. §. Parui. D. de Carbon. edict. l. 1. D. quod vi aut clam. l. 1. §. exceptionem. D. de quar. rer. act. l. 9. §. 1. D. de iniuriis. l. 1. §. deiecisse. D. de vi & vi arm. l. 7. in princ. & §. vlt. D. de oper. libert. Quæ omnia capita Vlpiani sunt. Vtitur tamen & eodem genere loquendi Papinian. l. 17. D. de condict. furt.

PARVVLA. *Defuncta Paruula militis filia.* l. 6. C. de testam. milit. *Aliquam partem Paruulam incommodi sustinere.* l. 27. D. locati.

PASCERE est alere & cibaria præstare seruis vel iumentis. *Pascere seruum.* l. 11. D. ad exhibend. *Si conuenerat vti se mulier Pasceret, suósque homines.* l. 21. §. vlt. D. de donation. int. vir. & vxor. id est aleret, vt ibid. *Seruos hæreditarios Pauit, iumenta aut Pauit, aut distraxit.* l. 20. D. de adquir. vel omitt. hæred. *Qui operas suas locauerint vt Pascerentur.* l. 6. D. de leg. Fab. de plag. *Si quis fundum tradit & excipiat vt Pascere sibi liceat.* l. 32. D. de vsufr.

Pasci quoque dicuntur iumenta & pecora. l. 44. D. de adquiren. rer. domin. *Equa cùm in alieno Pasceretur.* l. 39. D. ad legem Aquil. *Vt boues per quos fundus colitur, in vicino agro Pascantur.* l. 3. D. de seruit. præd. rust. *Non in tuo pecus Pascitur.* l. 14. §. vlt. D. de præscr. verb.

Si ideo pecus incluſit ne Paſcatur. l. 2. §. ſi Publicanus. D. de vi bon. rapt. *Si in aliqua Parte anni in fundo Paſcantur pecora.* l. 12. §. ſi aliqua. D. de inſtru. vel inſtru. *Cùm pecus in commune Paſcendum damus.* l. 52. §. venit. D. pro ſocio. *Si ſocietatis contrahendæ cauſa pecora Paſcenda data ſunt.* eod. l. §. damna.

Ius Paſcendi. l. 1. §. vlt. D. de ſeruitut. præd. ruſtic. id eſt, *pecoris Paſcendi ſeruitutes*, vt l. 4. D. eod. *Terra in quam nondum dominus Paſcendi gratia pecus immiſit.* l. 30. §. noualis. D. de verbo. ſignifi.

PASCVA *ſylua eſt quæ paſtui pecudum deſtinata eſt.* l. 30. §. vlt. D. de verbo. ſignifica. *Paſcua publica.* rubr. de Paſcuis publicis. C. lib. 11. *In Paſcuis ſaltibus.* l. 1. eod. *Si ſaltum Paſcuum locaſti.* l. 19. §. 1. D. loca. *Paſcua quot iugerum eſſe videantur.* l. 4. D. de cenſib. *Qui pecora ex Paſcuis ſubtrahunt.* l. 1. §. 1. D. de abigeis. *Quid in Paſcuis fuerit inuentum.* l. 7. C. de bon. proſcript.

PASTORES *pecorum & anſerum*, apud Paul. lib. 3. ſentent. tit. 7. *Paſtores ouiliones.* l. 25. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum.

PASTIO. *Ex multis ſaltibus Paſtione fructus percipitur.* l. 32. D. de vſufructu.

PASTVS *pecudum* apud Cicer. l. 2. de nat. deor. & lib. de Senect. *De Paſtu pecoris actio ex l. 12. Tabul.* l. 14. §. vlt. D. de præſcr. verb. Vet. gloſſ. *De Paſtu pecoris*, ὁ ἀλλοτρίαν γλῶ ἐπαφεὶς εἰς βοσκὴν ἠρεμιάτων.

PASSIM eſt indifferenter, indiſtinctè, promiſcuè. *Paſsim accipere viliſsimum eſt.* l. 6. §. vlt. D. de offic. proconſ. *Palam ſic accipimus, Paſsim, hoc eſt ſine dilectu.* l. 43. D. de ritu nupt. *Non Paſsim, ſed cum cauſæ cognitione.* l. 7. §. 1. D. de vent. in poſſ. mitt. *Non paſsim tutoribus ſub obtentu æris alieni permitti debuit venditio.* l. 1. §. non paſſim. D. de reb. eorum. *Sed neque Paſsim impunitas eis per huiuſmodi proditiones concedenda eſt.* l. 1. §. cùm quid. D. de quæſtion.

PASSVM *vini appellatione contineri* ait Vlpian. l. 9. D. de trit. vino vel oleo. *Paſſum*, ait Nonius, *genus liquoris quod ex vua paſſa cogitur.* Virgil. Georg. lib. 2. *Et Paſſo pſithia vtilior.*

PASSVS, vt eſt in libr. variorum authorum de menſuris, *dupliciter haberi videntur apud antiquos. Etenim Paſſus dicitur quòd duobus greſsibus gradiendo conficitur. Paſſus etiam dicitur, quantum ambobus brachiis extenſis inter longiſsimos digitos eſt.* Et alibi: *Palmus autem quatuor digitos habet, pes ſexdecim, Paſſus pedes quinque, Pertica Paſſus duos. Vicena milia Paſſuum in ſingulos dies dinumerari Prætor iubet.* l. 1. D. ſi quis caution. *In itinere faciendo viginti milia Paſſuum in dies ſingulos peragenda.* l. 3. D. de verbor. ſignifica. *Mille Paſſus non à muro vrbis, ſed à continentibus ædificiis numerandi ſunt.* l. 154. D. de verb. ſigni. *Accedere debet ad vtilitatem temporis ratio itineris, ſcilicet numeratione viginti milium Paſſuum facta.* l. 2. §. ſi præſes. D. quis ordo in bonor.

PASTINA *inſtituere.* l. 7. §. vlt. D. ſol. matrim. *Paſtinum* vtique, quemadmodum Palladi. lib. 2. tit. 10. ſcribit, *fit tribus generibus, aut terra in totum foſſa, aut ſulcis aut ſcrobibus.* Ibidémque, *vbi tota terra debet effodi, aut vbi ſulcis aut ſcrobibus Paſtinandum ſit, dicet. Paſtinum*, ait Columel. lib. 3. de re ruſt. cap. 18. *Paſtinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum quo ſemina panguntur. Vnde etiam repaſtinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur. Hæc enim propria appellatio reſtibilis vineti erat. Nunc antiquitatis imprudens conſuetudo quidquid emoti ſoli vineis præparatur, repaſtinatum vocat.* Quæ verba Iſidor. Origin. l. 20. cap. 13. deſcripſit, apud quem tamen librarij incuria paſſim *Paſtinatum* pro *Paſtinum*: item, *ſemina purgantur*, pro *panguntur*, cum vitio legitur. *Pangere autem*, ait Feſtus, *ſignificat figere*, vnde addit, *Plantæ Pangi* dicuntur, cùm in terram demittuntur. *Semina verò ſurculi ſunt vitium qui ferramento illo bifurco terræ infiguntur.* Columellæ autem commodè Feſtus adiungetur, cuius verba ſunt hæc: *Repaſtinari ager is dicitur, vt Verrius exiſtimat, cuius natura mutatur fodiendo, cùm aut ſylueſter excodicatur, aut lapis mollitur frangendo vt fiat paſcui vel pecoribus herba vel hominibus ſatione.*

PASTINARE, eſt vineis ponendis locum præparare. *Is cui fundum Paſtinandum locaueras, lapides ſuſtulit.* l. 15. §. 1. D. quod vi aut clàm. *Paſtinandi* autem agri hanc Columel. lib. 3. cap. 13. rationem tradit, *vt primùm ex omni ſiue arbuſtino ſiue ſylueſtri loco quem vineis deſtinauerimus, omnis frutex atque arbor eruatur ſummoueatúrque: deinde locus altè infodiatur, tum vinea deponatur. Arbuſti Paſtinationem* inter vtiles impenſas numerat Paulus. l. 79. D. de verb. ſignifi. Vtuntur hoc *Paſtinationis* nomine Columel. lib. 3. & Palladius lib. 2. non ſemel.

PATER *is eſt quem nuptiæ demonſtrant.* l. 5. D. de in ius vocan. Iſidor. lib. 9. Origin. cap. 7. *Pater eſt à quo naſcitur initium generis: itaque is Paterfamilias vocitatur. Pater autem dictus eo quòd patratione peracta filium procreet. Patratio enim eſt rei venereæ conſummatio.* Lucret. *Et bene Patra Patrum.* Verùm hallucinatur Iſidorus. Lucretio enim ex cuius lib. 4. hic verſus petitus eſt, nunquam hoc monſtrum verbi *Patra* in mentem venit; ſed apud eum ſcriptum eſt,

Et bene part Paatrum fiunt anademata mitræ.

Iuſta

Iusta interpretatione recipiendum est vt Patris nomine auus quoque demonstrari intelligatur. l. 201. D. de verb. signifi. Quod in his maximè verum est quæ benignè accipienda & interpretatione adiuuanda sunt. vtique enim in l. Iulia. de maritandis ordinibus, & in l. Iul. de adulter. *Patris appellatione auus non continetur.* l. 44. §. 1. D. de ritu nupt. l. 20. & l. 21. D. ad l. Iul. de adulter.

Patrum hæ sunt qualitates, & differentiæ, *Naturalis, Adoptiuus, Iustus, Fiduciarius, Certus, Incertus.*

Patres ciuitatum. l. 1. C. quib. munerib.

Imperatores quoque interdum decessores suos *Patres* vocant: & ita Seuerus & Antoninus: *Cùm diuus Claudius Pater meus constituerit.* l. 1. C. qui non poss. ad libert.

Paterfamilias appellatur, qui in domo dominium habet, rectéque hoc nomine appellatur: quamuis filium non habeat. Non enim solùm personam eius, sed & ius demonstramus. Denique & pupillum patremfam. appellamus. Et cum paterfá. moritur, quotquot capita libera ei subiecta fuère, singula familias incipiũt habere, eísque pro parte præsunt. l. 195. D. de verbor. significat. Itaque alibi *Patresfamiliarum* definiuntur, *qui sunt suæ potestatis, siue puberes siue impuberes.* l. 4. D. de his qui sunt sui vel alien. *Nã filij cuiuscunque ætatis sint, morte patrum sui iuris effecti Patresfam. sunt.* l. 5. D. quando dies leg. Hinc Tertull. in lib. de virginib. veland. *Materfam.* ait, *vocatur, licet virgo, Paterfa. licet inuestis. Paterfa. etiam fit seruus manumissus.* l. 14. D. qui testam. fac. Festus quoque lib. 6. *ducem & principem generis Patremfami. appellatum scribit.* In hoc autem verbo considerandum est, veteres ad detrahendam inuidiam patris magis quàm domini nomen principi familiæ indidisse. Quod & Tertullian. in Apologet. notat. *Gratius,* ait, *est nomen pietatis quàm potestatis. Etiam familiæ magis patres, quàm domini vocantur.* Et Seneca lib. 6. Epistol. *Ne illud quidem videtis, quàm omnem inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis detraxerunt, dominum patremfam. appellantes, seruos familiares.* Quem totum Senecæ locum Macrobius suppresso auctoris, vnde hauserat nomine, non absque plagij crimine in ius suum, lib. 1. Saturnal. cap. 11. transcripsit. Lactant. lib. 4. diuinar. Institutionum capite tertio. *Dominum verò eundem esse qui sit Pater etiam iuris ciuilis ratio demonstrat. Quis enim poterit filios educere, nisi habeat in eos domini potestatem? Nec immeritò Paterfam. dicitur, licet tantùm filios habeat. videlicet nomen Patris complectitur etiam seruos, quia familiam sequitur: & nomen familiæ complectitur etiam filios, quia Pater antecedit. vnde apparet eundem ipsum & Patrem esse seruorum, & dominum filiorum. Denique & filius manumittitur tanquam seruus, & seruus liberatus Patroni nomen accipit tanquam filius. Quòd si appareat eum duplici potestate præditum, quia & indulgere debet, quia Pater est, & coercere, quia dominus: ergo idem seruus est qui & filius, idem dominus qui & Pater.* B. Ambros. Epist. 44. lib. 7. *Seruos quoque dominus iure seruitij subditos habeat pro moderamine coercitionis quasi animæ consortes. Paterfam. enim dicitur quasi filios regat.* Horum simia Isidor. lib. 9. Origin. cap. 7. *Paterfamilias*, ait, *dictus quòd omnibus in familia sua positus tanquam Pater filiis patria dilectione consulit, seruorúmque conditionem à filiorum affectu non discernit, sed quasi vnum membrum amplectitur. hinc enim exortum est nomen Patrisfamil.* Extat venustus ex huius vocis etymo sumptus iocus apud Martial. epigram. lib. 1. in Quirinalem, quem propter omnes exse susceptos vernas, verè ac reipsa Patrisfami. nomen obtinere scitè scribit his versib.

Vxorem habendam non putat Quirinalis
Cùm vult habere filios, & inuenit
Quo possit istud more: fututt ancillas,
Domúmque & agros implet equitibus vernis,
Paterfamilias verus est Quirinalis.

Paterfam. impubes. l. 50. D. de legat. 3. *Filiifamil. in castrensi peculio iure Patrumfamiliarum funguntur.* l. 2. D. de SC. Macedon. Patrem autem familias & familiæ Latinis dictum Priscian. lib. 6. exemplis probat. Paterfamiliæ apud Vlpian. tit. 21. regul. Seruius in 11. Æneid. *Sanè Paterfamilias, quando dicimus familias, indeclinabile est, si autem Paterfamiliæ dicere voluerimus, iam non erit vnum nomen, sed locutio, & familiæ erit datiuus. Nam Pater mihi est dicimus.* Terent. *Natura tu illi Pater es, consilius ego.* Multi autem volunt in numero plur. nomen vtrunque declinari, vt dicamus, hi Patresfamiliæ, horum Patrumfamiliarum. Et ita Patresfamiliarum legere est apud iuris authores. l. 4. D. de his qui sui, l. 2. D. de SC. Macedon. l. 3. §. sed vtrum. D. de minorib. Varro lib. 7. de ling. Lat. *Item plures Patresfamilias, dicere non debuerunt: sed, vt Sisenna scribit, Patresfamiliarum.*

Paterfamilias his dotibus prædicatur, *bonus, prudens, diligens. Bonus Paterfam.* vide suprà lib. 2. *Diligens paterfam.* l. 137. §. cùm ita. D. de verbor. oblig. l. 20. §. vlt. D. de oper. libertor.

Prudens ac diligens Paterfam. l. 54. D. de action. empti. *Diligens Paterfam. & honeſtus.* Paul. lib. 1. Sentent. tit 15. *Diligentiſsimus Paterfami.* l. 11. §. ſi locupleti. D. de minoribus. l. 18. D. commod.

PATERNVS *affectus.* l. vlt. C. de curat. furio. *Pietas Paterni nominis conſilium pro liberis plerumque capit.* l. 22. §. vlt. D. ad l. Iul. de adulter. *Paternum* eſt officiũ dotem vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie. l. vlt. §. vtramque. D. de dot. promiſſ.

Paterni creditores. l. 29. §. vlt. D. de minori. l. 20. §. 1. & l. 42. D. de adquir. vel omitt. l. 13. D. de reb. eor. *Paternus debitor.* l. 7. §. 1. D. de minor. *Paterni debitores.* l. 2. C. arbit. tut. *Paternus inimicus.* Paul. lib. 2. Sentent. tit. 28. *Paternus libertus.* l. 7. §. ſi pupillus. D. de Carbon. edi. l. 9. l. 10. §. vlt. & l. 30. D. de bon. libert. l. 58. §. vlt. & l. 7. D. de verb. ſignifi. l. 4. C. de adminiſtr. tut. *Paterni liberti.* l. 47. §. vltimo. D. de bon. libertor. *Paternus ſeruus.* l. 42. §. qui ſeruũ. D. de adquir. vel omitt. *Paterni ſerui.* l. 20. & l. vlt. D. de in rem verſo. *Paterna hæreditas.* l. 20. D. de auctor. & conſ. l. 29. D. quæ in fraud. credit. l. 6. §. 1. D. de reb. auctorit. iud. l. 42. §. ſeruum, & l. 59. D. de adquir. vel omitt. l. 87. §. qui filios, D. ad l. falcid. l. 3. §. ſcio. & l. 7. §. non ſolùm. D. de minorib. l. 1. C. famil. erciſc. *Succeſſio.* l. 9. C. de collation. *Mors.* l. 5. C. de calumniator. *Obligatio.* l. 8. C. ad SC. Velleian. *Pœna.* l. 25. D. de pœnis. *Reuerentia.* l. 50. D. ad SC. Trebell. *Paternæ facultates.* l. 87. §. qui filios. D. ad l. falcid. *Paterna bona.* l. 78. D. de hæred. inſtit. l. 3. §. planè. D. de Carbon. ed. l. 6. D. de reb. auctorit. iud. l. 3. & l. 8. C. de collationib. & apud Paul. lib. 3. ſentent. tit. 4. *Paternum vinum.* l. 91. §. vlt. D. de trit. vi. *Paterna nomina.* l. 31. D. de adminiſt. & peric.

Paterna, pro bonis paternis, in l. 9. D. de iur. milit. l. 62. D. de contrah. empt.

PATRIA *poteſtas*, id eſt paterna. *Ius poteſtatis quod ciues Romani habent in liberos quos ex iuſtis nuptiis procreauerunt.* Inſtit. de patr. poteſt. *Patria poteſtas in pietate debet, non in atrocitate conſiſtere.* l. 5. D. ad l. Pomp. de paricid. *Filij tutela iure Patriæ poteſtatis mandatur.* l. 40. D. de admin. & peric. *Ne bene concordantia matrimonia iure Patriæ poteſtatis turbentur.* & mox: *Vt patri perſuadeatur ne acerbè Patriam poteſtatem exerceat.* l. 1. §. vlt. D. de liber. exhib. *Patrio iure.* l. 132. §. ſi in eo. D. de verb. oblig. id eſt patria poteſtate. Sic & *Iure Patrio* accipe in l. de emend. propin. Cic. Philipp. 2. *Eúmque non modò tua familiaritate, ſed etiam congreſsione Patrio iure & poteſtate prohiberet.* *Patria bona* apud Terent. Eunuch. act. 2. ſc. 2. & Cicer. 3. in Verr. id eſt paterna. Eodémque genere loquendi idem Cic. pro Roſcio Amer. *Patrium ſepulcrum* dixit. Et in Verr. lib. 2. *Nulla res tam Patria atque auita fuit.* &. Et pro lege Manilia. *Spoliatum regno Patrio atque auito.* Sic & *Patrium amicum* Martial. lib. 6. Epigr.

PATRITIORVM nomen vnde fluxerit, Velleius Paterc. lib. 1. declarat his verbis: *Romulus centum homines electos, appellatósque Patres, inſtar habuit conſilij publici. Hanc originem nomen Patriciorum habet.* Plutarch. εἰ αἰτίοις: τοὺς μὲν ἐξ ἀρχῆς καταναμηθέντας ὑπὸ τῦ Ρωμύλου Πατέρας ἐκάλουν, καὶ Πατρικίους, οἷον εὐπατρίδας ὄντας πατέρας αὐτῶν ἐχόντας ἀποδεῖξαι. τοὺς δὲ ὕστερον ἐπιγραφέντας ἐκ τῶν δημοτικῶν συγγεγραμμένους πατέρας ἀνόμασαν. Liuius lib. 1. de Romulo: *Centum creat Senatores, Patres ab honore, Patriciique progenies eorum appellati.* Sunt qui *Patricios* appellatos dicant quòd Patres ciere poſſent. à quo non abhorret Cincius apud Feſtum: cuius verba hæc ſunt: *Patricios ait in libro de comitiis, eos appellari ſolitos, qui nunc ingenui vocantur.* Et hæc erat ſtante Romana Repub. verbi huius ſignificatio. Verùm longè aliter Patricij in Conſtitutionibus recentiorum Impp. accipiendi ſunt: in quibus *Patricij*, Imperatorum conſiliarij, quaſi eorum Patres, vocantur. Sic enim à Iuſtinia. in l. vlt. C. de conſulib. lib. 12. & §. ſed filiusfa. Inſtit. quibus mod. ius pat. pot. & à Nicephoro lib. 13. hiſtor. Eccleſiaſtic. cap. 1. vocantur, vt & cap. 4. & à Claudiano, cuius verba de Eutropio Patriciatus honore decorato, ſunt quæ ſequuntur: *Præſidium legum, genitórque vocatur. Principis, & famulum dignatur regia Patrem.* Zozimus lib. 2. ὃς ὡδὲ Κωνσταντίνῳ τῆς ἀξίας τετυχήκει τῦ πατρικίῳ πρώτῳ ταύτην ἐπινοήσαντος τὴν τιμὴν· καὶ προκαθῆσθαι τοὺς ταύτην ἠξιωμένους τῶν τῆς αὐλῆς ὑπάρχων νομοθετήσαντος. Iuſtinian. Nouell. 80. ὃ γὰρ πρέπον ἐνομίσαμεν εἶναι οὓς ἡμεῖς εἰ τάξῃ πατέρων ἀγομὸν ἡμετέρων, τύτους ὑφ' ἑτέρῳ τελεῖν ἐξουσίας. Vetus Gloſſarium: *Patricius eſt quem Imperator eligit ſibi in patrem.* Suidas, πατρίκιος, ait, πατὴρ τῦ κοινῦ. ὁ δὲ πέμπτῃ προσβευτὰς τὰς εἰ τῷ κορυφαίῳ τῆς συγκλήτῳ βυλῆς τελῦντας ἄξια. πατρίκιοι δ' ἄρα ὄντες ἐτύγχανον. Itaque Patricius πατὴρ βασιλέως à Luitprando vocatur lib. 3. de reb. per Europ. geſt. cap. 8. Sic in l. 3. C. vbi Senatores. & l. 64. in fi. & l. vlt. de decurionib. lib. 10. C. & in l. 3. C. vbi Senator. & in Epiſtolis Iuſtinianeis *Patriciorum nomen patriciatúsque dignitatem accipe.* Paul. Diaco. lib. 14. Appendicis ad Eutrop. de Aëtio. *Nec multo poſt etiam Patriciatus dignitatem conſecutus eſt.* Caſſiodorus in formula Patritiatus epiſt. ſecundo. lib. 6. variar. *Patriciatus culmen aſcendere,*

quod

quod quidam iuridicorum à Patribus dictum esse voluerunt. Et mox: *Leges tantam illis reuerentiam detulerunt, vt in sacris positus cum hoc fuerit honore præcinctus, paternæ potestatis nexibus exuatur, nisi contrà specialiter à Principe caueatur. Quod constat ratione probabili constitutum: vt qui amplissimum genium pretiosæ libertatis acceperat, vilissimam conditionem cum subditis non haberet.* Quæ pertinent ad §. filiusfam. Instit. quib. mod. ius patr. potest.

Patriciatus etiam *dignitatem* dixit idem Cassiodorus epist. 9. lib. 8. *Patriciatus præsentalis* apud eundem epist. 9. l. 10.

PATRIMONIVM propriè est quod nobis à parentib. relictum est, & â maioribus obuenit. Cic. lib. 2. epist. ad Cœlium: *Filio meo, si vlla erit respubl. satis amplum Patrimonium relinquam, memoriam nominis mei.* Idem pro domo sua. *Liberis autem nostris satis amplum Patrimoniũ paterni nominis ac nostræ memoriæ relinquemus.* Idem lib. 1. de orat. *propugnator Patrimonij & defensor iuris paterni. Tutores pupilli quibusdam creditoribus patris, ex Patrimonio paterno soluerunt.* l. 61. D. de condict. indeb. *Fratres commune Patrimonium diuiserunt.* l. 38. D. famil. ercisc.

Atque vt à patris, ita à matris quoque nomine hæreditaria bona *Matrimonij* appellatione censentur. Valer. Max. lib. 7. cap. 8. *Filiis Afraniæ ex suo admodum amplo matrimonio* (ita quippe melioris notæ manuscripti codices habent) *viginti milia nummûm legauit.* L. Seneca lib. 1. de Benefic. cap. 3. *Matris quoque nomen ad rem indicat pertinere. Eurynomen enim dictam, quia latè patentis Matrimonij sit* (sic enim optimi quique manuscripti codices habent) *beneficia diuidere, tanquam matri post filias soleat nomen imponi, aut poetæ vera nomina reddant.* M. Seneca Declamat. lib. 2. controuer. 1. *Quid porro ista Matrimonia in quæ malè serui ruitis? gaudia dominorum, an onera sunt.* Sueton. Augusto, cap. 40. *Cùm plerique equitum, attrito bellis ciuilibus Matrimonio spectare ludos & quatuordecim non auderent.*

Patrimonium porro generaliter pro quibuscũque bonis accipitur. & ideo *in Patrimonio esse, & in bonis esse* idem valent. *Omnium rerum quas in cuiusque Patrimonio esse constaret.* l. 1. D. de vsufr. ear. rer. id est omnium rerum quæ in bonis sunt. vt l. 1. D. de vsu & vsufr. leg. *De rebus iis quæ vel in nostro Patrimonio vel extra Patrimonium nostrum habentur.* Instit. de diuis. rer. in princ. id est *quæ vel in alicuius, vel in nullius bonis sunt.* vt l. 1. D. eod. tit.

Bonorum possessio definitur esse *ius persequendi retinendique Patrimonij.* l. 3. §. bonorum. D. de bonor. possess. *Quæ in Patrimonio sunt*, item, *ea quæ extra computationem Patrimonij nostri sunt.* l. 5. D. de verb. signifi. *Quod ex Patrimonio nobis abest.* l. 35. D. de verb. obligat. *Serui corrupti constituta est actio qui in Patrimonio nostro esset.* l. 14. §. 1. D. de ser. corrupto. Qui seruos tantùm habet in Patrimonio suo. l. 8. §. quarto. D. de inoffic. testam. *Apes in Patrimonio nostro computantur.* l. 8. §. vlt. D. famil. ercisc. *Peculium veluti Patrimonium est filiorum filiarúmque.* §. actiones autem. Instit. de actionib. *Peculium & ex eo consistit quod velut proprium Patrimonium seruum suum habere quis voluerit.* l. 39. D. de peculio. *Quasi Patrimonium liberi hominis peculium serui intelligitur vbicumque esset.* l. 47. §. vlt. D. eod. tit. *Qui cum seruo contrahit vniuersum peculium eius, quod vbicumque est veluti Patrimonium intuetur.* lege 32. D. de pecul. *Dos ipsius filiæ proprium Patrimonium est.* l. 3. §. ergo. D. de minorib. *Æquissimum visum est veteribus, mulieres quasi de Patrimoniis suis, ita de dotibus funerari.* l. 16. D. de religios. & sumpt.

Ea *quæ in Patrimonio sunt*, ab his *quæ in nominibus sunt* separantur. *Non solùm quæ in Patrimonio habet tutor, sed etiam quæ in nominibus sunt.* l. 9. D. rem pup. sal. *Res quam in Patrimonium suum conuertit.* l. 25. D. de hæred. petit. id est quam ex pretio rei distractæ comparauit. *Pecunia in corpus proprij Patrimonij versa.* l. 77. §. dulcissimus. D. de legat. 2. *Nec pretium in corpus Patrimonij Pythodori rediisse.* l. 25. §. quod autem quis. D. de hæred. petit. *Quod in corpore Patrimonij retinetur.* l. 72. D. de legat. 2. *Fructus in suum Patrimonium conuertit.* l. 77. §. filia. D. de legat. 2. *Si prædia in proprium Patrimonium non sint redacta.* l. 101. D. de legat. 3. *Loca quæ sunt in fisci Patrimonio.* l. 2. §. hoc interdictum. D. ne quid in loco publ. *Ea prædia Cæsaris quæ in formam Patrimonij redacta sub procuratore Patrimonij sunt.* l. 41. §. vlt. D. de leg. 1. *Patrimonij mei reditum.* l. 22. D. de vsu & vsufr. leg. *Patrimonij munera.* l. 1. D. de muner. & honor. *Patrimoniorum sunt munera, quæ sumptibus Patrimonij & damnis administrantis expenduntur.* l. vlt. §. patrimoniorum. D. eod. *Onus Patrimonij.* l. 3. §. exactionem. D. eod. tit. *Patrociniorum onera.* l. 2. §. 1. D. de vacat. & excusat. l. 4. §. inopes. D. de muner. & honor. *Si liberti sua Patrimonia habent suffecta oneribus.* l. 3. §. liberti. D. eod. *Pro positione Patrimonij.* l. 3. D. de ann. leg. *Plerumque idonei non tam Patrimonio quàm fide quoque æstimantur.* l. 112. §. vlt. D. de verb. obligat. *Vtroque Patrimonio erogata*, id est ex re nepotis & auiæ. l. 34. D. de neg. gest. *Si ex voto honestis rationibus Patrimonium incrementum acceperit.* l. 4. §. 1. D. de muner. & honor. *Postea quàm Patrimonium amiserit*, id est facultatibus lapsus sit. l. 35. D. de negot. gest. *Si ob munificentiam in patriam Patrimonium*

exhauſerint. l. 8. C. de decurionib. *Qui magnam partem* Patrimonij *ei rei contulerunt.* l. 5. D. de munerib. & honor.

PATRIMONIALES.

Patrimoniales fundi ſunt ad patrimonium principis pertinentes fundi, qui vel conductionis titulo vel perpetuo iure tenebantur, vt oſtendit l. 20. de extr. munerib. in C. Theod. ſic in Rub. *de fundis Patrimonialib.* & Rub. *de collatio. fund. Patrim.* lib. 11. C. & l. 13. C. de præd. minor. & l. 1. l. 2. l. 9. l. 17. de extraord. munerib. in C. Theod. *Patrimoniales accipe*, cuiuſmodi fundos qui colunt *Patrimoniales coloni* vocantur. l. 7. C. vbi cauſæ fiſcal. Rubr. *de fugit. colon. Patrim.* lib. 11. C. Patrimonialia. Vet. Gloſſar. Græc. ἰδιοκτητὰ τῦ βασιλέως. Ita *Patrimonialem poſſeſſorem* accipe in l. 4. de ann. & tribut. 3. C. Theodoſ.

PATRIA dicitur natale cuiuſque ſolum vnde ortum ducit. *Si cui non* Patria *ſua, ſed aliqua ciuitate interdictum ſit.* l. 7. §. his qui. D. de interd. & relegat. Et mox: *Solet interdici ſententia quibuſdam, ne intra Patriæ territorium vel muros morentur: ne excedant* Patriam. l. 7. §. ſolet. D. de interdict. & relegat. *Priuati legibus* Patriæ *ſuæ obedire debent.* l. 2. §. his qui. D. de muner. & honor. *An prædia quæ pignori habuit teſtator, Patriæ ſuæ reliquiſſe videatur.* l. 101. D. de legat. 3. *Epiſtola miſſa eſt à magiſtratibus* Patriæ *ſuæ.* l. 36. D. ad municip. Et mox: *Quaſi ipſe iuſſus à* Patria *decretum Imperatori porrexit.* l. 36. D. ad municip. *Legatus creatus à* Patria *ſua.* l. 12. D. de legationib. *Non ciuem* Patriæ *vtilitatibus quatenus poteſt offert.* l. 3. §. filio. D. de munerib. & honor. τῇ γλυκυτάτῃ μου πατρίδι, & cæt. l. 101. D. de legat. 3. Sic etiam Ouid.

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit.

Roma communis noſtra Patria *eſt.* l. 33. D. ad municipal. Ac proinde *cui* Patria *interdictum eſt, etiã vrbe abſtinere debet.* l. 7. §. conſtitutum. D. de interdict. & releg.

PATRONOS primùm dixerunt Romani, authore Zonara in Romulo, & Heſychio in verbo Πάτρονος, τὸς ἡγεμονικοὺς καὶ βοηθικοὺς, qui & προστάτας à Græcis nominantur. Sic in legib. xij. tabul. annotante Seruio ad ea verba Virgil.

-- *Et fraus innexa clienti.* Patronus *ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto.*

Patroni etiam accipiendi ſunt, qui ex ſeruitute manumiſerunt, vel qui colluſione detexerunt. l. 8. §. 1. D. de in ius voc. *Cùm ſim* Patronus *in ius vocari non potero.* l. 10. D. eod. tit. Patronus *liberto ſtatim tribum emi petierat.* l. 35. D. de legat. 3. *Quod ad ſucceſsionem inteſtati attinet,* Patronus *non eſt qui ſe Patronum eſſe iurauerit taliter atque ſi* Patronus *pronuntiatus ſit. tunc enim ſententiæ ſtatur.* l. 14. D. de iur. patron. *Qui ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, vel non ſuis nummis emit, vel ſe* Patronum *eſſe iurauit, pro* Patrono *non habetur.* l. 45. D. de ritu nupt.

Patronus, & qui cauſam agit. vt, Patronus *fiſci*, vel Aduocatus fiſci, quem Philoſtratus in Cyrino τὸν τῦ ταμείυ γλώτταν, Baſilius en epiſt. συνήγορον τῦ ταμείυ vocant, qui interueniat pro fiſco in aula apud comitem theſaurorum vel ſacrarum largitionum. In prouinciis apud procuratorem Cæſaris, in vrbe apud præfectum ærarij. Hunc primus inſtituit Adrianus, vt Dio refert lib. 53. *Si* Patronum *cauſæ* Præuaricatum *putas.* l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudic. *Patroni cauſarum vrbicariæ præfecturæ.* l. 5. C. de aduoc. diuerſ. iudic. *Patronos cauſarum adhibere.* l. 12. D. de public. iudic.

Sunt & *Patroni corporum.* l. 2. & l. 12. de piſtorib. C. Theodoſ. & l. 9. de focar. & pecuar. C. Theodoſ. & Nouuel. Valentiniani de ſicariis. quod nomen frequenter in lapidibus occurrit, Patroni, clientis.

PATROCINARI, id eſt prodeſſe, ſuffragari. *Indignus eſt cui hæc exceptio* Patrocinetur. l. 2. §. ſi quis tamen. D. ſi quis caution. *neque tutelam libertatis præſtationi* Patrocinari. l. 24. §. ſi quis tutorem. D. de fideicomm. libert. *Dum mulier ſubſtituto* Patrocinatur. l. 12. D. de mort. cau. donat. id eſt fauet.

PATROCINIVM pro aduocatione. *Si ita ſunt literis eruditi vt* Patrocinia *deſiderantibus præſtare poſsint.* l. 2. C. de poſtulan. *Vniuerſi aduocati ita præbeant* Patrocinia *iurgantibus.* l. 6. §. 1. C. de poſtulan.

PATRVVS *eſt patris frater.* l. 2. D. de ſuis & legit. l. vlt. §. tertio. D. de gradib. & adfin. l. 5. D. vnde legit. Paul. lib. 4. Sentent. tit. 11. §. tertio. Inſtit. de gradib. cognat. Vetus Gloſſar. Græcum, Patruus ὁ πρὸς πατρὸς θεῖος, ἢ δὲ ἑλλήνισι πατρῶος.

Patruus magnus, id eſt aui paterni frater. l. 1. §. quarto. l. vlt. §. patruus magnus. Paul. lib. 4. ſentent. tit. 11. §. quarto. Inſtitut. de gradib. cognat. l. 10. D. de legitim. tutor. & ita in *l. 1.* C. de ſucceſſor. edic. & apud Spartian. in Hadriano, *Patruum magnum* accipe. *Proaui verò noſtri frater idem patris vel matris* Patruus magnus, *nobis* Patruus maior *eſt.* d. l. vlt. §. patruus. *l. 38.* §. Iulius. D. de legat. 3. l. 1. §. vlt. D. de coniungend. cum emanc. Qui & *Propatruus* à Gaio in l. 1. §.

1. §. vlt. D. de gradib. & à Paulo lib. 4. sentent. tit. 11. vt & à Iustiniano. §. quinto. Institut. de gradib. cognat. Festus: *Maior* Patruus, *aui & auiæ* Patruus. At abaui frater Patruus maximus. in d. l. vlt. §. patruus maximus. qui & *Abpatruus* dicitur in l. 3. D. de gradib. & à Paulo in supràcitato loco. & Iustinian. §. sexto. Institut. de gradib. cognat. Superiora autem omnia illa nomina valdè corrupta sunt apud Isidorum. l. 9. Origin. cap. 7. Ea autem vti subiere restituenda sunt. *Patrui mei pater mihi* Patruus *magnus est: ego illi, filij fratris filius aut filia.* Patrui mei auus mihi Propatruus est: ego illi, filij aut filiæ nepos aut neptis. Patrui mei proauus mihi Abpatruus est: ego illi nepotis aut neptis filius aut filia.

PATRVELIS: *Ex testamento fratres* Patrueles. l. 26. D. de SC. Silan. Cic. lib. 5. de finib. *L. Cicero frater noster, cognatione* Patruelis, *amore germanus.* Velleius Patercul. lib. 2. *Nam censura Metellorum* Patruelium *non germanorum fratrum fuit.* Sueton. in Iulio, cap. 29. *C. Marcello, qui fratri Patrueli suo Marco in consulatu successerat.* D. Ambros. lib. 8. epist. 66. *Cùm lex diuina etiam Patrueles fratres prohibeat conuenire in coniugalem copulam, qui sibi quarto sociantur gradu. Fratres Patrueles, id est qui ex duobus fratribus progenerati sunt, quos plerique etiam consobrinos vocant.* Gaius in lege Dei, tit. 16.

Sciendum est autem *Patrueles* appellari tam fratres quàm sorores. *Fratres* Patrueles, *sorores Patrueles, id est qui quæve ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini.* l. 1. §. vlt. D. de grad. & adfin. *Quarto gradu sunt & illi qui vocantur fratres* Patrueles: *item sorores* Patrueles, *amitini amitinæ, consobrini consobrinæ. Hi autem sunt qui ex fratribus vel sororibus nascuntur. quod quidam ita distinxerunt, vt eos quidem qui ex fratribus nati sunt, fratres* Patrueles, *item eas quæ ex fratribus natæ sunt, sorores* Patrueles: *ex fratre autem & sorore amitinos amitinas: eos verò & eas qui quæve ex sororibus nati natæve sunt, consobrinos consobrinas, quasi consororinos.* l. vlt. §. quarto. D. eod. tit. *Quarto gradu ex obliquo, frater* Patruelis, *soror* Patruelis, *id est Patrui filius, filia. Consobrinus, consobrina, id est auunculi & materteræ filius, filia: Amitinus, amitina, id est amitæ filius, filia. Itémque consobrini qui ex duabus sororibus nascuntur.* Paul. lib. 4. sentent. tit. 11. *Eos qui ex duobus fratribus progenerantur, propriè fratres Patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ nascuntur, sorores* Patrueles *appellari.* §. quarto. Instit. de gradib. cognat. Nonius Marcell. *Amitini, fratrum maris & fœminæ filij. Patrueles marium fratrum filij. Consobrini ex duabus editi sororibus, quasi consororini.* Vetus Glossar. *Patrueles sunt filij fratrum germanorum. Patrueles fratres* vetus Glossarium Græcum, ἐκ πατρῶν δύο ἀδελφῶν θειελφότητες παιδίς. *Patrueles sorores.* Vetus Glossarium Græcum ἐξάδελφαι ἐκ πατρῶν.

PATI varias pro verborum quæ adiunguntur varietate significationes habet. interdum enim *Pati* est sinere, ferre, non contradicere nec repugnare. *Qui Patitur ab alio mandari vt sibi credatur.* l. 18. D. mandati. *Fideiussores à tutoribus nominati si præsentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina sua referri in acta publica Passi sunt.* l. 4. §. vlt. D. de fideiuss. *Qui Patitur vsucapi.* l. 28. D. de verb. signif. *Si passus esset actionis diem abire.* l. 1. §. quòd si. D. si quid in fraud. patr. *Si malè Passus sit administrari tutelam.* l. 60. §. quid ergo. D. de ritu nupt. *Bona possideri patietur.* l. 19. §. 1. D. de inoffic. testam. *Sed contemni non Patiatur.* l. 19. D. de offic. præs. *Pupillus Pati posse non intelligitur.* l. 110. §. pupillus. D. de verb. signif.

Pati pro permittere. l. 52. §. item Mela. D. pro socio. l. 5. D. de seruitut. l. 35. §. vlt. & l. 36. D. de procuratorib. l. 14. D. quod vi aut clam. l. 24. §. vlt. D. locati. *Qui Patitur vxorem suam delinquere.* l. 2. §. Lenocinij. D. ad l. Iul. de adulter. *Vt vxorem Pateretur adulterari.* & mox: *Si Patiatur vxorem delinquere non ob quæstum, sed negligentiam vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem.* l. 29. §. qui quæstum. D. ad leg. Iul. de adulter.

Nec tantùm quod quis sua sponte perfert, sed & quod inuito accidit, *Pati* dicitur. *Si quid inuito accidit, veluti si iniuriam aut furtum Passus est.* l. 16. D. de offic. præs. *Passus* ergo *furtum* dicitur, cui res furto abest subtractáve est. *Si quis chirographi furtum Passus sit.* l. 27. D. de furt. *Si cùm omnes domini adoressuram Paterentur.* l. 3. §. si cum. D. de SC. Silan.

Ita *Pati conuicium* iniuriámve dicitur is cui conuicium seu iniuria fit, qui iniuria adficitur.

Pati interdum est *admittere, recipere. Bona fides non patitur.* l. 58. D. de diuers. reg. *Quia nec fides bona hoc Patiatur.* l. 6. §. si quis ita. D. de negot. gest. *Neque bonam fidem Pati.* l. 8. C. de cõtrah. empt. *Neque enim bonæ fidei contractus hac Patitur conuentione.* l. 11. §. vlt. D. de action. emp. *Ius nostrum non Patitur.* l. 7. D. de diuers. reg. *Vt res Patitur.* l. 2. D. de statu hom.

Interdum *Pati* est *sentire*, vt cùm dicimus *Pati damnum*, aut contrà, compendium. l. tertia. §. duæ. D. de Carbon. edict. *Prohibere vt aliquod damnum stipulator Patiatur.* l. 13. §. vlt. D. de re iudic. *Qui in eadem re damnum Passi sunt.* l. 40. §. quotiẽs ex. D. de dam. infect. *Mortis damnũ fideicommissarius solus Patitur.* l. 22. §. vlt. D. de legat. 3. *Id quod propter moram eius damnũ passus sit*

hæres. l. 8. D. de trit. vin. *Et mea culpa damnum ſim* Paſſus. l. 44. D. de dam. infect. *De eo damno quod legationis tempore legatus* Paſſus eſt. l. 9. D. de legationib. *Nunquid fideiuſſor magis detrimentum non* Patitur *quàm lucrum faciat.* l. vlt. D. quæ in fraud. cred. Pati *detrimentum exiſtimationis.* l. 3. C. de calumniator. Pati *incommoditatem & incommodum. Si quam aliam incommoditatem* Paſſus *erit alio aduerſario ſubſtituto.* l. 3. §. vlt. D. de alienat. iudic. *Si ex opere incommodum aliquod* Patitur *fructuarius.* l. 22. D. de aqua & aq. plu. *Hoc incommodum naturaliter* Pati *inferiorem agrum à ſuperiore.* l. 1. §. vlt. D. de aqua & aq. plu. *Vt interim actionibus præiudicium non* Patiatur. l. 20. D. de inoffic. teſtam. *Periculum* Pati. l. 15. §. qui. D. de pignor. l. 60. §. 1. D. de ritu nupt. *Si fortuito caſu aliquid* Paſſus *ſit.* l. 1. §. vlt. D. de Pollicitation.

Pati *moram* dicitur cui mora fit. *Libertus diu moram ab hærede patroni* Paſſus eſt. l. 35. D. de legat. 3. *Quaſi moram per hæredem* Patiatur. l. 3. §. 1. D. de ſtat. liber. *Quæ in fideicommiſſa libertate moram* Paſſa eſt. l. 1. §. 1. D. de ſuis & legit. *Sed & in hac moram* Patietur. l. 2. §. ſi ſic conſanguinea. D. ad SC. Tertyll. *Moram* Paſſus *in partem.* l. 78. D. de legat. 2. *Si ancilla moram non ſtudio manumiſſoris, ſed fortuitò* Patiatur. l. 13. D. de fideicom. libert. *Non enim moram fortuitam, ſed ex voluntate teſtantis* Paſſi ſunt. l. 26. §. idem. D. de fideicom. libert. *An ex neceſſaria cauſa moram* Paſſus ſit. l 2. §. 1. D. de legationib.

Fiſcum hanc cautionem non Pati. l. 13. §. item ſciendum. D. ſi cui plus quàm. id eſt hanc cautionem non præſtare, hac cautione non onerari.

Quæ virum Pati *non poteſt.* l. 30. D. quan. di. leg. id eſt, quæ non eſt viri potens. Et cõtra vir *muliebria* Pati. Quo de genere loquendi vide ſup. lib. 12.

Pati *ſeruitutem* dicitur qui alieno dominio ſubiicitur. *Ne ſeruus alienam ſeruitutem* Patiatur. l. 9. D. de fideicomm. libert. Prædia quoque quibus ſeruitus impoſita eſt, eam Pati dicuntur. *Dum inferiora ædificia non grauiore ſeruitute emeret, quàm* Pati *debent.* l. 24. D. de ſeruit. præd. vrban.

Aliàs quoque Pati etiam ea quæ anima carent, dicuntur. *Ob caſum quem ciuitas* Paſſa eſt. l. 7. D. de pollicitationib. *Si aratrum in ciuitate inducetur, vt* Paſſa eſt Carthago. l. 21. D. quib. mod. vſufr. *Si totus ager ſit hunc caſum* Paſſus. l. 12. D. de vſufr.

Falcidiam Pati dicitur is cuius legatum minuitur propter legis falcidiæ rationem. l. 1. §. vlt. l. 17. l. 36. l. 65. & l. 93. D. ad leg. falcid. Eodémque ſenſu pater in legatis quæ filius ei dedit, *legis falcidiæ rationem* Pati dicitur. l. 26. §. vlt. D. ad leg. falcid. *Sic & fideicommiſſarius deductionem non* Pati *ab hærede.* l. 16. §. inde. D. ad SC. Trebell. Ipſum etiam legatum ex quo falcidia detrahitur, *Falcidiam* Pati dicitur. l. 26. §. vlt. D. ad leg. fal. l. 1. §. idem Iulianus. D. de dote præleg.

Aliàs Patitur, eſt ſufficit, largitur. *Cogi vel eos quorum pretiũ* Patitur *manumittere.* l. 24. §. quid ergo. D. de fideicomm. libert. id eſt ſufficit. *Quatenus peculium* Patitur. §. præterea. Inſtitut. quod cum eo qui in ali.

Pati *controuerſiam* dicitur is cui quæſtio & controuerſia mouetur. *Qui* Patitur *controuerſiam filius.* l. 11. D. de Carbon. ed. id eſt cui fit controuerſia ſtatus. *Si à tertio emero qui nullam controuerſiam* Patiebatur. l. 11. D. de litigioſ. *Ne fortè controuerſiam ſuper ea re non* Patiatur. l. 27. D. de furt. *Si quis non ab aliquo controuerſiam* Patiatur. l. 1. §. ſi quis non. D. de Carbon. edic. *Hæres qui controuerſiam hæreditatis* Patitur. l. 3. §. ſi legatarius. D. ſi cui plus. *Si controuerſiam hæreditatis ab alio* Patiatur. l. 6. §. vlt. D. de interrogat. *Si de hæreditate controuerſiam* Paſſus hæres victus ſit. l. 63. §. ſi hæres. D. ad SC. Trebell. *Quotiens quis* Patitur *controuerſiam libertatis & hæreditatis.* l. 7. §. vlt. D. de hæredit. petit. *Priuſquàm de libertate controuerſiam* Patiatur. l. 27. §. 1. D. de liber. cau.

Pati *controuerſiam ſtatus* dicitur is cui fit ſtatus controuerſia. l. 3. §. ibidem. & §. parui. D. de Carbon. edic. l. 8. §. vlt. D. rem rat. hab. l. 8. D. de re milit. l. 1. & l. 4. C. de ord. cognit. *Si quis cùm ſtatus controuerſiam* Pateretur. l. 2. §. ſed ſi quis. D. ad SC. Tertyll. *Si pater tuus ſtatus controuerſiam* Paſſus eſt. l. 7. C. ne de ſtatu defunct. Similique modo *quæſtionem* Pati dicitur id cui controuerſia mouetur. l. 14. §. ſed interdum. D. de relig. & ſumpt. l. 1. C. ne fiſ. rem quam vend. euinc. *Qui quæſtionem* Patitur. l. vlt. C. ſi quis ignor. rem minor. *Cùm quæſtionem* Patereris *à fratre vxoris tuæ.* l. 9. C. de tranſactionib. *Ne quam hæreditatis paternæ quæſtionem à fiſco meo* Patiamini. l. 6. C. de iis quib. vt indign. *Cùm quidam de ſtatu ſuo quæſtionem* Patiebatur. l. 7. §. 1. D. de hæred. petit. *Cauſam de totis bonis quam hæredes* Patiebantur. l. 39. D. famil. erciſc. *Ne ex annotatione Præſidis calumniam* Patiaris. l. 10. C. de ſentent. paſſ. *Nullum crimen* Patitur *is qui nõ prohibet.* l. 109. D. de diuerſ. reg.

Pati *actiones*, id eſt excipere. lege 18. §. vlt. D. de caſtr. pecul. *In rem actionem* Pati *non compellimur.*

pellimur. l vlt. D. de rei vindic. *An pater in rem vel ad exhibendum actionem Pati debeat.* l. 18. §. vlt. D. de castr. pecul. *Ex ea re cuius Patitur actionem.* l. 37. D. de negot. gest. *An eorum quæ sunt à substituto relicta actionem Patietur.* l. 10. §. vlt. D. si quis omiss. *Actionem dupli vel quadrupli Pati.* l. 9. §. nunc videndum. D. de minor. *Actiones Pati.* l. 66. §. legatus. D. ad SC. Trebell. l. 4. D. de contr. tutel.

Pati iudicium suscipere est. l. 13. §. item si quis dolo. D. de hæred. petit. l. 8. & l. 22. & l. 24. D. de iudiciis. *Vtile iudicium Pati.* l. 3. §. vlt. D. de alienat. iudic. mutand. *Si nouus dominus serui iudiciũ Patiatur.* l. 25. D. de noxalib. *Qui liberale iudicium Patitur.* l. 1. D. de libera. cau. *Si seruus iudicium liberale Pati paratus sit.* l. 3. §. si seruus. D. de adquir. possess. *Qui inuitus iudicium Pati non potest.* l. 54. D. de procurat. *Cogendus est Pati interdictum.* l. 1. §. si quis tamen. D. de vi & vi arm. *Nec interdictum vnde vi vel quod vi Patiuntur.* l. 7. D. de obseq. paren.

Pati exceptionem dicitur qui exceptione repellitur ac summouetur. l. 4. §. si cùm. & §. si quis autem. & §. auctoris. D. de doli mali except. *Nec exceptiones doli Patiuntur.* lege 7. D. de obsequiis parent.

Pati compensationem dicitur is cui compensatio iure obiicitur. *Pupillus agendo compensationem eius quod gessit, Patitur.* l. 3. §. 1. D. de negot. gest. *Videndum an compensationem hoc nomine Pati possit.* l. 24. §. si vxor. D. sol. matrim.

Collationis onus Pati non debet. l. 4. §. vlt. D. de lege Rhodia, de iact.

Pati æstimationem, id est sufferre. l. 63. D. de rei vindicat.

Euictionem Pati. l. 75. D. de iure dot.

Pati bonorum venditionem dicitur is cui bona distrahuntur. *Hæres Titius Patitur bonorum venditionem.* l. l. D. de separationib. *Minor bonorum venditionem Patitur.* l. si non latitet. l. 5. D. de reb. auctor. iudic. *Ne indefensi rerum possessionem aut venditionem Patiantur.* l. 1. D. de negot. gest. *Si conuicium Patiar.* l. 7. §. si mihi. D. de iniur. *Cùm patronus conuicium se à liberto Passum obiicit.* l. 1. §. cùm Patronus. D. de offic. præf. vrb.

Iniuriam Patimur aut in corpus aut extra corpus. Paul. lib. 5. Sentent. tit. 4. *Cùm & maritus in vxoris pudore, & pater in existimatione filiarum propriam iniuriam Pati intelliguntur.* l. 2. C. de iniur. *Si atrocem iniuriam Passus esset.* l. 38. §. liberto. D. ad l. Iul. de adulter. *Pro atroci iniuria quam seruus Passus est.* l. 8. C. de iniur. *Filiofamil. iniuriam Passo.* lege 17. §. ait Prætor. Digestis de iniur.

Pati etiam *iniuriam* dicitur qui damno afficitur. *Etsi interdum Patiaris iniuriam.* l. 3. §. si is pro quo. D. quod quisque iur. *Ex beneficio suo vnusquisque iniuriam Pati non debet.* Paul. lib. 5. sentent. tit. 6. *Iniuriam Pati dominus non debet.* l. 7. D. de tributor. *Cùm iniuriam per bonorum possessionẽ Patiatur.* l. 10. D. de collat. bonor. *Cùm aduersa pars nullam Passa videri possit iniuriam.* l. 6. C. de pact. int. empt. & vend. *Nullam in ea re debitorem iniuriam Passurum.* l. 30. D. ad leg. Aquil. *Pati iniuriam à iudice dicitur is contra quem iudex non iure, sed iniquè, vel iniustè pronuntiauit.* l. 5. D. de euiction. *Ab eo cuius de ea re notio fuit iniuriam Passus.* l. 6. C. de excusat. tutor. *Si præsens iniuriam iudicis Passus sit.* l. 52. §. vlt. D. pro socio. *Fideicommissum quod antè reliquerat quàm sententiam Pateretur.* l. 1. §. si quibus. D. de legat. tertio. *Si eo tempore esset sententiam Passus cùm deliquisset.* lege 1. D. de pœnis. *Passi sententiam.* rubr. de sententiam passis. D. & C. *Iure meritóque quadrupli condemnationem Patietur.* l. 14. §. hæc autem. D. quod met. cau. *Vt legis pœnam Patiatur.* l. 51. D. de actionib. emp. *Si delator pœnam sententiæ Passus est.* l. 3. C. de sentent. pass. *Si maritus deportationem Passus sit.* l. 13. D. de donat. inter vir.

Pati, id est sustinere. *Pati tormenta.* l. 1. §. quæstioni. D. de quæstionib. *Alij tanta sunt impatientia vt quouis mentiri quàm Pati tormenta velint.* l. 1. §. quæstionis. D. de quæstionib. *Pati pœnam edicti.* l. 2. §. illud. D. quod quisque iur. *Cogitationis pœnam nemo Patitur.* l. 18. D. de pœnis. *Senatusconsulti pœnam Pati.* l. 1. §. si plura. D. ad SC. Turpilian. *Dupli pœnam Patimur.* l. vlt. D. de litigiosis. *Pœnam contumaciæ non Patitur.* l. 53. §. vlt. D. de re iudic. *Nonnullam & sic Pœnam Patitur.* l. 33. §. 1. D. de fideicomm. libert. *Statu liberi in publicis iudiciis eadem pœnas Patiuntur quas cæteri serui.* l. 29. D. de statu lib. *Vltimum supplicium Pati debet.* l. 1. §. hoc autem. D. de SC. Silaniano. hoc est, vltimo supplicio plecti. *Neque vincula Patietur, neque vllam aliam iniuriam quam Patitur qui sententiæ non adquieuerat.* lege prima. §. 1. D. nihil innouari appellat. interpos.

Adulterium Passa dicitur cum qua quis adulterium admisit. *Ab ea quæ iam nupta & adulterium Passa est.* l. 14. C. ad l. Iul. de adulter. *Inter liberas tantùm personas adulterium stuprúmve Passas.* l. 6. D. ad l. Iul. de adulter.

Stuprum Pati dicitur *vir* vel *mulier* qui quæve stupratur ac deuirginatur. *Qui voluntate*

ſua ſtuprum flagitiúmque impurum Patitur. Paul. lib. 2. Senten. tit. 27. *Si dederit ne ſtuprum Patiatur vir vel mulier.* l. 8. D. quod met. cau. *Qui ſeruo vt ſtuprum Pateretur perſuadet.* l. 2. D. de ſer. corrup. *Si ſtuprum ſerua Paſſa ſit.* l. 25. D. de iniur.

Vim Pati dicitur mulier cui vitium vi infertur. *Quæ vim Patitur non eſt in ea cauſa vt adulterij vel ſtupri damnetur.* l. 13. §. ſi quis planè. D. ad l. Iul. de adulter. *Si vim hoſtium Paſſa non eſſet.* l. 13. §. ſi quis planè. D. eod. tit. *Vim Paſſam mulierem ſententia præſidis prouinciæ continebatur.* l. 39. D. eod. tit.

Aliàs *Vim Paſſus* dicitur cui vis facta, illata & adhibita eſt. l. 2. D. de iis quæ vi met. Eodémque loquendi genere *metum, dolum, fraudem Pati* quis dicitur. *Qui metum non à Parente Paſſus eſt.* l. 4. §. vlt. D. de dol. ma. except. *Niſi in amittenda actione dolum malum Paſſus eſt.* l. 1. §. vlt. D. de dolo malo. *Futurum ſit Vt impunè fraudem Patiatur.* l. 18. §. vlt. D. de iudiciis.

Equus aut equa fræni Patiens. l. 2. D. de captiuis. quo genere *Patientem aratri taurum tempore* dixit Ouid.

PATIENTIAM *præſtare.* l. 1. §. 1. l. 2. §. Proculus. & l. 12. D. de aq. & aq. plu. l. 31. D. de ſolutionib. l. 13. §. vlt. l. 15. §. 1. D. quod vi aut clam. *Patientiam ſolam eum præſtare debere.* l. 2. §. reſtituas. D. ne quid in loco publ. *Nihil amplius quàm Patientiam præſtare cogendus erit.* l. 12. §. vlt. D. quod vi aut clam. *Debet hæres eius Patientiam deſtruendi operis aduerſario præſtare.* l. 22. D. de oper. no. nuntiat. *Patientiam tollendo opes præſtantem.* l. vlt. D. de interdict. *Patientiam duntaxat præſtandam.* l. 11. §. vlt. D. de aqu. & aq. plu. *Maritus qui vxorem in adulterio deprehendit, patientiam adumbrare prætextu incredibilitatis non poteſt.* l. 29. D. ad l. Iul. de adulter.

PAVCIS *annis vſuras ſoluit.* l. 102. §. vlt. D. de ſolutionib.

Paucorum dierum mora. l. 24. §. colonus. D. locati. *Vel Paucioribus & in vna re relictam partem legatario dare.* l. 27. D. de legat. 1.

PAVCITAS *eorum qui muneribus publicis fungi debent.* l. 12. §. vlt. D. de decurionib.

PAVLATIM, id eſt per partes. *Poſſeſſionem quam Paulatim locauerat, maiore quantitate quàm ipſe ſuſceperat.* l. 47. D. de iure fiſci. *Paulatim venditore de eo quod petierat detrahente.* l. 8. C. de contrah. empt.

Paulatim aliàs eſt tractu & ſucceſſu temporis. §. ſed cùm. Inſtitut. de teſtam.

PAVLI *Virginij* Iuriſconſ. fit mentio l. 2. §. Et cùm placuiſſet. D. de orig. iur.

PAVLIANA *ea actio* appellatur, per quam quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, reuocantur. l. 38. §. in Fabiana. D. de vſur. Theophyl. etiam in §. item ſi quis. Inſtit. de actionib. ait, *creditoribus bona debitoris ex ſententia præſidis poſſidentibus ad ea, quæ in fraudem & circumſcriptionem eorum alienata ſunt, reuocanda, in rem actionem dari, quæ Pauliana appellatur.*

PAVPERIES verbum eſt 12. Tabular. *damnum ſiue iniuriam facientis datum ſignificans*, ſecũdum Vlpiani interpretationem in l. 1. §. 1. D. ſi quadrup. paup. quam & Iuſtinian. tranſcripſit in Inſtitut. eo. titul. Feſtus lib. 14. *Pauperiem damnum* definit eſſe *quod quadrupes facit.* Itaque Caper in lib. de Orthograph. *Paupertatem à Pauperie* eo ſeparat quòd *Paupertas, ipſa conditio ſit, Pauperies verò, damnum.* Vetus Gloſſar. Græcum: Pauperies ἡ ἀφὸ κακουργίας ζημία ὅτι τοῦ ἀλόγου, οἷον ὕπνου, καὶ τῶν ὁμοίων. *Si quadrupes cuius nomine actio eſſet cum domino, quòd Pauperiem feciſſet.* l. 37. D. ad l. Aquil. *Si quadrupes Pauperiem fecerit.* Paul. lib. 1. Sentent. tit. 17. *Neque de Pauperie agi poſſit.* l. 14. §. vlt. D. de præſcrip. verb.

PAVPER, inops, egens. *Ipſum donatorem Pauperem factum.* l. 9. D. de pollicitation. *Ita fit locupletior, vt tanto Pauperior eſſe videatur.* l. 15. §. ex donationibus. D. ad l. falcid. *Non fieri me Pauperiorem.* l. 4. D. de donat. inter vir. *Donatio quæ donantem Pauperiorem, & accipientem facit locupletiorem.* l. 5. §. conceſſa. D. de donat. inter vir.

Pauperior fieri dicitur qui deminuit quid de facultatibus ſuis, vt loquitur l. 5. §. cùm igitur. D. eod. tit. Proinde *Pauperiorem fieri & locupletiorem aduerſantur.*

PAVPERTAS. *Nonnulli propter Paupertatem accuſare prohibentur, vt ſunt qui minus quàm quinquaginta aureos habent.* l. 10. D. de accuſationib. vnde apparet, *Pauperes* quod ad accuſationem perferendam attinet, haberi eos qui minus quàm quinquaginta aureos in bonis habẽt. Cui conueniens eſt quod Conſtant. lib. 1. epiſt. tit. 6. ſcribit. *Paupertas dat excuſationem, ſi quis imparem ſe oneri iniuncto poſſit probare.* l. 7. D. de excuſationib. *Ne melior in Paupertatem incideret.* l. tertia. D. de donat. int. vir. *Quæ obtentu Paupertatis turpiſsimam vitam egit.* lege 43. §. non eſt. Digeſtis de ritu nupt. *Propter Paupertatem excuſationem tribui.* §. ſed & propter. Inſtit. de excuſationib.

PECCARE *in corpus.* ἁμαρτῆσαι εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα. Iuſtinian. Nouel. 115. Phraſis eſt ex B. Paulo ſumpta 1. Corinth. 6. ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.

PEC-

PECCATA pro maleficiis. *Peccata nocentium nota esse & oportere & expedire.* lege 18. D. de iniuriis.

PECORIBVS *legatis Cassius scripsit quadrupedes contineri, quæ gregatim pascuntur.* l. 65. §. vlt. D. de leg. 3.

Vlpianus ad hæc edicti ædilicij verba: *De cætero quoque Pecore omni. Aliud significant iumenta, aliud significatur* Pecoris *appellatione. Boues vtique Pecoris appellatione continebantur.* l. 38. §. iumentorum. D. de ædilic. edic.

Si Pecoris vsus relictus est: puta gregis, ouilis, ad stercorandum vsurum duntaxat. l. 12. §. sed si pecoris. D. de vsu & habit. *Pecora stercorandi causa parata.* Paul. lib. 3. Sentent. tit. 7. *Qui Pecus alienum in agro suo deprehenderit, non iure id includit.* l. 39. D. ad leg. Aquil. *Quamuis alienum Pecus in agro suo quis deprehendisset, sic illud expellere debet, quomodo si suum deprehendisset.* l. 39. D. ad l. Aquil. *Si per vim abductum Pecus incluserit quis.* l. 2. §. si publicanus. D. de vi bonor. rapt. *Si glandem ego immisso Pecore depascam.* l. 14. §. vlt. D. de præscr. verb. *Pecoris ad aquam appulsus.* l. 14. §. vlt. D. de aliment. vel cibar. l. 1. D. de seruitut. præd. rust. *Si quid è Pecoribus nostris à bestia ereptum sit.* l. 8. §. vlt. D. famil. ercis.

Vide plura de Pecoribus sup. in ver. Pascere.

PECVDVM *nomine in lege Aquilia continentur omnes quadrupedes quæ gregatim habentur, veluti, oues, capræ, boues, equi, muli, asini, sues. Canis verò inter* Pecudes *non est, longéque magis bestiæ eo numero non sunt.* l. 2. l. 29. §. hac actione. D. de vsu & habitat.

PECVLATVS est, *publicæ pecuniæ vel sacræ furtum, non ab eo factum, cuius periculo fuit.* l. 9. §. 1. D. ad leg. Iul. peculat. *Itaque qui pecuniam publicam, sacram, religiosámve abstulerit, vel interceperit, in rémve suam verterit, & qui prædam ab hostibus captam subripuerit, lege Iulia peculatus tenetur.* l. 1. & l. 3. l. 14. D. ad leg. Iuliam peculat. Varro lib. 4. de lingua Lat. *à pecore appellari Peculatum furtum publicum, vt cùm quid esset coactum in publicum si erat auersum.* Auctor Rhetoric. ad Herenn. lib. 1. *Si quis peculatus accusetur quòd vasa argentea publica de loco priuato dicatur sustulisse, possit dicere cùm definitione sit vsus, quid sit furtum, quid* Peculatus, *secum furti agi non* Peculatus *oportere.* B. Augustin. tractatu 50. de cap. 12. Ioann. *Peculatus*, ait, *dicitur furtum de re publica, & nõ sic iudicatur furtum rei priuatæ sicut publicæ.* Festus lib. 4. *Peculatus dicitur à pecore. Qui enim populum fraudat,* Peculatus *pœna tenetur.* Idem lib. 14. *Peculatus est nunc quidem, qualecunque publicũ furtum, sed inductum est à pecore, vt pecunia quoque ipsa.* Et rursus. *Peculatus furtum publicum dici cœptus est à pecore, quia ab eo initium eius fraudis esse cœpit, si quidem ante æs, aut argentum signatum, ob delicta pœna grauissima erat duarum ouium, & triginta boum.* Isidor. lib. 5. cap. 26. *Peculatus iudicium in eos datur, qui fraudem ærario faciunt, publicámque pecuniam interuertunt. Qui verò plus debito tributorum nomine exegerit, Peculatus non tenetur.* l. 2. C. ex quib. caus. infam.

Asconius in secund. Orat. contra Verr. Peculatorem ait dici eum qui furtum facit pecuniæ publicæ. Tacit. lib. 17. *Mox compertum pecuniam publicam auertisse,* vt Peculatorem flagitari iussit.

PECVLIVM *Tubero sic definit, quod seruus domini permissu separatim à rationibus dominicis habet, deducto inde si quid domino debetur.* l. 5. §. vlt. D. de pecul.

Peculium dictum est quasi pusilla pecunia, siue patrimonium pusillum. l. 5. D. de pecul. Si dominus hoc solum egerit vt pecunia separetur à suis rationibus, & Peculio serui sit. l. 37. §. 1. D. de adquir. rer. domin. Quod ex iusta causa corporaliter à seruo tenetur, id in serui Peculio est. & Peculium quod seruus ciuiliter quidem possidere non posset, sed naturaliter tenet, dominus creditur possidere: quod verò ex maleficiis adprehenditur, id ad domini possessionem ideo non pertinet, quia nec Peculij causam adprehendit. l. 24. D. de adquir. vel amitt. possess.

Peulium autem eorum duntaxat est, qui in aliena potestate sunt: pater enim familias Peculium habere non potest, quemadmodum nec seruus bona. l. 182. D. de verbor. signific. Itaque in vetere Glossario. *Peculium* definitur κτῆσις τῶ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος, τὸ τέκνον ὑῶ ἢ δούλῳ. Apud Isidor. quoque lib. 5. cap. 25. *Peculium esse traditur quod pater vel dominus filium suum vel seruum pro suo iure tractare patitur.*

Varro lib. 1. de re rust. *Tu* (inquit) *tibicen non solùm adimis domino pecus, sed etiam seruis* Peculium, *quibus domini dant vt pascant.* Et eodem lib. *Præfectos alacriores faciendum præmiis: dandáque operæ vt habeant Peculium, & coniunctas conseruas,* è quibus habeant filios.

Peculia. l. 47. §. si seruus. D. de pecul. Iuuen. satyr. 3.

— *Et cultis augere Peculia seruis.*

Liberorum Peculia post mortem patris in hæreditate diuidenda, in communionem redi-

genda. l. 13. D. famil. erciſc.

Peculium ergo vel filiorumfamil. filiarúmve famil. eſt, vel ſeruorum. Secundum hæc Sp. Caſſij filij bene *Peculium* Liuius & Plinius appellant. Ille quidem lib. 2. *Sunt qui patrem*, ait, *auctorem eius ſupplicij ferant: eum cognita domi cauſſa, verberaſſe, ac necaſſe, Peculiúmque filij Cereri conſecraſſe: ſigaum inde factum eſſe.* Hic verò lib. 34. cap. 4. *Romæ ſimulacrum ex ære factum Cereri primum reperio ex Peculio Sp. Caſsij, quem regnum affectantem pater ipſius interemerat.*

Interdum autem pater dominúſve liberam *Peculij* adminiſtrationem filio ſeruóve concedebat. *Si quis filiofamil. liberam Peculij adminiſtrationem conceſſerit.* l. 7. D. de donation. *Qui Peculij adminiſtrationem concedit, videtur permittere generaliter quod & ſpecialiter permiſſurus eſt.* l. 46. D. de pecul. *Si filius aut ſeruus liberam Peculij adminiſtrationem habeant.* lege 28. §. 1. D. de pact.

Enimverò cui libera *Peculij adminiſtratio* data conceſſa erat nouandi, delegandi, in dotem dandi, non item donandi ius habebat. *Cui Peculij adminiſtratio data eſt, delegare debitum ſuum poteſt.* l. 48. §. vlt. D. de pecul. *Filius ſeruúsve cui adminiſtratio Peculij permiſſa eſt, nouandi quoque peculiaria debita ius habet.* l. vlt. D. de nouationib. *Si filiafamil. nuptura ex Peculio cuius adminiſtrationem habet, dotem viro dedit.* l. 24. D. de iur. dot. *Filiusfamil. donare non poteſt, neque ſi liberam Peculij adminiſtrationem habeat. Non enim ad hoc ei conceditur libera Peculij adminiſtratio, vt perdat.* l. 7. D. de donation. *Etiamſi maximè quis adminiſtrationem Peculij habeat conceſſam, donandi ius eum nõ habere.* l. 28. §. vlt. D. de pact. *Libera autem Peculij adminiſtratio conceſſa non permanebat in fugitiuo, neque in ſubrepto.* l. 48. D. de pecul. *Peculium* autem *naſci, mori, creſcere, decreſcere, conſtitui, redimi, imminui dicebatur.*

Cæterùm *Peculium* quoddam *paganicum eſt*, quoddam *Caſtrenſe*, quoddam *quaſi Caſtrenſe*, l. vlt. C. de inoff. teſt. *Paganicum* rurſus vel *dominicum* eſt vel *paternum*, id eſt ex patris dominive ſubſtantia profectum, eorúmque voluntate ſeorſim poſſeſſum.

Caſtrenſe Peculium eſt, quod adquiritur, vel occaſione militiæ obtingit. Nam & ſi mulier filio viri ad caſtrenſes militarés ve res comparandas pecuniam reliquerit, ea Peculio caſtrenſi adnumerabitur, & hæreditas quoque à commilitone in caſtris vel eo quem per militiam cognouit relicta, in eundem numerum cedit. l. 3. l. 5. l. 19. D. de caſtr. pecul. *Sed & quod pater matér ve filio in militiam profecturo donat, Peculio caſtrenſi adgregatur.* l. 23. §. ſeruum. De fideicomm. libert. l. 3. §. ſecundum hæc. D. de donat. inter vir. *Enimuerò res demum mobiles, vel ſe mouentes à patre filio in militiam proficiſcenti datæ, in Peculio caſtrenſi computantur.* Diuerſa cauſa eſt prædiorum. l. 4. C. fam. erciſ. *Sed nec eodem loco habetur, quod pater filio militi reuerſo donat.* l. 15. D. de caſtr. pecul.

Ac ne caſtrenſis quidem Peculij fiet quod non per militiam notæ perſonæ filiofam. ita donauerint, vt caſtrenſis Peculij fiat: propterea quòd veritas non ſubeſt. l. 6. & l. 8. D. de caſtr. pecul.

Peculium in caſtris adquiſitum, l. 3. C. de bon. proſcriptor.

Huiuſmodi autem *Peculium caſtrenſe* à Iuuenali, Satyr. 6. deſignatur.

Nam quæ ſunt Parta labore
Militiæ, placuit non eſſe in corpore cenſus,
Cuius habet regimen pater.

Quaſi caſtrenſe Peculium, id eſt, quod filijſfam. in palatina vel togata militia verſantibus vel clericis factis, quæſitum eſt, ab eo quod ad exemplum caſtrenſis per ſimilitudinem quandam introductum eſt. l. 1. §. ne caſtrenſe. D. de collatio. bono. l. 3. §. dari. D. de bon. poſſ. l. vlt. C. de inoffic. teſt. l. 38. C. de epiſc. & cler. Quod & *veluti caſtrenſe* appellatur. l. 7. C. de adſeſſorib. l. 4. & l. 8. C. de aduoc. diuerſ. iudicior. l. 1. §. hoc autem. D. ad SC. Trebel. l. vlt. C. de collatio. Vetus Gloſſar. Peculium *quaſi caſtrenſe* interpretatur τὸ ἐξ οἰκείου ἐπιτηδεύματος πεκούλιον.

Vetuſta porro Gloſſaria tam Græca quàm Latina filiorumfamilias *Peculium* quadruplex faciunt, *Profectitium*, *Aduentitium*, *Caſtrenſe*, & *Quaſi caſtrenſe*. Vet. Gloſſarium Græcum. Τὰ πεκούλια τετραχῶς εἰσὶν, Α' προσπόιζα, παγάνικα, καστρήνσια, καὶ ὡσαυτικαστρήνσια, καὶ Α' ποσπόιζα μόν. εἰ γὰρ ὅσα ἐκ μητρικῆς κληρονομίας καὶ πάππων καὶ ἑτέραν ἄλλων συγγενῶν τὰ μητρὸς, καὶ ἀπὸ φιλοπιμίας, τυχὸν, ἢ καμάτων ἰδίων κτῶνται οἱ παῖδες, καὶ ἀπὸ γαμικῆς ἀιπίας, ἐν οἷς ἔχει τῷ παιδὶ ἐν ὑπεξουσιότητι ἄδεια ἀλιπῆσθαι, ὐδὲ τῷ πατρὶ ποσπελευτῶντι. ἔχει δὲ τὴν τούτων λῆσιν ὁ πατὴρ, τὸν δὲ δεσποτείαν οἱ παῖδες. Παγάνικα δὲ ἃ καὶ προσπείζονται ὅσα ἐξ ἀιπῶν ἢ πραγμάτων τῷ πατρὸς προσέλθῃ τῷ παιδὶ. ἅπαντα γὰρ ταῦτα εἰσὶ τοῦ πατρὸς, ἢ ἔχει ἢ τὸν χρῆσιν ἢ τὴν δεσποτείαν τούτων. ὐδ' ὅτι τούτοις ἄδεια τῷ υἱῷ ἀλιπῆσθαι, ἀλλὰ τῷ πατρὶ ποσπελευτῶντι. τὰ δὲ Καστρήνσια, ἃ ἢ ἰδιόκτητα λέγονται, τὰ ἐκ σιδήρου καὶ ὅπλων περιελθόντα τῷ παιδὶ. ὧν ἡ χρῆσις καὶ ἡ δεσποτεία τῷ παιδὶ ἁρμόζει καὶ ἄδεια ὅτι τούτοις τῷ παιδὶ ἀλιπῆσθαι ἐν ἐπεξουσιότητι. τὰ δὲ ὡσαυτικαστρήνσια, τὰ ἀπὸ δωρεᾶς βασιλικῆς ἢ δεσποίνας ἢ τὰ ἀπὸ κληρο-

νομίας

νομίας ἀδελφῶν, καὶ τὰ ἀπὸ ἀρχῆς. οἷον ἄνω καὶ τὰ ἀπὸ συνεδρίας καὶ τὰ ἀπὸ προστάξεως βασιλέως σιτηρέσια ἀπὸ δημοσίου, καὶ ὧν τούτων τὴν χρῆσιν ἢ τὴν διαποτείαν ἔχει ὁ πατὴρ· τὸ δὲ ὑπεξουσίῳ υἱῷ, ἄδικα καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἁμαρτήμασι. Cui diuisioni congruunt Latini Glossarij verba hæc: *Castrense est quod miles adquirit dum militat in castris, Paganicum profectitium est quod de rebus patris vel domini, proficiscitur. Paganicum aduentitium est quod ex prospera fortuna aduenit, vt ex testamento cognatorum. Est pusilla substantia separata à rebus patris vel densa data filio vel seruo. Est quo pater vel dominus filium suum vel seruum pro suo tractare dicitur.*

Peculij tamen appellatio Latinè loquentibus latius patet. Nam & generaliter pro facultatibus vsurpatur: ac vel ipsorum etiam patrumfam. bona *Peculij* appellatione continentur. *Vlpianus etiam idem iuris esse, si quis Patrimonium suum fuerit rogatus, & si facultates, & si quidquid habeo, & si censum meum, & si fortunas meas, & si substantiam meam, & si Peculium meum testator dixerit, quia plerique ὑποχορηστικῶς patrimonium suum Peculium dicunt.* l. 16. D. ad SC. Trebell. Seruius ad ea verba Virgilij Ecloga 1. — nec cura Peculi. *Peculi, ait, aut antiquè dixit, quia omne patrimonium apud maiores Peculium dicebatur à pecoribus, in quibus vniuersa constabat eorum substantia, vnde etiam pecunia dicta à Peculio. Aut certè & hoc ad morsum temporum pertinet: nam modò tantùm serui Peculium dicimus, vt inuidiosè patrimonium suum dixerit Peculium, ac si seruus esset, quia se diu apud Mantuam seruisse memorauit.* Plutarch. in Public. Διὸ καὶ τὰς οὐσίας ἄχρι νῦν ἀπὸ τῶν προβάτων πεκούλια καλοῦσι. Festus, *Peculium seruorum à pecore item dictum, sicut & pecunia nobilium.* *Peculij* verbo vtitur Apul. lib. 3. de Asin. aur. & lib. 10.

Est & alia *Peculij* significatio quæ à Celso traditur in l. 79. D. de legat. 3. his verbis. *Proculus ait audiuisse se rusticos senes ita dicentes, Pecuniam sine Peculio fragilem esse, Peculium appellantes, quod præsidij causa seponeretur. De Peculio actio.* l. 1. §. 1. & l. 2. D. quan. de pecul. act. l. 30. §. 1. D. de pactis. l. 9. §. &, si seruum. D. de dolo. *Quæ & in Peculium quandoque appellatur.* l. 30. §. 1. D. de pactis. l. 41. D. de pecul. l. 9. §. &, si seruum. D. de dolo. Et ita *condictio in Peculium.* l. 19. D. de condict. furt. *In Peculio actio.* l. 27. D. de pecul. *Persecutio in Peculio.* l. 42. D. de furtis. *De Peculio actio introducta est à Prætore, vt quamuis sine voluntate domini negotium gestum fuerit à seruo, etiamsi non sit in rem eius versum, id tamen eatenus præstare debeat, quatenus Peculium patitur.* §. præterea. Instit. quod cum eo. *Actiones de Peculio ideo aduersus patrem dominúmve comparauit Prætor, quia licet ex contractu filiorum seruorúmve ipso iure non teneantur: æquum tamen est Peculio tenus, quod patrimonium est filiorum filiarúmque, item seruorum, condemnari eos.* §. actiones. Instit. de actionib. Vnam autem eandémque fuisse actionem *de Peculio & de in rem verso*, quæ duas haberet condemnationes, tradit Iustin. in §. licet. Instit. quod cum eo.

Sanè principaliter autem nullæ de Peculio actiones instituebantur, sed accessionis, adiectionisve loco aliis legitimis ac vulgaribus actionibus, quæ ex negotio cum seruis gesto oriebantur, accedebant, & qualitas condemnationis moderanda causa aliis actionibus adiungitur. verbi gratia, redhibitoria de Peculio, de dolo de Peculio: condictio furtiua de Peculio. Si seruus sit qui vendidit, vel filiusfam. in dominum vel patrem de Peculio ædilitia actio competit. l. 23. §. si seruus. D. de ædilic. edic. *Si seruus vel filius vendiderit, redhibitoria in Peculium competit.* l. 57. D. eod. tit. *De dolo actionem serui nomine interdum de Peculio, interdum noxalem dari. Nam etsi ea res est in quam dolus commissus est, ex qua de Peculio daretur actio, & nunc in Peculio dandam: sin verò ea sit ex qua noxalis: hoc quoque noxale furtum.* l. 9. §. &, si seruum. D. de dolo ma. *Ex persona filiæ quæ res amouit, dandam in patrem condictionem in Peculiũ.* l. 19. D. de condict. furt.

Pecvliare dicitur quicquid in Peculio aut ex Peculio est, vt *Peculiaris seruus.* l. 3. §. miles. D. de suis & legit. l. 21. D. de pecul. leg. lege 13. D. de iur. patron. l. 14. D. de exceptionib. l. 9. D. de castr. pecul.

Si seruus Peculiaris volente filiofamil. in cuius peculio erat, nauem exercuit. l. 1. §. in potestate. D. de exercitor. Plaut. in prol. captiuor. *Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo Peculiarem. Duo filijfamil. Peculiares seruos separatim vterque habebant.* l. 7. D. de manumission. *Miles filiusfamil. Peculiares seruos & libertos potuit habere.* l. 6. C. de castr. pecul. *Peculiaria mancipia.* l. 4. §. 1. in fi. D. de his qui not. infam.

Creditores Peculiares qui filiofamil. peculium habenti crediderunt. l. 18. §. si filiusfam. D. famil. ercisc. *Creditores Peculiarij.* l. 4. D. de pecul. leg. *Peculiaris debitor.* l. 26. §. qui filiofam. D. de cõdict. indeb. l. 7. §. 1. & l. 10. §. versum. D. de in rem ver. l. 24. D. de iur. dot. qui videlicet ex causa *Peculiari* filiofam. quid debet.

Peculiaris merx. l. 1. §. licet. D. de exercitor. l. 27. D. de pecul. l. 5. §. 1. l. 7. D. de tributor. l. 30. D. de action. empti. §. introducit. Instit. quod cum eo. *quam in tributoria actione non sicut Peculium accipimus. Quippe Peculium deducto eo quod domino debetur, accipitur. Merx verò*

Peculiaris, etiamsi nihil sit in Peculio, dominum obligat. lege prima. §. peculiarem. Digestis de tributor.

Si quis manumissus ex causa Peculiari *habeat rem.* l. 13. §. ex facto. D. de adquir. poss. *Si ex causa* Peculiari *fideiussit seruus.* l. 19. D. de fideiussorib. *Peculiaris obligatio.* l. 16. D. de nouationibus. *Peculiares res.* l. 13. D. quod vi aut clam. l. 29. D. de contrah. empt. l. 28. §. si filius. D. de pact. l. 56. §. si res. D. de furt. l. 1. §. 1. D. de pignor. l. 9. §. 1. D. de pecul. l. 3. §. sed vtrum. D. de minorib. l. 22. & l. 23. D. de pecul. l. 8. §. 1. l. 9. D. comm. diuid. l. 21. D. de dam. infect.

Ædes Peculiares. l. 22. & l. 23. D. de pecul. *Nummi* Peculiares. l. 2. §. in mutui. D. de rebus credit. l. 3. & l. 39. §. si hæres. D. de statuliber. l. 20. §. Papinianus. D. de adquir. vel omitt. hæred. l. 30. D. de actionibus empt. l. 5. §. vlt. D. de in rem ver. l. 1. §. 1. C. si ser. exter. l. 3. §. subtilius. D. de condict. cau. da. l. 40. §. 1. D. de pignor. act. l. 1. C. si seruus exter.

Peculiaria debita. l. vlt. D. de nouation.

Peculiare negotium. l. 4. §. in hac. D. de doli except. *Peculiaria negotia.* l. 33. D. de procurator. l. 6. §. sed si ego. D. de negot. ges. *Peculiare nomen quod filiusfamil. vel seruus nummus Peculiaribus, vel alia re* Peculiari *fecit.* l. 3. §. idem Labeo. D. de in rem ver. l. 37. D. de pignorat. act. l. 56. D. de pecul. leg.

Peculiari *nomine* fieri dicitur quod in causam *Peculij fit, & vt in Peculium vertatur.* l. 16. §. 1. D. de liber. cau. *Si seruus tuus* Peculiari *nomine emat rem.* l. 2. §. si seruus. D. pro empto. id est ex *causa* Peculiari. l. 44. §. vlt. D. de vsucapionib. *Si seruus* Peculiari *nomine crediderit.* l. 32. D. de solutionib. *Quicquid filius* Peculiari *nomine adprehenderit, id statim pater eius possidet.* l. 4. D. de adquir. poss. *Si eam rem quam vnus subripuerit,* Peculiari *nomine teneat.* l. 4. §. Labeo. Digestis de vsucapion.

Infans Peculiari *nomine per seruum possidere potest.* l. 32. §. vlt. D. de adquir. possess. *Per seruum dominus* Peculiari *nomine vsucapere potest.* l. 54. §. vlt. D. de adquir. rer. domin. *Quæ* Peculiari *nomine serui captiuorum possident.* l. 22. §. quæ Peculiari. D. de capt. & postlim. id est *ex causa* Peculiari. Sic *quæ* Peculiari *nomine comprehenduntur.* l. 12. §. facti. D. eod. tit.

Peculiare vinum, quod in vsu seruorum remansit. l. 9. §. vlt. D. de trit. vi.

PECVLIARITER, id est ex Peculiari causa, vel Peculiari nomine. *Si seruus merces* Peculiariter *emerit.* l. 1. §. si seruus. D. de except. rei vendic. *Merx qua seruus* Peculiariter *negotietur.* l. 2. D. de tributor. *Seruus pecuniam* Peculiariter *mutuatus.* l. 3. §. 1. D. de in rem ver. *Res quas serui* Peculiariter *parauerunt.* l. 3. §. saltus. D. de adquir. possess. *Res quas seruus aut filius qui in potestate est,* Peculiariter *tenent.* l. 1. §. item. D. de adquir. vel amitt. possess. *Ea quæ serui* Peculiariter *nacti sunt.* l. 8. D. de vsucap. *Hypothecam quam filiusfam. & seruus* Peculiariter *acceperint.* l. 8. §. an paciscendi. D. quib. mod. pign. *Municipes per seruum quæ* Peculiariter *adquisierint, & possidere & vsucapere posse.* l. 1. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poss.

Aliàs Peculiariter est pecuniariter. *Actio ad exhibendum ei creditur competere, cuius* Peculiariter *interest.* l. 13. D. ad exhibend.

PECVLIATVS appellatur peculio instructus seruus. l. 13. §. si venditor. D. de act. empt. Si quis simpliciter dixerit Peculiatum esse seruum, sufficit si is vel minimum habeat Peculium. l. 18. §. vlt. D. de ædil. edic. Cicero lib. 10. familiar. *Traiecit sese in regnum Bogudis planè bellè* Peculiatus. Apuleius lib. 10. de Asino aur. *Liberto acceptissimo & satis* Peculiato. Ambros. lib. 3. Epist. 11. *Quis autem* Peculiatus *ad vitam æternam transiit, nisi virtutum fultus peculio?*

Augustin. *Peculiosum* dixit Commentar. in psalm. 38. *Peculiosus,* ait, *seruus es cuiusdã magni patrisfam.* Huic contrarius est, *Expeculiatus,* quo verbo Plaut. vtitur.

PECVNIÆ *nomine non solùm numerata* Pecunia, *sed omnes res tam soli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur.* l. 178. & l. 222. D. de verb. signif. Iustinian. quoque in l. 2. C. de constit. pecun. *Et neminem moueat quòd sub nomine* Pecuniæ *etiam omnes res exigi definiamus, cùm & in antiquis libris prudentium licet constituta Pecunia nominabatur, tamen non* Pecuniæ *tãtùm per eam exigebantur, sed omnes res quæ pondere, numero, mensura constitutæ erant.* Et pòst: *Ita omnes res veniant in constitutam actionem, tanquam si fuisset ipsa Pecunia constituta: cùm etiam* Pecuniæ *appellatione omnes res significari definiant.*

Pecuniæ tamen appellationem angustiorem esse quàm rei, ait Paulus in l. 5. de verb. signific. *rei enim appellatio etiam ea quæ extra computationem patrimonij nostri sunt, continet: cùm* Pecuniæ *significatio ad ea referatur quæ in patrimonio sunt.* D. August. in lib. de discipl. Christianor. *Tertium,* ait, *quicquid homines possident in terrâ, omnia quorum domini sunt,* Pecunia *vocatur: seruus sit, vas, ager, arbor, pecus: quidquid horum est,* Pecunia *dicitur. Et ideo* Pecunia, *quia antiqui totum quod habebant, in pecoribus ponebant.*

Varro

Varro lib. 4. de ling. Lat. *Pecus ab eo quòd perpascat, à quo* Pecunia *vniuersa, quòd in pecore* Pecunia *tum consistebat pastoribus.* Donat. in Phorm. Terent. act. 2. sc. 3. ad hæc verba, *Ac si talentum rem reliquisset decem: More*, ait, *Romanorum, apud quos hæreditas Pecuniæ erat.* Et ita in 12. Tabul. Pecuniæ verbum non solùm numeratam *Pecuniam*, verùm omnia corpora complectebatur. Sic & *de Pecunia sua testari, id est de bonis.* lege 77. §. mando. Digestis de legat. 2.

In stipulatione quoque hæreditatis hæc verba, QVANTA PECVNIA AD TE EX HÆREDITATE, puta L. TITII PERVENERIT, *omnia hæreditaria corpora & iura complectuntur.* l. 50. D. de verb. oblig. l. 36. D. de pecul. l. 20. §. 1. D. de stipul. seruor. l. 97. D. de verb. signific.

Sanè accipe in eo legis Iul. capite quod ab Vlpiano refertur in l. 64. §. vlt. D. solut. matrim. verba hæc, *Quanta Pecunia erit, tantam Pecuniam dato*, ostendunt æstimationem hæreditatis vel bonorum liberti, non ipsam hæreditatem voluisse legem præstare, nisi maritus ipsas res tradere maluerit.

Est, cùm angustum reuocatur pecuniæ nomen, vt ea tantùm contineat, quæ pondere, numero, & mensura constant: veluti in hac scriptura, qua legatorum dies profertur, *Quas pecunias legaui, quibus dies adpositus non est.* l. 19. & l. 30. D. de legat. 1.

Plerunque verò *Pecuniæ* appellatio strictius accipitur, *& nummos tantùm comprehendit.* Ipsius *Pecuniæ in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt, fœnerandi vsus vix diuturnus.* l. 22. §. huic accedit. C. de admin. tutor. *Pecunia ipso vsu assidua permutatione quodammodo extinguitur.* §. nam hæres. Institut. de vsufruc. *Si Pecuniam quis quæ in conspectu est stipulatus sit, vel aceruum Pecuniæ.* l. 29. D. de verbor. obligat.

Interdum autem *Pecuniæ* verbum numeratæ adiicitur. *Mutui dationem non solùm numeratæ Pecuniæ, verùm omnium quæ mutua dari possunt.* l. 7. §. mutui. D. de SC. Macedon. *Qui certam Pecuniam numeratam petit.* l. 1. D. de condict. tritic. *Qui ad Pecuniam numeratam conduxit.* l. 25. §. vis maior. D. locati.

Pecuniæ hæc sunt adiuncta, *Constituta, Fœnebris, Otiosa, Nautica, Traiecticia. Pecuniam agitare, exercere, occupare*, Vide suis locis.

Pecunia pro mercede locationis operarum. *Cùm seruus fructuarius operas suas locasset, & eo nomine Pecuniam in annos singulos dari stipulatus esset.* l. 18. §. vlt. D. de stipul. seruor. *Pecunia data locatio erit.* l. 5. §. at cùm. D. de præscript. verb. *Interueniente Pecunia res ad locationem & conductionem potius respicit.* l. 1. §. vlt. D. mandat.

Pecunia messium, id est *pensio, seu merces locationis agri.* l. 7. §. item si. D. solut. matrim.

PECVNIARIA causa. l. 9. D. de offic. proconsul. l. 22. D. de SC. Silaniano. l. 9. D. de quæstionib. l. 9. §. vlt. D. de lege Corn. de falsis. l. 3. C. si reus vel accusat. id est ciuilis. Proinde *Pecuniaria* causa, & *Capitalis* opponuntur. l. 1. D. an per ali.

Compensationes quæ ad Pecuniariam causam respiciunt. l. 15. §. 1. D. solut. matrim. *In Pecuniariis causis.* l. vlt. C. de his quæ sub mo. l. 2. C. vbi senator. *In omnibus Pecuniariis causis.* Paul. lib. 5. sentent. tit. 33. *In Pecuniariis causis si alter ex litigatoribus iusiurandum deferat, audiendus est.* Paul. lib. 1. sentent. tit. 1. *In Pecuniariis causis nec inopia probationum seruos contra dominum interrogari posse.* l. 1. C. de quæstion. *In Pecuniariis causis potentiores viri per procuratores litem sustinet.* l. 15. C. de accusation. *In Pecuniariis causis, & in capitalibus*, opponuntur l. vlt. D. de feriis. Paul. lib. 5. senten. tit. 16. *tam in Pecuniariis, quàm in capitalibus causis.*

Lis Pecuniaria. l. 11. C. ad l. Cornel. de falsis. Quintil. Institut. orat. lib. 6. cap. 2. de Passieno, *Cùm Domitiæ vxoris suæ Pecuniariam litem aduersus fratrem eius Ænobarbum ageret. Non solùm in criminalibus causis, sed etiã in Pecuniariis litibus.* l. 1. §. 7. D. de testib. Quintil. declamat. 383. *Dicimus Pecuniarias lites esse, litigatorem esse non reum, non qui de capite sortiatur, illud iudicium vocari quæstionem, quidlibet potius quàm litem.*

Is cuius de Pecuniaria re cognitio est. l. 6. C. de publ. iudic. *Cùm rem Pecuniariam esse dicas.* l. 2. C. de procurator. *In re Pecuniaria tormenta non adhibentur.* Paul. lib. 5. sentent. tit. 15. *Vt non facilè in re Pecuniaria quæstio habeatur.* l. 9. D. de quæstion.

Latrunculator de re Pecuniaria iudicare non potest. l. 61. §. vlt. D. de iudiciis. *In re Pecuniaria, & in crimine capitali* opponuntur. l. vlt. D. ad SC. Turpil. *Quæ res in rebus Pecuniariis & in criminibus agitari solet.* l. 1. D. an per ali. cau. appell. *Ob rei Pecuniariæ quæstionem.* lege 37. D. de fideicomm. libert. *Pecuniariæ disceptationes.* l. 4. C. de patr. potest. *Pecuniaria actio.* l. 9. D. de sepul. viol.

Pecuniaria dos. l. 56. §. vlt. D. de iur. dot.

Pecuniariæ quantitatis ratio. l. 9. D. de religios. & sumpt. fune. *Pecuniaria coercitio.* l. 2. D. de public. iudic. *Condemnatio.* l. 6. §. 1. D. de re iudic. *Damnatio.* l. 10. §. vlt. D. de pœnis. *Sententia.* l. 1. §. vlt. D. de quæstion. *Pecuniariæ appellationes.* l. 2. C. de procurator. *Pecuniaria multa.* l. 3. D. de termi. mo. l. 3. §. 1. D. de re milit. *Pœna.* l. 4. D. de custod. & exhibit. l. 12. §. omnibus, D. de accusationib. *Pecuniariæ pœnæ.* l. 5. D. de pœnis.

Pecuniarium fideicommissum appellatur quo res quælibet extra libertatem per fideicommissum relicta est. Atque ita *fideicommissum Pecuniarium fideicommissæ libertatis præstationi* opponitur. l. 24. in princ. & §. si rogatus. l. 39. & l. 45. §. 1. D. de fideicommiss. libert. *Pecuniaria fideicommissa fideicommissariis libertatibus* opponuntur. l. 26. §. 1. D. eod. tit.

Interdum *Pecuniarium fideicommissum* appellatur quo res singulæ per fideicommissum relinquuntur. l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell.

Damnum Pecuniarium ex priuatis noxis oritur: si quis noxæ dedere noluerit, sed litis æstimationem sufferre. l. 17. §. quod aiunt. D. de ædilit. edic. *Nomen Pecuniarium nomini corporis* alicuius opponitur. l. 18. D. de pignor. act.

PECVNIARIE *agi.* l. 10. §. quotiens. D. de compensat.

PECVNIARITER *agere.* l. vlt. D. de priuat. delic.

PEDAMENTA sunt *pali vineæ fulciendæ sustinendæque causa parati.* Vnde Pedamenta interea quæ vineis necessaria sunt numerantur. l. 1. §. vlt. D. de tig. iunct. *Vt Pedamenta ad vineam ex vicini prædio sumantur, seruitutes constitui posse.* lege tertia. Digestis de seruitut. prædiorum rustic.

Pedamenta autem ex sylua cædua sumi duobus locis indicant Iurisconsulti. *Ex sylua cædua Pedamenta vsumfructuarium sumpturum.* l. 10. D. de vsufr. *Ius sylvæ caduæ, vt Pedamenta in vineas non desint,* l. 6. §. vlt. D. de seruitut. præd. rustic. Græci χάραξας vocant. Nam vt Aristophanis interpres ἐν Ἀχαρνεῦσι, rursus ἐν σφῆξι interpretatur, ὃ ἐστὶ λεπτὸν ξύλον ᾧ προσδεδεσμένον τὴν ἄμπελον, ὥστε ἑστάναι καὶ μὴ πίπτειν εἰς τὴν γῆν, καὶ ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν ἀνέμων συντρίβῃ.

PEDANEVS appellatur *iudex datus & delegatus,* seu specialis, quasi imi subsellij iudex. l. 3. §. 1. D. ne quis eum, qui in ius vocat. l. 4. D. de tutor. dat. coniuncta l. vlt. D. de offic. prætor. A Theophilo Institut. de interdict. in princ. χαμαιδικαστὴς appellatur. *Iudices Pedanei si pecunia corrupti dicantur, summouentor.* l. 38. §. iudices. D. de pœnis. Apud Paul. lib. 5. sentent. tit. 28. ad quem locum Ammianus, *Pedanei,* ait, *Iudices, id est qui ex delegatione causas audiunt. Apud iudices Pedaneos postulare.* l. 1. §. remouet. D. de postulan.

In constitutionibus verò Impp. qui humiliora negotia disceptabant iudices de leuibúsque & minutis quibusque causis cognoscebant, *Pedanei* vocantur. l. 4. & l. vlt. C. de pedan. iudic. l. penult. C. de pact. l. 2. C. de libert. & eor. liber. l. 11. C. de fals. l. 13. C. de iudic. l. vlt. C. vbi & apud quos.

PEDES *equiti aduersatur. Iter est quà quis Pedes vel eques commeare potest,* l. 12. D. de seruitut. præd. rustic.

PEDESTRE *iter.* l. 1. §. ait Prætor. D. de fluminib.

PEDICVLIS *argenteis adiuncta sigilla ænea.* l. 32. D. de aur. argen.

PEDISEQVI. l. 65. D. de legat. 2. *Pedisequis meis quos ad curam templi reliqui.* l. 17. D. de alimen. vel cibar. Nec *Pedisequos* tantùm, sed & *Pedisequas* ancillas habuisse apparet non modò ex Terentio, Andr. Act. 1. sc. 1. verumetiam ex l. 59. D. de manumiss. testam. in qua est, *Pedisequas omnes quarum nomina in rationibus meis scripta sunt.*

PEDVLES *fasciæ,* pedum tegmina, quæ tamen vsum calceamentorum non præstant. vnde vesti cedere eas, quòd partem corporis vestiant, adserit Vlpianus lege 25. §. 1. D. de auro argent.

De *Pedio* Iurisconsult. vide in Sexti prænomine.

PEGASVS Iurisconsultus Proculo successit, qui temporibus Vespasiani Præfectus vrbi fuit. l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. Hanc eius præfecturam vrbis attigit Iuuenalis Sat. 4. his verbis.

Pegasus attonitæ positus modò villicus vrbi. Villicum enim vocat quasi vrbis custodem, nec tamen quasi vrbis, sed quasi villæ fundive villicum dixit: propterea quòd incendio magna ex parte absumpta fuerat sub Nerone. Ad quem versum vetus interpres *Pegasus,* ait, *Trierarchi filius ex quibus Liburnæ Parasia nomen accepit, iuris studio gloria memoriæ meruit vt liber vulgò non homo diceretur. Hic fructus omni honore cùm prouinciis plurimis præfuisset, vrbis curam administrauit.* Hinc est, *Pegasianum* scilicet *ius,* quòd *iurisperitus fuerat.*

Pegasus

Pegasus autem quòd Proculeianus esset, meritò *Proculo* sociatur in l. 7. D. de senatoribus. l. 30. D. de peculio. l. 18. D. de negot. gest. l. 27. D. de adquir. rer. dom. Labeoni etiam cõsentit in l. 12. §. quæritur. D. de instruct. vel instrum. & l. 9. §. vsumfr. D. de solutionib. vt & Neruæ filio. l. 2. §. vlt. D. de his qui not. infam. l. 6. §. sicut. D. de pecul. leg.

A *Proculo* tamen dissentit in specie l. 11. §. vlt. D. de iurisdict. Ibidémque *Cassio* licet *diuersæ scholæ* auctori assentitur. vt & in l. 12. §. vsufructuarius. D. de vsufr.

Sabinus quoque & Pegasus in eadem sunt sententia in l. 4. D. de condict. ob turp. caus. contrà dissident in l. 115. D. de verb. obligat. *Pegasi quoque sententiam Iulianus sequitur, Cassianus* & ipse. l. 25. §. vlt. D. de vsufr.

Discordant *Pegasus* & Aristo l. 19. C. de hæred. instit. Citatur à Pomponio *Pegasus*, l. 12. §. 1. D. de legat. 3.

Pegasianum SC. *Pegaso & Pusione Coss. Vespasiani Augusti temporib. factum.* §. sed quia. §. at si plus. Institut. de fideicomm. hæredit. Cuius tria capita inuenio; *vnum, vt ei qui rogatus esset hæreditatem restituere perinde liceret quartam partem retinere, atque lege falcidia ex legatis retinere concedebatur. Alterum, quo ex singulis quoque rebus, quæ per fideicommissum relinquerentur, eadem retentio permissa erat. Tertium, & quidem præcipuum erat, quo cauetur vt si recusaret scriptus hæres adire hæreditatem, ob id quòd diceret sibi suspectam esse quasi damnosam: desiderante eo cui restituere rogatus erat, iussu* Prætoris adiero, *& restituere hæreditatem cogeretur, perindéque ei & in eum qui reciperet hæreditatem actiones darentur, ac si ex Trebelliano SC. restituta fuisset.*

Et Trebelliano quidem SC. locus erat si non plusquàm dodrantem hæreditatis scriptus hæres restituere rogatus esset: quo casu ei & in eum qui hæreditatem recipiebat, tanquam in hæredem ex eo SC. actiones hæreditariæ pro rata parte transibant. Pegasiano verò locus erat si plusquàm dodrantem, vel etiam plusquã totam hæreditatem restituere rogatus esset: ac quarta retenta, si hæreditatem restituisset, quasi partis & pro parte stipulationes interponebantur. Verùm Iustinianus hoc SC. exploso totam eius vim in SC. Trebellianum transtulit. Quæ omnia ex Vlpiani tit. 26. regular. & Paulo lib. 4. sentent. tit. 4. Iustiniani Institutionibus, tit. de fideicommiss. hæred. & l. 2. §. solùm autem. C. de vet. iur. enucl. sumpsisse me ingenuè profiteor.

PEGMATVM fit mentio in l. 12. §. specularia. D. de instr. vel instr. leg. In qua Vlpianus ait *in emptione domus specularia & Pegmata cedere, siue in ædificio sint posita, siue ad tempus detracta.* vnde apparet, non in theatris modò, sed in ædificiis priuatis Pegmata habita.

PEIORARE, hoc est *deteriorare* seu *peiorem facere. Homo liber qui statum suum in potestate habet, Peiorare eum & meliorem facere potest.* Paul. lib. 2. sentent. tit. 18. *Peiorem* rem facere, id est *deteriorem*, vt loquitur l. 66. §. vlt. D. de vsufr. *Quatenus rem Peiorem legatarius fecerit.* l. 1. §. rectè. D. vsufructuar. quem. cau. *Cùm prædia neglegentia possessorum Peiora sunt facta.* l. 54. §. vlt. D. de hæred. pet. *Debitorum facta Peiora nomina.* l. 30. D. ad l. falcid. id est *deteriora.* vt l. 25. D. de reb. credit.

PELLERE, id est expellere. *Pellere conductorem.* l. 10. §. vlt. D. de publican.

PELLES varij generis in libris nostris memorantur. *Pelles Babylonicæ, & Parthicæ.* l. vlt. §. species. D. de publican. *Pelles indutoriæ* apud Paul. lib. 3. sentent. tit. 6. de quibus in l. 25. §. vlt. cum l. se. D. de aur. argen. leg. *Pelles lanatæ* in l. 70. §. 1. D. de legat. lib. 3. *Vt Pelles tentoriæ ad tabernacula & tentoria parata* apud Vopiscum in Aureliano. De quibus l. 7. D. de supell. leg. accipienda est. Solebant enim antiquitus sub pellibus milites degere. Q. Curtius lib. 7. *Sæpe Pellibus tabernaculi alleuatis, vt conspiceret hostium ignes.* Ammian. Marcell. l. 19. *Sub pellibúsque exercitu diffuso*, ait, *per Istri fluminis margines barbaros obseruabat.*

Inde *Pelliones* in l. vlt. D. de iur. immunitat. l. 1. D. excusat. artific. l. 10. C. & apud Lamprid. in Alexandro.

PELLICEM Massurius scribit *apud antiquos eam habitam, quæ cum vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat, quam nunc vero nomine Amicam, paulo honestiore, Concubinam vocari.* Granius verò Flauius scribit, *Pellicem nunc vulgò vocari, quæ cum eo cui vxor sit, corpus misceat, quosdam eam quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam παλλακὴν Græci vocant.* l. 144. D. de verb. signific. Secundum illam Granij definitionem Agell. lib. 4. cap. 3. *Pellicem appellatam, probrosámque habitam, quæ iuncta consuetáque esset cum eo in cuius manu mancipióque alia matrimonij causa foret: hac antiquissima lege ostenditur, quam Numæ regis fuisse accepimus: Pellex ædem Iunonis non tangito. Si tangit, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminam cædito.* Pellex autem quasi Πάλλαξ, id est quasi Παλλακὴ (id est concubina) vt pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est. Sextus Pomp. *Pellices nunc quidem appellantur alienis succumbentes non solùm fœminæ, sed etiam mares. Antiqui eam propriè Pellicem nominabant quæ vxorem habenti nubebat, &c.*

PENDERE, ſecunda producta, quod in ſuſpenſo eſt. *Quod Pendet, non eſt pro eo quaſi ſit.* lege 169. §. vlt. D. de diuerſ. regul. *Dum Pendet an conualeſcere poſsit donator.* l. 16. D. de mort. cauſ. donat. *Actio negotiorum geſtorum Pendeat.* l. 9. D. de negot. geſt. *Hic actus Pendebit donec nouus ſocius cedat.* l. vlt. D. comm. præd. *Conditionem Pendere.* l. 12. §. vlt. D. de vſufr.

In quæſtione de inofficioſi teſtamenti, præcedente cauſa filiorum, patris intentio adhuc Pendet. l. 14. D. de inoffic. teſtam. *Pendet ius matris donec redierit.* l. 2. §. liber. D. ad SC. Trebell. *quod moriente auo filij ius Pependerit.* l. 9. D. de liber. & poſthum. *propter ea quæ ſub conditione legata ſunt, Pendet legis falcidiæ ratio.* l. 51. D. ad l. falcid. *Cum propter conditionem aliorum fideicommiſſorum vel legatorũ legis falcidiæ cauſa Pendebit.* l. 31. D. eod. tit. *Mutui datio interdum Pendet vt ex poſtfacto confirmetur.* l. 8. D. de reb. cred.

Patria poteſtas interim Pendebit. Vlpian. lib. regular. tit. 11. *Pendere ſtatus pupillorum.* l. 3. §. duæ. D. de Carbon. edic. *Vt tamen hæc traditio Pendeat donec mors ſequatur.* l. 11. §. idem Marcellus. D. de donation. int. vir.

Hinc & in Pendenti eſſe dicitur quod in ſuſpenſo eſt. *In Pendenti eſt cui adquirat iſte ſeruus.* l. 25. §. 1. D. de vſufr.

Pendere etiam *fructus* dicuntur qui ſolo cohærent, vt apparet ex l. 61. §. locaui. D. de furt. l. vlt. §. fructus. D. quæ in fraud. credit. & ex Paulo, lib. 3. ſentent. tit. 7.

Fructus Pendentes pars fundi videntur. l. 44. D. de rei vindic. *Futura hypothecæ dari poſſunt, vt fructus Pendentes,* l. 15. D. de pignor.

Si Pendentes fructus iam maturos reliquiſſet teſtator. l. 27. D. de vſufr. *huius fructus Stantes appellat.* l. 26. D. de furt. l. 27. D. de vſufr. eodem ſenſu. *Pendens oliua* dicitur in l. 39. D. de cõtrah. empt. Et apud Caton. de re ruſt. cap. 146. *Pendens vindemia,* nondum lecta, in l. 26. D. de act. emp. Plin. lib. 14. cap. 4. *Emptori addicta Pendente vindemia.* Sic & *vinum Pendens* apud Catonem, de re ruſt. cap. 147.

Pendere etiam dicebantur *edicta* quæ proponebantur. Lamprid. in Alexand. *Tacebantur ſecreta bellorum: itinerum autem dies publicè proponebantur, ita vt edictum Penderet ante menſes duos.* Auſon. in Gratiar. action. *Has ego literas tuas in omnibus pilis atque porticibus vnde de plano legi poſsint, inſtar edicti Pendere mandauerò.* Et quod eſt apud Euſeb. lib. 8. hiſtor. eccleſiaſt. cap. 50. προγεγραμμένα γράμματα, Ruffinus *Edicta Pendere* vertit.

PENDO ſignificat ſoluo & præſto. *Vſuræ quas ipſe Pendo.* l. 37. D. de vſur. *Semiſſes vſuras hæredes reſpubl. Pendant.* l. 5. D. de operib. public. *Ita vt certas vſuras procurator domino Penderet.* l. 6. §. apud Iulian. D. mandat. *Ex mora vſuras mihi Pendet.* l. 10. §. ſi procurator. D. eod. tit. *Vſuras reſpubl. vſque ad tertiam centeſimæ Pendent.* l. 17. §. vlt. D. de vſur. Cicer. epiſt. lib. 12. ad Attic. *Sed vt non vendam, vſuram Pendam. Quicquid conſtiterit penes tutores eſſe, eius grauiſſima vſura Pendatur.* l. 7. §. idem ſolent. D. de adminiſtr. & peric. *Iudicem de Pendendis vſuris legem dixiſſe.* l. 1. C. de ſentent. quæ ſi. cer. quan. *Ex reditu pecuniæ tributum Pendere.* l. 24. D. de præſcript. verb. *Tributum Pendere,* quo genere etiam loquendi vtitur Ouid. lib. 8. metam. *Pendere pœnas.* l. 20. D. de obligat. & action.

Feſtus, *Pendere pœnas, ſoluere ſignificat, ab eo quòd ære graui cùm vterentur Romani, Penſo eo, non numerato, debitum ſoluebant.* Vnde etiam *Penſiones* dictæ. *Pœnas Pendere* propriè dicitur qui ob delictum pecuniam ſoluit, quia Penſo ære vtebantur. *Socius ſocietati imputabit ſumptus, qui in eã Penſi ſunt.* l. 52. §. ſi quis ex ſociis. D. pro ſoc. *Si pater minus Penſo conſilio fecit.* l. 3. §. quanuis. D. de adminiſtr. & peric.

Penſitare vſuras. l. 5. C. de pact. inter empt. & vendit.

Penſitatio. l. 24. D. de annu. legat.

Pendere etiam dicitur quod necdum finem accepit, nec terminatum eſt. *Quoadusque appellatio Pendeat.* l. 21. §. 1. D. de appellation. *Pendente appellatione.* l. 1. D. ſi pend. appellat. l. 13. §. vlt. D. qui teſtam. fac. poſſ. l. 7. D. de muner. & honorib. l. 8. C. de appellat. l. 1. C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. *Pendente cauſa appellationis.* l. vlt. §. vlt. D. de appellation. *Pendente appellationis tempore.* l. 5. C. ſi reus vel accuſat. *Pendente prouocatione.* l. 3. & l. 4. C. ſi pend. appellat. *Cognitione falſi Pendente.* l. 17. §. ex quadrante. D. de doli mali except. *Cauſa Pendente.* l. 2. C. vt lite pend. *Pendente cauſa cognitionis.* l. 7. C. de ſuſpect. tutor. *Si de ſtatu pupilli controuerſia Pendeat.* l. 1. C. de aliment. pup. præſt. *Pendente iudicio.* l. 61. §. vlt. D. de furt. & l. 6. D. de his qui notant. infam. id eſt *manente adhuc iudicio,* vt loquitur l. 6. C. de condict. indeb. *Lite Pẽdente.* l. 2. C. de litigioſ. & rubric. *vt lite Pendente.* lib. 1. C.

Pendere *etiam dicitur* quod aliunde *Proficiſcitur, manat, ſuſtinetur. Hæ actiones quæ ex bonis defuncti Pendent.* l. 66. §. ſi damnum. D. ad SC. Trebell. *Ceſſat ignominia in condictionibus, quanuis*

ex

ex famosis causis Pendeant. l. 36. D. de obligat. & action. *Vt* Pendeat *libertas ex conditione.* l. 16. §. si sub. D. qui & à quib. manumissi. *Is ex cuius morte libertas Pendebat.* l. 18. Digestis de manu. testam.

Conuentionales stipulationes Pendent *ex negotio contracto.* l. 5. D. de verbor. oblig. *Æs alienum quod ex quæstu* Pendebit. l. 12. D. pro socio. *In lucro* Pendente *ex ea societate.* l. 38. D. eodem tit. *Actus qui* Pendet *ex tutela tua.* l. vlt. §. vlt. D. de dol. except. *In* Pendenti *esse, in vtrius bonis computari oporteat id quod debetur.* l. 62. D. ad l. falcid.

Nunquid in Pendenti *sit, an legatarius fuerit.* l. 22. D. de liberat. legat. *Quando in* Pendenti *est an quædam personæ possint obstare matri,* &c. l. vlt. §. vlt. D. ad SC. Tertyll.

In Pendenti *erit, seruus an liber sit.* l. 19. D. de manumiss. vind.

Acceptilationem in Pendenti *fore.* l. 82. D. ad l. falcid. *An in* Pendenti *sit datio tutoris.* l. 6. §. vlt. D. de tutel. *Cùm in* Pendenti *est dominium.* l. 12. §. vlt. D. de vsufr. *In* Pendenti *est fideicommissum.* l. 24. §. si quis rogatus. D. de fideicomm. libert. *In* Pendenti *esse causam obligationis donec.* l. 20. D. de donat. int. vir. *Ius in* Pendenti *erit.* l. 16. §. stipulatione. D. de fideiussorib. & mandatorib. *Ea promissio in* Pendẽti *esset* donec *obligatio* in ea causa est. l. 80. D. de iur. dot. *Res in* Pendẽti *erit.* l. 18. §. seruus. D. de stipulat. seruor. *In* Pendenti *est posterior solutio.* l. 58. §. vlt. D. de solution. *Non posset in* Pendenti *esse stipulatio.* l. 21. D. de stipulat. seruor. id est suspendi, seu suspẽsa esse, vt loquitur Paul. l. 26. D. eod. tit. *Voluntas promissoris in* Pendenti *est.* l. 106. D. de verbor. oblig. *In* Pendenti *esse vsucapionem.* l. 15. D. de vsucap. vel vsurpat. *Si in* Pendenti *habeamus dominia.* l. 19. §. vlt. D. de castr. pecul.

Pendere conditio dicitur quæ nondum extitit, & cuius euentus expectatur. *Si legati conditio* Pendeat. l. 14. Digestis quib. ex caus. in poss. *Si* Pendens *conditio inueniatur.* l. 8. D. quan. dies lega. *Pendente conditione.* lege 34. D. de vsufr. l. 34. D. de reb. cred. & l. 38. §. 1. D. de hæred. instituen.

Pendente conditione *& existente* opponuntur. l. 16. D. de condict. indeb. Eodémque genere loquendi, *Pendente die,* dixit Terentius Clemens, id est antequàm cesserit dies. l. 10. D. de adsig. liber. *Pendente nouatione.* l. 60. D. de condict. indeb. id est *Pendente conditione sub qua quis nouandi animo promisit.*

PENES *te amplius est quàm apud te. nam apud te est quod qualitercũque à te tenetur: Penes te est quod quodammodo à te possidetur.* l. 66. D. de verbor. signific. *Si hæ Penes te sunt tabulæ.* l. 1. D. de tabul. exhib. *Si pecunia penes argentarios sit.* l. 15. §. sed & si. D. de re iudic. *Tutores qui negant habere ad alendos pupillos Penes se aliquid.* l. 7. §. idem solent. D. de administr. & peric. *Dum negat tutor aliquam quantitatem Penes se esse.* l. 7. §. quæ sint autem. id est apud se, vt ibid. *Is Penes quem deponitur.* l. 5. §. nunc videndum. D. commod. *Is Penes quem relictum est.* l. 5. §. si de me. ead. l. *Stichus instrumenta Penes se habet.* l. 28. §. Sticho. D. de liberat. legat. *Id quod ex rationibus Penes se retineret.* l. 52. §. 1. D. famil. erciscund.

PENITVS *prospicientibus.* l. 1. §. quæsitum. D. de aqua quotidian.

PENSARE, id est *compensare.* l. 33. D. solut. matrim. *Pensare lucrum cum damno.* l. 11. D. de negot. gest. *Si debitor creditum Pensauerit cum pretio rei venditæ.* l. 4. D. qui potior. in pignor. *Exactam pecuniam tecum Pensabis.* l. 18. D. de pignerat. action.

Si pecuniam debet is cuius nomen pignori datum est, exacta ea, creditorem secũ Pensaturum. l. 13. §. cùm pignori. D. de pignor. *Si proponatur conuenisse vt fructus mercedis nomine Pensarentur.* l. 35. §. vlt. D. locat. *Impensæ factæ poterunt Pensari.* l. 32. D. de rei vindicat.

PENSATIO pro *compensatione. Paria delicta mutua Pensatione tolluntur.* l. 39. D. solu. matrim. *Quæ ratio cæteras admittit, eadem tacitam inducit Pensationem.* l. 67. §. sed si vno. D. de leg. 2. *Admissa Pensatione.* §. si duos. ead. l. *Iure Pensationis.* l. 18. D. commoda. *Pensationis vltrò citróque condemnationis facta damnare.* l. 52. §. arbiter. D. famil. erciscund. *Si post examinationem reprobatæ fuerint Pensationes.* l. 8. §. si quocunque. D. de negot. gest.

PENSIO propriè est *merces inhabitationis ædium alienarum,* quæ Græcè ἐνοίκιον dicitur. *Pensiones ædium* Sueton. in Claud. cap. 47. & in Nerone, cap. 44. *Pensionem insularum.* l. 55. D. de condict. indeb. *Pensiones vrbanorum ædificiorum.* l. 39. §. 1. D. de legat. 1. *Pensiones prædiorum vrbanorum.* l. 7. §. de pensionibus. D. solut. matrim. l. 35. D. de vsuris. Paul. lib. 5. sentent. tit. 36. --*& fuscæ pensio cellæ.* Iuuenal. *Si locatis ædibus prò parte sua Pensiones sibi debitas creditrici delegauerit.* l. 88. §. instituto. D. de legat. 2.

Sed *& agri fundi ve locati merces,* quæ à colono præstatur, *Pensio* appellatur, l. 58. D. de vsufr. l. 58. D. de fideiussorib. *Pensiones locatorum agrorum.* l. 59. D. de vsufructu. *Pensiones fundi.* l. 1. §. vlt. D. de dote præleg. *Ex Pensionibus fundi debitis à colono.* l. 27. §. vlt. D. de legat. 3. *Si non*

Pensionis certa quantitate, sed fide dominica coleretur, l. 18. §. cùm de villico. D. de instruct. vel instrum.

Pensio aliàs *præstationem, solutionémve* certis temporibus & portionibus diuisam significat. *Terminos soluendi* vulgò vocamus. *Stichus annua, bima, trima die, denos aureos hæredi si dederit, liber esse iussus est, si prima Pensione stetit per hæredem quominus acciperet decem, expectandam esse primam Pensionem, quia & tempus adiectum est, & adhuc supersunt duæ Pensiones.* l. 3. §. Stichus. D. de statu lib. ibidémque *Primam, sequentem, & tertiam Pensionem* obseruare licet.

Si legatum sit relictum annua, bima, trima die, triginta forte, dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adiectum, æquis Pensionibus. l. 3. D. de annu. legat.

Si ita sit legatum, Hæres meus Titio decem trima die dato, vtrum Pensionibus, an verò post triennium debeatur. ibidem. §. sed si ita. *Si annua, bima, trima die triginta stipulatus sim antequàm omnium Pensionum dies veniret.* &c. l. 8. §. si annua. D. de pignor. act. & mox: *Omnibus Pensionibus præteritis, etiamsi vna portio soluta non sit. Primæ Pensionis vsuras currere.* l. 40. D. de reb. credit. *Deinceps per singulas Pensiones.* l. 12. D. de vsur. *Vnum fideicommissum certis Pensionibus diuisum.* l. 26. §. vlt. D. quan. di. legat.

Lex falcidia si interueniat, in omnibus Pensionibus locum habet. l. 47. D. ad l. falcid. *Non soluta pecunia statutis Pensionibus.* l. 40. D. de reb. cred.

Non solutis vectigalium Pensionibus. l. 10. §. vlt. D. de publican. Varro lib. 4. de ling. Lat. vocabula enumerans quæ ab ære impendendo deriuata, & inde, ait, *Prima Pensio*, aut sic *quæ secũda, aut quæ alia.*

Pensiones trientes pro trientario fœnore dixit Lamprid. in Alexand. Columel. in præfat. lib. 10. de re rust. *Fœnoris tui Syluine quod stipulanti tibi spoponderam, reliquam Pensiunculam percipe.*

PENVRIA, ait Festus, *est id quod pene minus est quàm necesse est. Quotiens Penuria est eorum qui magistratum suscipiunt.* l. 11. §. quotiens. D. de muner. & honor.

PENVS nomen omnibus generibus dicitur. l. 4. §. nomẽ. D. de penu leg. l. 2. D. de trit. vino. *Penus* autem secundum Q. Mucium, cuius auctoritate in hac re Vlpian. & Gellius lib. 4. cap. 1. vtuntur, *ea omnia continet, quæ esui potuique.* l. 3. D. de penu leg. Cicer. lib. 1. de Natur. Deor. *Penum esse omne, quo vescuntur homines*, definit.

Penori itaque cedunt cibaria omnia quæ paterfa. vsus sui causa eiúsque familiæ quam circa se & suos habet, parauit, & cibaria iumẽtorum, vsibus ipsius deseruientia, & legumina quæ in cella penuaria habentur: ligna quoque & carbones Penus parandi causa, & thus & cerei in domesticum vsum parati, & vnguenta, & odores & chartæ epistolares, & vasa sine quibus Penus haberi non potest, & quæcunque alendi causa bibuntur, ea appellatione continentur, l. 3. cum suis §§. & l. 5. D. de pen. leg.

Vnde *Penus* alia *Esculenta*, alia *Poculenta* statuitur. *Esculenta Penu legata non ea tantùm quæ esse, sed & per quæ esse solemus, continentur, nisi voluntas testatoris repugnet. Poculenta verò ea quæ vini numerò paterfam. habuit.*

Festus, *Penora dicuntur res necessariæ ad victum cottidianum, & locus earum Penarium.*

PER. Vox hæc præter vulgarem suam significationem pluribus iuris locutionibus adplicatur. *Per iudicem* enim in libris nostris significat *iudicis interuentu, iudice imminente, iudice adito.* Exempla pete ex lib. 9. sup.

Per magistratum factum videtur in edicto ex quib. caus. maiores in integr. restituantur, *si magistratus ius non dixit, vel per sordes aut gratiam dixit.* l. 26. §. erit prætor. D. ex quibus caus. maior. *Per aliquem stetisse, vel factum quominus daret, videtur, si interpellatus non dederit, aut si rem debitam occiderit.* l. 23. D. de verbor. oblig. l. 5. D. si cert. petat. *Planè si promissor hominis antè diem in quem promiserat interpellatus sit, & seruus decesserit, nõ videbitur per eum stetisse.* l. 49. D. de verb. oblig.

Hac stipulatione, PER TENON FIERI, *non hoc tantùm significatur, nihil te facturum quominus facere possim, sed & curaturum te vt facere possim.* l. 50. D. de verb. oblig. *Per hæredem autem nisi pupillus sit in eiusmodi stipulatione fieri videtur, quanuis absit & ignoret, & ideo non faciat quod fieri oportet.* l. 49 §. pen. eod. tit.

Per aliquem interdum significat *alicuius opera, ministerio, corpore, facto. Et* ita, *Per se*, & *Per alium*, pugnant. *Apiscimur possessionem Per nosmetipsos.* l. 1. §. apiscimur. D. de adquir. vel amitt. poss. *Item adquirimus possessionem per seruum, aut filium.* d. l. 1. §. item. D. de adqu. possess.

Per semetipsum possidere, & Per iuri suo subiectas personas, aduersantur, l. 12. §. facti. D. de captiuis & postl. reuer. *Per semetipsum prohibere, & Per seruum suum vel procuratorem.* l. 3. D. quod vi aut clam.

Nihil interest vtrum ipse dominus Per se tradat alicui rem, an voluntate eius aliquis. l. 9. §. hæ quo-

que.

que D. de adquir. rer. domin. *Suis manibus quis deiiciat, an verò Per alium.* l. 1. §. deiecisse. D. de vi & vi arm. *Nemo eorũ qui in nostra potestate sunt, Per se nouare obligationem potest.* l. 25. D. de Nouationibus. *Qui suis manibus vel Per suos retinuerit.* l. 1. §. 1. Digestis de eo per quem fact. er.

Aliàs, *Per semetipsum est in ipsiusmet persona. Aut per semetipsum alicui fit iniuria, aut Per alias personas. Per semet, cùm directò ipsi cui patrifam. vel matrifam. fit iniuria.* l. 1. §. item. D. de iniuriis. *Per filium, vel vxorem, id est in persona filij, vxoris.* l. 18. §. vlt. D. eodem tit. *Seruitutes Per se nusquam longo tempore capi possunt, cum ædificiis possunt.* l. 10. §. vlt. D. de vsucapion.

Per quandoque valet *propter. Si per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat.* l. 26. §. indebitum. D. de condict. indeb. id est propter, seu obstante except. Sic & in l. 15. §. sed & si nummi. D. eod. tit. *Si possessionem tuam feciſſem, ita vt tibi Per longi temporis præscriptionem auocari non posſit*, id est *ope seu beneficio præscriptionis.*

Particula PER in compositione verborum quibus præponitur, vim & potestatem auget, significátque *valdè*, aut *plurimum*. Sic, *Perabsurdum erit.* l. 77. §. libertus. D. de legat. 2. l. 17. §. vlt. D. de iniuriis. l. 4. §. vlt. D. de offic. proconſ. *Per enim absurdum est.* l. 25. D. de probationib. *Perdura interpretatio.* l. 2. D. de custod. & exhibit. *Periniquum est.* l. 29. D. de adminiſtr. & peric. l. 13. §. iudex. D. ad l. Iul. de adulter.

Perrarò. l. 5. D. de legib. l. vlt. D. de senatorib. l. 3. D. de minorib. l. 2. D. de re iudic. l. 7. §. vlt. D. de suspect. tut. *Permodica dos.* l. 20. §. si maritus. D. de religios. *Perneceſſaria clausula.* l. 1. D. de suspect. tutor. *Pernimium seuera interpretatio.* l. 2. D. de custod. & exhibit. *Perpaucæ sunt stipulationes.* l. 1. §. 1. D. de stipulat. prætor.

Interdum etiam incrementi & augmenti causa vocihuic additur QVAM. *Perquàm absurdum est.* l. 4. §. vlt. D. de offic. proconſ. *Perquàm durum.* l. 8. C. qui pet. tutor. *Perquàm egenti.* l. 1. §. præterea. D. de tute. & ration. *Perquàm iniquum.* l. 3. D. quib. ex cauſ. in posſeſſ. l. 14. §. vlt. D. vt in posſeſſ. legat. *Perquàm iniuriosum est.* l. 3. C. de action. & oblig. *Perquàm neceſſarius.* l. 1. §. vlt. D. de procurat. *Perquàm neceſſaria.* l. 1. D. ad exhibend. l. 6. D. de pignor. l. 1. §. præterea. D. de tute. & ration. *Perquàm nimia diligentia.* l. 6. §. vlt. D. de bon. damnat. *Perquàm ridiculum.* l. 7. §. poteſt. D. de interdict. & releg.

PERÆQVE, id est *ex æquo, seu eodem modo, similiter. Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes Peræquè custoditur.* l. 9. D. de iuſtit. & iu. *Apud omnes Peræquè gentes animaduertere possumus.* l. 1. D. de his qui sui vel alieni. Inſtit. eod. tit. *Naturalia iura quæ apud Omnes Peræquè seruantur.* §. vlt. Inſtit. de iure natur. *Quod ratione naturali inter omnes homines Peræquè seruatur.* lege 1. D. de adquir. rer. domin. *Illud relatum Peræquè est.* l. 3. D. de iniuriis. *Peræquè relatum & paritum est.* l. 22. D. de pignerat. act.

PERAGERE est *perficere, absoluere, consummare. Miles qui sibi manus intulit, nec factum Peregit.* l. 38. §. vlt. D. de pœnis. *Iter ex commodo Peragere.* l. 4. D. de vacat. & excuſat. munerum. *Cæteri poterunt Peragere bonorum venditionem.* l. 12. D. de reb. auctor. iud. *Quis nec per alium adoptionis solennitatem Peragere potest.* l. 25. §. vlt. D. de adopt. *Si solennia mortis Peragant.* l. 44. D. de manum. teſtam. *An sollennia Peregiſti exprimere debuiſti.* l. 1. C. de iure domin. impetrando. *Decurionis munera peragere.* l. 6. C. de decurion. libro 10. *Cæteris curatoribus & administrationem Peragentibus.* lege 8. C. de adminiſtr. tutor. *Accuſatore defuncto res ab alio præside prouinciæ Peragi potest.* l. 13. D. de publ. iudic. *Donec suprema cõtestatio Peragatur.* l. 11. §. vlt. D. qui teſtam. fac. poſſ. *Si hoc ante Peractum teſtamentum scriptum sit.* l. 12. D. de hæred. inſtit. *Peracto teſtamento.* l. 12. D. de his quæ vt indign. *Emptio conſensu Peragitur.* l. 1. §. vlt. D. de contrahen. emption. *Peragere litem est* ad exitum reducere. l. 57. D. de procurat. *Lite apud iudicem suo ordine Peragenda.* l. 30. D. de recept. qui arbitr.

Peragere autem cauſam etiam is dicitur qui in iudicio non obtinet, sed victus diſcedit. *Hæreditariam cauſam Peregi, & victus sum.* l. 22. D. de inoffic. teſtam. Et mox: *Si litem Peregero nomine filij, nec obtinuero.* Quintil. declamat. 250. *Neque enim vlla præscriptio inchoata iudicia Peragi vetat. Ordine edictorum Peracto.* l. 75. D. de iudiciis.

Peragere reum accuſator dicitur qui inſtitutam accuſationem vſque ad ſententiam exequitur, ſic vt victoriam de eo reportet. Peregiſſe autem non aliquis videtur, niſi & condemnauerit. l. 2. D. ad l. Iul. de adulter. *Accuſator priùs adulterum Peragat, tunc mulierem.* l. 5. D. ad l. Iul. de adulter. *Reos adulterij duos simul ordine Peragi licet.* l. 8. C. ad l. Iul. de adulter. & ſtupr. Liuius lib. 4. *Vos autem ſi reum Perago quid acturi estis?* Valer. Max. lib. 6. cap. 2. *Duos ſuſtinuit reos, eorũmque alterum lege Peregit.* Plin. epiſto. 9. libro tertio. *Marium vna ciuitas publicè, multique priuatim reum Peregerunt.*

Peragi itaque reus dicitur, qui criminis quo poſtulatus eſt, condemnatur. Plin. epiſt. 9. lib. 3. Atque *ita dum ille Peragitur reus, ſedimus.* Ibidem: Eſt lege cautum vt reus antè Peragatur.

Et contrà non Peregiſſe reos dicuntur qui accuſatione incepta vſque ad ſententiam non perſtiterunt, aut ex quorum accuſatione reus damnatus non eſt. *Qui intra præfinitum accuſationis à præſide tempus reum ſuum non* Peregit, l. 6. §. deſtitiſſe. D. ad SC. Turpill. *In* SC. *Turpill. incidunt qui ſubiecti poſtulaſſent, nec* Peregiſſent. l. 15. D. ad SC. Turpill. *Qui iure viri delatum adulterium non* Peregit. l. 16. C. ad l. Iul. de adulter. Tacitus lib. 4. *Cæterorum, quæ multa cumulabantur, receptus eſt reus, neque tamen* Peractus *ob mortem opportunam. Ante* Peractum *diem.* l. 3. D. de oper. libert. id eſt tranſactum. *Peracto quinquennio,* id eſt impleto. lege 35. Digeſtis de vſu & vſufr. leg.

PERCIPERE interdum eſt *recipere. Ratione compenſationis* Percepiſſe *debitum videbatur.* l. 77. §. Titio. D. de legat. 2. *Totum quicquid* Percepit *creditor.* l. 22. D. de pignerat. act. *Suum etiam* Percepiſſe *creditor dicitur qui ab vno ex fideiuſſoribus ſuum recepit.* l. 36. D. de fideiuſſor. *Operas quas creditor accepit, vel quas* Percipere *potuit.* l. vlt. C. de partu pign. *qui litis æſtimationem* Perceperit. l. 63. D. de rei vindicat.

Ex operis mercedem Percipere. l. 2. D. de vſu & vſufr. leg. *Mercedes prædiorum ab hærede* Perceptæ. l. 58. §. ante. D. ad SC. Trebell. *Dummodò ipſa penſiones* Percipiat. l. 1. §. vlt. D. de dote præleg. *Eam pecuniam quam* Percipere *poſſet ſi dotem ſtipulatus eſſet.* l. 41. §. teſtamento quo. D. de legat. 3. *Antequam ſecundum volũtatem defuncti* Perciperet *pecuniam alumnus relictam.* l. 18. §. vlt. D. de annu. legat. *Ex facultatibus* Percepta *pecunia.* l. 77. §. dulciſſimus. D. de legat. 2.

Pretium *quod* Percepit *creditor.* l. 12. §. 1. D. de diſtract. pignor. *vt pretium* Percipere. l. 55. D. de manum. teſtam. Pretia *fructuum* Percepta *cum vſuris eſſe reſtituenda.* l. 18. D. de his quæ vt indig. *Vt trientes vſuras eius ſummæ* Perciperet. l. 26. §. 1. D. quan. di. lega. *Si vſuras ex donata pecunia* Perceperit. l. 15. §. vlt. D. de donat. inter vir. *Vſuras & fructus poſt litem conteſtatam* Percipietis. l. 2. C. de vſur. & fruct. *Vſuras quas tutor* Percepit. l. 7. §. ſi tutor. D. de adminiſtr. & peric. *Vſuras ex aliena pecunia* Perceptas, *vel etiam quas* Percipere *potuimus.* l. 19. §. non tantùm. D. de negot. geſt. *Vſuras à debitoribus hæreditariis* Perceptas. l. 58. §. qui poſt tempus. D. ad SC. Trebell.

Percipere etiam dicitur qui quid ex teſtamento capit & conſequitur. *Et fundi partem & decem ex teſtamento* Percipere. l. 13. D. de legat. 3. *Fideicommiſſum longo tempore* Perceperunt. l. 49. D. de legat. 2. Percipere *legatum.* l. 17. D. de aliment. vel cibar. l. 41. D. de bon. libert. *in eos qui legatum* Perceperunt. l. 3. §. item ſciendum. D. ſi cui plus.

Quod à cohærede legatorum nomine Percipitur. l. 22. D. ad l. falcid. *Adſignatio liberti neque quaſi legatum, neque quaſi fideicommiſſum* Percipitur. l. 7. D. de adſignan. liber.

Alimẽta Percipere. l. 20. D. de aliment. vel. cibar. *vt ex reditu prædiorum alimenta* Perciperent. l. 12. D. eod. tit. *Vt cibaria & veſtiaria ab hærede* Percipiant. l. 4. D. eod. tit.

Si modò nihil ex iudicio eius Perceperit. l. 6. C. de fideicom. libert.

Percipere *fructum* eſt colligere, vt loquitur Paul. lib. 1. ſentent. tit. 15. & l. 78. D. de rei vindic. *Fructus quos hæres viuus* Percepit. l. 83. D. de legat. 3. *Fructus quos medio tempore pater* Percipiet. l. 77. §. filia. D. de legat. 2. *Fructus non quos hæres* Percepit, *ſed quos legatarius* Percipere potuit. l. 39. §. 1. D. de legat. 1. *Is ad quem vſus fructus fundi* Pertinet, *non aliter fructuum dominus efficitur, quàm ſi ipſe eos* Perceperit. §. is ad quem. Inſtitut. de diuiſ. rer.

Percepti *fructus* dicuntur qui ſunt *collecti* & à ſolo ſeparati, vt apparet ex l. 78. D. de rei vindicat. l. 12. §. Iulianus. D. de vſufr. l. 26. §. vlt. D. de vſur. *Fructuarij non fiunt fructus antequam ab eo* Percipiantur, *ad bonæ autem fidei poſſeſſionem pertinent, quoquo modo à ſolo ſeparati fuerint.* l. 25. §. 1. D. de vſur. *Fructus non ſunt fructuarij niſi ab eo* Percipiantur, licet ab alio terra ſeparentur. l. 12. §. vlt. D. de vſufr. *Omnes fructus non iure ſoli, ſed iure ſeminis* Percipiuntur. lege 25. Digeſtis de vſur.

Non aliter ex ſaltu fructus Percipi poterit. l. 9. D. de inſtr. vel inſtrum. Per greges *ex ſaltu fructus* Percipiuntur. l. 9. D. eod. tit. *Fructus qui ex fundo* Percepti *fuerint.* l. 1. §. vlt. D. de condit. & demonſtr. *Ex rebus donatis fructus* Perceptus. l. 9. §. 1. D. de donation. *Fructus hæreditatis poſt mortem aui* Percepti. l. 15. §. quod auus. D. ad l. falcid. *Fructus qui ſunt poſt litem conteſtatam* Percepti. l. 1. §. vlt. D. ſi quis in fraud. patr. Perceptos *fructus reſtituendos.* l. 17. D. de vſu & vſufr. *Ex fructibus medio tempore* Perceptis. l. 77. §. Titio. D. de legat. 2. *De eo quod ex his fructibus* Perceptum *eſt.* l. 60. §. vlt. D. de vſufr.

Reditus quos quadriennio reſpublica Percepit. l. 17. D. de vſu & vſufr. lega. *Reditus qui ex fundo bona fide* Percipi potuerunt. l. 32. §. Modeſtinus 2. D. de adminiſtr. & peric. Et mox: *Si minus à ſeruo tutor* Percepit, *quàm bona fide à fundo* Percipi potuit. cad. l. §. item reſpondit. *Omnis conditio*

percipiendi

Percipiendi reditus fundorum. l. 21. §. vlt. D. de annu. legat. *Quicquid in fundo nascitur, vel inde Percipitur.* l. 59. §. vlt. D. de vsufr.

PERCEPTIO fructus. l. 9. §. 1. D. de donation. *An Perceptione fructus suos faciat.* l. 25. §. vlt. D. de vsur. *Perceptio fructuum.* l. 66. D. de iure dot. *Vt ipsum quidem ius remaneat penes maritum, Perceptio verò fructuum ad mulierem pertineat.* l. 66. D. de iur. dot.

Perceptionem fructus accipere debemus, non si perfectè collecti, sed etiam cœpti ita Percipi, vt terræ continere se fructus desierint: veluti si oliuæ, vuæ lectæ, nondum autem vinum, oleum ab aliquo factum sit. statim enim ipse accepisse fructum existimandus est. l. 78. D. de rei vindicat. *Perceptio vsusfructus.* l. 27. §. iubet. D. ad l. Iul. de adulter.

Sed & *nummorum Perceptio dicitur*, debitique solutio & numeratio, & id quod à debitore creditor recipit, *Perceptionis nomen* obtinet. *Alter conuentus alterum non liberabit: quinimò Perceptio ab altero.* l. 15. §. 1. D. quod vi aut clam. *Vt magis eos Perceptio quàm intentio liberet.* l. 32. D. de pecul. *Si plures sint qui auctores fuerunt, Perceptione ab vno facta & cæteri liberantur, non electione.* l. 7. §. vlt. D. quod fal. tut. auct. *Si cum vno fuerit actum, cæteri liberabuntur Perceptione, non litis contestatione.* l. 3. & 4. D. de his qui effuder. *Cùm & suum creditor Perceperit, & Perceptione omnes liberati sunt.* l. 36. D. de fideiussor.

PERCLVDI. *Antequam pensionis nomine Percludantur.* l. 9. Digestis in quib. caus. pign. vel hypoth.

PERCVTERE. *Non solùm qui Percusserit, verùm ille quoque qui curauit vt cui mala pugno Percuteretur.* l. 11. D. de iniuriis. *Si gladio Percusserit.* & mox. *Sed si clauo Percussit, aut cuccuma, in via, quamuis ferro Percusserit, tamen non occidendi animo.* l. 1. §. Diuus. D. ad l. Cornel. de sicar. *Fuste vel lapide Percussum.* l. 1. §. occisorum. D. de SC. Silan. *Quòd gladio caput eius Percussum est.* l. 7. §. 1. D. de iniur. *Si os alicui Percussum.* d. l. 7. §. vlt.

Percutere interdum *Cudere est* seu signare. *Qui falsam monetam Percusserint.* l. 19. D. de lege Cornel. de falsi. *Eius bona qui falsam monetam Percussisse dicitur.* Paul. lib. 5. sentent. tit. 12. *Eáque materia forma publica Percussa.* l. 1. D. de contrah. empt. id est *signata*, vt loquitur Vlpian. l. 6. §. 1. D. ad l. Iul. peculat. *Quod alij Percuti* etiam Volus. Met. lib. de ponderib. feriri dixit his verbis: *Ita & ad pecuniam numeratã referuntur: quæ cùm in ære erat, postea & in argento feriri cœpit.*

Percussor dicitur qui aliquem per vim aut cædem occidit interfecitque. l. 1. §. hoc autem. D. de SC. Silan. *Percussor sit certus.* l. 6. D. eod. tit. Paul. lib. 3. sentent. tit. 6. *Percussores* apud Sueton. in Iulio, cap. & Vespas. cap. 16.

PERDERE, vt plurimum est *amittere. Qui* vltimo *supplicio damnantur, statim & ciuitatem & libertatem Perdunt.* l. 29. D. de pœnis. *Prouocandi auxilium Perdidit.* l. 1. D. à quibus appell. non licet. *Hæres Perdit bonorum possessionem contra tabulas.* l. 33. §. 1. D. de fideicommiss. libert. *Nec libertum Perdit.* l. 25. §. vlt. D. eod. tit. *Ne & nummos Perdat cum statulibero.* l. 3. §. idem. D. de statuliber.

Si possessor hæreditatis venditione per argentarium facta, pecuniam apud eum Perdiderit. l. 18. D. de hæredit. petit. *Si naufragio, vel ruina, vel incendio, vel alio simili casu rationes Perdidisse probet.* l. 6. §. prætor. D. de edendo. *Instrumentis Perditis.* l. 8. D. quod met. caus.

Perdere aliàs est *consumere, dilapidare. Perdituro dare*, id est *consumpturo, dilapidaturo.* verbi gratia, *protinus scorto daturo.* vt l. 8. D. pro empto. *Si Perdituro hæres ante diem restituisset.* l. 15. D. de annu. legat. *Si quasi Perdituro pecuniam sciens credideris.* l. 12. §. si adolescens. D. mandati. *Si nõ Perdituro seruo administrationem credidit.* l. 32. §. item respondit. D. de admin. & peric. *Si Perdituræ filiæfam. dos soluatur.* l. 22. §. 1. D. solut. matrimon. *Non Perdituræ vxori dos reddi.* l. 73. §. vlt. D. de iure dot.

Perdere causam, intentionem litém ve dicitur *qui causa cadit. Alioquin plus petendi periculum incurrimus, & causam Perdimus.* Paul. lib. 1. sentent. tit. 15. id est *causa cadimus* & rem amittimus, vt Iustinian. ait §. si quis agens. Instit. de action. & §. ergo. Institut. de exceptionib. *Cùm petitor intentionem suam Perdiderit.* l. 9. §. proinde. D. ad exhibend. *Si aliquo modo litem Perdidit culpa sua.* l. 19. D. de seruit. vindic. *Lite Perdita.* l. 19. C. de appellationib. *Perdita nomina.* l. 40. §. vlt. D. de statuliber. id est deperdita & malè contracta. vt l. 16. D. de adminis. & peric. *Perdere nummos.* l. 3. §. idem. D. de statuliber. *Perdere pecuniam.* l. 18. D. de hæredit. petit. *Perdere bonorum possessionem.* l. 33. §. 1. D. de fideicommiss. libert. *Perdere ciuitatem & libertatem.* l. 29. D. de pœnis. *Perdere libertum.* l. 28. §. vlt. D. de fideicomm. libert. *Perdere causam.* Paul. lib. 1. sentent. tit. 15. *Perdere intentionem suam.* l. 9. §. proinde. D. ad exhibend. *Perdere litem.* l. 19. D. si seruit. vindic. *Perditis instrumentis.* l. 8. D. quod met. cau. *Perdere rationes, naufragio, ruina, incendio, vel alio simili casu.* l. 6. §. prætor. D. de edendo.

PERDVCERE *seruum ad libertatem, est liberum efficere. Perducere ad libertatem.* lege 14. D. de optio. lega. l. 35. D. de condict. & demonstr. l. 15. D. quib. mod. vsusfr. l. 32. D. de dolo. l. 43. D. de action. empti. l. 29. D. si quis omis. cau. l. 16. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 28. §. eorum. D. de fideicommiss. libert. l. 2. & l. 15. D. de manumiss. vindic. l. 9. §. vlt. D. eod. tit. l. 4. D. de his qui non à domi. l. 19. & l. 25. C. de liber. cau. *Perduci ad libertatem.* l. 102. D. de legat. 1. l. 5. C. qui manumitt. l. 4. §. nihil. & l. 1. D. de manumiss. l. 51. D. de verborum oblig. & l. 72. §. vlt. D. de solutionib. l. 7. §. rescriptum. D. de oper. libert. & apud Paul. lib. 4. sentent. tit. 12. *Perductus ad libertatem.* l. 7. §. 1. D. de oper. libert. *Perducta ad libertatem.* l. 4. C. an seruus extern. *Quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit, siue sponte, siue necessitate.* l. 3. §. 1. D. de suis & legit.

Cùm liberti ex seruitute ad ciuitatem Romanam *Perducuntur.* l. 1. D. de bon. libert. *Plerunque medici seruos eiusdem artis libertos* Perducunt. l. 25. §. item. D. de oper. libert. *Cùm serui hæredem ad Prætorem* Perduxissent. l. 43. D. de action. emp. *Tutor à cognatis & propinquis pupillæ* Perductus *ad magistratum.* l. 4. D. vbi pupill. educ. *Quamuis in metallum dati, nondum in eum locum* Perducti *fuerint, in quo operari habent.* l. 10. §. 1. D. de pœnis. *Si post decreta alimenta ad egestatem fuerit* Perductus *pupillus.* l. 3. §. vlt. D. vbi pupill. educ. *Patri ignoscendum qui filiam suam maturius in familiam sponsi* Perducere *voluit.* l. 11. §. vlt. D. quod fal. tut. auctor.

Hæc de personis. *Perduci quoque res* dicuntur ad effectum, ad exitum, ad nihilum. *Qui falsi instituta accusatione ad finem vsque quod insimulabat* Perduxit. l. 8. C. de his quib. vt indign. *Nisi animus consentit,* Perduci *ad effectum id quod operatur non potest.* l. 55. D. de oblig. & action. *Quæ quia minimi æris sunt, ad nihilum* Perducuntur. l. 3. §. vlt. D. de aliment. vel cibar. *Vt ab euidenter veris ad ea quæ euidenter falsa sunt,* Perducatur. l. 66. D. de diuers. reg. *Quod ad libertatem & legata & ad hæredum institutiones* Perducitur. l. 161. D. de diuers. regul. id est *producitur. Vsque ad eũ locum ædificium* Perducere *vnde stillicidium cadit.* l. 20. §. vlt. D. de seruitut. prædior. vrban. *Rem* Perducendam *eò loci vbi actum est.* l. 11. D. ad exhibend.

Perducere aliàs est *inducere, cancellare,* fortè litura per medium traducta. *Si miles aliquid interleuerit,* Perduxerit, *adiecerit, emendauerit.* l. 20. §. vlt. D. de test. milit. *Is cuius nomen in testamento voluntate testatoris* Perductum *est.* l. 8. §. sed cùm. D. de bonor. possess. secund. tabul. *Inducta accipiendum est, & si* Perducta *sint.* l. 1. §. 1. D. de his quæ in testam. delen.

PERDVELLES *à veteribus appellatos quos nos hostes appellamus,* Gaius lib. 2. ad l. 12. tabul. scribit, his verbis: *Quos nos hostes appellamus, eos veteres* Perduelles *appellabant. Per eam adiectionem indicantes cum quibus bellum esset.* l. 234. D. de verbor. signif. Varr. lib. 5. de ling. Lat. ad hæc verba Ennij, *Quin inde inuictis sumpserunt* Perduellibus. Perduelles, ait, sunt hostes. Idem lib. 4. de ling. Lat. *Hostem aliud nunc ostendere, aliud antè significasse docet. Nam tum eo verbo dicebant* Peregrinum *qui suis legibus vteretur: nunc autem eum quem tum dicebant* Perduellem. Cicero quoque lib. 1. offic. *Eum quoque qui proprio nomine* Perduellis *esset, hostem vocatum à maioribus lenitate verbi tristitiã rei mitigante scribit.*

Festus *duellum, bellum, videlicet quo duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur.* Inde & Perduellis, *qui pertinaciter retinet bellum.* Et ita Perduelles apud Plaut. Amphitryon. Perduelles *penetrant se in fugam.*

Vnde Perduellionis appellatio descendit, cuius criminis reus est, *hostili animo aduersus rempubl. animatus.* l. vlt. D. ad l. Iul. maiest. *Ratæ donationes esse non possunt post crimen* Perduellionis *contractum: cum hæredem quoque teneat, etsi nondum postulatus vita decesserit.* l. 31. §. vlt. D. de donation. *Si crimen* Perduellionis *illatum est.* l. 76. §. vlt. D. de legat. 2. Perduellionis *damnatus.* l. 4. D. de iur. patron. l. 1. §. suos. D. de suis & legitim. Perduellionis *damnati.* l. 11. §. non solent. D. de his qui not. infam. *Reus* Perduellionis. l. 86. §. 1. D. de adquir. hæred. *Si post mortem suam pater iudicatus fuerit* Perduellionis *reus, ac per hoc memoria eius damnata fuerit.* §. per contrarium. Instit. de hæredit. quæ ab intest. Sosipater lib. 2. Instit. Grammatic. *per pro perquàm valdè, vt* Perduellio *perquàm duellio, & plus quàm hostis, vt Rabirius qui* Perduellionem *fecisse dicebatur,* id est *contra rempubl. fecisse.* Quod iudicij genus in eadem Orat. M. Tullij ab Horatio sumptum, ait, dictúmque quòd per tempus belli sit factum, cùm is in sororem suam gladio vsus esset.

PEREGER *factus,* Vlpian. lib. regular. tit. de caduc. dicitur qui ad *Peregrinitatem* redactus est.

PEREGRE est extra patriam prouinciámve suam. Et ita *Peregrè agere, ducere, esse, ire, proficisci. Siue quis eodẽ loci agat, siue alio, siue Peregrè agat,* l. 7. §. illud. D. quib. ex caus. in possess. *Si Peregrè agant qui tutores vel curatores dati sunt.* lege vlt. D. de tutor. & curator. *Quæ pater filio emancipato studiorum causa Peregrè agenti subministrauit.* l. 50. D. famil. erciscund. *Si quis seruum docendũ*

conduxerit

conduxerit, cúmque duxerit Peregrè. l. 13. §. si quis seruum. D. loca. *Si seruus in fuga sit, vel* Peregrè. l. 21. §. prætor. D. de noxalib. Si quis amico Peregrè eunti mandauerit. l. 35. §. si quis. D. de contrah. empt. *Qui* Peregrè *proficiscitur.* l. 9. §. hæ quoque. D. de adquir. rer. domin. *Plerumque homines eo animo* Peregrè *proficiscuntur, quasi statim redituri.* l. 5. D. de action. & obligat. *Cum suis* Peregrè *proficiscens.* l. 1. §. 1. D. de obligation. & action. l. 49. D. de oper. libert. Si seruus Peregrè à te missus sit. l. 5. §. vlt. D. ad exhib.

Si Peregrè *habere quod primum editum est doceat.* l. 7. D. de edendo. *Qui* Peregrè *muneribus fungentur.* l. 5. §. negotiatores. D. de iure immunit. *Si fratris filios* Peregrè *natos quis ignorans qui essent, hæredes instituerit.* §. vlt. Instit. de hæredib. instituend. id est, vt Theophil. interpretatur, ὅτι ξένης. *Ex duobus liberis impuberibus* Peregrè *defunctis.* l. 11. D. de bonor. poss. secund. tab. *Patre* Peregrè *mortuo.* Vlpian. tit. 21. regular. *Pone* Peregrè *patrem obiisse.* l. 34. D. de negot. gest. *Si argentum* Peregrè *secum portauerit.* l. 18. D. commodat. *Pecunia cùm* Peregrè *portaretur ad mercem emendam.* lege 58. §. primo. D. pro socio. *Vt eam rem* Peregrè *secum ferat.* lege 18. Digestis commod.

PEREGRINARI, est patria procul proficisci. *Si Titius Peregrinetur longinquo itinere.* l. 4. §. puto. D. de hæred. instit. *Qui agnitionis gratia vel appellationis* Peregrinati *sunt.* l. 26. §. item. D. ex quib. caus. maior.

PEREGRINATIO. *Si longa* Peregrinatio *impedimento sit.* l. 23. D. de procurat. *Longiores Peregrinationes quæ ex necessitate sunt.* l. 17. D. de sponsalib. Si necessariam Peregrinationem alleget. l. 9. D. de procurator.

PEREGRINVS vocatur qui ciuis Romanus non est.

Peregrinus sit is cui aqua & igni interdictum est. Neque autẽ Peregrinus *ciuem Romanum, neque ciuis Romanus* Peregrinum *in potestate habere potest.* Vlpian. tit. 11. regular.

Qui deditiorum numero est, nec quasi ciuis Romanus testari potest, cùm sit Peregrinus. Vlpian. tit. 21. regular. *Dedititiorum numero hæres institui non potest, quia* Peregrinus *est.* idem Vlpian. tit. 23. regular.

Qui deportantur, si hæredes scribantur, tanquam Peregrini capere non possunt. l. 1. C. de hæredib. instituend. Et hoc est quod ait Martianus *in insulam deportatos* ἀπόλιδας esse, hoc est sine ciuitate. l. 17. D. de pœnis.

Connubium ciues Romani habent cum Peregrinis, ita si concessum sit. idem Vlpian. tit. 6. regular.

Peregrinus fieri dicitur qui ciuitatem Romanam amittit. *Ciuis Romanus hæres scriptus, vivo testatore factus* Peregrinus. l. 6. §. solenne. D. de hæredib. instituend.

Peregrinus interdum *Vrbano* opponitur. Sic *Peregrinus prætor*, qui inter Peregrinos & ciues ius dicebat. *Non sufficiente prætore vrbano, quòd multa turba etiam* Peregrinorum *in ciuitatem veniret, creatus est & alius prætor, qui* Peregrinus *appellatus est ab eo quòd plerumque inter* Peregrinos *ius dicebat.* l. 2. §. cúmque Consules. D. de orig. iur. *Ad cuiusmodi prætoris* Peregrini edictum Labeonem libros scripsisse constat ex l. 9. §. & si seruum. D. de dolo.

Locus Vrbanus & Peregrinus opponuntur l. 12. D. de supellect. lega.

PEREGRINITAS statum & conditionem *Peregrinorum* significat. *Sed si per pœnam deportationis ad* Peregrinitatem *redactus sit patronus.* l. 10. §. sed si per. D. de in ius vocan.

PEREMERE, est *consumere, extinguere, tollere. Altera actio alteram* Peremit. l. 34. §. vlt. D. de obligat. & action. *Solutio prior non* Peremit *alteram actionem.* l. 66. §. 1. D. de legat. 2.

Vox paciscentis præsidis actionem Peremere minimè potuit. l. 7. C. de sentent. & interl.

Sicut acceptilatio in diem præcedentes Peremit actiones, ita & confusio. l. 75. D. de solu.

Si dilatio actionem sit Peremptura. l. 1. D. de feriis. *Non causam vllam interlocutiones plerumque* Peremunt. l. 9. C. de sentent. & interlocut. *Quod* Peremeret *disceptationem.* l. 70. D. de iudiciis. *Quidquid inciderit quod donationem aut* Peremat, *aut confirmet.* l. 20. D. de donation. inter vir. & vxor. *Si permutatio nominum non* Peremeret *vel minueret fideicommissum.* l. 64. D. de legat. 3.

Naturalis ratio ciuilia iura Peremere *non potuit.* §. minus ergo. Instit. de hæredit. quæ ab intest. *Demonstratio falsa legatum non* Peremit. l. 40. §. qui dotalem. D. de condition. & demon. Non Peremit legatum, sed extenuat. l. 11. D. de adimend. leg. *Conditio aut* Peremit *obligationem, aut omnino non differt.* l. 500. D. de verbor. oblig. *Nec potest reperiri quæ obligatio, quam reus* Peremat. l. 5. D. de fideiussor. *Nouata debiti obligatio pignus* Peremit. l. 11. D. de pignerat. *Partem stipulationis* Peremit. l. 17. D. de acceptilation. *Capitis minutio eum demum vsumfructum* Peremit *qui iam constitutus est.* l. 1. §. vlt. D. quibus modis vsusfr. *Noxæ deditio iure non* Peremit *vsumfructũ.* l. 17. §. proprietarius. D. de vsufr.

PEREMI dicitur quod intercidit, quod *consumitur, extinguitur, perit. Actio* Peremitur. l. 29. D. de iure fisc. *Furti actio* Peremitur. l. 52. D. si quis iurauerit. D. de furtis. *Noxæ deditione cæteris noxalem actionem* Peremi. l. 1. D. si ex noxa. cau. *Vt cum alterutra actione rem seruauerim, altera* Perematur. l. 35. §. vlt. D. loca. *De peculio actione* Peremi *de in rem verso actionem.* l. 1. D. de in rem ver. *Actio* Perempta *eo quòd ductus seruus in bonis eius esse cœpit.* l. 2. D. si ex noxa. cau. agat. *Actio* Perempta. l. 76. D. de solution. *Neque ad exhibendum actio* Perempta *est.* l. 3. C. ad exhibend. *Tutelæ actio* Perempta *est.* l. 1. §. in tutela. D. de tute. & ratio. distr. *Neque tibi aduersus tuum debitorem, neque ipsi aduersus suam actionem* Peremptam. l. 51. D. de pactis.

Condictio Peremitur. l. 22. D. rat. rem haber. *Sola capitis causa* Peremitur, *bonorum remanente quæstione.* l. 3. C. si penden. appell. *Pignoris causam nec vsucapione* Peremi placuit. l. 1. §. cùm prædium. D. de pignorib. *Vt* Perematur *communio, non vt augeatur difficultas communionis.* l. 8. §. vlt. D. de reb. eor. *Eligendi facultatem non esse pœna* Peremptam. l. 77. §. hæreditatem filius. D. de legat. 2. *Ipso iure* Peremi *quod inductum esset.* l. 3. D. de his quæ in testam. delen. *Peremptointegro.* l. vlt. D. famil. ercisc. *Ius possessionis non videri* Peremptum. lege 44. Digestis de adquiren. possess. *Vtiliter libertas data facto hæredis non* Peremitur. l. 39. D. de manum. testam.

Obligatio fideiussoria Peremitur. l. 14. D. de fideiussorib. *In fideiussore & reo principali constitit alteram obligationem ab altera* Perimi. l. 13. D. de duob. reis. *Vnius acceptilatione* Peremi *vtriusque obligationem.* l. 31. §. vlt. D. de nouationib. *Capitis deminutione* Peremuntur *obligationes.* l. 3. D. vnde cogna. *Præscriptio & negotij quæstio* Peremetur. l. 10. D. de diuers. & tempor. præscript. *Confestim* Peremetur *stipulatio.* l. 98. D. de verbor. obligat. *Iudicio cœpto vsurarum stipulatio non est* Perempta. l. 1. C. de iudiciis.

Non solùm Perempti *corporis æstimationem habendam esse.* §. illud. Institut. ad legem Aquil. id est interempti. *Quidquid præterea* Peremptо *eo corpore, damnum nobis allatum fuerit.* ibid. *Sobrino agnato constituto, & capitis diminutione* Perempto. lege 2. C. commun. de succes. Perempto *primo gradu testamenti.* l. 3. §. vlt. D. de liber. & posth. *Si nauis naufragio* Perempta *est.* l. 36. §. vlt. D. de rei vindicat.

Perempta *nauis videtur quæ resoluta est, & intercidit, tabulis omnibus refixis ea mente vt in alium vsum destinarentur.* l. 83. §. sacram. D. de verbor. oblig.

PEREMPTORIÆ *exceptiones* dilatoriis aduersantur. l. 2. §. vlt. D. de exceptionib. Perpetuæ *atque* Peremptoriæ *exceptiones sunt quæ semper locum habent, nec euitari possunt, qualis est doli mali, & rei iudicatæ, & si quid contra leges senatúsve consultum factum esse dicetur. Item pacti conuenti perpetui, id est ne omnino pecunia petatur.* l. 3. D. de exception. *Exceptiones perpetuæ &* Peremptoriæ *sunt quæ semper agentibus obstant.* §. appellantur. Institution. de exceptionib. *Peremptorias exceptiones omissas in initio, antequàm sententia feratur, opponi posse.* lege 2. C. sentent. rescin. non posse. *Præscriptionem* Peremptoriam *obiicere quandoque licet.* l. 8. C. de exception.

PEREMPTORIVM *edictum appellatur quod tribus propositis edictis impetratur, quod inde hoc nomen sumpsit, quòd peremeret disceptationem: hoc est, vltra non pateretur aduersarium tergiuersari.* lege 70. Digestis de iudiciis. Vetus Glossarium Græcum Peremptorium interpretatur ὁριζόμενον, ὅταν ὁ κριτὴς τοὺς δικαζομένους κελεύει ἐλθεῖν ἐπὶ ῥητὸν ἡμέραν κρῖναι· κατὰ τὸ ἴσως τοτὲ μὴ ἔχειν αἰτίαν.

In Peremptorio *comminatur is qui edictum dedit, etiam absente diuersa parte cogniturum se & pronuntiaturum.* l. 71. D. de iudiciis. *Qui tribus edictis propositis, vel vno pro tribus quod vulgo* Peremptorium *appellatur.* l. 53. D. de re iudic.

Nonnunquam edictum Peremptorium *post tria numero edicta quæ præcesserint datur: nonnunquã post vnum vel alterum: nonnunquam statim, quod appellatur vnum pro tribus.* l. 72. D. de iudiciis. *Atque hoc est vnum edictum pro omnibus datum.* Paul. lib. 5. sentent. tit. 5.

Tres denuntiationes ad Peremptorij *edicti vim aduersus contumaces conualescere.* l. 9. C. quomo. & quan. iud. *Cùm ex edicto* Peremptorio *quod neque propositum est, neque in notitiam peruenit, absentis condemnatio fit.* l. 1. §. item cùm. D. quæ sentent. sine appellat. *Contra minorem vigintiquinque annis propositum* Peremptorium *nihil momenti habet.* l. 74. D. de re iudic. Tertullian. lib. de pudicitia: cap. 1. *Audio etiam edictum esse propositum, & quidem* Peremptorium.

Ad Peremptorium *edictum hoc ordine venitur.* l. 68. D. de iudiciis. *Eum qui cognouit edictum* Peremptorium *secundum ordinis causam dati.* l. 23. §. vlt. D. de appellation. *Qui edictum* Peremptorium *impetrauit.* l. 73. §. 1. D. de iudiciis. *Post edictum* Peremptorium *impetratũ, cùm dies eius superuenerit, tunc absens citari debet.* l. 73. D. de iudiciis. *Morte rei* Peremptorium *soluitur.* l. 59. §. vlt. D. de re iudic. *Si quis ex edicto* Peremptorio *post mortem sit condemnatus.* l. 59. §. vlt. D. de re iudic. *Cessante causa* Peremptorij *edicti.* l. 2. C. quomo. & quan. iud. sentent.

PE-

PERENDINI nomine diem tertiam olim in formulis significatam Cicero pro Muræna docet. Agell. *die Perendini*. Plutarch. in Apophthegm. τρίτην ἡμέραν vocat, quod Valer. Perendie.

PERENNIS *aqua, iugis, perpetua, quæ semper fluit*. l. 1. §. loquitur. D. de aqua cottid. & æst. Ouidius.

Flumine perpetuo torrens solet altius ille,
Sed tamen hæc breuis est, illa Perennis aqua.

Fluminum quædam sunt Perennia, *quædam torrentia. Perenne est quod semper fluat*, ἀέναος: torrens χειμάρρους. l. 1. §. 1. D. de fluminib. *Publicum flumen* esse Cassius definit, *quod Perenne sit* l. 1. §. 1. D. de fluminib. Liuius lib. 4. *Terra quoque ingenito humore egens vix ad Perennes suffecit amnes*. B. Augustin. sermon. 186. *Solemnitas enim ab eo quod solet in anno nomen accepit: quomodo Perennitas fluminis dicitur, quia non siccatur æstate, sed per totum annum fluit. Ideo Perennes*, id est, per annum. Sic & *solemne quod solet in anno celebrari*. Idem in Psal. 74. *Torrentes dicuntur propriè quasi sunt Perennes*.

PERFERRE *actionem, causam, quæstionem*, est ad exitum deducere. *Cùm filius actionem inofficiosi testamenti matris Pertulisset*. l. 76. D. de legat. 2. *Qui inchoatam accusationem non Pertulit*. l. 8. C. de his quib. vt indig. *Qui causam adulterij Perferre non potuerunt*. lege 11. Digestis ad SC. Turpill.

Apul. lib. 7. de asin. aur. *Sic ille latronum fisci aduocatus nostram causam Pertulerat. Filia quæstionem inofficiosi testamenti rectè Pertulit*. l. 16. §. vlt. D. de inoffic. test. *Filia inofficiosi lite Perlata partem dimidiam hæreditatis abstulit*. l. 6. C. de dot. collat.

Perferri res, id est *exportari. Quibus custodiendum Perferendúmve argentum dederis*. l. 20. §. vlt. D. de præscr. verb. *Argentum commodatum, si tam idoneo seruo meo tradidissem ad te Perferendum*. l. 20. D. commoda.

Hoc sensu *Perduci* & *Perferri* separantur. *Rem periculo & impendiis actoris Perferendam perducendámve eò loci vbi actum sit*. lege 11. Digestis ad exhibend. *Rumore Perlato*. l. vlt. D. de hæred. instituend.

PERFICERE est *absoluere, peragere, consummare*, ad exitum *perducere. Interesse vtrum rem cœptam sub patre Perficit, an nouam inchoauit*. l. 42. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hæred. *Quinquennii non ad Perficiendam retractationem, sed ad inchoandam, puto præfinitum*. l. 2. D. de collus. deteg. *Vt consilio suo cœptam litem Perficiant*. l. 5. §. post completum. D. de administr. & peric. *Tutores litem appellationis inchoatam Perfecerunt*. l. 39. §. tutores. D. eod. tit.

Crimen etiam Perfecisse dicitur patroni filius qui libertum reum Peregit. Crimen quod intendit, etiam Perfecit. l. 14. §. vlt. D. de bonis libert.

Perficere ædificium opúsve, est ædificium inchoatum consummare, vt loquitur l. 61. §. 1. D. de vsufr. & quemadm. *Perfecisse ædificium is videtur qui ita consummauit vt iam in fructu esse posit*. l. 139. D. de verb. signific. *Cœptum opus Perficere promissor cogetur*. l. 3. D. de pollicitat. *Si opus quod tandem aggressus fuerat Perficiat*. l. 8. D. eod. tit. *Priusquàm opus Perficeret*. l. 14. D. eod. tit. *Cùm monumentum in triduo Perfici non posit*. l. 6. D. de condition. institut.

Libertatem Perficere. l. 1. §. 1. D. de pollicitation. *Nondum Perfecisti mandatum*. l. 45. D. manda. *Si quid simile contigerit quod negotium Perficeret*. l. 9. §. sed quod prætor. D. quod met. cau. *Delegatio debiti non consentiente debitore iure Perfici non potest*. l. 1. C. de nouation. *Perficitur donatio*. l. 33. §. vlt. D. de donationib. *Perficiuntur donationes cùm donator suam voluntatem manifestauerit*. §. perficiuntur. Institut. eod. *Donationem non valere quæ post contractas nuptias Perficiatur*. l. 5. D. de donat. inter vir. *An donatio perfecta esse videatur*. l. vlt. §. vlt. D. de donationib. *Perfecta donatio postea conditiones non capit*. l. 4. C. de donation. quæ sub mod.

Non videtur Perfecta donatio mortis causa facta antequam mors insequatur. l. 32. D. de mort. cau. donat. *Non compellatur emptor Perficere emptionem*. l. 57. D. de contrahen. empt. *Emptio Perfici*. l. 35. §. in his. D. eod tit. *Priusquàm emptio Perficeretur*. l. 8. D. de rescind. vendit. *Necessariò est quando Perfecta sit emptio*. l. 8. D. de peric. & comm. rei vend. *Non idcirco minus emptio Perfectio est*. l. 12. C. de contrahen. empt. *Perfectam emptionem aliis venditionem*. lege vltima. C. quando liceat.

Simulatque de pretio conuenit, videtur Perfecta venditio. l. 35. §. in his. D. de contrahend. empt. *Perfici venditio non potuit in eius persona cui dominus venire rem noluit*. l. 63. D. eod. tit. *Etsi debitor interdicat ne venditio Perficiatur*. l. 1. C. de litigios. *Si iure Perfecta venditio est*. l. 5. C. de rescind. vendit. *Non aliter Perfectam esse venditionem*. §. 1. Institut. de emption. & vendit. *Si post Perfectã venditionem mota fuerit quæstio*. l. 22. C. de euiction. *Perfecta venditione*. l. 1. C. de vendend. reb.

ciuitat. lib. 10. *Non posse recedi à locatione vel venditione prædiorum publicorum iam Perfecta.* l. 21. §. vlt. D. ad municipal.

Stipulatio ex vtriusque consensu Perficitur. l. 137. §. 1. D. de verbor. oblig. *Cùm testamentum aliud facere instituisset, neque Perficere potuisset.* l. 22. D. de adimend. legat. *Si quis post factum prius testamentum posterius facere cœperit, & non Perfecerit.* §. ex eo. Institut. quib. mod. testam. infirm. *Militis testamentum sola Perficitur voluntate.* l. 35. D. de testam. milit. *Cùm Perfectum testamentum erit.* l. 6. D. de l. Cornel. de fals. *Testamento quod iure Perfectum est.* §. 1. Institut. quib. mod. testam. infirm. *Testamento iure Perfecto.* §. sed & si quis. ibid. *Si nullo iure testamentum Perfectum esset.* l. 29. D. qui test. facer.

Perfectissimum testamentum. §. vlt. Institut. de testament. ordinand. *Illud conuentione Perfici non potest.* l. 58. §. vlt. D. de pactis. id est effici. Si Perfecta legatione subsistant. l. 2. §. omnes. D. de iudiciis. Perfecto munere. l. 34. D. ad municipal. *Perfectus artifex,* id est consummatæ peritiæ. l. 19. §. illud. D. de ædil. edic. *Septimo mense nasci Perfectum partum iam receptum est.* l. 12. D. de statu homin. *Perfecta ætas.* l. 9. §. si duobus. D. de tutel. & ration. l. 7. C. si alien. res. l. 32. D. de minorib. l. 16. D. de tutel. l. 4. & l. 8. D. de legitim. tutorib. l. 2. C. de vsucap. id est *legitima,* seu 25. *annorum. Perfecta res si post stipulationem & numeratio facta est.* l. 9. §. sed quod prætor. D. quod met. cau. quo loci imperfecta res & Perfecta opponuntur. *In omnibus rebus animaduerto id Perfectum esse quod ex omnibus suis partibus constaret.* lege 1. D. de origin. iur.

Perfectissimus, titulus est dignitatis in constitutionibus posteriorum Imperatorum. l. 1. C. de naturalib. liber. l. 11. C. de quæstionib. & in Cod. Theodos. sæpe. qui tribuitur *Proconsuli. Perfectissimi viri.* l. 11. C. de quæstion. Titulus hic etiam tribuitur *Proconsuli Africæ* apud D. August. epist. 68.

PERFECTE, id est absolutè, pleno iure. *Quando isto casu nullo tempore Perfectè hominem meũ feceris.* l. 38. §. qui hominem. D. de solutionib. *Non videtur Perfectè cuiusque id esse, quod ex casu auferri potest.* l. 139. §. vlt. D. de diuers. regul.

PERFICA Dea à perficiendo erat appellata quæ obscœnæ libidini patrandæ præerat. Perfica etiam natura à Lucretio lib. 2. vocatur, quæ procreationi & perfectioni rerum præest, vt annotauit Turneb. aduersariorum lib. 11. cap. 20.

PERFIDE agere circa rem pupilli tutor dicitur potiùs, quàm contrectare, l. tres tutores. ff. de administrat. tuto.

Cùm longè æquum sit, ex eo quod Perfidè gestum est, actorem nihil consequi. l. 3. §. Labeo. 2. D. de do. except.

PERFIDIA, pro defectione à religione, in l. nemo. C. de sum. trinit. Spiegel. Plerunque tamen *Perfidia* mala fides est, vt fidei verbum bonam fidem semper significat, l. 1. ff. de constit. pec. l. 1. §. eum tamen deponere. ff. depositi.

PERFIDVS, qui fidem violauit, & à fide venit: Infidus verè, cui non est fidendum dicitur. & à verbo Fido descendit, quod primam habet longam. Sp.

Qui Perforauerit muros. l. 11. D. ad l. Iul. peculat.

PERFRVI, id est plenè, & ad finem vsque frui. *Vt habitatione liceat Perfrui ad certum tempus.* l. 13. §. si venditor habitationem. D. de actionib. empti. *Munerum vacatione perfrui.* l. 10. C. de decurionib. lib. 10.

PERFVGERE, id est *transfugere. Qui priuatus ad hostes Perfugit.* l. 2. D. ad l. Iul. maiest. Inde *Perfuga* appellatur qui ad hostes transfugit.

PERFVNDERE, *est aspergere, inquinare. Si quis fimo corrupto aliquem Perfuderit.* l. 1. D. de extraordin. criminib. Paul. lib. 5. sentent. tit. 4.

Perfundi pro effodi. Vt oculus puero Perfunderetur. l. 5. §. vlt. D. ad l. aquil.

PERFVNGI. *Transmarina legatione Perfunctos.* l. 3. C. de legation. lib. 10.

PERFVSORIE, *id est vago & ambiguo sermone.* l. 2. §. non solùm. *Quod opus futurum sit, neque Perfusoriè aut obscurè dicere.* l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam. *Si quis in venditione statu liberum Perfusoriè dixerit.* l. 69. §. sed & si quis. D. de euictionib.

PERGERE est vlterius *progredi & perseuerare. Si debitor Pergat petere quod sibi debeatur.* l. 94. D. de solutionib. *Si Pergeret petere id in quo contra conditionem faceret.* l. 27. Digestis de liberat. caus. *Hæredes venditoris si ante euentum cognitionis Pergant petere.* l. vlt. §. ex quadrante. D. de doli except.

PERGVLA. *Si quis Pergulam conduxit.* l. 19. §. proinde. D. de iudiciis. *Cùm pictor in Pergula clypeum vel tabulam expositam habuisset.* l. 5. §. vlt. D. de his qui effuder. vel deiec. Plinius lib. 35. cap. 10. de Apelle loquens: *Idem perfecta opera proponebat in Pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam*

tabulam latens, &c. Lactant. libro 1. diuinar. institut. cap. 2. ex Lucilio hunc versum citat,

Pergula pictorum veri nihil, omnia ficta.

Ex quibus locis colligitur *Pergulam fuisse locum perspicuum & apertum & in publicum prospicientem, adeo vt oculis transeuntium exposita essent quæ illic proponerentur.* quod & Plinius indicat lib. 21. cap. 3. *L. Fuluius argentarius bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu è Pergula sua in forum prospexisse dictus, ex auctoritate senatus in carcerem adductus, non ante finem belli emissus est. Atque in huiusmodi loco Cassitium docuisse*, lib. de illustrib. grammat. refert.

In gestationibus quoque & deambulationibus *Pergula* sedē habet: eóque significato verbum hoc vsurpasse Plinium manuscripti codicis beneficio deprehendi. Apud eum siquidem lib. 14. cap. 1. vbi vulgò legitur, *subdiuales deambulationes vmbrosis operculis opacat*, vetus optimæ notæ codex habet, *subdiales inambulationes vmbrosis Pergulis opacat.*

PERHIBERE testimonium est *dicere & præbere. Posse testes testimonium suum rectè Perhibere.* l. 21. §. in testamentis. D. qui testament. fac. *Testes priusquam Perhibeant testimonium.* l. 8. C. de testib. *Perhibendi testimonij causa.* l. 3. §. testes. D. de testib. *Super Perhibendis testimoniis eorum qui in potestate sunt.* l. 20. §. quæ autem. D. qui testament. fac.

PERICLITARI est in periculum venire, in periculo versari. *Ne naui vel iis Periclitantibus opitulentur.* l. 3. §. Senatusconsultum. D. de incend. rui. *Nec in persona sua tantùm, verùm & in statu & fortunis Periclitari quis dicitur. Ne de statu Periclitentur.* l. 3. §. duæ. D. de Carbon. edic. *Quanti interfuerit eius de statu suo rursus non Periclitari.* l. 8. §. vlt. D. rat. rem hab. *Ne ex liberalitate sua inops fieri Periclitetur.* l. 50. D. de re iudic. *Vt in eorum administratione fratris tui filiorum substantia Periclitetur.* l. 6. C. de suspect. tutor.

PERICVLVM pro discrimine. *Cùm quis nullo præsentis Periculi metu conterritus donat.* & contrà, *Cùm quis imminente Periculo commotus donat.* l. 2. D. de mort. cau. donat. *Donatio mortis causa aliàs fit extra suspicionem vllius Periculi à sano, aliàs ex metu mortis, aut ex præsenti Periculo, aut ex futuro.* l. 35. §. mortis. D. de mort. cau. donat.

Cæteræ pœnæ ad existimationem, non ad capitis Periculum pertinent. l. 28. D. de pœnis. *Periculum corporis inferri.* l. 2. C. de reb. credit. *Operæ quæ honestè & sine Periculo vitæ præstantur.* l. 16. D. de oper. libert. *Operæ quæ sine turpitudine præstari possunt, & sine Periculo vitæ.* lege 38. D. de oper. libert.

Imminens ex tumultu, naufragio, ruina, incendio Periculum. l. 1. §. cùm tamen. D. depositi. *Hæc omnia instans Periculum demonstrant.* l. 6. D. de mort. cau. donat. *Quod quis cum ipsa naue Periculum nauis effugiat.* l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. *Ne piscatores eo modo in Periculum naues & qui in eis sunt, deducant.* l. 10. D. de incend. ruin. *Timeret ne Periculo insidiarum subiiceretur.* §. sin autem. Institut. de pupill. substitut. *Ita poterit sine Periculo viuere.* l. 77. §. mando. D. de legat. 2. *Periculo aduersarij denuntiante.* l. 20. D. quod vi aut clam.

Vt effugiant Periculum quod solent pati qui sæpius easdem res obligant. l. 15. §. qui res suas. D. de pignorib. *Patris Periculum agitur.* l. 27. D. de minorib. *Periculum est ne propter inopiam eius cui solutum est legatum, nihil repeti possit.* l. 17. D. de hæredit. petit. *Periculum erat ne.* §. procurator. Institut. de satisdation.

Periculum aliàs casum quemlibet ac damnum fatale, seu quicquid fato, mortalitate, vi maiore, vel alio fortuito casu contingit. Hoc sensu Vlpianus, *Quid veniat*, ait, *in commodati actione, vtrum dolus, an & culpa, an verò & omne Periculum?* l. 5. §. nunc videndum. D. commoda. Et ita *Periculum præstare, Periculum alicuius esse, ad aliquem pertinere, respicere, spectare*, dicit Vlpian. ead. l. §. si me rogaueris. & §. si de me. & l. 10. §. vlt. D. commodat.

Periculum mancipiorum, aut vrbanorum prædiorum præstare. l. 58. §. cùm autem. D. ad SC. Trebell. *Corpora hæreditaria quorum Periculum ad hæredem pertinet.* l. 19. D. de hæredit. petit. *Periculum nauis possessor petitori præstare non debet.* l. 62. D. de rei vindicat. *Nec amplius legata ad Periculum hæredum pertineant.* l. 11. §. si quis decem. D. de legat. 3. *Conuenit quoad Periculum vini sustineat.* l. 1. D. de peric. & commodo. *Transit Periculum ad eum qui mutuam rogauit.* l. 9. §. vlt. D. de reb. credit. *Si venditor se Periculo subiecit.* l. 1. D. de peric. & commod. *Periculo liberatur venditor.* l. 1. §. 1. D. eod. tit. *Administrationis Periculum ad tuam personam nequaquam spectare potest.* l. vlt. C. de pericul. nominatorum. lib. 11. *Periculo vos creationis non fecerunt obnoxios.* l. 1. C. eod. tit.

Euictionis Periculum timere. l. 19. C. de euiction.

Ad legatarium litis Periculum spectare iniquum est. l. 8. D. de legat. 3. *Placuit nominis Periculum ad sororem pertinere.* l. 96. §. soror. D. de solution. *Periculum nominum ad eum cuius culpa deterius factum probari potest, pertinet.* l. 35. D. de reb. cred. *Nominum quæ deteriora facta sunt tempore cura-*

toris, *Periculum ad ipsum pertinere.* l. vlt. §. 1. D. de administr. rer. ad ciuit. *Nec periculum nominum ad eum qui sine culpa soluit, pertinebit.* l. 3. D. de condict. indeb. *Non idcirco nominum Periculum ad hæredem pertinebit.* l. 58. §. 1. D. ad SC. Trebell. *Nominum paternorum Periculum præstare.* l. 39. D. de administr. & peric. *Si suscipiat pupillus cæterorum nominum Periculum.* l. 7. §. si tutor. D. eod. tit. *Periculum eorum nominum quæ ipse contraxit.* l. 37. D. de negot. gest. *Hæreditatem rogati restituere nominum Periculo quæ per diuisionem obtigerunt non adstringuntur.* l. 77. §. hæreditatē. D. de legat. 2. *Negligentiæ tutorum Periculo nominum adscripto.* l. 37. §. negligentiæ. D. de administr. & peric. *Nominati successoris Periculum fideiussorem nominantis non tenet.* l. 17. §. vlt. Digestis ad municipal.

Plebeij filijfamil. *Periculo eius qui nominauerit tenebuntur.* l. 14. §. plebeij. D. de munerib. & honor. *Præteriti temporis Periculum.* l. 39. §. tutor. D. de administr. & peric. *Periculo eius temporis quod ignorante te transmissum est, non teneberis.* l. 5. C. de pericul. tutor.

Si quis tutor non sit, Periculum tamen tutelæ ad eum pertineat. l. 60. D. de ritu nupt. *Si propter alterius personam Periculum ad tutorem pertineat.* ibid. *Ne in vna tutela duplex Periculum sustineret.* l. 28. D. de tutor. & curator. *Si tutor cessauerit in distractione earum rerum quæ tempore depereunt, suum Periculum facit.* l. 7. D. de administr. & peric. *Qui datus est simpliciter tutor pupillo vel curator, si quid postea augmenti accesserit, Periculo tenetur.* l. 9. §. vlt. D. eod. tit.

Periculo alicuius res esse dicitur, cùm damnum detrimentúmve quodcunque incidere possit, ad eum respicit. *Is cuius Periculo res est.* l. 18. D. de dam. infect. *Ij quorum res Periculo fuerūt.* l. 47. §. vlt. D. famil. ercisc. *Qui Periculo suo rem habebit.* l. 4. D. de reb. credit. *Si tibi rem Periculo tuo vtendam commodauero.* l. 21. D. commodati.

Emptor hæreditatis rem à possessoribus sumptu ac Periculo suo persequi debet. l. 1. C. de euictionib. *Suis impensis & Periculo rem restitui.* l. 11. D. de rei vindicat. *Hoc depositum Periculo est eius qui suscepit.* l. 4. D. de reb. cred. *Pecuniam Periculo eius fore qui accepisset argentum.* l. 34. D. mandat. *Quæ nuis ipsius Periculo nummi fuerint.* ibid. *Cùm pecunia Periculo dantis fœneretur.* l. 62. D. de rei vindic. *Si quis, Periculo meo crede, dicat.* l. 12. §. si quis. D. mandat. *Si pecuniam suam Periculo suo credidisset.* l. 10. §. si mandauero. D. mandat. Plaut. Pœnul. Act. 4. sc. 2.

Possessor hæreditatis suo Periculo malè argentario credidit. l. 18. D. de hæredit. petit. *Peto des fratri nummos fide & Periculo meo.* l. 24. D. de fideiussor. *Si hoc actum est vt suo Periculo sponderet.* l. 6. §. vlt. *Vasa vtēda cōmuni Periculo dedi.* l. 21. D. cōmod. *Actiones Periculo tuo tibi præstare debebo, vt omne lucrum ac dispendiū te sequatur.* l. 31. D. de action. empti. *Qui suo Periculo velit adiri hæreditatem.* l. 71. D. ad SC. Trebell. *Ita vt tutores adiutorem tutelæ suo Periculo constituant.* l. 13. D. de tutel. *Si paratus sit suo Periculo conuenire alterum.* l. 7. D. commod. *Vt suo Periculo confideiussores conueniantur in Parte.* l. 10. D. de fideiussor. *Exactionem nominum Periculo suo facere.* l. 35. D. de administr. & peric. *Fideiussores qui magistratus suo Periculo nominant.* l. 17. §. vlt. D. ad municipal. l. 36. §. vlt. *Quod mihi debebas, à debitore stipulatus sum Periculo tuo.* l. 35. §. quod mihi. D. mandati. Plaut. Persa, act. 4. sc. 3.

Ac suo Periculo is emat qui eam mercabitur,
Mancipio neque promittet, neque quisquam dabit.

Cicero in Lucullo, *Semper auctorem habes, & eum qui Periculo suo causam agat.* Apul. lib. 4. de Asin. aur. *Ea tu bona certè meo Periculo dixeris.* quod genus loquendi idem quoque vsurpat in lib. de Deo Socrat.

Periculum etiam pro Indice & Breui in rubr. C. de sentent. ex periculo recitand.

Cùm PERICVLOSA *dilatio Prætori videtur.* l. 1. D. de dam. infect. *Quæstio res est fragilis & Periculosa.* l. 1. §. quæstioni. D. de quæstionib. *Si Periculosam rem ante venditionem facere solitus est.* l. 54. D. de action. emp.

Periculosè hæredem facturum si vinum effundat. l. 7. §. vlt. D. de trit. vino.

PERINDE *ac si.* l. 29. D. de noxalib. l. 16. & l. 46. §. cum testamento. D. de administr. & peric. §. & si eius. Institut. quib. mod. testam. infirm. *Perinde atque.* l. 18. & l. 24. D. si quis omiss. cau. l. 55. D. de manumiss. testam. *Perindéque haberi ac si nihil promisisset.* l. 5. §. si debitor. D. de donation. int. vir. *Perinde habendum atque si.* l. 44. D. de dam. infect. *Perinde atque si.* Vlpian. tit. 2. Regul. *Perinde quasi.* l. 51. D. de actionib. emp. lege 32. Digestis ad SC. Trebell.

PERIRE dicitur *quod in rerum natura esse desinit,* quod rebus humanis subducitur ac subtrahitur, quod intercidit. *Cum pubere filio mater naufragio Periit.* l. 22. D. de reb. dub. *Mulier naufragio cum filio anniculo Periit.* l. 26. D. de pact. dotalib. *Si filius naufragio vel ruina vel adgressu, vel quo alio modo simul cum patre Perierit.* l. 17. §. si quis autem. D. ad SC. Trebell. *Si naufragio*

quid

quid Periit. l. 52. §. quidam. D. pro socio. *Duo impuberes simul in naue Perierunt.* l. 9. D. de reb. dub. *Cùm bello pater cum filio Perisset.* l. 9. §. cùm bello. D. de reb. dub.

Si amatorio poculo mulier aut homo Perierit. l. 38. §. qui abortionis. D. de pœnis. *Quia ex alio vulnere Periit.* l. 11. §. Celsus. D. ad l. Aquil. *Si seruus lapidario commodatus sub machina Perierit.* l. 5. §. sed interdum. D. commod. *Si resistat qui damnatus est aduersus prouocationem, nec velit admitti eius appellationem Perire festinans.* l. 6. D. de appellation.

Si apud alterum bos Periit. l. 17. §. si cùm vnum. D. de præscr. verb. & §. 1. Institut. de locat. & cond. *Si ideo pecus incluſit, ne pascatur, & vt fame Periret.* l. 2. §. si publicanus. D. de vi bonor. raptor. *Si pecus incendio Perierit.* l. 52. §. damna. D. pro socio.

Perire autem dicuntur non res modò animales, sed & quæ anima carent, id est *extingui, intercidere, euanescere.* Et ita *Perire* dicitur *argentum.* l. 20. §. vlt. D. de præscr. verb. *Frumentum.* l. 3. §. necnon. D. de incendio. *Margarita.* l. 17. §. 1. D. eod. tit. *Nauis.* lege 6. D. de nautico fœn. & l. 31. D. locati. *Pecunia.* l. 3. §. vlt. D. de in rem ver. l. 58. §. 1. D. pro socio. *Vasa.* l. 22. D. de manumiss. testam. *Vestis.* l. 3. §. vlt. D. de in rem ver. *Si vestimenta Perierint vi ignis.* lege 17. §. si cùm mihi. D. de præscr. verb.

Præterea *Perire* etiam dicitur quod non quidem *interiit*, sed furto vel alio casu abest, amissúmque est, licet non extinctùm. *Si res vendita per furtum Perierit.* l. 35. §. si res. D. de cõtrah. empt. *Si pecus latrocinio Perierit.* l. 52. §. damna. D. pro socio. *Materia empta si furto Periisset postquàm tradita esset.* l. 14. §. vlt. D. de peric. & commodo rei vend.

Perire quoque *iura* dicuntur, id est *extingui & euanescere.* Sic *Perire actionem* dicimus. l. 35. §. vlt. D. de negot. gest. l. 37. D. de iur. dot. *Omnes actiones quæ morte aut tempore Pereunt.* l. 139. D. de diuers. regul.

Perit causa. l. 29. D. de iure fisc. *An legatum Periisset.* l. 112. D. de condition. & demonstrat. *Quadrigæ legatum equo postea mortuo Perire quidam credunt.* l. 65. §. 1. D. de legat. 2. id est *euanescere. De tempore quo lis Perit,* l. 2. D. de diuers. temporalib. *Dolo cuius effectum est vt lis temporibus legitimis transactis Pereat.* l. 17. §. dolo. D. de dolo. *Si non culpa legatarij lis Perierit.* l. 8. D. de legat. 3. *Perit priuilegium dotis & tutelæ si post diuortium dos in stipulationem deducatur.* l. 29. D. de nouationib. *Res Peribit,* id est *obligatio.* l. 91. D. de solutionib. *Si res tempore Peritura sit.* lege 1. D. de feriis.

Perire alicui dicitur quod eius damno & dispendio cedit, quod ei *decedit ac detrahitur. Quod hæres inde minuit, viro non Perit.* l. 15. §. ex donationibus. D. ad l. falcid. *Mortes seruorum,* &c. *hæredi Pereunt: quemadmodum ad hæredis lucrum pertinent fructus.* l. 30. D. eod. tit.

Perire etiam *dies* dicuntur *patrono vel hæredi* quibus operæ non eduntur. *Pereunt patrono dies quibus libertus ad reddendas operas è prouincia venit.* l. 20. §. vlt. D. de oper. libert. *Cui Pereant dies quibus æger seruus fuit.* l. 7. D. de annu. legat. *Pereunt patrono operæ quas libertus propter aduersam valetudinem præstare non potest.* l. 34. D. de oper. libert. *Plurimum interest, Peritura collegerint, an quæ seruari possint.* l. 4. D. de incend. rui.

PERITVS. *Artifex ad aliquem modum Peritus.* l. 19. §. illud. D. de ædil. edic. *Ætatem incipere sic Peritiores tradiderunt.* l. 1. §. ætatem. D. de aqua cottid. *Si rogauero vt vestimenta apud me relinquas, vt Peritioribus ostenderem.* l. 17. §. si cùm mihi. D. de præscr. verb.

PERITIA. *Vt certi de Peritia artis.* l. 1. D. de decretis ab ord. faciend. *Si seruum disciplinis vel arte instituerit, fructuarius arte eius vel Peritia vtetur.* l. 27. §. si serui. D. de vsufr. *Placuerat vt monumenta fierent opera & Peritia Asiani.* l. 52. §. item ex facto. D. pro socio.

PERIVRIVM. *Si postea Periurium fuerit adprobatum.* l. 21. D. de dolo. *De Periurio, si sua pignora esse quis in instrumento iurauit, crimen stellionatus sit.* l. vlt. D. stellionat. *De Periurio quæri.* lege vltima. Digestis de in lit. iuran. *Nec præiudicium Periurio alterius fiet.* l. 28. §. vlt. D. de iureiur.

PERLVSORIO, pro Prolusorio. *Si Perlusorio iudicio actum sit aduersus testamentum.* l. 14. D. de appellation.

PERMANERE est *perseuerare, durare. Natura debitor Permanet.* l. 60. D. de condict. indeb. *Obligatus Permanet.* l. 1. §. 1. D. de obligat. & actionib. *Si socij vnà bonorum meorum Permanserint.* l. 4. D. de condition. institut. *Si noxam commisit, nec Permanet.* l. 17. §. quod aiunt. D. de ædilit. edic. *Si in potestate Permansisset.* l. 5. Digestis si tabul. testam. null. *Si donator in eadem Permanserit voluntate.* lege 15. Digestis de manumission. *Si maritus vsque ad finem vitæ in eadem voluntate Permansit.* l. 1. C. de donation. int. vir. *Si serua & seruus in eadem coniunctione Permanserint.* l. 39. D. de iur. dot. *Quæ in hæreditaria causa Permanent.* lege 5. §. 1. Digestis vt legator. seu fideicommiss.

Libera Peculij administratio non Permanet in fugitiuo. l. 48. D. de peculio. *Quominus in diem vitæ nostræ matrimonium Permaneat.* l. 57. D. de donationib. inter vir. & vxor. *Pignus in bonis debitoris Permanere.* l. 8. C. de pigner. act. *Prædia in dominio mariti Permansisse palam est.* l. 8. C. de præd. minor. *Quo tempore societas inter eos Permansit.* l. 16. §. vlt. D. de aliment. vel cibar. *Quandiu res in eodem statu Permanebit.* l. 20. D. quod vi aut clam. *Palàm est rem tuam Permanere.* l. 7. §. quòd si. D. de adquir. rer. domin. *Res dominorum Permanent.* l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.

Testamentum quod per æs & libram fiebat, licet diutius Permansit. §. 1. Institut. de testament. *Donec vsusfructus Permanet.* l. 15. §. vlt. D. de vsu & vsufr. legat. *In futurum tempus Permanere factum demonstrat.* l. 18. D. iudic. sol.

PERMILITARE. *Si Tribunus in cohortibus prætoriis Permilitauerit.* l. 9. Digestis de excusationibus.

PERMISCERI, id est *commisceri. Permisceri causas possessionis & vsusfructus non oportet.* l. 52. D. de adquir. possess. *Legata quæ ab instituto extero data sunt, Permisceri cæteris non oportere.* l. 11. §. quæsitum. D. ad l. falcid. *Damna quæ violentia Permixta sunt.* lege 2. §. damna. D. vi bonor. rapt.

PERMITTERE est *concedere, sinere. Legis virtus hæc est, Imperare, Vetare, Permittere.* l. 7. D. de legib. *Si lex municipalis Permittet in ciuitate sepeliri.* l. 3. §. Diuus. D. de sepulcr. violat. *Vim vi defendere omnes leges & omnia iura Permittunt.* l. 45. §. qui cùm aliter. D. ad leg. Aquil. *Quod leges fieri Permittunt.* l. 35. D. de verborum obligat. *Prætor Permittit.* l. 12. D. quibus ex caus. in possess. l. 5. §. 1. D. vt legator. seu fideicomm. Ait prætor, *Interdum causa cognita in factum actionem Permittam.* l. 10. D. quæ in fraud. *Aquam prætoris edictum non Permittit ducere.* l. 4. C. de seruitut.

Permitti dicitur quod iure, lege vel à principe conceditur. *Permittitur aquam ex castello vel ex riuo ducere.* l. 1. §. permittitur. D. de aqua cottid. *Collegia vel corpora quibus ius coëundi lege Permissum est.* l. 5. §. quibusdam. D. de iure immunitat. *Permittitur edicto prætoris.* l. 3. §. procuratorem. D. iudicat. sol. *Causa cognita Permitti oportebit.* l. 8. D. quibus ex caus. in possess. *Permittendum per edictum.* l. vlt. D. de cloac. *Permittit accusatio.* l. 4. §. vlt. D. ad l. Iul. de adult. *Liberto accusare Permittendum est.* l. 38. §. liberto. D. eod. *Cui alienatio interdicitur, Permitti actiones exercere.* l. 7. D. de iure delib. *Cuilibet Permittendum est petere.* l. 1. D. de locis & itinerib. *Marito Permittitur occidere.* l. 24. D. ad l. Iul. de adulter.

Filiofamil. Permissa rerum administratio. l. 4. §. vlt. D. de castr. pecul. *Si minori administratio rei propriæ Permissa est.* l. 5. C. de tempor. in integr. *Permissa administratione peculij.* l. 84. D. de solutionib. *Cui à parente maioréve parte tutorum, eorúm ve cuius ea iurisdictio fuit, tutela Permissa erit.* l. 3. §. procuratorem. D. iudic. sol.

PERMISSVS, pro *permissione. Qui Permissu prætoris ab accusatione destitit.* lege 13. D. ad SC. Turpil. *Cùm ex Permissu principis appellatio recepta sit.* l. 57. §. vlt. D. de administr. & peric. *Ex prouincia in prouinciam transduci damnatos sine Permissu principis non licere.* l. 31. D. de pœnis. *Neque muri neque portæ habitari sine Permissu principis possunt.* l. vltima. Digestis ne quid in loco sac. *Sine Permissu principis aqua per viam publicam duci non potest.* l. 18. §. vltimo. Digestis de aqu. & aqu. pluu.

Sine Permissu meo, ait prætor. l. 4. D. de in ius vocan. *Si quis dolo malo fecerit quominus quis Permissu meo in possessionem bonorum sit.* l. 1. D. ne vis fiat ei qui. *Quos prætor prohibet sine Permissu suo, vocari.* l. 26. §. ait prætor. D. ex quib. caus. maior. *Si pupillus dedit pignori ex Permissu prætoris.* l. 7 §. 1. D. de reb. eor. *Citra Permissum prætoris.* l. 15. §. vlt. D. de re iudic. *Sine Permissu prætoris.* l. 7. §. vlt. D. de iure deliber.

Permissu creditoris. l. 8. §. superuacuum. D. quib. mod. pign. *Quamuis talia fieri sine Permissu eorum quibus Permittendi vis est, non debeant.* l. 3. §. non perpetuæ. D. de sepulc. viol. *Dos quam alius Permissu mulieris stipulatus est.* l. 63. D. de iure dot. *Permissu meo.* l. 106. D. de solution. *Vnius Permissu id fecero.* l. 17. D. de iniuriis.

PERMVTARE dicuntur *qui res quarum domini sunt inuicem mutant, vltrò citróque dando & accipiendo. Olim vnusquisque secundum necessitatem temporum ac rerum vtilibus inutilia Permutabat.* l. 1. D. de contrahen. empt.

Qui rem Permutatam accepit, emptoris similis est. l. vlt. D. quibus ex caus. in possess. *Quod inde comparatum est, vice Permutati dominij restituetur.* l. 71. D. de legat. 2. *Statim vt de his qui ex causa in metallum damnati sunt sententia dicta est, conditionem suam Permutant.* lege 10. §. 1. Digestis de pœnis.

Redemptor

Redemptor ex voluntate locatoris quædam in opere Permutauerat. l. 60. §. lege. D. loca. *Qui sententiam dixit referre ad principem debet, vt ex authoritate eius pœna Permutetur.* l. 9. §. istæ. D. de pœnis. *Si pro libero homine res Permutata fuerit.* l. 4. D. de leg. Fab. de plag. *Conuenit vt Permutatis inter se temporibus aqua vterentur.* l. 5. D. de aqua quottid.

PERMVTATIO est cùm res *pro re, corpus pro corpore datur. Si pecuniam dem vt rem accipiam, emptio & venditio est: sin autem rem do vt rem accipiam, non placet* Permutationem rerum emptionem *esse.* l. 5. D. de præscr. verb. *Permutatio nominum.* l. 64. D. de legat. 3. *Cùm Permutatio rerum discernens communionem interueniet.* l. 77. §. hæreditatem. D. de legat. 2. *Corpora nummorum* Permutationem *non recipiunt.* l. 51. D. de legat. 1. *Status Permutati.* l. 1. D. de capit. minut.

PERNICIANVM SC. de quo vide Vlpian. tit. 17. regul.

Fructuarius non debet quicquam facere in Perniciem *proprietatis.* l. 15. §. fructuarius. Digestis de vsufr.

Si tantus est furor, ita Pernicioſus. l. 22. §. sin autem tantus. D. sol. matrim.

Plerumque sub authoritate iuris scientiæ Perniciosè erratur. l. 91. §. sequitur. D. de verb. obligat. *Si tutor* Perniciosè *egit pupillo.* l. 3. §. nunc videamus. D. de susp. tutor.

PERNOCTARE *extra vrbem intelligendus est qui nulla parte noctis in vrbe est. Per enim totam noctem significat.* l. 166. §. vlt. D. de verb. signific.

PERNVMERARE. *Res hæreditarias* Pernumerare *& hæredi adsignare.* l. 1. §. eligitur. D. de vent. in possess. mitt.

PERORARI causa, id est *peragi. Qui causam Perorari vsque ad sententiam effecit.* lege 14. §. accusasse. Digestis de bon. libert. *Si causa Perorata, absolutio secuta fuerit.* lege 6. Digestis de quæstion.

PERPENDERE est *examinare. Testimonij fidem* Perpendere. l. 13. Digestis de testib. *Æstimandum erit arbitro, & Perpendendum quo animo sumptus factus sit.* l. 14. §. sed interdum. D. de religios. & sumpt.

Perpendendum erit prætori cui potius subueniat. l. 13. D. de minorib. *Mulier cuius prætor perpensam pietatem intellexerit.* lege 1. §. consequens. D. de suspect. tutor. & §. quinimmò. Institut. eod. tit.

Perpenso iudicio prout quæque expostulat, statuendum est. l. 11. D. de pœnis. *Si falsis nec notoriis insimulatus sit, Perpenso iudicio dispici debet.* l. 7. C. de accusation.

PERPERAM, id est *malè*: atque ita *Perperam & rectè*, opponuntur. *Cùm procurator rectè petit, dominus Perperàm.* l. 22. §. cùm autem. D. rat. rem haber. *Siue rectè pronuntiatum est, siue Perperàm.* l. 8. §. sed si. D. si seruit. vindic. *Iudex si Perperam iudicasset.* l. 62. D. de re iudic. id est *per iniuriam. Si ab iudice Perperam pro seruo iudicatum est.* l. 42. D. de liber. cau. *Qui pretio depranatus aut gratia Perperam iudicauerit.* l. vlt. C. de pœn. iudic. *Si quis cùm esset exhæredatus pronuntiatus, vel Perperam sit exhæredatus.* l. 12. §. si quis non. D. de bon. libert. *Qui Perperam esset à prætore excusatus.* l. 11. §. ex facto. D. de minorib. *Quod dolo vel culpa tutoris in officio pupilli Perperam absenti contractum est.* l. 18. Digestis de tutel. & rationib. *Cessatio iuncti Perperam officij.* l. 5. C. qui tutor. *Perperam ante diem agi.* l. 2. §. qui ita. D. de eo quod certo lo. id est malè. lege 4. Digestis de pact. *Cùm in testamento ambiguè aut Perperam scriptum est.* lege 24. Digestis de rebus dubiis.

Perperam aliàs est *per errorem & imprudentiam. Si inconsulto errore lapsum patrem tuum Perperam venditioni consensum dedisse constiterit.* l. 1. C. si maior fact. alien. *Pecuniam Perperam falsus procurator accepit.* l. 80. §. si Titius. D. de furtis. *Dotis Perperam à patre solutæ præceptionem desiderare.* l. 26. §. 1. D. de pact. dotal. *Perperam solutum.* l. 9. D. de pecun. constit. l. 40. D. de condict. indeb. *Perperam soluta repetuntur.* Paul. libro tertio sentent. tit. 7. *Legatorum Perperam solutorum repetitio non est.* Vlpian. tit. 25. regular. *Quod legatum non sit ab hærede tamen Perperam traditum.* l. 4. §. si pater. Digestis pro suo. *Id quod Perperam est actum.* l. 2. C. si maior fact. alien. *Si Perperam confessus fuerit.* l. 5. D. de interrogation. *Perperam pronuntiatus.* l. 12. §. si quis. D. de bonis libert.

Qua in significatione non modò nostri auctores id verbi vsurpant, sed & Cic. qui libro 4. in Verrem ait *sæpe fieri vt per imprudentiam Perperam iudicetur.* & Hircius, *Qui capti*, inquit, *sunt tabellarij, qui à Corduba ad Pompeium missi erant, perperámque nostra castra peruenerant.* Quibus ex locis apparet ita quoque accipiendum esse quod Varro scribit libro tertio de re Rustic. capite vltimo. *Ille flens narrat ab nescio quo percussum cultello concidisse quem qui esset animaduertere in turba non potuisse, sed tantummodo exaudisse vocem Perperam fecisse.* Sueton.

in Domitia. cap. 11. *Quòd enim comitiorum Consularium die destinatum* Perperam *præco non Consulem ad populum sed Imperatorem pronuntiasset.* Perperam *accipere*, id est, Perperam *solutum accipere.* l. si vendidero. §. si Titius. D. de furt. *Per fraudem vel dolum vel* Perperam *sine iudicio factis diuisionibus.* l. 3. C. commun. vtriusque iudic.

PERPETRARE. *Qui sibi manus intulit, & non* Perpetrauit. l. vlt. §. sic autem. D. de bonis eor. id est *factum non Peregit*, vt loquitur l. 38. §. vlt. D. de pœnis. *Si in ingenuam personam tale facinus* Perpetretur. l. 1. §. sin autem. D. de rapt. virgin. *Homicidium* Perpetratum. l. 4. C. ad l. Iul. de adulter.

PERPETVARE est *perpetuũ facere* quod temporale erat. *Cùm facto suo reus principalis obligationem* Perpetuat. l. 58. §. vlt. D. de fideiussor. id est Perpetuam *efficit*, vt loquitur l. 91. §. nũc videamus. D. de verb. obligat. seu Perpetuam *facit*, vt loquitur lex 24. §. vltimo. Digestis de vsur.

Perpetuari dicuntur *actiones quæ alioquin tempore perituræ* Perpetuæ *fiunt*, quod accidit litis contestatione. *Litis contestatione temporales actiones* Perpetuantur. l. vlt. §. vlt. D. de fideiuss. tutor. *Temporales actiones per oblationem precum & ad eas rescriptionem* Perpetuantur. l. vltima. C. quan. libell.

Perpetuari dicuntur obligationes quæ ob culpam factúmve debitoris, vel litis contestatione Perpetuæ efficiuntur. *Post litem contestatam* Perpetuatur *aduersus eum obligatio.* l. 9. §. si is qui temporaria. D. de iureiur. *Quotiens culpa interuenit debitoris* Perpetuari *obligationem.* l. 91. §. sequitur. D. de verbor. oblig. *Quinetiam cùm procurator interpellauerit promissorem hominis, Perpetuam facit stipulationem.* l. 24. §. vlt. D. de vsur.

Perpetuari etiam pœna dicitur, quæ cùm *temporaria esset*, Perpetua efficitur. *Si in decem annos damnatus sit, aut* Perpetuari *ei debeat pœna.* l. 8. §. quisquis. D. de pœnis.

PERPETVVM *temporario* aduersatur. Ita *Perpetuæ* actiones temporalibus opponuntur. *Perpetuæ autem actiones olim dicebantur quæ perpetuò seu in infinitum competebant, quales erant rei persecutoriæ quæ ex legibus, S. Consultis, seu ex sacris constitutionibus proficiscebantur, aliter atque eæ quæ ex prætoris iurisdictione pendebant, quæ plerumque annuæ erant.*

Hæc actio quæ competit de effusis & deiectis Perpetua est. l. 5. §. hæc autem. D. de his qui effuder. vel deiec. *Si perpetua actio esse cœpit.* l. 17. D. quod met. cau. *Perpetua in patrem etiam mortuo filio est actio.* l. 5. C. ad SC. Macedon. *Hæc iudicia quamuis honoraria sunt, tamen* Perpetua *sunt.* l. vlt. §. hæc iudicia. D. nau. caup. *Hoc interdictum perpetuum est.* l. 3. §. vlt. D. de homin. lib. exhib. l. 20. §. hoc interdictum. D. de vi & vi arm. l. 1. §. hoc interdictum perpetuum. D. nequid in lo. publ. vel itin.

Atque ita in Pandectis accipere debemus quod à Iurisconsultis scriptum est, Perpetuò seu *in Perpetuum actionem dari*, vt Perpetuò *dari actio.* l. 28. §. vlt. D. de dolo.

Idem etiam significat in *Perpetuum teneri.* l. 29. D. de dolo.

Perpetuæ autem erant olim actiones, seu Perpetuò competebant, hæredíque & in hæredem dabantur actiones quæ rei persecutionem habebant, vnde Vlpianus de Fauiana actione loquens, ait, *Hæc actio in Perpetuum datur, quia habet rei persecutionem.* l. 3. §. 1. D. si quid in fraud. patroni.

Similitérque de actione damni infecti, *Hæc actio*, ait Vlpianus, *cùm rei habeat persecutionem, & hæredi & in hæredem, &* Perpetuò *dabitur.* l. 4. §. vlt. D. de dam. infect. *Hæc actio quæ aduersus hæredem cæterósque successores pertinet,* Perpetuò *competit, quia in ea rei persecutio continetur.* l. 3. §. 1. D. de vi & vi arm. *Iudicati actio* Perpetua *est, & rei persecutionem continet.* l. 6. §. vlt. Digestis de re iudic.

Eodémque sensu *Perpetuam obligationem* accipe in l. 35. §. vlt. D. de negot. gest. l. 91. §. nũc videamus. D. de verbor. obligat. ex qua nimirum actio *in Perpetuum datur*. nec aliter *Perpetua stipulatio* exaudienda est. l. 34. D. de vsur.

At nouo iure *Perpetuæ actiones accipiuntur quæ vsque ad triginta vel quadraginta annos extenduntur. his enim temporum curriculis & cancellis omnes tam in personam quàm in rem actiones tandem principalibus constitutionibus circumscriptæ fuerunt.* Institut. de perpet. & tempor. action. l. 3. & l. 4. C. de præscr. 30. vel 40. annor. *Proinde alia est hodie atque olim fuit verbi huius sententia. Et ideo hodie in Perpetuum prout* & Iustinianus interpretatur, est *vsque ad finem constitutionibus introductum.* §. aliquando. Institut. de perpet. & tempor. action.

Perpetuæ exceptiones & temporales opponuntur l. 3. D. de exception. In qua additur, *Perpetuas exceptiones*, quæ & *Peremptoriæ* vocantur, appellari *quæ semper locum habent, nec euitari possunt, qualis est doli mali, & rei iudicatæ, & pacti conuenti Perpetui.*

Simi-

Similitérque Iuſtinianus alias eſſe *Perpetuas & peremptorias exceptiones, alias temporales & dilatorias* tradens: *Perpetuæ*, ait, *atque peremptoriæ ſunt quæ ſemper agentibus obſtant, & ſemper rem de qua agitur perimunt, qualis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſa factum eſt, & pacti conuenti, cùm ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur.* §. appellantur. Inſtitut. de exception. *Exceptio perpetua pacti conuenti.* l. 5. C. de pactis.

Perpetua exceptio parit condictionem. l. 26. §. adeo. D. de cond. ind. *Iuſiurandum Perpetuam exceptionem parit.* l. 40. D. de iureiur. *Qui Perpetuam exceptionem habet.* l. 40. D. de condict. indeb. *Si per aliquam exceptionem Perpetuam peti non poterat.* l. 26. §. indebitum. D. de condict. indeb. *Sine vlla exceptionis Perpetuæ remotione.* l. 10. D. de verbor. ſignif. *Exceptione Perpetua ſuccurri ei qui per vim expulſus poſt retinuit poſſeſſionem.* l. 5. C. de exception. *Qui perpetua exceptione tueri ſe poterat.* l. 24. D. de condict. indeb. l. 13. D. de liberat. legat. l. 34. §. vlt. D. de ſolution. *Si cũ exceptione aduerſus te Perpetua tutus eſſem.* l. 14. D. quod met. cau. *Perpetua exceptione tuti ſunt.* l. 9. §. non ſolùm. D. de SC. Macedon.

Perpetua aqua & temporalis opponuntur. l. 1. §. lacus. D. vt in flum. publ. *Dotis cauſa Perpetua eſt.* l. 1. D. de iure dot. *Quod leges fieri prohibent, ſi Perpetuam cauſam ſeruaturum eſt, ceſſet obligatio.* l. 35. D. de verbor. obligat.

Quod dicitur, *Omnes ſeruitutes prædiorum Perpetuas cauſas habere* debere. l. 28. D. de ſeruitut. præd. vrban. hunc ſenſum habet: ita ſeruitutes conſtitutas comparatáſque eſſe debere, vt res ſemper ſit idonea ad ſeruitutis vſum. verbi gratia, *Ex aqua quæ areſcit, & ex ciſterna aquæductus cedi non poteſt, quoniam cauſam ſeu materiam Perpetuam*, id eſt, *viuam & perennem aquam non habet.* l. 1. §. hoc interdictum. D. de fonte: *At eius aquæ, quæ ex cœlo cadit in vicinum immittendæ vtiliter conſtituitur ſeruitus, quoniam etſi ea aſſiduè non cadat, cùm tamen ex naturali cauſa cadat, perpetuò cadere* intelligitur.

Contra *non Perpetuam cauſam habet quod manu fit.* l. 28. D. de ſeruitut. vrb. præd. *Siue Perpetua condictio eſt, ſiue temporalis.* l. 10. C. de loca. *Perpetua conſuetudo.* l. 6. D. quod cuiuſque vniuerſ. id eſt *ſemper obſeruata eſt.* vt l. 32. §. Lucius. D. de adminiſtr. & peric. *Diuortium quod animo Perpetuam conſtituendi diſſenſionem fit.* l. 3. D. de diuort.

Perpetua excuſatio *& temporalis* opponuntur l. 4. §. 1. D. de muner. & honor. *Si quis in cohortibus vrbicis permilitauit, Perpetuam habet à tutelis excuſationem.* l. 8. D. de excuſation. *Si quis id quod iuriſdictionis Perpetuæ cauſa, prout res inciderit, in albo propoſitum erit.* l. 7. D. de iuriſdict. *In integrum reſtitutio Perpetua iuriſdictione Permittitur.* l. 2. C. de reſtitut. milit. *Cùm Nilus ad Perpetuam ſui menſuram redierit.* l. 1. §. ripa. D. de fluminib. ne quid in flum. publ. *Perpetua penſitatio.* l. 24. D. de annu. legat.

Pœna exilij Perpetua. l. 39. D. de iure fiſci. *Perpetuis Pœnis tenebitur.* Vlpian. tit. 17. regul. *Si is ſit ſeruus qui in Perpetuam ſeruitutem venierit.* l. 44. §. ſi idem. D. de leg. 1. *Mancipia quæ in Perpetuam ſeruitutem veniunt.* l. 1. C. ſi ſeru. export. ven. *Corpus Perpetuæ ſepulturæ traditum, & ad tempus alicui loco commendatum* opponuntur apud Paul. lib. 1. ſentent. tit. 23. *Si necdum Perpetuæ ſepulturæ corpus traditum eſt.* l. 10. C. de religioſ. & ſumpt. fun. *Non Perpetuæ ſepulturæ tradita corpora.* l. 3. §. non perpetuæ. D. de ſepulc. viol. *Multum intereſſe ad Perpetuam vtilitatem agri, vel ad eam quæ non ad præſentis temporis pertineat.* l. 3. D. de impenſ. in res dotal. *Conſtans & Perpetua voluntas.* l. 10. D. de inſtit. & iure. & Inſtitut. eod. tit.

Perpetuæ quæſtiones quas Cenſorino & Manilio Coſſ. conſtitutas Cicero in Bruto ſcribit, ita duabus de cauſis appellatas bene quidem monuerunt. *Vna eſt, quòd ordo huiuſmodi publicorum iudiciorum exercendorum lege ſemel præſcriptus fuit, certáque forma in vniuerſum data, vt noua deinde lege opus non eſſet. Altera eſt, quòd annuam his quæſtionibus exercendis prætores illi qui publicis iudiciis præerant, operam darent, non quemadmodum antè fieri ſolebat, cùm ita res tuliſſet, vt quæſtio decernenda videretur, tum legeretur qui quæreret, ſpecialiſque de ea rogatio perferretur.*

Caupo vel ſtabularius inhabitatores Perpetuos quodammodo elegit, qui non reiecit. l. 1. §. vlt. D. furti aduerſ. naut.

Lacus Perpetuus. l. 23. §. 1. D. de ſeruitut. præd. ruſt. id eſt qui Perpetuam habet aquam. vt l. 1. §. 1. D. vt in flumin. publ. nauig. liceat.

Flumen Perpetuum, id eſt, *perenne & quod ſemper fluit.* Ouid.

Flumine Perpetuo torrens ſol et altius ire.

Perpetuus morbus, qui *temporalis* non eſt, qui intermiſſionem non habet, ſed rebus gerendis impedimento eſt. *Morbus qui Perpetuus eſt*, & qui *tempore finitur*, aduerſantur. l. vlt. §. 1. D. de ædil. edict. *Vt morbi Perpetui & temporarij* pugnant. l. 6. D. eod. tit. *Si interuallum furor habeat, vel Perpetuus morbus eſt.* l. 12. §. ſi maritus. D. ſol. matrim. *Furioſus quem morbus detinet Perpetuus.*

l. vlt. C. de cūrat. furio. *Qui negotiis ſuis aliquo Perpetuo morbo ſupereſſe non poſſunt.* l. 5. D. de poſtulan. *Qui Perpetuo morbo non tenetur.* l. 54. D. de procuratorib. *Perpetua valetudine tentus.* l. 1. C. qui morb. ſe excuſ. Plinius epiſt. 12. lib. 1. *Euaſit Perpetuam valetudinem.*

Perpetuum corporis impedimentum temporali corporis imbecillitati opponitur. l. 101. §. verùm. D. de verborum ſignif. *Vitium Perpetuum, morbus cum acceſſu diſceſſúque eſt.* Agell. libro quarto cap. tertio.

Perpetuum edictum appellatum eſt *quod ex annuis prætorum edictis Perpetuæ iuriſdictionis cauſæ propoſitis, iísque magna ex parte tralatitiis à Saluio Iuliano compoſitum & in ordinem digeſtum, titulisque diſtinctum, Perpetui iuris vim vigorémque Hadriani Imperatoris authoritate, necnon SC. quod ſuper ea interceſsit authoritate obtinuit.* l. 2. §. ſi quid igitur. C. de veteri iur. enuclean. qua de re vide plura ſup. lib. 5.

Perpetuum ius, id eſt *certum,* & in *omnia tempora ſcriptum.* vt Quintil. declamat. *Secundum ius Perpetuum.* l. 3. C. de pignerat. act. *Iuxta Perpetui iuris formam.* l. 5. C. de appellationib. *An non facit dolo qui iure Perpetuo vtitur.* l. 42. D. de action. emp. *Perpetuum legatum.* l. 23. D. de annu. leg. *In opus Perpetuum vel temporarium dari.* l. 1. §. vlt. & l. vlt. D. de effractorib. l. 34. D. de pœnis.

Præſides aduocationibus nonnunquam in Perpetuum interdicunt, nonnunquam ad tempus. l. 9. D. de pœnis.

Perpetuum pactum, quod non eſt *ad tempus* factum. *Exceptio pacti conuenti Perpetui,* id eſt *ne omnino pecunia petatur.* l. 3. D. de exceptionib.

Siue in perpetua vincula fuerit damnatus ſeruus, ſiue in temporalia. l. 8. §. vlt. D. de pœnis. *In Perpetua vincula damnatos.* l. 1. C. qui non poſſ. ad libert. *Mandatis cauetur ne quis Perpetuis vinculis damnetur.* l. 35. D. de pœnis. *Teſtamento cauerat vt vnus in Perpetuis vinculis moraretur.* l. 5. C. famil. erciſc.

Quæ perpetui vſus cauſa in ædificiis ſunt. l. 17. §. Labeo. D. de action. emp. *Quoniam Perpetui vſus paratæ eſſent.* l. 242. §. vlt. D. de verb. ſignif.

Agri publici qui in Perpetuum locantur. l. 11. §. 1. D. de publican. Vectigales agri vocantur qui in Perpetuum locantur, id eſt *hac lege vt tamdiu pro his vectigal pendatur, quandiu ipſis qui conduxerunt, neque his qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferri eos liceat.* l. 1. D. ſi ager vect.

Prædia quæ Perpetuò quibuſdam ſumenda traduntur, id eſt vt *quandiu penſio ſiue reditus pro his domino præſtetur, neque ipſi conductori, neque hæredi eius, cuius conductor hæréſve eius id prædium vendiderit aut donauerit,* &c. *auferre liceat.* §. adeo. Inſtitut. de locat.

Interdum *Perpetui* appellatio vitæ finibus ac terminis coercetur. *Societas coiri poteſt in Perpetuum,* id eſt *dum viuunt, vel ad tempus.* l. 1. D. pro ſocio. *Sic procurator dari in Perpetuum, vel vſque ad diem.* l. 3. & l. 4. D. de procurat. *Vtrum vno duntaxat anno, an in Perpetuum decem annua præſtandi ſint.* l. 20. §. vlt. D. de annu. legat. *Quod in Perpetuum quis operam dare non poteſt.* l. 13. D. de vacat. & excuſ. muner. *In Perpetuum relegatus.* l. 3. C. qui pot. tutor. *Hoc non eſt Perpetuum,* id eſt *non ſemper locum habet.* l. 40. D. de condict. indeb. & Inſtitut. de ſatiſdat. tutor. l. 36. D. ad SC. Trebell.

PERPETVO, id eſt in *Perpetuum* & in infinitum tempus. *Hæc actio Perpetuò competit.* l. 3. §. 1. D. de vi & vi arm. *Perpetuò dabitur.* l. 4. §. vlt. D. de dam. inf. *Actio iſta quæ in factum eſt, Perpetuò dabitur.* l. 17. §. 1. D. eod. tit. *Hoc interdictum Perpetuò datur.* l. 20. §. hoc interdictum. D. de oper. no. nunciat. *Si pater Perpetuò ciuiliter vt hæres conuenietur.* l. 17. D. de caſtr. pecul.

Atque hoc ſenſu verba hæc à viris authoribus ſcripta erant, quæ hodie ex Principum cōſtitutionibus, non vltra tricennij ſpatium porriguntur. *Quod ex naturali cauſa fit, etſi non adſiduè fit, Perpetuò tamen fieri exiſtimatur.* l. 28. D. de ſeruitut. præd. vrban. *An ad tempus fideicommiſſum, an Perpetuò præſtari voluerit.* l. 6. D. de annu. legat. *Serui qui hoc animo inducti eſſent, vt ibi Perpetuò eſſent, non temporis cauſa accommodarentur.* lege 32. D. de pignor. *Res quas Perpetuò quis ibi habuerit, atque ita diſpoſuit vt Perpetuò haberet.* l. prima. §. rerum. Digeſtis de hæredibus inſtituend.

PERSCRIBERE. *Vt chirographum Perſcriberet ſua manu filius.* lege 26. §. primo. Digeſtis de pignorib.

PERSEQVI, eſt per iudicem vel *Prætorem* quid petere. Proinde *Perſequi dicimur rem ſiue noſtram, ſiue nobis pignori obligatam, ſiue nobis debitam. Per actionem Perſequi.* l. 2. C. ad leg. Fab. de plagiar. *Iudicio priuato legis Aquiliæ damnum Perſequi.* §. liberum. Inſtitut. de l. Aquil. *Mandati iudicio Perſequi.* l. 16. D. mandati. *Ius Perſequendi iudicio quod ſibi debetur.* Inſtit. de action. in princ. *Hæres tutoris appellationis cauſam Perſequi debet.* l. 27. D. de appellation. *Ad Perſequendas*

in inte-

in integrum restitutionum, finiendásque causæ. l. 5. C. de temporib. in integr. *Si eam litem quam procurator inchoasset dominus comprobans Persequeretur.* l. 5. D. rat. rem hab. *Persequendæ litis obtentu.* l. 21. C. de procurat. *Super lite Persequenda.* l. 13. C. eod. tit.

Persequi videtur & qui satis accepit. l. 57. §. vlt. D. de verb. signif. *Dominium tibi Persequenti.* l. 10. C. de præd. minor. *Hypothecam Persequi.* l. 11. D. quib. mod. pign. *Iudicatum Persequi.* l. 39. §. tutores. D. de administr. & peric. l. 52. §. 1. D. de fideiuss. *Tutÿ creditor ius suum Persecutus est.* l. 30. §. vlt. D. de except. rei iudic. *Ius Persequendi retinendique patrimonij.* l. 3. §. bonorum. D. de bonor. possess. *Persequi pignora.* l. 14. D. de pignor. l. 9. C. de præd. minor. *Quasi Seruiana qua creditores pignora hypothecás ve Persequuntur.* §. item Seruiana. Institut. de action. *Qui pignoris iure rem Persequuntur.* l. 12. §. 1. D. quib. mod. pign. *Rem Persequi.* l. 32. D. de fideicommiss. libert. l. 82. §. 1. D. de furt.

Quædam actiones rei Persequendæ gratia comparatæ sunt, quædam pœnæ Persequendæ. §. sequens. Institut. de actionib.

Nec tantùm qui priuata actione experitur, sed & qui accusat, postulat, defert, *Persequi* dicitur. *Per procuratorem accusationem Persequi non potes.* l. 16. C. ad l. Cornel. de falsis. *Quominus crimen intra statutum tempus Persequerentur.* l. 21. §. idem respondit. D. ad municipal. *Expilatæ hæreditatis crimen Persequi.* l. 2. C. de crimin. expil. hæred. *Legis Fabiæ crimen Persequi.* l. 1. & l. 2. C. ad l. Flau. de plagiar. *Persequi crimina.* l. 1. C. de general. abolit. *Criminis causam Persequi.* l. 1. C. de furt. *Ea quæ vltionem & mortem filij Persequi allegat.* l. 9. C. de his qui accus. *Si mulier suam suorúmque Persequatur iniuriam.* l. 12. C. de his qui accus. non poss. *Nisi suas suorúmque iniurias quis Persequatur.* l. 16. C. de iis qui accus. *Persequi reum.* l. 17. D. ad SC. Turpill. *Lex Viscellia libertinæ conditionis homines Persequitur.* l. 1. C. ad leg. Viscell. *Qui mandauit seruum fugitiuum Persequendum.* l. 2. D. ad l. Fab. de plag. *Eum testator grauissimis inimicitiis Persecutus.* l. 22. D. de administr. legat.

Persequi aliàs est *insequi.* l. 44. D. de adquir. rer. dom. *Fera bestia eò vsque nostra videtur, donec eam Persequamur: quòd si desierimus eam Persequi, desinere nostram esse.* l. 5. §. 1. D. de adquir. rer. domin. *Si pauonem meum mansuetum Persecutus sis, quoad is perit.* lege 37. D. de furt. *Cauere de re Persequenda, veluti de seruo qui in fuga est.* l. 16. §. vlt. D. de rei vindic.

PERSECVTIONIS verbo, ait Vlpianus, *extraordinarias Persecutiones puto contineri, vt putà fideicommissorum, & si quæ aliæ sunt quæ non habent iuris ordinarÿ exsecutionem.* l. 178. §. actionis. D. de verbor. signific. id est *quarum cognitionem extra ordinem magistratus ipsemet suscipit, qui iure ordinario non cognoscere ipse, sed iudices dare solet.*

Et ita *Persecutio ab actione petitionéque separatur*, vt in stipulatione Aquiliana. *Quæcumque mihi tecum actio, quæque aduersus te petitio*, vel *aduersus te Persecutio est.* l. 13. §. vlt. D. de acceptil. & §. est prodita. Institut. quib. mod. obligat. toll. *Sic & in stipulatione de rato, cuius de ea re actio, petitio, Persecutio sit.* l. 23. D. rat. rem hab. *Actionem Persecutionémque castrensium rerum etiam inuito patre habet.* l. 4. §. 1. D. de castr. pecul. *Quibus debetur ex quacunque actione vel Persecutione.* l. 10. D. de verbor. oblig.

Similique modo, *vt Persecutiones ab actionibus & petitionibus seiunguntur.* l. 49. D. de verb. signific.

Papinianus vtique ita hæc distinguit: *Actio in personam infertur, petitio in rem, Persecutio in rem vel in personam.* Verùm subtilis hæc verborum differentia plerumque confunditur. Namque *actionis verbo etiam Persecutionem contineri*, tradit Paulus l. 34. D. de verb. signif. *Fideicommissi Persecutio.* l. 3. D. de vsur. l. 32. D. de fideicommiss. libert. lege 14. C. de donation. inter vir. Eadem *& fideicommissi actio vocatur.* l. vlt. §. quatuor. D. de legat. 2.

Denique *Persecutionis* appellatio latius patet: atque ad quaslibet actionum petitionúmque species porrigitur. *Persecutio qua actor experitur.* Institut. de exceptionib. *Postulare Persecutionẽ bonorum.* l. 45. §. qui pro alio. D. de iur. fis. *Partam ex causa iudicati Persecutionem.* lege 40. D. de minorib. *Non esse denegandam actionem eligentibus priuatam Persecutionem.* l. 2. §. 1. D. de vi bonor. rapt.

Persecutio delictorum aut propria aut communis. l. 2. D. de re milit. *Persecutio eorum quæ vi vel furto ablata sunt.* l. 1. C. de his quæ vi met. *Denegari Persecutionem hæreditatis.* l. 5. §. non solùm. D. de legat. præstand. *Dabitur legati Persecutio.* lege 16. §. si quis. D. de bon. libert. *Non omnino legati Persecutio datur.* l. 14. C. de donat. int. vir. *Licet legatario sui iuris Persecutionem deteriorem constituere.* l. 46. D. de pactis. *Persecutio nominis.* l. 2. C. de donationib. *Pecuniæ.* l. 16. C. de donation. inter vir.

Pignoris vel hypothecæ Persecutio in rem est. l. 18. C. de pignor. *Pignoris Persecutio concedenda nõ*

est creditori. l. 41. D. de pigner. act. *Pignoris Persecutio datur.* l. 1. §. vlt. D. de Saluiano interd. *Secundi pignoris neque Persecutio dabitur.* l. 40. §. vlt. D. de pignerat. act. *Dandam pignoris Persecutionem.* l. 14. C. de pignor. *Persecutio pignoris non denegabitur.* l. 4. C. ad SC. Macedon. *Salua est.* l. 44. §. non mutat. D. de vsurpat. *Pignoris habere Persecutionem.* l. 8. C. de pignorib. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun. *Pignoris Persecutionem perseuerare.* l. 29. §. domus. D. de pignorib. *Aduersus pignoris Persecutionem exceptione vti.* l. 5. §. 1. D. de diuer. tempor. *Creditorem non prohibendum à Persecutione pignorum.* l. 22. D. quæ in fraud. credit. *Persecutione pignoris omissa.* l. 24. C. de pignor.

Pœnæ *Persecutio.* l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpil. l. 33. D. de obligat. & action. *Vt non in singulos detur pœnæ Persecutio.* l. 32. D. ad l. Aquil. *Cùm furti actio ad pœnæ Persecutionem pertineat.* l. 54. D. de furt.

Condictio rei furtiuæ, rei habet Persecutionem. l. 7. §. vlt. D. de condict. furt. *Iudicati actio rei Persecutionem continet.* l. 6. §. vlt. D. de re iudic. *Actio Fauiana habet rei Persecutionem.* l. 3. §. 1. D. si quid in fraud. patron. *Actio de damno infecto rei Persecutionem habet.* l. 4. §. vltimo. D. de dam. infect.

Quod ex sepulcri violati actione capitur, non in rei Persecutione, sed in vindicta est constitutum. l. 10. D. de sepul. viol. *Mandare potest earum rerum Persecutionem.* l. 2. §. peruenisse. D. de hæred. vel act. *Vsufructuario denegabitur per Prætorem Vsusfructus Persecutio.* l. 3. D. si ex nox. cau.

Sed & *bestiarum fugientium Persecutio dicitur.* l. 5. D. de adquir. rer. domin. *Cùm effugerunt bestiæ nostram Persecutionem.* l. 44. D. de adquir. rer. domin.

PERSEVERARE, est *durare, permanere. Si seruus liber factus in eodem actu Perseueret.* l. 37. D. de administr. & peric. *Si tutor in administratione connexa Perseuerauerit.* l. 11. C. arbitr. tutel. *Si tutores in eadem contumacia Perseuerauerint.* l. 3. C. de suspect. tutor. *Cauent Perseueraturos se in crimine Vsque ad sententiam.* l. 7. D. de accusat. *Perseueranti tutori in tutelæ administratione.* l. 32. D. de minorib. *Si qui tutores fuerint in administratione Perseuerantes.* lege 4. Digestis quan. ex fac. tutor.

Si aduersarius in eadem contumacia Perseuerauit. l. 8. C. quom. & quand. iud. *Si filius in pari contumacia Perseuerauerit.* l. 3. C. de patr. potest.

Perseuerare in eadem cura. l. 25. D. de tutor. & curat. *Filius in eodem furore in diem mortis Perseuerans.* lege 32. §. duas. D. de vsu & vsufr. leg. *Si quis suum negotium deseruerit nolens in lite improba Perseuerare.* l. 10. §. vlt. D. de iudic.

Si cum filio meo in matrimonio Perseuerauerit. l. 101. §. socrus. D. de condit. & demonstr. *Quæ post commissum adulterium in eodem matrimonio Perseuerauerit.* l. 11. §. volenti. D. ad leg. Iul. de adulter. *Si diuersa pars Perseuerat in eadem obstinatione.* l. 5. C. de ingenuis manumiss. *In eodem officio Perseuerare.* l. 37. D. de administr. & peric. *Perinde ac si in possessione Perseuerasset.* l. 15. §. si quis metu. D. de dam. inf. *In potestate aui Perseuerasse.* l. 7. C. de patr. potest. *Non sufficit litem instituere si non in querela Perseuereret.* l. 15. §. 1. D. de inoffic. testam. *Si in societatem filius post mortem patris Perseuerauerit.* l. 42. §. 1. D. de adquir. hæred. *Si in eadem temeritate deprehensi Perseuerauerint.* l. 28. §. solent. D. de pœnis. *Si in viduitate mulier Perseuerat.* l. 15. §. si in. D. ad leg. Iul. de adulter.

Si in eadem voluntate Perseuerat. l. 65. D. de ritu nupt. *Si is qui vendidit in eadem voluntate Perseueret.* l. 3. D. de ser. export. *Licet in donandi voluntate Perseuerauerit.* l. 15. C. de donat. int. vir. *Pater si filiofam. aliquid donauerit, & in ea voluntate Perseuerans decesserit.* Paul. lib. 5. sentent. tit. 11. *Viuente venditore, & Perseuerante in eadem voluntate.* l. 3. D. qui sine manumiss.

Si actor agere iniuriarum Perseueret. l. 17. §. ait prætor. D. de iniur. id est *pergat. Qui Perseueret ex stipulatione petere.* l. 2. §. circa. D. de do. ma. & met. except. *Si Perseuerauerit mulier in petendis quinque libris,* &c. l. 34. §. vlt. D. de auro argen. *Dominus rerum hæreditariarum Perseuerauit.* l. 6. C. de hæred. vel act. vend. & l. 3. C. de his qui à non dom. *Hi bonorum fuerunt & esse Perseuerant.* l. 12. §. 1. D. de capt. & postlim. *Qui in locum absentis reipubl. causa tutores dati sunt, mortuo illo tutores Perseuerent.* l. 12. D. de tutelis. *Si adhuc cura Perseueret.* l. 16. §. vltimo. D. de tutel. & rationib.

Perseuerare legatum. l. 32. §. duas. D. de vsu & vsufr. leg. id est *non intercidere, sed permanere. Dotis petitio Perseuerante matrimonio non competebat.* l. 5. C. de collat. id est *constante & manente.*

Obligationem personalem Perseuerasse. l. 11. D. quib. mod. pign. *Pignus Perseuerare.* l. 14. D. de pignor. *Non potest pignus Perseuerare domino constituto creditore.* l. 30. §. vlt. D. de except. rei iudic. *Pignoris persecutionem Perseuerare.* l. 29. §. domus. D. de pignorib. *Si voluntas non Perseuerat.*

l. 1. §.

l. 1. §. prodeſt. D. quod legator. *Si cautũ non Perſeueret.* l. 20. §. adiicitur. D. de oper. no. nũciat. *Si Perſeuerantia apparuit iudicium animi fuiſſe.* l. 3. D. de diuort.

PERSOLVI dicitur quod in totum ſoluitur. *Niſi priùs debitũ emptori, eidémque cohæredi Perſolueretur.* l. vlt. §. quatuor. D. de legat. 2. *Perſoluta Pecunia* l. 2. §. ſi ſub conditione. D. pro empt.

PERSONÆ pro *hominibus* vſurpantur. *Omne ius vel ad Perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.* l. 1. D. de ſtat. homin. *Summa de iure Perſonarum diuiſio hæc eſt, quòd omnes homines aut liberi ſunt, aut ſerui.* l. 3. D. de ſtatu homin. De *Perſonarũ ſtatu*, id eſt hominũ. l. 2. D. de ſtatu homi.

Perſona ergo non modò *liberum caput, ſed & ſeruile* ſignificat. *In Perſonam ciuilem nulla cadit obligatio.* l. 23. D. de diuerſ. reg. *Ex Perſona patris vel domini* l. 11. D. de legat. 1. *In Perſona filij.* l. 19. §. ſeruus. D. de ſtipulat. ſeruor. *In cuius Perſona ſtipulatio conſtitit.* l. 11. D. de ſtipulat. ſeruor. *In ſtipulationibus nunquam Perſonam ineſſe, niſi expreſſa ſit.* l. 126. §. Chryſogonus. D. de verb. obligat. *Perſonæ quæ ex virili ſexu vel ex fœminino deſcendunt.* l. 1. §. vlt. D. de legat. præſt. *Pupillus in his quæ à ſubſtituto relinquuntur Perſonam ſuſtinet eius à quo ſub conditione legatur.* l. 7. §. vlt. D. de liberat. legat. *Hoc in eorum Perſona conceſſum eſt qui.* &c. l. 57. D. de adquir. rer. dom. *In quibus factum Perſonæ deſideratur.* l. 61. D. eod. tit.

Perſonæ cohærere dicuntur iura quæ *Perſonas* non egrediuntur, eorúmque quibus competunt morte extinguuntur, nec ad hæredes tranſeunt.

Ius fruendi morte extinguitur, ſicuti ſi quid aliud quod Perſonæ cohæret. l. 3. §. vlt. D. quib. mod. vſusfr. *Conditiones quæ Perſonis cohærent.* l. 6. §. vlt. D. de ſtatuliber. *Munera quæ Perſonis cohærent.* l. 1. C. de mulierib. quæ offic. lib. 10.

Ius aquæ dandæ quod prædiis datur, extincta Perſona non extinguitur: quod datur Perſonis, cum Perſonis amittitur. l. 1. §. permittitur. D. de aqua cottid.

Perſona vt plurimum *cauſæ & rei* opponitur. *Tutor Perſonæ non rei vel cauſæ datur.* l. 14. D. de teſtament. tut. *Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam Perſonæ, quæ ad hæredem non tranſeunt.* l. 196. D. de diuerſ. reg. *Seruitutes aut Perſonarum ſunt, aut rerum.* l. 1. D. de ſeruitutib. id eſt *hominum.* aut *prædiorum*, vt l. 15. D. eod. tit. *Hauſtus aquæ, pecoris ad aquam appulſus, eſt ſeruitus Perſonæ.* l. 14. §. vlt. D. de aliment. vel cibar. legat.

In Perſonam & in rem inuicem pugnant. *Sic in Perſonam & in rem actio* aduerſantur. *Actiones aut in rem ſunt, aut in Perſonam. Namque agit vnuſquiſque aut cum eo qui ei obligatus eſt, vel ex cõtractu, vel ex maleficio, quo caſu proditæ ſunt actiones in Perſonam per quas intendit aduerſarium ei dare aut facere oportere.* §. 1. Inſtitut. de action.

In Perſonam actio, quæ & *condictio* appellatur, qua *cum eo agimus qui obligatus eſt nobis ad faciendum aliquid, vel dandum, & ſemper aduerſus eundem locum habet.* l. 25. D. de obligat. & action. *Litis nomen omnem actionem ſignificat, ſiue in rem ſiue in Perſonam.* l. 36. D. de verb. ſignif. *Siue in Perſonam ſiue in rem ſit petitio.* l. 178. §. actionis. D. de verb. ſignific. *Actionem fideicommiſſi in Perſonã competentem.* l. vlt. §. quatuor. D. de legat. 2.

Pactum ſi in rem conſtituatur, & ſi *in Perſonam* conceptum eſt, opponuntur. l. 17. §. pactum. D. de pactis. *Similitérque ſi in rem paciſcatur, & ſi in Perſonam pactum conceptum eſt*, pugnant. l. 21. §. 1. D. eod. tit. *Si ex altera parte in rem, ex altera in Perſonam pactum conceptum ſit.* l. 57. D. eod. tit. *Tale pactum profiteor te non teneri, non in Perſonam dirigitur.* l. 40. D. de pactis.

Perſonarum munera. l. 1. D. de munerib. *Munera quæ Perſonis cohærent.* l. 1. C. de mulier. quæ lo. muner. ſex. lib. 10. *Munera ciuilia quæ perſonis mandantur.* l. 1. C. de ſumpt. recuper. lib. 10.

PERSONALE, quod *Perſonæ* cohæret, *non rei aut cauſæ*: quod cum *Perſona* extinguitur, nec ad hæredẽ tranſit: quod *Perſonam* nõ egreditur. *An Perſonale beneficium ſit.* l. 63. §. 1. D. pro ſocio. id eſt, *an ſoli ſocio*, non item *fideiuſſori* eius detur. *Hoc legati Perſonale beneficium eſt.* l. 28. D. de iudiciis. *Tale beneficium Perſonale eſt, & cum perſona extinguitur.* l. 13. D. ſol. matrim.

Ex conſtitutionibus Principum quædam ſunt Perſonales, quæ nec ad exemplum trahuntur. nam quæ princeps alicui ob merita indulſit, vel ſi quam pœnam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, Perſonam non egreditur. l. 1. D. de conſtitut. princ. §. quodcunque ergo. Inſtitut. de iure natur. *Cùm ſtipulatus fuerim illud aut illud quod ego voluero, hæc electio Perſonalis eſt.* lege 76. D. de verb. obligat. *Quotiens cohæret Perſonæ id quod legatur, veluti Perſonalis ſeruitus, ad hæredem eius non tranſit: ſi non cohæret, tranſit.* l. 8. §. tale. D. de liberat. legat.

Sic & *Perſonale pactum.* l. 21. & l. 25. §. vlt. D. de pact. id eſt in *Perſonam conceptum.* vt l. 17. §. pactum. l. 21. §. 1. & l. 57. D. de pact. *quod alij non prodeſt præterquàm ei ſoli cum quo conuentio facta eſt: quod ad alium non pertinet, quemadmodum nec ad hæredem*, vt ead. l. 25. §. vlt.

Perſonalis actio. l. 38. D. de iudic. *Vt & Perſonales actiones.* l. 178. §. actiones. D. de verb. ſignific. *Huiuſmodi enim actiones hæredi & in hæredem dantur, nec perſonis contrahentium cohærent: ſed*

ideo Personalis actio quòd in personam sit detúrque, non in rem. Vnde & in personam appellatur. l. 25. D. de obligat. & action. l. 36. Digestis de verborum signific. seu *in personam competens*, vt l. vlt. §. quattuor. D. de legat. 2. seu *quæ in personam infertur*, vt l. 28. D. de obligat. & action. *nimirum per quam intendit quis aduersarium ei dare aut facere oportere.* §. 1. Institut. de actionib.

Petitio hæreditatis etsi in rem actio sit, habet tamen præstationes quasdã Personales. l. 25. §. petitio. D. de hæred. petit. *Interdicta omnia licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa Personalia sunt.* l. 1. §. vlt. D. de interdict.

Personalis obligatio. l. 11. D. quib. mod. pign. *Personale munus est quod corporibus, labore, cura, solicitudine animi ac vigilantia solemniter extitit.* l. 1. §. 1. D. de munerib. ex qua pete huiusmodi munerum exempla. *Personalia munera sunt quæ animi prouisione & corporis & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur, veluti tutela vel cura.* l. vlt. D. eod. tit. *Personalium munerum vacatione perfrui.* l. 1. C. de decurionib. lib. 10.

PERSTARE est *perseuerare. Qui pecuniam deponere peruicaciter Perstant.* l. 3. §. qui pecuniam. D. de suspect. tutor.

PERSVADERE τῶν μέσων est. nam & *bonum consilium quis dando potest suadere, & malum.* l. 1. §. persuadere. 2. D. de ser. corrup.

Persuadere est plus quàm compelli atque cogi sibi parere. ibid. *Si legatarius hæredi adhuc ignoranti substantiam hæreditatis vltrò iurando vel quadam alia fallacia Persuaserit.* l. 23. D. de do. ma. *Si quis dolo malo Persuaserit quid seruo.* l. 5. §. si quis. D. de ser. corr. *Filio facilè Persuasit.* l. 26. §. 1. D. de pignor. *Qui seruo Persuasit vt fugeret.* l. 36. D. de furt. *Si quis seruo Persuasit vt se præcipitet.* ibid. *Qui vt seruus stuprum pateretur Persuadet.* l. 2. D. de ser. corr. *Si duo serui inuicem sibi Persuaserunt, & ambo simul aufugerunt.* l. 36. §. vlt. D. de furt. *Vt patri Persuadeatur ne acerbè patriam potestatem exerceat.* l. 1. §. vlt. D. de liber. exhib.

PERTICÆ in *materiæ numero, non lignorum redimuntur, vt pote quæ fulciendi causa parantur.* l. 56. D. de legat. 3. *Perticæ his quæ vineis necessaria sunt adnumerantur.* l. 1. D. de tigno iunc. *Perticæ quibus araneæ detergantur.* l. 12. §. item Perticæ. D. de instruct. vel instrum.

Verbum PERTINERE latissimè patet. *Nam & eis rebus petendis aptum est quæ dominij nostri sunt, & eis quas iure aliquo possideamus, quamuis non sint nostri dominij. Pertinere ad nos etiam ea dicimus quæ in nulla eorum causa sunt, sed esse possunt.* l. 181. D. de verbor. signific. *Seruus quem eo iure ad se Pertinere nolunt.* l. 36. D. de stipulat. seruor. *Cùm legataria fideicommissũ ad se Pertinere noluisset.* l. 43. D. de action. empt. *Si quis rem sibi legatam voluerit ad se Pertinere.* l. 44. §. 1. D. de legat. primo. *Si Seius legatum ad se Pertinere voluerit.* lege 64. Digestis de furt. *Ad causam testamenti Pertinere videtur id quodcunque quasi ad testamentum factum sit.* lege 2. §. 1. Digestis testamen. quemad. aper.

Codicilli, vel quid aliud ad testamentum Pertinens. l. 3. §. si quis extra. D. ad exhibend. *Ad testamentum quod quoquo tempore fecisset, Pertinent codicilli. Etenim testamento facto codicilli ius eius sequuntur.* l. 16. Digestis de iure codicill. *Proinde verba hæc testatoris, si quid ad hoc testamentum Pertinens reliquero, etiam codicillos ante testamentum hoc scriptos comprehendunt.* l. 18. D. eod. tit.

Interdum de tabul. exhibend. Pertinet non tantùm ad testamenti tabulas, verùm ad omnia quæ ad causam testamenti Pertinent, vtputa ad codicillos. lege prima. §. hoc interdictum. Digestis de tabul. exhibend.

Rupto testamento posthumi adgnatione codicillos quoque ad testamentum Pertinentes non valere. l. 1. C. de codicill.

Quod ad causam testamenti Pertinens relictũ erit. l. 3. §. quod ad causam. D. de SC. Silanian. *Si aliquid Pertinens ad testamentum faciat.* l. 21. §. vlt. D. qui testam. fac. *Eius quod ad causam nouissimi patris vestri iudicij Pertinet.* l. 3. C. quemadm. testam. aper.

Quæ ante iudicium contingunt, non valdè ad iudicem Pertinent. l. 25. §. item sciendum. D. de ædil. edict.

Ad Prætorem pertinebit vtsi possit dies compromissi proferri, proferatur. l. 12. D. de recept. qui arbi.

Pertinet ad officium iudicis. l. 10. D. de vsufr. quemad. caue. l. 1. §. 1. D. de vsur. *Magistratus.* lege vlt. §. imperatores. D. ad municipal. *Patris.* l. 17. §. quod deinde. D. de iniur.

Pertinere, interdum est *porrigi, extendi. Posteriores leges ad priores Pertinent.* l. 28. D. de legib. id est trahuntur. vt l. 27. D. eod. tit. *Leges quoque ad eas personas, & eas res Pertinent, quæ quamloque similes erunt.* l. 27. D. de legib.

Generi posterisque datæ custoditæque immunitates ad eos qui ex fœminis nati sunt, non Pertinent. l. 1. D. de iure immunit. *Pœna tua ad reum promittendi non Pertinebit.* lege 3. §. si is pro quo. D. quod quis. iur. *Ad hæredes patris non Pertinere iniuriam filiofam. factam.* l. 17. §. vlt. D. de iniur.

Hæc

Hæc autem verba, IS AD QVEM EA RES PERTINET, variam habent in prætoriis edictis, & in ſtipulationibus interpretationem. *Plerunque certè ſic intelliguntur, vt qui in vniuerſum dominium vel iure ciuili, vel prætorio ſucceſſerint,* continentur. l. 70. D. de verb. ſignific. Atque ita in Ædilium edicto verba hæc, *Emptori, aliſque ad quos ea res Pertinet, accipimus.* l. 1. §. 1. l. 19. §. deinde. l. 37. §. qui mancipia. D. de ædilit. ed. Vnde in l. 53. D. de obligat. & act. cùm adiicitur, ait, *Eiue ad quem ea res pertinebit, & adrogati & eorum, qui iure nobis ſuccedunt, perſonas comprehendimus. Iiſdem verbis hæredes & bonorum poſſeſſores & cæteri ſucceſſores demonſtrantur* in l. 1. §. prodeſt. & §. ſi alter. & l. 2. §. 1. D. quod legator.

Verba hæc, *is ad quem ea res Pertinet,* ſic intelliguntur, vt qui in vniuerſum dominium vel iure ciuili vel iure prætorio ſuccedit, contineatur. l. 70. §. vlt. D. de verborum ſignific. Eodémque modo & in l. 40. D. ſi cert. pet. & l. 33. §. pater emancipato. D. de legat. tertio. hæc verba accipimus. Sed & in Edicto de Iureiurando, & in Cautione de rato, non eos tantùm qui in ius vniuerſum, ſed & qui in rem ſucceſſerint, ea verba complectuntur. l. 7. & l. 8. D. de iureiur. lege 3. l. 22. §. in ſtipulatione. lege 23. Digeſtis rat. rem habe. Hæredes cæterique ſucceſſores ad quos ea res Pertinet. l. 3. §. vlt. D. de contra. tut. Hæres ad quem ea res Pertinebit. l. 126. §. Chryſogonus. D. de verbor. obligat. In Edicto verò de ventre inſpiciendo, eos continent, quorum intereſt partum non edi, vel totam habituros hæreditatem, vel partem eius, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento.

De partu ſuppoſito accuſant parentes, aut hi ad quos ea res Pertinet. lege 30. Digeſtis de l. Cornel. de falſ.

At his edicti de procuratorib. Verbis, Ratum habere eum ad quem ea res Pertinet, dominus tantùm cõtinetur, non etiam creditores. l. 33. §. ait prætor. l. 39. §. alieno. & §. quæritur. D. de procuratorib. *In Edicto de bonis auctoritate iudicum poſſidendis iiſdem verbis etiam curator bonis diſtrahendis datus & ipſemet debitor ſi contigerit, vt eius bona veneant, continebitur.* lege 9. in princ. & §. his verbis. Digeſtis de bon. auct. iud. *Plenius verò in lege Iulia de adulteriis hæc verba accipiuntur, vt bonæ fidei emptores, & fructuarios, & qui pignori acceperunt, & omnes quorum intereſt comprehendant.* l. 27. D. ad leg. Iul. de adulter. *Hæc eadem verba in ſatiſdatione, quæ ab adrogatore præſtari debet, non hæredes duntaxat legitimos, ſed & ſubſtitutos, & eos quibus libertates datæ vel legata relicta ſunt, complectuntur.* l. 8. l. 19. D. de adoptio.

Pertinere videntur rationes, quod ad verba Edicti de edendo attinet, ſi eas argentarius, actore vel procuratore eius mandante, tractauerit.

Pertinere quoque videtur ad procuratorem ratio, quam cum domino habet. Ad nos quoque pertinet non tantùm cum ipſi contraximus, vel ſucceſſimus ei, qui contraxit, ſed etiam ſi is, qui in noſtra poteſtate eſt, contraxit. l. 4. in princ. l. 6. §. ex hoc edicto. lege 9. in fin. D. de edendo. *Qui ad iuriſdictionem eius cui negant obſequi, Pertinent.* l. 53. §. vlt. D. de re iudic. *Si ad notionem Præſidis Pertinet.* l. 26. D. de appellation. *Inter ipſos, aut qui ad eos Pertinent.* lege 5. §. generaliter. Digeſtis de donat. inter vir.

Qui nihil ad ſe Pertinentes latrones recipiunt. l. vlt. D. de receptator.

Semproniam Pertinere ad animum meum cognouiſti. l. 60. §. 1. D. manda.

Cauſam ad ſe Pertinentem idoneè tueri. l. vlt. §. vlt. D. de appellat. *Item ad ſe Pertinentem exſequi.* l. 24. §. vlt. D. eod. tit. *Cùm omnis exſecutio appellationis ad adultos Pertineat.* l. vlt. §. vltimo. D. eod. tit.

Eò Pertinet ſcire vt poſſideat. l. 20. §. vlt. D. de interrogat. *Eò Pertinet vt.* l. 1. §. vlt. D. de inſpicien. ven. *Quod maximè quæri Pertinere ait.* l. 34. §. vlt. D. manda. *Nec ad rem Pertinere.* l. 93. D. de condit. & demonſt.

Pertinere etiam *Competere* ſignificat. *Damni infecti ſtipulatio Pertinet, etiam ſi quid eius operis quod in fundo meo aquæ ducendæ cauſa vitio damnum mihi contigerit.* lege 30. Digeſtis de damno infecto.

Hos quoque ad SC. Pertinere. l. 60. D. de ritu nupt. id eſt *ſententia SCti contineri,* vt ibid. *Ad hoc SC. vindicta mortis non Pertinebit.* l. 1. §. occiſorum. D. de SC. Silan. *Ad teſtamenta militum SC. Pertinet.* l. 1. §. ad teſtamentum. D. de leg. Corn. de falſ. *An ad eos qui hodie de iudiciis publicis extra ordinem cognoſcunt, SC. Pertineat.* l. 15. §. 1. D. ad SC. Turpil. *SC.ta ad eas cauſas Pertinentia.* l. 20. D. de fideicommiſſ. libert.

Eiuſdem generis ac notæ ſunt quæ ſequuntur. *Neque filij libertorum, neque ſucceſſores ad hoc beneficium Pertinebunt.* l. 1. C. de reuocan. donat. *Teſtamentum militum ad commune ius Pertinet.* l. 25. D. de teſtam. milit. *Teſtamentum militis ad militum priuilegia non Pertinebit.* l. 20. §. vlt. D. eod. tit.

Qui honestiori loco nati sunt non debent ad hanc pœnam Pertinere. Vlpian. in lege Dei, tit. 12.

Ad ea sola opera Pertinere interdictum. l. 7. §. notauimus. D. quod vi aut clam. *Interdictum Pertinet ad tabulas testamenti.* l. 1. §. hoc interdictum. D. de tabul. exhib.

Doli clausula non Pertinet ad eas partes stipulationis de quibus nominatim cauetur. l. 119. D. de verbor. obligat. *Pertinent codicilli ad vxorem & filiam.* l. 78. D. ad SC. Trebell.

Hæc verba, *quem liberum, ad omnem liberum Pertinent.* l. 3. §. 1. D. de homin. liber. *Is cui potest restitui, non Pertinet ad stipulationem.* lege 3. §. vlt. D. vsufr. quemadm. cau. *ad exceptionem Pertinere.* l. 1. D. de litigios. *Si filij ancillæ ad libertatem Pertinere non possint.* l. 13. §. vlt. D. de manum. testam.

Pertinere etiam *spectare* significat *& respicere.* & ita, commodum, incommodum, damnũ, periculum ad aliquem *Pertinere. Iniquum esse ad fideicommissarium damnum Pertinere ad quem augmentum non Pertinet.* l. 33. D. ad SC. Trebell. *Si quis tutor quidem non sit, periculum tamen tutelæ ad eum Pertineat.* l. 60. D. de rit. nupt. *Magis est vt ea res ad periculum venditoris non Pertineat.* l. 45. §. 1. D. de act. emp.

Ad inuidiam existimationémque suam Pertinere. l. 1. D. de inspic. ven. *Ad ignominiam alicuius Pertinere.* l. 3. C. quemadm. testam. aper. *Pertinere ad exemplum*, vide sup. lib. 5.

Ratihabitio ad confirmationem prioris postulati Pertinet. l. vlt. D. de bonor. possess.

Pertinere etiam *lex* dicitur ad ea in quibus locum habet. *Non solùm ad res proprias testatoris legatas, sed & alienas lex Pertinet.* l. 1. §. non solùm. D. ad l. Falcid. *Legem Corneliam ad filij familias militis capti testamentum Pertinere.* l. 39. D. de test. milit. *Ad veterani testamentum lex falcidia pertinet.* l. 40. D. ad l. falcid. *Legem Fauiam ad eos non Pertinere, qui.* &c. lege 2. D. de lege fab. de plag. *Lex Iulia repetundarum Pertinet ad eas pecunias quas,* &c. l. 1. D. de l. Iul. repetund. *Fundus dotali seruo legatus, ad legem Iuliam Pertinet, quasi dotalis.* l. 3. D. de fund. dot.

SC. Silanianum non solùm ad patresfamilias, verùm ad liberos quoque Pertinet. l. 1. §. domini. D. de SC. Silan. *Eo iure vtimur vt hoc SC. ad intestatos quoque Pertineat.* l. 6. §. 1. D. ad SC. Trebell. *An ad eos qui, &c. Senatusconsulta Pertinent.* l. 3. D. quib. ad libert. procl.

Quinetiam *Pertinere* ad constitutiones, ad rescriptum, ad edictum, ad legem, ad Senatusconsultum dicitur, quod edicti, legis, SCti verbis vel mente & sententia continetur. *Non videri literas ad constitutionem Pertinere.* l. 38. D. de liber. cau. *Ad constitutionem non Pertinebit.* l. 4. §. suis. D. de manumiss. *Constitutionis nostræ ad eam rem Pertinentis.* lege 1. C. de iis qui in prior. cred. *Secundum constitutiones ad id Pertinentes.* l. 4. C. de fideicommiss. libert.

Puto filium familias in castrensi peculio Pertinere ad hoc edictum. l. 13. D. ex quib. caus. maior. *Si quis in furto vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio, dedit aliquid, eum ad hoc edictum Pertinere.* l. 7. D. quod met. cau. *Si quis messem faciat, &c. ad edictum non Pertinere.* l. 1. §. edictum. 2. D. de oper. no. nuntiat. *Quæ diximus ad edictum Pertinere.* l. 8. D. quod met. cau. *Ad testamenta fœminarum edictum contra tabulas bonorum possessionis non Pertinet.* l. 4. §. ad testamenta. D. de bonor. possess. con. tab.

Sepulcri violati crimen potest dici ad legem Iuliam de vi publica Pertinere. l. 8. D. de sepul. viol. *Si gratis quis remisit adulterium, ad legem non Pertinet.* l. 29. §. Plectitur. D. ad l. Iul. de adulter. *Is qui operas, aut in singulas eas certam summam promisit, ad hanc legem non Pertinet.* l. vlt. §. vlt. D. qui & à quib. *Hic casus ad leg. Velleiam non Pertinet.* l. 29. §. quid si. D. de liber. & posth.

A rescusam Pertinere ad rescriptum sacrarum constitutionum. l. 43. D. de action. emp. *Ad rescripti authoritatem Pertinere.* l. 7. §. interdicere. D. de interd. & relegat.

PERTINGI, id est *attingi, inquietari.* l. 8. §. vlt. D. de negot. gest.

PERTVNDERE, est *perforare. Si tector laccum vino pleno Pertudit.* l. 27. §. vlt. D. ad legem Aquil. *Si vxor margaritas perforasset, vt Pertusis in linea vteretur.* lege 27. §. si cùm. D. ad legem Aquil.

PERVAGARI. *Si ignis Peruagatus ad prædium vicini peruenerit.* Vlpian. in lege Dei, tit. 12. id est, *vlterius euagatus & protensus.* vt l. 30. §. vlt. D. ad l. Aquil.

Peruasionis quæstio, id est spoliationis. Gregor. epist. 55. lib. 9.

PERVENISSE *propriè illud dicitur quod est remansurum.* l. 71. D. de verbor. signific. *& quod deductis oneribus ad aliquem Peruenit.* l. 16. §. 1. D. ad SC. Trebell. *Peruenire vtique cum effectu accipiendum est.* l. 164. §. vlt. D. de verbor. signif. l. 2. §. peruenisse. D. de hæred. vel act. *Proinde in S. consulto circa petitionem hæreditatis facto, si possessor vendidit, & euicta re restituit quod accepit, non videbitur ad eum Peruenisse, quia nihil apud eum remanet.* lege 20. §. bonæ fidei. D. de hæred. petit.

PERVENIRE est itinere confecto locum destinatum *contingere. Iter fuisse videtur viri causa, cùm*

sa, cùm vxor ad maritum Peruenit. l. 21. D. de donat. int. vir. *Cùm id agat vt maturè* Perueniat, *id est eodem tempore quo plerique eiusdem conditionis homines solent* Peruenire. l. 137. §. cùm ita. D. de verb. obligat. *Si maturissimè legatus in prouinciam* Peruenturus *sit.* l. 5. D. de offic. proconsul.

Peruenire etiam est *perduci.* Ita, ad libertatem *venire* dicitur seruus qui ad libertatem *perducitur*, qui liber efficitur, qui libertatem consequitur. l. 51. §. 1. D. de euiction. l. 20. §. Papinianus. D. de adquir. vel omitt. hæred. l. 83. §. vlt. D. de hæred. instit. l. 54. §. 1. l. 113. §. 1. & l. 114. §. si fideicommissum. D. de legat. 1. l. 1. l. 6. l. 13. l. 17. l. 30. l. 51. l. 54. D. de manumiss. testam. l. 20. D. de manumission. l. 4. D. de manumiss. vind. l. 3. §. hi quoque. D. de SC. Silan. l. 5. D. de statulib. l. 83. §. sacram. D. de verbor. obligat. l. 60. §. vlt. D. de furt. l. 18. D. de tutel. & ration. l. 4. §. si sub. & l. 32. D. de fideicommiss. libert. l. 1. & l. 11. C. eod. tit. l. 51. §. vltimo. & l. 94. Digestis de condit. & demonst. l. 4. §. siue autem. D. de manumission. l. 1. D. si is qui testam. liber. l. 1. C. si mancip. ita fuer. l. 4. C. de testament. manumiss. l. 4. C. de ser. pig. dato.

Si constante coniunctione ad libertatem seruus & serua Peruenerint. l. 39. D. de iur. dot. *Ex directo, an ex fideicommisso ad libertatem* Peruenire. l. 56. D. de manumiss. testam. *Vt quasi ex testamento ad libertatem* Perueniat. l. 10. §. 1. D. de fideicomm. *Postea quam ex testamento fratris Sempronius ad libertatem* Peruenerat. l. 25. §. vlt. D. ad SC. Trebell. *Si seruus ex constitutionibus D. Marci* Peruenerit *ad libertatem.* l. 3. §. 1. D. de suis & legit.

Qui hac lege venierint ne manumittantur, tamen ad libertatem non Peruenient. l. 9. §. vlt. D. qui & à quib. manum. *Is qui in testamento vetitus est manumitti, ad libertatem non potest* Peruenire. l. vlt. C. qui non poss. ad libert. *Si peregrinus ciuitatem Romanam* Peruenerit. lege 6. §. solenne. D. de hæred. instit.

Si legatum sit seruo postea quàm ille ad hostes Peruenit. l. 1. D. de capt. & postlim. *Qui vxorem prægnantem habebat, in hostium potestatem* Peruenit. l. 15. D. de iniust. rup. *Ij qui in hostium potestatem* Peruenerint. l. 22. D. de capt. & postlim. *Si hi qui testamenta fecissent, in hostium potestate non* Peruenissent. l. 13. D. qui testam. fac. *Si hi de quorum hæreditatibus & tutelis constituebatur, in hostium potestate non* Peruenissent. l. 22. D. de capt. & postlim.

Cùm id quod nasceretur in potestate patris non Peruenisset. l. 33. D. de testam. milit. *Si in meam potestatem* Peruenit. l. 55. D. de adquir. rer. domin. *Si quod ex rebus in dotem datis supererat, in potestatem hæredis* Peruenit. l. 12. D. de dote præleg.

Si legatarius in ius alienum Peruenerit. l. 14. §. vlt. D. quan. di. leg. *Si pater alicuius* Peruenerit *in adoptiuam familiam.* l. 3. §. si pater. D. de bonor. possess. cont. tab. *Si liberta ad eam dignitatem* Perueniat. l. 34. D. de oper. libert. *Bona ad fiscum* Peruenerant. l. 27. §. 1. D. de legat. 3. *Bona quæ ad fiscum* Peruenerunt. l. 3. C. de fideiussor.

Quominus ex his bonis ad hæredem aliquid Peruenisset. l. 1. D. si is qui testam. lib. *Quicquid ad te ex hæreditate bonisque meis* Peruenerit. l. 16. D. ad Senatusconsult. Trebell. *Is ad quem hæreditas ex emptione serui hæredis scripti* Peruenerit. l. 94. §. 1. D. de legat. 1. *Vt ex testamento hæreditas ad neminem* Perueniat. l. 15. D. de iniust. rup. *Quò tutela redit, eò hæreditas* Peruenit. l. 73. D. de diuers. reg. *Quanta pecunia ex hæreditate Titij ad me* Peruenit. l. 29. §. cùm ita legatum. 2. D. de legat. tertio. *Quicquid ex hæreditate mea ad te* Peruenerit. l. 25. D. ad SC. Trebell.

Mulier quæ ad communem filium volebat, post mortem patris fundum Peruenire. l. 49. D. de donat. int. vir. *Pro modo patrimonij quod ad filium* Peruenit. l. 126. D. de legat. 1. *Quæ ex testamento matris ad Mæuium libertum* Peruenerant. l. vlt. §. filium. D. de legat. 2. *Si ad eum cui donatio facta est res* Peruenerit. l. 12. D. si quid in fraud. patron. *Si nummi ad aliquem* Peruenerunt. l. 27. §. si quis de manu. D. ad l. Aquil. *Vtrum ex numeratione pecunia ad maritum sine causa, an per acceptilationem* Peruenerit. l. 10. D. de condict. cau. dat. *Si pecunia in rem pupilli* Peruenit. l. 33. D. de solutionib. id est versa est.

Partem dimidiam Stichi ad dominum Peruenire. l. 99. D. de legat. 1. *Is ad quem commodū* Peruenit. l. 4. C. de vsu & habit. *Si dominium ad te* Peruenerit. l. 4 C. de rei vendicat. *Iustis rationibus dominia seruorum ad maritum* Peruenerunt. l. vlt. C. de ser. pig. da. *Peto vt dos ad liberos* Perueniat. l. vlt. §. filiæ. D. de legat. 2.

Is ad quem Peruenit *legatum.* l. 26. §. si pro. D. de fideicommiss. libert. *Legatum ad emptorem non* Peruenturum. lege 26. Digestis de adimen. legat. *Si proprietas ad legatarium* Perueniet. lege 4. D. de vsu & vsufr. *Licet vsusfructus ad legatarium non* Peruenerit. lege 9. Digestis de vsu & vsufru.

Non tantùm *hæreditas* vel *fideicommissum* ad aliquem Peruenire, verùm etiam *Peruenire ad hæreditatem fideicommissum ve* quis dicitur. *Vt filias sui iuris constitutas ad hæreditatem auiæ* Peruenire

nire pateretur. l. 93. D. de condit. & demonstr. *Tardius ad fideicommissum* Peruenire. l. 63 §. rescripto. D. ad SC. Trebell.

Eodémque genere loquendi *creditor ad suum commodum & ad suum* Peruenire dicitur. *Creditoris arbitrio permittitur ad suum commodum* Peruenire. l. 8. C. de distract. pign. *non posse stipulatorem ad suum* Peruenire. l. 1. D. de eo quod cert. Cicero epist. 26. lib. 13. *Cùm illum studeo quamfacilimè ad suum Peruenire.* & epist. 14. lib. 13. famil. *Vt quàm commodissima conditione negotium conficiat, ad nummósque* Peruenia*t.*

Et ita quoque *colonum ad fructus* Peruenire ait Varro lib. 1. de re rust. cap. 4. *Non facilè euenire possit vt mora non præcedente* Peruenia*tur ad iudicem.* l. 3. D. de vsur. *Si quis fideiussorum ad inopiam* Peruenerit. l. 26. D. de fideiussor. id est redactus sit. *Etiam ad posthumos* Peruenit *stipulatio.* l. 5. D. de oper. libert. hoc est *pertinet, seu transit. Si ignis ad vicini insulam* Peruenerit. lege 27. §. huius legis. D. ad l. Aquil.

Si fructus Peruenia*nt.* l. 25. §. vlt. D. quan. di. legat. pro nascantur.

Peruenisse *planè antequam corpora rerum hæreditariarum venditor nactus sit, eatenus videtur, quatenus mandare potest earum rerum persecutionem, actionésque præstare. At vbi corpora nactus est, plenius peruenisse videtur. Nec tantùm si nactus sit, sed etsi dolo malo id egerit, ne ad eum perueniret, peruenisse existimabitur: veluti si alienauerit, aut accepto quem liberauerit, aut dolo malo id egerit, ne quid hæreditati acquireretur.* Quæ omnia fusissimè explicantur in l. 2. cum suis §§. D. de hæred. vel act. vend. *In eo legis* Iuliæ *capite, quo maritus quidquid ad eum ex bonis liberti peruenerit, restituere iubetur,* Peruenisse *accipimus, siue iam exegerit, siue exigere possit, quia actio ei delata est.* l. 4. §. 1. D. sol. matrim. Quæ interpretatio etiam in specie l. 23. D. de act. empt. facienda est. Hoc legato, QVANTA PECVNIA AD ME EX HÆREDITATE TITII PERVENIT, TANTVM DATO, *id continetur, quod ex ea hæreditate acceptum in tabulas suas testator retulerit, cautione à legatario præstanda, si quid fortè postea eius hæreditatis nomine hæres damnetur. Nec enim potest videri ad eum* Peruenisse, *quod eius hæreditatis nomine præstaturus est.* l. 29. §. cùm ita legatus. D. de legat. 3.

Planè cùm Prætor actionem in aliquem dat de eo quod ad eum Peruenit, *veluti in hæredes ex defuncti delicto, dolóue in municipes ex dolo eorum, qui res ciuitatis administrant, in dominum ex dolo procuratoris: sufficit, si vel momento ad eum* Peruenerit *ex dolo defuncti.* l. 170. D. de diuers. reg. l. 5. D. de calumniatorib. l. 1. §. vlt l. 3. & l. 9. D. de vi & vi arm. l. 16. §. 1. & §. penult. l. 18. in fi. l. 27. D. de dolo. l. 17. l. 19. D. quod met. cau.

In his enim causis satis est semel Peruenisse, *vt de eo perpetuò in hæredes actio competat: & si consumpto eo quod* Peruenerit, *hæres decesserit, in hæredem eius omnino actio datur. Re etiam semel in pecuniam aliámve rem conuersa, vltra non quærimus quis exitus sit.* l. 17. l. 18. D. quod met. caus.

Peruenisse *autem intelligitur id quo locupletior facta est hæreditas, vel quod in corpus patrimonij sit versum, vt certum sit ad hæredem* Peruenturum. *Idem est & si debitor liberatus, vel pecunia accepto lata sit, dolo malo hæredis factum, quo minus eo hæreditas augeretur.* l. 7. & l. 28. l. 29. D. de dolo. & l. 20. D. quod met. caus.

Quantum autem Peruenerit *litis contestatæ tempus spectabitur. Cæterùm qui rogatus est, quod ad se ex hæreditate bonisve* Peruenerit *cùm morietur restituere, fructus quos viuus perceperit, item quæ fructuum vice sunt, nisi alia testatoris mens appareat, non restituet.* l. 81. D. de legat. 3. l. 3. §. cùm Pollidius. D. de vsur.

Peruenisse *autem ad nos rectè dicitur, quod per nos ad alium* Peruenit, *vt in exemplo* l. 171. D. de verbor. signific.

Si adultus ad legitimam ætatem Peruenit. l. vlt. §. vlt. D. de appellat. *Liber esse iussus antequàm ad ætatem triginta annorum* Peruenire*t.* l. 46. D. de manumiss. testam. *Si Pontionilla ad eam ætatem* Peruenit. l. 3. C. quan. dies legat. *Donec filius ad vicesimum quintũ annum ætatis* Peruenerit. l. 21. §. filium. D. de annu. legat. *Cùm ad annum vicesimum quintum* Peruenerit. l. 18. §. ab hæredibus. D. de aliment. vel cibar. l. 10. C. de fideicomm. libert. *Donec ad vicesimum annum* Peruenerit. lege 62. D. ad SC. Trebell. *Antequàm ad annum tricesimum* Peruenire*t.* l. 16. D. de manumiss. testam. *Donec filius meus ad annos viginti* Peruenerit. lege 28. §. Sticho. D. de liberat. legat. *Quoad* Peruenie*t frater tuus ad annos quatuordecim.* l. 21. §. vlt. D. de annu. legat. *Si pupillus ad Pubertatem* Peruenerit. l. 81. §. vlt. D. de legat. 1. *Si posteaquàm pupillus ad pubertatem* Peruenerit. l. 10. D. rem pupil. vel adolesc. sal. fore. *Quod interim ad Pubertatem pupillus* Peruenerit. l. 22. D. de his quæ vt indign.

Cùm ad statum suum frater Peruenisset. l. 77. §. curatoris. D. de legat. 2. *Cùm filiæ meæ ad legitimum statum* Peruenerint. l. 5. C. quan. dies legat.

PERVICACITER, est *obstinato animo, contumaciter.* l. 3. §. qui pecuniã. D. de suspect. tut.

PER-

PERVIDES, id est *perspicis*. l. 11. C. de fideicomm. libert. lege 7. C. quod cum eo qui in alio.

PESTILENS fundus. l. 48. D. de ædilit. edic. l. penult. D. de reb. eor. id est *minus salubris*, quemadmodum Varrone & Cicerone ducibus auctoribúsque interpretor: qui *Pestilenti agro salubrem* opponunt. sic enim ille lib. 1. de re rust. cap. 4. *Vtilissimus autem is ager qui salubris est quàm alij, quod ibi fructus certus, quòd in Pestilenti calamitas.* Hic verò l. 1. de Diuinat. *Et sunt partes agrorum aliæ Pestilentes, aliæ salubres.* Seneca lib. 5. Controuers. *Pestilentem mihi domum arbor faciebat.* Sic *Pestilens regio Thuscorum* dicitur à Sidonio Apollin. lib. 1. Epistol. 5. Et ita *Pestilentem domum* accipe apud Cicer. lib. 3. Offic. & Plin. epist. 27. lib. 7.

Sanè interdum, vt Varro suprà citato loco scribit, propter terram aut aquam, odorémve quem aliquo loco eructat, *Pestilentiorem* esse fundum contingit: similitérque vel *odore solo Pestilentiosum locum fieri* traditur l. 2. §. Idem Nerua. D. ne quid in loco publ.

PESTIBILIS fundus, id est *Pestibiles herbas, vel lethiferas habens.* lege 4. C. de ædil. action. *cuiusmodi est saltus in quo herba mala nascitur.* l. 20. §. 1. D. locati.

PETO, precarium verbum est, & fideicommissis propriè conuenit, vt Vlpian. tit. 26. Regular. tradit. Exempla suppetunt ex l. peto. l. cùm filius. §. pater. D. de legat. 2. & aliis infinitis locis. *De te Peto vxor carissima.* l. 57. §. vlt. D. ad SC. Trebell. *Si probaueris Demetrium Petiisse de matre hæredéque tua.* l. 1. C. de fideicomm.

Petere iudicem, id est postulare sibi dari. *Si rursus eundem iudicem Petieris.* l. 2. C. de iudiciis. *Contra fratrem pro ancilla Petitus arbiter.* l. 13. C. de probationib.

Petere aliàs est *agere & iudicio experiri.* l. 12. §. vlt. D. rem rat. hab. *Si conuenerit ne fundum Peterem, & vsumfructum Petam*: aut *ne nauem ædificiúmve Peterem, & dissolutis his singulas res Petam.* l. 27. §. item si pactus. D. de pactis. *Qui certam pecuniam numeratam Petit.* l. 1. D. de condict. tritic. l. 1. C. de probation. *Petentem te exceptione summouebo.* l. 50. D. de solution. *Tempus quo Petit.* l. 4. D. de exception. id est quo agitur. vt l. 47. D. de solutionib.

Et ita *Petere* accipimus l. 112. D. de verbor. obligat. *Iudicio persequi*, seu *per iudicem Petere. Vinum quod per iudicem Petitum est.* l. 22. D. de reb. cred.

Proinde in stipulatione de rato in qua procurator promittebat rem ratam dominum habiturum, aut *amplius non Peti.* vt l. 14. D. rat. rem hab. *Verbum hoc, Amplius non Peti, Labeo ita accipiebat, si iudicio Petitum esset. Si autem in ius eum vocauerit, & satis iudicio sistendi causa acceperit, iudicium tamen cœptum non fuerit, ego puto non committi stipulationem amplius non Peti. hic enim non Petit, sed Petere vult.* l. 15. D. eod. tit. Et ita *Petitum* intelligitur post litem contestatam. l. 57. D. de solutionib.

Petere etiam *ex libertate in seruitutem*, & contrà, *ex seruitute in libertatem. Is qui ex libertate Petit in seruitutem.* l. 16. D. de bon. libert. *Qui ex libertate in seruitutem Petit.* l. 26. D. de liber. cau. *Si quis de libertate aliquem in seruitutem Petat.* l. 2. D. de iniur. *Qui in seruitutem libertum paternum Peteret.* l. 9. & l. 30. D. de bonis libert. *Seruum manumissum in seruitutem Petere.* l. 31. D. de liber. cau. *Si libertum in seruitutem Petierit hæres.* l. 33. §. 1. D. de fideicomm. libert. *Si is quem in seruitutem Petebas, liber pronuntiatus est.* l. 4. C. de liber. cau. *Si iam in seruitutem Petor.* l. 8. §. si is. D. quod met. cau. *Siue ex libertate in seruitutem, siue contrà Petantur.* l. 8. D. de re milit. *Qui in libertatem ex seruitute vel contrà Petitur.* l. 1. §. familiæ. D. de vi & vi arm.

Quod procurator eum in seruitutem Petierit, vel aduersus procuratorem ex seruitute in libertatem Petitus fuerit. lege 8. §. vlt. D. rat. rem hab. *Vtrum ex seruitute in libertatem Petatur ancilla, an ex libertate in seruitutem.* l. 21. C. de liber. cau. *Si in seruitutem Eutychia Petatur.* lege 20. C. de probation. *In seruitutem Peti.* l. 1. C. de remiss. pign. *Si aduersus procuratorem ex seruitute in libertatem Petitus fuerit.* l. 8. §. vlt. D. rat. rem hab.

In eo quod dicitur patronum qui libertum in seruitutem Petierit, remoueri à bonorum contra tabulas possessione. l. 14. D. de bon. libert. l. 33. §. 1. D. de fideicomm. libert. *In seruitutem Petisse non is videtur qui ei qui in possessione erat seruitutis, Petenti se in libertatem contradixit, verùm is qui ex libertate Petit in seruitutem.* l. 16. D. de bon. libert. *Mancipia non Petuntur in publicum.* l. 1. C. si ser. export. ven.

Petere etiam *postulare* significat. *Si filius non Petierit bonorum possessionem.* l. 20. §. si libertinus. D. de bon. libert. *Bonorum possessio Peti.* l. 1. §. sufficit. & §. linum. D. de bonor. poss. secund. tabulas.

Plerumque verò *Petere* est in *rem agere* seu *vindicare.* Ita *rem Petere.* l. 24. D. de rei vindic. *Rem suam per hanc actionem nemo Petet.* l. 1. §. vlt. D. de condict. tritic. *Suam rem ab aliquo Petere.* §. ex quibus ferè. & §. sic itaque. Institut. de action. *Petere vsumfructum.* l. 2. D. de oper. noui

nuntiat. l. 1. §. vlt. D. de remiſſionib. *Fundum Petiturus, nomen eius & quo loci ſit, dicere debebit.* l. 6. D. de rei vindicat.

Et Petere hæreditatem, id eſt, *ſuam eſſe intendere.* l. 3. l. 10. D. de petit. hæredit.

Sed & *Petere rem ſuam eſſe*, vox iuris eſt. *Si fundum meum eſſe Petiero.* l. 21. §. ſi fundum. D. de except. rei iudic. *Si quis Petat fundum ſuum eſſe.* l. 11. §. ſi quis autem. D. de except. rei iudic. *Si ſoli dominus Petat domum ſuam eſſe.* §. certè. Inſtitut. de rer. diuiſ. *Petere ſeruum tuum eſſe poteris.* l. 42. D. de liber. cau. *Si Stichum & Pamphilum tuos eſſe Petieris.* l. 21. §. ſi Stichum. D. de except. rei iudic. *Ipſam rem propria actione perſequitur quis*, id eſt *ſuam eſſe Petens.* §. ex maleficiis. Inſtitut. de action.

Honores Petere. l. 7. D. de munerib. & honor. l. 4. §. ad tempus. D. de re milit. *Si in municipio magiſtratum aut ſacerdotium quis Petierit.* l. 1. D. de l. Iul. ambit. *Petiturus magiſtratus vel prouinciæ ſacerdotium.* Paul. lib. 5. ſentent. tit. 30.

Tutor non poteſt Petere ſatis à contutore vel concuratore ſuo. §. 1. Inſtitut. de ſatiſdat. tutor. *Petenti ſatis moram non facere.* l. vlt. §. 1. D. quod legat.

PETITIO *in rem infertur, vt actio in perſonam.* l. 28. D. de obligat. & action.

Petitionis verbo in rem actiones ſignificari videntur. l. 178. §. actionis. D. de verb. ſignifi. *Petitio ab actione ſeparatur.* l. 1. D. ad SC. Maced. l. 18. D. de acceptilat. l. 23. D. rem rat. hab. lege 49. D. de verb. ſignific.

Petitio hæreditatis quæ *in rem actio* eſt, qua hæreditatem vel totam, vel pro parte vel corpore hæreditario ab eo vindicamus, qui vel pro hærede vel pro poſſeſſore tenet. l. 23. §. petitio. D. de petit. hæred. l. 28. §. ſed & is qui. D. de rei vindic. *ob actiones Petitionis hæreditatis teneri.* l. 18. D. de hæredit. petit.

In ſeruitutem Petitio. l. 4. C. de liber. cau.

Abſtinere Petitione honoris. l. 7. D. de muner. & honor. *Quod & in honorum Petitione erit ſeruandum.* l. 6. D. quod cuiuſque vniuerſ.

PETITOR appellatur *actor* quilibet. l. 31. D. de iudic. l. 9. D. de furt. l. 20. D. iudicat. ſol. l. 25. D. quan. di. legator. l. 95. D. de ſolutionib. & apud Cicer. lib. 1. de Orat.

Petitor & is cum quo agitur, opponuntur l. 4. §. Marcellus ait. 2. D. de dol. except.

Petitor & poſſeſſor opponuntur. l. 30. D. de liberat. legat. l. 3. §. parui. D. de Carb. edic. l. 62. D. de iudic.

Item *Petitor & reus.* l. 2. §. quare. D. de eo quod cer. lo.

Petitor fundi. l. 1. §. ſi petitor. D. quar. rer. act. *Alieni iuris Petitor.* lege 8. §. quòd ſi. D. de oper. no. nunt.

Petitor non qui excipit probare debet. l. 9. D. de probation. *Cùm Petitori probationis onus incumbat.* l. 20. C. de probation. *Petitoris partes ſuſtinere, & petitoris fungi partibus dicitur, cui probatio incumbit, quique de ſuo iure probare neceſſe habet.* l. 7. §. vlt. D. de liber. cau. l. 15. D. de oper. nou. nunc. l. vlt. D. ſi liber ingen. l. 35. D. de acquir. poſſ. l. 8. §. ſed ſi quæratur. D. ſi ſeruit. vindic. l. 18. l. 19. D. de probatio. & hæc ſunt onera *petitoris.* l. 62. D. de iudi. l. 25. D. de rei vendic. l. 1. §. inter. D. vti poſſid.

Priuati hæreditatis Petitores. l. 1. C. de petit. hæred.

Atque vt *Petitor*, ita & *Petitrix* dicitur. lege 74. D. ad SC. Trebell. l. vltima. D. de hæred. inſtituend.

At apud Catullum & alios *Petitor* appellatur qui honores petit.

PETITORIA actio. §. retinendæ. Inſtitut. de interdict. id eſt rei vindicatio. eodémque ſenſu,

Petitorium iudicium. Qui Petitorio iudicio agit. l. 36. D. de rei vindicat.

PETRONIA *lege continebatur, vt qui iure viri delatum adulterium non peregiſſet, nunquam poſtea ad hoc crimen deferendum admitteretur.* l. 16. C. ad leg. Iuliam de adulter. *Lege etiam Petronia dominis facultatem ademptam ſuo arbitrio ſeruos ad beſtias depugnandas tradendi.* Modeſtin. ſcribit in l. 11. §. vlt. D. ad leg. Corn. de ſicar. Refertur & alia legis cuiuſdam *Petroniæ* ſententia in l. 24. D. de manumiſſ. vindic.

PETVLANTIA à violentia diſcerni ſolet. l. 16. §. qualitate. D. de pœnis.

PHILOSOPHOS *hoc primùm profiteri oportet, Mercenariam operam ſpernere.* l. 1. §. 1. D. de extraordin. cognit. Vnde Philoſopho hæc Impp. obiiciunt. *Cùm Philoſophum te eſſe proponas, vinceris auaritiæ cæcitate.* l. 6. C. de munerib. patriciis. lib. 10.

Philoſophi excuſantur à tutelis. l. 6. D. de excuſationib. *Philoſophis qui ſe frequentes atque vtiles*

per eandem

per eandem ſtudiorum ſectam contendentibus præbent, tutelas, id eſt munera ſordida remitti. l. 8. §. philoſophis. D. de vacat. & excuſat.

Si forte conſtantem ſeruum eſſe adfirmauerit, non exacta grauitate & conſtantia, quaſi à Philoſopho deſideretur. l. 18. D. de ædil. edic. *Si quis iactationis gratia mortem ſibi conſciuerit, vt quidam Philoſophi.* l. 6. §. eius qui. D. de iniuſt. rup.

Veram Philoſophiam, non ſimulatam affectantes. l. 1. §. 1. D. de iuſtit. & iure.

PHILYRA in l. 50. D. de legat. lib. 3. frutex eſt papyro Niloticæ non abſimilis, vt Suidas docet his verbis: φίλυρα εἶδος δένδρου ἔχον φλοιὸν βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον. Ductilis autem erat Philyræ liber, adeo vt ex ea coronæ olim necterentur, vt Horat. libro primo Carm. & Ouidius lib. 5. Faſtor. & Plin. libro 10. ſignificant. Apertiſſimè omnium id indicat Herodia. lib. 1. de Comœdo loquens: λαβὼν, ait, γραμματεῖον δή τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπλότητα ἠσκημένον, ἐπαλλήλῳ τε ἀνακλάσει ἀμφοτέρωθεν ἐπτυγμένων γράφει ὅσος χρὴ τῆς νυκτὸς φονευθῆναι. Xiphilin. in Domitiano, Τὰ ὀνόματα εἰς σανίδιον φιλυρινὸν δίθυρον ἐσγράψας. Plinius lib. 13. Natur. hiſtor. cap. 11. *nempe & in Euphrate naſcens circa Babylonem papyrum intellectum eſt eundem vſum habere carthæ,* & mox: *Præparantur ex eo carthæ diuiſa acu in prætenues, ſed quàm latiſſimas Philuras.*

Vet. Horatij Comment. ad Oden vlt. lib. 1. Carm. *corticem Tiliæ arboris, Philyram dici tradit.* Ac planè idem Tiliæ ac *Philyræ* vſus erat: quemadmodum docet Septimius Romanus, qui Latinè Dictim Cretenſem interpretatus eſt in eius auctoris vita, *Sex volumina in Tilias digeſſit Phœniceis literis.* Idem in epiſtola ad D. Arcadium de eadem re loquens, *Libros,* inquit, *ex Philyra in lucem producturi.*

PHVPHIDIVS Iuriſconſultus citatur in l. 5. D. de aur. argen.

PIACVLVM *committit qui corpus ſepulturæ traditum nudauerit, & Solis radiis oſtenderit.* Paul. lib. 1. Sentent. tit. 23. *Ea quæ ſine Piaculo non poſſunt præteriri.* lege 7. §. vltimo. Digeſtis de iure deliber.

PICARE eſt *pice* oblinere. Sueton. in Claud. cap. 16. *Altero edicto admonebat vt vberi vinearum prouentu bene dolia Picarentur.*

Dolia vinaria quæ ad præſentem vſum colonum Picare oportebit. lege 19. §. illud nobis. Digeſtis locati.

PICARIÆ. l. 17. in fi. D. de verb. ſignifi. ſunt picis fodinæ, quales populus Rom. in reditu habuit. Cic. in Bruto, *liberi ſocietatis eius, quæ Picarias de P. Cornel. & L. Mummio Cenſoribus redemiſſet.* quo loci recentiores *Pecuaria* emendarunt, quàm rectè alij viderint.

PICTORIS *inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliáque horum legato cedunt. item Peniculi, & cauteria & conchæ.* l. 17. D. de inſtruct. vel inſtrum. *Cùm Pictor in pergula clypeum vel tabulam Pictam expoſitam habuiſſet.* l. 5. §. vlt. D. de his qui effuder. vel deiec. *Si Pictori precioſo pollex præciſus ſit, artem cum pollice eum amiſiſſe* ait Vlpianus in l. 23. §. idem Iulianus. D. ad leg. Aquil. *Quod Pictorem aut librarium docueris.* l. 28. D. de rei vindic.

Si tale ſit factum quod locari ſoleat, puta vt tabulam Pingas. l. 5. at cum do. D. de præſcr. verb.

Tabulæ Pictæ. l. 17. §. quæ tabulæ. D. de act. empt.

PICTORIÆ *operæ.* l. 26. §. libertus. D. de condict. indeb. l. 6. & l. 33. Digeſtis de oper. libert.

PICTVRÆ *inter impenſas voluptarias numerantur.* lege 79. Digeſtis de verb. ſignif. *Picturas tabulis non cedere, ſed ex diuerſo tabulas picturis cedere.* l. 9. §. ſed non vti. Digeſtis de adquiren. rer. domin.

Pretioſiſſimas Picturas habere in Pariete communi. l. 13. D. de ſeruitut. præd. vrban. *Si Picturas corradere velis.* l. 38. D. de rei vindic. *Si tabula raſa Pictura ſit reddita.* l. 14. D. de verbor. ſignif.

PIETAS eſt parentibus à liberis debitum obſequium, debitus honor, debita reuerentia ac caritas.

Pietas parentibus etſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqua debebitur. l. 4. D. de curat. fur. *Pietatem liberi parentibus, non operas debent.* l. 10. D. de obſeq. parent. *Pro pietate quam patri debet præſtare filius.* l. 8. D. de probation.

Filium ſi Pietatem patri debitam non agnoſcit, caſtigare iure patriæ poteſtatis non prohiberis. l. 3. C. de patr. poteſt.

Etiam militibus Pietatis ratio in parentes conſtare debet. l. 1. D. de obſeq. parent.

A milite quoque filio qui in facultatibus ſit, exhibendos parentes Pietatis exiſtimat ratio. l. 5. §. à milite. D. de adgnoſc. & alend. *Quæ viuus filius ex officio ſuæ Pietatis dabit.* l. 5. §. parens. D. de adgnoſc. & alend. *Conuenit Pietati filiorum.* l. 6. C. de his quib.

Contra voluntatem matris tuæ libertatem in eum conferre quem illa liberum fieri prohibuit, non debere, ne videaris iura Pietatis violare. l. 7. C. de teſtam. manumiſſ. *Is qui Pietatis ſibi conſcius eſt.* l. 8. C. de inoffic. teſtam.

Pietas quoque eſt naturalis parentum erga liberos affectus. Plerunque *Pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit.* l. 22. D. ad leg. Iul. de adult. Pietas patris non reprehendenda. l. 1. §. at ſi tranſegit. D. ſi quid in fraud. patron. *Sumptus quos patris Pietas non recuſarit.* l. 11. C. ad SC. Macedon. *Si patrem tuum officio debito promereueris, paternam Pietatem tibi non denegabit.* l. vltima. C. de alend. lib.

Pietas genuina efficit filium ſine dolo malo retineri. l. 3. §. ſi eum quis. D. de homi. lib.

Patria poteſtas in Pietate debet, non in atrocitate conſiſtere. lege 5. Digeſtis de leg. Pomp. de paricid.

Pietati paternæ tribuitur filiæ data dos. l. 1. §. ſed ſi libertus. D. ſi quid in fraud. *Alimenta quæ mater Pietate cogente de ſuo præſtitiſſet.* l. 34. D. de negot. geſt. *Auiam iure Pietatis alimenta de ſuo præſtitiſſe.* ibid. *Quanquam mater filij negotia ſecundum patris voluntatem Pietatis fiducia gerat.* l. 31. §. quanquam. D. de negot. geſt. *Cum id exigente materna Pietate feceris.* l. 11. C. de negot. geſt. *Cùm tutores filiorum tuorum ſuſpectos faceres, munere Pietatis fungebaris.* l. prima. Codice de negot. geſt.

Accuſationem contra filium tuum, ſi Pietas & ratio naturalis animi tui non reuocat intentionem, conſtituere potes. l. 14. C. de his qui accuſ.

Non ex officio Pietatis teſtantur parentes qui ſine cauſa liberos ſuos exhæredant, vel omittunt. l. 2. D. de inoffic. teſtam. & Inſtit. eod. tit.

Pietas quoque fratrum inter ſe dicitur. *Arbitro accepto fratres communem hæreditatem conſenſu diuidentes, Pietatis officio funguntur.* l. vlt. D. famil. erciſc. *Sororem tuam pro tua Pietate & regere & tueri velis.* l. 30. D. de adim. legat. *Si Titius Pietatis reſpectu ſororis habuit filiam.* l. 27. §. vlt. D. de negot. geſt.

Pietas quoque erga propinquos dicitur. *Parentes & liberi vtriuſque ſexus, necnon & cæteri adgnati vel cognati ſecundum Pietatis rationem, prout quiſque voluerit lugendi ſunt.* l. 23. D. de his qui notant. infam. *Pietatis munere fungeris qui fratris tui filios protegere conaris.* l. 6. C. de ſuſpect. tutor. *Mulieres quæ Pietate neceſsitudinis ductæ ad hoc procedunt.* l. 1. §. conſequens. D. de ſuſpect. tutorib.

Quinetiam quodlibet humanitatis officium, *Pietati* tribuitur. *Qui ſine Pietatis intentione alienum cadauer funerat.* l. 14. §. ſed interdum. D. de religioſ. & ſumpt.

Dotis promiſsio ad Pietatis cauſam pertinere dicitur. lege 32. §. mulier. Digeſtis de condict. indeb.

Pietatis gratia. l. 14. §. ſed interdum. D. de religioſ. & ſumpt. *Pietatis intuitu.* l. 14. D. de aliment. legat. l. 41. §. codicillis. D. de legat. 3. *Reſpectu.* l. 46. D. de vſufr.

Pietatem etiam ſuam Impp. appellant. l. 12. C. de oper. publ.

Pius appellatus Antoninus. vnde & *Diui Pij* appellatione in libris noſtris exaudiendus eſt. Iuſtinian. Nouell. 78. ὥσπερ γὰρ Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος, ἐξ ὅπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὸ τῆς προσηγορίας ταύτης καθῆκεν.

Pios filios debuiſſe manumittere eam alumnam quam pater dilexiſſet. l. 38. Digeſtis de fideicomm. libert.

Iuſtiſsimum & Piiſsimum duxi. l. 30. §. cùm poſt. D. de adimend. legat.

Non minus parentibus quàm liberis Piè relinqui debet. l. 15. D. de inoff. teſtam.

PIGMENTARII, *ſi cui temerè cicutam, ſalamandram, aconitum, pituocampas, aut bubroſtim, mandragoram, & id quod luſtramenti cauſa, dederint cantharidas.* lege 3. §. 2. Digeſtis ad l. Cornel. de ſicar.

PIGNVS *appellatum eſt à pugno, quia res quæ Pignori dantur, manu traduntur.* lege 277. D. de verb. ſignific. Itaque *Pignus* propriè eſt, cùm poſſeſſio tradita eſt creditori: Hypotheca verò, cùm non tranſit poſſeſſio ad creditorem. l. 9. §. 1. D. de pigner. act.

Inter Pignus & Hypothecam quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil intereſt. Nam de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, vt ſi pro debito obligata, vtraque hac appellatione cõtinetur: ſed in aliis differentia eſt. Nam Pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit. At eam quæ ſine traditione nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus. §. inter Pignus. Inſtitut. de action.

Vnde *Pignora & Hypothecæ* interdum ſeparantur. *Si creditor Pignus vel hypothecam vendiderit.*

l. 7. D.

l.7.D. de distract. pignor. *Si pactum sit à creditore ne liceat debitori hypothecam vendere vel Pignus.* §.vlt. eod.

Creditor ne Pignori hypothecæve sit res paciſci poteſt. l. 8. D. quib. mod. pig. *Creditor cui res Pignoris vel hypothecæ iure obligatur.* l.vlt. C. de crim. ſtellion. *Res Pignoris hypothecæve iure creditoribus obnoxias alienantes.* l. 10. C. de remiſſ. pign. *Fideiuſſor qui Pignora vel hypothecas ſuſcepit.* l. 2. D.de pignorib. l. 32. D.de negot. geſt. *Cùm creditor eadem Pignora vel hypothecas habet obligatas.* l.2.C. de fideiuſſorib. *De Pignoribus vel hypothecis rerum quæ quibuſdam creditoribus ſuppoſitæ.* lege vlt. C.de remiſſ. pign.

Verùm in vſu hæc verborum proprietas plerumque confunditur, & promiſcuè Pignoris & hypothecæ vocabula vſurpantur. vnde Marcianus, *Inter Pignus & hypothecam ſolùm ſonus differt.* l. 5. §. vlt. D. de pignor.

Varia autem ſunt *Pignorum* genera. Quoddam enim *Conuentionale eſt*, quod ex conuentione proficiſcitur. Et *huiuſmodi Pignus contrahitur non ſola traditione, ſed etiam nuda conuentione, ſi non traditum eſt.* l. 1. D. de pignerat. act. *Si Pignoribus contraheretur obligatio.* lege 7. Codice de fideiuſſorib.

Debitor ſub Pignore. l. 59. D. ad SC. Trebell. *Qui ſub Pignoribus ſolebat mutuas pecunias accipere.* l.12.D.de pigner.actio. *Si legatarius noluit ſibi Pignoribus caueri.* l. 2. §. ſi legatarius. D. quod legator. *Exemplo eius qui Pignori accepit.* l.15. §.ſi quis.D.de dam.infect. *Si quis iurauerit ob decem Pignori dediſſe fundum.* l. 13. §. Marcellus. D. de iureiur.

Generaliter *Pignori datus ſeruus.* l. 27. §. vlt. D. qui & à quib. *Pignori res nixæ.* l. 22. §. 1. D. de iure fiſci. *Si quis obligauerit aurum Pignori.* l. 1. D. de pignerat. act. *Ancillam quam Pignori obligauerat.* l. 26. §. cùm quidam. D. de fideicom. libert. *Fundum ſuo Pignori obligauit.* l. vlt. §. 1. D.de donation. *Pignori obligatus ſeruus.* l. 26. D. qui & à quib. l. 4. §. vlt. D. de manumiſſ. vindic.

Pignora quæ ſpecialiter vel generaliter habeo obligata. l. 6. C. de act.& oblig. *Prædia Pignori ponere.* l. 38. D. de legat. 3. *Cum Seius pro vxore ornamentum Pignori poſitum luerit.* l. 33. §.vlt.D. de legat. 3.

Sic & *Pignori opponere* Latini auctores dicunt. Plaut. Pſeudolo, act.1. ſc.1. *Vix hercle, opinor, ſi me opponam Pignori, agerent.* Terent. Phorm. *Vt ager noſter oppoſitus eſt Pignori ob decem minas.* Feſtus, *Reluere, reſoluere, repignerare.* Cæcilius in Car. *Vt aurum & veſtem quod matris fuit reluat quod viua ipſi oppoſuit Pignori.* Interdum & *opponere* ſimpliciter eodem ſenſu, vt illo Senecæ loco, lib. 7. De Benef. *rebus meis in ſecuritatem oppoſitis.*

Ex cuius verbi ambigua ſignificatione elegans eſt iocus apud Catullum in hæc verba:

Furi villula noſtra non ad Auſtri
Flatus Oppoſita eſt, nec ad Fauoni,
Nec ſæui Boreæ aut Apeliotæ:
Verùm ad milia quindecim & ducentos.
O ventum horribilem atque peſtilentem!

Aliud eſt Pignoris genus quod prætoris magiſtratúſque ad quem ea iuriſdictio Pertinet auctoritate imperióque conſtituitur. vnde & prætorij nomen traxit, Tit. de prætor. pigno. Cod.quale *Pignus* nanciſcuntur habéntque creditores qui rei ſeruandæ cauſa legatarij fideicommiſſariive qui legatorum ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſionem mittuntur. *Etenim ſi ex quacumque cauſa magiſtratus in poſſeſſionem aliquem miſerit*, Pignus conſtitui ait Vlpian. *ſed non aliàs niſi ventum fuerit in poſſeſſionem.* lege 26. Digeſtis de pignerat. action.

Ius Pignoris contrahitur ſiue legatorum ſeruandorum cauſa, ſiue damni infecti vt procedat. l. 3. §. 1. D.de diſtract. pign.

Miſſo legatario in poſſeſſione, res pro emptore vſucapitur, ſalua prætorij Pignoris cauſa. l. 12. Digeſtis pro empto. quod explicatur l.2. D. pro hærede. in qua traditur, *eum qui legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſionem mittitur, non interpellare poſſeſſionem eius qui pro emptore vſucapiebat. Nã etiam impleta vſucapione ius Pignoris retinebit, vt non priùs diſcedat, quàm ſi ſolutum ei legatum fuerit, aut eo nomine ſatisfactum.*

Mitti liberos in poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi cauſa, vt pro Pignore, non vt pro dominis poſſideant. l.114. §. Idem princeps. D. de legat.1.

Planè eum qui rerum eius qui ſine dolo malo reipubl. cauſa abfuit, in poſſeſſionem miſſus ſit, Pignus non contrahere, ait l. 35. D. de reb. auctor. iudic.

Est & aliud Pignus *quod in causam iudicati ex auctoritate eius qui iubere potest, capitur, ac per officium distrahitur.* Rubr. si in cau. iudic. pign.cap. C. *Si iussu iudicis rei iudicatæ Pignus captum per officium distrahatur.* l. 74.D.de cuictionib. *Si Pignus ex causa iudicati ex auctoritate eius qui iubere potuit captum est.* l. 10. D. qui potior. in pign.

Pignori capi iussa Magistratus, & distrahi fundus pupillaris potest. l. 3. §. 1.D.de reb. eor. *Si ex causa iudicati Pignora minoris capta sint & distracta.* l.9.D.de minorib. *Eam pecuniam iure Pignoris in causam iudicati capi.* l. 40. D. de re iudic.

Denique Pignoribus captis ac distractis iudicato satisfacere condemnatus compellitur. *Pignoribus captis & distractis cogetur sententiæ satisfacere.* l. 5. §. si quis ex his. D. de adgnoscend. & alend. *Debitores si per contumaciam differant solutionem, Pignoribus captis compellendi sunt ad satisfaciendum.* l. 31. D. de re iudic. *Tutore condemnato in pupillum dandam actionem iudicati, nisi abstineatur. tunc enim nec in tutorem, nec in pupillum, nec Pignora tutoris capienda esse.* l. 2. Digestis de administr. & peric. *Pignori captis prædiis ac distractis.* lege 1.C. si aduers. vend. pignor.

In venditione autem Pignorum facienda, primò quidem res mobiles animales Pignori capi magistratus populi Romani iubent, mox distrahi: quarum pretium si sufficerit, bene est, si non sufficerit, etiam soli Pignora capi iubent, & distrahi. quòd si nulla mouentia sint, à Pignoribus soli initium faciunt. l. 15.§. in venditione. D. de re iudic.

Pignora etiam coercendæ contumaciæ causa capiuntur. *Mulier quæ se prægnantẽ esse dissimulat, vel negat, euocari ad prætorem potest, &c. cogendáque erit remediis prætoris, & in ius venire, & si venit, respondere: Pignoráque eius capienda & distrahenda, si contemnat.* l. 1. §. ex hoc rescripto. D. de inspic. vent. *Nisi caueant tutores vel curatores, Pignoribus captis coercentur.* §. quæ quidem. Institut. de satisd. tutor.

Eum tamen qui missum in possessionem damni infecti nomine non admittit, Pignoribus *à magistratibus coerceri,* Vlpiano non placet. l. 4. §. 1. D. de dam. infect. *Eámque pecuniam ab eo is qui hoc imperio vtitur, exigeret,* id est Pignus *capiendo, corpus retinendo, multam dicendo.* l. 9. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul. Sic & in ea lege quæ à Frõtino lib. 2. de Aquæ ductibus refertur, TVM EI PRÆTORI EO NOMINE COGERE ET COERCERE, MVLTÆQVE DICENDÆ, SIVE PIGNORIS CAPIENDI, IVS POTESTASQVE ESTO. Et paulò pòst: EOQVE NOMINE HIS PIGNORIS CAPIO MVLTÆQVE DICTIO VTIQVE ESTO. Sic Cicer. lib. 3. de Orato.

Pignoribúsque ablatis Crassum incipit coërcere. Et Sueto. in Iulio, cap. 17. *Vectium Pignoribus captis & direpta supellectile malè mulctatum coniecit in carcerem.* lib. 37. *Et imperia inhibita vltrò citróque & Pignora capta.* Tacit. l. 13. Annal. *Cohibita arctius & Aedilium potestas, statutúmque quantum curules, quantum plebei Pignoris caperent, vel pœnæ irrogarent.*

Senatores vtique *Pignoribus* in curiam venire cogebantur, vt ex Cicer. Philipp. apparet. Liuius lib. 3. *Postquam citati* (de Senatoribus loquitur) *in curiam non conueniebant, dimissi circa domos apparitores simul ad Pignora capienda.*

Sic *Pignorum capio in* l. 7.de exactionib. in C. Theodos. l. vlt. de distrahend. pignor. in eod. Cod. Agell. lib. 7. cap. 10. *Pignoris capio iunctæ sunt partes, & productæ dicebantur,* verba Catonis sunt ex 1. epistolicar. quæst. *Pignoris capio ob æs militare.*

Præterea est quasi *Pignus* cùm res *Pignoris* loco in securitatem retinetur. *Ante pretium exsolutum venditor quasi Pignus retinere potest eam rem quam vendidit.* l. 13. §. offerri. D. de actionibus empt. *Proinde si emptor antequàm pecuniam soluerit, rem emptam subtraxerit, furti actione teneri, perinde ac si Pignus subtraxisset.* l. 14. §. 1. D. de furtis. *Si ob aliquas impensas quas in rem commodatam feceris, retentionem eius habueris, etiam cum ipso domino, si eam subripiat, habebis furti actionem, quia eo casu quasi Pignoris loco ea res fuit.* l. 15. §. vlt. D. de furt.

Filium adoptiuum quem ad vicem naturalis Pignoris tibi adscribas. lege 4. C. de decurionibus. lib. 10.

PIGNERARE est *Pignori ponere. Si ego eandem rem alij Pigneraui.* l. 14. D. de diuers. tempor. præscr. *Si rem quam tibi Pigneraui subripuero.* l. 5. D. pro empto.

Pignerari est *Pignori obligari. Nomen debitoris Pignorari & generaliter & specialiter posse.* l. 4. C. quæ res pign. *Si quis seruo Pignerato directam libertatem dederit.* l. 24. §. si quis seruo. D. de fideicomm. libert. *Ancillam suam Pigneratam manumittere.* l. 45. D. eod. tit. *Si debitor rem Pigneratã precariò cauerit.* l. 12. D. de precar. *Opposuerat exceptionem rei sibi ante Pigneratæ.* l. 19. D. de except. rei iudic.

PIGNERATICIVS *creditor* qui sub *Pignoribus credidit,* qui *Pignora* vel hypothecas suscepit. *An creditori Pigneraticio damn. infecti caueri debeat.* l. 11. D. de dam. infect. *Pigneraticius fundus,*

dus, id est *Pigneri obligatus. Quamuis conuenerit vt Pigneraticium fundum tibi vendere liceret.* l. 6. D. de pignerat. act. *Si creditor fundum Pigneraticium vendiderit.* l. 26. D. de solution.

PIGNERATICIA *actio* est in personam actio quæ debitori ad *pignus* repetendum soluto debito, vel si eo nomine satisfecerit, datur. Tit. de pigner. act. D. & C. *Creditor qui pignus accepit, de ea re quam accepit, restituenda tenetur actione Pigneraticia.* §. vlt. Institut. quib. mod. re cõtrah. oblig. *Qui ante solutionem agit Pigneraticia, non rectè agit, omnis enim pecunia exsoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum vt nascatur Pigneraticia actio.* l. 9. §. omnis. D. de pignerat. act.

Pigneraticium iudicium. l. 34. §. vlt. & l. 36. D. eod. tit. appellatur à Papinia. iudicium quod de *Pignore* dato proponitur, vel redditur in l. 2. D. de pignori. l. 34. D. de neg. gest. l. 42. D. de pignor. act.

Atque hæc *directa Pignoraticia* est. *Contraria* verò dicitur, quæ creditori rem sibi oppigneratam persequenti aduersus debitorem qui eum *Pignore* fefellerit, vel aliàs improbato more versatus sit, vel sumptu in rem pignoratam factorum nomine competit. l. 1. l. 3. l. 16. §. 1. l. 25. D. de pignor. act.

Pignoraticiam etiam interdum Iure Consulti vocant hypothecariam, quæ creditori *Pignoris persequendi causa* tribuitur, actionem. l. 9. D. quib. mod. pig. l. 11. in fin. & l. 30. §. 1. D. de except. rei iudic. l. 5. C. si res aliena pign.

Pigneraticia Seruiana, siue *hypothecaria*, quæ creditoribus competunt. l. 3. §. est autem. D. ad exhibend. *Si possessor pignoris litis æstimationem Pigneraticiam in rem agenti offerat.* l. 7. §. inter. D. commu. diuid. *Egit posterior creditor cum priore Pigneraticia.* lege 19. Digestis de exceptione rei iudic.

Datur *Vtilis actio Pigneraticia* creditori in specie l. 41. D. de pignerat. act. Sic *& Vtilis actio Pigneraticia reddenda est.* l. 13. D. de condict. indeb. *Aequitatem facere vt facilè vtilis persecutio exemplo Pigneraticiæ detur.* C. si res alie. pign.

Atque vt *Pigneraticia actio*, ita & *Pigneraticia exceptio* appellatur. *Pigneraticia exceptione summoueri.* l. 6. §. Idem Iulianus. D. commu. diuid.

PIGNERATIO, id est *pignoris obligatio. Quod emptionem recipit, etiam Pignerationem recipere potest.* l. 9. D. de pignor.

PILA pro Orbiculo qui hinc inde à colluforibus manibus iactatur, excipitúrque. *Cùm Pila quidam luderent, vehementius quis Pila percussa in tonsoris manus eam demiserit.* l. 11. D. ad l. Aquil. *Cùm Pila complures luderent, quidam ex his seruulum cùm Pilam percipere conaretur, impulit.* l. 52. §. vlt. D. eod. tit. Ouid. lib. 1. de arte amandi.

Reticulóque Pilæ tenues iactantur in altum.

Pilæ etiam *lapideæ* dicuntur quæ onus aliquod sustinent. *Si Pilas in mare iactauerim, & super eas inædificauerim.* l. 30. §. vlt. D. de adquir. rer. domin. *Iactas in mare Pilas eius esse qui iecerit.* l. 3. D. ne quid in loco publ. Liuius lib. 39. *M. Fuluius plura & maioris locauit vsus porticum & Pilas pontis in Tiberi, quibus Pilis fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus & L. Mummius Censores locauerunt imponendos.* Q. Curt. lib. 5. *Saxo Pilæ quæ totum onus sustinent instructæ sunt. Super Pilas lapide quadrato solum stratum est.*

PINGVIS in l. 14. D. de except. rei iudic. id est *laxius* & crassiori, vt aiunt, Minerua, seu παχυμερέστερον, vt l. 7. §. scire. D. de pecul. l. 12. §. Iulianus. D. rem rat. hab. *Pinguius donatori succurrere debemus quàm ei qui verum debitum persoluere compellitur.* l. 49. D. de re iudic. id est vberius. *Inuenimus antiquitatem fidei commissis Pinguiorem naturam indulgentem.* §. primo. Institut. de legat.

PINVS. De *Pinu integri strobyli.* l. 167. D. de verbor. signifi.

PIPERIS genera duo recensentur in l. vlt. §. species. D. de publican. *Longum* & *Album*, inter quæ etiam differentiam statuit Theophrast. lib. 9. de plantar. Histor. cap. 22. Dioscorides lib. 2. & Galen. lib. 7. simplicium medicamentor. Plinius lib. 12. cap. 7. Solin. in Polyistor. cap. 53. Isidor. lib. 17. cap. 8. *Piperis albi* fit mentio apud Horat. Sat. 3. lib. 2. Nascitur autem *Piper* arbor in India & in latere Caucasi montis quod soli obuersum est.

PIRATARVM insidias casibus quibus resisti non possit adnumerat Gaius lege 18. D. commodati. *Quamuis domini iussu seruus Piraticam feciſſet.* lege 20. Digestis de obligation. & action.

PISCARI. *Si quisquam in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis Piscatus sit.* l. 7. D. de diuers. tempor. *In mari Piscari, vel in lacu.* l. 3. §. vlt. D. de iniur. *In mare Piscantibus.* l. 5. §. vlt. D. de diuis. rerum. *Nemo ad litus maris accedere prohibetur Piscandi causa.* l. 4. D. eod. tit. *Piscatum militem non mittere.* l. 12. §. 1. D. de re milit.

PISCATOR. *Si Piscatori erogaturo in apparatum, plurimum pecuniæ dederim.* lege 5. D. de naut. fœn. *Ne Piscatores nocte lumine ostenso fallant nauigantes.* lege 10. D. de incend. rui. *Piscatoribus Phormianis & Capenatis Diuus Pius rescripsit.* l. 4. D. de diuis. rer.

Pisces capientium fiunt. l. 1. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.

Piscina. l. 1. §. 1. & vlt. D. de fonte.

PISTORVM *corpus.* l. 1. D. quod cuiuscun. vniuers.

PISTRINVM. *Pistrinum insulæ dotali adiectum, impensis vtilibus plerumque adnumeratur.* l. 79. D. de verbor. signific. *Si stabulum quod erat domus iumentis & carruchis vacans, Pistrino locauerit,* l. 13. §. vlt. D. de vsufructu. & quemadm.

PITTACIVM in l. 5. & l. penult. §. super his verò. C. de erogatio. milit. an. libro 12. l. 29. de petitionib. & vlt. dat. in C. Theod. Lamprid. in Alexand. *De promouendis etiam militibus sibi adnotabat & perlegebat cuncta Pittacia.* Cassiodor. lib. 1. Variar. *Si Romani prædium sine delegatoris cuiusquam Pittacio præsumptor barbarus occupauit.* Moschopulus πιττάκιον, πιττάκια, ait, Δωρικῶς τὰ λεπτὰ ψηφίσματα τῶν δερμάτων, ἀφ' ὧν ἡμεῖς, πιττάκια λέγομεν.

PITYOCAMPÆ in l. 3. §. alio. D. ad leg. Corn. de sicar. *Pinorum erucas, & in Picea nascentes erucas,* Plinius interpretatur lib. 23. cap. 2. & lib. 29. cap. 4. quæ & inter venenata ab eodem ponuntur, vt à Dioscoride, qui de eorum noxia vi tractat. lib. 2. & lib. 6.

PLACERE plerumque in libris nostris dicuntur *quæ prudentium authoritate* recepta introductáque sunt.

Placet. l. 7. §. si tutor. D. de administr. & peric. l. 20. §. placet. D. de dam. inf. l. 4. D. de pact. l. 4. D. de iure codicill. l. 5. §. 1. D. de adquir. rer. domin. l. 61. D. de procurat. l. 31. l. 33. §. vlt. D. de vulg. & pupill. l. 61. D. de furt. l. 4. D. de liber. & posthum. l. 6. §. sub cõditione. D. de tutel. l. 3. D. de agnosc. & alend.

Post multas varietates Placet vt. l. 55. §. vlt. D. de legat. 2. *Placet, vt multis rescriptis continetur.* l. 7. §. si tutor. 3. D. de administr. & peric.

Cassio & Pegaso Placet, Ofilio & Proculo Placet. l. 11. D. de iurisdict. *Aristoni Placet.* l. 13. D. vt legator. seu fideic.

Proculo Placebat. l. 20. D. de legat. 2. *Et hoc plerisque Placet.* l. 32. D. de dam. inf. *Sed nec hoc quibusdam Placet.* l. 1. §. sunt qui. D. ne quid in flum. publ. *Magis Placere video.* lege 55. D. de legat. 2.

Placuit, id est visum est iuris auctoribus, responsum est. l. 29. D. de vsuris. *Placuit.* l. 69. §. cùm res. D. de iure dot. l. 20. D. de tutel. & ration. l. 8. D. de aliment. vel cibar. l. 13. §. ex facto. D. de adquir. possess. l. 7. D. de fideiussorib. l. 6. D. de dot. collat. l. 96. §. soror. D. de solutionib. l. 76. §. hæres. & l. 82. D. de legat. 2. l. 27. §. 1. D. de legat. 3.

Plerisque Placuit. l. 12. D. vt legator. seu fideicomm. *Hac ratione Placuit.* l. 69. §. mater. D. de legat. 2. *Qua ratione Placuit.* l. 47. §. sed si Stichus. D. de legat. 1. *Rectè Placuit.* l. 33. D. de excusationibus. *Iurisprudentibus Placuit.* l. 5. C. quan. di. legat. l. 1. C. de ingen. manumiss.

Placuit & rescriptum est. l. 44. D. de excusationib. *Placuit, eóque iure vtimur.* l. 6. §. si pluriũ. D. de aqua & aq. pluu. *Et ita Trebatio Placuit.* l. 17. §. seruus. D. de iniur. *Et ita & Iuliano Placuit.* l. 11. §. vlt. D. de legat. 2. *Sabino, Cassio, Proculo Placuit.* l. 11. D. de iurisdict. *Idque Ofilio & Trebatio Placuisse.* l. vlt. D. de cloacis. *Non Placuit.* l. 1. D. de action. rer. amot.

Placuisse etiam Principibus dicitur quod ab illis constitutum, rescriptum, decretum est. *Placuit Principi.* l. 21. D. de fideicomm. libert. *Quod principi Placuit, legis habet vigorem.* §. sed quod Principi. Institut. de iure natur. *Cum diuo Antonino parenti nostro iamdudum Placuerit.* l. 4. C. ad SC. Trebell. *Diuo Marco Placuit.* l. 16. §. vlt. D. de his quæ vt indign. *Diuo Seuero Placuit.* l. 1. C. ad l. Cornel. de falsis. *Secundum ea quæ Diuo Pio Placuerunt.* l. 26. §. cùm quidam. D. de fideicommiss. libert. *Secundum ea quæ Diuo Pertinaci Placuerunt.* l. 1. §. vlt. C. de bon. libert. *Constitutio Principis qua Placuit.* l. 66. D. de legat. 2.

Placuit. l. 1. C. qui manumit. non poss. l. 4. C. quæ res pignori. l. 7. C. de rer. permut. l. 3. C. de hæred. instituend. l. vlt. C. de liber. cau. *Iamdudum Placuit.* lege 1. C. si pignus pignori dat. sit. *Non Placet.* l. 1. C. de bon. libert.

Placere etiam Senatui dicitur quod Senatus æquum censet & decernit, vt ex SCtis *Velleiano, Macedoniano & de petitione hæreditatis constat.* l. 1. D. ad SC. Velleianum. l. 1. Digestis de SC. Macedon. l. 20. §. præter. Digestis de hæredit. petit. *Aliud Senatui Placuit.* lege 21. D. de SC. Silan.

Verbum quoque *Placet* in sententiis vsurpatum indicat lex 40. D. de pœnis. *Sententia dicta est, & Placuit.* l. 88. D. de legat. 2. *Placuit eum ab ea petitione absolui.* l. 30. D. de pact. dotal. *Iudicanti*

dicanti Placuit augere pœnam. l. 14. §. is demum. D. de bon. libertor.

Placuit aliàs est, inter contrahentes conuenit. l. 60. D. de iur. dot. *Pacto Placuit vt.* l. 1. §. pacto. D. de pignorib. & hypoth. *Placuit inter creditorem & venditorem.* l. 10. D. quib. mod. pign. *Quasi inter duos Placuisset.* l. 30. D. de pact. dotalib. *Facta sicut Placuit diuisione.* l. 1. Codice de pact.

Placuit. l. 22. l. 26. l. 29. & l. 30. D. de pact. dotalib. *Ea quæ inter eos Placuerunt seruare.* l. 1. D. de pactis.

Placuisse etiam testatori dicitur quod testamento cauit. *Quod testatori Placuisse à legatario adprobabitur.* l. 78. §. 1. D. de legat. 3.

PLACITVM pro qualibet *conuentione & Pactione* vsurpatur. lege 10. C. de contrahend. empt. *Pactio est duorum pluriúm ve in idem Placitum consensus.* l. 1. §. & est pactio. D. de pact. *Si plus vel minus dari conuenerit, Placitum custodiendum est.* l. 74. D. de euiction. *Colonos pensionibus ex Placito satisfacientes.* l. 3. C. de obligat. & action. Iustin. lib. 6. *Atque ita velut ex Placito, consensu à prælio disceditur.*

Placitum interdum pro mera & nuda conuentione, quæ nudis conuentionis finibus stetit, nulla re, traditione adsecuta, aut stipulatione interposita. *Diuisionis Placitum nisi traditione vel stipulatione sumat effectum, ad actionem vt nudum pactum, nulli prodesse poterit.* l. 45. D. de pactis. *Placitum diuisionis vsque ad pactum stetit.* l. 15. C. famil. erciscund. *Ex Placito permutationis nulla re secuta.* l. 3. Codice de rer. permut. *Placitum permutationis inter te & alium interceßisse.* lege 4. C. eod. tit.

Transactionis Placitum. l. 7. C. de transaction. *Si manente transactionis Placito, stipulatione prospexisti.* l. 17. C. eod. tit. *Si secundum fidem Placiti stipulatio subiecta est.* lege 4. §. 1. Codice de rer. permutat.

Fidem adhiberi Placitis. l. 7. D. mandati. *Si placitis non exhibeant fidem.* l. 7. C. de rer. permut. *Nec fidem Placitis patruus exhibuit.* l. 6. C. commun. vtriusque iudic. *Si vnus cohæredum Placita detrectet.* l. 20. §. si pater. D. famil. erciscund.

Placitis Parere. l. 5. C. de rer. permut. l. 36. C. de liber. cau. *Si Placita obseruata non essent.* l. 2. C. de condict. ob caus. dator. *Si legatum contra Placitum peteret.* l. 96. §. soror. D. de solution. *Viro contra Placita petenti dotem.* l. 26. §. filia. D. de pact. dotal. *Contra Placita seruitutem vindicanti.* l. 4. D. de seruitut. *Si diuersa pars contra Placitum agere nititur.* l. 14. C. de transacti. *Si qui se non manumissos contra Placiti fidem adseuerent.* l. 53. D. de iudiciis.

Placita pœna. l. 2. C. de recept. arbitr. id est compromisso comprehensa.

Placitum pretium. l. 9. C. de contrah. empt. l. 11. C. de rescind. vendit. id est conuentum.

Placita quoque dicuntur Principum constitutiones & rescripta. §. constat. Institut. de iure natur. *Diuorum Seueri & Antonini Placitis continetur.* l. 4. C. de hæredib. instituend. *Diuorum Principum Placitis continetur.* l. 1. C. si pign. pign. dat.

Iuxta Placitum antiquitatis. l. 4. C. de ædific. priuat. *Secundum iuris Placitum.* l. 2. C. famil. erciscund. *Nonnullis iuris Placitis est comprehensum.* l. 12. C. ad l. falcid. *Præses prouinciæ in dirimenda disceptatione legum Placita custodiet.* l. 5. C. de ædif. priuat. *Vt metu eius à Placitis non recedatur.* l. 1. C. de recept. arbitr. id est à sententia arbitri.

PLAGAM agri dixit Scæuola in l. 39. & l. 41. §. agri. D. de legat.

PLAGII *crimen.* l. 6. D. de leg. Fab. de plagiar. l. 8. C. eod. tit. quo tenetur qui mancipiũ alienum supprimit, vel liberum hominem seruitio premit, aut vt seruum sciens abstrahit. Quod nomen à Græco verbo πλάγιον, quod *obliquum* significat, Isidor. lib. 10. Etymolog. deriuat. *Qui abduxit Plagio mancipia.* l. 10. D. ad l. Fab. de plagiar. *Plagio exportata ancilla.* l. 1. C. ad leg. Fab. de plagiar.

Sciens liberum hominem venundando Plagij crimen committit. l. 2. C. vbi de crimin. ag. oport. *Si liberum hominem emptor sciens emerit, capitale crimen aduersus eum ex lege Fab. de Plagio nascitur.* l. 1. D. de leg. Fab. de plagiar. *Seruus qui Plagium admisit.* l. 12. D. de manumissionib. *Si Plagium socius fecit, vel suppressit, Fauia teneri.* l. 51. D. pro socio. *Si Plagium factum,* &c. l. 5. §. qui desertioni. D. de re milit.

PLAGIARIVS appellatur qui *mancipia aliena solicitat, celat, supprimit.* l. 52. §. si fugitiuum. D. de furtis. Vnde & *suppressor* vocatur. l. 6. D. de leg. Fab. de plagiar. Tertullianus *Plagiatorem* vocat lib. 1. aduersus Marcion. *De seruo quem Plagiarius abduxit.* l. 17. §. idem ait, si seruus. D. de ædil. edic. *Qui ex voluntate domini seruum recepit, quin neque fur, neque Plagiarius, plusquàm manifestum est.* l. 48. §. qui ex. D. de furt.

Plagiarius quoque habetur qui liberum hominem sciens dolo malo vendit, emit, donat,

celat, in vinculis habet, & ita *Plagiarios* accipe. l. 13. D. de offic. præsid. & l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. peculat. Rubr. ad leg. Fab. de plagiar. D. & C. Vetus Glossarium, *Plagiarij sunt qui liberos homines subripiunt & vendunt. Plagiarij* in Indice βασιλικῶν dicuntur ἀνδραποδισταὶ. Auctor Etymologici, Ἀνδραποδιστὴς δ' ὁ μόνον ὁ τοὺς ἐλευθέρους ἀπάγων εἰς δουλείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀπιστῶν.

PLANA & *oliuosa via* opponuntur l. 2. §. deteriorem. D. ne quid in loco publ. *Plano* quoque *sublime & editum* aduersatur. Vnde, *de Plano opus facere*, &, *in machina operari*, contrariè relata inuenimus in l. 5. §. planè si sic commodaui. D. commodati.

Itaque *de Plano cognoscere, interloqui, discutere* (quo genere loquendi vtuntur nostri in lege 1. D. de constitut. prin. l. 9. §. de plano. D. de offic. proconsul. l. 6. D. de accusatio. lege 11. §. sexaginta. D. de adulter.) significat *ex Plano, & æquo loco* non ex superiore cognoscere, vt Cicer. pro Cæcinna, & lib. 3. Epist. viij. familiar. & lib. 3. de Orato. loquitur: id est, non *pro tribunali*, sed in via, in transitu, cum vel lauandi aut gestandi, aut ludorum gratia, magistratus prodierit. l. 7. D. de manumiss. vind. §. serui autem. Institut. de libertin.

Nam pro tribunali qui cognoscit, non ex plano, sed ex edito & superiori loco cognoscit. Et idcirco *Pro tribunali*, & *De Plano* aduersa nostri faciunt, l. 1. §. abolitio. D. ad SC. Turpillia. l. 18. D. de quæstionib. l. 3. §. si causa. D. de bon. possess. & l. 2. §. dies. D. quis ordo in possess. Seneca lib. 1. de Clemen. *Hæc tamen magnanimitas in bona fortuna latiorem locum habet, melúsque in tribunali, quàm in Plano conspicitur.* Sueton. in Tiber. cap. 32. *Et si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat, Iudicésque aut è Plano, aut è Quæstoris tribunali, legum & religionis & noxæ de qua cognoscerent admonebat.*

Eodémque modo χαμοῦ, id est *de Plano*, & τοῦ βήματος opponuntur à Modestino in l. εἰδέναι. D. de excusation. *Vnde de Plano legi possit.* l. 11. §. proscribere. D. de institor. id est ἐξ ὑποπέδου, vt est apud Ioseph. lib. 19. Antiquit. Iudaic. cap. 4.

Cùm ripæ cedunt ex quo primùm à Plano vergere incipit vsque ad aquam. lege 3. Digestis de fluminibus.

PLANARIAM *interpellationem* cùm in l. 4. C. de dilationib. tum in l. penult. C. de naufrag. lib. 11. Sic enim vtrobique corruptum hoc verbum emendandum non ex ingenio solùm, sed ex scriptorum codicum authoritatum fide pridem monui, accipe iudice adito non *pro tribunali*, sed ex *æquo loco*, vt puta, cùm stat aut procedit, aut aliàs prodiens in transitu sui potestatem facit.

Ita *Planarij conflictus* apud Ammian. Marcellin. libro 19. *qui ex solo Plano fiunt, non ex montibus.*

PLANCIANVM *Senatusconsultum de liberis agnoscendis.* l. 1. §. eleganter. l. 3. §. quia Plancianum. D. de liber. agnosc.

Est & Plancianum Senatusconsultum detractionem quartæ denegans ei qui non capienti hæreditatem restituere rogatus est. l. 59. D. ad leg. Falcid.

PLAVTIVS I. C. cuius sententiæ aliquot in libris nostris laudantur. Ad eum notas scripsisse Neratium apparet ex l. 5. D. de seruitut. præd. rust. vt & Iauolenum: quod compluribus Pandectarum locis comprobatur, maximéque ex inscriptione legis 83. D. de verb. sign. quæ hunc titulum præfert. Scripserant & ad hunc Plautium, Sextus quidem Pomponius, libros septem: Iulius verò Paulus, libros octodecim, quemadmodum propè innumeris Pandectarum locis planum fit. *Omnes authores apud Plautium de hoc consenserunt.* l. 1. §. sed in vsufructu. D. de vsufr. adcresc.

PLEBS *est cæteri ciues sine senatoribus.* l. 237. D. de verb. signifi.

Plebs eo differt à populo, quo species à genere. Nam appellatione populi vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patriciis & senatoribus. *Plebis autem appellatione, sine patriciis & senatoribus cæteri ciues significantur.* §. plebiscitum. Instit. de iur. natur. Agell. libro 10. cap. 20. *Plebs ea dicitur in qua gentes ciuium patriciæ non insunt.*

Plebiscitum est, secundum Capitonem, lex quam plebs non populus accipit. Festus lib. 12. & 17. *Sciscere* ait *esse sententiam dicere, suffragium ferre: eóque scita plebis dici, quæ plebs suo suffragio sine patribus iussit plebeio magistratu rogante.*

Lex Aquilia Plebiscitum est, cùm eam Aquilius Tribunus pl. à plebe rogauerit. l. 1. D. ad l. Aquil. *Plebiscito continetur vt nequis præsidum, munus, donum caperet.* l. 18. D. de offic. præsid.

PLEBISCITA Pomponius appellata ait *iura, quæ sibi populus sine auctoritate patrum constituebat.* l. 2. §. deinde cùm esset. D. de orig. iur. Iustinia. verò *Plebiscitum* definit *quod plebs plebeio magistratu rogante, veluti tribuno constituebat.* §. plebiscitum. Instit. de iur. natur.

PLEBEIVS & *Decurio* in libris noſtris quandoque opponuntur. l. 3. D. de teſtib. l. 9. §. penult. & l. 10. §. vlt. D. de pœn. *Decurionum honoribus Plebeij fungi prohibentur.* l. 7. §. is qui. D. de decurionib.

Aliàs *Plebeius* & *Honeſtior* opponuntur. l. 1. §. vlt. D. de effractorib. *Plebeij & qui ſunt in aliquo honore poſiti.* l. 3. §. pœna. D. ſtellionat.

Eminentiſsimorum & perfectiſsimorum virorum vſque ad pronepotes liberos, Plebeiorum pœnis vel quæſtionibus non ſubiici. l. 11. C. de quæſtionib. *Milites neque tormentis neque Plebeiorum pœnis in cauſis criminum ſubiungi concedimus.* l. 8. C. de quæſtionib.

Plebeius filius. l. 14. §. plebeij. D. de muner. & honor. *Si quis de Plebeis apud Prætorem accuſatus.* l. 1. §. vlt. D. de ſuſpect. tutor.

PLECTI, id eſt puniri. l. 29. §. plectitur. D. ad l. Iul. de adulter. *Capitis pœna Plecti.* l. 9. D. de leg. Pomp. de paricid. l. 10. D. ad l. Cornel. de ſicar.

Capite Plectere. l. 7. C. ad l. Fab. de plagiar. id eſt *capitis pœna. Tripli condemnatione Plecti.* l. 14. §. ſi quis per vim. D. quod met. cau.

Exilij pœna Plectendus. l. 13. C. de his qui accuſ. non poſſ. *Falſi pœna Plectuntur.* l. 32. D. de l. Cornel. de falſ.

Plecti pœna. l. 3. D. de re milit. *Pœna pecuniaria Plectitur.* l. 4. D. de cuſtod. & exhibit. *Ex Senatuſconſulto hac pœna Plectitur.* l. 1. D. ad l. Iul. de ambit. *Poena Plectendi ſunt.* l. vlt. D. de termin. mot. *Eodem crimine Plectetur.* l. 36. D. de pignerat. act. *Senatuſconſulto Turpil. non Plecti.* l. 1. §. accuſationem. D. ad SC. Turpil. *Vſuris Plectendi ſunt tarditatis gratia.* l. 7. §. ſi poſt. D. de adminiſt. & peric.

Euenit vt eadem ſcelera in quibuſdam prouinciis grauius Plectantur. l. 26. §. vlt. D. de pœnis. *Solent ex hac crimine ſtellionatus extra ordinem Plecti.* l. 3. §. pœna. D. ſtellionat.

PLENA proprietas *nudæ* aduerſatur: eóque nomine ſolida & non ſeparata vſufructu proprietas demonſtratur. l. 43. §. 1. & l. 46. & l. 53. D. de vſufructu. l. 2. D. quib. mod. vſusfru. amitt. l. 78. Digeſtis de iure dot. l. 10. l. 26. D. de vſufruct. leg. l. 15. in fi. D. de caſtr. pecul.

Sic & quod *Plenum* dominium dicitur, cui vſusfructus cohæret. *Vt Pleno dominio hæc prædia habeant, & non per ſolum vſumfructum.* l. 4. D. de aliment. vel cibar.

Pleno iure noſtrum id eſſe accipimus, cuius & vſusfructus & proprietas ad nos pertinet. *Suos ſeruos vel ancillas eos accipimus, qui ſunt Pleno iure teſtantis.* l. 73. D. de legat. 3.

Generaliter pignore datus ſeruus Pleno iure debitoris eſt. l. 29. D. qui & à quib. *Pleno iure dominus conſtitutus.* l. 11. C. de action. emp. *Si libertus ea quæ ſibi donata ſunt Pleno iure, vt dominus poſſederit.* l. 1. C. de reuocand. donat. *Niſi promiſſor Pleno iure fundum effecerit ſtipulatoris.* l. 126. §. 1. D. de verb. oblig.

Agni & hœdi & vituli ſtatim Pleno iure ſunt bonæ fidei poſſeſſoris. l. 28. D. de vſur. *Pleno iure fundum Titius habebit.* l. 17. D. quib. mod. vſusfr. amitt. *Qui fundum Pleno iure promiſit.* l. 126. §. 1. D. de verb. obligat. *Cùm fundus ad hæredem Titiæ Pleno iure redierit.* l. 19. D. de annu. legat. *Poſſeſſor Plenum ius incipit habere.* l. 17. D. de rei vindic. *Vt Plenum ius patroni habeat.* l. 19. D. de bon. libert. *Patronus qui Plenum ius habuit.* l. 1. C. de bon. libert.

An poſt tempus decennij Plenus fundus ad legatarium pertineat. l. 26. D. de vſu & vſufr. legat. id eſt *Pleno iure. Filius annum agens Plenum nonumdecimum.* l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell. *Annus viceſimus quintus cœptus pro Pleno habetur.* l. 8. D. de muner. & honor.

Pleni anni, vel *Cœpti* & *Inchoati* opponuntur. l. 8. D. eod. tit. *Licet animi Plenus non fuiſſet affectus.* l. 3. C. de adquir. retin. poſſeſſ. *Qui Rufinam ingenuam honore Pleno dilexerat.* l. 16. D. de his quæ vt indign.

Cùm hæreditates non modò honeſto titulo, ſed & Pleniore honore tribuantur. l. 5. §. ſed & ſi. D. de legat. præſt.

Quia actionum non Plenus numerus eſſet. l. 11. D. de præſcr. verb.

Plenus numerus mancipiorum. l. 21. D. de option. & elect. *Si numerus ordinis Plenus ſit.* l. 2. D. de decurion.

Cùm ex vtilitate ordinis ſit, ſemper ordinem eſſe Plenum. l. 2. D. de decurion.

Vaticinatores qui ſe Deo Plenos adſimulant. Paul lib. 5. ſentent. tit. 21.

Plenus locus & vacuus opponuntur. l. 2. D. de decurion.

Plenus vterus, qui & grauis, vacuo opponitur. l. 83. D. de adquir. hæred. l. 11. D. de iure codicillor. *Ea quæ Pleno grege edita ſunt.* l. 70. D. de vſufr.

Plenum vſum debet habere, ſi & villæ & prætorij ei relictus eſt. lege 12. D. de vſu & habit.

Plena negotiorum geſtorum actio. lege 37. D. de negot. geſt. dicitur *quæ in ſolidum non quatenus*

facere maritus possit, datur. Plena legis actio. l. 1. C. de adoption. Plena custodia vt & diligentiam præstet. l. 2. §. vlt. D. de peric. & commod.

Plena defensio accipitur, si & iudicium non detrectetur, & iudicatum solui satisfietur. l. 21. §. vlt. D. ex quib. caus. maior. l. 34. §. pupillo. D. de iureiur. Sufficit tutoribus ad Plenam defensionem, siue ipsi iudicium suscipiunt, & cæt. l. 1. §. sufficit. D. de adminis. & peric. Sufficere ad Plenam defensionem si procurator paratus sit iudicium accipere. l. 34. §. procurator. D. de iureiur.

Mihi videtur Plena esse Q. Mutij definitio. l. 1. §. hoc interdictum. D. quod vi aut clàm.

Plena Falcidia, id est Integra. l. 16. D. ad l. Falcid. vt Plena summa, id est solida & Integra. lege 110. §. qui quinque. D. de legat. 1.

Plenam fidem testatori exhibere, est ei cui voluit solidum & minimè delibatum fideicommissum præstare. l. 20. in fi. D. de donationib. l. 19. D. quæ in fraud. cred. lege 5. §. si quis rogatus. D. de donation. inter vir. Hoc Iustinian. nouell. constit. 1. dicit, καταβαλεῖν ὁλόκληρα τροσβεῖα, καὶ πληρῆ τιὼ γνώμιω τὸ Δροπεμθύς πηρῆσαι.

Indebitum soluisse non videtur, qui Plenam fidem defuncto præstare maluit. Paul. lib. 4. sentent. tit. 3.

An Plenam habuerit aliquis accusandi facultatem. l. 1. §. accusationem. D. ad SC. Turpil. Si procurator Plenam potestatem agendi habeat. l. 10. C. de procurat. Plenam in re habere potestatem. §. vlt. Instit. de vsufr. Plenam immunitatem desiderare. l. 7. C. de munerib. patr. lib. 10. Sensisse liberationem Plenam. l. 82. D. ad l. falcid. Missa Plena opinione vt princeps æstimet an sequenda sit eius sententia. l. 6. D. de interdict. & relegat. Verbum, restituas, Plenam habet significationem. lege 38. §. in Fauiana. D. de vsuris. Plenam voluntatem defuncti contineri circa beneficiendum coniunctis personis. l. 39. §. vlt. D. de fideicommiss. libert. Plena intercedente donatoris voluntate. l. 3. C. de donationib. Quia Plena fruatur voluntate emancipatus. l. 16. D. de legat. præstand.

Et vtique, Plenæ pubertatis, id est decem & octo annis eum præcedere debet. l. 40. §. 1. D. de adoption. Non Plenum arbitrium voluntatis hæredi dedit. l. 11. §. quanquam. D. de legat. 3.

Plenum Compromissum, cui pœna, vel alia res vice pœnæ, addita est: item quod de rebus omnibus cõtrouersisque constitutum est, denique quod omnibus numeris perfectum est & absolutum.

Si alter rem, alter pecuniam stipulanti promiserit, Plenum compromissum est. l. 11. §. quod ait. D. de recept. qui arbitr. Si petitor quis stipulatus est, possit dici Plenum esse compromissum. l. 13. §. 1. D. eod. tit. Plenum compromissum appellatur, quod de rebus controuersiisve compositum est. nam ad omnes controuersias pertinet. l. 21. §. 1. D. eod. tit. Hoc compromissum Plenum est, quod & doli clausulæ habet mentionem. l. 31. in fi. D. eod. tit.

Plenum corpus Homeri. l. 52. §. si Homeri. D. de legat. 3.

Impubes nondum Plenum iudicium animi habet. Vlpian. tit. 21. regul.

Quia legatarius non Plenum legatum accepisset. l. 84. §. ædes. D. de legat. 1.

Plenum legatum seruitutis, quod non personæ, sed rei datum, sic vt ad hæredes transmittatur. l. 6. D. de seruit. leg. Plenum legatum ex quo Falcidia non detrahitur. in l. 117. ad leg. Falcid.

Dummodo viuos & Pleni temporis pariant. Paul. lib. 4. sentent. tit. 9.

In Plenum, id est Pleno iure, omnino, in totum. Quod non in Plenum stipulatoris hominem fecerit. l. 63. D. de condict. indeb. Si hæres in Plenum statulibero donasset pecuniam. l. 11. D. de statulib. Quamvis filius patris potestate non fuerit in Plenum liberatus. l. 15. D. de suis & legit.

Cùm Plenum officium à matre desideremus. l. 2. §. quid ergo si. 2. D. ad SC. Tertyll.

Plenum obsequium præstare testatoris iudicio. l. 16. D. de legat. præstand.

Quamuis oues Plenis vberibus venierint. l. 48. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.

Plenior, id est Amplior, Vberior. Peculij incrementum Pleniorem facit hæreditatem. l. 56. D. ad l. falcid. Quotiens rei Plenior promittendi obligatio inuenitur. l. 95. §. quod vulgò. D. de solutionib. Rei obligatio Plenior est. l. 5. D. de fideiussorib. Cùm Plenior aduersus hæredem vel hæredi competat obligatio. l. 51. §. non mirum. D. de euictionib. Vt plenior esset prætoris animaduersio. l. 15. §. quod ait prætor. D. de iniuriis. Quod adiicitur, interpretationem Pleniorem exigit. l. 18. §. 1. D. de pecun. const. Magis Pleniore officio fidei præstandæ functum maritum quàm donasse videri. lege 5. §. si quis rogatus. D. de donat. int. vir. Quædam rescripta quæ sunt Pleniora. lege 1. §. cùm quis. D. de quæstionib. Cur Plenius est alimentorum legatum. l. vlt. D. de aliment. & cibar. Plenius est legatũ quàm de dote actio. Instit. de legat. id est vberius.

Plenius & exiguius opponuntur. l. 13. D. de vacat. & excusat. Hæc adiectio, legatum aliàs exiguius, aliàs Plenius facit. l. 46. D. de legat. 3.

Duo genera tribuendæ muneris publici vacationis sunt: vnum Plenius, cùm & militiæ datur: aliud exiguius, cum nudam muneris vacationem acceperint. l. 13. D. de vacat. & excusat.

Verbum,

Verbum, abfuturúmque esse, Plenissimum est, & ad omne tempus refertur. l. 19. D. iudicat. fol. *Ripa ea putatur esse quæ Plenissimum flumen continet.* l. 3. D. de fluminib.

Plenissimam coercitionem habere. l. 17. §. 1. D. de vsufr. *Cùm Plenissimam iurisdictionem proconsul habeat.* l. 7. D. de offic. proconsul. *Tunc Plenissimam habeat firmitatem.* l. 13. D. de donat. int. vir. *Ilienssibus Plenissima immunitas tributa est.* l. 17. §. 1. D. de excusationib. *Diuus Nerua Plenissimam indulgentiam in milites contulit.* l. 1. D. de testamen. milit. *Plenissima seueritas.* §. vlt. Institut. quib. alien. lic. vel non. *Cùm Plenissima testatoris erga adfinem voluntas ab eo manifestetur.* l. 27. §. 1. D. de instruc. vel instrum.

Defensor non Plenè defendit. l. 9. §. Celsus. D. de interrogat.

Plenius, id est *latius, pinguius. Plenius hîc causam bonorũ accipimus pro vtilitate.* l. 1. §. hæc actio. Digestis si is qui testamen. liber. *Puto Plenius accipiendum.* lege prima. §. domini. Digestis de SC. Silan. *Quod de fideiussore diximus, Plenius acceptum est.* lege 53. D. de contrahend. empt. *Vt Plenius dicam.* l. 92. D. de legat. 3. *Plenius ad eum videri peruenisse.* l. 4. D. de hæred. vel actio. vend. *In testamentis Plenius voluntates testantium interpretantur.* l. 12. D. de diuers. reg. *Lex Iulia Plenius interpretanda est.* l. 4. D. de fun. dot. *Plenius omnibus liberis prospexisse.* l. 122. D. de verbo. signif. *Si quis Plenius instructus quid faciat.* l. 11. §. vlt. D. de interrogat. *Prætor Plenius responderi iubeat.* l. 9. §. illud. D. de interrogat. id est fusius, copiosius. *Plenius rogo quæ ad hæc spectant, attingas.* l. 25. D. de liberat. legat. *Scæuola Plenius tractat.* l. 1. §. hæc actio. D. si is qui testam. liber. *De suo putant proficisci quod de alieno Plenius restituunt.* l. 5. §. si quis rogatus. D. de donat. int. vir.

Beneficium Imperatoris quamplenissimè interpretari debemus. l. 3. D. de constit. pec. *Mandatis Plenissimè cautum est.* l. 15. D. de pœnis. *SC. quo Plenissimè fœminis omnibus subuentum est.* l. 2. D. ad SC. Velleian. *Velleiano SC.to Plenissimè comprehensum est.* l. 1. D. ad SC. Velleian. *Peto Plenissimè instruas.* l. 4. D. quib. ad libert. proclam.

PLERIQVE *eiusdem conditionis.* l. 137. §. cùm ita. D. de verbor. obligat. *Plerique dicunt.* l. 16. D. ad SC. Trebell. *Dixerunt.* l. 36. D. de dam. infect. *Existimant.* l. 19. D. de manumiss. testam. *Opinantur.* l. 33. D. de ritu nupt. *Probant.* l. 8. §. vlt. D. de in ius voc. l. 25. D. de furtis. *Putant.* l. 1. §. si vir. D. de adquir. possess. l. 16. D. de tutel. & ration. l. 60. D. de cõdict. indeb. *Putauerunt.* l. 5. §. 1. D. de adquir. rer. domin. l. 3. D. pro hæred. l. 18. D. de in ius voc. *Responderunt.* l. 8. D. pro empto.

Plerisque placet. l. 28. Digestis ad SC. Trebell. & apud Vlpian. tit. 2. regular. *Placuit.* lege 5. Digestis de tutel. & ration. l. 17. §. vlt. D. de testam. milit. l. 3. D. de aqua & aq. plu. l. 32. D. de dam. infec. *Videtur.* l. 1. §. 1. D. de precario. *A Plerisque dictum est.* l. 24. D. ad l. Iul. de adult.

PLERVMQVE, est *vt plurimùm, ferè semper.* l. 10. D. de iur. dot. l. 22. §. vlt. D. ad l. Iul. de adult. l. 10. D. de iure dot. l. 28. §. igni. & §. incendiarij. D. de pœnis.

Prætor peregrinus appellatus est, quòd Plerumque inter peregrinos ius dicebat. l. 2. §. cúmque Consules. D. de orig. iur. *Ideo Plerumque quia non inter peregrinos modò, sed & inter peregrinos & ciues quandoque ius dicebat.*

Plerumque, ait Iustinian. Institut. de perpet. & tempor. act. *eas actiones quæ ex Prætoris iurisdictione pendebant, intra annum exisse.* Etenim *etiam quædam honorariæ actiones perpetuæ erant.* l. vlt. §. hæc iudicia. D. Nautæ, caupon. l. 35. D. de obligat. & action. Sed & interdicta quædam perpetuò dabantur. l. 20. §. hoc interdictum. D. de vi & vi arm. *Plerumque solemne dicere.* l. 10. §. vlt. D. de pact.

Aliàs *Plerumque* significat interdum. vt in l. 25. in fi. cum l. seq. D. de pact. Et ita accipe in l. 43. 3. si iactum. D. de furtis. ne pugnet cum l. 21. §. 1. D. de adquir. possess. & l. penult. D. pro derelicto. & l. 8. D. de leg. Rhod. Simili modo & in l. 3. D. de interrogat. *Quod Plerumque ab imprudentibus dici solet.* l. 17. §. idem ait. 1. D. de ædil. edic.

PLOSTRVM. *Qui actum habet, & Plostrum ducere, & iumenta agere potest.* l. 7. §. 1. D. de seruit. præd. rust. *In cliuo Capitolino duo Plostra onusta mulæ ducebant.* l. 52. §. in cliuo. D. ad l. Aquil. *Plostra quibus stercus euehatur.* l. 12. §. si aliqua. D. de instruct. vel instrum. *Si ex Plostro lapis ceciderit, & quid ruperit vel fregerit.* l. 27. §. si ex plostro. D. ad l. Aquil. *Si Plostro bos attriuit aliquem.* l. 1. §. siue autem. D. si quadr. pauper.

PLOSTRARIVS, qui *Plostrum* ducit. l. 27. §. si ex plostro. D. ad l. Aquil.

PLOTINÆ Augustæ fit mentio in l. 57. D. de legat. 2.

PLVMBARE est plumbo diuisas materias iungere. *Si tuum scyphum alieno plumbo Plumbaueris.* l. 27. D. de adquir. rer. domin. Huic contrarium est *Replumbare.* l. 32. §. 1. D. de aur. argẽ.

PLVMBATVRA, & *Adplumbatura* pro eodem. l. 23. §. item quæcunque. *in qua Paulus ferrumination em ait per eandem materiam facere confusionem: Plumbaturam verò non idem efficere.*

PLVMBARII. l. vlt. D. de iure immunitat.

PLVMBATARVM *verbera*, l. 2. de exactorib. tributor. l. 10. C. sic enim illic legendum docet l. 3. de exactionib. in C. Theod. & l. 2. de quæstionib. & lege 80. de decurionib. in eod. Cod. Ambros. in lib. de passione Geruasij & Protasij, *Tunc indignatus Comes Astacius iussit eum tandiu de Plumbatis contundi quandiu exhalaret spiritum.* In libello quoque passionis Valeriani, Tiburtij, & Maximi martyrum ita scriptum reperi: *Igitur cum peruenisset ad Almachum quòd maximus cornicularius cum suis omnibus esset factus Christianus, iussit eum tandiu Plumbatis tundi quamdiu spiritum redderet.* Et in passione quattuor Coronatorum martyrum, *Illis autem reluctantibus renunciatum est Diocletiano Augusto, qui eos iussit ante ipsum simulachrum ictu Plumbatarum deficere.* Item in Martyrologio Vsuardi ad Carolum Augustum. *Quarto Nonas Decemb. Romæ passio sanctæ Bibianæ martyris, quæ iubente Iuliano iniquissimo tamdiu Plumbatis cæsa est donec redderet spiritum.* Suidas, πλυμβάτοις, μολύβδοις, κατὰ γλῶτταν. Itaque apud Basil. Magn. in Homil. de martyre Gordio, πῦ δὲ αἱ μολοβίδες, πῦ δὲ αἱ μάστιγες, quod interpres *lamminas Plumbeas* vertit, *Plumbatas* vertendum erat. Appellantur & *Plumbi verbera*, in l. 7. de exactionibus in C. Theod. Ex quibus minus obscurum videbitur, quod in l. vn. C. de his qui potentiorum nomine. præcipiunt Impp. eos qui in potentiores litem transtulerint, *Plumbo adfectos relegari.* vt & illud quod D. Ambros. lib. 5. Epist. ita scribit, *Si compertum fuerit data auctoritate aliquos Christianorum aut gladio, aut fustibus, aut Plumbis necatos.*

Plumbata etiam iaculi genus in modum sagittæ pennis instructum fuit. Cuius duo genera facit auctor libelli de rebus bellicis, qui Notitiæ Imperij Romani subiungitur: vnum cuius ligno ferrum ad formam venabuli aptatum infigebatur, fistula eiusdem ferri parumper extensa, supra quam modico interiecto spatio Plumbo adhærentes aculei velut tribuli emergebant, quæ *Plumbata tribulata appellabantur.* Altera verò erat *mamillata*, quæ benè extensa & directa virga accipiebat in extremitate sui rotundum & in acumen deductum ferrum similibus locis, quibus superior, *in tribulata Plumbo & pennis adhærentibus.* Cuiusmodi *Plumbatarum* meminit Vegetius lib. 1. cap. 17. & lib. 2. cap.

PLVRALIS *locutio duorum numero contenta est.* l. 12. D. de testib.

PLVS & *minus* opponuntur. *Vt plus aut minus veneat.* l. 34. §. alia. D. de contrah. empt. *Nisi siquid nominatim conuenit, vel Plus vel minus.* l. 23. D. de diuers. regul.

Auri pondo Plus minus decem. l. 26. §. vlt. D. depositi. *Non Pluris æstimari quàm.* lege 13. §. vlt. D. de seruit. præd. vrban.

Plus petitur quattuor modis, re, tempore, loco, causa, vt docet Iustinianus §. plus autem. Institut. de action. *Ne actor interdum Plus petendo aliquid damni sentiat.* l. 1. D. de interrogat. *Si totum petas, Plus petendo causa cadis.* Paul. lib. 2. sentent. tit. 5. Vetus Glossarium Græcum: *Plus petitio,* ἡ ὑπερβολὴ τῆσις, ἤτοι τὸ πλέον τῦ ἐπωφειλομένυ πράγματος.

Plus præstitisse quàm debuisset hæres intelligitur qui ante tempus pecuniam restituit. l. 15. D. de annu. legat.

Adiectio hæc PLVRISVE, *non infinitam pecuniam continet, sed modicam duntaxat.* l. 192. D. de verbor. signific. *Hæc autem enunciatio,* QVÆ SVNT PLVRIS AVREORVM TRIGINTA, *simul & quantitatis & æstimationis significatiua est.* l. 232. D. de verbor. signific.

Seruum tanto Pluris esse quo Pluris venire potest. l. 63. D. ad l. Falcid. *Quòd Pluris emerit fundum quàm quanti erat.* l. 61. D. eod. tit.

Quanto Pluris minorisve sit res. l. 30. §. 1. D. ad l. Falcid. *Fundus neque Pluris neque minoris quàm centum æstimaretur.* l. 109. §. vlt. D. de legat. 1.

Oleum Pluris pretij. l. 26. §. idem Marcellus. D. de condict. indeb. *Non enim res Pluris fit per hoc.* l. 1. D. de in lit. iur. *Quo loco Pluris vinum fuit.* l. 3. §. vlt. D. de act. emp.

Plus, id est hoc amplius. *Plus arbitror.* l. 5. D. de donat. int. vir. *Plus puto.* l. 24. §. vlt. D. solut. matrim. *Plus dicit.* l. 3. §. plus. D. ad exhibend. *Plus dicitur.* l. 3. §. armis. D. de vi & vi arma *Plus Trebatius existimat.* l. 21. D. depos. *Plus in re est, quàm in existimatione mentis.* l. 9. §. qui ignorauit. D. de iur. & fact. *Plus iusto temporis.* l. 4. D. de vacat. & excus. *Plus quàm manifestum est.* l. 5. §. hæres. D. de obligat. & action.

PLVRIMVS. *Plurimis non placet.* l. 12. D. de instr. vel instrum. *Per annos Plurimos obseruare.* l. 35. D. de legib. *Nisi de omnibus bonis aut Plurima parte eorum controuersia sit.* lege 21. Digestis de excusat.

Quanti is homo in eo anno Plurimi fuisset. l. 21. D. ad leg. Aquil. *quanti id in eo anno Plurimi fuit.* l. 1. D.

l. 1. D. eod. tit. *Quòd eum si alius possiderit, Plurimo redempturus fuisset.* lege 63. Digestis ad leg. Falcid.

PLVVIA *aqua*, toto tit. de aqua & aq. plu. & apud Cicer. Topic. *Aquam Pluuiam dicimus quæ de cœlo cadit atque imbre excrescit.* l. 1. §. 1. D. de qua & aq. plu.

POCVLA *dicuntur omnia potui parata, veluti truella, scyphi, modioli, phialæ.* l. 36. D. de aur. argen. *Si seruo meo argentum dederis vt Pocula tibi faceret.* l. 7. §. 1. D. de in rem ver. *Ex argento susceptо Pocula facta.* l. 13. D. de condict. fur.

Poculum aureum. l. 36. D. de aur. argen. *Qui quattuor Pocula oleagina habebat, ita legauit, Pocula oleagina Paria duo.* l. 30. D. de legat. 3.

POCVLENTA *penu ea quæ vini loco paterfamilias habuit, continebuntur.* l. 3. §. planè. Digestis de penu legat.

Poculentum. l. 18. D. de offic. præsid.

POENA est *noxiæ vindicta.* l. 131. D. de verbor. signif.

Pœna generale est *nomen, omnium delictorum coercitio.* ibid. & mox: *Pœna non tantùm pecuniaria, verùm capitis & existimationis irrogari solet.* l. 131. D. de verbor. signif. ibidémque Vlpianus *Multæ & Pœnæ* dissimilitudinem plenissimè exequitur. De qua vide quoque Paulum in lege 244. Digestis eodem tit. in qua inter cætera *Pœnas* certas singulorum peccatorum esse tradit.

Pœna stellionatus nulla legitima est. l. 3. §. pœna. D. stellionat. *Si in euidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam Pœnam ei irrogat.* l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpil.

Legum Pœnæ. l. 42. D. de pœnis. *Pœna capitis.* l. 10. D. ad l. Cornel. de sicar. l. 9. D. de lege Pomp. *Exilij.* l. 13. C. de his qui aduers. *Metalli.* l. 11. C. de pœnis.

Pœna pecuniaria. l. vlt. D. de lege Fab.

Pœna autem appellatur quicquid extra rei persecutionem est. l. 2. in fin. D. de tut. & rat. distr. lege 12. §. 1. D. si quis om. caus. test. l. 5. §. vlt. D. de publicia. l. 25. §. 1. D. quæ in fraud. credit. l. 11. §. sed si plures. D. ad leg. Aquil. §. ex maleficiis. Instit. de actionib.

Pœnæ causa, siue, nomine, *legari videtur quod coërcendi hæredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat aut non faciat. Veluti si quis ita scripserit,* HÆRES MEVS SI FILIAM SVAM IN MATRIMONIVM TITIO COLLOCAVERIT, vel ex diuerso, SI NON COLLOCAVERIT, DECEM AVREOS DATO. §. pœnæ quoque. Instit. de legat. & apud Vlpian. Tit. 25. Regular.

Pœnam autem à conditione voluntas testatoris separat. l. vltima. D. de his quæ pœnæ nomine relinquuntur.

POENALIS *actio.* l. 21. D. de liber. cau. l. vlt. C. de noxalib. *Pœnalis in factum actio.* l. 12. D. de in ius voc. l. 25. D. de l. Cornel. de falsis.

Nunquam actiones Pœnales de eadem pecunia concurrentes alia aliam consumit. l. 60. D. de obligat. & action.

Ciuilis constitutio est, Pœnalibus actionibus hæredes non teneri. l. 1. D. de priuat. delict.

Fideiussores Poenalibus actionibus non adstringuntur. l. 27. §. vlt. D. ad municipal.

Poenales autem actiones, quas & *Poenarias* Quintil. lib. 4. cap. 3. & l. 7. cap. 5. vocat, sunt quibus meram pœnam persequuntur. Inde *Poenales & rei persecutoriæ actiones* opponuntur. lege 5. §. vlt. Digestis de alienat. iud. mut. §. sequens diuisio. Institut. de action. lege 32. Digestis ad l. Falcid.

Hæc actio non est Poenalis, sed rei persecutionem arbitrio iudicis continet. l. 4. §. vlt. D. de alienat. iudic. mut.

Cæterùm *Poenales actiones* vel *legitimæ* sunt vel *honororiæ.* l. 32. D. ad leg. Falcid. *nec ex maleficiis tantùm, verùm & ex contractibus descendunt. In hæredem non solent actiones transire quæ Poenales sunt ex maleficio, veluti furti, damni, iniuriæ, bonorum raptorum, iniuriarum.* l. 111. §. vlt. D. de diuers. reg.

Ex maleficiis Poenales actiones. §. non omnes. Institut. de perpet. & tempor. act. *Poenales actiones quoniam ex contractu veniunt.* l. 23. §. si seruus. D. de ædil. edic.

Conditio Poenalis. l. 5. D. de nautic. fœn. *Stipulatio Poenalis.* l. 54. §. 1. D. locati. l. 1. §. quæ onerandæ. D. quar. rer. act. *Si ex causa Poenali debetur.* l. 7. D. de solutionib.

Ex Poenalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari. l. 58. D. de diuers. reg. *In Poenalibus causis benignius interpretandum est,* l. 155. §. vlt. D. eod. tit. *Iurisdictionem suam Poenali iudicio defendere.* l. 1. D. si quis ius dicen.

Poenalia iudicia. l. 108. & l. 164. D. de diuers. reg.

POENITERE, vel vt in Pandect. Florent. constanter, PÆNITERE. *Si Poenituit eum*

qui libellum tradendum diuortij dedit. l. 7. D. de diuort. *Quòd donationis se dixit* Poenituisse. l. 22. D. de donation. int. vir. & vxor.

POENITENTIA, vel secundum perpetuam Pandectar. Florentin. scripturam,

PAENITENTIA. *Si Poenitentiam egit hæres priusquàm adiret.* l. 25. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. *Poenitentia actus*, apud Vlpian. tit. 23. regular. id est, *Poenitentia ductus*, vt l. 4. C. de reuocan. donat. *Si auiam filiæ tuæ quasi Poenitentia ductam subtracta instrumenta donationum igne exussisse constiterit.* l. 2. C. de reuocand. donat. *Poenitentia acta.* l. 41. D. de minor. l. 28. §. 1. D. mandati. l. 3. §. si se. D. de sepul. viol.

Nemo tali peccato Poenitentia sua nocens esse desinit. l. 17. D. de ædil. edic. l. 65. D. de furt. *Donationem reuocare non potes sub obtentu Poenitentiæ.* l. 4. C. de reuocan. donat. *Suffragio iustæ Poenitentiæ.* l. 19. D. de furtis. *Aequissimum est, huiusmodi voluntates in ciuitates collatas Poenitentia non reuocari.* l. 3. §. vlt. D. de pollicitat.

POENVS *sermo.* l. 1. §. vlt. D. de verbor. obligat. *Punica lingua* vocatur. l. 11. D. de leg. 3. D. Hieronymi. in Epistol. ad Demetriadem virginem, *Stridor Punicæ linguæ.* B. Augustin. Sermo. 24. *Prouerbium natum est Punicum quod quidem Latinè vobis dicam, quia non omnes Punicè nostis.*

POLIRE *vestimenta fullonici artificij est. Si fullo vestimenta Polienda acceperit.* l. 13. §. si fullo. D. loca. *Fullo qui curanda Polienda vestimenta accepit.* l. 12. D. de furt. *Fullo qui Polienda vestimenta accepit.* l. 82. D. de furt. §. item si fullo. Institut. de obligat. quæ ex delic. Ad quem locum Theophilus ait, δέδωκα κναφεῖ κναπῆσαι, ἢ πλυτῆσαι, ἑαθῆτα, ἢ ῥάπτει ῥαπῆσαι. *Si tibi vestimentum Poliendum locauero.* l. 48. §. si ego. D. de furt. *Si seruus tuus vel filius Polienda vestimenta susceperit.* l. 52. §. si seruus tuus. D. de furt. *Si tibi Polienda farciendáve vestimenta dederim.* l. 22. D. de præscr. verb. *Si quis farciendum Poliendúmve conduxit.* l. 9. §. Celsus. D. locat.

Nonius Marcell. in verbo *Interpolare* tractum id ait *ab arte fullonica, qui Poliendo diligenter vetera quæque quasi in nouam speciem mutant.* Plinius lib. 8. cap. 48. de lanis loquens, *Quippe*, ait, *Ahenis Polientium extracta in tomenti vsum veniunt.* Idē lib. 19. cap. 1. *Hispania citerior habet splēdorem præcipuum torrentis in quo Politur natura.* Idem lib. 35. cap. 17. *Vmbrica creta non nisi Poliendis vestibus assumitur.* Vnde *Politura* apud eundem lib. 11. cap. 24.

POLITOR qui agrum curat, excolit. *Cùm agrum Politori damus in commune quærendis fructibus.* l. 52. §. venit. D. pro socio. Festus Pomp. *Polimenta dicebant testiculos porcorum cùm eos castrabant, à Politione segetum aut vestimentorum quòd similiter atque illa curentur.*

POLLEX. *Si pretioso pictori Pollex fuerit præcisus.* l. 23. §. item Iulianus. Digestis ad legem Aquil.

POLLICERI Prætor *actionem iudiciúmve* dicitur qui daturum se actionem iudiciúmve edicit. *In seruum prætor hanc actionem Pollicetur.* l. 3. §. vlt. D. de sepul. viol. *Hanc actionem prætor intra annum vtilem Pollicetur.* l. 1. §. hanc autem. D. si mul. ventr. nom. *In simplum actionem prætor Pollicetur.* l. 14. D. quod met. cau. *Cùm Polliceatur prætor actionem.* l. 1. §. quanquam. D. de exercitor. *Licet prætor polliceatur actionem.* l. 3. D. de pecul. *Prætor iudicium Pollicetur.* l. vlt. §. prætor. D. ne vis fiat ei qui in possess. *Prætor Pollicetur se iudicium operarum daturum in libertos & libertas.* l. 2. D. de oper. libert.

Puto prætorem non esse Pollicitum in hæredes in id quod ad eos Peruenit. l. 3. §. vlt. Digestis de vi bonor.

Eodémque modo prætor bonorum *possessionem* Polliceri dicitur. *Pollicetur prætor bonorum possessionem.* Vlpian. tit. 23. Regul. *Prætor edicto suo proximitatis nomine bonorum possessionem Pollicetur.* l. 8. D. de suis & legit. *Cùm patrono contra tabulas certæ partis bonorum possessionem prætor Pollicetur.* l. 6. D. de bonor. possess. *Si quis ex his quibus bonorum possessionem prætor Pollicetur.* l. 1. D. de coniungend. cum emanc. l. 5. D. si tab. testam. nul. *Prætores certæ partis bonorum possessionem Pollicebantur.* l. 1. D. de bon. libert. *Proconsul in integrum restituturum se Pollicetur.* l. 3. §. ex quibus. D. de alienat. iud. mut.

Obseruandum autem verbum *Pollicendi* contra Grammaticorum regulas passiuè poni ab Vlpiano in l. 1. §. est autem. D. de exercitor. his verbis: *Exercenti nauem aduersus eos qui cum magistro contraxerunt, actio non Pollicetur.* l. 1. §. est autem. D. de exercit.

Pollicitatio est solius offerentis promissio. l. 3. D. de Pollicitatio. *Pollicitatio* autem plerumque dicitur, qua quis Reipubl. vel ciuitati opus aliquod publicum ludósve promittit.

Qui ex *Pollicitatione debitor patriæ suæ extiterat.* l. 46. §. 1. D. de adminis. & peric. *Debitores rerumpubl. si ex Pollicitatione debeant, quæ recusari non potest.* l. 6. §. sed si. D. de muner. & honor. *Quod ex causa Pollicitationis præstari necesse est.* l. 5. D. ad l. Falcid. *Qui aliquod opus se facturos promiserint,*

ſerint, eos ex ſola Pollicitatione *teneri.* l. 1. C. de ratiocin. oper. publ. Plin. epiſt. 48. lib. 10. *Huic theatro ex priuatorum* Pollicitationibus *multa videntur, vt baſilicæ circa, vt porticus ſupra caueam, quæ nunc omnino differantur, ceſſante eo quod antè peragendum eſt.*

Eſt & aliud eiuſmodi Pollicitationis exemplum apud eundem Plin. epiſt. 12. lib. 5. *in qua Fabatum ait cùm porticum ſub ſuo filiique ſui nomine dedicaſſe ſequenti die in portarum ornatum pecuniam promiſiſſe, vt initium nouæ libertatis eſſet conſummatio prioris.*

Quædam Pollicitationes *venditorem non obligant.* l. 43. D. de contrahen. empt.

Pollicitatio *dotis pro promiſsione.* l. 1. §. filiam. D. de dot. collat. *Si ſtipulatio in* Pollicitatione *rerum dotalium minimè fuerit ſubſecuta.* l. 6. C. de dot. promiſſ.

POLLINCTORES ſunt, vt Nonius ait, *qui mortuos curant.* l. 3. §. idem ait. D. de inſtitor. Inuenitur hoc verbum apud Plautum, Aſinar. Act. quinto, ſcena prima, & Pœnuli prologo. Tertullian. in lib. aduerſ. Gnoſticos, & Iulium Firmicum in lib. Matheſeos non ſemel. Gloſſæ Palæmonis, Pollinctores qui *mortuos ſepeliunt, vel qui cadauera rogis exurenda imponunt.*

POLLVERE. *Si vxor tua ſe adulterio* Polluit. l. 14. C. ad l. Iul. de adulter. *in ea dignitate quam* Polluit. l. 1. C. de ſtatuis & imagin.

POLYPTYCHA in l. 13. de indulgent. debit. in C. Theod. Vtitur & hoc verbo Caſſiodorus lib. 5. Variar. Epiſt. ad Seueria. & Epiſtol. ad Aurelium. πολυπτύχους δέλτους legere eſt apud Lucianum in dialogo Erotico.

POMARIA. Pomaria *extra conſuetudinem patris famil. defuncti culta.* lege 54. §. vlt. Digeſtis de hæred.

POMORVM *appellatione nuces, & ficus, & vuas duntaxat duracinas & purpureas, & quæ eiuſdem generis eſſent, quas non vini cauſa haberemus, quas Græci* τρωξίμους *appellant, contineri ſignificat* l. 205. D. de verbor. ſignificat. Pallad. in Epigr. de Nuce.

Arbuteas frondes vaſtæ nucis occupat vmbra,
Pomáque ſub duplici cortice tuta refert.

Idem de ficubus.

Se quoque miratur pingui grandeſcere ſucco,
Et ſolitum gaudent vincere Poma modum.

Idem de Moro.

Proceras fagos & Poma hirſuta virentis Caſtaneæ. Macrob. lib. 3. cap. 19. Nuces dici tradit à quibuſdam omne Pomum, quod *foris duro tegatur, & intus habeat quod eſui eſt.* Idémque lib. 2. cap. 6. Caſcellij Iureconſulti dictum vrbanum hoc refert, *Lapidatus à populo Vatinius cùm gladiatorium munus ederet, obtinuerat, vt Ædiles ædicerent, ne quis in harenam niſi Pomum miſiſſe vellet. Fortè iis diebus Caſcellius conſultus à quodam an nux pinea* Pomum *eſſet, reſpondit, ſi in Vatinium miſſurus es, Pomum eſt. Ficum planè* tanquam non Pomum ſecerni à Pomis apud idoneos auctores, idem auctor lib. 3. cap. 20. notat. Secundum quæ Pomiferas arbores in l. 45. §. vlt. D. de iure fiſci, accipiemus quæ quodlibet Pomi genus ferunt.

POMPA. *Id quod ad* Pompam *vel oſtentationem ſi quis accipiat.* l. 3. §. vlt. D. commod.

POMPEIA lex de paricidiis, qua cauebatur, *vt ſi quis patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, conſobrinum, conſobrinam, vxorem, virum, generum, ſocrum, vitricum, priuignum, priuignam, patronum, patronam occiderit, cuiuſque dolo malo id factum erit, vt pœna ea teneatur quæ eſt legis Corneliæ de ſicariis.* l. 1. D. de leg. Pomp. lege 1. Digeſtis de public. iudic. *Legis Pompeiæ primum caput eos adprehendit, qui parentes, cognatóſve, aut patronos occiderint.* lege 12. §. vlt. Digeſtis de accuſationib. *Lege Pompeia de paricidiis cauetur vt ſi quis parentis, aut filij, aut omnino adfinitatis eius quæ nuncupatione parentum continetur, fata properauerit, pœna paricidij teneatur.* §. alia deinde. Inſtitut. de public. iudic.

PONDERARE, id eſt appendere. *Aurum Ponderare.* l. 20. D. de furt.

Si olei certa Ponderatione fructus anni locaſti. l. 21. C. de locat.

PONDO libram ſignificat. *Auri Pondo.* l. 6. & l. 35. D. de auro argen. l. 31. §. Seia. D. de adimend. legat. l. 26. §. vlt. D. depoſiti.

Argenti Pondo, apud Quintil. lib. 7. cap. 7. & 10. *Argenti facti Pondo.* lege 19. D. de auro argen. Agellius lib. 7. cap. 18. & *pro iis quos alteri plures acciperent, darent argenti Pondo, libram ſcilicet, & ſelibram.* quo loci verba hæc, libram ſcilicet, vel delenda vel reiicienda ſunt, vt quæ è gloſſemate in textum irrepſerint, aut certè parentheſi includenda, vt à ſequentibus diuellantur. Nec enim recta eſſet verbi *Pondo* interpretatio, ſi libræ ſelibra cohæreret. Sic & apud Liuium lib. 32. *Argenti Pondo bina & ſelibras in militem præſtaret.*

Certum olei Pondo. l. 60. D. de verbor. obligat. *Decem Pondo olei.* l. 39. D. de contrah. empt.

Tritici medios centum, qui ſinguli Pondo *centum pendeant.* l. 7. §. vlt. D. de trit. vino.

PONDVS *certum auri, vel argenti* Pondus. l. 1. §. vlt. & l. 19. D. de aur. argen. *Pondus argenti quod in illis horreis habeo.* l. 30. §. certis. D. ad l. Falcid. *Certum Pondus olei.* l. 4. D. de trit. vino. l. 7. C. de rer. permut.

Res quæ Pondere conſiſtunt. l. 2. §. 1. D. de reb. credit. *Si res in Pondere conſtent.* l. 1. D. de condict. tritic. *In his quæ Pondere conſtant, veluti oleo.* l. 35. §. in his. D. de contrah. empt. *Id quod Pondere continetur.* l. 47. §. ſed ſi id. D. de legat. 1. l. 38. D. de iudiciis. l. 115. D. de verbor. obligat. l. 30. §. rurſus. D. ad l. Falcid. & apud Vlpian. tit. 25. regular.

Si maiora quis Pondera commodauit cùm ad Pondus emeres. l. 52. §. maiora. D. de furt. *Qui ſciens commodaſſet Pondera, vt venditor emptori merces adpenderet.* l. 18. §. de eo. D. de dolo.

Pondera æqua, maiora, minora. ibid.

Æquis Ponderibus aduerſantur *iniqua. Si quis à me oleum quod emiſſet adhibitis iniquis Ponderibus accepiſſet, vt in modo me falleret, vel emptor circumſcriptus ſit à venditore Ponderibus minoribus.* l. 32. D. de condit. emp.

Ponderatio. l. 20. C. de locato & conduc.

PONERE, verbum eſt πολύσημον. Interdum enim *Extruere* ſignificat. & ita *Aedificium Ponere.* l. 37. D. de rei vindicat. l. 2. D. fin. regund. *Si ædificio funditus diruto quod in litore Poſuerat.* l. 45. D. de vſurpat. & vſucap. *Aedificium poſiturum ſit in fundo.* lege 13. §. ſi tamen. Digeſtis de vſufr.

In area ædificium Poni. l. 7. D. de vſufr. *Cùm ædificium in area ſua ab alio Poſitum dominus occupat.* l. 33. D. de condict. indeb. *Area in qua ædificium Poſitum.* l. 98. §. vlt. D. de ſolution. *Aedificio in fine Poſito.* l. 4. §. ſed etſi quis. D. finium regundorum. *Ex tribus ædibus in loco impari Poſitis.* l. 25. §. vlt. D. de ſeruit. præd. vrban.

Caſam in littore Ponere. l. 5. D. de diuiſ. rer. *Titius horreum frumentarium in Seij prædio Poſuit.* l. 60. D. de adquir. rer. dom. *Hæres in fundo villam Poſuit.* l. 12. D. de vſu & vſufr. *Superficies in alieno ſolo Poſita.* l. 15. D. qui potior. in pign. *Si locum mihi vendidiſſent in quo bibliothecam Ponerem.* l. 50. D. de contrah. empt.

Ponere etiam *plantare & defigere* ſignificat. Sic *Ponere arborem.* l. 2. D. fin. regundor. *Si arborem Ponat vt lumini officiat.* l. 17. D. de ſeruitut. prædior. vrban. *Si hæres arborem in fundo Poſuiſſet.* l. 12. D. de vſu & vſufr. Horat. ode 13. lib. 2.

Ille & nefaſto te poſuit die
Quicumque primùm, & ſacrilega manu
Produxit arbos.

Arbor radicitus eruta, & in alio Poſita. l. 26. §. 2. D. de adquir. rer. domi. *Propè confinium arbor Poſita.* l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. domin. *Radicibus arborum in vicina area Poſitarum creſcentibus.* l. 1. C. de interdict. Sic & Ouidius.

Quæ præbet patulas arbor ſpatiantibus vmbras,
Quæ poſita eſt primùm tempore virga fuit.

Si meam Plantam in alieno ſolo Poſuero. l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. domin. *Si quis ſalicta Poſuerit.* l. 1. §. ſed apud. D. de aqua & aq. pluu. *Colonus cùm lege locationis non eſſet comprehenſum vt vineas Poneret.* l. 61. D. locati. *Si arui vſusfructus legetur, & vineæ ibi ſunt Poſitæ.* l. 10. §. agri. D. quib. mod. vſusfr. *De loco dato, deinde de vineis ibi Poſitis.* l. 16. §. ſi res. D. de pignor. & hypoth. Senec. epiſt. 87. *Vidi non tantùm menſe Februario Poſitas vites. Poni quoque vineas* aiunt Columella lib. 3. cap. 13. Palladius lib. 2. cap. 13.

Ponere aliàs eſt adſcribere, inſerere, adponere, adiicere. *Qui talem conditionem Poſuit.* lege 27. D. de condit. inſtitution. *Multum intereſt qualis conditio Poſita fuerit.* l. 16. D. de iniuſt. rup. *Conditionem verbis teſtamenti Poſitam.* l. 40. §. vlt. D. de ſtatuliber. *Extrinſecus Poſitæ conditionis.* l. 86. D. de hæredib. inſtituend. *Quacumque Poſita conditione.* ibid. *Conditiones in teſtamento Poſitas.* l. 6. D. de condition. & demonſtration. *Sub diuerſis conditionibus diſiunctim Poſitis.* lege 81. D. eod. tit.

Dies Ponitur. l. 54. D. eod. tit. *Quotiens in obligationibus dies non Ponitur.* lege 41. §. vlt. D. de verbor. obligat. *De die Ponenda in ſtipulatione ſolet inter litigatores conuenire.* l. 8. D. qui ſatiſd. cogant. *Poteſt quinquennium non ad hoc eſſe Poſitum, vt aliquid donetur.* lege 18. Digeſtis de donationibus.

Filium habens ſic exhæredationem Poſuit. l. 25. Digeſtis de liber. & poſthum. *Si nomen in ſtipulatione Poſitum ſit.* l. 31. D. de ſtipulat. *Si demonſtrandi cauſa hæc oratio Poneretur.* l. 6. Digeſtis de legat. 1.

Interdum

Interdum *Ponere* significat constituere, conferre. *Defunctus in hæredis voluntate Posuit conditionem.* lege 59. Digestis ad SC. Trebell. *Legatum in aliena voluntate Poni potest.* lege 43. §. legatum. Digestis de legat. 1. *Nec in arbitrio eius qui rogatus est, Positum est.* l. 7. §. 1. Digestis de reb. dub.

Positus, id est constitutus. *In aliqua dignitate Positus.* l. 1. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 1. C. de statu. & imaginib. *In aliqua dignitate Positi.* l. 3. §. qui pecuniam. D. de suspect. tutor. l. 9. §. obseruare. D. de offic. proconsul. *Honestiore loco Positi.* l. 12. §. legis. D. ad leg. Cornel. de sicar. *Humiliori loco Positum.* l. 1. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de sicar. *Arbiter in aliquo magistratu Positus, vel potestate.* l. 3. §. vlt. Digestis de recept. qui arbitr. *Filius in facultatibus Positus.* lege 1. §. præterea. D. de tutel. & rationib. *In soceri Positus potestate.* lege 9. Codice solut. matrimon. *Ea quæ in tua Positis potestate donaueras.* lege 17. C. de donationibus. *Te & vno fratre emancipatis, duobus autem aliis in patria Positis potestate.* lege secunda, Codice ad Senatusconsultum Orfician. *A sano & in bona valetudine Posito.* lege 35. §. mortis. Digestis de donation. cau. mort.

Ponere etiam *statuere* significat. *Arbiter terminos Posuit.* l. 44. D. de recept. arbitr. *Qui terminos finium causa Positos protulerunt.* l. 2. D. de termi. mot. id est statutos. vt l. vlt. D. eodem tit. & cap. 5. legis Maniliæ & Ped. Virgil. 12. Æneid.

Limes agro Positus, litem vt discerneret agris.

Et Ouid. lib. 11. Fastor.

Limes erat Positus, finem vt discerneret agris.

Cùm quis iussit in municipio imaginem Poni. l. 7. D. de annu. legat. *Qui imagines Ponendas legauerunt.* l. 17. §. vlt. D. de vsur. l. 5. D. de operib. public. *Concedi solet vt imagines & statuæ, quæ ornamenta Reipubl. sunt futuræ, in publicum Ponantur.* l. vlt. D. de dol. public. *In priuatis operibus inuitis his qui fecerunt, statuas aliis Ponere non possumus.* l. 12. D. de pollicitat. *Si quis statuam in municipio ea mente Posuit* vt. l. 21. D. de exception. *Si statuas in municipio Posuerit.* l. 14. D. de condition. & demonstrat. *Si statuam Posuerint.* l. 13. D. de manumiss. testam. *Qui statuas Ponendas legauerunt.* l. 5. D. de operib. public. l. 17. §. vlt. D. de vsur. *Legata quæ in operibus publicis conficiendis, statuisque Ponendis data sint.* l. 6. C. ad leg. Falcid.

Si cui Respublica necessitatem imposuerit, statuarum Principi Ponendarum. l. 6. §. vlt. D. de pollicitat. *Is cuius statua in loco publico in municipio Posita sit.* l. 11. §. 1. D. quod vi aut clàm. *Statuas in ciuitate Positas ciuium non esse.* l. 41. D. de adquir. rer. domin. *Statuas in publico Positas non esse emptoris bonorum.* l. 29. D. de reb. authorit. iudic.

Vetus Horatij interpres hæc verba od. 1. lib. 4. carmin. *Ponet marmoream*, sic interpretatur, *ex solido marmore statuet. Si quis quod in publico loco Positum habuit, reficere voluit.* l. 2. §. si quis quod. 1. D. ne quid in loco publ.

Positum habere, in edicto Prætoris, quem sensum habeat vide leg. 5. §. supra. D. de his qui effuder. *Vbi corpus meum Positum fuerit.* lege 18. §. vlt. Digestis de aliment. vel cibar. id est conditum.

Si laqueos eo loci Posuisset qui ius Ponendi non haberet. l. 29. D. ad leg. Aquil. *Aliquo loco Ponere nummos.* l. 55. D. de condition. & demonstrat. *Pecunia apud tutorem Posita.* l. 28. §. Mæuia. D. de liberat. legata. *Qui emptiones agrorum suorum pignori Posuit.* l. 2. C. quæ res pign. *Cùm Seius ornamentum pignori Positum luerit.* l. 32. §. vlt. D. de legat. 3.

Ponere pecuniam Horatius:

Vbi omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Calendis Ponere.

Si eam pecuniam Positam habuisset, id est *occupatam.* l. 13. §. vlt. D. de vsur.

Ponere rationem est subducere, dispungere, & ad calculos rem vocare. *Si legis Falcidiæ rationem Ponas.* l. 83. D. ad leg. Falcid. Senec. epist. 87. *Cùm ad patrimonium ventum est, diligentissimi computatores, sic rationem Ponitis singulorum, quibus pecuniam aut crediturí estis, aut beneficia.* Sic in Euangel. D. Matth. cap. 2. λόγον μετὰ δούλων, vetus interpres vertit, *Ponere rationem cum seruis.*

Poni ratio, id est *iniri* & computari. *Ratio quædam inter hæredem & hæreditatem Ponitur.* lege 41. §. 1. D. de euictionib. *Arbitrum dandum apud quem ratio Ponatur.* l. 1. §. si seruus. D. si is qui testam. lib. *Ratio administrationis secundum fidem acceptorum & datorum Ponatur.* l. 1. §. quod de. D. de administr. rer. ad ciuit.

Si ratio falcidiæ Poni cœperit. lege 15. §. cùm fideicommissum. Digestis ad leg. Falcid. *Ratio*

Falcidiæ ſi Poneretur. l. 15. §. quod auus. D. ad leg. Falcid. *Ratio ita Ponenda eſt.* l. 27. §. hæres. in fi. D. ad SC. Trebell. *Pro dodrante ratio Ponenda eſt.* l. 47. §. 1. D. ad leg. Falcid. *In ratione legis Falcidiæ Ponenda.* l. 12. & l. 95. §. 1. D. eod. tit. *Ratione Poſita eius pecuniæ quam mihi Stichus Gaij Titij ſeruus cauerat.* l. 89. D. de ſolutionib.

Eodémque genere loquendi *parem calculum Ponere* dixit Plin. epiſt. 2. lib. 9.

Hæc centum in ære alieno Ponerentur. l. 87. §. 1. D. ad leg. Falcid.

Ponere interdum eſt *fingere*, & quod barbarè dicunt *Ponere caſum.* Pone. l. 12. §. ſi quis. D. de bon. libert. l. 1. §. inter. D. de coniungend. cum emancip. l. 14. §. idem Labeo. D. de religioſ. & ſumpt. l. 34. D. de negot. geſt. lege 16. D. qui potior. in pign. l. 3. §. Iulianus. D. de collat. bonor. l. 35. D. de hæred. inſtituend. l. 5. D. de legat. 2. l. 97. D. de legat. 3. l. 12. §. ſi quid. D. de bon. libert. l. 7. D. de donation. l. 4. D. quib. ad libert. proclam. l. 1. §. ſunt qui. D. ne quid in flum. publ. id eſt finge, facito.

Si Ponas. l. 23. D. de inoffic. teſtam. l. 60. D. de condict. indeb. l. vlt. D. de caſtr. pecul. Et apud D. Ambroſ. Serm. 85.

Poſueris. l. 33. §. vlt. D. de excuſationib.

Ponamus. l. 5. §. domum. D. de iniuriis. l. 82. D. de legat. 1. *Si Ponamus.* l. 71. §. ſi ponamus. D. de fideiuſſorib. l. 19. D. ad SC. Velleian. l. 3. D. de coniungend. cum emancip.

Poſita, pro *oppoſita. Si Poſita ſit doli mali exceptio.* l. 30. D. de rei vindicat. *Vt exceptio doli mali Poſita pupillo noceat.* l. 47. D. de ſolution. *Doli exceptione Poſita.* l. 3. §. ſi quis ita. D. de adimend. legat. lege vlt. D. de pignerat. act. l. 10. Digeſtis de dol. & met. except. l. 37. §. vlt. Digeſtis de noxal. action. lege 48. Digeſtis de rei vindicat. *Poſita exceptione.* lege 18. Digeſtis de iureiur. *Doli replicatione Poſita.* l. 7. D. ad SC. Velleian.

Poſito altero, tolli alterum. l. 24. D. de verbor. ſignific. id eſt aſſumpto ſeu conceſſo.

Poſito magiſtratu. l. 32. D. de iniuriis. id eſt *depoſito.* vbi *Poſito magiſtratu*, &, quandiu in magiſtratu eſt, opponuntur.

POSITIO, pro ſtatu & qualitate. l. 3. D. de annu. legat. *Si dominus eandem Poſitionem peculij reliquit.* l. 11. §. 1. D. de pecul.

Poſitiones in l. 1. D. de iuſtit. & iure. alij *ſpecies*, alij *theſes*, alij *obiecta* interpretantur.

PONTIFEX *dum ſacra facit.* l. 2. D. de in ius vocand. *Pontifices explorare debent*, &c. l. vlt. D. de mort. infer. *Oſſa ab alio illata an liceat ſine decreto Pontificum effodere, vel eruere.* l. 8. D. de religioſis.

Iuris interpretandi ſcientia & actiones, apud collegium Pontificum erant: ex quibus conſtituebatur quis quoque anno præeſſet priuatis. l. 2. §. his legibus. D. de regul. iur. *Pontificibus reſcriptum refert.* l. 3. §. vlt. D. de ſuis & legit.

PONTIFICALI *authoritate compelluntur hæredes ad obſequium ſupremæ voluntatis.* l. 50. §. vlt. D. de hæred. petit. *Expectandum permiſſum Pontificale.* l. 8. D. de religioſ.

PONTIFICIVM pro *Poteſtate* vſurpatum in Codice Theodoſiano adnotatur. In quibuſdam etiam codicibus hoc verbum in eundem ſenſum, apud Gellium ſcriptum eſt libro 1. cap. 13. Arnob. in Pſalm. 68. ergo ſic accipiunt *Pontificium iudicandi & corripiendi.* Sed & in legibus Burgundionum cap. 40. ita ſcribitur. *Huius autem actionis Pontificium circa manumiſſores tantùm de libertis ſuis præcipimus cuſtodiri.* Similique modo verbum hoc Marculphus in formulis non ſemel vſurpat.

POPINA, id eſt *taberna vinaria*, in qua opſonia & carnes coctæ ad delicias vænibant, inter inhoneſti loci exẽpla ponitur. l. 21. §. ſed ſi in aliquem. D. de recept. qui arbitr. *Si quis ſeruum meum vel filium in Popinam duxerit.* l. 26. D. de iniur.

Popinæ. l. 41. §. hoc SCtum. D. de legat. 1.

Sanè Claudium Imperatorem coërcitionem Popinarum Ædilibus ademiſſe, quòd quidam in Ædilitate inquilinos prædiorum ſuorum contra vetitum cocta vendentes multaſſet, Sueton. in eius vita refert.

POPVLVM Cicero in libris de Repub. teſte D. Auguſtino lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 21. definiebat *cœtum multitudinis iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſociatum.*

Populus ponitur inter corpora non ſoluta, ſed vni nomini ſubiecta. l. 30. D. de vſurpation.

Populum eundem hoc tempore putari qui hinc centum annis fuiſſent. l. 76. D. de iudiciis.

Populi autem *appellatio interdum generalis eſt, & ad omnem ciuitatis cuiuſque vel gentis multitudinẽ pertinet. Viam publicam Populus non vtendo amittere non poteſt.* l. 2. D. de via publ. *Ad beſtias damnatos fauore populi præſes dimittere non debet.* l. 31. D. de pœnis. *Omnes populi qui legibus & moribus reguntur.* l. 9. D. de iuſtit. & iur.

Interdum

Interdum verò Populi appellatione Populus Romanus significatur. *Populus principi & in principem omne suum imperium & potestatem contulit.* l. 1. D. de constitut. princip. *Ad curam principis magistratuum creatio pertinet, non ad Populi fauorem.* l. 1. D. ad leg. Iul. ambit. *Per Populum qui sui iuris sunt adoptantur.* Vlpian. tit. 9. regul.

Populi autem appellatione vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patriciis & senatoribus, plebis autem appellatione sine patriciis & senatoribus, cæteri ciues significantur. §. plebiscitum. Institut. de iur. natur. Agell. lib. 10. cap. 20. *In populo omnis pars ciuitatis, omnésque eius ordines continentur. Plebs verò ea dicitur in qua gentes ciuium patriciæ non insunt. Litora in quæ populus Romanus imperium habet, publica esse arbitror.* l. 3. D. ne quid in loc. public. *Potuit Populus Romanus seruo decernere præturam.* l. 3. D. de offic. prætor. *Ciuitates quæ sub Imperio populi Rom. sunt.* l. 26. D. ad SC. Trebell. *Qui vectigal Populi Rom. conductum habet.* l. 16. D. de verbor. significat. *Sola bona Publica sunt, quæ Populi Rom. sunt.* l. 15. D. de verb. significat. *Si ad bestias damnati eius roboris vel artificij sint vt dignè Populo Rom. exhiberi possint.* l. 31. D. de pœnis.

POPVLAREM *actionem dicimus quæ suum ius Populi tuetur.* l. 1. D. de popular. action. Vnde *& Popularis actio publica* vocatur. l. §. 30. in popularibus. D. de iureiur.

In Popularibus actionibus vbi quis quasi vnus ex Populo agit. l. 45. §. in popularibus. D. de procuratorib.

Popularis vtique actio cuilibet ex populo cui per edictum postulare licet, datur: ita tamen vt is cuius interest præferatur. l. 3. §. vlt. D. de popular. action. *& ex pluribus simul agentibus prætor eligit idoneiorem.* l. 2. D. eod. tit. *Per se autem, non per procuratorem populares actiones exercendæ erant, mulieríque ac pupillo non dabantur, nisi cùm ad eos res pertinebat: neque in hæredes dabãtur, nec suprà annũ extendebantur.* l. 5. l. 6. & l. 7. §. 1. D. eod. tit. *Licet in Popularibus actionibus procurator dari non possit, &c.* l. 42. D. de procurator. Huiusmodi *Populares actiones pœnalibus adnumerat* Mæcianus. l. 32. D. ad leg. Falc.

Sepulcri violati actio Popularis est. l. 3. §. vlt. D. de sepul. viol. *Actio de effusis & deiectis est pœnalis & Popularis.* l. 5. §. hæc autem actio. D. de his qui effuder. vel deiecer.

Actio quæ aduersus eum datur qui supra eum locum quà vulgò iter fit, positum quid habet, cuius casus nocere possit, Popularis est. l. 5. §. vlt. D. eod. tit.

Actio contra eum qui aduersus edictum prætoris tabulas testamenti aperuisse dicetur, Popularis est. l. 25. §. vlt. D. de SC. Silan. *Si quis id quod perpetuæ iurisdictionis causa propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum aureorum iudicium, quod Popularе est.* lege 7. Digestis de iurisdictione.

Interdictum, ne quid in loco publico, Populare est. l. 1. §. hoc interdictum perpetuum. D. ne quid in loco publ.

Similitérque interdictum, ne quid in flumine publico, cuius ex populo competit. l. 1. §. hoc interdictum. D. ne quid in flum. publ.

De Popularі actione compromisso facto rectè non compelletur arbiter sententiam dicere. l. 32. §. de liberali. D. de recept. qui arbitr.

Pro Popularibus actionibus fideiussor accipi nõ potest. l. 56. §. vlt. D. de fideiussor. *Nec enim in bonis computari eas ostendit.* l. 32. D. ad l. Falcid. *Ac planè si ex Populari causa debeatur ante litis contestationem, creditoris loco non esse, postea esse,* ait l. 12. D. de verbor. significat.

Popularis annona. l. 37. D. de pœnis.

Popularis, qui eiusdem populi est. *Mulier quæ dotem dederat Popularі meo.* l. 70. D. de verbor. obligat. Sic & apud Terent. Phorm. act. 1. sc. 1. verbum hoc vsurpatur.

Nonius, Populares, ait, dicti de vno populo amici.

Popularis etiam de *populi multitudine* dicitur. *Si constet Duumvirum tantùm vocibus Popularium postulatum.* l. 12. D. de appellation. *Turbulentibus se adclamationibus Popularium adcommodare.* l. 28. §. solent. D. de pœnis. *Ne Populares animi turbarentur.* Paul. lib. 5. sentent. tit. 21.

Popularia etiam spectacula publica appellantur. *Quies Popularium ad præfecti vrbi curam Pertinere videtur.* l. 1. §. quies. D. de offic. præfect. vrbi. *Milites stationarios habere ad tuendam Popularium quietem.* ibid.

PORCÆ in l. 24. D. de aqu. & aqu. pluu. *sulci sunt aquarij*, quos aliàs traditur Græcè ἔλικας appellari. l. 1. §. item Sabinus. D. eod. tit. Porcas Festus lib. 14. definit *raros sulcos* esse, qui *ducuntur deriuandæ aquæ gratia*, ab eo, quòd *Porceant*, id est, *prohibeant* aquã frumentis nocere. Quo ferè modo idẽ auctor Elices interpretatur. lib. 5. At Varro, vt idẽ Festus admonet, *Porcam* aliter accipit. Inter duos enim *sulcos elatam terram*, quòd eâ seges frumentum porrigit,

Porcam appellatam. lib. 1. de re Rustic. cap. 29. tradit. Idémque lib. 4. de lingua Lat. confirmat his verbis. *Ab eo quod aratri vomer sustollit sulcos, quòd ea terra iacta*, id est, *proiecta* Porca: Quam Varronis interpretationem idem Festus lib. 9. comprobans. *Imporcitor*, ait, *est, qui Porcas in agro facit, in arando. Porca autem est inter duos sulcos terra eminens.*

Eodémque modo Isidorus lib. 15. Etymolog. cap. 9. *Porcam quæ in arando extat, quod verò defossum est, liram dici tradit.* In Lexico etiam cuius iam sæpius mentionem feci, *Porca* definitur τὸ μεταξὺ τῶν αὐλακῶν ὕψος. Nonius planè aliud de huius verbi significatione sentiens, *Porcas* interpretatur *signa sulcorum, quæ vltra se iaci semina prohibent*, à porcendo, id est, prohibendo dicta.

PORCINARII *vrbis Romæ* pro *suariis* in l. 1. C. de suar. & susceptorib. lib. 10. *quos suillæ carnis tenet functio*, vt Symmach. ait, lib. 1. Epist. 13. Solebat autem *Porcina* caro populo Romano ex Aureliano instituto diuidi, quemadmodum Vopiscus in Claudio indicat his verbis. *Nam & Porcinam carnem populo Romæ, distribuit, quæ hodiéque diuiditur.* Erat & Romæ tribunus fori suarij, vt ex Notitia Imperij Romani constat. *Porca.* l. 1. §. 2. D. de abigeis.

PORCOS *quinque vel quatuor abactos, abigeatus crimen facere.* l. vlt. D. de abigeis. *Cùm pastori meo lupi Porcos eriperent, hos vicinæ villæ colonus cum robustis canibus & fortibus consecutus, lupis eripuit, aut canes extorserunt.* l. 44. D. de adquir. rer. domin.

PORRIGERE, interdum est *præbere* & in manus dare. *Qui furenti gladium Porrexit.* l. 7. §. sed si quis seruum. D. ad leg. Aquil. *Is qui quasi iussus à patria decretum imperatori Porrexit.* l. 36. D. ad municipal. id est *Obtulit.*

Porrigere aliàs est extendere. *Vtrum aduersus emptorem Porrigere manus debeant iudices.* l. 15. §. sed si emptor. D. de re iudic. *An Porrigi manus ad emptorem debeant.* l. 13. §. quòd si quis. D. de hæredit. petit. id est *mitti. Si arbor in vicini fundum radices Porrexit.* l. 6. §. vlt. D. arbor. fur. cæsar.

Porrigi, id est produci, extendi. *Sententiam ad cætera fideicommissa Porrigi non placuit.* l. 23. §. etiam. D. de fideicommiss. libert. *Ad alienum peculium voluntas defuncti Porrigi non potuit.* lege 35. D. de statuliber. *Quæ iuris authoritas ad secundum quoque vel tertium substitutum Porrecta est.* l. 36. D. eod. tit. *Cuius legis potestatem ad prouincias Porrectam constitit.* lege vltima. C. de seru. reipubl.

Orationis D. Seueri beneficium etiam ad agnatum furiosi Porrigitur. l. 2. C. de curat. furios. *Substitutio ad pubertatis tempora Porrigitur.* 2. C. de impub. & al. subst. *Substitutionem Porrigi ad casum.* l. 4. C. eod. tit.

PORRINA, *Ex redactu fructuum oleris & Porrinæ.* l. 58. §. 1. D. de vsufr.

PORRO id est post, deinde, vlterius. *Qui rem quam mortis causa acceperit, alij Porro dederit.* l. 19. D. de mort. caus. donat.

PORTÆ *sanctus locis adnumerantur.* l. 2. D. ne quid in loco sacro. *Ciues Romanos alia quàm per Portas egredi non licet.* l. vlt. D. de diuis. rer. *Portæ habitari sine permissu principis propter fortuita incendia non possunt.* l. vlt. D. ne quid in loc. sacr. *Proconsul Portam Romæ ingressus.* l. vlt. D. de offic. proconsul.

PORTARE. *Inter ferri & Portare hoc interesse ait Gaius, quòd ferri proprie dicimus quæ quis suo corpore baiulat: Portari ea quæ quis iumento secum ducit.* l. 235. D. de verbor. signif. Verùm hæc proprietas confunditur. Nam *Portare* dicitur quis quæ suo corpore baiulat. *Si librarium rus mittat, & qualum & calcem Portare cogat.* l. 15. §. 1. D. de vsufr.

Merces quoque & onera naui Portare & Portari dicimus. *Si nauem conduxisti, & ibi amphoras Portasti.* l. vlt. §. vlt. D. de leg. Rhod. *Si ea conditione nauem conduxisti, vt ea merces tuæ Portarentur.* l. vlt. §. 1. D. eod. tit.

PORTENTOSVM, est prodigiosum & quod à communi vsu & à natura abhorret. *Quod vltra tres nascitur, ferè Portentosum videtur.* l. 7. D. de reb. dub.

PORTICVS in priuatis ædibus opacus & excelsus locus in longum protensus cùm ad æstus vitandos, vmbrásque captandas, tum ad spatia facienda & ambulationis gratia. Huiusmodi *Porticus* ædibus superpositas indicat l. 47. Digestis de dam. infect. in qua Neratius proponit.

Binarum ædium dominum vtriusque Porticum superposuisse, inque eam aditu ex alteris ædibus dato, alteras ædes, seruitute oneris Porticus seruandæ impositæ, vendidisse. lege 47. D. eod. tit.

Vt in parietem tigna immittere mihi liceat, supráque ea tigna, verbi gratia, Porticum ambulatoriam facere, supérque eum parietem columnas structiles imponere, quæ tectum Porticus ambulatoriæ sustineant. l. 8. §. 1. D. si seruit. vindic.

Nec

Nec alius erat *Porticuum* publicarum vsus. Ouid.lib.1. de Ponto.

Te modò campus habet, densa modò Porticus vmbra. Idem lib.1.de arte amand.

Tu modò Pompeia lætus spatiare sub vmbra,

Cùm Sol Herculei iuga leonis *habet.* id est sub *Porticu* Pompeia.

PORTIO partem rei cuiuslibet, siue corporis siue iuris significat. *Agri Portio pro indiuiso.* l.3.§.vlt. D. qui potior. *Domus Portio.* l.18.§. Papinianus. & §. fistulæ. D. de instruc. vel instrum. *Portio fundi.* l.33. §. vlt. D. de vsufr. *Portio aliqua fundi.* l. 60. D. de verbor. significa. *Pro indiuiso Portio fundi.* l.1. D. de euictionib. *Totius debitæ Portionis bonorum possessio.* l.13. D.de iureiuran. *Portio hæreditatis.* l. 3. D. de vulgar.& pupill. l.5.§. sed & si. D. de legat. præfec. l. 1.§.& hæreditatis. D. de his quæ in testamen. l.24. D. ad leg. Cornel. de falsi. l. 22.§. vlt.D. ad S.C. Trebell. l. 4. C. eod. tit. *Hæreditatis Portio adempta, vel tota hæreditas.* l. 1.§. & hæreditatis. D. de his quæ in testamen. delent. *Portiones hæreditatis æquæ.* l.2. C. de collationib.

*Pro Portione hæreditaria adgnouisse hæreditatem defuncti.*l.2. C. de iure deliber. *Pro Portionibus hæreditariis.* l.1. C.si cert. petat.

Qui ex vndecim Portionibus hæredes erant instituti. l. 24. D.de l. Cornel. de falsi.

Si Portio per legem Falcidiam detracta esset. lege 32.§. si Titio. D.ad leg. Falcid. *Portionem legis Falcidiæ detrahi.*l. 32.§.annua. D.ad l.Falcid.

Non pro Portione damni, sed in totum. l. 15.§.cùm autem. D. de dam. infect. *Pro dominij Portione legatum relictum.* l. 50. D.de legat. 1. *Non æqualiter, sed pro Portione dominica.* l. 7. D.de stipulat. seruor.

Partus antequàm edatur, mulieris Portio est, vel viscerum. l. 1.§. 1. D.de inspic. vent. *Liberis Portio tribuitur.* l. 1.§. 1. D. de bon. damnator. *Vt creditores certa crediti Portione contenti essent.* l.59. D. de administr.& peric. *Tutor qui cæteros ad Portionem vocaret.* l. 44. D.de pact. *Pro Portione anni.* l. 7.§. si fundum. & l. 11.D. solut. matrim. *Pro Portione temporis.* lege 28. §. vlt. l. 30. §.1. D.locati.

PORTIVNCVLA. *Vnius ex modica forte Portiuncula domini.* lege 10. Digestis de aqua & aq. pluu.

PORTORIVM *non tantùm quod in portu, sed & quod pro transitu pontis vectigal soluitur.* l. 60. §. vehiculum. D. loca. l. 203. D. de verbo. signific.l. 3. C. de vectigalib. *Portorium etiam venalium rerum* Cicero in Piso. dixit. *Vectigal est, quod mercium quæ importantur exportantúr ve nomine penditur.*

PORTVS *appellatus est, conclusus locus quò importantur merces & inde exportantur. Eáque nihilominus statio concluſa atque munita est.* l. 59. D. de verbor. significat. *Vectigal Portus* in l.17. D. de verbor. signific. & apud Plaut. Trinummo, Act. 4.sc.4.

Quod vectigal qui exercent *Portitores* dicuntur. apud eundem Plaut. Asinar. Act. 1. sc. 2. & Suetoni. de clar. rhetor. cap.1.

POSCERE, id est Postulare, Petere. *Arbitrum familiæ erciscendæ Poscere.* l. 43. D. famil. erciscund. *Si pupillus curatorem Poscere non vult.* l. 3.§.si pupillus. D.de tutel. *A prætore curatorem Posci litis causa superuacuum est.* l. 24. D.de testament. tutela. *Operas Poscere.*l.17.& l. 22. D.de oper. libert. *Rationem Posci nolo.* l. 28. §. Mæuia. D. de liberat. legat. *Rationes curæ administratæ Posci iure non posse.*l. 14.C.de administrat.& peric.

POSSIDERE ius significat, non factum. nec enim *Possidet* quisquis rei insistit, eique corpore incumbit, sed qui ea animo domini per se vel per alium occupat.

Aliud est tenere, aliud Possidere. l. 49.§. 1. D. de adquiren. possess. *Licet serui Possidere ciuiliter non possint, tenere tamen eos nemo dubitat.* lege 48. §. hæc quoque. Digestis de verborum obligat.

Similitérque aliud est *Possidere,* longè aliud in *possessione* esse. *Etenim legatorum, damni infecti, vel rei seruandæ causa in possessionem missi non Possident, sed sunt in possessione custodiæ causa.*lege 10. D. de adquir.possess.l.1.§.quæsitum. D. quod legator. *Cùm legatorum vel fideicommissi seruandi causa, vel quia damni infecti nobis non caueatur, bona Possidere prætor permittit, vel ventris nomine in possessionem nos mittit, non Possidemus, sed magis custodiam rerum & obseruationem nobis concedit.* l.12. D.quib. ex caus.in possess.l. 3.§. vlt. D.de adquiren. possess. Denique bellè Theophil. *Possidere* definit ψυχῆ τῷ δεσπόζοντος κατέχειν, id est, *opinione domini tenere.*vt l. 22.§. 1. de noxalib. & *pro suo habere,* vt Cels. loquitur. l. 69.D.de furt. *Non enim inquilinus, colonus, & qui precario rogauit, quanquam corpore in prædio sint, eo magis Possident.* l. 6.§. is qui. D. de precar. *quia non pro suo, sed pro alieno tenent.*

*Pignori rem acceptam vsu non capimus, quia pro alieno Possidemus.*l.13.D.de vsurpationib.

Sed & qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere possunt, habere, Possidere *non possunt: quia possessio non tantùm corporis, sed & iuris est.* l. 48. D. de adquir. possess. *Et tamen hanc stipulationem,* Possidere mihi licere spondes, *vtiliter in personam suam seruus concipit. Quamuis enim ciuili iure seruus non* Possideat, *tamen ad possessionem naturalem hoc referendum est.* l. 38. §. hæc stipulatio. D. de verbor. obligat.

Possideri possunt quæ sunt corporalia. l. 3. D. de adquiren. possess. *Iura enim cæteráque incorporalia non* Possidentur, *sed velut aut quasi* Possidentur, vt infrà demonstrabo. Per abusionem tamen & iura quoque Possideri dicimus. *Eum qui hoc ius* Possedit. l. 2. D. commun. prædior. *Ius fundi* Possedisse oportet. l. vlt. D. de itinere actúque.

In interdicto, Quod legatorum, verba hæc, DESIIT POSSIDERE, *sic accipimus, si desiit restituendi facultatem habere.* l. 1. §. quod ait prætor. D. quod legator.

Possidere pro emptore, pro donato, pro derelicto, pro hærede, pro possessore, pro suo. l. 3. §. vlt. D. de adquiren. possess. l. 5. & l. 15. D. de vsurpat. Tit. pro emptore & cæteris sequentib.

Possidere variis ex causis ac titulis possumus, pro hærede, pro emptore, pro possessore, pro legato, dote, derelicto, noxæ dedito, soluto, suo. l. 3. §. genera. D. de adquiren. possess. l. 13. §. 1. Digestis de petit. hæredit.

Pro hærede Possidet qui putat se hæredem esse, vel bonorum possessorem. l. 11. D. de hæredit. petit. §. adipiscendæ. Institution. de interdict. *Item qui fundum à non domino emerit, si à domino hæres institutus fuerit, vel bonorum eius possessionem acceperit, incipiet fundum pro hærede Possidere.* l. 33. §. 1. D. de vsurpationib.

Sed & quod hæredi instituto legatur, id ipse pro hærede Possidet, cùm pro ipsius parte legatum non constiterit. l. 18. in fin. D. de his quæ vt indign. *Eodem loco habentur & quæ à statulibero conditionis implendæ gratia accipiuntur.* l. 15. §. sed & si retenta. D. de petit. hæred. Atque hæc exempla optimè accommodantur ad tit. *pro hærede.* D. & l. 4. §. si tu me vi. l. 21. D. de vsucapionibus. l. 1. D. quorum bonor. l. 1. D. quod legator.

Pro emptore Possidet qui re vera emit. l. 2. D. pro empto. *Si quis fundum à domino emerit, vel à non domino, cùm existimaret eum dominum esse, pro emptore Possidet.* l. 33. §. 1. D. de vsurpation. *Possessor qui litis æstimationem obtulit, pro emptore incipit Possidere.* l. 1. D. pro empto. *Litis enim æstimatio similis est emptioni.* l. 3. D. eod. tit. *Qui vi alterum deiecit, si ab eodem emerit, incipiet pro emptore Possidere.* l. 6. §. Iulianus. D. de precario. *Etiam cùm dominus à seruo emit, pro emptore Possidere & vsucapere potest.* l. 11. §. vlt. D. de institor.

Planè si sub conditione res venierit, & pendente conditione tradita sit, emptor non poterit vsucapere pro emptore. l. 8. D. de peric. & commod.

Pro donato Possidet cui donationis causa res tradita est. l. 1. D. pro donato.

Pro dote Possidet qui in dotem rem accepit. l. 1. D. pro dote. *Si mulier in dotem hæreditatem dedit, maritus pro dote Possidet hæreditatem.* l. 13. §. apud Marcellum. D. de hæredit. petit.

Pro legato Possidet is cui legatum est, siue rectè siue non iure legatum sit relictum. l. 1. & l. vlt. D. pro legato.

Pro derelicto Possidet qui rem à domino pro derelicto habitam occupauit. lege 1. Digestis pro derelicto.

Pro possessore Possidere. l. 9. D. de hæredit. petit. lege vlt. Digestis de precario. l. 1. D. quod bonor. l. 1. §. quia autem. D. quod legator. l. vlt. D. si quis omissa. l. 7. §. idem Celsus. D. quib. ex caus. in possess.

Pro possessore Possidet prædo qui interrogatus cur Possideat, responsurus sit, quia Possideo: nec contendit se hæredem, vel per mendacium: nec vllam causam possessionis possit dicere. lege 11. §. vlt. l. 12. & l. 13. D. de hæredit. petit. vbi furem & raptorem eo modo *Possidere* Vlpianus indicat.

Pro possessore is Possidet qui nullo iure rem hæreditariam, vel etiam totam hæreditatem, sciens ad se non pertinere, Possidet. §. pro possessore. Institut. de interdictis.

Pro possessore qui vim intulit Possidet. l. 14. §. in causæ. D. quod met. cau. Vet. Glossar. Græcum, *Pro possessore, ὁ βιαίως τι νεμόμενος. Si quis emerit fundum sciens ab eo cuius non erat, Possidebit pro possessore.* l. 33. §. 1. D. de vsurpation. *Idem si à furioso sciens emerit.* l. 13. §. 1. D. de hæredit. petit. *Quod vxor viro aut vir vxori donauerit, pro possessore Possidetur.* lege 16. Digestis de adquir. possess.

Qui inuitis hæredibus sciens pecuniam ex peculio à statulibero accepit, pro possessore videtur eam pecuniam Possidere. l. 110. D. de condition. & demonstrat. *Si à minore 12. annis nupta mihi quasi dotem sciens accepit: item si legatum mihi solutum est ex falsa causa scienti, vtique pro possessore Possidebit.* dic. l. 13. §. item pro dote.

Pro

Pro ſuo Poſſidere. l. 5. D. de vſurpationib. *Pro ſuo Poſſeſsio.* l. 3. §. genera. D. de adquiren. poſſeſſ. *Pro ſuo Poſsidemus omnia quæ mari, terra, cœlo capimus: aut quæ alluuione fluminũ noſtra fiunt. item quæ ex rebus alieno nomine poſseßis nata Poſsidemus.* l. 2. D. pro ſuo.

Item quod quis emptum, donatum, legatúmve Poſßidet, non tantum pro emptore, donato, legato, ſed & hoc amplius pro ſuo Poſsidet. l. 1. D. pro ſuo.

Si ancilla pecuniam dotis nomine viro tradidit, eam pecuniam pro ſuo Poſsidendo Vſucapere poteſt: ſcilicet quia exiſtimauit eam mulierem liberam eſſe. l. 67. D. de iure dot.

Si fur rem furtiuam à domino emerit, & pro tradita habuerit, deſinet eam pro furtiua Poſsidere, & incipiet pro ſuo Poſsidere. l. 32. D. de vſurpation.

Poſßidere abſolutè pro *prædia Poſsidere* vel habere. *His qui iuxta litora maris Poſsident.* l. 7. D. de incend. ruin. *His qui trans flumen Poſsidebunt.* l. 1. §. dabitur. D. de ripa muniend. *Eos qui prope viam publicam Poſsident.* l. vlt. §. ſi aliquis. D. de munerib.

POSSESSIO *appellata eſt à ſedibus, quaſi Poſitio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei inſiſtit, quam Græci κατοχὴν dicunt.* l. 1. D. de adquir. poſſeſſ.

Enimuerò *Poſſeſsionem* Ælius Gallus definiebat auctore Feſto *vſum Poſsidendi agri aut ædificij. Poſseſsionem quoque Vſum eſſe* Iauolen. in l. 115. D. de verbor. ſignific. tradit, cuius nos verba lib. 4. Antiquit. expoſuimus. Quod & vſucapiendi verbum docet. Nec enim vſucapere aliud eſt, quàm per *Poſseſsionem dominium acquirere.*

Poſseſsio autem propriè rerum duntaxat corporalium. Vnde bene Theophil. in tit. de interdict. *νομὴν* definit *σωματικὴ πράγματος κατοχὴν.* Iurium verò *quaſi Poſseßio.*

Qui per captiuitatem fundi Poſſeſsionem Vel Vſusfructus quaſi Poſseſsionem amiſit. l. 23. §. item ei. D. ex quib. cauſ. maior. *Qui Vſusfructus nomine qualiterqualiter fuit quaſi in Poſseſsione.* l. 3. §. penult. D. de vi & vi armat. *Si quis diuturno Vſu & longa quaſi Poſseſsione ius aquæ ducendæ nactus ſit.* lege 10. D. ſi ſeruit. vindic.

Interdum Velut Poſseſsoria conſtituta eſſe pro vſu iurium fundi ait Iauolenus. lege vlt. Digeſtis de ſeruitutibus.

Iuris tamen æquè ac corporis Poſseſsio, licet minus propriè, appellatur. *Qui poſseſsionem Vel corporis vel iuris adeptus eſt.* l. 2. §. vlt. D. de precario. *Etſi Vſusfructus quis ſibi defendat Poſseſsionem.* l. vlt. D. vti poſſidetis.

Seruitutes non habent certam continuámque Poſseſsionem. l. 14. D. de ſeruitut.

Poſseſsio Plurium facti habet. l. 19. D. ex quib. cauſ. maior. *Facti tamen & animi eſſe* dicitur l. 1. §. Scæuola. D. ſi is qui teſtam. lib.

Poſseſsio non tantùm corporis, ſed & iuris eſt. l. 49. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ. Ibidémque, *Poſseſsionem plurimum ex iure mutuari,* Pomponius ait.

Inde duplex *Poſseſsio* conſtituitur, *Naturalis & Ciuilis.* l. 2. §. vlt. D. pro hærede. *Naturalis Poſseſsio,* eadem *Corporalis* appellatur. l. 25. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. l. 40. §. vlt. D. de pignor. act. Nam qui corpore incumbit, & inſiſtit poſſeſſioni, is Naturaliter poſſidere à noſtris auctoribus dicitur, vt ſuprà docui. Ciuilis verò *Poſseſsio* eſt, quæ in iure conſiſtit. l. 10. C. de adquiren. poſſeſſ. quæ animo, opinione & affectione domini tenetur: quæ & iuſta *Poſseſsio* appellatur, *Corporalique* opponitur. l. 24. D. de adquir. poſſ. *quòd ſcilicet iure fulcitur, iúsque in ſe habet, & iuris effecta parit.* l. 2. §. quod vulgò. D. pro hærede.

Ciuiliter ergo poſſidere eſt, iure ciuili poſſidere, vt apparet ex l. 38. §. hæc quoque ſtipulatio. D. de verbor. obligat. l. 3. §. vlt. l. 7. D. ad exhibend.

Acquiri Vtique ſine corporali facto Poſseſsio non poteſt. Et hoc eſt quod Neratius cum Proculo ſentit, cùm ſolo animo adquiri poſseſsionem poſſe negant, ſi non intercedat naturalis Poſseſsio. l. 3. §. Neratius. D. de adquirend. poſſ. *Rurſus corporalis adprehenſio Poſseſsionem non tribuit, niſi & iuſta cauſa Poſsidendi, & animus pro domino tenendi concurrat.* Semel verò adquiſitam poſſeſſionem animo ſolo retineri conſtat. Atque hæc vt breuia, ita certiſsima ſunt.

Colonus nec Viuo nec mortuo domino Vllam Poſseſsionem habet. l. 33. §. 1. D. de vſurpation.

Poſseſsio Vel iuſta eſt, Vel iniuſta. l. 2. & l. 3. D. vti poſſidet. *Si Poſseſsio rerum debitoris data ſit creditori.* l. 21. §. quòd ſi ſtipulator. D. de fideiuſſorib.

Poſseſsio pro bonorum Poſſeſſione. *Si nepos poſtea poſseſsionem inteſtati patris accipiat.* l. 9. D. de collat. bonor. *Fratris filius pro parte hæres inſtitutus, Poſseſsionem Vt proximus adgnatus accepit.* l. 9. D. vnde cognat. *Cùm proximus cognatus intra tempus Poſseſsionem acceperit.* l. vlt. D. de veteran. & milit. ſucceſſ.

Interdum *Poſseſsio* vſucapionem quæ per conſtitutum *Poſseſsionis* tempus impletur, ſignificat. l. 19. & l. 30. D. ex quib. cauſ. maior. l. 16. D. de fundo dotal.

Interdum *proprietatem quoque verbum Possessionis significat, sicut in eo qui Possessiones suas legasset, responsum est.* l. 78. D. de verbor. signific.

Atque ita *Possessio* pro re soli & prædio sæpe vsucapitur. *Quòd venierit Possessio in quam habet patronus affectionem vel opportunitatis, vel vicinitatis, vel cœli.* l. 1. §. sed si rem. D. si quid in fraud. patron. *Si decem aureorum Possessionem legatarius habeat.* l. 1. §. si decem. D. vt legator. seu fideicommiss. *Venditor post annum eandem Possessionem vendiderat.* l. 38. D. de minorib. id est fundum Rutilianum, vt in principio eius l. *Si prætor aditus permiserit distrahi Possessionem prouincialem.* l. 5. §. in primis. D. de reb. eor. *Si quam suburbanam adiacentem Possessionem haberet.* l. 41. §. legauerat. D. de legat. 3. *Si vtriusque Possessionis confusi reditus.* l. 91. §. Titio Seiana. Digestis de legat. 3. *Duas Possessiones quas retinuerat, Seio prælegauerat.* lege 87. §. Lucius. D. de legat. 2.

Nonnunquam & *Possessio* pro latifundio ponitur. *Legatario cui prædium emptor ex ea Possessione legauerat.* l. 78. §. 1. D. de legat. 2. *Ne propter modicum æs alienum magna Possessio distrahatur.* l. 5. §. idem prætor. D. de reb. eorum.

Festus Pompeius, *Possessiones appellantur agri latè patentes publici priuatique, quia non emancipatione sed vsu tenebantur, & vt quisque occupauerat, Possidebat.* Cæsar lib. 1. de bello Gallico: *Allobroges qui trans Rhodanum vicos possessionésque habebant.* Et lib. 1. de bello ciuili sub fi. *Res huc deducitur, vt qui habeant domicilium aut possessiones in Hispania.* Occurrit & eodem sensu verbum hoc lib. 3. sæpè vt & apud Hircium lib. 4. de bello Alexandrino. Vide Isidorum cap. 13. lib. 15. Etymolog.

POSSESSOR *non solùm qui ciuiliter, sed & qui naturaliter incumbit Possessioni.* l. 3. §. vlt. D. ad exhibend.

In eo porrò quod dicitur, *possessorem immobilium rerum satisdare non compelli, Possessor accipiendus est, qui in agro, vel ciuitate rem soli possidet, aut ex asse, aut pro parte, & qui vectigalem emphyteuticúmve agrum possidet. Item maritus, qui doti accepit, vxor quæ dedit, dominus quoque proprietatis, licet vsusfruct. alienus sit, creditor verò qui pignori tenet, item fructuarius pro possessoribus non habentur.* l. 15. D. qui satisd. cog.

Possessor autem *propriè rerum duntaxat corporalium est, iuris verò velut Possessor* dicitur. l. 12. §. si quis cùm. D. de hæredit. petit.

Sed tamen & *iuris* quoque *Possessor*, licet minus propriè, appellatur. l. vlt. D. si pars hæredit. petat. l. 16. §. idem Iulianus. D. de hæredit. petit. *Posse à domino quasi à iuris Possessore hæreditatem peti.* l. 34. & l. 35. D. eod. tit. *A iuris Possessoribus posse hæreditatem peti.* l. 13. §. vlt. D. eod. tit.

Possessor & Petitor plerumque opponuntur: & *Possessoris partes sustinere, seu Possessoris partibus fungi*, est aduersarium ad onus probandi compellere. l. 1. §. inter litigantes. D. vti possidetis. l. 24. D. de rei vindicat. l. 18. D. de probationib. l. 49. D. de hæredit. petit.

In quæstione seruitutium & actionum quæ pro iis competunt, Possessor accipitur is contra quem nihil est innouatum. l. 6. §. 1. l. 8. §. sed si quæritur. D. si seruit. vindic. *Possessor etiam accipitur is qui iure quo vtitur, fruitur negatoria actione experitur.* lege penult. §. vlt. D. si vsusfruct. pet. §. æquè si agat. Instit. de actionib.

In actionibus in rem pro possessore habetur, qui se liti offert, & quasi possidens condemnatur. l. 15. §. nõ solùm. D. de petit. hæred. *Eadem causa est eius qui dolo desiit possidere, aut qui dolo fecit ne possideret: quia pro possessione dolus est.* l. 174. l. 193. D. de diuers. reg. iur. quæ ex l. 2. §. idem Labeo. D. ne quid in loco public. sumpta est. *Iustus Possessor.* l. 31. §. Iustus. D. de hæred. petit. *Bonæ fidei possessor, seu Bona fide possessor*, & contrà, *Malæ fidei*, vide suprà.

Possessoris commoda hæc sunt, quod probandi onus in aduersarium transfertur, & quòd in pari causa possessor absoluitur. l. 62. D. de iudic. l. 20. D. de probatio. l. 1. §. inter. D. vti possidet. l. 12. §. penult. D. de liber. cau. §. commodum. Instit. de interdict.

POSSESSORIS actiones Tryphonius in l. 50. D. de bon. libert. *ipsam bonorum possessionẽ* vocat. At in l. 4. §. vlt. D. de Carbon. ed. hoc verbo *eæ actiones* significantur, *quæ bonorum possessoribus rerum hæreditariarum persequendarum gratia dantur.*

Planè sicut ciuiles actiones hæredibus propositæ sunt, ita & prætor his quos velut hæredes facit, hoc est quibus bonorum possessio data est, possessoriam hæreditatis petitionem accommodat. lege 1. & lege vlt. Digestis de possessoria hæredita. petit. *Interdicta veluti Possessoria.* lege vltima. Digestis de seruitut.

POSSE *facere non credimur quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & quæ contra bonos mores fiunt.* l. 15. D. de conditionib. institut.

Potest

Poteſt pro debet. l. 80. Digeſtis de ſolutionib. l. 2. C. qui legit. perſ. l. 10. D. de actionibus empt.

Poſſe, id eſt *debere*. lege 6. D. de tutel. *Poſsit*, id eſt *debeat*. l. 13. §. de illo. Digeſtis de dam. infect.

Poſt deinde. §. ſanè ſi. Inſtitut. de actionibus.

Poſtea deinde. l. 1. §. ſciendum. D. de iuis & legit.

POSTERIOR. *Si Poſterior actus priori cohæreat*. l. 37. D. de adminiſtr. & peric.

Poſterior conductor. l. 24. §. 1. D. locat. l. 6. D. qui potior.

Poſterior euentu. l. 2. C. de fideicommiſſ. libert. *Qui Poſteriore loco pignus accepiſti*. l. 5. C. qui potior.

Poſteriore parte teſtamenti ita cauit. l. 12. D. de aliment. vel cibar.

Prius teſtamentum & Poſterius. l. 2. D. de iniuſt. rup. *Si quis priore facto teſtamento, Poſterius fecerit teſtamentum*. l. 29. D. ad SC. Trebell.

Poſteriores leges. l. 2. §. 1. D. de noxalib.

Priores leges & *Poſteriores* opponuntur. l. 26. l. 27. & l. 28. D. de legib.

Poſteriorum Labeonis libri ſæpe laudantur in Pandectis, cuius inſcriptionis rationem attulit Agellius lib. 13. cap. 10. & de Labeone loquens, his verbis: *Sunt adeo libri poſt mortem eius editi, qui Poſteriores inſcribuntur.*

Poſtremum iudicium. l. 2. & l. 4. C. qui teſtament. facer. l. vlt. C. ſi quis aliqu. teſtamen. id eſt *ſuprema voluntas.*

POSTERORVM *appellatione liberos tantummodò, non etiam libertos eorum quibus fideicommiſſum relictum eſt, contineri* ait Modeſtinus. l. 83. §. vlt. D. de legat. 3.

Planè liberos vſque ad trinepotem, vltra hos, Poſteriores vocari tradit Paulus. l. vlt. §. parentes. D. de gradib. & adfin. quos & *Minores* Latinis dici Seruius in 8. Æneid. ſcribit. Propert. eleg. 10. lib. 2.

Hæc certè meritò poterunt laudare Minores. Sæpius tamen Poetæ Nepotes vocant. Virgilius:

Et noſtros ea fata manere Nepotes. Quos ideo ſeros appellant. Idem Virgil.

Serus factura Nepotibus vmbram. Propert. eleg. 1. lib. 3.

Méque inter ſeros laudabit Roma Nepotes. Valer. Flacc. lib. 8.

Vt in ſeros irent magis ipſa Nepotes.

Maligna igitur fuit illa Caligulæ interpretatio, qua *Poſterorum* nomen ad filios coartabat, negans vltra hunc gradum debere Poſteros intelligi, quemadmod. Suet. in Caligul. cap. 38. ſcribit.

Cæterùm vacatio itémque immunitas liberis & Poſteris alicuius data ad eos duntaxat pertinet, qui eiuſdem familiæ & nominis ſunt. l. 13. D. de muner. & honorib. *Itaque ad eos qui ex fœmina nati ſunt, non pertinent*. l. 1. D. de iur. immunit. *Planè immunitates generaliter tributæ eo iure, vt ad Poſteros tranſmittantur in perpetuum ſuccedentibus durant*. l. 4. D. de iur. immunit.

POSTLIMINIVM *eſt ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ inter nos ac liberos populos regéſque moribus ac legibus conſtitutum. nam quod bello amiſimus, aut etiam extra bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimur Poſtliminiò recipere*. l. 19. D. de captiu. & poſtlim. reuerſ.

Si ab hoſtibus captus fuerit parens, quamuis hoſtium fiat, tamen pendet ius liberorum propter ius Poſtliminij. quia hi qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reuerſi fuerint, omnia priſtina iura recipiunt. §. ſi ab hoſtib. Inſtitut. quib. mod. ius patr. pot.

Feſtus *Poſtliminium receptum, Gallus Aelius in lib. primo ſignificationum quæ ad ius pertinent*, ait *eſſe eum qui liber, ex qua ciuitate in aliam abierat, in eandem ciuitatem redit eo iure, quod conſtitutum eſt de Poſtliminiis. Item qui ſeruus à nobis in hoſtium poteſtatem peruenit, poſtea ad nos, redit in eius poteſtatem cuius antea fuit iure Poſtliminij.*

Index βασιλικῶν, *Poſtliminium*, *ὑποστροφὴ τῶν αἰχμαλώτων*. Vetus Gloſſarium. *Poſtliminium, τὸ τῆς ὑποστροφῆς δίκαιον*. Agell. lib. 7. cap. 18. *Cognati, adfinésque captiuorum amplexi eos, Poſtliminio in patriam rediſſe dicebant, ſtatúmque eorum integrum incolumémque: ac ne ad hoſtes redire vellent, orabant. Tum octo ex iis, Poſtliminium iuſtum non eſſe ſibi reſponderunt, quoniam deiurio vincti forent, ſtatímque vt iurati erant, ad Annibalem profecti ſunt. In hoc autem verbo Seruius Sulpitius, quemadmodum Cicero Topic. ſcribit, nihil notandum putabat eſſe, niſi poſt & liminium. illud productionem verbi eſſe volebat, vt in finitimo, legitimo, æditimo, timum. Scæuola autem Publij F. iunctum putabat eſſe verbum, vt eſſet in eo poſt & limen, vt quæ à nobis alienata ſunt, cùm ad hoſtem peruenerint, & ex ſuo tanquam limine exierint, hinc cùm redierint,*

poſt ad idem limen Poſtliminio *videantur rediiſſe*. Quam Seruij notationem amplectitur Iuſtinianus §. ſi ab hoſtibus. Inſtitut. quib. mod. ius patr. poteſtat. Ait enim: *Dictum eſt Poſtliminium à limine & poſt. Vnde eum qui ab hoſtibus captus in fines noſtros poſtea peruenit, Poſtliminio reuerſum rectè dicimus. Nam limina ſicut in domibus finem quendam faciunt: ſic & imperij finem limen eſſe veteres voluerunt. Hinc & Limes dictus eſt quaſi finis quidam & terminus, ab eo Poſtliminium dictum, quia eodem limine reuertebatur quo amiſſus fuerat.*

Si Poſtliminio nepos redierit. l. 1. §. ſi poſtliminio. D. de coniungend. cum emancip. liber. *Si ager ab hoſtibus occupatus, ſeruúſve captus, liberatus fuerit, iure Poſtliminij reſtituetur vſusfructus*. lege 26. D. quib. mod. vſusfr.

Vſurpat hoc verbum μεταφορικῶς Apulcius lib. 1. 5. & 9. de Aſino aur. & lib. 4. Florid. Hinc D. Hieronymus in epiſtola quam verſioni librorum Didymi de ſpiritu ſancto præpoſuit, *velut Poſtliminio reuerſus*.

POSTPONI dicitur *creditor qui à prioribus excluditur*. l. 20. D. qui potior. *Sciendum, omnium fiſcalium pœnarum petitionem creditoribus Poſtponi*. l. 17. D. de iure fiſc.

POSTVLARE eſt *deſiderium ſuum vel amici ſui apud eum qui iuriſdictioni præeſt, exponere*. l. 1. D. de poſtulan. *Poteſt & ita interdici cui, ne apud tribunal præſidis Poſtulet*. lege 9. D. de pœnis. *Seius Poſtulabat apud prætorem*. l. 39. D. de euiction.

Popularis actio integræ perſonæ permittitur, hoc eſt cui per edictum Poſtulare licet. l. 4. D. de popular. actionib. *Eos ſolos pati Poſtulare, quibus per edictum Poſtulare permittitur*. l. 9. §. circa. D. de offic. proconſ.

Etiam extraneis qui pro altero Poſtulandi ius haberent, licet detegere colluſionem. l. 2. §. vlt. D. de colluſ. detegen. *Eos quibus ius Poſtulandi non eſt, legatione fungi non poſſe*. lege quarta. Digeſtis de legation.

Fœminæ Poſtulare non poſſunt. l. 2. D. de diuerſ. regul.

Agell. lib. 1. cap. 22. *Memini ego prætoris docti hominis tribunali me fortè adſiſtere, atque ita aduocatum non incelebrem ſic Poſtulare*. Et libro 5. cap. quinto. *Cùm ille* (inquit) *rabula audaculus ita Poſtulaſſet*.

Porro circa iudicium quod à prætore ſub tit. de damn. infect. proponitur, quo is demum experiri poſſe dicitur, qui Poſtulauit: Poſtulare propriè hoc dicimus, pro tribunali petere, non alibi. l. 4. §. hoc autem. D. de damn. infect.

Si actio Poſtuletur à procuratore, & præiudicium, vel interdictum. l. 35. §. de procurat. *Is cui bonorũ poſſeſſio ab altero Poſtulata eſt*. l. vlt. D. de bonor. poſſeſſ.

Arbitrum Poſtulare. lege 35. D. de bon. libert. *Poſtulatus arbiter*. Paul. libro primo ſentent. tit. 20.

Poſtulare in integrum reſtitutionem. l. 1. C. ſi aduerſ. dot. l. 1. C. ſi minor ſe maior. *Auxilium reſtitutionis Poſtulare*. l. 1. C. de temporib. in integr. reſtitut. *Poſtulata eſt cognitio de in integrum reſtitutione*. l. 39. §. eſt caſus. D. de procuratorib. *In integrum reſtitutione Poſtulata*. lege 22. D. de minor.

Poſtulare videtur tutorem & qui per alium Poſtulat. l. 2. D. de fideiuſſor. tutor. *Tuo periculo tutores filiis tuis dari Poſtulaſti*. lege 1. C. ſi mat. indemnit. *Admone adoleſcentem vt curatores ſibi dari Poſtulet*. lege 1. C. qui pet. tutor.

Cautum Poſtulare. l. 15. D. de damn. infect. *Si iudicatum ſolui ſatis à procuratore Poſtuletur*. lege 21. D. rat. rem hab. *Cùm vnus ex creditoribus Poſtulat in bona debitoris ſe mitti*. lege 12. Digeſtis de reb. auctorit.

Etiam aduerſus abſentes poſtulatur decretum. l. 6. D. ad SC. Trebell. *Videri non iniuſtum Poſtulare*. l. 19. D. qui potior. in pign.

Poſtulare aliàs eſt accuſare, deferre. *An alius adulteram, alius adulterum Poſtulare poſſet*. lege 17. §. vlt. D. ad l. Iul. de adulter. *Si quis intra quinquennium quem Poſtulauerat*. l. 31. Digeſtis ad legem Iuliam, de adulter. *Si uondum Poſtulatus vita deceſſerit*. lege 31. §. vltima. Digeſtis de donationib.

Interdum autem *non abſoluere Poſtulare, ſed criminis, ſeu crimine Poſtulare* Iuriſconſ. dicunt. *Vel alio crimine Poſtulare*. l. vlt. §. vlt. D. de diuort. *Adulterij crimen quo mulier Poſtulata eſt*. l. 27. D. de action. rer. amotar. *Si accuſatus alio crimine Poſtuletur ab accuſatore*. l. 7. §. 1. D. de accuſation. *Si ſeruus capitali crimine Poſtuletur*. l. 2. D. de cuſtod. & exhibit. *Capitis Poſtulati fideiuſſores*. l. 53. D. de fideiuſſor. *Reo criminis Poſtulato*. l. 41. D. de ſolutionib. *In crimine reus Poſtulatus*. l. vlt. D. de re milit.

Certi etiam criminis *Poſtulari*, veluti adulterij, inceſti, lenocinij, dicunt. *Adulterij Poſtulari*.

l. 11. §.

l. 11. §. adulterij. D. ad l. Iul. de adulter. *Compilatæ hæreditatis Poſtulare.* l. 23. D. de negot. geſt. *Dominos inceſti Poſtulatos.* l. 39. §. vlt. Digeſtis ad l. Iul. de adulter. *Si lenocinij vir prior non Poſtuletur.* l. 39. Digeſtis ad l. Iul. de adulter. Sueton. in Iulio: cap. 4. *Dolabellam repetundarum Poſtulauit.*

Aliàs addunt, *reum Poſtulare. Si nemo reum Poſtulauit.* lege 38. §. idem Pollioni. D. ad leg. Iul. de adulter. *Si tutor reum aliquem Poſtulauerit pupilli nomine.* l. 22. D. de his quæ vt indign. *Ream adulterij quam vir iure mariti Poſtulauit.* l. 34. §. 1. D. de ritu nuptiar. *Adulterij ream Poſtulari poſſe.* l. 5. Digeſtis ad leg. Iul. de adulter. *Adulterij mulier rea Poſtulatur.* l. 11. §. defuncto. eodem tit. *Ream adulterij Poſtulatam.* l. 12. §. vlt. Digeſtis qui & à quib. *Reum lenocinij Poſtulari.* Paul. lib. 2. ſentent. tit. 27. *Cùm ſubſtituti matrem partus ſubiecti ream Poſtulaſſent.* lege 16. Digeſtis de his quib. vt indign. *Mater impuberis ſubiecti partus rea Poſtulata.* lege 3. §. ſi mater. D. de Carbon. edicto.

Lege Iulia vis priuatæ reum Poſtulare. l. 4. C. vnde vi. *Si criminis alicuius reus ſeruus Poſtuletur.* l. 2. C. ad exhibend. *Eò vbi reus Poſtulatus eſt.* l. 4. §. reus. C. de re milit. Plinius epiſt. 9. lib. 3. *Legatum & inquiſitorem reum Poſtulauit.* Tacit. lib. 4. Annal. *Poſtulandis reis tam continuus annus fuit.*

Suſpectum Poſtulare, id eſt *facere.* vt loquitur l. 3. D. de ſuſpect. tutor. *Qui poſſunt ſuſpectos Poſtulare.* l. 1. §. conſequens. D. eod. tit. id eſt *ſuſpectos facere.* l. 7. D. eod. tit. *Qui ſuſpectos tutores Poſtulauit.* l. 44. D. de negot. geſt.

Suſpectus Poſtulari. l. 3. §. quòd ſi. & §. ſi curator. D. de ſuſpect. tutor. id eſt *fieri.* vt l. 5. D. eod. *Apud quos Poſtulari quis poſsit ſuſpectus tutor vel curator.* lege 1. D. eod. tit. id eſt *fieri*, vt eadem l. 1. oſtendimus, & l. 5. D. eod.

Poſtulare quæſtioni eſt *petere in quæſtionem. Mancipia quæſtione Poſtulari.* l. 12. §. matrem. D. qui & à quib. manumitt.

POSTVLATIO pro quolibet *deſiderio* apud prætorem aut alium qui iuriſdictioni tribunalive præeſt expoſito. *An Poſtulatio admittenda non ſit.* l. vlt. §. vlt. D. de appellation. *Poſtulatio non iniqua viſa.* l. 35. D. de ſeruitut. prædior. ruſtic. *Si perſtat in eadem Poſtulatione.* l. 1. D. de ventr. in poſſeſſ. mitten.

Obſeruare proconſulem oportet vt ſit ordo aliquis Poſtulationum. l. 9. §. obſeruare. D. de offic. proconſ. Sueton. in Neron. cap. 8. *Celeberrimis patronis non tranſlatitias vt aſſolet, & breues, ſed maximas plurimáſque Poſtulationes certatim ingerentibus.* Plin. epiſt. 85. lib. 10. Dixi vtrique parti vt Poſtulationum ſuarum libellos darent.

Poſtulationibus etiam ſe dare vel vacare magiſtratus dicebantur cùm *Poſtulantes* pro tribunali audiebant. *Si ſe dedit quidem prætor pro tribunali, ſed Poſtulationibus non dedit.* l. 2. §. in bonorum. D. quis ordo in bonor. Plinius epiſt. lib. 7. *Senecio cùm exploraſſet Conſules Poſtulationibus vacaturos.*

Adſeſſoris etiam officium inter cætera cognitionibus & Poſtulationibus conſtare dicitur. l. 1. D. de offic. adſeſſor.

Poſtulatio quandoque *pro Accuſatione* vſurpatur. *Tempus quod per Poſtulationem conſumptum ſit.* lege 31. Digeſtis ad l. Iul. de adulter. *Suſpecti Poſtulatio.* lege 5. §. 1. Digeſtis de adminiſtrat. & peric.

POSTVLATORES *qui quid in iure aut pro tribunali Poſtulant.* Suetonius in Neron. cap. 16. *In iuriſdictione, Poſtulatoribus niſi ſequente die, ac per libellos non temerè reſpondit.*

POSTVMOS à Roma. appellatos Plutarch. in Sylla ſcribit, τὸν ὕστερον τῆς πατέρων τελευτῆς γενόμενον. Itaque Vlpian. in l. 3. §. 2. D. de iniuſto rupt. *Poſtumos*, ait, *dicimus eos duntaxat, qui poſt mortem parentis naſcuntur.*

Vetus Gloſſarium: ὁ ζῶντος μὲν πατρὸς συλλαβόμενος, ἀποθανόντος δὲ γενόμενος.

In alio veteri Gloſſario ſcriptum inueni: Poſtumus, ὁ μετὰ τὸν τελευτὸν τεχθεὶς παῖς. *Vnde Poſtumæ nomen in eam quæ iam in rebus humanis ſit, non cadere ait.* lege 164. D. de verborum ſignific.

Verumtamen non ij modò qui poſt mortem patris, ſed & qui viuo patre poſt teſtamentum factum naſcuntur, *Poſtumorum* nomen obtinent.

Caius tit. 11. Inſtitution. *Poſtumorum duo genera ſunt, quia Poſtumi appellantur ij qui poſt patris mortem de vxore nati fuerint: & illi qui poſt teſtamentum factum naſcuntur.*

Poſtumos quoque appellari eos qui poſt teſtamentum factum naſcuntur, ait Vlpian. l. 3. §. 1. Digeſtis de iniuſt. rupt.

Et ita *Postumi* nomen accipiendum est in locis quos subieci. *Postumus præteritus & viuo testatore natus decessit.* l. 12. D. eod. tit. *Si Postumus dederit tutores, hique viuo nascantur.* l. 16. §. vlt. D. de testament. tut. *Si in Postumo filio idem acciderit vt natus viuo patre moriatur,* &c. l. 6. D. de liber. & postum.

Postumorum loco sunt & hi qui in sui hæredis locum succedendo quasi adgnascendo, fiunt parentibus suis hæredes. l. 13. D. de iniust. rupt. §. postumorum. Institution. de exhæred. liberorum.

Postumi liberi sunt siue fœminini sexus, siue masculini. §. Postumi. Institut. e.t. *Postumi per virilẽ sexum descendentes.* l. 3. D. de iniust. rupt.

Nepos Postumus. Paul. lib. 3. sentent. tit. 5. Postumi nepotes. l. 29. D. de liber. & postum.

Vetus Glossarium: *Postumus nepos est qui post mortem aui natus est etiam superstite suo patre. Porro si quis Postumis tutores dederit, tam filij postumi quàm cæteri liberi continebuntur.* l. 6. D. de testamen. tutel.

Postumus alienus, seu extraneus, est qui natus inter suos hæredes testatori futurus non est. §. Postumos quoque. Institution. de legat.

Ab hoc autem nomine debet abesse aspiratio: non enim quòd post humatum patrem nascantur, sed quòd postremi filiorum nati sint dicuntur. Nam πόστθμον Græci dicunt. Itaque in illo Vergiliano loco ex 6. Æneid. *Tua Postuma proles,* non est quòd quis interpretationem Cesellij Vindicis apud Agell. relatam, eleuare tentet ac reiicere.

POTENTATVS in l. 13. D. de ritu nupt. l. 1. C. de gener. abolit. l. 4. C. de testib. vtuntur & hoc verbo etiam Cæsar & Liuius. Ille in lib. 1. de bello Gallico, cùm ait, *Hi cùm tantopere de Potentatu inter se contenderent.* Hic verò lib. 26. *æmulo Potentatus inimicus, rem Hannibali aperit.* Arnobius aduers. gent. lib. 1. *Nam si facias ipse quod possis, & quod tuis sit viribus Potentatuique conueniens.*

Vtitur & hoc verbo D. Augustin. ad Psalm. 64.

POTENS *aduersarius.* l. vlt. §. 1. D. quod met. cau. *Qui compensare Potens.* l. 10. §. 1. D. de compensation.

POTENTIOR, qui dignitate, authoritate, gratia, facultatibus, viribus præcellit, præualet aut alio modo plus nobis potest. *Si Potentiorem nobis opposuerit aduersarium.* l. 1. D. de alienat. iudic. *Potentiori aduersario traditus.* l. vlt. D. de litigios. *Qui sibi Potentiorum patrocinium aduocassent.* l. 1. C. ne lice. potentior. *Actiones ad Potentiorum delatæ personas.* lege vlt. C. eod. tit. *Potentiori pares esse non possumus.* l. 3. D. de alienat. iudic. mutan. *A Potentiore vi oppressus.* lege 9. D. quib. caus. maior. *Ex vinculis vel custodia detentus à Potentioribus.* lege 28. §. ad statuas. Digestis de pœnis. *Vt Potentior emptor per licitationem vilius rem accipiat.* lege vlt. D. de alienat. iudic.

Potentior, id est potior. *Potentior erit creditor, licet Posterior sit.* l. 6. D. qui potior. *Quare non Potentior sit qui tenet quàm qui persequitur?* lege 91. §. sequitur. D. de verborum obligat. id est *potior.*

POTESTATIS *verbo plura significantur. in persona magistratuum imperium.* l. 215. D. de verbor. significat. *Omnibus magistratibus secundum ius Potestatis suæ concessum est.* lege 1. D. si quis ius dicen. *Extra ordinem ipsos qui in possessionem miserunt, iure suæ Potestatis exequi decretum suum.* lege 3. D. ne vis fiat ei qui.

Et quidem *merum imperium Potestatem* appellari tradit Vlpianus. l. 3. D. de iurisdict.

Nonnunquam *tamen Imperium & Potestas* seu diuersa separantur. *Consulem, prætorem, cæterósve qui Imperium Potestatémve, quam habent.* l. 26. §. ait prætor. D. ex quib. caus. maior. *Qui cùm imperium Potestatémve haberet, ciuem Romanum aduersus prouocationem necauerit.* lege 7. D. ad leg. Iul. de vi publ.

Potestas etiam honoris munerísve publici speciem à magistratu diuersam separatámque significat. *Qui cùm aliquam Potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum decernendúmve acceperit.* l. 3. D. de lege Iul. repetund. *Qui magistratum Potestatémve habebit.* l. 1. D. quod quisque iur. *Magistratus populi Romani, qui ve imperium Potestatémve habet.* lege prima. Digestis ad leg. Iuliam maiest.

Accusare prohibentur quidam propter magistratum Potestatémve in qua agentes sine fraude in ius euocari possunt. l. 8. D. de accusation.

Pignori capi iussu magistratus vel præsidis vel alterius Potestatis, & distrahi fundus pupillaris potest. l. 3. §. 1. D. de reb. eor.

Magistratus vel is qui in aliqua Potestate sit, vt puta proconsul vel prætor, vel alij qui prouincias regunt. l. 3. D. de iurisdic.

Atque

Atque adeo is ipſe qui honorem in Republ. munúſve gerit, *Poteſtas* interdum appellatur. vt & apud Iuuenal. cùm ait.

An Fidenorum Gabiorúmque eſſe Poteſtas. Sueton. in Claudio, cap. 23. *Iuriſdictionem de fideicommiſſis quotannis & tantùm in Vrbe delegari magiſtratibus ſolitam, in perpetuum atque etiàm per prouincias Poteſtatibus delegauit.*

Fideiuſſor impetrauit à Poteſtate Vt pignora ipſe poſſideat. l. 26. D. de pignorib. *Si ſeruus ſit à domino, vel ab aliqua Poteſtate damnatus.* l. 17. §. ſiquis talis. D. de ædilit. edic.

Poteſtatis Verbo in perſona liberorum patria poteſtas ſignificatur. In Poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri quos ex iuſtis nuptiis procreauimus. atque hoc ius Poteſtatis quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum. l. 3. D. de his qui ſui vel al. & Inſtitut. de patr. poteſt. *Qui in Poteſtate parentis eſt.* l. 6. D. qui teſtam. fac. *Qui ei in cuius Poteſtate eſt, eíque qui in eadem Poteſtate eſt adſcripſerit.* l. 10. D. de l. Cornel. de falſ. *Si pater filiam habeat in Poteſtate.* l. 23. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. *Si filius in aliena Poteſtate ſit.* l. 6. D. ad SC. Tertyll. *Tametſi liberi in aliena Poteſtate erunt.* l. 9. D. eod. tit. *Cum eo quem in Poteſtate habemus.* l. 4. D. de iudic.

Filiusfamilias pater in ſua Poteſtate filiam non videtur habere qui non eſt ſuæ Poteſtatis. l. 21. Digeſtis ad leg. Iul. de adulter. *Fœminæ nec naturales liberos in ſua Poteſtate habent.* §. fœminæ. Inſtitut. de adoption.

Patria autem hæc Poteſtas in pietate debet, non in atrocitate conſiſtere. l. 5. D. ad leg. Pompeiam, de paricid. *Filiusfamilias ſuæ Poteſtatis conſtitutus.* l. 2. C. ad SC. Macedon. id eſt ſui iuris.

Poteſtate exire, Poteſtas ſolui, liberari: vide ſuis locis.

Tutela quoque definitur eſſe vis ac Poteſtas in capite libero. l. 1. D. de tutel. & Inſtitut. eod. tit.

Poteſtatis verbo in Perſona ſeruorum, dominium ſignificatur. l. 215. D. de verbor. ſignific. *In Poteſtate ſunt ſerui dominorum. quæ quidem Poteſtas iuris gentium eſt. Nam apud omnes peræquè gentes animadvertere poſſumus, dominos in ſeruos vitæ necisque Poteſtatẽ habuiſſe.* l. 1. D. de his qui ſui vel alien. Inſtitut. eod. tit. *Vt ſerui in Poteſtate domini non reuertantur.* l. 2. D. eod. tit.

Atque ita *Poteſtatis* verbum tam liberas quàm ſeruiles perſonas alieno iuri ſubiectas amplectitur. veluti in oratione Seueri & Antonini, qua prohibentur qui in eiuſdẽ *Poteſtate ſunt, ſibi donare, Verbum Poteſtatis non ſolùm ad liberos trahimus, verumetiam ad ſeruos. Vt hi quoque qui aliquo iure ſubiecti ſunt, marito donare non poſſunt.* l. 3. §. qui in eiuſdem. D. de donation. inter vir.

Similitérque edicto de exercitoria, quo datur actio in eum cuius in Poteſtate eſt qui nauem exercet. In Poteſtate accipiemus vtriuſque ſexus vel filios, vel filias, vel ſeruos. l. 1. §. licet. D. de exercitor.

In edicto quoque de tributoria, Poteſtatis verbum ad omnem ſexum, item ad omnes qui ſunt alieno iuri ſubiecti, porrigendum erit. l. 1. §. vlt. D. de tributor. *Si is qui Poſſidet, in alterius Poteſtatem Peruenit.* l. 30. §. item quod mari. D. de adquir. poſſeſſ.

Ergo verba, *qui in aliena eſt Poteſtate*, l. 6. D. de adquir. vel omitt. hæred. tam ad filiosfamil. quàm ad ſeruos pertinent.

Quod autem attinet ad teſtes qui teſtamento adhiberi non poſſunt, *ſi in Poteſtate ſint teſtatoris, Poteſtatis verbum non ſolùm ad liberos qui ſunt in Poteſtate referendum eſt, verùm etiam ad eum quem redemit ab hoſtibus.* l. 20. §. 1. D. qui teſtam. fac. At cùm agimus de noxæ deditione cũ eo qui ſeruum non defendit, Poteſtatis appellatione preſentis corporis copiam facultatémque ſignificamus. dic. l. 215. In *Poteſtate enim habere ſeruum, quod ad noxalem actionem attinet, accipimus eum qui facultatem & Poteſtatem exhibendi eius habet. Quòd ſi in fuga ſit, vel peregrè, non videbitur eſſe in Poteſtate.* l. 21. §. Prætor ait. D. de noxalib.

Ab hoſtibus quoque vel à latronibus captus, in eorum Poteſtate eſſe dicitur. l. 19. D. de procurator. *Si procurator ſit in hoſtium prædonúm ve Poteſtate.* ibid. *Qui in hoſtium Poteſtate deceſſerint.* l. 12. D. qui teſtam. fac. *Si cùm quis in hoſtium Poteſtate eſſet.* l. 41. D. de furtis. *Si quis in hoſtium Poteſtate eſſe cœperit.* l. 23. D. de vſuris. *Filius qui in hoſtium Poteſtate erat.* l. vlt. D. ad SC. Tertyll. *Qui in hoſtium Poteſtatem peruenerunt.* l. 23. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ. *Si res in Poteſtate hoſtium peruenerit.* l. 46. D. de furtis. *Quo minus hoſtes in Poteſtate populi Romani veniant.* l. 4. D. ad l. Iul. maieſt.

Quod *dicit lex Atinia, vt res furtiua non vſucapiatur, niſi in Poteſtatem eius cui ſubrepta eſt, reuertatur, ſic acceptum eſt vt in domini Poteſtate debeat reuerti, non in eius vtique cui ſubreptum eſt. igitur creditori ſubrepta, & ei cui commodata eſt, in Poteſtatem domini redire debet. Tuno autem in Poteſtate domini rediiſſe dicendum eſt, cùm poſſeſſionem eius nactus ſit iuſtè, vt auelli non poſſit.* l. 4. §. quod autem. & §. tunc autem. D. de vſurpation.

In lege Atinia in Poteſtatem domini rem furtiuam veniſſe videri, & ſi eius vindicandæ Poteſtatem habuerit, Sabinus & Caſsius aiunt. l. 215. D. de verbor. ſignific. *Si rem ſubreptam mihi procurator*

meus adprehendit, eam in Poteſtatem meam rediiſſe, vſúque capi poſſe exiſtimandum eſt. l. 41. D. de vſurpationib.

Poteſtatem ergo ſui facere, eſt aditum ad ſe præſtare, conſpiciendum ſe præbere, nec latitare. *Cùm creditor Poteſtatem ſui faceret.* l. 32. D. de vſur. *Poteſtatem ſui non facere.* l. 7. §. præterea. D. de ſuſpect. tutor. id eſt *copiam.* vt l. 3. §. tutor. D. eod. tit. & §. ſi quis tutor. Inſtitur, eod. *Poteſtatem ſui non facit qui id agit, ne aduerſarius eius copiam ſui habeat.* l. 2. D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. *Is cuius familia vicinum prohibebat aquam ducere, ſui Poteſtatem non faciebat.* l. 18. D. ſi ſeruit. vindicet. *Pridie Calend. Ianuarias magiſtratus neque ius dicere, ſed nec ſui Poteſtatem facere conſueuerunt.* l. 6. D. de feriis. *Cùm ſecum agendi Poteſtatem non faceret.* l. 1. & l. 23. §. vlt. D. ex quib. cauſ. maior.

Poteſtas pro vi ac viribus, effectu. *Quarum actionum vis & Poteſtas hæc eſt.* l. 1. D. de noxal. actionib. *Doli mali exceptionis Poteſtas.* l. 6. C. ſolut. matrim. *Legis Poteſtas aduerſus eum exercebitur.* l. 1. §. 1. D. ad SC. Tertyll.

Raptus crimen legis Iuliæ de adulteriis Poteſtatem excedit. l. 5. §. vlt. D. ad l. Iul. de vi publ. *Obligationes quæ neque propriis viribus conſiſtunt, neque legis Poteſtate confirmantur.* l. 27. D. de obligat. & action. *Si vult ſe legis commiſſoriæ Poteſtate ſoluere.* l. 4. §. vlt. D. de lege commiſſ. *Senatuſconſulti Poteſtas non interuenit.* l. 4. C. ad SC. Maced. *Senatus Poteſtatem exercendam.* l. 6. D. eod. tit. *Cùm eiuſdem duæ obligationes Poteſtatis ſint.* l. 13. D. de duob. reis.

Pecuniarum licet videatur vna & eadem Poteſtas vbique eſſe. l. 3. D. de eo quod cer. lo. id eſt eadem *æſtimatio & valor*, vt vulgus loquitur.

POTIOR, id eſt ſuperior. *In iudicio poſſeſſionis Potior.* l. 34. §. rei. D. de contrah. empt. *Iure conuentionis Potior.* l. 4. C. ad SC. Macedon.

Sicut *Prior* de tempore, ita *Potior* de iure. l. 4. C. qui potior. in pign. *Ratione temporis & ordinis Potior.* l. 4. C. ad SC. Macedon.

Potior eſſe creditor dicitur qui cæteris præfertur. *Qui generaliter bona debitoris pignori accepit, eo Potior eſt, cui poſtea prædium ex his bonis datur.* l. 2. D. qui potior. in pign. *Potior erit creditor, licet poſterior.* l. 6. D. qui potiores.

Si non dominus duobus eandem rem diuerſis temporibus pignerauerit, prior Potior eſt. l. 14. D. qui potior. in pign. *Priorem Potiorem eſſe.* l. 12. §. vlt. D. eod. tit. *Priorem ſecundo non eſſe Potiorem.* lege 3. §. vlt. D. eod. tit. *Hic medius tertio Potior eſt.* l. 12. §. à Titio. D. eod. tit. *Interdum Poſterior Potior eſt priori.* l. 5. D. eod. tit. *Potior eſt in pignore.* l. 11. D. eod. tit. *Titius non tantùm ſortis, ſed & vſurarum nomine Potior eſſet.* l. 18. D. eod. tit. *In omne quod ei debetur Potiorem eſſe.* l. 18. D. eod. tit. *Vt Seius Potior ſit in eo quod amplius eſt in pignore.* l. 20. D. qui potior. *Priuilegiis temporis fore Potiorem.* l. 10. D. eod. tit.

Inter creditores Potior is cui maior pecunia debebitur. l. 16. D. de reb. auctor. iudic. *Potiorem ſe cæteris eſſe creditoribus.* l. 1. §. vlt. C. creditor. euiction. pignor. *Fiſcum Potiorem eſſe debere.* lege 28. Digeſtis de iure fiſc. *In delicto pari Potiorem eſſe poſſeſſorem.* lege vltima. Digeſtis de condict. ſi cau.

Si ea dantis & accipientis turpis cauſa ſit, Potiorem eſſe poſſeſſorem. lege 8. Digeſtis de condict. ob turp. cauſ.

Potior & infirmior opponuntur. l. 1. §. vlt. C. creditor. euiction. pignor. *Vt Potior ſit poſſeſſio.* l. 25. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. *Potior eſt cauſa*, id eſt *melior.* vt l. 36. §. ſi prædo. D. de hæred. petit. *Prioris vel cauſam eſſe Potiorem.* l. 3. §. 1. D. qui potior. *Poſterioris creditoris cauſa eſt Potior.* l. 4. D. eod. tit. *In re pari Potiorem cauſam eſſe prohibentis conſtat.* l. 28. D. commun. diuidun. *In bonis mortui Potiorem eſſe cauſam legatariorum.* l. 1. C. de bon. auctorit. iudic. *Eorum cauſa Potior habetur.* l. 6. §. vlt. D. de decurionib. *Potior habebitur cauſa eius pecuniæ.* lege 97. D. de ſolutionib.

POTIORES *in muneribus iniungendis accipiuntur non ſolùm gradu generis, ſed & ſubſtantia rei familiaris*, interprete Paulo lib. 2. ſentent. tit. 28. *Honores & munera non ordinationi, ſed Potioribus quibuſque iniungenda ſunt.* l. 7. D. de decurion. Sic & in l. vn. C. de potiorib. ad mun. nominand. lib. 10. *Potiorum nomen accipiendum eſt.*

Potius, pro magis, eſt. l. 23. §. ſeruo. D. de fideiuſſorib.

Prætor eligat quem Potiſſimum in hoc eſſe exiſtimat. l. 5. D. de liber. cauſ.

POTITVS *hoſtium* in l. 15. D. ex quib. cauſ. maior. l. 10. D. de milit. teſt. l. 11. lege 12. §. codicilli. l. 22. D. de captiu. dicitur qui ab hoſtibus captus eſt, & in eorum poteſtatem peruenit. Plautus hoc genere loquendi vtitur in Captiueis act. 1. ſc. 2. & act. 3. §. vlt. & in Epidico act. 4. ſc. 1.

ΠΡΑΚΤΟΡΕΣ in Nouellis Iustiniani, exactores tributorum accipiendi sunt. Indicat hoc Suidas cùm ait, φορολόγος, ὁ τὰς εἰσφορὰς συλλέγων, οὐς πράκτορας καλεῖν εἴωθε τοὶς πολλοῖς. Idem aliàs, Πράκτωρ, ὁ τὸν ὀφειλόμενον εἰσπράττόμενος.

PRÆAVDITAS, id est priùs auditas. vt *legati Præauditas custodias ad Proconsulem remittant.* l. 6. D. de offic. proconsl.

PRÆBERE, est *præstare*, exhibere. *Si balneas publicè Præbuit.* l. 91. §. balneas. D. de legat. 3. *Vt balneum publicè sumptu hæredum meorum Præbeatur gratis.* l. 35. §. vlt. D. eod. titulo. *Qui domum suam vt stuprum adulterium ve fieret sciens Præbuerit.* l. 8. D. ad legem Iuliam, de adulteriis.

Si domum Præbuerit ad stuprum adulterium ve in ea committendum. lege 37. D. de minorib. *Milites quibus superuenientibus hospitia præberi in ciuitatibus oportet.* l. 3. §. cos. D. de munerib. & honorib. *Qui quasi causam mortis præbuit.* l. 11. §. 1. D. ad l. Aquil. *Occasio quæ Præbet benignius respõsum.* lege 168. D. de diuers. regul. *Ne aliis prædæ occasionem Præbeat.* lege 1. D. si ventr. nomin. *Cura carnis omnis vt iusto pretio Præbeatur.* lege 1. §. cura. D. de offic. præf. vrb. *Qui quid exercitui Præbendum conduxerit.* l. 19. D. de testib.

Præbere fideicommissa. l. 9. C. ad l. Cornel. de fal. id est *præstare. Vt certam mercedem menstruam Præberet.* l. 20. §. vlt. D. de manumissionib.

Seruitutem Præbere, id est cædere. l. 76. D. de legat. 2.

Præbere consilium dicitur magistratus, qui curat vt si quos in consilium adhiberi necesse est, cogantur & conueniant. *Officium consulis est consilium Præbere manumittere volentibus.* l. 1. D. de offic. proconsl. *Iuuolenum in Asia & in Africa seruos suos manumisisse cùm consilium Præberet:* lege 5. D. de manumiss. vindic.

In integrum restitutio Præbetur. l. 11. C. de præd. minor.

Præbere se legibus reus dicitur qui vltrò iudicio aut supplicio se offert. Senec. Epist. 71. *Socrates potuit abstinentia finire vitam: triginta tamen dies in carcere & in expectatione mortis exegit, vt Præberet se legibus.* Plin. Epist. *Est quædam innocentiæ species, Præbere se legibus.*

PRÆBITIO. *Angariarum Præbitio.* l. vlt. D. de munerib.

Annonæ Præbitio. l. vlt. D. de nundin.

Præbitionis balnei onus. l. 35. §. vlt. D. de legat. 3.

Cura carnis & cæterorum pecorum siue armentorum quæ ad huiusmodi Præbitionem spectant, ad curam præfecti vrbi pertinent. l. 1. §. cura. D. de offic. præf. vrb.

PRÆCAVERE. *Si scissem talem esse seruum, nec prædixissem vt possis præcauere.*

PRÆCELLERE, est antecellere. *Authoritatem eius qui dignitate inter eos Præcellit.* l. 8. D. de pactis. *Cæteros honoris ordine Præcellit.* l. 6. §. vlt. D. de decurionib. *Si hic honor Præcellat.* l. 1. D. de albo scriben.

PRÆCIDERE, est abscindere, secare. *Si funem quis quo religata nauis erat, Præciderit.* l. 29. §. si nauis. D. ad l. Aquil. *Si nauis funes nautæ Præcidissent.* ead. l. 29. §. item Labeo. *Si pretioso pictori pollex fuerit Præcisus.* l. 23. §. idem Iulianus. 2. D. ad leg. Aquil. *Si vua alicuius Præcisa sit.* l. 14. §. quod Pædius. D. de ædil. edic. *Vites Præcidere.* l. 3. §. item videamus. Digestis vti possid.

PRÆCIPERE, imperare, iubere. *Præcipiunt ædiles.* l. 37. D. de ædilit. edic. *D. Claudius edicto Præcipit.* l. 15. D. de l. Cornel. de fals. *Quodcunque Imperator edicto præcepit.* l. 1. D. de constitut. princ. *Præcipi sacris constitutionibus.* l. 6. D. de appellation. recipiend. *Mandatis principalibus Præcipitur.* l. 1. D. de collegiis. *Nulla iuris Præcipit constitutio.* l. 5. C. de repud. *Iura Præcipiunt.* lege vlt. C. vbi quis de curial. *Lex Præcipit.* l. 7. Digestis de l. Iul. de repetund. & apud Vlpian. tit. 2. regular. *Lege municipali Præcipitur.* l. 1. Digestis de al. scribend. *Quod in sententiis Præceptum est.* l. 1. §. quod in. D. quan. appell. *A veteribus Præceptum est.* lege 3. §. illud quoque. Digestis de adquir. possess. *Præcipitur omnibus qui reum aliquem deferunt.* lege 3. Digestis de accusation. *Post mortem codicillos appellari testator Præcepit.* lege vltima. §. vlt. Digestis de legat. 2.

Præcipere interdum est præcipuum aliquid è medio sumere, ac sibi habere. Nam qui *Præcipere* quid iubetur, id *præcipuum* & sui iuris sibi habere præter hæreditariam portionem iubetur, &, vt Græcè effertur, ἐξαιρέτως λαβεῖν. *Si hæres centum Præcipere iussus sit.* l. 125. D. de legat. 1. *Si scriptus ex parte hæres, rogatus sit Præcipere pecuniam.* l. 96. §. si scriptus. D. de legat. 1. *Cùm vnus ex hæredibus certam pecuniam Præcipere iussus esset.* l. 10. D. de aliment. vel cibar. *Si legata vnus ex pluribus hæredibus Præcipere iubeatur.* l. 107. D. de legat. 1. *Qui annua legata Præcipere ad distribuendum iussus erat.* l. 7. D. si cui plus. Plin. epist. 7. lib. 5. *Nec hæredem instituit Rempubl. nec Præcipere posse constat.*

Præcepto fundo rogatus restituere hæreditatem. l. 1. §. si hæres. D. ad SC. Trebell. *Cùm Præcepta aliqua re aut summa rogatus sit hæres restituere.* l. 63. §. si quis maiorem. D. ad SC. Trebell. *Præceptis quibusdam rebus rogatus restituere hæreditatem.* l. 27. §. si præceptio. D. eod. tit.

Præcipere interdum est per *Præceptionem* relinquere. Sic *alumno Præcepit militiam.* l. 102. §. alumno. D. de legat. 3.

Nec verò in hæreditariis duntaxat prælegatis huic verbo locus est. Nam & *socius præcipere dotem à socio de communibus bonis numeratam* dicitur. l. 80. D. pro socio. *Et quod ex re alterius dominorum communis seruus quæsiit, is cuius ea res fuit, Præcipere dicitur.* lege 45. Digestis commun. diuid.

PRÆCEPTIO, cùm vni ex institutis aliquid prælegatur, quod præcipuum habere iubetur. *Per Præceptionem legamus his verbis: Lucius Titius illam rem Præcipito.* Vlpianus titulo 25. regular.

Per Præceptionem dare, legare, relinquere, id est *præter hæreditatis partem dare.* l. 48. D. de iure fisci. l. 25. §. vlt. C. fam. ercisc. *Seiæ ex parte hæredi institutæ fundos per Præceptionem dederat.* lege 20. D. de instruct. vel instrum. *Dedit per Præceptionem Marcio certas species.* l. 32. D. de legat. 3. *Quæ testator per Præceptionem dederat.* l. 48. D. de iure fisci. *Prædiis per Præceptionem filiæ datis.* l. 90. D. de legat. 3.

Quatuor filios æquis partibus hæredes instituit, & fundum per Præceptionem singulis legauit. lege vlt. §. quatuor. D. de legat. 2. *Hæredi per Præceptionem fundum legauit.* lege 38. §. vlt. & l. 93. §. vlt. D. de legat. 3. *Filius legatum sibi seruum per Præceptionem rogatus manumittere.* l. 32. D. de dolo. *Per Præceptionem vni ex hæredibus nummi legati.* Paul. libro 3. sentent. tit. 7. *Vni ex hæredibus per Præceptionem reliquit.* l. 34. §. vni. D. de legat. 3.

Præceptionis legatum. l. 12. C. de legat. *Præceptionis legatum nonnisi vni ex hæredibus dari potest, vt aliquid ei ex hæreditate præcipuum relinquatur.* Gaius Institut. tit. 13. *Qui ex causa Præceptionis possideat.* l. 1. §. si quis ex. D. quod legator.

Præceptio pro eo quod per *Præceptionem* relictum est. lege 55. §. qui fideicommissum. in fi. Digestis ad SC. Trebell. *Cùm pater pluribus filiis hæredibus scriptis, duobus Præceptionem bonorum auiæ, præter hæreditarias, dedisset.* l. 2. D. de instruc. vel instrum. *Alteri ex his hæredibus Præceptionem prædij dedit.* l. 25. D. de adimend. legat. *Filio Præceptionem dedit.* l. 34. §. 1. D. de legat. 3. *De Præceptionibus hæredi datis.* l. 12. D. de his quæ vt indign. *Præceptioni dotis locum esse.* l. 46. D. famil. ercisc. *Filiam apud arbitrum diuisionis dotis Præceptionem non improbè desiderare constitit.* l. 26. §. 1. D. de pact. dotalib.

PRÆCEPTOR, magister, qui artem aliquam docet. *Qui à Præceptore cui in disciplinam traditus erat, aufugit.* l. 17. §. 1. D. de ædilit. edict. *Præceptoris nimia sæuitia culpæ adsignatur.* lege 6. D. ad l. Aquil.

Præceptoribus tantùm studiorum liberalium præses de mercedibus ius dicere solet. l. 1. D. de extraordin. cognition.

Præceptorem suum Iauolenum vocat Iulianus l. 5. D. de manumiss. vindic.

Præceptores quoque omnes iuris auctores appellantur. *Nostri Præceptores negant,* ait Gaius l. 32. D. de dam. infec. *Præceptoribus tuis placet.* l. 28. D. de reb. auctor. iudic.

PRÆCEPTVM pro iussu. *Præcepta* autem tam iudicum quàm iuris, & legum principum. *Duo esse arbitri Præcepta.* l. 23. §. 1. D. de recept. qui arbitr. *Impossibile Præceptum iudicis nullius esse momenti.* l. vlt. D. quæ sentent. sine appellat. *Ex Præcepto siue interlocutione iudicis.* l. 11. D. de exception. *Secundum Præceptum iudicis prouinciæ.* l. vlt. §. 1. D. de appellat. l. 2. C. de tutor. vel curat. qui sat. non. *Præcepto prætoris.* l. 8. D. de in ius voc.

Iuris Præcepta sunt hæc, honestè viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere. l. 10. D. de iustit. & iur. *Obseruatis iuris Præceptis.* l. 12. C. de nuptiis. *Cum Præceptis ciuilibus & prætoriis.* l. 31. D. depositi. *Legis Iuliæ de adulteriis coercendis Præcepta.* l. 37. D. de minorib. *Si quid aduersus legis Præceptum iudex in iudicando prætermiserit.* lege 40. D. de iudiciis. *Si Præceptum est & neglectum.* l. 7. §. si deponi. D. de administr. & peric. *Cùm obtemperantes legibus aliquid secundum Præceptum legis, aut contrà faciunt.* l. 52. D. de obligat. & action. *Qui secundum Præcepta legum coëunt.* Institut. de nuptiis. *Qui contra legum Præcepta nuptias fortè contraxerit.* lege 3. C. de incest. nupt. *Qui Præceptis legis non obtemperauerint.* l. 41. D. de pœnis. *Præceptum D. Traiani.* l. 4. §. eum qui id. Digestis de re milit. *Vectigalia sine Imperatorum Præcepto constituere.* lege 10. Digestis de publican.

Trebelliani S. Cti Præceptum. l. 16. C. ad leg. falcid. *Ex hoc Præcepto quod dicimus serui inspici personam.* l. 82. §. vlt. D. de legat. 2

Testatoris

Testatoris quoque *Præceptum* dicitur. l. 114. §. Diui. Digestis de legat. 1. vbi *nudum Præceptum* appellatur. *Licet tutoribus patris Præceptum negligere.* l. 5. §. vsque adeo. D. de administra. & peric.

PRÆCEPS. *Si testator impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie constrictus se Præcipitem dedit.* l. 2. C. qui test. fac. poss. *Si seruus Præcipitem se ex alto miserit.* l. 24. §. excipitur. D. de Ædil. edict. *Venditionem Præcipiti animo contrahere.* l. 1. C. si aduer. fisc.

Præceps festinatio. l. 13. §. cùm ante. D. de iure fisc. *Præcipiti festinationi Moratoria cunctatio* aduersatur. l. 7. §. 1. D. de administr. & peric.

PRÆCIPITARE, est *Præcipitem* se ex alto mittere & deiicere. *Seruus qui de ponte se Præcipitauit.* l. 17. §. Cælius. D. de Ædili. edict. *Qui in hoc progressus est, vt se Præcipitaret.* l. 17. §. idem ait. D. de ædil. edict. *Si se seruus Præcipitauerit.* l. 9. §. si ipse. D. de pecul. *Si quis de ponte aliquem Præcipitauerit.* l. 7. §. sed si quis. D. de Aedil. edict. *Non potest quis sic damnari, vt de saxo Præcipitetur.* l. 25. §. vlt. D. de pœnis.

Præcipitare, aliàs est vrgere. *Qui donaturum non Præcipitauit ad solutionem.* lege 33. Digestis de iur. dot. *Interest viuentium ne Præcipitentur hæredes quando iustè deliberant.* lege 6. Digestis de interrogationib. *Si adhuc deliberare se dicant Præcipitandi non sunt.* lege 1. §. largius. Digestis de succeff. edic.

PRÆCIPVVS, id est singularis, eximius commendatione dignus. *Non causæ sed personæ succurritur, quæ meruit Præcipuum fauorem.* l. 42. D. de administ. & peric. *Dotium causa semper & vbique Præcipua est.* l. 1. D. solut. matrimon.

PRÆCIPVA, Donatus in 5. Æneid. scribit dici, *quæ præter communionem singulis proprio nomine deputantur*, vt fit sæpè in testamentis, cum aliqua per Præceptionem singulorum esse hæredum conscribit testator. Sueton. in Galba cap. 5. *Mortuo testamento penè ditatus est, sestertium namque quingenties cum Præcipuum inter legatarios habuisset, quia vero notata iam præscripta.* Sidon. Apollin. lib. 6. epist. ad Patientem, *Illud autem deberi tibi quodam, vt dicunt Iureconsulti, Præcipui titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias.*

Et ita qui testamento filium *suum & vxorem hæredes instituerat, postea epistolam scripsisse dicitur, qua & quicquid in peculio habuit filius, ei donauit, & adiecit Præcipua hæc, cũ, suique iuris & post mortem suam habere velle.* l. vlt. D. de legat. 2.

Præcipuum etiam habere quis dicitur, quod neque in collationem, neque in diuisionẽ venit. *Nec castrense, nec quasi castrense peculium fratribus confertur: hoc enim Præcipuum esse oportet.* l. 1. §. nec castrense. D. de collatione. *Cum peculium castrense filius etiam inter legitimos hæredes Præcipuum retineat.* l. 23. §. seruum peculij. D. de fideicomm. liber. *Miles Præcipua habere debet, quæ tulit secum in castra concedente patre.* l. 3. D. de Castr. pecul. *Mulier habebit Præcipuum, dotem cum suis fructibus.* l. 2. §. vlt. D. de dote prælegat. *Nec ob eam apud arbitrũ diuisionis Præcipuam causam filiæ fore.* l. 77. §. Pater plurib. D. de legat. 2.

PRÆCLVDI, id est Excludi. *Omnis agendi via Præcluditur.* l. vlt. D. de acceptilat.

PRÆDA. *Si grauior Præda vi adpetita videbitur.* l. 4. D. de incend. rui. *Grassatores qui Prædæ causa id faciunt.* l. 28. §. Grassatores. D. de pœnis. *Qui Prædæ causa incenderunt.* ead. l. 28. §. Incendiarij. *Qui Prædam ex naufragio diripuissent.* l. 4. D. de incend. naufr. *Ne piscatores sibi execrandam Prædam parent.* l. 10. Digestis de incend. ruin. *Ne aliis Prædæ occasionem præbeat.* l. 1. D. si vent. nom.

PRÆDES, vt Varro lib. 4. de lingua Latina. & Festus lib. 14. tradunt, dicebantur, *qui populo & in publicum se magistratu interrogante obligabant. Quorum bona prædia dicebantur*, authore Asconio, qui in 3. contra Verrem orat. *Prædes*, ait, *dicuntur satisdatores locupletes pro re de qua apud iudicem lis est, ne interea qui tenet diffidens causæ possessionem deteriorem faciat, tecta dissiper, excidat arbores, & culta deserat. Si damni infecti insolidũ Prædibus caueris.* l. 6. §. si damni. D. commun. diui.

Cornel. Nepos, in Attici vita. *Ad hastam publicam nunquam accessit, nullius rei Præs neque măceps.* Ausonius certè in Monosyllabis, *Vadem à Præde* eo separat, quòd ille in capitalibus iudiciis, hic in lite nummaria interueniat, quemadmodum in vindiciis olim *Prædem datum*, Cicero in Verrina & Valerius Probus in notis ostendunt. A præstando opem *Prædes* appellatos, Varro lib. 4. de ling. Lat. scribit. Idem Festus lib. 3. tradit, *qui eiusdem rei populo sponsores fiebant.*

PRÆDIATORIS verbum apud Ciceronem in orat. pro Cornel. Balbo, & libro 12. epist. ad Atticum reperitur, & in inscriptione l. 54. D. de iure dot. quæ scripta est ad edictum Prætoris vrbani. tit. de *Prædiatorib.* sed id verbũ, qui explicet, adhuc neminẽ reperi. Ego autem *Prædiatores*, vt *Prædes* dictos puto, qui publico fidem suam obligabant. Vet. Gloss. Prædiator, ὁ τὸ φόρος δήμῳ ἐκδοὺς, ὑπὲρ τῶν ὑπαρχόντων. Quã interpretationẽ cõprobant hæc

Suetonij in Claudio cap. 9. verba. *Ad eas rei familiaris angustias decidit, vt cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege Prædatoria venalis pependerit.*

PRÆDICERE, est ante dicere & denuntiare. *Si ego sciissem talem esse seruum, nec Prædixissem vt posses præcauere.* l. 16. §. sed cum seruus. D. mandati.

Si Prædixerit exercitor, vt vnusquisque vectorum res suas seruet, neque damnum se præstaturum, & consenserint vectores Prædictioni, non conuenitur. l. vltima. D. nau. caupon.

Si furtum domino seruus fecerit, non est necesse hoc in venditione serui Prædicere. l. 52. D. de ædil. edict. *Cùm redhibitoria actione de sanitate agitur, permittendum est de vnoquoque agere & Prædicere.* l. 48. §. cùm redhibitoria. D. de ædilit. edicto. *Aequissimum erit, etiam hoc prædici.* l. 17. §. si quis talis. D. de ædil. edicto. *Dummodo Prædicetur iudici liberalis causa, ne vllum adminiculum libertatis ex testamento admittat.* l. 7. §. vlt. D. de petit. hæredit. *Prædicendum petitori fideiussorem non vsurum priuilegio.* l. 7. D. qui satisd. cogant.

PRÆDIORVM appellatio generalis est, & tam ædes vrbanas quàm villas complectitur. *Prædia ergo alia sunt vrbana, alia rustica.* Rub. de seruitut. vrban. & rustic. prædior. l. 37. D. de vsu & vsufr. legat.

Vet. Glossar. *Prædia rustica sunt quæ sine ædibus sunt siue in ædibus, siue in agro.* Item, *Prædia vrbana sunt quæ habent ædificia & sunt in vrbe.*

Cùm Prædia vrbana & rustica negligentia possessorum peiora sint facta: veluti quia vineæ, pomaria, horti extra consuetudinem patris familias defuncti culta sunt. l. 54. §. vlt. D. de hæredit. petit. *Iura Prædiorum vrbanorum & rusticorum: quæ etiam seruitutes vocantur.* l. 2. §. vlt. D. de diuis. rer.

Prædium seruiens vel cui seruitus debetur. l. 140. §. vlt. D. de verbor. obligat. *Ius aquæ ducendæ datur interdum Prædiis.* l. 1. §. permittitur. D. de aqua quotid. *Prædia diuersis pagis Seiæ legauit.* l. 12. D. de annu. legat. *Nepoti legauerat quæ certa regione Prædia habuerat.* lege 6. D. de instr. vel instrum.

Prædiolum meum. l. 88. §. Lucius. 1. D. de legat. 2.

PRÆDITVS quis non modò artibus, verùm & dignitate & potestate dicitur. *Mancipia diuersis artibus Prædita.* l. 5. C. de seru. fugitiu. *Qui magna Præditus est dignitate, vel auctoritate.* l. 5. D. ad SC. Trebell. *Licere statuimus senatoribus & quibuscunque amplissimis dignitatibus Præditis.* l. 7. C. de incest. nupt. *Qui neque à principe potestate aliqua Præditus est.* l. 81. D. de iudiciis. *Adire aliquem potestate Præditum.* l. vlt. D. quod met. caus. *Si quis ordinaria vel qualibet Præditus potestate.* l. 1. C. si quacun. prædit. potest.

PRÆDONES, *quod attinet ad hæreditatis petitionem, intelliguntur hi qui cùm scirent ad se non pertinere hæreditatem, inuasserunt bona: scilicet cùm nullam causam haberent possidendi.* l. 25. §. quod autē. D. de hæredit. petit.

Prædo etiam in eodem tractatu definitur qui *interrogatus cur possideat, respōsurus sit, quia possideo: nec contendit se hæredem, vel per mendacium, nec vllam causam possessionis possit dicere.* l. 11. §. vlt. l. 12. & l. 13. D. de hæred. petit. Et ita *Praedonem accipio* l. 34. §. si prædo. D. de solutionib. & l. 13. D. de ser. corrup. l. 1. §. intereſt. D. si ventr. nomin.

Si fortè Praedo possideat hæreditatem, fingens sibi aliquem titulum ab intestato possessionis. l. 1. §. non quærimus. D. si quis omiss. caus.

Sed & aliàs quilibet iniustus & malæ fidei possessor, *Praedo* vocatur. l. 55. D. de condict. indeb. l. 22. §. si prædo. D. de pignerat. act. l. 7. §. inter prædones. D. commun. diuid. l. 5. & l. 64. D. de iudiciis.

Praedones & hi *qui bona fide possident*, opponuntur. l. 13. D. de noxalib.

Atque *adeo vel bonæ fidei possessor post petitam hæreditatem Praedo dicitur.* l. 33. §. sicut. D. de petit. hæred. *quia post controuersiam motam omnes incipiunt malae fidei possessores esse.* l. 27. §. etiam si ante. D. eod. tit. *Praedonis item loco habetur is, qui tacitam fidem interposuit vt non capienti restitueret hæreditatem.* l. 46. D. de petit. *Nemo certè praedo est, qui pretium numeranit.* l. 15. §. sed si quis. D. eod. tit. Quò pertinet l. 26. D. de diuers. reg. *Non est etiam prædo qui dolo caret, quanuis in iure erranerit.* l. 27. §. scire. D. de hæred. petit.

Sed nec fideiussorem imperitè lapsum, Praedonem videri in specie. l. 32. D. de negot. gest. Papinianus respondit.

Si ex stipulatione tibi Stichum debeam, & non tradam eum, tu autem nactus fueris possessionem, Praedo es. l. 5. D. de adquir. possess.

Similitérque si *vendidero rem, si non voluntate mea nactus sis possessionem, Praedo es.* ibid.

Praedonem etiam eum qui manumissus ex causa peculiari habeat rem non concesso sibi peculio, vocat

Vlpianus

Vlpianus l. 13. §. ex facto. D. de adquir. possess. *Velut prædonem bonis alienis incumbere.* l. 3. §. tutor. D. de suspect. tutor. *Qui ab initio mente Prædonis res hæreditarias adprehendit.* l. 25. §. de eo. D. de petit. hæredit. *Si de fundo proprietarium & fructuarium Prædo expulerit.* lege 10. Digestis de vi & vi arma.

Prædones aliàs pro grassatoribus latronibus. *Impetus Prædonum à nullo præstantur.* lege 23. D. de diuers. regul. *A latronibus vel Prædonibus vi oppressus.* l. 9. D. ex quib. caus. maior.

Et ita *furi Prædo* adiungitur. l. 16. D. commodati. l. 31. §. 1. D. depositi.

Denique *Prædones sunt qui nullo publicè legitimèque indicto bello terra marique grassantur & prædas agunt.* l. 24. D. de capt. & postlim. l. 118. D. de verbor. significat. Ideóque ab *hostibus* vtrubique separantur. *Si argentum quod vtendum acceperit, Prædonum hostium ve incursu amiserit.* l. 1. §. 1. D. de obligation. *Si procurator in hostium Prædonúm ve potestate sit.* l. 19. D. de procurator.

Vis hostium, Prædonum, latronum. l. 30. D. ad l. Falcid. *Si quis vi Prædonum vel hostium stupratus est.* l. 1. §. remouet. D. de postulan.

Prædones pro piratis. *Quod Prædones abstulerint, eum perdere cuius fuerit.* l. 2. §. si nauis. D. de l. Rhodia, de iactu. *Qui aliquid Prædonibus nauim expugnantibus rapiat.* l. 3. §. 1. D. de incend. ruin. Suetonius in Iul. cap. 4. *Circa Pharmacusam insulam à Prædonibus captus est,* id est piratis, vt est apud Fenestell. epitomat. lib. 2. citante Diomede lib. 1.

PRÆDONIVS *mos. Si conscius ad se nihil hæreditatem pertinere, Prædonio more versari cœpit.* l. 25. §. de eo. D. de hæred. petit.

PRÆESSE *iurisdictioni* & *tribunali* accipimus magistratus, quíve in aliqua potestate positi ius dicunt.

Qui iurisdictioni Præest, neque sibi ius dicere debet, neque vxori, &c. lege 10. D. de iurisdict. *Is qui iurisdictioni Præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet.* l. 12. D. de legib. *Qui neque iurisdictioni Præest, neque à principe potestate aliqua præditus est.* l. 81. D. de iudiciis. *In iure apud eum qui iurisdictioni Præest.* l. 1. §. 1. D. de postulan. *Qui iuri dicundo Præest.* l. 1. C. vt in possess. *Eos qui iuri dicundo Præsunt.* l. vlt. D. de aqua & aqu. pluu. *Cuiusuis iudicis qui tribunali Præest, vel aliam iurisdictionem habet.* l. 1. D. de iudiciis. *Qui cùm magistratus esset, publicó ve iudicio Præesset.* l. 1. D. ad l. Cornel. de sicar.

Priuatorum consensus iudicem non facit eum qui nulli Præest iudicio. l. 3. C. de iurisdict. omn. iudic. *Quæstioni alicui Præesse* apud Cicer. in Orat. pro Rosc. Amer. & Pro domo sua. *Ex pontificibus constituebatur quis quoquo anno Præesset priuatis.* l. 2. §. omnium. D. de orig. iur. Cicero lib. 1. de Orator. *Id nisi hîc in tuo regno essemus, non tulissem, multisque Præessem qui aut interdicto tecum contenderent, aut ex iure manu consertum vocarent, quòd in alienas possessiones tam properè irruisses.*

Præesse prouinciis dicuntur qui prouincias regunt: vt puta proconsules, præsides, aut alij id genus. *Is qui prouinciæ Præest.* l. 9. §. vlt. D. de offic. proconsul. l. 3. D. de offic. præsid. l. 11. D. de custod. & exhibit. *Eum qui prouinciæ Præest.* l. 8. & l. 9. D. de offic. præsid. *Cùm præfectus Aegypti Præerat prouinciæ.* l. 1. §. 1. D. de l. Cornel. de falsis. *Qui prouinciæ Præsunt* l. 7. D. de interdict. & relegat. *Ad proconsules legatósque eorum, & ad eos qui prouinciis Præsunt.* l. 2. §. capta deinde. D. de orig. iur.

Sed alij cuilibet muneri præfecti præpositíque sunt, *Præesse* dicuntur. *Qui se meminerit armato Præesse.* lege 12. Digestis de re milit. *Qui exercitui Præsunt.* lege 12. §. vlt. Digestis de re milit.

Episcopi qui Præsunt pani. l. vlt. D. de muner. & honor.

PRÆFATA *Iura*, id est *supradicta.* l. 19. §. vlt. D. commun. diuid. *Ex præfatis dieb.* l. 12. §. Si quoniam. D. qui potior.

PRÆFATIO pro Procœmio. *Si in foro causas dicentibus nefas, vt ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta iudici rem exponere.* l. 1. D. de orig. iur. *Præfationes nos libentius ad lectionem propositæ materiæ producunt,* ibid.

Nec orationum modò, sed & conuentionum & testamentorum *Præfationes* dicuntur *Præfationes contractuum. Plerunque ea quæ Præfationibus conueniisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur.* lege 134. §. 1. D. de verb. oblig. *Neque post Præfationem adiectionum testatorem fuisse res corporales,* &c. l. 95. D. de legat. 3.

PRÆFERRE. *Pupillus legatũ Prætulit.* l. 26. D. de liberal. leg. id est, elegit, seu maluit habere.

Præferri, id est anteferri. *In popularibus actionibus, id cuius interest præfertur.* l. 3. D. de popular. action.

Præferri dicitur creditor, qui ex bonis cõmunis debitoris primus id quod sibi debetur aufert. *Respub. creditrix cõmunibus chirographariis creditoribus Præfertur.* l. 38. §. vlt. Digestis de rebus

auctor. iud. *Præferri rempublicam fisco debere.* l. 8. D. qui potior. in pign. *Tertius creditor secundo Præferendus est.* l. 12. §. à Titio. D. qui potior. in pign. *An Seia præferenda sit fisco, & in illis rebus, quas Titius tempore obligationis habuit.* l. vlt. D. qui potior.

PRÆLATO *die.* l. 1. §. Editiones. D. de edendo. l. 28. D. de l. Cornel. de falſ. id eſt *antelato:* ſeu *repetita die*, vt loquitur l. 3. D. de fid. inſtrumen.

PRÆFICERE, id eſt rei cuilibet, ſeu muneri præponere. *Stichum, tam rei ruſticæ, quàm rationibus fundi Præfecit teſtator.* l. 31. D. de adimen. legat. *Irenarchæ, qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus Præficiunt.* l. vlt. D. de munerib. & honor. *Præfici Vrbi*, apud Sueton. in Claud. cap. 3.

PRÆFECTORVM, in lib. iuris ciuilis hæc potiſſimum quæ ſubieci, recenſentur. *Præfectus Aegypti, Aerario, Annonæ, Prætorio, Vigilum, Vrbi. Præfecto Aegypti Imperium ad ſimilitudinem proconſulis, lege ſub Auguſto datum eſt.* l. 1. D. de offic. præf. Auguſt. Ab Auguſto ſiquidem primùm *Præfectus* hic inſtitutus: cuius principatui primus Ægypto *Præfuit* Cornelius Gallus, quemadmodum Sueton. & Dio referunt. vnde & *Præfecti Auguſtalis* nomen hic *Præfectus Aegypti* inuenit: ita quippe appellatur Rubr. de offic. *Præfect. Auguſt.* l. vn. de ratiocin. oper. publ. l. 29. C. de appell. l. vlt. C. de modo mult. l. 13. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. 3. §. illud. C. de cano. largit. tit. lib. 10. & l. vlt. C. de legationib. eod. l. 3. de nauicular. lib. 11. Et *Auguſtalis* abſolutè in l. 32. C. de appellat. & Nouell. conſtit. 23. & 26. ab eo quòd ab Auguſto conſtitutus hic *Præfectus fuerit.* ex l. cuius principatu primus *Ægypto Præfuit* Cornelius Gallus, vt Dioclet. Sueton. & alij tradunt, ſub diſpoſitione huius erat *Lybia Vtraque, Thebais, Aegyptus, Arcadia, Auguſtanica.*

Apud Præfectum Aegypti poſſum ſeruum manumittere, ex conſtitutione Diui Auguſti. l. 21. D. de manumiſſ. vind.

Præfectus Aegypti non prius deponit præfecturam & imperium, quàm Alexandriam ingreſſus ſit ſucceſſor eius. l. 1. D. de offic. præfect. Auguſt. Præfectus Ægypti reipub. cauſa abeſt. l. 30. §. 1. D. ex quib. cauſ. maior. *Seuerus lege Cornelia de falſis, damnauit præfectum Aegypti, quòd inſtrumentis ſuis cum præeſſet prouinciæ falſum fecit.* l. 1. §. 1. D. de l. Cornel. de falſ. *A præfecto Aegypti perpetuò cautiones agere prohibitus.* l. 1. C. de poſtul. Fit & huius Præfecti mentio apud Sueton. in Veſpaſi. cap. 6. & Tacit. lib. 17.

Præfecti prætorio, ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum à principibus electi ſunt, data eſt plena licentia, ad diſciplinæ publicæ emendationem. l. 1. D. de officio præfect. prætor. *Magiſtrorum equitum, qui dictatoribus iungebantur officium ferè tale erat, quale hodie Præfectorum prætorio*, ait Pompon. l. 2. §. populo deinde. D. de orig. iuris. *Ac primùm ex equeſtri ordine legebantur: primúſque ex ordine ſenatorio Titus eam Præfecturam ſuſcepit nunquam ad id tempus, niſi ab equite Romano adminiſtratam*, vt Sueto. in eius vita cap. 6. ſcribit.

Præfectos prætorio auditorium habuiſſe teſtimonio eſt. lege 40. Digeſtis de reb. cred. in quæ Paulus proponit in auditorio Æmilij Papiniani *Præfecti prætorio* Iuriſconſulti cautionem.

Præfecti etiam prætorio ex ſua ſententia in integrum poſſunt reſtituere, quamuis appellari ab his non poſſit. l. 17. D. de minorib. *Appellari à Præfectis prætorio non poſſe. Item à ſententia eorum, minores ætate, ab aliis magiſtratibus, niſi ab ipſis Præfectis prætorio reſtitui poſſent tradit* Arcadius, l. 1. D. de officio præf. præt.

Præfectis prætorij ſuaſi, ait Papinianus, l. 3. §. cum Pollidius. D. de vſur. *Titius crimen intendit quaſi iniuriam paſſus, atque in eam rem teſtationem apud Præfectum prætorio recitauit. Præfectus nullam iniuriam Lucium Titium paſſum eſſe à Seio pronuntiauit.* l. 21. D. de his qui not. infam. *Præfectorum autem prætorio* auctoritatem poteſtatémque Sozimus lib. 12. ita perſtringit: *σωνετάραξε δὲ*, Cõſtantino verba facit: *σωνετάραξε δὲ τὰς πάσας καθεζαμένας ἀρχὰς. δύο γὰρ τῆς ἀλλοτίου ὄντων ὑπάρχων καὶ τινὶ ἀρχῷ κοινῇ μεταχειριζομένων, ὁ μόνον τὰ περὶ τὴν αὐλὴν τάγματα τῇ τάξει ὠκονομεῖτο φρονήσει καὶ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἐπιτεταγμένα τῶν τῆς πόλεως φυλακῶν καὶ τὰ ταῖς ἐσχατιαῖς ἐγκαθήμενα πάσαις. ἡ γὰρ τοῦ ὑπάρχου ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκήπτρα νομιζομένη, καὶ τοῦ σιτήσεων ἐποιεῖτο τὰς ἐπιδόσεις καὶ τὰ τοῦ τὴν τραπεζικὴν ἐπιφήμην ἀμαρτανόμενα ταῖς καθαμάξαις ἐπανόρθωσις κολάσεσι.* Ante Sozimum verò etiam Herodianus libro 5. *Præfecturam prætorianam* ſecundæ poſt principem poteſtatis eſſe ſcripſerat. hoc enim ſibi vult Opilius Macrinus in ſuis ad Senatum literis, cùm ait, *τὸν διοικήσεως τοῦτον τρόπου, ὃ πολὺ τῆς ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ὑποδύσης ὅπερ γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐπάρχοις τοῦ τραπεζοῦν πεπίστευται, θεῖον νομίζω μακρηγορεῖν.* Quorum verborum ſententia Latinum interpretem latuit, qui non vidit de Præfectura prætoriana hæc accipienda eſſe. Macrinum enim, ex cuius epiſtola hæc verba ſumpta ſunt, ante Antonini cædem *Præfectum Prætorio* fuiſſe,

& ex *Præfecto prætorio* Imperatorem à militibus factum constat. Aurelius Victor lib. de Cæsaribus. *Decius, Opilius, Macrinus, qui Præfectus prætorio erat, cum filio Diadumeno facti Imperatores.* Et eminet idem ipse Herodianus Opilium Macrinum sub Commodo *Præfecturam prætorij* cum Audentio gessisse significat libro 4. his verbis: ἦσαν δὲ αὐτῷ (Antonino videlicet) ὑπάρχοντες τῷ πραιτωρίῳ δύο, Αὐδέντιος καὶ Μακρῖνος.

Præfecti autem *prætorio, non vno eodémque* numero semper fuere. Ante Constantini quidem tempora duos tantùm fuisse satis constat. Quanquam sub Commodo tres quoque *Præfectos prætorio*, casu potius quàm more atque ordine factos, Lampridius in eius vita scribit in hunc modum. *Præfectus etiam Ebutianus inter hos est interemptus, in cuius locum ipse Oleander, cum alijs duobus quos ipse delegerat, Præfectus est factus. Tunc que primùm tres Præfecti prætorij fuere.* Sanè Constantinum *Præfectorum* numerum auxisse, eúmque prius duntaxat, eis alios duos adiecisse Sozimus eius factum improbans, libro 2. refert his verbis. Κωνσταντῖνος δὲ τὰ καλῶς κατεσκευασμένα κινδυνεύσαντα ἐς τέσσαρας διεῖλεν ἀρχάς. ὑπάρχω γὰρ ἐνὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν καὶ τῆς Πενταπόλεως λιβύης, καὶ τῶν ἑῴων ἄχρι Μεσοποταμίας, καὶ πρὸς ἑσπέρᾳ γε Κιλικίας καὶ Καππαδοκίας, καὶ Ἀρμενίας, καὶ τῶν παραλίων ἁπασῶν ἀπὸ Παμφυλίας ἄχρι τραπεζοῦντος, καὶ τῶν παρὰ τὸν Φᾶσιν φρουρίαν παρέδωκε τῷ αὐτῷ, καὶ Θρᾴκιον ὑπηθρεψας Μυσίαν τε μέχρι Ἄιμου καὶ Ροδόπης καὶ μέχρις Δοβήρου πόλεως ὀνομαζομένην, καὶ Κύπρον μού τοι, καὶ τὰς κυκλάδας νήσους, δίχα Δήλου καὶ Ἰμβρου καὶ Σαμοθράκης. ἑτέρῳ δὲ Μακεδόνας, καὶ Θεσσαλοὺς καὶ Κρῆτας καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους καὶ ἀμφοτέρας ἠπείρους, καὶ πρὸς ταύταις Ἰλλυριούς, καὶ Δάκας, καὶ Τριβαλλούς, καὶ τοὺς ἄχρι Βαλερίας παίωνας, καὶ ὑπὲρ τούτοις τὴν ἄνω Μυσίαν. τῷ δὲ τρίτῳ τὴν Ἰταλίαν ἅπασαν καὶ Σικελίαν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, καὶ ἔτι γε Σαρδόνα, καὶ Κύρνον, καὶ τὴν ἀπὸ Σύρτεων Κυρήνης ἄχρι λιβύης. τῷ δὲ τετάρτῳ τοὺς τὰς Ἄλπεις Κελτούς τε καὶ Ἴβηρας πρὸς τῇ Βριττανικῇ νήσῳ.

Notitia quoque Mariani Scoti, quatuor nobis *Præfectos prætorio* exhibet, quorum duo in partibus Orientis constituti erant: videlicet *Præfectus prætorio* per Orientem & *Præfectus prætorio per Illyricum*, totidem in partibus occidentis, videlicet *Præfectus prætorio* per Italiam & *Præfectus prætorio* per Gallias. Sub dispositione *Præfecti prætorio Orientis* erant diœceses quinque, Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia. Oriens autem prouincias continebat 5. Aegyptus sex, Asiana 10. Pontica 10. Thracia 6. Sub dispositione verò *Præfecti prætorio* per Illyricum, erant diœceses duæ, Macedonia & Dacia, quarum hæc prouincias 5. illa sex complectebatur. Sub dispositione *Præfecti prætorio* Italiæ, erant diœceses 3. Italia, Illyricum, Africa. Prior prouinciis 17. circumscribebatur: altera prouinciis 16. posterior 7. Sub dispositione *Præfecti prætorio Galliarum* erant Diœceses duæ, Hispania & Britannia. Illa 7. hæc quinque prouinciis concludebatur.

Iustinianus verò debellatis & exactis Vvandalis Africam à Prætoriana Italiæ *Præfectura* exemit, eíque propriam præfecturam dedit. l. 1. & l. 2. C. de offic. præfect. prætor. Afric. Ita additus est quatuor superiorib. quintus *Præfectus prætorio* Africæ, eíque subditæ sunt septẽ prouinciæ, Tingitana, Carthago, Tripolis, Numidia, Mauritania, Sardinia, Bizicium. Sic enim postrema hæc prouincia scribenda est, cum ex vetustis codicibus, tum ex notitia dignitatum. In qua tamen vno in loco *Byzantium* perperam legitur. Quem errorem etiam euincit l. 2. C. de offic. præfect. præt. Afric. vbi prouincia hæc *Byzacena*, non *Byzantina* appellatur. Et Plinius lib. 4. natural. hist. cap. 4. qui *Byzacium* in Africæ regionibus numerat. *De Præfecti prætorio* potestate sub Theodorico, vide Cassiodor. epist. 3. lib. 6. variarum. ei assurgi solitum à principibus, idem indicat epist. 20. lib. 3. variarum.

Præfectum prætorio ὕπαρχον τῆς αὐλῆς, vocat Procopius libro primo de bello Persico non semel.

Præfectus ærarij, qui ærarij publici curam gerebat. Curam enim ærarij Quæstoribus, ad præfectum tandem translatum Agell. lib. 13. cap. 23. auctor est. quod Neronianis temporibus factum significat Tacitus lib. 10. Annal. cum ait, *Dein princeps curam tabularum publicarum à quæstoribus ad Præfectos transtulit.* Nam in templo Saturni non minus tabularium quàm ærarium populi Plutarchus ἐν αἰτίοις tradit.

Tribus edictis à Præfecto ærarij, delator adesse iussus. lege 15. §. Senatus. Digestis de iur. fisc. *Si quis arguetur falsis rationes ad ærarium detulisse, de eo Præfectus ærarij cognoscat.* l. 15. §. vlt. Fit & *Arriani Seueri Præfecti ærarij* mentio. l. 42. D. cod. tit.

Aliàs semper *Præfecti ærarij* numero multitudinis dicuntur. *Diuus Marcus hæredis cuius nomen peracto testamento testator induxerat, causam ad Præfectos ærarij misit.* l. 12. D. de his quæ vt indig. *Si non certioratis Præfectis ærario bona fuerunt libertatis conseruandæ causa addicta.* l. 4. §. si bo-

na. D. de fideicom. libertat. Duos etiam fuisse *ærarij Præfectos* Plinius indicat, qui se huiusmodi *Præfecturam* cum Tertullo Cornuto, quem & collegam in consulatu habuit, gessisse se testatur, Epist. 15. lib. 5. & in Panegyrico.

Præfectus annonæ, non est magistratus, sed extra ordinem Vtilitatis causa constitutus est. l. 2. §. capta deinde. D. de orig. iuris. Vlpian. *Præfectum propter ministerium annonæ Vocat* in l. 1. §. est autem. D. de exercitor. *Apud Præfectum annonæ actam causam contra dominum pro pretio hordei, & ab eo ad Imperatorem prouocatum* indicat l. vlt. D. quod cum eo. qui in alien. *Mulierem propter publicam Vtilitatem ad annonam pertinentem audiri à Præfecto annonæ deferentem, Diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt.* l. 13. D. de accusationib. Vbi videndum ne pro *Seuero* Verus substituendus sit. aut enim Martianum, aut Papyrium Iustum falli, in Imperatorum nomine necesse est qui Impp. Antoninum & Verum Augustos in hæc verba rescripsisse refert. *Etsi non soleat hoc genus nuntiationis mulieres exercere, tamen quia demonstraturam te quæ ad Vtilitatem annonæ pertinent, polliceris, Præfectum annonæ docere potes,* l. vlt. D. de l. Iul. de anno.

Publio Minutio Præfecto annonæ extra portam trigeminam columnam Vnciaria stipe, collata stipe positam Plinius lib. 34. cap. 5. narrat.

Ad huius autem officium posterioribus temporibus pertinuisse, vt annona vrbi præpararetur, & vbique panis copia redundaret, ponderéque iusto ac mundicia debita panis veniret Cassiodor. lib. 6. variar. in formula *Præfecturæ annonariæ* docet: ideóq; eius examini pistores & suarios subiectos fuisse. Quemadmodum etiam ex l. 3. & l. 12. & l. 15. de pistorib. in C. The. patet. Tesseras etiam frumentarias ab eo acceptas fuisse ostendit nouell. 88. his verbis: πάντα προαγγέλλοντας τοῖς χορηγοῦσι τὸ δημόσιον σιτηρέσιον, ἢ καὶ ψήφους ποιζομένους παρὰ τοῦ τῆς ἀνώνων ὑπάρχου βουλομένους ἀναρτιθῶσι τῷ χορηγίαι καὶ τὸν σιτευθέντα μόνον, ὡς τοῖς τρεφομένοις δόσεσι.

Præfectorius vir in l. 1. D. de Senatoribus, & in Epist. Iustinian. quæ Pandect. præposita est. *Præfectoria familia* apud Sidonium, epist. 16. l. 5. *Præfectianus* Præfecti prætorio Apparitor in l. 8. C. de off. rect. prouinc. l. 2. & l. 3. C. de apparitorib. præfector. prætor. l. 12. in quibus tamen legibus vulgo *Præfectiarios* & *Præfectiarius* vitiosè scriptum est.

Præfectura Prætoriana apud Cassiodor. epist. 3. lib. 6. variar.

Præfectura Vrbi. l. 1. D. de offic. præf. vrb. *Præfectura Vrbana.* Ambros. libro 3. offic. cap. 8. *Prætorianæ Vel vrbanæ Præfecturæ sublime fastigium.* l. 25. C. de procuratorib.

Præfecturæ etiam vocabantur & aliquot alia oppida in quæ quotannis *Præfecti iuris* diuid. causa mittebantur, nec municipiorum iuris censebantur. Festus, *Præfecturæ illæ appellabantur in Italia, in quibus & ius dicebatur & nundinæ agebantur, & erat quædam earum respublica, neque tamen suos magistratus habebant, in queis legibus Præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent, quarum genera fuerunt duo. Alterum in quas solebant ire Præfecti quatuor, sex Virum pro populi suffragio creati erant: in hæc oppida Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Attellam, Calatiam. Alterum, in quas ibant quos prætor Vrbanus quotannis in quæque loca miserat legibus, Vt fundos Formias, Cære, Veneteum, Alifas, Primerium, Anaginam, Fusinonem, Reate, Saturniam, Mursiam, Arpinum, aliáque complura.* & ita in legibus antiquis, *Præfectura* à Municipio Conciliabulo separatur.

Præfectus cohortis Vel equitum. l. 63. D. de ritu nuptiarum.

Præfectus Vigilum non est magistratus, sed Vtilitatis causa extra ordinem constitutus. lege 2. §. capta deinde. D. de orig. iuris. *Augustus septem cohortes Vigilum oportunis locis constituit Vt binas regiones Vrbis Vnaquæque cohors tueretur præpositus eis tribunis, & super omnes spectabili viro, qui Praefectus vigilum appellatur.*

Cognoscit *Praefectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus: nisi si qua tam atrox, támque famosa persona sit, Vt Praefecto Vrbi remittatur.* lege 3. & §. 1. D. de offic. præf. vigil.

Vetus Gloss. *Praefecti Vigilum, sunt Praefecti nocturni, qui excubias agebant, praesunt incēdiis arcendis.* Iustinian. Nouell. 13. τὸς λαμπροτάτους τῆς ἀγρυπνίας ἄρχοντας, patria Roma. lingua *Praefectos Vigilū* appellari, Græca verò lingua ὑπάρχους τῆς νυκτὸς, quam appellationē, vt parum decoram abolens Iustinian. Prætores plebis nominari constituit, vt potè τῇ φυλακῇ τε καὶ εὐταξίᾳ τεταγμένους τῷ δημοσίῳ καθιστᾶν ἰσχύοντας ἀταξίαν.

Qui furem deducit ad Praefectum Vigilibus. l. 56. §. 1. D. de furt. *Attius seruum tradidit Praefecto Vigilum, quasi in facinore deprehensum. Praefectus Vigilum eum summo supplicio adfecit.* lege 15. Digestis de condict. cau. dat. *Annei Hereniy Praefecti Neronis Vigilum meminit* Plin. libro 22. cap. 23.

Praefe-

Præfectus vrbis, vel vrbi, sic enim promiscuè vocatur. *Quoties magistratus proficiscuntur, vnus relinquitur qui ius dicat, is vocatur Præfectus vrbi, qui Præfectus olim constituebatur: postea ferè Latinarum Feriarum causa, introductus est, & quotannis obseruatur.* l. 2. §. capta deinde. D. de orig. iur. Causam ergo huic magistratui creando ferias Latinas dedere Pompon. ait. Vnde & *Præfectum vrbi πολίαρχον τὸν ἐφ' τὰς ἀνοχὰς αἱρεθέντα*, Dio lib. 54. vocat. Sueton. in Claud. cap. 3. ex epist. Augusti ad Liuiam: In *Albanum montem ire eum*, (de Claudio loquitur) *non placet nobis aut esse Romæ Latinarum diebus. foris enim non Præficitur vrbi, si potest fratrem suum sequi in mõtem.* Agelli. lib. 14. cap. vlt. *Præfectum vrbi Latinarum causa relictum Senatum habere posse Mutius negat.*

Magistratum suũ certè ipsis Latinarum feriarum diebus inibant, auspicabantúrque. Sueton. Tacit. lib. 4. Annal. *Postulandus reis tam continuis annis fuit, vt feriarum Latinarum diebus Præfectum vrbis Drusum auspicãdi gratia tribunal ingressum adierit, Calpurnius Saluianus in Sextum Marium.* Sueton. in Nerone cap. 8. *Auspicatus est, & Iurisdictionem Præfecti vrbis, atque Latinarum celeberrimis patronis, non translatitias, vt assolet, sed maximas plurimásque postulationes certatim ingerẽtibus, quamuis interdictum à Claudio esset.*

Contrariis autem populi studiis ac partibus effectum vt sine hoc magistratu respub. anni vnius spatio fuerit, Dio lib. 5. refert his verbis: *Ταραχῆς δὲ πρὸς τοῦτο τὸ πολιάρχιον τὸ ἐφ' τὰς ἀνοχὰς ἀιρεθὲν χίλιοτοστὸν συμβάσης ἐκ ἐπεκράτησεν αὐτῆς, ἀλλὰ ἄνευ τῆς ἀρχῆς ταυτῆς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον διεγένοντο.* Dein Augustum lege lata sanxisse, vt quotannis *Præfectus* vnus *vrbi* crearetur, ibidem subiicit: *Νενομοθέτηκε δὲ* (inquiens) *τὸν ἐς τὰς ἀνοχὰς καθιςάμενον ἕνα ἀεὶ αἱρεῖσθαι.* Ea causa est, cur *Præfecturam vrbis* inter officia ab Augusto excogitata Tranquillus numerauit cap. 37. vitæ ipsius. Nam Augusto vetustiorem antiquiorémque fuisse hunc magistratum nõ est ignotum: & vel vnius Varronis testimonio satis liquet ex eius epistolicis quæstionibus. Agell. lib. 14. cap. 7. locum laudat quo inter cæteros per quos mors maiorum Senatus haberi poterat, *Præfectum vrbi* ponit.

Ab Augusto vtique lectos ad id munus ex Equestri ordine, atque adeo impuberes. Dio, lib. 49. narrat. Ait enim, *ἐν δὲ τοῖς ἀνοχαῖς αἱρετοὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πολίαρχοι παῖδες ἄνηροι ἐξ ἱππέων, ἀλλ' ἐκ ἐκ βουλευτῶν γεγονότες ἦρξαν.* Aucta est autem *Præfecti vrbis* iurisdictio. potestas enim duorum fratrum constitutionibus, tum maximè epistola Seueri & Commodi ad Fabium Cilonem, cuius fit mentio in l. 1. D. de offic. præfect. vrb. l. 6. §. 1. D. de interdict. & releg. & l. 1. §. in quibus. D. de legat. 3. Eóque demũ perducta res est, vt omnia sibi crimina *Præfecturæ vrbi* vindicaret.

Iudicem dare possunt, quibus id more concessum est, propter vim imperij: sicut Præfectus vrbi. l. 12. §. 1. D. de iudiciis. *Si Præfectus vrbi iudicem dederit, vel prætorio, ipse erit prouocandus, qui eum dederit iudicem.* l. 1. D. quis à quo appellet. *A Præfecto vrbis dati tutores.* l. 45. §. Romulus. D. de excusat.

Si filius matrem aut patrem, quos venerari oportet, contumeliis afficit, vel impias manus eis infert, Præfectus vrbis ad publicam pietatem pertinens, pro modo eius vindicat. l. prima. Digestis de obsequiis parent.

Si quis dicat se suis nummis emptum, potest consistere cum domino suo: Romæ quidem, apud Præfectũ vrbi, in dict. l. 5. D. de manumission. *Si quis instrumenta sua prodita esse dicat, etiam huius rei executio Præfecto vrbis à diuis fratribus data est.* l. 8. D. de extraord. crimin. *Pegasus temporibus Vespasiani præfectus vrbi fuit.* l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. *Præfecti* vtique nomine in l. 2. D. de in ius voc. *Præfectus vrbi* accipiendus est.

Sub dispositione autem *Præfecti vrbis* Romæ labentis Imperij temporibus erant Præfecti annonæ & vigilum, Comites riparum, & aluei Tiberis, & cloacarum & portuum, Magister census, Rationalis vinorum, Tribunus fori suarij, Consularis aquarum, Curatores operum, maximorum operum publicorum, statuarum, horreorum, Centenarius portus: vt in Notitia traditur.

PRÆFINIRE, id est Præscribere, Præstituere. *Edictum Prætoris quo Præfinit tempus intra quod adeatur hæreditas.* l. 23. D. de hæredit. instit. *Si dies non sit ab his qui legauerant Præfinitus.* lege 17. §. vlt. dies vsus. *Postea quam dies periculo Præfinitus exactus fuerit.* l. 6. D. de nauti. fœno. id est *præstitutus*, vt ibid. *ante Præfinitum diem.* l. 10. D. de excusationib. *Vltra diem de præstando Præfinitum.* l. 4. D. de peric. & conuoc. *Intra numerum præfinitum.* lege prima. Digestis de decret. *Per octo annos præfinitam quantitatem dedit.* l. vlt. de condict. indebit. *Summæ quibus modus generaliter præfiniri non potest.* l. 5. D. de adminis. & peric. *Quinquennium ad inchoandam retractationem Præfinitum.* l. 2. D. de collus. deteg.

Præfinitum. l. 2. D. de colluſ. deteg. *Non Præfinitur certum tempus in ea ſtipulatione.* l. 29. §. vlt. D. de euictionib. *Priuſquam filius præfinitum tempus ætatis impleret.* l. 46. D. ad SC. Trebell. *tempus ſexaginta dierum Præfinitur redhibitioni.* lege 31. §. ſi quid ita. D. de ædilit. edict. *Intra tempus à Præſide Præfinitum.* l. 18. D. de accuſation. *intra tempus à prætore Præfinitum.* l. 6. D. de optio. leg. *Si tredecim ſoluta intra tempus Præfinitum non eſſent.* l. 47. D. de pactis. *Cum duo amplius tempore ſeruitutibus Præfinito aquam duxiſſent.* l. 5. §. vlt. D. de aqu. quotidiana.

Prouocationis tempore Præfinito. l. 8. D. de appellation. *Siue Præfinito tempore in metallum dato imperitia dantis, decennij tempora Præfinita videntur.* l. 23. D. de pœnis. *Si necdum tempora Præfinita exceſſerint.* l. 3. C. de in integ. reſtit. *Conueniſſe de non expellendo colono intra tempora Præfinita.* l. 54. §. 1. D. locati. *Intra tempora vacatione Præfinita.* l. 8. D. de legation.

PRAEFINITIO. *Si cum Præfinitione annorum legatum fuerit.* l. 20. D. quan. dies legat. *Centũ dierum Præfinitione non excluderis.* l. 1. C. de ſuis & legit. *Cùm ſine Præfinitione temporis legatum ita datum fuerit.* l. 19. D. quan. dies lega.

PRAEGRAVARE, id eſt Præponderare, Prævalere. *Si nulla cauſa Prægrauet,* id eſt, ſi omnia nomina ſimilia fuerint. l. 5. D. de ſolutionib. Sueton. in Iul. cap. 68. *Prægrauant tamen cætera facta, dictáque deridet cæt. Non oportet ex ſententia, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, pro alio habita aliũ Prægrauari.* l. 21. D. de his qui notant. infam. ideſt, *Onerari.* vt l. 2. §. 1. D de procurat. *Si vnius pars Prægrauari videbitur.* §. Item communi. Inſtit. de actionib.

PRÆIVDICARE., eſt Præiudicium facere. *Res inter alios iudicatas aliis non Præiudicare.* lege 65. D. de re iudica. *Res inter alios actas abſenti non Præiudicare.* l. vlt. C. quib. res iudic. *Nepti tuæ Præiudicare non poteſt, quod aduerſus cohæredes eius iudicatum eſt.* l. 2. C. quib. res iudic. *Vſum dominio tuo nihil Præiudicauit.* l. 4. C. de iis qui à non domi. *Quæ inuito te acta ſunt tibi non Præiudicãt.* l. 27. D. de procurator. *Actio ciuilis criminali non Præiudicare.* Rub. *quand. ciuil. act. crimin. non Præiud.* Cod. *Ne publicæ cauſæ Præiudicetur.* l. 35. D. de iur. fiſci. *Non debet publico iudicio priuata actione Præiudicari.* l. 2. §. 1. D. vi bonor. raptor. *Priuato iudicio legi Corneliæ Præiudicare.* l. 7. D. de iniuriis. *Vt non conditioni eius qui ſe filium eſſe contendat Præiudicetur.* l. 3. §. ſi quis liber. D. de Carbon. edict. *Statu Præiudicari.* l. vlt. C. de ingen. manum.

PRÆIVDICIVM dicitur quidquid prius iudicatum ſequentib. iudiciis exemplum aliquod allaturum eſt. Aſcon. in diuinat. ad hæc verba, de quo non *Præiudicium* ſed planè iudicium factum eſt. *Præiudicium dicitur res, quæ cum ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplum quod ſequantur. Iudicium autem res, quæ cauſam litémque determinat.* Quintilianus *Præiudicia* ponit inter *probationes, quas extra dicendi rationem accipit orator, eorúmque vim omnem ſeruari vel in rebus quæ aliquando ex paribus cauſis ſunt iudicatæ, quæ exempla rectius dicuntur, vel in iudiciis ad ipſam cauſam pertinentibus, vnde etiam nomen ductum eſt: vel cum de eadem cauſa pronuntiatum eſt, confirmarique præcipuè duobus, auctoritate eorum qui pronuntiauerunt, & ſimilitudine earum de quibus quæritur :* vide plura apud eundem auctorem, lib. 3. cap. 1. &. 2.

Rei maioris pecuniæ Præiudicium fieri videtur, cum ea quæſtio in iudicium deducitur, quae vel tota vel ex aliqua parte communis eſt quæſtioni de re maiori. l. 21. D. de exceptionib. *Præiudicium adferre* & facere dicitur quod ob rem ante meditatam, vel alia qua de cauſa obeſt, nocet.

Præiudicium irrogare, & emolumentum adferre opponuntur. l. 2. C. quib. res iudic. *Hoc aliis Præiudicium adferre non poteſt.* l. 19. D. de locat. *Donationem nullum Præiudicium dominis attuliſſe.* l. 5. C. ſi quis alter. vel ſibi. *Veritati Præiudicium adferre.* l. 2. C. de dero. aduocat. *Alimentorum cauſa veritati non facit Præiudicium.* l. 10. D. de his qui ſui vel alie. *Eam rem Præiudicium non facere veritati.* l. 5. §. meminiſſ. D. de agnoſ. & alẽd. lib. *Abſenti creditori nullum præiudicium debitor facit.* l. 4. §. 1. D. de appellation.

Non oportere eiuſmodi conſultationem Præiudicium facere. l. 60. D. de manumiſſ. teſtam. *Municipes, non aliquod origini patroni faciunt Præiudicium.* l. 22. §. municipes. D. ad municipal. *Ne aliquod Præiudicium fiat impuberi per puberis perſonam.* l. 3. §. ibid. D. de Carbonian. edi. *Ne Præiudicium libertati fiat.* 24. §. vlt. D. de lib. cauſ. *Si per quæſtionem nummariam Præiudicium ſtatui videbitur fieri.* l. vlt. D. ne de ſtatu defunct. *Interdum euenit, vt Præiudicium iudicis publico fiat.* l. 5. D. de publ. iud. *Præiudicium fieri Corneliae non debet.* l. 23. §. ſi dolo. D. ad leg. Aquil. *Nec Præiudicium periurio alterius fiet.* l. 28. §. vlt. D. de iureiuran. *Futurum eſt Præiudicium hæreditati, ſi arbiter ſententiam dicat.* l. 32. §. ſi id faciat. D. de recept. qui arbitr. *ſi per huius quæſtionem Præiudicium futurum eſt.* l. 1. D. ne de ſta. defunct. *Ne Præiudicium iuri tuo aliquod comparaſſes.* l. 5. C. de lib. cau. *Si quis in cohæredum Præiudicium ſe condemnari patitur.* l. 5. D. de appellationib. *Filiũ nihil Præiudicij paſſum.* l. 29. D. de manumiſſ. teſtam. *Sine vllo litis Præiudicio.* l. 27. D. de teſtam. tut. *Sine Præiudicio prioris ſententiae.* l. 16. Digeſtis qui potior. in pign. *rerum iudicatarum.* lege 1. C. qui

C. qui res iud. non noc. *Nullo Praeiudicio voluntati facto.* l. 40. §. vlt. D. de testam. milit.

Præiudicium etiam appellatur quæstio controuersa, causa de qua prius cognoscendum, statuendum, decernendúmque est, priusquam de alio negotio quæratur, propterea quòd ei Præiudicium facit, vnde ea iudicia quæ de statu personæ redduntur, quibus disceptatur an filius quis sit, an pater, an libertus, an patronus, an libertus an ingenuus, an seruus, an liber, *Præiudicia* vocantur.

Si quis ex seruitute in libertatem, vel ex libertinitate in ingenuitatem proclamet, vel si pater ex se natum filium neget, nec partum admiserit, Præiudicium redditur. Theophil. ad §. Præiudiciales. Instit. de action. Præiudicium δ' ἐστὶ ἰυπος ἀπὸ ἰν τεντιόνος μόνης συγκειμένης· οὐδὲ γὰρ ἔχει καταδίκην ἐν ἑαυτῇ.

Quæstiones enim quæ in Præiudiciis vertuntur sequens iudicium morantur, futuræque condemnationi viam sternunt. Quoties ergo de hoc contenditur, an libertus quis sit, siue operæ, siue alimenta quasi à liberto petantur, siue obsequium desideretur, siue in ius vocetur, qui se patronum dicit, Præiudicium redditur. lege vlt. D. si libert. ingen.

Petuntur liberi, personæ quæ sunt iuris nostri Præiudiciis, aut interdictis, aut cognitione Prætoria. l. 1. §. 1. D. de rei vindicat. *Præiudicium de partu agnoscendo similiter agendum.* l. 3. §. 1. & §. vlt. D. de lib. agnosc. *In Præiudicio possessor patronus esse videtur.* l. 18. D. de probationib. *Si qui Praeiudicio pronuncietur esse libertus.* l. 8. D. de in ius vocan.

Alimentum decretum non tollet liberto facultatem quominus Præiudicio certare possit. l. 5. §. Solent. D. de agnosc. & alen. liber.

Præiudicium edicto perpetuo propositum. l. 9. C. de patr. potest.

In Praeiudiciis id actoris partes sustinet qui habet intentionem secundum id quod intendit. l. 12. D. de exception. *Eos qui bona sua negant iure venisse, Præiudicio experiri debere.* lege 30. Digestis de reb. auctor. iud.

Et ita *Præiudicia* ab *Actionibus* separantur. *Non solum si actio postuletur à Procuratore, sed & Præiudicium vel interdictum.* l. 35. §. 1. D. de Procuratorib. *Actionis verbo continetur Præiudicium.* l. 36. D. de obligat. & action.

Præiudiciales actiones in rẽ esse videntur, quales sunt per quas quæritur an aliquis liber an libertus sit, vel de partu agnoscendum. §. Præiudiciales. Institut. de actionib.

PRÆLEGARI dicitur *quod vni ex hæredibus præter hæreditariam portionem legatur.* lege 69. §. Si duos. l. 79. §. euictis. D. de leg. lib. 2. l. 27. §. 1. l. 33. §. vlt. D. de legat. lib. 3. l. 39. D. ad leg. Falcid. *Prælegata* itaque, *& per præceptionem data eadem sunt.* l. 31. D. de legat. lib. 3. Val. p. 335. *Prælegari etiam dos dicitur, quòd antequam eius reddendæ dies venerit, ea numerari à mariti hæredibus iubetur.* lege 77. §. fidei tuæ. l. 82. & l. 88. §. impuberi. de legat. 2. l. Mæuio. §. vlt. D. eo. l. 38. in fi. D. de vsur. l. 8. §. vlt. & l. 10. D. de legat. præstan. l. 26. §. vlt. de vsu & vsufr. lega. l. 17. D. de reb. dub.

Prælegari item *peculium* dicitur. l. 1. §. si seruus. D. de except. rei vend.

Prælegationes pro *Prælegatis* in l. 1. versic. verum. & §. adeo autem. & l. 2. in fi. l. 3. in prin. Digestis de dote preleg. l. 31. §. matri. Digestis de adim. leg. l. 93. D. de legat. 3. & Codice de iur. dot.

PRÆLVM in l. 19. §. illud. D. locati. & l. 28. D. de instruct. *vel instrumenti trabem* significat, *qua olea vel calcata premitur,* quemadmodum etiam Isidor. definit libro vltimo Etymolog. cap. 14.

PRÆMATVRVS. *Præmatura est spes collationis, cum adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debeatur.* l. 1. §. si impubere. D. de collat. bonor.

Præmaturè, id est ante, item hic *Præmaturè pars data.* l. 22. D. ad Senatusc. Trebell. *Qui Præmaturè petit, plus petere videtur.* §. Plus autem. Instit. de actionib. *Præmaturè restitutionem postulari.* l. 1. C. de Carbon. edic. *Compensanda est hæredi libertatis celeritas, Præmaturè pecuniarum solutioni.* l. 41. §. 1. D. de manumiss. testam. *Nec videri Præmaturius agi, non finito stipulationis die.* l. 118. §. decem. D. de verb. obligat.

PRÆMITTERE. *Prætor titulum rerum creditarum Præmisit.* l. 1. D. de reb. cred. *Ante Præmisso quod.* l. 9. Digestis de iur. & fact. ignor. *Quibus ante Præmissis.* lege 9. Digestis de castrens. pecul.

PRÆMIVM, quod remunerandi causa datur. *Hoc Præmij loco merentibus tributum.* l. 26. D. de testam. milit. *Præmij loco veteranis concessum.* l. 13. §. 1. D. de re milit. *Præmium quod patri, propter numerum liberorum competit.* l. 36. §. vlt. D. de excusation. *Præmium immunitatis propter filios patribus datum.* l. 3. §. quamuis. D. de muner. & honor.

Si filius patrem aut pater filium, qui ad patriam delendam venerit, occidisset, sine scelere, etiam Praemio adsiciendum. l. 35. D. de religiosis.

Praemium meruisse dicitur, qui illicitæ mercis negotiatorem detulerat. l. 1. D. de his quæ vt indign. *Vulgare Præmium delatorum.* lege 13. §. Ad hæred. D. de iur. fisc. *ad differentiam eius quod ex edicto Diui Traiani datur, qui antequam causa eorum ad ærarium deferatur, professi sunt vel palam vel tacitè relictum sibi quod capere non poterant, qui partem dimidiam ferunt.* dict. l. 13. & l. 15. §. Senatus. D. de iure fisc. *Omnes qui vt indigni repellentur, summouendi sunt à Praemio, quod secundum edictum Diui Traiani datur his qui se deferunt.* l. 5. §. vlt. D. de his quæ vt indign. *Qui non Praemij consequendi gratia aduersarium suum deferunt.* l. 2. D. de iur. fisc. *Lege Cornelia cauetur de Praemio accusatoris.* l. 25. D. de SC. Silani. *Religiosa sollicitudo, ad augendam prouocandámque fidei obseruationem iuris, Praemio adfici debet.* l. 1. C. quib. ex caus. Serui pro praemio libertat. accip. *Omnes propter Praemium in scenam prodeuntes.* l. 3. §. vlt. D. de his qui not. infa.

Commoda Praemiorum quæ propter coronas sacras præstantur. lege 40. Digestis de re iudic. *Bonos non solùm metu pœnarum, verumetiam praemiorum quoque exhortatione efficere cupientes.* l. prima. Digestis de iustitia & iur. *Ne quis doli sui Praemium ferat.* lege 31. Digestis de recept. qui arbitr.

PRÆOCCVPAT *hic casus mortem.* l. 29. D. de pœn.

PRÆPARARE, *quemadmodum Praeparasse litem quis videatur, vt possit transmittere actionem inofficioso.* vide l. 7. D. de inoffic. testam. *Eo tempore quo eis Præparabatur.* in l. 7. §. vlt. D. de liber. cau. *Si litem Præparandam curauerit.* l. 1. D. de appellat. recip. *Cœpta controuersia vel Praeparata.* l. 6. §. vlt. D. de inoffic. testam. *Non Praeparat hoc interdictum* de aqu. quotid. *causam vt superiora interdicta.* l. 1. §. vlt. D. de aqu. quotid. A *Domino cui se aduersarium Præparauit.* lege 15. §. 1. D. de vsurpation.

De Praeparatione causae. l. 19. §. vlt. D. de recept. qui arbit.

Interdictum de liberis exhibendis, *Præparatorium est huius interdicti.* l. 3. §. 1. Digestis de lib. exhiben.

PRÆPONERE est alicui rei *Praeficere.* l. 23. §. vlt. D. pro socio. *Qui in prouincia Stichum seruum Kalendario Praeposuerat.* l. 41. D. de reb. cred.

Qui custodiae gratia nauibus Praeponuntur. l. 1. §. & sunt. D. nau. caupon. *In eum qui naui Praepositus sit.* l. 6. §. vlt. D. de iis qui effud. *Qui magistrum Praeponit.* l. 1. §. sed si cum. §. cuius. & §. magistrum. D. de exercit. *Cui rei magister quis sit Praepositus.* l. vlt. D. de exercit. *Qui institorem tabernae vel negotio praeposuit.* l. 1. D. de exercit. *Si institor tabernæ sit Præpositus, an cuilibet alij negotiationi.* l. 3. D. de institor. actionib. *Cuicunque negotio Praepositus sit institor, rectè appellabitur.* l. 5. D. de instito. *Serui ad negotiationem Praepositi.* l. 27. §. 1. D. ad SC. Velleianum. *Si ambo socij seruum alterius Praeposuerint.* l. 24. D. pro socio. *Qui administrationi rerum ciuitatis Præpositus est.* l. 4. D. quod iussu. *Procurator exactioni Praepositus.* l. vlt. §. vlt. D. qui potior.

Seruus Praepositus debitis exigendis. l. 37. D. de admin. & peric. *Qui pecuniis exigendis Praepositus est.* l. 66. §. Iulianus. D. de furtis. *Si soluta sit pecunia seruo pecuniis exigendis Praeposito.* l. 11. §. solutam. D. de pignerat. act. *Cui merci emendæ seruus sit Praepositus.* lege vlt. §. vlt. D. de exercit. *Si seruus vnius ex sociis societati à Domino Præpositus.* l. 23. §. vlt. D. pro socio. *Qui tributis recipiendis Praepositus fuerat.* l. 5. §. vlt. D. de censib.

Praepositi sacri cubiculi rubri. de Præpositi sacri cubic. Cod. lib. 12. *Praepositi laborum.* Rubr. de Præpositi labor. C. lib. 12. Suidas, παραπόσιτος εἶδος ἀξιώματος.

Qui Praepositum suum protegere noluerunt vel deseruerunt. l. 3. §. vlt. D. de re milit. *Qui Praepositũ suum non protexit.* lege 6. §. vlt. Digestis eodem titul. *Qui manus intulit Praeposito.* eadem lege 3. §. 1.

PRÆPOSTERVM dicitur quod in ordine conuerso & turbato. *Vt debitum tibi ante aditam haereditatem soluatur: ac tunc si ad te pertineret haereditas quaeri iubeamus.* *Praeposterа petitio est.* l. 5. C. de hæredit. acti. *Esse Praeposterum ante nos locupletiores dici quàm acquisierimus.* l. 63. Digestis ad leg. Falc.

Præposterè visus est petere exonerari priore munere, vtrisque iã implicitus. l. 6. §. vlt. D. de ope. publ.

PRÆRIPERE, interdum est Proripere. *Qui cum animaduerteret verberibus se adficere velle Praeripuisset se ad amicum.* l. 17. §. idem ait. l. D. de ædil. edi.

Praeripere aliàs est Præoccupare. Alienum sibi ius quodammodo Præripit.

PRÆROGATIVA, pro iure quodam præcipuo, speciali, seu priuilegio. *Habent quædam ciuitates Prærogatiuam, vt hi qui territoria earum* possident, *certum quid frumenti pro mensura agri, per singulos annos præbeant.* l. vlt. §. Patrimoniorum. D. de munerib. *Veteranorum Priuilegium, inter*

cætera

cætera etiam in delictis, habet Prærogatiuam. l. 1. D. de veteran. *Magni facerent prouinciales seruari sibi huiusmodi* Prærogatiuas. l. 4. §. ingressum. D. de offic. proconsul. *Contentus esse debet hac* Prærogatiua. l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict. *Non posse vti* Prærogatiua deductionis. l. 11. D. de administr. ex peric. *Aduersus alium si velit* Prærogatiua iuris iurandi vti. lege 9. §. vltimo. Digestis de iureiuran.

PRÆRVPTA. *Agro vsus non est quia via* Prærupta *erat.* l. 1. §. Viuianus. D. de itin. actúque priu. *Seditio* Prærupta. l. 6. §. Quid tamen. D. de iniust. rup.

PRÆSCRIBERE vulgò significat *Præstituere, Præfinire.* vnde *Præscriptū tempus*, id est Præstitutum. *Tempus quod constitutione* Præscriptum *est.* l. 18. C. de excusat. tutor. *Tempus à testatore* Præscriptum. l. 8. §. Sticho. D. de liberat. legat. *Temporibus ad Præsentiam partis aduersæ* Præscriptis. l 8. C. quomod. & quan. *Cùm iniuriarum actio anno tempore* Præscripta *sit.* l. 5. C. de iniuriis. *Eadem conditione* Præscripta. l. 27. D. ad l. Falcid. *Præscripto legis teneri.* l. 27. D. ad l. Cornel. de falsi.

Præscriptis verbis, id est Præfinitis, & ita *Præscriptis verbis* actio, id est, *Actio quæ Præscriptis verbis rem gestam demonstrat.* l. 6. C. de transactionib. seu Ciuilis incerti actio. *Ciuilis actio oriri potest*, id est *Præscriptis verbis.* l. 15. D. de præscrip. verb. *Ciuilem incerti actionem sufficere*, id est *Præscriptis verbis.* l. 7. D. de pact. *quæ & Ciuilis intentio incerti* vocatur. l. 6. D. de præscrip. verb. *Præscriptis verbis incerti agi.* l. 8. D. de præscr. verb. *Cessantibus namque iudiciis proditis & vulgaribus actionibus, seu cum deficiunt vulgaria atque vsitata actionum nomina, Præscriptis verbis agendum est. In quam necesse est confugere, quotiens contractus existunt, quorum appellationes nullæ iure ciuili proditæ sunt.* l. 1. l. 2. & 3. D. de præscrip. verb. Vet. Glossar. Græcum. ἡ τῶν συμφωνηθέντων ῥημάτων ἀγωγή. *Præscriptis verbis.*

Præscribere, aliàs significat excipere, seu exceptionem opponere. Sosipater lib. 2. Institut. Grammaticar. Aliud esse *Præscribo docens*, aliud Præscribo. Præscribo, ait προγράφομαι significat, quales sunt *Præscriptiones* apud Iurisconsultores, sic enim eum locum emendo. *Cur Præscribere possit Curator quominus.* l. vlt. D. de suspect. tutor. *Sic Præscribere accusatori*, est cũ opposita exceptione summouere. *Si reus accusatori publico iudicio Præscribat.* l. 3. D. de Præuaricat. Quintilian. Declamat. 249. *Præscribis tamen ne agam*, id est, *ne nomen tuum deferam, ne te legib. obligem.* Idem Quintil. declam. 250. *Tum enim Præscribere debuisti si poteras, cum delatus es. Et in hoc ipsũ Præscribere ne deferret, neque enim vlla Præscriptio inchoata iudicia peragi vetat, si inchoari.* Actio isti cui Præscribis data est.

Præscribi, id est exceptio obiici. *An Præscribi cohæredibus possit à parte vxoris defuncti.* l. 34. §. Caius. D. de legat. 2. *Non debere Præscribi ei qui petit.* l. 52. §. vlt. D. de iudiciis. *Non enim Præscribi hæredi instituto debet, cur metuat hæreditatem adire, vel cur nolit.* l. 4. D. ad SC. Trebell. *An Præscribi possit ab his quorum nomina comprehensa non sunt, quasi aduersus ipsos adquieuerit sententiæ.* l. 3. D. de appellat. *Hæreditariam litem inferenti Præscribi ex ea sententia possit.* l. 10. D. de except. *Antequam testamentum literis Præscriberetur, id est literis mandaretur.* l. 40. D. de testam. milit.

PRÆSCRIPTIO *Exceptionem* significat qua reus agẽtem accusantémve repellit ac summouet. *Petentem te doli mali Præscriptio excludet.* l. 91. D. de solutionib. *Nec fratrem iudicio tutelæ rationes quandoque Præscriptione demonstratæ quantitatis excluturum.* l. 77. §. Pater qui filio. D. de legat. 2. *Fori Præscriptio.* l. 7. D. qui satisd. cog. l. 1. C. vbi Senator. φόρου προγραφὴ Iustinianus vocat. Nouel. 8. *Præscriptiones fori in principio litis à litigatoribus opponendas esse.* lege vlt. C. de except. *Iudicatæ rei Præscriptio.* l. 29. D. de except. rei iudica. l. 42. D. de liber. cau. l. 1. C. quib. res iudica. l. 1. C. si ex falsi. instrum. *Si non est tibi opposita.*

Præscriptio militiæ. l. 13. C. de procurat. *Præscriptio longæ possessionis.* l. 76. D. de contrahend. emption. l. 3. & l. 13. D. de diuers. temporalib. id est *Exceptio*, vt lege 5. §. vlt. D. eodem titul. *Præscriptio 30. annorum*, Rubr. de Præscriptio. 30. annorum. Cod. id est *Exceptio* quæ ex 30. annis oritur, vt l. vlt. C. eod. tit. *Præscriptio temporis.* l. 5. D. si ingenuus esse dic. l. 5. C. de operib. publi.

Temporales Præscriptiones, Rubr. de diuers. temporal. D. vet. Glossar. *Temporalis* Præscriptio, προγραφὴ εἰς χρόνον ὡρισμένον ἐναγομένη, &c. *Præscriptio facti ac transactionis.* l. 9. D. de transactionibus. *An Præscriptio possit locum habere.* l. 50. §. vlt. D. de iudic. *An Præscriptio ei opponi possit.* l. 11. D. de exceptionib. *Si emptor appellauit, & bonam causam vitio suo ex Præscriptione perdidit.* l. 63. D. de euictionib.

Præscriptione remouendus non est. l. 12. §. Si cum. D. de inoffic. testam. *Præscriptione non summouetur.* l. 9. D. de transact. *Patronum non esse Præscriptione summouendum.* l. 5. D. Si ingenu. lib. esse dicat. *Si quis Præscriptione summotus sit.* l. 19. D. de appellationib.

Arnob. lib. 7. aduerſ. gentes, *Aut cuius ipſe eſt auiditatis Deus, qui niſi vbi fuerit Præſcriptione ſummotus, cupiditatem ſuam protendat vlterius. An Præſcriptioni ſubiiciatur.* lege 1. D. de appellat. *Præſcriptione vti.* l. 50. §. vlt. D. de iudiciis. l. 76. D. de contrahend. emption.

Præſcriptiones, quæ obiici ſolent accuſationibus adulterij. l. 15. §. Præſcriptiones. D. ad l. Iul. de adult.

Accuſationem intulit, qui Præſcriptione ſummoueri poterat, vt quilibet adulterij maſculo poſt quinque annos continuos ex die commiſſi adulterij, vel fœminæ poſt ſex menſes diuortij. l. 1. §. accuſationem. D. ad SC. Turpilian.

Præſcriptione quinque annorum crimen inceſti coniunctum adulterio, non excluditur. l. 39. §. Præſcriptione. D. ad l. Iul. de adulter.

Præſcriptiones legibus reis datas auferri non oportet. l. 5. C. ad l. Iul. de adult.

PRÆSENS, *Abſenti* opponitur, l. 23. D. ex quib. cauſ. maior. *Præſens habetur, & qui in hortis eſt, & qui in foro, in vrbe, in continentibus ædificiis. Et ideo Procurator eius, Præſens eſſe videtur.* l. 5. l. 6. & l. 7. Digeſtis de procurator. *Si Procuratori Præſentis fuerit cautum.* lege 79. D. de verb. obligat.

Planè quod ad Præſcriptiones attinet, Præſentes habentur, qui in eadem prouincia domicilium habent. l. vlt. C. de Præſcript. longi tempor. *Æquum erit Præſentibus, id eſt, qui non ſunt in captiuitate, ſubueniri.* l. 23. §. Si planè. D. ex quib. cauſ. maior.

Præſens interdum idem valet quod Purum: videlicet quod neque in diem, vel condictionis euentum differtur. hoc ſenſu *Præſentem dotem & obligationem Præſens debitum, & Præſens legatum* dicimus. *Dos quæ Præſens reddi ſolet.* Vlpianus lib. Tit. 7. regular. *Si vir vxori ſoluto matrimonio Præſentem dotem reddidiſſet.* l. 17. §. vlt. D. quæ in fraud. cred.

Præſens obligatio eſt Pura, quæ neque in diem neque ſub conditione concepta eſt. l. 9. D. de reb. credit. *Præſens obligatio eſt, in diem autem dilata ſolutio.* l. 46. D. de verb. oblig. *Si Præſens ſit debitum.* l. 13. §. ſenſus conditione. D. de pignor. & hypoth. *Præſens legatum.* l. 88. D. de condicion. & demonſt. l. 49. D. de legat. 1. l. 19. D. quand. dies legator. *Si dies adpoſita legato non eſt, Præſens debetur.* l. 21. D. quan. de legat. *Præſens legatū debetur.* l. 88. D. dies condicion. & demonſtr. l. 17. D. de annu. lega. *Præſentia legata, quibus dies adpoſitus non eſt,* vel condicio adſcripta. *Sermo quo Præſentia legata data in diem proferuntur.* lege 12. §. vlt. D. de legat. 1.

Pecunia accepta Præſenti. l. 5. §. Idē Labeo. D. de inſtitor. *Si cauſa aliqua vrgeat Præſentis pecuniæ.* l. 8. §. vult igitur. D. de tranſaction. *Niſi ſeruus Præſentem pecuniam ſoluat.* l. 41. §. vlt. D. de manumiſſ.

Atque ita *Præſens & in diem* opponuntur. l. 4. D. de verb. obli. *Quidquid te dare facere oportet Præſens in diēve.* l. 76. §. vlt. D. de verbo. obligat. *Quidquid mihi Titium dare facere oportet. Præſens in diem ve.* l. 46. D. de legat. 2. *Quidquid te mihi dare facere oportet oportebit Præſens in diēve.* lege 18. §. vlt. D. de acceptilati. *Si cum in diem deberetur, Fraudator Præſens ſoluerit.* l. 10. D. *Vſufructus vel Præſens, vel ex die dari poteſt.* l. 4. D. de vſufruct.

Libertatem debere aut Præſenti die, aut in diem, aut ſub conditione. lege 22. Digeſtis de cōdicion. Inſtitut.

Si ſeruus Præſenti die daretur. l. 40. D. de manumiſſ. teſtam. *Quotiens in obligationibus dies non ponitur, pecunia præſenti die debetur.* lege 41. §. vlt. D. de verb. obligat. *Debere aut præſenti die, aut in diem, aut ſub condicione dare ſeruitutem.* l. 22. D. de conditionib. inſtit. *Quod Præſenti die debetur.* l. 76. §. vlt. & l. 125. D. de verb. obligationib. *Puta pactam mulierem, vt Præſenti die dos redderetur.* l. 27. §. Pactus. D. de pact. *Fideicommiſſum quaſi iam Præſenti die datum.* l. 24. D. de legat. 2. *Cum Præſenti die relictum ſit fideicommiſſum.* l. 25. D. de legat. 2. *Si Titius ab hærede ſuo fundum Mæuio Præſenti die legauerit.* l. 84. D. de legat. 1. *Qui ducenta in bonis relinquebat, legauit mihi centum Præſenti die.* l. 88. §. vlt. D. ad l. Falcid. *Cum legatum Præſenti die datum eſt.* l. 46. §. vlt. D. de conditione & demonſt. *Si legatum Præſenti die datum ſit.* l. 8. §. ſi eidem. D. de tranſactionib. *Vt Præſenti die legatum debeatur.* l. 30. D. de legat. 1. *Si legata quædam Præſenti die relicta ſint.* l. 1. §. ſi legata. D. ſi cui plus quàm. *Quæ Præſenti die præſtare debuerunt.* l. 24. §. ſi domus. D. locati. *Cum vxor quartam partem hæreditatis Præſenti die alij rogata à teſtatore reſtituere.* lege 78. §. hæres. Digeſtis ad SC. Trebellian. *Parte pretij Præſenti die ſoluta.* lege vltima. Digeſtis de reſeind. vendit. *Iuſta pretia, non ex Præterita emptione ſed ex Præſenti æſtimatione conſtitui.* l. 3. §. Diui. D. de iur. fiſc.

Præſens tempus & futurum opponuntur. l. 8. D. de verb. ſignific. *Si id quod in Præſenti, ſiue quod poſt tempus venditionis contigerit.* l. 23. D. de ſeruitut. præd. vrban. *Cùm contenti modico præſenti.* l. 8. Digeſtis de tranſactionib. *Cùm teſtamento Præſenti ſeruus liber eſſe iuſſus eſt.* l. 14. D. de

pecu-

peculio. *Si non esset in ipsis emptoris negotiis quæ gerebat, vnde sibi in Præsenti redderet.* lege 35. D. de negot. gest. *Si participes maleficij sint, in Præsenti cognoscendum.* l. 2. D. de Carbon. edic. *Si res exigat, non tantum priuati, sed etiam magistratus. Si in Præsenti sint testimonium dicant.* l. 21. §. 1. D. de testibus.

Nunciationem in re Præsenti faciendam meminisse oportebit, id est, *eo loci, vbi opus sit, siue quis ædificet siue inchoet ædificare.* l. 5. §. Nunciationem. D. de operis nou. nuntiat. *Quod verisimum in re Præsenti cognoscitur, sequi iudicem oportet.* l. 6. D. de l. Fab. de plag. *Si in re Præsenti consenserint.* l. 1. §. si iusserim. D. de adquir. possess.

In rem Præsentem venire dicitur qui rem oculis suis subiicit, vt loquitur l. 8. §. vlt. fini. regund. Plinius epist. 9. lib. 3. *Non potui te magis in rem Præsentem perducere.* Et lib. 10. Epistol. *Ipse in re Præsenti fui & vidi tuam quoque statuam in bibliotheca positam.* Atque ex hoc loquendi genere multas Seneca metaphoras traxit, veluti 4. de benefic. *In rem Præsentem venturus fui, sed æger filius, sed vxor puerpera fuit.* Idem epist. 30. *Libenter hæc, mi Lucili, audio non tanquam noua, sed tanquam in rem Præsentem perductus.* Et epist. 66. *Non potest ferre sententiam nisi in rem Præsentem perductam.* Idem lib. 2. de Ira *ad finem, velut in rem Præsentē adducti non agnouerunt.* Quintilian. lib. 6. cap. 1. *velut in rem Præsentem animos ducentium.* Tertull. lib. 3. aduersus Marcio. *De speciebus doctrinarum & signorum illud differamus, quasi in rem Præsentem.*

PRÆSENTIAM *sui facere*, id est copiam, seu potestatem conspectus. *Qui literis euocatus Præsentiam sui facere contemnet.* l. 53. D. de re iudic. *Si sæpè conuenti Præsentiam sui facere noluerint.* l. 47. §. vlt. D. de re iudica. *Si apud arbitrum Præsentiam tui facere non potuisti.* l. 2. C. quibus ex caus. maior. *In eundem locum omnium Præsentiam fieri oportet.* l. 1. D. de quib. reb. ad eundem. *Præsentiam corporis præbere.* l. 22. D. de verb. signific. *Cùm neque in Præsentia vllum emolumentum hæreditati adquiratur.* l. 16. §. vlt. D. quand. dies legat.

In Præsentiarum, pro *in Praesens* dixit Vlpianus. lege 1. §. Exigere. Digestis de magistrat. conuenien.

Praesentales magistri militum, qui in praesenti erant, hoc est comitatui principis iuncti. lege vlt. §. 1. C. de re milit. lib. 12. l. 4. C. de apparitor. magist. milit. lib. 12. l. vlt. C. de offic. &c. magist. milit. & in notitia Imperij Romani. *Sic & Praesentales domestici.* in l. 6. C. de aduoc. diuers. iud. lege vlt. C. de domest. & prot. lib. 12. qui scilicet *Præsentes diuino obsequio principis deputati erant.* vt l. 13. D. de re milit. lib. 12. significat. Sic & *Praesentales milites*, & *Praesentales numeri* in l. 18. & l. vlt. §. vlt. eod. tit. & *Praesentium ordines* apud Nicephorum lib. 17. hist. Eccles. cap. 1. *Et Præsentalis curiosus cursus publici* in notitia Imperij Romani, & γραπτὸς τῶν παραστατικίων, in Edicto Iustiniani 14.

PRÆSERTIM (*vt & Maximè*) interdum sic accipitur, quasi aliàs idem non sit. l. 32. D. ad leg. Aquil. l. 3. §. vlt. D. de action. empt.

PRÆSIDERE, id est Præesse, προκαθέζεσθαι. *Praesidere certaminibus, ludis* dicuntur agonothetæ. *Quominus filij Præsiderent certamini.* l. 10. D. de pollicit. *Annuam pecuniam ad ludos ciuitatis reliquit, quibus Præsidere haeredes voluit.* lib. 6. D. de annu. legat. Sueton. in Claud. cap. secundo. *Gladiatorio munere quod simul cum fratre memoriae patriae edebat, palliolatus nouo more Præsedit.*

PRAESIDIS nomen generale est: Eóque & *Proconsules*, & *Legati*. Cæsaris & omnes prouincias regentes, licet Senatores sint, Præsides appellantur. l. 1. D. de offic. præsid. Itaque qui Bithyniæ Proconsul passim lib. 10. Epist. Plinij, is *Praeses* appellatur in l. 3. §. Spurios. D. de Decurionib. Et qui *Proconsul* Cretæ in l. 14. D. ad SC. Turpill. is ab Agellio *Praeses* dicitur lib. 2. Noct. Attic. cap. 2. Idem lib. 5. cap. 14. quem *Proconsulem Africae* statim post *Praesidem* vocat. *Praesides prouinciarum* vocantur ἡγεμόνοι in l. αὐτοκράτωρ. D. de appellationib. Item ἄρχοντες.

Praesides porrò *prouinciarum*, præter eos quos iam attigi, in Pandectis memorantur *Mysiae, Daciae & Syriarum, Hispaniae, Britanniae.* l. 3. D. de offic. adsess. l. 9. D. de captiu. & postl. lege 7. §. quibusdam, & §. interdicere. D. de interdict. & releg. l. 2. §. vlt. D. de vulg. & pupil. Aliorum *Praesidum* nomina enumerantur in Nouell. constit. 8. & in notitia Imp. Rom.

Praeses Mauritaniae, apud Tertull. in lib. ad Scapulam. *Praeses Lyciae* apud Plinium lib. 13. cap. 13. *Aduersus ducem vel Praesidem milites.* l. 6. §. 1. D. de re milita. *Per Praesidem prouinciæ eas restituere cogetur.* l. 11. C. de donation. *Ad solutionem per Praesidem prouinciae compellantur.* l. 1. D. de adminis. rerum ad ciuit.

PRAESIDALIS *Iussio* quæ à *Praeside prouinciae* proficiscitur. l. 10. C. de pign. act. *Praesidalis notio, quam Praeses prouinciae* accommodat, impartitur. *Praesidali notione conuenire.* l. 20.

C. de pignor. *Hæc omnia ſolenniter Præſidali notione decidi debent.* l. 13. C. de liber. cau. *Notione Præſidali experiri.* l. vlt. C. de vi bonor. rapt. *Præſidali notione poſtulare debes.* lege vlt. C. de condict. ex leg.

Præſidale iudicium, quod per *Præſidem* exercetur. *Iudicio Præſidali experiri.* l. 17. C. de his qui accuſar. non poſſ. *Accuſationem exercere in iudicio Præſidali.* l. 15. & de his qui accuſar. non poſſ. *Requirendi fugitiuos poteſtatem fieri dominis Præſidalis officij eſt.* l. 2. C. de ſeru. fugit. *Vt ab officio Præſidali prædia tua diſtraherentur.* l. 1. C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. *An à Præſidalibus actis diſcedendum ſit.* l. 6. D. de petit. hæred.

PRÆSIDII *cauſa nummi repoſiti.* l. 79. D. de legat. 3.

Quod Præſidij cauſa ſeponeretur. ibid.

Cum hi qui nobis hoſtes ſunt, aliquem ex noſtris cœperunt, & intra Præſidia ſua perduxerunt. l. 5. D. de captiu. & poſtl. Feſtus Pompeius *Præſidium* ait eſſe, *quod vtilitate & ſalute alicuius auxilij gratia proponitur: ſubſidium quod poſtpoſitum eſt ad ſubueniendum laborantibus.*

PRÆSTARE, eſt tradere, dare, ſoluere. *Æſtimationem præſtitit.* lege 34. D. de obligat. & action. *Si quis litis æſtimationem Præſtiterit.* l. 25. §. contra. D. famil. erciſc. *Non minus triennio alimenta & veſtiaria Præſtitiſſe.* l. 1. C. de fideicommiſſ. *Alimenta Præſtari.* l. vlt. C. de alend. liber. *Curator ventris conſtituendus eſt, qui cibum, potum, veſtitum, tectum mulieri Præſtet pro facultatib. defuncti.* l. 1. §. hic autem. D. de vent. in poſſeſſ. mitten. *Vt poſt litem conteſtatam cauſa Præſtetur.* l. 2. D. de vſur. *Poſt litem conteſtatam, actori cauſa præſtanda eſt.* l. 3. §. 1. D. de vſuf. *Non ſolum fructus ſed etiam omnem cauſam Præſtandam.* l. 17. D. de rei vindicat. *Venditorem fructus quos percepit, venditi iudicio Præſturum.* l. 4. §. 1. D. de in di. addictio. *Si ſponte ſua libertus mercedem Patrono Præſtiterit.* l. vlti. §. 1. D. qui & à quib. *Certæ ſummæ Præſtari pœnam.* l. 22. C. de vſuris. *Si hæredes Praedia ex cauſa fideicommiſſi auo tuo Præſtiterunt.* l. 2. C. de fideicommiſſ. *Integram quantitatem Praeſtare.* l. 88. §. ciuibus. D. de legat. 2.

Legitimas vſuras Praeſtare. l. 1. C. de vſur. pupil. *Vſuras Præſtari.* l. 62. D. ad SC. Trebell. l. 2. C. de vſur. pupill. *Poſt diem vſurarum Præſtitarum.* l. 2. §. non malè. D. de do. ma. except. *In emptionib. ſcimus quid Præſtare debitor debeat, quidque ex contrario emptor.* l. 43. D. de pactis. *Præſtare emptori vel non.* l. 2. §. illud. & §. ſolet. D. de hæred. vel act.

Rem quam ex empto præſtare debebam. l. 31. D. de actio. empt. *Si ea quæ me ex empto Praeſtare tibi oporteret Praeſtitiſſem.* l. 58. D. de pactis. *Poſſeſſionem Praeſtare.* l. 6. D. de diuerſ. tempor. præſcrip. *Rem ſuam factam Praeſtare.* l. 3. D. depoſiti. *Hanc ſeruitutem mihi Praeſtari debebis.* l. 20. D. de ſeruitut. præd. ruſtic. *Si quid libertatis cauſa maritus ſeruo impoſuit, id vxori Præſtabit.* l. 64. D. ſolut. matrim. *Præſtare* etiam eſt implere quod dictum promiſſúmve eſt. *Venditorem quaedam erſi dixerit non Praeſtare.* l. 19. D. de ædilic. edict. *Praeſtare quod dixit.* l. 20. §. 1. Digeſtis de acquirend. rerum dom. *Hi quod adſeuerauerunt non Praeſtant.* lege 17. §. vlt. Digeſtis de ædilit. edict.

Optimum in artificio Præſtare. lege 18. §. vltimo Digeſtis de ædilit. edict. *Locupletem eſſe debitorem non debere Præſtare, debitorem autem eſſe Praeſtare.* lege 4. Digeſtis de hæred. vel act. *Debitores idoneos Praeſtare.* lege, 111. Digeſtis de condic. & demonſtrat. *Caſum Praeſtare.* l. 11. Digeſtis de nego. geſt. *Culpam & dolum Praeſtare.* l. 11. D. de negot. geſt. l. 72. §. Paulus. D. de cur. dot. Et apud Cicer. l. 1. de offic. & lib. 2. de legib. *Dolum malum duntaxat in ea re, nõ etiam culpam maritus Praeſtare debet.* l. 9. D. ſolu. matrim. *Licet in dotalib. reb. non ſolum dolum: ſed & culpam maritus Praeſtet.* l. 18. §. 1. D. ſolut. matrim. *Praeſtando dolum, culpam & quantam in ſuis rebus diligentiam.* l. 1. D. de tute. & rationib. *Solam latam negligentiam tutores Praeſtare.* lege 7. §. competet. D. de adminiſt. & peric. *Damnum quod ex ceſſatione accidiſſet pupillo Praeſtandum eſſe.* l. 2. C. arbit. tut.

Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum Praeſtare debet. l. 149. D. de diuerſ. regul. *Si dominus ſeruorum ſuorum factum Praeſtaret.* l. 1. §. quod igitur. D. de vi & vi arm. *Factum ſocij Praeſtabitur ſocietati.* l. 21. D. pro ſocio. *Totius temporis rationem Praeſtare.* l. 11. C. arbitr. tut. *Cautionem Praeſtare.* l. 1. D. de bonor. poſſeſſ. fur. *Cautione Praeſtita his quorum intereſt.* l. 65. §. 1. D. ad SC. Trebell. Fideiuſſor *à matre Praeſtitus.* l. 6. C. ad SC. Velleia. *Satiſdationem ſuper excipienda lite Praeſtare.* l. 1. C. de ſatiſda. *Agi ex teſtamento poteſt vt liberatio Praeſtetur.* l. 19. §. vlt. D. quan. de relegat. *Legatorum ſtipulatio Praeſtanda eſt.* lege prima. §. ſi darem. Digeſtis vt legat. ſeu fideicom.

Praeſtari fideicommiſſum. l. 9. D. de fideicom. libert. *Legata Praeſtare.* l. 1. C. de bon. poſſeſſ. cont. tab. *Legata Praeſtari.* l. 19. §. vlt. D. de fideicom. libert. *Praeſtare libertatem.* l. 33. D. de minor. l. 40. D. de manumiſſ. teſtam. l. vlt. D. de curat. furio. *Cum haeres ignorans, quaſi ex fidei-*

com-

commisso libertatem seruis Præstitisset. l. 23. D. de iur. patron. *Qui voluntate seruo suo libertatem gratuitam Præstitit.* l. 1. C. de libert. & eor. lib. *Dominus manumittendo libertatem seruo hæreditario Præstitit.* l. 3. C. de iis qui à non domi. *Libertatem Præstari.* l. 20. D. de manumiss. testam. *Vt libertas seruo Præstetur.* l. 24. §. si petitum. D. de fideicom. libert. *Si ex falsis codicillis per errorem libertas Præstita ab hærede fuisset.* l. 47. D. de manumiss. testam. *Fiducia libertatis, quæ ex fideicommisso præstanda est.* l. 43. D. de lib. cau. *Libertas seruo ex fideicommissi causa Præstatur.* l. 15. §. item. D. de l. Cornel. de falsi. *Stichum cui libertas ex causa fideicommissi Præstanda est.* l. 72. §. qui hominem. D. de solutionib. l. 43. D. de lib. cau. *Si libertas ab eo qui se hæredem esse affirmat, Præstita est.* l. 10. C. de quæstionib. *Si quis ex causa fideicommissi singulas res Præstiterit.* l. 16. §. Idem Iulianus. D. de hæred. petit.

Operas Præstare, id est *Edere, Exhibere.* l. 35. D. de oper. libertor. l. 8. Co. eodem titul. l. 57. D. de condic. & demonst. l. 56. D. de solutionib. *Qui operas promisit, operas Præstando potest liberari.* l. vlt. §. vlt. D. qui & à quib. manum. *Nisi obsequium Præstaret libertus.* l. 1. D. de bon. libert. *Præstare fidem*, id est implere. *Qui fidem quam aduersarius secutus est non Præstat.* l. 6. §. mandati. D. de his qui notant. infami. *Hæres pacto quod defunctus fecit, fidem Præstare debet.* l. 52. D. de pact. *Probationem Præstare.* l. 5. D. de probationib.

Præstare, id est Præbere. *Quod pater non consensit honoribus siue muneribus filij, ne illius patrimonium oneri subiiciatur, Præstat defensionem.* l. 3. §. filio. D. de munerib. & honorib.

Numerus liberorum excusationem non Præstat. l. 2. §. 1. D. de vacat. & excus. *Res pro re soluta liberationem Præstat.* l. 46. D. de solutionib.

Ab his oneribus quæ possessionibus, vel patrimonio iudicantur, nulla priuilegia Præstant vacationem. l. 10. D. de vacat. & excus. *Immunitati quæ nauicullariis Præstatur.* l. 5. §. immunitati. D. de iur. immunit. id est *tribuitur. huic quoque praemium Præstatur.* lege 14. §. 1. D. de re militar.

Præstare actionem, id est, *cedere, mandare.* l. 39. §. negligentiæ. D. de administr. & peric. l. 1. §. si te rogauero. D. depositi. 88. §. ciuibus. D. de legat. 2. *Tecum agere possum, vt Præstes mihi aduersus venditorem empti actiones.* lege 45. D. mandati. *Vt creditor quam habet aduersus debitorem actionem, eam Præstet.* l. 38. D. de euictionib. *Præstare actiones.* l. 1. §. 1. D. de superfi. l. 95. §. si mandauero. D. de solutionibus. l. 33. §. vlt. Digestis de fideicomm. libert. l. 31. Digestis de actio. empt. lege 31. §. vlt. D. de reb. cred. l. 60. §. de vestiment. Digestis locat. l. 18. D. de hæred. petit. & l. 36. D. de fideiussor.

Præstare actiones nostras. l. 6. §. vlt. D. nau. caup. *Actiones suas Præstare.* l. 17. D. de rei vendic. *Si debitor nondum sit aliquid consecutus, actiones suas Præstabit.* l. 14. §. vlt. D. de reb. auctorit. iud. *Actiones suas Præstabit hæres.* l. 2. D. depositi. *Si actor actiones suas aduersus cæteros Præstare non recusat.* l. 47. D. locati. *In hoc tantum vt actiones tuas Præstes.* lege 21. §. vlt. D. de negot. gest. *Si actiones tuas, quas aduersus Titium habere mihi Præstiteris.* l. 27. §. vlt. D. mandati. *Aduersus reum actiones Præstare.* l. 10. D. de liberat. legat.

Actio Præstari. l. 20. §. vlt. D. de tut. & ration. *Præstari actiones.* l. vlt. D. rem pupil. l. 22. D. famil. ercisc. l. 73. D. de condic. & demon. l. vlt. D. de donationib. l. 5. D. de censib. *Vt fideiussori qui conueniretur actiones Præstarentur.* l. vlt. D. rem pupil. fol. fo.

Actiones aduersus patrem filio Præstari non possunt. l. 7. D. de obligat. & action. *Legatarius agere potest, vt actiones Præstentur.* l. 50. D. de legat. 2. *Ad Præstandas actiones teneor.* l. 80. D. de furtis.

PRÆSTATIO, pro solutione. *Præstatio in tempus collata.* l. 64. D. de verb. oblig. *Non facit inutilem stipulationem difficultas Præstationis.* l. 2. D. de verb. oblig. *Vsumfructum locauit sub certa annua Præstatione.* l. 10. C. de vsufruct. *In Præstatione esse penum.* l. 1. D. de penu. leg. *Operæ, quæ quasi in pecuniae præstatione consistunt.* l. 6. D. de oper. libert.

Vsurarum Præstatio. l. 2. §. idem. D. de administr. rer. *Angariorum Præstatio.* l. 10. §. Angariorum. l. 10. D. de vacat. & excusat. *Præstatio dotis.* l. 34. §. qui inuita. D. de legat. 2. l. 16. D. de dote præleg. *Fideicommissorum & legatorum.* l. 43. D. de condic. & dem. *Fructuum Præstatio.* l. 3. D. de actionib. empt. *Libertatis Præstatio.* l. 24. §. si cui legatum. & §. si petitum. D. de fideicommiss. libertat. *Præstatio operarum.* l. 57. D. de condict. & demonst. & lege 20. D. de oper. lib. *partis Præstatio.* l. 1. Digestis de bonis libert. *Partium Præstatio.* lege 2. Digestis de verb. oblig. *Rei Præstatio.* lege 22. §. vlt. D. famil. ercisc. *Præstatio vectigalis.* l. 7. D. cõmun. diuidun.

Præstationes etiam vocantur, quæ inuicem & vtrinque, seu retro citróque à contrahentibus *Præstantur.*

In permutatione & emptione multum differunt Præstationes. l. 1. D. de rer. permut.

Pro socio actio magis ad personales inuicem Præstationes *pertinet.* l. 1. D. commun. diuid. *Sicut ipsius rei diuisio in communi diuidundo iudicio, ita etiam* Præstationes *veniunt.* l. 4. §. sicut. D. commun. diuidun. *Familiæ erciscundæ iudicium ex duobus constat, id est rebus atque* Præstationibus. l. 22. D. famil. erciscun. Vetus Glossar. Græc. Præstationes, Τὰ κατὰ πρόσωπον ἐγκλήματα ἕνα τις ἐγκάλῃ ὥστε βλάψας τὰ κοινὰ ἢ καρπωσάμενος αὐτὰ μόνον ἐξ ἄλλοις ὀπίσω.

Fundo relicto ob reliquas Præstationes *quæ legatum sequuntur agetur.* l. 66. §. fundo. Digestis de legat. 2.

PRAESTITVERE est Præfinire, Præscribere. *Certum diem* Præstituit *legislator, intra quem manumittere non liceat.* l. 12. D. qui & à quib. *Dies triginta ad denuntiandum* Præstituit *Senatus.* l. 1. §. Dies. D. de lib. agnosc. *Nisi forte aliud tempus, vel mente vel verbis testator* Præstituit. l. 1. D. de penu leg. *Tempus cohæredi* Præstituere. l. 11. §. si in opere. D. de legat. 3. *E re putauit Prætor* Præstituere *tempus his quibus bonorum possessionem detulit.* l. 1. D. de succeſſ. edic. *Seruo hæredi instituto non* Præstituimus *tempus ad deliberandum.* l. 1. D. de iur. delib. *Quos efficiendo operi Respub.* Præstituit. l. 2. §. 1. Digestis de oper. publ. *Placuit* Præstitui *annum,* lege 1. §. largius. Digestis de succeſſ. edic.

Dies cautioni Præstitutus. l. 4. D. de dam. infect. Præstituta *die.* l. 23. §. etiam. D. de fideicom. libert. *Ante diem* Præstitut. l. 23. §. vlt. D. de appellationib. *Intra diem ex die mortis* Præstitutum. l. 3. §. si condicioni. D. ad SC. Silanian. *Post diem* Præstitutum. l. 4. D. de nauti. fœno. *Post diē commissoriæ legi* Præstitutum. l. 7. D. de leg. commiſſ. *Post* Præstitutum *pretij soluendi diem.* l. 4. C. de pact. int. emptor. *Intra* Præstitutos *dies amissa naue.* l. 6. D. de naut. fœno. *Intra* Præstitutos *dies.* l. 12. D. ad SC. Turpill.

Circa Præstituendum *tempus substituto.* l. 69. D. de adquir. vel omitt. hæred. *Si lustrum ab initio fuerat conductioni* Præstitutum. l. 13. §. vlt. D. locati. *Tempus post impletam minorem ætatem* Præstitutum. l. 1. D. de temp. in integ. restit. *Tempus exigendis vectigalibus* Præstitutum. l. 4. C. de vectigalib. *Ante tempus in integrum restitutionis* Præstitutum. l. 1. C. si aduers. solution. *Temporis finem quod singulis* Præstitutum *est.* l. 10. §. vlt. D. de diuers. tempor. *Tempora restitutioni* Præstituta. l. 4. C. de in integ. restit. *Tempora edicto* Præstituta. l. 1. C. de bonorum possess. contra tabul. Præstituta *tempora restitutionis.* lege vlt. C. si aduers. donation. *Intra tempora vacationis* Præstituta. lege 12. D. de vacat. & excusat. *Intra tempora* Præstituta. l. 1. §. 1. D. quan. appellan. l. 1. D. de administrat. & peric. l. 9. D. quib. ex caus. in possess. *Intra* Præstituta *tempora.* lege 3. Codice de dolo.

Quatenus modus legis Falcid. Præstitutus *patitur.* lege 17. C. ad l. Falcid. *Præstitutus numerus.* l. 5. C. de profess. lib. 10. *Certam ætatem sorti soluendæ* Præstitutam. l. 26. §. 1. D. quan. di. legat. *Auxilium bonis* Præstitutum. l. 50. §. vlt. D. de manumiss. testam. *Salarium quod à legatis* Præstitutum *est.* l. 4. D. de offic. adsess.

PRÆSVMERE interdum est Opinari. *Ab hostibus reuerso filio, quem pater obisse falso præsumpserat.* l. 3. D. de condict. indeb. *Ne fides communium liberorum decipiat patrem, qui melius de matre* Præsumpserat. l. 67. §. vlt. D. de legat. 2.

Vulgo Præsumitur *alium in litem non deberi iurare quàm Dominum litis,* lege 7. D. de in lit. iura. *Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, etsi suspectus esse* Præsumitur. & l. 1. §. 1. D. ad leg. Cornel. de fal.

Quod & Præsumi *oportet.* l. 72. §. 1. D. de legat. 3.

Præsumptum est quosdam seruos bonos esse, quia natione sunt non infamata. l. 31. §. qui mancipia. D. de ædil. edict.

Præsumptum est ea mancipia quæ rudiora sunt, simpliciora esse. l. 37. D. de ædilic. edict. *Quod* Præsumptum *esse debet, nisi contrarium ab hærede probetur.* l. 33. §. vlt. D. de legat. 3.

PRAESVMPTIO pro Opinione. *Totiens sua* Præsumptio *proficit, quotiens concurrit cum veritate.* lege 30. §. quod dicitur. D. de adquiren. hæred. *Si non leui* Præsumptione *credat,* lege 44. §. filiusfamil. Digestis de vsurpationib. *In qua* Præsumptione *sunt qui in quaque regione sunt & immorantur.* lege 18. §. Asinam. Digestis de instru. vel instrum. *Quasi per* Præsumptionem *priore masculo edito.* l. 11. §. vlt. D. de reb. dub. *Lucri* Præsumptione *debitor liberatus esse videtur.* l. 24. D. de Probationib. Præsumptionem *pro eo esse qui accepit.* l. 25. D. de probationib.

Præsumptio *propter naturalem affectum, facit omnia patri videri concessa.* l. 28. §. Titius. 2. Digestis de liberat. legat. *Ad exemplum* Præsumptionis *Carboniani edicti.* lege 5. §. vlt. Digestis ne vis fiat ei qui in poss. *Cum ex* Præsumptione *libertas* Præstita *esse videtur.* l. 24. §. si petitum. Digestis de fideicommiss. libert. Præsumptionem *ad filij debitum spectare verisimile est.* lege 57. D. de iur. dot.

PRÆTENDERE, obtendere, prætexere velamenta, aliquo se defendere. *Mulier quæ ætatem filij Prætendit ad eludendam legitimam accusationem.* l. 11. §. quæ propter. D. ad leg. Iul. de ad. *Fideiussor non potest facti ignorationem Prætendere.* l. 7. D. ad SC. Velleian. *Si miles nihil tale Prætendat.* l. 6. §. qui se. D. de re milit. *Tutores Valerianæ filiæ Antonini egestatem eius Prætendebant.* l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell. *Qui se ignorasse edicti seueritatem Prætendant.* lege 15. Digestis de leg. Cornelia, de falsi. *Delator Prætendens mandatorem causæ decessisse.* lege 23. Digestis de iur. fisc.

Ignauiam Prætendentes audire non oportere. l. 78. §. etiam. D. de legat. 2. *Si prætendentibus aliquod sine iudice credatur.* l. 1. D. de vacat. & excusat. *Creditore iura hypothecæ siue pignoris Prætendente.* l. 1. C. si prop. publ. pensitat. *Vnus tutor plurium pupillorum nomine vnum debitum Prætendentium.* l. 9. D. de pactis.

PRÆTEREA, in fine clausulæ à Modestino vsurpatur. l. 34. §. qui inuita. D. de legat. 2. & l. 16. D. de legationib.

PRÆTERIISSE annus diésve dicitur, qui iã exactus & expletus est. *Si annus Præterierit.* l. vlt. D. quod vi aut clam. l. 14. D. de aqu. & aqu. pluuiæ arc. *Cùm quantũlibet ex duodecimo anno veniisset, aut Præteriisset.* l. 41. D. de manumiss. test. *Omnibus partibus Præteritis anni.* l. 42. D. de verb. oblig. *Non nisi Præterito biennio.* l. 27. §. vlt. D. de verb. oblig.

Præterito triennio. l. 41. §. vlt. D. de manumiss. testam.

Si dies patrono bonorum possessionis agnoscendæ Præterierit. l. 2. D. de bon. libert. *Cum dies pecuniæ Præterierit.* l. 9. §. 1. D. de admin. & peric. *Non ante aget quàm dies stipulationis Præterierit.* lege 18. D. rat. rem habe. *Posteaquam dies degustandi Præteriit.* lege 4. D. de peric. & commo. *Præterita die.* lege 5. Digestis de precar. *Si Præterita die dominus nuntiaret.* lege 13. Digestis de operis noui nuntiation. *Præteritus centum diebus.* lege vltima. §. primo. Digestis quis ordo in bonor.

Sic & *Præteriisse* dicitur tempus quod effluxit, transactúmque est. *Tempus Præteriisse bonorum possessionis.* lege 1. §. item si quis. Digestis de iur. & fact. ignor. *Si nondum Præterierit tempus.* l. 1. §. si pensio. D. de migran. *Si nondum Præterierit temporis tãtum quo fulcire potuerit redemptor.* l. 98. §. vlt. D. de verb. oblig. *Si tempora nondum Præterierunt.* l. 1. C. si aduers. dot. *Cum soluendi tempus obligationi additur, nisi eo Præterito peti non potest.* l. 186. D. de diuers. reg. *Ex Præterito tempore.* l. 15. D. de manumissis vindic. *Præteriti temporis tributum.* l. 36. D. de iure fis. vectigal. l. 7. D. de publican. & vectigal.

Dolus Præteritus. l. 13. §. is autem. D. de hæred. petit. *Ex Præterito dolo.* lege 95. §. dolo. D. de solutionib.

Præterire operæ non possunt antequam fuerint indictæ. lege 13. §. iudicium. Digestis de oper. lib. *Præterita opera.* lege quarta & lege octaua. Digestis de operis libertorũ. *Præteritæ operæ & futuræ* opponuntur lege 37. §. sed si. Digestis de oper. libert. *Fructus quos tibi iuxta Præteritam consuetudinem deberi constiterit.* lege 18. Codice de loca. *Iuxta pretia non ex Præterita emptione, sed ex Præsenti æstimatione constitui.* lege tertia. §. Diui. Digestis de iure fisc. *Si inquilinus pro Præterita pensione satisfacere paratus fuit.* lege 34. Digestis de damn. infect. *Sine vlla quæstione pœnæ Præteritæ.* l. prima. Codice qui non poss. ad libert. *Præteriti facti pœna.* lege vlt. §. primo. Digestis de homin. liber. *De alimentis Præteritis transigi potest.* lege octaua. Codice de transactionibus. *Tam in Præteritum quàm in futurum.* lege 88. §. quæ marito. Digestis de legat. 2.

Præterire, interdum nomen alicuius testamento *Prætermittere*, vt loquitur Cicero pro Cluentio. *Si patronum Præterierit libertus.* lege 31. §. si patronus. Digestis de fideicommiss. libert.

Et ita *Præterire filium pater dicitur, qui nullam eius mentionem testamento facit, eúmque nec hæredem instituit, nec exhæredat.* lege 31. Digestis de liber. & post. *Si miles sciens filium suum silentio Præterierit.* lege 41. §. si miles. Digestis de testamen. milit. Vetus Glossarium. Præteriri, ἀμνημονέυτως ἐαθῶαι. *Præteriti liberi* quos ad possess. bonorum contra tabu. *attinet intelliguntur qui neque hæredes instituti, nec vt oportet exhæredati sunt.* §. eadem. Instit. de hæred. quæ ab intestat. Bene autem Iustinian. *aut nec vt oportet. Etenim non quæuis exhæredatio filium summouet à contra tabulas bonorũ possessione, sed quæ ritè facta est.* l. 2. §. non quæuis. D. de bonor. poss. cont. tab. *In testamentis ordinandis, principale ius est de liberis hæredibus instituendis vel exhæredandis, ne Præteritis istis, rumpatur testamentũ.* l. 30. D. de liber. & post. Idẽ Vet. Gloss. *Præteritus*, ἀμνημόνευτος. & ita *Præteritum filium, nepotem Postumũ* accipe. l. 31. & l. vlt. D. de liber. & post.

l. 1. & l. 12. l. 17. D. de iniuſt. rup. lege 6. §. quod ſi. D. de bonor. poſſ. cont. tab.

A primo item à ſecundo gradu Præteritus filius. lege 8. §. 1. lege §. à primor. D. de bonorum poſſeſſ. cont. tab.

Ventre Præterito. l. 24. D. de acquir. vel omitt. *Præteritus autem venter dicitur, ſi in ſupremis ordinandus teſtator eius mentionem non habuerit, vt loquitur* l. 36. §. miles in ſupremis. Digeſtis de teſt. milit.

Præteriti ſenatores dicebantur qui ſenatus lectione prætermiſſi, neque lecti erant, vt docet Feſtus, in verbo *Præteriti.* Liui. libro 40. *Tres electi de Senatu, retinuit quoſdam Lepidus à Collega Præteritos.*

PRÆTERMITTERE, id eſt Permittere. *Si fideiuſſor ſciens Prætermiſerit exceptionem.* D. mandati. *Per ignorantiam ſtipulatio Prætermiſſa eſt.* lege decima. Digeſtis de præſcrib. verb. *Si quis eum qui in vtero eſt Prætermiſerit.* lege 4. §. vlt. Digeſtis de bonor. poſſeſſ. cont. id eſt *Præterierit.*

Prætermittere aliàs eſt repudiare. *Hæreditatem Prætermittere.* l. 59. Digeſtis de acquiren. vel omitt. hæred. *Si pecuniam à ſubſtituto acceperis, vt Prætermitteres.* l. 3. D. ſi quis omiſſ. *Prætermittere cauſam teſtamenti videtur, qui cum poſſet iubere, noluit id facere.* l. 1. §. 1. D. ſi quis omiſſ. cau. *Prætermittere cauſam teſtamenti eſt, ſi quis repudiauerit hæreditatem.* ead. l. 1. §. Prætermittere. D. ſi quis omiſſ. cau.

PRÆTEXTVS, colorem & obtentum ſignificat. *Accuſationis inſtitutæ vel futuræ Prætextu.* l. 9. C. de contrahend. & commit. ſtipul.

Sententiam pro ingenuitate dictam, & colluſionis Prætextu ſemel retractare permittitur. l. vlt. D. de colluſ. detegend.

Fideicommiſſaria libertas Prætextu compilatæ hæreditatis non differtur. lege 23. Digeſtis de fideicommiſſ. libert.

Res iudicatæ ſi ſub Prætextu computationis inſtaurentur, nullus erit litium finis. l. 2. C. de re iudica. *Prætextu debiti penſionum.* l. 5. C. in quib. cau.

Prætextu humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo homines, innoxium eſſe non debet. lege 6. §. ſicuti. D. de offic. Præſid. *Adumbrare patientiam Prætextu incredibilitatis.* l. 29. D. ad l. Iuliam de adulter. *Prætextu legis vti.* l. 6. D. de muner. & honor.

Vitricus & priuignus inuicem ſibi donare Prætextu matrimonij non prohibentur. l. 60. D. de donat. int. vir.

Prætextu minoris penſionis locatione facta, ſi nullus dolus aduerſarij probari non poſſit, reſcindi locatio non poteſt. l. 23. D. locati.

Periurij Prætextu cauſa retractari non poteſt. l. 1. C. de rebus cred. *Prætextu terminorum temporis antecedentis.* l. 16. fini. regund.

Sub Prætextu, id eſt ſub obtentu, vt loquitur l. 35. D. de re iudic. ſeu ſub ſpecie, vt l. 4. C. eod. titul. *Sub prætextu accuſationis.* l. 10. C. de donat. int. vir. & vxor. *Sub Prætextu adiuuantium militares viros.* l. 6. §. illicitas. D. de offic. præſidis.

Sub Prætextu ætatis pupilli debitoris hæreditarij, creditorum exactionem differri non poſſe. l. 4. C. de hæred. action. *Condictione repetere pecuniam, quaſi ſub Prætextu hæreditatis acceptam.* l. 3. §. vlt. D. de tranſactionib. *Sub Prætextu nominis.* l. 6. C. de admin. & peric.

Sub Prætextu ſpecierum poſt repertarum, generali tranſactione finita, reſcindi prohibent iura. lege 29. C. de tranſactionib. Ne vel ædificia ſub hoc Prætextu diruantur. lege prima. Digeſtis de tig. iunct.

Qui Puero Prætextato ſtuprum aliúdve flagitiũ abducto ab eo, vel corrupto comite perſuaſerit. Paul. lib. 5. ſentent. tit. 4.

PRÆTORES, initio dicebantur ipſi conſules, quòd *Præirent populo,* vt Liuius libro 3. & Varro lib. 2. de vita populi Romani, referente Nonio ſcribunt: poſtea hoc nomen ad eos magiſtratus, quibus vrbana, vel inter ciues & peregrinos iuriſdictio attributa fuit, tranſlatum eſt. Cuius magiſtratus de incunabulis & incrementis, non poſſum cõmodius quã ipſiſmet noſtri Pomp. adſutis verbis referre, quæ ita habẽt. *Cúmq; Conſules auocarẽtur bellis finitimis, neque eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet, factũ eſt vt Prætor quoq; crearetur, qui vrbanus appellatus eſt, quòd in vrbe ius redderet. Poſt aliquot deinde annos, nõ ſufficiẽte eo Prætore quòd multa turba etiã peregrinorũ in ciuitatẽ veniret, creatus eſt & alius Prætor, qui peregrinus appellatus eſt, ab eo quòd plerunq; inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia: totidem Prætores quot Prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt: partim qui vrbanis rebus,*

partim

partim, qui prouincialibus Præessent. Deinde Cornelius Sulla quæstiones publicas constituit: veluti de Falso, de Parricidio, de Sicariis, & Prætores quatuor adiecit: deinde Caius Iulius Cæsar duos Prætores constituit. Diuus Clemens Augustus sedecim Prætores constituit. Post deinde Diuus Claudius duos Prætores adiecit, qui de fideicommisso ius dicerent, ex quibus vnum Diuus Titus detraxit, & adiecit Diuus Nerua, qui inter fiscum & priuatos ius diceret. Ita decem & octo Prætores in ciuitate ius dicunt. lege 2. §. deinde. & §. capta. Digestis de orig. iuris. Pomponio itaque Tacitus dissentit, de Tiberio enim loquens lib. primo Annaliũ: *Candidatos*, ait, *Præturae duodecim nominauit, numerum ab Augusto traditum, & hortante Senatu, vt augeret iureiurando obstrinxit, se non excessurum.*

Cæterum *Prætores* appellationibus inuicem pro iurisdictionis varietate distinguebantur. Non tantum enim *Vrbanus* vel *peregrinus*, sed & *fideicommissarius*, & *Tutelaris Prætor* in libris nostris memoratur.

Prætor Vrbanus vir clarissimus adeatur. l. 1. D. de reb. eor.

Prætoris Peregrini fit mentio in l. 30. §. hæc de dolo. D. de dolo. *Prætor fideicommissarius, qui de fideicommissis cognoscebat.* l. 4. in extremo. D. quib. ad libert. procl. l. 78. §. cum iud. D. de legat. 3. *Prætor qui de fideicommisso ius dixit.* l. 2. C. qui potior. Atque *Prætoris nomine fideicommissarius iste exaudiendus est.* lege 29. Digestis de vsu & vsuf. lega. & l. 83. §. vlt. Digestis de hæred. instit.

Prætor tutelaris, de cuius officio librum singularem scripserat Vlpianus, qui laudatur à Modestino in l. 6. §. Vlpianus. D. de excusationib. Hunc à Marco Antonino Philosopho primum institutum Capitolinus in eius vita scribit. *Prætore clarissimo viro, qui tutelaribus cognitionibus præsidet.* lege 1. C. de tutor. vel curat. illust. & lege 3. de tutoribus & curator. Cod. Theodos. *Prætor qui impertiendis tutoribus præsidet.* l. vlt. de tutor. & curat. creand. Cod. Theo. & de hoc *Tutelari Prætore.* Atque ad huiusmodi *Prætorem Tutelarem* pertinent verba legis 9. C. arbit. tute.

Erat & alius qui de liberalibus causis cognoscebat *Prætor.* Iustin. Nouell. 13. καὶ ὥσπερ ἕτεροι πραίτωρες εἰσὶ τῇ συγκλήτῳ βουλῇ οἱ τῆς ἐλευθερίων καὶ τῆς ἐπιτρόπων καὶ τῶν τοιούτων πραγμάτων καθήμενοι. *Prætor cuius de liberali causa iurisdictio est.* l. 1. C. si mancip. ita veniet. Atque hic est quem adiri, & cuius partes interponendas ait Vlpian. l. 3. §. 1. & l. 5. Digestis de lib. cau. *Decreti interpositio à Constantiniano Prætore celebranda est.* lege vltima Codice de præd. & aliis rebus.

Prætores quoque *ærarij* legere est apud Tacit. lib. 4. hist. quos Dio lib. 60. τοὺς πραιτῶρας τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως vocat. Cui appellationi locus in vrbe fuit quandiu curam *ærarij Prætores* aut *Prætorij viri* ex Augusti instituto sustinuerunt, quod ad Claudij vsque tempora seruatum Sueton. in August. cap. 36. & in Claud. cap. 24. docet.

Quinetiam militares duces à Romanis *Prætores* appellatos, quòd exercitui præirent cum Varrone lib. 4. de ling. Lat. Iustinian. Nouell. Constit. 25. & 26. tradit.

Prætorum edicta non modicam obtinent iuris auctoritatem. §. Prætorum. Institutionib. de iur. naturæ. *Non minus autem peregrinus quàm Vrbanus Prætor suum in albo propositum edictum habebat,* vt ex indice librorum Labeonis apparet, in quorum numero eius ad edictum *Prætoris Vrbani,* necnon *Prætoris peregrini* libri recensentur.

Actiones quæ ex propria Prætoris iurisdictione pendent, plerunque intra annum viuere: nam & ipsius Prætoris intra annum erat Imperium. Institut. de perpet. & temporalib. action. *Ius bonorum possessionis introductum est à Praetore, emendandi veteris iuris gratia. Quòd autem Prætor solus vocat ad hæreditatem, hæredes quidem ipso iure non sunt: nam Prætor hæredem facere non potest: sed cum Prætor dat bonorum possessionem, loco hæredum constituuntur, & vocantur bonorum possessores.* Instit. de bonor. possess.

Vbicunque Prætor salua maiestate imperij sui, saluóque more maiorum ius dicere constituit. l. 11. D. de iust. & iur. *Si quis ludos ædens Prætor scenicis commodauit.* lege 5. §. interdum. Digestis commodati.

Prætor actionem dare, denegare, interuenire, partes suas interponere, decernere dicitur.

Conuenit Prætori, omnes quos in possessionem misit tueri. lege prima. §. primo. Digestis ne vis fiat ei qui in. *Ad officium Prætoris pertinet lites deminuere.* lege 21. Digestis de rebus cred. *Quid aliud agebat Prætor quàm hoc vt controuersias eorum dirimeret, à quibus si sponte recesserunt, debebit id ratum habere.* lege prima. §. inde quæritur. Digestis de operis noui nuntiatione.

Si quis homicidium, vel ſacrilegium ſe facturum promittat, ex officio Prætoris *continetur, ex huiuſmodi obligationibus actionem denegari.* l.27. D.de verb.obligat.

Prætorium aliàs pro *Auditorio iudicum* vſurpatur. Quinetiam ædes publicas, magiſtratuum iudicúmve cauſa extructas ſignificat. lege 14.C. de offic.rector. prouinc. Iuſtinian. Nouell. 24. l. 25. Prætores appellatos ſcribit, tam eos qui in vrbe ius dicebant, quàm eos qui exercitui præerant, addit, ὅθεν, ait ille, καὶ τὰ δικαστικὰ καὶ κατηγόρια πραιτώρια καλεῖν ἔταξαν. Vopiſcus in Aureliano, *Forum nominis ſui in hoſtienſi ad mare fundare cœpit, in quo poſtea* Prætorium *publicum conſtitutum eſt.* Sic *Prætorium præſidis* Tertullian. ad Scapul.dixit. B. Ambroſ. Serm. 17. *Ingrediuntur Prætoria aures iudicum & publica inquietant.* Paulinus in eiuſdem D. Ambroſij vita, *Cùm ad Prætorium Macedonij, tunc magiſtri officiorum pro quodam intercedendo perrexiſſet.* & ita verbum hoc accipe apud eundem cum ait, *Infans in area Prætorij in cœna poſitus.*

Prætorium enim præfecturæ Galliarum ſignat D.Gregor.Epiſt.11.lib. 8. *Perlatum ad nos eſt Baſilicum epiſcopum velut vnum de vltimis in cauſis occupari, & Prætoria inutiliter obſeruare.*

Prætoria iudicum oportet publico iuri atque vſui ſemper vindicari. l. 3. C. de oper. publ. *Ciuitates in quibus ſacra palatia aut Prætoria ſunt.* l. 14. C.de off. rector. prou. *Det operam iudex vt Prætorium ſuum ipſe componat.* lege 3.de offic.iud.omni. Cod. Theodoſ. *Cunctos iudices ſcire volumus à Prætoriis ordinariorum iudicum, his præſentib. abſtinendum.* l.3.C. de metat. & epidemit. lib. 12. *A turbulente Prætorij obſeruatione vacare,* l.31.§. 1. C.de epiſc.& cleric.

Atque hoc vocabulum è Latio in Græciam quoque migrauit. D. Matthæus euang. cap. 27. τότε οἱ στρατῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ Πραιτώριον. Diuus Marcus cap.11. ἐπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς ὅ ἐστι πραιτώριον. D. Ioannes Euang. cap. 19. de Pilato. καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν. D. Paulus epiſt.ad Philip. cap.1. Ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ. hoc autem πραιτώριον, Io. Chryſoſt. in ſuæ epiſt.præfat. τὰ βασίλεια τοῦ Νέρωνος interpretatur.

Sanè Conſtantinopoli vinctos in *Praetorio* adſeruatos, indéque ad ſupplicium raptos Zonaras non ſemel tom. 3. Annal. oſtendit, veluti in Phoca: πλείστους δὲ καὶ τῷ ἐπάρχῳ παρέδωκεν ἵνα κολάσῃ αὐτοὺς οἱ ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθήρχθησαν. Idem in Conſtantino Copronymo: καὶ συρόμενος ἐκ τῆς τοῦ πραιτωρίου εἱρκτῆς ἄχρι τοῦ πελαγίου, ἐκεῖ μετὰ τῶν καταικριτῶν ἐρρίφη. Idem in Leone Copronymo: εἰς τὸ πραιτώριον ἀναπέμπετο ὅπου τινὲς αὐτῶν καὶ τὴν ψυχὴν τῷ κυρίῳ παρέθεντο. Idem in Irene. καὶ τοὺς παῖδας μαστίξατο ἐκείνους, καὶ τῶν τριχῶν ἀφελομένους ἐν τῷ Πραιτωρίῳ κάθειρξε.

Praetorianus tutor, Vlpian.Tit. 1. regular. *Praetoriani milites* Zozimus lib. 2. τοὺς ἐκ τοῦ αὐλοῦ στρατώτας οὓς πραιτωρίους καλοῦσιν.

PRÆTORIVS appellatur, qui *Præturam geſsit. Cùm quidam vir Prætorius deceſsiſſet.* l. 19. D. ad SC. Velleian. *Prætorij* apud Sueton. in Auguſto. cap. 36. id eſt *Prætura* functi, vt idem loquitur in Claud. cap. 24. *Prætorij ſucceſsores.* l. 2. §. ſi defunctus. Digeſtis pro empto. qui aliàs *Honorarij.*

PRÆTORIA *Actio.* lege vlt.C. quod cum eo. *Praetoriæ actiones,* quæ & honorariæ, *quas Prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet,* vt loquitur Iuſtin.in §.aliæ autem. Inſtitut. de actionibus. *Siue quæ ex propria Prætoris iuriſdictione pendent,* vt idem Inſtitutionib. de perpetu. & tempor.

Prætoriis actionibus vti. l. 63. §. ſi dandæ. D.ad SC. Trebellian.

Prætoriæ ſtipulationes ſunt, quæ à mero Prætoris officio proficiſcuntur, veluti damni infecti. Prætorias autem ſtipulationes ſic audiri oportet, vt in his contineantur etiam ædiliciæ: nam & hæ ab iuriſdictione veniunt. l. 5. D. de verb. oblig. toto tit. D.de Prætor ſtipulationib.

Prætoriæ ſtipulationes legem accipiunt de mente Prætoris, qui eas propoſuit. l. 52. Digeſtis de verb. oblig. *Stipulationes quæ Prætoriae ſunt inſtar actionum obtinent, vt damni infecti, legatorum & ſi quæ ſunt ſimiles.* l. 37. D. de oblig. & action. *In ſtipulationibus quæ inſtar actionum habent, id eſt Prætoriis, compenſatio locum habet.* l. 10. §. vlt.D. de compenſationib.

Prætoria cautio, iuriſdictio, poteſtas. *Si alter ex hæredibus cautionem Prætoriam accepit.* l. 32.§. 1. D. ad l. Falcid. *Nec Prætoria iuriſdictione ita ſeruus obligatur, vt cum eo actio ſit.* l. 7. §. 1. D. de capi. minut. *Poſt operis noui nũtiationem, committunt ſe litigatores Prætoriae iuriſdictioni.* l. 1. §. poteſt. D.de oper. nou.nuntiat. *Prætor non coget eum qui per dolum venit in poteſtatem decedere Prætoria poteſtate.* l. 1. §. 1. D.ſi ventr. nomin.mul.

PRÆTORIVM *ius eſt quod Prætores introduxerunt, adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ad honorem Prætorum ſic nominatum.* l. 7. D. de iuſtit. & iur. *Prætorium ius ciuile ſubſequitur.* l. 14. D. de teſtib. *Prætorij iuris beneficio.*

beneficio. l. 3. C. de legit. hæred. *Prætorio iure.* l. 18. D. si quis omiſſ. *Nec ex Prætorio, nec ex ſolemni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt.* l. 27. D. de diuerſ. regul.

Prætorium pignus. l. 12. Digeſtis pro empt. Rubr. de Prætor. pign. & de quo vide ſup.

PRÆTORIVM Appellarunt veteres partem villæ lautius & ſplendidius ædificatam, & patrisfam. habitationi deſeruientẽ. l. 2. D. de ſeruitutib. præd. ruſt. l. 12. D. de vſu & habit. l. 34. §. Caius. D. de legat. 2. l. 89. §. 1. D. de legat. 3. l. 13. §. vlt. D. de iniur. *Prædia cum Prætorio.* l. 91. §. 1. D. de legat. 3. *Prætoria voluptati tantùm deſeruientia.* lege 198. D. de verb. ſignif. Et ita *Prætoriũ* accipe apud Sueton. in Calig. cap. 37. Pallad. lib. 1. cap. 8. Tertull. in lib. de idololatr. Statium lib. 1. Sylui. in Tiburtino Manlij, Symmachum epiſt. 4. l. 1. & epiſt. 9. 17. & 67. lib. 6.

PRÆVALERE, dicitur quod præponderat, quod potius potentiúſque eſt ac vincit. *Auctoritas Seruij Prævaluit.* l. 69. D. de euictionib. *Seruius Sulpitius, cuius ſententia Prævaluit, contrà ſenſit.* §. Et illa. Inſtitut. de ſocieta. *Proculi ſententia meritò Prævaluit.* §. diuerſæ. Inſtit. de empt. & vend.

Cùm Prævalet cauſa dandi. l. 98. §. mihi Romæ. D. de ſolutionib. *Donatio Prævalebit.* l. 22. D. de donation. int. vir. *Prævalere rei iudicatæ clauſulam.* l. vlt. D. iudicat. ſol. *Fauor libertatis Prævalet.* l. 14. D. de legat. 2. *Legatum propter voluntatem defuncti Prævalet.* l. 14. D. de legat. 2. *Si Prævalet libertas.* l. vlt. §. 1. D. de vulg. & pupill. *In obſcuro libertatem prævalere.* l. 50. D. de fideicom. libert. *Prævalet quod principale eſt.* l. 18. §. vlt. D. de iniuriis. *Agitabatur quid magis prævaleret,* l. 3. §. 1. D. de iur. fiſc. *Sexus qui in Hermaphrodito Prævalet.* l. 10. D. de ſta. homin. *Hermaphroditus ſi in eo virilia Prævalebunt.* l. 6. D. de lib. & poſt.

In omnibus iſtis in quibus mea res per Praevalentiam alienam rem tranſit, meámque efficit. l. 23. §. ſed & id quod. D. de rei vindicat.

PRÆVARICARI *eſt vera crimina abſcondere.* lege 1. in princ. D. ad SC. Turpillian. Vet. Gloſſ. *Praevaricari, ἀληθῆ ἐγκλήματα ἀποκρύπτειν.* Et rurſus: *Praevaricari δὲ ὁ συμπάιζων μετὰ ἐναγομένοις καὶ μεταφορικῶς λειτούργημα τὸ καθηγήσασθαι πληρῶν διότι τὰς μὲν οἰκείας ἀποδείξεις παραποιεῖται, τὰς δὲ ψευδεῖς τὸ ἀναγομένῳ ἀπολογίας παρέχεται.*

Qui Prævaricatur ex vtraque parte conſtitit, quinimo ex altera. l. 1. D. de Prævaricat. l. 4. §. vlt. D. de his qui notan. infam. Plinius epiſt. 9. lib. 3. *Reum poſtulauit tanquam in cauſa vxor hæc Claſſici Prævaricaretur.*

Nec accuſator modò, verumetiam Aduocatus licet minus propriè, dicitur. *Aduocatus ſiue priuato iudicio, ſiue publico Prævaricatus ſit,* hoc eſt prodiderit cauſam. l. 1. D. de Prævaricatio. *Si non docueris aduocatum Prævaricatum.* l. 1. D. de aduocat. diuerſor. iudicior.

PRÆVARICATOR eſt *qui colludit cum reo & tranſlatitio munere accuſandi defungitur, eo quòd proprias quidem probationes diſſimularet, falſas verò rei accuſationes admitteret.* l. 1. in principio. D. ad SC. Turpil. *Praevaricator* eſt quaſi *varicator*, qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua. Is autem *Prævaricator* propriè dicitur, qui publico iudicio accuſauerit. Cæterùm aduocatus non propriè *Praevaricator* dicitur. l. 1. D. de Prævarication. *Praevaricator eſt quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua.* l. 4. §. vlt. D. de his qui notant. infam. *Prævaricatores eos appellamus, qui cauſam aduerſariis ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt: à varicando enim Prævaricatores dicti ſunt.* l. 212. D. de verb. ſignif. vetus Gloſſ. Græc. *Prævaricator συκοφάντης ὁ παραδιδὰς τὴν ἰδίαν δίκην, καὶ τῷ ἀντιδίκῳ αὐτὸ βοηθῶν.*

Et Vlpianus quidem nomen *hoc à varicando. Labeo* verò, *à varia certatione* tractum putabat. l. 1. D. de Prævaricatio. & dic. l. 4. §. vlt. D. de his qui notant. infam. Vlpiani opinioni ſuffragatur Plinij auctoritas, qui libro 18. cap. 19. ita ſcribit: *Arator, niſi incuruus, prævaricatur.* Inde tranſlatum hoc crimen in forum. *Praevaricator cauſae publicae*, apud Cicero. lib. 8. familiar. Plinius epiſt. 9. lib. 3. *Eſt lege cautum vt reus ante peragatur, tunc de Prævaricatore quæratur, videlicet quia aptius ex accuſatione ipſa accuſatoris fides accuſatur. & naturalis iuris Prævaricator* apud Ambroſ. lib. 4. Exhemer. cap. 3.

PRAEVARICATIO *appellatur crimen quod admittit is qui Praevaricatur.* Rubr. de Prævaricatio. Digeſtis. Cicer. Partition. *vt ſi in reo abſoluto rurſusque reuocato Praevaricationem accuſator eſſe definiat, omnem iudicij corruptelam ab reo. Defenſor autem non omnem, ſed tantummodo accuſatoris corruptelam ab reo.* Et poſtea ex nomine ipſo vim huius verbi deprehendi ait, quod ſignificat, *cum in contrariis cauſis, quaſi variè poſitus eſſe videatur.* Quintil. lib. 7. c. 2. *vt abſoluatur reus, aut innocentia ipſius fit, aut interueniente aliqua poteſtate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut Prævaricatione.*

Praevaricationis crimen. l. 3. D. de Prævaricatione. & apud Plinium epiſt. 9. lib. 3. *Prævarica-*

tionum crimina, apud Quintil. lib. 7. cap. 2. *Præuaricationis iudicium.* lege tertia. Digestis de Præuaricat.

Præuaricationis arguere. l. 11. C. de accusation. *Si Præuaricatio arguatur.* l. 1. C. de senten. aduers. fisc. lib. 10. *Nisi prioris delatoris Præuaricatio detegetur.* lege 10. D. de diuers. tempor. *Si Præuaricationis fuerit damnatus prior accusator.* l. 3. §. si tamen. D. de homin. liber. Plinius epist. 9. lib. 3. *Accidet res contraria & noua, vt accusatore Præuaricationis damnato reus absolueretur. Quæ Præuaricationis damnata est.* l. 43. §. Senatus. D. de ritu nupt. *Præuaricatione fiscum victum esse.* l. 1. D. de iur. fisc. *Accusator in Præuaricatione.* l. 5. D. de Præuaricat. *Reus per Præuaricationem absolutus.* l. 6. D. de Præuaricat.

Plinius etiam huius verbi potestatem latius porrigens, nimiam causidicorum virtutem in hoc *Præuaricationis* iudicium vocat. *Præuaricationem certè in aduocato* tribuit epist. 20. lib. 1. *transire dicenda & cursim ac breuiter attingere quæ sunt inculcanda, infigenda, repetenda.*

PRÆVENIRE, interdum *Occupare*: & ita *Præuenire* dicitur, qui prior agit accusatus. *Si maritus Præuenerit, accusaréque instituerit.* l. 4. D. ad l. Iul. de adult. *Si pater Præuenerit.* l. 2. §. vlt. D. ad l. Iul. de adult. *Si maritus sit in magistratu, potest Præueniri à patre.* lege 15. D. ad l. Iul. de adult. *Si maritus non negligentia Præuentus est.* l. 4. §. vlt. D. ad l. Iuliam. de adult.

Si quis postea quam in ius vocatus est miles vel alterius fori esse cœperit, in ea causa ius reuocandi forũ nõ habebit, quasi Præuentus. l. 7. D. de iudiciis. *Si mater à sene, à libertis Præuenta est.* l. 2. §. Quod si pater. D. ad SC. Tertyll. *Si Præuentum sit ab aliquo, & actum de peculio, &c.* l. 1. Digestis de in rem vers.

Præuenit causam pignoris fiscus. l. 2. D. de iur. fisc. *Officium arbitri diuidendæ hæreditatis Præueniendo.* l. 21. C. famil. ercisc. *Non pœnæ festinatione, sed Præueniendi periculi metu.* l. 6. §. Quid tamen. D. de iniust. rupt.

Testator morte Præuentus. l. 77. §. vlt. D. de legat. 2. l. 6. D. de diuort. & repud. *Præuento morte nepote.* l. 3. C. de inutil. stipul. *Si mater mortalitate filij præuenta est.* l. 2. §. confestim. D. ad SC. Tertyll.

PRAGMATICI in l. 9. §. nonnunquam. D. de pœn. qui *libellos concipiebant, & testationes consignabant. Pragmaticos* autem à Græcis vocatos iuris interpretes, qui mercedula addicti, ministros se in iudiciis oratoribus præbebant, & quasi tela agentibus submministrabant. Cicer. lib. 1. de Orat. & Quint. lib. 3. c. 8. & lib. 12. cap. 3. scribunt. Isid. lib. 5. cap. 2. *Pragmaticum* ait, *causarum actorem appellatum.*

PRAGMATICAS suas *sanctiones, iussionésque* Imper. nonnunquam vocant. l. 10. C. de sacrosanct. eccles. l. 33. C. de episc. & cler. l. vlt. C. de diuers. rescrip. l. vn. in fin. de bon. petit. lib. 10. C. l. vn. vt nemi. lic. in empt. specier. eo §. penult. de nouo Cod. fac. §. si quæ verò. de Iustin. Cod. confirm. Vet. Glossarium: *Pragmatica est illa constitutio quam constituit Imperator habito prius tractatu cum principibus.*

PRECARIVM *est quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu quandiu is qui concedit patitur.* l. 1. D. de Precari. *Precarij rogatio.* l. 4. D. de precar. lege 11. §. ac isto. Digestis quod vi aut clam.

Precaria possessio. l. 5. §. inter prædones. D. comm. diuid. l. 13. §. possessionem. Digestis de action. empt. *Hæres eius qui Precariam possessionem tenebat.* Paul. lib. 5. sentent. tit. 6. *Si non Precariam possessionem tradidit.* l. 3. C. de pact. inter empt. *Ea quæ Precarium vsum habebat.* lege 4. Codice de iis qui à non domi. *Precarium interdictum* in lege 15. §. cum quis. & l. 19. §. 1. D. de Precar. & in rubr. C. eo. quod de *Precario*, redditur, appellatur aliàs, *Quod Precario.*

Precaria verba appellantur quæ non directa, nec imperatiua sunt, *sed inflexa, & rogatiuè cõcepta.* lege 2. & l. 4. C. de codicill. l. 14. C. de fideicomm. lege 41. §. cum filio. D. de vulg. & pup. l. 24. C. famil. ercisc. un. l. 10. C. de collat. l. vlt. C. de fals. cau. l. 15. C. de testamen. l. 11. & l. 13. C. de fideic. libert. Qualia sunt ROGO, PETO, MANDO, DEPRECOR, VOLO, CVPIO, DESIDERO, INIVNGO, OPTO, FIDEICOMMITTO, EXIGO, SCIO TE RESTITVTVRVM; CREDO, VEL SPERO TE DATVRVM. Paul. l. 5. Sentent. tit. 2. l. 2. C. de legat. l. 118. Digestis de leg. 1. l. 35. D. de auro arg. Nam qui ita loquitur, nihil pro imperio facit, iubet, præcipit, sed preces adhibet, & obtestatione magis, quàm iussione vtitur. *Hæc verba fideicommissi* dicuntur. l. 69. §. vlt. D. de leg. lib. 2. l. 11. §. 1. D. de legat. 3.

Fideicommissa enim precatiuo modo relinquuntur, vt Vlpian. in Instit. tit. 24. ait, idest vt Isid. lib. 5. cap. 24. tradit, *non directis verbis, sed precatiuis.* Sic *Precariam substitutionem fideicommissariam* accipimus in lege 16. Codice de pactis. & Precariam voluntatem in lege 66. Digestis de leg. 2.

PRE-

PRECARIO *Accipere, Concedere, Dare, Rogare* Iuriſc. dicunt, *Eum qui Precario dederit, & eum qui Precario acceperit.* l. 3. §. Ex contrario. Digeſtis de acquiren. poſſeſſ. *Precario concedere.* l. 4. §. vlt. & l. 8. §. cum quoque. Digeſtis de Precar. *Si tibi fundum Precario conceſſero.* l. 1. §. ſi tibi. D. de itin. actuq; priua. *Precario rogare.* l. 3. l. 4. §. vlt. l. 6. §. 1. cum ſequent. l. 8. D. de Precar. l. 1. §. ſi tibi. D. de itin. actúque. l. 10. D. de adquiren. poſſ. *Qui fundum Precario rogauerit.* l. 36. D. de adquir. poſſeſſ. *Cum is qui pro hærede rem poſsidebat Precario ab hærede eam rogauit.* l. 21. D. de acquir. poſſeſſ. *Cum quid Precario rogatum eſt.* l. 2. D. de precar.

Si Precario vicinus in tuo maceriam duxerit. l. 17. D. commun. præd. *Si fundus Precario traditus ſit.* l. 11. §. Ariſto. D. quod vi aut clam. *Qui Precario habet.* l. 4. §. 1. D. de precar.

Habere Precario videtur, qui poſſeſſionem vel corporis, vel iuris adeptus eſt, ex hac ſolummodo cauſa, quòd Preces adhibuit, & impetrauit, vt ſibi poſsidere, aut vti liceat. l. 2. §. vlt. D. de precar. *Veluti ſi me Precario rogaueris, vt per fundum meum ire vel agere tibi liceat.* lege 3. Digeſtis de precar. Eóque modo in interdictis, *Precario poſsidendi, vtendi, ducendique* verba intelligenda ſunt. l. 1. D. vti poſſid. l. 1. Digeſtis de ſuperficieb. l. 1. D. de itin. actúque pr. lege 1. D. de aqua quot. l. 1. D. de riuis. lege 1. D. de cloac. Ad quorum exceptionem alludere videtur illud Terentianum Eunucho. *Hanc tu mihi, vel vi, vel clam, vel precario fac tradas.* Tertullia. lib. 5. aduerſus Marcionem. *Niſi ſi etiam paradiſo creatoris Precario vſus eſt, ſicut & mundo.* Idem lib. aduerſus Hermogenem. *De alieno ergo vſus, aut Precario vſus eſt, qua gens aut eius, aut & iniuria qua præualens eius. his enim tribus modis aliena ſumuntur, iure, beneficio, impetu,* id eſt *dominio, Precario, vi.*

Qui vi, aut clam, aut Precario ab aduerſario poſsidet. Paulus lib. 5. ſentent. tit. 6. *Si Precario ſit in poſſeſsionem.* l. 11. §. Ariſto. D. quod vi aut clam.

Ac ſi defunctus cum eo loquatur, quem Precario remuneratur. l. 75. D. de legat. 2.

Ea quæ Precatiuo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur. Vlpian. tit. 25. regul.

PRECES, in lib. iuris deſideria libellis, quæ imperatori porriguntur comprehenſa ſeu deſideria in libellum principi oblatum collata ſignificant. titu. C. de precib. imperat. offerend. *Si libello dato aduerſarius tuus veritatem in Precibus ab eo datis non adiecit.* l. 29. Digeſtis de l. Cornel. de fal.

Cum ex iis Precibus quas libello complexa es declaretur. l. 2. C. de inſtitut. & ſubſtit. *Cum Preces tuæ teſtentur.* l. vlt. Codice ad SC. Turpil. *Cum Precum tuarum conceptio expreſſerit.* l. 9. Codice de libera. cau. *Prædia quæ Precum tuarum confeſsio oſtendit.* l. 8. C. de præd. minor. *De veritate Precum inquiri oportet.* l. 4. C. ſi contr. ius vel vtil. *Cum Precibus adſeueras.* l. 9. C. ſi cert. petat. *Si vera ſunt quæ Precibus complexus es.* l. 9. C. de tranſactionib. *Precibus tuis manifeſtius exprimere debueras.* lege 8. C. de impuber. & al. ſubſt. lege 3. Codice de duobus reis. *Cum Precibus tuis expreſſeris.* lege 4. C. de ſermon. permut. *Verbis teſtamenti quæ Precibus inſeruiſti.* lege 2. Codice de vſufr. *Id cuius in Precibus meminiſti.* l. 8. Codice ad exhibend. *Cæterorum quorum Precibus feciſti mentionem.* l. 14. C. de Præd. & reb. minor. lege 6. C. de ingenu. manumiſſ. *De iis quæ Precibus ſignificas.* lege 11. C. de furtis. *Cum Precibus tuis ſignifices.* lege 18. C. de probationib. & lege 13. C. de pignoribus. *Precibus tuis propoſita, deſcripta.* lege 3. C. de inoff. donat. *Id quod in Precẽ contuliſti.* l. 10. C. de rei vendic. *Ea quæ in Prece contuliſti.* lege vlt. Codice ſi min. ſe maior. *Voluntatis non iuris quæſtionem in Preces tuas contuliſti.* l. 14. C. de donat. int. vir. *Confeſſionem lenocinij Preces tuas continere.* l. 5. C. de condict. ob turp. cau.

Preces fundere ſupplicare eſt. *Is contra quem Preces fundis.* lege 5. C. de rer. permut. lege 5. C. de donationib. *Is contra quem Preces funditis.* lege 17. C. de rei vindicat. l. 19. C. de donationib. Sic & *componere Preces & mentiri in Precibus,* accipe apud D. Auguſt. tract. 7. in cap. 1. D. Ioannis.

PREMERE *oleam, vuas, ficos, quibus ad Premendam oleam vtimur.* lege 19. §. illud. D. locati. *Seruitus in tuo vuas Premendi.* l. 14. D. de aliment. vel cibar. lega.

Premere alias ponere, *plantare & terræ mandare & defigere* ſignificat. *Si vicini arborem ita terræ Preſſerim, vt in meum fundum radices ageret.* l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. Eadémque loquẽdi figura, qua Verg. lib. Georg. *Quæcunque Premes virgulta per agros.*

Premere μεταφορικῶς pro grauare, onerare, obtinere. *Vt Premeret atque oneraret libertinas perſonas.* l. 2. Digeſtis de oper. liber. *Priuſquam accuſati ſe criminis quo Premuntur exuerint.* l. 19. C. de his qui accuſa.

PRETIVM propriè eſt, quod pro re empta dicitur, & in veteri Gloſſario definitur τίμημα ὅτι τοῖς ὠνίοις καταβαλλόμενον.

Aliud eſt Pretium, aliud merx. lege 1. D. de contrah. empt. lege ſecunda. Digeſtis de rerum permut.

Pretium in numerata pecunia consistere debet. §. item pretium, Instit. de emptio. & vendit. liberatur tamen emptor. *Pretij causa non pecunia numerata, sed pro ea pecoribus in solutum consentienti datis.* lege 9. C. de rescind. vend.

Non est aequum Pretio, id est, quanti res est, litem æstimari. l. 8. D. de in lit. iuran.

Si magni Pretij prædia sint. l. 7. §. si vir. D. de donat. int. vir.

Pretium facere dicitur, qui rei quam venalem habet pretium statuit, definit. *Qui de vestibulo liceri cogatur, necesse habet interdum totarum ædium Pretium facere.* lege 19. §. de vestibulo. D. commu. diuid. & Plautus Persa act. 4. Sc. 4. *Iudica, fac pretium.* Martial. Epigramm. 86. lib. 1. *Quis faceret, pretium nisi qui sua perdere vellet Omnia,* Pretij hæc sunt adiuncta, æquum, iustum, verum, suum: & contra iniquum, immensum, immodicum.

Quin ædium etiam merces quæ pro conductione operisve præstatur, Pretij nomen obtinet. Et ita, *Pretium conductionis.* l. 28 §. 1. D. locati. *Operae.* l. 12. §. si in coëunda. D. pro soc. Hinc & *Manupretium,* id est manus seu artis & operis facti merces, vt alias exposui. Denique Pretium etiam pro mercede ponitur. in l. 10. in fi. Digestis de adquiren. possessione. lege vltima. §. vlt. Digestis de leg. Rhod. l. 51. §. locaui. l. 58. D. locati. Varro lib. quarto de lingua Lat. *Pretium quod aestimationis emptionisve causa constituitur, dictum à peritis quod hi solum possunt facere rectè id. Si quid datum pro opera aut operæ merces à merēdo quod manu factum erat & datum pro eo manupretium, à manibus & pretio.* Pretium tamen depositionis à mercede separat. Vlpian. in l. 2. §. & generaliter. D. vi bonor. rapt. *Vbi Pretium pro præmio* in l. 5. §. vlt. Digestis de iniuriis *accipitur.* Vt & apud Liuium lib. 22. his verbis, *Haud satis dignum tanti laboris periculique pretium erat.* In eamdémque sententiam verbum hoc vsurpat idem auctor lib. 21. 29. & Vopiscus in Aurelian.

Si maior annis viginti venum se dari passus sit ad actum gerendum, *Pretiúmve participandum.* l. 6. §. irritum. D. de iniust. rupt.

PRETIOSVS dicitur qui magni *Pretij est. Pretiosus pictor.* l. 23. §. idem Iulianus. D. ad l. Aquil. *Non delinquendo quisque Pretiosior non fit.* l. 63. D. ad l. Falcid. *Duplam promitti oportere de his rebus, quae Pretiosiores essent, si margarita fortè, aut ornamenta Pretiosa, vel vestis serica vel quid aliud non contemptibile veneat.* l. 37. §. 1. D. de euictionibus. *Fundus qui videtur illo in tempore fuisse Pretiosior.* l. 9. D. ad l. Falcid.

Pars fundi quæ Pretiosissima sit. l. 25. Digestis de seruit. præd. rustic. *Plerunque in insulis in horreisque homines Pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt.* l. 3. §. effracturæ. D. de offic. præf. vigil.

Quod sub pignoribus Pretiosis debetur. l. 5. D. de vent. in poss.

Si alter ex sociis plures vel Pretiosiores res amiserit. l. 40. §. 1. D. de dam. infect.

Et cuius argentum Pretiosius fuerat. l. 4. D. de rei vindicat.

Pretiosior facta res dicitur cuius Pretium ob impensas in eam factas, auctum est. *Vsque eo dum taxat quo Pretiosior factus est fundus.* lege 8. D. de rei vindicat. *Quanti domus Pretiosior facta est.* l. 3. §. sed si mutua. D. de in rem ver. *Quatenus Pretiosior res facta est.* l. 29. §. domus. D. de pignorib.

Pretiosum & vile aduersantur. *Si alius Pretiosiores, alius viliores habeat ædes.* lege 3. §. 1. D. de damn. infect.

Si quod fuit in agro Pretiosissimū, hoc euictum est, aut quod fuit in agro vilissimū. l. 1. D. de euictio.

Pridem obseruatum est. l. 77. §. pater. D. de legat. 2.

PRIDIE semper accusatiuo iungitur. *Pridie calendas.* l. 1. de manumissionib. *Pridie Kalendas Ianuarias.* l. 5. D. de feriis. l. 7. D. de vsurpat. *Pridie Idus Martias.* l. 20. §. pridie. Digestis de hered. petit. *Pridie Kalendas Maias.* l. vlti. D. de institor. *Pridie æquinoctium autumnale.* lege 1. §. æstate. Digestis de aqua cottid. *Si mulier Pridie vindemias doti dedit.* lege 7. Digestis sol. matrim.

PRIMICERIVS non est, vt quibusdam videtur, iunctum verbum: Non enim aliud in eo verbo notandum est, quàm primus, reliquum extensionis loco additum est. Itaque bene Suidas πριμικήριον interpretatur τὸν πρῶτον τῆς τάξεως. Nam qui in quocunque ordine primum locum obtinet, Primicerius vocatur. Proinde non *Notariorum* tantùm Primicerius dicitur, quod nomen in Nouell. Constit. 8. sæpius repetitum est, sed & *Primicerius fabricæ* in l. 2. C. de fabricensib. libr. 11. C. *Primicerius domesticorum, protectorum, equitum.* l. 2. & l. vlt. C. de domestic. & protectorib. *Primicerius mensorum.* l. vn. de mensorib. lib. 12. *Et Primicerius adiutor* in l. vlt. C. de offic. præf. vrb. *Et Primicerius exceptorum, Primicerius singulariorum, Primicerius Augustalium, Primicerius scriniorum, Primicerius deputatorum, Primicerius sacri cubiculi.* lege

vn. qui

vn. qui à præbitio. tiro. in C. Theod. & apud Cassiodor. lib. 11. Variar. *Primicerius in officio præfectorum prætorio* apud Veget. libro 2. cap. 21. *Et Primicerius protectorum* apud Ammian. Marcell. lib. 18. Sic *Primicerius legionum* apud Guilel. Tyrensem Pontif. lib. 2. de bello sacr. cap. 19. & aliàs sæpè. Sic & *Primicerius defensorum*, & *Primicerius scholæ cantorum*, & *Cardinalis Primicerius* apud Luitprandum lib. 6. de rebus per Europam gestis. *Primicerium*, qui sequebatur, eadem figura *Secundicerius* dicebatur: & qui post hunc erat, *Tertiocerius*, Rubric. de Primicerio & Secundicerio lib. 12. C. & in l. vn. de præposi. agent. in rebus & in Notitia aliquoties. Sic apud Liuitprandum in libro suprà citato. *Cardinalis Secundicerius. Sed Primicerium* in veteri Vocabulario inuenio dici *qui primum cereum portabat ante Episcopum vel regem*, de dignitate, dicíque à primus & cereus: Inde *Primiceria eius dignitas*. sicut *Primiuirgius* qui primam virgam fert ante regem vel principem.

PRIMIPILVS quis diceretur, explicat Halicar. his verbis lib. 9. ἑνὸς, ait, τῶν ταγμάτων τῇ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ κεκοσμημένος ἢ τὰς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας ἕπεσθαί τε καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύειν νόμος, τούτους ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμιπίλους καλοῦσιν. Liuius libro septimo. *Id propter Publium Salonium postulatum est à coniuratis, qui alternis propè annis Tribunus militum & primus centurio fuit, quem nunc primipilum appellant.* Primipilus itaque primi pili ductorem significat. lege 23. D. de adim. leg. & in Codice Iustinianæo sæpe. Centurionem autem primipili non solùm aquilæ præfuisse, verumetiam quadringentos milites in prima facie gubernasse, & tanquam caput totius legationis merita consecutum & commoda. Vegetius lib. 2. cap. 8. & cap. 21. scribit. Primipilum Vetus Glossarium Græcum, δημοσίων χρεωστημάτων.

Vnde Primipilaris qui primipili honorem gessit. l. 36. §. Iulius. D. de leg. lib. 3. lege 33. §. quædam. D. de auro, arg. l. 10. §. vlt. D. de excus. tut. l. vlt. §. patrimoniorum. D. de muneribus & honoribus. l. 27. D. de episc. & cleri. Et *Primipilarius* in lege vlt. C. de filiis officiali. libr. 12. & l. 5. de cohortalib. lib. 12. C. Suidas πριμοπιλάριος ὁ τὶ μεῖζον ἀξίωμα τῶν στρατιωτῶν ἔχων παρὰ ῥωμαίοις.

PRIMISCRINIVS in lege vlt. C. de numerar. lib. 12. lege vlt. C. de apparitorib. præf. prætor. eod. l. 3. C. de diuers. offic. lib. 12. & apud Symmach. lib. 1. epist. 33. & in notitia Imperij Rom. persæpè.

PRIMVS *hæres dicitur, qui primo gradu scriptus est.* l. 23. D. quæ in fraud. credit. l. 14. D. de lib. & post. l. 104. §. penul. l. 113. §. 1. D. de legat. lib. 1. lege vlt. in fi. D. de fideicomm. libert. l. Lucius Titius. D. eod. l. si is qui testamenta. D. de testamentis. Quintilian. Declamatio. 388. *Nam neque diu de primo hærede cogitandum fuit habenti filium, neque de secundo habenti priorem.*

Lucius Titius hæredibus Primis & secundis salutem. l. vlt. §. vlt. D. de fideicom. liber.

Si is qui testamentum faceret hæredibus Primis nuncupatis, priusquam secundos exprimeret hæredes. l. 25. D. qui testam. fac.

Duæ causæ sunt per quas in Primi hæredis persona condicio impletur. l. 34. D. de statuliber.

Primo loco & secundo hæredes scribere. l. qui soluendo. D. de hæred. instituend. Cicer. 5. in Verrem.

Primo autem gradu scriptos accipere debemus omnes, qui primo loco scripti sunt. l. 1. §. defertur. D. de bon. poss. sec. tab. *quos principali loco institutos vocant Impp.* in l. 13. C. de fideicommiss. *Quibus qui substituuntur, hi secundi hæredes, id est secundo gradu scripti vocantur*, vt lib. 17. docebimus. Vt autem *primus hæres* ad differentiam substituti, item & *primus Legatarius* eodem sensu in l. legata. C. de legat. l. 9. C. de legat.

Primæ tabulæ paternæ accipiendæ sunt in l. 41. §. cohæres. D. de vulg. & pup. l. 2. §. si in primis. & l. si primus. D. de statuliber. Idque ratione pupillarium tabularum, quæ idcirco secũdæ appellantur. Qua de re pluribus lib. 3. Selectarum Antiquit. disserui.

Neque interest vtrum in Primis tabulis hoc fiat an in pupillaribus. lege 1. D. si cui plus quàm per lega.

Cum legatum Primis tabulis Titio datur, secundis autem tabulis eadem res Sempronio. l. 41. §. cohæres. D. de vulga. & pupill.

Legata quæ tabulis secundis relinquuntur, quasi Primis sub condicione relicta intelliguntur. l. 11. §. quod vulgo. D. ad l. Falcid.

Prima quaque die. l. 25. D. ad SC. Trebell.

Intra sex *Primos menses.* l. 15. D. de administr. & peric.

Primæ Calendæ. Cat. lib. de re rustic. cap. 5.

Intra Kalendas Apriles Primas. l. 135. §. Seia. D. de verbor. obligat.

Si calendis Aprilibus Primis diuortium fuerit secutum. l. 7. §. è contrario. D. solu. matrim.

Intentionem defuncti Prima facie refragari. l. 10. D. de alimen. vel cibar.

Si vir ex Kalendis Nouembribus Primis fundum fruendum locauerit. l. 7. §. 1. D. solut. matrim. *Videtur quidem in Prima facie rem.* l. 39. §. si Titius. D. de legat. 1. *Quod non Prima facie videtur esse iniquum.* l. 31. §. vlt. D. de fidei. liber.

Prima fronte æquius videtur. l. 12. D. de probationib.

Quod Prima ratione poterit videri iniquum. l. 32. §. item si qui. D. de recep. qui arbit.

Illud in Prima specie potest dispici. l. 32. §. item si qui. D. de recep. qui arbit.

Fructus post Primam litem absumi non oportuisse, l. 38. D. de iure fis.

Tutor qui administrauit, si soluendo sit, Primo loco eiusque successores conueniendos esse non ambigitur. l. vlt. C. de diuid. tut.

Quo filia post Primas nuptias indotata constitueretur, ad secundas nuptias cautionem extendi non oportere. l. 77. §. pater. D. de legat. 2.

Ex Prima parte edicti, & ex illa parte edicti. l. 2. D. de bon. libert.

A Prima ætate. l. 17. D. de iis qui accus.

Qui pueros Primas litteras docent. l. 2. §. vlt. de vacat. & *Qui primis litteris pueros induerint.* l. 11. §. vlt. D. de muner. & honor.

In Primis. l. 5. §. non passim. D. de reb. cor. *Quod in Primis est.* l. 34. §. qui inuita. D. de legat. 2. *In Primis sciant hæredes mei.* l. 34. §. Gaius. D. de verbor. obligat.

Vt Primum fructus decerptus esset, coloni esse cœpisset. l. 26. D. de furt.

Ei qui Primo vendit. l. 56. D. de contrah.

PRIMVS ordinis aduocatorum dicitur in l. iubemus, pro tempore. in l. per hanc. C. de aduocat. diuers. iudicior. id est prior in sede, vt loquitur lex binos. D. eod. tit.

PRIMORES, *Adhibitis Primoribus ciuitatis.* l. 16. D. de vsu & vsufruc.

Si legatio de Primoribus viris desideret, personas. l. 4. §. ordine. D. de legationib.

PRIMORDIVM *quasi Primordium gerendorum honorum.* l. 1. §. vlt. D. de offic. quæst.

Obligationes quæ ex mulieris persona calliditate creditoris sumpserunt Primordium. l. 19. C. ad SC. Velleian. *Princeps* propriè idē est quod primus & præcipuus. *Qui Princeps fuerit delicti.* l. 10. D. de ser. corrup. Caius ad Edict. Prouinciale lib. 16. Familiæ appellatione & ipse *Princeps familiæ continetur.* l. 196. D. de verb. signifi. qua significatione & Vlpianus *Familiarum suarum Principes,* pater familiæ, itémque matrem familiæ appellat Vlpian. tit. 5. regular.

Principales authores. l. 2. C. de excusationibus.

Principalis causa. l. 30. D. de iureiuran. l. 129. & l. 178. D. de diuers. reg. *Quæ pars eius stipulationis Principalem causam haberet.* l. 37. D. de stipul. seruor. *De Principali causa denuo quæretur.* l. 1. C. de aduocat. diuer. iudicior.

Quamuis iudicio conuento Principali debitore mandator non liberetur, tamen vbi &c cet. l. 71. D. de fideiussorib. *Nisi Principales debitores defecerint.* l. 3. §. multa. D. de iur. fisc.

An soluendo sit Principalis fideiussor. l. 27. D. de fideiussorib.

Cuius bonitas Principalem gradum bonitatis habet. l. 75. D. de verbor. oblig.

Principali loco hæres institutus. l. 13. C. de fideicommiss.

Exactores qui Principali loco ad exactionem fuerant destinati. l. 2. C. de conuenien. fisc. deb. lib. 10.

Vsuræ Principalis pecuniæ medij temporis. l. 24. D. de appellationib.

Principalis obligatio ad differentiam fideiussoriæ quæ accessoria est. l. 3. D. de separatio. quemadmodum Principalis reus is appellatur pro quo fideiussor interceſſit. l. 66. D. de fideiussorib. l. 49. de minorib. l. 3. §. incerta. D. de iure fisc. l. 45. §. si Principalis. D. de iur. fisc. l. 3. C. si reus vel accusat. l. 58. & l. 65. D. de fideiussorib. *Tempus reo Principali indultum.* l. 1. D. iudicat. sol. *Venditor actionis quam aduersus Principalem reum habet.* l. 23. D. de hæred. vel actio. vend. *Reum Principalem conuenire.* l. 3. C. de fideiussor. *Eundem vt Principalē reum in partes conuenire.* l. 11. D. de duob. reis. *Minor se in id quod fideiussit vel mandauit, in integrum restituendo, reum Principalem non liberat.* l. 43. D. de minorib. *Nisi patuerit Principales reos idoneos non esse.* l. 4. C. quan. fisc. vel priuat.

Defensiones quibus reus Principalis munitus est. l. 11. C. de exceptionib.

Principale testamentum paternum dicitur ad differentiam pupillaris seu secundarum tabularum, quod tabulas pupillares habet quæ secundæ sunt. Et minus Principales tabulæ. lege 2. & lege ex pupillari. Digestis de vulg. & pupill. lege post legatum. 16. §. qui principale.

D. de

D. de his, quæ vt indign. Quomodo & principales tabulæ & secundæ accipiendæ sunt in l. 2. §. 1. & l. penult. D. testament. quemad. aper.

Si principale ruptum sit testamentum. l. 2. D. de vulgà. & pupillà. *Qui Principale testamentum arguit, & à secundis tabulis repellendus est.* l. 5. §. qui principale. D. de his quæ vt indig.

Si principali testamento quædam sub condicione legata sunt. l. 1. §. interdum. D. ad l. Falcid.

Principalis significat directam & opponitur actioni contrariæ: Sic Paulus, *Contraria commodati actio etiam sine Principali moueri potest.* l. 17. §. 1. D. commoda.

Principale opponitur accessioni. *Cum quærimus quid cui cedat, illud spectamus, quid cuius rei ornandæ causa adhibetur, vt accessio cedat Principali.* lege 19. §. perueniamus. D. de auro argen.

Quæ accessionum locum obtinent extinguuntur cum Principales res peremptæ fuerint. lege 2. D. pecul. lega.

Principaliter valet directo in §. vlt. Instit. quod cum eo. Vnde Principaliter & per successionem opponuntur. *Qui per successionem quamuis longissimam defuncto hæredes constiterunt, non minus hæredes intelliguntur, quàm qui Principaliter hæredes existunt.* l. 154. D. de diuer. regul.

Non Principaliter, sed per successionem bona fratris ad eum peruenerunt. l. vlt. D. de legat. 3.

Qui non Principaliter in Titij hæreditatem succedit. l. 7. D. de his quæ vt indig.

Quoniam Principaliter ipsa debitrix fuisti. l. 2. C. ad SC. Velleian.

Adiectio absentis cui Principaliter obligatio quærebatur. l. 126. §. Chrysogonus. D. de verb. obli.

Vbi non Principaliter de ea re agitur, quæ habet publicam exsecutionem. l. 7. §. 1. D. de iniuriis.

Principales ciuitatum & curiarum. De decurionibus & Principalibus ciuitatum, qui capite le admiserunt, l. 27. §. penult. D. de pœn. *Si qui ex Principalibus alicuius ciuitatis latrocinium fecerint.* d. l. 27. §. vlt. De his Principalibus fit quoq; mentio in l. 41. C. de liber. cau. l. 2. §. ad filiorum. C. quando & quib. l. vn. in fi. C. de lucrat. descript. lib. 10. l. 5. C. de cohortalib. lib. 12. l. 33. & lege 40. & l. 42. D. de decurionibus lib. 10. l. 4. de extraord. munerib. in C. Theodos. Firmicus lib. 5. Mathes. cap. 2. *Curatores vel Principales ciuitatum publicis rationibus præpositos.* Isidor. lib. 9. Etymolog. cap. 4. *Principales & Magistratus & Duumuirales Curialium officiorum ordines sunt.* Principales dicti quòd præsint magistratibus. Ita *Antiochensium ciuitatis principales* in l. 2. de excus. mun. lib. 10. C. & *Alexandrin. Principales* in l. 56. de decurionib. lib. 10. C. In tractatu quodam Epicur. & Stoic. qui B. Augustino tribuitur. Atque eis nominatur quidam Dionysius Areopagita, id est, *Athenienſium Principalis.* Areopagus enim Athenienſium cura vocatur. Et *Vir Principalis* apud Apul. lib. 4. & 8. de Asino aur. & lib. 4. Floridor. Saluia. Massilienſis lib. 5. de vero Dei iudicio. *Quis ergo, vt dixi, locus est, vbi Principalibus ciuitatum viduarum & pupillorum viscera deuorentur? Principalis auctoritas.* l. hæreditas. in fi. D. de hæredit. petit. *Principales ciuitatum.* l. 1. D. de cursu publ. *Principales etiam in exercitu & legionibus quidam vocabantur. Inreuerens miles non tantùm à tribuno vel centurione, sed etiam à Principali coërcendus est.* l. 13. §. inreuerens. D. de re milita. & leg. penul. §. super his. C. eod. tit. lib. 12. *Imperator salutatus à Principalibus officiorum.* l. 1. C. de sentent. pass. Et apud Veget. lib. 2. cap. 15. & cap. 19. Principalia, vetus Glossar. ἐξουσία ἀρχή.

PRINCEPS pro Imperatore apud Martial. *te Principe,* id est te imperante.

Quæ Princeps alicui ob merita indulsit. l. 1. D. de constitution. princip.

Principio auctoritate adoptamus eos qui sui iuris sunt. l. 2. D. de adoptionib.

Adoptio quæ per Principem fit. l. 2. D. de adoptionib.

A Principe peti solet. l. 15. D. de seruitutib.

A Principe permitti vel vetari solita. l. 1. §. Permittitur. D. de aqua quotid. l. 2. D. de fluminibus.

Nuper constitutum est à Principe, ait Pompon. l. 85. D. de legat. 3. *A Principe nostro rescriptum est.* l. vlt. D. de postulan.

Constitutionibus Principum continetur. l. 24. D. ad municipal.

Hinc Principalis, Principale. *An commoda & Principales liberalitates debeantur.* lege 35. D. de legat. 3.

Candidati Principis libris Principalibus in Senatu legendis vacant. lege 1. D. de offic. quæst.

Quæstio Principalis ablatæ pecuniæ. l. vlt. D. ad l. Iul. peculat.

Si fundum Albanum qui Principalibus vsibus deseruit legauerit quis. lege 39. §. vltimo. D. de legatis 1.

Crimen maiestatis à iudicibus non in occasionem ob Principalis maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate. l. 7. §. 3. D. ad l. Iul. maiest.

Nec calumnia facultatem ex Principali maiestate capi oportet. l. 91. D. de hæred. instituen.

Principales constitutiones. l. 9. D. ad municipal. id est quod ipse princeps constituit. l. 2. §. Nouissima. D. de orig. iuris. l. 4. §. vlt. D. de castrensi pecul. *Quæcunque princeps constituit & pro lege seruentur.* l. 2. §. Ita in ciuitate. D. de orig. iur. l. 33. D. si cert. pet. l. 17. D. de excusat. Vlpian. tit. 7. & 22. regular. & *Principalis prouidentia* in l. 22. D. de adoptio. *Constitutionem Diui Pij significat quæ quartam impuberi adrogato relinqui præcipit.* lege 8. §. si quis impubes. D. de inoff. test. l. 1. §. si impub eri. D. de coll. bon.

Principalibus constitutionibus cauetur. l. 15. §. 1. D. de l. Cornel. de fal. l. 11. D. de pollicitationibus. l. 33. D. de reb. cred. l. 11. D. qui & à quib. lege 3. D. de colluf. deteg. *Constitutionibus Principalibus cauetur.* l. 15. §. 1. D. de l. Cornel. de fal. l. 4. §. vlt. l. vlt. §. ferui. D. de publican. l. 37. D. de iniuriis. *Principalibus constitutionibus manifestè cauetur.* l. 11. D. de exceptionib. *Mandatis Principalibus cauetur.* l. 4. §. non fit. D. ad l. Iul. pecul. l. 35. D. de pœnis. *Constitutionibus Principalibus cautum est.* l. 9. D. ad municipal.

Vt aliquo decreto Principali refertur constitutum. l. 2. D. de offic. adsess.

Pluriſariam Principalibus constitutionibus præcipitur. l. 2. D. de iure fisc. *Mandatis Principalibus præcipitur.* l. 1. D. de collegiis.

Possessiones ex præcepto Principali distractas. l. 11. D. de euictionib.

Nisi specialiter Principali iussione prorogatio fuerit inhibita. l. 2. §. si & iudex. D. de iudiciis.

Principale auxilium implorandum est. l. 13. §. tempestiuum. D. ad SC. Trebell.

Principalibus constitutionibus Permissum est. Vlpian. tit. 24. regular. huc refert omnia quæcũque princeps indulget. *Quidquid animi largitate & munificentia Principali præstitimus.* l. 5. C. de aduocat. diuer. iudicior. *Nisi hoc Principalis liberalitas specialiter indulserit.* l. 10. D. de re milita. *Sic filiusfamilias miles per constitutiones Principales ius ignorare potest.* l. 9. §. 1. D. de iur. & fac. ignor. *& Agri publici, qui in perpetuum locantur à curatore siue auctoritate Principali reuocari non possunt.* l. 21. §. 1. D. de publican. item *Seruus effectus non idcirco quòd postea indulgentia Principali libertatem consecutus est,* &c. l. 3. D. obligat. & action. sic *Beneficio Principali Latinus ciuitatem Romanam accipit, si ab Imperatore ius Quiritium impetrauerit.* Vlpian. tit. 4. regular. item *Ius eorum qui accepto vsu togæ Romanæ vt ciues Romani semper egerint ab obsidis condicione separatum esse beneficio Principali.* l. 32. D. de iure fisc. sic *Adoptio duobus modis fit, aut Principali rescripto, aut imperio magistratus.* Institut. de adoptionib. item & à damno liberantur. *Qui beneficio Principali hæreditate abstinuerint.* l. 98. D. de adquir. hæred. *Quemadmodum legitimis hæredibus auctoritate Principali prospicitur.* l. 40. D. de vulga. & pupill. l. 43. D. de vulg. & pupill. Minorib. quoque hoc indulgentia prodest. *Qui veniam ætatis à Principali clementia impetrauerunt.* l. 1. C. de iis qui veni. ætat. *Et de amplianda vel minuenda pœna damnatorum post sententiam dictam siue Principali auctoritate nihil est statuendum.* l. 45. D. de re iudica. Sic dicitur, *Pœna falsi tibi Principali beneficio remittitur,* in l. 2. C. de iis qui sibi adscrib.

De latronum familiis descendentibus, ex largitione Principali, vel auctoritate fiscali seruis factis retro principes libertatem denegari decreuerunt. l. 2. C. quib. ad liber. proclama.

Videns delatus etiam antè sententiam honores petere, Principalibus constitutionibus prohibetur: l. 7. D. de muner. & honor.

Tutor subitò ad Principalem cognitionem profectus. l. vlt. D. vbi pupill. educa.

Beneficia Principalia ipsi principes solent interpretari. l. 43. D. de vulga. & pupill. *Principalibus constitutionibus declaratur.* l. 33. §. vlt. D. de adminiſt. & peric. *Hoc rescripto Principali significetur.* l. 7. D. depositi. *Beneficium Principalium constitutionum locum habet.* l. 18. D. de stipulat. seruor. *Principalibus rescriptis specialiter exprimitur.* l. 28. §. 1. D. de pactis. *Ex quo Principali rescripto intelligi potest.* l. 5. §. conductores. D. de iure immunitat. *Secundum Principalium statutorum tenorem.* l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. *Exemplo decretorum Principalium.* l. 1. §. 1. D. de vacat. & excus.

Eo tempore testator decesſit, quo testamentum eius ad beneficium Principale pertinere desierat. l. 92. D. ad l. Falcid. Sic *Principale beneficium* apud Vlpianum tit. 3. regular.

Principalia rescripta. l. 3. §. multa. D. de iure fis. & *Nonnulla extant Principalia rescripta.* l. 27. D. de pœnis. Sic *Post rescripta Principalia.* l. 3. §. Diuus. D. de sepulchr. viol. l. 2. §. vlt. D. de iure fisci. Item *Et principale decretum* in l. 2. D. de offic. assess. *Et principalis sententia.* l. 1. D. de offic. præfect. prætor.

PRINCIPIVM pro initio, *Principio duodecimi anni.* l. 41. D. de manumiss. test.

PRIOR est quem aliquis sequitur, *In memoriam Prioris dignitatis.* l. vlt. D. de decurionib. id est decurionatus quem prius gesserat. *In priore matrimonio.* l. 5. D. ad l. Iul. de adult. Sic, *Si quis Priore facto testamento, posterius fecerit testamentum.* l. 29. D. ad SC. Trebell.

Prior causa, id est potior. l.15.D.qui potio. in pign.

Prius est vt. l. 1.C.de iis qui accusa. non possi. *Prius cognoscendum de vi quàm de proprietate rei.* l. 37. D.de iudiciis. *Prius de possessione pronunciare & ita crimen violentiæ excusare præses prouinciæ debuit.* l.1. C.de appellationib.

Prisca lingua, §. Appellamus, Institut.de actionib.

Priscus Fulcinius. l. C. l. mortuo. §. Labeo. D. de legat. 2. Aliàs Fulcini nomine citatur. l. Fulcinius. D.quæ in fraud. cred. & in l. penult. D. de donat.caus. mort.

PRISCVM *Iabolenum* in Africam & Syriam cum aliquo imperio profectum ex eo coniicio quod Iulianus eum in Africa & Syria seruos suos manumisisse cum consilium præberet refert in l.5. D. de manumiss. vindic. De *Prisco Iauoleno* apud Plin. epist. 15.lib. 6. Eum Iulianus præceptorem suum vocat in l.An apud.D.de manumiss. vindict. *Priscus ait* l. 2. §. eum Stichum. D. pro emptor.

Priscus Neratius existimabat. l.8. §. 1. D. de liberat. lega. *Neratius Priscus.* l. 19. D.de dolo.l. 71. D. de diuers. reg. l. 67. §. si rem.D. de legat. 2. *& Priscus, & Neratius putant.* l.10. §.1. D. de vsu & habit. id est Priscus Iauolenus. D.eod.tit. *Aristo Prisco Neratio scripsit.* l. 3. D. quæ res pignori vel. *Priscum Neratiam in his quos Adrianus in consilio habuit, numerat Spartianus in Adriano.*

PRISTINVS. *Ager ad Pristinum dominum Pertinet.* l. 30. §. alluuio. D.de adquiren. rerum dom. *Sicut liberis captis ab hostibus ac postliminio reuersis status Pristinus restituitur, sic serui domino.* l. 10.C.de postl. reuer.

Ad tempus in opus publicum damnati Pristinum quidem statum retinent. l. 6. ex quibus caus. infam. Sic *In Pristinum statum restitui.* l.3.C. de curat. furio.

In quæstionibus nominati capitalium criminum Pristinam interim dignitatem retinent. l.17.§.in quæstionib. D. ad municipal. & *In Pristinam causam res redit resoluta venditione.* lege 10. §. vlt. D. quib.mod.pign.

Pristina obligatio. l. 46. D. de solutionib. *Omnes debitores qui in fraudem creditorum liberantur, per hanc actionem reuocantur in Pristinam obligationem.* l.17.D.quæ in fraud. cred.

Sicut debitori ita & creditori Pristinum ius restituitur. l. 10.D. quib.mod. pign. Sic *iure Pristino peculium pater habebit.* l. 4.D.de castren. pecul.

PRIVATÆ dicuntur res, quæ sunt singulorum. l.prima. D. de ver. diuis. à verbo antiquo Priuus, quod singulos significat, quo & Cato in lib. de re rustica vtitur. *Vnde priuatum ius id esse definitur, quod ad singulorum vtilitatem pertinet.* l. 1. §. vlt. D. de iustit. & iur. Et priuata iudicia à Latinis dicuntur quæ ad rem familiarem cuiusque pertinentia per arbitros, iudicésque datos expediuntur. Cic. 1. de Orato. *Nam volitare in foro, hærere in Prætorum tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire.* Idem Topic. *Priuata iudicia maximarum quidem rerum in Iureconsultorum mihi videntur esse prudentia.* Plinius lib. 6. epist. ad Roma. *Interuenit acribus illis & erectis frequens necessitas iudicandi ac penè calculos tabulámque poscendi, vt repentè in priuati iudicij formam Centum virale verteretur.* Priuata delicta sunt, quæ ad rem familiarem & priuatam pertinent, nec cuiuis ex populo, sed ei duntaxat cui damnum datum iniuriáve facta est, competunt. Qualia sunt furtum, rapina, iniuria, damnum iniuria datum. tit. de priuat. delict. l. 1. §. vlt. D. de pœn. l. 7. D.de public. iudic. Actio certè ex lege Cornelia de iniuriis & si pro publica vtilitate exercetur, priuata est tamen. l. 42. §. 1.D.de procuratorib. l. vlt. C. de iniur. l. vlt. C. vbi senator. *Priuatam* etiam *furti actionem* vocat Quintilian. Declamatio. 341. ad fi. Sic & *Actio iniuriarū quā inter Priuata delicta veteris iuris auctores connumerāt.* l. vlt. C.de iniuriis.

Priuatæ noxæ, hoc est quæ committuntur ex delictis non publicis criminibus. l. 17. §. quod aiunt.D. de ædil. edic.

Priuatum opponitur communi. sic, *Si ex Priuato agro in agrum communem aqua immittatur.* l. 11. §. si ex priuato. D.de aqua & aq. pluu.

PRIVATVM *& Publicum* opponuntur. l.10. D.de diuision. rer. *Si Priuatus à milite petat.* l. 66. §. 1. D. de euictionib. Item. *Ne publica coercitio Priuata pactione tollatur.* l. 5. D.de pact. dotal. Sic *Priuata pactione pignorati.* l. 5.C. quæ res pignor. non poss. Huc pertinet quod dicitur. *Libertinæ condicionis constitutis Priuatis pactis immutare statum suum nō licere.* l. vlt. C.de collus. deteg. hoc sensu accipitur, quod dicitur. *Seruitus itineris ad sepulchrum Priuati iuris manet.* l. 14. D. de seruitutib. *Priuata etiam loca* dicuntur quoque respectu publicorum. lege 32. D. ad l. Aquil. Sic *Aedilitas inter eos magistratus habetur, qui Priuatis muneribus excusati sunt.* l. 17. §. is qui. D.de excusationib. & *Senatusconsultum ad Priuatos hæreditatis petitores pertinet.* l. 1. C.de petit. hæred.

Priuatus dicitur respectu ad fiscum habito. l. fiscus 6. l. apud Iulianum 35. D. de iur. fisc. & ad magistratum. l. si priuatus. D. qui & à quib. manumiss. lib. non fiat. Huc spectat quod dicitur. *In his quæ sunt in fisci patrimonio, neque facere quidquam, neque prohibere* Priuatus *potest.* l. 2. §. hoc interdictum. D. ne quid in lo. pub. Hoc sensu dicitur. *Priuatus creditor erratum puto, sed vide* l. 3. C. de reuocand. his quæ in fraud. credit. Item, *Quod in* Priuatis *debitis obseruandum est.* l. 11. C. de fideiussorib.

Priuata Vet. Glossar. Græc. ἰδιοκτητὰ τὰ τῇ βασιλείᾳ ἰδιάζοντα διαφέρειν, & Priuatas res Principis Theodoret. historia Ecclesiastica ἴδια βασιλέως χρήματα. Iulian. in epist. ad Ecebobum, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προστῆναι Πιβάτοις. & *Priuatum patrimonium Principis* Capitolinus in Antoni. Sic *Res fiscales quasi propriæ & Priuatæ principis sunt.* l. 2. § hoc interdictum. D. ne quid in lo. pub. vnde & Comes rerum Priuatarum, Rubri. de offic. procur. Cæsar.

PRIVATIM. *Bona sua Priuatim facta venditione concesit.* l. vlt. §. Titius. D. de condictio. indeb. Item, *Si quis Priuatim sacrum sibi constituerit, sacrum non est.* lege 6. §. sacræ. D. de diuisi. rerum.

PRIVIGNVS dicitur relatione facta ad vitricum. lege 3. §. vitricus. D. de muneribus & honoribus.

PRIVIGNVS vxoris meæ filius ex alio viro natus, liberi quoque quos ex alia vxore habeo, vxori meæ priuigni sunt. l. 4. §. affines. Planè quod ad causam prohibitarum nuptiarum attinet, non solùm vxoris nostræ ex alio marito filia, sed etiam neptis, proneptis priuignæ appellatione intelliguntur. l. 14. §. vlt. D. de ritu nupt. Moschop. ἐν συλλογῇ Ἀθ. ὀνομ. Priuignos προγόνους à Græcis dici ita ostendit. Πρόγονοι καὶ οἱ ἀπὸ προτέρου γάμου γεγενημένοι ὧν ὁ πατὴρ ἢ μήτηρ εἰς δεύτερον ἦλθε γάμον. Λέγονται δὲ πρόγονοι πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ δευτέρου γάμου γεγενημένους. *Si adhuc Priuigna tua est id est, si mater eius tibi nupta est.* §. item si adhuc. Instit. de nuptiis.

PRIVILEGIVM ius singulare est, & in certæ personæ vel causæ gratiam fauorémque constitutum. & lex de vno homine lata quasi priua lex, id est, priuato lata, vt Gell. lib. 10. cap. 20. & Isidor. lib. 5. cap. 18. scribunt. Victorin. Afer. de Orthographia, *Lex enim priuilegij in vnum hominem est dicta.* Quo sensu Priuilegium à Cicero. in Paradox. & lib. 3. de legibus, & aliàs sæpius hoc verbum vsurpatur.

Priuilegia quædam causæ sunt, quædam personæ. l. 196. D. de diuer. regul.

Priuilegium cuiusque vel ciuitatis vel corporis, vel officij in quo quisque est. l. 36. §. vlt. D. de fideicommiss. libert.

Priuilegium fisci est inter omnes creditores primum locum retinere, Paulus lib. quinto sententiarũ tit. 12.

Priuilegium fori. lege 1. D. si quis in ius voc. non ier. l. si fideiussor. D. qui satisd. cog. l. 2. §. item si extra & l. si quis ex aliena. D. de iudiciis.

Legati cæteriquè in ea sunt causa, vt in ius vocati veniant, Priuilegia sua allegaturi. lege 5. D. de iudiciis.

Priuilegium militum. l. 40. D. de adminis. & peric. *Priuilegium quod militibus datum est.* l. 24. D. de testam. milit. *Licere militibus proprio Priuilegio etiam hæredibus extraneis, postquam hæredes extiterint, mortuis substituere.* l. 6. C. de testamen. milit. *Testamentum ad Priuilegia militum non pertinebit.* l. 20. §. vlt. D. de testamen. milit. Item, *Veteranorum Priuilegia vsurpari.* l. 7. C. de fide instrumen.

Priuilegium pupilli in bonis tutoris. l. 42. & l. 44. D. de adminis. & peric. *Priuilegium in bonis magistratus pupillus non habet.* l. 1. §. priuilegium. D. de magistr. conuenien. & *Defensor tutoris condemnatus non aufert Priuilegium pupilli.* l. 22. D. de tute. & ration. Item, *Tutelæ Priuilegio locus est.* l. 9. §. 1. D. de adminis trat. & peric.

In bonis curatoris Priuilegium furiosi furiosæue seruatur. l. 15. §. vlt. D. de curat. furio.

Priuilegium quoque prælationem & prærogatiuam quandam significat, quæ inter actiones personales vertitur, qua in debiti repetitione chirographarij creditores aliis conchirographariis præferuntur. Sic hoc verbum accipitur in tit. de priuileg. credit. qui in vulgatis codicibus distinctus est ab aliis, in Pandectis verò Pisanis continenter hæret cum tit. de bon. auct. iud. possid. Sic & l. 74. D. de iure dot. l. 53. §. 1. & §. vlt. D. de pecul. l. 51. §. idem respondit. D. pro soc. l. 6. l. 33. l. 37. D. de iur. fisc. l. 10. D. ad munici. l. 23. §. vlt. D. solut. matr. l. 2. C. de seruo pign. dat. l. 10. §. quod si dies. D. de admin. tut. l. 1. D. de cessio. bon. l. 25. D. si cert. pet. lege 58. §. vlt. D. manda. l. 15. §. 1. D. curat. furiosi. l. 1. §. sed & si satis.

D. de

D. de adminiſtra. re. ad ciuit. Sic *Priuilegium quod inter perſonales actiones vertitur.* d. l. 74. D. de iure dot.

Creditori qui ob reſtitutionem ædificiorum crediderit, Priuilegium exigendi datur. l. 1. D. de ceſſio. bonor. *Sufficere quod Priuilegium deductionis dominus perdidit.* lege 5. §. in tributum. D. de tributor. actio.

In cæteris creditoribus habenda eſt ratio Priuilegiorum. l. 52. D. de pecul.

Priuilegia etiam pro ipſis creditoribus, qui priuilegia habent, ponuntur in l. 7. §. quoties. D. depoſ. l. 24. §. in bonis. D. de reb. auct. iud. l. 17. §. pen. D. de excuſ. tut. Qui & *Priuilegiarij* vocantur. l. 1. D. de pact. & l. 24. §. vlt. D. de reb. auct. iud. & ab *Hypothecariis ſeparantur.* l. 10. D. qui potiores. Sic *Priuilegiarius creditor.* l. 3. D. quod cũ eo. *Priuilegiarij.* l. reſcripti. D. de pactis. Item, *An Priuilegiariis abſentibus hæc pactio noceat.* l. 10. D. de pactis. quo referendum quod dicitur *quorum pecuniæ ad creditores Priuilegiarios, peruenit. Peruenisſe autem videtur ſiue ſtatim profecta eſt ab inferioribus ad Priuilegiarios ſiue per debitoris perſonam, ſi modo non poſt aliquod interuallum id factum ſit.* l. 24. §. vlt. D. de reb. auctor. iud.

Qui Priuilegio ſubnixus eſt. l. 30. §. 1. D. de excuſationib.

Qui nouo Priuilegio vtitur, non videtur in eadem cauſa ſiſti. l. 12. D. ſi quis caution.

Prædicendum fideiuſſori non vſurum eum Priuilegio. l. 7. D. qui ſatisda. cogant.

PRO præpoſitio accedens cognationum affinitatúmque nominibus, gradus profert, atque promouet. Veluti *Proauus, Proauia*, aui noſtri pater, mater. l. 5. §. 1. D. de adgnoſc. & alendis.

Pronepos, Proneptis, nepotis filius, filia: *Proauunculus, Promatertera*, id eſt, proauiæ frater & ſoror: *Propatruus, Proamita*, id eſt, Proaui frater, & ſoror. l. 1. §. vlt. D. de gradib. & affinib. Quos etiam auunculos, patruos, amitas, materteras, maiores vocant. l. vlt. §. patruus maior. eo. tit. Atque hæc ex cognatione petita ſunt nomina. Ex affinitate verò eiuſdem generis ſunt hæc, *Proſocer, Progener, Pronurus.* l. 3. §. vlt. D. de poſtul. l. 15. §. vlt. D. rer. amot. Proſocer (quo nomine Plinius in Epiſtolis Fabatum paſsim appellat) is eſt, qui ab aliis ſocer magnus dicitur, nimirum vxoris meæ auus, cuius ego ſum progener. *Proſocrus* mihi vxoris meæ auia eſt, ego ſum illius progener. l. 4. §. affines. *Proſocrus* enim vxoris noſtræ auia, *Pronurus* verò nepotis vel pronepotis noſtri vxor nobis appellatur. l. 14. §. vlt. D. de ritu nupt. l. 15. §. vlt. D. rer. amot. l. 4. §. gradus. D. de gradibus & affin. lege 8. §. vlt. D. de legat. præſt.

Pro id eſt ſecundum, *vt pro facundia aduocati.* l. 1. §. in honorariis. D. de extraord. cognit. *Pro facultatibus defuncti & depoſitione Patrimonij.* l. 3. D. de annu. legat. *Pro admiſſi criminis qualitate.* l. 11. §. mulier. D. ad l. Iul. de adulter. *Pro quantitate ſumptuum.* l. 25. D. de pignor. act.

Pro dominij portione. in l. 50. D. de legat. 1.

Pro tribunali id eſt in tribunali, & ita pro tribunali ſedere, ὅτι τὸ βήματος dicunt. D. Matthæus Euangel. cap. 27. & D. Ioannes Euangel. cap. 19. & *Bonorum poſſeſsio quæ Pro tribunali datur.* l. 2. §. in bonorum. D. quis ordo in bonor. poſſeſſ.

Soſipater lib. 2. Inſtitution. Grammatic. *Pro* interdum ſignificat derogationẽ, id eſt φέρησιν, cum dicimus Profanus locus, id eſt non ſacer, quaſi porro à fano poſitus, quod Græci βέβηλον dicunt.

Pro emptore poſſidet qui à non domino emit, cum eum dominum eſſe exiſtimaret. l. 33. §. 1. D. de vſucapionib. l. 8. D. de pericul. & commod. l. 6. §. Iulianus. D. de precar. l. 11. in fi. D. inſtitor. l. 13. §. 1. D. de petitio. hæredit. tit. pro empto. lege 25. §. quod pro emptore. D. fam. erciſc.

Pro dote poſſidet qui rem alienam ignorans doti accepit. l. 13. l. 15. §. apud Marcellum. D. de petit. hæred. l. 8. D. de peric. & commod. l. 1. & toto tit. pro dote. Similiter *pro donato* poſſidet cui res donationis cauſa tradita eſt. l. 1. D. pro dona. l. 25. §. quod pro empt. D. fam. erciſc. *Pro legato* verò cui res aliena legata eſt, aut teſtatoris quidem, ſed adempta codicillis ignoratur. l. 1. l. 4. D. pro legato. *Pro ſoluto*, qui rem debitam vel aliud quid in ſolutum eius loco accepit. l. 1. D. pro empto. *Pro ſuo* poſſeſſio ad omnes poſſeſſionum ſpecies porrigi poteſt, quas quis ex iuſta cauſa nactus eſt. Sed huic propriè locus eſt, in his quæ proprium & ſpeciale acquiſitionis nomen non habent, vt puta in his quæ cœlo, terra, mari, vel ab hoſtibus capta poſſidemus: Item quæ vt in rerum natura eſſent, fecimus, & quæ quaſi donata, legata, vel empta, vel ex ſtipulatu, aut ex cauſa dotis debita, cùm veritas non ſubeſſet, accipimus. l. 1. & l. 2. l. penult. in fi. D. pro ſuo. l. 3. §. vlt. D. de acqu. poſſeſſ. l. 68. D. de iure dot. l. 5. l. 27. l. 32. D. de vſucapion.

Pro possessore possidet prædo, qui interrogatus cur possideat, respondurus sit, quia possideo, nec vllam aliam causam possessionis possit dicere. lege 11. §. vlt. lege 12. & l. 13. D. de hæredit. petit.

PROBARE vulgata significatione, est quod dubium & obscurum, certum reddere & efficere. Sic Probari fideiussores dicuntur in quorũ facultates inquiritur, vt idonei necne sint pateat. l. 9. & 10. D. qui satisd. cogan. l. 7. §. non solum. D. de min. *Inde ad fideiussores probandos dati arbitri* accipiuntur, qui ad æstimandas fideiussorum vires dantur. l. 9. D. qui satisd. l. 2. D. à quibus appell. non lic. *Probari etiam opus* dicitur quod tanquam è lege dicta factum adprobatur. l. 26. l. 38. l. vlt. D. loca. lege 7. §. illud quoque. D. de l. Iulia repetund. Frontin. lib. 11. de Aquæductib. *Eorúmque operum probandorum curam fuisse per censores aliquando & Aediles.* Et in vetere monumento Neapolitano, quod legem parieti faciundo dictam habet QVOD EORVM VIGINTI IVRATI PROBAVERINT. PROBVM ESTO. QVOD IMPROBAVERINT IMPROBATVM ESTO.

Minor viginti quinque annis adito Præside ex aspectu corporis falso Probauit perfectam ætatem. l. 32. D. de minorib. Item alibi. Sic & *Causam Probare* dicitur in lege 5. C. de fideicom. libert. *Probare furem.* l. 13. §. idem. D. de iureiuran. eodem sensu dicitur. *Si competenti iudici annua legata vel fideicommissa tibi relicta Probaueris.* l. 1. C. quan. dies legat. & *Instrumenta quæ probari non possint.* l. 31. D. de leg. Cornel. de falsi.

De ætate sua aut de numero liberorum Probasse. l. 1. §. item cum ex. D. quæ senten. si appellat. resc. Item, *Prætorem adiri diebus feriatis, vt ætates Probentur.* l. 2. D. de feriis. & *Quando de iure suo probet.* l. 60. §. vlt. D. de vsufruc. & *Si iudex de iure suo Probantem admiserit.* l. 1. §. item cũ ex. D. quæ senten. si appellat. *Si de quibusdam accusationibus non probauerit.* l. 21. §. 1. D. de excusationib. *Si de crimine fuerit probatum*, l. vlt. §. vlt. D. de bonis eor. qui ante sent.

Nisi euidenter Probetur. l. vlt. D. ad SC. Turpill.

Probandum est. l. 12. D. de in ius vocan. *Exigere posse Probandum est.* l. 50. D. locati. & *Probandum est, si arbor communibus ædibus impendeat.* l. 1. §. non solum. D. de arborib. cæden.

Probatum est, id est placuit. l. 53. D. de oblig. & act.

Probare est etiam facere periculum, vel experiri. *Si degustando malè Probauit vinum.* l. 15. D. de pericu. & commo. rei vendi. *An per te steterit quominus incontinenti pecunia Probaretur.* lege 39. D. de solutionib. Sic accipe quod dicitur, *Mensuras publicè Probatas*, in lege 32. §. 1. D. de l. Cornel. de falsi.

Probare nomen agnoscere est & suscipere, eóque vt bono contentum esse. *Qui nouissimus nomen Probauit.* l. 36. §. vlt. D. ad municipal. & *Probatam à marito vxorem.* l. 26. D. ad l. Iul. de adulter.

PROBABILIS *modus.* l. 7. §. quod dicitur. D. de SC. Macedon. Item *Probabilis causa.* l. 4. §. vlt. D. de testam. milit. *Receptis & Probabilibus causis.* l. 2. §. quem ita. D. de vacat. & excus. *Quæ sententia mihi videtur Probabilis.* l. 1. §. magistrum. D. de exercitor. Item, *Quæ sententia Probabilis mihi videtur.* l. 4. D. de hæred. instit. Sic alibi, *Cassij & Pegasi sententia Probabilis est.* l. 11. D. de iurisdictio. & *Minus Probabilem sententiam æquo animo ferre.* l. 27. §. stari. D. de recep. qui arbitr.

Vsque ad Probabilem quantitatem. l. 1. si cui. D. de extraord. cognit.

Probabili consilio matrimonio iungere. l. 2. C. de institut. & subst.

Minus Probabili ratione deposcis. l. 3. C. de per. tutor. & contrà, *Probabili rationi placuit.* l. 6. D. de except. rei iud.

Qui sumptus necessarios Probabiles in communi lite fecit. l. 31. §. vlt. D. de negot. gest.

PROBATIONES *euidentes.* l. 27. §. vlt. D. liber. cau. l. 7. D. de fi. instr. l. 7. C. de distract. pignor. l. 6. C. solu. matrim. *Euidentissimæ.* l. 45. D. de hæred. petit. l. 6. D. de condict. cau. da. l. 2. D. de condicion. instit. l. 34. D. de legat. 1. l. 63. §. si hæres. D. ad SC. Trebell. *Legitimæ.* l. 40. D. de testam. mil. *Manifestæ.* l. 24. D. de probationib.

Probationibus instruere atque minuere accusationem. l. 2. §. vlt. D. ad l. Iul. de adulter.

Probatoria in Impp. constitutionibus attestationem illam, vt cum vulgo loquar significat, qua qui in ordinem aliquem adscisitur, idoneus & probatus renuntiatur. l. 3. C. de agentibus in reb. l. 12. l. 17. C. de re milit. l. 2. C. de cohortalibus. l. 6. l. 9. l. 10. C. de diuers. offic. & apparit. l. 11. Vsurpat & hoc verbum Iustinia. Edicto 13. Extat autem apud Cassiod. lib. 7. formul. *Probatoriæ Chartariorum.*

Probi nummi & reprobi aduersantur. l. 24. D. de constit. pec. l. 40. D. si cert. pet. l. 24. §. qui reprobos. D. de pignor. act. vt apud Cic. lib. III. Offic. *bonis nummis adulterini opponuntur.*

PROBE, Benè, Æquè. *Parum Probè, id est improbè.* l. 13. §. si quis quia. D. de dam. infect. *Parum Probè de hæreditate viuentis pueri agere.* l. 37. §. à patre. D. ad SC. Trebell. *Parum Probè postulat ab eo caueri sibi, & cet.* l. 13. §. si quis quia. D. de dam. infect.

Probrum & opprobrium idem est. Probra autem quædam natura turpia sunt, quædam ciuiliter & quasi more, institutóque ciuitatis, vt exponit Vlpian. in lege 42. D. de verborum signif.

Probrum porrò intelligitur & in his mulieribus quæ turpiter viuunt, vulgóque quæstum faciunt, etiam si non palàm. l. 41. D. de ritu nupt.

PROCEDERE, id est Progredi, accedere. Sic *damnare ne de domo sua Procedat.* l. vlt. D. de interdict. & relega. *Qui Processit ad delationem iurisiurandi.* lege 37. D. de iureiuran.

Procedere etiam est valere, proficere. *Quod Procedit.* l. 32. D. de hæredit. petit. *Quod ita Procedit si.* l. 11. §. idem Marcell. D. de donat. int. vir. *Quæ quæstio ita Procedit si.* l. 21. §. Papinianus. D. de recep. qui arb. *Hoc in seruo non Procedit.* l. 7. §. si quis in colluctatione. D. ad l. Aquil. Item, *Processisse solutionem.* l. 18. C. de solutionib. & *An tempus longæ possessionis hæredi Procedere potest.* l. 7. D. pro empto. Sic *Procedere temporis suffragium.* l. 24. D. de donat. int. vir. & vxor. *Emptori venditoris tempus ad Vsucapionem Procedit.* l. 2. §. vlt. D. pro empto.

In *Procinctu* versantur milites qui in expeditione belli sunt. l. vn. D. de bono. possess. ex test. milit. Vnde in Procinctu facta testamenta apud veteres dicebantur, quæ à cinctis iam militibus, & è castris in prælium iamiam exituris fiebant. Vlpian. in Instit. tit. 20. Iustin. & §. 1. Instit. de testament. Cicero. lib 1. de Oratore & 2. de Natura Deor. Plutar. in Coriola. Festus lib. 5.

In Procinctu. Vetus Glossar. Græcum, ἐκ τοῦ σχήματος ἐξωρμένος καὶ ἕτοιμος εἰς τὴν τάξιν. Auson. p. 177.

Proclamare. l. 31. D. ad l. Aquil. l. 4. §. vlt. & l. 7. D. ad l. Cornel. de sicar. Paul. l. 5. sent. tit. 23.

PROCLAMARE ad libertatem, vel in libertatem dicuntur, qui ex seruitute se in libertatem vindicant, & adserunt, toto titulo, quibus ad libert. procl. non lic. l. 7. §. proinde. cum seq. D. de liber. cau. l. 40. §. libertatem. D. de fideicommiss. libert. l. 11. §. vlt. D. de iniuriis. l. 3. §. si seruus. D. de acquir. possess. l. 8. D. de probatio. l. 3. §. Diuus. D. de iure fisci. l. 59. §. 1. D. de manumiss. testam. Index Basilic. ἀναφωνῆν εἰς ἐλευθερίαν, εἴτε εἰς εὐγένειαν. eò pertinent l. si ad libertatem. D. de noxalib. l. 7. §. vlt. D. de libera. causa. sed & *Proclamare in ingenuitatem.* lege 4. D. si ingenuus esse dicetur. l. 1. D. de collus. detegenda. *Proclamare ad seruitutem.* l. 59. §. 1. D. de manumiss. testamen.

Proclamatio in libertatem vel ad libertatem. l. 25. & l. 34. D. de liberal. causa.

Proclamator denegatur. l. 13. D. de libera. cau. l. vlt. C. quib. ad liberta. proclamare non lic.

PROCLIVE, id est, facile dixit Cæsar lib. 1. de bello ci. *Quibus erat Procliue tranare flumen, quod consuetudo eorum omnium est Vt sine viribus ad exercitum non eant.*

Procliuior sim. l. vlt. D. de condict. caus. dat. l. 11. §. si hæres. D. de legat. 3. *Procliuior est sententia.* 113. §. vlt. D. de reb. cred.

Procliuius est, id est, facilius aut verius aut proprius. lege si is qui ducenta. in fi. D. de rebus dubiis.

PROCONSVLIS appellationem specialē esse, nec tam latè patere, quàm Præsidis, Vlpi. in l. 1. D. de offic. præsid. scribit. Nam post diuisionem prouinciarum ab Augusto factam, qui limitaribus, & limitaneis prouinciis sibi reseruatis pacatas & tranquillas populo habendas, & more pristino administrandas reliquit, *Proconsules* appellati sunt, qui ex ordine senatorio ad regendas populi prouincias mittebantur, vt Dio lib. 53. & Strabo libro vlt. Geograph. & Tranquill. in Augusto scribunt. Proconsules autem in Bæticam, Cretam, Macedoniam, Achaiam missos, ex l. 2. D. de his, qui sunt sui vel alien. iur. l. 3. §. idem Hadrianus. D. de testib. l. 10. in fi. D. de officio proconsul. l. 14. D. ad Turpillianum intelligimus. Quarum duas posteriores à Tiberio in curam suam translatas, Claudius populo reddidit, auctore Sueto. in ipsius vita cap. 25. *Proconsul Achaiæ.* l. vlt. D. ad Trebellian.

Proconsul Africæ in l. cognitio. D. de offic. eius cui mand. & apud Agell. lib. 5. cap. 14. ex lege Dei. tit. 15. & *Proconsul prouinciæ Africæ.* l. 5. §. 1. D. de iure immun.

Proconsul Asiæ. Tacit. l. 16.

Proconsul Cretæ. l. Diuus. D. ad Turpillian. Seneca lib. 9. Controuers. *Secutus erat in prouinciam Cretam Occium Flaminium Proconsulem.*

Proconſul Macedoniæ. l. 3. §. Idem Diuus. D. de teſtib. *Procreare poſt emancipationem.* l. 5. §. 1. D. ſi tab. teſtam. *Procreare filium.* l. 3. D. de coniung. cum emanc. l. vlt. §. 1. de legat. præſtand. *Procreare nepotem* l. 6. D. de bonor. poſſ. cont. tab.

Procreatus ex libera. l. 9. D. de decurion.

PROCVLVS in l. non amplius. §. cum bonorum. D. de legat. 1. & l. quid tamen. §. ſi arbiter. D. de recept. qui arbitr. receper. vt ſententiam dicant. l. Proculus. D. de damn. infect. Is Labeonis & Neruæ, qui Labeoni ſucceſſor, partes amplexus, Sabinóque & Caſſio ſcholam contrariam inſtituit, vt refert Pompon. in l. 2. §. penult. D. de orig. iur. Cuius ſectatores Proculeiani Sabinianis & Caſſianis aduerſi memorantur. §. cum ex aliena. Inſtit. de rer. diuiſ. §. Item pretium. Inſtit. de empt. & vend. Vlp. tit. 11. Regularum. Proculeiani autem fuere Pegaſus, Celſus pater, Celſus filius, & Priſcus Neratius, vt ex Pomponio liquet. Proculum autem à Nepote ſæpè per literas conſultum indicant l. 67. D. de iur. dot. & l. 125. D. de verb. ſignif. Scripſit & *Proculus* Epiſtolicarum quæſtionum libros. Item *Proculum* non leuem iuris auctorem vocant diui fratres in l. 17. D. de iure patron.

Proculi & Sabini diſcordia. l. 93. D. de ſolution.

Procurare aliquid in l. 5. C. mandati. *Procurare negotia.* l. 24. D. mandati. l. 34. D. mand. Cic. epi. 34. & 44. lib. 13. famil. *Procurare noſtra.* l. 1. C. de excuſation.

Procurare alicui. l. 5. C. mand. vel contra. *Procurare patri.* l. nomen. §. 1. D. de legat. 3. *Procurare ſenatori.* l. 44. D. de excuſat. Sic alibi *Procurare principi. Procurare patrono.* l. 44. in fin. D. de excuſat. *Procurare mercibus vel tabernis exercendis.* Paul. l. 7. ſent. tit. 17. *Procurare operibus.* l. 2. §. Si quis. D. ne quid in loco publ. *Qui operibus publicis procurat.* d. l. 2. §. ſi quis.

Procurare in Cilicia. l. 86. D. de adquir. vel omitt.

Procurent æqualiter. l. 77. §. rogo. D. de legat. 2.

Cæſar, lib. de bello ciuili p. 290. *qui eò procurandæ hæreditatis cauſa venerat.*

Procurationem ſuſcipere. l. vlt. D. de iur. fiſ. l. vbi. C. de inoffic. teſt.

PROCVRATOR eſt, qui aliena negotia domini mandato adminiſtrat. l. 1. in fi. D. de procuratorib. Vetus Gloſſar. Græc. ὁ φρονπιστὴς ἢ ἐντολεὺς παράγμα ἑτέρου κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ διοικῶν.

Procuratorum autem varia ſunt genera: Quidam enim ſunt litis procuratores, qui ad mouendas inſtituendáſque actiones vel lites exequendas dantur. l. 86. D. de ſolut. Huiuſmodi *Procuratorem ad actionem factum procuratorem* vocat Paul. in l. 14. D. de pactis. Hic litis conteſtatione dominus litis efficitur, adeo vt alterum Procuratorem dare poſſit. l. 4. §. vlt. D. de appellatio. Huc pertinet quod dicitur *ad litem dare Procuratorem.* l. 66. §. Si ſecundus. D. de euiction. *Procurator ad litem datus.* l. 66. §. ſi ſecundus. D. de euiction. *Per Procuratorem adire prætorem, & per Procuratorem adire præſidem.* l. 1. C. ſi tutor vel curat. *per Procuratorem agere. per Procuratorem agi cauſa.* l. 1. D. non per alium. l. 1. C. eodem. *per Procuratorem iudicium accipere.* l. 2. D. de obſeq. parent. *per Procuratorem arguere.* l. 4. D. de obſeq. parent. *per Procuratorem litigare.* l. 4. §. ſi quis. D. de alienat. *Procurator datus ad defendendum.* l. 1. §. exceptionem. D. quar. rer. act. *Per Procuratorem cauſam probare.* l. 15. D. de manumiſſ. vind. *Procurator ſatisfedit amplius non Peti.* l. 23. D. rat. rem habe.

Eiuſdem generis eſt, *Procurator ad communi diuidundo iudicium datus.* l. ſi defunctus. 15. D. de procuratorib. *Procurator datus ad petendum.* l. nam poſteaquam. 9. D. de iureiurand. *Ad rem mobilem petendam datus procurator.* l. ad rem. 56. D. de procurator. *Item ad legatum petendum datus procurator.* l. ad legatum. 62. D. de procurat. Sic etiam ſolemus *per Procuratorem adprehendere poſſeſſionem.* l. 11. §. vlt. D. de pignerat. act. Et in publicis cauſis aliquando, ſed rarò *per Procuratorem accuſare, reſpondere.* l. 35. §. 1. D. de leg. 3.

Alij ſunt *negotiorum procuratores, quibus vel certa vna res vel generaliter vniuerſa negotia adminiſtranda mandantur, qui omnium rerum procuratores.* l. 13. D. de pact. l. 6. D. de inſtitor. l. 7. D. de calumniatorib. *& totorum ſeu vniuerſorum bonorum procuratores* vocantur. l. 63. D. de procuratorib. lege 17. §. vltimo. D. de iniuriis. In illis edicti de iniuriis verbis, NEQVE PROCVRATOR QVI EO NOMINE AGAT, *Procuratorem accipimus non vtique eum ſolùm cui ſpecialiter procuratio data eſt actionis, ſed ſufficit eſſe eum, cui omnium rerum adminiſtratio mandata eſt.* lege 17. §. ait prætor. & §. procuratorem. Digeſtis de iniuriis. *Similiter in eo quod dicitur procuratorem iudicatum ſolui ſtipulari poſſe, non eum tantùm cui ea res ſpecialiter mandata fuerit, intelligimus, ſed & eum, qui vniuerſorum bonorum mandatum ſuſceperit.* Sed & *ſi ratum fuerit habitum, Procurator videbitur.* lege tertia. §. primo. D. iudica. ſol. Eodem modo in Ædilitio edicto procurator accipitur. l. 1. & lege 25. §. procuratoris. D. de edilit. edicto.

In

In interdicto quoque vnde vi, ex sententia magis quàm ex verbis *procuratorem non eum tantum, qui legitimè procurator dicitur, omnium rerum eius qui absit, quasi penè quidam dominus, hoc est, alieni iuris vicarius, sed & quemlibet qui aliquid nostri negotij gerat, clientem videlicet, colonum, aut libertum, aut qui illam vim deiectionémque rogatum aut nomine nostro fecerit*, intelligi, eleganter Cicer. pro Cæcinna tradit. Atque adeo in plerisque librorum nostrorum locis is, qui sine mandato negotiis se alienis offert, & qui aliquid nostro nomine negotij nostri gerit, procurator vocatur, qui verus negotiorum gestor est. lege 34. §. si gener. l. 21. § vlt. lege 58. D. de sol. & l. 15. §. si quis absentis. D. de pet. hær. l. 9. §. si hæres. D. de lib. leg. l. 22. §. quod si. l. vltima. D. rem rat. hab. Quoties autem additur nomen, *Verus*, is duntaxat exaudiendus est, qui mandatum habet, & cui vel id ipsum quo de agitur, specialiter mandatum, vel totorum negotiorum administratio commissa & credita est. lege 40. §. 1. D. de procurat. lege 16. D. de iud. l. 1. in fi. D. quod iussu. l. 26. §. mandata. D. manda. l. 12. D. de solutionibus. lege 22. §. si procurator. D. rem rat. hab. lege 5. §. qui procuratorio. D. de noui oper. nunc. At in l. 1. §. quoties verus. D. de vi & vi arm. *Verus Procurator* is solùm accipitur, cui nominatim id mandatum est, vt & Accurs. illic notat. Vero *Procuratori* falsus opponitur d. l. 1. §. quoties, & §. cum autem. *Falsus* autem appellatur, qui mandatum non habet, aut qui sine mandato Procuratorio nomine quid facit. l. 1. in fi. D. quod iussu. l. 3. §. vlt. D. rem rat. hab. Interdum planè falsus procurator est, qui mala mente & intercipiendi animo procuratorem se simulat, & procuratoris personam induit. lege 44. §. 1. D. de furt. lege 14. in fi. D. de condict. caus. da.

Per Procuratorem emere. l. 23. D. de liber. cau.

Procurator in rem suam datus dicitur, cui in rem vtilitatémque suam mandatæ sunt actiones. l. 8. §. vlt. D. manda. lege 2. in fi. D. famil. erciss. l. 3. §. idem Labeo ait. D. de in rem vers. l. 24. D. de minorib. l. 3. §. idem aduersus. D. quod quisque iur. l. 8. C. de hæred. ven. Nam hic cum mandatas sibi & cessas ab alio actiones exerceat, procurator est, sed quia non in alienam, sed in suam rem, id est, commodum suum propriúmque lucrum actiones præstitæ sunt, lucrúmque omne & compendium eum respicit, idcirco in rem suã factus datúsve procurator dicitur. l. 4. C. de procuratorib. l. 25. §. vlt. eod. l. 4. D. de re iud. l. 1. §. in propria. D. quando appell. sit. l. 20. D. de appellationib. l. 14. D. de pact. l. 18. D. de compensatio. l. 6. C. de obligation. & action. Is qui nomen emit, in rem suam fit procurator. lege 1. C. de cõtrar. iud. tut. Venditor quoque ab emptore datus ad litem procurator, in rem suam datus videtur. l. 66. §. si secundum. D. de euictionibus. Huc pertinẽt quæ dicuntur, *in rem suam Procuratorem facere.* l. 6. C. de obligat. & action. *Si mihi hac actione cedas, & procuratorem me in rem meã facias.* l. 8. §. vlt. D. mandat.

Procurator in rem suam factus. l. 8. C. de hæredit. vel act. *In rem suam factus Procurator.* l. vlt. §. Titius. D. condict. dub. & *Procurator qui rem suam per cessionem action. &c.* l. 24. D. de minorib.

Item, *Procurator in rem suam datus, non in alienam, sed in rem suam factus.* l. 4. D. de re iudic. l. 8. §. si procurator. D. quib. mod. pign.

Procurator Cæsaris. l. ex concursu. §. 1. D. de appellat. l. ab execut. D. de appella. l. 16. D. de publican. lege 5. §. conductoris. D. de iure immunitat. in lege Dei. tit. 14. l. 25. Digestis de adquirenda vel omit. hæreditate. *Procurator Cæsaris vice præsidis fungetur.* lege secunda. C. de pœnis. & *Procurator Cæsaris vicem præsidis tuetur.* lege 4. C. ad l. fab. de plagiar. Item *Procurator Cæsaris non solùm cui rerum prouinciæ cuiuscunque Procuratio mandata erit, sed & is cui rerum quantumuis non omnium.* l. 35. §. 1. D. ex quib. caus. maior. huc spectat quod alibi dicitur. *Procuratores principum in prouinciis tenentur.* l. 32. D. ex quib. caus. maior. Idem & *Procurator Imperatoris appellatur.* in l. Valerius. vlt. D. de iure fisci. Qui autem procuratores Cæsaris, item Procuratoris patrimonij quale munus olim fuerit, exposui lib. 3. Select. Antiquit.

Erant & *Procuratores hæreditatium.* l. 32. D. de iure fisc. & in inscriptionibus *Procuratores vicesimæ hæreditatium.* Item *Procuratores rei dominicæ.* l. penult. de conuen. fisc. deb. lib. 10. C. Et *Procuratores domus dominicæ.* l. 8. C. vbi causæ fisc. Et *Procuratores summæ rei.* lege vlt. C. propt. pub. pensit. qui & *Rationales summæ rei*, vt in inscriptione l. 7. C. vbi causæ fisc. *Metallorum* item & *Baphiorum* & *textrinorum* seu *Gynæceorum* & *Linificiorum* & *bastagarum*, & *saltuum* erant procuratores, quorum in l. 4. C. de metallar. lib. 11. C. l. penult. de murilegul. eo. Et in Notitia Imper. Rom. fit mentio.

Procurator Reipub. l. 3. §. planè. & l. 5. §. idem ait. D. quod vi aut clam. l. 2. §. ad frumẽtum. D. de administr. rer. ad ciuit. pert. l. 7. C. ne de statu def. l. 30. D. de decurionib. lib. 10. C.

Procuratio locorum publicorum. l. 3. §. planè. D. quod vi aut clam.

Procurator etiam curator dicitur. l. vlt. D. de offi. procurat. Cæſ.

Procuratorum hæ differentiæ: verus, falſus, in rem ſuam, omnium, totorum ſeu vniuerſorum bonorum, ad litem, ad agendum. Vide l. 5. formularum.

Procurator cui omnium rerum adminiſtratio conceſſa eſt. lege 4. §. quæſitum. D. de doli mali except.

Verus Procurator falſo opponitur. l. 1. §. quoties. C. de vi & vi armata.

Procurator ſeuerus. l. 9. D. de minorib.

Procurator & actioni præpoſitus. l. vlt. §. vlt. D. qui potiores.

Procuratoris nomine. l. de pupill. §. qui pro curator. D. de operis noui nunt.

Procuratorem facere, l. 24. D. de adminiſtr. & peric. item *Procurator dicitur factus & datus.* l. 33. §. vlt. D. de procurator.

Procuratorio nomine agere, & ſuo, opponuntur. l. 3. D. famil. erciſc. l. 2. §. vlt. D. de except. l. 2. D. quand. appell. ſit. l. 1. §. vlt. D. de oper. noui nunt. & l. 5. §. procuratorio eodem. l. 31. & l. 34. D. de procur. Item, *Procuratorio nomine experiri.* l. 6. C. de procurator. *Procuratorio nomine repetere.* l. 23. D. rat. rem hab.

Procuratoriæ exceptiones. l. & id ea. D. de oper. nou. nunc.

PROCVRATORIÆ exceptiones vocantur, quæ procuratorio nomine agentibus opponuntur, ſiue quòd non eſſe hoc eis mandatum dicatur quod perſequuntur, ſiue quòd omnino procuratores eſſe, vel fieri potuiſſe negentur, vel ab eo dati dicantur, qui procuratoris dandi ius non habuit. l. 57. l. 62. D. de procuratorib. l. 2. & 3. D. de exceptio. l. 29. §. quædã. D. manda. l. 19. §. 1. D. de probatio. l. 39. §. penult. D. de dam. infect. §. penult. Inſtit. de ſatiſdatio. Quintilian. lib. 4. p. 76. Qua de re incidere crebrò in iudiciis quæſtionem. Quintilian. lib. 7. cap. 1. admonet. *Procurator,* ait, *alicuius pecuniam petit ex fœnore hæreditario. Poteſt incidere quæſtio, an huic eſſe procuratorem liceat. Finge nos poſtquam tractauimus eam remittere, vel etiam conuinci: quæretur, an ei cuius nomine litigatur, procuratorem habendi ſit ius.* Idem lib. 4. cap. penult. *vt contra petitionem pecuniæ malè petis. Procuratori enim tibi eſſe non licuit. Sed nec illi cuius nomine litigas habe procuratorem.*

PRODERE pro præuaricari. & per colluſionem aduerſario vel hoſti rem ſibi creditam detegere vel tradere. Sic *Prodere cauſam.* l. 1. D. de præuaric. l. 15. D. de iure fiſci. *Prodere cauſam & reum.* Paul. lib. 5. ſent. tit. 13. & *Proditæ cauſæ.* l. 1. §. vlt. D. de iure fiſci. Item, *Prodere inſtrumenta aduerſario.* l. 38. §. ſi quis. & §. inſtrumenta. D. de pœnis. hac ſignificatione & *Prodita inſtrumenta,* l. 1. §. is qui. D. de lege Corn. de falſ. l. 8. D. de extraord. crimin. Paul. lib. 5. ſentent. tit. 25. Item, *Prodere iura pupilli.* l. 2. C. de diuid. tut. & Prodidiſſe legem. l. 2. §. 1. D. ad l. Iuliam. Sic & *Prodita cuſtodia dicitur* in l. 14. in pr. D. de cuſtodia.

Et *Prodita ciuitas hoſtibus.* l. 10. & l. vlt. D. ad l. Iul. maieſt. & *Proditus exercitus hoſtibus.* l. 4. D. ad l. Iul. maieſt.

Proditus ab aduocatis. l. 18. D. de minor.

Proditores libertatis. l. 4. §. qui poſt. D. de re milit.

Prodere. .i. detegere & indicare.

Prodere fugitiuum. lege vlt. D. de cuſtod. & exhib. *Prodere indicia.* lege 6. §. 3. D. ad SC. Turpill.

Prodita mors. l. 39. D. ad l. falcid.

Proditiones. l. 1. §. cum quis. D. de quæſtion.

Prodere .i. conſtituere, edere, probare. Sic *Prodita actio.* l. 17. in pr. D. de furt. & *Proditæ actiones.* l. 5. D. de obligat. *Actiones quæ legibus Proditæ ſunt.* l. 11. D. de præſcript. verb.

Prodita iure probatio. l. 15. C. de liber. cau. & *Proditis iure probationibus.* l. 12. C. de probat. & alias.

Prodita iure iudicia. l. 15. C. de iure dot. & *ceſſantibus iudiciis Proditis.* l. 1. D. de præſcript. verb.

Contractus quorum appellationes nullæ iure ciuili Proditæ ſunt. l. 3. D. de præſcript. verb.

Proditum eſt. l. vlt. D. vſufr. quemad. cau. *Prodeſſe exceptio* dicitur in l. 55. D. ad SC. Trebell. Item, *Proderit exceptio.* l. 49. & l. 67. D. de fideiuſſ. *Profutura eſt exceptio.* l. 7. §. belliſſimè. & l. vlt. §. ſi ad. D. quod vi aut clam. & *Profuturam exceptionem.* l. 4. §. item. D. de doli mali except. *Prodigere* .i. conſumere. *Prodigere Pretium.* l. 1. §. ſed ſi. D. ſi quid in fraud. patron. Sic *Prodigatur, id eſt conſumatur.* in l. 18. D. de offic. præſ.

Prodigus eſt, qui neque modum neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilapidando & diſſipando profundit. l. 1. D. de cur. fur. *Euerſorem* appellat Caius lib. 1. Inſtit. tit. de tutel.

Solet

Solet & in libris noſtris hoc verbum circuitu deſignari, *is cui bonis interdictum eſt.* l. 18. D. qui teſtam. fac. poſſ. l. 6. D. de verb. oblig. l. 3. D. de nouationibus. l. 18. §. 1. & ſeq. D. de caſtr. pec. l. 10. D. de cur. fur. l. 9. §. idem quæri. D. ſi cert. pet. Nam *Prodigis per prætorem vrbanum bonis interdicebatur*, vt Paul. lib. 3. ſentent. tit. 1. Valer. lib. 3. cap. 5. & lib. 8. cap. 6. oſtendũt. Sic & *famæ ſuæ Prodigi* dicuntur in l. 1. C. de his qui pot. nom. *Prodigioſum.* l. 14. D. de ſtatu hom. *Prodire* in ſcenam. l. 1. & l. 3. D. de his qui notantur infam.

PRODVCI in ius, eſt ad Prætorem duci. l. 3. §. docere. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. 4. D. de l. Iul. de vi priua. Produci etiam teſtis dicitur. l. 23. & l. 24. D. de teſtib. l. penult. & vlt. C. eo.

Producere teſtem. l. 20. D. de quæſtion. & *Produci teſtes.* l. 23. & l. 24. D. de teſtib. Item, *Producit teſtis.* l. 21. D. qui teſt. fac. poſſ. *de domo Producere.* l. 1. §. ad quæſtionem. D. de quæſtion. *Producere de domo teſtes.* Paul. lib. 5. ſent. tit. 13. *teſtis Productus.* Liu. lib. 1.

Produci ſeruus. l. 2. C. ad exhibend. *Produci ad interrogationem ſerui.* l. 7. C. de quæſtion. *Produci ad libertatem.* l. 1. C. ſi mancip. ita fuer. alien.

Producere aduerſarium ad album. l. 1. §. 1. D. de edendo. & ſuprà, Producere in ius. & *Producere in publicum.* l. 3. §. ait prætor. D. de hom. liber. *Produci* quoque olim dicebantur, qui in ſcena populo ſpectandi præbebantur, atque exhibebantur. Sueton. in Nero. cap. 4. *Equites Rom. matronáſque ad agendum nimium produxit in ſcenam.* De quo & Seneca controuerſ. 3. lib. 7. *Diuus Iulius ludis ſuis nimium produxit.* Quintil. lib. 3. cap. 6. *Qui ſe prætori in hortis oſtenderat, nec erat productus, ſedit* 14. *ordinibus.* Plinius lib. 6. Epiſt. ad Geminium, *Proximis ſacerdotalibus ludis productus in commiſſione pantomimus, cùm ſimul theatro ego & Quadratus egrederemur.* Macrob. lib. 2. cap. 7. de Publio Mimo *cùm mimos componeret, ingentique aſſenſu in Italiæ oppidis agere cœpiſſet, productus Romæ per Cæſaris ludos omnes, qui tunc ſcripta & operas ſitas in ſcenam locauerunt, prouocauit.* Iuuenal. Sat. vlt. *Falſum citius Producere teſtem Contra paganum poſſis.* Et in inſcriptione Lanuuina, qua me humaniſſimus & omni doctrinæ genere politiſſimus Antiſtes Mõtiſpeſſulanus donauit. M. AVREL. AVG. LIB. AGELLIO SEPTENTRIONI PRIMO SACERDOTI SYNHODI APOLLINIS PARASITO ALVMNO FAVSTINÆ AVGVSTÆ PRODVCTO AB IMPER. M. AVREL. COMMODO.

Producere obligationem, id eſt protrahere & perpetuare. l. 91. §. ſequitur. D. de verb. oblig. Sic *Produci pactum ad perpetuam præſtationem.* dicitur in l. 52. §. vlt. D. de pact. Item, *Produci ad conſequentias.* l. 14. D. de legib. & *eo vſque Producendum.* l. 61. D. de furt.

PROFANVM Varro lib. 4. de lingua Lat. id eſſe ait, *quod extra fanaticam cauſam ſit, quaſi procul à fano & religione ſecretum.* Trebatius verò, vt Macrob. lib. 3. cap. 3. refert, *Profanum* id propriè dici tradit, *quod ex religioſo vel ſacro in hominum vſum proprietatémve conuerſum & promiſcuum humanis actibus accommodatum eſt.* Aggenus quoque Vrbicus in Commentar. Frontini, *Profanum*, ait eſſe *quod cum ſanctum eſſet, poſtea in vſum hominum & extra fanum venit.*

Profana ergo res ſacræ & religioſæ opponitur. l. 83. §. ſacram. D. de verbor. obligat.

Profanum & ſacrum etiam opponuntur. l. 6. §. ſacra. & l. 9. §. propria. D. de rer. diuiſ.

Et *Profanus* locus opponitur religioſo. l. 40. D. de religioſ. l. 73. D. de contrahen. empt. Item de *Profanis locis* agitur in l. 4. C. de relig. & ſumpt.

Profanum verò id eſſe etiam, quod quis ſibi priuatim ſacrum conſtituerit Marcia. tradit in l. 6. §. ſacræ. D. de rer. diuiſio. Agrum quoque purum monumento cohærentem profani iuris eſſe Impp. reſcripſerunt l. 9. C. de religioſ. & ſumptib.

PROFERRE interdum ſignificat edere & palam facere, interdum producere & pronunciare, aliquando etiam differre & prorogare.

Prolatum in notitiam. l. 1. D. de teſtam. milit.

Proferre in iudicium. l. 6. §. 1. D. ad SC. Turpill. *Proferri acta.* l. 45. §. quoties. D. de iure fiſci. *Prolatum iudicatum.* l. 3. C. quomodo & quando.

Proferre inſtrumenta. l. 7. C. ad l. Cornel. de falſ. *Proferri inſtrumentum venditionis.* l. 39. D. de pignerat. act. *Proferre inſtrumenta apud iudices.* l. 34. D. de leg. com. de falſ.

Proferri chirographum. l. 3. §. 1. D. de iure fiſci.

Proferre rationes. l. 1. §. officio. D. de tut. & rat.

Prolatis. i. productis teſtibus. l. 6. D. de quæſtion.

Prolatum iuſiurandum. l. 3. C. de in litem iur.

Proferri teſtamentum. l. 4. D. de condict. indeb. l. 1. C. quemadm. teſtam. l. 70. D. de acquir. vel omitt. l. vlt. C. de ſucceſſ. edict. Item, *Proferri tabulæ.* l. 47. D. de leg. 2. l. vlt. D. de tab. exhib. l. 22. D. de acquir. vel omitt. lege 1. §. ſufficit. D. de bonor. poſſ. ſec. tab. & *Prolatæ tabulæ*,

Paul.lib. sentent.tit.25. *Proferre tabulas testamenti.* Paul. lib.4. tit. 7. & *Prolatæ tabulæ testamenti.* l.9. §. Item si. D.de dolo.

Proferri scriptura. l. 35. D.de testam. milit. & *Prolata scriptura.* l. 5. C. de codicill. l. 1. C. de sent. præfect.

Proferri codicilli. l. 12. D. de transact. Et Proferri tabulæ. l. 1. §. 1. D. de dolo. *si postea codicilli Proferuntur.* l. 12. D. de interrogat. Item, *Prolati codicilli.* l. 2. D. de condict.deb.l. 101. D. de leg. 1. & *Prolatis postea codicillis.* l.21.D. de except. rei iudic. Denique si *nihil Prolatum esset præter codicillos.* l.37. §.1.D.de legat.3.

Proferre inuentarium. l. 4.C.de in lit.iur.

Proferri legata. l. 12.§. vlt. D.de legat.1. Item, *Proferebat legatarius.*l.97.D.de legat.3.

Proferre. i. pronuntiare *sententiam.* l. 26. & l. 36. D.de re iudic. l.1. D.de feriis. l. 36. & l. 57. D. de re iudic. l. 1. C. de condict. furt. l. 9.C.de accusationib. & l. 1. C. ad l. Corneliam de falsf. Vlp. tit. de solidi capac. Item *Proferri sententia.* l. 1. §. quod in. D. quando appell. sit. l. 23. D.de inoffic. test. & l. 45. §.vlt. D.de re iudic. Item *Prolata sententia.* l. 19. D. de appellation. l. 9. C.de sentent.pass. l. 1. C. famil. erciscund. l.1. C. si aduers. rem iudic. & *Prolatæ sententiæ.* l. 7. §. 1. D.de interdict.& l.1.D. quando appellandum sit.

Prolatio sententiæ. l. 19.C. ad l. Iul. de adult.

PROFERRE *diem*, id est, prorogare.l. arbiter & l. Labeo. l. si cum dies. l. diem proferre. l. non distinguemus. §. dies. D.de recept. qui arbitr.&c.qui arbitr. Liuius lib.22. *Legati missi ad stipendium cuius dies exierat poscendum aut si diem proferre vellet obsides accipiēdos.* *Proferre diem soluendæ pecuniæ*, id est differre. l.Firmio. 26. D.quando dies legat. ced. Item *Proferre diem legatorum.* l. 74. D. de legat. 2. Sic *Proferri dies*, id est prorogari. l. 12.D.de legat.1. l.26.D. quãdo dies legat. & *Proferri dies pacto.* l.4.D.de distract. pignorum. Item *Proferre rem dissimulatione.* l. vlt. C. de vsuris pupillar. *id est protrahere.*

Prolatum tempus. l. 26. D. quando dies legatorum. *Proficere exceptionem.* l. 16.D.de except. rei iudic. & *Profuturam exceptionem.* l. 42.D.de act. empt.l. 54. §.1. D.locati.l.54.§.1.D.locati. *Proficere præscriptionem.* l. 6. C.de relig. & sumpt.

Proficere hæredibus & hæredum commodo. l. 88.§ 1.D.de leg.2.

*Proficisci fideicommissa.*Vlp.lib. reg.tit.de fideicomm.

Profecta in rem pecunia. l. 3. C.quando ex facto. *Profecta à patre dos.* l.4. C. soluto matrimo. *Profectitia dos.*l. 6.C.de iure dot.& l.4.C.de collation.

PROFECTITIVM peculium dicitur quod à patre aut aliunde patris contemplatione filio prouenit. de quo in l.38. D.de condict.indeb. Vet. Glossar. Græc. τὸ μετὰ τῶν πατρώων πραγμάτων ἐπικτηθὲν ἢ δι' ὑπεξουσίαν.

*Profectio necessaria.*l. 18. D.de iudic. l. 5.D.de condict.cau.dat. *Profiteri capere se non posse.* l. 1.D.de iure fisci.

PROFITERI, censum edere significat apud Vlpian. in Institut.tit 1. Inde *professio censualis*, de qua item & de Natali lib. 2. Select. Antiquit. abundè diximus. Ammian. Marcellin. lib.19. Censuali professioni specioſa fiducia releuatæ. *Profiteri agrum.*l.4.§.Is verò.D.de censib. *Profiteri censum.* Vlp.lib.4 tit. 1. de *Professione censualis fit etiam mentio.*l.7.C.de donation. Item natalis. Item mercium. Item solutæ pecuniæ.

Profiteri ad publicanum. Varro lib.2.de re rust.cap. 2. & Quintilian. Declamat.pa.52.*Profiteri merces* est apud publicanos eas insinuare tributi pro his debiti exsoluendi causa. l. vlt. §. Diuus. & §. si quis professus. D. de publican. l. 3. C. de vectig.& commiss. Quintilian. Declamation. 341. *Quod quis professus non est apud publicanos pro commisso tenetur.* Idem etiam declamat. 349. talem legem fingit *Publicano scrutari liceat quod quis professus non fuerit, perdat.* Vnde *Professiones* quod D. Lucas cap.2. ait ἀπογράφεσθαι hoc vetus interpres profiteri vertit.Item *Professiones.* in l.2.D.de censib. l.3.C.de vectigal.l.vlt.§.si quis.D.de public.

Sic quoque pro insinuationibus mercium apud publicanos. Tertullian. Apologet.cap.43. accipit. *Vt si ineatur quantum vectigalibus pereat fraude & mendacio vestrarum professionum facile ratio haberi possit.*

Profiteri etiam in l. 3.§.penult.D.vbi pupil.educ.est pupilli pecuniam prætori edere vt professionem edere peculij in l. 19.D.de pecul.legat.

Profiteri indicium in l.1.D.ad leg. Cornel.de sicar.& l.ætates 24.D.de falsf. Cæsar libro 4. de bello ciui. *Item Calfurnium Sabinum qui profitetur indicium coniurationéque numerum auget.* Q. Curt. lib.8. *Nec cunctatus Eurylochus non ex toto domum suam auersari deos dixit, quia frater ipsius quanquam impium facinus ausus foret, tamen & pœnitentiam ageret, & per se potissimum Profiteretur indicium*

dicium. Macrob. in Somnium Scipionis cap.1. *Quicquid emensis inter vtramque vitam diebus egerat, viderat ve tanquam publicum Professus indicium humano generi nuntiauit.* Salluſt. in bello Iugurth. *Sed ipſe deprehenſus multis hortantibus, & in primis Albiano Conſule indicium* Profitetur. Sueton. in Domitia. cap. 17. *Profeſsúſque conſpirationis indicium, & ob hoc admiſſus, legenti traditum à ſe libellum & attonito ſuffodit inguina.* Plinius lib.3. epiſtol. ad Nepot. *Eadem apud Claudium vxori Scriboniani cum illa Profiteretur indicium, Ego, inquit, te audiam cuius in gremio Scribonianus occiſus eſt?* Vnde fit, vt pro, *Confiteri indicia, profiteri* legendum putem in l. 3. §. item is cuius. D. ad leg. Corn. de ſicar.

Profiteri libello. l. 21. D. ratam rem habere. *Profiteri apud eum cuius iuriſdictio eſt,* in lege Dei. tit. 4.

Profeſſa apud magiſtratum. l. cum quis. 37. D. de legat. 3.

Profeſsio facta. l. 42. §. vlt. D. de iure fiſci.

Profeſsio excuſationis. l. 6. C. de excuſat. tut. *Profeſsio natalis.* l. 6. C. de fide inſtrum. *Profeſsio ſcilicet natalis.* l. 15. C. de liber. cau. *Profeſsio ſolutæ Pecuniæ.* l. 14. C. de ſolution. & *Profeſsiones diuerſæ.* l. 13. D. de probat.

Profiteri artem in lege Dei, tit. 15. quod vulgatum eſt. Inde *Profeſſores*, qui artes liberales profitentur. Quorum nomine neque medicos, neque philoſophos neque iuriſperitos contineri traditur in l. 1. cum ſeq. D. de var. & extraord. Rubr. de profeſſorib. & medic. lib. 10. C. Sed & argentariorum & aliorum omnium vitæ generum profeſsio dicitur in l. 6. §. prætor. l. 9. §. 1. D. de eden. l. 26. in fi. C. de epiſc. & cler. Sic *Profeſsio artis & ſcientiæ.* apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 23. & in lege Dei. tit. 15.

PROFLIGARE, id eſt, exigere tributa in pleriſque Imperatorum noſtrorum reſcriptis. l. vlt. §. & adeo. C. de vſur. rei iudic. l. ſancimus. in princ. C. de fideiuſſor. lege 7. C. de offic. rect. prouinc. l. iudices. de ann. & tribut. lib. 10. l. 3. de execut. & exactor. l. 4. in fi. ne colla. tranſlat. poſt. C. Theod. Vide Cuiacium. Id verbum notatur in Indice poſtremorum Codicis librorum & ipſi tribus.

Profluere aqua ex fonte. l. 6. C. de ſeruitut. *In Profundo* eſſe res. l. 15. D. de legat. 3.

PROGENER. Sueton. in Auguſt. cap. 19. & Auſon. pag. 65. Progener Tacitus lib. 20. *Auo neptis vir progener eſt, vt auus neptis marito proſocer. Progener Cæſaris.* Tacit. lib. 5. & in inſcriptionibus p. 25. Tacitus lib. 3. *Cæſari Progener deſtinatus.*

Programmate admoniti. l. 6. C. de remiſſ. pignor.

PROHIBERE. *per Prætorem prohibere.* l. 3. §. 1. D. de oper. noui nunt.

Nihil Prohibet. l. 41. D. de ſolution.

Prohiberi honores. l. 2. §. nullum. D. de donation. *Prohiberi honoribus.* lege 6. §. ſi quis. D. de muner. & honor. *Prohiberi à poſſeſsione.* l. 1. §. ſi domini. D. ne vis fiat ei.

PROHIBET *vti frui, qui vi deiicit vtentem & fruentem, aut non admiſit eum, cùm ex fundo exiſſet non vſusfr. deferendi cauſa.* l. 3. §. vti frui. D. de vi & vi arm. *Aedificare verò prohibet, & qui prohibet eam materiam conuehi, quæ ædificationi neceſſaria ſit, aut qui operi neceſſarios venire prohibet.* l. 1. §. penult. D. de mort. infer. *Prohibetur verò poſsidere, & qui in ſolo ædificare prohibetur.* l. pen. §. 1. D. de acquir. poſſeſſ. *Prohiberi quis intelligitur, quominus faciat, ſi quolibet actu prohibentis, id eſt, vel dicentis ſe prohibere, vel manum opponentis, lapillúm ve iactantis prohibendi gratia.* l. 19. §. 1. D. quod vi aut clàm. *Prohibitoria interdicta* ſunt quibus Prætor vetat aliquid fieri. l. 1. §. interdictum. & l. 2. D. de interdict. l. 1. D. vti poſſidet. §. prohibitoria. Inſtitut. eod. tit. & l. 1. D. de cloacis. l. 2. & ne quid in loco publ. Prohibitorium edictum. l. mutus. 43. Digeſtis de procuratoribus.

De Prohibitorio interdicto etiam in l. 20. §. deinde. D. de oper. noui nunt. l. 1. §. 1. D. de itin. act. & l. 1. D. de aqua quotid. & l. 1. §. 1. D. de mort. infer. l. 1. D. de precario. l. 3. §. prætor. D. ne vis fiat ei. l. 1. D. de itiner. act.

Prohibitus muneribus dicitur is cui muneribus interdictum eſt. l. 7. §. vlt. D. de interdict.

Proiicere in noſtrum. l. 5. §. meminiſſe. D. de oper. noui nunt.

PROIICIENDI ſeruitus ius eſt, extra tectum mæniana proiiciendi, &, vt Theophil. in §. æquè. Inſtitut. de actionib. interpretatur, Δίκαιον τῦ ὑπερκεῖσθαι ἐξωθεῖν κατὰ τῦ μεσάυλου. l. 1. & l. 2. D. de ſeruit. vrba. l. penult. D. ſi menſor. fal. mod. Itaque Lexicon Latinograecum proiecta tecta interpretatur ἀναπεταμένα, ἀνάτασιν ἔχοντα ἐπ' οἰκείαις. Inter *Proiectum* verò & *Immiſſum* hoc intereſſe Labeo rectè dicebat, quòd Proiectum eſſet id, quod ita protenderetur, vt nuſquam quieſceret, qualia mæniana & ſuggrundæ eſſent. *Immiſſum* autem quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret. l. 242. §. 1. D. de verbor. ſignific. & ideo Proiicere

& immittere ſeparantur in l. 5. §. meminiſſe. D. de noui oper.nunc. *Sic Proiectum tignorum* intelligein l. vlt. §. vlt. D. de ſeruit. vrb. & *Proiectum tectum* apud Ciceron. Topic. & *Proiecta* in l. 8. D. de contr. empt. l. vlt. §. penult. D. quod vi aut clam. l. 3. §. item videamus. & §. Labeo. D. vti poſſid. *Proiectum*. dicta l. 3. §. item videamus. §. Labeo. D. vti poſſid. *Proiectio ſupra vicini ſolum*. ibidem. Vetus Gloſſar. Græc. *Proiectum*, τὸ ἐξέχον ὥστε ὑπιπτεῖν αὐτῷ ἐξωσθῆναι.

Proinde pro perinde. l. 15. & l. 29. D. de lege Corn. de falſ.

Proinde ac ſi in lege Dei. tit. 8. *Proinde atque*. Vlp. lib. regul. tit. de liber.

Prolapſa. l. 9. §. Alfenus. D. de damno inf.

Prolator tabulæ. l. 11. §. ex cauſa. D. de interrogat. Vide in Proferre ſuprà.

Prolato teſtamento. l. 3. D. de tranſaction.

Prolatis codicillis. l. ſi ſeruo. D. de legat. lib. 1.

Prolata ſententia. l. 4. §. ſi quis. D. de re iudic.

Prolata die. l. 27. §. vlt. D. de lege Corn. de falſ.

PROLETARII in 12. tab. quinam dicerentur Agell. lib. 16. cap. 10. ita explicat. *Qui in plebe Romana tenuiſſimi pauperrimique erant, neque amplius quàm mille quingentûm æris in cenſum deferebant, Proletarij appellati ſunt.* Et paulò pòſt, *Et non capitis cenſum ſed proſperiore vocabulo à munere officióque prolis edendæ appellati ſunt, quod cum re familiari parua minus poſſent Rempubl. iuuare, ſobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent.* Extat apud me libellus quidam Eadmundi Anglorum regis in quo cum de Anglis & oriundis ageretur ita ſcriptum eſt. *Qui cum ſæpius bello laceſſiti ſe & ſuos defenſarent fortiter: illi verò ignauiæ operam dantes quaſi Proletarij ad ſolam voluptatem domi reſiderent.* Vnde Remigius in Commentariis Martiani Capellæ notat ore ſuo *vxorios* dictos huiuſmodi ſceleratos qui gignendæ proli inſeruirent. Agell. lib. 12. cap. 8. *Claſſicus adſiduuſque* aliquis ſcriptor, non proletarius.

Prolixæ ætatis homines. l. 5. §. quibuſdam. D. de iure immunit.

Prolixior tractatus. l. 13. §. 1. D. ad SC. Trebell.

Prolixioris temporis ſpatium. l. 45. §. fiſcalibus. D. de iure fiſci.

Prolixitas temporis. l. 22. §. ſed etſi. D. ad SC. Trebell. l. 9. C. de poſtlim. reuerſ. Item *Prolixitas temporum*. l. 3. C. de præſcr. long. temp.

PROMERCII cauſa haberi dicuntur, quæ in hoc habentur, vt veneãt. l. 3. §. item is cuius. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 41. §. ſed ſi quis. D. de legat. lib. 1. l. 2. D. de vi publ. Paul. lib. 5. ſent. tit. 23. *Vnde Promercales* res, id eſt venales, in l. 4. §. item ſi quis. D. de penu leg. l. 10. D. de impenſ. in res dot. Et apud Columellam lib. 1. cap. 8. & lib. 11. cap. 1. Et apud Sueton. in Iulio cap. 54.

Promere ſcripturam. l. 1. C. de ſolut. & liber.

Promptam probationem habere. l. 1. C. quando prouoc.

Promptum eſt. l. vlt. D. de adim. leg.

In Promptum contradictio eſt. l. 72. §. 1. D. de ſolution.

In Promptu eſſe. l. 19. D. de acquir. poſſeſſ. *In Promptu eſt dicere*. l. 10. §. vlt. D. de capt.

Promptuarium. l. 4. §. 1. D. de penu leg. *Promerere*. l. 20. D. de manum. teſtam. *Promereri officio debito*. l. vlt. C. de alien. lib.

PROMISCERI. l. 3. §. quid ergo ſi bonis. D. de ſeparation.

PROMISCVA *condicio* dicitur l. ſi iam facta. D. de condit. & demonſtrat. & *Promiſcuus* vſus l. quanuis. C. de furt. l. cæterorum. D. de vſu & habitation.

Promiſcua facultas. l. 14. §. gerendorum. D. de munerib. & honor. *Promiſcuæ vtilitates*. l. 5. §. quibuſdam. D. de iure immun. *Non Promiſcuæ conditiones*. l. 11. §. vlt. D. de condic. & demonſtr.

Promiſcui vſus. l. 45. & l. 49. D. de legat. 3. & l. 17. C. de furt. l. 8. D. de vſu. & habit.

Promiſcuè appellare. l. 6. §. 1. D. ad l. Iul. de adult. *Promiſcuè vti*. l. 4. §. 1. D. de penu leg. id eſt *communiter*. l. 1. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ.

PROMITTERE dotẽ. l. promittere. D. de iur. dot. videlicet per ſtipulationem. Vide Vlp. in tit. hunc.

Promiſſio dotis. l. vlt. D. de doli mali except. l. 97. D. de ſolut. & ex Promiſſione. D. de obli. & action.

Promittere bonorum poſſeſſionem. l. 2. D. vnde cognati. & l. 3. D. de collat. bonor. & *Promitti bonorum poſſeſſio*. l. 3. §. 1. D. de Carbon. edict.

Promiſſor. l. 15. §. vlt. D. de vſucap. l. 2. D. de verb. oblig. l. 5. §. vlt. D. de damn. infect. Promiſſor appellatur qui ſtipulanti ſpopondit. l. ſi ſtipulatus. §. 1. & l. qui hominem. §. ſi duo. D. de ſolu-

solutionib. l. cum filiusfamilias. §. si stipulatus. l. seruus & l. nemo. §. vlt. D. de verb. oblig. l. 30. D. de fideiussorib. Ita *Stichi Promissor.* in l. interdum. §. Stichi. D. de verb. obligat. *Quibus ita Promissis.* l. proponebatur. D. de castr. pecul. Item *Promissor serui.* l. 72. §. vlt. D. de solutionibus.

PROMITTERE ponitur pro Repromittere in l. 8. §. quod si nunciauero. D. de oper. nou. nunc. l. quamuis 10. D. de damn. infect.

Promissionis verbum & ad nudam promissionem siue pollicitationem & ad sponsionem refertur. l. 19. §. 1. D. de ædilit. ed. l. 1. D. de iur. dot. l. 1. §. eum qui. D. de const. pec. l. 132. D. de verbor. obligat. *Planè si scriptum in instrumento fuerit promisisse aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione præcedente responsum sit.* §. si scriptum. Instit. de inutilib. stip.

Ex Promissu meo. l. 18. §. vlt. D. depos. *Promulgare* sententiam. l. 3. C. de funer.

PROMVTVVM in l. 40. §. item quæro. 5. D. de statulib. & in l. 16. §. item cùm quidem. D. loca. si modò lectio integra est.

Proniores ad lenitatem. l. 11. D. de pœnis. *Pronior* esse debet Prætor. l. 7. §. si pater. D. de rebus eorum.

PRONVNCIARE palam & apertè exprimere est. l. 11. §. qui autem. D. de actio. empt. l. l. 31. §. 1. D. de ædilit. edict. l. 69. §. 1. D. de euictio. l. 15. §. 1. D. de statulib. quibus in locis venditores conditionem rei, quam vendunt, Pronunciare dicuntur. Eodem in significato Latini auctores *Pronunciandi verbo vtuntur pro palàm aliquid pollicitum & promissum significantes.* Sic *Pronunciare nummos* apud Sueton. in Iulio cap. 19. & *Pronunciare epulum apud eundem* in eiusdem vita cap. 25. Et *Pronunciare donatiuum militibus* in Galba, cap. 16. *Et Pronunciare tesseras* in Domitia. cap. 4. ad fi. *Et pronunciare præmia militibus*, apud Liuium lib. 2.

Pronunciasse præterea sententiam ferre significat. l. 59. §. 1. l. 60. D. de re iudic. l. 37. D. de auro argen. Inde *Pronunciatus hæres patronus, filius, libertus, seruus* dicitur, qui talis iudicatus, & per sententiam declaratus est. l. 9. §. 1. D. de in ius voc. l. 8. D. de his quæ vt indign. l. 8. C. de sent. & interlocut. l. 11. D. de adm. tut. l. 29. in fi. D. de liber. cau. *Pronunciatus ingenuus.* l. 3. & l. 4. D. de collusione detegend. & l. 1. D. de ingen.

Pronunciasse autem & statuisse dicimus eos, qui ius habent cognoscendi. l. 215. D. de verbor. signific. Sic *Pronunciauit imperator.* l. 38. D. de fideicommis. libert. & *Pronunciare prætor* dicitur l. 5. l. 20. l. 22. §. vlt. & l. 26. *Pronunciare subuentum.* D. de fideicomm. libert. Item *Pronunciauit præses.* l. 19. D. de fideicom. libert. Sic *Pronunciare iudex* dicitur l. 1. D. quæ sentent. sine appell. l. 1. C. de codicill. l. 35. D. de acquir. poss. inde *Pronunciatio iudicis.* l. 1. D. de re iudic. & l. 37. D. de excusat.

Pronunciare contra vel secundum aliquem. l. si seruus. §. 1. D. de legat. lib. 1. Item *Pronunciari secundum aliquem, vel contra eum.* l. 5. C. de petit. hæred. *Pronunciare de libert.* l. 47. §. si Sticho. D. de manum. test. & *Pronunciatus liber.* l. 4. l. 27. C. de liber. cau. Item *ingenuus Pronunciatus est.* l. 8. §. si liber. D. mandat. l. 58. & l. 67. D. de condict. indeb. l. 4. D. de accusat. l. 3. & l. 4. D. de collus. detegend. & *Pronunciata libera.* l. 25. C. de euiction. Sic *Pronunciatus est seruus.* lege Caius Seius. 23. D. de manumissionib. l. 31. C. de liber. cau. l. 19. D. qui & à quib. Item *Pronunciata serua.* l. 10. C. de iniur. denique *Pronunciatus non esse seruus.* lege 5. Codice de ord. cognit.

Pronunciatum secundum testamentum l. 22. §. 1. D. de inoffic. test. *Pronunciatum falsum testamentum.* l. 47. D. de manum. test. *Falsum testamentum Pronunciatum.* l. 4. C. de bonor. possess. secund. tab. *Pronunciatum inofficiosum testamentum.* l. 4. C. de inoffic. testam. *Pronunciatum fideicommissum sine scriptura.*

Falsi *Pronunciati codicilli.* l. 1. C. de fideicomm. libert.

Pronunciare hæredes. l. 25. D. qui test. fac. poss. Sic *Pronunciatus exhæredatus.* l. 12. §. si quis. D. de bon. libert. Item *Pronunciato indigno hærede.* l. 8. D. de his quæ vt indign. aufer.

Pronunciare rem domini mei esse. l. 6 §. sed etsi. D. de confess.

Pronunciatus modus. l. 69. §. vlt. D. de euict.

Pronunciare contra aliquem. l. 3. §. idémque. D. de reb. cor. inde *Pronunciatio condemnationis.* l. 1. §. vlt. D. ad SC. Turpill. *Pronunciatum aduersus eum.* l. 122. §. vlt. D. de verb. oblig. *Pronunciari calumniatores.* l. 6. C. de calumniat.

Pronunciari de appellatione. l. 1. §. 1. D. nihil innou. & *ex appellatione Pronunciare.* l. 25. D. pro so.

Pronunciationis verba. l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpill.

Pronunciatum de iure. l. 35. D. de act. empti. *Pronunciatum rectè vel perperam.* l. 8. §. sed si quæratur. D. si seruit. vindic. & *per collusionem Pronunciatus.* l. 4. D. de collus.

Pronunti esse contra constitutionem. l. 1. C. ad l. Iul. maiest.

Ex ipsa Pronuntiatione apparet. l. 74. D. de verb. oblig.

Item *Pronunciare* emptores & venditores dicuntur cum laudant rei suæ conditionem, pactáque conuentioni adiiciunt. sic *Pronuntiat emptor.* in lege, ex empto. §. qui autem. D. de action. empt. venditor. l. 69. D. de euict.

Pronunciare etiam in scena actores dicuntur. l. 1. D. de his qui notan. infam. Plin. lib. 7. cap. 48. *Luceia mima centum annis in scena pronuntiauit.* Sueton in Caligul. cap. 54. *vt ne publicis quidem spectaculis temperaret quominus & tragœdo Pronuncianti concineret.*

Pronuntiare vetus Glossar. Græc. τῷ ἀποφασιν δοῦναι τῆς δικαίας.

Pronuntiatio sermonis. l. 195. D. de verb. signif.

Pronuntiatum contra. Paul. lib. 5. sentent. tit. 83. Item *Pronuntiatum est.* l. 53. D. de manum. testamen.

PRONVRVS est nepotis & pronepotis vxor. l. Nurus. D. de verborum sig. προγύμφιον Græci interpretes vocant. l. 8 §. si quid. D. de legat præstand. Ouid. epist. 16. heroid.

PROPAGATIONES. Fest. Pomp. & Propagatio, vet. Gloss. προπαπυγμός.

Propagare vites. l. 3. D. de impens. & Propagare vineas. l. 12. D. eod.

PROPE est, locatio Iureconsultis familiaris, quæ licèt dubitationis speciem habeat, affirmat tamen & definit. l. Cum fidei. D. de fideicommiss. libert. l. 95. §. penult. de solut. lege 71. §. Titio. D. de conditio. & demonstr. l. 5. §. à barbaris. D. de re militari. l. liber homo. D. de verb. oblig. l. si seruus communis. D. de stipulat. seruorum. *Prope est vt.* l. 19. §. 1. D. ad SC. Vell. Paul. lib. 2. sent. tit. 27.

Prope furtum est. l. 67. D. de furt.

Prope confinium. l. 7. §. vlt. D. de acquir. rer. dom. *Propior gradus & vlterior* opponuntur ex lege Dei. tit. 16. sic *Propior gradus* in l. 1. de leg. Iul. repetund. & *Propioris gradus liberi.* l. 11. C. de quæstion. Item *Propior sobrinus*, id est consobrina natus. l. 2. C. vnde legatum.

Propius sobrino. l. 2. C. comm. de succes.

PROPIVS Sobrino, Propius Sobrina, hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ, filius, filia, hoc est, patris matrísve eius de cuius cognatione quæritur, consobrinus, consobrina, siue frater patruelis, vel amitinus, vel amitina. l. 1. §. vlt. & l. 2. D. de gradib. & affi. §. quinto. Instit. de gradib. cognat. Paul. in l. vlt. D. de gradibus. *Patrui magni filius*, ait, *ei de cuius cognatione quæritur, propius sobrino vocatur. Nam*, vt & *Masurius* ait, *eum quis appellat propius sobrino, qui est patris matrísve consobrinus aut consobrina.* Similiter Festus lib. 14. *Propius sobrino*, ait, *mihi est consobrini mei filius, & consobrinæ meæ filia, & patris mei matrísve meæ consobrinus.* Imper. in l. 2. C. vnde legi. *priorem sobrinum* interpretatur, *natum ex consobrina.* Et ita in l. 2. C. commu. de succes. in V. C. *Propiori sobrino* scriptum est, licet impressi *Propius* habeant. In Theophilo verò mendosè πρόπειος κουσοβρῖνος legitur.

Propius tempus & longius opponuntur. l. 17. D. de pact. dotal. sic *Propiore tempore* in l. 17. D. de pact. dotal. Dicunt etiam Iureconsulti *Propius* est pro *magis est.* l. 140. D. de verbor. obligation. l. 18. D. de in rem vers. l. 31. l. 38. in fi. D. de act. empt. l. 54. in fi. D. de hæred. instit. l. 67. D. de iure dot. l. penulti. §. conductores. D. de iur. immunit. l. 124. D. de legat. 1. l. 1. §. denique. D. quod vi aut clàm. l. 29. D. de vsucap. l. 5. D. de precar. l. 125. D. de verb. signific. & l. 23. D. ad SC. Trebell. l. 25. & l. 32. D. de reb. cred. & l. 36. §. vlt. D. mandati. & l. 44. D. de donat. inter vir. & l. 3. §. conditores. D. de iure immun. Vtuntur & in eodem sensu voce *Propemodum.* l. 6. D. vt in possess. legat. l. 113. D. de verb. obligationib. l. 18. D. rat. rem hab. l. 88. D. de verbor. signif. *Propius est vt existimem.* l. Proculus. D. de iure dot. l. 14. in fi. D. de acquir. rer. domin. l. pluribus. D. de verborum obligat.

Vt propius accedamus. l. 13. §. cum ita. D. de reb. dub.

PROPENSIOR animus. l. 14. D. de manumiss. vindict. & Propensior affectus in lege 3. in fin. D. quod falsi. tutor. Propensiore ira. l. 2. §. si semel. D. ad leg. Iul. de adulter. & alibi *Propensiore affectu.*

Propensiores esse. l. 47. D. de oblig. Nimis *Propere.* l. 1. C. de execut. rei iudic. *Prophanus* locus opponitur *sacro & religioso.* l. 83. §. sacram. D. de verb. oblig. vide *Profanum. Propinqua mors.* l. 3. D. de donat.

PROPONI dicebantur, quæ vt oculis ciuium paterent, in publico proponebantur. Ita edicta proponi dicebantur: sic *Proponere edictum* in l. Annonam. de extraordinar. l. qui nomine. D. ad l. Cornel. de falsi. l. 1. si famil. furt. fec. dic. lege 1. §. 1. D. de publican. l. 13. D. de iure fisci.

Propositum

Propositum edictum. l. 53. & l. 54. D. de re iudic. l. 25. D. de l. Cornel. de falſ. lege 8. D. de quæſtion. & *Proponitur edictum.* l. 1. D. de hom. liber. Sic & *Propoſita edicta.* l. hodie. D. ad leg. Corn. de falſ. & *Propoſitio edicti.* l. 7. D. de iuriſdict. l. 4. D. quib. ad libert.

Proponere interdictum. l. 1. §. 1. D. de ſuperf. l. 1. D. ne quid in loco publ. & l. 20. Digeſtis de oper. noui nunt. & l. 1. D. de migrando. l. 1. D. vt in flum. pub. & l. 1. D. ne vis fiat ei. & *Proponit interdictum Prætor.* l. 1. D. ne quid in flum. publ. Item *Proponi interdicta.* lege 1. C. de interdict. & l. 1. C. quorum legat. l. 1. D. vt in flum. publ. l. 1. §. nunciamus. D. de oper. noui nũtiat. & *Proponitur interdictũ.* l. 1. D. de liber. exhib. & *Propoſito interdicto.* l. 1. C. de liber. exhib.

Proponit iudicium prætor. l. vlt. §. prætor. D. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ.

Proponere actiones Prætor. l. 1. D. de contr. tut. & l. 1. D. de eo qui.

Et *Propoſita edicto actio.* l. vlt. C. de luitione pign. Inde & *actiones Proponi* dicuntur, quoniam in albo ſcriptas & in edicto Prætor in publicum edebat, vt ex l. 1. C. de interdict. & §. namque. in fi. Inſtit. de action. patet. & *Proponere exceptionem.* l. 4. §. metus. D. de doli except. Proponere etiam ſtipulationes Prætor dicitur eas, quæ ex ipſius iuri dictione veniunt. lege 52. D. de verbor. obligat.

Proponi etiam à Iureconſultis dicuntur quæ à conſultoribus referuntur conſilij accipiendi gratia, vt in reſponſis Scæuolæ, ſæpè ſecundum ea quæ Proponerentur. Sic & Proponendi verbum in l. ſed etſi. §. ſed etſi proponas. & l. proponebatur. D. de iudic. Huc refer verba.

Propone. l. 2. §. vlt. D. de ſuis & legit. & Proponamus. lege 21. §. vtrum. D. ad SC. Tertull. *ſi Proponas.* l. 1. §. 1. D. de action. empti. l. 5. D. de iure dot. l. vlt. D. de tign. iunct. l. 16. §. idem. D. ad SC. Trebell. l. vulgaris. §. certè. D. de furtis. *ſed ſi proponas.* l. 3. §. ſed ſi proponas. D. de leg. præſt. *ſi mihi Proponas.* l. 12. D. de ſolution. *Proponamus.* l. 26. §. vlt. D. de fideicom. libert. l. 1. §. vtrum. D. ad Senatuſcon. Tertullian. *Proponi.* l. 3. D. qui teſt. fac. poſſ. *Propoſuerit.* l. 46. §. hæc actio. D. de furt. *Nihil Proponi.* l. vlt. D. de ſuſp. tutor. *Nihil Proponi ait.* l. filius. D. de ſolutionibus. *ſi Proponatur.* l. 17. §. ſi iuſſu. D. de iniur. *ſi duo Proponantur.* l. ſeruo. D. de ſolut. *ſi vt Proponatur.* l. ſi vt. D. de fideiuſſor. *Proponebatur.* Inſtit. de iur. nat. l. 2. D. de magiſtr. conuen. & l. proponebatur. D. de iudic.

Proponi etiam dicebantur quæ Imperatoribus prudentibúſve in facti ſpecie enarrabantur, prout ex facto acciderant. fortè, inde illa, *cum Proponis, ſecundum ea quæ Proponerentur, & in Propoſito*, quæ fuiſſe in Imperatorum reſcripris prudentiúmque reſponſis recepta verba abundè docui lib. 3. de form.

Sic *in Propoſita cauſa.* l. 87. §. vlt. D. de legat. 2. *In Propoſita quæſtione.* l. 9. D. de reb. dub. & l. 22. D. ad SC. Trebell. *In Propoſita ſpecie.* l. 28. D. ad SC. Trebell. *In Propoſito & in hac ſpecie.* l. ſi ſeruus communis. §. ſeruus. D. de ſtipulat. ſeruorum. l. cum quis. 38. §. 1. D. de ſolut. l. qui balneum. §. vlt. D. qui potior in pign. l. 24. D. de præſcript. verb. l. 30. D. act. & act. empti. Huc refer verba, *quod ad Propoſitum attinet.* l. 23. D. de liber. & poſthum. Sic *Propoſitio, propoſitam ſpeciem ſignificat* in l. 6. vt in poſſ. legat.

Propoſita ſtipulatio. l. 2. C. de vſur. & fruct. Item *ex ſtipulatione Propoſita.* l. 57. D. de donat. inter vir. & vxor. Propoſitum pro animi intentione & deliberatione accipitur. ſic & *Propoſitum habere.* l. 5. C. de inoffic. teſtam. & l. ſi quis nec cauſam. D. de reb. cred. *Propoſitum* in l. 7. D. de iuriſdict. Item *Propoſitum eſt prætori.* l. 17. D. de legat. præſt. l. 8. §. vlt. D. de bon. poſſ. contr. tab.

Propoſitum fœnerandi habere. l. ſi quis nec cauſam. D. de reb. cred.

Propoſito poſſidendi. l. 46. D. de acquiren. poſſ.

Propoſito delinquere. l. 11. §. delinquitur. D. de pœnis. & *Propoſitũ delinquentis.* l. 53. D. de furt.

In Propoſito. l. 4. D. quib. ad libertat. & l. 13. D. de act. empt. l. 47. §. 1. D. de hæred. inſtit. lege 61. §. locaui. D. de furt. l. 19. D. de teſt. milit. l. 57. D. de cond. & demonſt. & l. 14. D. de iure codicill. l. 88. §. vlt. D. ad l. Falcid. l. 95. §. quæſitum. D. de ſolution. l. 9. C. de caſtr. pecul. l. 14. D. de reb. cred. l. 18. D. ad l. Falcid. in *Propoſito intereſt.* l. vlt. C. qui non poſſ. *Orto Propoſito dominum relinquere.* l. 17. §. 2. D. de ædil. edict. licèt manuſcriptum exemplar ita habeat, ita repone, Certo.

Propoſitio animi. l. 225. D. de verb. ſignif. *Propoſitum*, ideſt proſcriptum habere. l. 1. de Inſtit. act. & l. cum cui plures. §. locator. D. locat. quod tamẽ ibi non animaduerterunt interpretes. Sic libellum ad ædes Proponere. l. 4. §. toticns. D. de damn. infect. Sueton. in Caligula. cap. 4. *Vectigalibus indictis atque Propoſitis.* Et paulò poſt, *Propoſuit quidem legem &c.*

Proponere ſeruum mutuis pecuniis dandis. l. vlt. D. quod cum eo. repone Præponere, vt & infra præpoſitus.

Propoſitus exigendis pecuniis. l. *66.* §. Iulianus. D. de furt.

ΠΡΟΠΕΤΩΣ in l. 13. in fi. D. de iureiur. ſignificat, inconſulto calore, vt in l. 2. C. eod. tit. *Proprius ſeruus & alienus* opponuntur. l. 21. D. de cond. inſtr. Item, *Proprius ſeruus, ad differentiam communis.* l. 1. §. per communem. D. de adquiren. poſſeſſ. Aliàs, ad differentiam fructuarij.

Propria actio eſt. l. 39. §. vlt. D. ad l. Aquil. & *Propriæ actiones.* l. 39. D. ad l. Aquil.

Propriæ ædes, & communes opponuntur. l. 32. D. de damno inf.

Propria cauſa. l. 38. §. vlt. D. de iur. fiſc. *Propria cauſa, & aliena*, opponuntur in l. 1. §. in propria. D. quando appell. ſit. & Propria cauſa quæ ſit, quæri ſolet in tempore appellationum, quod in propria cauſa anguſtius & breuius, in aliena laxius datur. Et placuit Propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. l. 1. §. in propria. D. quando app. ſit. Itaque ſi procurator quis in rem ſuam datus ſit, eius Propria cauſa dicetur. *Sed & quicunque ſua intereſſe dicit, Propriam cauſam defendere intelligitur.* l. 2. §. 1. & §. vlt. D. quando appelland. ſit. Sic dicitur *Propriam cauſam acturus.* in l. 8. §. vlt. D. de iur. immun.

Propria forma. l. 7. §. cuius tamen. D. de alien. rer. dom.

Propria lex ciuitatis. l. 21. §. vlt. D. ad municip. l. 31. §. vlt. D. ad municip. l. 1. C. de vendend. reb.

Propria lis dicitur procuratoris in rem ſuam dati. l. 25. §. vlt. D. de procurat.

Propria & hæreditaria obligatio opponuntur. l. 10. D. de act. emp.

Propriam & perſonalem habere obligationem. l. 95. §. quod vulgo. D. de ſolution.

Propria pœna data. l. 2. D. de noxal. act.

Propria qualitas. l. 26. D. de acquir. rer. dom.

Propria verborum ſignificatio. l. 18. §. aſinam. D. de inſtructo vel inſtrum. leg. l. non aliter. D. de legat. 3. Item Proprietas ſcripturæ vel verborum. l. 2. D. de obligat. & *Propriis nominibus ac vocabulis.* l. 69. D. de legat. 3. Sic *Propriis nominibus expreſsis.* l. 24. D. de religioſis. deniq; *Proprium nomen hominis, & propria appellatio fundi.* l. 75. D. de verb. oblig.

PROPRIVM eſt ſuum cuiuſque, vt Non. Marcell. exemplis confirmat. Cicero libro 7. epiſt. ad Curium: *Cuius quando te eſſe Proprium ſcribis mancipio & nexu, meum autem vſu & fructu, contentus iſto ſum. Id enim cuiuſque eſt Proprium, quo quiſque fruitur atque vtitur.* Reſpondet verò Cicero Epiſtolæ Curij quæ eſt eodem libro qua ſcripſerat, κέκτησθαι eſſe Ciceronis, Κτᾶσθαι δὲ *Attici.* Ergo inferens fructus eſt tuus, mancipium illius. Horat. *Si Proprium eſt quod quis libra mercatur & ære.*

Propria & hæreditaria bona opponuntur. l. 15. §. quod aiunt. D. ad l. Falcid.

Proprio nomine, & ex perſona hæredis, opponuntur. lege 55. §. qui fideicommiſſum. D. ad SC. Trebell.

Proprio nomine. l. 11. §. ſi filio. D. ad l. Falcid. l. 78. §. quo cum. D. de legat. 3.

Proprio nomine, & alieno, opponuntur. l. 1. §. in propria. D. de agnoſcen. & alend. lib. l. 2. C. de his qui accuſ. non poſſunt. Sic *Proprio nomine diſceptans.* l. 10. D. de except.

Proprium ius. l. 13. C. de teſtam. milit. & *Proprio iure.* l. 84. D. de hæred. inſtit.

Proprium ius, id eſt *ciuile.* l. 6. D. de iuſt. & iur.

Proprium negotium gerere, quod aliàs ſuum. l. 58. §. qui poſt. D. ad SC. Trebell.

Proprium priuilegium. l. 6. C. de teſtam. milit.

Proprium patrimonium. l. 3. §. ego. & §. Pompon. D. de minor.

Proprietas ius dominij ſignificat. l. 34. D. de dolo. Hæc vel plena vocatur, ſi ei vſusfructus coniunctus ſit, vel nuda, ſi ab ea abſceſſit vſusfructus. l. 2. D. quib. mod. vſusfr. l. 71. D. de iur. dot.

Proprietas mercium. l. 9. §. item. D. de acquir. rer. dom.

Proprietatis dominus. l. 15. §. penult. & §. vlt. & l. 13. & l. 25. §. 1. D. de vſufr. lege 12. D. ad l. Aquil. qui Proprietarius vocatur paſſim in titul. de vſufruc. & l. 46. §. 1. D. de furt. & *fructuario opponitur.* l. 1. §. 1. & l. 20. & 22. D. de dam. inf. & l. 7. §. ſed ſi ædium. D. de dolo. & l. 15. §. vlt. D. de vſufr.

Proprietaria res. Paul. lib. 5. ſentent. tit. 7.

Propriè, id eſt reuera. l. 2. D. de vſufr. ear. rerum. *Propriè*, & per abuſionem, opponuntur. l. 8. D. de ſuis & legit.

Propriè expreſſum, id eſt ſpecialiter. l. 2. §. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. & in l. 2. in prin. D. de vac. mun. Cic. libro 5. epiſt. ad Attic. *Cui depoſcenti mea mandata cætera vniuerſa mandauit. Illud Propriè ne pateretur, quantum in ipſo eſſet prorogari nobis prouincias. Propriam etiam*

pro

prospecia'i dixit Paul. in l. 21. in fi. D. ad municip.

Proprium consequens est. l. 21. D. de legib.

Proprium, id est perpetuum. Horat. Satyr. 6. lib. 2. Sermo. *Nihil amplius oro, Maia nate nisi & Propria hæc mihi munera faxis.*

Propulsare vim. l. 1. C. vnde vi.

PROQVIRITATA, verbum fuit 12. tabul. quod significabat promulgata. Sido. Apollin. lib. 8. epistola ad Nammatium. *Per ipsum ferè tempus, vt decemuiraliter loquar, lex de præscriptione tricennij* (sic enim legendum est) *fuerat Proquiritata.* Quiritari vtique in veterum libris, fidem Quiritium inuocare est. *Prorata.* l. 25. §. 1. D. de vsufr. l. 27. D. de religios. *Prorata patrimonij.* l. 25. §. quod autem. D. de hæred. pet.

PRORETA in l. 11. §. dominus. D. de publica. qui proram nauis regit.

PROROGARE modò est proferre diem. l. 19. l. 30. D. de lega. lib. 1. l. 2. D. de re iudic. l. 24. D. loca. Sic *Prorogatus dies.* l. 13. §. si quid seruo. D. de act. empt. & *Prorogare tempus.* l. 2. & l. 31. D. de re iudic. l. 15. D. de ann. leg. & *Prorogari tempora*, id est proferri. l. 45. §. fiscalibus. D. de iure fisci. l. 2. D. de iudic. Modò idem valet quod repræsentare. l. 3. §. consequitur. D. de contr. tut. & vt. actio. l. 4. in princip. & §. si ab ignoto. D. de manumiss. l. 19. §. si quis cùm in annum. D. loca. l. 27. C. eod. tit. l. 53. D. de pact. l. 29. de decurio. libro 10. Sic *Prorogare pecuniam.* l. 3. §. 1. D. de aut. tut. *Prorogare sumptus.* l. 53. D. de pact. & *Prorogare pro colonis.* l. 27. C. de locato & cond.

Prorogare pro procurare. Sic *Prorogandæ* soboli prospicere. l. 1. C. qui & aduers.

Proscindere agrum. l. 13. §. denique. D. de vsufructu.

PROSCRIBERE est palam ac publicè proposito libello significare. l. 11. §. 1. D. de instito. l. 34. §. vlt. D. de statulib. l. 15. §. item si pignus. D. de iniur. l. 4. C. de distrat. pignor. l. vlt. de fide instrum. lib. 10. C. Sueton. in Iulio: Misso etiam sacro Bibuli dicta quibus proscripsit, &c. *Palàm* autem *proscriptum* id intelligi Vlpia. in d. l. 11. §. 1. interpretatur quod ita positum est, vt de plano legi possit. Sosipat. lib. 2. Instit. Grammatic. *Proscribo est palàm & apertè scriptum propono, vt cum bona alicuius proscribo.*

Proscribere in pacto conuento. l. 71. D. pro socio.

Proscribi dicebantur ea quæ edicto vel libello proposito denuntiabantur. Cic. libro 9. epist. ad Attic. Senatum velle se sequentem adesse etiam Formiis proscribi iussit. Proscribere quid, interpr. Horat. p. 384.

Proscriptionis autem hæc refertur à Theophil. tit. de succes. subl. quæ fieb. per bon. vend. formula. Ὁ δεῖνα χρεώφης ἡμετέρας ὑπάρχων εἰς ἀρπίαν ἐνέπεσε, ᾧ φανερώσεως ἡμεῖς χρεδίτορες ὄντες τῷ τότε ᾧ παφανάσομεν πεφιουσίαν, ὡνήτης ὁ βουλόμενος φερσίτω.

Prosequi cadauer. l. 2. de in ius voc. Item *Prosequi funus & cadauer.* l. 3. D. de in ius voc.

Prosequi custodiam. Paul. lib. 5. sent. tit. 31.

Prosequi legatus. Capitolin. in Anton. Pio.

PROSECVTORES, secũdum scriptorum Codicum scripturam, non persecutores legere oportet. in l. 9. C. de cursu publ. lib. 12. & l. 1. cum Rubrica. C. de auri publ. persecutor. Quod & confirmat l. 12. de susceptoribus in C. Theod. Appellantur autem hoc nomine qui ad transmissionem transuectionémque publicarum specierum animalia principum vsui necessaria prosequuntur. legato Prosecutus, Suet. in Claud cap. 3. & 5.

PROSILIRE *ad munus.* l. 7. C. de profess. *Prosilire ad maleficia.* l. 14. C. de pœn. *Prosilire ad accusationẽ.* l. 3. §. verũ. D. de SC. Silan. l. 11. l. 15. §. l. ex Iulia. D. ad l. Iul. de adult. & l. 7. D. de accus.

PROSOCER apud Plinium epist. 15. lib. 5. Et in inscriptione epistolæ 16. lib. 7. & epist. 20. lib. 8. & epist. 12. l. 15. §. vlt. Digestis de act. rer. amotar. Sic *& progener* apud Sueton. in Augustum. cap. 29. Plinius *Fabatum Prosocerum* appellat, cuius neptem in matrimonio habebat, vt apparet ex epistola 10. lib. 8. Itaque *Prosocer* est nobis vxoris nostræ auus.

Prosperè gesta res. l. 9. D. ad SC. Turpill.

Prospicere alumno. l. 71. D. de condit. & demonst. Sic & *Prospicere debet conductor.* l. 11. §. item. D. locati. Item *Prospicere cohæredibus arbiter.* l. 25. §. in illa. D. famil. erciss. Sic *Prospici conditori per stipulationem.* l. 11. & *Prospicere sibi cautione.* l. 13. §. cum inter. D. de damno infect. *Prospici creditori per stipulationem.* l. 11. D. de dam. infect. *Prospicere pupillo in tutore dando.* l. 33. §. similis. D. de excusat. *Prospicere compendio suo.* l. 22. §. si dominus. D. de lege Corn. de fals. *Prospicere sibi cautione.* l. 3. §. si quis ita. D. de adimend. legat. l. 17. D. de hæred. pet. l. 9. §. Marcellus. D. ad exhib. Item *Prospicere per cautionem.* l. 25. §. idem iuris. D. famil. erciss. *Prospicere per stipulationem.* l. 1. §. interdum. D. ad l. Falc. & l. 3. §. generaliter. D. si cui plus.

Prospici libertate. l. 27. D. de fideicomm. libert.

Prospexit lex. Vlp. tit. vlt. l. 3. D. de hom. lib. & l. prospexit. D. qui & à quib. *Prospexit lex creditoribus.* l. 27. D. qui & à quib. & *Prospectum lege.* Vlp. tit. de solidi capac. *Prospicitur legibus.* l. 1. D. de vi & vi arm.

Prospexit constitutio. l. 4. §. eadem. D. de fideicomm. libert. l. 4. §. eidem. D. de fideicomm. libert.

Prospectum est senatusconsulto. Paul. lib. 4. sentent. tit 1. Vlp. lib. reg. tit. 23.

Prospexit legislator. l. 12. D. qui & à quib. *Prospicit arbiter cautionibus.* l. 38. D. pro socio. *Prospexit Prætor.* l. 1. D. si vent. nom. mul. in poss. l. 1. in princ. D. ne quid in flum. pub.

Prospectui obesse. l. 5. D. de oper. no. nuntiat.

In Prospectu. l. 5. D. de oper. no. nuntiat. *Prostituere* ancillam. l. 1. §. 1. D. de in ius voc. l. 6. & l. 9. D. de seruis export. l. 56. D. eod.

Item *Prostitui mancipia.* l. 1. §. tuóque. D. de offic. præf. & *Prostituta meretricio more.* lege 22. C. ad l. Iul. de adult.

PROTEGERE. *Qui Præpositum suum non Protexit.* l. 6. §. vlt. D. de re milita. *Protegere causam.* l. 3. C. de in lit. iur. *Protegere dominum.* l. 1. §. quid si. D. de Senat. Silan. *Protegere filios.* l. 6. C. de suspect. tut. *Protegere fratris filios.* l. populos. C. de excusat. tut.

Qui Præpositum suum Protegere noluerunt. l. 3. §. vlt. D. de re milita. *Protegi iura rationibus.* l. 1. C. de vacat. publici muner.

Protegendæ rei suæ causa. l. 44. D. de iure fisc. *Protegendæ pudicitiæ.* lege 39. D. ad l. Iul. de adult.

Protectus status. l. 7. C. ne de statu.

Protegere ædes apud Cic. Topic. legimus. Vetus Glossarium. Protectum est qui nulla columna superposita in ædibus appendet vel maniis vel terram etiam attingat.

Protegendi seruitus. l. 1. & l. 2. D. de seruitu. vrban. *Ius est Vt Protectum habere liceat.* l. 2. D. de ser. rustic. Vnde *Protectum* in l. 29. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. 6. in fi. D. arbor. fur. cæs. l. 15. §. precario. D. de precar. l. 5. §. Prætor ait, & §. vlt. D. de his qui deiecer. vel effud. *Protectum supra domum alienam.* l. 29. §. 1. D. ad l. Aquil. *Protectus tignorum & rigor stillicidij.* l. vlt. §. vlt. D.

Protelare in l. 4. in princip. de seruit. præd. vrb. & *Protectum recidere.* l. 29. §. 1. D. ad l. Aquil. D. de damn. infect.

Protestari. l. 14. §. plerique. D. de religios. & sumpt. *Protestari.* l. 14. §. plerique. D. de religios. & testari, pro eodem. ad protestandum fidem. §. vlt. D. de institor. *Protestata est.* l. 34. D. de negot. gest. *Si Protestata est mater.* l. 34. D. de negot. gest.

PRO TESTIMONIO vacillare, id est in testimonio. l. ex libero. D. de quæstionib.

PROTOCOLLVM, vt ex Iustiniani Nouell. 44. cap. vlt. patet, significat notam seu scripturam chartis impressam quæ vnam eandémque formam non habebat. Nam quarundã chartarum Protocollum præpositam formam non habebat inscriptionem quæ sub quo comite sacrarum largitionum, quæ tempore & à quo præparatæ fuissent chartæ indicabat. Aliæ alias & diuersas continebant adnotationes. Atque in vrbe quidem Constantinopolitana in qua prioris generis chartarum copia erat, vetat Iustinianus in mundum redigi instrumenta in aliis chartarum generibus.

PROTOSPATARIVS officium fuit in Constantinopolitana aula: Cui qui præerant, iudicãdi munere fungebantur. Meminit eius Constan. lib. 1. epist. non semel, & Luitprandus lib. 3. de reb. per Europ. gest. ca. 7. Et Paul. Vvarnefridus Appendicis ad Eutropium lib. vlt. & Notitia Græca, & Zonaras tomo 3. Annal. in Romani Argyropoli imperio.

PROTOSTASIÆ munus. l. 8. C. de munerib. patrim. l. 3. de filiis fam. & quemadm. pro his pat. ten. lib. 10. C. l. 1. & toto titul. de protostasia in C. Theod.

Protrahere executionem. lege 41. D. de vsur. & negotium. l. 6. C. quando prouoc.

Protrahere vsque ad l. 1. §. eadem. D. de verb. oblig.

Protrahi manumissio. l. 20. §. vlt. D. de stat. liber.

Pro emptore, pro seruo, pro donato possidere, pro derelicto, pro hærede, pro possessore, tituli sunt possessionum. vide suprà initio Præpositionis.

PRO TRIBVNALI. l. is cui imperator. D. vt in possess. leg. & pro rostris, id est in tribunali, vt explicat Diomedes. lib. 1. Vide Agell. lib. 11. cap. 3. Pro testimonio apud Plaut. Cicero. sic *Pro tribunali sedere.* l. 7. D. de in integr. restit. *Pro tribunali respondere.* l. 23. §. vlt. D. de appellat. & *Pro tribunali interpositum decretum.* l. 7. §. vlt. D. de confirm. tut. l. 3. §. adquirere. D. de bonor. poss.

PRO TVTORE negocia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, ſiue ſe putat tutorem, ſiue ſcit non eſſe, fingit tamen. l. 1. §. 1. D. de eo, qui pro tut. l. 24. & l. vlt. D. de tutel. & rat. l. 3. §. penult. de contrar. & vt. l. 4. §. ſi quis non tutor. D. de doli except. l. 19. §. 1. D. de reb. auct. iudi. & apud Paul. lib. 1. ſentent. titul. 4. Inde *Protutelæ actio*, quæ aduerſus eum competit, qui pro tutore negocia geſſit, cum tutor non eſſet. d. l. 1. & l. 4. C. de teſt. tut. l. pen. D. de tut. & rat. diſtr. l. 1. §. 1. & l. 3 §. iudicio. D. de contr. tut. l. 4. C. de teſtam. tut. & *Pro tutela negotium gerere*. l. vlt. D. de tut. & rat.

PROTYRVM in l. penult. D. de verborum ſignificat.

Prouidebit iudex. lege 5. C. vt in poſſeſſ.

Prouiſio præſidis. l. 1. C. Sumptus iniuncti muneris.

Prouiſum Senatuſconſulto. l. vlt. D. de adſign. libert. & *Prouidentia legis*, alibi.

Prouidenter lex effecit. l. 1. D. de tign. iunct.

Prouincia Africa. l. vlt. §. patrimonium. D. de muner. & honor. *Prouincia Aſia*. l. vlt. D. de cenſib. *Prouincia Macedonia*. lege vltima. D. de cenſib. *Prouincia Mauritaniæ*. l. 4. C. de inſtitution.

Qui Prouinciæ præeſt. l. 10. D. ad l. Aquil.

Prouinciam etiam vt cum dicimus aliquem abſentem qui in aliena eſt prouincia accipimus pro iuriſdictione ſiue territorio.

PROVINCIALES ſunt non hi tantùm, qui ex prouinciis oriundi ſunt, ſed & qui in prouincia domicilium habent. l. 190. D. de verbor. ſignificat. l. 4. l. 7. D. de offic. proconſ. lege 190. D. de verbor. ſignificat. l. 4. l. 7. D. de offic. proconſ. l. 19. §. apud Labeonem. D. de iudic. l. 7. & l. 10. D. de offic. proconſ. l. 4. §. rectè. C. de offic. proconſ. l. 8. C. de quæſtion.

Prouinciales. Vet. Gloſſar. Græcum ἐισὶν οἱ πρὸ ὀλίγου ἐν τῇς ἐπαρχίαις ἔχοντες, ἢ μικρὸν οἱ ἐν αὐταῖς τυχόντες.

Prouinciales legati, qui à prouinciis mittuntur in l. 35. in fi. D. de iureiur. *Prouincialis creditor*. l. 47. §. vlt. D. de admi. & peric. *Prouinciales debitores*, & *Prouincialis contractus*. l. 47. §. tutores. D. de admi. & peric. *Prouincialis homo*. l. 19. §. apud. D. de iudic. *Prouinciales ſerui*. l. vlt. C. de ædil. action. & l. 5. C. de vectigal. *Prouinciales fundi*. l. 14. C. de præd. minor. *Prouinciales functiones*. l. 3. C. de aduocat. *Res Prouinciales*. l. etiamſi. D. de legatis. l. 39. §. rerum. D. de admin. & peric. l. 19. D. de excuſation.

Prouincialium rerum tutores. l. 100. D. de ſolut.

Prouinciale prædium. l. 12. C. de præd. minor. l. 2. C. de ſeruitut. l. 6. D. de oper. noui nunciatione. *Prouinciale edictum* in inſcriptione legis 2. D. vnde cogn.

PROVOCARE, vt plurimum eſt ab inferiore iudice ſuperiorem appellare. Interdum verò ad iudicem vocare ſignificat. l. 13. & l. 14. D. de iudic. l. 2. in fi. D. commu. diuid. *Prouocare pro appellare*. in l. 4. & l. 6. D. de appellat. & *ad iudicium prouocare* in l. 7. §. tutor. D. commun. diuid. ſeu *iudicem Prouocare*. l. 7. §. idem Iulianus. D. commun. diuid.

Prouocare à decreto. l. 3. C. de excuſat. tutor. *Prouocare aduerſus ſententias*. l. 18. D. de accuſat.

Prouocare iudicem. l. 6. D. de iure delib. *Prouocare ad iudicem, & ad iudicium*. l. 13. & l. 14. D. de iudiciis. l. 2. §. vlt. D. comm. diuid. & *Prouocare apud iudicem*. l. 43. D. famil. erciſc. *Prouocare ad competentem iudicem, & ad principem*. l. 122. §. Scia. D. de verb. oblig. *Prouocare ad iudicium*. l. 33. D. de vſur. l. 63. D. de diuerſ. regul. l. vlt. C. de fund. dotal. l. 24. D. de vſur. l. 63. D. de diuerſ. reg. l. vlt. C. de vſur. pupill. & l. 2. C. de bonis autorit. iud. poſſid. *Prouocare noniſsimum iudicium*. l. vlt. C. ſi quis aliquem teſtari prohib.

Prouocare iudicio. l. 3. C. in quib. cauſ. ceſſ. & *Prouocari*. l. 12. D. de condict. furt.

Prouocare ad diuiſionem, & Prouocatio. l. 7. D. de reb. eorum. *ad collationem*. l. 9. C. de collation. *ad ſatiſdationem*. l. 19. D. de teſtam. tutel.

Prouocari ad teſtimonium. l. 10. D. de quæſtion. *Prouocari ad quæſtionem*. l. 1. §. ad quæſtionem. D. de quæſtion.

Prouocari iudex. l. 1. in princ. §. ſed etſi. D. quis & à quo appell.

Prouocationem interponere. l. Lucius. D. de appellationib. l. in ratione. §. cum quidam. D. ad leg. Falcid. *Prouocationi cedere* apud Liuium lib. 2. quod vulgò dicimus *deferre appellationi*. Sic idem lib. 8. *Vide ceſſurúſne ſis prouocationi cui Rex Ro. Tullus Hoſtilius ceſsit.*

Prouocationem iuſtam vel iniuſtam pronuntiare. l. 6. C. de appellat.

Prouocare ſeueritatem. l. 5. C. de obſeq. patron.

Prouocabo ſecula. l. 13. C. de vſur.

PROXENETA interceſſor eſt cuius interuentu negocia conciliantur, quíque nominis

faciendi vel cuiuslibet alterius negotij gerendi causa operam suam accommodat. l. 2. & lege vlt. D. de proxenetic. Seneca lib. 21. Epistol. *Aes alienum facias oportet, sed nolo per intercessores mutueris, nolo proxenetæ nomen tuum iactent. Credo eos aliàs ab eodem auctore pararios vocari*, vt suprà notaui. Inde *Proxeneticum salarium*, id dicitur, quod pro huiusmodi opera datur. l. 1. D. de proxenetic.

Proximus est quem nemo antecedit, etiamsi solus sit: quamuis propriè proximus ex pluribus dicatur. l. 1. §. proximus. D. vnde cogna. l. 2. §. hæreditas, & §. legitima. D. de suis & legiti. l. 92. l. 155. D. de verborum signific. Sic *Proximus adgnatus*, id est, *is quem nemo antecedit*. lege 3. D. ad SC. Tertull. Item *Proximus adgnatus intelligitur etiam qui solus est, quique neminem intercedit.* l. 9. D. de reb. dub. Sic in 12. Tab. quæ proximo agnato hæreditatem deferunt. Sic in edicto Prætoris, quo proximum cognatum vocat proximi appellatio exaudienda est. §. si plures. Institut. de legiti. adgna. succeff. Et aliàs quoque *Proximum accipimus non solùm eum, qui ante aliquem sit, sed etiam eum ante quem nemo sit, licèt ipse neminem antecedat cùm solus sit.* lege 34. D. de vulg. & pupil.

Proximus adgnatus. l. 3. D. de iure codicill. & l. 22. D. de acquir. vel omitt. *Proximus cognatus.* l. 40. D. de legat. 3. l. 9. D. vnde cognati. l. 1. §. si quis igitur. D. vnde cognati. l. 10. D. de bonor. possess. l. 47. §. vlt. D. de fideicom. libert. & *Proximi cognati.* l. 8. C. de relig. & sumpt. Item *Proxima necessitudine coniunctus.* l. 37. C. de liber. cau.

Proximos gradus. Paul. lib. 1. sent. tit. vlt. l. 18. §. vlt. C. de nupt. & *Proximi & Vlteriores gradus* opponuntur. l. 53. D. de ritu nupt.

Proximus hæres. l. 17. D. quod met. cau.

Proximitatis iure ad successionem venientes ab his, qui agnationis iure veniunt separantur. l. 5. C. de legit. hæred. l. 4. D. vnde cogna. §. vlt. Institut. de succession. cognat. Proximitatis enim nomine bonorum possessionem Prætor defert his, qui defuncto mortis tempore proximi cognati fuerunt. l. 3. D. vnde cognat. l. 8. D. de suis & legit. d. §. vlt. *Proximitatis nomine auunculus.* l. Seius. D. ad SC. Trebellianum. *Ita Proximitatis nomine bonorum possessionẽ competentem accipimus* in l. 1. C. de legit. hæred. l. 2. C. qui admitti. l. 1. C. de bonor. possess. sec. tabul. l. 1. D. de iur. & fac. ignor. Et *Proximitatis iure bona peti* in l. 46. D. ad Trebellia. Quintilian. lib. 3. cap. 8. *Quod accidit, etiamsi de vna re quæratur aliqua, sed eam plures petant, vel eodem iure, vel Proximitatis, vel diuerso, vt cum hic testamento, ille proximitate nitatur.* Cassiodor. libro 5. Variar. epistol. ad Epiphanium, *Si re vera, vt ad nos perlatum est, nullus ei aut testamento hæres extitit, aut Proximitatis iure successit.*

Proximitatis nomine. l. 7. C. de legit. hæred. l. 46. D. ad SC. Trebell. l. 2. C. qui admitti.

Sic *Proximitatis iure venientes.* l. 5. C. de legit. hæred.

Proximum etiam vicinum, affine, & simile significat, vt in l. 2. D. loca. & Institut. eod. titul. in prin. *Locatio & conductio*, aiunt Caius & Iustinia. *proxima est venditioni*, id est, vt interpretatur Theophilus, ἔοικε τῇ πράσει. Sic *Proximum sacrilegio esse maiestatis & sepulchrorum violatorum crimen*, Vlpian. & Iulia. dicunt in l. 1. D. ad leg. Iul. maiest. l. 5. C. de sepulch. viol. Sic *furioso Proximum esse*, Caius ait eum, qui eius ætatis est, vt nondum intelligat quid agatur, & qui non multum à furioso abest. Sic *Proximam empti in factum actionem dari*, ait Paul. in l. 6. D. de rescind. vend. id est similem, vt in l. 5. §. penult. D. de præscript. verb. *Et Proximam morti pœnam metalli.* l. 8. D. de pœn. quæ ad eam proximè accedit, eique similis est, cum seruitutem infligat. *Proximus sacrorum scriniorum.* Rubri. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. *Proximus admissionum* apud Ammianum Marcell. lib. 22. Vnde *Proximatus* in l. 1. C. de proxim. sacror. scrin. lib. 11. hoc sensu etiam dicitur

Proximus pubertati. i. qui non multum à pubertate abest. l. 14. §. vlt. D. de dolo. & in l. excipiuntur. D. de SC. Syllani. & *qui prope pubertatem sunt*, vt loquitur Vlpian. in l. 4. §. denique Iulianus. D. de doli except. & *Proximè ætatem Prætextati accedere dicitur qui puberem ætatem nunc ingressus est.* l. 3. §. vlt. D. de liber. exhib. *Proximus infantiæ.* Vetus Glossarium Græcum vertit. ἐγγὺς τῶν ιβ ἐτῶν.

Sic & *Proximi latronibus.* l. 28. §. grassatores. D. de pœnis. & *Proxima morti pœna.* l. 28. D. de pœnis. *Proxima dolo culpa.* l. 8. D. de edendo. l. 4. D. de magistrat. conuen. l. 1. §. vlt. D. si is qui testamen. l. 1. §. 1. D. si is qui testam. lib. l. 22. §. si hæres. D. ad SC. Trebell. & lege 47. §. 1. D. de legat. 1.

Et *Proximum dolo erit.* l. 24. D. de liberat. leg. & *Proximum crudelitati.* lege 6. Codice de seruitutibus.

Proxima empti actio. l. 5. D. de rescind. vend.

Proxima cauſa ſtipulationis. l. 8. D. de condict. ob turp. cau. *Proxima perſona.* l. 10. C. de leg.

Proximus & ſuperior vicinus opponuntur in l. 18. D. de oper. noui nunt. Item *Proximus & inferior* opponuntur in l. 1. §. ſciendum. D. de legat. 3. Sic *Proximum prædium, & inferius*, opponuntur. l. 17. §. ſic & ſi. D. de aqu. & aqu. plu.

Proximæ ædes. l. 32. D. de dam. inf. *Proximæ ædibus ædes.* l. 31. D. de dam. inf. *Proximæ ædes meis.* l. 32. D. de dam. inf.

Proximæ calendæ. l. 41. §. vlt. D. de vſur. l. 1. D. de in diem add. l. 41. §. vlt. D. de vſur. l. 12. D. de verb. oblig. l. 9. D. qui pot. in pign. & *Proximus Calendis.* l. 41. D. de verb. oblig. id eſt, *quæ proximæ futuræ ſunt*, vt loquitur l. 126. §. Chryſogonus. D. de verb. oblig. & *Ante Calendas proximas.* l. 56. §. qui ita. D. de verb. oblig.

Nonæ quæ proximæ fuerunt. l. 20. §. pridie. D. de hæred. petit. Aliàs, *Calendis quæ proximæ ſunt futuræ.* l. 122. §. 1. D. de verb. obl.

In Proximis diebus. l. 40. D. de contrah. empt. & *Proximi centum dies.* Vlp. lib. Reg. tit. 23.

Proximo anno. l. 48. D. de iur. dot. & *Proximi anni.* l. 37. D. de vſufr. Item *Proximior annus.* l. 4. D. de cenſib.

Proximo biennio. l. 23. §. vlt. D. de fideicomm. libert.

Proximo quinquennio. l. 43. D. ex quib. cauſ. maior. l. 4. D. de condit. & demon.

Proximum mortis tempus. l. 14. D. de aliment. vel. cibar.

Proximum locum obtinere. l. 1. §. ſi quis igitur. D. ad SC. Tertull.

In Proximo. l. 4. D. de iniur.

Proximè conſtitutum. l. 50. D. de ritu nupt. id eſt nuper, vt loquitur l. 85. D. de legat. tertio. Item *Proximè reſpondi.* l. 14. D. de his qu. vt indign. & *Proximè in cognitione Principis dubitatum.* in l. 3. D. de his qui in teſt.

Prudens & attentus paterfamilias. Cicer. pro Pub. Quint. *Prudens & diligens paterfamilias.* lege 54. D. de action. emp. *Prudentis viri conſilio.* l. 2. §. vlt. D. de vacat. & excuſat.

Prudentes pro Iuriſconſultis. l. 4. C. de teſtam. mil. & l. 4. C. de collation. ita etiam accipitur l. 3. D. de iuſtit. & iur. l. 2. §. his legibus. D. de orig. iur. l. 36. D. de ſtatuliber. Et apud Plin. epiſt. lib. 4. *qui & Iuriſprudentes dicuntur.* l. 1. C. de ingen. manum. l. 2. in fin. D. quis ordo in bonorum poſſeſſ. l. in ſubſtitution. D. de vulgar. & pup. Item *Prudentes dicebantur quibus erat permiſſum de iure reſpondere.* §. reſponſa. Inſtit. de nupt. Theophilus in §. reſponſa. Prudentes appellat, eóſque definit, Σοφοὺς οἷς τὸ νομοθετεῖν ἢ δῆμος, ἢ σύγκλητος ἢ βασιλεὺς ἐπέτρεψε. τὸ δὲ παρ' αὐτῶν νομοθετούμενον, γενικῷ ὀνόματι κέκληται.

Prudentes viri. l. 6. C. de teſtam. milit. & l. 12. C. ad SC. Vell. l. 6. §. viris. D. ad municipal. Vnde vide an non poſſit fieri lectio apud Agellium & Sueton. *tamen aliud prudentibus, aliud ſtudioſis cadit.*

Prudentium interpretatio. in l. cum aquil. 5. & 6. D. de tranſact. & *reſponſa.* §. reſponſa. Inſtit. de iure nat. l. 2. §. nouiſſimè. D. de orig. iur. l. vlt. C. quorum legat.

Prudentibus viſum eſt. l. 31. §. 1. D. de ædil. edict.

Prudentiores. l. 2. §. vlt. D. quis ordo in bonor. poſſeſſ. & *Prudentioribus placuit.* lege 54. D. mandat.

Prudentiſsimus vir Paulus. l. 11. C. ad l. Corn. de falſ. l. 6. C. de nupt. & *vir Prudentiſsimus Vlpianus.* l. 11. C. de quæſtion.

Prudens conſilium. l. 1. §. vlt. D. de quæſtion.

Prudentius abſtinetur. l. 3. D. ratam rem hab. *Prudentius faciet.* l. 33. D. de negot. geſt. *Prudentius fecerit.* l. 77. §. Titio. D. de legat. 2. *Pubuerit.* lege 3. §. Ibidem. D. de Carbon. edict.

Puber quis, Feſtus p. 137. *Pubes maſculus & fœmina potens.* Vlp. lib. Reg. tit. 6.

PVBERES *fœminæ quidem à duodecimo anno intelliguntur, maſculi verò à decimo quarto.* l. vlt. C. quando tutor eſſe deſ. Inſtit. quib. mod tut. finit. Conſtan. lib. 1. Epit. tit. 12. *Secundúmque hanc differentiam pubes ætas accipienda eſt*, in l. 41. §. pen. D. de vulg. & pup. l. 11. C. arbitr. tut. l. 3. §. penult. D. de liber. exhib. l. 14. de SC. Silania. Cæterùm in cauſa alimentorum, quæ pueris puellíſque vſque ad pubertatem præſtari quis cauit, pietatis intuitu pubertatis tempora laxiora præſcribimus: & puberes maſculos decimo octauo demum anno, fœminas verò decimo quarto intelligimus. l. 14. D. de aliment. leg. Sed & *plena pubertas* decẽ & octo annis circumſcribitur. l. 49. §. 1. D. de adoptio. §. minorem. Inſtitut. eodem tit. Paul. lib. 5. ſentent. tit. 4. l. vlt. Inſtitut. quibus ex cauſ. manumitt. lic. *Proximi Pubertati* eſſe dicuntur qui non multùm à pubertate abſunt. lege 112. D. de diuerſ. reg. iur. §. in lumina. Inſtitut. de obligationib. quæ ex delict. lege 14. D. de Senatuſconſulto Silania. §. pupillus. Inſtitut.

de inutilib. stipul. vbi Theophil. vertit ὁ πλησιάζων τῇ ἥβῃ. Cuiusmodi ætatis qui sunt, rerũ intellectum iam capiunt, & doli capaces sunt. l. 23. & l. 24. D. de furt. Sic proximè prætextatiætatem accedere dicimus eos, qui pubertatem iam ingressi sunt. l. 3. §. vlt. D. de liber. exhiben.

Pubes factus. l. 13. §. vlt. D. de condict. indeb. l. 1. §. 1. D. commodati. l. 5. §. si tutor. D. de administr. & peric.

Pubes ætas. l. 11. C. arbitr. tut.

Pubertas quid, Tertull. lib. de Virg. p. 69. & *Pubertas* in viro duodecimo anno. Dio. lib. 54. p. 325. aut 326. De pubertate virorum & mulierum Macrob. lib. 7. pag. 528.

Publicius Gellius. l. 2. §. Seruius. D. de orig. iur. citatur in l. 51. §. vlt. D. de cond. & dem.

Publicius Iurisconsultus. l. 50. §. vlt. D. de leg. 2.

PVBLICA ea sola propriè dicuntur, quæ sunt populi Romani. l. 15. D. de verbor. significat. Hinc *Publicum ius definitur esse, quod ad statum rei Romanæ spectat.* l. 1. §. 1. D. de iustit. & iur. Cuius *Publici iuris partem esse Senatorium ius* ait Plinius epist. 13. lib. 8. *Nec verò Reipub. causa abesse eos intelligimus, qui pro ciuitate legatione funguntur.* lege 26. §. item inquit Prætor. D. ex quib. caus. maior. *Ciuitates enim loco priuatorum habentur. Publicique appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit.* l. 16. D. de verborum signific. Inde adeò *Publicani* nomen habent, *quòd vectigal populi Romani conductum habent, quod absolutè Publicum appellatur.* lege 1. §. 1. D. de publican. Cic. de prouinc. consularibus. *An qui frui Publico non potuit, per hostem hic tegitur ipsa lege censoria?* Idem Epist. 1. ad Q. Fratr. *Publicis malè redemptis.* Quintilianus Declamat. 340. *Ego non ea voluntate feci, vt hic liber esset, sed vt Publica non solueret.* Idem declamat. 341. *Ante omnia nulla lege comprehensum est, vt alienam rem non profiteri liceret, alioquin Publicum euersum est.* Tacit. libro 13. *Edixit, vt leges cuiusque Publici occultæ ad id proscriberentur.* Suetonius in Caligula cap. 30. de vectigalibus à Caligula institutis agens, *Additúmque*, ait, *ad caput legis vt tenerentur Publico & qui meretricium fecissent.* Ita *Publicum quadragesimæ*, apud eundem accipio in Vespasian. cap. primo. & *Publicorum conductiones* in l. 33. D. pro soc. Horat. 1. epist. ad Mæcenatem. *Pars hominum gestit conducere Publica. Publicani* ergo sunt qui publico fruuntur, quique Publica populi Romani vectigalia conducta habent, & omnes qui quid à fisco conductum habent. l. 1. §. 1. l. 1. in fin. D. de publican. Itaque rectius fortè in l. 3. §. cum quinquennium. D. de iure fisc. legeretur *Publici conductore* quàm vt vulgo scriptum est, *Publico conductore.* Liuius lib. 44. *Cur Publica præsenti pecunia locamus.* Cicero. in Paradox. *Nam & is qui honestè rem quærunt, mercaturis faciendis, operis dandis, Publicis sumendis.* Valerius Maximus libro 6. cap. 6. *Cum Asiatici Publici exiguam admodum particulam habuissent.* Seneca lib. 12. epist. 102. *Ille qui & mari & terra pecuniam agitabat qui ad Publica quoque nullum relinquens.* In fragmento legis Thoriæ, *Quicunque ad Publicum fruendum redemptum conductúm ve habebit.*

Publicum, quod vectigalium causa locatum est. l. 34. D. ex quib. caus. maior.

Publicorum conditiones. l. 33. D. pro socio.

Publica autem vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit, quale est *vectigal portus, venalium rerum, item salinarum, & metallorum, & picariarum.* l. 17. D. de verborum significationibus. Nam & qui *harenarias & cretisodinas & salinas & metalla* conducta habent, *Publicanorum loco sunt.* l. 13. D. de publican. Etiam qui pascua conducebant, *Publicani dicebantur.* Plin. lib. 19. cap. 3. *Multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniam Publicani qui pascua conducunt*, maius ita lucrum sentientes, depascuntur pecorum pabulo. Erat verò maxima Romæ & potentissima publicanorum societas, isque ordo in prouinciis plurimum auctoritate & potentia valebat, vt Cicer. in epist. ad Lentul. & Appium & Q. Fratrem, & pro Plancio, & Liuius lib. 35. significant. Quibus priuati opponuntur in l. fideicommissa. 11. §. pen. D. de legat. lib. 3. Sed ad publica reuertamur. *Publicum vectigal.* l. 2. §. si quid. D. de hæred. vel vend. l. 9. §. sunt. D. de pœnis.

Etiam *ciuitatum bona vectigaliáque abusiuè Publica dicuntur.* l. 15. D. de verbor. signif. l. 40. D. de neg. gest. l. 38. §. 1. D. ad municipal. l. 5. §. idem ait. D. quod vi aut clam.

Publica autem appellantur, quorum vsus in commune expositus est, & omnibus patet: proprietatis verò non æquè. l. 5. D. de rer. diuisio. §. flumina. & §. riparum. Instit. eodem tit. l. 30. §. 1. D. de acquir. rer. dom. Quæ hac ratione à communibus discernuntur, quorum vt vsus communis est, ita & proprietas occupanti cedit. Ac *Publica quidem ea iuregentium dicuntur.* lege 7. §. insula. & l. penult. §. 1. D. de acquir. rer. dom. l. vlt. D. de vsucapion. §. fluminum. & §. littorum. Instit. de rer. diuis.

Sic

Sic *Publicus alueus iurisgentium.* l. 7. §. quòd si. 5. D. de acquir. rer. dom. vnde not. quædam esse publica iuris gentium, quædam populi Rom. Sic *Publicus vsus iuregentium.* l 5. D. de rer. diuis. & *Publica iuregentium loca.* l. 45. D. de vsucap. item *Publicum litus.* lege 50. D. de adquiren. possess.

Sic *in vsu Publico esse aqua* dicitur. l. 2. D. de flumin. item *Publicus est alueus fluminis publici.* l. 1. §. simili modo. D. de flumin. Sic *Publica loca dicuntur, id est publico vsui destinata* vt loquitur lex 2. §. hoc interdictum. D. ne quid in loco publico. item *Publicus locus, & publica via.* l. 14. §. vlt. D. de seruit.

Alia enim sunt Publica populi Rom. quæ in patrimonio & pecunia populi Rom. sunt, quæ tam ad eorum quæ iuregentium, quàm quæ ciuitatium publica sunt differentiam ita appellari solent. l. 9. D. de vsucapionib. & apud Vlpia. in Institut. tit. 20. l. 14. D. de acquiren. rer. dom. Quod ne absurdum propter nouitatem videatur, etiam aliorum auctorum testimoniis confirmabo. Cicero 5. in Verrem, *Perpaucæ ciuitates bello à maioribus nostris subactæ, quarum cum esset ager Publicus populi Romani factus.* Liuius lib. 3. ad fin. *Agrum de quo ambigitur, finitũ Coriolanorum fuisse, captisque Coriolis publicum populi Rom. esse factum.* Hygen. lib. 2. de limi. *Vectigales autem quidam sunt obligati Reip. populi Rom. quidam coloniarum aut municipiorum, aut ciuitatum aliquarum.*

Publici autem appellatio id continet quod in communi populi vsu est, & publicis vsibus destinatum: qualis erant Romæ, Campus Martius, forum, theatrum, stadium, basilicæ, viæ, itinera publica. Sic *Publicis vsibus destinata.* in l. 17. D. de verb. signif. l. 6. D. de contrah. empt. item *Publicus campus & Publicum balneum.* l. 2. §. si quis in mari. D. ne quid in loco pub.

In *Publico vsu & in patrimonio fisci esse*, opponuntur. l. 72. §. vlt. D. de contrahen. empt. sic *Publicæ res, quæ non in vsu, sed in patrimonio fisci sunt* l. 72. §. vlt. D. de contrah. empt.

At quæ in fisci patrimonio sunt, quoniam quasi propriæ & priuatæ sunt principis, Publici appellatione non continentur. l. 6. & l. 72. §. vlt. D. de contr. empt. l. 2. §. publici. cum seq. D. ne quid in loco pub. §. vlt. Institut. de emptio. & vend. l. 14. §. vlt. D. de seruitutibus. §. res fisci. Instit. de vsucap.

Sed & *publicæ causæ* à fiscalibus seiunguntur. l. 1. §. 1. D. de calumniatorib. quanquam fisci causam publicam vocat Vlpia. in l. 21. §. in priuatorum. D. de petit hæred.

Cæterùm *Publicum ius* etiam id intelligitur, quod ad statum rei Rom. pertinet, in sacris sacerdotibus, ac magistratibus consistens. l. 1. §. huius studij. D. de iustit. & iur. *Cuius partem esse ius Senatorum*, Plin. lib. 8. epistol. ad Aristo. scribit.

Publica sacra. l. 9. D. ad l. Iul. peculat.

Publica quæ sunt in patrimonio populi. l. 14. D. de acquir. rer. dom. *Publica ædificia & loca.* l. 5. §. vlt. D. de operib. publ. ita *Publica pecunia & priuata*, opponuntur. l. 9. D. ad l. Iul. peculat. l. 11. & l. 13. D. de vsur. l. 33. D. de vsur. l. 19. D. de compensat. l. vlt. §. vlt. D. de administrat.

Sic *Publicus creditor is est qui ex memoratis thesauris sub spem Publici creditoris aurum cuiquam cõmodauit. Publicæ pensationes.* C. si ob pub. pens. *Publici reditus ciuitatum.* l. vlt. D. de muner. & honor. & *Publica* Ouidius vocat *populi reditus.* lib. 5. de Ponto. Eleg. cum ait. *Aut populi reditus positam componet ad hastam. Publicæ commoditates.* l. vlt. C. de exact. tribut.

Publica vtilitas, quæ circa tributorum præstationes & naturas versatur, appellatur. l. 3. C. de primip. & in l. 1. C. de offic. comitis sacr. larg. & l. 4. C. de offic. rect. prouin. l. 6. C. de diuers. refer. in C. Theod. *Publicæ vtilitates.* l. 5. §. quibusdam. D. de iure immun. *Publicum Prædium.* l. 3. §. 1. D. de administr. rer. *Publicum solum.* l. 2. §. ait prætor. D. ne quid in loco publ.

Publicæ tabernæ, quæ in solo publico sunt, licèt earum vsus ad priuatos pertineat. l. 33. D. de contrahen. emption *Publicum debitum.* l. 41. §. hoc Senatusconsulto. D. de legat. 1. Sic *Publico nomine conuenire.* l. 1. C. de peric. nomin. & *Publico nomine conueniri.* l. secundo. D. de sentent. passis.

Interdum verò generaliter *Publicum ius* commune & quo omnes eiusdem ciuitatis ciues vtuntur, significat. l. 33. in fi. l. 39. §. vlt. D. de excus. tut. l. 8. D. de tutel. l. 29. D. de test. tut. l. 7. §. si vxor. D. de donat. inter vir. l. 6. D. de adm. tut. l. 76. in fine. D. de conditio. & demonst. l 46. & l. 117. §. 1. D. de diuers. reg. iur. l. 42. D. de oper. liber. l. 1. in prin. & l. 15. §. 1. D. ad leg. Falcid. coniuncta l. 56. D. de legat. lib. 1. l. 2. C. ne vxor pro marito. Vnde quod in lege 38. D. de pactis. scriptum est, *Ius Publicum pactis priuatorum mutari non posse*, id à Constanti. sic redditur, ἀπὸ ἰδιωτικῆς συμφώνῳ τὸ κοινὸν νομιμὸν οὐκ ἐναλλάσσεται. Sic & apud Terent. Phorm.

Num iniquum poſtulo?

An ne hoc quidem adipiſcar ego quod ius publicum eſt?

Publica iura officiáque in l. 5. §. vlt. & l. 6. D. de cap. minut. & in l. 14. D. ad Trebellian. l. 2. D. de diuerſ. reg. iur. Magiſtratuum, honorum, & ciuilium munerum in Repub. gerendorum iura ſignificant. Ideóque in l. 9. D. de his qui ſunt ſui vel al. *In Publicis cauſis filiumfa. haberi loco patris fam. his exemplis demonſtratur, veluti ſi magiſtratum gerat, ſi tutor detur.* Inde *Publicum munus officium priuati hominis vocatur, ex quo commodum ad ſingulos vniuerſósque ciues rémque eorum peruenit.* l. 239. §. munus. D. de verborum ſignific. Proinde *Publico munere legatus fungi dicitur.* l. 27. D. de iudic.

Publica negotia & priuata opponuntur. l. 9. §. 1. D. de pœnis.

Publicum munus eſt iudicare. l. 78. D. de iudic. & *Publico munere fungitur legatus.* l. 27. D. de re iudic. Item *Publica munera.* in l. 29. C. prædia. l. 21. §. vlt. D. ad municip. *Publica officia.* l. l. 6. D. de capit. dimin. & apud Arnob. lib. 3. p. 173.

Publicum ſalarium. l. vlt. D. de offic. adſeſſ. & *Publicè præberi ſalaria.* l. 16. §. 1. D. de aliment.

Publicus ſumptus. l. 3. D. de operib. publ.

Publicæ cauſæ quæ. l. 9. D. de his qui ſui.

Publici iuris eſſe dicitur teſtamenti factio. l. 3. D. de teſtament.

Vſucapio item publico iure contingere, & bono publico introducta dicitur. l. 18. §. 1. D. de damn. infect. l. 1. D. de vſucapionib.

Publicam tutelam meret libertus. l. 2. D. de ſtat. defunct.

Publica etiam eſſe nuptiarum vtilitas traditur. l. 12. §. medio. D. de captiu. & poſtlim. & apud Paulum lib. 3. ſentent. tit. de nuptiis.

Publico conſenſu. l. 10. C. de ingen. manum.

Publica cauſa nuntiationis. l. 5. §. & bellè. D. de operis noui nuntiat. & *contra Publicam diſciplinam.* l. 10. C. de accuſat.

Ad publicam fidem pertinet. l. 2. §. Diuus. D. qui petant tut.

Publicæ tabulæ. l. 4. §. 1. D. de cenſib. l. 8. l. 9. §. 1. & l. 10. D. ad l. Iul. peculat.

Publica vtilitas, pro libertatis fauore. l. 10. §. vlt. D. de teſtam. tutel. & *Publicæ vtilitatis intereſt, ex amicitia creationes fieri, ſed æſtimatione vera & commodo reipubl.* l. 1. C. ſi propter inimicit.

In Publicam fraudem commercia. l. 3. C. quæ res vendi non poſſ.

Publicam quoque habere cauſam, officium & miniſterium Argentariorum traditur in l. 10. §. 1. D. de eden. Et *Publicam fidem ſecutos eos, qui apud eos pecunias depoſuerunt.* lege 7. §. quotiens. D. depoſiti.

Publicæ quæſtiones, publica item crimina, ſunt, de quibus Publicum iudicium eſt conſtitutum. l. 32. §. Iulianus. D. de arbitr. l. 2. §. deinde Cornelius. D. de orig. iur. ſic *Publica quæſtio habenda* in l. 1. D. de ſenat. Silan. l. vlt. D. de tabul. exhib. Item *Publicum iudicium eſt quo cuilibet ex populo experiri licet.* l. 43. §. Senatus cenſuit. D. de rit. nupt. ſic *Publicum iudicium conſtitutũ.* l. 32. §. Iulianus. D. de recept. qui arbitr. Item *Publici iudicij crimen.* l. 1. C. ad SC. Turpil. & querela. l. 7. C. de iniur. & *Publici criminis accuſatio.* l. 4. C. de noxalib. actionib.

Nec enim Publica iudicia idcirco dicta ſunt, quod vt Iuſtin. tradit, eorum executio cuiuis ex populo qui modò idoneus ſit accuſator, detur. Hac enim ratione popularia iudicia publica eſſent, quod eſt inconſequens: ſed quòd ex legibus publicorum iudiciorum veniant atque deſcendant. l. 1. D. de public. iud. Idque apertè oſtenditur. l. 3. de præuaricatio. vbi præuarications iudicium, alterum moribus inductum eſſe dicitur, alterum eſſe publicum, quòd de ea lege Iulia publicorum iudiciorum caueatur. Verum eſt tamen, & id ex eodem Vlpiano Iuſtinianus hauſit, *publico iudicio cuilibet ex populo experiri licere, niſi ſi cui lege aliqua publico iudicio accuſandi non eſt poteſtas.* l. 43. §. ſenatus. D. de ritu nupt. Vnde Ioan. Chryſoſtom. Homil. in dictum Apoſtoli, Vtere modico vino. Κοινὸν ὅτι τὸ ἔγκλημα δημόσιον τὸ ἀδίκημα, ἔξεστιν ἑκάστῳ τῶν βουλομένων κατηγορεῖν.

Publicorum verò iudiciorum hæ ſunt leges, *Iulia maieſtatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de ſicariis, & veneficiis, Pompeia de parricidiis, Iulia peculatus, Cornelia de teſtamentis, Iulia de vi publica, Iulia de vi priuata, Iulia ambitus, Iulia repetundarum.* l. 1. D. de publ. iudic. Inſtitut. eod. tit. Quæſtiones autem Publicas de falſo, ſicariis & parricidiis Cornelius Sylla dictator conſtituit. l. 1. §. deinde Cornelius. D. de origi. iur. Antea L. Piſo Tribunus plebis de pecuniis repetundis quæſtionem conſtituerat, vt Cic. in Bruto ſcribit. De *Iniurijs* verò quemadmodum vitioſè in omnibus codicibus (Florentinos excipio) ſcriptum eſt, quæſtio publica ab eodem non eſt conſtituta. Actio enim ex lege Cornelia de iniuriis priuata eſt, non publici iudicij. l. 42.

§. 1. D.

§.1. D. de procuratorib. l. vlt. C. de iniur. Natum fuisse hunc errorem, qui libros omnes ante hac occupauit, ex eorum imperitia puto, qui apud Vlpianum eam actionem pro publica vtilitate exerceri legerant: quasi verò non & priuata iudicia pro publica vtilitate exerceãtur, cùm & suum ius cuique tribui & qualiacunque nocentium peccata puniri Reipub. interfit. *Raptus* porrò crimen publicum esse dicitur in l. penult. C. de noxalibus. quoniam ad leg. Iuliam de vi pertinet. l. 5. §. vlt. D. ad leg. Iuliam. de vi publica. Publici autẽ iudicij causam habere crimen dicitur in l. 7. D. de public. iudic. quod publici iudicij est.

Publica iudicia non in æde Martis & sortitione iudicum exercebantur, Sueton. in August. sed in tertio foro.

Publicum iudicium & priuatum. l. 7. C. de iniuriis.

Publica custodia. l. 9. D. ex quib. caus. maior.

Publica conuentio est quæ fit per principem, aut quoties inter se duces belli paciscuntur. l. 5. D. de pact. *Publica abolitio est*, quæ publicè fit, publicéque indulgetur ex Senatusconsulto. l. 8. l. 12. l. 17. D. ad Turpillia. Et apud Paul. lib. 5. sentent. tit. 17. Sic quoque ex *Publica causa fiunt conuentiones*. l. 5. D. de pact. & *Publicam causam contingi*. l. 27. §. pacta. D. de pact.

Publica priuilegia. l. 1. C. de excusat. vet. de *Publica abolitione*, in l. 2. C. de gener. abolit.

Publicum certamen. l. 7. §. proinde. D. ad leg. Aquil.

Publica vis quæ armis committitur, tit. ad leg. Iul. de vi publ. Item *Publicam vim committere*. l. 29. §. vlt. D. ad l. Iul. de adult.

Publicæ personæ modò magistratus & officiales, modò tabularios significãt. Lysias quidem νικόμαχον γραμματέα vocat δημόσιον. pa. 172. in princip. l. 30. C. de episc. & cler. §. cum autem. Institut. de adoptio Quo tabulariorum munere functos seruos publicos constat ex lege 18. D. de adoptio. & l. vlt. de decurionib. lib. 10. C. Sic *Publicus seruus* in l. 1. C. de stat. reipub. & l. 11. D. de vsur.

Publica vtilitas. l. 2. §. tractari. D. ad SC. Tertillian. *Publicè vtilia quædam sunt, quædam priuatim*. l. 1. D. de iustit. & iur.

Publica acta. l. 2. C. de eden. *quæ in iure fiunt*. *Publica custodia*. Valer. pa. 269. *Publica lex* publicorum iudiciorum legem significat. l. 1. §. præterea. D. ad leg. Corn. de sicar. *Publicas res* Cicero alicubi publicam vtilitatem continentes interpretatur.

Publicum populi Rom. Sic Ouid. lib. 5. Fastor. *Populi fortuna potentis*. Libertas non Publica sed priuata res est. l. si quis rogatus. D. de fideicom. libert.

Publicum Vet. Glossar. Græc. δημόσιον, ὅσον οἱ ποταμοὶ καὶ αἱ λίμναι δημόσιοι λέγονται.

Ius Publicum. l. 1. C. vt quæ desunt. l. 42. D. de oper. libert. l. 2. C. ne vxor pro marito. l. 8. D. de tutel. l. 5. §. Iulianus. D. de administr. & peric. l. 14. D. ad SC. Trebell. l. 45. D. de diuers. reg. l. 116. §. 1. D. de reg. iur. l. 1. §. si inter. D. de magistr. conuen. l. 5. §. qui remissionem. D. de oper. noui nunt. & *Publicum* ius variè apud nostros accipitur cum aiunt *iure publico placuisse*. l. licet. D. vt legat. seu fideicomm. seruand. caus. *Iure Publico habere excusationem*. l. ex sententia. D. de testam. tutel. *Ius Publicum permittere* dicitur. l. patronus. de tutel. *Ius Publicum infringi*. l. Neratius. D. de religios. Dicunt & aliquem *iure Publico adulterij accusari, non iure viri*. l. quæsitum. D. ad leg. Iul. de adulter.

Iuris Publici memor. l. 5. C. de pignor. & *Publici iuris persecutio*. in tit. C. de aur. publ. prosecutorib. Item *iure Publico*. l. 77. §. vlt. D. de cond. & demonstr. & l. 1. & l. 5. D. ad l. Falcid. & *iure Publico agere*. l. 40. D. ad l. Iul. de adult. Sic *Publico iure consecutus* dicitur *qui vsucepit*. l. 18. D. de dam. inf. Item *iure Publico excusari*. l. 30. §. vlt. D. de excusat. & *Publico iure vti*. l. 36. §. vlt. D. de excusat.

Publica iura. l. 2. C. si minor se maiorem. l. 3. C. quib. ex cau. maior.

In *Publicum deduci* intelliguntur fugitiui serui, qui magistratibus municipalibus vel publicis ministeriis traduntur. l. 1. §. penult. l. 2. D. de seruis fugitiu. Et sic quoque *in Publico seruari* dicuntur, qui sub publica custodia asseruantur. l. 48. D. de verbor. significat. l. 9. D. ex quib. caus. maior. vel etiam qui in carcere sunt. Nam & Plaut. *Publicitus excipi*, pro carcere excipi in Amphitryo. dixit imitatione Græci sermonis, quo δημία carcer appellatur.

In Publicum obligatas res. l. 15. D. de dot. præleg. l. 26. §. 1. D. de pigner. act.

Publicum præstare. l. 11. §. interdum. D. de legat. 3.

In Publicum redigere. l. 25. §. vlt. D. de senat. Silan.

Ex Publico accipere. l. 25. D. de senat. Silanian.

In Publico apparere. l. 2. D. de in ius voc.

In Publico & in priuato facere, opponuntur. l. 15. §. 1. D. de dam. inf.

In Publico deponere quid sit. l. 19. C. de vsur. quæ verba videntur esse Treboniani. Sic *Publicè depositum*. l. 56. §. 1. D. mandati, id est in publico loco. vt l. 64. D. de fideiussorib. & l. acceptam. C. de vsuris. l. 1. §. si cista. D. depositi. nam *Publicè* interdum est in publico loco, veluti apud acta, vel in æde sacra publica. l. 56. D. manda. coniuncta lege 7. in fi. D. qui satisd. cog. l. 7. D. de minorib. l. 4. D. de statuiib. item *in Publico depositæ tabulæ*. l. vlt. D. de his quæ in testam.

Statuas in Publico positas. l. 29. D. de reb. auctor. iud. de pollicitatio.

In Publico positum. l. 41. D. de adquir. rer. dom.

In Publico esse cum telo. l. 3. §. vlt. D. ad l. Iul. de vi publ.

In Publico sui copiam facere. l. 1. D. quando appell. sit.

Publicè consecrare permissu scilicet Imperatoris. l. vlt. D. vt in possess. legator. l. in tantum. §. sacræ. D. de rer. diuision. *Publicè dedicata loca* quæ videlicet princeps dedicauit, vel dedicandi dedit potestatem. l. sacræ. D. de rer. diuisione.

Et *Publica dicatio* dicitur. l. 2. C. Th. de fam. libell.

Publicè per magistratum. l. non est. D. de diuers. reg. iur. Aliàs *Publicè* in commune significat, veluti cum dicimus Publicè interesse. Sic *Publicè interfuit* in l. 44. D. de vsucapion.

Publicè iri, commeari. l. 2. §. ait prætor. D. ne quid in loco publ.

Publicè factum commune. Paul. lib. 5. sentent. tit. 4.

Publicè est, principali vel pontificali auctoritate. l. vlt. D. vt in possess. legator.

Interdum *Publicè* est publico nomine, & publica auctoritate. l. 4. §. in eum. D. de ad. tut. l. 24. D. de captiu. l. 121. §. 1. D. de diuers. reg. l. 12. D. de fideicomm. libert. l. 15. §. si Publicus. & l. 24. §. 1. D. de dam. infect. Planè in l. 6. §. sacræ. D. de rer. diuisione.

Publicè & priuatim opponuntur. l. in tantum. §. sacræ. D. de rei vindication. Sic *Publicè opus fieri, & priuatim*, opponuntur. l. 24. D. de dam. inf. Item *Publicè ædificare*. l. 24. D. de dam. inf. *Publicè vendere aut locare*. l. 3. §. in eum. D. de admin. rer. *Publicè locari*. l. 9. §. sunt autem. D. de pœnis. *Publicè manumitti*. l. 12. D. de liberat. legat. *Publicè mandatum munus*. l. vlt. D. ad l. Iul. pecul.

Publicè vel priuatim occurrere proconsuli. l. 4. §. antequam. D. de offic. proconsul. *Publicè profiteri*. l. 5. §. hoc. D. de iur. immunit. *Publicè innotescere*. l. 4. D. de requir. absent. *Publicè lauare*. l. 13. §. vlt. D. de vsufr. *Publicè præbere balnea*. l. 91. §. rationes. D. de legat. 3. *Publicè præberi balneum*. l. 35. §. vltimo. & l. 91. §. balneas. D. de legat. 3. *Publicè proponere liberos*. lege 7. D. de appellat.

Publicè iudicium est. l. 2. §. vlt. D. de iudiciis. *Publicè notum est*. l. 14. C. ad l. Corn. de falsi. l. 23. C. de euiction.

Publicè vtile est absentes à quibuscunque defendi. l. 33. §. 1. D. de procuratorib. Sic *Publicè prodest officium medicorum*. l. 33. D. ex quib. caus. maior.

Publicè vindicanda. l. 11. §. 1. D. de pœnis.

Asiaticum Publicum Valer. Max. pa. 293. *Publicum euersum* Quintilian. Declamat. pa. 232. id est, vectigal. vt & l. fideicommissarius. §. interdict. D. de legat. lib. 3.

Publicari dicitur quod publicum fit, quodque in fiscum & ærarium cogitur. l. 23. §. si fundus. D. de seruit. rust. l. 27. D. de adulter. & aliis infinitis locis. Sic *Publicari bona*. in l. eius qui. §. vlt. D. de testament. & *Publicatio bonorum*. l. actione. §. publicatione. D. pro soc. eodé sensu *Publicari*, dicitur in l. 22. D. de inoffic. & *Publicata bona* in l. 6. D. de vsur. l. 22. §. is cuius. D. mandati. l. 1. D. de bonis damnat. l. 24. §. vlt. D. solut. matr. item *Publicari pars bonorum* in l. 1. D. ad l. Iul. de vi priu.

Publicata dos in l. 36. D. solut. matrim. Item *Publicari fundus*. l. 23. §. si fundus. D. de seruitut. prædior. rustic. l. 23. §. si fundus. D. de seruit. præd. rustic. & *Publicatus fundus*. l. 33. D. locati. sic quoque *Publicari mancipia*. l. 6. D. de quæstion. & *Publicari serui*. l. 27. §. iubet. D. ad l. Iul. de adult. hoc sensu *Publicare partem serui*. l. 27. §. iubet. D. ad l. Iul. de adulteris.

Publicare secreta. i. euulgare. l. 41. D. ad l. Aquil.

Publicatum testamentum. l. 2. C. de testam.

Publicani vocantur δημόσιοι, l. 9. D. ad l. Rhod. Item *Publicanus, qui lacum vel stagnum conduxit*. l. 1. §. publicano. D. vt in flum. publ. *Publicanorum edicta*. l. 34. C. anno & trib. vide suprà in Publica. in princip.

PVBLICIANA Vetus Glossar. Græcum. μίμησιν ἔχει δεσποτείας καὶ ὁ ψυχῆς νομῆς, ὅθεν δὲ ἡ ἀναχαλυμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω ὅλῳ κυριότητα δεσπόσαιτο καλῶ πίσει νομὴ. Vetus Glossar. Publiciana actio reciseria datur ei cuius res cum absens esset causa Reip. vel apud hostes vsu

capta est. & *Publiciana* actio earum rerum persequendarum causa datur, quas quis à non domino sibi ex iusta causa traditas necdum vsucaptas amisit. l. 1. cum seq. l. 15. D. de publicia. Nam qui à se bona fide possessa possessione antè completam vsucapionem excidit, is ad eam rem vindicandam in rem actionem habet, quæ à Prætoris nomine à quo primùm proposita fuit, Publiciana appellata est, quemadmodum & Fabiana & Caluisiana & Pauliana & Seruiana. §. namque si cui. Institut. de actionibus. Constantin. lib. 2. Epit. tit. 1. Publiciana ait, ὅτι ἡ ἀναγκαλιδόμη τῶν νομίων τῷ μήπω ἀφ' ὧν κυρίστητα καλῇ πίστει νομεῖ.

PVDOR pro existimatione, dignitate, &, vt vulgò loquimur, reputatione, in l. 20. D. de his qui not. inf. l. 25. D. de procuratori. l. 1. §. item aut per semetipsum, coniunctis vicinis §§. & l. 15. §. generaliter. D. de iniuriis. Verecundiam etiam dixit Papinia. in l. 15. D. de conditio. & demonstr. Sic *Pudor oneratur*. l. ob hæc verba. D. de his qui not. infamia. & contra *Pudori parcitur*. l. paterfamil. 28. D. de reb. aut. iud.

PVERI appellatio tres significationes habet: vnam, cùm omnes *seruos* pueros appellamus, quæ in Comediis frequens est: Alteram, cùm *puerum contrario nomine puellæ dicimus*. Tertiam, cùm *puerilem & impuberem ætatem significamus*. l. 204. D. de verbor. signifi. Suet. in Augusto. cap. 41. *Ac ne minores Pueros quidem præteriit, quamuis nonnisi ab vndecimo ætatis anno accipere consuessent*.

Pueri vtique appellatione etiam *puella* significatur, non imitatione modò Græci sermonis, sed & quòd masculino sexu fœmininum aliàs quoque semper comprehenditur. l. 161. in fi. D. de verbor. obligation. Argumentum etiam huius significationis illud adfert Paulus, quòd & recentes ex partu fœminas *puerperas* Latini vocant. Seneca lib. 11. cõtrouers. *Non vis parere, delicata es, cruciatus puerperæ times*. Catull. in carm. seculari ad Dianam. *Tu Lucina dolentibus Iuno dicta puerperis*. Sueton. in Caligul. cap. 8. *Qualiscunque partus*, ait, *sine sexus discrimine Puerperium vocatur, quòd antiqui etiam puellas pueras sicut & pueros puellos dictitarent*.

Gellius quoque libr. 12. cap. 1. *Puerperam ait dici, quæ recens enixa est*. Donat. ad hæc Terentij verba Andr. act. sc. *Non imperasti cora vel*. Priscianus quoque lib. 6. *Puer pueri, cuius fœmininum dicebant antiquissimi: vnde & Puerpera dicitur, quæ puerum vel pueram parit, id est puellam, quod est diminutiuum pueræ*. Ita *puerperam* accipe in l. 14. §. puerperam. D. de ædilitio edicto. Plaut. Amphitr. *Omnis erit quæ peperit puerpera*.

Puer impuberem filium significat. in l. 36. D. de statulib.

PVLSARI pro iudicio conueniri. l. 11. §. qui interrogatus. D. de interrogat. in iur. fac. l. 2. §. & quoque. & §. si agant. D. de iud. & in Impp. rescriptis persæpè. Cassiod. lib. 1. Variar. epist. 8.

Pulsatio pudoris. Paul. lib. 4. sentent. tit. 5.

Verberatus, Pulsatus. l. 22. §. vlt. D. rat. rem hab.

Punctum temporis in momẽto in l. colonos. C. de agricol. & censit. lib. 11. Donat in Phormio. Terent. act. 1. sc. 1111. aduersum tum temporis si momentum vti omnibus in 14. Idem *angustissimum temporis spatium* interpretatur.

Puncta) *quot punctis notarij, tot meorum sunt damna temporũ*. Hieronym. epist. 3. *Punica lingua*. l. fideicommissa. D. de legat. 3. Plinius lib. 4. cap. 22. lib. 18. cap. 3. *Punitus si non significatur*. l. 9. C. Th. de 60. conscrip. *Pupillus*. ὀρφανικοὶ τόκοι ὃς καὶ παιδιλλαείους λέγουσιν, οἱ ἀπὸ τελέτης ἑκατοστῆς. Vet. Glossar. Græcum. *Pupillum*. l. 13. §. vlt. D. de dolo. Cornutus in 2. Satyr. Persij dici tradit *puerum adhuc intra impuberes annos cõstitutum & nondum suæ tutelæ*. Pomponius pupillum definit, *qui cùm impubes est, desinit in patris potestate esse aut morte aut emancipatione*. lege 239. D. de verb. signific. *Planè Pupillus non appellatur, qui adhuc in vtero est*. l. 162. eod. tit. Hic enim ne vix quidẽ animal est, sed tantùm spes animalis. A Pupillo Pupillaris descẽdit, quod verbum ætati, & tabulis applicari solet. *Pupillaris ætas* 14. ann. terminatur. l. 16. D. de iure fisc. l. 7. C. de impub. l. 3. C. de præscript. 30. anno. Sueton. in Augusto. c. 66. *Aut si pupillari ætate essent die virilis togæ vel nuptiarum, cum incremento restituere consueuerant*. Eius tres gradus facit Theophil. in §. pupillus. Instit. de inutil. stipul. *Infantiam*, id est, necdum fandi potentem ætatem: *proximam infantiæ*, quæ iam fandi potestatem consecuta est: & *proximam pubertati* quę proximè pubertatem accedit.

Pupillaris substitutio, est quæ fit liberis impuberibus in potestate positis in eum casum, quo antè pubertatis annos decesserint. l. 2. D. de vulg. & pupill. Instit. de pupill. substitut. Eodémque modo *Pupillares tabulas* accipe, quas etiam Pupillare testamentum & impuberis filij testamentum Iureconsulti vocant. l. 34. §. si coniunctim. D. de leg. 1. l. 8. § sed neque impuberis. D. de inoffic. l. 2. §. interdum. l. 10. §. si ex. l. 20. l. 38. in fin. l. 43. D. de vulg. & pupill.

ſubſtit. Et *ſecundas tabulas*, vt alio loco oſtendemus.

Pupillaribus cenſibus regendis. l. 3. C. 75. de tutor. & curat.

Pupillares qui. vide Harmenopulum. p. 25.

Purè & ſub exceptione opponũtur in l. ſi proprietarius. in fi. D. de dam. inf. Polybius lib. 1.

PVRGARE multa ſignificat. *Purgare moram emendare eſt.* l. 8. & l. 14. D. de nouatio. l. 73. §. vlt. l. 91. §. ſequitur. D. de verbor. obligation. *Purgare exiſtimationem.* l. 1. §. quoties autẽ. D. de iniur. *Purgare innocentiam.* l. 22. D. de iu. fiſc. l. 6. C. de procuratorib. & *Purgare crimen.* l. vlt. D. ad leg. Iul. maieſt. & *Purgare ſe* in l. vlt. D. de requirend. vel abſent. *Purgare pudorem.* l. 23. D. de procuratorib. *Purgare viam* eſt ad libramentũ proprium redigere ſublato eo quod ſupereſt. l. 1. §. 1. D. de via publ. Sic accipe in l. 1. §. cùm autem. D. de fluminib. *Purgare etiã riuum, fontem, dicimus.* l. 1. D. de riuis. l. 1. §. deinde. D. de fonte.

Purgata probatáque ratio. l. 1. C. 75. de 60. conſcript. *Purpuræ nundinæ Veritæ.* l. vlt. C. 75. de murileg.

PVRVS locus interdum *inædificato* opponitur. l. vlt. D. de pigner. act. Quo ſenſu & *pura loca.* Varro lib. iiij. de lingua Lat. *areas in Vrbe appellari* ſcripſit. Interdum *religioſo*, id eſt ei loco, in quem mortuus illatus eſt: Itaque *Purus locus* definitur *qui neque ſacer, neque ſanctus, neque religioſus eſt, ſed ab omnibus huiuſmodi nominibus Vacat, & profani iuris eſt.* l. 2. §. Prætor. D. de religioſ. l. 2. l. 6. l. 9. C. eo. tit. l. 1. §. hoc autem. D. de mort. inf. l. 6. §. ſi quis in communẽ. D. comm. diuid. l. 73. D. de contrah. emptio. §. religioſum. Inſtit. de rer. diuiſio. *Ita Purum monumentum* accipio in l. 5. in fin. D. de religioſ. l. 5. §. conceſſa. D. de donat. int. vir.

Pura lanx cælatæ opponitur in l. 6. D. de rei vindicat. vt & *argentum Purũ*, cælato aduerſum facit Cicero 6. in Verr. Cœnabat, ait, apud eum: *Argentum illi cæterum purum adpoſuerat, & poſt ei negotium dedit, vt quicquid Haluntiesſet argenti cælati, aut ſi quid eſſet Corinthiorum, vt omne ſtatim ad mare ex oppido deportaretur.* Et alio loco, *Ne quem putetis ſine maximo dolore argentum cælatum domo quod alter eriperet, protuliſſe, omnia deferuntur, Cybiratæ fratres vocantur, Pauca improbant quæ probarunt: his cruſtæ aut emblemata detrahuntur. Sic Haluntini excuſsis delicijs cum argento puro domum reuerterunt.* Plinius libro 21. cap. 3. de lemniſcis, *Puri diu fuere: cælare primus eos inſtituit* P. Claudius. Atque ita magis eſt, vt *Purum argentum* apud Plinium libro 3. Epiſtola 1. interpretemur, quàm quo Cataneus vir doctiſsimus expoſuit modo. Sed *pura vaſa* apud Columellam, lib. 12. c. 4. & cap. xxviij. ad finem ea accipienda ſunt, in quæ nondum quicquam ſit infuſum.

Pura obligatio, præſens dicitur, quæ neque diem, neque condicionem habet. §. omnis. Inſtitut. de verb. obligat. cum aliis infinitis. *Et purè*, eſt ſine die & condicione. l. 8. D. de auct. tut. Hinc *Pura libertas*, quæ purè data eſt. l. 59. §. 1. D. de man. teſt. Planè in l. 5. D. de ſolutio. *Pura obligatio* eſt, quæ ſine ſatisdatione eſt, cui fideiuſſor vel pignus non acceſſit. Et *Purè ſtipulatus* in l. 138. §. vlti. D. de verbo. obliga. dicitur, qui illud aut illud ſimpliciter ſtipulatus eſt, non adiecto eo, vtrùm voluerit. *Purè chartæ* ſcriptis opponuntur. l. 32. §. quod tamen. D. de legat. 3. *Purum iudicium* apud Cicero. libro 2. de Inuentio. eſt ſine exceptione.

Puras haſtas, quibus iuuenes plerumque præmij ergo donabantur: Seruius in vj. Aeneid. interpretatur ſine ferro. Vnde à Zonara δόρατα ἀσίδηρα vocantur. Ita apud Liuium ſæpè & apud Vopiſc. in Aurelia. hoc verbum accipiendum eſt.

PVTARI propriè arbores, vitéſque dicuntur. l. 1. §. Labeo. D. de aqua cottidia. l. 1. §. ſiue autem. D. de noui oper. nuntia. Vnde Putator, qui arborum ramos ſtringit & amputat. l. 31. D. ad l. Aquil. l. 18. §. de putatoribus. D. de fun. inſtruc. Et apud Paul. libr. 3. Sentent. tit. 6. & lib. v. titu. xxiij. & apud Plinium lib. 27. capit. 8. Feſtus Pompeius lib. 9. *Imputatum ait, nõdum purgatum, Putum enim eſt purum.* & lib. 1. *Amputatio. i. circumputata, quod antiqui perperam pro puto dicebant.*

Putare autem arbores Græci καθαίρειν vocant. Leontinus apud Caſſia. lib. 10. γεωπονικῶν μετὰ τὴν καρπολογίαν εὐθέως καὶ τὰ μεγάλα καὶ τὰ μικρὰ δένδρα καθαρτέον. Hinc *Putatoriæ falces*, quæ putandis arborum ramis deſeruiunt, apud Paul. libro 4. Sententiar. titu. 6.

Putare lex 12. tabula. à Modeſtino in lege 25. D. de ſtatulib. dicitur, quod ita ſenſiſſe eam ex verbis eius colligitur.

B. BRISSONII DE VERB. QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE LIBER XV.

QVA pro qua parte. l. 25. D. si quis omissa. & QV A pro, *Quatenus, qua fine, quia, eo quod*, in l. 112. D. de verb. signific. l. 6. D. de re iudica. & l. 1. §. si pater. D. de SC. Silan. l. 2. §. creditor. D. de reb. credit. l. 1. D. de senatorib. l. 63. D. ad leg. Falcid. l. 28. D. si quis om. cauſ. teſt. l. 44. in fi. D. de furt.

Qua de re. i. *quare.* l. pen. C. de metall.

Quadrans integer. Vlpian. tit. 24. *Quadrans fundi.* l. 8. D. de rei vindicat. *Ex quadrante hæres ſcriptus.* l. 17. §. ex quadrante. D. de dol. mal. & met. except. *Quadrantes vſuræ.* l. 21. §. largius. D. de ann. legat.

QVADRATARII, in l. vn. de excuſ. artific. lib. 10. C. qui ſint, ex libello paſſionis Beator. Claudij, Caſtorij, Nicoſtrati & Symphoriani, qui arte quadrataria excelluiſſe ferũtur didici. Hic autem vno loco ſcriptum eſt, *Et cœperunt artifices Quadratarij incidere lapidem ad collyrium columnæ.* Et alio loco, *Tunc cœperunt in nomine Chriſti cauare conchas & pegas, & lacus cum ſigillis & cantharis, cum magna tenuitate artis.* Et aliàs, *ab eadem hora cœpit Simplicius omnem artem Quadratariam cum ferramento ſuo, ſicut Symphorianus bene & rectè operari.* Ex quibus & aliis eiuſdem libelli, quos hìc omitto locis, eorum artificum induſtriam in columnis ex marmoreis lapidi incidendis marmoribuſque in tenues cruſtas ſecandis & ſigillis, conchis, cantharisque cauandis, & omnibus argumentis ex marmore aliiſque lapidibus exprimendis verſatam liquet. Quod etiam Sidonij Apollinaris à me ſubiecta verba cõprobant quæ lib. 3. epiſt. ad ſecundum leguntur. *Sed vide*, ait, *vt vitium non faciat in marmore lapicida. Quod factum ſiue ab induſtria, ſeu per incuriam mihi magis quàm Quadratario liuidus lector adſcribit.*

Quadratæ lances. l. 19. §. planè. D. de auro argent. l. 50. D. de furt.

Quadratum ſaxeum. Hirtius de bello Alexandr.

Quadratum lapidem in l. 6. §. penult. D. ſi ſeruit. vindicet. interpretor quadrangularem & in ſpeciem quadratam cæſum: quomodo & *zonam Quadratam* Feſtus lib. 15. interpretatur, Liuius lib. 6. Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt. Plinius libro 10. epiſtol. *Manet adhuc pauciſſimi arcus: poſſunt erigi quidam lapide quadrato qui ex ſuperiore lapide deductus eſt.* ſic τετράγωνος λίθος dixit Herodian. lib. 8.

QVADRIGA. l. ſcire debemus. §. 1. D. de verbor. oblig. l. 65. §. 1.

Quadrupedum alia pecudum numero ſunt, alia beſtiarum. l. 2. §. vlt. D. ad l. Aquil.

Quadruplari iudicium. l. 14. §. 1. D. quod met. cau.

Quadruplex iudicium. Plin. lib. 1. ep. *Eram in Quadruplici iudicio.* & lib. 4. epiſt. 24. & lib. 6. epiſt. 34.

Quælibet tempeſtas. l. 24. §. idem ait. D. de damn. infecto. & alibi, non *Quælibet iniuriæ.*

Quærere pro inueſtigare, ſic Quærere aquam. l. 25. D. de ſeruitutib. & l. 10. D. de ſeruit. præd. ruſt. l. 20. D. ſi ſeruit. vindic. *condicionem.* l. 29. D. de ritu nupt. *Quærere alios creditores.* l. 25. D. de pignerat. act. *Quærere fideiuſſores.* l. 8. D. de vſufruct. ear. rer. *Quærere maritum filiæ familias.* l. 34. D. de ritu nupt.

Liberos Quæſitura. Iuſtin. lib. 12.

Quærere actionem i. adquirere. & ita dicitur *Quærere.* l. 3. C. de rer. permut. lege 7. C. de part. conuent. item *Quæſita pro parte hæreditari actio.* l. vlt. C. res inter alios.

Sic quoque *Quærere exceptionem pro adquirere* in l. vlt. D. de exceptionibus.

Ita *Quærere dominium.* l. 24. C. de rei vindicat. & *Quæri dominium*, id eſt adquiri. l. 19. D. de

donat. inter vir. & vxor. *Quærere donationem.* l. 13. C. de collationib. & *Quæsita donatio.* l. 12. D. si quid in fraud. patron. item *Quæsita est causa donationum.* l. 25. C. famil. ercisc und. sic *Quærere filium.* l. 3. §. idemque 8. D. de bonorum possess. contr. tab. & *Quæsita neptis ex filio.* l. 2. C. de donat. cau. mort. sic *Quærere filium.* l. 2. C. de donat. cau. mort. & *Quæsiti iustis nuptiis liberi.* l. 1. D. de adsignand. libert. itē *Quæri liberi vel vulgo vel iure dicuntur*, qui vel ex legitimis nuptiis vel προσλήψει susceptiſunt. l. 18. D. de bon. libert. l. 4. C. de suis & legitimis. sic *Quæsitus frater.* l. filius. D. de collat. bonor. & *Quæsitus natiuitate vel adoptione adgnatus.* l. 2. §. parui. D. de suis & legitimis. item *Quæsitus in seruitute filius.* l. 3. D. de liber. cau. & *Quæsita in seruitute filia.* l. 1. §. interdum. D. ad Senat. Tertull. *In seruitute quæsiti dicuntur filij, qui ex seruis parentibus nati sunt.* d. l. 1. §. 1. D. ad Tertyllian. & l. vlt. D. de adoptio. l. 3. D. de libera. cau. *Per adoptionē etiam quæsitos filios dicimus.* l. 2. §. parui. D. de suis & legit. Hoc genus loquēdi antiquū esse docet Fest. in ver. Quæso. porrò *Quæsita ex emptione ancilla.* l. 7. C. de contr. empt. *Quærere fructus.* l. 16. D. de impens. in res dot. *Quæri obligatio.* l. 1. C. si seruus extero. & *obligationē.* l. 16. C. de pignoribus. & l. 1. C. quæ cōmunes res. *Quærere hæreditatem.* l. 6. §. si is. D. de acquiren. vel omitt. hæred. l. 15. C. de iure delib. *Quære tibi hæreditatem.* l. 2. C. ad Senat. Orfitian. Quæsitam hæreditatem dicimus, quæ vel ex testamento, vel ab intestato, vel ciuili, vel honorario iure est acquisita. l. 9. C. de peti. hæred. l. 14. C. de test. milit. l. 14. C. de fideicommis.

Quæsita hæreditate & non quæsita l. 14. C. de fideicommiss. sic quoq; *Quærere successorem* pro adquirere. l. 9. C. de petit. hæreditat. item *Quærere successionem sibi.* l. 14. l. de testam. milit. l. 2. C. quorum legat. & *Quæsita successio.* l. 4. C. de temporibus in integr. *Quæsitæ res successione.* l. 15. C. de postliminio reuers. hoc modo dicitur *Quæsisset ius substitutionis.* in l. 93. D. de condit. & demonst. denique *Quærere seruitutem tempore.* l. 2. C. de seruitutib.

Quæsita dignitas. l. 9. D. de Senatorib. *Quæsitus honos.* l. 8. C. de Decurionib. *Quæsita libertas manumissione.* l. 22. C. de liber. cau. *Quærere* pro controuerti. *Quæri solet.* l. 14. D. de liber. & postum. sic *De illo Quæritur.* l. 1. §. de illo. D. ad SC. Trebell.

Quæstio est. i. controuersia. l. 115. D. de verb. signif. l. 2. D. de his quæ in testam. delent. lege 24. D. de adquir. vel omitt. hæreditate. sic *cœpta Quæstio.* l. 1. §. 1. D. ne de statu defunct. Est *Quæstio vulgata.* l. 1. §. 1. D. pro dote. *In eo Quæstio consistit.* l. 51. D. de adquir. possess. *Quæstio in eo est.* l. 60. §. quid ergo. D. de rit. nuptiar. l. 1. §. si impuber. D. de collat. bonorum. l. 6. §. vlt. D. de precario. & l. 13. D. de adquir. rer. dom. *Quæstio* quid. l. item. §. quæstionem. D. de iniur. *Quæstio fiet.* l. 2. C. de ord. iudicior. Item *Quæstio tam iuris quàm facti.* l. 11. §. mulier. D. ad l. Iul. de adulter. *Quæstionis esse.* l. 15. §. sed cum in facto. D. de actionibus empti.

Quæstionis est. l. si non solus. §. si duo. D. si quis omiss. l. 25. §. quæstionis. D. de vsufruct. l. 9. §. 1. D. de seruo corrupto. l. 8. l. 9. §. siue autem. D. de religios. l. 11. §. 1. & l. 36. D. de peculio. l. 1. §. 1. D. vbi pupill. educ. l. 89. D. de legat. 3. l. 2. §. Item. D. de iudic. *Quæstionis fuit.* l. 1. §. sanè. D. si quis omissa. l. vlt. D. de collat. bonorum. & l. 12. D. quando dies legator. l. vlt. D. de dot. collat. *magnæ Quæstionis est.* l. 7. §. 1. D. de except. rei iudic. sic *Quæstionem facere & inferre.* l. 39. D. de liberali causa. l. 73. D. de euictionibus. *Quæstionem referre.* l. 3. C. de fide instr. *Quæstionem fieri.* l. 34. Lucius. de legat. 2. itē *Quæstionem facere de iure testamenti.* l. 30. D. de excep. rei iud.

Quæstio status. l. 1. C. de ordin. iudicior. l. 3. C. de iudiciis. *Quæstionem status facere.* l. vlt. D. pro derelicto. *Status Quæstionem facere.* l. 39. §. vlt. D. de liberali cau. *Quæstionem facere de statu.* l. 1. D. de iur. patron. l. 5. D. eod. tit.

Quæstio interimit. l. 428. Papinianus. D. de bon. libert.

In Quæstionem venire. l. 3. §. 1. D. de agnosc. & alend. lib. *In Quæstionem venire prædia.* l. 21. C. de probationibus. *In Quæstionem venit.* l. 49. D. de iure fisci. *In Quæstionem libertatis vocari.* l. 7. §. si mater. D. de Carbon. edicto.

Sine vlla Quæstione possidere. l. vlt. §. vlt. D. de rescind. vendit.

Quæstiones fisci. l. 41. D. de fideiussorib.

QVÆRERE legibus apud veteres dicebantur, qui criminum quæstiones exequebantur, quique quæstiones publicas exercebant. Plinius epist. vlt. lib. 5. *Causa dilationis Nepos Prætor qui quærit legibus.* Cicer. pro Milo. *Decernebat enim, vt veteribus legibus tantummodò extra ordinē quæreretur.* Vnde qui rebus capitalibus præerant, olim *quæstores* vel *quæsitores* dicebantur quasi ἐρευνάδες, vt Iustinia. Nouell. 8. interpretatur. l. 2. §. & quia, vt diximus. D. de orig. iur. Cicer. pro Sex. Roscio. *Hunc quæsitorem ad iudicem fugiebant, atque horrebant, in quibus periculum creabatur.* Virgil. 6. Æneid. *Quæsitor Minos vrnam mouet.* Et *quæstioni præesse* dicebantur Prætores

tores qui quæstionem exercebant. Ita *iudex quæstionis* in lege 1. in princ. D. ad leg. Cornel. de sicar. *Quæstio* etiam *de crimine constituti dicebatur*, cùm alicuius criminis inquisitionem senatus mandabat. Sueton. in Iul. cap. 6. *Quem inter publicas ceremonias penetrasse ad eam muliebri veste, tam constans fama erat, vt Senatus quæstionem de pollutis sacris decreuerit.* Inde iocus apud Plaut. in Pseudolo. act. 1. sc. 1. Lucem accipiet, vbi ait, *Vt opinor quærunt literæ hæ sibi liberos. Alia aliam scandit, id est, videntur operam liberis dare, quòd alia super aliam posita sit.*

Quæstiones etiam publicas constitutas à Cornelio Sylla Dictatore legimus, de falsis, de sicariis, de veneficiis, de parricidiis. sic *Quæstio publica* in epist. Constantini ad Eluphrium.

Et *Quæstio iudicij publici*. l. 5. §. qui iudicij. D. de decurionib. lege 6. §. Decurio. D. de decurionibus.

Item *Quæstio criminum*. l. 1. C. vbi de criminib. & *Quæstiones capitalium criminum*. l. 27. §. in quæstionibus. D. ad municipal.

Quæstiones læsæ maiestatis. l. 8. D. ad l. Iul. maiest. fuere & aliis auctoribus repetundarum & ambitus publicæ constitutæ quæstiones.

Quæstiones hæ ζητήσεις quoque à Græcis oratoribus dicuntur. Demarchus quidem certè ad finem orationis κατὰ Φιλοκλέους pa. 99. ὅπι ὑμεῖς μὲν ὡς ἅπασιν ἀνθρώποις ἐπαινεῖσθαι ταῖς γεγραμμέναις ζητήσεσιν ὑπὲρ τούτων τῶν χρημάτων.

Quæstionem habere quid l. 1. §. item illud. D. de C S. Silan.

Quæstionem habere de familia. l. 37. §. vlt. D. de bonis libert.

Quæstio haberi. l. 27. §. haberi. D. ad l. Iul. de adult. *Quæstio habita*. Paul. lib. 3. sentent. tit. *Quæstione habita*. l. 14. C. ex quibus caus. infam. *Quæstio habita ad vindicandos socios*. l. vlt. D. de exhib. *Is de quo Quæstio habita est*. l. 27. §. 1. D. ad l. Iul. de adult.

In Quæstionem peti serui. l. 55. D. locati. *In Quæstionem dare seruũ*. l. 15. D. de condi. cau data.

Quæstionis iudex. l. 1. §. 1. D. ad l. Cornel. de sicar.

Erant & Romæ *Quæstores* ærarij, de quibus in tit. de offic. quæstor. quos & candidatos principis postea appellatos docui lib. 1. Select. Antiquit. Ascon. in 2. contra Verr. *Proprie*, ait, *Quæstores dicuntur criminalium quæstionum.*

Quæstura ciuitatum. l. vlt. D. de muneribus & honoribus.

Quæri libet. Agell. lib. 4. cap. 3.

Quæstorum sacri palatij sub Impp. Constantinopolitanis magna fuit dignitas & amplitudo l. 34. l. 36. C. de appellatio. Hi enim veluti iustitiæ custodes, leges tractabant & petitionibus precibusque subscribebant, & cum Præfecto prætorio sacris iudiciis præsidebant. Sub eorum etiam dispositione laterculum minus erat, vt ex l. 32. C. de appellatio. l. 1. C. de offic. quæst. Nouell. Valentinia. 3. & l. vlt. de petit. bono. lib. 10. C. l. 64. & 65. D. de decurio. eo. & notitia Imperij Rom. patet. Symmach. lib. 2. epist. ad Ausonium: *Quæstor es, memini, consilij regalis particeps, scio, precum conditor, recognosco: adde huc alia mille.* Zozimus lib. 5. Καὶ ὅτι τύπος Σάλβιος, ὁ τὰ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν, ὃν Κοιαίστωρα καλεῖν οἱ ἀπὸ Κωνσταντίνου δεδώκασι τρόπον. Procop. lib. 1. de bello Pers. εἰ μὴ Πρόκλος ἐκώλυσεν ὃς βασιλεῖ τότε παρήδρευε τῷ τοῦ Κοιαίστωρος ἀρχὴν ἔχων. Et ibidem. Τειβεριανὸς δὲ πάμφολος γένος βασιλεῖ πάρεδρος, Κοιαίστωρα τοῦτον καλέσαι ῥωμαῖοι. Quæstores autẽ viri illustres & excellentissimi vocabantur.

Quæsitor. i. *arbiter*. l. 2. C. Theod. de postul. sup. ver. Cognitor. *Quæstor strenæ*. Auson. p. 4.

Quæstus intelligitur, qui ex opera cuiusque descendit. l. 7. & l. 8. D. pro soc. B. Augustin. Sermo. 48. ad diuites, *Quæstus*, ait, *est acquisitio lucri*. Quæstus itaque est compendij inita societate quicquid ex operis suis quisque acquiret, in medium cõferetur. Hæreditatem autem ibi quisque acquiret. l. 45. D. de acquir. hæredi. Inde *Quæstuariæ mulieres*, & *Quæstuaria corpora*, quæ quæstum corpore faciunt. l. 4. §. 1. D. de his qui not. infam. l. 43. §. lenonum. D. de ritu nupt. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. P. *Attilium Philistum in pueritia corpore quæstum facere coactũ*. Idem eod. cap. *Sponsionem se facere paratum diceret quòd adolescens ille palàm atque apertè corpore quæstum factitasset*. Lactant. lib. 1. Institut. diuin. sic *Quæstum facere de adulterio*. l. 3. D. de minorib. & *Quæstum facere ex adulterio*. l. mariti. §. qui quæstum. D. ad leg. Iuliam de adulteriis. vide supra in verbo Corpus.

Quæstus fundi in l. 22. D. de instr. vel instrum. reditus est vt apparet ex coniunctione l. 12. §. si in agro. eod. tit.

Quæstus causa in certamina descendere. l. 2. §. vlt. D. de postulando. *Qualibet conditione*. l. vlt. de manumiss. test. & *Qualibet ratione*. l. 3. §. 1. D. de act. rer. amot. *Qualis est hæreditas*. l. 44. D. ad SC. Trebell. *Qualiscunque accusatio*. l. 1. §. accusationem. D. ad SC. Turpill. C. alius qualiscunque fideiussor. *Qualiscunque causa probata*. l. 9. D. de manumiss.

Qualiacunque dolia. l. 54. D. de act. empti.

Qualicunque iudicio voluntatem declarare. l. 21. C. familiæ erciscundæ.

Qualiscunque fideiussor indicto Prætoris id est etiam non locuples. l. 2. præter. l. §. quod ait. D. qui satisdare cogantur, & ita hoc verbum accipe in l. 1. & l. 2. D. in ius voc. vt eam.

Qualiscunque possessor. l. 2. D. vti possid. l. 12. D. quib. mod. pign.

Qualis quales. lege gerit. D. de acquir. hæred. l. 1. §. quamuis. D. de vent. inspic. l. vlt. ad fi. D. de diuor. l. vlt. D. de inoff. testamen. l. 15. Prætor ait, si quid. D. de iniur. *Qualis qualis sit.* l. 1. §. quamuis. D. de inspic. ventre. *Qualis qualis conditio.* l. 2. §. 1. D. de bon. possess. 5. & tabul. *Qualis qualis fuit conditio.* l. 13. D. de adquir. vel omitt. & l. 2. §. 1. D. de bonorum possess. secundum tabul. obligatio. l. 1. D. de pecun. const. l. 12. §. 1. D. de distract. pign. *Qualis qualis possessio.* l. 88. D. de adquir. vel omitt. *Quali quali voluntate.* l. vlt. §. illud. D. de

Qualis est, talis dari debet. l. 56. & l. 69. §. si fundus. & l. 70. D. de legat. 1. *talis Qualis.* l. 3. D. de instr. vel instru. l. 116. §. vlti. D. de legat. 1.

Quale & tale opponuntur. l. 2. D. de vsuris.

Quale est cum petitur. l. 2. D. de vsuris.

Nomen Quale fuit. l. 74. §. vlt. D. de euictionib. *Quale quale.* l. vlt. D. de inoffic. *Quale quale sit quod solo cohæreat.* l. 1. §. si quis. D. de vi & vi ar. *Commodum quale quale sit.* l. 2. §. merito. D. ne quid in loco pub. *Quale quale ministerium.* l. vlt. D. de progenituris.

QVALITAS vini, frumenti, olei & nummorum, pro genere & specie dicitur in l. 21. §. sed etsi notam. D. qui test. fac. cum l. 71. §. 1. D. de hæredi. instit. l. 4. D. de tritico vino. l. 75. D. de verbor. obligat. l. vbi autem. D. eod. sic *Qualitas criminis.* l. 11. §. mulier. D. ad l. Iul. de adulter. l. 13. §. vlt. D. de damno infecto. *disceptationis.* l. 18. §. Filias. D. de liberat. legat. Item *Qualitas frumenti vini.* l. 75. D. de verb. obligationib. *Qualitas iniuriæ.* l. 17. §. 3. D. de iniur. l. 1. D. de emptionibus. l. 42. D. de act. empt. & *Qualitas operis.* l. 24. D. locat. *Qualitas munerum.* l. 6. §. vlt. D. de off. Proconsul. sic *Ex qualitate negotij motus index dicitur.* l. 41. D. ad l. Iul. de adult.

Qualitas nummorum. l. 21. §. 1. D. qui testam. fac. poss. *olei.* l. 4. D. de tritico vino.

Pro Qualitate rei. l. 1. D. in ius voc. vt eam. & *pro Qualitate rei locuples.* l. 5. §. 1. D. qui satisdat. cogant. *Qualitas sexus.* l. 15. D. de testibus. & qualitas negotij. lege 21. §. si testes. D. de testibus.

Qualitatem & materiam pro eodem ponit Vlp. in l. 14. D. de contr. empti. *Qualiter* potuerunt. l. 135. D. de verb. signif. *Qualiter qualiter* pro qualitercunque. l. 5. §. vlt. D. de administr. & pericul. & l. 1. D. de bon. eorum. l. 46. D. de fruct. l. 1. D. si is qui testament. l. 3. §. vlt. D. de vi & vi arm. l. 63. D. de verborum significat. l. 7. D. de minor. l. 7. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. 1. D. de bon. eor. qui ante sent. l. 1. §. 1. D. si is qui testamen. libe. l. qui in puteum. §. si tamen. D. quod vi aut clam.

Non Qualiter. l. 5. D. qui satisd. cogant.

QVALVS in l. 15. §. 1. D. de vsufr. spisso vimine vel salice contexta sporta. Fuit inuersæ metæ similis, qualis est nostra Hotta: vt Columella lib. 1. cap. 15. indicat. Vnde Virgil. lib. 2. Georgic. *Et spisso vimine quali.* Inde *quali vindemiatorij exceptoriique* quibus vuæ comportantur & liquantur. l. 8. D. de instr. vel instru.

QVAM, pro magis quàm, vel potius quàm, vt Antonius Augustinus aliquibus in locis obseruauit, persæpè ponitur. l. 2. §. sed si. D. de iudic. l. 2. §. mutui. D. de reb. credit. l. 7. in prin. D. depos it. l. 20. in fi. D. de acquir. hæred. l. 49. D. de legat. 1. vide l. quæsitum. §. cum vir ita. D. de legat. 3. l. 5. D. de suspect. tutorib. l. 5. in princ. D. de doli exceptio. l. 8. C. de iudic. l. 18. C. de liber. caus. l. vlt. C. de vsufruct. l. 20. §. hoc interdictum. D. de noui oper. nunc. l. 1. D. de mort. cau. don. l. 6. §. Titius. D. ad Trebellia. lege 21. versic. sed vbi. D. de hæredi. vend. Et apud Paul. lib. 4. sentent. tit. 5. & tit. 6. & lib. 5. titul. 18. Et Tert. in lib. de spectaculis, *Et forsitan sine causa amare liceat, quàm sine causa odisse.* in lib. aduers. physic. & in lib. de oratione. Sic & alij auctores sæpè loquuntur. Vt est & Priscianus testis lib. 16. Vbi & de coniunctionibus. *Diuersius*, inquit, *vel electius sunt quando diuersis propositis aliquid ex eis nos eligere ostendimus. Dines esse volo quàm pauper.* Terent. in Andria, *Quæ inhoneste sic voluit diuitias parare quàm honestè in patria pauper viuere.* Exemplis, quæ infinita propè suppetunt ne abutar: illustriora duntaxat proferam. Tertull. lib. 11. aduers. Marcio. *Quia bonum scilicet fidere in Deum, quàm fidere in hominem.* Et in Apologet. cap. 8. *Sed bestiarum, inquis, opinor, hoc munus quàm hominis.* & cap. 28. *In ciuitatibus denique apud vos per omnes deos, quàm per vnum genium Cæsaris peieratur*, id est potius quàm per genium. Sic & in libro aduersus Hermogenem & aduersus Valentin.

lentin. & in lib. ad Martyres, & alibi sæpè idem auctor loquitur. Liuius libro 3. *Oratio fuit precibus quàm iurgio similis.* Tacit. lib. 1. *Verùm quia Romanis Germanisque idem conducere, & pacem quàm bellum probabant.* Idem lib. 3. *ad Drusum pergit, quem haud fratris interitu trucem, quàm remoto æmulo æquiorem sibi sperabat.* Et paulò post, *Cum accusatores ac testes certatim perorarent, respondente nullo miseratio, quàm inuidia augebatur.* Et alibi sæpè, vt B. Rhenan. adnotauit. Censorin. in lib. de die natali, de Aristotele loquens, *Vt mirum sit ad annos 58. vitam pertulisse, quàm vltra non pertulisse,* Sic & Terentius, si vera est quorundam interpretatio, locutus est in primo versu Prologi Eunuchi. Sic & Claudia. de bello Gildon.

Phalarim tormentáque flammæ
Profuit, & Siculi mugitus ferre iuuenci,
Quàm tales audire choros.

Quàm pro *antequam.* in l. 1. C. vbi causa fisc. *Quàm bis redditum post tam.* l. 1. in fi. D. de doli mali except. *Quàm* pro *nisi* accipitur cum dicimus, *nemo vindicare potest quàm qui.* l. 2. D. de seruit. vindic. Eadem propè significatione accipitur apud Suetonium in Galba cap. 8. *Ne ad gestandum quidem vnquam iter ingressus quàm vt secum vehiculo proximo decies* HS *in auro efferret.* Tertullianus in lib. de carne Christi, *Cæterum quid est sanguis quàm rubeus humor? quid caro quàm terra conuersa in figuras tuas?* Et in lib. de Monogamia, & in lib. de Oratione, *Quid autẽ Deus vult, quàm incendere nos secundum suam disciplinam?*

Quàm si, id est, nisi. l. 3. §. si tamen postea. versic. Nam nec. de libe. hom. exhib. l. 3. circa fin. in §. si ita sit libertas. D. de statuliber. *Non statim perueniet, quàm si quinquennium præteriisset,* pro, non aliter vel non prius quàm præteriisset, vel non perueniret nisi.

Quàm primùm. l. 43. D. de liberali causa.

Quàm iniquum. l. 3. §. Marcellus. D. quibus ex caus. in possess.

Quàm speciem tractat. l. 23. D. de acquir. rer. dominio.

QVANDIV pro quoad in l. 15. D. quib. mod. vsusfr. amitt. l. 1. vers. habebit. D. de penu leg. l. 1. §. vlt. D. de vent. in possess. mitt. l. vn. in fin. prin. D. nihil nou. appell. pend. & Caius lib. 2. Instit. tit. 4. & lege quemadmodum in princip. versic. igitur. D. de iur. dot. P. Flor. l. vlt. in fi. D. de rebus auct. iud. possid. l. 8. in fi. D. fam. erciscund. P. Plor.

Quandoque pro quandocunque. l. 77. §. rogo. & §. patet. D. de legat. 2. l. 41. §. cohæres. D. de vulg. & pupill. & ita non rarò in libris nostris vsurpatur. l. 16. §. vlt. D. ex quibus causis maior. l. 1. §. 1. & l. 25. D. de condic. & demon. l. 7. D. de vsufruct. ear. rer. & leg. 24. D. de iureiurando. l. 51. D. de act. empti. l. 13. §. 1. D. de reb. eorum. l. 1. §. Iulianus. D. de adgnoscend. liber. l. 45. D. de solut. matrim. l. 55. D. de fideiussoribus. l. 13. §. qui ita. D. de acceptationib. l. 28. D. ad Senat. Trebell. l. 11. D. ad l. Falcid. l. 104. §. cum quidam. D. de legit. 1. l. 5. §. vlt. D. de Carbon. edicto. & l. 91. D. de condit. & demonstrat. l. 28. & l. 69. §. vlt. D. de legat. 2. l. 25. & l. 87. §. nuptura. D. de legat. 3. l. 5. D. de collat. bonorum. l. 1. D. de adsignand. libertis.

Sic *Quandoque venerit,* id est, quandocunque. in l. 2. D. de condition. & demonstr.

Quandoque secutus nuptias. l. 59. §. vlt. D. de iure dotium. & *Quandoque liberos habuerit.* l. 18. D. quando dies leg. ced. & *Quandoque nupserit.* in l. 30. eod. tit. *& quandoque conditio extiterit.* in l. 28. D. ad Trebellia. & *Quandoque apparuerint,* in l. 15. D. de leg. lib. 3. *Quandoque inciderint.* l. 9. D. de legib. Sic & in l. 35. D. de iureiur. l. 54. D. ad Trebellia. & l. 7. D. de pact. dotalib. l. 1. §. hæc pœna. D. quod quisque iur. l. 104. §. penult. D. de leg. lib. 1. l. 6. D. de tributor. l. 7. D. de vulg. l. 9. D. de capit. dim. Sic *vbique, pro,* vbicunque aliàs dicitur. l. si adrogator. §. penult. D. de adoption. l. cum vir vxorem. D. quando dies leg. ced. Columella cap. 4. & cap. 10. lib. 2. & lib. 4. cap. 24. *Quandoque igitur* (sic enim est in Vet.) *vinitor hoc opus obibit, tria præcipuè custodiat.* Horat. in arte.

Indignor Quandoque bonus dormitat Homerus.

Alibi Quandoque valet aliquando, vt l. 22. D. de adoptio. l. 8. §. manumissionis. D. de donat. int. vir. At. in titul. quib. mod. re contrah. oblig. quod ait Iustinian. *Vt Quandoque non eadem, sed alia eiusdem generis restituantur,* id Caius eãdem rem tractans lib. 2. Institution. dixit statuto tempore. Et ita in l. 42. D. de iure dot. accipi hæc vox potest. & in l. 37. §. nuptura. D. de legat. 3. & l. 5. §. vlt. D. de Carbon. ed. Hæc autem verba QVANDOQVE RESTITVAS hoc significant, cum primùm potueris. l. 29. D. quando dies leg. ced.

Quandoque agnoscitur iudex. l. 7. §. si de poni. D. de administr. & peric. *Quandoque dominus.* l. 7. C. de iudiciis.

Verbum QVANTAS non ad numeratam tantùm pecuniam, sed & ad corpora pertinet, vt

apparet ex relegatione dotis, quæ ita concipi ſolet, QVANTA PECVNIA AD ME DOTIS NOMINE PERVENERIT, & ſtipulationibus emptæ hæreditatis, quæ ita concipiuntur, QVANTA PECVNIA AD TE EX HÆREDITATE ILLIVS PERVENIT. Vtroque enim ſermone tam quæ in quantitate, quàm quæ in corpore conſiſtunt comprehenduntur. l. 95. D. de legat. lib. 3. l. 42. §. 1. D. de legat. 2. l. 2. D. de hæred. vend. l. 7. & l. vlt. D. de dote releg. lege 50. in fi. D. de verb. oblig.

Quanti eſt. l. 18. §. vlt. D. qui & à quib. His verbis, QVANTI EA RES EST, vel QVANTI EAM REM PARET ESSE, vera rei æſtimatio ſignificatur. l. 179. D. de verbor. ſignificat. Nec enim ad id quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem verúmque precium plurimùm hæc clauſula refertur. l. 193. D. de verbor. ſignific. l. 8. D. de in lit. iur. veluti in edicto, quo aduerſus eos, qui in turba damnum dederint, actio in duplum *quanti ea res eſt*, proponitur. lege 4. §. hæc autem actio. D. vi bonor. rap. Et ideo nonnunquam *id quod intereſt*, & *quanti ea res eſt*, opponuntur l. 1. §. vlt. D. ſi quis ius dicen. l. 4. §. in eum. D. de dam. inf. Nam id quod intereſt verum rei precium plerumque egreditur & excedit. l. 1. D. de actio. empt. Veruntamen pro re ſubiecta varia fit horum verborum interpretatio. Interdum enim veritatem, id eſt, veram quãtitatem, vt in edicto, qui ſatiſd. cogantur, & in edicto de falſo tutore, interdum pœnam, vt in edicto quod contra eos, qui in ius vocat. vi eximunt ſcriptum eſt, continent. l. penult. §. 1. D. ne quis eum, qui in ius vocat. l. 2. §. vlt. D. qui ſatiſd. cogant. l. 7. §. 1. D. quod falſ. tutor. Nec ſemper corporis ipſius, ſed eius iuris, quo de agitur, æſtimationem continent, vt in edicto, quod metus cauſa, item de dolo, QVANTI EA RES EST. ſic accipimus, Quanti, id eſt, quod metu dolove extortum à nobis abeſt, & quod reſtitui oportet: vt ſi proprietas abſit, proprietas; ſi poſſeſſio, ſola poſſeſſio æſtimetur. l. 14. §. Labeo. l. 21. §. 1. D. quod met. cauſ. l. 18. D. de dolo. Et in edicto. De ſeruo corrupto, QVANTI EA RES EST, ſic accipitur, quanto ſeruus ob id corruptus eſt, minoris exiſtat. l. 9. in fi. D. de ſeru. corrup. & l. 193. D. de verborum ſignificat. Interdum vero QVANTI EA RES EST, vtilitatem ſignificat, & ad id quod intereſt agentis pertinet. vt in ſtipulatione RATAM REM HABERI non rei ſtipulãdi vel promittendi compendium ſpectandum eſt, ſed quod intereſt eius, qui ſtipulatus eſt, ratum haberi quod geſtum eſt. l. 3. l. 8. §. vlt. l. 19. D. ratam rem hab. Et in interdicto vti poſſidetis, Quãti intereſt vniuſcuiuſque poſſeſſionem retinere. l. 2. §. vlt. D. vti poſſid. Similiter in interdicto, De itinere actúque priuato, ex his verbis æſtimatur, Quanti actoris interſit via ſiue itinere non prohiberi. l. 1. l. 3. §. in hoc interdicto. D. de itin. actúque priua. At in interdicto, Ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſ. cum ad perſonam domini hæc verba referantur, veram vtilitatem continent, vt quanti verè interſit poſſeſſionem eius rei habere in cuius poſſeſſionem miſſus eſt, tanti is, qui prohibuit, condemnetur. & l. 1. in princ. §. hæc verba. & l. 2. D. ne vis fiat ei qui in poſſ.

Quanti plurimi res eſt. l. 21. & l. 25. D. ad l. Aquil. *Quanti plurimi fuit.* l. 2. §. 1. D. de priuat. delict. l. 67. §. 1. D. de furt.

QVANTITAS plerumque in Iureconſultorum libris ſummam pecuniæ ſignificat. l. 11. D. de compenſat. l. 3. §. planè. D. de contrar. & vt. l. 47. §. 1. D. de iur. fiſci. l. 65. D. de verborum oblig. Vt plurimum autem ea, quæ pondere, numero, menſura continentur, Quantitatis appellatione demonſtrantur. Et ideo à corporibus, quæ neque pondere, neque menſura circumſcribi ſolent, quas & ſpecies appellant, ſeparatur. lege 34. §. ſed ſi non corpus. & §. ſed ſi pondus. D. de leg. lib. 1. l. 94. D. de ſolutionibus. l. 89. D. de legat. 2. l. 6. D. ſi certum petat.

Quantitas etiam modum ſignificat. l. 94. D. de verborum obligat. in qua quod initio Marcell. quantitatem dixerat, poſtea modum vocat. Sic Quantitatem patrimonij operis, tranſactionis, legatorum dicimus. l. 21. in fi. D. de noui oper. nunc. l. 19. D. de milit. teſt. l. 72. l. 73. D. ad leg. Falcid.

Item, *Quantitas aquæ.* l. 1. §. 1. D. ne quid in flum. publ. *dotis.* l. 45. D. de ſolutionib. *emolumenti.* l. 20. D. de manumi. vind. *hæreditatis.* l. 4. C. de hæredit. vel act. *legatorum.* l. 18. §. poſſumus. D. de aliment. vel cibar. *operis.* l. 21. §. vlt. D. de oper. noui nunt. *pretij.* l. 9. C. de donat. inter virum. *vſurarum.* l. 24. D. de præſcript. verb.

Quantitas quod. l. 95. D. de legat. 3.

Magna Quantitas. l. 43. D. de action. empt.

In Quantitate & in corpore conſiſtere opponuntur l. 81. D. de legat. 2.

QVANVIS non eſt aduerſatiua particula. l. quid ergo. §. vltimo. D. de iis qui notant. infamia.

Quaqua ratione. l. 41. §. agri. D. de legat. l. 16. §. vlt. D. de iure patron. l. 13. D. de adimend. leg. *Quaqua ratione adquisitio.* l. 3. §. 1. D. pro socio. item *Quaqua ratione*, id est quacunque ratione. l. 21. D. de fideicomm. libert. l. 5. D. de appellat. recipiend. sic *Quoquo genere.* l. 41. §. Stichus. D. de fideicommiss. libert. & *Quoquo iure.* l. 6. §. 1. D. de statu liber. & *Quoquo modo.* l. 3. D. ad l. Corn. de falsis. & *Quoquomodo vendere.* l. 10. D. de fideicommiss. libert.

QVA DE RE AGITVR, verbum fuit proprium Iurisconsultorum olim. Cic. Topic. *Sed quæ ex statu efficitur contentio eam Græci τὸ κρινόμενον vocant. mihi placet id: quoniam quidem ad te scribo, Qua de re agitur vocari. Quibus autem hoc, Qua de re agitur continetur, hæc continentia vocantur.* Idem in Bruto, *Quæ Iurisconsultorum includitur formulis, & vbi esset videbat.* Idem pro Murænia. *Etenim quæ de scripto aguntur, scripta sunt omnia: in quo tamen quicquam tam angustè scriptum est, quo ego non possim Qua de re agitur addere.* Quintilia. lib. 3. cap. vlt. de Cicerone loquens, *Nam in Rhetoricis Hermagoram est secutus, in Topicis ex statu effectum contentionem κρινόμενον existimauit. Idque Trebatio qui iuris erat consultus alludens de qua re agitur appellat.* Vtitur autem hac formula Paulus in l. 3. D. rat. rem hab.

QVARTÆ in iure ciuili complures sunt. Vna quarta hæreditatis, quam per leg. Falcidiã hæres retinet, à quo suprà dodrantem legata relicta sunt. l. 1. §. 1. & lege 9. & toto tit. D. ad legem Falcidiam. quæ *& legis Falcidiæ beneficium* dicitur l. 18. l. 27. l. 58. l. 59. l. 89. eodem titulo.

Alia est quarta, quam hæres alij hæreditatem restituere rogatus ex Senatusconsulto Pegasiano detrahit, quæ quia ad exemptum quartæ Falcidianæ introducta est, *Falcidia* & ipsa appellatur, in tit. ad Trebellia. l. 11. D. de legat. 1. §. sed si quis priore. Instit. quib. mod. test. infir. Et *Falcidiæ beneficium* in l. 16. §. idem Metianus. D. ad Trebellian. & *Falcidiæ legis commodum* in l. 27. §. Trebellianum. & l. 30. D. eod. titul. & *Commodum Senatusconsulti.* l. 5. §. si quis rogatus. D. de donat. inter vir. & vxor.

Alia est quarta quæ liberis debetur, quæ non vt superiores duæ quadrantem hæreditatis, sed quadrantem eius quod ab intestato habituri liberi fuissent, continet. Est enim quarta eius quod ad vnumquemque ex liberis peruenturum fuisset si intestatus paterfa. decessisset. l. 8. §. si quis mortis. l. 25. D. de inoffic. testam. & vt l. 8. C. eod. tit. ait, *partis quæ intestato patre defuncto ad liberos potuit pertinere, quarta.* Vnde & *quarta successionis ab intestato* appellatur in l. penult. D. de collatio. Et *quarta debitæ portionis* in d. l. 8. §. quoniam. quandoquidem parẽtum bona intestato relicta, velut debita liberi accipiunt. l. vlt. D. de bon. damnator. l. 2. D. vnde liberi. Hæc autem quarta & *legitima*, & *debita portio* vocatur, vt suis locis exposuimus. De eáque accipienda sunt hæc Plinij verba ex epistol. 1. libr. 5. *Ibi ego si mater, inquam, te ex parte quarta hæredem scripsisset, num quæri posses? Quid si hæredem quidem instituisset ex asse, sed legatis ita exhausisset, vt non amplius apud te quàm quarta remaneret? Igitur sufficere tibi debet, si exhæredatus à matre quartam partem ab hæredibus eius accipias.*

Est & *alia quarta*, quæ adrogato pupillo de bonis adrogatoris ex rescripto D. Pij debetur. l. 22. D. de adrogatio. l. 8. §. si impubes. D. de inoffic. testam. l. 1. §. 1. D. famil. ercisc. l. 1. §. si impuberi. D. de collat. bon. l. vlt. D. si quid in fraud. pat.

Postremò etiam *ex Sabiniano Senatusconsulto* ei, qui ex tribus maribus in adoptionem datus est, *quarta pars patris naturalis* relinqui debebat. §. sed ea omnia. & ibi Theophil. Instit. de hæred. quæ ab intest.

QVARTANA vetus. l. quæsitum. D. de iudic. *Quartana vetus.* l. 1. §. proinde. D. de ædilitio edicto.

Quasi in l. cum tibi. D. pro empt.

VOX QVASI improprietatis & fictionis, abusionisque significatiua est. Sic *peculium Quasi patrimonium dicitur*, cùm eorum duntaxat, qui sui iuris sunt patrimonium intelligitur. l. 9. §. præterea. l. 47. in fi. D. de pecul. *Et mulierum dos Quasi patrimonium* dicitur l. 3. D. de religios.

Quasi castrense peculium, quod ad instar castrensis peculij introductum est. l. 1. §. nec castrense. D. de collat. bon. mater. l. vlt. C. de inoffic. testam. l. 3. §. dari. D. de bonor. possess.

Et *Quasi pignus* quod pignoris loco retinetur. l. 13. §. offerri. D. de actio. empt. & *Quasi Testamentum seruorum apud* Plin. epist. 8. lib.

Quasi membra. l. 44. D. de cuictionibus.

Quasi falsum. l. 1. §. vlt. D. de l. Corn. de falsis.

Quasi debita hæreditas quæ obuenit à parente vel liberto. l. 10. D. pro socio. & *Quasi hæreditatem deferri.* l. 9. D. de castrens. pecul. Sic *Quasi à testatore* relicta dicuntur legata quæ sunt relicta testamento quod inofficiosum pronuntiatum est. l. Titia in fi. D. de inoff. testam. Nam

vt in l. 2. D. eo tit. hoc colore de inofficioso dicitur *quasi non sanæ mentis fuerit testator*, nō quasi verè furiosus aut demens, quia alioquin nullum esset testamentum.

Quasi Vsusfructus carum rerum quæ vtendo consumuntur & pereunt. §. constituitur. in fi. Institut. de vsufruct. l. 2. D. de vsufr. ear. rerum. & vsus. l. 1. D. de superficiebus.

Quasi dos quæ à seruo ancillæ datur. l. 39. D. de iure dot. cum enim matrimonium inter eos non constat, nec dos esse intelligitur. l. 3. D. eod. tit. item *Quasi dos* dicitur *quæ à minore duodecim annis datur*. in l. 13. D. de hæred. pet.

Quasi maritus est qui minorem 12. annis domum deduxit, antequam ea iustam ætatem impleuerit. l. 32. §. si quis sponsum. D. de donat. inter vir. *Quasi accessio* intelligitur pater, qui iubet cum filio contrahi. l. 91. §. an filiusfa. D. de verbor. obligat.

Quasi possessio incorporalium veluti iurium appellatur. Propriè enim corporales demum res possidentur. l. 3. §. qui vsusfructus. D. de vi & vi arma. & Institut. de interdict. in princ. vbi Theoph. quasi possessionem definit ἀσωμάτου πράγματος ἕξιν.

Quasi publica actio. l. 1. §. consequens. D. de suspect. tut. quia omnibus patet. Solent autem hac voce actiones vtiles designari. Ecce enim hypothecaria actio, quæ creditoribus ad hypothecarum persecutionem datur, cùm ad exemplum Seruianæ, quæ de rebus coloni pignori pro mercedibus obligatis competit, introducta sit, *quasi Seruiana*, & *vtilis Seruiana* dicitur. l. 13. §. 1. D. ad Vellean. §. item Seruiana. Institut. de actionib. l. 1. C. commun. de legat. l. 1. §. cùm prædium. D. de pignor. Eodem modo *quasi Publiciana* pro vtili Publiciana in l. 70. D. de rei vendicat. Sic *Quasi Fabiana vel Caluisiana*. l. vlt. D. si quid in fraud. patron. Sic *vtilem actionem Quasi institoriam dandam* dixit Papinianus l. 10. §. idem Papinianus. D. mãda. quod aliàs dicitur *Vtili actione ad exemplum institoriæ actionis agi*. l. 13. §. si procurator. D. de actio. empt. *Hic quasi damni iniuria actionem* pro vtili Aquiliæ actione dixit. Idem Papinia. in l. 27. D. de procuratorib. Et aliàs, *Vtilem actionem damni iniuria quasi ex lege Aquilia*. l. 51. D. de furt. Sic & *vtilem actionem Quasi tutelæ* in l. 52. §. 1. D. de pecul. dicimus. Et *vtilem actionem Quasi domino dari*. l. 22. D. de aq. & aq. pluu.

Quasi filius, quasi nepos. l. 7. D. de Senatorib.

Quasi hæredes sunt qui vtilibus actionibus à Prætore datis in hæreditatem restituuntur. lege 21. §. vlt. D. quod met. caus. Et omnes omnino prætorij successores quasi hæredes sunt. §. quos autem. Institut. de bonor. possess. *Et Quasi possessoris loco constitutus* dicitur is, qui vsum cœnaculi accepit. l. 17. in fi. D. de donatio. *Quasi in possessione*. l. 3. §. vlt. D. de vi.

Quasi factiosus. l. 36. D. de legat. 3. *Quasi furiosus*. l. 19. D. de inoff. testam.

Quasi testis adfuit. l. 34. §. Lucia. D. de legat. 2.

Quasi tutor. l. 1. §. 1. & §. si quis quasi. & l. 3. D. de eo qui pro tut.

Quasi viro bono. l. 11. §. Quanquam. & §. proinde. D. de legat. 3. *Quasi liberto*, id est inter libertos legatum. l. 33. §. 1. D. de condit. & demonstr.

Quasi per præsumptionem. l. 10. §. vlt. D. de reb. dub.

Quasi continuatur dominium in suos hæredes. § *sin autem*. Institit. de hæred. quæ ab intest.

Non Quasi hæres. l. 59. §. vlt. D. ad SC. Trebell.

Continet etiam hæc vox Quasi rationem diuersitatis vel decidendi in l. 63. §. si cùm tres. D. pro soc. & l. 33. D. de obligatio. & actio. l. 5. §. quippè. D. de his qui deiecer. vel effude. l. 47. D. de fideiussorib. l. 6. D. de exceptionib. l. 36. in fi. D. de pignorat. actio. Sed & *veritatem plerunque hæc vox* significat. l. 34. D. de damn. infect. Et valet, *Quòd*, in l. 5. §. idem Iulianus. D. de libe. leg.

QVATENVS pro quoniam, quia, in l. 26. §. si is qui. D. mandati. l. 15. §. item senatus. D. de falsis. & l. 53. D. de fideicommiss. libert. l. 2. D. si quid in fraud. patron. l. 4. D. de gradib. & adfini. l. 49. D. de verbor. oblig. l. 6. in fi. D. si cert. pet. l. 3. §. 1. D. de in rem verso. & l. 60. §. 1. D. de ritu nupt. l. 35. in fi. princip. D. de auro argento lega. l. 14. D. de aq. & aq. pluuia. Festus lib. 11. in hac significatione veteres quatenus dixisse scribit, vsitata illis quantùm existimo literarum e, & i, commutatione. Inuenio etiam sic Quintilianum locutum lib. 4. Instit. cap. 2. Sed *quatenus*, ait, *forte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, iam de his loquamur*. Et Plinium lib. 3. epist. ad Caninium: *Et quatenus nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur*. Et Sueton. in Claud. cap. 26. *Confirmauitque quatenus matrimonia sibi malè cederent, mansurum se in cœlibatu*.

Quæri pro accusare, sic de se Quæri debet. l. 15. D. de peric. & commod. *Quæri de seipso*. l. 10 §. vlt. D. de edendo & l. 38. D. de hæredit. petit.

De se quæri debet qui parum diligentem socium acquirit vniuersarum fortunarum, id est earum quoque rerum quæ posteacunque acquirentur. l. 73. D. pro socio. sic *De sua negligentia Quæri.* l. 12. §. à Titio. D. qui potior. *Querela pro actione vel accusatione.* l. 1. §. cum patronus. D. de off. præf. vrb.

Sic QVERELA inofficiosi testamenti remedium est liberis immeritò exhæredatis aduersus testamenta paterna proditum, quod hoc colore instituitur, quasi parum sanæ mentis testator fuerit, cum immerentes liberos à successione sua repelleret. Vetus Glossar. Græcum ἡ δὲ ἡ κατὰ ἀτάκτου ἀφαίρεσις μέμψις ἐκ ἐστὶν ἀγωγὴ ἀφαίρεσις, ἀλλ' αἰτία ἐστὶν ἀγωγῶν λέγω δὲ ἡ ἐρεδιτάτης πεπιζιόνος ἢ περὶ κληρονομίας ἀπαιτήσεως. Querela autem hæc nonnunquam actio inofficiosi testamenti, nonnunquam accusatio appellatur: vt supra docuimus. hæc & *Querela inofficiosa dicitur.* l. 20. §. 1. D. de bon. possess. cont. tab.

Item *Querela de non iure facto testamento.* l. 47. D. de hæred. pet. & *Querela falsi.* l. 12. C. ad l. Cornel. de falso.

Sic *Querelæ subiectus.* l. 31. §. subiectus. D. de hæredit. petit. item *Querela de marito delata.* l. 7. C. de nuptiis. *Querelæ patronorum* de libertis. l. 1. D. de obsequiis. *Querelæ patronorum aduersus libertos.* l. 1. & 7. D. de iur. patron. & l. 1. § cum patronus. D. de offic. præf. vrbi. item *Querelæ seruorum.* l. 2. §. 1. D. de his qui sui. & *Quærentes seruos de dominis.* l. §. quod autem. D. de officio præfecti vrbi. qui etiam *Quæri apud præfectum vel præsidem dicuntur.* l. 5. D. de manumissionibus.

Sic *Querelæ* ad magistratus deferuntur, cum eorum officium in his imploratur, quorum actio proposita non est. Sic seruos de dominis, sic patronos de libertis quærentes audiunt præsides & præfecti. l. 3. D. de his qui sunt sui vel alie. l. 1. D. de off. præf. vrb. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. *Veturius cum G. Plotio nexum se dare admodum adolescentulus coactus esset, seruilibus ab eo verberibus quia stuprum pati noluerat, adfectus, Querelam ad Coss. detulit.*

Querela nasci & perimi dicitur. l. 1. §. cum patronus. D. de officio præfecti vrbi.

Querelæ locus erit. l. 58. qui post. D. ad Trebell.

Querelam deferre. l. 4. l. 9. & l. 10. C. de non muner. pecun. l. 11. D. de legat. 2. §. sexaginta. D. ad l. Iul. de adult. l. 3. C. quomodo & quando.

Sine vlla Querela. l. 57. D. de donat. inter vir. & vxor.

Querimoniam deferre. l. 3. C. finium regundor.

Quicunque tam masculum quàm fœminam complectitur. l. 16. D. de iure fisci.

Quidam aiunt. l. 46. §. 1. D. de verb. oblig. *Quidem putant.* l. 38. D. de re vindic. l. 82. D. de legat. 2. & l. 49. §. 1. l. 6. & l. 26. D. de adimend. legat. l. 5. §. quidam. D. de his quæ vt indig. l. 3. §. Neratius. & §. quidam. D. de adquir. possess. l. vlt. l. 11. D. iudic. solui. l. 2. D. de verborum oblig. l. 46. §. vlt. D. de verborum obligat. l. 68. §. vlt. & l. 88. §. vlt. D. ad l. Falcid. lege 73. D. de solutionib. l. vlt. D. à quib. appell. l. 10. de verborum significatione. & contrà, *Quidam non putant.* l. 4. §. hæc cautio. D. si cui plus qu. per l. Falcid.

Quidam rectè putant. l. 65. §. 1. & l. 81. D. de legat. 3. nequidquam mutat. l. 36. §. vlt. D. de condit. & demonstrat. l. 82. D. de condit. & demonstr. l. 1. §. item si. & §. si vsusfruct. D. ad leg. Falcidiam. Sic etiam *Quibusdam videtur.* l. 13. D. de dam. infect.

Et *Quibusdam agitur.* l. 10. §. si fraudator. D. quæ in fraud.

Item *Quidam existimauerunt.* lege quidam. D. si cert. pet. & l. 30. Digestis de liberat. legat.

Quidam consulebant. l. Quidam. D. de re iudicata. *Quidam dicunt.* l. 84. D. de legat. 2.

Quidam responderunt. l. nepos. D. de legat. præst. l. 18. D. de collat. bon.

Quidam nomine Saluianus. l. 11. §. ex facto. D. de numerand.

Quid iuris est pro quæritur quid iuris sit. l. 7. §. vlt. D. de distract. pig.

Quiescere matrimonium. l. 26. D. ad l. Iul. de adulter. *Vt Quilibet defensor.* lege 18. §. vlt. D. de castr. pecul. vt aliàs *vt Quilibet non vt pater, & quilibet fideiussor, Quilibet e populo.* l. 2. D. ne quid in loco pub. sic alibi, *multum refert palam apertéque debitorem se, vt extraneum, & Quemlibet faceret pupillo an sub &c.* l. 54. D. de administr. tut.

Quinquennalis. in l. prima. D. de medicis & professoribus in Codice Theodos. hoc erat in municipiis quibusdam magistratus nomen. Spartianus in Hadriano, *Per Latina oppida Dictator, & Aedilis & Duumuir fuit, apud Neapolin Demarchus, in patria sua Quinquennalis.* Apuleius libro 10. De Asino aur. *Gradatim permensis honoribus Quinquennali magistratui fuerat destinatus.*

Quinquunces vsuræ. l. 17. D. de vsur. l. 15. & l. 16. §. Basilicæ. D. de aliment. vel cibar. l. aduersus. 5. C. de vsuris. l. 102. §. vlt. D. de solutionib. & apud Satyricum, *Quinquunce modesto. Quinta pars patrimonij.* l. 14. D. de pollicitat.

QVINTVS Mutius Scævola. l. *Quintus.* D. ann. legat. & l. 1. §. hoc interdictum. D. quod vi aut clàm. l. 48. D. mandati. l. Quintus. D. de adim. legat. l. tigni. D. de legat. 3. l. qui concubinam. §. 1. D. eod. l. 3. D. de penu legat. l. 27. D. de auro & argento. Velleius Patercul. lib. 2. *Scævola Pontifex maximus & diuini humanique iuris auctor celeberrimus.*

Quintus Cervidius Scævola. l. qui plures. 38. §. vlt. D. de vulg. & pup. l. si seruus. 50. D. de fideicommiss. libert. Eius auctoritatem laudant Vlpianus in l. 3. §. ante hæredis. D. de liber. & posth. & Paulus in l. cum quidam. eod. titul. Idem Paulus de eo loquens, in d. l. qui plures. *Quintus Cervidius Scævola noster dicebat,* Scævolam Imperatoris Marci vixisse temporibus argumento est l. 39. D. de legat. 3. & l. 22. D. ad Senat. Trebell.

Quintus Saturninus. l. 13. §. Marcellus. D. de iureiur.

QVIRITES à Romulo qui Quirinus vocatus est, Romanos appellatos esse tam notum est, vt in eo confirmando, non sit longior sumenda oratio. Inde ius populi Romani ius Quiritium dictum est, quod proprium sit Romanorum, vt Iustinia. tit. de iur. natura. & Isidor. lib. 5. cap. 9. scribunt. Hoc autem ius multa habet præcipua, locúmque & in dominiis & in libertatibus sibi vindicat. Ex iure enim Quiritium dominium non nisi mancipationis vel cessionis in iure solennitate abalienari, & in accipientem transferri poterat, vt lib. 1. & lib. 4. Select. Antiquit. docui. Inde adeò qui vindicabant, aut qui mancipatam vel cessam in iure rem accipiebant, eam ex iure Quiritium suam esse aiebant. Quò referenda sunt verba l. 1. §. 1. D. de rei vendic.

Quirites ex lege Quiritum, id est ex iure Romano. l. 1. §. vlt. D. de rei vindicat.

Refugæ dicuntur, qui metallo vel alij cui operi & pœnæ, cui addicti erant, fuga se subducunt, & subtrahunt. l. 8. §. inter eos. D. de pœnis. *Refugæ operis metalli.* lege penult. in fi. D. de extraord. cogn. *Refuga custodiæ.* l. 13. §. penult. D. de re milit. Tertullian. in lib. de cultu fœminar. de auro agens, quod per damnatos & noxios effossum in honorem ornamentorum venit. Et *de pœna*, ait, *in honorem metalli refuga mutatur. Defugas* & *Confugas* eadem forma in Codi-

ce Theodosij legimus.

Refundere. l. 47. §. 1. D. de pactis. & l. 22. D. de minorib. l. 7. D. de tributor. l. 26. §. libertus. D. de condit. indeb. *Refundere fructus.* l. 6. D. de in diem addict. *Refundere inuicem impensas.* l. 5. §. vlt. D. de præscript. verborum. item *Refundere legatum.* l. 24. §. proinde. D. de fideicom. libert. & *Refusa pecunia.* lege si diuersa. C. de transactionib. *Refundere pretium.* l. 1. C. de rescind. vel ad. & *Refusum pretium.* l. 10. §. sed si reus. D. de hæred. pet.

Refundi quantitas dicitur in l. 34. §. vlt. D. de statuliber. l. 18. D. de fideiussorib.

Refundere summam. l. 49. D. soluto matrimonio.

Refusurum. l. 9. §. vlt. D. de pecul.

Refutari testis. Quintilian. lib. v. p. 19. 6.

Refutatoriæ preces. l. 1. C. de relationibus. l. 18. C. de appellatio. & *Refutatorij libelli.* l. 37. §. 1. C. eod tit. l. 8. C. eodem tit. in C. Theod. Iudex à quo prouocatum erat opinionis suæ exemplum litigatoribus dare debebat, & acta edere. Quod si cui minus plena vel contraria viderentur, is refutatorias preces offerebat quæ simul mittebantur. l. 18. C. de appellatio. Symmach. lib. 1. epist. 31. *Cuius meritum perennitas Vestra gestis ac refutatoriis cohærentibus æstimabit.*

Regere exercitum. l. 12. D. de re milit. fines don. Prouincias. & *Regere numerum.* l. 27. §. si quis seruum D. ad leg. Aquil. *officium.* l. 21. D. de re militari.

Regimenta. l. 1. D. de off. præf. prætor.

Regere prouinciam. l. 7. §. interdicere. D. de interd & releg. l. 13. D. de iurisdiction. in lege Dei. tit. 14 *prouincias.* l. 7. §. interdicere. D. de interdict. l. 2. C. si aduers. rem iudicat. *Qui prouinciam Regit.* l. 1. C. de præscript. trig. l. 2. C. de inoffic. donat. *Qui Regunt prouincias.* l. 6. §. qui vniuersas. D. de offic. præst.

Rector prouinciæ. l. 8. C. de appellat. l. §. C. vbi causæ fiscal. l. 5. C. vbi causæ. l. 2. C. de tutor. vel curat. qui satis non dedit. l. 8. C. arbit. tut. l. 2. C. de furtis. l. 6. Codice de iure deliber. l. 2. C. quemadmodum testamenta. lege 5. C. de ingen. manum. l. 2. C. quorum legat. l. 2. C. quorum bonorum. & l. 1. C. vti possidetis. l. 26. C. de pignoribus. l. 2. C. de duobus reis. l. 10. & l. 17. C. ad l. Corn. de falsi. l. 9. C. de condict. ob caus. l. 8. C. de condict. indeb. l. 5. C. comm. vtriusque. l. 9. C. de non numer. pecun. l. 5. C. de rebus alien. l. 5. C. si quis alteri. sic *Rectores parvulis.* Sueton. in Augusto cap. 48.

Regere fines. Cic. lib. 1. de legib. & in topic.

Regi fines dicuntur, interprete Boëtio, *quoties propriis quisque ager finibus terminatur.* Inde quæ ad terminos constituendos inter eos qui confines agros possident datur *actio Finium regundorum* vocatur. Cicer. Topic. *Si in Vrbe de finibus controuersia est; quia fines agrorum magis esse videntur, quàm vrbis, finibus regendis arbitrum adigere non possis.* Et aliàs, *si in Vrbe fines non reguntur, nec in Vrbe aqua arceatur.* Idem lib. 1. de legibus. *Nec Manilia lege singuli, sed ex duodecim tres arbitri fines regemus.* Idem in Oratio. pro Muren. Imperatoris & Iurisconsulti differentias recensens: *Ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis.* Tibull. lib. 1. Elegiar.

Non fixus in agris
Qui regeret certis finibus arua lapis.

Regia lex in §. sed & quod principi. Institut. de iur. nat. l. 1. D. de const. princip. in lege Dei tit. 4. *Regia potestas.* l. 2. §. exactis. D. de orig. iur. *Regia Vrbs.* l. 6. C. de adoptionibus. & *Regiæ Vrbis* nomine apud B. Gregorium. epist. 60. lib. 5. & epist. lib. 6. 4. & 27. & epist. 82 lib. 7. vrbs Constantinopolitana intelligenda est.

Regio certa fundi. l. 1. C. finium regund.

Regione fundi insita. l. 26. §. 1. D. de except. rei iud.

Regiones vrbis Romæ 14. fuisse ex l. 3. D. de offic. præfect. vigil. & ex Tacito lib. 14. aut 25. & ex P. Victoris de Regionibus vrbis Rom. constat. Diuisa est autem Roma in Regiones ab Augusto, vt Tranquillus in eius vita cap. 30. scribit, & Tacit. lib. 14. Roma in quatuordecim Regiones diuisa. pag. 134.

Regiones ergo fundorum partes sunt certis mensuris dispartitæ. l. 8. & l. 29. D. de acquiren. rerum dom.

Regionibus diuisus fundus. l. 31. D. de vsu & vsufruct. & *Regionibus certis inter plures Dominos diuisus fundus.* l. 23. §. vlt. D. de seruitut. præd. rust.

Regionibus diuisis communis insula. l. 29. D. de acquir. rer. dom.

Regionibus diuisa tutela vt alius vrbica, alius peregrina negotia administret. l. 51. D. de admini. & peric.

Regredi Deos. id est redire. l. 71. D. de euictionibus.

Regredi ad maritum. C. de nuptiis. *Regredi in ordinem.* l. 15. D. de municipal. & *Regressus in ordinem.* l. 15. D. ad municipal. item *Regredi in potestatem*, id est reuerti. l. 27. §. iubet. D. ad leg. Iul. de adulter. *Regredi in possessionem.* l. 17. §. vlt. D. de furt. *Regredi ad proprietatem.* i. reuerti. l. 3. C. de vsufruct.

Regressi postliminio. l. 17. §. postliminio. D. ad municip.

Regressus dandus. l. 14. §. vt venditor. D. de ædilit. edicto. item *Regressus ad aliam actionem.* l. 9. § 1. D. de tributor. & *Regressum habere ad bona.* l. 3 C. de collationibus. l. vlt. §. si à socero. D. quæ in fraud. cred. *Regressum aduersus auctorem habere.* l. 8. C. de euictionibus. sic *Regressum habere dicitur emptor euicta re ad venditorem.* l. 2. D. ad Vellcian. l. 22. in fin. D. de pignerat. act. l. 25. §. item si ita *Regressus ad venditionem* in l. 3. D. si familia furt. & *Regressum habere in venditionem.* l. 1. l. 34. D. de euictionib.

Regula est. l. 9. D. de iur. & fact. ignor. *Regula iuris.* l. 15. D. de legib. l. 17. §. vlt. D. de testamen. milit. l. 15. §. vlt. D. de tut. & cur. dat. *Regula iuris ciuilis.* l. si mihi 12. §. regula. D. de legat. 1. & l. 28.

Regula sequenda. l. 11. §. vlt. D. de doli except.

Secundum Regulas iuris ciuilis. l. 4. D. qui test. fac. poss. & *Contra iuris ciuilis Regulas.* l. D. de pactis.

Regulariter. l. regulariter. D. de hæred. pet. *Regulariter dicimus.* l. 3. §. regulariter. D. de in rem vers. *Regulariter dicendum.* l. si domus. §. 1. D. de legat. lib. 1. l. 9. D. de petitio. hæredit. l. 71. §. 1. D. de legat. 1. D. de pactis. l. 20. D. de tut. & curat. & l. 1. D. de aut. & conf. tut. & l. 16. §. vlt. D. quando dies legat. l. 13. Regula. D. de liber. & postum.

Regulariter definit. l. 25. § idem Iulianus. D. de vsufruct. & l. 9. §. 7. D. de Senatusc. Maced. l. 22. §. vlt. D. de pignerat. act.

Regulariter defert. l. 25. §. idem Iulianus. D. de vsuf.

Reicere verbum erat iuris quod significabat recusare, seu repudiare iudices, quod verbum frequentissimum est in oration. in Verr. 34. & 5. Plin. in Panegyr. Traiani *sors & noua fisco iudicem adsignat. licet reiicere, licet exclamare hunc nolo.* Cicero in Vatin. *Et quoniam crebro vsurpas legem te de alterius consiliis reiiciendis tulisse.* Et post, *Commodiorem inimico suo contentionem reiectionis dari noluisse.* In Lexico B. Germani. *Reiectio* ἀποβολή, ἀπόληξις κριτῶν. sic etiam miles *Reiici militia* dicitur l. 6. §. quia. D. de re militari. & *Reiici castris.* l. 29. D. de liber. causa.

Reiecta terra. l. 14. D. quib. mod. vsusfr.

Reiecti tutores. l. 2. §. Diuus. D. qui petant tutor.

Relaxari condemnatione. l. 12. C. quod si hon. D. quod met. caus.

Relegare, pro repetitò legare. l. 3. §. Idem. Papinian. D. quib. mod.

Sic *Relegare in singulos annos.* l. 13. D. de vsu & vsufruct.

RELEGARI *dos* dicitur. l. 8. D. de fun. dota. l. 41. §. vlt. l. 48. D. de legat. 2. & l. 1. 2. 3. 5. D. de dote præleg. Et *Retrolegare* sæpè ab eo quod reddi magis quàm dari legari videtur. l. 79. §. fidei tuæ. D. de legat. 2. l. 3. §. dicebam. D. de dote releg. *Relegari* etiam *Vsusfructus* à Mauritia dicitur in l. 23. D. de vsufruct. legat. item de *Relegatione dotis.* in l. 95. Digestis de legat. 3.

Relegare Vsus. l. 18. D. de vsu & habit.

Relegare reliqua. l. 97. D. de legat. 3.

Relegari actori suo. l. 97. D. de legat. 3.

Relegatio pro deportatione videtur accipi in l. 11. D. de testam. tut. l. 27. §. de decurionib. D. de pœnis.

Relegatio in insulam pœnæ genus, quæ neque libertatem, neque ciuitatem adimit. Ammian. Marcellin. Insularem pœnam vocat. l. 8. §. 1. D. qui test. fac. poss. sic & *Relegatio insulæ.* Paulus. lib. 5. sent. tit. 4.

Relegatorum autem duo esse genera Vlpianus scribit. Quidam enim in insulam relegantur. l. 4. l. 24. in princip. & §. in exulibus. §. grassatores. l. 30. D. de pœn. Sunt qui simpliciter relegantur, vt prouinciis iis interdicatur, non etiam insula adsignetur. l. 7. D. de interdict. Vnde *Relegatos* Ælius Gallus apud Festum definit, *quibus ignominiæ aut pœnæ causa necesse est ab vrbe Roma alióve quo loco abesse, lege, Senatúsque consulto, aut edicto magistratuum.* sed *Relegatum ab exule* separat Ouid. lib. 2. Trist. eleg. 2. & lib. 5. eleg. 3. & 12. Inter deportationem autem & *Relegationem* quidam hanc differentiam statuunt, quòd illa perpetuum, hæc temporarium exilium contineat.

Relegatus in perpetuum vel ad tempus. l. quod si fortè. §. 1. D. de solution.

Sed in perpetuum fit *Relegatio.* l. 4. l. 28. in princ. l. 38. §. si quis instrumentum. D. de pœn. l. 3. C. qui pet. tutor. Et apud Plin. lib. 3. epistol. ad Minutia. Alij, in quibus est Isidor. lib. 5. cap. 27. inter Relegatum & deportatum hanc differentiam statuunt, quòd relegatum bona sequantur, deportatum bona non sequantur. Sed hæc differentia perpetua non est. Nam & ademptis bonis aut parte aliqua eorum relegatos legimus. l. 1. D. si penden. appella. l. 11. §. cum quidam. D. ad leg. Falcid. l. 38. §. qui abortionis. & §. si quis instrumentum. D. de pœn. Quod in his duntaxat qui in perpetuum relegantur iure licito factum, & Paul. & Vlpia. testes sunt, tametsi aliter plerunque seruabatur. l. 5. l. 7. §. ad tempus. D. de interdict. Illa certissima differentia, quòd siue in perpetuum, siue ad tempus quis relegaretur, aliter atque cum deportabatur, & ciuitatẽ Roman. & patriam in liberos potestatem, & testamenti factionem, & omnia omninò iura sua, & bona, præterquam si qua ei adempta erant, retinebat. Tantùm insula ei egredi non licebat, cuius vinculo quodammodo continebatur. l. 4. & l. 7. §. hæc est differentia, cum sequen. D. de interdict. & releg. Eáque ex ipsis condemnationis verbis diuersitas intelligebatur. Relegatis autem excedendi à præsidibus dabatur. Moris enim erat ita pronunciari. PROVINCIA ILLA INSVLISQVE ILLIS RELEGO, EXCEDEREQVE DEBEBIT INTRA ILLVM DIEM. d. l. 7. §. hi qui. Tertullian. Apologet. *In insulis relegamur. Solet & in insulis aliquis Deus vester aut nasci aut mori.* Plini. epist. 30. lib. 6. Centurionem *exauctorauit atque etiam Relegauit.*

Relegere. l. vlt. C. plus valere. D. ad leg. Falcid.

Releuare. l. 63. D. pro socio. *Releuare factum.* l. 4. C. ad l. Iul. de adult. *rem iudicatam.* l. 7. D. de transactionib. *satisdatione.* l. 65. D. de procuratorib.

Releuare se. l. 2. §. qui hoc. D. ad leg. Iuliam de adulter. item *Releuare onus tributorum.* Gregor. epist. 5. lib. 3.

Releuari. l. 13. D. de custod. l. 4. §. 1. l. 4. D. de pœnis. *Releuari debiti quantitas* dicitur in l. 1. D. de pigner.

Religio propriè erga Deum est. l. 30. famil. erciscund. l. 14. §. 1. D. de seruitutib. l. 21. D. de vsufruct. & quid sit *Religio* vide Cic. lib. 2. de Inuent. pag. 223.

Religiosum locum facere. l. 17. D. de vsufruct. l. 2. C. de religios. & sumptibus. l. 105. D. de condicionib. & demonstr. Religiosus autẽ locus fit mortuum inferendo. l. 53. §. sed si mortuum. D. de legat. Inde *Religiosum* Ælius Gallus apud Fest. lib. 16. definit *sepulchrum vbi mortuus sepultus aut humatus est.* Religiosus enim ille locus est in quem mortuus illatus est. Et Religiosum locum suum quisque mortuum inferendo facit. l. 6. §. Religiosum. D. de rerum diuisio. l. 27. C. de Religios. l. 6. §. si quis in rem. D. commu. diuid. l. 3. C. quæ res pign. obl. l. 54. §. si hæres. D. de legat. lib. 1. §. Religiosum. Institut. de rer. diuis. verum, *Religiosus locus non fit vbi inuenitur,* Thesaurus. l. 4. §. non fit. D. ad l. Iuliam peculat. Sed & *Religiosa à sacris separata accipiuntur* l. 4. l. 22. l. 51. D. de contrahen. emptione. l. 83. §. sacram. D. de rerum diuisione. & l. 20. §. vlt. D. quod vi aut clam. l. 4. D. ad legem Iuliam peculat. & in aliis omnibus iuris ciuilis locis. Nec verò monumenta aliter Religiosa sunt, quàm si in ea corpus illatum sit. l. 7. D. de rerum diuis. Vide quæ libro 2. Antiquitat. diximus. Religiosus fiebat locus sola illatione mortui. Sepultura eximebatúrque commercio. l. Mæuius. §. in fundo. D. de legat. lib. 2.

Religio sepulchri. l. 14. D. de seruit.

Religioso loco purus opponitur, sacro profanus.

Religiosa pecunia. l. 4. D. ad legem Iul. peculat.

Magis *Religiosam* rem facere videntur liberi qui parentum concubinas vxores ducunt. l. 4. C. de nuptiis.

Religio iudicationis. l. 6. C. soluto matrimo. *Religio iudicantis* Ammianus Marcell. lib. 30.

Religio iudicantium. l. 23. D. de testib. l. 13. D. de testam.

Religio iudicis. l. 33. D. de re iudic. l. 1. Codice si ex fals. Alleg. l. etsi. C. de prædiis minor. *Religionis partem iudex implebit.* l. 3. C. arbitr. tut. & *Religiosa* vetus Glossarium vertit τὰ μνήματα. de *Religione iudicis.* in l. 1. C. si tut. vel cur. & præsidis. l. 5. C. de præd. minor. l. 11. D. ad legem Corn. de sicariis. Paulus lib. 5. sentent. tit. 5.

Religio iudiciaria. l. 4. C. de testibus.

Religio prætoris. l. 5. §. imprimis. D. de reb. eorum. l. 6. §. non simpliciter. D. si quis omiss. caus. test. l. vlt. in princip. de susp. tut.

Religio

Religio præſidis prouinciæ. l. 6. §. ne potentiores. D. de offic. præſid.

Item *Ad Religionem præſidis pertinet.* l. 2. §. vlt. D. de vacat. & excuſat.

Sic etiam *Præſidis prouinciæ Religioſa conſtantia appellatur.* in l. 10. D. de incendio, ruin. naufragio.

Religio iuriſiurandi. l. vlt. D. de liberali cauſa. l. 21. D. de dolo & l. 1. & l. 5. D. de iureiurand. ſic dicta quoniam diuini numinis teſtationem habet. l. 1. D. de iureiurand. l. 2. C. de rebus credit. l. vlt. D. de liberal. cauſ. l. 2. D. de rebus credit. l. 8. C. ſi minor ſe maior. l. 77. §. filios. D. de legat. 2.

Religio ſacramenti. l. ab adminiſtratione. C. de legat. l. 3. C. ſi minor ſe maior. l. 4. C. de recept. arbitr. ſic & *Religio ſacramenti militaris.* l. 8. C. de legatis.

Religione adſtricti. l. vlt. D. de liber. cauſa.

Religio iuris. l. 3. C. quæ res pignori.

Religionis ratio. l. 23. C. de excuſat. tut.

Religioſa ſollicitudo. l. 1. C. quibus ex cauſ. ſerui. Feſt. *Religioſum ac ſacrum eſt vt templa omnia atque ædes etiam ſacræ dicuntur, id quod per ſe religioſum eſt non vti.* Ibid. *Aelium Gallum ait inter ſacrum & ſanctum & religioſum differentias beliſſimè referre.*

Religioſiſſimè conſtituit. l. 5. C. de repud.

Iuris Religioſiſſimus princeps. l. 67. §. 1. D. de legat. lib. 2.

Relinquere. l. 17. D. ad Senatuſconſul. Trebell. l. 20. §. vbi. D. de præſcript. verb.

Reliquerat & reliquerit. l. 14. D. de aliment. vel cibar.

Relinquendi verbum propriè ad vltimas voluntates pertinet. l. 1. §. vlt. D. de tabul. exhiben. l. cum vero. D. de fideicom. libert. Inde quod teſtamento datum legatum eſt, relictum toties in libris dicitur, vt exemplorum difficilius ſit exitum, quàm initium reperire. Itaque in l. 2. C. de naturalibus liber. *largiendi* & *Relinquendi* verba ſeparantur, vt hoc ad teſtatoris legata, illud ad donationes inter viuos pertineat, id eſt, vt Iuſtinian. Nouell. 89. interpretatur, ὅτι δωρεῖσθαι δὲ ἐκ τελευταίας διδόναι βούλησεως. Martial. Epigramm. lib.

Res non parta labore, ſed relicta.

Auctor Rhetoricor. ad Herenn. *Amplum patrimonium relictum eſt.* Cic. lib. 2. epiſt. *Filio meo ſi vlla eſt Reſpub. ſatis amplum patrimonium relinquam, memoriam nominis mei.* Martialis. *Hæredem ex aſſe reliquit,* ita tam ex teſtamento quàm ab inteſtato relinqui res dicitur Terent. Phormio. act. ſc.

At ſi talentum rem reliquiſſet decem.

RELINQVERE tutorem filio. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 6. *Relinquere legitimam hæreditatem.* l. 8. D. de iure codicill. ita etiam dicitur *Relicta hæreditas.* l. 1. C. vbi fideicommiſſ. ſic Saluſt. in bello Iugurth. *Nec enim hæreditate relicta, ſed quæ ego mihi periculis laboribuſque quæſiui.*

Item *Relictus hæres.* l. 32. D. de iudic. *Relinquere* etiam pro legare frequenter vtuntur Iuriſconſulti. ſic *Relicta liberatio id eſt legata.* l. 1. §. ſi debitori. D. vt in poſſeſſ. legatorum. & *Ex Relicta parte* l. 20. §. libertus. D. de bon. libert. item *Non iure Relinqui legatum.* l. vlt. D. pro legato.

Relicta ſeruitus. l. 1. §. 1. C. quod legat.

Relinquere filium. l. 18. D. vt legat.

Relictus in familia. l. 20. §. vlt. D. de bon. poſſ. cont. tab.

Relictus liber. l. 17. §. idem Cœlius. D. de ædilit. edicto.

Relictus in poteſtatem. l. 11. D. de coniug.

Et *Relictis in poteſtate filiis.* l. 22. D. ad Senat. Trebell.

Relinquere. i. deſerere. ſic *Relinquere actionem.* l. 21. D. de in offic. teſtam. *conductionem.* l. 25. §. & vicino. D. locati. *domum.* l. 15. §. ſi quis. D. de damno. inf. hoc ſenſu etiam hæreditatem *Relinquere.* i. omittere & repudiare. Iuſtinianus dixit omittenda. §. ex extraneis. Inſtit. de hæred. qualit.

Sic *Relinquere partem* pro derelinquere. l. 3. D. pro derelicto. item *Relinquere ſeruum noxæ nomine.* l. 57. D. de ædil. edict. & *Relinquere ſocium pro noxa deditionis.* l. 31. D. de pigno. act.

Relinquendi affectione. l. 4. C. de acquiren. & retin. poſſeſſ.

Et *Reliqua.* Vlpian. tit. 22. Regularum.

Reliqua bonorum. l. 78. §. puto. D. de legat. 3. & *Reliqua.* l. 6. D. de dote præleg.

Reliqua colonorum & villicorum. l. 20. in princ. & §. prædia. & l. 27. D. de inſtruct. vel inſtrum. l. 91. & l. 101. §. vlt. D. de legat. 3.

Reliqua, ſunt quæ rationibus ſubductis, acceptiſque & expenſis computatis, debita remanent & ſuperſunt. l. 32. l. 80. & l. 81. & l. 110. D. de conditio. & demonſtrat. l. 1. §. Titius. cū §§. ſequen. D. de ſtatuliber. l. 29. §. Sticho. & l. vlt. §. inter. D. de liber. lega. & in l. 3. C. de ſuſceptoribus. lib. 10. in qua verbum, Annis, in contextum ex Accurſiano Gloſſemate irrepſit, vitiúmque creauit. Abſolutè enim Reliquis legendum eſt, vt & ex leg. 10. eod. tit. in C. Theod. patet. in quo noui ac recentes, non vt in Iuſtinianeo Codice, adcreſcentes legitur. *Reliqua* etiam ſunt debitæ præteriti temporis penſiones quas arreragia vulgo dicimus. Sic *Reliqua colonorum*, ſunt penſiones à colonis debitæ, in l. 79. §. peto. & l. 97. & l. 101. in fi. D. de legat. 3. l. 32. §. vltimo. D. de vſufruc. legat. l. 20. & l. 27. §. affin. D. de inſtruct. vel inſtrum. Et apud Plin. lib. 3. epiſt. ad Caluiſium.

Reliqua habere. id eſt debere. l. 81. D. de condit. & demonſtr.

Reliqua reddere quid l. 13. §. hæc quæſtio. D. de manum. teſtam. l. 82. D. de conditione & demonſtr.

Reliquis autem actorum vel colonorum legatis ea legata videntur, quæ de reditu prædiorum in eadem cauſa manſerunt, non etiam, quæ in aliam cauſam verſa ſunt. l. 91. D. de leg. lib. 3. Sic & *Reliqua conductionis* accipe in l. 10. C. ad Velleia. Et Reliqua vectigalis in l. 47. D. de iur. fiſc. Et *Reliqua* pro reliquis cenſuum debitorum in Rubr. ſine cenſu vel reliquis. *Reliqua collegarum*. in l. 21. D. ad municipal. Hæc & *Reliquationes* vocantur in l. 44. §. 1. D. de admi. tutor. l. 53. D. de manu. teſtam. hoc ſenſu etiam *Reliqua tributorum*. l. 2. C. ſi propter public. & *Reliqua contracta*. l. 5. C. an ſeruus pro ſuo fact. item *Reliquorum pecunia*. l. 31. de ſtatu liber. & *ſolutio*. l. 6. §. vlt. D. de ſtatuliber.

Inde *Reliquari* & *Reliquis obnoxium eſſe*, in l. 24. D. ad municipa. l. 6. §. ſed eos demum. D. de muneribus & honoribus. l. 20. §. idem ſcribit. D. fam. erciſc. l. 40. D. de ſtatuliber. Sic in l. 46. D. de admin. tuto. *Debitum quod ex conductione reliquatus eſt*, & in l. 23. D. de pecul. lega.

Et alibi *Reliquata* in l. 102. §. Valerius. D. de ſolutionibus.

Item *Reliquatus eſt ex adminiſtratione*. l. 4. D. ad municipal. *Summas quibus reliquatus erat*, & in l. 20. §. liber. D. de inſtr. vel inſtrum. *Reliquatus eſt amplam ſummam*, id eſt, manſit amplæ ſummæ reliquator ac debitor. & in l. 9. D. de libe. legat. *non impeditur reliquas exigere, quas quis ſi reliquauerit*. Quod & reliqua contrahere vel trahere dicitur, in l. 4. §. 1. D. de adm. rerum ad ciuit. l. 46. D. de adminiſtr. tut. l. 34. §. 1. D. de ſtatulib. l. 1. D. de conue. fiſc. debi. libro 10. Codice.

Et inde *Reliquatores*, qui Reliqua traxerunt. l. 102. §. Valerius. D. de ſolutionibus. l. 9. §. Reliquatores. D. de publican. Hinc & *Reliquatio*. Quod verbum etiam Tertullianus vſurpauit in libro de Anima.

Reliqua trahere. l. 34. §. 1. D. de ſtatuliber.

Reliqua inferrentur. l. vlt. §. ſeruus. D. de ſtatuliber. *Ex Reliquis partibus*.

Reliqua dos deducta tertia parte. l. 23. D. de pactis dotalibus. item *Reliqua ratio exoluta*. l. 53. D. de manum. teſt. & *Reliqua pars*. l. 75. §. vlt. D. ad Senat. Trebell. *In Reliquam partem tenere*. l. 9. §. vlt. D. de ſolutionib. & *Ex Reliquis partibus*. l. 32. & l. 42. D. de legat. 3. lege 49. D. ad l. Falcid. l. 34. §. vlt. D. de vſu & vſufruct. item *Ex Reliquis portionibus*. l. 78. §. Gaio. D. ad Senatuſconſultum Trebell. l. 9. D. de iure fiſci.

Reliquum pretium. l. 135. D. de verborum oblig.

In Reliquum exolutæ quantitates. l. 4. §. ſi principalis. D. de iure fiſci.

Reliquiæ pro cineribus defunctorum, ſicut in autographo Florentinarum Pandectarum ſcribitur in l. 42. & l. 44. in fi. D. de religioſ. l. vlt. D. de mort. infer. l. Pater. §. Iulius. D. de legat. lib. 3. quæ Græci λείψανα vocant. l. 52. §. ſi hæres. D. de legat. lib. 1. Quæ tamen ſcriptura immutata eſt ab his qui Pandectas excuderunt. l. 27. D. de conditio. inſtit. l. 3. D. famil. erciſc. *Reliquiæ mortuorum* in l. mortuorum. C. de religioſ. item *Reliquiæ teſtatoris*. l. 27. D. de condit. inſtit. *filij*. l. 1. C. de religioſ. & ſumpt. *Reliquiæ hominis conditæ*. l. vlt. D. de mort. infe. & *Reliquiæ conditæ in fundo*. l. 30. D. famil. erciſcund.

Reliquiæ voluntatis. l. 8. D. de his qui ſui.

Relocare opus. l. 13. §. ſi lege. D. locati.

Non Reluctante lege contractus. l. 7. C. de diſtract. pignor.

Remanere tutor. l. 37. D. de excuſationibus.

Remanent obligati. l. 14. D. de obligationib. l. 7. D. de oblig.

Remanet actio. l. 34. §. vlt. D. de oblig. & *Remanere apud aliquem actiones*. l. 3. C. de nouationibus.

bus. ſic etiam dicitur *Remanere poſſeſſio.* l. 5. §. 1. D. de precario.

Item *Remanſit dominium.* l. 4. C. de dolo malo. l. 4. C. de donationibus. & *Remanere quæſtio.* l. 3. C. ſi pend. appellat.

Remanere in conditione. l. 13. §. qui impleto. D. locati. *in familia.* l. 3. §. emancipato. D. de adſig. libert. *in eadem familia.* l. 5. §. vlt. D. de bon. libert. *in poteſtate.* l. 6. C. de collationib. l. 20. §. 1. D. de bonorum poſſeſſ. contr. tab. *in obligatione.* l. 98. §. qui ſtipulatus. D. de ſolutionib. *in poſſeſſione.* l. 12. §. facti. D. de captiuis.

Remancipari res Paulus lib. 2. ſent. tit. 13.

Remeare iudicia. l. 1. C. qui pro ſua.

Remeare ab hoſtibus. l. 141. D. de verborum ſignificat.

Remeatum dare. l. 4. D. de pœnis.

Remedium. l. 1. D. de inſpiciend. vent. l. apud. §. vlt. D. ad Tertullianum. in l. is cui. §. Imperator. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 2. D. de vſufruct. earum rerum. l. de pupillo. §. ſi is qui. D. de oper. noui nunciat. *Remedium alimentorũ.* l. 9. C. de patria poteſtate. *appellation.* l. vlt. C. de err. aduocat. & *prouocationis.* l. 1. §. vlt. D. ad SC. Turpillian. *cautionis.* l. 79. §. quamuis. D. de condit. & demonſtr. & *Remedium Mutianæ cautionis.* l. hæres meus. 70. §. quanuis. D. de condit. & demonſtr. l. Mutianæ. 7. §. nec ſolum. item *Remedium decreti.* l. 41. & remedium adoptionis. l. 42. D. de bon. libert. *exceptionis.* l. 14. C. ad Senatuſconſultum Velleianum. *expediendarum litium.* l. 1. D. de iureiurand. *Remedium decreti.* l. 41. D. de bonis libertor. *Fideicommiſſi.* l. 3. §. cum potiens. D. de vſuris. *Indemnitatis.* l. 2. C. de bon. auctorit. *Iuris.* l. 9. C. de obligationibus & actionib. *operis noui nuntiationis.* l. 1. D. de oper. noui nunt. l. 5. §. ſi is cui. D. eod. tit. *Prætoris.* l. 69. D. de acquiren. vel omitten.

Et *Remediis prætoriis.* l. 1. §. ex hoc. D. de inſpiciend. vent. item *Remedia prætoriani pignoris capionem & diſtractionem ac multæ dictionem appellat.* Vlpian. in l. 1. D. de vent. inſpic. ſic *Remedium ſtipulationis vel iuris.* l. 23. C. famil. erciſcund. ita *Remedia pro releuatione Tributorum apud* Saluianum Manſilienſem. pag. 106. 107. & 159.

Remedium extraordinarium. l. 12. D. de legat. præſtand. l. municipi. D. vt in poſſ. legator. l. in cauſa. D. de minorib. Alias legimus tit. vt in poſſ. leg. vt leg. ſeu fideic.

Idem remedium admiſſum. l. 7. D. de condit. & demonſtr.

Remedium ſeruari. l. 5. §. Imperator. D. quand. dies legat. & *Remedium monſtrauit.* l. quod autem. §. elegans. D. de donat. inter vir. & vxor.

Remedium adhibere. l. 27. D. de rei vendic. l. 1. §. ſi quis. D. de oper. noui nunt. ſic *Remedium adhibere veteri ædificio ſuſtinendo.*

Remedio locus. l. 65. D. de euict.

Remedij loco. l. 3. §. idem Seruius. D. de ſtatuliber.

Remedio carere. l. 132. D. de verborum oblig. & *Remedio competenti auxiliũ ferat.* l. 7. D. de offic. præſid. item. *Eo remedio obuiam eundum eſt.* l. 13. §. 1. D. de offic. ſic etiam *Remedio ſuccurri hæredi* dicitur in l. 80. §. vlt. D. ad leg. Falcid.

Remedio eo vti. l. 1. §. officio. D. de tut. & rationib. & *Hoc remedio vti ſolemus.* l. 13. §. tutor. D. de accept.

Remedio nullo attentari ſententia poteſt. l. 23. §. 1. D. de condit. indeb.

Remedio introducto. l. 2. D. de vſufruct.

Remediis adhibitis. l. 3. C. de ſuſt. tut.

Remittere pro condonare & gratis concedere. ſic *Remittere actionem.* l. 7. §. vlt. D. de liber. leg. & *Remiſſa actio.* l. 28. C. de donationibus. item *Remittere commodati actionem.* l. 53. §. 7. D. de fin. tut. *Remittere petitionem.* l. 21. D. de donat. inter vir. & vxor. & *exceptionem.* l. 57. D. de procuratorib. & contra *non Remitti tempora.* i. ſtrictè cogi ad temporum conſeruationẽ. l. 20. §. vlt. D. de appellationib.

Remitti iuſiurandum, qui deferente ſe cum eſſet paratus aduerſarius iurare, gratiam ei facit, contentus voluntate ſuſcepti iuriſiurandi. l. 6. l. 32. D. de iureiurand. Sic *remiſſum iuſiurandũ* accipe in l. 9. §. 1. & l. 4. C. eod. titul. item *Remittitur iuſiurandum.* in l. 8. §. vlt. D. qui ſatiſd. coguntur. Sic & *Remitti iuſiurandum legatario* dicitur qui neceſſitate ſoluitur, per prætoris edictum. l. quæ ſub conditione. §. vlt. D. de condition. inſtitut. l. 14. §. 1. D. de legat. 3. l. 2. §. tractari. D. ad Senatuſconſultum Tertyll. & l. 12. D. vt legat. & ſatiſdatio remittitur. l. 1. D. vt in poſſ. legat. item *Remittere conditionem.* l. 20. D. de bon. libert. & *Remitti conditio.* l. 8. D. de vſu & habit. l. 5. D. quando dies legator. l. 2. C. de conditionibus. l. 7. D. de condit. inſtit. l. 63. §. ſi ſub conditione. D. ad SC. Trebellia. l. 71. D. de condit. & demonſtr.

itidémque *cautio* dicitur *legatario remitti* quando ab implemento conditionis & præſtatione cautionis liberatur, & exoneratur. l. 20. & Titio centum. 72. §. 1. l. 77. §. vlt. D. de condit. & demonſtr. l. quæ ſub conditione. §. & in mortis. cum. §. ſeq. D. de condit. inſtitut. l. ſi poſt. & l. ſi quando. D. quando dies legat. ſic alibi *Remittitur neceſſitas.* l. 18. C. de fideicommiſſ. l. 35. D. de fideicommiſſ. libert. & *Remiſſa neceſſitas.* l. 63. D. de euictionibus. l. 1. D. de remiſſion. l. 72. §. 7. D. de condit. & demonſtr. item *Remittitur neceſſitas manumittendi.* l. 33. D. de maiorib. ſic quoque *Remitti conuentionem* dicitur. l. 7. C. de pact. inter empt. & *Remittere obligationem.* l. 34. C. de tranſactionibus. item *Remitti obligatio.* l. 4. C. de duobus reis.

Remittere pignus. l. 18. D. quæ in fraud. cred. l. 1. C. de precario. & *Remiſiſſe ius pignoris.* l. 7. C. de remiſſ. pign. item *Remitti ius hypothecarum.* l. 11. C. de non numer. pecun. ſic & *Remitti cautio fructuaria dicitur.* l. 9. §. planè. D. vſufruct. quemadm. cau. & *Remitti ſatisdatio.* l. 2. D. de contr. tut. l. 5. §. ſatisfactione. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 2. & l. 7. C. vt in poſſeſſ. denique *Remittere periculum.* l. 21. C. de euictionib.

Remittere nuntiationem, id eſt miſſam facere & relaxare. l. de pupillo. §. ſi is qui. D. de oper. noui nunt. eodem ſenſu & *Remitti nunciatio* dicitur. l. 5. §. qui procuratorio. D. de oper. noui nunciat. id eſt miſſa fieri, vt eadem lege. §. ſi is qui. D. eodem.

Et *Remiſsio nunciationis.* l. 5. §. qui nuntiat. D. de oper. noui nuntiat. & l. 8. §. ſecundum. l. 8. §. ſciendum. D. de oper. noui nuntiat. & ſic *Remiſsionem deſiderare.* l. 5. §. qui remiſſionem. D. eodem.

Remiſsio. l. 2. §. Nuntiatio. & l. 20. § ait prætor. D. de oper. noui nunt. & in tit. de remiſſionibus accipitur, quo remittitur prohibitio per nuntiationē noui operis facta. l. 1. in princ. l. 5. §. ſi in pluribus. D. de oper. noui nunt. l. 7. §. ait Iulianus. D. quod vi aut clàm. Eſt igitur nuntiationis Remiſſio. ſic & *Remitti prohibitio* dicitur. l. 11. D. de oper. noui nunt.

Remittere item eſt releuare & exonerare. ſic & *Remiſsio* mercedis penſionisve relaxationē & exonerationem & releuationem ſignificat. vt in l. 16. §. vlt. & l. 17. in princip. & l. vltima. D. loca. Suet. in Iulio. cap. 20. *Publicanos remiſsionem petentes tertia mercedum parte releuauit.* Plin. lib. 10. epiſt. *Præterea continuæ ſterilitates cogunt me de Remiſsionibus cogitare quarum niſi præſens rationem inire non poſſum.* Idem lib. 9. ad Paulinum. *Cum nec neceſsitas prædiorum reuincat Teſcanorum: nam priore luſtro, quanquam poſt magnas remiſsiones reliqua creuerunt.* Columell. lib. 1. cap. 7. *Si ſedulo colitur ager plerunque compendium, nunquam niſi cœli maior vis aut prædonis inceſsit, detrimentum adfert. Eóque remiſsionem petere colonis non audet.* ſic *Remittere penſiones.* l. 19. C. de locato & conducto. & *Remittere mercedem & penſionem.* l. 5. D. locati. l. 24. §. vlt. & l. 33. D. eod. item *Remiſsio colono data ob ſterilitatem.* l. 25. §. Papinianus. D. locati. ſic & *Remitti ſeruitutem.* l. 6. & l. 14. §. 1. D. de ſeruit.

Et *Remittere tributum.* l. vlt. D. de cenſibus. *vel vſuram.* l. 13. D. de donationib. lege 23. D. eod. hoc ſenſu etiam dicitur aliquid *Remiſſum ex pretio.* l. 31. §. ſi duo. D. de donat. inter virum.

Remittere item pro condonare. ſic *Remitti culpa pacto.* l. 9. §. 11. D. de conditione & demonſtr. ita quoque *Remittere iniuriam.* l. 17. §. ait prætor. D. de iniuriis. l. 5. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi pub. *crimen.* l. 38. §. 1. D. ad legem Iul. de adulter. & *Remittere gratis.* l. 29. §. plectitur. D. ad leg. Iul. de adulteris. *Remittere multam.* l. illicitus. §. vlt. D. de offic. præſid. Liuius lib. 37. *Multæ ex iuſſu populi remiſſæ.* Plin. epiſt. 29. lib. 4. *Remiſſa multa.* ſic *Remiſſa multa propter inopiam.* l. 6. §. vlt. D. de offic. præſid. eodem ſenſu *Remittere pœnam.* l. 2. D. ſi quis in ius voc. non ier. & *Remittere fuſtium caſtigationem.* l. 3. §. 1. D. de offic. præfect.

Item *Remitti pœna.* l. 2. C. de his qui ſibi adſcri. l. vlt. C. de his qui ſibi adſcrib. l. 14. C. de pœnis. l. 15. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de falſ. l. 6. §. qui ſe. C. de re militari. l. 15. §. ſi quis. D. de teſtam. milit.

Et *Remiſſa pœna.* l. 1. C. ad l. Cornel. de falſ. l. 3. D. de ſentent. paſſ. ſimiliter *Remittere prohibitionem.* l. 3. C. ex quibus cauſ. infam.

Remitti ſupplicium. l. 38. §. Imperator. D. ad legem Iul. de adult. & *vltio.* l. 35. D. de fideicommiſſ. libert.

Remiſsius conſtitui. i. laxius minúſque. l. 4. §. 1. D. de incend. ſic etiam dicitur *Remiſsius puniri.* l. 21. D. de lege Cornel. de falſ. & *paulò Remiſsius verſari.* i. negligentius. l. 61. §. cura. D. de furt.

Remittere munera. i. gratiam munerum gerendorum facere. l. 5. §. demonſtrator. D. de iure immunit.

Remittere repudium. i. repudiare. Nonius, pag. 412. in ver. Remiſſum. hoc ſenſu *Remittere*

apud

apud Terent. Phormio act. 5. sc. 8. & apud Senecam controuers. 6. lib. 7. Et *Scribere* apud Tertullia. Apologet. *per annos* ait *sexcentos, nulla repudium domus scripsit.*

Remittere ad ordinem pro eo quod vulgò dicimus Renuoyer. l. 1. §. solent. D. quando appelland. sit. sic *Remitti ad iudicis cognitionem* in l. 135. §. Seia. D. de verborum obligat.

Item *Remittere ad iudicem, id est ad virum bonum.* l. 137. §. 1. D. de verborum obligat.

Remittere negotium ad iudicem. l. 6. C. de appellat. & *Remittendum ad iudicem suum.* lege 4. §. ignominia. D. de re milit. sic *Remitti ad ius ordinarium.* l. vlt. D. de priuat. delict. & *ad interdictum.* l. 1. §. inter. D. vti possid. l. 2. §. vlt. D. testamen. quemadmodum. Remitti exceptio. l. 13. *Remitti in alium locum.* l. 7. §. si necessaria. D. qui satisd. coguntur. *in municipium.* l. 9. §. iubetur. D. qui satisdare coguntur. item *Remittere in prouinciam.* l. 7. §. vlt. D. de accusationibus. l. 1. C. vbi causa stat. & *Remitti in prouincia.* l. 5. §. si dicit. D. vt legat. vel fideicommiss. l. postquam. §. vlt. D. quando dies leg. ced. & *Remitti litigatores ad prouincias.* l. 6. C. de appellationibus. item *Remittere ad magistratus.* l. 4. §. 1. D. de damno infect. l. 1. §. si curatores. D. de magistrat. conueniend. & *Remittere ad ordinem.* l. 1. §. solent. D. quando appell. sic quoq; *Remitti ad cognitionem Imperatorum* dicitur l. 13. D. quib. ex caus. in possess.

Et *Remittendum ad principem.* l. 6. D. de pœnis. sic etiam dicitur *Remissa cognitio ad principem.* l. ad principem. & l. ad Imperatorem. D. de appellat. item *Remitti ad præfectum.* l. 41. C. de administrat. tut. *ad præfectum vrbi.* l. 1. §. solent. D. de offic. præf. vr. l. 1. §. 1. l. 3. §. 13. D. de susp. tut.

Remitti ad præsidem. l. 7. D. de incend. l. 6. D. de custodia. & *Remittere negotia ad præsides prouinciarum per rescriptiones.* l. 9. D. de offic. præsid. sic *Ad Senat. remissus reus,* Plin. epist. 9. lib. 4. & contrà *Remissionem facere præses* dicitur l. 1. §. solent. D. quando appell. sit. item *Remittere ad prætorem.* l. 7. D. de confess. & contrà: *Remittit prætor.* l. 2. D. de inspic. ventre.

Remittere cum elogio. l. Diuus. & l. non est dubium. D. de custod. reor.

Sic alibi *Remittendus est & remitti puniendus.* l. 3. §. tutor. D. de susp. tut.

Remissio tutoris. l. 11. §. 1. D. de iniuriis.

Remmia lex de calumniatoribus. l. 1. §. 1. D. ad Turpillian. l. 13.

Remoueri. l. 14. §. 1. id est repelli. *Remoueri ab accusatione.* l. vlt. D. de inoff. id est repelli. & l. 31. §. vlt. D. eodem. *ab auxilio.* l. 1. C. qui & aduersus. *à bonis.* l. 7. §. cum dementis. D. de curatoribus furioso. *à compendio.* l. 2. C. si quis aliq. testari. *à bonorum possess.* l. 14. D. de bon. libert. *ab emptione.* l. 14. C. de contrahend. emption. item *Remoueri à petitione per exceptionem.* l. 13. D. de diuers. regul. & *Remoueri exceptione.* l. 2. C. de remiss. pign. l. 12. D. de receptio. *proscriptione.* l. 12. §. vlt. D. de inoff. sic etiam *Remotio exceptionis.* l. 10. D. de verborum significatione. item *Remoueri exceptio per replicationem.* l. 18. C. ad Senatusconsultum Velleianum. & *Remoueri à successione parentum.* l. 18. D. de bon. possess. contr. tab. & ita in l. 8. accipe remotos. *Remoueri à legato.* l. 5. §. ei qui. D. de his quæ vt indign. *à vindicatione.* l. 12. D. quibus mod. pign. *à querela.* l. 8. §. si quis impubes. D. de inoffic. testam.

Remoueri ab administratione. l. 3. §. idem erit. D. de susp. tutorib.

Remotus ab actu dispensator. l. 51. D. de solutionibus. & *Remouere ab honore ministrandæ vel administr. rei.* l. 51. §. vlt. D. de man. test. item *Remouere negotio.* l. 51. §. 1. D. de manum. testam. & *Remoueri ab officio.* l. 8. D. de custodia. & *Remotæ ab officio.* l. 12. D. de edendo. & l. 2. D. de regul. iuris. *Remoueri ordine.* lege 2. D. de decurion. & filiis. & *Remotus à senatu.* l. 3. D. de Senatoribus.

Remouere à postulando. l. 1. §. Remouet. D. de postulando. & *Remotis omnibus.* l. 3. D. de his quæ in testamen. delent. id est iussu exire. sic *Remouere tutores.* & *Remoueri tutor.* l. 1. D. de suspect. tutor. item *Remotus tutor.* l. 3. D. de suspect. tutoribus. l. 4. C. in quib. casibus. quo sensu & *Remoueri à tutela* dicitur l. 2. C. de tut. vel cur. qui satis non ded. & l. 1. C. si contra matrim. *vel curæ.* l. 10. D. de susp. tut. item *Remotus à tutela.* l. 4. D. de cont. tut. l. sed & sine fine. D. de auctorit. tutor. & *Remotus à tutela vt suspectus.* l. 26. & l. 35. D. de excusationibus. l. 3. D. de suspect. tutorib. l. 4. D. de auct. & consensu. & *Remoti vt suspecti.* l. 2. §. quid ergo. D. ad Senatusconsultum Tertyll. & simpliciter *Remotus* pro à tutela remotus. l. 14. §. 1. D. de solutionibus.

Remotio tutoris. l. 4. D. de suspect. tut.

Remouere institorem. l. 11. D. de institor. & *Remoueri institor.* l. 11. D. eod.

Remouendæ personæ, id est repellendæ ab interdicto. l. 3. §. hoc interdictum. D. de homine libero.

Remouetur donatio. l. 7. D. de mort. cau. donat.

Remota poſtulatione. i. etiamſi poſtulatio non interceſſiſſet. l. 67. §. 1. D. ad Senatuſconſultũ Trebellian. hoc ſenſu etiam dicitur *Remota appellatione.* l. 2. C. ſi à non compet. iud. & *Electione matris remota.* l. 77. §. à filia. D. de legat. 2. item *Remota lege Falcidia.* l. 30. §. rurſus. D. ad leg. Falcid.

Remota ſtipulatione. l. 6. D. de ſeruis exportand. & *ſucceſsione.* l. 40. D. de adquirenda vel omitt. ſic *Remotis tabulis.* l. 12. D. de vulg. & pupil. & *Remoto fideicommiſſo.* l. 77. §. 1. D. de condit. & demonſtrat. Cic. pro Cœlio, ſin iſta muliere Remota, nec crimen vllum nec opes ad oppugnandum Cœlium illis relinquetur.

Remoti ob negligentiam. l. vlt. C. de ſuſpect. tut.

Remotus. l. 7. §. Cùm dementis. D. de curat. furt.

Remotus procurator. l. 35. §. vlt. D. de procuratorib.

Remotus pro exhæredato. l. 3. §. ante. D. de liber. & poſtum.

Remotum pactum à iure communi. l. 7. §. generaliter. D. de pactis. ſic *Remotum à re priuata.* l. 27. §. pacta. D. de pactis.

In Remoto loco & in euidenti opponuntur. l. 11. §. proſcribere. D. de inſtitor.

Renaſci actio. l. 10. §. idem quærit. D. de in rem verſ. l. 49. §. vlt. D. de furt.

Renaſcetur vindicatio. l. 6. D. ſi ſeruit. vindic. item *Renaſci lapis.* l. 7. §. ſi vir. D. ſolut. matrimonio. & *lapides dicuntur* in l. diuortio. D. ſolut. matrim. item *Renaſci ſylua ex radicibus.* l. 30. D. de verborum ſignific.

Reniti matrimonio. l. 16. C. ad nupt.

Renouare cautionem. l. vlt. §. filio. D. de legat. 2. & *Renouari nuptiæ.* l. 26. §. vlt. D. de pact. dotalibus. & *Renouare locationem.* l. 13. §. vlt. D. locati. ſic & *Renouatæ nuptiæ.* l. 18. D. de ritu nuptiarum.

Renouari contractus. l. 1. D. de reſcind. venditione. & *Renouata venditio.* l. 7. §. 1. D. de reſcind. venditione. item *Renouari locatio.* l. 26. C. de locato & conducto. & *Renouata dos.* l. 40. D. de iure dot. quomodo & *Renouatum teſtamentum.* l. 15. §. 1. D. de teſtamen. mil. & *Renouato bello.* l. 28. D. de captiuis.

Renuere ſolutionem. l. 5. C. de fide inſtrument.

Renuntiare conditioni. l. 1. C. de ſponſalibus. *legi commiſſoriæ.* l. 7. D. de leg. commiſſ. *cauſæ.* l. 7. C. de ingenu. manumiſſ. incolatui. l. 34. D. ad municip. *liti.* l. 21. & l. 30. D. de minorib. l. 16. D. de iudiciis. l. 4. C. de pactis. & *Renuntiare liti in totum.* l. 21. D. de minoribus. & lege poſtquam lit. item *Renuntiare mandato.* l. 22. §. vlt. D. mandati. *matrimonio.* l. 51. D. de ritu nuptiarum. *nuptiis vel ſponſalibus.* l. 3. C. de repud.

Renunciare nuptiis, & Renuntiare conditionem pro ſponſalia repudiare. l. 17. §. vlt. D. de rebus auct. iud. l. 1. C. de ſponſal. Sic *Renuntiatam affinitatem ſponſalium contractam* accipimus in l. 38. in princip. D. de vſur. eodem modo & *Renuntiatio* in l. 2. D. de diuert. ſponſaliorum diremptio intelligenda eſt. Aſcon. 2. contra Verr. Oratio. *Renuntiationem* ait dici *recuſationem eius rei quæ in pactum & promiſsionem venerat.* item *Renuntiare nuptiis.* Tertull. lib. 1. pag. 10. *Renuntiare obligationi.* lege 11. §. vltimo. D. de legationibus. *poſſeſsioni.* l. 12. §. vlt. D. de acquiren. poſſeſſione. *ſocietati.* l. 14. & l. 16. & l. 17. §. 1. D. pro ſocio. ſic *Renuntiata ſocietate.* l. 65. in princip. §. diximus. & §. Renunciare. D. pro ſocio.

Renuntiare venditori, id eſt denuntiari de euictione. l. 29. §. vlt. D. de euictionibus.

Renuntiare cauſam. i. deferre & denunciare, ita Marcianus *ſicut Renuntiare cauſſam nemo cogitur, ita liberum arbitrium deſiſtendi ei non datur, qui detulit.* l. 22. §. vlt. D. de iure fiſci.

Renuntiare hæreditatem. i. repudiare. l. 4. C. de repud. vel abſtin. hæredit.

Renuntiare repudium. Plaut. Aulular. act. 4. ſc. 6.

Renuntiare legationem. Plinius lib. 4. epiſt. 10. *Renuntiare amicitiam & hoſpitium.* Cic. 4. in Verrem. *Renuntiare legationem* apud Liuium eſt res in legatione à ſe geſtas exponere, quod vulgò dicitur. ſic & *Renuntiare aliquem idoneum eſſe.* i. referre poſt explorationem facultatium locupletem eſſe. l. 42. D. mandati.

Sic *Renuntiare de modo.* i. referre. l. 40. De contrah. empt. & *Renuntiare modum menſores dicuntur.* l. 1. in princip. & l. 6. §. 1. & §. item Pomponius. & l. 8. D. ſi menſ. falſ. mod. Hygin. lib. 2. de limit. conſtit. *Longitudinem autem quoties egeram ego ita renuntiabam. Iugera tot. vel verſus tot.* Et mox. *Sic vt videbitur ita renuntiabimus, iugera tot, verſus tot. &c.*

Renuntiari dicebantur Magiſtratus qui voce præconis in campo declarabantur ſuffragio populi deſignati. Cic. 1. in Verr. & 2. in Rullum. & pro Milon. & Gell. lib. 12. cap. 8. *oſtendunt, ſed &*

sed & ipse Consul successorem suum populo renuntiabat. vt Cicero pro Muræna & lib. 7. epistol. indicat.

Renuntiare pro reddere numeratam dotem apud Apul. Apol. 2.

Renuntiata conditio. Cic. orat. 2. in Verrem. & *Renuntiata est tota conductio.* ibidem.

Renuntiatam querelæ inofficiosam. l. 1. C. de in integr. restit.

Renuntiatio pro nuntiatione noui operis. l. 16. D. de oper. noui nunt.

Renuntiatores consiliorum. l. 38. D. de pœnis.

REPARARE in l. 16. D. de in rem verso. & l. 122. §. Callimachus. D. de verb. obligat. vt & benè Duaren. lib. 1. disputat. notauit, significat nummis ex venditione mercium redactis aliud quid earum loco comparare, vel breuius, ex mercis venditæ precio aliam parare. *Reparare* Græci dicunt ἀνταγοράζειν. Et ita id verbi accipiendum puto apud Demosthenem πρὸς τὴν λακρίτου παραγραφὴν. pa. 48. volum. 2.

Reparari libertatem non posse, Vlpian. dicit in l. 9. §. illud. D. de statulib. Reparari eadem vt P. Faber existimat significatione. Nam ibi sic lego, *Libertas autem pecunia lui non potest nec reparari potest*, quod Græci interpretantur, ἡ δὲ ἐλευθερία διὰ χρήματα οὐ ῥύεται οὐδ' ἀγοράζεσθαι δύναται.

Reparari vires obligationis. Gordia. in l. 4. C. de solut. id est, suscitari & restitui, sicut Octauius Minutia. libro 8. Arnobij. *Ergo homo nouus nascitur, non prior ille reparatur.*

Reparari etiam appellationum tempora, id est, restitui dicuntur. Inde *Reparationes* in Rubr. de temporib. & *Reparatio appell.* & apud Symmach. lib. 1. Epist. 37. & 38.

Sic & *actio Reparari* dicitur in l. 27. §. sed si pactam. D. de pact. Pro resumptione instantiæ intermissæ, vel, vt vulgò loquimur, restitutione instantiæ quę legitimis transactis temporibus periit.

Repellere legatum pro repudiare. Sic *Repellere.* l. 81. §. 1. & 86. §. Cum seruus. D. de legat. 1. & l. 5. D. de legat. 2. l. 1. §. vtrum. D. si quid in fraud. patron.

Et *Repellere à se legatum.* l. 86. §. cum seruus. D. de legat. 1. item *Repellere bonorum possessionem.* l. 70. D. de adquiren. vel omitt. & *Repellere exceptionem agnitam.* i. reiicere. l. 21. D. de donationibus.

Repellere pro excludere. sic *Exceptio perpetua pacti, Repellit residui petitionem.* l. 5. Codice de pactis.

Sic etiam *Repellit agentem exceptio.* l. 3. §. si mecum. D. ad exhib. & *Repelli per exceptionem.* l. 14. §. vlt. rei iud. l. 4. §. Præterea. D. de doli except. l. 7. §. ex diuers. D. de acquir. rer. dom. l. 1. §. si decem. D. vt legatorum. & l. 1. §. 1 D. ad Senat. Trebell. item *Repelli exceptione.* l. 2. §. non malè. D. de except. dol. l. 46. §. vlt. D. de fideicomm. libert. l. 14. §. si ita quis. D. quando dies legator. & l. 15. D. de bonor. poss. cont. tab. l. 1. §. si parens. D. si parente quis manumiss. l. 84. & l. 85. D. de legat. & l. 11. D. de dote præleg. l. 4. C. depositi vel contra. l. 23. D. de pignerat. act. l. 29. & l. 69. D. de iure dotium. & l. 1. §. sed consulto. D. de his quæ in testamen. delent. sic quoque dicitur *Repelli replicatione.* l. 3. D. si cui plus. item *Repelli præscriptione.* l. 1. D. de vacat. & *Repellere præscriptione.* l. 6. C. ne de statu defunct. & l. 5. C. de præscript. longi temp.

Item *Repelli edicto.* l. 14. §. si libertus. D. de bon. libert. eodem sensu & *Repelli ab accusatione* dicitur in l. tertia. §. 1. D. de suspect. tut. l. 31. §. vltimo. D. de inoffic. l. 2. §. qui hoc. D. ad legem Iuliam de adulteriis. & *Repelli à petitione.* l. tertia. §. vlt. D. de pollicitationibus. l. 8. C. de legatis. *à legato.* l. 36. D. de excusat. l. 37. D. de conditione & demonstratione. *& à successione.* l. 8. C. qui petant tutor. item *Repelli à nuptiis.* l. 32. D. de ritu nupt. *& à bonorum possessione.* l. vlt. Codice de bonorum possess. contr. tab. l. 22. D. de his quæ vt indign. l. prima. §. non tantum. D. de Carboniano edicto. l. 8. §. si seruo. D. de bon. libert. lege 47. §. 1. & l. 50. D. de bon. libertor. l. 10. §. illud. & l. 11. D. de bonorum possessione contra tab. denique *Repelli ab omni iudicio & voluntate.* lege 36. §. si qui. Digestis de bonis libertorum.

Repelli vt indigni. l. 5. §. vlt. D. de his qui vt indign. *vel quasi indigni.* l. 13. §. eos. D. de iure fisci.

Repelli indigna pro reiici, & non admitti. l. 2. & l. 5. D. de his quæ vt indign. sic *Repelli excusatio dicitur* in l. 1. D. quando appell. sit.

Et *Repelli venter.* l. 1. §. etiam. D. de ventre in poss.

Repellere pro arcere & propulsare. sic *repellere gladio.* l. 3. C. ad legem Iuliam de sicar.

& *Vim vi Repellere.* l. 11. §. 1. D. quod met. cau. & l. vim. D. de iuſt. & iure. & D. vnde vi.

Repulſi ob negligentiam vel ignauiam. i. reiecti. l. 2. §. 41. D. ad SC. Tertyll.

Reperitur in poſſeſſione. l. 21. C. de liber. cau.

Repertus in delicto. l. 14. D. de quæſt.

Repertus debitor. l. 4. C. de teſtament. manumiſſ.

Repertorium, quod vulgò inuentorium appellatur. l. 7. D. de adminiſtr. & peric.

REPETERE pro memoria repetere in l. 10. D. de pact. l. 14. D. de iure codicill. ſic *Repetere originem ſuam.* l. 32. D. de liberali cauſa.

Repetere actionem inchoatam eſt deſertam ante actionem denuo inſtituere. l. 21. D. de inofficioſo teſtamento.

Repetere legatum, eſt id quod ſemel legatum eſt relegare, vt Iunius Mauricianus ait. l. 23. D. de vſu & vſufr. leg. & Vlp. in l. 3. §. 2. D. quibus modis vſusfr. amitt. & Paul. in l. 18. D. de vſu & habit. hoc accidit cum legatum priore teſtamento inciſo extinctum ſequente teſtamento relegatur. ſic *Repetitur legatum* in l. 28. §. 1. D. de liberat. legat. his verbis, QVIBVSQVE LEGATA IN EO TESTAMENTO, QVOD INCIDERAM, DEDI, OMNIA RATA ESSE VOLO. Sic quoque *legata Repeti in ſubſtitutione* dicuntur, quæ in principalibus tabulis inutiliter relicta erant. l. 77. D. de legat. 3. l. 19. §. 1. de leg. 1. eodem modo & in codicillis inutiliter data per repetitionem confirmantur hac ſcriptura. HOC AMPLIVS HÆRES MEVS DATO: huc pertinet quod Iulianus ſcribit, *in Repetundis legatis hæc verba quæ adiici ſolent*, ITEM DARE DAMNAS ESTO, *ad conditiones & dies legatorum eaſdem repetundas referri.* l. 63. D. de legat. 3.

Sic *Repetere legatum & repetitio legati.* in l. 32. D. de legat. 1. & *Repetere legatum vſusfructus.* l. 24. D. de vſu & vſufructu.

Item *Repeti* dicitur vſusfructus qui qualicunque ratione amiſſus iterum legatur, & fructuario conſeruatur. l. 2. §. ſi non mors. l. 3. in principio. & §. 1. l. 5. D. quibus mod. vſusfruct. amitt. l. 3. §. 1. D. de vſufr. quemadmodum caueat. vt in ſpecie legis 8. D. de annu. legat. *Vnde Repetitio vſusfructus.* l. 2. §. 1. D. quibus modis vſusfruct. & l. 3. D. quibus modis vſusfruct. de *Repetitione* vide etiam l. 19. D. de legat. 1.

Repetere legatum à ſubſtituto. l. 52. §. vlt. l. 53. & l. 54. D. de legat. 1.

Repeti etiam dicuntur legata, quæ ab inſtituto data à ſubſtituto iterum relinquuntur, vel ab vno ex primis hæredibus relicta à cohærede eius rurſum legantur, in hunc modum, QVÆ A FILIO MEO LEGAVI, QVÆQVE EVM DARE IVSSI, HÆRES MEVS IISDEM DIEBVS DATO. l. 32. & l. 54. D. de legat. lib. 1. l. 75. D. de legat. lib. 3. l. 80. D. de verb. ſignific.

Repetita libertas. l. 1. C. de fideicommiſſ. libert.

Repetitum fideicommiſſ. l. 4. C. ad SC. Trebell.

Repetita conditio. l. 77. D. de condic. & demonſtr.

Condictione Repetere quod indebitè ſolutum eſt. l. 3. §. fin. D. de tranſactionibus.

Repetere honores defunctos. l. 17. §. præſcriptio. D. ad municipal. & l. 7. §. ſolet. D. de interdict. & releg.

Repetere reum, eſt iterato reum facere abolitionéque exemptum reum denuò poſtulare. l. libellorum. §. vlt. D. de accuſat. l. 10. §. 1. l. 12. l. 15. §. vltimo. & l. 17. D. ad Turpillian. l. 3. §. 1. & l. 12. §. vlt. D. de accuſatio. l. 14. §. 1. D. de bon. libert. Suetonius in Auguſto cap. 32. Diuturnorum reorum & ex quorum ſordibus nihil aliud quàm voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit, conditione propoſita, vt ſi quem repetere vellet, periculum pœnæ ſubiret. Idem in Domitia. cap. 9. Reos qui antè quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent, vniuerſos diſcrimine liberauit, nec repeti niſi intra annum permiſit.

Sic *Repetere reum* in l. 31. D. ad legem Iuliam de adult. l. 3. §. 1. D. de accuſationib. & apud Sueton. in Auguſto. cap. 32.

Et *Repeti reus.* l. hos accuſare. §. 1. D. de accuſat.

Repetere accuſationem. l. 6. C. de his qui accuſ. non poſſ.

Et *Repetere crimen*, quod nihil aliud eſt quàm indulgentia abolitum crimen ex integro iterum perſequi. l. 7. D. ad Turpillian. hoc ſenſu & *Repeti quæſtio*, id eſt iterari dicitur in l. 16. D. de quæſtionib. ſic & *Repeti in quæſtionem eſt tormentis iterum ſubiici.* l. 17. D. de quæſtionibus. *Vel in quæſtionem iterum peti.* l. 18. §. 1. D. de quæſtionibus.

Repetere rem. Sueton. in Auguſto cap. 32.

Repeti codicill. l. 3. D. de tranſact. & *Repeti negotium denuo*, l. 3. C. de fid. inſtrum.

Repeti pretium. l. 4. §. ſine. D. de manumiſſ.

Repeti ſatiſdatio dicitur in l. 1. in princip. vt legat. ſeruand. cauſa. non quæ iterum datur, ſed quæ condicitur.

Repetita emptio in l. 7. §. adeo. D. de pact. l. 2. D. de reſcind. vendition. & *Repetita poteſtas.* l. 6. C. de ſent. paſſ.

Repetita die, id eſt antelata ſeu prælata die. l. 3. D. de fide inſtrumen. l. 5. §. ſi quis ipſi prætori. D. de noui oper. nuncia. l. 9. §. proinde. D. ad exhibend. l. 15. §. item videamus. D. de dam. infect. l. 1. §. præterea. & §. ſi tibi. D. de itin. actúque priua. & *Repetitis diebus.* in l. 51. D. ad leg. Aquil. ſignificat retrorſum computatis, eodémque modo *Repetitionem triginta dierum* accipe in l. 34. in fi. D. de obligation. & action.

Lex Iulia *Repetundarum*, qua de repetundis dicitur. l. 7. D. de l. Iulia repetund.

Et *Repetundarum crimen* ſiue *de pecuniis Repetundis* ex l. Iulia intenditur. Etiam pecuniarum nomine, quas quis cum in magiſtratu aliquo poteſtate, curatione, miniſterio eſſet, ob iudicãdum vel non iudicandum acceperit, vel quo magis vel minus ex officio ſuo faceret vel ob militem legendum mittendúmve. toto titul. ad legem Iuliam repetund.

REPIGNERARE eſt, luere & liberare pignus, aduerſatúrque verbo pignerare. l. 5. §. rem tibi dedi. D. commoda. Feſt. lib. 16. *Reluere, ſoluere, repignerare.* Cæcilius in Carmine, *Vt aurum & veſtem quod matris fuit, reluat, quod viua ipſi oppoſuit pignori. Vt Replumbare*, id eſt adplumbata diſſoluere. l. 20. D. de auro argento. Et *Reſignare*, ſignatum aperire. l. 6. D. quemadmodum teſtam. aperiantur. l. 23. D. qui teſtam. fac. poſſunt. l. 20. D. de vulg. & pupill. l. 16. in fi. D. ad leg. Cornel. de falſ. Et aliis quoque ſatis multis in verbis, articulus RE contrariam ſimplici verbo tribuit ſignificationem, aliàs verò iterationem, & geminationem ſignificat, vt *Retractare* interdum eſt, Feſto quoque teſte, iterum tractare. l. 31. in fi. D. de iureiur. l. 10. §. 1. D. ad Turpillian. §. cum quidam. D. de recep. qui arbitr. l. 29. D. de iure fiſci. l. 4. C. de epiſc. aud. l. 3. C. de cano. largit. tit. Cicer. l. 4. de nat. deor. *Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinent, retractarent, & tanquam relegerent, hi dicti ſunt* Religioſi. Idem ad Atticum lib. 8. *Augemus crimen dolorem retractando.* Sic Tertullian. in Apologetico, *Cauſas quæ hoc exegerint, retractemus, & alibi ſæpè.* Sic & *Relegare* de quo ſuprà in verbo Repetere legatum.

Replere locum vnde exempta eſt creta. l. 16. D. de præſcript. verb.

Repleri pretium. l. 4. §. ſuis. D. de manumiſſ.

Replere quod deeſt. l. 14. D. de vſu & vſufruct.

Replendam liberis ciuitatem. l. 1. D. ſolut. matrim.

Replicare. l. 35. D. de pact. l. 3. D. de pign. act. eſt reſoluere ius exceptionis inſtit. inde Replic. in princ. & replicari. l. 35. D. de pactis. l. 48. D. de procuratoribus. l. 9. §. ſi minor. D. de iureiurand.

Replicare Græci dicunt ἀντιςαπλέκειν Æſchynes κατὰ Κτησιφῶντος. pag. 56. ναὶ ἀλλ' ἀντιςαπλέκειν φησὶ τοῦτο εὐθέως λέγων ὡς. &c.

Sic *vtiliter replicari.* l. 35. D. de pact.

Replicatio. l. ſi inter. §. 1. D. de noxalibus. & l. 28. D. eodem.

Replicatiõ. lege 3. D. de pignerat. action. l. 17. §. Proculus. D. de inſtitoria. l. 4. §. vlt. D. ſi quis caut. & l. 25. D. de dolo.

REPLICATIO eſt contraria exceptio, & quaſi exceptionis exceptio. l. 22. D. de exceptionibus. Dicitur enim aduerſus exceptionem, per eámque exceptio eliditur. l. 48. D. de procuratoribus. l. 28. D. de noxalibus. l. 21. §. 1. D. de pignorib. l. 1. in fi. D. de except. rei vendit. l. 72. in fi. D. de rei vendicat. l. 19. C. de tranſactio. l. 1. & l. 7. §. procurator. D. pro empto. Vetus Gloſſarium Græcum vertit ἀναπλοκὴ, & mox, ἀναπλοκὴ ἀνάλυσις, ἀναγραφὴ ἀναγραφῆς. ſic *Replicatio in factum.* l. 14. D. de fideiuſſorib. *Replicatio aduerſus exceptionem.* l. 15. D. de exceptionibus. l. 1. §. vlt. D. de except. rei vendit. *Replicatio contra exceptionem.* l. vlt. C. ſi aduerſus tranſact. *Replicatione contra exceptionem vti.* l. 2. C. de iudiciis. & *Replicatio obiicitur exceptionis.* l. 9. D. de liberal. cauſ.

Reponere ſe in obligationem. l. 10. D. quod metus cauſa.

Onus *Reponere* in ripis. l. 5. D. de rerum diuiſ.

Reponi ædificium. l. 20. §. ſi ſublata. D. de ſeruit. præd. vrb. *Reponi arbor.* l. 3. §. vlt. D. arbor. furt. cæſ. dicuntur & *lapides Reponi.* l. 43. D. de rei vindicat. & *tegulæ.* l. 18. D. de act. empt. quę ſunt detractæ in l. 43. D. de rei vindic.

Repoſitum frumentum. i. reconditum. l. 18. §. item cum. de inſtruct. vel inſtrum. ſic & *Repoſita in horreis.* l. 88. D. de legat. 3. & *Repoſiti fructus.* l. 12. §. ſed ſi. & l. 19. §. vlt. D. de inſtructo vel inſtrum.

Repoſitum in poteſtate. l. 68. D. de hæred. inſtit.

Repoſita omnia. l. 92. §. vlt. D. de legat. 3.

Repoſiti nummi præſidij cauſa. l. 75. D. de legat. 3.

Repoſitoria. l. 19. §. idem Celſus. D. de auro arg.

Reportare ſententiam. l. etiamſi. C. manda. & *Reportare victoriam.* l. vlt. C. ad Senat. Turpillianum.

Repoſcit cauſa. i. exigit. l. 13. D. de cuſtodia.

Repoſcere commodatum. i. repetere. l. 20. D. de acquirend. poſſeſſ. ſic *Repoſcere debita.* l. 13. C. de adminiſtr. tut.

Repoſcere rationem tutelæ. l. 2. C. de in lit. iur. & *Repoſcere tutelam.* l. 29. D. de adminiſtratione tut.

Repoſcere iudices. l. 2. C. de act. empti.

Repræſentari hæreditatis reſtitutionem. l. 55. §. 1. D. ad Senatuſconſultum Trebell.

Repræſentare debita. l. 1. C. de condit. ex lege *Repræſentari fideicommiſſum.* l. 36. §. vlt. D. de condit. & demonſtr. & repræſentatio fideicommiſſi. l. 36. D. eodem. *Repræſentare* eſt quod in diem debetur ante diem ſoluere, quod Græci dicunt προκαταβάλλειν. l. 8. §. eam orationem. D. de tranſactionibus. l. 36. vlt. de condition. & demonſtr. Cic. lib. 16. ad Attic. *Mihi quidem*, inquit, *videntur iſtorum animi incendi ad repræſentandam improbitatem ſuam.* Sueton. in Auguſt. *ſummam legionariis legatam repræſentari iuſſit.* Sic *Repræſentata libertas*, dicitur quæ ante diem ſoluta eſt. l. 37. & l. 41. §. 1. D. de fideicomm. libert. & *Repræſentata pecunia.* l. 8. §. eam tranſactionem. D. de tranſactionibus.

Inde *Repræſentatio ante diem ſolutio.* l. 24. §. quoties. D. ſol. matrimo. l. 1. l. 2. §. idem Iulianus. D. de dote releg. l. 88. §. teſtator. D. de legat. 2. lege 10. §. ſi cum in diem. D. quæ in fraud. credit. §. ex contrario. Inſtitut. de legat. hoc ſenſu etiam dicitur *Repræſentari condemnatio.* l. 24. §. quoties. ſolut. matrim. & *reſtitutio.* l. 55. §. 1. D. ad SC. Trebellianum & fideicommiſſ. l. 22. D. eodem. item *Repræſentare damnum.* l. 20. §. rerum. D. de act. rerum amot. & *dolum.* l. 1. §. 2. D. ſi is qui teſtam. id eſt proximè ad dolum accedere. item *Repræſentari dolum culpa.* l. 1. §. 1. D. ſi is qui teſt. & *Repræſentare monetam.* Paul. lib. 1. ſent. tit. 25.

Repræſentare ſe eſt præſentiam ſui facere. l. 15. §. 1. D. ad l. Iul. de adulteris. ſic & *Repræſentare ſeſe* in l. 8. C. quomodo & quando.

Repræſentare ius præſes prouinciæ dicitur in prouincia, qui in eadem iudicis & iuris vicem tenet. l. 1. C. vbi cauſa ſtat.

Repræſentari etiam cognitio dicitur l. 3. §. cauſæ cognitio. D. de Carbon. ed. & l. 3. §. Iulianus. de lib. exhib. quæ non expectato pubertatis tempore ſtatim ſuſcipitur & maturè iudicatur.

Aliquando etiam *Repræſentare* eſt ſimpliciter dare ſeu numerare. l. 7. C. de rerum permut.

Repræſentatæ cauſæ. l. 8. C. de appellat.

Repræſtare duobus in locis in Pandect. Florent. inuenitur, in l. 47. D. de action. empt. & l. 22. §. 1. D. ad SC. Trebell.

Reprobare contractum. l. 10. C. quod cum eo. *tutorem.* l. 2. C. de teſtam. tut. & *Reprobari medicus.* l. 11. §. reprobari. D. de muneribus & honor. *Reprobari item teſtimonium* dicitur in l. 21. D. de his qui notantur infamia.

Reprobato nomine. l. 4. C. ſi cert. pet.

Repromittere aliud eſt quàm ſatiſdare. l. de pupil. §. ſi is qui. D. de oper. noui nunt. nam *Repromittere* eſt nuda pollicitatione cautionéque promittere non ſatiſdato. lege 4. D. de manumiſſionibus. l. 5. §. ſi is cui. D. de noui oper. nunt. l. 9. §. quæſitum. l. 13. in princip. §. 1. l. 30. §. vtrum. D. de damno infect. l. 3. & l. 5. §. quod ſi fugit. D. de condit. cauſa da. l. 10. D. de his quæ vt indign. l. 22. D. de oper. libert. Proinde *Repromitti & ſatiſdari* opponuntur. l. 37. D. de euictionib. & l. 45. D. de procuratoribus. item *Repromiſſum & ſatiſdatum* opponitur. l. 20. §. adducitur. D. de oper. noui nuntiat. l. 9. §. quieſcere. D. de damno infect. ſic & *Repromiſsio ſatiſdationi* opponitur in l. vlt. §. 1. D. quod legat.

Repromiſsio dotis. l. 72. D. de iure dotium.

Repromittere cuſtodiam. l. 9. §. vlt. D. de iure dotium. *Repromittere de dolo.* l. 15. D. de pignerat. l. 9. §. ex hoc edicto, & §. Iulianus. D. quod metus cauſa. l. 13. §. item Celſus. D. de act. empt. l. 58. D. de euictionibus.

Repromiſſa libertas. l. 4. C. ſi mancip.

Repromiſſum. l. 42. D. de actio. empt.

Repudiare id eſt, *nolle ad ſe pertinere*, vt loquitur l. 8. §. 1. D. ſi cert. pet. ſic *Repudiare bona.* l. 21. §. vlt.

§. vlt. D. de iure patron. *Repudiata hæreditas.* l. 2. C. de legitim. hæredib. item *Repudiare ſucceſſorem.* l. 9. C. de petit. hæredit. & *Repudiare delatam ſucceſsionem.* l. 12. C. de teſtamento manumiſſ. *Repudiare bonorum poſſeſsion.* l. 2. D. vnde legitimi. l. 8. D. de bonorum poſſeſſ. & l. 15. D. de bonorum poſſeſſ. cont. tab. & l. 1. D. de ſucceſſor. edicto. & *Repudiari bonorum poſſeſsio.* l. 7. §. 1. D. ſi tab. teſt. l. 1. C. de repud. bon. poſſ. item *Repudiare legatum.* l. 2. D. de manumiſſionibus. lege 34. D. ad leg. Aquil. l. 8. in fin. D. ſi cert. pet. l. 5. §. fundum. D. de reb. eorum. l. 38. in princip. §. vlt. D. de legat. 1. l. 45. §. 1. & l. 13. D. de legat. 1. l. 59. D. de legat. 2. l. 40. D. de legatis. l. 101. D. de legatis 1. l. 9. D. de vſu & vſufruct. l. 7. D. de legatis 1. *Repudiare à ſe legatum.* l. 10. D. de opt. leg. & *Repudiatum legatum.* l. 8. §. quod ſi is. D. quib. mod. pign.

Repudiare fideicommiſſum. l. 34. §. Lucia. D. de legat. 2. & *Repudiatio fideicommiſſ.* l. 26. C. de fideicommiſſ. item *Repudiare defuncti voluntatem.* l. 80. §. vlt. D. de legat. 2.

REPVDIARE eſt, ius nobis delatum repellere. Repudiantur enim ea tantùm quæ iam delata ſunt. l. 1. §. decretalis. D. de ſucceſſorio edicto. Nec repudiare quis id poteſt, quod ſi velit, habiturus non eſt. l. 135. D. de diuerſ. regul. Sueton. in Claudio. cap. 25. *Sponſus admodum adoleſcens duas habuit &c. Priorem quod parentes eius Auguſtum offenderant virginem adhuc repudiauit. Repudiato priore ſponſo.* Suet. in Iul. cap. 18. ſic *Repudiare conditionem.* lege 11. D. de ritu nupt. l. 11. D. de ritu nuptiar.

Repudiare vxorem. l. 29. D. de manum. teſt. & *Repudiari vxor.* l. 12. D. de ritu nuptiar. l. 7. l. 12. D. de ritu nupt.

Repudiatus pro eo cui ab vxore repudium miſſum eſt. l. 38. D. ſolut. matrim.

Repudium quid. vid. l. 101. §. 1. D. de verborum ſignif. & l. 191.

Repudium autem non nuptiarum tantùm diremptionem renunciationémve, ſed & ſponſaliorum ſignificat. l. 2. D. de diuort. Sic & *inuiſti repudij eſſe actionem* dixit Quintilian. declamat. 1. id eſt, diuortij. l. Lucius. 59. D. ſol. matr. Vet. Gloſſarium Græcum, Ἀπάζευξις τοῦ γάμου. Inter diuertere enim & Repudiare hoc intereſt, quòd repudiari etiam futurum matrimonium poteſt. Non rectè autem ſponſa diuertere dicitur. l. 191. D. de verborum ſignificatione. Iuſtinus Martyr in Apolog. pro Chriſtian. dicta: Ἐπειδὴ δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη ὅπως μὴ κοινωνὸς τῶν ἀδικημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται μένουσα ἐν τῇ συζυγίᾳ καὶ ὁμοδίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γενομένη τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῖν ῥεπούδιον δοῦσα ἐχωρίσθη.

Repudium etiam vetus Gloſſarium Græcum vertit Ἀπάζυγον.

Repudium dicere. Tacitus lib. 3. *Et repudium mittere.* l. 38. D. ſol. matr. l. 3. & l. 4. & l. 8. D. de diuort. & l. 57. D. de donat. inter vir. & vxorem. *Et remittere* apud Terentium Phormio. act. 5. ſcen. 8. item apud Sueton. in Calig. cap. 36. & apud Senecam Controuerſ. 6. lib. 7. & ſcribere apud Tertullian. Apologet. *Per omnes* ait *ſexcentos nulla repudium domus ſcripſit.* & *Repudiatus is cui repudium miſſum eſt.* & l. 4. D. de diuort.

Repudium miſſum. l. 43. D. ad leg. Iul. de adulter. & *Repudio miſſo.* l. 3. D. de diuort. Non tantùm autem nuptiis, ſed & ſponſalibus repudium mittere dicimus. l. 38. D. ſolut. matrim.

Inde *Repudium Renuntiare* apud Plaut. Aulular. & Terentium Phormion. act. 4. ſcen. 4.

Repudiata appellatio à iudice. l. 3. C. de appellat. l. 31. D. de hæredit. pet.

Reputare in computatione ineunda aliquid imputare ſignificat. l. 36. D. de neg. geſt. l. 40. in fin. D. de minoribus. l. 1. §. præterea. D. de tut. & rat. diſtr. l. ſi ſine hærede penult. D. de adminiſtr. tut. l. Titium. ead. l. ex parte §. filius. D. famil. erciſcund. l. 21. D. ſolut. matrim. l. 5. C. de iud. l. 90. §. teſtator. D. de lega. lib. 2.

Sic *Reputare alimenta.* in l. 34. D. de negot. geſt. *pretium.* l. 4. C. de iudiciis. *ſumptus.* l. 61. D. locati. & *Reputandi ſumptus.* l. 61. D. de legat. item *Reputare vſuras.* l. 40. §. vlt. D. de minorib. *Reputare in damno.* l. 1. §. quod igitur. D. de vi & vi armata.

Hinc *Reputatio* in l. Titia. D. de ſolutionibus. *Reputatio vſuræ.* l. 40. D. de vſur. & *reputationes* in l. 19. D. famil. erciſcund. l. 2. D. vbi pupill. educ. l. 10. §. idem Labeo ait. D. manda. d. l. 1. §. Præterea. l. 8. & l. 25. §. ſi vicino. D. loca. l. 48. D. de ſolutionibus. l. Titia. D. eod. l. 5. D. de fideiuſſorib. tut. & *Reputationes admittere* l. 2. D. vbi pupill. educ.

Requirere rem abſentem. l. 39. D. de legat. 1.

Requirere aduocatos. l. 1. §. 1. D. de requir. reis. & l. 6. D. de cuſtod. & l. 4. §. reus. D. de re militari. l. 2. C. ſi pend. appellat. & *Requirendi aduocati.* l. 1. §. præſcriptio. D. de iure fiſci.

Requirere fugitiuum. l. Diuus Pius. D. de fugitiu. & *Requirendi fugitiui.* l. 2. C. de ſeru. fugitiu. *Requirere reum* tot. tit. de requiren. vel abſent. damn.

Requirere flagitium. l. Diuus Pius. D. de fugitiuis.

Requirere neceſſarios pupilli vel parentes. l. 5. §. imprimis. D. de reb. eorum.

Requirere debet. i. inquirere. l. 36. D. de rei vindicat. ſic *Requirere prætor* dicitur in l. 5. §. 1. D. quibus ex cauſ. in poſſ.

Requiri veritas. l. 10. §. vlt. D. de quæſtionibus. & *Ad Requirendam veritatem.* l. 8. D. de quęſtionibus. item *Requiri cuſtodia demiſſa.* l. vlt. D. de cuſtodia.

Requiri in iudicio. l. 6. C. de ſtatu defuncti.

Requirendum eſt. l. 39. D. de ſtipulat. ſeruorum. l. 63. §. ſi hæres. D. ad SC. Trebellian. & l. 25. D. de liberat. legata.

Requirendus fructus. l. 1. C. de requirend.

Requiſitus ab actore reus. l. 21. §. quibus ex cauſ. in poſſ. eat.

REI *appellatio generalis eſt. Continet enim omnia, quæ vel in patrimonio ſunt, vel extra patrimonium, & ad omnem contractum cauſásque & iura pertinet.* l. 5. & l. 23. D. de verborum ſignificat. Sunt autem tres præcipuè huius vocabuli ſignificationes, hoc Auſonij verſiculo comprehenſæ.

Imperium, litem, Venerem cur vna notet res? Vt de duabus, quæ nihil ad ius pertinent, taceam, Res pro lite accipitur in l. 8. §. ſi quis poſt rem. cum §. ſequ. D. de inoffic. teſtamen. & apud Horat. lib. 1. Satyr. 9. Et olim ſummè dubitatum inter formularios fuiſſe Cicero in Muræna oſtendit, Rem an litem dici oporteret. Vnde in actionum ciuilium ſolennibus verba ſub diſiunctione hæc ita Varrone in lib. 6. de lingua Lat. teſte efferebantur, *Quam rem ſiue litem dicere oportet.* Coniunctim verò protulit Imp. in l. 9. C. de ſuis & legit. vt & in ſolenni formula rerum à fęciali repetundarũ, quæ à Liuio lib. 1. ponitur, *Quarum rerum, litium, cauſarum, condixit pater patratus.*

Inde *Rem amittere*, litem amittere eſt. l. 8. D. de reſti. in integ. l. 22. §. penult. D. rat. rem hab. l. 5. D. de ſtipul. præterit. ſic *Rem differri.* i. litem. l. 3. §. Iulian. D. de liber. exhib.

Res perire dicuntur. i. lites. Liuius lib. 29. pag. 15. ſic & *Res perire tractu temporis* dicitur l. 12. D. de procuratoribus. item *ſi res tempore peritura ſit.* l. 3. D. de feriis, id eſt, ſi dilatio actionem & litem ſit peremptura. l. 1. D. de Feriis. porrò *Rem ſeruare* pro debitum ſuum ab aliquo conſequi, & vt aliàs dicitur, ad ſuum peruenire. l. 2. & l. 4. D. de dolo. l. 19. D. ad Velleia. l. 2. §. ſi Titius. D. de hæred. vend. l. 11. in fi. & l. 12. D. ad municipal. l. 2. D. de inſtito. l. 35. §. vlt. D. locati. l. 4. in fi. D. de admin. rerum ad ciuit. l. vlt. D. rem pupill. l. 38. D. de excuſ. tut. l. 10. D. de doli except.

Inde *Rei ſeruandæ cauſa* in poſſeſſionem mitti dicuntur creditores. l. 2. D. de feriis l. 1. & l. 7. D. quibus ex cauſ. in poſſ. l. 3. §. vlt. D. de acquirenda poſſ. l. 13. D. quæ in fraud. credit. l. 51. §. 1. D. de re iudic. l. 5. §. ſi plures. & §. poſtquam. D. vt in poſſeſſ. legator. l. 3. §. creditores. D. vti poſſid. l. 5. §. Iulianus. D. ad exhibendum. l. 26. D. ad municipalem. l. 50. D. de pecul. l. penult. §. item dandæ. D. de diuerſ. tempor. l. 2. D. de feriis. l. 9. D. de rei vendicat. Etiam rei ſeruandæ cauſa in poſſeſſionem bonorum tutoris, qui ne alimenta decernãtur, latitat, pupillus mittitur. l. 7. §. præterea. D. de ſuſpect. tutor. Sed & rei ſeruandæ gratia, fideicommiſſi ſeruandi gratia ſignificat in l. 9. D. de annu. leg. quanquam aliàs hæ duæ miſſionum in poſſeſſionem cauſæ vt diuerſæ, ſeparentur. l. 1. D. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.

Rei autem ſeruandæ cauſa non poſsidet qui ſuo iure vt pignus tenet. l. 13. D. quæ in fraudem creditorum.

Res perire dicitur cum obligatio euaneſcit. ſic *Res peribit*, id eſt obligatio ſoluetur, in l. 91. D. de ſolutio.

Rei perſecutionem continent actiones quibus perſequimur quod ex patrimonio nobis abeſt. l. 35. D. de obligation. & action. §. res perſequendæ. Inſtit. de actionib. ſic *Rei perſecutionem continet actio* in l. 11. D. de reb. auct.

Rei perſecutio & pœna vindictæ opponuntur. l. 20. §. 1. D. de admitt. vel omitt.

Rei obligatio. l. 1. §. vlt. D. de pact.

Res pro vi & effectu in l. penult. D. de ſtatuliberis. ſic *Cum Re*, id eſt effectu, Vlpianus tit. 23.

Res veritatem ſignificat. l. regula. §. qui ignorauit. D. de iur. & fact. ignor. l. quod ſi dubitet. D. de adquirend. hæred. l. 2. §. ſi à pupillo. D. pro empto.

Res honeſta pro facultatibus. l. 3. §. 1. D. de decurionib. item *Res* pro ſubſtãtia defuncti in l. 24. D. quæ in fraud. credit. ſic *Rem habere*, id eſt hæreditatem. l. 2. §. liberi. D. ad Senatuſcõſultum Tertull. l. 8. D. ſi tab. teſt. l. ſi filiusfamil. D. ſi tabulæ teſtament. l. 5. §. vlt. D. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tab. ſic *Rem ab inteſtato habere.* l. 16. D. de legat. præſtand. & *Rem habituros*, id eſt hæreditatem. l. 1. §. ſi hæres. D. ſi tabul. teſtam. *ita Rem omnimodo habiturus eſt* in l.

84. D. de adquiren. vel omitt.

Sic & *Res matris*, pro hæreditate in l. 77. §. filia. D. de legat. 2. & rem indiuisam cum fratre. l. 89. §. 1. D. de legat. 2. Hanc Martialis appellat Rem relictam in illo versu.

Res non parta labore, sed relicta Itaque. *Rem habere*, successionem obtinere est. lege 12. D. de iniusto rup. l. 4. in fin. D. de fideicommiss. libert. l. 83. D. de acquirend. hæred. vnde bonorum possessio quædam esse cum re dicitur, nimirum cum is qui accepit bona ea cum effectu retinet. Quædam sine re cum alius euincere iure ciuili hæreditatem potest, veluti si suus hæres intestato sit. l. 8. §. 1. D. de inoff. test. l. 25. C. eod. tit. & apud Vlpian. in Instit. tit. 28. Cicer. lib. 3. Offic. *Non erat æquum principes ciuitatis rem habere.* *Rem habere & rem auferre* in l. 16. D. de legatis præstandis.

Rem seruare à muliere. l. 19. ad SC. Velleianum.

Rerum amotarum actio. vide Harmenop. pag. 41. *Et cuja res erat.* Agell. lib. 1. cap. 22.

Rem habere sestertiorum, in lege Dei. tit. 2.

Res existimationi opponitur. l. 2. §. si à pupillo. D. pro empto. vt substantia opinioni. l. 2. §. si sub conditione. D. pro emptore.

Rei appellatio non genus sed speciem signific. D. de rei vindicat. & *Rei* appellatione tota res & pars eius continetur. l. 7. D. de iureiur. l. 4. §. 1. D. de damno infect. lege 13. §. 1. D. de fundo dot. Eadémque res peti intelligitur, etiam si pars petatur eius, quod totum petitum est. l. 7. D. de except. rei iudic.

Rem ipsam habere videtur qui actionem ad eam recuperandam habet. l. 15. D. de diuers. reg. l. 143. D. de verborum signific.

Res vel mobiles sunt, vel soli. l. 2. D. de condit. trit. l. 1. D. de rei vindicat. l. 51. D. de donat. inter virum. & alibi *Res vel soli sunt, vel mobiles, vel se mouentes.* l. 1. D. de ædilit. edicto. sunt etiã *Res quæ in abusu continentur, vt puta vinum, triticum, oleum.* Vlpian. lib. reg. tit. de legatis. *vt & quæ pondere numero & mensura consistunt vel continentur.* l. 2. in princip. §. creditum. D. de rebus credit.

Res corrupta. l. 14. D. de verborum signif. *Res quæ est in controuersia.* l. 22. D. de iure fisci. *Res familiaris & Rei familiaris necessitas.* l. 18. D. de adimend. legat. item *Res familiaris vltioni opponitur* in l. 6. D. de sepul. violat. *Et rei persecutio vindictæ.* l. 10. D. de sepulc. viol.

Rem illicitam admisisse. l. 1. C. de liberali causa.

Res iudicata dicitur quæ finem controuersiarum iudicis pronuntiatione accepit, quod vel condemnatione vel absolutione contingit. l. 1. D. de re iudic. *Rei iudicatæ clausula* in l. vlt. D. iud. sol. significat eam stipulationis iudicatum solui clausulam, quæ ad iudicati solutionem propriè pertinet.

Res pecuniaria. l. 2. §. 1. D. ad municipal.

Res in iudicium venit. l. 11. D. de pact.

Vt res patitur. l. 2. D. de statu hominum.

Ratione carere Res. l. 47. D. de adquir. possess.

Rei vxoriæ actio appellabatur, quæ soluto matrimonio dotis repetendæ causa dabatur. l. vn. C. de rei vxor. actione. §. fuerat. Institut. de action. Eius meminere Cic. lib. 3. Officiorum, Quintilian. lib. 8. cap. 3. & Gelli. lib. 4. cap. 4. Eius autem Pandectis nusquam gentium fit mentio, quòd ea à Iustin. in actionem & ex stipulatu translata & transfusa esset. Agelli. lib. 4. cap. 3.

In Rem, id est indefinitè. l. 5. §. 1. D. de pecun. constit. sic *In Rem vel in personam.* l. 5. §. manet. D. de rebus eorũ quæ inter se opponuntur. l. 10. D. de operis noui nuntiat. l. 5. §. manet. D. de reb. eorum. vnde *Non in Rem sed personalis actio* in l. 6. §. si quis. D. de aqua & aqua pluuia. sic *In Rem scripta exceptio.* l. 4. §. metus. D. de doli mali except. & *In rem opponi exceptio.* l. 1. §. planè. D. de doli except. item *In rem collata verba.* l. 8. §. si verba. D. vt legatorum seu fideicommiss. & *In rem concepta stipulatio.* l. 10. D. quando dies legat. *cautio In rem concepta.* l. 5. D. vsusfruct. quemad. cau. item *In Rem iurare* in sua tantum persona opponitur. l. 1. §. si fideiussor. D. quarum rerum act. sic *In rem scriptum edictum*, id est indefinitè. l. 5. §. 1. D. quib. ex caus. in possess. & *In Rem pactus.* l. 7. §. vlt. D. de exceptionibus. *In rem conceptum factum.* l. 57. §. vlt. D. de pact. item *In rem alicuius credere pecuniam.* l. 8. C. mand. vel contr. & *In rem alicuius mutuam pecuniam accipere.* l. 3. & l. 7. C. si aliena res. sic *In Rem suam obligari.* l. 1. D. de contrar. tut. & *In Rem suam fideiussor.* l. 4. D. de pact. sic *In rem suam fideiubet obligari*, veluti pro suo procuratore, aut si ad eum pecunia prouenerit, & ipse eum dederit vice sua, pro eóque fideiusserit. l. 13. l. 22. D. de pact. l. 5. D. de liber. leg. *In Rem suam procurator datus.* l. 13. D. de

pact. l. 20. D. de appellationibus. dicitur qui mandatas sibi actiones lucro & commodo suo exercet. *In Rem*, quid sit in multis Pandectarum locis exposui supra lib. 9. Item *In rem suam cognitor vel procurator*. Paul. 1.lib. sentent.tit.2. *In Rem suam datus* est qui fideiubet pro re aliqua in ea causa quæ futura est eius. Vetus Glossarium. *In Rem actio est*, quæ non solùm specialiter vnam vel duas vel plures personas, sed generaliter complectitur omnes ad quos pertinet, vel pertinere poterit.

Rem pupilli saluam fore cautio prætoria, quam Theophil. Institut. de satisdatio. tut. & de diuisio. stip. sic explicat. Ὁ πραίτωρ τὸν καθιστάμενον ἐπίτροπον ἐγγύας δίδυναι κελεύει ὅτι σῶα καὶ ἀκέραια τὰ τῶν κηδεμονευομένων φυλαχθήσονται πράγματα.

Ob Rem non defensam. l. 23. D. de fideiussorib.

Nec ad Rem facit. l. 4. C. arbitr. tut. item *Nec ad rem pertinet*. l. 11. §. quod vulgò. D. ad leg. Falcid.

Re atrocem iniuriam haberi vel fieri dicit Vlpian. in l. septima. §. vlt. & l. 9. D. de iniuriis. sic & *Re fieri collatio dicitur*. l. 1. §. quamuis. D. de collat. bonorum. & *Re conuenire*. l. 1. D. de pact. sed *Re excluſus non videtur, quem prætor ſe in integrum reſtituturum pollicetur*. l. 5. D. de restit. in integr. item *Re mora fit*. l. 5. D. de minoribus. sic alibi, *Ex Re moram esse*. l. 26. §. 1. D. de fideicommiss. libert. & *Ex re mora fieri*. l. 32. D. de vsuris. *In Re mora esse*. l. 22. & lege 38. D. de vsuris.

Item *Re obligatio contrahi* dicitur in l. 17. D. de pact. & *Re vti contrahitur obligatio*. l. 1. D. de obligat. *Re contrahi dicitur obligatio*, quæ re demum intercedente contrahitur. l. 1. & l. 52. D. de obligation. & action. l. 1. in fi. & l. 17. D. de pact. l. 8. §. 1. D. de fideiussorib. l. 1. D. de nouation. l. 2. §. vlt. D. ad Velleian. l. 13. §. si fideiussori. D. de acceptilatio. l. 12. C. si cert. pet. vt fit mutui datione, commodato, deposito, pignoris traditione. Institut. quibus modis re contrahit. oblig. Ita *Re factum contractum*, id est, *numeratione*, dixit Vlpian. in l. 9. §. quoniam. D. si cert. pet. *Societas verò Re contrahi*, id est, *communicatione bonorum* dicitur in l. 4. D. pro soc. Quanquam in ea nudo consensu obligatio constituatur. sic & *Re solui obligatio* dicitur, id est solutione. l. 80. D. de solutionibus.

Re item præstare Iurisconsulti dixerunt. l. 47. D. de act. empti. vt & *Re tradere*. l. 5. §. vlt. D. de act. empt.

Re & facto transfertur domicilium. l. 20. D. ad municip.

Re & verbis opponuntur. l. 1. §. iniuriam. D. de iniuriis. vbi *iniuriam Re fieri* Labeo definit *quoties manus inferuntur*. sic *Reipsa & verbo opponuntur* in l. 37. §. per nuntium. D. ad Senat. Trebell.

E Re est. l. 1. D. si cert. pet. l. 1. D. si is qui testam. lib. l. 1. §. dixerit. D. de publican. l. item illa. §. ea re. D. de pecun. constit. sic *E Re est, & non ab re erit*. l. 26. D. de re iudicata. & *è Re putauit prætor*. l. 1. in princ. D. de succeſſ. edict. l. 1. §. 1. D. de publ. & vectig. item *Ex re actio venit*. l. 46. D. de obligationibus.

Ex Re fructuarij item bonæ fidei possessoris esse videtur quod hi seruo donauerunt vel concesserunt vel administratione rerum quæ ad eos pertinet compendij fecerint. l. 38. D. de vsufruct. Sed & si bona fide possessori vel fructuario seruus acceptum roget vel paciscatur ne ab iis petatur ex re eorum acquirere videntur cum eos liberent. l. 63. D. de solutionibus. l. 11. D. de acceptilatione. Sed etsi hæreditatem possessorum fructuariorúmve intuitu & contemplatione sibi relictam iussu eorum adeant, non opera sua, sed ex re eorum acquisisse intelliguntur. l. 45. in fin. D. de acquir. hæred. l. 32. D. de liber. cau. Atque hæc interpretatio pertinet ad id quod dicitur, fructuario bonæue fidei possessori seruum, quod ex literis suis vel ex re eorum stipulatur, aut per traditionem accipit, acquirere.

In Re, & in æstimatione opponuntur. l. vlt. §. qui ignorauit. D. de iuris & facti ignor. sic *In Re est* accipitur in l. 30. D. de adquir. vel omitt. hæred.

Non abs Re. l. 14. D. de probationibus. *Non ab re est*. l. 17. §. quæritur. D. ad legem Iuliam de adult. *Non abs re erit*. l. 1. C. si maior fact. l. 4. §. si ex die. D. de fideicommiss. libert.

Rerum seruitutes. l. 1. D. de seruit.

Rerum Italicarum appellatione quid contineatur exponitur in l. 35. §. rerum autem. D. de hæred. instit.

In Rerum natura non sit. l. 30. §. 1. D. de iurisd. sic *Et quæ extant, & quæ in Rerum natura esse desierunt*. l. 17. §. non solum. D. de act. rerum amot.

Res humanæ, item *Rerum natura*, vide suis locis.

In Rebus humanis agere. l. 1. C. de inofficios. donation.

In Rebus humanis esse. l. 7. D. de vent. in possess. l. 107. D. de solutionib. l. 1. §. sciendum. D. de legat. l. vlt. D. de condit. furt. *& desinere esse.* l. 8. D. eodem. & l. 3. D. de condit. tut. l. 20. D. de annu. lega. l. 91. D. de verb. oblig. l. 1. C. de testamen. tut. *In Rebus humanis manere.* l. 31. D. de nouationib. *In Rebus humanis non esse.* l. 14. D. de iure codicill. l. 1. §. vlt. D. quæ sentent. sine apell. l. 10. C. de testam. milit. l. 3. C. de inutilib. stipulationibus. l. 12. §. aliquando. D. quod met. caus. *In Rebus humanis esse desiit.* l. 107. D. de solutionib. l. 50. D. de furtis. *Rebus humanis defunctus.* l. 2. C. vnde legitimi. *Rebus humanis excedere.* l. vlt. C. quando dies legat. *Rebus humanis exemptus.* l. 7. C. de iudiciis. l. 16. D. de pact. l. 18. C. de oblig. & action. l. vlt. C. de peric. & comm. rei vend. l. 18. & l. 20. C. de donat. int. vir. & vxor. l. 10. C. soluto matrim. l. 7. C. quod cum eo. l. 4. C. pro socio. l. 26. C. de euict. l. 14. C. de postlim. reuers. Exempti. l. 2. C. ad SC. Orfician. l. 4. C. ad SC. Trebell. *Rebus humanis exempta.* l. 18. D. de iure dot. *Rebus humanis subtracta.* l. 5. C. quando dies legat.

Respubl. l. vlt. C. de iure Reipub. l. 31. D. de furt. *Respubl. ciuitatis.* l. 2. C. de aduocatis.

Respublica Antiochensium. l. 37. D. de reb. auct. iudic. poss. *Arelatensium.* l. 34. D. de vsu & vsufruct. *Heliopolitanorum.* l. 4. C. qui potiores. *Sardianorum.* l. 24. D. de ann. legat. *Sebastenorũ.* l. 21. §. Lucius. D. de ann. legat. *Thessalonicensium.* l. 23. C. de euictionib. *Tusculanorum.* l. pater. §. quindecim. D. de legat. 3.

Reipubl. agri. l. vlt. D. de administr. rer. *prædia.* l. 78. §. 1. D. de legat. 2. & *Relata prædia.* lege 17. D. de vsu & vsufruct.

à *Repub. conducti horti.* l. 30. §. 1. D. de legat. 3.

Respublicæ. l. sed si imaginem. D. de furt.

Rescindere acta. Ouid. Metamorphos. lib. 14.

Dijs licèt acta Deum nisi quid rescindere. Et aliàs. *Nec enim rescindere dictus Fas est æde Deus.* Suetonius in Claud. cap. 10. *Caij quoque etsi omnia acta rescidit.* Et apud eundem in Claud. cap. 28. Iudicia rescidit. Tertullian. Apologet. *Rescissa damnatio testimonium* Socrati redditum. Cic. pro Cluent. *Alter alterius iudicium non modò reprehendat, sed etiam rescindat. Acta syluæ rescindere.* Florus lib. 3. hoc sensu *Rescissa acceptatio.* l. 9. §. volenti. D. quod met. causa. & *Rescissa adoptio.* dicitur. l. 1. §. si quis. D. si tab. test. sic *Rescindere capitis diminutionem.* l. 6. §. 1. D. de bon. poss. & *Rescindere contractus* iudicium dicitur in iure. item *Rescindi decreta.* l. 4. D. de decretis. & *Rescisio decreti.* l. 5. D. de Decretis. *Rescindere donationem.* l. 3. C. de donat. caus. mort. l. 8. C. de donationib. ante nupt. sic *Rescindere fraudem.* l. 2. D. si quid in fraud. patron. *& libertatem.* l. 23. C. de liber. cau. item *Rescindi libertas.* l. 30. & l. 33. C. de liber. cau. & *Rescinditur libertas per legem.* l. 5. §. vlt. D. qui & à quib. sic & *Rescindi locatio* dicitur. l. 23. D. locati. & *Rescissum matrimonium.* l. 3. C. de repud. *Rescindere obligationem.* l. 5. D. ad l. Iul. de vi publ. *Rescindi placita.* l. 17. C. de vsuris. *Rescindere sententiam.* l. 4. D. de re iudicata. l. 2. D. de iure aur. & Liuius lib. 4. *Rescindi iudicium.* & apud Ciceronem, *Iudicia Rescindentur,* pro Cluentio. & alibi

Rescissum iudicium, id est finitum & consumptum. l. quoties. §. si creditor. D. de pecul. sic *Rescindere rem iudicatã.* in l. 10. C. de procuratoribus. & *Rescindere quæ pronuntiauerunt.* l. 27. D. de pœnis. item *Rescindere testamentum.* l. 36. D. de statuliber. & *Rescindere iudicia patris.* l. 1. D. de legat. præstand. nimirum per bonorum possessionem contra tabulas. sic *Rescinditur testamentum.* l. 24. C. de inofficios. testam. l. 16. C. famil. erciscund. l. 34. §. vlt. D. de testam. milit. & *Rescissum testamentum.* l. 3. D. de transaction. item *Rescindi transactionem vel diuisionem.* l. 1. C. si aduers. transaction. item *Rescindere venditionem.* l. 1. §. si quis. D. si quid in fraud. in indic. βασιλικ. *Rescindi venditio* dicitur ἀναλύεσθαι καὶ ἀνάλυσις, & ἀνατρέπεσθαι. & ad *Rescindendam venditionem.* l. 13. C. de donationibus inter virum. & *Rescissa venditio.* l. 1. C. de fide instr. & iure hast. l. qui solidum. §. 1. D. de legat. 3. sic & *Rescisio emptionis.* lege 11. §. si ita. D. quod vi aut clam.

Rescindere pauimenta. l. 1. §. quod ait. D. de cloacis.

Rescissoria. l. 21. D. de donationib. & *Rescissoria actio.* in l. 28. §. exemplo. & §. vltim. D. ex quibus caus. maio. l. 18. C. de postli. reuersis, ea est, quæ Rescissa vsucapione redditur. l. 35. D. de obligat. & actionibus. §. rursus. Instit. de actionibus. l. 24. C. de rei vendit. & in l. 16. C. ad Velleian. *Rescissoria actio* dicitur quæ Rescissa mulieris obligatione in priorem & antiquum debitorem restituitur.

Rescisio. in l. 3. §. si emancipatus. D. de bonor. poss. contr. tab. Rescissionẽ emancipationis significat. Nam prætor vt emancipatos qui iure ciuili definiũtur propterea quòd per capitis diminutionẽ ius legitimũ amiserint, ad successionem cũ cæteris liberis, qui in potestate mãserunt, admittat, eorũ emancipationẽ rescindit. l. 6. §. 1. D. de bon. poss. Quod cùm Accur-

ſius non videret, valde ſe torquet in interpretatione dicti §. ſi emancipatus. Sic etiam accipienda ſunt illa l. 9. de bon. proſcript. in C. Theod. verba, qui ab inteſtato ſucceſſuri defuncto vel ex 12. tabul. vel per reſciſſionem capitis, prætorio vocabuntur edicto.

Reſcribere interpr. Horat. pag. 434.

Reſcribere Princeps dicitur ad epiſtolas, vt *ſubſcribere libellis*: ſed tamē etiam *Reſcribere ad libellos* Iuriſconſulti dicunt. l. 23. D. de vſufruct. legat. l. 4. D. de appella. recip. l. 17. D. de iur. patro. l. 40. §. hoc Senatuſcon. D. de legat. 1. ſic *Diuus Pius Reſcripſit pecuniæ Licinianæ*. l. ſi is à quo 3. §. vlt. D. vt in poſſeſſion. legator. *Diuus Pius ad Aemilium equeſtrem reſcripſit*. l. 1. §. & qui. D. vt in poſſeſſ. legatorum. *Reſcripſit D. Antonius Prætori*. l. penult. D. de in integr. reſtit. *Imperator noſter reſcripſit*. Vlpian. l. 50. D. de fideicommiſſ. libert. ſic *Reſcriptum eſt ab Imperatore noſtro*, ait Vlpian. in l. 24. §. ſi ſeruus. D. de fideicommiſſ. libert. item *Reſcripto Imperatoris noſtri & Diui patris eius*. l. 3. §. vlt. D. de fideicommiſſ. libert. *Imperator Antoninus reſcripſit Modeſtinus*. in l. 12. D. de fideicommiſſ. libert. & *Diuus Antoninus & Pertinax reſcripſerunt*. in l. 12. §. 1. D. de fideicommiſſ. libert. *Imperator Marcus Antoninus Iulio Balbo reſcripſit*. l. poſtquā. 5. §. 1. *Diuus Antoninus Marcio Auito prætorio reſcripſit*. in l. penult. D. de in integr. reſtit. *Reſcripſit etiam ad deſideria Aſianorum*. l. 1. §. quædam. 5. D. de off. Proconſul. D. vt legat. ſeu fideicommiſſ. ſic & *Reſcribere principes ad literas præſidis & libellum rei ſolent*. l. 6. §. quid tamē. D. de rupto. vnde *Reſcriptiones* vocabantur, quibus princeps negotia ad præſides prouinciæ remittebat. l. ſæpè. 8. & l. generaliter. 9. D. de offic. præſidis. ſic Imperatores etiam Reſcribere ſolent *ſecundum ſententiam & diſtinctionem Iuriſconſ.* l. 7. & l. 10. §. 1. D. quæ in fraud. credit.

Reſcribere etiam dicuntur ad libellum. l. vlt. D. de offic. proc. l. 23. D. de vſu & vſufruct. l. 2. §. 1. D. de iure fiſci.

Et *Reſcriptum ad libellum*. l. 41. §. hoc Senatuſconſ. D. de legat. Quinetiam ipſimet conſulti reſcripſiſſe dicūtur, quod conſulentibus ſe reſponderunt. §. ſacræ. Inſtit. de rerum diuiſ. lege 73. D. de contrah. empt. interpres Horat. p. 434. bis.

Reſcribere etiam dicuntur Iuriſconſulti. l. 29. D. de ſtatu liber. & l. quod & Herennio. D. de furt. & l. Ariſto. D. de manumiſſ. teſtament. ſic *Reſcripſit Ariſto*. l. 46. D. de manum. teſt. *Reſcripſit & Iulianus*. §. ſuſpectus. tit. de ſuſpect. tut. §. item cui Reip. Inſtitut. §. locus. Inſtitutionibus. de rerum diuiſionibus ex contractu. D. de re iud. l. 3. §. 1. D. de bonorum poſſeſſ.

Reſcribit Labeo. l. 3. D. de bon. poſſeſſ. item *Reſcripſit Scæuola*. l. ex contractu. 44. D. de re iudicata.

Reſcriptio. l. 8. & l. 9. D. de offic. præſid.

Reſcriptiones pro reſcriptis. l. 9. D. de off. præſid.

Reſcriptum. Vetus Gloſſar. Græcum vertit, βασιλέως ἀνάγραμμα, & aliàs ἔγγραφος κέλευσις βασιλέως. Item alibi. ἀνταγραφὴ λέγεται ἡ βασιλικὴ τάξις, ἀφ' τὸ ὡς ὅτι τὸ πλεῖστον ἐκπρονγμμένων ἀναφορῶν γίνεσθαι τὰς βασιλικὰς τάξεις. Vide Harmenop. pag. 16.

Sic & *Reſcripta principum* ſacri afflatus vocantur. vide lib. 17. & *Reſcriptum ſacrarum conſtitutionum*. l. 43. D. de actionibus empti.

Reſcriptum apud Aufidium. l. 20. D. de opt. leg.

Reſcripto continetur. l. 45. §. 1. D. de vſuris. l. 7. §. ſi tutor. D. de adminiſtr. peric. l. 7. D. de excuſat. l. 26. D. de excuſat. l. 11. §. 1. D. de minorib. l. 45. D. de ritu nupt. & l. ibid. de curat. fur. l. 11. §. 1. D. de munerib. & l. 1. §. cum quis. D. de quæſtionibus. l. 15. §. cum quidam. D. locati. *Reſcripto principum continetur*. l. vlt. D. de quib. rebus. item *Reſcripto declamatur*. l. 30. §. vlt. D. vt legator. ſeu fideiuſſor. & *Reſcripto e preſſum eſt*. l. 1. §. his quoque. D. de collat. bonorum. Suid. in verbo ἀλαγάφαντος, id eſt, ἀφ' τραπέζης ἀριθμήσαντος. itē *Reſcripto oſtenſum eſt*. l. 2. §. ſi cui. D. vt legator. ſeu fideicom. & *Reſcripta oſtendunt*. l. vlt. D. de teſtam. milit. *Quibuſdam Reſcript. declaratur*. l. 7. D. de cuſtodia. & *Multis Reſcriptis continetur*. l. 3. D. de bonis libert.

RESERARE *ſignum*. Paul. lib. 5. ſent. tit. 25.

RESERVARE *dominium*. l. 14. C. de donat. inter vir. & *Reſeruare electionem*. l. 27. D. ad leg. Iul. de adult. & *Reſeruare ſibi iuriſdictionem*. l. 1. & lege 4. §. 1. D. de damno infect. *Reſeruare optionem*. l. 2. §. Scæuola. D. de eo quod certè loco. & *Receptionem*. l. 2. §. Scæuola. D. de eo quod certo loco.

RESIDERE *apud fideicommiſſ.* l. 3. D. ad Senat. Trebell. ſic *Reſidere dos apud maritum* dicitur l. 48. D. ſoluto matr. & *Reſidere apud maritum ex adminiſtratione*. l. 95. D. ad legem Falcid. item *Reſidere in hæreditate dominium*. l. 15. C. de donat. inter vir. & vxorē. & *Reſidere peculium*. l. 22. D. de Caſtrenſ. peculio. item *Reſidet pecunia publica*. l. 4. §. lege. D. ad leg. Iul. pecul. & *Reſidere res dicitur* in l. 98. §. 1. D. de ſolution.

Reſidua

Reſidua pars. l.13.§.1.D. de acceptilation. & *Ex Reſidua parte.* l.2. C.de hæredibus. vel *Pro Reſidua parte.* l. vlt. C. de contrar.

Reſidua ſunt pecuniæ publicæ quæ apud aliquem ex locatione, conductione, emptione, alimentaria ratione, ex ſumma quam accepi aliáve qua cauſa reſederunt. l. 4.§. lege Iulia.& l. 9. D. ad leg. Iuliam pecul. Ea verò pecunia quam quis cum prouincia abiret apud ſe eſſe ad ærarium profeſſus retinuit, ante annum reſidua non eſt, quia eam priuatus fiſco debeat. l. 9. §. vlt. D. eodem tit. Crimen hoc lege Iulia vindicatur, quæ inde de reſiduis vocatur. Sic & apud Liuium lib. 3. belli Macedo. verbum hoc exaudiendum eſt. *Omnibus*, ait, *reſiduis pecuniis exactis tributo priuatis remiſſo.* Cicer.2. Oratio de leg. Agrar. *Quid relatum, quid reſiduum ſit.* Idem pro Cluentio. *Nuper apud C. Orchinium collegam meum locus à iudicibus Fauſto Syllæ de pecuniis reſiduis non eſt conſtitutus.*

Reſiduæ portiones. l. 3. C. de teſtam. milit.

Reſidua quantitas. l. 1. D. qui potior. l. 8.C. de fideiuſſoribus. l. vlt. D. in quib. cauſ. pign.

Reſiduæ ſummæ. l. 7. §.idem ſolent.D. de adminiſtr.& peric.

Reſiduum legatum. l. 24. §. proinde. D. de fideicomm. libert. *pretium.* l. 14. Codice de euictionibus.

Reſidui temporis. l. 28. alumni. D. de ann. legat. & l. 9.§. vlt.

RESIGNARE. l. 16. §. vlt. D. ad l.Cornel.de falſis. *Reſignare teſtamentum.* l. 6.D.teſtam. quemadmodum aper. & Paul.lib.5.ſent.tit. 25. *Apertum teſtamentum, deinde reſignatum.* Quintilian. l. 4.p.71. & 72.

RESILIRI *à contractu.* l. 9. D. de in diem addiction.

RESISTERE *centurioni.* l. 13. §. inreuerens. D. de re militari.

RESOLVERE *id quod actum.* l. 58. D.de pactis. ſic etiam dicitur *Reſolui donatio.* l. 2. C. de condit. ob cauſam. l. 10. Cod. de præd. minorum.& *Reſoluenda donatio.* l. 6. Cod. de præd. minor. item *Reſolui conditio.* l. 5. C. de reſcind. vend. *conuentio.* l. 2. §. ſi ſub. D. pro emptor. *emptio.* l. 19. D. de vſucap. l. 3. D. de contrah. empt. l. 2. §. ſi in diem. D. pro empt. l. 1. D. de lege. commiſſ. l. 2. D. de in diem addict. l. 3.& l. 4. D. de reſcind. vendit. eodem modo & *Reſoluere obligationem* ait. l. 14. C. de magiſtr. conuen. l. 107. D. de ſolut. l. 3. & l. 4. D. de reſcind. vend. & *Reſolui promiſsio.* l. 44. D. de iure. & *ſtipulatio.* l. 57. D. de euictionib. l. 15. D. iudicatum ſolui. ſic & *Reſoluta tranſactio dicitur.* in lege 23 .D. de conditio. indeb. quo ſenſu quoque *Reſoluere venditionem dicimus.* l. 1. C. quomodo liceat ab. & *Reſolutione venditionis.* l. 13. §. 1. D. de acquir. poſſ. *Reſolui quoque verba verbis rectè dicimus.* l. 24. D. de acceptilatione. & *Reſoluere vſuras.* l. 10. D. de pollicitationibus.

Reſoluere pecuniam dixit Cato pro eo quod eſt refundere, in lib. de re Ruſtica. pag. 61. cap. 63. & 64.

Reſoluta cæmenta. l. 23.§. vlt. D. de rei vind.

RESPICERE pro pertinere ad aliquem. ſic *quorum damnum ad emptorem reſpicit.* l. 2. §. ſicuti. D. de hæred. vel act. vend. item *Lucrum & damnum Reſpicit ad emptorem* in l. 3. §. ſicuti. D. de hæred. vel act. vend. ſic & *Reſpicere ad eum emolumentum dicit.* l. 3. §. item ſi. D. de legat. præſtand. & *Reſpicere periculum.* l. 2. D. qui petãt tutor. & l. 5. §. vlt. D. de adminiſtr. & peric. tut. l. 38. §. ſi emptio. D. de contrah. empt. & vend. item *Reſpicere periculum & commodum ad aliquem, pro ad eum pertinere* l. 33. D. de iure dotium. ſic & *Reſpicere ſucceſſorem.* l. 25. Cod. famil. erciſcund. pro repudiare. *Reſpicere quæſitam hæreditatem.* l. 3. C. de repud. vel abſtinenda hæreditate. & *Reſpicere ad perſonam.* l. 27. D. de euictionibus.

Reſpectu dignitatis agi. i. contemplatione & intuitu. l. 38. §. omne. D. de pœnis. ſic *Reſpectu mariti*, id eſt eius contemplatione. l. 19. §. poteſt eſſe. D. de pecul. & *Reſpectu proprietatis.* l. 28. D. de adquir. poſſ. *Reſpectu aliarum perſonarum.* l. 31. D. depoſiti.

RESPONDERE *Iuriſconſulti dicuntur.* l. 1. C. quib. ad libert. Dicunt & *Reſpondere ius.* Horat. Epiſt. *Seu ciuica iura Reſpondere putas.* Agell. lib. 13. cap. 13. *Ius publicè dicentium aut reſpondentiũ.* Cic. lib. 1. de Orat. *in Reſpondendo iure.* Plinius lib. 6. *in publico Reſpondet.* ſic & *Reſpondere de iure.* l. 2. §. deinde. De orig. iur. huc pertinet locus Ciceronis ad Trebat. lib. 7. epiſt. 16. *Qui iſtuc veniunt ſuperbiam tuam accuſant quòd negent te percontantibus reſpondere.* Agell. l. 20. cap. 9. *Grammaticam doceo, non ius reſpondeo.* Plin. epiſt. 15. lib. de Iauoleno. *Atque etiam ius ciuile publicè reſpondet.* *Reſpondent Conſules.* l. 75. Celſus. D. quibus ex cauſ. in poſſ. *Inde reſponſa prudentum.* Senec. in epiſtolis. Agellius lib. 13. cap. 10. *Conſulentibus de iure publicè reſponſitata.* *Reſpondere ad conſultationes.* l. 6. §. legator. D. de offic. proconſ.

Respondere contra fiscum. l. 10. D. de iure fisci. & contrà *Respondere pro dotibus.* l. 70. D. de iure dotium.

Responsa prudentum. Interpres Horat. pag. 407. *Responsa reddere & dare* vates dicuntur. l. 1. §. vlt. quò refer quod ait Paulus, *Responsa dant consulti vaticinatores.* lib. 3. sent. tit. 21. D. de ædilitio edicto. Sic Virgil. *Nec responsa potest consultus reddere vates.*

Responsum Iuliani. l. 47. §. Paulus. D. de bon. libert. *Responsum est.* l. 7. §. restitutus. D. de minoribus. l. 18. D. de seruit.

Responsa. l. 1. §. verbis. D. de obligat.

Respondere etiam est sponsione seu pro alio interuenire. sic dicuntur *Respondere fideiussores.* l. 17. §. vlt. D. ad municip. & aliàs.

Respondere nomine absentis. i. comparere & defendere. l. 14. §. quoties. D. de appellat. sic & *Respondere citatus* dicitur. l. 23. §. fin. D. de appellat. & *Respondebant qui citabantur.* l. Arrianus. 42. D. de iur. fisci. eodem sensu *Respondere dicuntur debitores.* l. si seruus plurium. §. 1. D. de legat. 1. sic & *Respondere dicuntur debitores ad diem.* Cic. ad Attic. p. 254. item *Respondere postulatus* dicitur in l. 7. D. ratam rem habere. Pariter & Respondere dicebatur reus. Horat. lib. 2. Sermonum Satyr. 9. Ideo quia citabatur, sed non etiam actor respondebat, quum æquè citaretur. hoc modo & *Creditoribus Respondere.* i. parere. & satisfacere tenentur illi, aduersus quos actio moueri potest. l. 1. C. de hæredit. vel act. l. penult. D. de iur. deliber. sic *Respondere legatariis & creditoribus tenetur heres.* l. 50. §. 1. D. de legat. it è possessor *Respondere actionibus cogitur. l.* 2. C. comm. de vsucap. contrà maritus, cui omnia bona mulieris in dotem data sunt, creditoribus respondere non cogitur, id est, vt Iurisc. ibidem dicit, à creditoribus conueniri eius non potest. l. 72. in princ. D. de iure dotium. sic & quod *Respondere petitioni mutuæ imperatores dixerunt.* l. 1. C. de rerum amot. l. 14. C. de fideicommiss. alibi parendi verbo expresserunt. l. 27. C. de iure dotium.

Non respondere euocati quoque dicuntur. l. 42. §. vlt. D. de iure fisci. & *Non respondere ad edictum.* l. 15. §. Diuus. D. de iure fisci. & *Non respondente hærede.* l. 4. §. vlt. D. de appellat.

Respondere muneribus. l. 27. §. in adoptiua. D. ad municip. id est obtemperare.

Respondere quoque ad delectum eodem modo dicitur pro obtemperare. l. si is cum quo. 20. de commun. diuid. l. 4. §. qui post. D. de re militari. Quintilian. declam. *eò vsque tamen populi Rem. vindicta, vt ardentibus bello finibus ad delectum nemo responderet, nisi de pœna corruptoris & abrogatoris legis satisfactum esset.* Valerius Maxim. lib. 6. cap. 3. *M. Curius Consul cum delectum subitò edicere coactus esset, & iuniorum nemo respondisset.* non *Respondere messes sumptibus in sementem factis dicuntur,* cum illis pares non sint. l. 8. §. vlt. D. soluto matrimonio. Et Virgilius 1. Georg.

Illa seges demum votis respondet auari Agricolæ.

Respondet successio. l. 2. C. ad leg. Iul. de vi pub.

Respondere vicus reipub. dicitur in cuius territorio vicus ille situs est. l. 30. D. ad municipal.

RESTAGNARE *dicitur aqua.* l. 2. §. idem Labeo. D. ne quid in loco publico.

RESTAVRARE *accusationem,* id est ex integro restituere. l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. sic & *Restaurare litem.* l. 29. §. 1. D. de minorib. & *Restaurari actio dicitur.* l. 37. D. de noxalibus. sic *Restaurari quæstio,* id est ex integro agi dicitur in l. vlt. D. ad Senatusconsultum Turpilli. *Restaurari vetus obligatio.* in l. 9. D. de præscript. verborum. vnde & *Restauranda obligatio.* l. 43. D. de iure dotali.

Restaurari artes. l. 14. D. qui in fraudem.

Restauratio seruitutis. l. 7. D. de feudo dotium. & *Eremoditij.* l. 7. §. vlt. D. de minorib.

RESTIPVLARI, id est stipulari restitutionem apud Apuleium Apolog. 2. & apud Varro. lib. 4. de lingua Lat. *Et qui pecuniam allegat stipulari &* Restipulari. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 8. l. 43. §. vlt. de damno infect.

RESTITVERE *is intelligitur qui simul rem & causam actori reddit quam is habiturus esset, si statim iudicij accepti tempore res ei reddita fuisset, id est vsucapionis causam & fructuum, & quodcunque aliud quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset.* l. 35. l. 75. D. de verborum significat. l. 20. D. de rei vendicatio.

Restituit ergo non qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem conditionémque reddita causa præstat, & tota restitutio iuris interpretatio est. l. vlt. §. vlt. D. de verborum significat. Quo fit, *vt longè plus sit in restitutione, quàm in exhibitione, cum ad exhibitionem præsentiam corporis præbere sufficiat: Ad restitutionem verò possessorem facere, & fructus reddere, & causam omnem præstare oporteat.* l. 22. D. de verborum significatione. Proinde *hæc verba stipulationis,* EAM REM RECTE RESTITVI, *fructus continere* minimè ambiguum est. l. 73. D. de verborum significatione. Et qui rem restitui iubet,

bet, etiam de fructibus condemnationem facere debet. l. 35. §.1. D. de rei vendicat. Sed & *cùm verbum* RESTITVAS, *in lege inuenitur, & si non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam sunt restituendi.* l. 134. §.1. D. de diuers. regul. Ex quo efficit Paulus in Paulianam actionem fructus venire, propterea quòd verbum RESTITVAS, quo prætor in eam rem vsus est plenam habet significationem, vt etiam fructus restituantur. l. 38. §. in Fabiana. D. de vsur. lege 1. D. quæ in fraud. credit. Inde adeo *cum prætor iubet vti opus factum restituatur, etiam damnum datum actor consequi debet, cùm verbo restitutionis omnis vtilitas actoris contineatur.* l. 81. D. de verborum significatione. Simili modo *cum deiectum ab vsufructu in eandem causam prætor restitui iubet, sic interpretamur, in qua futurus esset si deiectus non esset, vt si tempore interim finitus vsus fructus fuerit, nihilominus cogatur restituere, id est, vsumfructum iterum constituere.* l. 9. §. vlt. D. de vi & vi arma. Aut si posteaquam deiectus est, capite minutus vel mortuus fructuarius fuerit, præterita causa præteritúmque damnum sarciatur. l. 3. §. vlt. eod. tit. Enimuerò in interdicto, ne quid in loco publico, quo prætor iubet quod in loco publico factum erit restitui, restituere, in pristinum statum reducere est, quod fit, siue quis tollat quod factum est, siue reponat id quod sublatum est. l. 2. §. Restituas. 35. & §. Restituas. 43. D. ne quid in loc. publ. Restituere in integrum, est in priorem statum reponere lapsos, captos fraudatósque vel per imbecillitatem ætatis, vel per absentiam, vel per metum, aut calliditatem aduersarij, vel per status mutationem. l. 1. D. de in integr. restit.

In integrum etiam Restitui dicuntur causæ, de quibus ex integro cognoscitur. l. 3. §. Diuus. & l. 7. D. de iure fisci. l. 33. & l. 35. D. de re iudic. sic *Restitui dicitur actio perempta.* l. 27. D. de fideiussoribus. l. 2. §. vlt. D. ex noxal. caus. *& Restituuntur actiones.* l. 8 & l. 17. D. de his quæ vt indign. *causæ & actiones.* l. 29. §. vlt. D. de iure fisci. pro resumptione instantiæ amissæ, vel vt vulgo loquuntur restitutione instantiæ, quæ legitimis transactis temporibus periit. sic & actio reparari dicitur in l. 27. §. sed si pact. D. de pact. l. 3. D. de iure fisci. sic quoque dicitur *Restitui obligatio.* l. 98. §. vlt. D. de solutionibus. & *Restitui in pristinum statum obligatio.* l. 9. §. ex hoc edicto. D. quod met. cau.

Restituere nouas ædes. l. 10. §. 1. quib. mod.

Restituitur hæreditas. Vlpian. lib. regul. inde testament. *dominium.* l. 1. C. de donat. quæ sub modo. & *Restitui in dominium.* l. 24. §. si seruus. D. de fideicommiss. libert.

Restituere tutelam. l. 7. §. vlt. D. de administr. & peric. l. 8. C. de suspect. tutor. sic *Restituere tutelam, curationémque* pro tutelæ & curationis gestæ administrationis rationes reddere. l. 32. D. de minoribus. l. 21. §. vlt. D. de aliment. lega. hoc sensu etiam Papinianus *Restitui tutelam & restitutionem tutelæ*, accipit in l. 1. §. vlt. D. de vsur.

Restitui in bona paterna. l. 15. §. vlt. D. locati.

Restitui in integrum dicuntur etiam damnati. l. Lucius. D. ad Trebellian. *In integrum restitui publico iudicio damnatus.* l. 24. D. ad leg. Iul. de adulter. Restituere damnatum. l. 1. in fin. D. de quæstionibus. *Restitui* etiam dicuntur qui in bona, dignitates & ciuitatem restituuntur, veluti deportati aut aliàs damnati. Rubric. de sent. pass. & restitut. C. l. 59. & l. 104. D. de conditionib. & demonstr. l. 1. §. Deinde adiicit. D. de postul. l. 6. §. penult. D. de iniusto rup. sic *Restituere damnatum.* l. 1. in fin. D. de quæstionib. & *Restitui damnatus in metallum* dicitur. l. 11. D. de aliment. vel cibar. l. vlt. D. de sentent. pass. & *In integrum restitui damnatus.* l. 1. D. de l. Iul. ambit. sic *In integrum Restitutus ab imperatore dicitur qui deportatus fuerat.* l. 75. D. ad Senat. Trebell. item l. 11. C. de sentent. pass. *Restitutus, deportatus vel in metallum damnatus.* l. 1. §. vlt. D. de bonorum possess. cont. tab.

Restituere opus. l. 11. & 12. D. de aq. & aqua. l. 21. D. quod vi aut clam. l. 2. D. de sepulch. viol. l. 21. §. 1. D. de oper. noui nunt.

Reddere & *Restituere* sæpè à nostris coniunguntur. l. Caius Seius. 45. D. sol. matr. l. cum quis. 37. §. pater. l. vxorem. 41. §. vlt. D. de legat. 3. l. Publius Mæuius. 36. §. Titia. D. de condit. & demonstr. l. species auri. 15. D. de auro & arg. lega. Liuius lib. 3. *Tribuni vrbis amissa reddent ac restituent:* facit & l. cum pater. 77. §. fidei tuæ. D. de legat. 2. l. Aurelius Symphorius. 28. §. testamento. versicul. Titius. D. de liber. legat.

Restitui in pristinam causam. l. 8. §. cum. D. de precario. & *In pristinum statum* Restituendæ. l. 19. D. de captiuis.

Restituta insula quæ nouo instructa est. l. vlt. D. de pignorib.

Restitutio ædificij. l. 7. D. in quibus caus. & Per *Restitutionem domus.* l. 1. D. in quibus causis pign. vel hypoth.

Restitutio dignitatis. l. 3. D. de sentent. pass.

Reſtitutionem facere, id eſt, reſtituere. l. 1. § fuit quæſitum. l. recuſare. §. ſi fiſco. l. ſeruo inuito. §. vlti. *& in aliquem reſtitutionem facere.* l. facta. 63. D. ad Trebell.

Reſtitutoria actio, quæ in veterem debitorem reſtituitur muliere quæ pro eo obligationem ſuſceperat nexu obligationis liberata. l. 8. §. Marcellus. & §. ſi mulieri. D. ad Velleian. l. 8. C. eod. tit. & l. 3. §. 1. D. de eo per quem fact.

Reſtitutoria interdicta appellantur quibus prætor reſtitui aliquid iubet. l. 1. §. interdictum. & l. 2. D. de interdict. §. reſtitutoria. Inſt. eo tit. l. 1. D. de aqua quotid. lege ſtipulat. 21. §. 1. D. de oper. noui nunt. Qualia ſunt *quorum bonorum*, *quod legatorũ*, *vnde vi.* l. 1. §. 1. D. quorum bonor. l. 1. D. quod legator. Et illud *quod de via publica* proponitur. l. 2. §. ait prætor. & §. hoc interdictum. D. ne quid in loco publ. & quod precario. l. 2. §. 1. D. de precar. & poſterius interdictum *de cloacis.* l. 1. §. 1. & §. vlt. D. de cloacis. & l. 1. D. quod vi aut clam. Item illud quod proponitur in l. vn. §. Deinde. cum §. ſeq. de fluminib.

Reſtitutorium interdictum. l. 21. §. 1. D. de oper. noui nuntiat. & l. ſtipulatio. 21. §. 1. D. de operis noui nuntiat. l. 2. D. de precario.

Reſtitutorium iudicium accipere. l. 46. §. item quæritur. D. de procurator. vnde *Reſtitutorium* pro iudicio reſtitutorio & cognitione prætoria de reſtitutione facienda. l. 7. D. quod falsò tut. l. 39. D. de euictionibus. ſic *Reſtitutorie agere.* l. 7. §. Pomponius. D. quod falſo tutore.

RESVMERE *conditionem.* l. 101. §. vlt. D. de condit. & demonſtratione. & *Reſumere vſumfructum amiſſum.* l. 3. §. idem Papinianus. D. quib. mod. vſusfruct.

RESVPINA *exiſtimatio.* l. Seruius. 4. D. quod vi aut clam.

RESVSCITARI dicitur legatum quod alicui periit. l. 27. D. de adim. legat. ſic & *Reſuſcitari dicuntur obligationes.* i. reſtitui. l. 29. §. vlt. D. de iure fiſci. & *ſecundæ tabulæ.* l. 38. §. 1. D. de vulg. & pupill.

RETIA *apraria.* l. 22. D. de inſtruct. vel inſtrum. Paul. lib. 3. ſent. tit. 7. *Retia piſcatorum.* l. 29. §. item Labeo. D. ad legem Aquil.

Reticulum in l. 5. §. vlt. D. de his qui deiecer. vel effud. vbi amphoram ex reticulo ſuſpenſam narrat Plinius. lib. 31. cap. 6. item demiſſæ reticulis in mari concauæ è cera pilæ.

Reticula in l. 25. §. ornamentorum. D. de auro arg quæ vulgò ſcofia dicimus, quæ in formã retis facta ad capillos *continendos*, *capiti aptantur.* Varro lib. 4. de lingua Lat. Et *quod capillum retineret à rete* Reticulum. Lexicon B. Germani Reticulum vertit γύργαθον κροκύφαντον. Et planè *crocufantia* Reticulis iunguntur in d. §. ornamentorum, γύργαθον verò πλατέγμει eſſe Pollux lib. 7. cap. vlt. & lib. 10. cap. 35. docet. Iſidor. lib. 20. Etymolog. cap. 30. *Reticulum*, ait, *eſt quod colligit comas: dictum ab eo quod retinet crines ne effundantur.* Lamprid. in Alexand. *Matronas autem regias contentas eſſe vno reticulo atque inauribus.* Vtitur & hoc verbo in hunc ſenſum Capitolinus in Maximinis. *Reticuli circa columnas.* in l. 17. §. quæ tabulæ. D. de actio. empt. *Reticulatum opus* apud Vitruu. lib. 12. cap. 8. Et Plin. lib. 36. cap. 22.

RETINERE *dominium.* l. 7. D. de captiuis. item *Retinere hæreditatem* dicuntur ſui qui non abſtinent. l. 6. D. de rebus auct. iud. poſſid. ſic *Retinere impenſas*, id eſt ſeruare per retentionẽ. l. 50. D. de hæred. pet. vel *Per exceptionem retinere.* l. 14. §. 1. D. comm. diuid. & l. 16. D. ad leg. Falcid.

Retinere voluntatem. l. 16. §. vlt. D. de his quæ vt indign.

Retinere in poteſtatem. l. qui filium. D. de legat. præſtand. ſed frequentius *Retinere in poteſtate.* l. vlt. D. de legat. præſtand. l. 3. D. de coniung. cum emancip. & *Retinere in poteſtate liberos.* l. 4. D. de interdict. & retinere bona fiſcus. l. 3. D. de ſentent. paſſ. *& ita retentus in poteſtate.* l. 6. §. filio. D. de bonorum poſſeſſ. contra tab. l. 1. §. ſi quis non. D. de Carbon. edicto. & l. 1. §. nunc vide. D. de coniung. cum emancip. & *Retenti in poteſtate.* lege 1. §. ſi pater. D. de coniungend. ſic quoque *Retentus in familia.* l. 84. D. de adquirenda vel omitt. l. 12. D. de caſtrenſ. pecul.

Retinere ſolum. i. vti retentione. l. 22. D. de dam. inf.

Retineo me dixiſſe. l. 92. D. de condit. & demonſtr.

Retineri matrimonium. l. 61. D. de donat. inter virum.

Retineri conductores. l. 3. §. cum quinquennium. D. de iure fiſci.

Retinendum eſt. l. 93. D. de ſolutionibus.

Retentio quartæ. l. 4. C. ad Senatuſconſultum Trebellianum. l. 1. C. quorum legatorum. & *Retentio rerum hæreditariarum.* l. 17. & l. 19. §. veniunt. D. de hæred. pet.

Retentionem facere vel habere propter impenſas. l. 14. D. de donat. l. 15. D. de furtis. l. 30. D. de act. empt. l. 53. §. vlt. D. de furt. ſic *Retentionem habere, non petitionem.* l. 19. §. veniunt. D. de hæredit.

redit. pet. & *Retentiones omittere.* l. 21. D. ad Senatusconsultum Trebellian.

Retentus tutor. l. vlt. D. si tutor vel curator.

RETORQVERE *crimina.* l. 14. §. si libertis. D. de bon. libert.

RETRACTARE, *pro ex integro causſam agere.* l. 1. C. de tabu. sic dicitur *Retractari quod actũ est.* in l. 39. §. vlt. D. de procuratorib. *Retractari colluſio.* l. 2. D. de colluſ. & *Retractatio colluſionis* ibid. item *Retractari cauſa.* l. 31. D. de iureiurand. l. 29. D. de iure fisci. & *Retractari cauſæ.* l. 1. C. de sentent. aduerſ. ideſt *iterum tractari,* vt loquitur l. 45. §. quoties. D. de iure fisci sic *Retractare donationes.* l. 1. C. de reuocand. donat. & *Retractare facta.* l. 2. C. de his quibus vt indignis. *Retractare rem iudicatam.* l. 2. C. quando prouocare. *Retractare ſententiam.* l. 1. C. ſentent. reſcindi. *Retractare de ſententia.* l. 32. §. quum quidem. D. de recept. & *Retractata ſententia.* l. 29. §. vlt. D. de liber. cau. sic etiam *Retractari dicitur ſtatus.* l. 1. C. ne ſtatu defunct. & *Retractandus ſtatus.* l. 1. & retractare ſententiam. l. 7. §. 1. D. ne de ſtatu defunct. item *Retractari venditio.* l. 6. C. de reſtitutionib.

Retractari in iudicio. l. 10. D. ad SC. Turpill.

Retractari poſſunt. l. 13. §. vlt. D. de diuerſ. temporal.

Memoria non Retractata. l. 2. D. ne de ſtatu defunct.

Retractatio. l. vlt. C. de fide inſtrum. l. vlt. C. de temporib. appellat. *Retractatio erroris.* l. 8. D. de adminiſtr. rerum. & *Retractationis quæſtio.* l. 1. §. 1. D. ne de ſtatu defuncti.

RETRAHERE *agros.* l. vlt. D. de adminiſtr. rerum. *Retrahere ablata.* l. 1. C. vi bonorum raptor. & *Retrahi poſſeſſio.* l. 2. C. ſi quis ignor.

Retrahi in ſeruitutem. l. 24. D. qui & à quib.

RETRO. l. 3. D. de interdict. l. 4. D. de operis ſeruorum. l. 17. §. vlt. D. ad legem Aquil. l. 4. §. ſeruum. D. de adquirend. poſſeſſion.

Retro pro contra. l. 60. D. de condit. & demonſtrat. item *Retro* pro rurſus vel ex diuerſo. l. 4. D. de oper. ſeruorum. l. 67. D. de ſolutionibus. l. 40. §. ſeruum. D. de acquirenda poſſeſſ. l. 9. §. vlt. D. de except. rei iud. l. 34. §. vlt. D. manda. l. 21. §. ſeruo. D. de fideiuſſorib.

Retro adcreuiſſe. l. 35. D. ad legem Aquil. *Retro adcreuiſſe dominium.* l. 7. §. vlt. & l. 35. D. ad l. Aquil. *Retro adquiri.* l. vlt. D. de commun. præd. *Retro agere.* Quintilian. lib. 5. pag. 87. Plin. lib. 36. cap. 5. *Si quis cum familiam ad annum vſque retroagat.* *Retro agere venditionem.* l. 1. C. quãdo liceat. & *Retro acta eſt venditio.* l. 19. D. de vſucap. sic *Ratio agi.* in l. 9. D. de alienat. iudic. mutand. *Retro quoque agi donatio* dicitur in l. 11. §. 1. D. de donat. int. vir. *Retro aguntur omnia.* l. 9. D. de alienat. iud. vnde & *Retro agens.* l. 1. C. quando lic. Sic & *Retro cõpetit libertas.* l. 3. D. de manum. vind. *Retro cõputari.* l. 1. §. Armis. D. de vi & vi armata. *Retro creditur.* l. 44. D. de legat. 1. *Retro creditur fuiſſe.* l. 26. D. de pœnis. itẽ *Retro dandi,* id eſt reddendi. l. 67. D. de ſolutionibus. *Retro duci.* l. 20. §. ſtillicidium. D. de ſeruit. vrb. præd. *Retro ducitur.* l. 15. D. de rebus dubiis. *Retro fuiſſe.* l. 25. §. 1. D. de vſufruct. l. 25. §. 9. D. de vſufr. *Retro noſtrum eſt.* l. 1. §. vtrum. D. ſi quid in fraud. pat.

Retro pro rurſus. *retro redire lumen.* l. 38. D. de adquir. rerum dom. l. 38. D. de mand. *Retro recurrere.* l. 16. §. 1. D. de pignorib. *Retro reſtituere.* l. 6. D. de fideicomm. libert. l. vlt. §. vlt. D. de publicanis. *Retro ſolui.* l. 80. D. de ſolut. & *Retro ſoluta tributa.* l. 57. D. de act. empt. *Retro videt.* l. 35. D. ad l. Aquil.

Retro vſa. i. ante vel quondam. l. 37. D. de legibus. Sic & *Retro fructuarius.* l. ſed ſi. §. nam ſi ex re vſufru. eadem ratione dicitur, qua *quondam Dominus.* l. 1. §. in beſtiis ſi quadrup. pauper. fec. dica. Et *adhuc tutor* in lege ſi cum adhuc tutore 16. de tutelæ & rationibus diſtrah. *Retro principes.* l. 2. C. quibus ad libert. proclam. l. quamuis. C. de iuris & fac. ignor. l. vlt. de prædiis decurio. lib. 10. C. l. 1. C. Theod. de fide teſtam. l. 2. C. quibus ad libert. & *Retro principum ſtatuta.* l. 11. C. de iur. & fact. ignor. & *Retro liber.* l. 7. D. de manumiſſ. teſt.

RETRORSVS *computare.* l. 1. §. annum. D. de itin. act. priuat. l. 1. §. hoc interdicto. D. de itin. actúque priuat.

Retrorſum egredi. l. 2. §. itidem. D. de priuat. delict. *Retrorſum ne refert.* l. 28. §. quod adiicitur. D. de pecun. conſt.

Retrorſus. l. 21. D. ad leg. Aquil. & *Retrorſus reducere.* l. 32. §. 1. D. de pecul.

REVENDERE *operas.* l. 22. §. 1. D. de oper. libert.

REVENIRE *fundum.* i. reuendere. l. 5. D. de lege commiſſ.

REVENIRE *ſolent apes ex.* l. Dei. tit. 12. quod alibi dicitur reuerti vel reuolare.

REVERENTIA *debita.* l. 4. C. de patria poteſta. sic *Reuerentiæ debitæ munus.* l. 5. C. de obſeq. patrono. & *Reuerentia honoris.* l. 28. §. vlt. D. de pœnis. & *Reuerentia quæ maritus exhibenda eſt.* l.

14. D. ſoluto matrim. *Reuerentia paterna.* l. 50. D. ad SC. Trebellianum. *Reuerentia patroni.* l. 45. §. vlt. D. de ritu nupt. l. 1. §. quia onerandę. D. quarum rerum act. l. 45. §. vlt. D. de ritu nupt. item *Reuerentia exhibenda eſt patrono tam viuo quàm defuncto.* l. 4. §. aduerſus. D. de doli mali & met. except. item *Reuerentiam debent liberti filiis patronorũ.* l. vlt. C. de oper. libertorum.

Reuerentia perſonarum. l. 3. §. 1. D. de act. rerum. l. 2. D. de teſtibus. ſic & *Reuerentia perſonarum & inter virum & vxorem.* l. 3. §. 1. D. de act. rerum amot.

REVERTI *emptor ad venditorem non poteſt.* i. regreſſum non habet. l. 6. §. ſi lacum. & l. 7. D. de act. empt. l. 18. C. de euict. l. 3. D. de euict. ſic etiam *Reuerti ad auctorem ſuum dicitur.* l. 15. D. de minorib. l. 2. §. vlt. D. de euictionib.

Reuertitur dominium ad debitorem. i. redit. l. 10. §. vlt. D. quibus mod. pign. vel &c. ſic & *Reuerti dos ad patrem dicitur.* l. 9. §. ſi vis. D. ſoluto matr. & *Reuerti ſpecies ad materiam.* l. 7. §. cum quis 7. D. de adquirendo rerum dom. *Reuerti ad cãdem ſpeciem.* l. 24. D. eodem. & *Reuerti tutela.* l. 6. D. de legitima tutela. ſic etiam *Reuerti vſusfruct. ad proprietatem cum extinctus eſt.* l. 10. D. de vi & vi arm. l. 33. D. de rei vindic. l. 66. D. de iure dotium.

Reuerti in ſuam cauſam. l. 6. C. de pact. inter empt. *Reuerti ad defenſionem.* l. 52. D. de iudic. *ad ſententiam.* l. 1. §. vſusfr. D. ad leg. Falcid. *Reuerti ad priorem voluntatem.* l. 27. D. de teſtamen. milit. & *Reuerſa ad bonam vitæ conſuetudinem.* l. 30. D. de adim. legat.

REVOCARE *domum* id ſignificat quòd vulgò dicimus petere ſe remitti domum. l. 1. §. legatis. §. item ſi. & §. ſed ſi dubitetur. D. de iudic. l. 28. §. ſi cum in prouincia. D. ex quib. cauſ. maio. ſic Reuocare forum. l. 7. D. Sic & *ius Reuocandi forum.* l. 7. D. de iudic. & *Reuocare in prouinciam.* l. 7. §. penult. D. de accuſatio. *Reuocare ad ſe cauſas.* Plin. ep. 3. lib. 6. ſic *Reuocare ad ſuum iudicem litem.* l. 49. D. de iudic.

Reuocari ad Falcidiam. l. 61. D. ad leg. Falcidiam. *ad portionem.* l. 14. D. quæ in fraudem creditorum. & *ad rationem vſurarum.* l. 3. D. de fideiuſſorib.

Reuocari ad ſeruitutem. l. 30. D. de iure fiſci. & *Reuocari in ſeruitutem.* l. 16. D. qui & à quibus. ita & *Reuocatus ſeruus, qui in metallum damnatus erat.* l. Ariſto. D. de manum. teſtam.

Reuocare in matrimonium. l. 17. C. ad l. Iul. de adulter.

Reuocari actio, id eſt reſuſcitari. l. 65. §. 1. D. de legat. 2. ſic & *Reuocatur crimen.* l. 1. C. de abolitionibus.

Reuocare alienationẽ. l. 1. §. 1. D. ſi quid in fraud. *Reuocare dominium.* l. 3. C. de rebus alien. &. *Reuocare libertatem præſtitam.* l. 3. C. de iure dot. ſic *Reuocari liberalitates.* l. 2. §. vlt. D. de operib. publ. & *Reuocari negotia.* l. vlt. C. de errore aduocatorum. item *Reuocare partem Falcidiæ.* l. 1. §. hæc verba. D. ſi cui plus. *Reuocare pœnam.* l. 15. C. de pœnis. *Reuocare prætorium.* l. 3. §. 1. l. 8. §. illud. D. de precario. item *Reuocari quæſtio,* id eſt retractari. l. 7. §. generaliter. D. de except. rei iud. & *Reuocare in iudicium eandem quæſtionem.* l. 19. D. exception. rei iud. ſic & *Reuocare ſententiam.* l. 1. §. vlt. D. de miniſtr. l. 1. §. vlt. D. de quæſtionib. item *Reuocari venditio pro reſcindi.* l. 1. C. ſi propter public. & *Reuocata venditio.* l. vlt. C. ſi aduerſ. vendit.

Reuocatus ſeruus qui in metallum damnatus erat. l. Ariſto. D. de manum. teſtam.

Reuocatoria, diploma principis ſignificat quo abſentem ad ſe reuocat. l. vlt. C. de dignitatibus lib. 11. l. 3. C. de ſilentia. lib. 12. Iuſtinian. Nouell. 8. ὃδὲ γὰρ δίδομεν αὐτοῖς ἄδειαν πρὶν τὸν νομιζόμενον τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, πληρώσασι ξένον τῶν ἐπαρχιῶν ὧν ἦρξαν ἀναχωρεῖν ἢ καλὰ προφάσιν Reuocatorias, ἤτοι ἀνακλήσεως.

REVOLVI *ad emptorem.* l. 8. §. emptor. D. de damno infect.

REVS *dicitur is cum quo agitur.* l. 3. D. de iureiurando.

Sed *Reos* olim appellatos non eos modò qui arguebantur, ſed omnes quorum de re diſceptatur. Cic. lib. 11. de oratore tradit. Ælius etiam Gallus lib. De ſignificatione verborum ad ius pertinentium *Reum* definit, *qui cum altero litem conteſtatam habet, ſiue is agat, ſiue cum eo agatur.* Quibus conſequens eſt, vtrunque ex litigatoribus reum dici: vulgo tamen qui petit & agit, *actor:* qui conuenitur, *reus appellatur.* Veteres *eum vnde petitur* vocabant. Cicer. lib. 1. de Orato. *Nonne nobis in tribunali Q. Pompeij ſedentibus poſtulabam, vt illi vnde peteretur, vetus atque vſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet.* Idem lib. 7. epiſt. ad Trebat. *Ego omnibus vnde petitur hoc conſilij dederim, vt à ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent.* Et in Oratio. pro L. Muræna. Sed & in l. Manilia. *Et ſi is vnde ea pecunia petita erit, condemnatus erit eam pecuniam ab eo vel à bonis eius primo quoque die exigito.*

Rei quoque appellantur qui inter ſe aliquod negotium contrahunt. l. ſtipulationum aliæ. 5. §. conuentionales. D. de verborum obligat. Inde *reus conſtitutus* dicitur *qui ſe obligauit.* l. 14. §. Labeo. D. quod met. cauſ.

Et *Reus factus qui se obligauit.* l. 1. §. exceptionem. D. quarum rerum actio. *Rei* planè verbo plerunque debitor significatur. l. 22. §. quod si stipulator, & aliàs sæpè. D. de fideiussoribus. l. 45. §. si principali. D. de iure fisci. Vetus Glossarium Græcum vertit ὁ ἐναγόμενος. sic & *Reus pro debitore* in l. 41. §. vlt. D. de verborum obligat. Sed differentiæ causa, qui stipulatur, *Reus stipulandi*: qui spondet, *Reus promittendi* dicitur. l. 1. & toto tit. D. de duobus reis. l. 134. §. penult. D. de diuers. reg. l. 50. §. vlt. l. 52. §. duo. & passim in tit. de fideiussoribus. D. sicuti qui credit. *Reus credendi*: qui accipit, *Reus debendi*: qui satisdat, *Reus satisdandi*: qui satis accipit, *Reus satis accipiendi* appellatur. l. 34. §. quidam. D. de solutio. Solent itaque his nominibus distingui, Reus stipulandi, & Reus promittendi.

De *Reo stipulandi* in l. 54. D. ad leg. Aquiliam. l. 77. §. Mæuio. & l. 81. D. de legat. 2. l. 5. D. de fideiussoribus. vnde in Veteri Glossario Græco, ἐπερωτάντων δύο ἢ πλειόνων τινὶ δώσειν ἢ ἰδίως καὶ ἰδίων ἕκαστος τῷ αὐτῷ ποσόν. & ἐπερωτώντων δύο ἢ πλειόνων, τινὶ δὲ δώσειν αὐτοῖς ἅμα ἢ οὐχ' ἅμα τὸ χρέος. *Duo Rei stipulandi.* Tit. de duobus reis. & l. si duo. D. de verborum obligat. l. si testamentum. §. quæsitum. 22. D. de fideiussoribus. l. stipulationes. §. si quis est. D. de verbor. obligat.

Reus promittendi. l. 115. l. 121. §. in insulam. & l. 124. D. de verborum obligationib. Vetus Glossarium Græcum, ἐπαγγελλομένων δύο ἢ καὶ πλειόνων τινὶ δώσειν ἢ ἰδίως καὶ ἰδίως ἕκαστος τὸ αὐτὸ ποσὸν ἢ ἅμα τὸ αὐτὸ ποσόν. *Duo Rei promittendi.* l. 3. §. nunc. D. de liberat. leg. *Facere duos Reos.* l. 6. D. de duobus reis. *Duo rei fieri & constitui.* l. 4. & l. 6. §. vlt. D. de duobus reis. & vti *Duo Rei promittendi fiant explicant* l. 4. & l. 5. D. de duobus reis. Duos autem Reos promittendi facimus, si vtrúmque interrogemus, & vtérque respondeat eiusdem pecuniæ nomine. l. 3. & l. 6. D. de duobus Reis. & Instit. eo. tit.

Rei stipulandi & promittendi. l. 25. & l. 27. D. de pact. l. 62. D. ad legem Falcidiam. & qui illi sint, vide l. 1. D. de duobus Reis. sic. l. 1. & 2. D. rem rat. hab.

Decem eiusdem rei stipulandi. l. 11. §. plerunque. D. de legat. 3.

Duo Rei *debendi*, id est duo eiusdem Rei debitores. l. 6. D. de adimend. legat.

Reus satisdandi, Rei *satis accipiendi.* l. si hominem. §. vlt. D. de solutionibus. *De Reis eximi.* l. si tamen. §. vlt. D. de accusationib.

Duo Rei constitui possunt testamento vt & stipulando. l. 16. D. de legat. 2. *Et eiusdem pecuniæ* Rei, qui eandem pecuniam promiserunt. l. 22. §. cum tu. D. de fideiussoribus. l. 84. §. qui Caium. D. de leg. lib. 1.

Sic *Reus eiusdem pecuniæ.* l. 34. §. vlt. D. de statuliber. l. 12. §. vltimo. D. de inoff. & l. 82. §. qui Caium. D. de legat. 2. & *Duo Rei eiusdem pecuniæ.* l. 13. D. de legat. 2. l. 21. §. cum ita. l. 71. D. de fideiussoribus. Nec tantum stipulatione sed & aliis contractibus duo Rei fieri possunt, veluti si apud duos eadem res deponatur, duobúsve eadem res locetur, commodetur. hinc *Reus dotis.* l. 22. §. si pater. D. soluto matrim. quemadmodum. &c. & *Rei dati.* l. 15. D. de Tutelis, &c. sic & *Duo rei locationis.* lege 13. §. 2. D. mandati. l. 13. §. si duo. Digestis locati.

Reus pactionis pro libertate datus. l. 7. §. seruus. D. de dolo. l. 104. D. de verborum obligationibus.

Rei nomine tam stipulator quàm promissor, tam creditor quàm debitor continetur. Reus pro debitore. l. stipulatio ista. §. habere. D. de verborum obligat. Reus dicitur is cum quo agitur. l. 3. D. de iureiur.

Reus pro fideiussore. l. 104. D. de verborum obligat. & reum dare. l. 112. vlt. D. de verbor. oblig. Interdum Reus expromissorem significat, id est, eum qui alienam in se obligationem vel nouatione vel delegatione suscepit. l. 1. D. ad Velleian. l. 1. §. exceptionem. D. quar. rer. act. non dat. l. 104. & l. 112. D. de verbor. obligatio. l. 9. §. omnis. D. de pignor. act. l. 7. §. seruus actionis. D. de dolo l. 22. §. si mulier. D. soluto matrim. l. 34. in fi. D. de statuliber. l. 11. D. de nouatio. l. vlt. in fin. D. si cert. pet. l. 13. §. præterea. D. de actio. empt.

Sic *Reum dat seruus Domino*, id est expromissorem pecuniam pro libertate pactus. l. cum seruus. D. de verbor. obligat.

Reus culpæ. l. 30. §. in hac. D. ad legem Aquiliam. l. 36. §. 1. D. de rei vindicatione. l. 8. D. ad legem Aquil. &c. l. 30. §. 1. D. ad legem Aquiliam. l. 1. D. de custod. l. 4. C. de pignerat. act.

In sacris Reus vocabatur qui se numinibus suscepto voto obligarat. Damnatus verò, qui promisso voto, non soluebat, vt Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 2. Vergil. Æneid. 5. *Vobis lætus*

ego candentem in littore taurum Conſtituam ante aras voti Reus.

Reum *dare*. l. 4. §. item quæritur. D. de doli mali exception. & Reum *ſe conſtituere*. l. 4. C. ad Senat. Velleian. item Reum *dare vice ſua*. l. 5. D. de liber. legata.

Rei ſatis locupletes in id quod præſtare poſſis. apud Liuium lib. 9. item Reum *locupletem offerre*. l. vlt. §. vlt. D. de re credit.

Reum locupletare. l. 67. §. vlt. D. de verborum oblig.

Reis *cauere*, id eſt, per fideiuſſores. l. 1. §. iubet. D. de collat. bonorum.

Reum *facere pro accuſare*. l. 2. §. qui hoc. D. ad l. Iuliam de adulteris. l. 6. §. filius familiæ. D. ad legem Iul. de adulteris. l. 1. D. de accuſat. Martial.

Nec facient quenquam pondera noſtra reum.

& Reum *facere*. Cicero pro Cluentio dixit. ſic Reus *fieri* dicitur qui criminis alicuius poſtulatus eſt. l. 5. D. de public. iud. Reum *autem fieri* Aſconius 2. in Verr. act. *nihil aliud eſſe ait, quàm apud Prætorem legibus interrogari. Cùm enim in ius ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem, Aio te Siculos ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis æſtimabatur, vt victo. Si negaſſet petebatur à magiſtratu dies inquirendorum criminum, & ex eo tempore inter Reos relatus & receptus dicebatur. Agi* etiam Reus eodem ſenſu dicitur, qui accuſatur. Valer. lib. 6. cap. 8. *M. Antonius auorum noſtrorum temporibus clariſsimus Orator inceſti* Reus *agebatur*. & lib. 8. cap. 1. *Q. Flauius à C. Valerio Aedile apud populum Reus actus*. Ouid. lib. 4. Triſt. Eleg.

Cum mecum iunctis criminis acta rea eſt.

Sic Reum *facere criminis*. l. 2. C. de fide inſtrumen. & Reum *criminis facere*. l. 12. C. de locato & cond. Reum *falſi facere*. l. 27. D. ad Senatuſconſultum Turpillianum. & Reus *falſi*. l. 12. D. de leg. Cornel. de falſ. item Reus *erit*. l. Cornelia. l. 32. D. ad legem Iuliam de adulter. Reus *legis Iuliæ*. l. vlt. D. ad legem Iul. maieſt. & perduellion. Reus. *Homicidij* Reus. l. non eſt. D. de cuſtod. reor. l. 1. C. vbi cauſæ fiſcales. Reus *fieri publica lege*. lege 1. §. 1. D. ad legem Corneliam de ſicariis. & Reos *facere publico iudicio*. l. 3. §. ſed ſi. D. de liber. hom. exhib. *Rei plurimi facinoris*. l. 18. D. de quæſtionib.

Recipi verò vel Referri *inter Reos* dicitur quis, poſtquam delatum eſt nomen eius. Et contra *Eximi* verò *ex Reis*, abſolutione vel abolitione ſecuta. l. miles. §. ea quæ. & l. ſi maritus. §. præſcriptionem. D. de adult. l. vim paſſum. D. ad leg. Iul. de adulter. *In Reos recepti*. l. hos accuſare. D. de accuſation. *Recipi* Reum. ibid. §. vlt.

Reum interrogare. vide Interrogare.

Feſtus Pompeius. *Conteſtari eſt cum vterque* Reus *dicit, teſtes eſtote*.

Reos facere. l. 19. D. de accuſationibus. Reos *habere*. l. 6. §. vlt. D. ad legem Iuliam de adult. Reos *peragere*. vide Peragere.

Reum *repetere*. vide Repetere. & Reum *periculum pœnæ ſubire*. Sueton. in Domitia. cap. 9. *Reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium perpendiſſent vniuerſo diſcrimine liberauit, nec repeti niſi intra annum permiſit.*

Ream *facere*. l. 18. D. de his qui accuſ. non poſſunt. Rea *facta*. l. 31. D. ad legem Iul. de adult. Ream *vxorem fieri*. l. 17. C. de furt. Reas *factus*. l. 26. D. de ritu nuptiarum.

Reatus. l. 25. C. de donat. inter virum. Eorum autem ſtatus & conditio, qui inter reos recepti ſunt, Reatus vocatur. Et quamdiu accuſatio pendet, in reatu eſſe dicuntur. l. vlt. D. de publ. iudic. l. 25. D. de pœn. l. 3. §. quod pater. D. de muneribus & honor. l. 46. §. in reatu. D. de iure fiſc. ſic In *reatu conſtitutus*. l. 46. §. in reatu. D. iure fiſci. & *In* Reatu *agere*. l. 25. D. de pœn. l. vlt. §. vlt. D. de bonis eorum. In *Reatu alicuius criminis eſſe*. l. 3. §. quod pater. D. de muneribus & honoribus. *In* Reatu *eſſe & agere*. l. 25. D. de pœnis. *In Reatu decedere*. l. vlt. D. ad l. Iul. maieſt. l. vlt. §. vlt. D. de bon. eorum. l. 7. §. ex bonis. D. de bon. damnator.

Rhapismata in lege vltima. C. de emancip. lib.

Rhodia lex, ὁ τῶν ῥοδίων νόμος. in lege deprecatio. Digeſtis de lege Rhodia. vide infra in Rodia.

Ridicæ *vinearum*. l. is qui. §. ſi quis. D. quod vi aut clam.

Ridicvlvm *legatum*. l. 65. D. ad leg. Falcid.

Ridiculum eſt. l. 44. D. de ædilitio edicto. & l. 100. D. de condition. & demonſtrat.

Ridiculum eſſe dicere. l. 18. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ.

Quid tam Ridiculum eſt. l. 67. §. 1. D. de furtis. *Perquam Ridiculum eſt*. l. 7. §. vlt. D. de interdictis. *Pluſquam ridiculum eſt*. l. 27. D. qui teſtam. fac. poſſ.

Rigare *agros*. l. 1. §. illud. D. de aqua quotidian.

RIGOR curſus aquæ, rectum profluentis tenorem ſignificat. l. 1. §. quod autem. D. ne quid in flumin. publ. l. 1. §. ripa. D. de flumin. & *Rigor naturalis curſus fluminis.* l. 1. §. ripa. D. de fluminib. *Sic Rigor ſtillicidij rectus eius fluxus eſt.* l. vlt. §. vlt. D. de ſeruitut. vrban. At Plin. lib. 8. epiſtol. ad Roma. *Rigorem aquæ* pro frigiditate poſuit. Sunt & *Rigores in agris*, cuius verbi, quia à lexicis abeſt, non alienum erit interpretationem ſubiicere. Id autem Boëtius lib. 1. Geometr. ita explicat. *Rigor eſt, quicquid inter duo ſigna velut in modum lineæ directum proſpicitur. Flexuoſum verò eſt, quidquid ſecundum naturam locorum curuatur. Nam quod in agro à menſore operis cauſa ad finem directum fuerit, Rigor appellatur: quidquid ad horum imitationem in forma ſcribitur, linea appellatur. Bini verò rigores ſunt, quando ſingulis ſpatiis interuenientibus tendunt, vt itinere plerumque peragunt.* Aggenus Vrbicus, *Rigor*, ait, *ſuæ rectitudinis naturalis nomen accepit.* Sicul. Flacc. in lib. de conditio. agror. *In aliquibus regionibus*, ait, *ita fines inter poſſeſſores ordinati ſunt, vt Rigores durent per longum tractum, incedentésque in viis aut riuis aut ſubſtructionibus, aut regionibus aliísque finitionum generibus deficient ſupradicti Rigores.*

Rigor per tranſlationem dicitur *Rigor iuris.* l. 19. de appellatio. vbi Rigor tenorem ſignificat. l. ſi expreſſim. D. de appellat. l. generaliter. §. ſi quis ſeruus. D. de fideicommiſſ. l. cum hic ſtatus.

Rigor iuris. l. cum hic ſtatus. D. de donat. inter vir. & vxor. l. placuit. C. de iur. l. 32. D. de donationibus inter virum & vxor. & l. 24. §. ſi quis ſeruo. D. de fideicommiſſ. libert. l. 32. §. Oratio. D. de donat. inter virum. D. de appellation. l. ſi expreſſim. D. de appellationibus. Vlpian. lib. regul. tit. de fideicommiſſ.

RIPAM fluminum dici, vt littus maris, Grammaticis notum eſt. *Ripam autem fluminis*, Vlpia. definit eſſe *id, quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens.* l. 1. D. de fluminibus. Paulus verò in l. penult. D. eod. tit. *Ripam* ait, *eam* dici, *quæ pleniſsimum flumen continet. Riparum autem vſum publicum eſſe* ait l. 5. D. de rerum diuiſ. *Ripam munire, eſt aggeribus factis & oppoſitis aquam coercere, ne excreſcens flumen agrum occupet.* l. 1. §. ſunt autem. D. ne quid in flum. publ. l. vn. C. de ripa muniend. Inde *Riparenſia caſtra.* in l. 14. C. de re milit. lib. 12. *in Ripis ſtatuta & locata.* & *Riparenſes* apud Vopiſcum in Aureliano. inde etiam *Ripuarij* appellati ſunt Germani riparum Rheni accolæ, quibus conſcriptæ leges hodiéque extant.

RISCVM in l. 25. D. de auro arg. arculam veſtiariam interpretor. Hanc enim ſolam huius verbi ſignificationem ei loco accommodatam reperio. Tradit autem Pollux lib. 7. onomaſt. cap. 19. & lib. 10. cap. 31. κιβώτια οἷς ἐσθῆτες ῥίπτονται αἱ ἐσθῆτες ῥίσκον πρὸς τοῖς νεωτέροις λέγεσθαι. Donatus verò in Eunuch. Terent. nomen id eſſe Phrygium ſcribit, eóque ſignificari ciſtam pelle contectam. At in Lexic. B. Germani, Riſcus κιβωτὸς μεγάλη definitur.

RITÈ *facta.* l. 6. D. de l. Corn. de falſ. ſic *Ritè facta delegatio.* l. 2. C. de nouationibus.

RITE *contractum matrimonium.* Tertullian. lib. 11. ad vxor. *Et matrimonium ritè contractum allegabimus, quod vetuit ipſe.* Idem eodem lib. *Nam nec in terris filij ſine conſenſu parentum ritè & iure nubunt.* ſic *Ritè contractum matrimonium.* in l. 3. C. de interdict. matrim. & *Ritè contractæ nuptiæ.* l. 6. C. de interdicto matrimo. *Ritè intercedente obligatione.* l. 4. C. de pact. conuent. & *Ritè perfecta obligatio.* l. vlt. C. de crim. ſtellionat. item *Ritè promiſſa.* l. 3. C. de dot. promiſſ.

Ritus. tit. de ritu nuptiarum.

RIVVM Feſtus lib. 16. dici ait, *non tantùm naturali ſuo impetu fluentem tenuem aquæ fluxum:* quomodo *Riuum fluminis* dixit Caius in l. 7. §. inſula. D. de acquir. rerum domin. *ſed & manu factum, ſiue ſuper terram in foſſa, ſiue ſuper ſpecu.* à Græco verbo ῥέειν. Hoc poſteriore ſignificato Riuus definitur ab Vlpia. eſſe *locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat.* l. 1. §. 1. D. de Riuis. Atque ita accipitur in l. 2. D. de extraord. cognit. l. 12. & l. 16. D. quemadmodum ſeruit. amitt. l. 3. penult. & vlt. l. 5. in fi. D. de aqu. quotid. l. 13. l. 21. §. 1. D. de ſeruit. ruſt. l. 52. §. ſi in communem. D. pro ſoc. Vitruu. lib. 8. cap. 7. *Ductus autem aquæ fiunt tribus generibus, Riuis per canales ſtructiles, & fiſtulis plumbeis, aut tubis fictilibus.* Nam in riuo collocabantur fiſtulæ, vel canales quibus aqua ducebatur. l. 3. §. ſi quis in Riuo. D. de Riuis. Inde *deprimere vel alleuare Riuum.* in l. 12. D. comm. præd. Et *ducere Riuum.* l. 9. D. de ſeruit.

Sic & *Riuum inducere parietibus.* in l. vſufructuari. D. de vſufruct. ſic Manil. lib. 5. Aſtronom. Et *peregrinantes domibus ſuſpendere Riuos.* pa. 9. idem eodem lib. *Vndas inducere tectis, Ipſáque conuerſis aſpergere fluctibus aſtra.*

Riui autem, prout conuenerat, *terreni, ſignini, cementicij, lapidei ve* fiebant, vt apparet ex l. 1. §. vlt. & l. 3. §. 1. D. de Riuis. Item *Riui* quidam erant *aperti*, quidam *tecti & operti.* l. 1. §. vlt. l. 3. D. de *Riuis.* l. 1. §. ſi quis. D. ne quid in flum. publ. Hos *ſubterraneos* Frontin. ſæpius appellat in lib. de aquæ ductib.

Inde *Riuales, qui per eundem Riuum aquam* ducunt. l.1. §. si iter. & l. 3. §. penult. D. de aquâ quotid. Agellius lib.14. cap.1. *Quod ei fortè de aquæductu cum riualibus contẽtio esset.* Acron quoque in artem Poëtic. Horatij, *Riuales*, ait, *dicebantur, qui agris Riuum haberent communem, & propter eum sæpè discrepabant.* Inde & verbum *Corriuare* in l.1. §. sed & fossas. & l. 3. D. de aq. & aq. plu. *Inde & Verbum Corriuare.* in l.1. §. sed & fossas. & l. 3. D. de aqu. & aq. plu. vide Interpret. Horat pag 637.

RIXA. l. vlt. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. si ex plagis. §. 1. D. ad legem Aquil. Cornel. Fronto de different. voc. *Rixa sine armis est, & habet defensionem.*

Rixa ex litibus & contentione nata. l. 20. D. de oblig. & act.

In Rixam prolapsus. l. 5. C. de iniuriis.

RODIÆ leges nauticæ leges sunt à Rodiis descriptæ, quibus vt æquissimis mare regi Imperatoribus non displicuit. Quod & Isidor. lib. 5. cap. 17. scribit. Inde titul. de leg. Rodia. D. & apud Paul. lib. 2. sentent. tit. 7. Tertullia. lib. 3. aduersus Marcion. Scilicet nauclero non illi quidem Rodia lex, sed Pontica cauerat. *ὁ τῶν ῥοδίων νόμος.* in l. deprecatio. D. de leg. Rodia. vide supra in Rhodia.

ROGO in vulgari & trita significatione verbum est precarium & fideicommissis propriũ. Cuius rei exempla frequentiora sunt quàm vt adscribi debeant. Præter illam cuilibet notam significationem etiam *interrogare* significat. Rogare namque dicitur qui stipulatur. l. iuris gentium. §. quod ferè. D. de pactis.

Sic *Rogatur*, id est interrogatur. l. 2. D. de adoption.

Rogo respondeas. l. 44. D. ad SC. Trebell.

Rogari fideiussores. l. 21. D. de vsuris. & Rogari testes alibi.

Rogati liberti. l.1. §. exceptionem. D. quarum rerum actio. & *Rogati serui.* l. 22. §. fugitiuus. D. mandati. *Rogati testes.* l. ad fidem. D. de testib. l. 21. §. 1. C. de testam. l. 21. §. in testamentis D. qui test. fac. possunt, qui in Vet. Glossar. *οἱ προκληθέντες μάρτυρες.*

Rogatus ad testamentum scribendum. l. 27. D. qui test. fac. poss.

Rogare pro vtendũ *petere* in l. 5. §. 10. D. commod. Plaut. Aulular. act. 2. sc. 1. sic *Rogare commodatum.* l. 5. §. sed interdum. & l. 22. D. commodati. *Rogare conductum socium.* l. 16. D. de peric. & commod. *Rogare emptum.* l. 40. D. de contrah. empt. & apud Plaut. Capti. act. 1. sc. 2. *Agesis roga emptum, si quis meliorem &c.* Eodem sensu rogandi verbum accipiendum est apud eundem poëtam Pseudolo. act. 4. sc. 6. sic *Rogare mutuam pecuniam.* l. 9. §. vlt. D. de reb. cred. *Rogare precario.* l. 15. D. de poss. & l. 10. l. 21. §. vlt. l. 36. D. de adquirenda possess. l. 6. D. pro empt. & *Rogatio precarij.* l. 3. D. de pignerat. l. 36. D. de adquiren. poss. l. 33. §. vlt. D. de vsucap. l. 11. §. 12. D. quod vi aut clam. l. 4. D. de precario. item *Precario Rogatũ.* l. 2. D. de precario. & l. 4. §. tenetur. l. 12. §. vlt. D. de precario. sic *Rogatus restituere hæres.* l. 44. §. vlt. D. ad Senat. Trebell. denique *Rogare pro Vtendum petere*, in l. D. commod. Plaut. Aulular. act. 2. sc. 2. *Rogare Vtendam rem.* l. 15. D. depos.

Quid importet *Rogo* ad mandata obligatoria vide tit. manda.

Rogari lex dicebatur. l. 1. D. ad leg. Falcid. quoniam magistratu interrogante ferebatur. Vlpian. tit. 1. Regular. Rogatur lex, id est fertur. sic *Rogare legem.* l. 1. D. ad leg. Aquil. & *Post hanc legem rogatam.* l. 1. D. ad legem Falcid. *Rogare* etiam dicebantur sententias Senatores à quibus quid de ea re quæ ad populum ferebatur sentirent exposcebatur. Sallust. in coniuratio. Catil. sic *Rogari sententiam.* in l. 6. §. vlt. D. de decurionib.

Rogatio Voconia. Paul. lib. 5. sentent. Vlp. tit. 1. regular.

Rogatio quid Agellius lib. 10. cap. 20.

ROMÆ *appellatio continentibus ædificiis finitur.* l. 2. D. de verb. signific. *Itaque ædificia Romæ fieri ea videntur, quæ in continentibus ædificiis fiunt.* l. 139. D. de verborum signific. & *qui in continẽtibus ædificiis nati sunt, Romæ nati intelliguntur.* l. 147. D. eod. tit. & penu quæ Romæ sit legata, non ea tantùm quę intra murum, sed & quæ intra continentia sit debetur. l. 4. §. si ita. D. de penu. leg.

Roma communis patria est. l. 33. D. ad municipal. & vt scitè Athenæus scribit *τῆς οἰκουμένης πατρίδα.* Vnde *Orbis Romanus.* l. 17. D. de statu hom. l. 5. de metallar. in C. Theodos. Cassiodor. lib. 3. Variar. epist. penult. *Augusti siquidem temporibus orbis Romanus agris diuisus censúque descriptus est.* Saluia. Massil. lib. 7. de vero Dei iudicio. *Sed vbi apud nos emendatur, aut quæ pars Romani orbis corrigitur?* Et aliàs, *Sed hæc omnia prætermittantur quæ & in toto fermè aguntur orbe Romano.*

Roma omnium patria. l. relegatus 19. D. de interdict.& relegat. Senec.in lib.de consolatio. ad Albin. *Denique ab hac discedam ciuitate quæ veluti communis patria potest dici, omnes vrbes circumij.* Liuius lib. 3. *Dissolui licentia militandi morem, nec pro communi iam patria Romam esse.* Symmach. lib.2.epist. 181. *Venturum te ad communem patriam fama promiserat.*

Roma autem duplex statuitur in constitutionibus:vna vetus, altera noua, videlicet Constantinopolis, quam veteris & antiquæ Romæ prærogatiua lætari Impp. voluerunt. l. 6. C. C.de sacrosanct. Eccles. l. 40.C. de episcop. & cler.l.4. C.de oper. public. l. vlt.C.in quib. caus. pign. l.vlt.C.de temporibus in integ. Zonaras etiam non semel hanc νέαν ῥώμην vocat. Quinetiam Chalcedonensis Concilij cap.22. ita scriptum est. τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασιν τὰ πρεσβεῖα: καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κοινώμενοι οἱ ἑκατὸν πεντηκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ εὐλόγως κρίναντες τὴν βασιλεία καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύσασαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι ῥώμῃ. Concilio etiam Constantinopolitano quod sub Theod. Iuniore coactum est, τὸν μέντοι τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπον, ἔχειν τὸ πρεσβεία τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς ῥώμης ἐπίσκοπον διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν ῥώμην.

Has appellant Theod. & Valent. *Regales ciuitates* in l.3. C.de naturalib. liber.vt apparet ex Nou. 89.in qua Iustinianus illa Theodosij verba,

Roma Vetus & noua. in epist.de concept.digest.

Roma caput orbis, ibidem. Vide Plinium. lib. 3. & 5.

Romæ studiorum gratia esse. l. 50. D.famil. erciscundæ. item *Romæ studiorum causa agere.* l. cũ filiusfam. 17. D.de reb. credit. l. lex Cornelia. §. domum. D. de iniur. Vide Studiorum.Et certè Romam complures ad accipiendum ingenij cultum concessisse Agell. lib. 1. cap. 13. testatur.

Romæ dati tutores quinam dicerentur explicat Tryphonius. l.45.§. Romæ. D.de excusat.

Romana ciuitas. l. 3. §.1.D.de suis & legit.

ROSTRA in l. 2. §. ἔμβολα. D. de orig.iur. suggestum fuit in foro ex rostris nauium Antiatium extructum auctore Liuio lib. 8. Dio.lib. 56. δημηγορικὸν βῆμα vocat, vt ex eius verbis cum Sueton. in Augusto cap. 100. collatis patet.

ROTÆ aquariæ apud Paul. lib. 4. sentent. tit. 6. sunt, per quas tollitur aqua. de quibus in l. 2. D. comm. præd. & l.40. §. vlt. D. de contr.empt. & apud Cato. de re Rustic. cap.11. fit mentio. Lamprid. in Heliogab. *Parasitos ad rotam aquariam & cum vertigine sub aquas mittebat, rursúsque in summum reuoluebat.* Tertullian. *Rotas aquilegas* vocat in lib.de anima. A Vitruuio etiam inter ea organa quibus aqua hauritur Rota ponitur lib. 10. cap.9. & aliàs sæpè.Isidor. lib. vlt. cap.15. Dicta, ait, *est Rota quasi ruat. Est enim machina, qua ex flumine aqua extrahitur.* Lucretius in lib.15.

In fluuio versare rotas atque hausira videmus.

Vbi *hausira* sunt rotarum cadi ab hauriendo, quæ Græcè ἄντλια vocantur, vt à Nonio notatur. *Riuus* verò ille quo per rotam educta aqua in hortum effunditur ἀμάρα Græcis vocatur, vt & in Etymologico traditur. Cæsar lib.4. de bello ciuil. De hac Rota & quemadmodum confici debeat, vide apud Heronem Alexandrinum lib. πνευματικὰ cap.1.

Rotam vehiculo aptare. l. 7. D.ad exhib.

RVBIGO *scabra.* lapilli, margaritæ, gemmæ. l. 25. Ouid. lib. 1. Fastorum. & §. vlt. D. de auro arg. Varro lib. 5. de lingua Lat.p.49.

Et RVBIGINIS descriptio apud Plin.lib.18.cap.17.

RVBOR, *non sine rubore.* l.3. §.vlt. D.de vsur.

RVBRIANVM *SC.* l. si cum seruum. & l. filium. §. 1. & l. neque infantes. l. cum verò. §. euocari. D. de fideicommiss. libert. Quia vt ibidem ait, Rubrio Gallo & Cœlio Pisone coss. temporibus Traiani factum est. Cuius sententia exponitur in l. 26. §. subuentum.l.28. l.33. §. 1. D. de fideicommiss. libert. l.3. D.de legit. tutorib.

RVBRICA, terram rubri coloris, Latinis significat. Eóque sensu verbum hoc apud Vitruu. lib.7.cap. 7. & Cato. de re Rust. cap. 34. Tertullian. in lib. de habitu muliebri, & Nonium, in verbo Examussim, vsurpatum inuenies. Huiusmodi verò terra & minio cùm tituli ac capita librorum notari solerent, eò factum est, vt Rubricæ pro titulis capiantur. l.2.§. recuperandæ. D. de interdict. Ouid.in lib. de tristibus.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Iuuenal. Satyr.14. *Perlege rubras*
Maiorum leges. Persius Saty. 5.

Excepto ſi quid Maſuri Rubrica, *vetauit.*

Quintilian. lib. 12. cap. 3. *Quorum alij ſe ad album ac rubricas tranſtulerunt, & formularij, vel,* vt Cicero ait, *Leguleij quidam eſſe maluerunt.* Terentianus, *Inſtar tituli fulgidula notabo minio.* Seruius in 10. Eclog. Virgil. Bucolic. *faciem quoque Iouis,* ait, *de Rubrica illinunt inſtar coloris ætherei. Minium enim Rubrica eſt.*

Rubrica de iuris & facti ignorantia. l. 1. §. vlt. D. de his qui notantur infamia.

Rubricas peremptorias conſtitutionis Theodoſianæ, dicit Sidonius Apollinaris.

RVDERA Veteri Gloſſario ſunt illa quæ decidunt diſcuſſis mœnibus fragmenta lapidum & demolimenta cæmentorum.

RVDES *lapilli vel gemmæ.* in l. 25. §. vlt. eod. tit. nondum ornamenti aptati aptatæve.

Et *Rudis maſſa* ex qua nulla ſpecies effecta. l. 7. §. cum quis. D. de acquirendo rerum dom.

Item RVDES *parietes* in l. 44. D. de vſufruct. nullo dum tectorio opere inducti. *Rudis materia,* id eſt, non facta, neque in opera coniecta. l. 19. §. infecti. D. de auro arg. l. 78. §. illud. D. de legat. 3. ſic & *Rudia mancipia,* id eſt nouitia, quibus opponuntur trita & veterana. l. 37. D. de ædil. edict.

RVERE, quod ad ſtipulationem damni infecti attinet, in qua hæc verba, SI QVID IBI INERIT, poni ſolebant. l. 18. D. rem rat. hab. non videtur quod aut vento, aut omnino aliqua vi extrinſecus admota cadat, ſed quod ipſum per ſe concidit. l. 43. D. de dam. infect.

Ruere prædia. l. 11. §. ſi locupleti. D. de maiorib. *Ruere ædificium.* l. 1. D. de impenſis. & *Ruens ædificium.* l. 1. §. vlt. D. de impenſ. in res dotal. item *Ruere inſulam.* l. 72. §. vlt. D. de veborũ obligat. & *Ruens inſula.* l. 4. D. de impenſ. in res dotal. l. 4. §. ſed. D. de in rem verſ.

Ruina eſt caſu fortuito contingens ædificiorum lapſus. l. 30. D. ad legem Falcid. l. 1. §. is quoque. D. de oblig. & actio. l. 1. §. 1. D. depoſ. l. 4. D. de pollicitat. ſic *Ruina incendij.* l. 24. §. Seruius. D. de dam. infect. Rubr. de incend. ruina, naufr. *Ruina oppreſſi perierunt.* l. duo ſocij. D. de acquiren. hæred.

Ruinoſæ ædes. l. 6. D. de dam. infect. Vlp. lib. regul. tit. 1.

RVTA cæſa. Vide paulò pòſt.

RVMOR *perrepſerat.* l. 2. §. 1. D. quis ordo. item *falſo Rumore perlato.* l. 10. C. de teſtament. milit.

RVMPERE. i. Frangere. ſic *Rumpere denuntiationem.* l. 23. §. vlt. D. de appellationibus. & *Rumpere fidem.* vide lib. 6. item *Rumpere pacem* dixit Silius Italicus. l. 1. ſub initium.

Sic & *Rumpi fides contractus dicitur.* in l. 1. C. ſi ſeruus exportand. lege 7. C. ſi quis alteri. & *Rupta conuentionis fide.* l. 15. C. de locato & conducto. item *Rupta fide.* l. vlt. C. ſi mancip. ita fuerit.

Rumpere mulas onere. l. 30. §. qui mulas. D. loca.

Rumpere flagris ſeruum. in l. 9. §. penult. D. de iniur. item *Rumpere locis.* lege item apud. §. adiicitur. D. de iniuriis.

Rumpere veſtimenta. l. 34. §. vlt. D. de obligationib. & act.

Rumpendi verbo vtebatur lex Aquileia. l. qui tabulas. 27. D. de furt. l. furtum. 7. §. 2. D. arbor. furtim cæſar.

Sic RVPERIT in l. Aquilia, *corruperit ſignificat.* l. 27. §. inquit lex. D. ad legem Aquil. l. 7. §. ſi quis radicitus. D. arb. furt. cæſ. l. 32. in fi. D. de oblig. & action. l. 70. §. 1. D. ad Trebell. *Et ideo qui veſtimenta ſciderit, & qui inquinauerit, & qui nauem perforauerit, & qui vulneraverit, & qui virgis, loris, pugnis cæciderit, vel telo aut quo alio ſciderit corpus, rupiſſe intelligitur.* d. l. 27. §. ſi quis teſtamenta. §. ſi nauem. §. rupiſſe. eo. In 12. tab. etiam Feſto teſte, *Rupicias, damnum dederis* ſignificabat.

Rupta cuſtodia. Tacit. lib. 18. & *Ruptis vinculis.* l. 13. D. de cuſtodia. *Ruptum linum.* Paul. lib. 4. ſent. tit. 6.

Rumpere teſtamentum. Paul. lib. 3. ſent. tit. 5. *vel teſtamenta.* l. 22. §. vlt. D. de captiuis. & l. 21. C. de collationibus. l. 2. C. de liber. præterit. item *Rumpi teſtamentum.* l. 7. & l. 12. D. de liber. & poſtum. & l. 1. §. 2. & 3. D. de iniuſto rupto. & *Rumpitur teſtamentum.* l. vlt. C. de bonorum poſſeſſ. cont. tab. ſic *Rumpitur teſtamentum agnatione poſtumi vel poſtumæ, cuius pater nullam teſtamento mentionem fecit.* l. 1. C. de poſtum. hæredib. & 1. C. de codicill. vnde *Ruptum teſtamentũ.* l. 1. D. de except. rei iudic. l. 58. §. teſtamento. D. de adminiſtrat. & peric. & *Ruptum teſtamentum nato poſtumo.* l. 31. D. de teſtam. milit. ſic *Ruptum dicitur quod naſcente poſthumo nequit ex hærede nominato neque hærede conſtituto rumpitur.* in veteri Gloſſ. & aliter *Ruptum teſtamentum* dicitur

quod

quod vel posteriore testamento ritè perfecto, & ex quo hæres extitit, vel agnatione sui hæredis ruptum est. l. 1. & 2. D. de iniusto rup. l. 59. §. testamento. D. de administrat. l. 31. D. de test. l. 1. D. de except. rei iudic. l. 1. C. de posthum. l. 30. §. vlt. D. de acquirend. hæred. l. 47. D. de condit. indeb. l. 6. D. de leg. Corn. de falsi. l. 1. Cod. de ord. iudiciorum. l. 1. §. siue autem. D. de tab. exhib. Instit. quibus mod. test. infirm. in princ. & §. 1. Isidor. lib. 5. Etymolog. cap. 24. *Ruptum testamentum* ait, *inde dictum quod nascente posthumo, neque exhæredato nominatim neque hærede instituto rumpatur.*

RVRSVS, pro, contra interdum vsurpari Seruius notat in illud Virgilij lib. 3. Georgicorum. *Rursus cura patrum cadere & succedere matrum* Incipit.

Sic accipitur in l. 11. §. si filio. & l. 88. D. ad leg. Falcid. l. 56. in fi. D. de iure dot. l. 1. D. quando appell. sit. l. 31. D. ad Trebell. §. rursus. Instit. de action. vti *Rursus ex diuerso* bis κατὰ αὖτ῀ Iustinia. dixit. Sic & apud Quint. lib. 4. cap. vlt. & aliàs sæpè hæc vox accipienda est.

RVRESTRE *opus.* l. 31. C. de locato & conducto.

RVSTICARIVS *homo.* l. 17. & l. vlt. D. de dolo mali except.

Rustica familia. l. 65. D. de legat. 2. l. 12. §. Trebatius. D. de instruct. vel instrumento. & *Rusticæ seruitutes*, id est prædiorum rusticorum. l. 1. D. de itiner. actu. priuat. *Rusticæ viæ.* l. 2. §. viarum. D. ne quid in loco publ.

Rusticum instrumentum. l. 20. in princ. & §. tyrannic. & §. vlt. D. de instruct. vel instrumen.

Rustica mancipia. l. 25. §. testator. D. de aliment. vel cib.

Rusticana plebs. l. 1. C. ne Rusticani.

Rusticitas. l. 2. §. vlt. D. de iure fisci.

Per Rusticitatem aliquid emissum. l. 1. §. 1. D. de inspic. ventre.

RVTA *cæsa* sine copula à veteribus pronunciabantur, sicut & alia multa. l. 5. §. idem Iulianus. D. ad exhib. l. 66. §. quintus. D. de contrahen. empt. l. 38. §. vlt. D. de actio. empt. Cicer. in Partitio. *Cùm ex testamentis quæritur, quid sit penus, aut cùm ex lege prædij quæritur quæ sint ruta cæsa.* Sic autem Festo interprete appellantur, *quæ venditor possessionis vsus sui causa conciderat, ruendáque contraxerat quasi eruta.* vt Nonius Marc. illo Virgilij versu confirmat, ex lib. 1. Georg.

Cumulósque ruit malè pinguis harenæ.

Sin autem Varro lib. 8. de lingua Lat. p. 166. *Ideóque in venditionis. l. simili ruta cæsa ita dicimus vt producamus.* Planè *Ruta Cæsa.* Q. Mucius Scæuola definiebat *quæ neque ædium neque fundi sūt*, in rutísque cæsis ea demùm statuebat, quæ terra non tenerentur, quæque opere structili tectorióve non continerentur. l. 66. in fi. D. de contrah. emptio. l. 241. D. de verborum significat. Vlpian. *Ruta esse*, ait, *quæ eruta sunt, vt creta, harena, & similia. Cæsa, vt carbones* & his similia. l. 17. §. si ruta. D. de actione empt. *Granaria item quæ ex tabulis fieri solent, quorum stipites supra terram sunt. Item Tegulæ nondum ædificiis impositæ rutis & cæsis cædunt.* l. 18. D. de actio. empt. Solebant verò in venditionibus hæc excipi: quod præter superiora loca, etiam ea quæ subieci, comprobant. Cicer. Topic. *Fecíque quod sæpè liberales venditores facere solent, vt cum ædes fundúmve vendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori quod ornandi causa aptè & loco positum videatur.* Idem lib. 2. de Orato. *Sed diceres te cum ædes paternas venderes me in rutis quidem & cæsis solum paternum recepisse.*

RVTILIVS l. 3. §. ligna. D. de penu leg.

B. BRISSONII DE VERB. QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE, LIBER XVII.

SABINVS notas scripserat, vt apparet ex l. 45. D. de legat. 3. & *Sabinus & Cassius* coniunguntur. l. 3. §. vlt. D. de lib. exhibend. Dissentit Proculus à Sabino in l. si duo, in fin. D. de solution. l. 138. D. de verbor. obligat. Ex *Sabino Pomponius*. l. 14. §. 1. D. solut. matrim.

SABINIANI & Proculeiani sectæ & familiæ erant Iurisconsultorum inter se pugnantium, cum prius tam varium tamque controuersum ius esset, vt quod vni placeret, alteri non placeret Iurisconsulto, quod Cic. multis locis suo tempore fieri conqueritur. Horum fit mentio in §. cum ex aliena. Institut. de rer. diuision. de *Sabinianis* in l. 11. §. idem ait. D. de donat. inter virum.

Sabiniani libri. l. ex libris. C.

SACCVS viginti nummorum. l. vulgaris. §. si is qui. D. de furt.

SACCVM & Sacculũ pro marsupio, loculis, crumena, repositorio, & reconditorio nummorum dicunt Iureconsulti. sic *Saccum signatum appellat*. in l. 26. §. vlt. D. deposit. & *Sacculum signatum*. l. 1. §. si pecunia. & l. 29. D. deposit. sic *cum Sacco adire*. in l. 105. D. de solutionibus. & *Sacculo nummi solui*. l. 25. D. de vsufruct. & *Sacculus cum pecunia*. l. vlt. D. de lege commiss. l. 3. §. si plus quàm. D. de statuliber. l. 21. §. 1. l. 77. D. de furt. Horat. lib. 2. Sermo. Sat. 3.

Mensam poni iubet atque
Effundi Saccos nummorum.

Martial. lib. 5. Epigramm.

Excussi loculósque sacculúmque.

Iuuenal. Satyr. 14.

Interea pleno cum turget Sacculus ore,
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

B. Gregor. Homilia 17. in Euangel. *In Sacculo pecunia clausa est*. B. Augustin. Sermo. de verbis Domini, *Et tales pecunias habetis & Sacculos impletis*. Idem Sermo. 1. Dominicę in septuagesima. *Vt Saccellus tuus impleatur nummis, anima tua febricitat curis*. Ascon. in 2. contra Verr. Oratio. *Portæ, sportulæ, sportellæ nummûm sunt receptacula, Sacci, Sacculi*. Idem in Oratio. *Equester ordo pro Cinnanis partibus contra Syllam steterat, multáque pecunias abstulerant, ex quo Sacculariį erant appellati*.

In Sacculo ponere & numerare opponuntur in l. 3. §. si plusquàm. D. de statuliber. Festus lib. 4. *Diratum ait æs inde dictum, quod diruebatur in fiscum, non in militis Sacculum*. August. lib. 2. de morib. Manichæorum. *Cùm & de proprio Sacculo diligenter occultato pecunia copiosa suppeteret*. Nonius Marcell. *Marsupium Saccum* interpretatur. Suidas σακέλλιον, βαλάντιον, μαρσύπιον, ἐξ οὗ καὶ σακελλάριος.

Sacculariorum autem qui vetitas artes exercentes partem in Sacculos subducebant, & partem subtrahebant meminere. l. penult. D. de extraordin. criminibus. l. 1. D. de effractorib. & interpr. Horat. pa. 312. b. *Sacculārius* autem eadem forma dicitur, qua *Manicularius* apud Tertullian. in Apologet. cap. 43. *Saccarius* in l. 40. §. fundi. D. de contrahenda emptione, qui saccum fert.

SACRA *moneta*. l. 38. D. de pœnis. *pecunia*. l. 4. D. ad leg. Iul. peculat. *res*. l. 6. §. sacræ. & l. 9. D. de rer. diuis.

SACRA

SACRA à sanctis & religiosis separantur. l. 1. D. de rerum diuis. l. 24. §. 1. D. de rei vendi. l. 14. in fi. D. de seruitutibus. l. 83. §. sacram. D. de verborum obligationib. l. 17. D. de verborum signific. Nam vt Festus lib. 16. scribit, *Sacrum est, quod Deo consecratum est: Sanctum, vt murus, qui circa oppidum est. Religiosum, vt sepulchrum, vbi corpus humatum est. Nostri sacras res esse aiunt, quæ publicè sunt consecratæ*, id est à principe, vel ab eo, cui princeps dedicandi dedit potestatem. *Quod verò sibi sacrum quis constituerit, id sacrum non est, sed profanum.* l. 6. §. sacræ res. l. 9. D. de rerum diuisio. l. vlt. D. vt in possess. legat.

Inde *Sacrarius.* l. 40. §. fundi. D. de contrah. empt.

Et *Sacrarium.* l. 1. §. 1. D. de rerum diuis. *Sacrarium autem locus in quo sacra reponuntur*, vt & Isidor lib. 15. cap. 5. scribit, quod vel in priuato ædificio esse potest. Vnde de Sacrario interdictum, *Ne quid in loco sacro* non competit. l. 1. §. 1. D. ne quid in loco sacro. l. 9. §. 1. D. de rer. diuisio. *Sacrum* tamen quandoque plenius accipitur, vt & sanctum contineat. l. 2. D. ne quid in loco sacr.

Sacra certamina sunt, quæ diis dedicata sunt. l. 4. D. de his qui not. infam. qualia erant Iouis Capitolini, Apollinares ludi, Romani ludi, & magnæ Deûm matris. Quintilian. libro 3. cap. 7. An laudes Capitolini Iouis perpetuæ sacri certaminis materia, vel dubiæ sunt, vel in Oratorio genere tractantur. de *Sacris certaminibus.* in l. 4. D. de his qui notantur infamia. & Quintilian. lib. 2. pag. 31. a. & lib. 3. pag. 54. a Inde Firmic. lib. 3. Mathes. cap. 12. *Sacris quoque faciet certaminibus præpositos.* Inde lib. 6. cap. 31. *Athletam faciet ipsa genitura, & qui in sacris certaminibus victor gloriosa & digna reportet præmia coronatorum.* quò referēda l. 6. §. athletæ. D. de suspect. tutor. Eumen. Rhetor in Oratio. pro scholis instaur. *An si fortissimi viri in Sacris certaminibus summo labore atque etiā vitæ periculo solam vocem præconia & coronæ testimoniū petūt.* Et iterum. *Ne iis quos ad spem omnium tribunalium aut interdum ad stipendia cognitionum sacrarum, aut fortasse, ad ipsa palatij magisteria prouehi oporteret.* Sic etiam *Sacras coronas* in l. 40. D. de re iudic. accipio quæ in Sacris certaminibus partæ sunt.

Sacras etiam Impp. *res* ad se pertinentes vocant. Sic *Sacras domos*, *Sacras largitiones*, *Sacra scrinia*, *Sacrum stabulum*, *Sacram monetam*, *Sacrum comitatum* in constitutionibus accipimus. Sic & *principales constitutiones Sacræ* dicuntur. l. 5. §. si tutor. D. de admin. tuto. l. 5. D. de manumissionibus. l. 27. D. de re iudicat. l. 1. & 43. D. de actio. empt. l. 18. in princip. & §. 1. D. de iur. fisci. l. 1. §. item. D. quæ sentent. sine appellat. resc. l. 4. & l. 6. D. de appellat. recip. l. 20. de vsuris. l. vlt. & de decret. decurion. l. 3. C. si minor se maiorem. l. 5. §. si tutor. D. de admin. & peric. Paul. l. 5. sent. tit. 25. l. 60. D. de ritu nuptiar. l. 5. D. de manumissionib. Ad Sacra certamina etiam refer locum Plinij libro 7. cap. 26. sic & *Rescripta Sacri affatus* dicuntur Sacri. D. de diuers. rescri. Et *Sacrum oraculum.* l. penult. C. si contra ius & oraculum in l. vlt. C. de diuers. resc. item *Sacer comitatus.* l. 1. C. de his qui met. l. 13. §. missionem. D. de re militari.

Sacer locus est locus consecratus. l. 9. §. 1. D. de rer. diuis. & titulo in Rubr. ne quid in loco Sacro. l. 17. §. sed loco. D. de aq. & aq.

Sacratissimus princeps. l. noua. D. ad Senatusconsult. Tertyllian.

Sacratissimæ ædes. l. 19. C. de vsur.

Sacer cognitor in l. 3. C. vbi Senator. l. 5. C. quo appell. non recip. cui audientiam causæ vice sua princeps mandauit. Qui & *Sacri auditorij cognitor*, in C. Theodos. vocatur. Et *iudex Sacrarum cognitionum* in quadam inscriptione Italica, ex qua alia Romana inscriptio ex Thermis Constantini descripta emendanda est, in qua iudex Sacrarum constitutionum, pro, cognitionum legitur.

Sacrarium principis in l. vlti. §. legati. D. de munerib. & honorib. l. 8. de legat. & decret. legatio. in C. Theod. l. 1. D. ne quid in loco Sacro. *Sacrarium principis.* l. vlt. §. 1.

Sacrilegi sunt, qui publica sacra compilauerunt. l. 6. & l. 9. D. ad leg. Iul. pecul. Seruius in 9. Eclogam Virgil. *Sublegere* (ait) *furari est: Vnde & Sacrilegus dicitur, qui sacra legit*, id est, furatur. *Sacrilegium* autem etiam Impp. appellant *suarum constitutionum violatarū crimen.* l. vn. C. de crimi. sacril. l. 6. de appellatio. in C. Theodos. *Sacrilegiique crimen irrogant his, qui præcepta sua neglexerint, vel scita violarint.* l. 1. C. vt digni. ordo seruet. lib. 12. l. 13. C. de erogatio. milit. annonę. li. 12. & apud Cassiodor. in libris Variar. aliquoties. Vegetius in prologo lib. 2. *Rursus tanti Imperatoris non obedire præceptis plenum Sacrilegij videbatur atque periculi.*

Sacrum Vet. Glossar. Græc. ἱερὸν τὸ δημόσιον ἀφιερωθὲν ἐν πόλει ἢ ἐν ἀγρῷ.

Sacrum & profanum opponuntur in l. 6. §. Sacræ autem. D. de diuisione rerum.

Sacrum iudiciū. l. 26. & l. 22. C. de appellation. *Sacra publica vel priuata.* l. 9. D. ad l. Iul. pecul.

In *Sacris manentes filij*. l. 3. C. de ſuis & legitim. l. 12. C. de collationib.

In *Sacris autem paternis conſtituti*, manerévе ab Impp. dicuntur, qui in patris poteſtate ſunt. l. vlt. C. de inoffic. teſtam. l. vlt. C. de cur. fur. l. vlt. C. ad Senatuſcon. Tertyllian. l. 2. C. de ſuis & legiti. l. 3. & l. 6. C. de bon. mater. Et à Sacris paternis abſolui remittive pro poteſtate paterna liberari. l. 1. §. vlt. de ann. recep. l. 31. C. de fideicomm. & l. 12. C. de collatio. Eſt huius locutionis ſcitum & elegans exemplũ apud B. Ambroſiũ lib. 4. de fide ad Gratia. cap. 4. *Niſi fortè* (ait) *tanquam conſtitutum in familia Chriſtum putent dolere, quòd emancipatus à patre non ſit, aut adminiſtrandi patrimonij non habet facultatem. Sed non eſt Chriſtus in ſacris qui ſacra vniuerſa deſtruxit.* Hæc autem locutio inde fluxit quòd filiusfa. eorundem cum parentibus, quorum poteſtate continebantur Sacrorum participes erant. Inde & qui per adoptionem in ius alienum tranſierant, in familiam & Sacra tranſire dicebantur. Valer. lib. 7. cap. 7. Et *aliquantulum adiuuabat hæredes quod M. Anneius in Suffenatis familiam ac Sacra tranſierat.* Habebant enim veteres propria ſuâ familiaria ſacra, vt & Cicer. lib. 2. de legib. perſpicuè oſtendit.

Sacra æraria. l. vlt. C. de aduocat. fiſci. & *Sacra vrbis*. l. 2. C. de naut. fœn.

Sacra euocare in l. 9. §. 1. D. de rer. diuiſio. Solebant autem Romani ante omnia in oppugnationibus, Deum cuius in tutela oppidum eſſet, euocare certis carminibus, quæ à Liuio lib. 5. & Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 8. referuntur. Quod & Plinius lib. 28. cap. 2. & Seruius 2. Æneid. notat, ad illum verſum. *Exceſſere omnes adytis, arísque relictis.* Feſtus Pompeius, Sacra appellantur.

Sacris vacare. l. 32. §. Sacerdotio. D. de recept.

Sacra facere. l. 2. D. de in ius vocando.

SACRAMENTVM quid olim eſſet, Varro lib. 4. de lingua Lat. his verbis explicat. *Ea pecunia, quæ in iudicium venit in ritibus, ſacramentum à ſacro dicitur. Qui petebat, & qui inficiabatur de aliis rebus vtrique quingentos forte aſſes æris ad pontem deponebant, de aliis rebus item certo alio numero aſsium: Qui iudicio vicerat, ſuum Sacramentum à ſacro auferebat, victi ad ærarium redibat.* Sed huius verbi apud Feſtum explicatio tranſpoſitione paginarum valde deprauata & mutila eſt. Nam quæ in verbo Sacramentum plenæ definitioni deſunt, ea ex verbo, Seſtertius, quemadmodum me ſingularis doctrinæ vir idémque longè humaniſſimus D. Montiſpeſſulanenſis Epiſcopus docuit repetenda, & in hunc modum continuanda ſunt. *Sacramentum æs ſignificat, quod pœnæ nomine penditur, ſiue in rem agitur, ſiue contenditur. Id in aliis rebus quinquaginta aſſium eſt, in aliis rebus quingentorum inter eos qui iudicio inter ſe contenderent. Quod lege Papin. Tribuni plebis ſancitum eſt his verbis, &c.* Quæ verò in verbo Sacramentum leguntur, ea pertinent ad dictionem Septimontio. Inde verò explicari poterit quod ait Tullius pro Roſcio Com. *legitimæ partis ſponſionem factam.* Nam ſacramenti quantitas lege definita erat. Ad locos autem vulgares Ciceronis & Valerij qui de Sacramento citari ſolent, addendus eſt Ciceronis elegans lib. 7. epiſt. ad Volumnium iocus, in qua ita eſt, *Pugna, ſi me amas, niſi ridiculum προσδόκιαν, niſi cætera quæ ſunt à me in ſecundo de Oratore per Antonij perſonam diſputata de ridiculis, ἐντεχνα & arguta apparebunt, vt ſacramento contendas mea non eſſe.* Adde & illas ex Valerij Probi libello notas. *S. N. S. Q.* quæ hæc ſignificabant, *Si negat, ſacramentum quærito.* Item has, Q. N. T. S. Q. P. id eſt, *Quando negas, te ſacramento quinquagenario prouoco.* Quæ fuiſſe ſolennia ſponſionis Sacramenti verba veriſimile eſt.

Sacramentum etiam ὅρκον στρατιωτικὸν ſignificat. l. 8. C. de legat. l. de immunita. conceſſa. in C. Theod. Quo qui liberabantur, *Sacramento ſolui* dicebantur. l. 2. §. miles. D. de his qui not. infam. l. 14. D. de his quæ vt indign. l. vlt. D. de re milit. de *Sacramento militari*. in l. qui accuſare. 8. D. de accuſat. & l. miles. 11. in princ. D. ad leg. Iul. de adulteriis. l. 13. §. Miſſionem. D. de re militari. l. 14. D. de his quæ vt indign.

Sacramenti iura. l. 3. C. de caſtrenſ. peculio.

Sacerdos iuſtitiæ. l. 1. D. de iuſtit. & iure. & apud Symmachum in relat. ad Valentinian. ſic *Sacerdotes Iuſtitiæ* pro Iuriſconſultis. Corippus lib. 1. in laudem Iuſtini de quæſtore Anaſtaſio, *Iuris legúmque ſacerdos*. B. Auguſtin. epiſt. 5. ad Marcellin. de Apuleio, *Et Sacerdos prouinciæ pro magno fuit vt munera ederet, venatoréſque veſtiret.* Sacerdotes Vet. Gloſſarium Græcum, οἱ τῷ νόμῳ θεραπευταὶ.

Sacerdotium. in l. 37. §. ſacerdotio. D. de pactis. *Sacerdotium etiam in prouinciis & municipiis*. l. 1. D. ad leg. Iul. de ambitu. l. 1. & 17. D. de mun. & honor. l. 8. & 13. D. de vacatio. muner. l. 8. D. de excuſ. tuto. l. 1. C. de natur. lib. l. vn. de pericu. ſucceſſ. lib. 10. C. Paul. lib. 5. ſent. tit. 30. l. 11. D. de pollicit. Quod *patrimonij munus* eſſe ait. l. 8. de muneribus patrimonio. libro 10.

Iul.

Iul. Fir. lib. 4. Matheſ. cap. 15. *Faciet quoque nobili poteſtate pro climatis genituræ menſura gymnaſiarchas, prouinciarum Sacerdotes.* Verſabatur autem Sacerdotiorum munus in adparatu, editione & exhibitione ludorum, vt oſtendit l. vlt. de expenſ. ludor. in C. Theod. Inde *Sacerdotiorum editiones* in l. 1. de ſpectacul. in C. Theod.

In *Sacerdotio eſſe.* l. 4. C. de iniuriis.

SÆPE *conſtitutum eſt.* l. 5. C. de profeſſor. l. 46. §. qui compenſationem. D. de iure fiſci. l. 3. C. de reſcind. vendit. *Sæpè decretum.* l. 1. C. quando ex fact. *Sæpè reſcriptum eſt.* l. 1. C. vt nouo princ. l. 3. C. ſi cenſ. pet. l. 16. C. famil. erciſc. l. 7. C. de compenſationibus. l. 11. C. de locato & conducto. l. 1. C. vt cauſa. l. 2. C. de hæred. tut. l. 4. C. de pœn. tutor. l. 4. C. de iure deliber. l. 1. C. ſi in cauſ. iud. l. vlt. C. de crim. ſtellionat. l. 8. §. 1. D. de inoff. *Sæpè iudicatum.* l. 1. §. hoc autem. D. de Senatuſc. Silan. *Sæpè retuli.* l. 23. §. vlt. D. de adquir. rerum dominio.

Sæpiſsimè conſtitutum. l. 3. C. de appellat. l. 3. D. de l. Fabia. & l. 3. C. de appellationibus. l. 10. §. ſi cui. & §. ſi cum mulier. D. qui in fraud. credit. l. 63. D. de re iudic. l. 3. D. de in integr. reſtit. *Sæpiſsimè reſcripſit.* l. 26. D. de pignerat. actio. *Sæpiſsimè reſcripſerunt.* l. 2. D. de cadaueribus. *Sæpiſsimè reſcriptum eſt.* l. 1. §. Seruum. D. de quæſtionibus. l. 20. D. de minoribus. l. 4. §. vlt. D. de cenſibus. l. 15. D. de minor. l. 26. §. item. D. ex quibus. l. 26. & l. 36. D. de pigner. act. l. 8. §. ſi Imperator. D. de inoffic. teſtamen. l. 2. §. ignominia. D. de his qui notant. infamia. l. 4. D. de in lit. iur. l. 1. §. ſi ſeruus. D. ſi is qui teſtam. liber. *Sæpiſsimè conſtitutum & reſcriptum.* l. 2. §. vlt. D. ex quibus cauſis maior. l. 6. D. de religioſis. *Sæpiſsimè reſcriptum & cõſtitutum.* l. 1. D. de iure codicill. l. 9. D. de lib. & leg. *Sæpiſsimè reſponſum eſt.* l. 6. C. de pact. conuent. *Sæpiſsimè ſtatuere hæredibus.* l. 1. §. vlt. D. vbi pupill. educ. *Sæpiſsimè iudicio datus.* l. 1. D. à quibus appell. *Sæpiſsimè ſcripſit Iulianus.* l. 5. §. ſed & ſi. D. de legat. præſtand. l. 16. §. vlt. D. de oper. libert.

SÆVIRE *in ſe.* l. 1. §. ſi ſibi. D. de Senat. Silan. *Sæuire ſupra modum.* l. 1. D. de his qui ſui.

Sæuitia domini. l. 23. D. de ædilit. edicto. *Sæuitia dominorum in lege Dei.* tit. 3. *Sæuitia fructuarij.* l. 15. ſufficienter. D. de vſufruct. *Sæuitia & feritate corrumpere mancipium.* lege 15. D. de vſufruct.

Sæuitia furoris. l. 22. §. ſin autem. D. ſoluto matrimonio. *Sæuitia nimia præceptoris.* l. 6. D. ad leg. Aquil.

Sæuitiam exponere. l. 1. §. quod. D. de off. præfect. vrb.

Sæuus in ſeruos. l. 2. §. ſi maritus. D. ſoluto matrim.

SAGARIA *negotiatio.* l. 52. §. quidam. D. pro ſoc.

SALAMANDRA in l. 3. §. alio. D. ad leg. Corn. de ſicar. Animal id eſſe lacerti figura ſtellatum ac varium Dioſcorides lib. 2. & Plinius lib. 10. cap. 67. ſcribunt, cui tantus rigor eſt, vt ignem tactu extinguat: vnde & nata eſt vulgi opinio exiſtimantis igne eam veſci, nec vnquam eo abſumi, cùm præ frigiditate quidem aliquo tempore in igne illæſa ſubſiſtere poſſit, eo tamen tandem conſumatur, vt Galen. lib. 3. de temperament. ſcribit. Cæterùm inter venena numeratur. Nam hauſtum eius ſequitur inflammatio linguæ, & cum corpore, reſolutionéque aliqua tremor & ſermonis impedimentum, & liuor totius corporis, vt Diſcorid. lib. 6. & Plin. lib. 29. cap. 2. tradunt.

SALARIVM *conſtitutum.* l. 77. D. mandat. *Salarium annuum.* lege vlt. §. vlt. D. de obligationibus.

SALARIVM autem annuam erogationem ſignificat, quæ alicui ſui tuendi exhibendíque cauſa præſtatur. l. vlt. D. de in rem verſ. l. 8. §. ſi in ſingulos. D. de tranſactio. l. vlt. in fi. D. de oblig. & actio. l. 19. §. vlt. D. de annu. lega. Salarium verò Cornut. in Perſium victum vnius diei interpretatur. Plin. lib. 31. cap. 7. de ſale tractans, *Honoribus etiam militiáque interponitur ſalariis inde dictis magna apud antiquos auctoritate, ſicut apparet ex nomine Salariæ viæ, quoniam illa ſal ad Sabinos portari conſueuerat. Salarium* etiam annuas mercedes ſtipendiáque, quæ ob liberalem artem vel medicinam præſtantur, ſignificat. l. 16. §. 1. de aliment. lega. l. 4. D. de decret. ab ordi. fac. l. 51. §. item Papinianus. D. pro ſoc. l. 7. l. 56. §. Salarium. D. manda. l. 1. & l. 18. C. eo. l. 4. D. de offic. adſeſſ. l. 20. §. vlt. D. loca. Inde *Salariarius*, qui Salario fruitur. l. 10. §. idem Labeo. D. manda. *Salarium* quoque *prædij* Iuriſconſulti dicunt in l. 40. §. hæres. D. de legat. lib. 1. l. 8. D. de vſufruct. & *Salarium pro lapidibus cædendis* in l. 14. in fi. D. commun. præd.

SALICTVM l. 7. §. notauimus. D. quod vi aut clàm. & l. 3. D. arbor. furt. cæſar.

SALIGNEÆ *virgæ*. l. 3. D. arbor. furt. cæſar.

SALINÆ. l. 32. vxori. D. de vſu & vſufruct.

SALINÆ autem quædam *publicæ*, quædam *priuatæ* erant. l. 17. D. de verborum ſignific. l. 13. D. de publican. l. 4. §. ſalinæ. D. de cenſib. l. 5. §. 1. D. de reb. eor. qui. l. 8. §. in miniſterium. D. de pœn. l. 1. D. quod cuiuſque. l. 5. D. de rebus eorum.

Salinarum vectigal. l. liber homo. §. 1. D. de hæred. inſtituend. l. 17. & l. 1. D. quod cuiuſque vniuerſ. l. 59. §. 1. de hær. inſtit. *Salinarum conductores*. in l. 11. C. de vectigal. & com. in quas olim etiam ob maleficium pœnæ loco damnari maximè fœminas conſueuiſſe oſtendit d. l. 8. §. in miniſterium. D. de pœn. & l. 6. D. de captiu. & poſtlim.

SALONITANORVM portus in l. 3. C. de naut. fœn. non in Africa, vt Accurſ. exiſtimat, ſed in Dalmatia eſt. Strabo. lib. 7. Καὶ ἡ τῶν Δαλματέων παραλία καὶ τὸ ὕπτιον αὐτῶν Σάλωνα. Fit eius loci crebra mentio in Itinerario Antonini.

SALIENTES. Plin. lib 36. cap. 15.

SALTVS. l. 1. D. de fugitiu. 2. C. de noxal. action. *ex multis ſaltibus paſtione fructus percipitur*. l. 32. §. 1. D. de vſufruct. vnde

SALTVS appellabant veteres paſcua loca & paſtionibus accommodata. l. penult. §. 1. D. ſi ſeruit. vindic. l. 8. D. de inſtr. vel inſtrum. l. 52. D. de actio. empt. l. 25. D. de pignor. actio. Varro lib. 4. de lingua Lat. *Quos agros non colebant propter ſyluas aut id genus vbi pecus poſſit paſci, & poſſidebant, ab vſu ſuo Saltus nominarunt*. idem lib. 1. de re Ruſtica. cap. 1. Hæc Græcis, ἄλσεα καὶ νομὰς, *noſtri memora* dicunt. Ælius verò Gallus apud Feſt. lib. 17. *Saltum* definit, *vbi ſylua & paſtiones ſunt, quarum cauſa cæſa quoque ibi ſint*. Et adiicio, ſiqua particula in ſaltu aut cuſtodū cauſa aratur, eam rem non perimere nomen ſaltus, non magis quàm fundi, qui eſt in agro culto & eius cauſa habet ædificium, ſiqua particula in eo habet ſyluam. Virgil. libro ſecundo. Geor.

Saltibus in vacuis paſcunt, & plena ſecundum
Flumina. Et quid ſit vide Varron. lib. 2. de lingua Lat. Inde *Saltus paſcuus*. l. 19. §. 1. D. loca. Et *Saltus paſtionésque* in l. 8. D. de inſtruct. vel inſtrum. Et *per greges paſtionésque fructus ex Saltibus percipi dicitur*. l. 32. D. de vſufruct. l. 9. D. de inſtr. vel inſtrumen. item *Saltus pro paſcuis ouium*. l. 2. metamorph.

In *Saltibus* etiam venari dixit Tryphonin. in l. 62. D. de vſufru. Virgil. 1. Georgic.

Et magnos canibus circundare ſaltus.

Saltus autem alij æſtiui, alij hyberni erant. l. 67. D. de legat. 3. l. 3. §. ſaltus. l. 44. §. vlt. D. de acquir. poſſ. Varro lib. 11. de re Ruſt. cap. *Aeſtiuos* definit Vlpia. *quibus interdum etiam hyeme, plerunque autem æſtate vtimur*. l. 1. §. æſtiua. D. de aqua quotid. *Saltus communis eſt in quo municipes habent ius cōpaſcendi*. l. 20. §. vlt. D. ſi ſeruit. vindic. *Saltus in quo fundus eſt*. l. 52. D. de act. empti. *Saltus communis habens habitationes paternas*. l. 27. D. de nego. geſt.

In Saltus admitti fugitiui. l. 1. D. de fugitiuis.

Saltuarius cuſtos fundi eſt. deſiderant enim tam villæ quàm agri cuſtodiam, ne quid vicini, aut agri aut fructuum occupent. lege 15. §. vlt. D. de inſtructo. *Saltuarios* Gloſſarium ἀγραφύλακας vocat, qui Saltuum cuſtodes dicuntur & fructuum ſeruandorum gratia parati vel finium cuſtodiendorum cauſa. l. 8. in fi. l. 12. §. Saltuarium. l. 16. ſi ita. §. 1. D. de vſu & habit. l. 62. in fin. D. de legat. lib. 3. Etiam qui ſaltibus adſcripti ſunt, *Saltuenſes* vocantur in l. 1. de fugiti. colon. lib. 11. C. & l. 13. qui milit. non poſſ. lib. 12. *Saltuenſes fundi*. l. 13. C. de fund. patrimonial. lib. 11.

Saltuarij ſerui. l. cum quæretur. D. de legatis 3. & l. 2. §. Saltuarium. D. de inſtante vel inſtrument.

SALVAM *actionem habere*. l. 17. §. marito. D. de doli. item *Saluam habet actionem*. l. 71. §. vlt. D. de condit. & demonſtr. vt & *Saluam perſecutionem habere*. l. 88. §. Sempronia. D. de agnoſc. item *Saluæ actiones*. l. 4. D. de bon. damnatorum. & *Saluæ ſunt actiones*. l. 14. §. vlt. de appellationibus.

Salua exceptio. l. 12. D. de diuerſ. tempor. *Salua res eſt*. vide tit. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. *Salua eſt vindicatio*. l. 54. §. cum furti. D. de fur.

Saluam fore portionem. l. 2. C. de his quibus vt indign. *Rem Saluam habiturum*. l. 23. D. de vſucapionibus. *Saluam fore Rempub. cauere*. l. 16. §. inuitant. D. de muneribus & honoribus. & *Saluam fore rem pupil. Tu rem pupil. habe ſal*. Plaut. Aſinar. act. ſc. *De periculo meo, rem ſaluam ego exhibebo*.

Salua ciuitate. l. 4. D. ſi quis caut. l. 2. & l. 5. D. de cap. minut. *Salua dignitate*. l. 125. D. de verborum

borum ſignificatione. *Salua fide.* l. 32. D. depoſiti. *Salua legatorum cauſa.* l. 41. D. ex quibus cauſ. maior. *Salua Falcidia.* l. 78. D. de hæred. inſtit. l. 19. C. de iur. dot. *Salua ratione legis Falcidiæ.* l. 2. §. vlt. D. de iure codicill. *Salua Falcidiæ ratione.* l. 77. §. 1. D. de legat. 2. *Salua legis Falcidiæ authoritate.* l. 10. C. famil. erciſcundæ. *Salua indemnitate.* l. 3. C. de priuilegio fiſci. *Salua cauſa pignoris.* & *Saluum ius pignoris.* l. 10. C. quibus mod. pign. & *Saluo iure debiti.* l. 13. C. de donat. inter vir. *Salua ſubſtantia.* Vlpian. lib. reg. *Salua reuerentia.* lege 1. C. de conditione ob turp. cau.

Saluo officio. l. cum fideicommiſſ. 7. D. de confeſſ.

Salua fore decem. l. 67. D. de verb. oblig.

Salua manſerunt legata. l. 12. D. de his quæ vt indign.

SALVIS *verbis legis fieri* quid dicitur quod fit abſque offenſa verborum. l. contra legem 29. D. de legib. Sic Cic. epiſt. 6. ad App. *Et vt habere rationem poſsis quo loco me ſalua lege Cornelia conuenire poſsis.*

Saluis infantia nummis. Iuuenal.

SALVBRE *conſilium.* l. 5. §. Papinianus. D. de adminiſtr. & peric.

Salubris ratio. l. 2. C. de long. temp. præſcrip.

Salubritas legis. l. 6. C. de appellat.

Salubriter ſtatutum. l. 9. C. quomodo & quando. & *Salubriter pro vtilitate hominum introductum.* l. 25. D. de legib.

Saluberrimè. l. 1. C. de interdict. matrim.

SALVIANVM interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis, quo vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigit. §. interdictum quoque. Inſtit. de interdict. l. 1. & 2. D. de Saluian. interd. l. 1. C. eodem. l. 2. §. adipiſcendæ. D. de interd.

SALVIVS Iulianus Prætor & Conſul in l. an apud. D. de manumiſſ. vindict. vbi & Iauolenum præceptorem ſuum vocat. l. ſi ex lege. D. de adulteriis.

Saluius Ariſto Neratio antiquior, à quo & Celſo patri præponitur. in l. 3. D. mandati. in l. Saluius. D. de legat. præſtand.

SALVS *principis.* in l. ſi caluitur, in fi. D. de verborum ſignific. *qui per ſalutem ſuam iurat.* l. qui per ſalutem. D. de iureiur.

SALVSTIANI horti, vide in verbo Hortus.

SANA *Mens* & *Sanæ mentis.* l. 2. §. ſi à furioſo. D. pro emptore. l. 4. D. de tribut. l. ex facto 43. D. de vulg. & pup. *Parum ſanæ mentis eſſe videntur qui non ex officio pietatis teſtantur.* l. hoc colore. 19. D. de inoffic. *Sana mente fecit teſtamentum.* l. 60. de acquiren. vel omitt. & contrà *Non ſanæ mentis.* l. 5. D. de inoffi. teſtam.

Sanos, ait Cicero, lib. 3. Tuſcul. Quæſt. *intelligimus eos quorum mens motu, quaſi morbo perturbata nullo ſit.* Ita ſanum mente accipe in l. ſanum. C. de donat. Et *Sanos propinquos* apud Horat. & *nemo Sanus probabit.* l. 31. D. de euictionib.

Sanos mores recipere prodigus dicitur in l. 1. D. de curatorib. furioſo. vt & *Sanitatem recipere furioſus.* l. 1. D. de curat. furioſo.

SANARE ægrum. l. 15. §. 1. D. de manumiſſ.

SANCTA *perſona.* l. 9. D. de obſeq. parent.

Sancta loca. l. 2. D. ne quid in loco public. ſunt autem *Sancta loca, muri & portæ.* l. 2. D. ne quid in loco publico. &

SANCTA dicuntur propriè, quæ neque ſacra, neque religioſa, neque profana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata. Quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi non ſit Deo conſecratum. l. 9. §. propriè. D. de rerum diuiſio. A *Sanciendo* enim ſanctum dictum quaſi incorruptum & inuiolatum, vt Aggen. Vrbic. in Commentar. ad Frontin. ſcribit. Alio modo *Sanctum* definitur eſſe quod ab hominum iniuria munitum atque defenſum eſt. Dictum eſt autem à ſagminibus. l. 8. D. eod. id eſt, à verbenis, ſeu herbis puris quæ ex loco ſancto ſecabantur à Conſule vel Prætore legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellúmve indicendum. quemadmodum Feſt. lib. 17. tradit. & Plin. lib. 22. cap. 2. ſignificant. Ex quo & ipſi *legati ſancti* eſſe iure gentium dicuntur, quòd eos violari nefas ſit, quódque ab omni iniuria eos ius gentium vindicet & tutos præſtet. l. vlt. D. de legationibus. In Vet. Gloſſar. Græc. Sancta, τείχη ἐκκλησίαι αὐκτήρια μαρτύρια, καὶ ὅσα ἀφιέρωται τῶν ἱερέων θεῷ καθιέρωται, καὶ τὰ τίμια κειμήλια.

Sancta res, Vetus Gloſſarium Græcum, νομίκη ὑπόθεσις μέσον δύο λογίων ἀνδρῶν. Sancta autē res ſunt, vt in ciuitatibus & oppidis muri & portæ. l. 1. & l. 8. in fi. D. de rerum diuiſio. l. 2. D.

ne quid in loc. sacr. Zonar. tomo secundo, ἀάγκτα γὰρ ἦσαν ῥωμαίοις τὰ τείχη. Sedenim quod ad portas attinet à Iureconsult. dissentire Plutarch. videtur, qui ἐν τοῖς ῥωμαϊκοῖς muros ἱερὰς esse, portas non item, scribit: quòd per portas cadauera efferantur, aliæ item res impuræ & immundæ per eas transmittantur, inuehantur, euehantur. Verùm diuersa potiùs quàm contraria aut pugnantia dicit. Meritò enim negat portas religionis quicquam habere, aliter atque muros qui aratro circunduci atque ambiri certis adhibitis sacris in designanda vrbe solebant: cùm eo loci, in quo portæ struendæ erant, sisti aratrum & sustolli consueuisset: Verum est tamen nec portis nec muris quicquam coniungi, vel apponi licuisse, nec aliquid omnino in eas sine nefario scelere committi potuisse, quo violari viderentur. Eaproptérque in sanctis consulti eorum vtrumque rectè numerant. l. 2. & l. vlt. D. ne quid in loco sacr. Gaius lib. 2. Institutio. tit. 1. *Sanctæ quoque leges dicuntur, propter sanctiones quibus leges seipsas olim muniebant.* l. 9. §. propriè. D. de rerum diuisio. Macrob. lib. 3. pag. 318. *Sacratas vtro eas leges appellatas* Festus scribit, *quibus cautum erat, vt si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui deorum cum familia pecuniáque esset.* Cic. pro Cornel. Balbo, *Sacrosanctum nihil potest esse nisi quod populus plébs ve sanxisset.* Deinde sanctiones sacrandæ erant aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis, aut pœnæ, cùm caput eius qui contra fecerit, consecratur. Atque hæ extremæ legum partes, quibus in eos, qui aduersus leges committerent, pœna irrogabatur, & sanciebatur, *Sanctiones* vocabantur. l. 41. D. de pœnis. d. l. 9. §. propriè. & l. 4. C. de iure fisci. Quarum exempla sunt apud Cicero. lib. 10. epist. ad Atticum, & apud Festum lib. 17. in verbo, Satyra. Idem Cic. lib. 2. Rhetoric. *Plus valet sanctio permissione.* Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 3. Vnde & *Sanctæ leges* quæ non debent pœnæ sanctione corrumpi.

Sanctus locus. l. 17. §. 1. D. de aqu. & aq.

Sanctum quid. l. 8. & l. 9. §. propriè. D. de diuision. rerum.

Sanctum autem aiebat Aelius Gallus esse murum, qui sit circum oppidum. Festus in verbo Religiosus.

Sanctissima domina. lege 19. §. quæ maior. de ann. legat. & *Sanctissima res.* D. de extraord. cognit.

Sanctissimus Imperator. l. 3. D. de natal. restit. l. 81. §. 1. D. de legat. 2.

Sancire etiam testator dicitur l. 24. C. famil. erciscund.

Sanxerunt principes. l. 1. & l. 2. C. de donat. quæ sub modo.

Sancitum Senatusconsultum & statutum principum. l. 1. C. quibus ex caus. serui.

SANCTVARIVM principis libros atque commentarios, in quos agrorum formæ referebantur, aut, quod magis est, locum ipsum & tabularium in quo huiusmodi libri reponebantur, significat. Sicul. Flacc. in lib. de conditio. agrorum. *Quòd si quis contradicat, sanctuarium Cæsaris respici solet: omnium enim agrorum & diuisorum, & adsignatorum formas, sed & diuisionem commentarius & principatus in sanctuario habet. Qualescunque enim formæ fuerint, si ambigatur, de eorũ fide ad sanctuarium principis reuertendum erit.* Hygin. in lib. de limit. constit. *Omnes significationes & formas æris tabulis inscribemus, libros & typum totius perticæ linteis descriptum, secundum suas determinationes, descriptis adfinibus, tabulario Cæsaris inferemus. Et si qua beneficia, aut concessa, aut adsignata coloniæ fuerunt, siue in proximo, siue inter alias ciuitates, in libro beneficiorum adscribemus. Et quidquid aliud ad instrumentum mensorum pertinebit, non solùm colonia, sed & tabularium Cæsaris manu conditoris subscriptum habere debet.* Ita & *Sanctuarium Mithridatis* pro secreto eius tabulario dixit Plin. lib. 23. cap. 28.

SANCTIMONIALES appellant Impp. virgines Deo deuotas, dicatas, & consecratas. l. vn. C. de rap. Virgin. B. Augustin. Sermo. 23. *Non mihi videtur parabola ad eas solas pertinere propria & excellentiori sanctitate virgines quæ in Ecclesia nominantur, quas etiam vsitatiore vocabulo Sanctimoniales appellare consueuimus.* Quo verbo vtitur & lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 16.

Sanctus Cassius prætor. l. vlt. D. de acquir. hæred.

SANGVIS naturalem coniunctionem significat. sic *Sanguinis caritas.* l. 5. §. 1. D. de adgnosc. & al. & *Sanguinis contumelia.* l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. item *Honor sanguinis.* l. 1. §. Largius. D. de successor. edict. & *Sanguinis proximitas.* lege 7. C. de in integr. restit. sic & *Sanguinis ratio.* l. 2. D. vnde agnati. l. 16. §. vlt. D. de castrens. peculio. item *Sanguine contingere.* l. 12. D. de manumiss. vin. & *Sanguine coniunctus.* l. 9. §. vlt. D. vnde adgnat.

Sanguinis iura. l. iura. D. de diuers. regul. iur. l. vacantia. C. de bon. vacantib. l. 34. D. de pact. *Sanguinis pœna.* l. transigere. C. de transactionib.

Sanguinem suum redimere. l. 1. D. de bon. eorum qui ante sentent. mort. sibi consciscunt. Sic

Sanguinis

Sanguinis nomina. Ouidius lib. 9. Metamorphoſ. *Sanguinis gradus.* idem Ouid. epiſtola Briſeidis ad Achillem. *Sanguinis auctor.* Virgil. lib. 7. Æneid.

Sanguinis turbatio. l. 11. D. de his qui notant. infamia.

Sanguineas virgas in l. penult. D. ad leg. Pompeiam de parricid. cum Magio interpretor è ſanguineis fruticibus decerptas, de quibus vide Plinium lib. 16. cap. 32. & 37. & libro 14. cap. 10.

SANGVINOLENTOS appellant recentes editos infantes. Rubr. de infantibus expoſitis. C. & in l. vlt. C. de patrib. qui fil. diſtr. & ita ſanguinolentum à matre dixit Donat. quem Iuuenalis adhuc à matre rubentem.

SAPIENTIAM pro Philoſophia dixit Pompo. in l. 2. §. poſt hunc maximè. D. de orig. iur. Et *Sapientiam ciuilem* Vlpianus pro iuris ciuilis ſcientia in lege 1. §. proinde. D. de extraordi. cognitio. hinc *Sapientiæ ſtudioſi.* apud Quintil. lib. 1. & lib. 7.

Sapientes Iuriſconſultos ſæpè vocarunt. Cic. lib. 1. Tuſcul. Quæſt. *Ratio & diſciplina, ſtudio Sapientiæ, quæ philoſophia dicitur,* continentur. Tacit. lib. 14. *Et Sapientiæ doctoribus tempus impartiebatur.* Et lib. *Doctores Sapientiæ ſecutus eſt qui ſola bona quæ honeſta, mala tantùm quæ turpia.* Et lib. vlt. *expulſus inſuper Sapientiæ profeſſoribus.* Agell. lib. 31. *Sex. Cæcilius Iuriſconſultus* Fauorinum ita alloquitur, *Dic enim, quæſo, vir Sapientiæ ſtudioſiſsime.*

Sapiens à populo primus Publius Attilius appellatus eſt, vt idem Pompo. ſcribit in l. 2. §. deinde Sextus. D. de orig. iuris.

SARCINA, & *Sarcinæ vectorum.* l. 2. D. de leg. Rod.

Sarcinulæ. l. 15. §. vlt. D. ex quib. cauſ. maior. Paul. lib. 7. ſent. tit. 32.

SARCIRE. l. 22. & l. 32. de damn. infect.

SARCIRE autem in 12. tabul. ſatisfacere ſignificabat, auctore Feſto. Inde *Sarcire noxam,* id eſt, damnum præſtare. l. 1. §. cum arietes. D. ſi quadrup. paup. l. 14. D. de incend. rui. *Sarcire noxiam.* l. 9. D. de iniur. *Sarcire damnum.* in l. 32. in fi. D. de damn. infect. l. 7. & l. 15. §. eleganter. l. 22. D. de damno infecto. l. 21. §. etſi. D. de rerum amot. l. 2. §. officium. D. de aqu. & aqu. pluu. Paul. l. 5. ſent. tit. 20. l. 28. D. commun. diuid. l. 3. §. vlt. D. de vi & vi armat. & l. 7. D. commodati. & l. 10. C. de adminiſtrat. tut. *Sarciri damnum & detrimentum.* l. 1. & l. 2. §. 1. D. de leg. Rod. *Sarciri damnum vel lucrum.* l. 11. D. ad Senatuſconſultum Trebell. *Sarciri damnum actione,* & in l. 32. de damn. infect. & in lege Dei. tit. 11. & tit. 12. *Sarciendum damnum.* l. 1. & l. 3. C. ſi aduerſ. libert. *Sarcire damna.* l. 1. C. de periculo nominator. *Sarcire quod deeſt.* l. 23. D. ad leg. *Sarcire fideicommiſſum.* l. 11. §. ſi quis decem. D. de legat. 3.

Sarcire eſt etiam integrum facere. *Sarcire ædificia.* in l. 7. §. vlt. D. de iure deliber. eſt corrupta reſtituere. l. qui ſolidum. §. etiam. D. de legat. 2. ſic etiam dicuntur *Sarciri ædificia* in l. 7. D. de iur. dot.

Sarcire cædes apud Plautum Moſtellar. act. 1. ſc. 2. & *Sarcire* Vet. Gloſſar. Græc. ὠχυροῦν.

Sarcire pro Reſarcire. l. 1. §. præterea. D. de contrar. tutel.

Sarcire ſimpliciter. l. 15. §. ſi iam. D. de dam. inf.

Sarciendum damnum. l. qui ſolidum. §. etiam. D. de legat. 2.

Sarciendum conducere. l. ſi quis fundum. 78. § penult. & §. ſi quis. D. locat. & *Sarcienda veſtimenta dare.* l. 22. D. de præſcrip. & *Sarcienda veſtimenta accipit.* Paul. lib. 2. ſent. tit. 32.

Sarcinator, Sarcinatrix, qui quæ ſarcienda veſtimenta accipit. l. 25. §. vlt. D. loca. l. 1. §. 1. D. de tributor. l. 5. D. nautæ, caupo. l. 27. D. de pecul. l. 5. §. 1. D. de inſtitor. l. 82. D. de furt. Non. Marcell. *Sarcinatotem ſutorem* interpretatur addito Lucilij verſu. *Sarcinatorum eſſe ſummum fuere centonem optimè.*

Sarta tecta. l. 17. D. de vſu & habit. & *Sarta tecta tuenda.* l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. repetund. & aliàs *Sarta tecta habere.* tit. de vſufruct. denique *Sarta tecta habere,* id eſt, quod vulgò dicimus, clos & couuert. Inde Metaphoricῶs Plaut. Trinum. act. 2. ſc. 2. *Sarta tecta tua præcepta habui.* Ob eam cauſam *opera publica, quæ locantur, Sarta tecta locantur,* vt idem Feſtus lib. 16. ſcribit, Ita *Sarta tecta* accipimus in l. 7. D. de offi. proconſu. l. 7. D. de vſufru. & l. 7. C. eod. titu. l. 7. §. illud. D. ad leg. Iul. repetund. l. 18. D. de vſu & habit. l. 2. C. de cond. in publ. horr. lib. 10. Flauius Vopiſc. in Aurel. *De proprio poſſeſſiones quas in Mauritania habuit, Sartis tectis Capitolij deputauit.* Paul. lib. 1. ſent. tit. 23.

SARCOFAGVS *ſepulchrum & capulum ſignificat, quod ex Sarcofago lapide fiſsili corpora celerrimè conſumente, qui in Troade plurimus naſcebatur, fieret,* vt Iſidor lib. 16. cap. 4. ſcribit. Inuenitur verbum hoc in l. 37. D. de religioſ. & ſumpt. l. 18. §. vlt. D. de aliment. legat. l. 6. D. de ſepul. viol. in C. Theod. Et in libello varior. auctor. de limitibus. Orcas in fine inuenies. Et in-

Epigramm. Antiq. *Lethæóque iaces condita Sarcofago.*
Et in alia inſcriptione, *Corpora eorum fictili Sarcofago commendauerim.*

SARDONIX in l. vlt. §. ſpecies. D. de publican. Gemma ex duorum nominum ſocietate ſic vocata. Eſt enim ex onichis candore & ſardi rubore mixta, auctore Iſidoro lib. 16. Etymolog. cap. 8.

SARGOGALLIA in d. l. vlt. §. ſpecies. Puto eam eſſe quæ in aliis auctoribus *Sarcocolla* vocatur. ſicut ibidem *Saffirinus* vocatur meo quidem iudicio qui à Plinio lib. 37. cap. 9. & Iſido. lib. 16. cap. 9. *Saphyrus* appellatur. Eſt autem *Sarcocolla* lachryma arboris in Perſide naſcentis thuri ſimilis, vt Diſcor. lib. 3. & Plin. lib. 13. cap. 11. & lib. 24. cap. 14. ſcribunt. Nomẽ ab eo habet, quòd diſſolutam & hiantem vulnere carnem adſtringat & adglutinet.

SATIO *& Sationes factæ ſylua cæſa.* l. 10. §. agri. D. quib. mod. vſuſ.

SATIS *eſt pro ſufficit.* l. 1. C. de his quibus vt indign. *Satis conſtat.* l. 30. §. vlt. D. ſoluto matrim. *Satis illicita.* l. 1. C. de comm. reo.

SATIS *pro valde* vt in l. 4. D. de in integr. reſtit. & in l. 7. §. belliſſimè. D. quod vi aut clàm. l. 16. l. 45. §. penult. D. de fideicomm. libert. l. 2. §. poſt hos quoque. D. de orig. iur. Vbi ſatis ſuperlatiuo iungitur. *Satis immodicum.* l. 15. D. de donat. int. vir. & vxor. *Satis impium eſt.* l. 71. D. de acquir. vel omitt. *Satis iniuriarum.* l. 1. §. idem Iulianus. D. de agnoſc. liber. Sic *Satis inhumanum*, in l. 6. in fi. princ. D. de pignor. action. l. 20. D. de acquirend. hæred. l. 37. D. de leg. 3. *Satis inciuile.* l. 15. D. de procuratoribus. l. 66. in fi. D. de ritu nupt. l. 1. C. de commun. rerum alienat. l. 33. C. de inoffic. teſtam. & in aliis Iuſtin. Conſtitutionibus ſæpè. *Satis idoneus.* l. 5. D. qui ſatiſd. cog. *Satis minima rerum vel ſumma.* l. ſcio. D. de in integ. reſt. *Satis plena inſtitutio.* l. 27. D. de hæred. inſtit. *Satis neceſſaria eſſe.* l. 7. §. belliſſimè. D. quod vi aut clàm ſe. *Satis notum eſt.* l. 17. §. eos qui. D. de vſuris. *Satis indicat.* l. 26. de minor.

Particula autem, *Satis*, his verbis dare, facere, præſtare, accipere, petere, offerre, eleganter coniungitur. ſic *Satis deſiderare.* l. 1. §. 1. D. vt in poſſ. legat. *Satis deſiderari.* l. 7. §. vlt. D. qui ſatiſd. cog. *Satis deſideratur.* l. 7. D. qui ſatiſd. cogant. ſic etiam *Satis legatorum deſideret.* l. ſi is à quo. §. ſi procurator. D. vt in poſſeſſ. legat. & *Satis exigere.* l. 5. §. 1. de legibus tut. l. 46. §. ſi teſtamento. D. de admin. & peric. l. 2. §. 1. D. ad municipal. Dicitur & *Satis exigere.* in l. 103. D. de condition. & demonſtr. l. 9. §. vlt. l. 53. D. de admin. tut. l. 1. §. vſque adeò. D. de tutel. & ratio. diſtr. l. 1. §. ſi præſes. D. de magiſtr. conueniendis. l. 39. §. vltimo. de legat. 3. id eſt, ſatiſdationem exigere, vt in d. l. 1. §. ſi curatores. D. de magiſtrat. conuen. Et *Satis poſtulare.* l. 21. D. rem rat. hab. item *Satis non exigere.* l. 9. §. Marcellus. D. ad exhib. l. 53. D. de admin. & princ. & *Satis non exegerunt.* l. 21. §. largius. D. de ann. legat. vel *Satis ab hærede non exegerunt.* l. 102. D. de condit. & demonſtration. Dicitur & Satis petere is, qui caueri ſibi poſtulat. l. 14. D. de adminiſtr. tutor. l. vlt. §. 1. D. quod legator. l. 8. D. de prætor. ſtipulatio. l. 7. D. rem pupill. ſaluam fore. Inde illud in l. 52. in fin. D. de iudic. *Si petatur fideicommiſſo ſatis, & Satis legatorum deſideret* in l. 1. §. non exigit. l. 3. §. 1. D. vt in poſſ. legat. *Legatis Satis petere.* l. filio. D. quando dies leg. Dabitur Satis, Vide in tit. vt legator vel vt in poſſeſſion. leg. & l. 1. §. vlt. D. de rip. muniend. item *Legati ſatis petere.* l. 7. D. vt legatorum. ſic *Satis petere & petere Satis.* l. 52. §. vlt. D. de iudic. *Is à quo Satis petitur.* l. 7. D. vt in poſſ. legat. item *Satis petatur.* l. 52. l. vlt. D. de iudic. & *Petenti ſatis.* l. vlt. D. quod legator. & *Is apud quem Satis petitur.* l. ſi is à quo. §. 1. D. vt in poſſ. legator.

Hoc modo & *Satis offerens dicitur debitor.* l. 6. C. de teſtam. manumiſſ. l. 5. D. de ſuſpect. tutor. l. 1. §. vlt. D. de requirend. l. 2. Inſtit. de ſatiſdat. tut. l. 3. §. ſi quis paratus. D. quod vi aut clam. l. 6. C. de teſt.

Satis offerre & offerre Satis. l. 21. §. 1. D. de oper. noui nunt. *Satis non offeratur.* lege 24. C. de euictionibus.

Satis à poſſeſſore cauere. l. 60. §. 1. D. vſufruct. *Satis cauendum eſt.* l. 60. §. vltimo. D. de vſufructu.

Satiſque ei cauendum. l. 60. l. vlt. D. de vſufruct. & *Satis deſinit eſſe cautum.* l. 5. §. 1. D. de legat. tutor.

Satiſdare. l. 11. D. qui ſatiſd. & *Satis idoneè dare.* l. 3. C. de poſtumo reuerſ. *Satis an dederit.* l. 52. D. de iudic. *Satiſdare & dabitur Satis.* l. 1. §. vlt. D. de rip. muniend. *Satis dare & Satis accipere.* Cicero pro Quintio. *Satis non darent.* l. 30. D. de vſu & vſufruct. *Satis non dederint.* l. 5. §. 1. D. de legit. tut. *Satis pro euictione des.* l. 20. D. de euictionibus. *Satis fideicommiſſi nomine dare. Satis fideicommiſſorum dat.* l. 4. C. vt in poſſeſſ. item *Si legatorum Satis non datur.* l. ſi legatorum. D. vt in poſſ. legat. vbi ſubauditur nomine, vt & in l. is cui. D. vt in poſſeſſ. legator. &

in l. 1.

& in l.1. D. vt legat. ſeu fideic. & contrà *ſi Satis non det.* Paul. lib. 1. ſent. tit. 3. ſic etiam *Dare Satis de hæreditate.* l. 5. §. vlt. D. de hæred. petit. *Satis pro eo das.* l. 2. §. ſed ſi dubitetur. D. de iudic. & *Satis pro te dedero.* l. 19. §. 7. D. de donat. *Satis iudicatū ſolui dare.* l. 26. §. 1. D. de minorib. *Satisdare autem dicimur aduerſario, cùm pro eo quod à nobis petit, ita cauemus, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fideiuſſoribus.* l. 1. D. qui ſatisd. cog. Satisdatio enim in eod. tit. & in omnibus prætoriis ſtipulationibus, quibus ſatisdari iubetur, fideiuſſorum dationem ſignificat. Nam ne pignoribus quidem in vicem Satisdationis quis defungi poteſt. l. 7. D. de præt. ſtip. l. 1. & l. 3. §. 1. D. ſi cui plus quàm per l. Falcid. Nec verò qui ſatisdare promiſit, fidem impleſſe aliter intelligitur quàm ſi eum dederit acceſſionis loco, qui vtiliter obligetur. Nam ſi minorem 25. annis, vel mulierem vel ſeruum det, non videtur ſatisfeciſſe obligationi aliter atque ſi non idoneum dederit. l. 3. D. de fideiuſſorib. l. 8. §. 1. D. qui ſatisdare cog. Non enim videtur Satisdatum, ſi vitioſè Satisdatum eſt. l. 6. D. eod. tit.

Græci Ἰκανοδοσίαν Satisdationem appellant. B. Lucas Act. 17. Ἱκανὸν λαβόντες. Nam more Romano loquitur. & hoc modo ſenſit Iaſonem, cum in omnibus duceretur Satisdatione præſtita ſeu fideiuſſoribus datis, dimiſſum. Nam qui innocentia ſua purgata vel excuſatione accepta eum dimiſſum vertunt, errore, meo quidem iudicio labuntur. *Satisdare* etiam *ſatis præſtare dicitur.* l. 8. D. de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſumuntur. Martial. libro 2. Epigramm.

Si de ſeruitio graui querantur,
Adſertor venias, ſatisque præſtes.

Sicque *ex integro quoque Satisdandum eſt quandoque vbi inſignis calamitas medio tempore fideiuſſoribus ſuperuenerit.* l. 11. D. qui ſatisd.

Satisdatio cautio eſt fideiuſſoria vel etiam iuratoria ſi fideiuſſoriam quis dare nequeat. Nudæ autem cautioni repromiſſionique ſemper opponitur. l. 1. §. ſtipulationem. D. de prætor. ſtip. & in tit. de damn. infect. ſæpè. l. 5. D. de petit. hæred. l. 45. D. de procuratoribus. l. 56. in princ. D. de euictionibus. quæ *Satisdatio fideiuſſoria appellatur* in l. 28. §. vlt. D. ex quib. cauſ. maior. *Satisdatione interpoſita.* l. 33. D. de reb. auct. iud. l. 1. §. addici. D. de fideicommiſſ. libert.

Satisdationis contumelia. l. 17. §. vlt. D. de teſtam. tutel. & *Satisdationis onus.*

Satisdationi ſubiici. l. 9. D. de teſtam. tutel.

Satisdationem deſiderans. l. 13. de vſufr. *Satisdationem præſtare.* l. 7. §. ſi neceſſaria. D. qui ſatisd. cogant.

Inde verbum *Satisdatum* dicitur idoneam cautionem deſiderare. l. 1. §. penult. D. quod legator. Satisdationis tamen appellatione interdum quoque repromiſſio continetur, qua cõtentus fuerit is, cui ſatisdatio debeatur. l. 61. D. de verborum ſignif. Cuius rei exemplum eſt in l. vltim. §. ſi legatarius. D. quod legator.

Satisdatò aduerbialiter, vt Teſtatò dicitur. Inde *Satisdatò cauere, promittere,* id eſt, fideiuſſoribus datis. l. 4. §. quæſitum. D. ſi quis cautio. l. 4. §. addici. D. de fideicommiſſ. libert. l. 7. D. de accuſatio. l. 56. D. de euictionibus. l. 18. in fi. D. de caſtr. pecul. l. 16. D. de offic. præſid. l. 31. D. ad leg. Falcid. l. 3. §. 1. D. ſi cui plus quàm per leg. Falcid. l. ſi ſeruus. de cuſtod. reor. Cic. ad Atttic. p. 258. & 263. & *Satisdato deberi. Satisdato defendere.* l. 18. §. vlt. D. de caſtrenſ. pecul. *Satisdato promittere.* l. 4. §. vlt. D. ſi quis caut. l. 17. D. de accuſat. & l. 2. D. de cuſtod. l. 16. D. de offic. præſul. & *Satisdatò cautum.* l. 31. D. ad l. Falcid. vel *promiſſum.* l. 4. §. vlt. D. ſi quis caut. 2. §. ſed ſi dubitetur de iudic.

Cæterùm vt *Satisdare debitor,* ita *Satis Accipere* dicitur *creditor, legatarius,* aut alius quilibet, cui cautio præſtatur. l. 8. D. de vſufruct. earum rerum. l. 17. D. de teſtamen. tut. l. 7. D. de incend. ruina. l. 30. D. de vſufruct. legato. l. vlt. §. vlt. D. de ſtatuliber. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. 212. D. de verborum obligat. Sic *Satis de euictione accipere.* l. 40. & 41. §. vlt. l. 48. D. de euictionibus. *Legati fideicommiſſi ve Satis accipere.* l. 5. §. vlt. D. vt in poſſ. legat. & l. 38. in fin. D. de condit. indebiti. l. vlt. C. vt in poſſeſſ. lega. Subauditur autem per helleniſmum in ea loquutione, verbum nomine, vt integra Oratione effertur in l. 1. §. ſi Titio. D. vt in poſſeſſ. legati. ſic & *Satis accipere.* l. 15. §. 1. & l. 17. §. 1. D. vt legat. nom. in poſſ. Ex quo genere ſunt & hæ locutiones, *Satisdari certæ pecuniæ* in l. 6. in fin. D. quibus mod. pign. vt apud Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1. *Iudicatæ pecuniæ Satisdaret fideicommiſſi Satisfpetere.* l. 71. §. 1. D. de conditionibus & demonſtrationib. l. 1. §. ſi quis ſit. l. 7. D. vt legator. nomi. caueat. & *Pignori accipere legati.* l. 28. D. de pignorib. & *interpellari traiectæ pecuniæ,* in l. 2. D. de naut. fœnore. & *Totius dotis Satisfieri.* in l. 30. D. de vſufr. legato.

Porrò *Satis accipere dictionis pluribus in locis fit mentio.* l. 22. D. de obligat. & actionibus. l. 1. §. Item quæritur. D. de ſeparationibus. l. vlt. §. vlt. D. quod legator. l. 11. D. qui ſatiſdare cogantur. l. 28. D. de procurator. l. 22. §. vltimo. D. de euictionibus. l. 5. §. vlt. D. de oper. noui nunciat. l. 30. D. de vſu & vſufruct. leg. l. 1. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 21. §. largius. D. de ann. legat. l. 64. D. de iudic. l. vlt. C. vt in poſſeſſ. l. vlt. C. de vendend. l. 5. §. vlt. D. de oper. non mut. ſic *Satis ab eo accipere.* l. 112. §. vlt. D. de verb. oblig. *accepit ab hærede ſatis.* l. 5. §. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat. *Satis à tutore accipit.* l. 55. D. de admi. & pericul. *Satis de lite accipere.* l. 23. D. de fideiuſſ.

Non Satis idoneum accipere. l. 1. §. item quæritur. D. de ſeparationib.

Satis accipiatur. l. 46. D. de pact. & Cato de re Ruſt. cap. 11. *Quæ ſatis accipienda ſunt, ſatis accipiantur.*

Satis acceptio autem definitur eſſe ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, vt ad promiſſores quoque ab eo accipiantur, id eſt, qui idem promittant. l. 5. §. Satis acceptio. D. de verborum obligat. Plaut. Sticho, Act. 4. ſc. 1. *Satis abs te accipiam.* Atque in his verbis ſcitus eſt luſus apud eundem Plaut. Truculen. act. 2. ſc. 1.

Satisfacere & facere Satis. l. 25. §. 1. D. de vſuf. ſic *Satisfacere ære alieno.* l. 13. §. vlt. de reb. eor.

Satisfacere conditioni. l. 84. §. quibus. D. de legat. l. 2. C. de pact. ante empt. & *Satisfactũ conditioni.* l. 77. §. vlt. D. ad Senatuſconſ. Trebellian. *Satisfacere conditionibus.* l. 28. D. de donation. & contra, *Non Satis conuentioni fecit.* l. 14. C. de reſcind. condit. item *Satis creditoribus facere.* l. vlt. §. Titius. D. de condit. indeb. & *Satis creditoribus facturus.* l. 4. C. de bon. auctor. item *Satisfacere debito.* l. 11. C. de fideiuſſor. l. 2. C. de iur. reipub. Cod. l. 11. & contra *Satis non facere debito.* l. 9. & l. 10. C. de pignoribus. *Satis doti fieri.* l. 8. D. de act. rerum amot. & alibi *Satisfieri totius dotis.* l. 30. D. de vſu & vſufru. item *Satisfacit edicto.* l. 1. §. quamuis. D. de collat. bonorum. & ex diuerſo *Non Satisfacere edicto prætoris.* l. vlt. D. de tribut. *Satisfacere Falcidiæ.* l. 93. D. ad leg. Falcid. & *Satisfieri Falcidiæ.* l. 80. D. de legat. 1. *Satisfacere fideicommiſſi.* l. 123. D. de legat. 1. & econtrà *Satis non facere fideicommiſſo.* l. 6. C. vt in poſſeſſ. *Satisfacere iudicatis.* lege 40. §. 1. D. de pactis. & *Satisfacere ex cauſa iudicati.* l. 2. C. de contrar. iud. item & *Satisfactũ ſententiæ.* l. 50. D. de condit. & demonſtr. ſic etiam *Satisfactum eſſe iuri.* l. 1. C. de liber. præterit. & *Satisfactum ſolennitati iuris.* l. 4. C. de iure deliber. item *Satisfacere penſionibus.* l. 2. C. de rei vindic. & *Satisfactum penſionibus.* l. 2. C. pro ſocio. & contrà *Satis non facere penſionibus.* l. 34. §. 1. D. locati. item *Satisfacere promiſſo.* l. 9. C. de tranſactionibus. *Satisfacere ſolennibus ob tutelam publicam.* l. 1. C. de infam. *Satis non facere ſolutioni.* l. 1. C. vbi conueniatur. *Satis non fit ſtipulationi.* l. 2. D. de verborum obligat. *Satisfactum traditoribus.* l. 39. §. Stichus. D. de ſtatu liber. item *Satisfacere vectigali.* l. 1. D. ne tut. vel curat. *Satisfacere voluntati.* l. 2. C. de Inſtit. *Satisfieri voluntati.* l. 5. §. Imperator. & §. ſatisfactione. D. vt in poſſeſſ. legat. & *Satisfactum voluntati.* l. 13. D. de manum. teſtam. *Satisfieri voluntati defuncti.* l. 2. C. de fideicommiſſ. *Satisfieri voluntati defunctæ.* l. 5. §. Satisfieri. D. vt legat. ſic *Satisfieri emptori pro dominis dicebatur.* in l. 15. D. de doli mali except. & *Satisfieri in pretium.* l. 32. D. de fideicomm. libert. *Satis quoque pupillo feciſſe dicebatur tutor.* l. 2. D. de magiſtr. conuen. denique *Satisfacere eſt*, deſiderium creditoris impleri. l. 1. D. qui ſatiſd. cog. Satisfacit ergo, qui idoneum expromiſſorem volenti dat. l. 4. §. ait prætor. D. de re iudic. In eo itaque quod dicitur pignus ſoluta pecunia, vel ſi eo nomine Satisfactum ſit liberari, Satisfactum accipimus, quemadmodum voluit creditor, licèt non ſit ſolutum. Siue enim aliis pignoribus ſibi caueri voluit, vt ab hoc recedat, ſiue fideiuſſoribus, ſiue reo dato, ſiue pretio aliquo, ſiue nuda conuentione, ſiue alias quocunque modo receſſerit, vel ſi conuenerit, vt pro hypotheca fideiuſſor detur, datúmque licèt non idoneum creditor admiſerit, vel ſi deferente creditore iurauerit, debitor rem non eſſe pignori obligatam, ſatisfactum intelligitur. l. 9. §. omnis. D. de pignor. act. l. 5. §. vlt. l. 13. l. 14. D. quibus modis pign. l. 3. D. de fideiuſſoribus. Sed & ſi accepto latum ſit, id propter quod hypotheca erat obligata, ſatisfactionis nomen proficiet. l. 49. D. de ſolution. Et aliàs quoque ſatisfactum videtur expromiſſore vel pignore dato. l. 53. D. de contrahen. emptione. §. venditæ. Inſtitution. de rerum diuiſione. lege procuratoris. §. planè. Digeſtis de tributor.

Satisfacere itaque & *ſoluere* ſeparantur. l. 41. §. ſed ſi. D. de man. teſt. l. 30. §. 1. D. de vſufruct. l. 19. D. de contrah. empt. l. 45. D. de adminiſtr. tut. l. 39. §. 1. D. de ſtatulib. l. 38. §. quæſitũ. D. de liber. cau.

Ita *Satisfactionis* verbum accipiemus in l. 52. D. de ſolutio. l. 19. D. de contrah. emptione.

Quod

Quod quanquam ita latè, vt dixi, pateat, tamen in Reſcripto Antonini quod exponitur in lege 5. D. vt in poſſeſſ. legat. ad exoluendum legatum refertur. d. l. 5. §. Satisfactionis. Quod eſt apud B. Paulum. 2. ad Timoth. cap. vlt. ἐν τῇ πρώτῃ μοῦ ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο. In Catalogo ſcriptor. Eccleſ. ſic reddidit, in prima mea Satisfactione nemo mihi affuit.

Satisfactio autem eſt pars pœnitentiæ. Nam partes tres, Contritio, Confeſſio, & Satisfactio. Et in tribus conſiſtit Satisfactio, in Oratione, ieiunio & eleemoſyna. Cic. in 3. contra Verr. Oratio. *Satisfacere*, ait, *eſſe tantum facere quantum ſatis ſit irato ad vindictam*. Sic apud Suetonium in Iulio cap. 73. *Valerium Catullum à quo ſibi verſiculis Satisfacientem eadem die adhibuit cœnæ*.

Satisfieri etiam verberibus de ſeruo dicitur in l. 17. §. cum ſeruus. cum §. ſequenti. D. de iniur. l. penult. D. ſi ex nox. cau. agat. Eóque modo *Satisfactio* accipienda eſt in d. l. 17. §. ait prætor. Auctor Rhetoric. ad Herenn. lib. 4. *Deinde quid iniuriarum ſatisfeciſti*.

Porrò interdum à verbis ſuis, vox *Satis* diſiungitur. Ita dari Satis, & Satis pro aliquo dare, & Satis pro lite accipere, legimus in l. 1. §. meritò. D. de ripa mun. l. 33. D. de fideiuſſor. l. 2. §. ſed & ſi dubitetur. D. de iudic. l. 26. §. vlt. D. de minoribus. l. 11. §. idem Neratius. D. de actio. empt. l. 3. C. de poſtlim. reuerſ. ſic *Satis agere*. l. 10. D. de condict. indebit. *non Satis egerit*. l. 10. D. de condit. & demonſtrat. *Et Satis à poſſeſſore cauendum* in l. 60. ad fi. D. de vſufruct. Et *Satis deſinit eſſe cautum*. in l. 5. §. 1. D. de legit. tutor. *Satis offerre*. lege 3. §. ſi quis. D. quod vi aut clàm. *Satis accipere*. l. procurator in princip. D. rem rat. hab. *Satis de lite acceperam*. l. ſi eum hominem. D. de fideiuſſorib.

SATVRA, vt Feſt. lib. 17. ſcribit, *erat cibi genus ex variis rebus conditum, vel ſecundum aliorum interpretationem, genus carminis in quo multis de rebus coniunctim & confuſè diſputabatur. Ex quo Satura lex multis aliis conferta legibus olim dicebatur. Vnde in ſanctione legum adiiciebatur*, NEVE PER SATVRAM ABROGATO. *C. Lælius in Oratione, quam pro ſe dixit. Poſtera die quaſi per ſatyram exquiſitis ſententiis in deditionem accipitur*. Iſidor. lib. 5. Etymolog. *Satura lex eſt, quæ de pluribus rebus ſimul loquitur, dicta à copia rerum quaſi à Saturitate*. Iuſtinian. in epiſt. Pandectis præpoſita. *Et primo quidem anno hoc opus tradebatur legentibus, non ſecundum edicti perpetui ordinationem, ſed paſsim & quaſi per ſatyram collectum*. Vide l. 1. C. de Lat. libert. toll. vel de adſertio. toll. Auctor Panegyrici Flauienſium, Conſtantino dicti. *Separatè igitur vtique dicam, neque enim quaſi per ſatyram confundenda ſunt beneficia tua*. Soſipat. Chariſ. lib. 2. Inſtit. Grammatic. *Maximè cum aduerbium Stoici, vt aliàs diximus, παυδέκτην vocent. Nam omnia in ſe capit quæ collata per ſatyram conceſſa ſibi rerum varia poteſtas*. Lactantius lib. 1. Inſtit. diuin. cap. 21. citat Piſcennium Feſtum *in libris hiſtoriarum per ſatyram*.

SATVRNINVS. l. 1. §. ſi pecora. D. de abigeis. l. 1. D. de effractor. citatur etiam ab Vlpiano in l. 1. D. de Senator. item *Venuleius Saturninus*, aut *Claudius Saturninus* citatur ab Herennio Modeſtino in l. vlt. D. de cuſtodia.

SAXOSVS *fundus*. l. 13. D. de rebus eorum.

SCÆNA, ſic enim in P. Floren. ſcribitur, *eſt*, vt Labeo definiebat, *quæ ludorum faciendorum cauſa quolibet loco, vbi quis conſiſtat moueatúrque, ſpectaculum ſui præbiturus, poſita in loco publico priuatóque vel in vico, quo tamen loco paſsim homines ſpectaculi cauſa admittuntur*. Quam definitionem ad edictum De his qui notantur infamia, Vlpianus accommodat. in l. 1. §. vlt. l. 2. §. ait prætor. D. eodem titulo. Frontem autem theatri Scænam appellatam ab vmbra luci denſiſſima, vbi à paſtoribus ineunte vere diuerſis ſonis carmina primis & rudibus temporibus cantabantur, Caſſiodor. lib. 4. Variar. epiſt. vlt. ſcribit. Inde *Scænica veſtimenta* in l. 127. D. de verborum ſignific. l. 13. §. etſi veſtimenta. D. de vſufr. quibus in ſcæna vtimur. l. 1. §. interdum. D. commod.

In Scænam prodire. l. 24. D. ad l. Iul. de adult.

SCÆVA in l. 12. §. item ſciendum. D. de ædilit. edict. qui manu ſiniſtra ad ea opera quæ dextra peragenda eſſent, vtitur. ſic *Scæua impietas* apud Ambroſium libro quarto de fide cap. 4. & *Scæua refuſio*. libro quinto cap. 6. vnde apud eundem de fide contra Arrianos, cap. 4.

Hoc modo *Scæuo ſenſu* ita emendo. hinc & *Scæuitas* apud eundem legitur lib. 5. de fide ad Gratian. cap. 1.

Et *Scæuum dogma* pro peruerſo & improbato dicunt Impp. in l. hi qui ſcæui. de his qui ſuper religio. contend. in Codice Theod. vt *Scæuitatem morum*, pro, peruerſitate in l. 17. D.

de pœn. in eo Cod. Ita *Scæuas libidines* Tertullian. in Apologet. cap. 11. dixit.& *Scæuam rem* pro mala vſurpatam Feſtus notat.lib. 16.

SCÆVOLA lib.3. variar. quæſt. l. 1.§. vlt. D. quæ res pign. *Scæuola noſter*, ait Paulus inl.10. D. de bonor. poſſeſſ. quem *Marci temporibus vixiſſe apparet*. l. 39. D. de legat.3.

SCAPHIA ventris exonerandi cauſa in l. 29. §. penult. D. de auro arg. verbum Græcum eſt vaſa ſignificans,quibus ventris onus excipitur. Itaque à Polluce lib.10.Onomaſt. cap. 9. inter ea quæ εἰς ὑπόπατον mulieribus vſui ſunt, σκαφίον ponitur. Plaut. Bacchidib. Pro galea Scaphia, pro inſigni ſit corona plectilis.

SCAPHA. l. 3. §.1. D. de rei vindicat. *Scapha autem ipſa per ſe parua nauicula eſt, nec inſtrumentum eſt vel membrum nauis*. l. 44. D. de euictionibus. l.vlt. D.de euictionibus. l. 29. §. ſi nauis. D. ad leg. Aquil. l. 3. §. Armamenti. D. de rei vind. l. 4. D. de lege Rhod. Paul. lib.11. ſentent. tit.7. Græci ἐφολκίδα vocant, id eſt vt interpres Euripidis in Andromachen ſcribit, πλοῖον μικρὸν ἐφελκόμενον τῷ πλοίῳ τῷ μεγάλῳ.

Scaphum apud Martial. pag.157.

SCHEDA in l. contractus. C. de fide inſtrument. ſignificat primam ſcripturam contractus negligentius & minus purè ſcriptam, quæ poſtea in mundum redigitur.vulgò vocamus minutam originalem.

SCHOLAS militum vndecim fuiſſe Iuſtinia. in l. vlt. C.de loca. & cond. ſignificat. Eſt autem hoc verbum corruptum in l. 7. Codice de aquæ ductu, in qua vulgò *Calculis* pro *Scholis* legitur.

Schola equitum & peditum in l. 6. C.de aduoc. diuerſ.iudic.

Et Schola ſcutariorum & clibanariorum in l. 9. de anno.ciui. in C. Theod. & in Notitia Imperij Romani. & apud Marcellin. libro 22. qui eorundem primam & ſecundam Scholam memorat. lib. 26.

Schola Agentium in rebus. l. penult. C. de offic. milit. iud. l. 1. de agentib. in reb. lib.12. C. l. 1. C. de offic. magiſtri offic. l. 12.C.de proxim.ſacr.ſcrin. l.1. C. de præpoſit. agent. in reb. l. 7. C. de principib. agent.

Schola Domeſticorum. l. 3. C. vbi Senator. & apud Marcellin. lib. 26.

Schola Silentiariorum. l. 4. C. de ſilentiar. lib. 12.

Schola Palatina. l.11. §. ſin autem. & §. illo proculdubio. C. de iudic.

Et Schola ſocietatis ſacrarum largitionum in l.13.C.de palat. ſac. lar. lib. 12.

Schola Gentilium apud Marcellinum lib. 27. & in Notitia cum de Magiſtro Officiorum tractatur.

Vnde *Scholaris militia*.l.38.de decurionibus. in C. Theod. Vbi exiſtimo legendum,Scholari etiam quidam nomen dederunt militiæ.

Scholæ diuerſæ Iuriſconſultorum. l.eum qui certarum 138. D. de verborum obligation. Inde Caſſiani. l. quod dicitur. D.de furt. Vnius auctor eſt Sabinus : alterius Proculus. l.2. D. de orig. iur. Quos ſæpè diſſenſiſſe oſtendit. l. ſi duo. in fi. D.de ſolutionibus. Contradictionis autem Caſſij Proculi & Pegaſi exemplum habemus in l. 27. D.de acquir. rerum dom. Item Labeonis & Sabini & Proculi cõtrarias opiniones in l.28.D.de acquirendo rerum dom.Sabini & Caſſij ſententia in l. falſus. §. qui alienum. D.de furt.

Scholæ Iuris auctores. §. diuerſæ.Inſtitut. de empt. & vendit. §. is qui exequitur. Inſtit. de mandat.

Inde & *Scholaſtici* in l. 2.de lucr. aduoc. lib.12. C.in *Scholis militantes*, qui & *Scholares* in l. vn. qui à præbitio tiron.in C.Theod.& l.3. C.de offic. magiſt.offic.l.vlt.C.de decan.lib.12. l. 2. C.de priuileg. Schol. l.5. C. qui milit. poſſ. l. 14. C. de erogat. milit. anno. A Suida σχολάειοι vocantur. Cæterùm Scholis tribuni,& comites præficiebantur,vt ſuis locis comprobauimus.

Σκοπελισμὸς eſt crimen in Arabia,de quo Vlpianus latè explicat & diligenter. l. 9. de extraordinar. cognition.

SCIRE in l.1.D.à quibus appellar. & *Scire debet tutor*. l.5. §.vlt. de adminiſtr. item & *Scire debemus*. l. ſcire. D. de verborum obligat.

Scio. l.vlt. D.de manum. teſt. *Scio quæſitum*. l.13.D.de teſtibus. *Scio dubitatum*. l. 15. §. Vlpian. D.de excuſation. *Scio indulſiſſe*. l. vlt.D. de Senat. *Scio placuiſſe*. l.11.§. idem ait. D. de donat. inter. *Scio obſeruari*. cap.3.D. de pœn. *Scio tractatum*. l. 2.§. ſcio. D. ne quid in loco publ. l.14. D.de teſtib.

Sciat. l.14.D.de aliment.vel cibar.

Dummodo

Dummodo Sciamus. l. 1. D. de iur. balnear. l. 7. §. si prætor. D. de reb. eorum. l. 2. D. de Nouatiano. *Dummodo illud Sciamus.* l. 6. D. de acceptilat.

Sciens reticuerit. l. 61. §. quod verò. D. de furt. *Sciens fallere.* l. 22. D. de verbor. obligation.

Sciens dolo malo. l. 44. D. de rit. nupt. & l. 1. D. de ædilit. edict. l. 3. D. ad leg. Iul. maiest. l. 6. §. vltimo de l. Fab. Paulus lib. 5. sent. tit. 25. *Sciens dolo facere.* l. 3. de l. Fabia. *Sciens prudensque.* l. 3. bis. D. de pigner. act. l. 1. §. 1. D. si mulier. vent. nom.

Scientem prudentémque. l. 7. §. si quis. D. de lib. cau.

Sciente, in edicto fraudatorio significat, conscio & fraudem participante. l. 10. §. quod ait. D. quæ in fraudem credit. *Scientes prudentésque.* l. 9. §. si quis ius. D. de iur. & fact. igno.

Scientes & prudentes. l. 8. §. si ignorantes. D. mandat.

Sciendum est. l. 6. §. si quis. D. de aqu. & aqu. pluu. *Sciendum est.* l. 23. §. 1. D. de lib. cau. l. 32. & l. 36. D. de fideicomm. libert. l. 4. D. de requirend. l. 8. §. Sciendum. D. de oper. noui nunciat. l. 1. §. hæc verba. D. si cui plus. l. 1. §. qui sciendum. D. de aqua. & aqu. pluuia. l. 3. D. ad l. Pomp. de Parricid. l. 137. §. vlt. D. de verborum oblig. l. 8. §. 1. D. de fideiussor. l. 58. D. de oblig. & action. l. 1. §. sciendum. D. de legat. 3. l. 7. D. ad Senat. Tertyll. l. 20. §. hoc interdictum. D. de operis noui nuntiat. & l. sciendum. D. qui satisd. cog. l. 1. §. sciendum. D. de suis & legit. *Generaliter sciendum est.* l. 4. §. generaliter. D. rem pupilli. *Illud sciendum est.* l. 5. §. vlt. D. iudicat. solui. l. 9. D. de appellat.

SCIENTIA, id est notitia artis, ab exercitatione & professione separatur, in lege Dei tit. 15. & *Scientia* vti accipiatur, vide lege 45. D. ad leg. Aquil. *Scientia* interdum solam notitiam desiderat, interdum & voluntatẽ, veluti in l. Aquilia, qua dominus teneri dicitur quo sciente seruus damnum dedit, scientiam pro patientia accipimus, vt qui prohibere potuit, teneatur, si non prohibuerit. l. 45. l. 46. D. ad legem Aquil. Similitérque in omnibus noxalibus actionibus, vbi de *Scientia* domini arguitur, Scientia sic accipienda est, si cum prohibere posset, non prohibuit. Nam quod sciente quidem, inuito tamen domino cõmittitur, eum non obligat. l. 3. & l. 4. D. de noxalibus. Cùm huiusmodi scientia culpa vacet. l. 37. D. de diuers. reg. In edicto quoque si familia furtum feciſſe dicetur, sciente domino à familia furtum factum accipimus, si sciuit & prohibere potuit. l. 1. §. scientiam. D. si fam. furt. feciſſ. in edicto de Tributoria, Scientiam accipimus, quæ habet & patientiam, non etiam voluntatẽ. Non enim velle debet dominus, sed non velle. Si igitur sciuit, & non protestatus sit, nec cõtradixerit, Tributoria tenebitur tanquam eo sciente negotio gesto. l. 1. §. Scientiam. D. de Tributor. In edicto, quæ in fraudem creditorum, hæc verba, SCIENTE TE, sic accipimus cõscio & fraudem participante. non enim scire solùm, sed & fraudis participem esse oportet. l. 10. in princip. & §. quod ait prætor. D. quæ in fraud. credit. in eo quod dicitur dies bonorũ possessionis petendæ scientibus cedere, Scientiam accipimus non quæ iuris prudentibus insit, sed eam, quam quis aut per se habeat, aut consulendo peritiores adsequi possit. l. 2. §. vlt. D. quis ordo in bonor. possess.

SCINDERE *pro parte hæreditatem.* l. 1. D. de adquir. hæred.

Scindere corpus & vestimenta. l. 27. §. si quis. D. ad l. Aquil. sic & *Scissum vestimentum.* l. 14. D. de verborum signifi. & *Scissa vestimenta.* l. 11. §. eum qui. D. ad leg. Aquil.

Scinditur actio. i. diuiditur. l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus. sic etiam

SCINDI *sententia dicitur in personas.* l. 10. §. quotiens autem. D. de appellationib. & *Scindi petitio.* l. 1. §. sed si. D. ad Sen. Trebell. item *Scindi petitio legatorum.* l. 1. §. sed si. D. ad legem Falcid. & *Scindi pretium.* l. 18. D. de contrahend. empt. *Scindi iudicium in partes.* l. 48. D. famil. erciſc. *Scinditur hæreditas.* l. 2. C. ad Senatusc.

Scissa defensio. l. 5. §. ei tamen. D. iudic. sol.

Scissum & fractum. l. 9. D. de verbor. signific.

Scissum testamentum. l. 14. D. de verb. signif.

SCOPIARII *serui.* l. 8. D. de inst. vel instrum.

SCRIBERE in l. Titius. D. de rescind. vendit. adde leg. Caius. & l. fideiussor.

SCRIBERE autẽ complures habet singulares, & summè notandas significationes. Scribere enim est scripto promittere. Scæuola in l. vlt. D. de doli exceptio. *Homo rusticanus genero scripsit quasi vsuras præteritas.* Paul. Asinaria: *Nunc satagit, adducit domum etiam, vltro & scribit nummos.* Seruius in 7. Æneid. *Transcribi*, ait, *est tradi.* Sermo autem hic sumptus est de pecunia. Nam *scribi* est *dari.* Horatius. *Scribe decem Nerio non est satis.* Rescribi verò reddi. Idem Horat.

Dictantis quod tu nunquam rescribere possis.

Terent. Phormio. *Argentum illud denuo rescribi iussit Phormio.*

Ex quo emendandus eſt etiam Auſonij verſus in epiſt. ad Theonem, in quo ita vulgò eſt.

Ergo aut prædictos iam, nunc reſcribit arios,
Et redime & mora ſit libera deſidiæ.

Cùm tamen legendum ſit,

Ergo aut prædictos iam nunc reſcribe Darios.

Atque hoc ſenſu interpretari poſſumus quod ab Vlpia. ſcriptum eſt, *tutorem ſibi pecuniam creditam ſcribere poſſe* in l. 9. §. non tantùm. D. de adminiſtrat. tutor. l. penult. §. ſeruus abſentis. D. de in rem verſo. l. lecta. D. de rebus credit. Porphyrius ad Satyr. 2. lib. 2. Sermon. Horatij, *Iuris verbo*, inquit, *Scribere eſt mutuum ſumerer, eſcribere, reſtituere.* Scribere etiam proprium Iureconſultorum muneris verbum fuit, quemadmodum & cauere, Pompon. in l. 2. §. Maſſurius. D. de orig. iur. de Maſſurio Sabino publicè primus ſcripſit. Et mox, *de Iuris cõſultis: Neque reſponſa vtique ſignati dabant: ſed plerumque iudicibus ſcribebant.* Cicer. pro Muræna. *Seruius hic nobiſcum hanc vrbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cauendi, plenam ſolicitudinis ac ſtomachi ſecutus eſt, ius ciuile didicit. &c.* In quo verbo ſcitè luſit Cicero Trebatium Iureconſultum negligentiæ arguens ambiguo ſumpto ex ſcribendi varia ſignificatione. *Valde*, ait ille lib. 7. epiſtol. *iam lautus es, qui graueris ad nos literas dare homini præſertim propè domeſtico. Quod ſi ſcribere obſtitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent.* Vbi ſcribere à vulgari ſua ſignificatione ad hanc quam trado tranſlatum, iocum facit. Scribere etiam formulam dicebatur, qui in iudicio alterum prouocabat. Quintilia. lib. 6. cap. 4. *Colaphum tibi ducam, & formulam ſcribam, quod caput durum habeas.* Sed & quod Græci dicunt Νίλω γράφειν, hoc Latini verbum verbo reddẽtes, *Dicam Scribere dicunt.* Quam locutionem à comicis primùm Latinitate donatam, cum Græcas comœdias Latinas facerent, veriſimile eſt. Vtitur autem ea Plaut. Aulularia, act. 4. ſc. 6. Terent. Phormio. & Cicer. 4. in Verr. *Prætor quoque Scribere dicitur actionem, qui in edicto & albo proponit.* l. 1. D. de eo qui protu. Vnde *in Rem ſcriptæ actiones exceptionésque* appellantur, quæ generaliter in rem proponuntur & aduerſus poſſeſſorem dantur, quanquam ex certæ perſonæ facto oriantur. l. 9. §. vlt. D. quod metus cau. l. 1. §. vlt. D. de interdic. l. 4. §. metus cau. D. de doli exceptio.

Scribere teſtamentum. l. 25. D. de liber. & poſtum. & *Scribere hæredem.* l. 22. D. de donat. inter virum. Saluſt. in bell. Iugurt. *quem municip. teſtamento ſecundum hæredem ſcripſerat.* ſed *Scribere hæredem*, tam tritũ eſt, quàm quod tritiſsimum. Minus vulgatũ eſt, *Scribere tutorem*, quo tamẽ non Iureconſulti tantùm vtuntur. l. 20. D. qui teſtam. fac. poſſ. l. 10. & vlt. de teſtam. tutel. l. 24. §. ſi quis de fideicom. libert. Sed & Cicer. pro Cluent. *Nemo illum*, ait, *ex tam multis cognatis & affinibus tutorem vnquam liberis ſuis ſcripſit.*

Scriptus tutor. l. 20. D. qui teſt. fac. poſſ. & *Scriptus hæres.* l. 227. D. de verbor. ſignificat. l. 35. D. de dolo. l. 10. C. de his quibus. & l. 4. C. ad SC. Trebellianum. l. 27. & l. 29. D. de inoffi. & l. 13. D. de tranſactionibus. l. 59. & l. 63. §. 1. D. ad SC. Trebellianum. l. 6. D. de bonorum poſſeſſ. l. 3. §. ſi ſub ea. D. de bon. poſſeſſ. cont. tab. ſic & *primo loco Scriptus hæres*, qui primus nominatus eſt. Vlp. lib. Reg. tit. 2. Vnde & *Scripti hæredes*, qui teſtamento inſtituti ſunt, & opponuntur legitimis. l. controuerſia. D. de tranſactionibus. l. ſcriptus. D. de religioſ. item *Liber & hæres Scriptus teſtamento.* l. 41. D. de reb. credit. Scriptus porrò hæres non intelligitur cuius nomen conſultò teſtator induxit. l. 2. §. ſi conſulto. & l. 8. §. penult. D. de ſecund. tabul. bonorum poſſeſſ. Vt autem hæres Scribi, qui inſtituitur, ita & exhæres Scribi dicitur, qui exhæredatur. l. 4. D. vnde liberi. l. 1. §. Pomponius. D. de Carboniano edict.

Vnde & *Scribere exhæredem.* l. non putauit. §. 1. & §. ſi quis ſua manu. D. de bonorum poſſ. contra tabul. Iuuenal. Sat. 3. *Quis pauper ſcribitur hæres.* ſic etiam *Scribere codicillos.* l. 9. C. ad l. Cornel. de falſ. l. 12. §. Codicilli. D. de captiuis. Scribere etiam, teſtamento dare relinquereque ſignificat. Inde *Scribere libertatem alicui*, eſt ei teſtamento dare. l. 70. D. de acquirend. hæredit. Quintilian. Declamatio. 380. *Aeger à ſeruo cui libertatem ſcripſerat, venenum petit: nolenti dare crucem ſcripſit.* ſic & *Scribere conditionem* in l. 23. §. Scruus. D. de peculio legato. & *Scribere ſibi legatum videtur non ſolùm qui ſua manu id facit, ſed & qui per ſeruum ſuum vel filium quẽ in poteſtate habet, dictante teſtatore, legato honoratur.* l. 15. §. 1. D. ad leg. Corn. de falſ. *Sic Scribere ſibi, eſt teſtamento ſibi aliquod legatum aliud ve quid emolumento futurum adſcribere.* l. 3. C. de his qui ſibi adſcribunt.

Scriptor teſtamenti. l. 24. D. de l. Corn. de falſis.

Scriptura teſtamenti. l. 14. C. de teſtam. milit. l. 1. C. debitor. vendition.

Sine Scriptis factum teſtamentum. l. vlt. C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. & l. 1. C. de bon. poſſeſſ. cont. tab.

Scriptis relinquere. l. 12. D. de teſtam. milit.

Pro non ſcripto eſſe. l. 14. §. 1. D. de l. Cornelia de falſ. & *haberi.* l. 122. §. 1. D. de legat. 1. *pro non Scripto habetur.* l. 2. D. de iure cod. l. 20. §. vlt. D. de hæred. inſtit. *pro non Scriptis habentur legata.* l. 54. D. de legat. 1. & *pro non ſcriptis habendum legatum.* l. 15. §. 1. D. de leg. Cornel. de falſ. *Pro non Scripto legatum fit.* l. 6. §. vlt. D. de iure codicill. *Pro non Scriptis non faciens.* l. 8. §. ſi quis ſua. D. de bonorum poſſeſſ. contra tab.

Pro *non ſcriptis haberi* & *Caduca fieri legata* longè differunt. l. vn. §. cum triplici. C. de caduc. tollen. Vbi traditur ea quæ his relinquebantur, qui in rerum natura tunc temporis eſſent, cum teſtamentum fieret, pro non ſcriptis habita. Quod etiam confirmat. l. 2. & l. 6. in fi. D. de iure codicill. l. penult. D. de his quæ pro non ſcrip. hab. l. 26. §. pro non ſcripto. Digeſtis de fideicomiſſ. libert. Pro non ſcriptis etiam habebantur quæ ſeruis pœnæ relinquebantur. l. tertia. D. de his quæ pro non ſcript. habe. l. 25. §. ſi quis planè. D. de acquir. hæred. Item turpia legata, quæ legatarij magis notandi, quàm demerendi cauſa ſcribuntur. l. 57. de lega. 1. Item quæ deportatis & peregrinis relinquuntur. l. 1. C. de hæredib. inſtit. In eadem cauſa ſunt & captatoriæ inſtitutiones, captatoriáque legata, eáque quæ ſibi quis manu ſua in teſtamento adſcripſit. l. 1. & l. vlt. D. de his quæ pro non ſcrip. habe. l. 15. §. 1. D. ad leg. Cornel. de falſis. l. 4. & l. 5. C. de his qui ſibi adſcribunt. Et generaliter quæcunque illicitè & contra leges in teſtamento ſcribuntur, pro non ſcriptis habentur, & apud hæredem remanent. l. 14. §. ſequens quæſtio. & §. vlt. D. ad leg. Cornel. de falſis. l. vlt. D. de his quæ vt indign. l. 20. in fi. D. de hæredi. inſtit. Condiciones etiam contra leges, edicta, bonos mores ſcriptæ pro non ſcriptis habebantur. l. condiciones. 14. & l. 21. D. de condit. inſtit. Plinius epiſt. 16. lib. 2. Admones me codicillos Aciliani, qui me ex parte inſtituit hæredem, pro non ſcriptis habendos.

Pro non ſcripto habitus ſeruus. l. cum verò. §. ſi pro non Scripto. D. de fideic. libert. l. non putauit. §. ſi quis ſua manu. D. de bonor. poſſeſſ. contr. tab.

Scriptura eodem ſenſu accipitur in l. ſi pluribus. D. de legat. & vt *Scriptura ſtipulationis æquè & Scriptura teſtamenti* dicitur in l. ſi quis eum. D. de vulgar. l. miles. D. de teſtament. militar. *Scriptura* item pro adiectione. l. talis ſcriptura. D. de legat. 1. Item *Scriptura teſtamenti.* in lege proximè. D. de his quæ in teſtam. delent. l. ex ſcriptura. D. eodem. & l. ex hac ſcriptura. Sic & in l. ſi ita ſcriptum. §. vlt. & l. ſi ita. 67. D. de hæred. inſtituend. l. filiusfamilias. §. eum. D. de legat. 1. l. etiam. D. de manumiſſ. teſtament. l. 1. §. ſæpius. D. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 20. D. de inſtructo vel inſtrum. l. 97. D. de legat. 3. & l. 28. §. idem quæſiit. D. de liber. legat. l. 28. & l. 29. D. de adimen. leg. l. 1. §. ſed ſi puer. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul. l. ſi ſeruus. §. 1. D. de legat. 1. l. proximè. D. de his quæ in teſtam. delentur. ſic & *Scriptura teſtamenti perfecta vel imperfecta.* l. 1. §. ſiue ſupremæ. D. de tabul. exhibend. l. 10. D. de confirm. tutor. l. 47. §. vir. 5. l. 57. D. de hæred. inſtit. & *ſecunda ſcriptura.* l. 67. D. eodem. Item *Scriptura quam teſtamentum eſſe voluit.* l. 41. §. cũ aliæ. D. de vulgar. & pupill. *hæc Scriptura teſtamenti.* l. 17. D. de manumi. teſtam. l. 10. C. commun. vtriuſque. & *Scriptura quæ teſtamenti vice prolata eſt.* l. 4. C. de iur. & fact. ignor. item *Scriptura tabularum.* l. 12. D. de tranſaction. & *Scriptura quæ ad teſtamẽtum faciendum probaretur.* l. 29. D. qui teſtam. fac. poſſ. item *Scriptura teſtamenti vel codicillorum.* l. 20. D. de confirm. tut. quomodo *per Scripturam & per nuncupationem facere aduerſari dicimus.* l. 20. D. de vulg. & pupill. item *Scriptura exprimi voluntas dicitur.* l. 68. D. de hæred. inſtit. eodem modo & *Scripturam fideicommiſſi accipimus* in l. 64. D. de leg. 2. & *Scripturã quam codicillorum inſtar habere voluit.* l. 13. D. de iure codicillor. hoc ſenſu *Scriptura prior & poſterior.* l. 17. D. de adimendis. *prima & poſtrema.* l. 13. D. de adimend. leg.

Scriptura pro clauſula. l. 7. D. de ann. legat. l. 12. §. vlt. & l. 19. & l. 30. D. de legat. 1. ita accipe verba *ex hac Scriptura* in l. 5. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrumen. l. 74. D. ad SC. Trebell. l. 27. D. de ſeruit. præd. ruſt.

Scriptura pro opinione & ſententia alicuius in ſcriptum redacta. l. damni. 18. §. ſi is qui vuas. verſic. Pomponius. de damno infect. ſic *Scriptura ſtipulationis.* l. ex hac. D. de verborum obligat. & *Scriptura menſæ.* l. qui tabulas. D. de furt. & *Scriptura epiſtolæ.* l. vlt. D. de conſt. pecunia.

Scriptura etiam pro nominibus accipitur quæ ab Argentariis fiebant, & in codices referebantur. l. 9. §. penult. D. de edend. Inſtit. tit. de literar. obligat. quæ & *Scriptura numulariorum.* l. 9. §. numularia. D. de edendo.

Scriptura vectigalis, quod pro pecoris paſtu præſtatur. Plaut. Truculen. act. 1. ſc. 1. Scribere etiam Iuriſconſulti dicuntur qui monumenta ſua poſteritati tradunt. ſic Africanus non tã-

tùm ſcripſerat libros 9. quæſtionum, & in indic. Pandect. Florent. ſed & in lege cum ſeruus. D. de legat. 1. ita ſcriptum eſt, *Africanus lib. triceſimo epiſtolar. apud Iulianum quærit.*

Scribere repudium apud Tertullian. Apologet.

Scribere vſuras. l. vlt. D. de doli mali except.

Scribere principi. l. 1. §. vlt. D. de quæſt. l. 6. D. de interdict. & *Scribere Imperatori.* l. 7. D. de interd. & principe. l. 5. D. eod. l. 27. §. de decurionibus. de pœnis. l. 1. D. quando appell. ſit. *Scribi Imperatori.* l. vlt. D. quando appell. ſit. *Scribitur Imperatori.* l. 2. §. vlt. D. de bonis eorum. *Scribatur.* l. 3. & l. 4. C. de appellat.

Scribere quoque, notam inurere ſignificat. l. 17. C. de pœn. Vlpia. in Inſtitut. tit. 1. *Dediticiorum numero ſunt, qui pœnæ cauſa vincti ſunt à domino, quibus veſtigia Scripta fuerunt.* Quintilia. lib. 7. cap. 4. *Si quis fugitiuo ſtigma ſcripſerit.* Vegetius lib. 2. cap. 5. *Nam picturis in cute punctis milites Scripti & matriculis inſerti iurare ſolent.* Inde *Inſcriptos vultus*, id eſt, ſtigmate notatos dixit Plin. lib. 18. cap. 3.

Scriba. l. vlt. C. de magiſtr. conuen. *Scribæ.* l. 1. C. de Tabular.

Ita vt Scriptum eſt. l. 137. D. de verb. obligat.

Scriptum ius quid. §. conſtat. Inſtitut. de iure naturali.

Scriptum ſignatum edictum. l. 1. §. item hoc. D. quod falſ. tut.

Scriptum facere pro ſcribæ munus exercere. Liuius lib. 9. ad fin. de C. Flauio qui ſcriba fuit, *Inueni in quibuſdam annalibus cùm appareret Aedilibus, fierique ſe pro Tribun. Aedilem videret, neque eius nomen recipi, quod Scriptum faceret, tabulam poſuiſſe & iuraſſe nunquam Scriptum facturum. Quem aliquanto antea deſiiſſe Scriptum facere arguit Macer Licinius.* Sic & Gell. de eodem agens lib. 6. cap. 9. locutus eſt. Addam & aliam verbi *Scribere* ſignificationem, quæ quamuis in hiſtoriis frequens & peruulgata ſit, à Lexicographis tamen omiſſa eſt. Scribere enim milites, ſcribere ſupplementum exercitui, pro conſcribere, comparare & colligere crebrò legimus. Duos Salluſtij locos ſubieciſſe contentus ero. Sic autem ille in bello Iugurthino, *Igitur diffidens*, inquit, *cæteri exercitui milites eligere, Scribere, præſidia vndique accerſere.* Et alio loco. *Et tamen exercitui ſupplementum ſcribere ab ſociis & nomine Latino auxilia accerſere.* Et Liuius lib. 9. *Interea conſules exercitum ſcribere, armare, educere, placet.*

Scripta pro *inſcripta.* Vlp. lib. reg. tit. 1.

Scriptura eiuſdem, Caius in Inſtitut. *Scriptura Iuliani.* l. 18. §. ſi is. D. de damn. inf. *Scriptura Sabini.* l. 1. §. vlt. D. de verb. oblig. *Scriptura huiuſmodi.* l. 26. §. vlt. D. depoſit.

Scriptura probationem rei geſtæ continet. l. 5. C. de tranſactionibus. *Scriptura adprobetur.* l. 9. §. etiamſi. D. de admin. & peric. tutor.

Scripturæ fiunt de contract. l. 4. D. de pignorib.

Scripturæ furtum non ſit. l. 52. §. neque. D. de furt.

Ex hac Scriptura. l. 15. D. de donationib. & *ex ea Scriptura.* l. 48. D. de act. empt. *ex Scriptura legis.* l. 7. §. 1. D. ad legem Iul. maieſt.

SCRINIA *palatij ſeu principum* interdum *quatuor* memorantur, *Memoriæ, Libellorum, Epiſtolarum, Diſpoſitionum.* l. 19. C. de fide inſtrumen. l. vlt. de Decurionibus lib. 10. C. l. 3. C. de offic. quæſtor. l. 3. l. 4. l. 11. D. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. Codice. l. 2. C. de priuileg. eorum qui in ſac. palatio. Interdum verò tria duntaxat, *memoriæ* videlicet, *epiſtolarum*, ac *libellorum* ſeu *cognitionum*, vt in l. 5. l. 6. l. 10. C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. 1. C. de priuileg. eorum qui in ſac. pala. Etiam *exceptorum* & *tabulariorum* & *Canonum* & *Numerorum* & *Mittendariorum* ſcrinia memorantur. l. vlt. de veſtibus holober. lib. 11. C. l. 7. C. de palatin. ſacr. largit. l. 10. C. de murilegul. lib. 11. Item *Fabricarum* & *Barbaricariorum.* l. 1. C. de præpoſ. agent. in reb. lib. 12. Item *Scrinium auri ad reſponſum.* d. lege 7. C. de palatin. ſacrarum largitionum. Cuius & in Notitia cum de Comite largitionum agitur, fit mentio. Ex hoc accipienda ſunt hæc Iuſtiniani verba in Nouella de Prætore Piſidiæ, ἔξεστι δὲ καὶ τοῖς γραμματείοις. Ad reſponſum. Et in Nouella de Prætore Lycaoniæ, ἐχέτω γνώμην καὶ. Ad reſponſum, ἵνα μὴ ἀποκρισιαρίους τοῦ τῶν γραπτικῶν εὐκοσμίαν. Et in Nouella de Prætore Thraciæ, καὶ παρέσθω, ait, μὲν αὐτῷ καὶ. Ad reſponſum, ἀφ' ἑαυτοῦ τὰς ἐκείσε δυνάμεις. In Nouella ex Moderatore Helenoponti, ὑπακούέτω δὲ αὐτῷ καὶ τὸ γραμματικὸν τὸ κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἱδρυμένον ἐχέτωσαν καὶ. Ad reſponſum. Ex quibus locis apparet militaribus vſibus hoc ſcrinium deſeruiiſſe. Eóque ad milites perlata exercitus rectorum mandata in vetuſtis quibuſdam ad Iulianum Patricium notis legi. Meminit etiam officij ad reſponſum in re militari. l. 19. §. 1. Codice de re milit. lib. 12. Porrò in Notitia cum officium Comitum ſacrarum largitionum recenſetur, ad ſuperiora ſcriniorum

genera

genera hæc quoque adduntur, *Vestiarij sacri*, *Aureæ massæ*, *Argenti*, *Annularenses*, *à pecuniis*, *à miliarensibus*, in nostris etiam libris *scrinij ad limitem & ab argentariis*, & *operum*, & *Orientalis scrinij & Asiani & Thracij & Macedoniæ & Daciæ fit mentio*. l. 7. C. de palatin. sacr. largit. l. 18. & l. vlt. C. de numerar. lib. 12.

Ad *Scrinia transmittere*. l. 6. §. super his. C. de appellat.

Vnde Scriniarij in l. vlt. C. de castrens. pecul. lib. 12. l. 8. & l. 10. C. de numerar. lib. 12. lege vltim. de apparitoribus præf. præto. Suidas, σκεινιάριος ὁ χαρτουλαρίος τῆς ἐπάρχου, ἢ ἄιρων τὸ σκεῦνιον ἤτοι τὸ κιβώτιον. Scriniis autem magistri præponebantur. Et ita Alexand. Vlpianum magistrum scrinij fuisse Lampridius auctor est. Nec principibus tantùm, sed & magisteriis potestatibus sui Scriniarij erant. l. vlt. C. de test. milit. *Scriniarij* Vet. Glossarium, σκηπτροφόροι ἢ χαρτουλάριοι. & vt vetus Glossarium ait, *Scriniarij sunt magistri Scriniorum vel memoriales Scriniorum*.

SCRIPVLI in l. 1. & l. 5. C. de metallar. lib. 11. l. 1. de ponderatoribus in C. Theod. l. 12. de metallar. in eo Cod. l. vltima de annon. ciuic. Latinis Scripulum idem valet quod Græcis γράμμα: estque vicesima quarta pars vnciæ auctore Volusio Metiano.

SCRVPVLVS *omnis auferatur*. l. 3. C. de interd. matrim.

Scrupulosa solennitas. l. 17. C. de iure deliber. *Inquisitio*. l. 6. D. de iur. & fact. ignor. l. 119. D. de legat. 1.

Nimium Scrupulosa sunt. l. 33. D. de excusat. tut.

SCRVTARI *cubilia*. l. 3. D. de fugitiuis. & *Scrutari super conscientia aliena*. l. vlt. C. de accusationibus.

SCVCLATIS in l. 11. de Scænicis in C. Theod. fortè pro *Scutulatis* cum vitio legitur, vt significentur vestes Scutulis diuisæ, quarum meminit Plin. lib. 8. cap. 48. B. Hieronym. in Ezechiel. cap. 27. *Istiusmodi homines negotiatores Tyri sunt, qui polymita, purpuram & Scutulata mercantur*.

SCVLPERE *signum*. l. 30. D. de lege Corn. de falsis.

SCVTARII Zozimus lib. 2. συναποκρινάντων αὐτῷ καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα δύο ταγμάτων, οὓς σκουτάριους προσαγορεύουσιν.

SCHYPHVS in l. actione. D. de furt. l. quidquid. D. de adquiren. rer. dom.

Schyphi argentei. l. vlt. D. de præscrip. verb. *Schyphus ex ære*. l. 24. D. de acquir. rer. domin.

Schyphi facti ex massa. l. 88. D. de legat. 3. *Schyphi fundus & ansa*. l. sed si mors. 21. §. 1. D. eod. tit. l. in rem. §. si quis. C. de rei vindicat. & l. 26. D. de acquir. rerum domin.

Scyphus, sexta pars sextarij, interpret. Horat. pa. 166. b

SECARE *segetes*. l. 21. D. de furt.

SECERNI *temporibus*. l. 5. §. vlt. D. de seruitut.

SECESSVS. l. 21. §. si arbiter. D. de recept.

SECRETVM. Vet. Glossarium Græcum, δικαστήριον.

Secreta iudiciorum. l. 11. §. item cum eo. 41. D. ad leg. Aquil.

Secreta patrimonij. l. vlt. C. de aliment. pupill.

& *Secretum voluntatis*. l. 70. D. de hæred. instit. l. 3. C. de codicill.

Secreti susceptiuatio. l. 3. C. de probat.

SECRETARIVM locus est, in quo iudices causas examinant. Est enim *Secretarium iudicum*, vt consistorium principis. l. vlt. C. vbi Senator. l. 3. C. de offic. diuers. iudi. l. 20. D. de exactionib. in C. Theod. l. 2. de proxim. sacr. scrin. lib. 10. C. l. 1. & l. 2. de off. rector. prouinc. in C. Theod. Hoc verbo auctor passionis B. Cypriani statim initio vtitur. Vnde dictum, vide Cassiodor. epist. . lib. 11.

SECTAM *suam & temporum suorum dicunt* Impp. in l. 2. C. ad l. Iul. maiest. l. 5. & 6. ad l. Cor. de falsis. l. 2. C. de delatorib. l. vlt. in fin. C. de pact. §. vlt. Instit. de legat. ita & *Secta diuersæ Iurisconsultorum*. l. 2. §. hi duo. D. de origin. iur. vt & *Secta studiorum*. l. 8. §. Philosophus. D. de vacat. & excusat.

SECVLO *nostro abhorret*. l. 3. C. ne fiscus.

SECVNDÆ *tabulæ*. l. 35. D. de statulib. & l. 11. §. quod vulgò dicunt. D. ad leg. Falc. l. 11. & l. 14. §. 1. D. ad Senat. Trebel. l. 10. D. de captiuis. & *Secundæ tabulæ* eæ dicuntur, quibus substitutio fiebat, quòd post paternas in secunda parte tabularum & in ima cera fiebant, vt lib. 3. Antiquit. plenius exposui. Sic accipiuntur in l. 19. §. postumos. D. de aliment. leg. lege prima. D. si cui plus quàm per legem Falcidiam. l. 2. §. interdum. l. 12. Digestis de vulg. l. 27. D. si quis omissa caus. test. l. 14. §. si quis compulsus. & l. vltima. Digestis ad Trebellianum.

l. 11. D. de except. rei iud. l. 11. §. quod vulgò. D. ad legem Falcid. l. 66. D. de leg. 2. vnde *Secundarum tabularum substitutio.* in l. 55. §. qui fideicommissum. D. ad Senatusconsultum Trebellianũ. & *Secundas tabulas facere impuberi filio.* l. 2. §. impuberem. D. ad SC. Tertyll. item *Secundis tabulis facta pupillaris substitutio.* l. 18. §. Postumus. D. de aliment. & cibar.

Secundus hæres. l. si quis à filio. D. de legatis 1. Secundo loco scriptũ, id est, hæredi subſtitutum significat. Caius lib. 2. Instit. tit. 4. l. 4. D. de Senatusc. Silania. ad differentiam hæredum institutorum, qui priore gradu & loco instituuntur, quos ideo primos appellari suprà docuimus. sic *Secundum hæredem scribere.* in l. 8. C. de institutionib. l. 56. D. de fideicommiss. libert. Explicatur hoc verbum à Boëtio in Topic. frequénsque est in Cicer. vt in Oratio. pro Cluent. Auito. lib. 1. de Inuentio. lib. 15. epistol. ad Atticum. & libro 13. epist. Vtitur & Plin. hoc verbo lib. 7. cap. 6. Addam & ex aliis auctoribus duo quæ mihi potiora visa sunt testimonia. Salust. in bello Iugurth. Quem Micipsa testamento secundum hæredẽ scripserat. Suet. in Iul. cap. 83. *Plures percussorum in tutoribus si quis sibi filius nasceretur, nominauit.* D. *Brutum etiam in secundis hæredibus.* Flor. libro 4. Et l. si quis à filio. D. de legat. 2. Appian. lib. 11. bellor. Ciuil. τῶν ἀνδροφόνων Δέκιμον ὁ Βρῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς· ἔθος γὰρ ῥωμαίοις τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους ἐι μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι.

Sic & *Secundo loco scribere hæredem.* l. 4. D. de Senat. Silaniano. & *Secundo loco factum testamentum.* l. 29. D. ad Senatusconsc. Trebell.

Secundus auctor. Lexicon B. Germani βεβαιωτὴν, vertit & Iulianus Anteceſſor confirmatorem venditionis. *Secundus creditor.* l. 13. §. cum pignori. D. de pignorib. l. 17. §. 1. D. qui potior. in pign. l. 8. C. qui potiores. *Secundus delator & prior.* l. 10. D. de diuers. temporibus. & *Secundus emptor ad differentiam primi.* l. 66. §. si secundus. D. de euict. l. 3. C. si quis ignor. item *Secundus redemptor.* l. 2. §. idem. D. de admin. rer.

Secundæ nuptiæ. l. 11. §. mulier. D. ad l. Iul. de adult. ita & *Secundum matrimonium.* l. 61. §. 1. D. de iure dotium. & *Secundus maritus.* l. 41. §. testamento. D. de legat. 3.

Secundæ actiones. Arnob. lib. 3. p. 173.

Secunda tutela. l. 45. §. 1. D. de excusat.

Secundum pignus, id est pignus pignori datum. l. 40. §. vlt. D. de pignor. act. & *Secundo loco pignori accipere.* l. 36. D. de pignor. act. l. 1. C. qui potior.

Secundo die. l. 2. D. quando appell. sit.

Secundi fructus pro vberes. sic Paulus, dum nõnulla pretio varietate, loca temporáque adferre dicit, *nec*, inquit, *continuis sterilitatibus tantidem, quanti secundis fructibus oleum æstimabitur.* l. 63. §. 2. D. ad leg. Falcidiam.

Secundum pro iuxta vel propè. ita secundum parietem. l. 27. §. si furnum. D. ad leg. Aquiliam. & *Secundum ripam.* l. 29. D. de acquir. rerum dominio. & *Secundum ripas.* l. 3. D. de flumin. vt in l. 7. §. insula. D. de acquirendo rerum domin. sic & *Secundum agrum ripa.* l. 30. §. 1. D. de adquir. rer. domin. & *Secundum viam publicam.* l. 38. D. de acquir. rerum dom. *Secundum parietem.* l. 30. §. 1. l. 38. D. de acquiren. rer. dom. l. 13. D. de seruit. vrb. l. 17. §. vlt. D. si seruit. vind. *Secundum Tyberim ambulare.* l. 22. D. de præscrip. verb. *Secundum Messenos datum.* Tacitus lib. 4.

Secundum. i. post. sic *Institutus secundum filiam*, id est, subſtitutus, Cic. 3. in Verr.

Secundum etiam pro significat. sic *Secundum actorem pronuntiatum.* l. 30. §. vlt. D. de exceptione rei iudicatæ. l. 4. §. labor. D. de doli except. item *Secundum aliquem iudicare.* l. 31. D. de iureiurando. l. 57. D. de hæred. pet. vel l. 57. D. de rei vindicat. *Secundum* aliquem pronuntiari iudicaríque dicitur quod pro eo, & eius commodo pronuntiatur. l. Papinianus. §. meminisse. l. qui repudiantis in fi. D. de inoffic. testam. l. is à quo. D. de rei vind. l. vlt. D. de hæred. pet. l. 2. D. de condict. indeb. & l. 2. D. de condict. ob turp. cau. Huius generis loquendi exempla plurima ex bonis linguæ Latinæ auctoribus protulimus supra lib. 4. in verbo Dare. Plinius epist. 1. lib. 5. *Secundum matrem tuam pronuntiauit.* item *Secundum aliquem sententia dicta.* l. 2. §. vlt. D. de statu lib. *Secundum alterutrum iudicata res.* l. vlt. §. vlt. D. de iur. cod. *Secundum eum sententia dicta.* l. 3. D. de pignor. *Secundum me iudicatum.* l. 16. §. creditor. D. de pignoribus & 75.

Secundum me pronuntiatum. l. 11. §. vlt. D. de iureiur.

Secundum me hæredémve meum iudicata. l. 158. D. de verb. significat.

Secundum se sententiam dandam. l. 14. D. de probationib. & *Secundum eum iudicare.* l. 31. §. si voluntati. D. soluto matrimonio.

Secundum hæredem iudicare. l. 8. §. si ex causa. D. de inoffic. *Secundum possessorem pronuntiare.* l. 2. §. Senatus. & l. 15. §. Senatus. D. de iure fisci. *Secundum libertatem pronuntiare.* l. Diui fratres. §. 1. D. de lib. cau. l. 25. D. de dolo. *Secundum libertatem lata sententia.* l. 18. C. de cuictionibus. *Secundum sententiam Senatusconsulti.* l. 17. D. de hæred. petiti. *Secundum testamentum sententiam dare.* l. si pars. 22. & l. 10. D. de inoffic. testam. Plin. epist. 4. & 6. lib. 7. *Secundum libertatem pronuntiare.* l. Diui fratres. §. 1. D. de liber. caus. *Secundum instituta.* l. iuxta. l. 2. C. si in causa iudic. *Secundum morem priuatorum iudiciorum.* l. 5. D. de pœnis. *Secundum omnium opinionem.* l. vltim. §. si ita. D. de verborum obligationib. *Secundum bonos mores fit.* l. 33. D. de iniuriis.

SECVNDOCERIVS, in l. 7. C. de palatin. sacr. largitio. lib. 12. & Rubr. de primicer. & secundocer. & l. vlt. C. de domestic. & protectoribus. vbi Secundocerij locum, non, vt vulgò legitur, secundi primicerij vetus codex habet. Est & hoc verbum frequens in Notitia Imperij Rom. Eadem autem figura qua primicerius, ita & secundocerius qui secundum in ordine suo locum gradúmque obtinet appellatur.

SECVRVS *esse, id est liberari.* l. 7. D. de minoribus. 2. l. 17. D. de testament. tutel. & l. 43. D. ad Senat. Trebell. sic *Securus esse potes.* l. 4. C. de excusat. tut. & *Securus est.* l. 1. §. 1. D. de obligation. *id est liberatus.* l. 1. §. is quoque. D. de oblig. & action. l. 17. D. de testamen. tutel. sic & *Securus erit.* l. 8. D. ad leg. Aquil. l. 1. §. 1. D. si mensor. l. 27. §. cui mandatum. D. mandati. & *Securum esse in futurum.* l. 10. D. de supp. tut. & *Securus esse potest.* lege 13. Digestis de excusat.

Securè testari. l. 8. §. si quid mortici. D. de inoff.

SECVRITAS pro apocha, vnde dicatur, vide Cassiodor. epist. 33. lib. 3. *Securitatis* verbo quæ & ἀσφαλεία dicitur l. 3. C. de verbor. signific. persæpè nostri vtuntur, ita vt apocham significent. l. ne fraudem. l. securitates. C. Theod. de suscepto præpos. l. testium. §. vlt. C. de testibus. l. vlt. C. si cert. pet. sic *Securitas eius quod debetur.* l. 1. §. an in his. D. de contrar. tutelæ.

Securitas populi l. 1. D. ad l. Iul. maiest. & *Securitas timoris ac periculi.* l. 1. §. accusationem. D. ad Senatusconsultum Turpill. item *Securitati reipub. prospicere.* l. 33. D. de vsur. & *Securitati cauere.* l. 14. D. de donat. inter. *Vel consulere.* l. vlt. C. de vsur. pupill. & l. 1. C. de crimin. stellion. *prospicere.* l. 1. C. de tut. vel cur. qui sat. non ded.

Securitatem promittere. l. 6. C. ad Senat. Velleian. & *Securitatem firmam præstare.* l. 1. C. de solut. & liberat. & *Securitatem præstare.* l. 2. C. de rebus alien. & l. 1. C. de comm. rerum alienat. sic etiam *Securitatem dedit.* l. 19. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. & *Securitatem reportare.* l. 1. C. de sumpt. recuper. denique *Securitatem indemnitatis consequi.* l. 3. Codice de cõnuen. fisci debiti.

SED *pro tamen.* l. rescriptum. §. si pacto. D. de pact. l. 2. §. quanquam. D. de aq. & aqu. pluuia arcend. l. Pompon. D. de acquiren. rerum dom. hoc in l. 162. in fin. de verborum signific. vt & verùm pro tamen, quod notauimus.

SEDES *dicuntur stationes militum.* l. vlt. C. de restit. milit. l. vlt. C. quibus non obstat lon. temp. præscrip. & §. 1. Instit. de milit. testamen. ex Iacobi Cuiacij emendatione. Credo esse quod vulgò dicimus *en garnison*, velut opposita facit, esse in expeditione & in sedibus non tantùm Iustinianus, in supra dictis locis, sed & Veget. lib. 3. cap. 4.

Sedes pro domicilio. l. si eum seruum. §. vlt. de legat. 1. sic *Sedes ciuitates relinquere.* l. 1. D. de decurionib. & *apud sedes suas esse.* l. 28. §. vlt. D. de fideicomm. libert. sic Tibullus *Sedes auitas*, pro laribus auitis. hoc modo & *Sedes sibi constituere quis dicitur.* l. 2. C. de iure delib. & *Sedes & Tabulas habere.* l. 203. D. de verb. signific.

SEDERE dicitur Prætor, cum pro tribunali iuris dicendi causa sedet. l. 2. §. confestim. D. ad Tertyllian. l. 7. D. de in integr. restit. l. 2. §. dies. D. quis ordo. Vnde *dies* quibus Prætor ius dixit pro tribunali sedens, *Sessionum* appellantur in dicto §. dies, in l. 51. §. satisfactionis. D. vt in possess. legat.

Sedere etiam *iudices* dicuntur. Cicer. pro Rabir. Post. *Modò vos iidem in A. Gabinium iudices sedistis.* Plin. lib. 6. ad Roman. *Sedebant iudices centum & octoginta. tot enim quatuor consiliis colliguntur, ingens vtrinque aduocatio.* Apuleius Apolog. 1. *Quod si modò iudices de causa ista sederent, C. Fabritius, Ca. Scipio, Marcus Curius.* Silius Italic. lib. 7. de bello Punico, *Nec iudex sedisse valet.* Senec. Controuer. 2. lib. 7. *Vbicunque estis iudices qui in istum reum sederatis, &c.* Cic. lib. 2. de Orat. *Sed sedebat iudex. l. Aurifex.*

B. Cyprian. lib. 2. epist. 2. *Qui sedet crimina vindicaturus admittit, & vt reus non pereat fit nocens iudex*: Lucan. lib. 9. de bello Pharsalico. *Qui iudex sederit antro*. Ouid. Eleg. 5. lib. 3. de Ponto.

Vtque tui solitus sedissem forsitan vnus
De centum iudex in tua verba viris.

Sederit iudici, id est visum fuerit. l. 7. §. vlt. D. qui satisd. cogant.

SEDITIO *prærupta*. l. 6. §. quid tamen. D. de iniusto rupto.

Seditionis faciendæ consilium. l. 3. D. ad l. Iuliam de vi publ. &

SEDITIONVM *concitatores*. l. 1. D. de appellat.

Seductus. l. 3. §. si quis. D. de homine libero.

SEDVLARIA in l. 4. D. de supell. leg. sunt sedilia quæ subiiciuntur in rheda sedentibus, vt notauit Ant. Aug. & Turneb. lib. 18. Aduers. cap. 23.

SEDVLVM *officium*. l. 8. C. qui petant tutor.

SEGETEM *secare*. l. vulgaris. D. de furt. & *Segetem desecare*. l. 27. §. oliuam. D. ad legem Aquiliam.

SEGNITER *geri*. l. 5. C. de suspect. tutor. & contrà *non Segniter functi officio*. l. vlt. §. 1. D. de administr. rerum.

Segnitia fraudi opponitur. l. 52. §. 1. D. de fideiussoribus.

SEIANVS *fundus*. l. 40. §. 1. D. de condit. & demonstr. l. 23. D. de legat. 2.

SELLÆ *curules*, ait Isidor. lib. 20. Etymolog. cap. 1. *erant in quibus magistratus sedentes iura reddebant. Dictæ autem curules, quia apud veteres Prætores, & Coss. propter itineris longinquitatem curru in forum prouehebantur, quibus sedentes iura dicebant. à curru curules sunt appellatæ*. l. qui sella. D. de seruitut. rusticor. & l. 49. D. de legat. 3.

Sellæ prætoriæ fit mentio in l. 1. §. casum. D. de postul. Qua de re vide quæ lib. tertio Antiquit. dixi.

Est & *Sella gestatoria*, de qua apud Sueton. in Nero. cap. 26. & in Vitellio cap. 16. & in l. 7. D. de seruit. rustic. l. 49. D. de legat. 3. De qua & lib. 1. Antiquit. aliquid dixi.

Sella balnearis apud Paulum lib. 3. sentent. tit. 6.

Sella Tonsoris. l. 11. D. ad leg. Aquil.

SEMEL *pro simul positum videtur*. l. si libertus. 161. §. si quis planè. D. de iur. patronat. *Si quis planè non semel alienauerit, sed quasdam res antè, quasdam postea & cæt.* Hic Hotomanus putat vēditionem, quæ auersione fieri à nostris dicitur, ab Ascanio semel factam dici, vt notaui libro 1.

Semel adita hæreditas. l. 55. §. qui fideicommiss. D. ad SC. Trebell. *Semel admissa*. l. 10. §. vlt. D. de bonorum possess. contra tab. *Semel constituta*. l. 85. D. de diuers. reg. *Semel facta diuisio*. l. 9. C. de fide instrum. *Semel finita*. l. 1. C. de abolitione. sic *Semel extincta obligatio, & semel acquisita vindicatio*. l. 12. §. vlt. D. quando dies leg. *Semel implenda conditio*. l. 35. §. vlt. D. de mortis caus. donat. & *Semel nata bonorum possessio*. l. 8. §. à primo. D. de bonorum possess. cont. tab. item *cum Semel amissa fuerit possessio*. l. 7. §. quibus bona. D. pro empt. & *Semel data libertas*. l. 29. D. de manum. test. vt & *Semel præstita libertas*. l. 20. C. de liberal. caus. item *Libertates quæ Semel competierunt*. l. 4. §. 1. D. de fideicomm. libert. sic *Semel translato dominio*. l. 1. D. si mancip. ita fuerit. & *Semel translatæ actiones*. l. 63. §. si hæres. D. ad SC. Trebellianum. item *Semel dicta sententia*. l. 24. D. de sentent.

Semel delatus. l. 1. D. quod falso. & *Semel receptus*. l. 15. D. ad l. Iul. de adult.

Seruorum autem adeò miseranda fuit & odiosa conditio, vt iure nostro nullo propè in numero haberentur, nihili fierent, nullum caput haberent nec suffragium in Republ. nullum proprium nomen nec tribum, ad eos nulla lex pertineret: nec citra voluntatem domini libertatem assequi possent. cum verò eam consecuti forent & à dominis manumissi, *tunc liberti* vocabantur, vt suo loco dictum est. Sunt quoque aliæ seruorum species, vt vernarum qui tales nascuntur, statuliberorum, nexorum, addictorum & glebæ adscriptorum, atque etiam redemptorum, de quibus singulis copiosè suo loco à nobis traditur. Fiebāt autem olim serui vario modo, vt natiuitate, aut aliquo accidente, vt captiuitate aut etiam voluntate. porrò, *Serui*, quidquid quærebant, dominis siue etiam ignorantibus quærebant. vnde Triphon. in l. de hæreditat. §. 1. D. de castr. pecul. *Ignorans se locupletatum per seruos, alio loco agentes.*

Potest tamen *Seruus cum seruo agere.* l. 17. §. 1. D. de adilit. edicto. & *Seruos de dominis querentes audiebat præs. prouinc.* Seneca libro tertio de benef. cap. 22. *de iniuriis dominorum in seruos, &c.* item cap. 2. *Est aliquid quod dominus se præstare seruo debeat, vt cibaria, vestiarium.*

Serui corrupti actio. Vetus Glossarium Græcum, ἡ κατὰ τῦ τὸν ἄλλον οἰκέτην ὑποποιήσαντος. Aliud Glossarium, ἀγωγὴ ἡ χείρονα ποιῆσαι τὸν ἀλλότριον δῶλον καὶ ἀπαλείψασι τῆς ἀγαθῆς αὐτῦ τρόπης.

Seruus pœnæ. l. 7. D. de his qui sui. l. 1. §. filio. D. de suis & legit. l. D. de manumiss. l. 12. D. de iure fisci.

Serui autem pœnæ fiunt, qui metallo vel operi addicuntur, vel qua alia pœna damnantur, quæ miniſterium corporiſque laborem & ſeruitutem irrogat. veluti qui in metallicorum miniſterium, ad ludum, ad beſtias, in opus publicum damnantur. l.1. de ſentent. paſſ. l. 6. §. irritum. D. de iniuſto rup. l. 6. D. de ſtatuliber. l. 25. §. ſi quis planè. D. de acquirén. hæred. l. 8. §. in miniſterium. & §. quicunque. & §. vlt. l. 12. l. 17. l. 36. D. de pœn. l. 7. D. de his qui ſunt ſui vel alien. §. pœnæ. Inſtit. quibus modis ius pat. pot. l.1. in fin. & l. 2. D. de contra. tabul. l. qui pœnæ. D. de manumiſſ. Hi enim omnes pœnæ magis quàm Cæſaris & fiſci ſerui ſunt. l. 3. D. de his, quæ pro non ſcrip. haben. ſic *Seruus pœnæ efficitur, ad gladium vel ad beſtias, vel in metallum damnatus.* l. 25. §. ſi quis. D. de acquiren. vel omitt. l. 6. §. eius qui. D. de iniuſto rup. Paul. l. 4. ſentent. tit. 7. vt ſeruus pœnæ efficitur, ſic *& ſerua pœnæ ſit.* l. 1. §. filio. D. ad Senatuſc. Tertyll.

SERVA, id eſt, ancilla. l. ſi ſtuprum. D. de iniur. l. inter. §. liberas. D. ad leg. Iul. de adult. Et apud Liuium lib. 1. *Id ſeruus Serua natus poſſederat.* Sic enim veteres codices habent, & mox, *Seruum ſeruáque natum.* de *Serua fit etiam mentio* in l. 1. D. de ſeruo corrupto. l. 39. D. de iure dotium. l. 1. §. 7. D. de ſuis & legitim. ſic *de Serua natus* in l. vlt. D. pro derelict. item *Seruam* etiam pœnæ mulierem factam legimus. l. 6. D. de ſtatuliber. l. 2. §. 1. D. ad Tertyllian. quod accidebat, cùm vel in opus ſalinarum, vel in miniſterium metallicorum damnabantur. l. 8. §. in miniſterium. D. de pœn. l. 6. D. de captiu. & poſtlim. Nam huiuſmodi pœnis ſeruitutem irrogantibus adfici mulieres conſueuerant. Iuſtin. Nouell. 12. εἰ γάρ τις ἢ ἀνὴρ ἢ γυνὴ εἰς μέταλλον δοθῆναι προσετάχθη, δηλέα μὲν ἦν κατὰ τὸ παρὰ τῶν παλαιῶν νομοθετεῖν ἐκ τῆ δηλείας ὀπιφερομένη. Quam ille ſeruitutis pœnam (ſic enim appellatur in l. 1. D. de ſententiam paſſ.) abrogans, eadem conſtitutione, ἡμεῖς δὲ, ait, τοῦτο ἀνίεμεν, καὶ ἑδένα τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐν γεγονότων ἐκ τιμωρίας γίνεσθαι συγχωροῦμεν.

Seruæ perſonæ. l. 6. D. ad l. Iul. de adult.

Seruum in neutro caſu. l. 16. D. de ſtatuliber.

Seruilis cauſa. Inſt. titul. de capit. diminut. *cognatio.* Vlpian. lib. reg. tit. 12. & *Seruiles cognationes.* l. 1. §. 1. D. vnde agnati. lege 14. §. 1. D. de ritu nupt. *& affinitates*, ibid.

Seruilis conditio. l. 10. C. quod cum eo. l. 7. C. qui dare tutor. l. 2. C. de poſthum. hæred. l. 6. C. de pœnis. l. 1. D. de bon. damnat. lege 45. §. vlt. D. de fideicommiſſ. libert. & l. 1. C. de precibus. l. 25. C. 1. de donat. inter vir. *Iniuria.* l. 7. §. præterea. D. de iniur. *macula.* l. 9. C. de liber. cauſ. *perſona.* l. 22. D. de diuerſ. regul.

Seruile caput. l. 3. §. vlt. D. de cap. diminut. *Seruilia miniſteria.* l. 22. C. de probationibus. *Seruilia opera.* l. aditio. D. de acquir. & omitt. *Seruilia verbera.* l. 12. D. de iure fiſci.

SERVIRE *annonæ vrbis.* l. 5. §. negotiatione. D. de iure immunit. *Seruire muneri.* l. vlt. §. Maſtigophori. D. de muneribus & honoribus. *Seruire verbis edicti.* l. 1. §. ſed ſi. D. de exercit.

Seruire officium iudicis. l. 2. §. vlt. D. de eo quod cert. *Seruire peculium.* l. 4. de pecul. *Seruire ſeruitutem.* l. ſi ſeruus. 34. D. de ſtipul. ſeruorum. & *Seruire locus dicitur.* l. 3. §. ſi aquam. D. de aqu. cottid. ſic *Seruit prædium per vſumfructum.* l. 57. D. de vſufructu. & *fundus Seruire dicitur.* l. 2. §. vlt. D. de aqu. & aq. pluu. vt & *Seruiens fundus.* l. 9. D. de ſeruitut. l. 13. D. ſi quis caut. *vel is cui ſeruitus debetur.* l. 23. §. ſi fundus. D. de ſeruit. præd. ruſt. ſic & *Seruiens prædium, vel cui ſeruitus debetur.* l. 140. §. vlt. D. de verborum obligat. item *Seruiens fundus & is cui debetur* opponuntur in l. 13. §. ſi fundus. D. de ſeruit. præd. ruſt.

Seruus fundus. l. 20. §. 1. D. de acq. rerum dom. l. 6. §. 1. D. quẽadmo. ſeruit. amitt. ſic *Seruum facere fundum.* l. 22. §. ſed & regionibus. D. famil. erciſcund.

Serua arca, Seruæ ædes. l. 34. & 35. D. de ſeruit. præd. vrb.

SERVITVS eſt *conſtitutio iuriſgentium, qua quis domino alieno contra naturam ſubiicitur.* l. 4. §. 1. D. de ſtatu hom. *Seruire ſeruitutem.* l. ſi ſeruus. 34. D. de ſtip. ſeruorum.

Seruitutes etiam appellantur *prædiorum iura.* l. 1. in fin. D. de rerum diuiſ. l. 50. §. 1. in fi. D. de alien. iudi. mut. quibus fundi perſonis vel perſonæ fundis ſubiiciuntur. A quibus & ſeruum prædium, & ſeruum fundum, quod ſeruit dicimus, liberóque opponimus. l. 8. D. de act. empt. l. traditio 20. §. 1. D. de acquiren. rerum dom. Cic. de lege Agrar. *Optimo enim iure ea ſunt profectò prædia, quæ optima conditione ſunt: libera meliore iure ſunt, quàm ſerua. Capite hoc omnia quæ ſeruiebant, non ſeruient.* Quarum aliæ perſonarum eſſe dicuntur, vt vſusfructus & vſus aliæ rerum, eæque rurſus vel vrbanorum, vel ruſticorum prædiorum. l. 1. D. de ſeruitutibus. cum proximis & coniunctis titulis. l. 39. D. de vſufru. *In rem vel in perſonam ſeruitutes* dixit Paul. in l. 12. D. de annu. leg. Has etiam *ſeruitutes perſonales* vocant. l. 8. §. tale legatum. D. de liber. lega. l. 37. D. de ſeruit. ruſt. Et *hominum ſeruitutes.* in l. 15. D. de ſeruitutibus. l. 20. in fin. D. de ſeruit.

ruſti. Quoniam hominibus debentur & cum his pereunt. de *Seruitute prædij ruſtici vel vrbani* in l. 13. §. 1. D. de acceptilat. quæ & *Seruitus vtrorunque prædiorũ vocatur* in l. 1. D. de condict. tut. Rerum verò Seruitutes prædiorum idcirco dicũtur, quòd prædiis debentur, non perſonis, & ſine prædiis conſtitui non poſſunt. Nemo enim eas ſeruitutes acquirere vel debere poteſt, niſi qui prædium habet. l. 1. D. comm. præd. l. 34. D. de ſeruit. ruſtic. Ideóque in cauſa aquæductus *ſententia prædio dari* dicitur. l. 33. §. vlt. D. de negot. geſt. Seruitutes autem hæ vel vrbanorum, vel ruſticorum prædiorum appellantur, prout ſunt prædia, quibus debentur. *Vrbanis enim ædificiis* quocunque ea loco poſita ſint, conſtituta, vrbanorum prædiorum dicuntur: quales ſunt altius tollendi, ſtillicidium auertendi in tectum vel aream vicini, immittendi, proiiciendi, protegendi, proſpectus, luminum, oneris ferendi, cloacæ immittendæ ſeruitutes. l. 1. 2. & 3. D. de ſeru. vrb. l. 1. D. commu. præd. §. æquè. Inſtit. de actionibus. *Ruſticorum verò prædiorum* ſunt hæ, iter, actus, via, aquæductus, hauſtus aquæ, pecoris ad aquam appulſus, pecoris paſcendi, cretæ eximendæ, calcis coquendæ iura. l. 1. l. 2. cum ſequen. D. de ſeruit. ruſt. Inſtit. de ſeruitutibus.

Seruitutem porrò imponere, adquirere, amittere dicimus, vt & conſtitui, cedi, deberi, vindicari, extingui, perire, confundi.

Seruitutium. l. 32. §. vlt. D. de ſeruit. præd. vrb. & l. 1. D. de ſeruit. præd. ruſt.

Seruitus pœnæ. l. 1. D. de ſenten. paſſ.

In perpetuam Seruitutem venisse dicuntur qui ea lege vænierunt, ne vnquam manumitterentur.

SERVILIVS *Iuriſconſultus Proculum citat.* l. 10. D. de iure patron.

SERVIVS *Sulpitius iuris ciuilis auctor* appellatur ab Agell. lib. 2. cap. 10. Idem in reprehenſis Scæuolæ capitibus lib. 4. cap. eundē citat. Idem lib. 6. cap. 12. *Seruius* (ait) *Sulpitius Iuriſconſultus ætatis ſuæ doctiſsimus*, lib. de teſtamentis ſecundo. Item citatur in l. qui concubinam. §. 1. D. de legat. 3. & §. qui ita. D. eod. vbi *Alphenus placuiſſe* ait *Seruio.* l. 1. de bon. libert. l. 2. §. tutor. D. pro emptor. l. 26. D. de acquir. rer. dom.

SERVIANA actio in rem prætoria petitoria, l. 42. l. licet. §. is qui. D. de procuratoribus. quæ de rebus in prædium ruſticum inuectis illatis, quæ tacito pignoris iure locatori pro pēſione obligantur, proponitur. Ideóque rerum tantùm mobilium eſt, & *pignoratitia* etiam dicitur. l. 3. §. eſt autem. D. ad exhiben. l. 9. D. quibus mod. pign. ſol. l. 41. D. de pignerat. act. §. item Seruiana. Inſtitut. de actionibus. l. vlti. D. de Saluia. interd. Quæ verò eius exemplo de cæteris rebus pignori oppoſitis, & qua pignus creditor vindicat datur actio, ea *quaſi Seruiana* ſiue hypothecaria appellatur. l. 13. §. 1. D. ad Velleian. l. 1. C. de precar. vel *vtilis Seruiana.* l. 1. §. cum prædium. D. de pignoribus. l. 1. C. comm. de legat. l. 1. D. quibus mod. pign. ſol. atque etiam *pigneraticia Seruiana.* l. 3. §. eſt autem. D. ad exhib. & *Seruiana vel hypothecaria* in l. 29. D. famil. erciſc. l. 29. D. communi diuid. l. 4. §. ſi quis autem. D. de doli except. & l. 28. D. de pignerat. act. Confunditur tamen plerunque hæc differentia & cuiuſlibet pignoris perſecutioni Seruianæ nomen accommodatur. l. 3. l. 7. & l. 10. l. 11. l. 21. D. de pignorib. l. 42. §. ſed & dominum. D. de procuratoribus. l. 28. D. de pigner. act. l. 4. D. quib. mod. pign. l. 30. D. de noxalibus act. l. 34. & l. 35. & l. 66. D. de euictionib. l. 3. §. eſt autem. D. ad exhiben. l. 17. §. 1. D. ad Velleia. l. vlt. C. de act. & oblig. l. 19. C. de vſur. l. 6. C. ſi alien. reſ pignor. Datúrque aduerſus quemlibet poſſeſſorem ſiue debitorem ipſum hæredémve eius, ſiue quemcunque alium. l. 13. §. in ſuperficiariis. l. 16. §. in vindicatione. D. de pignoribus. l. 9. l. 14. l. 15. l. 24. C. eodem.

SESTERTIVM Vetus Gloſſarium, εἶδος νομίσματος ἃ συνηθέμενα μέχρι νόμισμα ἀποτελοῦσι.

SESCVNCIA. l. 42. D. de vulg. & pupill.

SEVERVS *Auguſtus optimus maximúsque princeps* appellatur in l. qui ſolidum. §. cum poſt. D. de legat. 2. & ſanctiſſim. imperator in l. Titia. §. Lucius. D. eod. tit.

SEVERVS plerunque Septimium Seuerum apud noſtros deſignat. Nonnunquam etiam Alexandrum. vt conſtat ex l. verè. §. 1. de minor. iuncta l. 1. de noxal. act. l. 10. l. cum alter, de compenſat. l. ſi conſtat. C. eod.

Seuerus Valerius. l. 1. §. quæſitum. D. de aqua quotidiana.

SEVERIOR *ſententia.* l. 49. D. de fideiuſſor. *Seuerior ſententia & mitior* opponuntur. l. 3. C. ex quibus cau. infam.

Seuerius iudicare. l. 4. C. de patri. poteſt. *Seuerius & Clementius ſtatuere* opponuntur. l. 6. D. ad l. Iul. pecul.

Seuerisſima

Seueriſſima ſententia. l.1. §.origo. D.de poſtulando. *Seueriſſimam vindictam exigere.* l.1. C.de precibus. *Seueriſsimè vindicare.* l. vlt. C.de crimin.ſtellionat.& *puniri.*l. 1. D. ad legem Iul. de vi priuata.

SEVERITAS *iuris.* l. 6.C.de hæred.inſtituend. *ſententiæ.*l. 4. C.ex quib.cauſ.infam.

Sæuitia dominorum in ſeruos. l.17.§.idem ait. D.de ædilit.edicto.

SEXAGENARIVS Vlpia. lib. regul.tit.ſolidi capaci.

SEXAGENARIOS exactores quoſdam appellatos, qui à collatoribus ſpecies annonarias ſuſcipiebant, tributáque exigebant, conſtat ex l.1. C. de exactionibus tribut. in C. Theo. & l. 2. de annon. & tribut.in Cod. Theod.

SEXTA *pars fundi.* l.116.§.1.D.de legat.1.

EX SEXTANTE *hæres.* l. 30.D.de except. rei iud. id eſt ex parte ſextæ. l. 76. D. de acquir. vel omitt.

SEXTARIVM *frumenti.* l. vulgaris. §. ſed ſi de naui. D.de furt.

SEXTIA *filia.* l. Sextiam. D. de legat.lib.3.

SEXVS *virilis.* l.15. D.de tutelis. l.1.§.1. D.de pecul. *Sexus fœmininus.* l.2. §.vlt.D.de iur.fiſc. l. 2. §.quod ait.D. qui ſatiſd. cog. Vlpian. lib.reg.tit.de poſſeſſ. dand. tit.de legit.hæred. *Sexus mulieris.* l.13. C.de procurat. *Sexus fœminini infirmitas.* l.9.D.de iur.& fact.quæ & ſimpliciter *Sexus infirmitas* dicitur. l.1.§.atqui. D. ad SC. Turpill.

Sexus vterque. l.22. D.de his qui not.infam.l. 3.§. 1.& l.10.§. liberos. D. de in ius voc. l.2.§. 1. D.de negot.geſt.l.7.D.de iuriſdictione. l.1. §.vi poteſt. D. de exercitor. & apud Sueton. in Auguſto. cap. 101. l. 195. D.de verb. ſignifi. l.81. D.de legat.3.l.1.C. ſi tutor vel curat.Vlp. lib. reg.tit. 23. qui vel *virilis* eſt, vel *fœminimus.*d.l. 47. §.1. D. de hæred. inſtit.& ita accipe vtriuſque Sexus parentes & liberos,vel cuiuſcunque Sexus. de *Vtriuſque Sexus parentibus,* in l. 6. C. de ſuſpect.tut. *Vtriuſque Sexus liberis.* in l. 77.D.ad Senat.Cõſul.Trebell.*qui & maſculini & fœminini Sexus liberi vocantur.* l. 17. C.de collationibus. l. 15. D. de tutel. l.1. D. de teſtam. tut. l.1. D.de legat. præſtand. l.15.D.de lib.cau. l.1. D.de Senatorib. l. 2.§.quod ait.D.qui ſatiſd. cog. l.1.§. 1.de pecul.

Cuiuſcunque Sexus. l. promittere. D. de iur.dot. l. 18. D.de excuſationibus. id eſt *virilis Sexus, vel fœminini.* ſic *liberi cuiuſcunque Sexus.*l.6.D.de religioſ.

Omnis Sexus. l. 6. §.1. D.de ſtat. lib.

Vtriuſque Sexus liberti. l. 88. §.Inſulam. D.de legat.2. l. 2.D.de aliment.vel cibar.

Sexus conditio. l.1. C. ſi mater. & *pro Sexus conditione.* l. 5. C. de his qui numero. *Hermafroditus autem eius Sexus æſtimatur qui in eo prævalet.* l.10.D. de ſtatu hominum.l.15 de liber.cauſ.

SEXTVS *Cæcilius.* l. 2. D.de donat.inter vir. & vxorem. & l.12.§.1. D. qui & à quib. in l.36. §. vlt. D.ad leg.Falcid. *Sextus Cæcilius Africanus citatur ab Vlpiano* in l.13. §.1. D. qui & à quib. qui is eſt, qui apud Agell. lib. 20. cap. 1. diſputans inducitur.

Sextus Pedius. l.6.D.de rebus credit. l. de pupill.§. & belle.D. de nou.oper. nunt. l. 1.§. is cuius. D.de itinere actúque. l. 32. §. arbitri. D. de recep.qui arbit. l.1. §. hoc interdictum.D. quod vi aut clàm, & l.1. §. eſt igitur. D. vti poſſid. l. 1.§. hoc autem. D. de SC. Silania. l. ſi quis à filio. de leg.1. l. 33.D.ad l.Aquil. & aliàs citatur.

Sextus Pomponius. l. 63. §. ſi ſeruo. D. pro ſocio. l. 32.D.de legat. & l. 44. D. ſoluto matrimonio. & l. 30. §. ſuum. D.de acquir. vel omitt. l.41. D.de hæred. inſtit. ex qua lege appareret alium eſſe ab eo qui in Indice Pandectarum.

Sextus Pomponius digeſtorum ab Ariſtone lib.5.citatur in l. 44. D.ſolut. matrim.

Si pro quia. l. 48. §. vlt.D.de iure fiſci. l. 4.D. de nouationib.

Si pro *etiamſi* vel quamuis.l. ita demum.de recept. arbitr. l.1. §. ſed conſulto. D. de iis quæ in teſtamen. delent. l. peto. §. prædium. D. de lega. 2. l. 9. §. 1. D. de ſtatuliber. l. inſulam intra.§. idque & in ſtipulatione. D. de verborum obligat. Marcus Tullius in Piſonem num. 24. *Diſceſſus meus ſi calamitoſiſsimus fuiſſet,tamen miſericordia dignior quàm contumelia,& cum gloria potius eſſe coniunctus quàm cum probro putaretur.* Tertullian. ſub fin. lib. de baptiſmo. *Cæterùm omnis dies domini eſt, omnis hora, omne tempus habile baptiſmo, ſi de ſolennitate intereſt, de gratia nihil refert.*

Si pro *An,* in l. 3. §.1.D. de collatio. bonor. l. 9. §. 1.D. de eden. l. 5. §. idem Iulianus. D. de lib. leg. l.13.C.de vſufr. legat. l. 10. C. de adoptionibus. & aliàs ſæpè. Tertullianus in Apologet. *Conſtet igitur prius ſi iſti quibus ſacrificatur ſalutem imperatoribus vel cuilibet homini impertiri poſſunt.* Cæſar libro primo de bello ciuili, *Illi vadum fluminis Siconis tentare ſi tranſire poſſent.* & libro tertio. *Semper, vt videbatur, expectans ſi iniquis locis Cæſar ſe ſubiiceret.* Li-

uius libro primo. *Tentata res eſt ſi primo impetu capi Ardea poſſet.* & lib. ſecundo. & libro 29. & 31. ſæpè & 33. & 34. & 35. *Etiam atque etiam viderent ſi magis è Republ. eſſet interregnum iniri quàm abs re in eo ſtatu relinqui prouinciam.* & lib. 38. & lib. 39. *Quæſiſſe ſi incolumis Lycortas equitésque euaſiſſent, poſteaquam dictum eſt incolumes eſſe &c.* & libro 40. *Quæſiuit iterum ſi cum Romanis militare liceret.* Plaut. Truculento act. 1. 2. *Viſam ſi domi erit, mecum adducam.* Græcum eſt ſi pro an, Plutarch. in Catone, κρωπησμεν αὐτὸν εἰ προθοιμος ἐστιν μετὰ τὴν στρατειαν γενέσθαι ἐν Ασίᾳ θεάτης. Hæc verba SI FECERIT, SI DEDERIT, in conditionibus teſtamentariis plerúmque hanc ſignificationem habent. *Si per eum non ſtet, quominus det aut faciat.* l. 23. D. de conditio. SI PAMPHILVM NON DEDERIS, ſic plerunque exauditur, *ſi per te ſteterit quominus Pamphilum dares.* l. 115. D. de verborum oblig. Similique modo hæc conditio, SI CAPITOLIVM ASCENDERIT, ſic accipitur, *ſi cùm primùm potuerit Capitolium aſcenderit.* l. 29. D. de condit. & demonſtr. Et ex diuerſo, SI CAPITOLIVM NON ASCENDERIT, hanc recipit interpretationem, *ſi cùm primùm potuerit, Capitolium non aſcenderit.* l. 17. §. 1. D. de manumiſſ. teſtam. Pari ratione talis conditio, STICHVS SI EVM HÆRES NON MANVMISERIT LIBER ESTO, hunc ſenſum habet, *ſi cùm primùm potuerit ſine magno incommodo ſuo manumittere, non manumiſerit.* l. 20. in fi. D. de ſtatuliber. Item hac clauſula, *Si ſine liberis deceſſerit*, non videntur filij ſubſtituti. l. 114. §. cum quis erit. D. de legat. 1. l. 1. C. de pact. Item in legatis hæc clauſula, *Si hæres mihi erit Seius*, legatum vel fideicommiſſum non facit conditionale. l. 3. D. de legatis lib. 1. At in formulis donationum cauſa mortis, hæc clauſula, *Si moriar*, accipitur pro cum moriar.

SICA quid, interpres Horat. pag. 349. b. Appian. lib. 1. ἐγχειρίδια, Sicas vocat. Vet. Gloſſarium, σιδηρᾶ μάχαιρα. Verbum σικαρίων reperitur apud B. Lucam. act. Apoſt. c. 21.

SICCARE *retia.* l. 5. D. de diuiſ. rerum.

SICILIA *modico freto Italia diuiditur.* l. 99. §. 1. D. de verbor. ſignif.

SIGILLVM *candelabro incluſum.* l. 6. D. ad exhiben. & l. 23. §. ſi quis. D. de rei vindicat. Sigilla etiam in ædificiis fuiſſe legimus. l. 13. §. ſed ſi ædium. D. de vſufruct. l. 41. §. penult. D. de legat. 1. l. 12. §. Papinianus. D. de inſtr. vel inſtrum. l. 17. §. caſtella. D. de actio. empt. l. 19. §. idem Celſus. D. de auro argen. Et apud Plin. lib. 36. cap. 24. *Pediculis argenteis adiuncta ſigilla*, in l. 32. D. de auro argen. *Et patellæ adiecta ſigilla* apud Cicer. 6. in Verr. Arnobius lib. 6. l. videamus 11. §. qui vnum. D. locat.

Sed *Sigillum propriè ſignum ſignificat.* vide in Signum. hoc ſenſu accipiuntur verba, *Sigillis impreſsis.* l. 1. §. ſi pecunia. D. depoſiti.

Sigillaria pro Sigillis deorum, & ὑποκοριστικῶς etiam Sigilliola: *Abſtinetis*, ait, *à ritu, cum pro diis immortalibus, Sigilliolis hominum formis ſupplicatis humanis, quinimò deos eſſe Sigillaria ipſa creditis.* Tertulli. in lib. de Oratio. *Cum perinde faciant nationes adoratis Sigillaribus ſuis ridendo.* Vnde & Sigillaria vicus Romæ, in quo non Sigilla tantùm, ſed & libri & lances, & aliæ id genus venales res exponebantur. Vnde in l. penult. 102. §. paterfami. D. de legat. 3. *Sigillaribus emptæ lances.* Et apud Gell. lib. 2. cap. 3. *In Sigillariis emptus liber*, qui etiam libros eo loci expoſitos apertè ſignificat. lib. 5. cap. 4. Meminit & Sueto. in Nero. cap. 38. & in Claud. cap. 16. Vnde etiam *Sigillariorum celebritas* quædam inſtar nundinarum Saturnaliorum diebus addita, qua Sigilla deorum fictilia venalia proponi & pueris emi, ſed & inuicem pro munere miſsitari ſolebant, quemadmodum Macrob. lib. 1. cap. 10. & cap. 11. oſtendit. Vnde pro ipſis munuſculis quæ his diebus miſſitantur, Spartia. in Caracalla, *quæ à parentibus gratia Sigillariorum acceperat, & vel clientibus vel magiſtris ſponte donarunt.* Idem in Hadria. *Saturnalia & ſigillaria frequenter amicis inopinantibus miſit, & ipſe ab his libenter accepit.*

SIGNA, Sigilla & Signacula idem valent. l. 1. §. ſi pecunia. D. depoſi. l. 12. §. penult. D. loca. l. 1. in fine. l. 2. §. ſi dubitetur. l. 4. D. teſtament. quemadmodum aper. & *Signa teſtium.* in l. ad teſtium. §. vlt. D. qui teſtam. facere poſſ. quæ & *Signacula.* §. ſed cum paulatim. Inſtit. de teſtamen.

Signa imprimi. l. 1. C. vt nemini liceat, ſine iudic. Paul. lib. 5. ſent. tit. 25. & *Signa annulis impreſſa docet.* l. 22. §. ſignum. D. qui teſt. fac. Signa autem anulis χαρακτῆρα habentibus impreſſa accipimus in re teſtamentaria. l. 22. §. ſignum autem. D. qui teſtam. fac. l. 11. D. de iniuſto rup. §. 1. Inſtit. de teſtament. ſic ſignare *ſuo ſigno.* l. 20. §. vlt. D. de teſtam. milit. Valer. pag. 331. Saluſt. in coniurat. Catil. cùm prius omnes Signa ſua cognouiſſent. Iuſtin. Nouell. 60. σικάντρα ὀπτηθεναι κατ' οἰκείαν.

Vnde Signare. l. 16. §. vlt. D. de leg. Cornel. de falſ. l. 15. C. de adminiſtrat. tut. *Signare teſtamentum.*

mentum. l. 1. C. de testamen. l. 39. D. de pignerat. action. vt & *Signari tabula dicitur,* l. vlt. D. de donat. inter virum & vxorem, sic Iuuenalis, Signatæ tabulæ dictum feliciter. & l. 6. C. de fideiussoribus.

Vnde *Signatæ tabulæ.* l. 34. §. 1. D. de pignoribus. & *Signatæ signis testium tabulæ.* l. 3. D. si tabul. testam.

Signatio tabulæ. l. 22. §. vlt. D. qui testament. fac. poss. Inde Signatores, testes ad testamẽti vel alterius negotij tabulas annulis suis obsignandas adhibiti appellantur. l. 22. D. de testi. l. 4. 6. & 7. D. testam. quemad. aper. l. 3. §. hoc interdictum. D. de tabul. exhib. l. quidam tabularum 32. in fi. D. de furt. l. 32. in fi. D. ad leg. Aquil. l. 4. l. 6. lege 7. D. testament. quemadmodum aper. Sallust. in cõiuration. Catil. *Ex illis testes signatorésque falsos commendare.* Suet. in Augusto cap. 33. & in Tyberio cap. 23. *Et cùm de falso testamento ageretur, omnésque signatores lege Cornelia tenerentur, &c.* Valer. lib. 7. cap. 7. *In eo Tullianus Pompeij magni familiaris ipso Pompeio signatore hæres scriptus.* qui & *Signator tabularum* à Quintilian. nuncupatur. libro 5. pa. 85. b.

Signatorius annulus. l. 74. D. de verborum signific.

Signa præterea vexilla militaria sunt. l. 2. §. initium. D. de orig. iur. l. penult. D. ex quibus caus. maio. l. 3. §. vlt. D. de testibus.

Signis demonstrare. l. 1. §. si inter legatos. D. quibus modis pign. l. 9. §. 1. D. de hæred. instit. Ouid. l. 4. Metamor. *Pro nomine signis.*

Signare domum. l. si iniuriæ. D. de iniuriis.

Signata pecunia. l. 25. D. depositi. *Signatæ res.* l. 1. C. de requirend. & *Signata trabes,* alibi. sic & *Signatum vinum suo & alterius sigillo.* l. 11. §. qui vnum. D. locati. & *Signata vasa vel dolia.* l. 1. in princip. §. si dolium. D. de pericu. & commodo. & *Signatus sacculus.* Paulus lib. 2. sent. tit. 12.

Inde *Signatores* etiam appellantur, in l. vlt. D. de lege commissoria, *qui sacculum pecuniæ signis suis obsignarunt.* Iuuenal. Sat. *Veniet cum Signatoribus auspex.*

Signacula remota. l. 1. §. si pecunia. D. depositi. Vide suprà in Signa.

SIGNIFICARE *edicto.* l. 13. D. de iure fisci. & l. 11. C. de collationibus. sic *Significari causa decreto,* id est exprimi. l. 4. D. de suspect. tutor. eodem sensu *Significare testator* dicitur. l. 7. §. vlt. D. de rebus dub.

Significatiua appellatio. l. 75. D. de verbor. oblig.

SIGLA in epist. ad Pandectarum consarcinatores vocantur sigilla, id est, parua signa, quæ Græcis σημεῖα, Latinis *notæ,* quibus in legibus publicis Pontificum monumentis, iurisque ciuilis libris scribendis vsos esse veteres ostendit Valer. Prob. qui notas explicat cum primis literis verba notarentur & nomina.

SIGNINVM riuum lapideum interpretatur. Vlpia. in l. 1. §. vlt. D. de riuis. Plinius libro 35. cap. 12. *Signinum ex testis tusis fieri calce addita scribit.* Vitruuius verò lib. 8. cap. vlti. Signina opera ita fieri tradit. *Primum harenam purissimam asperrimámque parari, cementum de silice frangi, calcem quoque quàm vehementissimè mortario misceri, ita vt quinque partes harenæ ad duas calcis respondeant, mortarióque cementum addi.* Frontin. libro de Aquæductibus. *Concipiuntur ergo via collatia ad milliarum octauum palustribus locis signino circumiecto continendarum scaturiginum causa.* Ex quibus apparet Signinum riuum testaceum & cementicium potiùs, quàm lapideum interpretandum esse. Quare vereor ne superior interpretatio à Triboniano non ab Vlpiano veniat. *Signinam fabricam* etiam Boëtius in Topic. Ciceron. dixit. *Et Signinum alueum aquæ ductus.* Cassiodor. lib. 5. Variarum Epist. ad vniuersos possessor. apud Plin. libro 35. cap. 12. *ad femen fractis etiam testis vtendo sic vt firmius durent tusis calce addita quæ vocant Signina.*

SILENTIVM *principis.* l. 47. §. vlt. D. de bon. libert. *Silentium* pro taciturnitate. lege 7. D. fam. ercisc. item *Silentium* pro interdictione aduocationis. l. 8. D. de postulando.

Silentio tradere negotium. l. 8. C. de remiss. pignorum. *Silentio conuenisse videtur.* i. tacito cõsensu qui ex silentio præsumitur vbi quis cõtradicendo actum impedire potest. l. 51. D. locati. sic *Silentio comprobare.* Paul. lib. 1. sent. tit. 10. item *Silentio longo Sopita.* l. 1. §. vlt. D. ad Senat. C. Tertyl.

SILENTIARII, qui audientiam faciunt, murmur voce compescunt & cohibent, quorum schola in aula Constantinopolitana erat, vt ex Niceph. libro 16. cap. 24. apparet. De his Silentiariis sacri palatij viris spectabilibus meminit. l. vlt. Codice de excusationibus tut. l. 30. §. vlt. D. de inofficio. testamen. Ambros. in Oratio. de morte Valentinia. *Vesperi profectus est Silentiarius, tertio die manè quærebat, iamne rem orasset.* At apud Saluia. Massil. libro 4.

de vero Dei iudicio, cùm ait, *Pauerit quippe actores, pauerit silentiarios, pauerit procuratores.* Silentiarij accipiuntur, qui in familia cæterorum seruorum murmur cohibebant, vt Seneca quadam epistola probat. Sed & Procop. lib. 2. de bello Persico, Imperatorum ad ea quæ sunt *quietis ministros silentiarios* vocari scribit.

SILIGINARIVS. l. si quis vxori. §. apud Labeonem. D. de furt.

SILLANIANVM Senatusconsultum ad quæstionem familiæ pertinebat. Quibus temporibus factum sit ex P. Fabro Cuiacius docuit lib. 1. Obseruat. cap. 18.

SILVA *cædua* est quæ in hoc habetur, vt cædatur: vel quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus enascatur. l. 30. l. 77. D. de verborum significat. l. 10. D. de vsufruct. *Silua palaris* in l. 9. §. vlt. D. de vsufru. ex qua pali & pedamenta ad vineas sumuntur. *Silua glandifera*, & *vulgaris compascua* apud Igimum lib. 1. de limitibus. *Silua publica.* l. 7. §. Præterea.

Siluam ferere. l. 17. §. 1. D. si seruit.

SIMILI *actione.* l. 19. D. de except. rei iud. *Simili modo pro similiter.* l. 6. §. simul. & §. sequenti. D. quæ in fraud. credit.

In Simili specie. l. 39. D. de legat. 3.

Similiter agi. l. 61. D. de furt.

SIMILITVDO *supplicij.* l. vlt. C. de accusation.

SIMPLVM IC. rem siue litem solam siue litis æstimationẽ siue quanti ea res est, qua de re agitur, ac proinde à pœna separatur. l. 34. §. vlt. D. de oblig. & act. pœnam interdum vocãt quæ non mera est, sed simplo accedit rei coercendi gratia, & cuius *condemnatio* mista est cum rei æstimatione, in legis Aquiliæ actio pœnalis dicitur, quæ simplo accedit. lege 34. D. ad l. Aquiliam.

SIMPLA *promitti* dicebatur, cum ob euictionem simplum rei pretium promittebatur. l. 5. §. vlt. l. 56. l. 60. D. de euictionibus. l. 17. D. de institor. Varro lib. 2. de re rustic. cap. 10. *Cauere debet de euictione simplici quanti ea res sit.* Inde in l. 36. D. de donatio. inter vir. *quæ cautio stipulatio simplæ* vocatur, in l. 11. in fin. l. 27. D. de euiction. Actio autem de euictione interdum simpli, interdum dupli erat. Simpli erat, cum dictum non erat quantum ob eam rem præstare emptorem oporteret, vel cùm ea, quæ empto fundo accesserant, euincebantur. l. 16. l. 60. D. de euictionib. Dupli verò erat rebus pretiosis vel mancipiis venditis.

Inde *Simplariæ venditiones.* in l. 48. in fi. D. de ædil. ed. Ex quibus simpli actio ob euictionẽ competit. Sunt & qui *simplarias venditiones* appellari existiment esculentorum & poculentorum ex Fulgentio lib. de prisc. serm. vbi tradit *simplones* dici conuiuas, & *simplatorem* amicum sponsi qui cum eo per conuiuia ambulat: sed hæc interpretatio nõ placet, quamuis relata dicatur à viro alioqui doctissimo Iac. Renardo in l. 145. D. de reg. Iur.

Obseruandum est autem dici à Iureconsult. *simplam* & *duplam* genere fœminino. l. 5. D. de iure fisc. sed *triplum* & *quadruplum* duntaxat neutro genere.

SIMPLEX *petitor.* l. 63. §. vlt. D. de acquir. rer. domin.

Simplices fugitiui qui nondum pro liberis se gesserunt. l. 2. D. de fugitiuis.

Simpliciores homines. l. 14. §. impensa. D. de religios. & sumpt.

Simplex actio quæ in simplum datur. l. 3. C. vi bonorum rapt.

Simplex conuentio. l. 6. C. de iur. dot. Donatio pro mera in l. 20. §. si pater. D. familiæ erciscundæ. Iussio, quæ fit sine causæ cognitione. l. vlti. §. vlt. D. quod met. caus.

Simplex mors ea dicitur à Iustino lib. 44. & Quintiliano in declamat. 6. corporis proiecti, quæ alibi sua mors & naturalis dicitur.

Simplex postulatio. l. 1. C. de lit. contest. & substitutio quæ in vnum duntaxat casum concipitur. l. 1. D. de vulg. & pupill.

Simplex venditio quæ non fit dotis causa. l. quotiens. 10. §. vlt. D. de iur. dot.

SIMPLICIA interdicta sunt, in quibus alter actor, alter reus est. l. 2. D. de interdict. §. tertia diuisio. Institut. de interdict. Qualia sunt interdicta exhibitoria, restitutoria, & omnia prohibitoria de arboribus cædendis, & de itinere actúque. l. 2. C. de interdict.

Simpliciter, pro, generaliter, & vt Græci dicunt, ἁπλῶς. l. 66. §. duorum. D. de legat. lib. 2. l. 3. §. qui liberis. D. ad Trebell. l. 9. §. vlt. D. de adm. tut. l. 29. in princ. D. de liber. & posth. l. 71. D. de legat. lib. 1. l. quia autem. §. non simpliciter. D. si quis omiss. cau. item *Simpliciter* id est absolutè in l. 11. §. si locupleti. D. de minoribus. sic *Simpliciter desistere*, id est sine abolitione. l. 16. C. ad l. Iul. de adulter. item *Simpliciter dare seruum*, id est inæstimatum. l. 12. §. 1. D. de iur. dotium. sic *Simpliciter*, id est absque epitheto. l. 18. §. vlt. D. de ædilit. edicto. & *Simpliciter*, id est absque conditione. l. 40. D. de rebus credit. l. 1. §. si quis simpliciter. D. de verbor. oblig.

oblig. item *Simpliciter pro pœna non adiecta.* l. 27. §. vlt. D. de recept. sic quoque *Simpliciter & simplicius*, id est, non designata parte fundi quæ seruiat, in l. 26. D. de seruit. rustic. l. 9. D. de seruitutibus. item *Simpliciter*, id est nondum partibus constitutis. l. 38. §. vlt. D. de ædilitio edict. sic *Simpliciter relegari.* i. sine loci aut insulæ adsignatione. l. 31. D. de interdict. item *Simpliciter*, id est sine fuco & malitia. l. 3. §. 1. D. de testibus. *Simpliciter quoque pro purè accipitur.* l. 11. §. si quis simpliciter. D. de verborum oblig. item *Simpliter concepta stipulatio.* i. imperſonaliter. l. 18. §. de stipulat. seru. *Simpliciter acceptus fideiussor.* i. nulla addita stipulatione vel cautione. l. 51. §. creditor. D. de fideiussorib. l. vlt. C. de fideiussor. tut. *Simpliciter denuntiasse & ad iudicem* opponuntur. l. 17. D. ad l. Iuliam de adult. *Simpliciter conuenire.* i. in rem & non adiecta persona paciſci. l. 12. §. Simpliciter. D. qui potior. *Simpliciter donare.* i. sine conditione. l. 9. §. 1. D. de Senat. Maced. *Simpliciter legare viam.* i. citra demonstrationem loci. l. 26. D. de seruit. præd. rust. & *Simpliciter legata domus*, id est indefinitè. l. 71. D. de legat. *Simpliciter interuenire.* i. non satisdatò. l. 5. §. nunc videamus. D. iudic. sol. *Simpliciter* in l. 18. §. 1. & §. sequen. D. de stipulatione seruorum, id est, imperſonaliter. ita *Simpliciter stipulari dicitur seruus*, id est non expressa persona. l. 18. §. seruus. D. de stipulat. seruorum. item *non Simpliciter sed causa cognita.* l. 6. §. non Simpliciter. D. si quis omiss. caus. test. *si quis Simpliciter à principe impetrauerit vt in loco publico ædificet*, id est non adiecto eo, vt sine incommodo alterius. lege 2. §. si quis à principe. D. ne quid in loco publico. *Simpliciter ait prætor.* i. indistinctè & generaliter. l. 1. §. quod autem. D. de aleatorib. & *Simpliciter edixit.* i. sine adiectione temporis. l. 15. §. vlt. D. ex quibus caus. maiores. *Simpliciter lex prohibuit.* id est, citra distinctionem. l. 14. §. 1. D. qui & à quibus.

Simplicius procedere. i. magis vel facilius. l. 20. D. de hæredit. vel act. vend.

SIMPLICITAS. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. quæ malitiæ opponitur. l. 2. D. de dolo. *Simplicitas militum.* l. 1. D. de testam. milit. & *Simplicitas militaris.* l. 3. C. de test. milit. *Simplicitas patris.* l. 6. §. si quis ita. D. de negot. gest. *Simplicitas rationis.* l. vlt. C. ad Senat. Turpill.

Simplicitate vana deceptus. l. 3. D. de SC. Maced.

SIMVL. l. 31. D. pro socio. *Simul facere testamenta plura & separatim* opponuntur. l. 19. D. de testam. milit. vt & *Simul spondere & separatim.* l. 3. D. de duobus reis. sic *Simul ad accusationem venire.* l. 2. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. *Simul adire hæredit.* l. 29. §. vlt. D. de iniusto rupt. *Simul agere.* l. 18. D. de except. *Simul deferre.* l. 15. D. ad legem Iuliam de adult. *Simul obire.* l. 34. D. ad SC. Trebell. *Simul perire.* l. 42. D. de vulg. & pupill. l. 17. & l. 18. D. de rebus dub. l. 17. §. si quis. D. ad Trebell. l. 9. §. Si cum filio & liber. D. de reb. dub.

Simul, pro simul atque. l. 8. D. vt legator. seu fideicomm. l. 18. §. vlt. D. de acquir. poss. l. 35. §. qui reipub. D. ex quib. caus. maior. l. 1. D. de diuers. reg.

SIMVLARE *se patrẽfamil.* l. 6. D. quod cum reo. & l. 6. D. & aliàs *Simulare se creditorem.* l. 43. D. de furtis.

Simulata venditio. l. 12. D. de aq. & aq. pl. & simulatæ nuptiæ. l. 30. D. de ritu nupt.

Simulata acta. l. 2. C. plus valere. *Simulata gesta.* l. 17. C. ad SC. Velleian.

Simulato iussu. l. 1. D. de concuss.

Simulatè agi. l. 20. C. de donat. inter virum. & *concipi* Rubr. plus valere.

Sindicus. vide, id est, in Syndicus.

SINE *iudice restituatur tutela.* l. 1. §. vlt. D. de vsur.

SINERE *frui fundo.* l. 2. D. de ann. legat. & *Sinere vti frui.* l. 30. §. 1. D. de legat. 3.

SINENDI *modo relicta legata* dicebantur, quæ ita dabantur, HÆRES MI ILLVM REM ILLAM SIBI HABERE SINITO, PERMITTITO. §. 1. Institut. de testament. l. 1. C. comm. de legat. Caius lib. 2. Institut. tit. 5. In lege locationis qua scriptum erat, REDEMPTOR SILVAM NE CÆDITO, NEVE QVEM CÆDERE SINITO, verbum *Sinendi* hanc habere significationem Vlpianus scribit, vt non tantùm redemptor si quem casu cædentem viderit prohibeat, sed vti curet & det operam, ne quis cædat. l. 30. D. loca. *Sinendi modo.* Vetus Glossarium, ὄρε χερτὸν ἤτοι ἐξαίρετος.

SYNGRAPHA, Asconius in 3. contra Verrem, inter Syngraphas & cætera chirographa hoc interesse tradit, quòd in cæteris tantùm quæ gesta sunt scribi solent, in Syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut nõ integra numerata pro temporaria hominum voluntate scribi solent, more institutóque Græcorum, & cæteræ tabulæ ab vna parte seruari solent, Syngraphæ signatæ vtriusque manu, vtrique parti seruandæ traduntur.

SINGVLARIS *Casus.* l. 122. D. de verborum signific. & *Singularis liber.* οἰονόβιβλον vert. in In-

dice Pandect. Florent. item *Singularis sermo.* l. 1. §. 1. D. de adsignand. libert. *Singularis persona.* l. 56. D. de cond. & demonstr. & *Singulares personæ.* l. 195. D. de verborum signific. *Singularis autem persona* opponitur populo curiæ vel collegio. l. 9. §. animaduertendum. D. quod metus causa. & *Singulares tunicæ.* l. 38. D. de auro & argent. leg. pro singulis.

Singulare ius codicillorum. l. 2. §. 1. D. de iure codicill.

Et SINGVLARE *ius est*, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate constituentium introductum est. l. 16. D. de legib. l. 23. §. 1. l. 44. §. 1. D. de acquirend. poss. sic Singulari iure receptum dicitur. l. 44. §. nondum. D. de vsucapionibus. & l. 2. §. si à furioso. D. pro emptor. & *Singularia quædam*, id est, contra regulas iuris communis, in l. 15. D. de reb. credit. *Singula præcepta.* l. singularis. D. si cert. petat.

Singulariter scriptum edictum, quod vnitatis numero scriptum est. l. 1. §. item hoc edictum. D. quod fals. tut.

Singularij milites, quidam olim appellati, vt ex Cassiodoro lib. 11. Variar. & ex Notitia Imperij Rom. patet.

SINOPSIS Augustin. Stechus in Vallam de donatione Constantini. Et in epist. quadam Valentiniani, Theodosij & Arcadij ad Sallustium præfectum vrbi, *Iam illud ipsa res exigit vt & Synopsis operis construendi fideli tendatur examine.*

In SINV *meo habui.* in l. 27. D. de probation. significat in occulto. l. si cum fideicommissa 16. §. Aristo. D. qui & à quibus. *Planè*, inquit, *ea quæ in fraudem fisci in sinus eius collata sunt reuocanda*, id est, *ea quæ in occulto habuit.* Lamprid. in Commodo, *Prædam omnem in sinum contulit.* Alio loco, *Qui etiam condemnationes in sinum vertisse dicuntur*, id est, in priuatas rationes. Tertullian. in lib. de fuga in persecutio. *Paciscens cum delatore, vel milite, vel ministro aliquo præsidis sub tunica & sinu quod aiunt.* & *Ex Sinu suo calumniatores apponere*, dixit Cicero in Verr. lib. vbi de Venere Ericina.

SIPHONES sunt fistulæ per quas aqua fluit, à sono quem videntur exprimere ita dicti. Iuuenal. Sat. 6.

Effigiémque deæ longis Siphonibus implent.

SITIENTES *agri.* l. 6. C. de seruitutibus.

SISTERE eum in iudicio dicimus quem exhibemus & repræsentamus. lege 1. si quis in ius voc. & l. 3. eod. l. 1. & 4. D. de in ius voc. l. 2. C. de accusationibus.

SITONICVM, Gregor. epist. 39. lib. 10.

SMARAGDVS in l. 21. D. de auro, arg. & l. vlt. §. species. D. de publican. l. 1. nulli ilic. in fren. lib. 11. C. Gemma est viridis coloris, de qua post Plinium multis verbis agit Isidor. lib. 16. Etymolog. cap. 7.

SMVRNA in l. vlt. 5. species. D. de publican. ea vocatur, quæ vulgò Myrrha dicitur.

SOBOLEM *pro re.* l. 1. D. solut. matrim.

SOBRINVS *Sobrina.* l. 1. §. hæc autem. D. vnde cognat.

SOBRINI autem propriè vocantur, qui ex fratribus patruelibus aut consobrinis, aut amitinis vndique propagantur. l. 3. D. de gradibus & affin. Sobrinum Ælius Gallus apud Fest. lib. 17. definit, *patris mei consobrini filium, & matris meæ consobrinæ filium.* Cic. 1. Offic. *Sequuntur fratrum coniunctiones post consobrinorum Sobrinorúmque.* Vet. Glossarium. *Sobrina propior est amitæ magnæ materteræ magnæ filia*, paulò post, *Sobrinæ sunt quæ vel ex sororibus, vel ex fratribus & patruelibus & consobrinis vel amitis procreantur. Sobrinus propior est patrui vel auunculi magni filius.* Donat. in Andr. actus 4. Scena 6. *Sobrini sunt consobrinorum filij*, nam sic dixit Menander, verùm vt alij putant, *Sobrina prior*, Tacit. lib. 12. de sororibus nati, vt sint Sobrini quasi Sororini.

SOCER *mariti patrem* significat, in l. 15. §. vlt. & l. 16. D. solut. matrim. aliàs, *vxoris patrem* in l. 17. D. solut. matrim. l. sed hæc ita. l. sicut. & l. sequenti. D. de re iudicata. l. penult. D. de iure dotium. ita vt

SOCERI nomine & viri & vxoris pater demonstretur. Mater verò eorum *Socrus* appellatur, cùm apud Græcos propriè viri pater ἑκυρὸς mater ἑκυρὰ vocitetur: vxoris autem pater πενθερὸς mater. l. 4. §. gradus. D. de gradibus & adf. Soceri autem & socrus appellatio etiam sponsalibus acquiritur. l. 8. D. de gradibus & adf. Sed & vxoris vel mariti auus, auia, proauus, proauia, & vlteriores, Soceri & socrus appellatione continentur. l. 14. §. vlt. D. de rit. nupt. l. 146. D. de verborum significatione. l. 3. §. 1. D. de postul. Quanquam vir vxoris suæ auum, *magnum Socerum* dicat, *auiam magnam socrum*: proauum verò *maiorem socerum*, proauiam *maiorem Socrum* appellet, vt Fest. lib. 11. & Modest. in d. §. gradus. scribunt. Quos etiam *pro*

Soceri

Soceri abſocerique nomine appellatione demonſtramus, vt in l. 15. §. 1. D. rerum amot. Et apud Capitolin. in Gordianis, *Originem maternam & ex Traiani Imperatoris genere habuit auo proauo Coſſ. Socero, pro Socero, & item alio pro Socero, & duobus abſoceris conſulibus.* Sed & Iuſtinus Pygmalionem Sichæi Socerum cui nupſerat ſoror Eliſſa neſcio qua nouitate vocat, vt & Æmilius Probus quoque in Pauſania.

SOCIARE *coniugio.* l. 12. D. de nuptiis.

SOCIA *diuinæ atque humanæ domus*, vocatur vxor. l. 4. C. de crim. expil. hæredit. vnde & conſortium illud *Societas vitæ inter virum & vxorem* dicitur. l. 52. D. de re iudicata. l. 1. D. de act. rerum amot. l. 52. D. de iudic. vt l. 1. D. de ritu nupt. pro communione victus, quæ inter virum & vxorem eſt. l. 52. D. de re iudic. Ex qua *& vxor rei humanæ atque diuinæ Socia* dicitur in l. 4. C. de crimi. expil. hæred.

Socius ædificij. l. 4. C. de ædific. priuat. & *Socij qui habent ædes communes.* l. 8. §. ſi is. D. de dam. infect. ſic & *Socij qui communes ſeruos poſsident.* Vlpian. lib. reg. tit. de libertis. item *Socij omnium bonorum.* l. 1. D. qui teſtament. fac. l. 4. C. comm. vtriuſque iudic. nam *Socij vel vniuerſorum bonorum erant, vel vnius rei.* l. 63. D. pro ſocio.

SOCII dicuntur tam qui tractatu habito Societatem coierunt, quàm qui in communionem ineiderunt, & generaliter qui aliquid communiter poſſident. Ita *communium prædiorum dominos* Socios appellat. l. 19. & l. 34. D. de ſeruit. ruſtic. l. ſed ſi vnius. §. tunc enim. D. de iuriis. l. per hoc iudicium. 4. §. ſicut autem. l. ſi quis putans. 6. l. ſed etſi non 5. l. in hoc iudicium. 14. l. ſi is cum 29. in fin. D. commun. diuidun.

Pro *Socio* actio. Vetus Gloſſarium Græc. Ὑπὲ κοινῷ ἀγωγή.

Socij vectigalium publicorum. l. 1. D. quod cuiuſque vniuerſ. &

Societates vectigalium. l. 59. & l. 63. §. in hæredem. D. pro ſocio. Et *Societas vectigalium cauſa coita.* l. 65. §. nonnunquam. D. pro ſocio. & Tacit. lib. 13. vbi malè Rhenanus emendauit, Neceſſitates. Coire enim ſolebant publicani in Societatem conductionis vectigalium, permiſſúmque his erat corpus habere, vt in d. l. 1. D. quod cuiuſque vniuerſit. Caius ſcribit. Inde *Societas vectigalium.* in l. 9. §. ſocij. D. de publican.

Socius cædis. l. 17. D. de quæſtionibus. *Socij latronum.* l. 6. D. de cuſtodia. & *Societas latronũ.* l. 39. §. mulierem. D. ad l. Iul. de adult. vt *Societas ſcelerum.* l. 4. C. de quæſtionib.

Societas coiri, contrahi, & inchoari, dicitur, hinc & Conuentionalis Societas vel certæ vnius rei atque negotiationis eſt, vel omnium, totorum, ſeu vniuerſorum bonorum. Societas totorum bonorum. Vetus Gloſſarium Græcum, Ὑπὲ πάσῃ τῇ περιουσίᾳ ὧν κεῖνται κοινοπραξίαν οἱ Ἕλληνες.

Societatem omnium bonorum ſuorum habens cum vxore. l. 16. §. 5. D. de aliment. vel cib. *In coeunda Societate.* l. 57. C. de obligat. & actionibus.

Societates etiam collegia & corpora vocantur, in l. 1. D. quod cuiuſque vniuerſit. l. 31. D. de furt. l. 3. §. à municipibus. D. de bon. poſſeſſ. l. 22. D. de fideiuſſor. Quibus qui præerant, *magiſtri Societatium* vocabantur. l. 14. D. de pact.

SOCORDIA. l. 1. D. de fur.

SODALES ſunt qui eiuſdem collegij ſunt, quam Græci ἑταιρείαν dicunt. lege vlt. D. de colleg. & corp. Vnde *Sodalitia.* in l. 1. D. eodem tit. De quibus legem quandam Liciniam latam Cicer. pro Planco refert. Tertul. lib. 2. ad vxor. *Diſcumbit cum marito in Sodalitiis, ſæpè in popinis.* Appellat & *Sodalitates* idem Cic. in Cato. maiore & aliis locis.

Solis dies in l. 3. C. de feriis. l. 10. & l. 13. de exactionib. in C. Theod. Is eſt, qui hodie à Chriſtianis *Dominicus* vocatur. l. 2. & l. vlt. C. de feriis. ad quam pertinentem Leonis conſtitutionem Nicephor. lib. 15. Hiſtor. eccleſ. cap. 25. memorat. Gregorius Turonenſ. lib. 3. Hiſtor. cap. 13. *Ecce enim*, ait, *dies ſolis adeſt. Sic enim Barbaries diem Dominicum vocitare conſueta eſt.* Quæ verba Aimonus monachus in eadem hiſtoria referenda tranſcripſit lib. 2. de geſt. Francor. cap. 11. Diebus porrò nomen à planetis antiquitas indidit. Auſonius in Edyll.

Nomina quæ ſeptem vertentibus apta diebus,
Annus habet totidem errantes fecere planetæ.
Primum ſupremúmque diem radiatus habet ſol.
Proxima fraternæ ſuccedit Lunæ coronæ, &c.

Hanc verò inſtitutionem ab Ægyptiis ad reliquas gentes manaſſe Dio libro 37. ſcribit.

SOLACIVM pro Salario in l. 13. in fi. D. communia præd. l. 33. in fin. D. de adm. tut. & l. 22. §. ſinautem in ſæuiſſimo in fi. D. ſol. matrim. Atque adeò commoda & Salaria munerum ac militiarum, *Solacia* Impp. appellant. l. 15. C. de aduoc. diuerſ. iudicior. l. 3. l. 5. l. 6. C. de aduoc.

diuerſ.iudicum. l. penult. C. de præd. decur. lib. 10. l. 3. C. de agentibus in reb. lib. 12. l. vlt. C. de ſilentiar. lib. 12. Inde *Solacia annonarum* in l. vn. C. de annon. & capit. l. 17. de erogat. milit. annon. lib. 12. C. Eadem eſt in Nouellis Iuſtiniani vis verbi ἀναψυχὴ. Secundum hæc in l. 4. C. de nauicul. lib. 11. vbi vulgò Salariis pro mercedula præſtitis legitur, veteres ſcripti codices & impreſſus Theodoſij Codex in l. 32. eodem tit. *Solatiis* ſcriptum habent. Coripp. l. 3. de laudibus Iuſtini. *Solatium* quoque pro Solario Greg. epiſt. 23. lib. 7.

SOLARIVM locum editum ſignificat in quo veteres apricari & ſolem captare ſolebant. l. 13. D. de ſeruitutibus vrban. præd. l. cum ſeruus. §. hæres. D. de leg. 1. Cic. pro Quintio, *Vixit enim ſemper inculte atque horride, natura triſti ac recondita fuit, non ad Solarium, non in campo verſatus eſt.* Vide Publium Victorium lib. 21. capit. 13. Macrob. lib. 2. cap. 4. de Auguſto, *cùm de Tyriæ purpuræ, quam emi iuſſerat, obſcuritate quereretur, dicente venditore, Erige altius ac ſuſpice, his vſus eſt ſalibus: Quid ergo, vt me populus Rom. dicat benè cultum, in Solario ambulaturus ſum?* Veteres enim hyberno tẽpore valetudinis gratia in Sole apricari, &, vt Seneca ait, *in Sole percoqui ſolebant*: habebántque in ædibus ad eum vſum loca adcommodata. Quæ, teſte Iſidoro lib. 15. cap. 3. *Solariorum inde nomen acceperunt.* Quod & Imperator Leo Conſtitutio. vlt. his verbis tradit, τὰ δὲ περὶ τῶν ὑπαίθρων, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι, περισκηνίων θεατηρίων, ἃ καὶ περὶς μόνην καὶ ὑπαερίαν ἀπόλαυσιν ἐπινενόηται, καὶ τὸν ἐπωνυμίαν ἐκ τῆ ἡλίᾳ ἕιληφεν ἡλιακὰ προσαγορευόμενα. Zeno. in Conſtit. περὶ καινοτομιῶν, θεσπίζομεν, τὰ καλούμενα σολάρια μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων ἠνεῦθαι ἄλλοτε τῶν λεγομένων ῥωμανισκων σκεδομεῖσθαι, χρηματ. Et mox, ἐκ μηδ' ἑτέρᾳ μέρᾳς Σολάρια ἤτοι Ἐξῳάς κατασκευάζειν. Vetus Gloſſarium Græc. ἐξῳὴς ὁ ἡλιακος. Item aliud Gloſſar. ἐξωχὴ τῆ ἐξωτῆ. *Solarium* etiam inſtrumentum id ſignificat quo horæ ſolis vmbra declarantur, vt in illis feſtiuis Plauti verſibus, quos Gell. lib. 3. cap. 3. citat. *Vt illum Dij perdant, primus qui horas reperit, quique adeò primus ſtatuit hîc Solarium deſcriptum*, aut ex aqua contemplere *intelligere declarari horas arte non caſu.*

SOLET. l. 15. D. de tranſactionib. l. 8. D. qui ſatiſd. cogant.

SOLET *quæri.* l. Iulianus. D. de collat. bonorum. *Vel quæri Solet.* l. 3. D. pro derelicto. *Solet quæri.* l. 2. §. Solet. D. de hæreditate vel act. vendit. *Solet concedi.* l. 1. §. vlt. D. de loco pub. *Solet decerni.* l. 32. D. de vſuris. *Solet dici.* l. 17. §. ideo ait. D. de ædilit. edict. l. 59. D. de iure dot. & l. vlt. de iur. fiſci. l. 95. §. ſi mandata. D. de ſolution. *Quod dici Solet.* l. 55. D. de condict. indeb. l. 32. D. de ſeruit. præd. ruſt. *Solet pecunia iure pignoris capi.* l. 15. §. ſed & ſi. D. de re iudicata. *Solet hodie.* l. 1. D. de cur. fur. *Solet impetrari à principe.* l. 10. D. de his qui notantur infamia.

SOLET *princeps.* l. 11. §. merito. D. ne quid in loco publico. *Solet prætor.* l. 8. D. de tranſact. *adiri.* l. 1. D. vbi pupill. l. 1. D. vti pupill. l. 7. §. idem ſolent. D. de adminiſtr. & peric. *Solent prætores.* l. 3. D. de poſtul. *Solent proconſules*, l. 6. D. de officiis proconſ. *Solent præſides.* l. 8. §. Solere. D. de pœnis. *Solent hodie præſides.* l. 1. D. de curat. furioſ. *Solent iudices.* l. 49. §. vlt. D. de iudiciis. l. 21. D. de iureiurand. l. 3. D. de aliment. vel cibar.

Solet & non Solet. l. 8. §. 1. & §. inuitus. D. de procuratorib. item *non Solet.* l. 6. §. ſi quis abſente. D. de confeſſ. l. 11. §. 1. D. de his qui notant. infam. & l. 6. D. de in lit. iurand.

Solemus dicere. l. 7. §. 1. D. de iniuriis. l. 3. D. de bonor. poſſeſſ. l. 2. §. vlt. D. de exceptionibus. l. 61. D. de iudiciis. & l. 7. §. quinimo. D. de pact. l. 1. §. conditio. D. depoſiti. l. 1. D. de iniuriis. l. 9. D. de condit. & demonſtr. l. 5. D. de liber. leg. & de acquiren. vel omitt. l. 10. §. vlt. D. de pact. l. 3. §. vlt. & l. 6. §. ſolemus. D. de hæred. inſtit. *Solemus facere.* l. 1. D. quod legator. *Solemus loqui.* l. 41. D. de manum. teſtam.

Solent. l. 1. §. ſolent. D. de off. præfect. vrb. *Solent hæredes.* l. 2. D. de edendo. *ferè Solent.* l. Iuriſgentium. 7. §. quod ferè. D. de pactis.

More Solito proſequi. l. 14. C. ad l. Iul. de adult.

Solita cautio. l. 5. D. de hæred. pet. & *ſatiſdatio.* l. 40. §. ſed & is. D. de procuratorib.

Solitæ regiones. l. 1. §. vlt. D. de offic. præf. vrb.

Solitum auxilium. l. 1. C. qui & aduerſus.

Solitum eſt ſeruari. l. 18. D. de ſtatu hominum.

SOLEMNE ſignificat anniuerſarium, legitimum, ordinarium. ſic *Solennia accuſationis.* l. 18. D. de accuſationibus. & *Solennia accuſationum.* l. 7. C. de accuſationibus. *Solennia iudiciorum.* l. 7. D. de in integr. reſtitutio. Vnde *& ordinatis ſolemnibus.* in l. 11. & l. 15. C. de liber. cau. *Solemnia prouocationis.* in lege 11. §. quidam. D. de adulter. l. 7. C. de calumniatoribus. lege 3. & l. 6. C. ad exhi. quæ perſtringitur in l. 1. C. ad Turpillian. l. 3. D. de accuſationibus. l. 11. C. de adminiſtr. tut.

Solennia

Solennia mortis peragere. l. 44. D. de manumiſſ. teſtam.

Solennia occulta. l. 2. D. de veteran.

Solennia teſtamenti. l. 2. §. pen. & §. vlt. D. qui teſtament. fac. poſſ. l. 2. C. de teſtament. l. qui teſtamento. §. vltim. & l. hæredes palàm 21. §. 1. D. qui teſtam. fac. poſſ. quæ & *Solennia iuris vocantur.* l. 3. C. de teſtam. & *Solennia iuris in teſtamento.* l. 1. D. de iniuſto rup.

Solennes accuſationes. l. 6. C. ad exhibend. & *Solennes inſcriptiones.* l. 10. C. de his qui accuſ. nō poſſ. item *Solennes actiones* quæ certis formulis concluſæ. l. 2. §. deinde ex his legibus. D. de orig. iur. ſic & *Solennis actus.* l. 3. C. de emancip. *Solennis adoptio.* l. 14. C. de probat. l. 8. C. de adoption. *Solennis ætas pro legitima.* l. vlt. C. de reuocand. item *Solennes appellationes.* l. 20. §. vlt. D. de appellation. *Solennis depoſitio.* l. 9. C. de pigner. act. *& diuiſio.* l. affis. l. 13. §. 1. D. de hæred. inſtituend. *Solennis* quoque *emancipatio.* in l. 9. C. de adopt. l. 3. C. de emancip. liber. & *Solennes indictiones.* l. 1. C. de infamib. Sic & *Solenne ius*, pro, ciuili & legitimo. l. 27. D. de diuerſ. reg. iur. Paul. lib. 2. ſent. tit. 21. *Solennis iuris ordo.* l. 4. C. de adoptionibus. ita & *Solenni iure conuenire.* in l. 12. C. de pignor. item *Solenne iuſiurandum in principio anni.* Cornelius Tacit. Solenne cenſorum de vxoribus iuſiurandum. & *Solennis mos.* l. 7. C. de ſeruitut. l. 3. C. ad legem Iuliam de vi publ. Ita & *Solennia munera.* in l. 12. §. penult. D. de adminiſtrat. tut. Et *Solennia patrimoniorum onera.* in l. 2. D. de veter. & aliis compluribus locis, quos in libris Antiquit. retulimus, quibus nunc adiungo l. 4. C. quo. appell. non recip. & l. 27. C. de iure dot. & lege 25. C. de rei vend. In quibus *Solennium penſitationum, & fructuum* fit mentio. *Solennis quoque numerus teſtium* pro ſeptem teſtium numero, qui teſtamentis faciendis adhiberi debet. l. 2. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 20. §. mulier. D. qui teſt. fac. poſſ. ſic & *Solennis ordo.* l. 14. C. de pact.

Item *Solennes penſiones.* l. 25. C. de rei vendicat. & *penſitationes.* l. 27. C. de iur. dot. l. 2. C. pro ſeruo. & *Solennes publicæ penſitationes.* l. 13. C. de compenſationibus. item *Solenne ſpacium.* in l. 1. D. pro dote. quod lege 12. tabul. ad vſucapionem præſtitum eſt. *Solennia tempora.* in l. vlt. C. de excuſ. veter. quinquaginta dies ſunt, D. Marci conſtitutione ad allegandas excuſationes præfiniti. l. 6. & l. 18. C. de excuſ. tut. ſic & *Solennia ſtipendia,* l. 7. C. de fide inſtr.

Solenne tributariæ functionis munus. l. 4. Codice quorum appell. ſic & *Solemnes feriæ,* ſtatæ & certæ & quotannis recurrentes. l. 26. §. ſi ferox. D. ex quibus cauſis maior. *Solenne ſacrificium.* Vlpian. lib. reg. tit. 10. *Solenne ſpectaculum certaminis.* l. 1. C. de expenſ. *Solennia verba.* in l. 23. D. de manumiſſ. teſtament. *quæ in manumiſſione facienda pronunciari ſolebant, quæ vel à domino ipſo manumittente,* vt Feſt. Pomp. indicat, *vel à Lictore virgam capiti ſerui imponente,* vt Boët. in Topic. teſtatur, proferri conſueuerant. l. manumiſſio. D. de manum. vindict. de *Solennibus quoque verbis* in l. 1. C. de acceptilationibus.

Solennibus interpoſitis. l. 18. C. de euictionibus. l. 5. C. de ordin. cognit. & ordinatis. l. 31. C. de lib. cau.

Solemnitas etiam acceptilationibus & verborum obligationibus tribuitur. l. vlt. C. de bon. auctor. iudi. poſſid. l. 7. C. commu. vtriuſque iudic. l. 12. & l. 14. C. ſi cert. petat. l. 1. C. de acceptilation. l. 10. C. de contrah. ſtipula. l. 1. C. de vſur. l. 5. in fin. C. de dolo. Ita *Solemniter deliberationem præſtare accipe.* l. 17. C. de fideic. *Solennitas actus.* l. 3. C. de emancip. l. 13. C. de probat. Eſt & adoptionis Solemnitas. l. 25. in fi. D. de adoptio. l. 13. l. 14. C. de probat. l. 5. C. de ſuis & legiti. *Vnde adoptio Solemni iuris ordine explicari ſolere* dicitur. l. 4. C. de adoption. ſic & *Solennitas haſtarum.* l. vlt. C. ſi aduerſ. fiſc. *Solennitas iuris.* l. 19. D. de auct. & conſ. tut. l. 4. C. de iure deliber. l. 7. C. de teſtam. & l. 23. C. de fideicomm. & *Solennitas iurium.* l. vlt. C. de in lit. iur. item *Solennitas iuriſiurandi.* l. 21. C. de rei vendic. *Solennitas ſtipulationis.* l. 7. D. de rer. permut. *Solennitas verborum.* Paul. lib. 5. ſentent. tit. 7.

Solemniter accuſare. l. 15. & l. 18. C. ad l. Iul. de adult. *Solenniter adire hæreditatem.* l. 12. C. de teſtam. manumiſſ. *Solenniter in adoptionem dari.* l. 2. C. de ſuis & legit.

Solemniter cauere eſt ſatiſdatione ordinaria & vſitata cauere. l. 28. D. de adminiſtr. tutorum. l. 46. D. de procuratoribus. Quanquam hoc Tribonianūm Iureconſultis adſcripſiſſe facilè crediderim ex §. ſin autem per procuratorem. Inſtit. de ſatiſdatio. *Solenniter citari.* l. 1. C. ſi maior ab hæred. *Solenniter competere voluntatem.* l. vlt. D. de his quæ in teſtamen. delentur. *Solenniter conſtare.* l. 3. Codice de ingenu. manum. *denunciare.* Paul. libro 2. ſentent. tit. 13. *Solenniter ſe excuſare.* l. 19. C. de adminiſtr. tut. & *Solenniter fieri reſolutio* dicitur in l. 5. C. in quibus cauſ. pignus. *Solenniter iurare.* lege 33. Digeſtis de iureiurando. *ordinare.* lege quarta Codice qui teſtamen. *perſequi pignus.* lege 15. Codice de euictionibus. *poſtulari.* lege vltima Digeſtis ſi aduerſ. *repoſcere.* l. 7. Codice de vſufruct. *tueri.* lege ſecunda, Codice ne fiſcus.

petere tutores. l. 10. C. qui petant tutor. *Vendere.* l. 9. C. de distract. pign.

Solenniter actum. l. 30. D. de verborum oblig. *Solenniter admissa bonorum possess.* l. 2. D. comm. de succession. *Solenniter facta obligatio.* l. 9. C. de solution. *& liberatio.* l. 5. C. de dolo malo. *Solemniter conuocati decuriones.* l. 2. C. de decurionibus. *Solenniter excusi.* l. 2. C. quo quisque ord.

SOLIDA *actio.* l. 77. §. Mæuio. D. de legat. 2. *hæreditas.* l. 8. C. de fideicomm. libert. item *Solida mensa argento coperta opponitur.* l. 41. §. vlt. D. de contrahen. empt. sic *Solida pars*, & pars quæ deducto vsufructu est, opponuntur. l. 34. D. de bon. libert. item *Solida præstatio.* l. 2. §. idem. D. de administr. rerum. *Solida proprietas*, id est plena. l. 20. D. de vsu & vsufruct. & non deducto vsufructu. l. 26. in fin. princ. D. de vsufructu lega. lege 35. D. de bon. libert. l. Sem. *Solida res. i. integra.* l. 15. §. vlt. D. de pignoribus. & *Solidam rem præstare.* l. 53. §. 1. D. de legat. 1. & *in Solidis rebus habere Voluntatem æris alieni deducendi.* i. in vniuersis. l. 6. §. 1. de peculio legato.

Solidam Viam petere. i. tutam. l. 14. D. de seruit. l. 17. D. de seruit. *Solidum fideicommissum.* l. 78. D. de legat. 2. *Solidum ius.* l. 12. D. de adsignand. lib. & *Solida legata.* l. 23. D. de dolo, id est, integra in l. 14. §. 1. D. ad legem Falcid. *& non diminuta.* l. 20. §. legata. D. de bonorum possess. cont. tab. sic *Solidum legatum præstare.* i. plenum & non deducto vsufructu. l. 14. D. de vsu & vsufruct. l. 2. C. de vsur. & fructibus legat. l. 73. & l. 74. & 75. & l. 86. & 87. §. qui filium. D. ad leg. Falcid. l. 3. §. idem Pompon. D. ad Senat. Trebell. *Solida legata accipere & legari.* l. 27. §. si hæres. D. ad Senat. Trebell. item *Solidum pretium.* l. 31. §. vlt. D. de reb. cred. id est totum. l. 16. §. idem Marcellus. D. de condict. indeb. & *Solida tempora.* lege vlt. C. de temporibus in integr.

Solidus fundus. l. 3. D. de seruit. legat. l. 23. D. ad legem Falcid. l. 16. §. hi qui. D. ad Senat. Trebellianum. & *Solidus grex*, id est totus & integer. l. 5. D. de rei vend. l. secunda. D. de rei vend.

Solidum vel partes viriles. l. 5. D. de fideiussor.

Solidi capiendi ius. Vlp. lib. reg. tit. de solid. cap. & *Solidi obligatio.* l. 1. §. sed si. D. de exerc. *Solidi possessio.* l. 5. D. de vi & vi arm. & l. 19. D. vti possid.

Solidum capere. Vlp. lib. reg. tit. 16. l. 67. D. ad SC. Trebell. l. 13. §. vlt. D. de iure fisci. *Solidum* autem capere non posse dicuntur, qui totum quod eis relinquitur, capere & sibi acquirere non possunt. l. 6. D. de vulga. & pupilla. l. 72. D. de hæred. instit. l. 6. §. 1. D. de cõdition. & demonstration. l. 7. D. de conditio. instit. l. 67. D. ad legem Falcid. l. 16. §. si qui. D. ad Trebellian. Tertullian. ad vxorem. *Tu modò vt Solidum capere possis admonitionis nostræ fideicommissum.* sic *Solidum consequi.* l. 14. idem dicimus. D. de furt. l. 18. D. de reb. auct. iud. & *Solidum petere*, id est integrum. l. 16. §. vlt. D. de alimen. vel cibar. *Solidum recipere.* l. 1. C. qui bon. non cess. *Solidum soluere.* l. 3. D. ad legem Falcidiam. l. 114. D. de verborum signific. & quid sit *Solidum solui*, vide l. 85. D. de solutionibus. l. 1. §. interdum. D. ad legem Falcidiam. & contrà *Solidum non soluitur, non minus quantitate quàm die.* l. 85. D. de solutionib.

Si Solidum solutum fuerit creditoribus meis. l. 5. D. qui & à quibus manum.

De Solido soluendo, id est de sorte & de vsuris debitis. lege 4. §. addici. D. de fideicomm. libert.

In Solidum adquirere. l. 1. §. per communem. D. de acquiren. possess. sic *in Solidum acquiritur seruitus.* l. 17. D. de stipulat. seruorum. & in *Solidum agere.* l. 24. D. de fideiussor. sic *in Solidum agere & in partem cont. tab. experiri* opponuntur. l. 40. §. quotiens. de damn. inf. l. 11. §. plerumque de legat. 3. *in Solidum agi.* l. 1. D. de seruit. vrban. præd. l. 15. §. si in rem. D. quod vi aut clam. item *in Solidum & in partem competere actiones opponuntur.* l. 1. §. si quamuis. D. si quid in fraud. patron. vt & *in Solidum transire actiones.* l. 4. §. vlt. D. ad Senat. Trebellianum. *in Solidum cauere.* l. vlt. D. quando ex fructu. *in Solidum conuenire.* l. vlt. D. de seruit. legat. l. 1. C. ex delict. l. 8. D. soluto matrim. *in Solidum defensa res.* l. 17. D. iudic. solui. & *in Solidum condemnatio fieri dicitur.* l. 11. §. officium. D. de aqu. & aq. pluu. sic *in Solidum damnandus.* l. 2. §. vlt. D. de stipulation. item *in Solidum dotata.* l. 1. §. filiam. D. de dot. collat. *in Solidum exoluere.* l. 2. C. de duobus reis. *& liberare.* l. 8. §. 1. D. de accept. vnde *in Solidum contingere liberatio* dicitur in l. 13. §. vlt. D. de acceptil. *in Solidum alicuius esse serui.* l. 68. §. seruos. D. de leg. 3. *in Solidum & in partem suam esse opponuntur.* l. 8. §. 1. D. de liberali causa. *in Solidum præstanda fideicommissa.* l. 87. §. vlt. de legat. 2. *in Solidum sequi fidem.* l. 9. D. de duobus reis. *in Solidum habere.* l. 19. D. de precario. *in Soldum habere interdictum.* l. 1. §. non solum. D. de vi & vi armat. *in Solidum obligari.* l. 18. D. de oper. noui nunt. & l. 27. D. de dam. infect. *in Solidum autem obligari & partem obstringi opponitur.* l. 8. D. de duob. reis.

Item

Item *in Solidum edere operas.* l. 49. D. de oper. libert. *In Solidum possidere.* l. 3. D. vti possid. *in Solidum restitui.* l. 7. D. ad leg. Falcid. *in Solidum satisfieri.* l. 1. C. de magistrat. conuen. *in Solidum habere stipulationem.* l. 2. D. de verborum obligat. & *in Solidum committi stipulatum.* l. 2. §. vlt. D. de verborum obligat. *in Solidum tenere.* l. 56. §. 1. D. de verborum obligat. & *in Solidum teneri.* l. 22. §. 1. D. ratam rem haberi. l. 10. §. quotiens. D. de appellat. l. 7. D. de administr. rerum. & l. 9. D. de pollicitationibus. *in Solidum teneri actionem.* lege 1. C. de condict. furt. & *in Solidum teneri pignus.* l. 1. C. si vnus ex pluribus. *in Solidum vendere.* l. vltima. D. pro empt. *in Solidum duobus rem vendere.* l. 21. D. ad legem Cornel. de falsis. *in Solidum venire bona.* l. 79. D. ad Senat. Trebell. & *in Solidum distrahere.* l. 56. D. ad Senat. Trebell. *in Solidum vindicare hæreditatem.* l. 4. D. si cui plus.

Pro Solido. l. 3. D. famil. erciſc. l. 12. D. de auct. & conſ. tut. & *pro Solido quæsita actio.* l. 9. §. ſi cert. petat. 8. *Pro Solido esse dominum.* l. 19. §. vlt. D. de caſtrenſi peculio. & *pro Solido dominium.* l. 15. C. famil. erciſc. item *pro Solido durare obligatio* dicitur in l. 46. D. de ſolution. & *pro Solido res facta accipientis*, ibid. *pro Solido pertinere ad aliquem.* l. 21. D. de opt. legat. *pro Solido possidere.* l. 3. C. in quibus cauſ. ceſſant. *pro Solido vindicare res.* l. 4. C. de ædific. priuat.

SOLIDARE. l. 41. C. de tranſactionib.

Soliditas prædij. l. 2. C. de comm. rerum alienat.

Soliditatis periculum. l. 2. C. quo quiſque ordin.

SOLIDVM & aureum idem valere lib. 1. docuimus. Et ita in l. 1. §. hoc autem. D. de fugitiu. l. 42. D. de ædilit. edic. l. 34. D. de iure fiſc. l. 25. D. de epiſco. & cler. accipiendum eſt Solidorum nomen. Solidus autem auri, 20. libris æris æſtimatur. l. vn. de collat. ær. lib. 10. C. in Nouella Maiorani de curialibus Solidi Gallici fit mentio, cuius aurum minore æſtimatione taxatur. In legibus autem Longobardorum Solidus 40. denariis æſtimatur. l. 1. de quantitat. ſolid. in legibus Longobardorum. Et ita in lege Salica, Solidus accipiendus eſt: vt ex eo paret, quod 600. denarij in iis legibus 15. Solidos facere dicuntur. & 120. denarij Solidos tres. Sed in ea lege compluribus in locis in notis numerorum mendum eſt, quod emendatu facile erit, ſi ad eam quantitatem denariorum, quam dixi, Solidorum ratio æſtimatióque redigatur. Caſſiodor. lib. 1. epiſt. ad Boët. *Sex enim millia denariorum Solidum esse voluerunt.*

Solidorum duo milia. l. 38. §. fides, de legat. 3.

In SOLITVDINE *relati equi.* l. 1. §. 1. D. de abigeis.

SOLLICITARE *exercitum.* Paul. lib. 5. ſent. tit. 29. *& milites.* l. 7. D. ad legem Iuliam maieſtat. *Sollicitare seruum.* l. 4. C. de fugitiu. *vel seruos alienos.* lege 6. D. de l. Fab. & *Sollicitatus seruus.* l. 3. C. de noxal. actionibus. &

SOLLICITATOR *qui seruum ad delinquendum impellit.* l. 11. §. quanuis. l. 14. §. æſtimatio. D. de ſeruo corrup. l. qui ſeruo. §. idem Pomponius. D. de furt. & apud Senecam controuerſ. vlt. libri 2.

Sollicitare ad nuptias. l. 5. C. de donatione ante nupt. & *Sollicitatores alienarum nuptiarum.* l. 1. D. de extraord. crim. quos *Sollicitatores alieni affectus* Caſſiodor. lib. 5. Var. vocat. Ouid. lib. 3. de Ponto. Eleg. 3.

Non me legitimos sollicitare toros.

Arnobius ſimpliciter *Sollicitare* dixit in ea ſignificatione lib. 2. aduerſus gentes. fol. 25. pag. 1. *Domos vt effringerent, noctibus sollicitarent, abigerent, prævaricarentur, &c.*

SOLLICITE *agere.* l. 4. C. ex falſa cauſa. *& curare.* l. 3. §. 1. D. de adminiſtr. tutor.

Solliciti pro cognato. l. 3. §. hoc interdictum. D. de hom. lib.

SOLLICITVDO *tutelæ.* l. 3. C. de excuſationibus. l. 2. C. de legit. tut.

Ad Sollicitudinẽ reuocare. l. 13. D. de ann. legat. & *in Sollicitudinem suã reuocare.* l. 3. C. de delat.

SOLON & *Draco* citantur in l. quod ait lex. D. ad leg. Iuliam de adult. & *Solonis lex*, in l. vlt. D. de colleg. & alibi vt exiſtimo ſub titul. fin. regund.

SOLVM appellant Iurecõſulti aream cui ædificium ſuperponitur. l. 21. D. de pignor. actio. l. 2. C. de rei vendic. quod & ideo *partem esse ædium* dicunt. l. 49. D. de rei vendicatio. Solum Vet. Gloſſar. Græc. τὸ ἔδαφος. *Solum* porrò Seruius in 5. Æneidos eſſe ſcribit, *quod vnicuique rei subiacet.* Vnde *nauium solum mare, aer auium, stellarum cœlum.* Ex quo ab Ouidio dictum ſit, *Astra tenent cœleste solum.* ſic *Solum & superficies* opponuntur. l. 3. D. de ſeruit. ſic ſeparatim *Solum ædium vendere.* l. vlt. D. quæ in fraud. cred. item *Solum publicũ.* l. 1. D. de ſeruit. vrban. præd. & *in Solo facere opus*, ibid. & *in Solo fieri opera.* l. 7. §. notauimus. D. quod vi aut clàm. & *Solo coniuncta opera.* l. 1. §. hoc autem. D. de oper. nou. nunc. *In Solo autem fieri opera* dicũtur, quę Solo coniuncta ſunt: veluti ſi quis ædificium ponat in Solo: quòd ſi quis meſſem faciat,

vineas putet, arbores succidat, opus tamen in Solo facere non censetur. Et hoc ita in operis noui nunciatione obtinet. l. 1. §. hoc autem. D. de noui oper. nunciat. Cæterùm in interdicto, quod vi aut clàm, quod ad ea solùm opera, quæ in Solo fiunt, pertinet, etiam in Solo fieri videtur quod circa arbores fit, non etiam quod circa fructum arborum. Itaque si vineas quis vel arundinem vel salictum succiderit, hoc interdicto tenebitur. l. 1. §. hoc interdictum. l. 7. §. notauimus. D. quod vi aut clàm.

In Solo consistere seruitutes dicuntur. l. 8. D. de seruitut. quæ Solo imponuntur, & Solo debentur, quales sunt, iter, actus, via. l. 3. D. de seruitutibus. Vide Harmenopul. lib. 2. tit. 4. pag. 232. In *Solo quæsita seruitus*, vel *Soli seruitus* quænam appellatur, vide Harmenopul. dict. loco.

Soli possessio. l. 15. C. de rei vindicat. l. 20. D. de vi & vi arm. *Soli res.* l. 15. D. qui satisdar. cogant. l. 1. D. de auct. tut. l. 13. C. de seruitutibus. Res autem Soli dicuntur, *ædes, agri, fundi,* & cæteræ *res immobiles Solo coniunctæ.* l. 1. D. de rei vendicatio. l. 1. D. de condict. tritic. l. 7. D. de vsufr. l. 1. §. si fundus. & l. 3. §. pertinet. D. de vi & vi arm. l. 7. §. in peculio. D. de pecul. l. 1. D. de ædili. ed. l. 55. D. de donatio. inter vir. l. 1. D. vtrubi. l. 30. §. quid ergo. D. de vsucapionibus. l. 1. D. de vsufr. l. 1. D. vsusfru. quemadmodum caueat. l. 12. §. cellarum. D. de instruct. vel instrum. l. 24. D. quæ in fraud. credit. Quæ & *solo cohærere & Solo contineri* dicuntur. l. 10. D. quod vi aut clàm. l. 1. §. hoc interdictum. D. de vi & vi arma. Quod verbũ vt Iureconsultis proprium Seneca notat. Sic enim lib. 11. Natur. Quæstio. *Tertia pars de agris, terris, satis, arbustis, quærit: &, Vt Iureconsultorum verbo vtar, de omnibus quæ Solo continentur.* Plin. lib. 6. epist. *Eosdem patrimonij tertiam partem conferre iussit in ea, quæ Solo continerentur.* Tranquill. in Tyber. cap. 48. *Cum per Senatusconsultum sanxissent, vt fœneratores duas patrimonij partes in Solo collocarent.* Liuius lib. 6. Decad. 3. *Et omnia quæ Solo non continerentur restituenda censuerunt dominis.* Sic *pignora Soli* in l. 15. §. si pignora. D. de re iud. & obligatio Soli. ih l. 29. §. legatum. D. de lib. leg. l. à Diuo. §. in venditione. D. de re iud.

Solum vertere. l. super. C. de suariis & cohort. pat. lib. 11. *Sedem locúmque mutare significat,* interprete Tullio in Oratio. pro Cæcinn. circa fin. Iuuenal. Satyr. 11.

Qui vertêre solum Baias ad ostia currunt.

Solo cohæret. l. 1. §. si quis de naue. D. de vi & vi armat. & *Solo cohærent res.* l. 1. §. 1. D. de vi & vi arm. sic *Solo cohærent ædificia, aceruus autem Solo non cohæret.* in l. 10. D. quod vi aut clàm. item *Solo contineri.* l. 12. §. sua verò quæ. 12. D. de instructo vel instrum. legato. l. 1. Digestis de rei vendic.

Hinc SOLARIVM vectigal quod pro solo penditur. l. 2. §. si quis nemine. D. ne quid in loco publ. l. 39. §. hæres. D. de legat. 1. Atque ita etiam pensio, quæ à superficiario pro Solo penditur, appellatur in l. 15. D. qui potio. in pign. Mercedem soli vocat Marcia. in l. 17. D. de pigner. actio. Vet. Glossarium Græc. ἐξοχὴ τὸ ἐξάτυ. cætera vide supra in Solarium.

SOLVĒRE in communi loquendi vsu quid sit, & quis dicetur soluisse vide l. 4. §. soluisse. D. de re iudicata. *Soluere æs alienum.* l. 8. §. idem prætor. D. de reb. eorum. *Soluere fundum.* l. 7. §. Seruus. D. pro emptore. *Soluere impensam.* l. 45. de act. empt. fideicõmissum. l. 50. §. vlt. & l. 52. §. 1. D. de iudic. l. 17. §. si pupillo. D. de vsuris. l. 15. de probat. *legatum.* l. 13. D. ratam rem haberi. *& legata.* l. 36. §. inter dies testament. milit. *& libertatem.* l. 24. D. de excusat. *Soluere operas.* l. 39. §. damn. de statuliber. l. 26. §. libertus. D. de condict. indeb. *Soluere in frumento potius quàm in pecunia.* l. 19. §. si dominus. D. locati.

SOLVTIONIS appellatione omnis liberatio quoquo modo facta, & satisfactio qua creditor contentus fuerit, continetur. l. 47. l. 176. D. de verborum significat. l. 52. l. 54. D. de solutionibus. quod quemadmodum se habeat, lib. 1. de solutio. abundè exposuimus.

Solutio Vetus Glossarium, καταβολὴ ἢ λύσις δὲ ἧς πᾶσα ἡ ἐνοχὴ ἀμαλύεται καὶ ἡ τῆς βέρβις καὶ τῆς ρε, καὶ τῆς literis καὶ τῆς consensu. Et ali. ἡ λύσις ὡ ἡ καταβολὴ ἣν ὡ ἔποχὴν φασὶν ὅταν πραγματικῶς καταβληθῇ τινὶ τὸ χρεωστούμενον.

Solutionem facere. l. 4. C. de non numer. pecun. & *in Procuratorem facta Solutio.* l. 12. §. Iulianus. D. ratam rem habere.

Soluendo quis videatur. l. 95. D. de reg. iur. *Soluendo esse bona.* l. 3. D. de bonorum possess. item *Soluendo esse bona vel non esse.* l. 3. D. de bon. poss. l. 1. §. 1. D. de iure fisci. hoc modo & *Soluendo esse hæreditas* dicitur in l. 4. & l. 9. D. ad Senatusconsultum Trebellianum. scilicet ea *quæ inuenit hæred.* l. 36. D. de bon. libert. quandoquidem aditione hæres creditoribus etiam vltra vires hæreditatis obligatur. l. 33. D. sol. matr. sic & *Soluendo esse vel non esse hæreditas* dicitur in l. 3. & l. 23. D. ad leg. Falcid. l. 5. & l. 18. D. qui & à quib. & *minus Soluendo hæreditas.* l.

9. D.

9. D.de dolo. item *Soluendo dicitur esse peculium* in l. 52. §. Seruus. D. de furt. & contrà non *Soluendo esse*. l. 17. §.vlt. D.de castrensi pecul. *Soluendo autem esse non videtur, nisi qui solidum potest soluere*. l. 114. D.de verborum signific. Quæ interpretatio facienda est, quotiescunque legimus, quòd quis soluendo non sit, alium teneri. l. 1. §. si magistratus. D. de magistr. l. 5. §. vlt. D. de solutionibus, cum aliis infinitis. *Soluendo videtur is qui defenditur*. l. 96. D.de diuers. reg. & *Soluendo est* fiscus quoque.

Soluendo facti. l. 8. C.soluto matrim.

Solutæ summæ per numerationem, vel nouationem. l. liberto. 1.§. Lucius. D.de annu.leg.

Solutum debitum. l.1.D.de solutionib. *Solutum legatum*. l.5. §.1.de censibus.

Minus Solutum. l. 80.D.de verb.signific. *bona fide Solutum esse liberalitati*. l. 9.D. de pollicitationibus, id est sufficere.

In Solutum dare. Cæsar. lib.3.de bell. ciuil.l. 40. §. vlt. D. de minor. l. 1. C. si antiquior. l. 10. C.de satisfactionibus. l. 5. D.ad SC. Velleian. l. 40. §. vlt. D.de minor. l. 6.C. de oblig. & actionib. & *in Solutum dato nomine*. l. vlt. C. quando fiscus. item *in Solutum data pecora*. l. 9. C. de rescind. vend. & *prædia*. l. 45. D.de solution. l. 4. C. de reb. alien. & *pro Soluto datum prædium*. l. 4. C. de euict. item *in Solutum res dare*. l. 4. C. qui bonis cedere, & lege vlt. C. de luit. pignor. *In Solutum autem & pro soluto dari dicitur, quod vt in liberationem debiti cedat, & creditorem transfertur*. l. 40. §. vlt. D.de nun. l. 46. D.de solu. l. 19. §. vlt. D.de rebus credi. lege 24. D. de pigne. actio. & aliàs sæpè. sic & *in Solutum tradita*. l. 8. C. de sentent. & interlocut. & *in Solutum traditi equi*. l. 14. C. mandati vel contrà.

In Solutum cedere. l. 16. D. de solution. & *in Solutum accipere*. l. 15. D. quibus ex caus.in possess. *in Solutum pecuniam accipere*. l.18. §.vlt. D.de iure fisci.

Pro Soluto vsucapere. l. 46. D.de vsucap.

Solutus actione dicitur, qui ea liberatus est. l. 21. D.ex quibus caus.maio.

Soluere pro finire, extinguere & dissoluere & liberare. sic

Soluta actio. i. finita. l. 21.D.de acceptil. itē *Soluta adeptio*. l. 9.D.de & *emptio*. l. 4. D.de peric. & commun. sic *Solui compromissum* dicitur. l. 30. D. de recept. arbit. item *Solui cōtractus*, id est, dissolui. l. 97.D.de solutionibus. & *Soluto contractu*. l. 95. §. vlt. D. de solutionib. sic & *Solui cognitio* dicitur l. 11. D. de subst.tut. & *Solui peremptorium edictum morte rei*. l. 59. §. vlt. D.de re iudicata. *Solui iudicium*. l. 10. D.de iudiciis. l. 11. D.de iudiciis. l.vlt.D.de act.rerum amotar. scilicet *vetante eo, qui iudicare iussit*. l. 58. D. de iudic. item *Soluere involucrum*. l. 21. §. qui furt. D. de furt. & *Solui mandatum*. l. 6.D.de iurisdictione. & l. 58.D. mandat. *tam morte mandatoris quàm eius cui mandatum est*. l. 26. & l. 27. §. morte. D.mandati. *Solui quoque matrimonium dicitur pro dissolui*. l. 7. D.de diuortiis. Paul.l.2. sent.tit.19. & *Solutum matrimonium*. Paul. l. 5. sent. tit.33. item *Solui nuptiæ*. l. 53. D.de donat.id est dissolui & *Solutæ nuptiæ diuortio*. l. 12. C.de donation. ante nupt. sic quoque dicitur *Solui obligatio*. l. 80. D.de solut. l.1.D. de duobus reis. & l. 28. §. legatum. & l. vlt. §. Gaio. D. de liberat. legat. & *Solui tota obligatio*. l. 2. D.de duobus reis. l. constit. vt & *Solutus ab obligatione*. l. 123. D. de verborum significat. & *Solutus obligatione*. i. liberatus vt suprà. Paul. lib. 2. sent. tit. 33. item *Solutio obligationis*. i. dissolutio. l. 54. §. vlt.D.de verborum obligat. *Solui quoque pignus rectè dicitur*, id est liberari, titulo D. quib. mod. pign. l. 13. D. quibus modis pignus. & *Solui pignora*. l. 25. §. idē iuris. D. famil. erciscund. item *Soluere precarium*. l. 1. D. de precario, id est reuocare. & *Solui precarium*. l. 11. D.de precar. vt & *Soluta iam causa precarij*. l. 5. D.de precario, id est, rupto precario, vt l. 13. §. vt qui. D.de acquir. rerum domin. *Soluti rei*. i. liberati è vinculis vel custodia. l. 10. D.de custodia. sic *Solui compeditum seruum*. l. 7. §. idem Labeo. D. de dolo. & *Soluere victum*. l. 15. D.de offic. præs. l. 7. C.depositi. & *Soluere vinctos*. l. 10.D.de custod. & ad legem Aquiliam.

Sed *Solutum* Caius non intelligi eum scribit, qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur, aut qui in publico sine vinculis seruetur. l. 48. D.de verborum significatione. item *Solui societas*, dicitur quæ dissoluitur & extinguitur. l. 63. §. vlt. D. pro socio. & *stipulatio*. l. 52. D.de donat.inter vir. & vxor. sic *Solutæ stipulationes*, id est, sublatæ. l. 6. D. de acceptil. item *Solui testam.* id est rumpi. l. 2. C.de postum. hæredibus. l. 24. §. vlt. D.de test. militis. sic *Solutur omne ius testamenti*. in l. 181. D.de diuers. regul. & his locis. *Solutum*, pro reuocato & rescisso accipitur, vide in l. 35. §. D.de milit. testam. item *Soluere tignum pro dissoluere*. l. 6.D.ad exhib. l. 1. D de tigno iuncto.

Solui morte accusatio dicitur. i. extingui. l. 15. §. idem. D.ad SC. Turpill.

Soluere se potestate. i. liberare. l. 4. §. vlt. D. de leg. commiss. sic *Solutus nexu potestatis*. l. 3. C. de

caſtrenſ. pecul. eodem ſenſu quis *Soluere ſe ſacramento* dicitur. l. 2. §. miles. D. de his qui notantur infamia. l. 1. C. de excuſat. veter. l. 13. §. meſſorem. & l. vlt. D. de re milit. l. 1. C. qui militare. l. 2. C. de his qui impletis ſtipend. ſacramento ſoluti ſunt. l. 7. C. de fide inſtrum. l. 11. D. ad legem Iul. de adult. & *Soluti ſacramento.* l. 2. D. de Veteran. *Solutus ſacramento miles.* l. 14. D. de his quæ vt indign. & Apud Ammianum lib. 28. & 30. & abſolutè *Soluti milites*, videlicet Sacramento. l. 8. C. de quæſtionib.

Solui legibus quid ſit Zonaras in Auguſto explicat his verbis, προσέπι ᾧ λελύσθαι τῶν νόμων ἐδώθη αὐτῷ, τότ' ἐπι ἐλευθέρας ὑπὸ πάσης τῶν νόμων ἀνάγκης εἶναι ᾧ μηδενὶ τύπῳ ἐνέχεσθαι. ſic *Solutus legibus*, qui his non aſtringitur. l. 31. D. de legib. l. 23. D. de legat. 3. l. 3. C. de teſtam. & *Soluere ſe neceſſitate legis.* l. 45. §. deinde. D. de ritu nupt. ſic *lex Imperij Soluere ſolennibus iuris Imperatorem dicitur.* l. 3. C. de teſtam.

Soluta margarita in l. 25. ad fin. D. de auro arg. & *Solutos vniones.* in l. 6. D. eod. tit. vt accipi oporteat, vide quæ lib. 2. Antiquit. dixi.

Soluta animalia & alligata opponuntur. l. 41. D. de ædilitio edicto. ſic *Solutus canis.* l. 2. D. ſi quadrupes. & *Soluta vinculo mulier.* l. 11. §. mulierem. ad legem Iul. de adult.

Solutus non erit, id eſt liberatus. l. 116. D. de verborum oblig. ſic *Solui debitor* dicitur, id eſt liberari. l. 91. D. de ſolut. & *Solutus acceptilatione.* l. 16. D. de acceptilat. *Soluti à muneribus.* l. 20. §. Papinian. D. famil. erciſc.

Solutus furtis. l. 30. D. de euictionibus. *Solutus furtis noxiſque.* l. 3. & l. 11. D. de euictionibus. l. 40. D. de ædilit. edict. hoc eſt & furti noxali iudicio non ſubiectus. l. 17. §. quod aiunt. D. de ædilit. edicto. l. 174. D. de verborum ſignificatione, & nemini illis de cauſis obligatus. ſic *Solutus pœnæ.* Gellius lib. 5. cap. 14.

Solutum vinculum. l. 39. §. curatores. D. de adminiſt. & periculo. & *Solutum tempus vinculorũ.* l. 32. D. de pœna. & *Soluto priore vinculo.* l. 11. §. mulier. D. ad legem Iul. de adult.

His verbis, SOLVTO MATRIMONIO DOTEM reddi, id actum videtur, vt nullo caſu dos apud maritum remaneat, ſiue diuortio, ſiue morte matrimonium ſoluatur. l. 240. D. de verborum ſignific.

Soluta prædia. Cicer. in Orat. de lege Agra. *nulli obligata vocat.* His enim obligata opponit his verbis, *Soluta meliore in cauſa ſunt, quam obligata.* Sicul. Flac. in lib. de conditio. agrorum. *Solutos*, ait, *à quibuſdam appellatos occupatorios agros, Soluros verò non eſſe quorum fines demonſtrari poſſint & finiri.*

Solutus pœnis. i. diſſolutus vel ablatus. l. 2. §. vis fluminis. D. ſi quis caut.

Soluta res & libera. l. 3. D. de recept.

Solutus æquitatem ſequi. §. idem Labeo. de religioſ.

SONTES *nocentes dicuntur.* l. vlt. §. 1. D. de ædilit. edicto.

SONTICVS *morbus*, dicitur, qui cuique rei gerendæ obeſt. l. 2. §. ſi quis iudicio. D. ſi quis cautio. & l. 46. D. de iudic. Quod verbum eſt ex 12. tabul. Cuius vis exponitur fuſius in lege 60. D. de re iud. & à Feſto lib. 17. & à Gellio lib. 20. cap. 1.

SONVS *nominis.* Ouid. epiſtola Dauniæ ad Proteſil. *Nomini ſunt timenda Sono.* Qui verſus ex eorum numero eſt quos iteratos apud eum inuenimus.

SOPHISMA quid Seneca pag. 266.

SORDES pro pecuniaria corruptione. l. 3. §. 1. l. 9. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. l. 3. C. de arbi. l. 15. D. de iudic. l. 26. §. per magiſtratũ. D. ex quibus cauſ. maio. l. 7. §. competet. D. de adminiſtr. tuto. l. 51. D. de euictionibus. Nam quod in illis locis dicitur, *per Sordes*, hoc *pecunia accepta* dicitur in l. 1. §. 1. D. de magiſtr. conuen. l. 8. §. vlt. D. manda. ſic *Sordes iudicis* in l. 51. D. de euictionibus. & *Sordes tutoris.* l. 7. §. quæſitum. & l. 47. D. de minor. ſic *per Sordes & Sordidè.* pro eodem. l. 7. §. competit. D. de adminiſt. & peric. l. 3. §. nunc videamus. D. de ſuſpect. tutorib.

item *Sordibus moueri.* Aggen. Vrbic. lib. de limitib. agror. *In iudicando autem menſor virum bonum & iuſtum agere debet, nulla ambitione aut ſordibus moueri.* Hinc *Aedilis Sordidus*, apud Sueton. in Domitian. cap. 8. pro auaro & corruptioni obnoxio.

Sordidè facere, apud eundem Sueton. in Domit. cap. 9. & *Sordidè Proconſulatum gerere*, apud Plin. in epiſtolis. Et *Sordidè concionari* apud Cicer. ad Attic. qui pecuniis ſe corrumpi patitur. Ab omni Sorde ſe abſtineat. l. eadem. D. de leg. Iul. repetund. Damnatus Sordium non debet de aliis iudicare. Plin. epiſt. 12. lib. 2.

Sordes reorum alio ſenſu dicebantur, & *Sordida veſtis* in l. 39. D. de iniur. Sordium plena, qualis olim erat reorũ habitus, qui inde Sordidati dicebantur, vt ex veterũ auctorũ libris notũ eſt.

Sordida munera. l. 17. §. exigendi. D. ad municipal. *Sordida autem munera* quæ habeantur, in Conſtitutionibus expoſui ſupra lib. 11. in verbo Munus. Vetus Gloſſarium Græcum, ῥύπαραὶ λειτυργίαι, αἱ μολύνασαι τὸ ἱμάτιον, ἤτοι τὸ μεταφιῶαι λίθῳ, καὶ πηλοφορεῖν. lege 8. §. philoſophia. de vacat. & excuſat.

SOROREM Antiſtius Labeo dictam putabat, *quòd quaſi ſeorſim naſceretur, ſepararetúrque ab ea domo in qua nata eſſet.* Quemadmodum Agell. lib. 12. cap. 10. & Non. Marcell. tradunt. *Mulier enim ſuæ familiæ caput & finis eſt,* vt in l. 195. in fin. D. de verborum ſignificat. traditur. *Sororum* autem *aliæ conſanguineæ, aliæ Vterinæ ſunt.* l. penult. & l. vlt. C. de legitim. hæred. quæ verba ſuis locis à nobis exponuntur. Vterina *Soror dicitur quæ alio patre nata eſt.* l. 13. §. penult. D. de adminiſtr. & peric. vel vt alibi *quæ diuerſo patre nata eſt.* l. vlt. D. vnde cognati. *Soror quoque per adoptionem* fit. §. inter eas. Inſtit. de nuptiis. eſt & *Soror patruelis.* l. 2. C. quorum legatorum, id eſt patrui filia. Paul. lib. 4. ſent. tit. 11.

SORS pro conditione eiuſdem ſortis. l. 1. §. quærit. D. de ſuis & legitim.

SORTES appellantur pecuniæ ipſæ principales, quibus vſuræ accedunt. l. 24. D. de vſufruct. lega. l. penultim. §. 1. D. ad legem Falcidiam. l. 58. §. ante diem. D. ad Sen. Trebell. Sortem, id eſt, caput quod vſuris opponitur, quódque à Græcis κεφάλαιον & ἄρχαιον dicitur. Donatus in Adelphos act. 11. ſc. 11. *Sors eſt ſumma cui extrinſecus acquiritur fœnus.* ſic *Sors pretij.* l. 49. D. de act. empti. & *computatio Sortis & Vſurarum.* l. 16. §. ſi plures. D. de pignor. & eodem ſenſu etiam *Sortes dicuntur, multitudinis numero.* l. 95. §. 1. D. ad leg. Falcid.

SORTIRI pro ſorte dirimere in l. 5. §. ſi omnes. D. famil. erciſc. l. generaliter. 24. §. quid ergo ſi plures. D. de fideicomm. libert. ſic etiã *Sorte res dirimitur.* in l. in iſtis. D. de iudic. & apud Quintilian. declamat. & *Sortiti creditores.* l. 10. §. 1. D. quæ in fraud. credit. & hoc modo *Sortiri prouincia dicitur quæ ſorte vel ſortitione deferebatur.* l. 1. D. de offic. quæſtoris.

Sortiri defenſores, obtinere & adipiſci. l. 1. C. vbi pet. tutor. ita *Sortita iudicem* in l. 175. §. quæritur. D. ad l. Iuliam de adult. hoc ſenſu maritus quoque dicitur *Sortitus creditores.* l. 12. C. de donat. inter vir. item *Sortiri matrimonium.* in l. cum te. C. de inoffic. donation. D. Hieronymus de vita S. Fabiolæ, *ſecundum Sortita matrimonium prius reliquerit.* ſic & *Sortiri vxorem & maritum* in l. fœmina. D. de Senatoribus. lege ſi rogatus 20. §. matrimonij. D. de manumiſſ. vind. l. cum veterum. C. de donat. ante nupt. l. 2. C. quan. & quibus. l. vlt. C. de incol. lib. 10. & *Sortita virum.* l. 10. C. de nupt.

Sortitus filium dicitur qui filium ſuſcepit. lege filium 33. §. ſi emancipatus. D. de bonorum poſſeſſ. contr. tabul.

SPADONVM *generalis appellatio eſt, eóque tam hi qui natura Spadones ſunt, item thlibiæ, thlaſiæ, caſtrati: ſed & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, continentur.* l. 128. D. de verborum ſignificat. l. 4. §. contendimus. D. ad legem Corneliam de ſicar. l. 39. §. vlt. D. de iure dot. Mamert. in Panegyrico. *Nec fœminas tantùm, ſed Spadones quoque quos quaſi à conſortio generis humani extorres ab vtroque ſexu aut naturæ origo aut corporis clades ſeparat.* Spadones tamen nonnunquam à caſtratis ſeparantur. §. ſed & illud. Inſtit. de adoption. l. 6. in fi. & l. 7. D. de ædilit. edict. l. 14. in fi. D. de manum. vindi. l. 6. D. de liber. & poſthum. Propriéque ac ſpecialiter *Spadones* ſunt, qui valetudine aliqua præpediti, aut vitio corporali liberis operam dare non poſſunt. l. 2. & l. 40. §. vlti. D. de adoptio. l. 6. D. de liber. & poſtum. Et ita Theophil. in tit. de Adoptionibus. *Spadones definiuntur* οἱ ἀφὰ τὸ πάθος ἢ ψύξιν ἐνοχλήσασαν τοῖς γονίμοις μορίοις παιδοποιῶν κωλύονται, τότε δὲ ἀπαλλαγέντες παιδοποιῶσι. Quod euenit plerunque ex contortione meatuũ ſeminis, vt medici docent, quo vitio purgato generandi priſtina vis reſtituitur. Itaque Spado ſpecialiter appellatur, cui ſterilitas, morbus, vitiúmve corporis impedimento eſt, quominus generare poſſit, non item is, cui neceſſaria ad generandum pars corporis deeſt. *Surculos etiam qui nihil attulerint ab agricolis Spadones appellari* Columella ait lib. 3. cap. 10. Quin & *Spadonia mala* appellata à conditione caſtrati ſeminis tradit Plinius lib. 15. cap. 14. Idem *ſterilium Spadonum ſpeciem,* ait eodem nomine appellari lib. 13. cap. 4.

SPARGERE *æs.* l. 5. §. vlt. D. prodere.

Spargi tutela. l. 2. §. quod in. D. de admin. & periculo.

SPATIVM *dari ad pronuntiationem.* l. 13. §. vlt. D. de recept. qui arbit. & *Spatium dandum.* l. 34. D. de iureiur. item *Spatium tribui ad perferendas tabulas.* l. 5. D. de edendo. Accipitur & *Spatium pro tempore relegationis.* l. 4. §. ad tempus. D. de re militari.

Spatiũ temporis. l. 14. D. de bonorum poſſeſſ. & l. 1. D. de bonor. poſſ. fur. & l. 45. §. fiſcalibus. D. de iure fiſci. ſic *Spatium temporis nec maximum, nec minimum.* l. 13. D. de ſolutionibus. & l. 12.

§. Iulianus. D. ratam rem haberi. item *Spatium anni.* l. 2. D. de requirend. & *longum Spatium temporis.* l. 14. D. de bonorum poſſeſſ.

Spatia inter ædes, & inter partes domus. l. 15. §. ex hoc edicto. de damn. infect.

SPATIARI, Spatia facere & deambulare eſt. l. 7. D. de ſeruitutibus. Et apud Suet. in Tyber. cap. 14. & apud Ouidium. *Quæ præbet latas arbor Spatiantibus vmbras.*

Spatioſæ domus. l. 15. §. ex hoc edicto. D. de damno infect. l. 9. D. de vſu & habit.

SPECIES apud Iureconſultos ſingula corpora ſignificat. l. 54. D. de verborum obligat. l. 30. D. de legat. 1. Separatúrque interdum à quantitate, id eſt, ab his, quæ pondere, numero & menſura conſtant. l. 6. D. ſi cert. petat. l. 6. D. de rei vendicat. l. 34. §. ſed ſi pondus. D. de legat. 1. Quæ tamen ipſa etiam certæ ſpeciei loco ſunt, cùm certo loco circumſcribuntur ac definiuntur: veluti ſi vinum quod in apothecis eſt, pecunia quæ in arca eſt, legetur, vel promittatur. l. 30. in fin. l. 34. §. ſed ſi non corpus. D. de leg. primo. *Species auri atque argenti* in l. ſpecies. D. *Species bonorum* in l. 16. §. 1. D. ſi miles. D. ad Senat. Trebell. & *Species mercium mutatæ.* l. 34. D. de pignoribus. *Species nummorum.* l. 78. §. 1. D. de hæredib. inſtituend.

ſic *Species nulla effici poteſt ſine materia.* l. 7. §. cum quis. D. de adquiren. rerum dominio. vnde *Species mutata* in l. 18. D. quod metus cauſ. & Speciem rei conſeruare. l. vlt. D. de impenſ. & *exornare.* l. 7. D. de compenſat. item *Species rerum* in l. 72. D. de euict.

Species veſtis, argenti. l. 18. D. de auro argento.

Species extra dotem tradita. l. 31. §. 1. D. de donationibus.

Speciei æſtimatio. l. 21. C. de iure dot. l. 8. D. ſi cert. petat.

per Speciem enumeratæ res. l. 30. §. incerta. D. ad leg. Falcid. & *Species enumerari.* lege 9. D. de ſuppell. leg.

Species etiã pro forma, quæ corpus id eſſe agnoſcitur quod eſt. l. 7. D. de ſuppel. leg. l. 76. D. de iud.

Specie communi contineri dicuntur, quæ in ſuo genere functionem recipiunt. l. 29. D. de ſolutionib. l. cum Stichus, eod.

Species & corpus pro eodem in l. planè. §. ſed ſiue corpus. D. de legat. 1.

Species pro annonariis corporibus ſeu quantitatibus. l. 10. & l. 11. C. de ſacroſ. eccleſ. l. 1. l. 2. & l. vlt. C. de condit. in publ. horr. lib. 10. l. 1. de quibus muneribus vel præſtatio. lib. 10. l. 7. C. de annon. & tribut. lib. 10. l. vn. C. de Salgamo hoſp. non præſt. & aliis infinitis Codicis locis. Sic *Species annonariæ.* in l. vlt. C. de collat. fundor. fiſcal. lib. 11. Vegetius lib. 3. cap. 3. *Sollers debet eſſe tractatus vt pabula, frumentum, cæteræque annonariæ ſpecies quas à prouincialibus conſuetudo depoſcit, maturiùs exigantur.*

Species Indicæ apud Paul. Diacon. lib. 17. hiſtor. miſcell. pag. 529. vide & *Species ad vectigal pertinentes.* l. vlt. §. ſpecies D. de public.

Species pro prætextu. Sub hac ſpecie, id eſt, ſub hoc prætextu & obtentu. l. ſi legationis. C. de iudiciis. ita accipitur *ſub ſpecie.* in l. 8. C. de his quæ vi metuſve cauſ. & l. 2. §. vlt. D. de ſtatu defunct. & l. 29. D. de iud. item *ſub ſpecie tributor.* l. 6. §. illicita. D. de offic. præſid.

Species pro eo quod vulgò dicimus caſum. l. nihil. D. de nautic. fœnore. l. generaliter in fin. D. de fideiuſſ. l. 1. §. an autem. D. de poſtulando. l. 2. D. de filiis. *Species incidit.* l. 2. D. de rebus conſt. *Species actionis.* l. 1. C. de litis conteſt. *Species litis.* l. 29. §. 1. D. de minoribus. *Species liberationum.* l. 43. D. de ſolut. *Speciem proponit.* l. 5. §. Iulianus. D. de adminiſtr. & periculo. *Quã Speciem Scæuola tractat.* l. qui bona. §. ſi quid nobis. D. de acquiren. rerum dom. *In hac Specie de qua quæritur.* l. Titia Seio. §. Lucius. D. de legat. 2. *In Specie propoſita.* l. 81. D. de hæredib. inſtituend. *Eſt autem ſpecies talis.* l. 5. D. de fideiuſſoribus. *in Specie quæ proponitur.* l. Dubius. D. de pact. dot. l. 19. §. vlt. D. de caſtr. pecul. *in propoſita Specie.* l. 12. §. idem reſpondet. D. de inſtruct. vel inſtrum. *in Specie propoſita.* l. 81. D. de hæred. inſt. *in Specie de qua quæreretur.* l. vlt. D. de inſpic. vent. *Species finita in auditorio principis.* l. 18. D. de minorib.

Paucis Speciebus. l. 70. D. de verborum ſignifi. *in omnibus Speciebus.* l. 29. §. omnibus. D. de liber. & poſt.

SPECIALE *beneficium.* l. 2. C. de ſentent. paſſ. l. 6. C. de incolis. *corpus.* l. 21. §. 1. D. de except. rei iud. *Speciale ius ciuitatis.* l. 15. D. de interdict. *Speciale pactum.* l. 22. C. de negot. geſt. *præceptum.* l. 4. C. de iure fiſci. *priuilegium.* l. 9. C. de teſtament.

Specialis actio, actio ſingularum rerum petitionis dicitur. l. 1. l. 28. §. ſed & ſi is qui. l. 37. D. de rei vendica. Itaque actionibus de vniuerſitate, ſpeciales opponuntur. l. 54. D. de hæred. petit. l. 3. C. de præſcr. 30. annor. & l. 54. D. de hæred. pet. Et *Specialia etiam iudicia*, generalibus opponuntur. l. 38. D. pro ſoc. Eiuſmodique iuris eſſe ibidem dicuntur mandati, commodati, depoſiti iudicia. l. 38. D. pro ſocio.

Item

item *Speciales in rem actiones* ab hæreditatis petitione ſeparantur. l. 7. C. de petit. hæredit. *Specialis conuentio.* l. 2. C. de ſeruo pign. dato. & l. 17. C. de diſtract. pign. l. 1. §. 1. D. de migrando. *Specialis pactio.* l. 66. D. de furt. *petitio.* l. 19. D. de hæred. pet. & *Speciales petitiones.* l. 40. D. de hæred. petit. *Specialis ſententia.* l. 1. §. 1. D. de bon. damnatorum.

Specialis iudex, pro iudice dato & pedaneo, in l. vlt. D. de offic. prætor. l. vlt. C. de iudic. & *Specialis curator generalis.* D. de iure dot.

Specialiter exprimere. l. 58. D. de verborum oblig. *mandare.* l. 25. §. Iuſſum. D. de acquirend. vel omitt. & *Specialiter mandatum.* l. 16. C. de procurat. vbi *Specialiter* & *generaliter* opponuntur. vt & l. 1. D. quod iuſſu. ſic & *Specialiter* & *generaliter pignori accipere & obligare.* l. 2. & l. 17. C. de pignorib. & *Specialiter obligata.* l. 5. C. in quib. cauſis pign. l. 9. C. de diſtr. pign. l. 6. C. de bon. auctorit. & *Specialiter obligatum prædium.* l. 7. C. qui potior. & *Specialiter obligati ſerui.* l. 3. C. de ſeruo pign. dato.

SPECTABILIS, titulus eſt dignitatis, quo ornantur præfectus Auguſtalis, Comes orientis, Proconſules, & Vicarij, vt ex l. vn. C. de ratiocin. oper. publ. l. vn. C. vt omnes iudic. l. 32. C. de appellationibus. l. 3. §. illud. l. vlt. C. de can. largitio. titul. lib. 10. & ex Notitia conſtat. Proconſul *vir Spectabilis* dicitur in l. nemini. D. de aduocat. diuerſ. iudiciorum. & viri Spectabiles vicarij ibidem. Ornantur & eo duces. l. 36. C. de appellatio. l. 3. C. de offic. milit. iudi. l. vlt. de off. præf. præt. Ornantur & eo Tribuni & notarij magiſtri ſcriniorum, Comites ſacri conſiſtorij, Comites domorum, Comites ſcholarum, Comites militares, item Caſtrenſis, Tribunus notariorum, & Silentiarij. l. vlt. C. vbi cauſa fiſcal. l. 37. §. 1. de appellatio. l. vlt. C. de inoff. l. 4. C. de aduoc. diuerſ. iud. teſte eadem Notitia. Et ita *Spectabiles iudices* accipe in l. 32. C. de appellatio. l. vlt. C. de modo multar. l. vn. de annon. & cap. l. 4. C. de iuriſdictio. om. iud. l. 11. in fin. l. 13. C. de aduoc. diuerſ. iudicior.

Spectabilitas autem inferior erat illuſtri dignitate. Eámque militiæ ſudore deterſis antiquitatem tribuiſſe Caſſiodor. lib. 2. Variar. epiſt. ad Steph. ſcribit.

SPECTACVLA *Circenſium.* l. 1. D. de munerib. & honor.

SPECTARE *pro expectare* in l. 5. §. prætor. D. de his qui deiecer. vel effude. ſic *Spectare euentum.* l. 6. D. quod falſo tut. l. 29. in fin. D. pro ſoc. l. 83. §. ſacram. verſi. adeo. D. de verbor. obligat. vt ex initio illius §. deprehenditur.

Spectare pro pertinere & tangere. *Spectat ad nos iniuria.* l. 1. §. item. D. de iniuriis, & ad exiſtimationem noſtram abiit. *Spectant nos onera.* l. 2. C. ad SC. Trebell. & *Spectare periculum.* l. 39. §. in eum. D. de adminiſtr. & periculo. l. 8. D. de legat. 3. ſic *Spectat periculum ad emptorem.* l. 11. §. ante. D. quod vi aut clam. & *Spectat periculum creditorem.* l. 3. D. de naut. fœnor. ſic quoque *Spectare debitorem neceſsitas* dicitur in l. 42. D. de pact. & *Spectare hæredem onus.* l. 18. §. 1. D. de his quæ vt indign.

Spectare ad hoc edictum. l. 2. §. damnum. D. vi bonor. rapt.

Spectare fidem. l. 33. D. mandati.

Spectare caput eos videtur. l. 29. §. nunc. D. de liber. & poſtum.

SPECVLVM *parieti affixum.* l. 12. §. ſpecularia. D. de inſtr. vel inſtrument. item *Speculum vel parieti adfixum vel etiam quod mulier mundi cauſa habuit.* l. 19. §. idem Celſus. D. de auro argen.

SPECVLARIA appellabantur quibus lumen tranſmittebatur & ſol admittebatur in ædes, vt hodie per vitreamina & chartacea fit. l. 15. §. proprietatis. D. de vſufruct. l. 12. §. ſpecularia. D. de inſtru. vel inſtr. l. 9. §. 1. l. nam & ſi. D. quod vi aut clàm. Martial. lib. 8. Epigr.

Hibernis obiecta notis Specularia puros
Admittunt ſoles & ſine fæce diem.

Seneca lib. 13. epiſt. *Quantæ nunc aliquis ruſticitatis damnet Scipionem, quòd non in caldarium ſuum latis Specularibus diem admiſerat.* Idem lib. 14. epiſt. *Quædam noſtra demum memoria prodiiſſe ſcimus, vt Specularium vſum perlucente teſta clarum tranſmittentium lumen. Muniebantur verò his ſpecularibus hyeme cœnationes & dietæ aduerſus ventorum imbriúmque vim. Atque ita venti his excludebantur, vt tamen lumen habitantibus tranſunderent. Fiebant verò hæc ex lapide quodam quem Hiſpania dabat, qui vitri modo perlucidus in quamlibet tenues cruſtas findebatur*, vt Plinius lib. 36. cap. 12. & lib. 3. cap. 3. oſtendit. *Specularij* in l. vlti. D. de iure immunit.

SPECVS locus eſt, ex quo deſpicitur, vnde & *Spectacula dicta.* lege 1. §. Specus. D. de Riuis. Sic accipitur in l. 11. D. de aqu. & aqu. plu. & l. 3. Digeſtis de Riuis. ex quibus apparet per ſpecum plerunque aquam veteres duxiſſe, quod tum neceſſe erat fieri, vt ex Vitruuio libro octauo cap. 7. conſtat, cùm medij montes erant inter mœnia & caput fontis. Itaque

non malè Vlpia. *à despiciendo Specum* dictum putat, quòd Specus locus esset vndique apertus & in profunditatem demersus. Cæsar lib. 4. de bello ciuili, *Alexandria est ferè tota suffossa, specusque habet ad Nilum pertinentes quibus aqua in priuatas domos inducitur.*

Specus per viam publicam facere. l. 2. §. scio. D. ne quid in lo. publ.

Specus fodinæ cretæ causa. l. si cretæ 57. D. de furt.

Specus perfossa aut suffossionibus aquæ ducendæ causa. Hirtius de bello Alex.

SPECVLATORES in l. 6. §. ita. D. de bon. damnat. & l. 7. C. de cohortal. princ. eo. lib. 12. C. militum numero adscribuntur, sic dicti quod essent in speculis. Militum enim genus erat, qui ad hoc præcipuè instituti erant, vt quod ait Festus, *Silentio hostilia perspicerent*: Quales Græci ὁπλήτας & σκόπους & κατασκόπους appellant à speculando. Nec verò hi explorandi tantùm aut militiæ causa habebantur, sed & in eos qui damnati erant, lege agebant, vt ex d. l. 6. apparet. & Diuus Marcus in Euangelij capite 6. narrat. *Herodem Speculatorem iussisse qui decollaret Diuum Ioannem in carcere.* Sicuti Sueton. in Oth. cap. 5. *necem Galbæ quinque Speculatoribus commissam fuisse scribit.* Tacit. lib. 1. Histor. eadem de re agens, *Onomastum huic sceleri præpositum fuisse ait: agno Barbium Proculum Tesseranum Speculatorem & Veturium Othonem eodem perductos &c.* Et Possidonius, de vita Cypriani, *Cum veniisset, inquit, in eum locum, qui dicitur Sestertius,* (ita enim lego) *expoliauit se birro & tradidit carnificibus: verò tradidit diaconis, & stetit in linteis expectans speculatorem.* Seneca lib. 1. de Ira. de supplicio militis loquens. *Tunc centurio,* inquit, *supplicio præpositus, condere gladium speculatorem iubet.* Vnde Speculatoria apud Sueton. in Calig. cap. 52. & Tertullian. de coro. milit. Vide & Sueto. in Claud. cap. 35. & Iul. Firmic. lib. 8. cap. 26. *Speculatores faciet qui nudato gladio hominum amputant ceruices.* Quin & speculatorum etiam opera in mittendis ad Senatum literis vsus est Caligula Imp. apud Sueton. cap. 44.

Spendophorus seruus. l. 41. §. Spendophorus. D. de fideicomm. libert.

SPERARE *legata.* l. 76. §. seruus. de legat. 2. *Sperare partus.* l. 1. §. sed & si. D. de vent. in possess. *Sperare libertatem.* l. 9. D. de statu liber. & *Speratur libertas.* l. 27. §. de eo. D. ad legem Iul. de adult. vt & *Speranda libertas.* l. 14. D. de quæstion.

SPERARE item pro timere in l. 3. §. si legatarius. D. si cui plus, quàm per legem Falcidiam, vt in illo noto Vergilij versu, *At sperate deos memores fandi atque nefandi.* & est ἀκυρολογία, cuius exemplum Ælius Donatus hoc adfert *in Barbarismo ex Vergil. lib. 4. Aeneid.*

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Sperare enim dixit, pro timere. Hæc Donatus. Attamen & hoc loco & in d. lege 3. *Expectare* potiùs significat, quod Vasconum lingua dicitur *Esperar.* Priscianus lib. 18. ἐλπίζειν *non solùm de bono illi dicunt, sed etiam de malo. Herodotus lib. 1. Virgil. in 4. Aeneid. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.* Hæc Priscianus. Sic *Spes* apud Terentium in Adelphis, *Peregrè rediens semper cogitet aut filij peccatum aut vxoris mortem aut morbum filiæ communia esse, hæc fieri posse vt ne quid animo sit nouum. Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.* Spes igitur pro expectatione apud Terentium, & *Sperare* pro *expectare* apud Vlpianum accipitur in l. qui bona 13. in fin. D. de damno infect. *Qualitate eius damni quod contingere speratur.* Quod autem Priscianus apud Græcos, ἐλπίζειν, id significat, ait, hoc exemplo confirmare libet, ἐκ τῆς τοῦ λυσίου κατὰ φίλωνος δοκιμασίας desumpto pa. 177. τίς γὰρ ἂν ποτε ῥήτωρ ἐνεθυμήθη καὶ νομοθέτης ἤλπισεν ἁμαρτήσασθαί τινι τῶν πολιτῶν τοσαύτην ἁμαρτίαν &c. Lucianus in Tyrannoctono pag. 668. τῆς τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος, dixit Horatius ad Lollium lib. 1. epistol.

Quod superest æui, si quid superesse volunt di,
Sit bona librorum, & prouisæ frugis in annum
Copia: ne fluitem dubiæ spe pendulus horæ.

SPES *futuræ numerationis.* l. 21. C. de solution. *Spes statuliberi.* l. 8. D. de quæstion. *Spes matrimonij.* l. 13. §. 1. D. ad legem Iul. de adult.

SPICÆ, & Spicarum hæ in libris nostris differentiæ inueniuntur. *Spicæ frumenti.* l. 7. §. cum quis. D. de adquirend. rerum dominio. *Spica infecta.* l. Spica. D. de verborum signific. & *Spica quæ terra tenetur.* l. 13. D. quibus modis vsusfruct. item *Spicæ in Messe delectæ.* l. 3. §. 1. D. de verborum signific.

Illectæ autem Spicæ collectio, *Spicilegium* dicitur Varroni lib. 5. de ling. Latin. & l. primo de re Rust. cap. 54. vide vtique septuaginta interpretes, Deuteron. cap. 23. & 24. nam Deus aduenis Spicas illectas relinqui iubebat, quod humanitatis gratia factum docet Augustin. lib. 4. de ciuitate Dei, cap. 8.

Spica autem illecta est, quæ de messorum manu excidit, non autem vt quidam existimant Culmus, qui radicibus segete adempta tenetur, & solo cohæret & pēdet, nec est deiectus in messe, quem vocamus calamum, vnde manauit nostrum *Chaume*, & inde *Chaumer*. Adferiari, quod dicitur *Chaumer*, ab alio fonte fluit, nec enim feriatis diebus calamus ille colligitur. Ergo Stipulam illectam colligere, non est quod vulgò dicitur *Chaumer*, sed quod vulgò dicitur *Glanner*. Deuter. cap. 24. Ἐὰν ἀμήσῃς ἀμητὸν σου ἐν τῷ ἀγρῷ σου, καὶ ὀπιλάθῃ δράγμα ἐν τῷ ἀγρῷ σου, οὐκ ἐπαναφαφήσῃ λαβεῖν αὐτό, τῷ προσηλύτῳ καὶ τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ ἔσται ἵνα εὐλογήσῃ σε κύριος ὁ θεός σου ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου. Ἐὰν δὲ ἐλαιολογήσῃς, οὐκ ἐπαναστρέψεις καλαμήσασθαι τὰ ὀπίσω σου.

De *Spica Nardi*, vide Rufinum in Prologum Clementis.

Spicæ continentur grana. l. 7. §. videntur. D. de acquir. rer. dom.

SPIRITVS. Extremo spiritu. Cic. lib. 2. de Finib. Summorum beneficiorum in extremo spiritu conseruatio. πλευταίας ἀναπνοάς. Greg. Naz. Oratio. quæ φιλευτικὸς inscribitur, vt ἐσχάτῳ ἀναπνοὴν. Euseb. lib. 4. de vita Constant. Tacit. lib. 30. pag. 320. vsque ad extremū spiritum.

Spiritu vno contineri dicuntur quæ Græci, ἡνώμενα, & συμφυῆ vocant: homo, lignum, lapis. l. rerum mixtura. D. de vsucap. Sed & quæ ex cohærentibus partibus, & vna eadémque compagine constant, veluti statua. l. in rem actio. 23. §. item quæcunque. D. de rei vindic. quam vide.

Spiritum dimittere. l. 18. D. de reb. dub. & *Spiritum emittere*. l. 18. D. de rebus dub. *Spiritum reddere*. Capitolin. in Anto.

SPOLIA appellabantur pannicularia ea, quibus indutus erat quis, cum ad supplicium deducebatur. l. penult. D. de bon. damn. Vnde locum illum, in quo exui solebant, *Spoliarium* appellatum esse credo. Plinius in Panegyrico, *Nunc templum, nunc verè Deus, non Spoliarium ciuium cruentarúmque prædarum sæuum receptaculum*. Lamprid. in Commodo, *Gladiatoris cadauer trahatur: gladiatoris in Spoliario ponatur*. Seneca lib. 13. epistolar. *Nunquid aliquem tam cupidum esse vitæ putas, vt iugulari in Spoliario, quàm in harena malit*. *Spolia* etiam quæ cui latro abstulit, vocantur in l. 31. §. D. depositi.

SPOLIARE *ædem sacram*. l. 22. §. qui ædem. D. mandati. *Spoliare cadauera*. l. 3. §. aduersus. D. de sepulch. viol. *Spoliare quoque se coniuges per mutuum amorem dicuntur* in l. 9. D. de donat. inter vir. & vxorem. *Spoliare pupillum*. l. 2. D. pro empt. l. 7. §. si tutor. D. pro emptore. *Spoliare seruum*. l. 14. §. 1. D. de præscript. verb.

Spoliatus à latronibus. l. 26. §. non omnia. D. mandati.

SPONDERE *stipulanti*. l. 1. §. stipulatus. D. vt legatorum.

SPONSALIA *sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum*. l. 1. D. de sponsalibus. à spondendo, quòd scilicet olim per sponsionem contraherentur, cùm veteribus moris esset futuras sibi vxores spondere & stipulari. l. 2. D. eod. tit. vt & Varro lib. 5. de lingua Latina. & Gellius ex Seruio Sulpitio libro 4. cap. 4. scribunt. Sponsionis tamen appellatio, non ea tantùm quæ per sponsi interrogationem fit, sed & omnis promissio stipulatióque continetur. l. 19. §. dictum. D. de ædilit. edic. l. 7. D. de verborum significatione. Quin & *Sponsalia* pro ipsis arris sponsalitiis dicuntur tit. C. si rect. prou. vel ad eum pert. spons. ded. Et *præbere Sponsalia* apud Ciceron. lib. 4. epist. ad Attic. est præbere conuiuium Sponsalitium. Itaque ex *Sponsu agere* apud veteres significabat, ex stipulatu, vt in Varronis & Gellij supra citatis locis. sic *Sponsam pro stipulatum*. l. 19. §. 1. D. de ædilit. edicto.

Sponsus, hoc est, qui nondum maritus est. l. 1. D. de dot. l. 1. §. 1. D. prò suo. & *Sponsus sponsæ donare dicitur* in lege 14. D. de publican. & *Sponsalia facere*. Ouid. epistol. 19. Heroid. vide & Cicer.

Sponsionem facere. l. 3. D. de aleatoribus. & in l. penulti. D. de aleæ lusu. significat, stipulatione pignoréve depositi contendere, vt qui ex certamine superior discedat, pecuniam in stipulatum deductam pignoríve depositam ferat: Macrob. lib. tertio cap. 17: *Nec moratus sponsione contendit, pignus custodiente Munatio Planco*. Sic & *Sponsionis causa anulos depositos* accipe in l. 19. §. vlti. D. de præscript. verb. qui in hoc ex conuentione depositi erant, vt à victore auferrentur. Nam in sponsionibus, anulorum pignoribus olim certatum Plin. lib. 33. cap. 1. docet. Quinetiam litigatores olim sponsionem facere certæ pecuniæ solebant, quæ eius lucro cederet, qui iudicio vicisset. Cuius rei causa vice mutua stipulationes interponi solebāt. Testimoniis, quoniam à Budæo satis multa congesta sunt, vtendum non putaui. Cic. ad Trebat. lib. 7. epist. fo. 201. Papinianus *legem* definit *communem Reipubl. Sponsionem*. lege prima.

D.de legib. exprimere meo quidem iudicio volens, vim verborum Græcorum, πόλεως συνθήκη κοινή, quibus Demoſthenes in legis definitione, vt eſt in l. 2. eodem titu. relatum, & Ariſt. in eadem re lib. 3. politic. vſi ſunt. Seneca lib. 5. controuerſ. pag. 194. *Adoleſcens ſpecioſus ſponſionem fecit mulierbri veſte ſe exiturum in publicum.*

SPONTE *ſua adire.* l. 28. D. ad SC. Trebell. ſic *Sponte & nulla neceſsitate agente.* lege 3. §. hac actione. D. de negot. itaque *Sponte & coactus* opponuntur. l. 9. D. ad Senat. Trebell. l. 45. D. ad SC. Trebell.

Spontanea voluntate. l. 2. C. de pact.

SPORTVLÆ, Vetus Gloſſarium Græcum, τὰ διδόμενα τοῖς ἐκβιβασταῖς. Σαλάκια δὲ τὰ διδόμενα τοῖς συνηθόροις. Aliud Gloſſarium Græcum, τὰ ἐν σπυρίδι διδόμενα ξένια. Vetus Gloſſar. Bibliothecæ Regiæ, σπέρτυλα τὰ ἐν σπυρίδι διδόμενα ξένια. l. 120. D. de legat. 1.

Sportulas Romani appellarunt tam ſtipes illas, quas ſalutatoribus, qui prima luce in atriũ conuenire ſalutandi gratia ſolebant, dabantur, quam cœnas & conuiuia, quæ eius officij nomine præſtabantur. Erogationes quoque illæ, quæ in ordinem decurionum fiebant, Sportulæ appellabantur. l. 5. §. vlt. D. de donationib. inter vir. l. 6. §. 1. D. de decurionibus. vt & ex Plinij epiſt. ad Traian. lib. 10. apparet. Sed & pecuniæ illæ, quæ iudicibus vel executoribus litium ac negotiorum pro ſalario dabantur, Sportulæ ſunt appellatæ. Rubri. de ſportul. iudic. l. 31. §. executoribus. D. de epiſc. & cleric. §. tripli. Inſtitut. de actionibus. l. 4. C. de Caſtrenſian. lib. 12. l. 12. C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. vlt. C. de præpoſit. agent. in rebus. lege vlt. §. vt autem. C. de re milit. lib. 12. Ariſtophan. Interpres in illum, νεφελῶν θεὸς μοὶ σφυταρεῖα, ait, σφυπανεῖς Græcis fuiſſe quod apud Romanos Sportulas appellant.

Sportulæ item pro ſalariis annuis in l. 120. D. de legatis primo, niſi cui placeat magis, municipales erogationes interpretari. Quo ſenſu in antiquis inſcriptionibus hoc verbum aliquoties accipitur.

SPORTÆ autem calathi ſunt de vimine texti. l. 3. §. vltim. D. de penu lega. In quibus etiã pecuniæ condi ſolebant, vt Aſcon. in Verrin. ſcribit.

Spreta auctoritate arbitri. l. 9. §. vlt. D. de recept. qui. vide ſupra in Spernere.

SPVRCARE *aquas.* l. 1. §. 1. D. de extraord. crim. Paul. lib. 5. ſent. tit. 4.

Spurcum vinum in ſacris puro opponi docui lib. 1. de formul.

SPVRIVS appellatur, qui vulgò quæſitus & patre incerto natus eſt, quaſi σπορᾷ δὴν conceptus. §. ſi aduerſus, in fin. Inſtit. de nupt. l. 23. D. de ſtatu hominũm. l. 25. D. de captiu. l. 3. C. ſoluto matrim. l. 29. §. 1. D. de inofficioſ. teſtamen l. 4. D. vnde cognat. l. 6. D. de decurionibus. Caius lib. 1. Inſtitut. tit. 4. Vlpian. in Inſtitut. tit. 4. Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati ſunt, Spurij appellantur. Itémque *vulgò conceptos Spurios eſſe* titul. 5. ſcribit. Quos & *Fauonios* antiquitus dictos Iſidor. lib. 9. Etymolog. cap. 5. notat. *Ex libera etiam conceptum & ſeruo, velut Spurium haberi* aiunt Impp. in l. 6. D. de ſuis & legitim. propterea quòd ei licet certus pater eſt, is tamen eſt, qui iuſtus pater eſſe non potuit. Pro Spuriis habentur ex inceſtis nuptiis procreati liberi. l. 1. C. de inceſt. nupt. in C. Theod. Item apud Apuleium ex nuptiis cum ancilla abſque patris auctoritate à filiofamil. contractis procreatis. Vide locum. Vetus Gloſſar. Spurios πορνογενεῖς interpretatur.

SQVALLOR reorum, Agellius lib. 2. cap. 6.

STABVLVM locum ad ſtationem iumentorum paratum ſignificat. l. 17. §. 2. D. de actionib. empt. l. 13. in fi. D. de vſufru. inde *Stabulum iumentis & carruchis vacans.* in l. 13. §. vlt. D. de vſufruct. & *Stabulum villæ.* l. 15. D. locati. *Stabulari iumenta.* l. 5. D. nautæ, caup. Hoc qui exercent, & iumenta apud ſe Stabulari permittunt, Stabularij vocantur. l. 1. §. caupones. l. 5. & l. vlt. in fi. D. nautæ, caupon. ſtabul. l. 1. D. furti aduerſ. nautas cau. ſtabu. l. lex Cornelia. §. ſtabulum. D. de iniuriis. l. 4. §. ait prætor. D. de his qui notantur infamia. lege 5. §. 6. D. de inſtitor.

Stabulum etiam ad hominum manſionem conſtitutum diuerſorium ſignificat. l. 1. in fin. D. furti aduerſ. naut. de quo etiam l. 4. D. in quibus cauſ. pign. & l. 198. D. de verborum ſignific. intelligunt. Vnde Stabulum πανδοχεῖον vertit Theophil. in §. penult. Inſtit. de obligat. ex quaſi delic. Cyprian. epiſt. 13. lib. 3. *Aut ſi*, inquit, *in via Stabulum aliquod obſideri & teneri à latronibus cœperit vt quiſquis ingreſſus fuerit inſidentium illic infeſtatione capiatur, nonne commeantes hac opinione comperta Stabula alia appetunt tutiora, vbi ſunt fida hoſpitia & receptacula commeantibus tuta?* Plinius epiſtol. 19. lib. 6. *Vrbem Italiámque non pro patria ſed pro hoſpitio aut Stabulo.* Sic apud Apuleium lib. 1. & 10. de Aſino aur. Spartian. in Seuero, *Dormienti etiam in Stabulo ſerpens caput cinxit.* Inde *Locarium quod datur in Stabulo aut taberna, vbi conſiſtunt.*

Hinc

Hinc Stabularius, qui Stabulum exercet, tectóque viatores, vel comeſſatores accipit. Seneca lib. 1. de benefic. cap. 13. *Nemo*, ait, *ſe Stabularij aut cauponis hoſpitem iudicat.* Tertullia. in Apologet. cap. 39. *Aliis cœnaturis creditor erit neceſſarius, Herculanarum decimarum polluctariũ ſumptus Stabularij ſupputabunt.* Vbi tamen Rhenanus ſine ratione, tabularij, emendat. Apuleius lib. 2. de Aſino aur. *Sumo*, ait, *Sarcinulam*, & pretio manſionis, *Stabulario perſoluto capeſſimus viam.*

STAGNVM *exareſcere, vt fiat ager.* l. 10. §. ager. D. quibus modis vſusfruct.

STARE *colono.* l. 9. C. de locato & conducto. *Stare conuentioni.* l. 18. D. de iuriſdict. *Stare pacto conuento.* l. 21. D. de pact. dotalibus. *Stare diuiſioni.* l. 21. §. Pompon. D. de recept. l. 2. §. vlt. D. famil. erciſcund. l. 20. D. de auct. & conſ. tut. *Stare emptioni.* l. 13. §. ſi quis colludente. D. de act. empt. *iuriiurando.* l. 3. & l. 5. D. de iureiur. & *religioni.* l. 21. D. de dolo. *Stare pacto.* l. 9. §. Iulianus. D. locat. *placito.* l. 8. C. de liber. cauſ. *Standum reſponſo.* l. 58. §. vlt. D. de ædil. edict. *Stare ſententiæ quid ſit.* l. 23. §. vlt. D. de recep. l. 27. §. ſi plures. 38. D. de receptis. Stare autem ſententiæ arbitri nihil aliud eſt, quàm id agere quantum in ſe ſit, vt arbitri ſententiæ pareatur. l. 28. §. vlt. D. de recep. qui arbitr. l. duo. 39. D. de re iud. *Et Statur duorum ſententiæ.* l. 39. D. recept. & *Stabitur ſententiæ.* l. 14. D. de iure patron. & *Standum ſententiæ.* l. 64. D. ad legem Falcidiam. *Stabitur item rei iudicatæ.* l. 32. D. de re iudicat. & *Rebus iudicatis Stare.* Cicer. pro Cluent. & *Standum eſt rebus iudicatis.* l. 1. C. de re iudicata. l. 12. §. ſi quis cum. D. de bon. libert. item *Stare tranſactioni.* l. 23. §. ſi quis poſt. D. de condict. indebiti. & *Verbis teſtamenti.* l. 28. §. idem quæſiuit. D. de liber. leg. & *Stare voluntati parentis.* l. 3. §. 1. D. de adminiſtr. tut.

Stare voluntate l. Titia cum 34. §. Caius. D. de legatis libro ſecundo. vt & *Stare conuentione.* Quintilian. Declamat. pag. 201. item *Stare eo quod ſemel poſtulauerunt.* l. ſi creditores. D. de ſeparationibus. In iure ſtans Agell. lib. 4. cap. 20. & *Standum eſt eo quod conuenit.* l. 14. D. de ædilit. edict.

Cui Standum. l. 11. §. 11. D. de pign. act.

Stare dicitur ædificium. l. 9. §. in exuſtis. D. locati. *paries.* l. 24. §. vlt. D. de damno inf. *nauis.* l. 1. §. non autem in fine. D. de flumin. & *Stare nauis in portu.* l. 10. §. vlt. D. de condit. inſtitut. & *Stare greges.* l. 15. D. locati. *Stare iure contractus.* l. 1. C. ne vxor pro marito. *Stare matrimoniũ eſt conſiſtere.* l. 13. D. de his quæ vt indign. l. 35. D. famil. erciſc. *Stare item exceptio dicitur.* l. 19. §. Senatus. Maced. & *locatio.* l. 25. D. locat. & *Venditio.* l. 57. D. de contrahend. emptionib. & *ſtare ius.* l. 1. C. de reuoc. donat.

Stare per aliquem. l. 21. §. per venditorem. D. de act. empt. & *Stare per te.* l. 24. §. vlt. D. de damn. infect.

Stantes fructus, id eſt pendentes. l. 7. §. interdum. D. ſolut. matrim. l. 27. D. de vſufruct. vt *Stantes arbores* in l. quintus. D. de action. empt.

STATIM. l. argumento. §. ſed & mulier. D. de auro & argent. lega. l. ſi ſtipuler. D. de verbor. & variè *Statim* in iure accipitur.

STATIO à ſtando, vel ſtatuendo appellatur. Ea igitur appellatione is locus demonſtratur, vbi quid ſtatuitur & ſtat. Sic *nauium Stationem* Vlpian. interpretatur *vbi tutò naues Stare poſſint.* l. 1. §. non autem in fi. D. de fluminibus. Eodémque ſenſu Stationis verbum vſurpat Cæſar. in lib. 2. & 4. de bello ciuil. Sic apud Virgil. Æneid. 5. *Statio malè fida carinis.* Et lib. 4. Georgic. *Statio tutiſsima nautis.* Inde *portum Stationem eſſe concluſam*, idem Vlpian. dixit in l. 59. D. de verbor. ſignificat.

Stationes in l. Fulcinius. §. cum qui. D. quæ in fraud. credit. Plin. epiſt. & epiſt. 13. lib. 1. *Pleráque in Stationibus ſedent.* epiſt. 9. lib. 2. *Omnes ſtationes circumire.*

Statio etiam *iumentorum* in l. 13. in fin. D. de vſufruct. Et *Statio militum.* l. 3. §. qui Stationis. D. de re milit. & apud Plin. lib. 10. epiſt. id eſt milites ipſi certo loco poſiti. Et *Statio Germanorum* apud Sueto. in Nero. cap. 34. & *Statio Nicomediæ* apud Plin.

Stationes autem militum in prouinciis quietis, & pacis curam gerebant, facinoroſóſque iudici ſiſtebant. Vnde etiam *curioſi* interdum vocantur. De quo Tertullian. Apolog. *Latronibus inueſtigandus*, ait, *permultas prouincias militaris Statio ſortitur.* Vide & Sueton. in Aug. cap. 32. Vnde & Stationarij milites in l. 1. §. ſed & in rem. & l. penult. D. de fugitiu. l. 1. §. ſed &. D. de off. præf. vrb. in l. 8. C. de accuſatio. l. ab accuſatione. §. nuntiatores. D. ad Turpill. l. vniuerſi. C. de vectigalibus. & l. 6. C. de dignitatibus, lib. 12. & l. 1. C. de cohortalibus lib. 12. *Stationariorum nomine* apparitores Præſidum per prouincias conſtituti ſignificantur, qui notoriis crimina nunciare Præſidibus ſolebant, vt apparet ex l. 1. C. de curioſ. & ſtationar. libro

12. & ex l.31. de epiſc. & cler. in C. Theod. Stationes autem militum per Italiam diſpoſuiſſe Tiberium Suet. in eius vita cap. 37. ſcribit.

Stationes tabellionum. No. Iuſtinianus de tabellionibus.

Stationes fiſcales. l. 3. C. de compenſatio. l. 1. C. ne fiſcus rem quam vendidit euincat. l. 19. de ſuſceptoribus. in C. Theod.

Stationes etiam dicebantur, quò homines conuenire, ſtare, & in circulos cogi conſueuerant. vt Plin. lib. 1. epiſt. ad Senecio. *Plerique in Stationibus ſedent, tempúsque audiendis tabulis conterunt.* Idem lib. 2. epiſt. ad Apollinar. *Itaque prehendo amicos, ſupplico, ambio, domos Stationésque circumeo.* Iuuenal. Satyr. 11. *Conuictus, thermæ, Stationes, omne theatrum.* Vlpia. in l. 15. §. conuicium. D. de iniur. Idem *& ſi ad Stationem vel tabernam ventum ſit.* Vide etiam quæ de eodem verbo diximus lib. 2. antiquit.

STATVAS principum his, qui ad eas confugiſſent tutiſſimum aſylum fuiſſe in lib. 4. Antiquit. docuimus. Inde ad *Statuam confugere*, id eſt, ad Statuam Cæſaris, legimus. l. 2. D. de his qui ſunt ſui vel al. l. 1. in princ. D. de offic. præf. vrb. l. 17. §. apud Labeonem. D. de ædilit. ed. l. 28. §. ad Statuas. D. de pœn. l. 5. D. de extraordin. crimin. l. vn. C. de his qui ad ſtat. confug. §. ſed & maior. Inſtitut. de his qui ſunt ſui vel al. iur. Suet. in Tiber. cap. 53. *Nouiſsimè calumniatus, modò ad Statuam Auguſti, modò ad exercitum confugere velle, Pandatariam relegauit.* Plin. lib. 10. epiſt. ad Traian. *Miles qui eſt in Satione Nicomedienſi ſcripſit mihi Callidromum quendam nomine cùm detineretur à piſtoribus quibus operas ſuas locauerat, ad tuam Statuam confugiſſe.*

Statio Cæſaris. l. non contrahit. 5. D. ad legem Iuliam maieſt. l. 17. §. Labeonem. D. de ædilicio edicto. *Statuæ Imperatoriæ.* l. 4. §. vlt. *Statuæ in alicuius honorem poſitæ, vel ornandi municipij cauſa.* l. 29. D. de rebus auct. iud. ſic *Statuis & imaginibus honorari.* l. 17. D. de interdict. & *Statuæ quæ ornamento Reipubl. ſunt futuræ in publico poni.* l. vlt. D. de loco public. eæ erant æneæ, argenteæ, marmoreæ. item *Statuæ in monumento poſitæ.* l. 27. D. de iniuriis. & cõtrà *Statuæ de monumento reuulſæ.* l. 2. de ſepulch. violat.

STATVERE *dicitur arbiter.* l. 22. §. quæſitum. D. de recept. *Statuere etiam princeps dicitur.* l. 1. C. quibus ex cauſ. ſerui alias.

STATVERE *& Statuta* propriè ad prætorem & ius dicentem pertinent ſecundum ſententiam edicti. l. 2. D. quod quiſque iur. l. 4. §. ſi quis, verſ. ſed ſi quidem. D. de re iudic. l. 3. l. ſi præſes. l. ea quæ & l. penult. C. quom. & quan. in l. poſt ſententiam, cum ſequenti. C. de ſentent. & interl. l. 2. & 3. C. ſi à non comp. iud. l. 1. C. quæ ſit lon. conſ. & ſic prætor *Statuere* dicitur in l. 2. §. ſed ſi. D. de iud. l. 4. D. de cuſtodia reor. item *Statuere dicitur iudex.* l. 1. C. de ord. cognition.

Statuere pœnam. l. 22. §. lites. D. de iure fiſci. l. 3. §. Diuus. D. de ſepulch. violat. & *Statui pœna.* l. 5. D. de pœnis. vt & *Statuta pœna.* l. 59. D. de condit. & demonſtr.

Statuere cauſa cognita. l. 1. C. quæ ſit longa. l. 3. §. vlt. D. de adminiſtr. tutorum. l. 4. D. de inſpiciend. ventre. l. 2. §. ſi dubitetur. D. teſtament. quemad. & l. 5. D. vbi pupill. lege 24. D. de legat. 2.

Statuiſſe in l. pronuntiatum. pag. 1641. D. de verbor. ſignific.

Statuendi facultatem habere. l. 10. C. de ſent. & interloc.

Statuendum eſt. l. 12. & l. 13. D. de cuſtodia.

Statuere actionem lex dicitur. l. 23. §. vlt. D. de condit. indeb. *Statuere diem.* l. 14. D. de recept. qui arbit. *Statuere diem ſolutioni.* l. 21. §. ſolutioni. D. de recept. qui arbit. *Statuere pretium.* l. 3. & l. 4. D. mandati. & *Statuta pretia.* l. 2. §. Lenocinij. D. ad legem Iul. de adulteriis. *Statui tempus.* l. 17. §. vlt. D. de vſuris. & *Statuendum tempus.* l. 5. D. de operib. publ.

Statuta conſuetudine forma. l. 6. C. de ſeruit. *Statuta libertas.* l. 16. D. de noxalibus. l. 9. §. vlt. D. de opt. leg. l. 25. D. de liberali cauſa. l. 2. D. ſi is qui teſtam. lib. *Statuta autem libertas* dicitur, quæ in diem vel conditionem deſtinatur. l. 1. & l. 6. D. de ſtatuliber. l. 81. §. penult. D. de legat. lib. 1. l. 15. & l. 16. D. de noxalibus. l. 27. D. de eo quod. D. ad legem Iul. de adulter. l. 6. in fin. D. de optio. leg. l. 25. §. 1. D. de liber. cau. l. ſi fundum. §. 1. D. de legat. lib. 1. & l. 69. D. de cuictionibus. Vnde *Statu liber* appellatus eſt, qui ſub conditione teſtamento liber eſſe iuſſus erat, quemadmodum Vlpian. tit. 2. ſingular. explicat. item *Statutæ vſuræ.* l. 7. §. quinimo. D. de pactis.

Statutus dies. l. 1. C. de gener. abolit. l. 6. §. 1. D. de contrah. empt. & *Statuto die.* l. vlt. D. de leg. commiſſ. *Statuti dies.* l. 1. §. vlti. D. de ſucceſſ. edict. item *Statuta dies* in cautione, id eſt præſtituta. *prætori.* l. 15. D. de damno infecto. ſic *Statuti antiquitus honores.* l. 3. §. præſes. de muneribus & honoribus. *Statutus modus.* l. 29. D. de vſuris. *Statutus legis modus.* l. 5. C. quand.

prouoc. *Statutus numerus.* l. 41. §. 1. D. de excuſat.

Statuti in l. petitionem. C. de aduoc. diuerſ. iudiciorũ pro ordinariis & matriculæ inſertis aduocatis, quibus opponuntur *Supernumerarij.* l. nemini. & l. petitionem. C. eod.

Statuta legis portio. l. 66. D. ad leg. Falcid.

Statutum tempus reis peragendis. l. 21. §. idem reſpondit. D. de ord. municipal. & *tempore dilationis.* l. 7. §. quinimò. D. de pact. id eſt tempore legibus dato. l. 27. §. pactus. D. de pactis. *Statutum militiæ tempus.* l. 2. C. de his qui non imple. l. 4. D. pro ſuo. l. 2. D. de re iud. item *Statuta conſtitutionibus tempora ad præſcriptionem.* l. 76. §. vlt. D. de contrahen. empt. & *intra Statutum tempus.* l. 5. C. de reuoc. item *Statutum legibus tempus reſtitutionis.* l. 1. C. ſi minor ſe maiorem. ſic *Statutum tempus* pro conſtituto ſeu præfinito ad petendam in integrum reſtitutionem. l. 20. & l. 21. D. de minor. l. 6. D. de in integrum reſtitut. & leg. 9. §. ſi minor. & l. 19. D. de iureiurand. & l. 2. D. de re iudicata. l. 32. D. de ſeruit. præd. ruſt. *Statutum tempus ad dotis reſtitutionem.* l. 7. §. quinimo. D. de pact. & *Statuto tempore reddendæ dotis.* l. 17. §. vlt. D. quæ in fraud. l. cum in fundo. §. ſi fundus. D. de iure dot. l. Atilicinus 17. D. de pact. dotat. *Statutum tempus quo ſeruitus amittatur.* l. 16. D. quemadm. ſeruit. amittat. l. 18. §. vlt. & l. 19. D. eod. tit. *Statutũ tempus in Vſucapionibus.* l. 4. §. vlt. D. de vſucap. l. 26. §. quoties. D. ex quibus cauſ. maior. & *Statuti temporis ſpatium.* l. 1. D. de vſucap. id eſt, *lege definiti*, vt loquitur lex 3. D. de vſucap. & conſtitutũ vſucapioni tempus, vt loquitur Pomponius in l. 4. D. pro ſuo. l. 7. §. 1. D. pro emptore.

Statutum temporis ſpatium. l. 3. C. ſi quis ignor. rem minor.

Intra Statutum tempus. l. 21. §. idem. D. ad municip.

Statuto tempore. l. 4. C. ſi mancip. ita venierit vt &c. l. 66. D. de contrah. empt. l. 17. D. de pact. dotalibus.

Statutis ſumptibus ſeruire. l. 3. C. de compenſationibus.

STATVS *dignitatis.* l. 5. D. de extraordinat. cognit. *generis.* l. 1. C. de ordin. cognit. *facultatũ.* l. 2. §. vlt. D. vbi pupill. *obligationis.* l. 21. D. de fideiuſſor. *Statum etiam obligationis*, pro conditione & natura dicimus. l. eandem. 9. §. 1. D. de duobus reis. l. 108. in fin. D. de verborum obligat. & l. 124. D. eod. tit. coniuncta l. 12. §. penult. D. de ſolutionibus. & dicitur quoque *in aliquo Statu eſſe obligatio.* l. 36. D. de reb. cred. *Status donationum.* l. 32. D. de donat. inter vir. & vxorem. *peculij.* l. 32. §. 1. D. de peculio. *pupilli.* l. 1. §. vlt. D. de Carbon. edicto.

Status autem perſonarum conditionem ſignificat. Secundum quam alij ingenui ſunt, alij libertini, alij ſerui. tit. de ſtatu hom. tit. ne de ſtatu defunct. Vnde *inſtrumenta Status*, quibus manumiſſio vel ingenuitas probari poteſt. l. 8. D. quod met. cauſ.

Et *Status cauſæ* pro liberalibus iudiciis, quibus ex libertate in ſeruitutem, vel ex ingenuitate in libertinitatem quis petitur. l. 8. §. ſi quis. D. rem rat. hab. l. 1. C. de off. prætor. l. 39. §. ſi Status. D. de procuratoribus. l. 1. §. ſed & ſi de ſtatu. D. de tab. exhib. l. 6. C. de fide inſtr. l. 3. C. de ord. cognit. & aliàs ſæpè. hinc *Status controuerſiæ.* l. 3. §. parui. & §. ſi duo. l. 6. §. 1. D. de Carbon. edicto. & *Status controuerſiam alicui facere.* l. 7. D. de iure fiſci. item *Status quæſtio.* l. 3. C. vbi cauſa ſtat.

Status error. l. 88. §. quiſquis. D. de legat. 2.

Statum capere. l. 108. §. vlt. D. de verborum oblig. & *mutare.* l. 29. C. de liber. cauſ. l. 9. §. Papinianus. de minoribus. item *Statum & conditionem mutare.* l. vlt. D. ad Senatuſconſultum Tertyllianum. *Statum libertatis mutare.* l. 27. C. de liber. cau. *Statum priſtinum recipere.* l. 17. D. de donationibus. l. 11. C. de ſentent. paſſ. & *in Statum meliorem commutatio.* l. vlt. D. de vſu & habit.

Statu libero implicitum eſſe caſum libertatis ait lex vlt. D. ſi ex noxal. & *Statu liber* quis Vlpian. lib. regul. tit. de libert.

In ſuo ſtatu eſſe debere. l. 1. C. in integr. reſtit. & *in ſuo Statu retinentur.* l. 5. D. de tranſactionib. Serui porrò ſtatum non habent. Ideóque in libertatem perducti mutare ſtatum non videntur. l. 3. §. vlt. & l. 4. D. de cap. minut. Statum autem mutant liberi omnes qui vel ciuitatem vel libertatem, vel familiæ ius amittunt. l. 2. D. de in integr. reſtit. l. 1. D. de cap. minut. l. 9. §. Papinianus. D. de minorib.

Statum quoque *ætatis* dicimus. l. penult. C. quando dies legat. ced. Et inde verba hæc, CVM AD STATVM SVVM PERVENERIT, ſic accipimus, cum viceſimum quintum annum attigerit. l. 77. §. curatoris. D. de legat. lib. 2.

STELLATVRA in l. 12. C. de erogatio. milit. anno. lib. 12. Lamprid. in Alexandro, *Tribunos qui per Stellaturas militibus aliquid tuliſſent, capitali pœna adfecit.* Spartia. in Peſcennino Nigro.

Nam & Imperatorum tribunos duos quos constitit Stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliaribus iussit.

STELLIO. Vetus Glossarium Græcum, κακόεργος, κακότροπος. Donatus in Eunuchum act. 4. sc. 4. *Stellionem* ait, *esse animal quod Lacertæ non dissimile est, maculoso corio.* Stellionatum Iureconsulti appellant, fraudem omnem atque imposturam, quæ propriam significationem nõ habet, & in proprium delicti nomen non cadit. l. 7. §. 1. D. ad Turpillia. veluti si quis rem alienam sciens obliget, vel alij iam pigneratam alij denuò obliget, vel in pignore dando pro auro æs subiecerit, Stellionatus crimen committit. l. 1. D. Stellionatus. l. 16. §. 1. l. 36. D. de pignor. act. Similiter qui sciens statuliberum dissimulata eius conditione vendit, vel creditor numeratam iam sibi pecuniam iterum accipiens, Stellionatus crimine plectitur. l. 29. §. penult. D. manda. l. 9. §. 1. D. de statuliber. Est autem à Stellione vafro animali lacertæ non absimili & guttis stellatis distincto hoc nomen deductum, vt Plin. lib. 30. cap. 10. significat. *Stellionem etiam suum veluti senium more cæterorum serpentium temporibus statutis exuere*, Apuleius Apologet. 1. scribit. Meminit & Columella lib. 9. cap. 7.

Stellionatus crimen. l. 9. §. 1. D. de statuliber. & l. hæres meus. D. de legat. lib. 3.

STEMMATA in l. Stemmata. D. de gradibus & adfin. vocabant ramis & lineis ex ordine dispositas & descriptas genealogias, quibus generis & gentis series depicta descriptáque proponebatur. Plinius lib. 35. cap. 2. *Stemmata verò lineis discurrebant ad imagines pictas.* Persius Satyr. 3.

Non tibi clara quidem senior placidissime gentis
Linea, nec proauis demissum Stemma,

Origo autem nominis inde, vt credibile est, promanauit, quòd imagines pictas sertis coronare & floribus exornare solebant. Iulius Firmicus lib. 4. *Magnos viros faciet Mercurius qui sacris & religiosis Stemmatibus coronentur.* Vnde & apud Martial.

Tristia saxorum Stemmata delet herus.

Propterea quòd coronas in saxis sculptas Hesichius στέμμα στεφάνωμα. Cornutus ad illum Persij versum, *Stemmata dicuntur ramusculi, quos etiam faciunt aduocati in iure, cum causam partiuntur: vt puta, Ille filius illius, Ille pater illius. Propriè autem dicuntur Stemmata rotundæ imagines, quoniam* στέφω Græcè, *Latinè coronare. Stemma generis.* Mart. lib. 5. pag. 130. Statius Papin. lib. 3. Siluar. pag. 386. *Gentile Stemma.* Suet. in Claudio cap. 39. Lamprid. in Alexand. *seu Stemma generis depinxerat quo ostendebatur genus eius à Metellis descendere.* item *Stemmata per consules & præfectos decurrentia.* Hieronym. de vita B. Marcelli. pag. 696.

STEPHANVS *seruus.* l. 39. §. duo. D. famil. ercisc.

STERCVS *in area congestum.* l. 5. §. item Celsus. D. ad exhibend.

STERCVLINVM. l. 17. §. 1. D. de act. empt. quod *vel stercorandi agri causa paratum est vel vendendi.* l. 17. D. de act. empt.

Stercorandi causa parata pecora. l. 8. D. de inst. vel instrum. l. 60. §. vlt. D. de legat. 3. Paul. lib. 3. sent. tit. 7.

STERILIS *pecunia* quæ vsuras non parit. l. 3. §. vsuras. D. de contrar. & vt. Sic *Steriles nummi*, in l. 7. D. de vsur. Et *Sterilis dos*, sine commodo aliquo in l. 4. in fin. D. de pactis dotalibus.

Sterilitas spadonis. l. 6. D. de liber. & postum. & *Sterilitas temporis.* l. 2. §. vlt. D. de administ. rerum.

STERNERE *viam.* l. vlt. §. 1. D. de muneribus & honoribus.

STILLICIDIVM. Vetus Glossarium Græcum, ὁ ἀπὸ τῶν κεράμων γαλαγμός. Stillicidium autem est, quod stillatim & guttatim cadit. Cornel. Fronto. de different. voc. *Gutta manat, stilla cadit.* Quo nomine *à flumine Stillicidium differt. Inter Stillicidium enim & flumen*, vt Varro lib. 4. de lingua Lat. scribit, *hoc interest, quod Stillicidium stillatim cadat, flumen continuè fluat.* Ad hæc cum Stillicidij seruitus ex superiore loco sit, flumen non nisi ex inferiore & imo loco esse potest. l. 20. §. Stillicidium. l. 28. D. de serui. vrb. Seruius in 3. Georgic. vnà cum Festo stillam diminutiuum esse à Stiria credunt, vnde Stillicidium sit deductum. Ita *Stillicidium situlæ* dixit Tertullia. lib. aduersus Gnostic. Vetus Glossarium Bibliothecæ Regiæ, στιλλικίδιον ῥάγων ἢ τῶν κεράμων. porrò *Stillicidium leuius & acrius* opponuntur l. 20. §. Stillicidium. D. de seruit. præd. vrb. præterea *Stillicidium cadit & cæsitat, vel ex tegula, vel ex tabulato.* l. 20. §. si sublatum, & §. si seruitus. D. de seruitut. prædiorum vrb. l. 14. D. si seru. vindic. *Stillicidij immittendi ius.* l. 8. D. quemadm. seruit.

Stillicidia immittere. l.1. §.item sciendum. D.de aqu. & aqua pluu. l.28. in fin. D. de seruitut.vrb. l.16.D. si seruit. vindic. Et *proiicere.* lege 20. D.de seruit.vrb. Is verò in cuius aream Stillicidium cadit, *recipere* & *excipere & suscipere* dicitur. l.17. §.vlt. l.20.in fi. D.de seruit.vrb. l.9. §.1.D. si seruit. vindic.

STIPENDIVM *facere.* l. 15. C.ad l.Iul.de adult.

Stipendia vicesima. l. 9. C.quando prouocare.

Stipendiis emeritis & decursis. l.2. C.de his qui non implet.

STIPENDIARIA, Vetus Glossarium Græcum, τὰ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κτήματα. Stipes, γὰρ ὁ ἔρανος.

STIPES aduocationum apud Quintilianum lib.1. cap. vlt.

STIPES *ant. modica æra appellabantur: vnde Stipendia dicta.* Vlpia. scribit.l. 27. §.1.D.de verborum signific. l.1. D.de colleg. & corp. & *Stipendia merere dicuntur, qui militant.* l.18. D.de re iudic. *Impleuisse verò Stipendia dicuntur, qui legitima militiæ tempora impleuerunt, & pleno Stipendiorum numero functi sunt.* Rubr. de his, qui non, qui non implet. stipen. lib. 10. C.l. 8.D. de re milit. *Stipendia* porrò non *militiæ* tantùm sed *& legationis* dicimus. lege 6. in fine. D. de legationibus.

Stipem defraudet. l. quisquis. C.de postul. Quintil. l.1.cap.vlt. & *Stipem menstruam conferre.* l. 1.D.de collegiis. Cicer. de legibus & Seneca alicubi.

STIPITES *granorum.* l.18.D.de act.empt.

STIPVLÆ *quis in messe iacet.* l. 13. D. quemadmodum vsusfruct. l.17. D. quibus modis vsusfruct. *Stipula illecta.* l. 30. §.1. D.de verborum signifi. ea est spicæ in messe deiectæ necdum lectæ, quas rustici cum vacauerint colligunt. l. 30. §.1. D.de verborum significat. Varro lib. 1. de re Rustica. cap. 53. *Messe facta, Spicilegium venire oportet, aut domi legere Stipulam.* Idem lib.6. de lingua. *Nemo reprehensus qui è Segete ad Spicilegium reliquit stipulam.* Atque adeo de ea re Moses in lege Deuteron. cap. 24. ita cauerat ἐὰν ἀμήσῃς ἀμητὸν τὸν ἐν τῷ ἀγρῷ σου, καὶ ἐπιλάθῃ δράγμα ἐν τῷ ἀγρῷ τὸν. ex quibus apparet Stipulam illectam esse eam quæ de messorum manu excidit, non autem vt quidam existimant calamum, seu culmum qui radicibus, segete adempta, tenetur, & solo cohæret, & pendet, nec est deiectus in messe, quem vulgo vocamus, *Chaume.* Ergo stipulam illam colligere, non est quod vulgo dicitur *Chaumer,* sed quod *Glaner.*

Ex Stipula seges enata. l. 40. §.fundi. D.de contrahen.emption. & Paul. l. 40. §. fundi de contrahend. empt. item de *Stipula* in l. 30. §. vlt. D.ad legem Aquil. ex qua apparet in Stipulam quandoque ignem eius comburendæ causa commissum. sic *Stipulam incendere,* ex lege Dei. tit. 12.

STIPVLATIO *est, verborum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum facturúmve se quod interrogatus est, respondet.* l. 5. §. Stipulatio. D. de verborum obligat. Sic autem à firmitate appellata est, quòd, firmandarum obligationum causa interponeretur, firmissimúmque esset adstringendæ obligationis vinculum. Nam *Stipulum* veteribus firmum significabat, vt Paulus libro 5. sentent. & Iustinian. in princ. titul. de verborum obligat. & Isidor. libro 10. Etymolog. scribunt. Quanquam Varro lib.4. de lingua Lat. & Festus lib.17. à stipe dictam magis putant. Stipulari autem verbum commune est, vt Priscianus lib. 5.notat, & Suetonij auctoritate ex libro 8. Prætorum confirmat. Stipulari itaque dicitur non is tantùm qui interrogat, sed etiam qui spondet promittit, vt in l.7.D. quod certo lo.l.26. §. qui decem. D. de condit.indeb.l. 5. §.Imperator. D.de solutionibus. l. 1. §. sed si mihi.D.de verborum oblig. §. penult. Instit quibus mod.tollit. oblig l. 39.D.de contrah.empt.l.1.C.de contrahen.stip. Isidor. lib.10.Etymolog. cap.24. Stipulatio est promissio vel sponsio.

Sic *Stipulatio* est solennis promissio facta interrogatione præcedente & responsione sequente. *Stipulatio pura* est, quæ nec fit sub conditione nec in diem sed purè, vt dicere *Dabis hoc? Dabo. Conditionalis* verò est quæ fit sub conditione, hoc modo, *Promittis mihi dare centum si nauis ex Asia venerit?* & respondes, *Promitto. Stipulatio in diem* hoc modo, *Dabis mihi decem Cal. Iunij?* & respondes, Dabo.

Stipulatorum autem hæ species memorantur satisdationis legatorum, damni infecti ex operis noui nuntiatione emptionis hæreditatis functuariæ.

Stipulatio Aquiliana est quæ nouat omnem contractum, vt sic, *Quidquid mihi debes ex quacunque causa, idem mihi promittis,* si enim ex mutui datione mihi debitor sis, velimque acceptum ferre, id est, per acceptilationem remittere, non poterit res expediri nisi per obligationem.

Stipulatio item ex ſtipulatu actionem ſignificat. l. minor. D. de euictionibus. l. quæ dicimus de author. tutor. vt lex legis actio pro geſtione. Sic Tacitus *Quæſtum* dixit, pro Quærimonia lib. 19. *Cornelium*, inquit, *Martialem ad Vitellium miſit cum mandatis & quæſtu quæ pacta turbarentur. Sextus Pompeius promiſſum, id eſt, promiſsionem dixit* in verbo Spondere. Sic *Tranſactus* pro *tranſactione*, & *permiſſus* pro *permiſsione*. Sic *condemnatus* pro *condemnatione* & *conuentus* pro *conuentione*.

Stipulatio facta. l. 39. D. de oper. libert.

Stipulatio quæ ab ædilibus proponitur. l. 31. D. de euictionibus.

Tollitur Stipulatio per Stipulationem, ipſo iure. l. 27. D. de pactis.

Interponere Stipulationem. l. 1. §. Marcellus. & l. 3. §. vlt. D. ſi cui plus quàm per leg. Falcid.

In Stipulatione eſſe non ſolutione, aliud eſt. l. 44. §. vlt. D. de obligat.

Actio ex Stipulatu quæ dicitur ex Stipulato appellatur. l. inter 26. §. vlt. D. de pact. dotal. & eorum actio ex Stipulatu aut eſt certi, & hæc proprio nomine *condictio certi* appellatur, aut eſt incerti, & hæc aliud nomen non habet quàm *actionis ex Stipulato*, & ideo cum actionem ex Stipulatu dicimus, eam quæ incerti eſt plerunque intelligimus. l. ſi quis certum. D. de rebus cred. §. 1. Inſtit. de verborum obligat. Nonnunquam & eam quæ certi eſt. l. pœnales. §. Iulianus. D. ad legem Falcid. l. 1. C. ſolut. matr.

Ex Stipulatu. l. 26. §. vlt. D. de pact. dotal. l. 3. §. ſi rem. D. de legat. 3. l. 77. §. mater. D. de legat. 2.

Stipulator dicitur, qui interrogat, promiſſor qui ſpondet. l. 2. & l. 4. D. de verborum obligationibus. item *Stipulator* appellatur qui Stipulatus eſt. l. Stipulatio iſta habere. §. ſi ſtipuler. & l. eũ qui §. vlt. & l. ſi quis. D. de verborum obligat. l. 17. §. qui ſi. D. de fideiuſſoribus. l. eum qui. §. qui ſibi. l. quicquid aſtringendæ. l. ſi ita Stipulatus 126. §. ſi Titius. D. eodem. & l. 7. D. de doli mali except. & apud Sueton. in Vitellio cap. 14. l. 2. D. de donatio.

Item *Stipulator* & *promiſſor*, περὶ τοῦ. l. 3. §. 2. & ſequent. D. de eo per quem fact. erit quò minus quis in lud. ſiſt. D. ad leg. Aquil hinc & *Stipulatus* pro Stipulatione in l. 9. D. de vſur. l. 8. D. de re iudic. l. 73. D. de conditionibus & demonſtrationib. l. 17. D. de rebus auct. iud. l. 10. §. partum. D. quæ in fraud. credit. l. 28. §. igitur ſi quis. D. de iureiur. l. 33. §. vlt. D. de legat. lib. 3. l. 5. §. ſi pupillus. D. de rebus eorum. ſic *ſuper Stipulata adire præſidem*. l. 3. C. de inutilib. ſtipul.

Stipulari de aliquo pro aliquo Iureconſulti dicunt. l. 54. §. inter. D. loca. l. 19. D. ad Velleia. l. 110. D. de verborum obligation. l. 13. §. 1. D. de recept. qui arbitr. l. ſi is qui rem. §. vlt. D. de furt. l. qui vſusfruct. §. 1. & l. quæſitum de vſufruct. ſic *Stipulatus de ea eſt*, in l. 19. D. ad Senat. Velleian. item *de te Stipulatus*, in l. 108. §. Stichum de legat. 3. l. 13. D. recept. & l. 66. §. vlt. de fact. l. 37. D. de vſufruct. & *Stipulatus de Titio*. l. 36. §. 1. D. de vſufruct.

Stipulari Stipulationem. l. 3. §. 1. D. iud. ſol. l. 42. §. vlt. D. ſol. matr. Qui autem ab eo cui ſpondit & promiſit vice mutua ſtipulatur, Reſtipulari dicitur. l. 43. §. 1. Digeſtis de damno infecto.

STIPVLVM Vetus Gloſſarium Græc. vertit, τὸ ἰσχυρὸν.

STIRPS *libertina* ex lege Dei. tit. 16.

Alienæ Stirpis. l. 9. C. de quæſtionibus.

In STIRPES. Vetus Gloſſarium Græcum, κατὰ στιρᾶν. Succeſſionem autem in Stirpes Iuſtinianus Nouell. 118. ait vocari, cum liberi, τοσοῦτον ἐκ τῆς κληρονομίας τοῦ τελευτήσαντος λαμβάνουσι μέρος ὅσοι δὴ ποτε ἂν ὦσιν, ὅσον ὁ αὐτῶν γονεὺς εἰ περ ἦν ἐκομισατο. inde *non in Stirpes ſed in capita ſuccedere*, id eſt, *pro virilibus portionibus*. in l. 2. C. de ſuis & legit. hæredibus.

Item *à Stirpe excindenda arbor*. l. 1. §. 1. D. de arboribus.

Item *Stirpes vitium*. l. 55. §. Tignus. D. de legat. 3.

Et *Ex Stirpibus renaſci*. l. Silua. D. de verborum ſignificat. vbi obſerua Stirpes à radicibus ſeparari. l. 30. Digeſtis de verborum ſignificatione, vt & apud Cicero. lib. ſecundo de Natur. deor.

Stirpitus. l. 3. §. 4. D. Arbor. furt. cæſ.

STRATORES *proconſulum*. l. quarta. §. 1. D. de officioſ. proconſul. l. vltima. Digeſtis de iure immunita. Stratores in l. 10 D. ex quibus caul. maio. Stratores etiam in carceribus ponuntur, in l. 1. C. de cuſtod. reor. iiſque, quantùm exiſtimo, ſignificantur, qui victus eſt Stratus eorũ, qui carcere continebantur, curæ præpoſiti erant. aut etiam milites illi intelliguntur, quibus cuſtodiæ cõmittebantur. In veteri vocabulario inueni Stratores dici à ſternẽdo quia

cuſtodientes

cuſtodientes in carcere reos condemnatos puniebant, vel Stratores dicuntur iſti, qui ſtabulis & equis ſtantibus in eis præſunt, & dicuntur à ſtatorio ſecundum Aſonem. C. de Strato. lib. 12. Porrò Hieremiæ 48. dicuntur *Stratores laguncularum*, id eſt, compoſitores. Mittam eis, dicitur, ordinatores & ſtratores laguncularum.

In STRATV *omne veſtimentum continetur, & omnis ſtragula veſtis.* l. 45. D. de verborum ſignificatione. Et ſic accipiendum eſt hoc verbum in l. 34. D. de re iudica.

STRAMENTVM vocat Caius in l. 234. in fine. D. de verborum ſignificatione, vtrunque à ſternendo: vnde & ſtragula veſtis dicta eſt. l. 12. §. ſed ſi fundus. D. de inſtruct. vel inſtrum. l. 5. D. de ſuppellect. lega. Et *Stratoriæ veſtes* apud Paul. lib. 3. ſentent. tit. Et *ſtragula veſtimenta* in l. 23. §. veſtimenta. D. de auro & argent. leg.

Stramenta in l. 45. §. cum ſtramenta. D. ad leg. Aquil.

STRATVRA *loci ex tabulis.* l. 242. in fi. D. de verborum ſignif.

STRATA *lapidea via.* l. 1. §. penult. D. de via publ. *Stratæ* pro *viis publicis.* l. 4. C. de priuileg. dom. Auguſt. lib. 11. & l. 6. de itiner. muniend. in C. Theod. & apud Iſidor. lib. 15. Etymolog. cap. vlti. *qui Stratam dictam quaſi vulgi pedibus tritam tradit*, cùm tamen ſimilius vero ſit ab eo quòd lapidibus ſternatur, ita appellatam. Procop. lib. 2. de bello Perſico, *viam à Latinis Stratam etiam dici* tradit.

STRANGVLARI, id eſt, neceſſitate adigi. C. de prædiis curiæ non alienand. libro 10. Ambroſius lib. 2. de pœnitent. cap. 5. *nec verbi vnius præiudicio tantam cauſam ſtrangulandam arbitror.* l. 3. §. 1. D. arbor. furt. cæſ.

STRICTVM ius æquitati opponitur: ſummum, merum, & ſubtile ius ab æquitatis præceptis diſiunctum ſignificat. l. 86. D. de acquirend. hæred. l. 2. §. quanquam. D. de aq. & aqu. plu. l. penulti. D. de conſtitut. pecun. l. penult. C. ad exhibend. l. penult. §. 1. D. de iure dot. l. 50. in fin. D. de petitio. hæredit. l. 28. D. de ſtatuliber. l. 8. C. de iudic. l. 8. C. ad exhibendū. l. 67. §. 1. D. de ritu nupt. Quomodo & *Strictam rationem* accipimus in l. 7. §. ſi cuius tamen. D. de acquirendo rerum dom. l. 1. §. accuſationem in fin. D. ad Turpillian. l. 43. D. de religioſ. *Stricta iuris ratione.* §. ſed vtilitatis. Inſtitut. de mandat. Et *Strictam interpretationem* in l. 20. §. ſi ſublatum. D. de ſeruitutibus vrban. & *Strictius interpretari*, in l. 25. §. ſi ſublatum. D. de ſeruit. præd. vrb. Hinc *Stricti iuris actiones* dicuntur, quæ ſtricto iure vallatæ ſunt, nec ex bona fide deſcendunt. §. actionum. Inſtitut. de actionibus. lege vn. §. ſed & ſi non ignoramus. C. de rei vendic. ἐν οἷς, vt cum Theophilo loquar, τῆς ἀκριβείας γίνεται λόγος. Quæ & *Stricta iudicia*, & *Stricti iudicij actiones* vocantur. l. 3. §. in hac. D. commo. l. 5. D. de in lit. iur. ſimiliter & *Strictiora remedia intelligenda ſunt.* l. 3. C. de ſubſt. tut.

STRVCTILE dicitur quod manu conſtructum eſt, & fabrica conſtat. Sic *Structile opus.* lege 241. D. de verborum ſignificatione. *Structilis lapis* in l. 6. §. modus. D. ſi ſeruit. vindic. *Structilis riuus* in l. 3. §. 1. D. de riuis. *Structiles baſes* in l. penulti. D. de verborum ſignificat. *Structiles canales* apud Vitruu. lib. 8. cap. 7. *Structilis forma* apud Pallad. lib. 9. cap. 11. item *Structiles columnæ.* l. 8. §. 1. D. ſi ſeruitus vindicetur. ſic *Structilis* & *terrenus* opponuntur in l. 3. §. 1. D. de riuis.

Structum in l. 3. §. vnde illud. D. de minoribus. ſignificat machinatum.

STRVCTORES *bucularum* in l. vlt. D. de iure immunit. ſecundum Florentinam lectionem. Alij enim codices habent *Structores, bucularij.* Et Structores quidem Tribonianus ædificatores interpretatur, in l. 1. de excuſatio. artific. lib. 10. C. Veget. etiam lib. 2. cap. 11. in exercitu Structores ponit. Sic enim illic ex vetuſtis codicibus legendum eſt, non vt paſſim ſcriptum eſt, inſtructiores. Similitérque in miniſteriis militaribus Structores poni videmus in epiſtola, quæ à Vopiſco in Aurelia. refertur.

Struere aduocationem in lege Dei. tit. 8.

STVDIORVM *cauſa alibi degere.* l. 5. C. ad Senat. Maced. & *Studendi cauſa miſſus ſeruus.* l. 78. D. de legat. 3. item *Studiorum cauſa abeſſe.* l. 7. §. quod dicitur. D. de Senatuſconſ. Macedon. l. 28. D. ex quibus cauſ. maior. & *Studiorum cauſa abſens.* l. 7. §. quod dicitur. D. ad Senatuſc. Maced. item *Studiorum cauſa peregrè agere.* l. 49. D. famil. erciſcund. & *Studiorum cauſa Romæ agere.* l. 18. §. vlt. D. de iudic. vt & *Studiorum cauſa Romæ eſſe.* l. 36. D. ad municip. denique l. lex Cornelia. §. domum. D. de iniur. l. 17. D. de rebus credit. *Studiorum cauſa aliquo loco morari.* l. 2. C. de incol.

STVDIOSI *iuris pro Iuriſperitis.* l. 1. D. de offic. adſeſſ. l. 9. §. 1. D. de pœn. l. 4. D. de extraord. cognitio. Et apud Sueton. in Neron. Gellius lib. 12. cap. 13. *Cur hoc me potius*, ait, *rogas quàm*

ex iſtis aliquem peritis, ſtudioſiſque iuris, quos adhibere in conſilium iudicaturi ſoletis. Sic enim legere malo quàm vt vulgò, Studioſiſque iuris. Nam iuris periti in conſilium adhiberi non quilibet ſtudioſi ſolebant. Quanquam & *conſulti* abſolutè *Studioſi* videntur appellari in l. 2. §. poſt hũc maximè. D. de orig. iur.

Studio hæredum pro induſtria. l. 53. D. de fideicom. libert.

Studio relinquendi. l. 14. C. de donat. inter vir. id eſt animo & voluntate.

Studioſè pro data opera, atque propoſito, & σπουδαίως in l. 1. D. de abigeis. Similiter *Studio*, id eſt, arte, in l. 13. & l. 53. D. de fideicomm. libert.

STVLTVS *imperitum ſignificat* in l. 9. §. ſi quis ius. D. de iur. & fac. ignorant. l. 4. D. quod vi aut clam. Et *Stultitia imperitia eſt*, in l. 51. D. de euictionibus. ſic *Stultitia emptoris.* l. 3. D. ad leg. Falcid. & *Stultitia teſtatoria.* l. 13. D. de manumiſſ. teſt.

Stultum eſt. l. 1. D. à quibus appell. non licet. *Valide Stulta deliberatio.* l. Domitius. D. qui teſtam. fac.

STVPRVM propriè in viduam & in virginem committitur, vt adulterium in nuptam. Sed & lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur. l. 101. D. de verborum ſignificatione. l. 3. in fin. de concubin. l. 41. D. de ritu nuptiar. l. 6. §. 1. D. de adulter. hinc *Stuprare virginem.* in l. 25. D. de iniur. & *Stuprum perſuadere.* l. 1. §. vlt. D. de extraordin. crim. *Stuprum* etiã in maſculum committitur. l. 2. D. de ſeruo corrup. l. 1. §. remouet. D. de poſtul. l. 8. D. quod met. cau. l. vlt. D. de offic. præſid. item *Stuprum in viro & muliere.* l. 8. D. quod met. cauſa. vnde & *Stuprum perpetrari vel pati.* l. 2. D. de ſeruo corrupto. ita *Stuprare per vim puerum vel fœminam.* l. 3. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.

Stupratus. l. 1. §. origo. D. de poſtuland. & *Stupratus ſeruus.* l. vlt. D. de offic. præſid. & *Stupratum mancipium.* l. 23. D. de ædilit. edict.

Stupri crimen committunt liberi qui parentum vxores concubinas ducunt. lege 4. Codice de nuptiis.

Stupro violaſſe dominam. l. 1. C. de colluſ. deteg.

Stupro compreſſa. l. 20. C. ad leg. Iul. de adult. Stuprum autem quibus modis, & in quos committatur expoſui ad caput primum legis Iuliæ de adult.

Stupratores. l. 43. D. de ritu nupt.

SVADERE. *Suadet æquitas.* l. 46. §. 6. D. de procurat. *ætas.* l. 2. D. de colluſ. deteg. *cauſa.* l. 8. §. vult igitur. D. de tranſuectoribus. & *magna cauſa Suadet.* l. 27. §. vlt. D. de lib. cauſa. item *Suadent cauſæ præſcript.* l. 8. §. cauſæ. D. de tranſact. *Suadet quoque fauor.* l. 24. §. ſi quis ſeruo. D. de fideicomm. *neceſſitudo.* l. 6. C. de ſuſpect. tut. *ratio.* l. 15. §. Seruus. de caſtrenſ. peculio. l. 2. C. de impub. & alien. inſtit. & empt. in princ. l. 70. §. vlt. D. de fideiuſſor. l. 95. §. ſi mandat. D. de ſolutionibus. & l. 58. D. de vſufr. & l. 3. D. de in lit. *ratio & æquitas ſuadent.* l. 87. §. Imp. de legat. 2. *quod magis Suadet.* l. 38. D. de adminiſtr. & peric. *Suaſit ratio.* l. 2. C. de longi tempor. præſcript. *Suaſit ratio conſuetudinem.* l. 1. C. quia ſi longa. *ſi ita res Suaſit conſulentibus.* l. 5. D. de manumiſſion. *ita res Suadeat.* l. 9. D. de quæſtionibus. *ſi Suadeat compendium itineris.* l. 16. D. de legation. *Suadet vtilitas.* l. 1. §. ſunt qui. D. ne quid in. *Suadetur.* l. 17. D. de ritu nupt. *Suadetur prætori.* l. 3. D. de iur. delib. *nulla ratio Suadet.* l. 4. C. arbit. tut.

SVB, hæc particula in aliquot loquẽdi generibus obſeruatione digna eſt, vt in his, *pecuniam mutuam dedit ſub vſuris Lucius.* D. qui potior. in pign. hab. l. quoties. 9. §. ſed ſi ſub vſuris. D. de adminiſtr. tutor. ſic *Sub vſuris credere.* in l. 48. D. mandat. & *Sub vſuris mutua data.* l. 7. §. item ſi duos. D. ad Senat. Macedon. *Sub vſuris mutuos aureos accipere.* l. vlt. D. de contrahen. empt. *Sub vſuris obligare.* l. 89. §. vlt. D. de ſolutionibus. & ita *Sub vſuris credere & ſine vſuris aduerſantur.* l. 2. §. 1. D. mandati. *Sub obligationibus credere.* lege 2. C. de repud. vel abſtin. hæredit. *Sub pacto credere.* l. 1. C. de his qui in priori. *Sub pignore credere.* l. 59. §. ille. D. mandati. *Sub pignore pecuniam dare.* l. 9. D. quibus mod. pign. *Sub pignore lapidum negotiatori marmorum numerare.* l. vlt. §. vlt. D. qui potior. *Sub pignoribus & vſuris pecuniam mutuam dare.* l. 18. D. qui potior. *Sub pignore creditum.* l. 2. C. de fiſcal. vſur. & *Sub pignore creditor.* l. 7. §. ſi obligauit. D. de rebus eorum. *Sub pignore contrahere.* l. 2. D. de diſtract. pign. *Sub pignoribus contrahere.* l. 2. C. de his qui in prior. l. 5. §. conditio. D. de inſtit. *Sub pignore mutuam pecuniam accipere.* l. vlt. D. de pignor. *Sub pignoribus accipere mutuas pecunias.* l. 12. D. de pignor. *Sub pignore culeorum pecuniam accipere.* l. vlt. §. vltim. D. de pignerat. action. & *Sub obligatione fundi mutua pecunia accepta.* l. 28. §. vlt. D. ad Senatuſconſultum Velleian. *Sub pignore debere.* l. debitor 82. D. de legat. 2. *Sub pignore hortorum debere.* l. vlt. D. de liberat. legat. *Sub pignoribus debere.* l. 21. D. de iure fiſci. *Sub pignoribus pecuniam debere.* l. 35. D. de pigner. act. & *Sub pignoribus debere pecuniam.* l. 2. §. vlt. D.

vlt. D. de eo quod cert.loc. *Sub pignoribus, vel sub pœna debetur.* l. 5. D. de vent.in possess. & *Sub pignore debitor.* l. 11. D. quibus modis pign. l. vlt. D. qui potior.in pignor. l. 59. D. ad SC. Trebell.

Sub creditoribus fieri bona dicuntur quæ venerunt. l. 44. D. de adquir. vel omittend.

Sub fideiussoribus credere. l. vlt. §. sic autem. & *Sub fideiussore mutua pecunia accepta.* l. 18. D. ad Senat. Velleian. *Sub fideiussore debere.* l. 49. §. si quis testator. D. de legat. 1. *Sub fideiussorum satisdatione.* l. 28. §. 1. D. ex quibus causis maior. *Sub pœna centum promittere.* l. 41. §. agri. D. de legat. 3. *debitum sub pœna vel pignoribus pretiosis.* l. curator. D. de ventr.in possess. mitt.

Item *Sub pœna vel pignoribus debere.* l. 5. §. vlt. & l. 7. D. de iur. deliberan. *Sub pœna deberi pecunia.* l. 18. D. de hæred. vel act. *Sub pœna pecuniam debere.* l. 3. D. de in lit. iurando. l. 2. §. vlt. D. de eo quod certo loco. *Sub contraria conditione.* l. 107. de condit. & demonstr. *Sub exceptione transferre.* l. 7. §. dolo. D. de dolo. & *satisdare.* l. 21. & l. 31. D. de donat. inter. vide Exceptio. *Sub certa præstatione locare.* l. 10. C. de vsufructu. *Sub die.* l. 126. §. Chrysogonus. D. de verbor. obligat. *Sub incerto die.* l. sub conditione. D. de condict. indebit. *Sub incerto litis euentu.* l. vlt. §. sic autem. D. de bonis eorum. *Sub lege commissoria distracti.* l. 37. §. vlt. D. ad legem Falcidiam.

Sub edicto proponere. l. 6. D. de cust. & exhibit. *Sub pœna vinculorum.* lege 38. §. qui se. D. de pœnis.

Sub vna claue tota habitatio. l. 17. §. apud Celium. D. de ædilicio edicto.

Suſceptores, qui ſolutionem auri & ſpecierum accipiebant, & modum iugationis poſſeſſorum & ſpecies ſingulas deſcribebant. l. 9. C. de defenſoribus ciuit. l. 5. C. ad leg. Iul. repetund. l. 5. de exactorib. tribut. l. 10. C. l. penult. §. illud. de cano. largit. tit. eod. l. 23. D. de decurion. lib. 10. C. l. 1. & 2. & toto tit. de ſuſceptoribus eo. item *Suſceptores vini.* l. vlt. §. patrimoniorũ. D. de muner. & honorib. *Suſceptores* pro receptorib. latronũ. Paul. lib. 5. ſent. tit. 3.

Suſceptores qui luſores recipiunt. l. 1. §. idem notandum. D. de aleæ luſu.

Suſpendere pro differre. ſic dicitur *Suſpendi actus.* l. vlt. D. comm. præd. *& conditio.* l. 72. §. ſi arbitratu. D. de condit. & demonſtr. & *Suſpendi conditione vel mora.* l. 79. D. de condit. & demonſtr. ſic quoque *Suſpenditur diſtractio bonorũ.* l. 22. D. de iure fiſci. & *Suſpenditur legatum extrinſecus.* l. 6. D. quando dies legatorum. item *Suſpendere ſtatum.* l. 2. §. ſi quis. D. vnde legitimi. & *Suſpenditur ſtatus.* l. 76. §. ſeruus. D. de legat. 2. ſic quoque dicitur *Suſpendi ſtipulatio.* l. 37. D. de reb. cred.

Hinc *Suſpenſa cognitio.* l. 86. de acquir. vel omitt. l. 3. C. quando prouocare. & lege 1. C. de crim. expil. hæred. *conditio.* l. 34. D. famil. erciſc. *Suſpenſa ſub conditione libertas.* l. 44. de manum. teſt. & *Suſpenſa lite.* l. 1. §. ſi cui. de extraordin. cognit.

SVSPENSVM *ius.* l. ſi pater. D. de ſuis & legitim. & *Suſpenſi iuris conſtitutio.* l. 15. D. de ſuis & legitim.

Suſpenſo crimine. l. 21. D. de accuſat.

In Suſpenſo eſt. l. 15. D. de noxalibus. l. 10. D. de pecul. l. 43. §. vlt. D. de ædilitio edicto.

In Suſpenſo fuiſſe traditio. l. 14. D. de caſt. pecul. & *in Suſpenſo haberi liberationem.* l. 12. §. vlt. D. de diſtra. pign. *in Suſpenſo retineri iura.* l. 32. §. vlt. de hæred. inſtit.

SVSPENDIO *vitam finire.* l. 3. §. 1. D. de bon. eorum qui.

SVSPENDIOSI *dicuntur.* l. 11. D. de his qui notant. infam. Et apud Plin. lib. 28. cap. 4. vbi laqueum ſuſpendioſi temporibus circumdatum dolores capitis ſedare tradit.

SVSPICIONE *mortis liberare.* l. 20. D. de donat. inter vir. & vxor.

Suſpectus quaſi calumniator. l. 3. §. Iulianus. D. de liber. exhibend. & *Suſpectus conſul.* Auſon. pag. 125. *Suſpectus hæres.* l. 7. §. qui ſciens. D. pro empt. l. 31. D. de reb. auct. iud. *procurator.* l. 4. §. 1. de appellation. l. 19. & l. 23. D. de procurat. & *Suſpectus ſit procurator hoc ipſo, qui operam ſuam ingerit inuito.* l. 25. §. 1. D. de procurat. *Suſpectus reus.* l. 1. de quæſtion. *Suſpectus tutor.* Vlpia. lib. reg. tit. de legat. & tutorem *Suſpectum facere*, id eſt poſtulare. l. 3. §. 1. & l. 7. §. ſi tutor. & l. 39. §. tutor. & l. 41. D. de adminiſtr. & pericul. & l. 9. §. penult. & l. 14. D. eod. & l. 4. D. qui petant tutor. l. 3. & l. 7. de ſuſp. tutor. l. 29. de excuſat. l. 20. D. de appellationib. & lege 1. §. ſi quis. D. quand. appelland. *Suſpectos facere tutores.* l. 1. C. de negot. geſt. l. 1. C. ſi tut. vel cur. & l. 1. C. de peric. tut. *Suſpecti poſtulare.* l. 14. §. 1. D. de ſolutionibus. *Suſpectos poſtulare.* l. 3. & l. 4. C. de ſuſpect. tut. *Suſpectos fieri*, id eſt poſtulari. l. 1. §. oſtendimus. D. de ſuſpect. tutor. *Suſpectos poſtulari & pronuntiari.* l. 38. D. de minorib. *Suſpectus factus ſententia.* l. 7. §. prætores. de ſuſp. tut. denique

SVSPECTVS *tutor eſt, qui non ex fide tutelam gerit*, licèt ſoluendo ſit. §. ſuſpectum. Inſtit. de ſuſpect.tut. Nam qui fraudulenter tutelam adminiſtrauit, etiam ſi ſatis offerat, vt ſuſpectus remouetur. *Tutorem enim non facultates, ſed fraudulenta adminiſtratio, & callida conuerſatio ſuſpectum faciunt.* l. 31. D. de reb. auct. iud. Itaque ſi in tutela graſſatus eſt, aut ſordidè egit vel pernicioſè pupillo, vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus, iam vt ſuſpectus remouetur. l. 3. §. nunc videamus. D. de ſuſpect. tutoribus. Apparet itaque ex fide & diligentia & maleuolo propoſito magis, quàm ex facultatibus ſuſpectum tutorem argui. Quod in hærede quem vt ſuſpectum prætor deminuere vetuit: contrà eſt qui ex ſolis facultatibus ſuſpectus exiſtimatur. d. l. 31. & l. 7. §. qui ſciens. D. pro empto. Dicunt autem promiſcuè Iureconſulti pro eodem ſuſpectum facere, & ſuſpectum poſtulare, vt ſuprà quoque demonſtratum eſt. D. de ſuſpect. tut. l. 6. D. rem rat. hab. l. 39. ad fi. D. de procuratoribus. l. 14. §. 1. D. de ſolutionib. l. 8. §. penult. D. de adm. tut. l. vlt. D. qui pet. tut. Vnde *Suſpecti poſtulatio & accuſatio.* l. 3. §. ſi quis ad futurus. D. de ſuſpect. tut. l. 1. §. ſuſpecti. D. ad Turpill. l. 5. §. geſſiſſe. D. de admi. tut.

Suſpecto decedere dicitur quem non ſua morte ſed violentia deceſſiſſe ſuſpicamur. l. portiones. 21. D. de iis quæ vt indign.

Suſpectus. Vetus Gloſſarium Græc. ὁ κακῶν τὰ τῦ πυπίλλυ διοικῶν πράγματα ἐπίτροπος. Et mox, ὁ μεμπλαῖος, ἐπίτροπος. *Suſpectus poſtulatus.* l. 6. D. ratam rem haberi.

Suſpectiores. l. 15. D. de quæſtion.

Suſpectiſsimus. l. 7. § idem. D. de quæſtionibus.

Suſpectas habere facultates. l. 9. D. ad Senat. Velleian. &

Suſpectas habere cautiones & falſas. l. 2. C. de his qui accuſ. poſſunt. item *Suſpecta hæreditas.* l. 2. D. de feriis. l. 32. D. mandati. & *Suſpectam hæreditatem dicere.* l. ſi hæreditatem. D. mandati. *Suſpecta perſona.* l. 7. §. vlt. D. qui ſatiſd. cogunt. l. 3. §. Iulianus. D. de lib. exhiben. dicuntur & *Suſpectæ perſonæ* quas veriſimile eſt colludere vel calumniari. l. 3. §. hoc interdict. D. de liber. hom. exhib.

Suſpectum æs alienum. l. vlt. C. de aliment. pupill.

SVSTENTARE *ſe. i. alere.* l. 5. D. de ventre in poſſeſſ. ſic ad *Suſtentandam filiam.* l. 3. C. ne vxor pro marito.

SVSTINERI, differri & inhiberi ad tempus ſignificat. Sic Suſtineri iudicium, actio, pœna, præſtatio dicitur. l. 24. §. vlti. D. de lib. cauſ. l. 5. §. vlti. l. 7. §. 1. D. de petit. hæred. l. 35. D. de iure fiſci. l. 1. §. vlti. D. ſi famil. furt. fec. l. 6. §. quid tamen. D. de iniuſto, rup. l. 42. ita *Suſtineri fideicommiſſum.* l. 62. D. ad SC. Trebell. *actio.* l. 1. §. vlt. ſi famil. furt. fec. & *Suſtineri cognitiones.* l. 36. D. de iudic. & *Suſtinendæ cognitiones.* l. 36. D. de iudic. Item *Suſtinendum iudicium.* l. 24. §. 3. D. de liber. cau. & ſimpliciter *Suſtinendum* ideſt ſuperſedendum. l. 1. §. vlt. D. de collat. bonor.

Suſtinere partes actoris & petitoris. i. gerere. l. 7. §. vlt. D. de lib. cauſ. *Suſtinere partes petitoris* l. 15. D. de oper. noui. *Suſtinere partes defenſionis.* l. 5. §. qui remiſſionē. D. de oper. noui nunciat.

Suſtinere controuerſiam fruſtra. i. iniuſtè conueniri. l. 7. C. de lib. cauſa. *Suſtinere de peculio actionem.* i. conueniri. l. 1. C. ne fil. pro pat. *Suſtinere litem. i. defendere.* l. 2. C. vbi in rem act. ſic *Suſtinere ſententiam.* l. 8. C. de his quibus vt indign.

Suſtinere capitis deminutionē. i. pati. l. 2. C. de legitim. tut. *Suſtinere cauſam perduellionis.* i. accuſari. l. vlt. C. de bon. eorum. ſic quoque *Suſtinere crimen.* i. accuſari. l. 2. C. ad leg. Iul. maieſt. item *Suſtinere condemnationem.* i. condemnari vel condemnationem ſufferre. l. 2. C. de accuſat. ſic *Suſtinere maculam.* i. detrimentum exiſtimationis pati, vt alibi dicitur. l. vlt. D. de natal. reſt. *Suſtinere pœnam.* i. ſufferre. l. 1. D. de pœn. l. 6. D. eodem. l. vlt. D. de decret. l. 3. D. de cuſtodia. & *Suſtinenda pœna.* l. 6. §. quid tamen. D. de iniuſto rup. *Suſtinere pœnam relegationis.* i. pati. l. 5. C. ſi reus vel accuſat. *Suſtinere ſuſpicionem.* i. ſuſpectum eſſe. l. 5. C. ad l. Cor. de ſicar.

Suſtinere æs alienum qui eius ſolutionem in ſe recepit. l. 39. §. pater. D. famil. erciſc. ſic & *Suſtinere damnum quis dicitur.* l. 1. C. de his qui ex offic. quod adminiſtr. conuen. & *periculum.* l. 33. D. ad Senat. Trebell. l. 19. D. de tut. & cur. dat. ſic quoque *Suſtinere ſumptum quis dicitur ad quem ſumptuum ſolutio pertinet.* l. 3. §. ſi rem. D. de legat. 3. item *Suſtinere onera.* i. ferre. l. 38. D. de damno infect. ſic *Suſtinere ſeruitutem.* l. 27. §. ſi qua. D. de vſufruct.

Suſtinere vim, conſiſtere contra vim. l. 24. §. ſi ſeruus. D. de dam. inf.

Suſtinere. i. repreſentare perſonam. l. 34. D. de adquir. rer. dom. l. 16. D. de hæred. inſtit. l. reſcriptum. D. de pact. l. 1. §. commune. D. de ſtipulat. ſeruor. l. 56. §. qui tutelam. D. de furt. l. reſcriptum. D. de furt. l. 4. C. in quib. cauſ. ſic quoque *Suſtinere duas ſpecies obligationis.* l. 5. D. de fideiuſſ. i. vtriuſque rei perſonam repræſentare. *Suſtinere duas obligationes.* l. 13. D. de duob. reis.

Suſtinere

Sustinere pro exhibere, alere, sustentare. l. 73. §. vlt. D. de iure dot. ita *Sustineri fœtus*, i. foueri & ali. l. 1. §. hoc autem. D. de vent. in possess. vel *Sustentari*, vt loquitur Gaius in l. 5. in princ. cod. tit. hoc sensu etiam dicitur fundus *Sustinere mille oues*. lege 25. D. de instruct. vel instrument.

Sustinere progerere vel habere. sic *Sustinere administrationem*. l. 100. D. de solut. l. 17. §. vlt. D. de iureiur. *Sustinere administrationem rei familiaris*. l. 7. D. de nupt. *Sustinere honorem & munus*. l. 10. D. de muner. & honorib. *Sustinere magistratum*. l. 3. D. quod met. caus. *Sustinere munera*. l. 1. C. de mulieribus. l. 5. §. quibusdam. D. de iure immunit. l. 1. C. de muner. patrim. & oner. l. 1. & l. 3. C. de muner. & honor. *Sustinere munus oblationis*. l. 3. D. de dot. coll. *officium*. l. 21. §. 1. de appellat. *Sustineri onera*. l. 21. §. Imperatores. D. ad municip. l. 75. D. de iur. dot. l. 2. D. de veteran. *Sustinere solicitudinem*. l. vlt. §. 8. D. de muner. & honoribus.

SVTOR. l. 5. §. vlt. D. ad leg. Aquil. *qui calceos conficit*. l. 13. §. 4. & l. locati.

SVVS & *Sui* dicũtur proximiores ex adgnatis. l. vlt. D. de gradibus. *Sui hæredes qui*, Vlpian. lib. reg. tit. 12. & tit. de fideicommiss. 22. & in lege Dei, tit. 16. *Suos autem hæredes* liberos in potestate positos vocamus, qui primum potestatis locum obtinent, quasi domesticos & familiares hæredes cum viuo quoque patre quodammodo domum habere existimentur, nec tam in nouum dominium succedere, quàm vetus continuare videantur, magisque ad propria aut debita, quàm ad aliena bona vocentur. §. sed sui. Instit. de hæredum qualitate & differentia. l. 11. D. de liber. & postum. l. 12. D. qui testam. fac. poss. Et apud Plinium in Panegyrico. Qua de causa sui hæredes illico apparent & existunt, & ipso iure hæredes deprehenduntur, nec aditione egent. l. penult. §. si patronus. D. de bon. libert. l. 14. D. de suis & legitim. *Suos hæredes*, ait Vlpian. in l. 1. §. suos. D. de suis & legitim. *accipere debemus filios, filias, siue naturales, siue adoptiuos*. Callistratus in l. 220. D. de verborum significat. *Liberorum*, ait, *appellatione nepotes, & pronepotes, cæteríque, qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes suorum appellatione lex 12. Tabular. comprehendit*. Caius lib. 2. Instit. tit. 8. *Sui hæredes sunt filius, filia, nepos vel neptis, pronepos, proneptis ex nepote, & omnes per virilem sexum descendentes. Similiter & postumi, qui si viuo patre nati fuissent, in potestate futuri erant: sui hæredes sunt*. Prisc. lib. 17. *Suus Ciceronis filius hæres est patris constitutus*. Suus enim dicitur ad discretionem illius, qui secundũ leges Suus non est, id est, sub potestate patris naturalis constitutus. Sic & *suam hæredem*, accipe in l. vlti. D. de collat. bonorum.

Sui autem hæredes desinunt esse liberi per capitis deminutionem. l. 6. §. primo. Digestis de bonorum possess.

Suos autem in l. 8. l. 12. l. 19. C. qui accus. non poss. *accipimus parentes, liberos, patronos, patronas, eorúmque filios, filias, nepotes, neptes, consobrinos, & propinquos*. l. 1. D. de accus. item *Suos existere*. l. 1. §. interdum. D. de suis & legitim. denique *Suus* vetus Glossarium Græcum, ὁ ἰδιακὸς καὶ ζῶντος τοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ γεγόνοτος τινὶ διαφόρως πεφύκασιν.

Sui & necessarij. Vlpian. lib. reg. tit. 23.

Suus non est furiosus. i. non est apud se. l. 7. §. adeo. D. quibus ex caus. in possess. &

Suus dispensator. l. vlt. §. si inter. D. de verbor. oblig. *Suus iudex*. l. 1. C. de vendit. rerũ fisc. l. 4. C. vt in possess. l. 11. C. ad legem Falcid. l. 1. D. de ingen. manum. *Suus*. l. 1. C. ad l. Fab. de plag. & *Suum iudicem adire*. l. vlt. C. de crim. stellion.

Suos facere fructus. l. 62. D. de vsufructu. l. 25. & l. 45. de vsur. l. 40. D. de acquirend. rerum domin. l. 6. §. Locaui. D. de furt. & contrà *Suos non facere fructus*. l. 4. C. de crim. expil. hæred.

Suæ ætatis esse dicuntur, qui minorem ætatem excesserunt. l. 27. D. de negot. gest. l. 5. §. itẽ ipse tutor. D. de auctor. tutor. Si tamen testator alicui ita legauerit, *cùm Suæ ætatis erit factus*, facti quæstionem esse, tamen ait posse de voluntate disputari, si quis ita dixerit, *Cum Suæ ætatis vel legitimæ ætatis fuerit factus*. Vlpian. scribit, vtrum de pubertate, an de viginti quinque annis sensum sit. l. cum filiofamil. 50. in fin. D. de legat. lib. 3. Hoc exemplo credo Tribonianum in Alexandri rescripto verba hæc, SVÆ ÆTATIS FACTVS SIT, interpretatum si pupillarem ætatem excesserit. l. 3. C. de testamen. tutel.

Sua die. l. 58. D. de vsufr. l. 47. D. de verborum oblig. *Sua die soluere*. l. 37. D. mandat. & *Suis diebus soluta*. l. vlt. §. vlt. D. de rescind. vendit. *Sua quaque die*. l. 8. §. si anima. D. de pign. & *Sua die non est redditum*. l. 5. §. vltim. D. de censibus. item *Sua fide acceptam pecuniam*. l. 28. §. vlt. D. ad Senat. Velleian. *Suæ mentis esse*. l. 7. §. 1. D. ad legem Iul. maiest. & *Suæ mentis esse dicitur, qui compos est mentis*. l. 11. D. de interdict. l. 12. §. vlt. D. de tut. & curat. & contrà *Suæ mentis non esse*. l. 5. §. & ideo. Digestis ad legem Aquiliam. & *Suæ mentis furiosus*. l. 39. D. de iudic.

Sua morte decedere dicuntur, qui naturali morte & natura ſua obeunt. l. vlti. §. 1. D. de bon. damnatorum. Cuius §. verba repetita ſunt, licet diuerſo auctoris titulo prælato in l. 28. D. de bon. libert. Sueto. in Iulio cap. vlt. *Percuſſorum autem ferè neque triennio quiſquam amplius ſuperuixit, neque ſua morte defunctus eſt. Damnati omnes, alius alio caſu periit.* Significat enim omnes biothanatos fuiſſe, vt cum Firmico loquar. Trebellius Pollio in Herennia tyranno. *Multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos, multi morte Sua eſſe conſumptos,* βιαίως ἀποθανόντας ἢ κατὰ μοῖραν, ſeparat Lucianus in Philopſeude. pag. 321. id eſt, violenta morte, vel ſua morte, ſeu ſicca morte, vt Virgilius loquitur. *Sua* ergo *mors* eſt quæ violenta non eſt, quæ *naturalis interitus* dicitur. l. ſi plures. §. vlt. D. depoſ. vbi & *natura ſua interfici* dicitur, qui naturali & ſua morte perit. Eodem genere fato ſuo cadere dixit Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Triſti. ſic *Sua morte*, id eſt, ſimplici morte & non violenta. Iuſtinus lib. 44. *Crudelis prorſus qui proculcari nepotem quàm ſimplici morte interfici maluit.* Quintilian. in Declamation. 6. *Corporis* *Comparate nunc ſi quis patrem per hoſtes ſolus tulit, qui cum venientia in patrem tela excepiſſet, ſimplici tum morte defunctus eſt.* Græci dicunt, αὐτοματῳ θανάτῳ. Lyſias, ἐν τῷ ὑπὲρ τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς λόγῳ κινδυνεύσαντες οὗτος τὸν βίον ἐτελεύτησαν οὐκ ὑπερφάντες δὲ αὐτῶν τῇ ψυχῇ οὐδὲ ἀναμείναντες τὸ αὐτόματον θανάτον, ἀλλ' ἐκλεξάμενοι τὸν κάλλιστον, ὁ αὐτόματος θάνατος καὶ τῆς εἱμαρμένης. Idem apud Demoſthenem, περὶ στεφάνου pag. 183. illi βιαιος θάνατος opponitur. Demoſthenes, κατὰ μειδίου. pa. 181. Sic *Sua natura rem intercidere* accipimus in l. 14. §. vltimo. D. depoſit.

Sui iuris eſſe dicuntur, qui nullius poteſtati ſubiacent, ſed propriæ ſunt poteſtatis & proprij arbitrij. tit. de his, qui ſunt ſui vel al. iur. Qui & ſuæ poteſtatis eſſe dicuntur. l. 4. D. de his qui ſunt ſui. l. 17. D. de his qui notantur infam. l. 43. D. de obligationibus & actionibus. l. vlt. D. de liber. cau. & ſui arbitrij. l. 22. D. de ritu nupt. Vlpian. tit. 1. regularum, *ſui iuris ſiue familiarum ſuarum princeps*, id eſt, paterfamiliæ, itémque materfamiliæ. item *Sui iuris & filiusfamilias eſſe opponuntur*, in l. 24. D. ad legem Iul. de adult. quomodo & dicitur *Siue ſui iuris ſiue alieni eſſe*. l. 3. §. 1. D. de homine lib. ſic quoque quis dicitur *Suæ poteſtatis eſſe*. l. 43. D. de obligationibus & actionibus. l. 4. C. de donat. inter virum. l. 17. D. de his qui notantur infamia. l. 4. D. de his qui ſui vel alien. l. vltim. D. de liberal. cauſ. vt ſui iuris. l. 1. C. de lib. exhib. l. 21. D. ad legem Iul. de adult. & Ita *Suæ poteſtatis fieri*, dicuntur ſerui manumiſſione. l. vlt. D. de liber. cauſ. In eundem ſenſum *Suæ auctoritatis* dixit Spartia. in Hadria. *Decoctores*, *ait, bonorum ſi Suæ auctoritatis eſſent, catamidiari in amphitheatro & dimitti iuſſit.*

Verbo Svvm, dominiũ ſignificari & ea tãtùm quæ ſuſtineri à nobis poſſunt, non etiã quæ in nominibus ſunt ſuorũ appellatione contineri, traditur in l. 27. §. argento. & l. 34. D. de auro arg. Sed nec quæ pignori tenentur, ſuorum appellatione veniunt. l. 9. §. vlt. D. de ſupell. leg. l. 74. D. de lega. 3. Ambiguum verò eſſe cùm quis ſuum dicit, vtrum de toto, an de parte ſignificet, Pompon. in l. 239. §. vlti. D. de verborum ſignific. ſcribit: quoniam & id noſtrum eſt, quod nobis cum alio commune eſt. Cùm quis ſuos ſeruos dicit, hi deſignari videntur, quos paterfamil. ſuorum habuit, & qui pleno iure eius fuerunt. l. 9. his verò fructuarij ſerui non continebantur, nec venales habiti ſerui. Serui planè cum alio communes, & bona fide poſſeſſi & quorum vſusfructus alienus ſit, continebuntur. l. 71. l. 73. l. 74. D. de legat. lib. 3.

Suum conſequi. l. ſi debitoris. D. de ceſſ. bonorum. l. 15. §. quod ſi res. D. de re iudicata. l. 27. §. 1. D. de minorib. *Suum conſequi & recipere* creditores, pro eo quod ſibi debetur conſequi Iureconſulti eleganter dicunt. Vnde Vlpia. in l. 7. §. apud Labeonem. D. quæ in fraud. credit. *eum*, ait, *qui ſuum recipiat, nullam videri facere iniuriam*, hoc eſt, eum, qui quod ſibi debetur, receperit. Sic & in l. 15. §. quod ſi res. D. de re iudic. l. 96. §. 1. D. de ſolutionib. l. 44. D. de cond. indeb. l. 4. §. idem Iulianus. D. de doli except. l. 12. D. de nouatio. l. 37. D. de iure fiſc. l. 7. de ceſsio. bonorum. porrò *Suum recipere quid vide* l. 1. C. qui manumitt. non poſſ. l. 9. D. de ſeruo corrupt. l. 58. D. de fruct. l. 21. D. de donat. l. 129. D. de diuerſ. reg. *Suum recuperare*. l. 37. D. de iure fiſci. l. 5. C. de priuilegio fiſci. ſic *Suum petere*. l. 7. D. de iur. & fact. ignor. & *Suum repetere*, Plautus in Pſeudolo act. 1. ſcen. 3. in eam denique ſententiam ad Suum peruenire dicunt. l. 1. D. quod cert. loco. l. 1. §. illud verum. D. qui teſtam. lib. eſſe iuſſ. eſt. & Cic. Orat. pro Quintio. *Suum recipere*. Quintil. Declamat. 273. *Suum percipere*. l. 36. D. de fideiuſſoribus. *Suum facere*. l. 11. C. de rei vindicat. *Suum ſolui creditoribus*. l. 24. D. qui & à quib. *Suum cuique tribuere*. l. 31. D. depoſiti.

Pro Suo poſsidere. l. 67. D. de iure dot.

Suo nomine agere. l. 5. §. 6. D. de doli mali except. *Suo quoque nomine*, pater vel dominus conueniri

ueniri dicuntur, quando in solidum non de peculio vel in rem verso in eos actio intenditur. l. 6. §. penult. D. quæ in fraud. credit.

Suo iure & alieno beneficio opponuntur. l. 5. D. de iurisdictione.

Suo pretio res suas vendere. l. 9. de actio. rer. amot.

Suo tempore. l. 17. §. vlt. D. quæ in fraud. cred. sua die acquir.

Suis meritis, non sine. l. 9. §. obseruare. D. de offic. procon.

ΣΩΡΙΤΗΣ Cauillationis genus, *qua ab euidenter veris ad euidenter falsa gradatim & per breuissimas mutationes perducimur.* l. 177. D. de verborum signific. l. 65. D. de diuers. reg. *Acerualem.* Cicero lib. 2. de diuinatione Latinè vertit. Ab aliis *Aceruus* vocatur. *Inuentum* autem à Chrysippo Diogen. Laert. scribit.

ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑ Græcis negotium gestum & vltro citróque obligationē significat. l. 7. D. de pact. l. coniuncta. l. 19. D. de verborum significat.

ΣΥΓΚΤΑΣΙΣ l. Titia 34. §. Lucius Titius. D. de legat. 2.

ΣΥΚΩΝ fit mentio in Nouell. ρνθ. pag. 384. item Nouella 59. p. 175.

Syluæ circumseptæ. l. 3. §. item feras. D. de acquirend. possess. vide suprà in Sylua.

SYMPHONIA. l. 15. §. 1. D. de vsufruct. & *Symphoniaci.* l. 22. D. ad leg. Aquil.

SYNCERA *fide.* l. 2. C. si propter public.

Synceritas mentis. l. 3. C. qui testamenta.

Synceritas tua ad Comitem rerum priuatarum. l. 26. C. de appellat.

Synceriter comparare. l. 10. C. de distract. pign. l. 5. §. hæc verb. D. quod vi aut clam.

SYNDICI sunt actores vniuersitatum, collegiorum, societatium, & aliorum corporum, per quos tanquam in Republica quod communiter agi fieri oportet, agitur & fit. l. 1. §. quibus autem. l. 6. §. 1. & §. actor. D. quod cuiusque vniuersit. *Defensores quoque ciuitatum*, & qui ad earum causas vel agendas vel defendendas eliguntur, Syndici appellantur. l. 1. l. vlt. §. defensores. D. de muneribus & honorib.

SYNDICVS *municipum*, in l. aut qui. §. verba. D. quod vi aut clàm. Vetus Glossari. *Syndicus* est actor & administrator. *Syndicus Vniuersitatis & Collegij*, est qui constituitur ad agendum vel defendendum causas nomine Vniuersitatis.

SYNGRAPHA. Cic. lib. 1. ad Attic. pag. 82. b. & 83.

SYRIA in l. 78. D. de hæred. instit. *Syrias autem multitudinis numero nominari*, in l. 7. §. interdicere. D. de interdict. & in l. tertia. Digestis de censibus, mirari desinet qui Syriam cœlem & Phœnicem legerit, in l. 1. D. de censibus. & l. 37. D. de rebus auct. iud. Vnde Syria prima in l. 1. C. de offic. comit. orient. In Notitia quoque Imperij Rom. Syria salutaris ponitur. Syriæ etiam nomen latissimè patuisse Guilel. Tyrensis Pōtifex, lib. 13. de bello sac. cap. secundo docet.

SYRIARCHIA, *Sacerdotij nomen in Syria.* l. 1. C. de naturalibus lib. l. vn. C. de off. comit. Orient. l. 103. de decurionibus in C. Theod. Nouell. 89. Vnde *Syriarchæ* in l. vlt. de expens. ludor. in Codice Theod. qui hoc sacerdotio fungebantur: erántque munerarij & ludorum editores.

SYNONETVM, publicam comparationem specierum quæ in commune fiebat Impp. appellant. l. 1. de publ. compar. in C. Theod. Quam *coemptionem* appellari in l. 2. C. de frumen. vrb. Constantinop. & in Rubr. vt nem. lic. in coëmptio. spec. se excus. docuit Iac. Cuiacius lib. 1. Obseruatio. Cui addam Græcum ex Tiberij constitutio. locum in quo ita est: εἰ καθ' ἡμετέραν κέλευσιν, εὐετηρίας ἕνεκα τῆς ἐνδόξης ταύτης πόλεως ἢ καὶ ἑτερῶν προφάσεων χάριν συνωνὴν τινα εἰδῶν γενέσθαι συμβάιη, τούτοις ἅπασιν οὐ μόνον τοὺς ἄλλους ὑποτελεῖς, ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ τὰς τῶν βασιλικῶν οἴκων κτήσεις καὶ οἰκήσεις ὑποκεῖσθαι βουλόμεθα.

SYNTAMINONEM arborem nominat Vlpianus l. penulti. D. de extraord. crim.

SYNTHESIN Iurisconsulti videntur accipere pro vniuersa velut seriè, ac cōpositione quadam vestium, in l. 38. §. 1. D. de aur. & arg. vt & Martial. lib. 2. Epigram. 46. *Sic micat innumeris arcula Synthesibus.* vulgò autem dicitur, *vestis cubicularis & cœnatoria*, vt apparet ex Martiale lib. 5. Epigramm. 121. & lib. 14. Epigr. 1. & 141. & Sueton. in Nero. cap. 51. & Tertull. de pellio. adde. l. 30. §. Titio. D. de adim. legat.

B. BRISSONII DE VERB. QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE, LIBER XVIII.

TABERNÆ appellatio omne vtile ad habitandum ædificium demonſtrat, ex eo quòd tabulis claudatur. l. cætera. 41. §. Senatuſconſultum. D. de legat. 1. Vnde *tabernacula* & *contubernales* appellantur. l. 183. cum leg. ſeq. D. de verborum ſignificat. Diomedes lib. 3. *Secunda ſpecies togatarum, quæ tabernariæ dicuntur, humilitate perſonarum & argumentorum ſimilitudine Comœdiis pares, in quibus non magiſtratus regèsque, ſed humiles & priuatæ domus inducuntur: quæ quòd olim tabulis tegerentur, communiter Tabernariæ vocabantur.* Iſidor. lib. 15. Etymolog. cap. 2. *Tabernæ olim vocabantur ædiculæ paruæ & ſimplices in vicis, axibus & tabulis clauſæ. Vnde & tabernariæ quòd ſoleant conſidere. Dictæ autem tabernæ, quòd ex tabulis lignisque erant conſtructæ,* quæ nunc & ſi non ſpeciem, nomen tamen retinent. Tabernarum verò ſpecies variæ ſunt, vt *caſiaria* in l. 8. §. Ariſto. D. ſi ſeruit. vindic. *cauponia.* l. 43. D. de ritu nuptiarum. & *ferraria.* l. 13. D. de inſtruct. & inſtrum. item & *Tabernam negotiatoriam & purpurariam* dicimus. l. 2. D. de inſtitor. l. 91. §. pater. D. de legat. 3. Tabernas quoque Suidas καπηλεῖα καὶ παντοπωλεῖα interpretatur. *Tabernæ* etiam *argentariæ*, in l. 32. D. de contrah. empt. fit mentio. Tabernam autem qui pignori dat, merces, quæ in ea ſunt obligaſſe videtur. l. 34. de pignoribus. Tabernæ inſtrumento legato loci duntaxat non etiam totius negotiationis inſtrumentum legatum videtur. Proinde inſtitores legato non continebantur. Aliter atque ſi *inſtructa taberna* legetur. l. 185. D. de verborum ſignificat. l. 13. D. de inſtru. vel inſtrument. Inde *Tabernarius* in l. 52. §. 1. D. ad legem Aquiliam. l. 5. D. de inſtitor. in vet. Gloſſario, Tabernarius eſt qui Tabernam exercet. qui etiam alibi *Tabernæ præpoſitus dicitur* in l. 3. l. 19. §. Tabernæ. & l. 8. D. de inſtitor.

Tabernam exercere. l. 13. §. vlt. D. de inſtitor.

In taberna merces erant. l. 34. D. de pignoribus.

Tabernæ vel popinæ. l. 41. §. hoc Senatuſc. D. de legat. 1.

Tabernæ duæ coniunctæ, ſuperior & inferior. l. 1. D. de ſeruit. legata.

Tabernis vti ad merces & negotiationem. l. 27. §. 1. D. de vſufruct.

TABVLÆ non teſtamenti duntaxat, ſed & contractuum & alterius cuiuſcunque negotij dicuntur ab eo quòd in tabulas ligneas cera illitas ea referri ſolerent. Vnde *ceratæ* à Plauto in Aſinaria appellantur. Exindéque *bonorum poſſeſſio contra tabulas, contra lignum dari* vulgò dicebatur. l. 19. D. de contr. tab. Sic *Tabulæ nuptiales* in l. 31. D. de donatio. & l. 9. C. de nuptiis. & apud Tertullia. in lib. de pudicitia, & Apul. Apolog. 2. & Auguſtin. lib. 2. de moribus Manichæorum. Quas *Tabulæ matrimoniales* vocat Iulius Firmicus lib. 7. Matheſ. cap. 7. *Tabulæ dotis.* l. penult. D. de donatio. inter vir. Seu *Tabulæ dotales* in l. 12. D. de dote releg. l. 29. D. de pact. & B. Auguſtin. Sermo. 97. *Tabulæ venditionis.* l. 2. C. ſi mancip. ita venierit, apud Senecam lib. 4. Controuerſiarum. Et *Tabulæ emptionum* in l. 1. de his qui ven. æt. impetr. in Codice Theod. *Tabulæ auctionales*, apud Ambroſ. lib. 2. epiſtol. *Tabulæ contractus.* l. 4. C. ſi quis al. vel ſibi. item *Tabulæ publici vel priuati contractus.* Paul. lib. 5. ſentent. tit. 25. *Tabulæ inſtrumentorum* Reipub. l. 31. l. 32. D. de furt. *Tabulæ quibus pecunia expromiſſa erat.* l. 104. §. D. de legat. 1. & *Tabulæ obligationis.* l. 6. C. de fideiuſſoribus. ſic *Tabulæ cautiones.* in l. 3. D. de ſuſpect. tutoribus. & *Tabulæ rem ſaluam fore cautionis.* l. 5. D. de ſuſp. tutor. *Tabulas verò teſtamenti,* in prætoris edicto quo ſecundum Tabulas bonorum poſſeſſio defertur, & in interdicto De Tabulis exhibendis

bendis, *accipimus omnem materiæ figuram. Siue igitur tabulæ sint, siue cuiuscunque alterius materiæ, siue chartæ, siue membranæ, siue corium animalis alicuius tabularum appellatione continebuntur.* l. 1. D. de secund. tabul. Paul. lib. 4. sentent. tit. 7. Tabulæ planè testamenti non intelliguntur in quibus hæres scriptus non est, magisque codicilli, quàm testamentum intelliguntur. l. vlti. D. de iure codicill. Tabulæ pro Tabulis testamenti apud Iuuenal. Sat. 14. cum ait,

Posthæc Tabulas mutare parauit.

sic *Tabulæ ad natam filiam pertinentes.* l. 9. C. de nupt. & *Tabulæ substitutionis.* l. 28. §. Postumus. D. de aliment. vel cibar. sunt & aliæ Tabularum species, vt *Tabulæ eboreæ.* l. 2. §. exactis. D. de orig. iur. *ligneæ.* l. 60. D. de adquirend. rerum dom. *Tabulæ pictæ.* l. vlt. D. de ædilic. edicto. l. 27. §. Tabulis. D. de actio. empti. & inl. 34. D. de contrahenda empt. Ascon. in 3. Verrin. *Ex quibus proditur quàm multæ tabulæ pictæ, quot signa apud eum nulla emptionis origine furto esse noscantur. Tabulæ adfixæ & parietibus adiunctæ.* l. 42. §. item hoc. D. de legat. *Tabulæ nauis.* l. 83. §. sacrum. D. de verborum oblig. l. 35. D. de euictionibus.

Conficere Tabulas. Cicer. pro Cluent. & 3. in Verrem. *Ad Tabulam.* Idem Cic. lib. 3. & lib. 13. ad Atticum, *pro Tabulis auctionis. Tabulæ quæstionis apud eundem pro Cluent.* item *Tabulæ nouæ.* Cic. lib. 5. ad Attic. pag. 83. & *Tabulæ publicæ.* l. 2. D. ad legem Iul. Maiest. *Tabulæ accepti & expensi, & tabulæ societatis publicanorum.* Cic. 4. in Verrem.

Tabulariam administrare. l. vlt. C. de seru. Reipubl.

Ex tabulis nomen facere. l. 7. §. cum quis. D. de acquirend. rerum dominio. denique quid *Tabularum appellatione veniat*, Paul. lib. 4. sent. tit. 7. sed & *Tabulis continetur portio actionum.* l. 59. D. de legat. 3.

Hinc *Tabularum ædituus.* l. 3. §. si tabulæ. D. de tabul. exhibend. l. 92. à Tabulis quoque Tabularij l. vlt. D. de munerib. & honorib. & l. 2. C. de iur. fisci. 1. C. de Tabulariis. qui instrumenta publica testationésque conscribunt. l. 11. C. qui potio. in pign. l. vlt. §. hi quoque. D. de munerib. & honorib. l. 3. §. si tabulæ. D. de tabul. exhib. l. vlt. D. iure emphyt. l. 8. C. de testam. tut. l. vlt. §. sui autem dubius. C. de iure fisc. l. 9. C. de defensorib. ciuit. l. vn. §. sancimus itaque. C. de lat. libert. l. vn. C. de annali excep. l. 1. de exactorib. tribut. lib. 10. C. Rubr. de tabular. lib. 10. C. & l. 2. de iure fisci. eodem. l. 2. de conueniend. fisc. debit. l. 1. de his qui ex public. ratiocin. eo. lib. l. 1. de immunitat. nemin. conced. lib. 11. *Tabularius* etiam pro calculatore, quem Græci ἀριθμητὴν vocant, qui in tabula calculandi & cõputandi artem pueros docet, vel aliàs eam artem tenet. l. 1. §. ludi. D. de extra. cognitio. Quem etiam esse huius verbi sensum l. vlt. D. si mens. fals. mod. ostendit. Tabularium φυλακτήριον τῶν συμβολαίων interpretor ex Plutarcho ἐν αἰτίοις pa. 207.

Tabularium in quo erant instrumenta. l. si mihi. D. de leg. 3.

Tabulæ quibus pecunia est expromissa l. 104. §. In testamento. D. de legat. 1.

TABELLIONES etiam dicuntur, qui instrumenta formant, conficiunt, & conscribunt. l. 9. §. & nonnunquam. D. de pœn. l. 14. §. his tabellionibus. C. de sacrosanct. Eccles. l. 29. l. 31. §. 1. l. 49. C. de episcop. & cleric. Nouel. 73. Suidas ταβελλιὼν ὁ τὰ τῆς πόλεως γράφων συμβόλαια, ὁ ὠνὴ τοῖς πολλοῖς νομικὸς λεγόμενος, ἅπαντα ἐπιτελῶν τὰ τῶν πολιτῶν γράμματα, ἕκαστον αὐτῶν οἰκείοις ἐπισφραγίζων γράμμασι.

Tabellarius seruus. l. penult. D de acquiren. rer. dom. *literarum gerulus*, vt Cassiodorus loquitur. Vetus Glossarium, *Tabellarius vel Tabellio est publica persona sacramento adstrictus in ciuitate, qui ciuitatis rationes scribit, & in acta redigit.* Et alibi, *Tabellio est scriba publicus qui ea tantùm quæ gestis publicantur scribit.*

TACITVS tacita tacitum opponuntur aperto, expresso. sic *tacitus contentus* l. 16. C. de locato & cõduc. & *intellectus.* l. 60. §. si inter D. mandati & *Tacita conditio* l. 2. D. pro soc. l. 68. D. de iure dotium. *conuentio* Plin. Epist. 1. lib. 5. l. 3. D. in quib. caus. pign. *Tacita ciuium conuentio* l. 35. D. de legib. ita & tacita obligatio in l. 7. §. vl. D. commodati. vt Tacita pactio l. 27. §. si acceptilatio D. de pact. tacitum pactum l. 2. C. de pact. & Tacitum pignus l. 4. D. in quib. caus. pig. & hyp. *Tacita pactio*, l. penult. § 1. D. de bon. libert. accipitur nimirũ pro ea pactione quæ clam in fraudẽ alicuius facta est. & l. 3. C. *Tacita dissimulatio* in l. 1. C. de in integ. *Tacita fides* l. 13. §. Cum ante. D. de iure fisci. Vlp. C. de Regul. tit. de fideicõmiss. & *Tacitæ fidei hæredis committere* in l. 48. D. de iure fisci. sic quoque

TACITAM fidem contra leges adcommodare intelligitur, qui vel id, quod relinquitur, vel aliud tacitè, id est, clam, videlicet domestica cautione & chirographa, vel nuda pollicitatione promittit se restituturum personæ, quæ legibus ex testamento capere prohibetur. l. 10. & l. 11. D de his, quæ vt indign. l. 103. D. de legat. lib. 1. & l. 45. §. Iulius Ion-

ginus, D. de vulg. & pupill. l. 10. & l. 11. §. vlt. D. de his quæ vt indign. l. 13. D. de dote præleg. Sic etiam *Tacitam fidem interponere* dicitur in l. 46. D. de hered. pet. quod & *restituendi tacitum ministerium suscipere* Papinianus appellat in l. 18. §. vlt. De his quæ vt indign. & Seneca, *Tacitam fidem præstare* in Oedipo pag. 209. vide infrà in Tacitè relinquere.

Tacita quoque pensatio i. compensatio appellatur ea quæ licet verbis expressa non sit, iure tamen competat, l. vnum ex familia 67. §. sed si vno, D. de legat. 2. sic quoque, *Tacita substitutio dicitur quæ inesse videtur institutioni*, l. 25. D. de heredib. instituēd. vt & *Tacita summa* l. 47. §. vlt. D. de pact. id est, quæ non continebatur scriptura mensæ. & vide Agellium. libro 12. cap. 12. sic, *Tacito iure partes coheredum omittentiū hereditatē adeunti adcrescere dicuntur*, l. seruus cōmunis. D. de acquiren. hæred. *Tacita mādata* Iustin. lib. 31. tradit. & quæ Tacita Senatusconsulta olim appellarentur, explicat Capitolinus in lib. de rebus gestis Gordianorū. denique *Tacita suffragia* apud Iustin. lib. 22. & Plinii Epist. 19. lib. 3. nuncupātur *quæ scilicet per tabellas non viua voce ferebantur*.

Tacitum tempus i. dilatio, quæ ex re ipsa inest promissioni. hoc modo dicitur tacitè in obligatione tempus contineri quæ per rerum naturam præstari non potest l. 73. & l. 49. §. vlt. D. de fideiuss. l. 83. §. sacrum. D. de verbor. oblig. sic quoque tacitè accedere dicitur quod etiamsi non exprimatur natura sua rei inest l. quod ad seruitutes. 75. in fin. D. de euict.

Tacite etiam & aperte opponuntur in l. 64. D. de iure dotium l. 77. D. de diuers. regulis. sicut & *tacitè & expressè*. sic, *Tacite adimere in* l. 30. §. ab heredib. D. de adimend. legat. & *Tacita ademptio* l. 5. D. de adimend legat. item, *Tacitè exheredare* l. 9. C. de testam. milit. & *Tacite concessum* l. 1. D. de pecul. sic *Tacite continere* l. 4. D. de except. rei. sic *Tacite contineri & verbis exprimi opponuntur* l. 65. §. 1. *D.* de legat. 1. sic quoque *Tacite conuenire* l. 2. *D.* de pactis. l. 7. *D.* de pact. & *conuenisse* l. 2. §. non male *D.* de doli except. & *Tacitè valent conuentiones* l. 4. *D.* de pact. vti & *Tacite conuentū* l. 6. *D.* in quib. caus. pign. & sic *Tacite conuersa*. l. 39. *D.* de iure dot. & *Tacite inesse hæc conuentio stipulationi videtur* l. 38. D. de solutionib. & quæ *Tacitè insunt stipulationibus vide* l. 2. §. Scæuola. D. de eo quod certo loco. *Tacite quoque inesse conditiones* dicuntur in l. 99. De condict. & demonst. sic *Tacite in ferere partes* l. 1. C. de impub. & aliis. & *Tacite pactum videri* l. 57. D. de pact. item, *Tacite promittere* l. 10. D. de his quæ vt indign. *Tacite relinqui* l. 1. C. de delationib. & *Tacite relictum* l. D. de iure fisci. seu *Tacitè relicta bona*. l. 18. D. de his quæ vt indign.

Tacite autem relictum videtur, cum neque testamento, neque codicillis palam datum est, sed chirographo cauit is, cuius fides eligitur, quod ad se ex bonis defuncti peruenerit id ei qui alioquin capiendi ius non habeat restituturum. l. 1. l. 3. in prin. & l. 40. §. 1. l. 42. D. iur. fisc. l. 12. in fi. D. de fideicomm. libertat. l. 21. D. inoffi. testam. l. 83. D. acquirend. hæred. Quo benè alludit Synesius Epist. 1. quæ quatenus ex hac metaphora tacitorum fideicommissorum pendet, vulgo obscura habetur. Agit autem in ea de libris suis Rhetoricis, quos pro vulgo quæsitis liberis habet. Et tamen perinde atque iustos & legitimos eos complecti scribit, vt pro iustorum loco eos ac lubens sit habiturus, nisi leges, quæ acres sunt ingenuitatis patronæ, repugnarent. Itaque id eos demum ex bonis suis laturos scribit, quod *clàm & tacitè* in eos sit collaturus. Verba eius, quibus hanc postremam orationem exprimit, hæc sunt, ἔχει δὲ κερδος ὅτι αὐτῷ λαθρα χαρίσωμαι. vnde etiam illud quod ita relinquitur *Tacitum fideicommissum vocatur* l. 18. D. de his quæ vt indign. *Tacita fideicommissa interpretare, quæ quis non capienti tacitè rogatus est restituere* l. 18. in princ. & §. 1. l. vlt. D. de his quæ vt indign. l. 13. D. ad leg. Falcid. l. 3. C. ad leg. Falcid. l. 17. §. in tanto D. de vsur. l. 3. D. de probationib. l. 1. de delatorib. lib. 10. C. l. 3. D. de iur. fisc. Quintilian. lib. 9. cap. 2. *Ream tuebar quæ subiecisse marito testamentum dicebatur & chirographum marito expirante hæredibus dedisse, & verum erat. Nam quia per leges institui vxor non poterat hæres, id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc tacitum fideicommissum peruenirent.* Scripserat & Paul. librum singularem de Tacitis fideicommissis. Porrò non eò minus tacitum fideicommissum est, quod palam testator reliquerit, si personam cui restitui vellet non significauerit. l. 123. §. vlt. D. de legat. lib. 1. Cuius rei exēplum est in Quintilian. Declamation. 325. in qua diues fingitur decessisse hærede instituto bonorum paupere, cum elogio tali, PĒTO VT HANC HÆREDITATEM TANQVAM FIDEICOMMISSAM. Ex quibus verbis tacita fides suscepta arguitur: *Difficile*, ait, *est quidem natura probare tacitum fideicommissum. Quomodo tamen probamus? Elogium scriptum est palam certè & manifestè electus hic est ad transitum hereditatis, silentium & fides est inquam, de restituenda hereditate.* & sic quoque *Per tacitam fidem translata prædia* dicuntur in l. oration. 15. §. in fraudem. penult. *D.* ad municipal. *quæ in fraudem munerum ciuilium in alium nomine tenus*

translata

translata sunt: ita vt re ipsa maneant in prioris possessoris dominio. Eodémque sensu tacita pro occulta & clandestina, apud Plin. epist. 1. lib. 5. Tacita porrò fideicommissa D. Ioan. Chrysostomus, περὶ πίστεως, vbi οἱ δὲ, inquit, ὡς διὰ καταθήκας δίδασιν ἄνευ μάρτυρος οὐ δεδιότος μὴ ἀφαιρεθῶσιν, ἔνιοι δὲ τῶν νόμων ἀπαγορευόντων μὴ καταλιπεῖν κληρονόμους οὓς αὐτοὶ βούλονται ἑτέρους καταλείπουσιν ἐντείλαμενοι τὰ χρήματα, ἀποδῶναι τοῖς αὐτῶν ὑπιτηδείοις. Quintilian. lib. 9. Vetus Glossar. Græc. τὰ κείμενον συγερος ὁ δεῖ ἔξω τῆς ἀληθείας, καὶ τῷ κωδικέλλῳ κλμενος ἀγνοούμενος τίνι ὃ καταλείφθη. &

Tacitum Vet. Glossar. interpretatur, τὸ κείμενον ἔξω ἀληθείας, καὶ τῷ κωδικέλλῳ, καὶ τὸ ἀγνοούμενον τίνι τοῦτο καταλείφθη. Ali ὅπερ ἐπαγγέλεται ὁ κληρονόμος διδόναι τῷ μὴ δυναμένῳ λαβεῖν. *Tacite rogatus.* l. 21. D. de inoff. testam. l. 12. D. de fideicom. libert. l. 13. D. de his quæ vt indign. l. 83. D. de acquir. vel omitt.

TÆDIVM *vitæ.* l. 45. §. eius. D. de iure fisci. l. 1. C. de bon. eorum. l. vlt. §. si quis autem. D. de bonis eorum. lege 1. §. si quis non. D. de SC. Silan. & l. 6. §. qui vetuerant. C. de re militari. Paul. lib. 5. sent. tit. 12.

TALIO, ait Isidor. lib. 5. cap. 27. *est similitudo vindictæ, vt taliter patiatur quis vt fecit.* Aristot. lib. 5. De moribus, ἀντιπεπόνθος vocat Lexicon B. Germani, ἀντιπάθειαν. Impp. *similitudinem supplicij* vocant in l. vlt. C. de accusationib. eodem modo & Vet. Glossar. Talio est similitudo supplicij vt patiatur quis taliter vt fecit. verbum autem hoc ex duodecim tabulis fluxit.

TALIS *qualis.* l. legatus. 116. §. vlti. D. de legat. l. 3. D. de instr. & instrum. leg.

IN TANTVM *vt pro adeò.* l. 55. D. de ritu nuptiarum. l. 6. D. de diuis. rer.

Tanto magis in l. vlt. D. de eo quod certo loco. Et apud Quintilianum Declamat. 270.

Tantundem. l. 7. D. de condit. indeb. *Tantundem est.* l. 15. D. de reb. dub. *Tantundem erit.* l. 1. §. 1. D. de administr. & peric. *Tantundem dici potest.* l. 6. D. de hæredibus instit. *Tantundem iuris est.* l. 14. §. 1. D. de ritu nupt. *Tantidem æstimari.* l. 63. §. vlt. D. ad leg. Falc. l. 18. D. de iure dotium. l. 66. §. mancipia. D. soluto matrim. *Tantidem debitor* l. 49. D. de peculio. *Tantidem locari.* l. 3. §. cum qui. D. de iure fisci. & *Tantidem ponderis.* l. vlt. D. de præscript. verb.

Tantundem des. l. 1. §. 1. D. de legit. tut. *Tantundem præstare.* l. 6. D. de reb. credit. *Tantundem prætor facit.* l. 3. §. 1. D. de administr. tut. *Tantundem Marcellus tractat.* l. 9. §. tantundem. D. de hæredib. instit. *Tantundem quantum.* l. 10. §. si dominij. D. de in rem verso. *Tantandem summam.* l. 10. §. idem quærit. D. de in rem verso. & *Tantandem pecuniam.* l. 30. §. 1. D. de pact.

TANTISPER l. 7. §. cum in suo. D. de acquir. rer. domin.

TARDIVS *adire.* l. 15. D. de fideicomm. libert. & Tardius exaudire. lege 21. §. cum per. D. de act. empt. *Tardius latum pretium.* l. 5. C. de pact. inter empt.

Tarditatis gratia. l. 7. §. si post. D. de administr. & peric.

TARVNTIVS *Paternus citatur ab Æmilio Mauro,* in l. 12. §. 1. D. de re militari.

TAXATIONEM Iustinianus in Nouellis interpretatur ῥητὸν ποσότητα ὁρίζουσιν ὡς τῷ δικάζοντος, & ita hoc verbum accipiendum est in l. 68. D. de rei vindicat. l. 18. D. de dolo. l. 3. §. Præterea. D. ad exhibend. l. 39. D. de oper. libert. Festus Pompeius. *Taxat verbum,* inquit, *ponitur in iis quæ finiuntur quoad tangi liceat, in litibus quoque cum arbitrato præscribitur quoad ei ius sit statuendi.* Hoc modo accipiuntur verba *Taxata quantitas* in l. 3. C. de inutilib. stipulat. & in l. 2. C. de rerum permut. *Taxare vsuras.* in l. 108. §. vlt. D. de legat. 1. *Taxata pretio species* in l. 21. C. de iure dot. ita quoque explicandum verbum *Taxatio.* in l. 6. D. vt legat. seu fideicom. vt & verba *Taxatio condemnationis,* in l. 4. C. de act. empt. *Taxatio fructuum,* in l. 5. C. si quis alteri. *Taxatio peculij* in l. 24. §. 1. D. de act. empt. *Veræ substantiæ Taxatio.* in l. vlt. C. de magistr. conuen. & *Taxationem iureiurando adiicere.* l. 4. §. iurare. D. de in lit. iur.

Taxationes etiam in sententiis, contractibus, testamentis, & aliis negotiis dicuntur clausulæ, quibus eius, quod agitur, pronunciatura vis, restringitur & coërcetur & temperatur. l. 24. in fin. D. de action. empt. l. 6. D. vt legator. seu fideicommiss. l. 41. in fi. D. de legat. lib. 2. l. 5. D. de tritico vino. Quintilia. Declamatio. 13. *Crimen istud non priuatam taxationem formulæ merebatur.* Nam Fest. lib. 17. scribit, *Taxatio dicebatur cum arbitro præscribebatur quoad ei ius esset statuendi,* vt suprà demonstratū est. in Vet. Gloss. Græc. Taxatio appellatur, ἡ φαινομένη ποσότης τῶν ὀρθῶς καὶ ἀληθῶς δαπανηθέντων ἐφ' οἷς καὶ ὅρκος ἐτελεσιουργήθη. Aliud Glossarium, ἡ δικαία ἀφαίμωσις.

TECTORES sunt dealbatores, qui κονιάται Græcis dicuntur. l. 5. §. sed interdum. D. commoda. l. 27. in fi. D. ad leg. Aquil. l. 1. de excusatio. artific. lib. 10. Horum opificium ita Tertul. in lib. de Idololatr. explicat. *Scit albarius tectoria inducere, & cisternam liare, & cymatia distendere, & multa alia ornamenta. Præter simulachra parietibus incrispare.* Inde tectoria, Incrustationes

ſplendorẽ tranſmittentes quæ ex gypſo & calce vel ex marmore tuſo compoſitæ parietibus inducebantur & illinebantur, vt Vitruu. lib. 2. cap. 4. & lib. 7. cap. 3. Et Plin. docent. Inuenitur hoc verbum in l. 7. in fin. D. de vſufruct. l. 38. in fin. D. de rei vend. l. 3. §. ſi vicinus. D. vti poſſidet. l. 3. §. ſed ſi mutua. D. de in rem verſo. l. 17. §. quæ tabulæ. D. de actio. empt. l. 40. D. de dam. infect. *Sic vulgaria tectoria* in l. 13. in fin. D. de ſeruit. vrban. quæ Seneca *gregalia* vocare videtur, lib. 13. epiſt. vbi balnea gregali Tectorio inducta dicit. hinc *Tector ſeruus* in l. 5. §. interdum. D. commod.

Tectorium opus in l. 241. D. de verborum ſignific. *Tectorium autem imponere parietibus* pro inducere dixit Nerat. in l. 44. D. de vſufruct. *Tectorium autem* vt Plinius lib. 36. cap. 23. tradit, *niſi ter harenato & bis marmorato inductum eſt, non ſatis ſplendoris habebat. Tectoris quoque loricationes dicuntur*, in l. impenſæ 79. in fin. D. de verborum ſignificat. nam & *Tectoriis exornare domũ ſolent veteres*. l. 3. §. ſed ſi mutua. D. de in rem verſo.

TECTVM. *ſub eodem tecto* in SC. Silaniano quid ſignificet exponit Vlpian. l. 1. §. Hoc autem. D. de SC. Silania. qui præterea *Sub eodẽ Tecto eſſe dicantur*, vide l. 11. §. ſi ſeruus. D. ad leg. Falc.

TEGVLÆ *à tegendo dictæ*, harũ meminerũt Iuriſc. variis locis. vt *Tegulæ ex fundo factæ*, in l. 68. D. de contrah. empt. *Tegulæ nondum ædificiis impoſitæ*, in l. 18. §. vlt. D. de act. empt. *Tegulæ Tecto deiectæ* in l. 24. §. Seruus. D. de dam. inf. *Tegulas in ædificium conicere*, in l. 30. D. de vſucapio. & *Tegulas de ædificio tollere*. l. 7. §. vlt. & l. nam etſi. 9. D. quod vi aut clàm. *Tegulæ affixæ, aut ſeorſum poſitæ*. l. 9. D. eodem tit.

In TELA *eſt linum* l. 70. §. linum. D. de legat. 3.

TELONARII in l. 3. de indulgent. debit. in C. Th. Moſchopul. in lib. περὶ σχεδῶν πλάνης, ait, ὁ δὲ τέλη ὠμῳμενος, οἷοι εἰσὶν ἱο τὰ τῆς ϑαλάτλης καὶ τὰ τῦ ἀντινάλυ διενεχθντες νυν. *Canonẽ Telonei* apud Caſſiodor. lib. 5. epiſt. ad Ampel. legimus, Gothorúmque regibus penſitatũ fuiſſe inde intelligimus. Et planè *Telonea* inter regalia ponuntur in conſtitutione Friderici Imperatoris quæ ad finem lib. 2. de feudis. tit. 56. poſita eſt. Ad quam pertinet quod Raudeuicus lib. 4. de geſtis illius Imperatoris cap. 5. ita ſcribit, *Tàm epiſcopi quàm primates, vno ore, vno aſſenſu in manum principis regalia reddere, primíque reſignantium Mediolanenſes extitere, requirentíque de hoc ipſo iure quid eſſet, adiudicauerunt ducatus, marchias, comitatus, conſulatus, monetas, Telonea, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piſcarias, portus, omnémque vtilitatẽ ex decurſu fluminum prouenientem. Fodrum* autem quid eſſet, vt hoc obiter & extra rem propoſitam explicetur, Otho Friſingenſis lib. 2. de geſtis Friderici cap. 12. his verbis indicat. *Mos antiquus, ex quo Imperium Romanum ad Francos deriuatum eſt, ad noſtra vſque deductus eſt tempora, vt quotieſcunque reges Italiam ingredi deſtinauerint, gnaros quoſlibet de familiaribus ſuis præmittant qui ſingulas ciuitates ſeu oppida peragrando, ea quæ ad fiſcum regalem ſpectant, quæ ab accolis fodrum dicuntur, exquirant.* Quo verbo & idem auctor eiuſdem lib. cap. 23. vtitur.

TELVM vulgò quidem quod arcu mittitur, generaliter tamen quidquid manu iaci & mitti poteſt ſignificat. Itaque & lignum & ferrum & lapis telum dicetur. Et ita teli verbum in 12. tab. quæ latronem, qui ſe Telo defenderet, occidi permittebant, acceptum Caius in l. 233. D. de verbor. ſignificat. tradit. Quomodo etiam in l. 1. §. occiſorum. D. de SC. Silania. & in l. Cornelia de ſicariis verbum hoc accipiendum eſt. §. item lex Cornelia. Inſtit. de public. iud. Feſtus verò lib. 1. Tela ab armis proprietate ſignificationis hoc diſtare ſcribit, *quòd Tela ſint ea, quibus procul prœliamur: Arma verò ab humeris dependentia.* Seruius in lib. 2. Æneid. in hæc verba, *Telorum interea ceſſat genus*, ait, Bene addidit genus. Telum enim dicitur ſecundum Græcam etymologiam, ἀπὸ τῦ τηλόϑεν, quicquid longè iaci poteſt: quanquam legerimus de gladio. *At non hoc Telum mea quod vi dextera verſat.* Sic Græci βέλος dicunt ἀπὸ τῦ βάλλειν, & ſequitur conſurgit in enſem, dictum autem Telum à longitudine, vnde muſtelam dicimus. Interpres Euripidis in Cheleba, βέλος πᾶν τὸ βαλλόμενον.

Teli appellatio. l. 54. §. furem. D. de furt.

Telum in feram miſſum. l. 11. §. delinquitur. D. de pactis.

Telo ſe defendere. l. 1. D. ad l. Iul. de vi pub. l. 16. §. quęritur. D. de pactis. l. 7. D. quod met. cauſa.

Cum Telo ambulare. l. 1. D. ad l. Cornel. de ſicariis. & *cũ Telo eſſe*. l. 11. §. vlt. D. ad l. Iul. de vi pub.

TEMERE. *i. inconſulta facilitate aliquid facere*. l. 41. D. de recept. ſic *Temere ædificare*. l. 7. §. ex diuerſo. D. de acquir. rer. domin. *Temerè appetere hæreditatem*. l. 57. D. de acquir. vel omitt. & *Temerè ſuſcipere ſucceſsionem*. l. 58. D. ſolut. matrim. *Temerè dare*. l. 3. §. 1. D. ad l. Corn. de ſicariis. itẽ TEMERE *litigare* controuerſiámque mouere dicuntur, qui per calumniam quid petunt aut ſine iuſta cauſa experiuntur. l. 29. §. 1. & l. 39. D. de liber. cauſ. l. 79. D. de iudic. Inſtit. de pœn. temp. litig.

Item

Item *Temere procedere ad accusationem*. D. ad SC. Turpil. *Temere prouocare*. l. 6. §. ne tamẽ. C. de appellat. Symmachus epistol. 32. lib. 1. *Temere relinquere*. l. 40. D. de hæred. pet. *Temere prolatum*. l. 2. C. qui bon. non cesser. & contrà *Non temerè*, pro nõ passim vel facilè. sic *Non temerè accipitur*, in l. 7. §. sed si quis. D. de iniuriis. l. 64. D. de diuers. regulis. l. 41. D. de fideiussorib. l. 1. §. ait prætor. D. de dolo. l. 27. D. de hæred. pet. Sic apud Suet. in Domitia. cap. 19. *Non Temerè laboris impatiens, per vrbem pedibus non Temerè ambulauit*. l. cum in testamento. D. de auro & argent. lega. vbi Alphenus. *Argentum*, inquit, *haberet quo ipse non Temerè vteretur*. Liuius lib. 30. Sueton. in Augusto. cap. 55. & cap. 73. & cap. 77. item *Non Temerè admittendum*. l. 9. C. de his qui accus. non possunt. & *non Temerè permittenda*. l. 7. C. vectigalia noua.

TEMERARE *commissa*. l. 18. C. de his qui accus. non poss.

TEMERARIA *licentia*. l. 4. C. de obseq. patrono.

Temerarij. l. 7. D. ad l. Iuliam Maiestat.

Temerator. l. si quis. D. de leg. Cornel. de fals. l. 29. D. de fals.

TEMERITAS *agentium*. l. vlt. D. de furt. & *accusatorum*. l. 1. D. ad SC. Turpill.

TEMONES *inter præstationes & munera* referuntur in l. 4. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. vnde *Temonaria functio* in l. 24. de extraord. muner. in C. Theod. & *Temonaria onera* in l. C. de Palatin. sacr. largit. lib. 12. l. 4. C. de dignitatib. lib. 11. & *Temonarij* qui hoc tributi genus exigũt in l. 2. C. de priuileg. eorum qui in sacr. Palat. in qua tamen vulgò turmariorum, aut, vt alij emendant, telonariorum, pro Temonariorum legitur. Quod vitium satis perspicuè ex eo deprehenditur quod capitularios eos vocari Impp. aiunt. Capitulum autem, atque Temonem aliàs coniungi docuimus.

TEMPERARE *pro abstinere*. l. 1. §. quoque. D. de off. præf. vrb. sic *Temperare ab iniuria*. l. 5. C. de ingen. manumiss. *Temperare legato*. l. 41. D. de bon. libert. *Temperare iis quæ sunt prohibita*. l. 1. §. quod autem. D. de off. præf. vrb. *Temperare* quoque pro moderari ponitur. sic *Temperari decreto res dicitur*, l. 6. D. de legat. præstand. *Temperanda res decretis*. l. 85. §. vlt. D. de diuers. regul. *Temperanda res est*. l. 17. D. de vsuris. *Temperanda res per exceptionem*. l. 88. D. ad leg. Falcid. *Temperari res cautionibus*, dicitur in l. 45. D. ad leg. Falc. & *Temperari res debet*. l. 69. §. vlt. D. de leg. 2. sic quoque *Temperari sententiam dicit* Paul. lib. 5. sent. tit. 3. & *Temperare conditionem solet prætor*. l. 4. D. de condit. & demonstr. vt & *Temperandum est arbitrio prætoris*. l. 16. D. ex quibus caus. maior. & *Temperanda iurisdictio*. l. 1. C. de pign. item *Temperare dolorem*. l. 38. §. Imperator. D. ad l. Iul. de adult. & *Temperari modus*, in lege Dei. tit. 3.

Hinc *Temperamentum* in l. 28. D. de ædilic. edicto. & *Temperamentum benignitatis*. l. 11. D. de pœn. & *cum aliquo Temperamento temporis*. l. 105. D. de solution. sic *Temperamentum admittere*, in lege Dei, tit. 1. & in l. 5. §. vlt. D. de pœnis.

TEMPESTAS. l. fistulas 78. §. frumenta. D. de contrah. empt. l. 19. §. 1. D. de probationib. vid. Plin lib. 18. cap. 28. *Tempestas calamitosa*. l. 15. §. 1. D. locat. *Tempestas duplex est, maritima vel terrestris*. l. 2. §. quod diximus. D. si quis cautionib. de *Tempestate in mari*. l. 2. §. si quis tamen. D. si quis caution. *Tempestas grauis orta in mari vel flumine*. l. 2. §. cum in eadẽ. D. de leg. Rhod. *Tempestate contempta*. l. 137. idẽ. D. de verb. oblig. vt & *Tempestate impeditus*. l. 18. D. de pecun. consti. *Tempestate relatus in insulam*. l. lotorias. 15. D. de publ. & vect. propter necessitatem aduersæ Tempestatis onus expositum. l. 16. §. si propter. D. de publ. & vect.

Tempestatis lues. l. 8. C. de locato & conducto.

Vi Tempestatis confractæ arbores. l. 24. §. item. D. de damn. infect.

In Tempestate. l. 9. §. vlt. D. de acquirend. rer. dom.

TEMPESTIVVM *est*. l. 13. §. 1. D. ad Senatusc. Trebell.

TEMPVS *tam præteritum quàm futurum*. l. 18. D. de aliment. vel cibar. sed aliter in l. 123. D. de verbor. signifi. vbi *Tempus præsens, præteritum & futurum*, constituitur. item *Tempus vel certũ vel incertum est*. l. 2. C. de donat. quæ sub cond. *æstiuum vel hybernum*. l. 1. §. 1. D. de aqua quotid.

Tempus conditioni legatorum & libertatũ additum. l. Sticho 40. §. penult. D. de statulib. *Iudicij accipiendi Tempus*. l. 2. §. 1. D. de priuat. delict. *Tẽpus iudicati*. l. 2. D. de re iudicata. *Furti faciendi Tẽpus*. l. 6. D. de furt. *Temporis causa*. l. 1. D. de tut. & curat. id est ad Tẽpus. *Temporis gratia*, id est ad tempus. l. 4. D. de religios. *Post multũ Temporis*. l. 22. §. si hæres. D. ad SC. Trebell. l. 5. §. quotiens. D. de Carbon. edict. l. 5. & l. 7. §. 1. D. de hæredib. instit. l. 20. D. de adquir. vel omitt. *Ad Tempus*. l. 1. §. vlt. D. de effractorib. *id est vsque ad tempus*. l. 3. §. idem ait. D. de suspect. tutor. vt & *In tempus damnati & in perpetuũ opponuntur*. l. 28. §. in exulib. D. de pœnis. l. 12. & l. 28. & l. 29. D. de excusat. *Per Tempus exilij*. l. 29. D. de excusat. sic *Ad certũ Tempus conducere*. l. 14. D. locati. *In Tempus dari*. l. 19. ad SC. Trebell. vel *Ad Tempus dari libertas*. l. 33. D. de manum. test. *Ad Tẽpus datus tutor*. l. 1. C. in quib. casib.

Ad Tempus excusari. l.1. D.de tut. & curat. l. 2. C. si tut. vel cur. Reipubl. *Ad Tempus hæredem constituere.* l. 8. C.de testamen.milit. *Ad Tempus hæredem facere & instituere.* l.25.§. mulier. D.de testam.milit.ideſt, *vsque ad certum Tempus,* vt loquitur l. 41.D.de testam.milit.& contrà *Ex Tempore hæres scriptus,* dicitur l.29.§.vlt.D. de testament.milit.& *Ex certo Tempore instituere hæredem.* l.41.D.de testam.milit. item *Ad Tempus rogare.* l.4.§.vlt. D.de precario.

*In Tempus restitutionis.*l.14.§. vlt. D.ad SC.Trebell.

Ad Tempus damnari. l. 6. C.ex quibus cauſ.infam.& *Ad Tempus dari in opus.*l.7.D.de extraordin.criminib.item *Ad tempus & in perpetuum relegari* opponuntur.l.7.§.hæc eſt.D.de interdict.vt *ad Tempus & perpetuò* interdici.l.14. D.de interdict.l.1.§.vlt.D.ad leg.Iul.de vi priua. Paul. lib. 3. ſentent. tit.27. hoc modo & *in Tempus anni relegatus* dicitur in l. 4. C. ex quibus cauſ.infam. & *ad Tempus relegatus.* l.35. §. rerum.D.de hæred.inſtituend.vel *ad Tempus relegatio.* l.3.§.1.D. ſtellionat. item *ad Tempus relegatus & ordine motus.* l.2.& l.3. D.de decur. quemadmodum & *ad Tempus punire rectè dicimus.*l.21.D.de leg.Cornel.de falſ. & *ad Tempus exulari.* l.vlt.D.ſtellionat.

*Ad Tempus liberorum.*l.20.D.ad SC. Trebell.

*In Tempus.*l. 55.D.ad SC.Trebell. *In tempus pubertatis relictum.*l.43. §.1.D. de legat. 2. & *In Tempus liberorum legare.* l.9.D. de condit.& demonſtrat. *in Tempus liberorum relictum.* l.50. §. vlt.D. de legat.3. *Et ad Tempus liberorum.* l. 61. D.de condicionibus & demonſtrat.

Tempore. l.16.datus.l.10.D.ſi quis caut.& l.3 D.quæ in fraud.creditor. *Tempore magiſtratus.* l.53.D.de admi.& peric. *Tempore dominium ſibi acquirere.*l.3.D.de eo per quem. *Tempore liberari.* l. 5.§.quotiens.D.de Carbon.ed.l. 9.§.3.D.de iureiur. l. 25.§.1.D. de hæred. pet.l. 69.D. de fideiuſſorib. *Tempore autem liberati dicuntur qui temporali actione tenebantur, cuius dies exiit.* l. vlt. in fin. D.rem rat.hab.l.1.§.item ſi periculum. D.de ventr.in poſſeſſ.mitt.l. 45.D.de admin.tuto. l.24.D.de mort.cauſ.don.l.3.D.quæ in fraud.credit.l.8. D. de negotiis geſt.ſic & *Tempore tranſacto liberari quis dicitur.*l. 37.D.de fideiuſſorib.

Tempore quoque res admitti dicitur in l.4.D.ne quis in eum.& *Tempore res deperire.*l.7. §.1.D. de admin.& peric. *Tempore peritura res.*l.20.§.quid ſi poſt.D.de hæreditat. petitio.l.2.& 3.D. de feriis. *Tempore quoque peritura res dicitur cum dilatio actionem peremptura eſt.*l.2.D.de feriis.l.12. D.de procuratorib.item *Tempore peritura dicuntur quorum retentio onerat hæreditatem.* l. 12. §. vlt. D.de religioſ. *Tempore finitur cauſa.*l.1.§.an in hoc.D.de contrar. tut.& *Tempore litem amittere.* l.30.§.1.D.ad leg.Aquil. item *Tempore finitur vſusfructus.*l.9. D. de vi & vi arm. *Tempore finita obligatio.*l.1.§.idem Pomponius.D.de dote.

Vno Tempore & ſeparatis temporibus opponuntur.l.6.D.de acquir.vel omitt.

*Ex Tempore vſque ad tempus.*l.16.§.vſusfr.D.famil.erciſc. *Ex Tempore & ad tempus.*l.4. D.de ſeruitutib. *Tempora prouocationis laxa.*l.6.D.de his qui notantur infamia.

Temporibus Neronis. l.1.D.ad SC.Trebell. *Claudianus temporibus.*l.1. D.de adſignand.libert.l. 3.§.vlt.D.de incend.l.1.D.de adſignand. libert. *Temporibus Domitiani* l. 1.D. de colluſ.deteg. *Temporibus Diui Traiani.* l. 26.§..ſi pro.D.de fideicom.libert. *Temporibus Hadriani.* l. 15. §. Senatus. D. de iure fiſci. l.5. D.de fideicommiſſ.libert. *Temporibus Diui Hadriani.*l.16.D.de Caſtrenſi peculio. *Temporibus D.Marci.*l. 20. D.de reb.dub.

Temporalis acceſsio. l.2. D.de teſt.milit. *actio.*l. 19.D. de negot.geſt. & l. vlt. D.de minorib. quæ *perpetuæ opponitur.* l. 32. D. ex quib.cauſ.maior. l. 24. §.vlt. D. ad SC. Velleian.l. 9. §. ſi paterfamil.D.de adminiſtr.& peric.l. 70.§.vlt. D.ad SC.Trebell. l.2. §.vlt.D. de cuſtod. & exhibit.l. 6.D. de obligat. l. vlt. D.de fideiuſſorib.tutor. porrò

Tẽporales actiones perpetuis opponuntur,& hoc nomine hodie eæ demonſtrantur quæ minore ac breuiore 20. & 30.annorum ſpatio finiuntur.l.5.D.de obligat.& actio.l.9.§. ſi paterfamil.D.de adm.tut.l.vlt.D.de fideiuſſor.tut.Inſtit.de perpet.& tempor.actio. Quæ & *Temporariæ dicuntur.*l. prætor ait.§.penult.D.de reb.auct.iud. eóque modo & *Temporalis exceptio appellatur quæ durat vſque ad mortem eius qui excipit.*l.32. D.de vſufructu. item *Temporalis annona.* l.5.D.de adminiſtrat.rerum. *conductio.* l.10.C.de locato & cond. *excuſatio.*l. 4. D. qui petant tutor.ſic *Temporalis imbecillitas quæ vitio perpetuo opponitur.*l. 101.§.verum.D. de verb. ſignific. *Temporalis permutatio.* D.de diuerſ. regul.

*Temporale exilium.*l.1. D.de iure patronatus.l.vlt.D.de iniuriis. l.4.D.de extraordi.crimin. l.4.C.ex quibus cauſ.infam. *Temporale miniſterium.*l.2. C.de commod. *Temporale pactũconuentum.*l.3.D.de except.l.93.D.de ſolutionib. *Temporale vitium* l.9.D. de liber. & poſtum. *Temporalia vincula.*Paul.lib.5.ſent.tit.4. *Tẽporaria & perpetua* opponuntur.lege 56. D. de condit. indeb.

Temporarius tutor l. 2. D. de tut.& curator. *Temporariæ actiones* l. 55. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 9. §. si is qui. D. de iureiurand. & *Temporariæ indictiones* l. 28. D. de vsu & vsufruct. *Temporaria coercitio.* l. 33. D. depœnis. *Temporarium exilium* l. falsi. 1. D. de leg. Cornel. & l. 13.

Temporarium interdictum l. 2. §. pœnitet. D. ne quid in loco publ. *Temporarium opus* l. 10. §. vlt. D. de pœnis l. 1. §. vlt. D. de effractorib. l. 1. D. de furib. balneor. l. 1. D. de abigeis, in lege Dei. titulo ij. *Temporarium opus publicum* l. 34. D. de pœnis. *Temporaria vincula.* l. 33. D. de pœnis.

TEMPTARE l. 13. §. Idem Iulianus D. de iureiurando. sic *Illud temptare poteris.* 25. D. de liberat. legata. Item *Temptat pro temptat dicere & adfirmare nititur. in l.* 160. D. de verbor. signif. l. 3. D. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. 11. § quod ait prætor. D. quod vi aut clam l. 2. §. sed & Africanus D. ad Tertyllian. l. 28. D. idem quærit D. famil erciscund.

TENERA ætas l. 18. D. de quæstionib. Paul. lib. 5. sentent tit. 13. & *Teneræ ætatis* l. 11. D. de decurionib.

TENERE merum factum significat, & ad possessionem corporalem refertur. Tenet enim qui corpore possessioni insistit licet non possideat l. 9. in fin. D. de reivindic. Itaque tenere & possidere separantur. l. 18. D. de acceptilationibus. Quinetiam in quos ius possidendi non cadit, quales sunt serui, hi tenere rectè dicuntur. l. 38. §. hæc quoque stipulatio D. de verbor. oblig. l. 49. §. 1. D. de adquir. possessio. l. 4. §. Item si eam rem D. de vsucapionibus. *Tenere hereditatẽ.* l. 63. §. rescripto. D. ad SC. Treb. *Tenere rem* in d. l. C. de rei vindicat. & aliàs *Tenere ordinẽ* l. 2. D. de decurionibus. *Tenere vires suas* l. 10. D. de captiuis. Huius etiam verbi nouam mihi significationem ex suis ingeniosissimis obseruationibus promptam Petrus Faber pro sua in me beneuolentia suggessit, qui Tenere idem interdũ significare quod *obtinere* & iudicio vincere his quæ subieci locis comprobauit. Paul. l. vlt. D. de exceptionibus rei iudic. *Qui in rem egisset nec tenuisset.* Imp. Anton. in l. 1. C. ad leg. Fabiã de plagiariis. *Si vero in causa tenuerit etiam leg. Fabia crimenque persequi poterit.* Philippus in l. 6. C. ad leg. Cornel. de falsi. secundum scriptorum codicum lectionem. *Qui falsas tabulas dixerit, nec tenuerit quod nonnullorum insciti immutatum est.* Similiter in l. 12. C. de inoffic. testam. eum ait Gordianus *qui inofficiosi causam delatam non tenuit, à falsi accusatione non submoueri placuit.* Item Ouid. l. 6. Fastor. *Rem tenere* pro ius suum obtinere vsurpauit. vt & *causam tenere* idem auctor Epist. 16. Cicero in orat. pro Cæcinna, *Et hoc loco dixisti Scæuolam causam apud Centúmuiros non tenuisse.* Sueto. in Domitian. cap. 9. *Nec repeti nisi intra annum, eaque conditione permisit, vt accusatori qui causam non teneret, exilium pœna esset.* Quibus addo ego Liuium lib. 39. Horat *Quo consultore & quo eausæ teste tenentur.* Senec. Controuers. 1. lib. 1. *Si non tenuero causam, fame moriar. si tenuero, hoc tantùm consequar ne fame moriar.* Quintilian. lib. 9. pa. 156. Suetoni. in Domitiano cap. 10.

Sed & Decretum tenere aliquem dicitur. i. adstringere & obligare. sic *Tenuit eum decretum in* 23. *D.* de excusationibus. & *Tenet eum prius Decretum* in l. 31. D. de excusat. *Tenet omnes nunciatio* l. 18. D. & oper. noui nunc. & *infantem & furiosum* l. 11. d. tit. *lex quoque tenere aliquem* dicitur. Vide Tit. de adulter. & Senec. Controuers. 11. pa. 595. & *constitutiones* l. 25. §. siquis *D.* de iniuriis. sic eodem sensu dicitur Quæstio tenere vnum ex hæredibus l. 29. *D.* de except. rei iud.

TENERE pro valere, consistere. sic *Tenebit actio* j. *Valebit* l. 59. *D.* ad Sc. Trebell. & *quæ potius actionem teneat* l. 1. §. *Quæ autem D. quod legat. &c.* Item *Tenet consensus* l. 7. §. 1. *D.* quib. mod. pig. *Tenet edictum* l. 6. §. ex hoc *D.* de edendo. *Tenet hypothecaria* l. 13. *D.* de pignorib. *Tenet intentio* l. 1. C. si pignus cõuention. l. 4. C. de vsucap. *Tenet interdictum* l. 1. §. si fundus *D.* de vi & vi armata. & contra, *Non tenebit interdictum* l. vlt. *D.* ne vis fiat ei qui in possess. itẽ *Tenet iudicium* l. 37. *D.* de administr. & peric. & *Ratio minus tenet* l. vlt. C. si tut. vel curat. sic quoque Tenere dicitur *sententia* quæ conuelli non potest aut infirmari vllo pacto. l. 23. §. 1. D. de appellatio. & contra *Non tenet sententia* l. 23. §. 1. *D.* de appellationibus. item, *Tenet stipulatio* l. 15. §. 1. *D.* de castrens. peculio. l. 7. & l. 28. *D.* de nouationib. l. 10. D. de vsufr. ear. rer. l. 37. D. reb. credit. & contrà, Non tenet stipulatio l. 24. §. Cassius D. de damn. inf.

Tenere se arista l. 77. D. de verb. signif.

Tenere pro *retinere* l. hæredi. 15. D. de ijs quæ vt indign.

Teneri pro obligari. sic *Teneri actione* l. 3. C. de transactionibus. & *actionibus* l. 13. §. de præteritis D. de vsufructu. *Teneri conuentibus* l. 14. §. si inter D. commun. diuid. *Teneri edicto* l. 7. §. vlt. D. de iurisdict. l. 1. §. 1. D. de eo per quem fact. fideicommisso l. 77. D. ad Senatusc. Trebellian. sic, *Teneri fideicommisso facultates* l. 41. §. cum filia D. de vulg. & pupill. l. 77. §. 1.

D. de legat. 2. *Teneri interdicto* l. 29. *D.* de precario. l. 1. §. Is autem. D. ne quid in flum. publ. l. 3. §. 1. *D.* de liber. hom. exhib. l. 4. §. tuetur & l. 8. §. vlt. *D.* de precario. l. 1. §. cõpetit, D. de aqua quotid. *Teneri iudicio*, l. 3. §. Item si locum. D. de alienat. *Teneri lege*, l. 6. D. de iure patronat. *Teneri fauiana* l. 1. §. si ann. l. 5. D. ne quid in fraud. patron. *Teneri muneribus* l. 5. §. negotiatio. §. de iure immunit. *Teneri petitione* l. 1. §. vlt. D. siquis omissa. & *petitione hæreditatis* l. 16. §. idẽ Iulianus. & l. 18. D. de hered. pet. *Teneri pignoris iure*. l. 6. C. si aliena res. *Teneri pignore* l. 41. D. de rebus credit. *Teneri pœna* l. vlt. §. magnus D. de publicanis. & *pœna legis* l. 3. §. item, D. ad l. Cornel. de sicariis. *Teneri senatusconsulto*. l. 6. D. de leg. Corn. de falsi. *Teneri furti & ad exhibendum, scilicet actione* l. 4. D. de rei vindicat.

Teneri prædium creditori pignorib. nouis l. 9. D. de oper. nou. nuntiat.

Tenet pro *occupat & tegit*. in l. 7. §. insula. D. de acquir. rer. domin. Sed & terra teneri dicuntur quæ terræ cohærent. sic *Teneri solo* l. 115. D. de verbor. significat. & *In eo solo tenetur* l. 1. §. 1. D. de obligationib.

Teneri in administratione. id est, detineri. l. 10. C. de excusat. tutorum.

Tenere pro obseruare. sic Illud Tenendum est. in l. 12. D. si. quis caut. l. 3. §. Illud. D. de agnosc. liber. l. 2. §. Illud. D. de exceptionib. l. 1. D. de munerib. & honorib.

TENVIS *patria* l. 1. C. vectigal. noua.

Tenues & exhausti. l. 6. D. de munerib. & honorib.

Tenuiores l. 1. C. ne licear potentioribus. leg. 5. §. quibusdam. D. de iure immunitat. & *Tenuiores homines* l. 28. §. 1. D. de pœnis.

TENOR actorum. l. 11. C. de fide instrum. ætatis. l. 28. §. penult. D. de liber. & post. codicillorum l. 3. C. de codicill. pactorũ l. 3. C. de inutilib. stipulat. & l. 20. C. de solutionib. indulgẽtiæ. l. 5. C. de his qui sibi adscrib. *Tenuis indulgentiæ*. l. 9. C. quando prouoc. Tenor instrumenti. l. 8. D. de statu hom. *interdicti* l. 2 C. quor. bon. *Tenorem iuris* dixit Liuius lib. 35. in illo loco, *Vno & perpetuo tenore iuris semper vsurpato nunquam intermisso quæ ex fœdere debent exigimus*. *Tenorem vocis* dixit Ausonius in Gratiarum actione in illo loco, *Qui tenor vocis cum incitata pronuntiatur? Quæ inflexio cum remissa?* sic *Tenor iurisdictionis in* l. 5. C. de his quæ vi. l. 2. C. de bon. auct. iud. item, *Tenor legis Aquiliæ*, l. 56. D. ad leg. Aquil. & *Tenor legis* l. vlt. C. de iure Reipubl. l. 5. C. de iure fisci. *Tenor mandati*. l. 12. C. mand. vel cõtra. & *liberalitatis* l. 15. C. de donat. inter virum & vxor. rationis. l. 16. D. de legib. *rescripti* l. 18. C. de probationibus. *scripturæ* l. 21. C. de probationibus. *Tenor* S. *Cti*. Paul. lib. 2. sent. tit. 21. *Tenor sententiæ* l. 46. D. de re iudicata. & *veritatis* l. 2. C. si contra ius.

TENTAT dicere l. 2. §. liberi D. ad SC. Trebellian.

TER citatus l. 8. *C.* quomodo & quando. & *Tres denuntiationes* l. 9. *C.* eodem.

TERMINI limites agrorum & fines possessionum significant l. 3. *D.* de adquir. possess. l. 12. D. fin. regund. Varro lib. 4. de ling. Lat. Hinc fines agrorum termini quod hæ partes propter limitare iter maximè teruntur. Itaque terminus cum in Latio aliquot locis dicitur, vt apud Ætium, non terminus sed termen. hoc Græci τέρμα. Terminus Vet. Glossar. Græc. ὅρος, ὅρισμα ἡ ῥῆξις καὶ τὸ παγμένη λίθος ἐις τόδε τι καὶ συμφωνία μόνη, ἢ ὁδός. Ἰ τὰ λοις λέγεται τέρμονες. Terminos ergo finium causa positos lapides arboreseere accipimus in l. 1. & l. 2. & l. 3. *D.* de termino mo. l. 1. *C.* de excusatio. hinc *Terminos ponere in* l. inter 44. D. de recept. qui arbitr. & *Termini positi agris* l. 5. *D.* de iust. & iure.

Et Iuuenal. Sat. 16. terminum hac circumlocutione designat.

Aut sacrum effodit medio de limite saxum. vt & contrà *Termini dejecti & exarati* l. 12. *D.* finium regund. l. 3. *D.* de acquir. poss. *Terminum* quoque vocabant custodẽ finiũ deum, quemadmodum ait Lactantius libri 1. diuinar. Institutio. cap. 20.

Terminales lapides apud Ammian. Marc. lib. 18. & qui *finales* in libello varior. auctor. de limitib. & *Terminales arbores* apud Paul. lib. 5. Senten. tit. 22. De quibus vide Sicul. Flaccum, Hygenum, & alios auctores de limitibus.

Terminata lis l. 45. *D.* re iudic.

Terminando negotio l. 5. §. vlt. C. de temporib. inintegr. & *Terminatũ negotium* l. 56. §. 1. *D.* de furt. *Terminata iudicio*. leg. 230. D. de verbor. significat. *Terminatus casus* l. 16. §. vlt. D. ad senatusc. C. Trebell.

TERGIVERSARI quid l. 1. D. ad Turpill.

TERRA *Italia* l. vlt. D. de abig. *Africa terra* Hort. de bello Africo pag. 425.

TERRÆMOTVS l. 24. hæc stipulatio. & §. si seruus *D.* de damn. infec. *D.* de pollicitationib. *Terræ motu concussum ædificium* l. 59. *D.* locati. & *Terræ motu corruit ager* l. 15. 1. *D.* locati.

Terra conditum corpus l. 39. D. de religios.

TERRA *marique* l. 35. §. mortis. D. de mort. cauſ. donat. & *mari, terra, cælo.* l. 2. D. pro ſuo. l. 1. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. & *Terra mari, cælo capta* l. 26. §. vlt. D. de furt.

TERRITORIVM *eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis, ab eo dictum, quòd magiſtratus ibi ius terrendi habeat.* l. 239. §. territorium. D. de verbor. ſignific. Sic *Territoria oppidorum & ciuitatium* l. 3. §. non perpetuæ. D. de ſepul. viola. & l. 41. §. ſi quis ad opus. D. de legat. lib. 1. l. vlt. §. patrimoniorũ. D. de munerib. & honoribus l. 3. C. de incol. ita etiam *territorium Gabiniorum* l. 8. D. de pollic. & *intra Territorium patriæ* l. 7. §. ſolet. D. de interdict. *Territorium etiam iudicis* in l. vlt. D. de iuriſdict. Verum enimuero in huius verbi Etymologia à iureconſulto, immò & à ſeipſis variè autores diſſentiunt. Varro quidem lib. 4. de lingua Lati. *Terram à terrendo dictam* ſcribit, *ab eoque colonis communem locum, qui prope oppidum relinquitur, territorium dictum, quòd maximè teratur.* At Siculus Flaccus aliundè huius appellationis originem deducit. Sic enim in libr. de conditio. agror. ſcribit. *Ab his populis, qui, ſedes in aliqua regione conſtituerant, eorumque agros occupauerant, præmenſum quod vniuerſis ſuffecturum videbatur ſolum, territu fugatiſque inde ciuibus, territoria dixere.* Et aliàs. *Bellis enim geſtis victores populi terras omnes, ex quibus victores eiecerunt, publicè atque vniuerſaliter territorium dixere, intra quos fines ius ducendi eſſet*: vbi malim; *iuris dicundi ius eſſet.* Huic conſentit Frontin. in lib. de Agror. qualita. his verbis. *Quicquid enim ad coloniæ municipiúve priuilegium pertinet, territorij iuris appellant.* Sed ſi rationem appellationis huius tractemus, territorium eſt quicquid hoſtis terendi cauſa conſtitutũ eſt. At Iſidor. in alia penitus ſententia eſt. *Territorium* enim vocatum ait, *quaſi Torritoriũ*, id eſt, tritum bobus & aratro, ab eo quòd antiqui ſulco ducto & poſſeſſionũ & territoriorũ limites deſignabãt. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. καὶ τοὺς ὅρους αὐτῆς ἑνὸς ἀλλαγὴ γράμματος τῷ τὴν ἡμετέραν Ἀρκάλεσιον ἐκφέροντες τέρμονας τροσαγορεύουσι. Terrena via l. 1. §. ſi quis. D. de via publ.

TERTIA *pars* l. 1. D. ad l. Iul. ambit. & l. 1. D. ad l. Iul. de vi priuat. *Tertia perſona.* l. 7. §. Cum de vſufructu. D. com. diuidund.

Inter TERTIOS *hæredes*, Sueton. in Claud. cap. 3.

TERTIOCERIVS eadẽ forma, qua primicerius & ſecundocerius dicitur, qui in ordine ſuo tertium locum obtinet. l. 1. C. de præpoſit. agen. in reb. libr. 12. l. 7. C. de palatin. ſacrar. largit. lib. 11. ibi & *Quartocerius* eadem figura effertur. Inuenitur & *Tertiocerij* nomen aliquoties in Notitia Imperij Romani.

Tertium edictum pro tertio capite l. 1. §. deinde adiicit. D. de poſtulando.

TERTVLLIANVS *liber 4. quæſtionum.* l. 30. §. ſuum. D. de adquir. vel omitt.

TERTYLLIANO Senatuſconſulto matres ad legitimam filiorum hæreditatem admittuntur. Titu. ad S.C. Tertyllian. D. l. 34. D. ad Trebellian.

TESSARESCAIDECACITAE in l. 5. C. de hæret. & Maninich. hæreticorum genus ab eo nuncupatum quod 14. Luna paſcha cum Iudæis obſeruare contendunt, auctore Iſidoro lib. 8. Etymolog. cap. 5.

TESSERA *frumenti* in l. 49. §. 1. & l. 87. D. de legat. 2. quæ & TESSERA *frumentaria* l. mortuo. D. de legat. 2. l. 52. §. 1. D. de iudic. l. 49 §. 1. l. 87. D. de legat. 2. quid ſit ex Dionis verbis à Xiphilino in Epitomen contractis, quæ ſubieci planum fit. Ac primùm quod Sueto. in Nero. cap. 11. ait, Neronem teſſeras frumentarias populo ſparſiſſe, ille Ἀπὸ συμβόλων σφαίρια μικρὰ γεγραμμένα *in vulgus iacta* refert, *que continerent quantum frumenti, aliarumve rerum ei, cuius in manum veniſſent, præſtandum eſſet.* Sed id ipſum apertius in Tito idem auctor explicat. σφαίρια ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν εἰς τὸ θέατρον ἐρρίπτει σύμβολον ἔχοντα τὸ μὲν ἐδωδίμου τινός, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργύρου σκεύης, ἃ ἁρπάσαντάς τινας ἔδει πρὸς τὰς δωτῆρας αὐτῶν ἀπενεγκεῖν καὶ λαβεῖν ἐπιγεγραμμένον. Idẽ in Domitiano, τοῖς δὲ θεωμένοις συχνὰ Ἀπὸ τῆς σφαιρῶν ἐδίδου. Et in Hadrian. καὶ δῶρα Ἀπὸ σφαιρῶν καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἔρριψε. Ex quibus colligitur perſpicuè teſſeras ſymbola fuiſſe in orbẽ rotundata continentia quantũ cuique præſtari in veſte, auro, argento, deberet. Cæterum Auguſtus, vt annonæ difficultatibus ſubueniret, frumentum cuilibet ex populo viritim quaternis penſionibus præberi inſtituit: Cuius rei ergò Teſſeræ notum facientes, quantum cuique admetiendum eſſet, dabantur, vt Sueto. in Auguſto cap. 40. & cap. 41. ſcribit. Seruius in illud Virgil. Georgic. *Aut pecori ſignum aut numeros impreſſit aceruis. Facit*, ait, *characteres, quibus pecora ſignantur, aut teſſeras, quibus frumentorum numerus deſignatur. Nam numeros pro literis poſuit, quibus numeri continentur.* Hinc Iſidor. lib. vlt. cap. 14. *Teſſeras* ait *eſſe, quibus frumentorum numerus deſignatur.* Sunt & *teſſeræ militares*, quibus per contubernia quid dux præcipiat, ſignificatur. *Teſſeras* etiam *pacis &*

belli in l. 2. §. deinde quintus. D. de origin. iur. fuisse inuenimus.

TESTAMENTVM l. 2. D. & condict. indeb. *est iusta voluntatis nostræ sententia de eo quod post mortem suam fieri quis velit.* l. 1. D. qui testamen. face. *Iudiciorum testationem* vocat Florentin. in l. 24. D. eod. titul. & *suprema contestationem*, in l. 20. §. vltim. eod. Vetus Glossar. *Testamentum est testatio mentis, scilicet vltimum elogium, vel vltimus sermo, vel postrema vox qua quis disponit &c. rebus suis hæredem instituendo, vel legata faciendo.* Testamentum etiam pro *testamentaria hæreditate* nonnunquã poni Pet. Faber, vt nihil non ad locupletandũ nostrum opus adderet, me admonuit, probauitque primùm ex l. vlt. D. de bon. poss. sec. tab. in qua ita est, *Quòd si ita hæres scriptus sit, vt interdum excludatur à testamento, eò quòd non inuenitur portio qua hæres institutus est.* Deinde ex l. 14. D. de his quæ vt indign. in qua Papinia. *admitti ad testamentum*, id est, ad hæreditatem testamento delatam dixit, vt apparet ex l. præcedenti. Item ex l. 2. C. de bon. mater. in qua sic hoc verbum accipi Thalæus notauit. Eodemque modo & apud Sueton. in Neron. cap. 32. cum ait, Deinde *vt ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerent*, id est, testamentariæ hæreditates. Ac denique apud Ambros. in Sermo. 14. in psalm. vbi *testamentum adire* dixit. Denique Paul. in l. vlt. §. quod si ita. D. de bon. poss. sec. tabul. dixit *Excludi testamento*, id est, hæreditate testamentaria, vbi sic legendum est, *Quod si ita hæres scriptus sit interim excludetur à testamento, eoque &c.* Horat. lib. 2. Sermon. Sat. 5. *Captare testamenta.*

Testamentum per æs & libram. Vetus Glossar. Græc. Διὰ χάλκου καὶ ζυγοῦ.

Testamentum autem illud propriè dicitur quod iure perfectum est: sed abusiuè testamenta quoque ea appellamus, quæ iniusta, irrita, rupta, vel imperfecta sunt. Nam horum quoque inspectionem Prætor permittit. l. 2. §. 1. D. test. quemadm. aper.

Testamentum tutoris. l. 1. §. ostendimus. D. de susp. tutorib.

Testamenti prior pars. l. 29. D. de adimend. leg. & *posterior.* l. 12. D. de aliment. vel cibar.

Testamenti faciendi ius. Vlp. lib. reg. tit. de Testament.

Testamenti factionem habere dicitur non is solùm, qui testamentum facere potest, sed & is, qui ex alterius testamento capere, & sibi vel alijs acquirere potest. l. 16. D. qui testam. fac. l. vlti. D. pro hærede. l. 31. l. 49. & l. seq. D. de hæred. instit. Testamenti itaque factio cum his esse dicitur, quibus vel hæreditas, vel legatum relinqui potest. l. 7. D. pro legato. l. 21. D. de testam. tut. l. 5. D. de seruit. leg. §. seruus autem. Institu. de hæred. instit. §. testes. Institu. de testament. l. 82. §. vlt. 1. D. de lega. 2. De libera testamenti factione agitur etiã in l. 1. D. de testam. milit. & in l. 1. D. de tutel. & rat. denique *Testamenti factio dicitur esse cum aliquo*, id est, testamenti faciendi ius, vt loq. Vlpian. lib. regular. tit. de Tutel. 22. vt & *Testamenti factionem habere.* l. 3. D. de iure codicill.

Ad Testamenti causam pertinere quod ad interdictum de tabulis exhibendis, & edictum de aperiendis testamentis attinet, videtur, omne quodcunque quasi ad testamentum factum sit, in quacunque materia fuerit scriptum, quod contineat supremam voluntatem. Et ideò tàm primæ quàm secundæ tabulæ & codicilli hac appellatione continentur. d. l. 2. §. 1. & l. 2. D. de tab. exhib.

Testamento quoque *dati tutores* videntur, qui codicillis testamento confirmatis dati sunt. l. 3. D. de testamen. tutela.

Testamento manumissi dicuntur ij, qui testamento liberi esse iussi sunt, & quibus testamento libertas data est. toto tit. D. de testament. manumiss. & Testamento accepit libertatem. l. 12. §. Potest. D. de liberali causa.

Testamentum mutare, Seneca in Epist. mutabant testamenta.

Testamento recitatus hæres Cic. pro Sext.

Ex testamento actio. l. si is qui Stichum. D. de obligationibus.

Testamenta prima superant posterius. l. 29. D. ad Sen. Trebellian.

Testamentarius testamenti scriptorem significat, qui dictante testatore id excipit. l. 9. §. 1. D. de hæred. instit. l. 15. §. 1. & l. 22. §. si testamentarius. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. D. si quis aliquem test. prohib. l. 3. §. vlt. D. ad Trebellian.

Testamentarius tutor. l. 7. D. iudic. solui. l. 4. C. de tut. vel curator. qui sat. non deder.

Testamentaria hæreditas. l. 130. D. de verb. signif. quæ opponitur *legitimæ.* l. 17. D. de adquir. vel omitt. hæredit.

Testamentaria appellat a est *Cornelia lex de falsis*, quòd de his qui testamenta subiecissent, resignassent, celassent, suppressissent, falsaue signassent, recitassent, scripta esset: quemadmodum suprà lib. 3. testimonijs abundè multis probaui. Latius verò *testamentariæ leges*

quæcunque

quæcunque ad cauſam teſtamentorum pertinent accipiuntur in l.1. §.lex Falcidia. D. ad leg. Falcidiam. qualis erat *Furia*, vt Vlpianus eam tit. 2. Regular. appellat. *Teſtamentaria lex*. l. 3. §. ſi cauſa. D. de bonorum poſſeſſionibus. l. 29. D. de leg. Cornel. de falſ. l. 6. §. vlt. D. de extraordinar. criminibus. Paul. lib. 5. ſent. tit. 24. l. 3. §. ſi quis dolo. D. de tabul. exhibend.

TESTARI. l vlt. D. vti legat. ſeu fideicommiſſ.

Teſtatus & inteſtatus. l. 6. D. de teſtam. milit. *decedere aduerſantur*. l. 3. §. 1. D. de acquir. vel omitt. aliàs etiam *Teſtatò idem teſtamento facto ſignificat*, in l. 45. §. 1. D. de iure fiſc. l. 7. D. de diuerſ. reg. iur. vt *Inteſtatò*, ſine teſtamento.

Teſtato vel Inteſtato decedere. l. 45. §. 1. D. de iur. fiſci. l. 29. D. eodem.

Teſtatrix. l. 30. l. 4. l. 87. & 88. §. quiſquis. & l. vlt. §. filium. D. de legat. 2. l. 38. §. quindecim. & §. fœliciſſimo. & l. 83. D. de legat. 3. & l. 32. §. hæredi. D. de vſu & vſufructu. l. 19. §. vlt. D. de annuis legat. l. 4. C. de his quibus vt indign.

Teſtari non modò teſtamentum facere. l. 8. §. 1. D. de tranſactionibus, ſed & teſtibus adhibitis quidlibet declarare, denunciare, notúmve facere, ſignificat. l. 20. D. de acquir. hær. l. 3. §. cum inquilinus. D. vti poſſidet. & l. 5. §. ſi quis poteſt. D. de oper. nou. nuntiat. l. 3. §. Inquilinus. D. vti poſſid. l. 21. §. ſocer. D. ad leg. Iul. de adult. & ita *Teſtari* pro eo quod vulgò dicitur *proteſtari*. l. 14. §. ſed interdum. & §. plerique. & §. idem Labeo. D. de religioſ. & ſumptib. *Teſtari dominum*, id eſt Proteſtarj, ſeu teſtato denuntiare. l. 3. §. cum inquil. D. vti poſſid. *Teſtari ad profectum*. l. 7. D. de incendio. *Teſtari libellis*. l. 11. §. ſocer. D. ad leg. Iul. de adult. & *Teſtandæ rei gratia*. l. 25. D. ad l. Iul. de adult. & *Teſtando denuntiare*. l. 1. §. licèt. D. de periculo & commodo. ſic quoque *Teſtatus eſt*, id eſt coram teſtibus declarauit. l. vlt. D. de leg. commiſſ. Vnde *Teſtatio*. l. 3. C. de teſtibus. *ſcripturam teſtibus communitam ſignificat*. l. 7. D. de ſponſalib. l. vlt. D. de cuſtod. reor. l. 3. D. de concubin. l. 22. D. ex quibus cauſ. maior. l. 20. D. de optio. leg. l. 7. D. de aſſig. libert. l. 2. D. de naut. fœn. l. 8. §. 1. D. de noui oper. nunc. l. 39. §. vlt. D. de legat. 3. vbi *Teſtatione complecti*, *in Teſtationem redigere*. l. 1. §. rectè. D. vſufr. quêadmodum caueat. *in Teſtationem referre*, pro eodem dicuntur. l. vlt. D. pro derelict. l. 8. §. 2. D. operis noui nunc. l. 5. §. ſi quis ipſi. D. eod. & id ſignificant quod vulgò dicimus, *prendre acte*. *Inteſtatum etiam redigere*, ait Vlpianus in lege 1. §. rectè autem. Digeſtis vſufruct. quemadmodum cau.

Teſtatio quoque inſtrumentorum amiſſorum fit. l. 13. C. de fide inſtrument. & *Teſtatio ſuorum iudiciorum*. l. 24. D. qui teſt. fac. poſſ.

Teſtatio priuata ſeu adnotatio. l. 5. C. de probatio. *Teſtatio habita*. l. 4. D. de fide inſtrum. l. 13. C. eod. tit. ſic *Teſtatio vacuæ poſſeſſionis*. l. 12. Codice de contrahend. empt. l. nec iudicio. C. eodem.

Teſtatio pro conuentione & denunciatione teſtibus adhibitis facta. l. 5. §. vltim. D. de admi. tut. l. 1. §. ſed & ſi quis contra. D. quod vi aut clàm. Sic *Teſtationibus conuentus*. l. 32. §. cùm quidam. D. de arbitr. *Teſtatio* pro teſtium depoſitione, vt loquimur, in l. 21. D. de his qui not. infamia.

Teſtatio interponi dicitur. l. 7. D. de ſponſalibus. & *Teſtationem interponere*. l. 16. D. de Senat. Maced. *Per Teſtationem*. l. 23. C. de inoffic. teſtam.

Teſtatione complecti. l. 2. D. de naut. fœnore. l. 22. D. ex quibus cauſ. maior. *Teſtatione denuntiatum*. l. 238. §. 1. D. de verborum ſignificat. *Teſtatione probare*. l. 27. D. de rei vendic.

Teſtationes. l. 9. §. 1. D. de leg. Cornel. de falſ. & *Teſtationes in ſcriptis*. l. 4. D. de pignoribus. *Teſtationes falſæ* in lege Dei, tit. 8.

Teſtationes conſignare. l. 9. §. nonnunquam. D. de pœn.

Teſtationibus conuentus. l. 32. §. cum quidam. D. de recept. & *Teſtationibus probandum eſt*. l. vlt. D. de cuſtod.

Teſtationes etiam vocabant teſtimonia per tabulas dicta cũ conſenſu ſignatorum, & teſtes iureiurando niti ait Quintil. lib. 5. pag. 81. b.

Taſtato conuenit hæredem. l. ſi verò 8. D. de bon. libertor. & *Teſtatò conuenerunt*. l. 8. §. igitur. D. mandati.

Teſtatò conuentus. l. vlt. D. de leg. commiſſ. l. 10. §. ſi quis. D. quæ in fraud. cred. *dicitur qui coram teſtibus conuentus eſt*. l. vlt. D. pro derelict. l. 5. §. vlt. D. de admin. tut. l. 122. §. cohæredes. D. de verbor. obligat. l. vlt. D. de l. commiſſ. l. 8. §. igitur. D. mand. l. 10. §. ſi quis particeps. D. quæ in fraud. credit. *Teſtatò dicere*, in l. 4. C. de diſtract. pign. *Teſtatò denuntiare*. l. 1. §. licet. D. de pericul. & commo. *Teſtatò iubere*. l. 1. D. quod iuſſu. l. qui Romæ in princ. & §. cohæredes. D. de verbor. obligat.

TESTIFICARI l.2. C. de filiiſſamil. *Teſtificari cum clamore.* l. 4. D. ad leg.Cornel. *Conſentire videtur ad nominationem filij is qui non teſtificatur diſſentire.* l.1. C.de filiisfamil.

Teſtificatio. l.1.C. ſi minor ab hæredit.

TESTIMONIVM *denuntiare*, dicere, perhibere. item *Falſum Teſtimonium præbere.* l. 27. D. de leg.Cornel. de falſ.

Teſtimonia autem ſiue teſtationes, à teſtibus productis dicuntur, vt Græci dicunt ἐκ μαρτυρίας quæ ſunt vt & ex eo Suidas interpretatur, τῶν ἀπόντων, & μαρτυρίαι τῶν παρόντων. item *Teſtimonia* abſentium teſtium dicta & teſtationes ſcriptis comprehenſas ſignificant: & à teſtibus ſeparantur. l. 3. §. item Diuus. D.de teſtib. l.1.D.de fide inſtrum. μαρτυρίας γραμματεῖον vocat Plutarch.in lib. περὶ φιλαδελφ.

Teſtimonio niſi. Quintil. declamat. 308.

Pro teſtimonio audiri. Suetonius in Claudio cap.15.

TESTEM *interrogare, Teſtem refellere. Teſtes dare.* Cic.lib.7.in Verrem. *Secundum arbitriũ tuum teſtes dabo.* Iuuenal. Satyr.vlt. *Da Teſtem.* Valer.de auct. *cum teſtimonium dari videret. Teſtibus datis.* Liu.vnde dedi teſtes. *Rogati teſtes.* l. 21. §.in teſtamentis. D.de teſtament.

TESTVDINEM *Conopeum* & Apul. lib. *lectum indicat. Teſtudine perlucidum.*

TESTVDINEIS *legatis*, lecti quoque teſtudineis pedibus deargentati debentur. l. 100. in fin. D.de legat.3. Ex quo apparet veteres ſupellectili ex teſtudine vſos, quod & Celſus in l. 7.D. de ſupellect. leg. tradit. *Primus autem*, vt Plin. lib. 33. cap.11. auctor eſt, *Caruillius Pollio Teſtudines ſecare in laminas lectósque & repoſitoria his veſtire inſtituit.* Ouid. lib.11.Metamorphoſ. *Ebore & teſtudine cultos Tres habuit thalamos.*

TEXTORES *ſerui.* l. Textoribus. D. de legat. lib. 3.

THEATRVM *& Amphitheatrum diuerſa ſunt.* l. 7. D.de rerum diuiſ. l. 3. D. de oper. public. Quid alterum ab altero diſtet, exponit Caſſiodor. lib. 4. Variar. Epiſt. vlt. & lib. 5. epiſt. ad Maxim. vbi *Theatrum viſorium* interpretatur. vnde & *in Theatro ſpectare dicuntur*, in l. 2. §. ſi quid. D.ne quid in loco publ. porrò *Theatra vniuerſitatis ſunt, & communia ciuitatum.* §. vniuerſitates. Inſtit. de diuiſ. rer.

THENSAVRVS quemadmodum in P. Florent.perpetuò retenta antiquæ ſcripturæ ratione ſcribitur, *eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominium non habeat.* l.31. l.63.D. de acquirend.rerum dominio. l.67.D.de rei vendicat.l.3.§.mercatoris.l.44.D. de acquirend. poſſeſſ. l.1. l.3 §.penult.& vlt.D.de iure fiſc. l.39.§.1.D.de auro argent. *Theſaurum* etiam Leo Imperat. interpretatur *condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia.* l. vn. de Theſauris lib.10.C. *Theſaurum* Papinian. vocat, *pecuniam in terra cuſtodiæ cauſa conditam.* l. 47.D.de acquir.poſſeſſ.ſic dicitur *Theſaurus poſitus fundo* in l. 3.§. Neratius. D.de acquirend. poſſeſſ. & *Theſaurus in monumento inuentus.* l. 4. §.non fit.D.ad leg.Iul. peculat. & *Theſauri reperti.* l. 3. §. ſi in locis. D.de iure fiſci.

Theſaurorum autem præpoſitos habebant Imperatores Conſtantinopolitani & *Comites.* l.penult. C.de murilegul. lib.11.l. vlt.C.vt dignit.or.ſer. l.2. C. de Palat. ſacr. largit. lib. 12. Et *Theſaurarios*, cuſtodiæ Theſaurorum ſuorum præpoſitos. l.1.de cano. largitio.titul.lib.10. C. Et *Theſaurenſes.* l. 2. C.de Palatin. ſacr. largit.lib. 12.C. Ammia.Marcellin. libro 22. *Hic idem Vrſulus datis literis ad eum, qui Gallicanos tuebatur Theſauros, quicquid poſceret Cæſar, proculdubio iuſſerat dari. Theſaurus Imperatoris* in l. 2.de Theſaur.in C. Theod. & l.1.eod. tit. in Cod. Iuſtin. Vide Nouellam Leonis.

THEOPHRASTVS *citatur* in l. 3.D.de legibus, quæ excepta eſt ex lege 3. §. ſi pars hæreditatis petatur.

THYMELICI, de quibus in l. 4.D.de his qui not.infam. l. 10. D. de pollicitatio. l. penultima, de ſpectacul. in Codice Theod. Suida interprete ſunt, οἱ ἐν ὑποκρίσει τῷ τέχνῃ ἐπιδεικνύμενοι. Iſidorus verò lib. 18. cap.47. thymelicos muſicos ſcænicos interpretatur, qui organis & lyris & citharis præcinebant. Indéque dictos ait, quòd olim in Orcheſtra ſtantes cantabãt ſuper pulpitum, quod θυμέλη vocabatur. Quæ interpretatio accommodatior eſt ad Vlpiani verba quàm illa Suidæ. Phrynicus quoque ἐν ἐκλογῇ Ἀττικῶν ῥημάτων θυμέλην ait dictum, τόπον ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφ' οὗ αὐληταὶ καὶ κιθαρῳδοὶ καὶ ἄλλοι τινες ἠγωνίζοντο. Thymelicos certè à Scænicis diſiunctos ſuásque in Orcheſtra peregiſſe actiones Vitruuius libro 5. cap. 8. indicat. Hinc *Thymelitæ* in l.21.de piſtoribus in C. Theod.l. 5. de Scænicis in eod. Cod. Thymelicis autem in d. lege 4. Xyſtici adiunguntur, qui ſe in gymnaſiis & Xyſtis exercebant. Quorum Suetonius in Galb. cap. 15. meminit. Tertullianus in libro de ſpectacul. *Etenim ipſi actores & adminiſtratores ſpectaculorum, quadrigarios, ſcænicos, Xyſticos, harenarios illos amentiſsimos.*

Vnde

Vnde *Xyſtarches* apud eundem Tertullian. in lib. ad Martyres. Suidas, ξυσταρχεῖν γυμνασίῳ ἀρχεῖν interpretatur. Et ita *Xyſtarcham*, apud Marcellinum legimus lib. 21. In Pandectis tamẽ Florentinis *Exuſtici* appellantur.

TIGNA appellantur in 12. tabul. omnes materiæ, ex quibus ædificia fiebant. l. 7. §. appellationis. D. de acquirend. rerum dom. l. 1. D. de tigno iuncto. l. 62. D. de verborum ſignific. Tignum Vet. Gloſſar. Græc. vertit, λίθος, βάσανος, κατα χρησιχῶς πᾶσα ὕλη. & Vet. Gloſſar. Lati. *Tignum dicitur omne genus ligneæ materiæ. Tigna ad fulciendam inſulam commodata.* l. is qui. §. 1. D. commodat.

De Tigno iuncto actio. l. 23. §. Tignum. D. de rei vindicat. l. gemma. D. ad exhibend. l. 1. D. de tig. iuncto. §. is qui inſtitutor, de rerum diuiſione.

TIMERE *exceptionem.* l. 56. D. de verborum ſignificat.

TIMOR *litis.* l. 2. C. de tranſactionibus.

TIRONES ſunt, qui nondum in numeros relati, lecti tamen vt militent, publicis expenſis iter faciunt, & ſub campi doctore exercentur. l. 4. 2. D. de teſtament. milit. l. vltim. D. de muneribus & honoribus. l. 4. in fin. D. de re milit. l. vlt. D. de cuſtod. reor. Hos notis compungi in brachiis ſolitos oſtendit l. 3. D. de Fabricenſibus libro 11. C. Et Veget. lib. primo cap. 8. Tironum autem præſtatio & præbitio olim in muneribus publicis fuit. l. 4. Codice de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 11. l. 2. C. de priuileg. eorum qui in ſacr. Palat. l. 10. C. de Palatin. ſacr. largit. lib. 12. l. 2. Codice de ſilentiar. eodem titul. Qui à præbitio. tyron. in Cod. Theod. Marcellin. lib. 21. *Parique ſtudio ſupplementa legionibus ſcripta ſunt indictis per prouincias tirociniis.*

TITASVS, ſerui nomen.

TITIANA *hæreditas & Seiana.* l. 25. §. ſi inter. D. famil. erciſcund. l. 27. §. Trebellium. & l. 55. §. qui Titiana. D. ad SC. Trebellian. vt *Titiana prædia. Titianæ ædes.* & *Titianus fundus.* l. 38. §. fundum. & l. 41. D. de legat. 3. l. 16. & l. 17. D. de exceptionib.

TITVLVS *cauſam poſſeſſionis ſignificat.* l. 1. D. pro ſoluto. iuncta l. 3. §. vlt. D. de acquirend. poſſeſſ. l. 13. §. 1. D. de petit. hæredit. l. 2. & l. 11. C. eodem tit. l. vlt. D. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. *Significat & cauſam transferendi dominij.* l. 24. C. de rei vendic. lege 22. C. famil. erciſc. Plinius epiſt. 6. lib. 3.

Titulum Regerius vetus Interpres in Titulum de diuerſis præſcriptionibus definit, *cauſam acquirendi dominium*, id eſt, ex qua noſtrum fiat quod non erat noſtrum. Vetus Gloſſarium, *Titulus poſſidendi eſt initium poſſeſſionis. vt emptio, venditio, permutatio, & huiuſmodi.* ſic *Titulus, quo dominium quæri ſolet.* l. 6. C. de ingen. manum. *Titulus donationis.* l. 42. §. 1. D. de mort. cauſa donat. & *Titulo donationis transferre.* l. 2. & l. 12. C. de donationib. & *Titulo donationis tranſlatum prædium.* l. 6. C. ſi aliena res. item *Titulo donationis remiſſæ vſuræ.* l. 54. D. de donationibus inter virum. ſic *Titulos donationis poſſidere*, in l. æris. D. de donat. & *Titulo liberalitatis.* l. 8. C. de condict. ob cauſ. item *Titulo dotis obligari.* l. Senatuſc. de pact. cõuent. ſic *Titulo emptionis dare.* l. 1. C. de pact. pignor. *poſſidere.* l. æris. C. de euict. & *emptoris Titulo prædium ſuſcipere vel tenere.* l. 2. D. de diſtract. pign. item *Titulus familiæ erciſcundæ.* l. 9. C. famil. erciſcundæ. *Titulo permutationis tradere.* l. 4. C. de rer. permut. *Titulo pignoris obligari.* l. 2. C. de adminiſtr. & l. 26. C. de pign. & l. 2. in quib. cauſ. pign. *accipere.* l. 6. C. quæ res pignori. *vendere.* l. 1. D. de diſtract. pign. ſic etiam *Titulus poſſeſſionis dicitur.* l. 1. §. non quærimus. & l. vlt. D. ſi quis omiſſa. l. 11. C. de petit. hæredit. item *Titulus profeſſionum.* l. 1. C. ſi maior ſe minorem. & *Vno Titulo rationum.* l. 10. §. 2. D. de appellationib. *Titulus pro ſoluto.* l. 46. D. de vſucapionib. *Titulo venditionis transferre.* l. 6. C. de cõtrah. empt. & *Titulus venditionis vel donationis.* l. 1. C. de patrib. *Titulus vſucapionis pro dote.* l. 1. D. pro dote. *Titulus vſuræ.* l. 4. D. de naut. fœnor.

Titulo præcedente. l. 23. C. de rei vendicat.

Titulus pro colore. l. Sulpitius. D. de donat. inter vir. & vxor. ſic *Aliquo Titulo ſe excuſare.* l. 60. §. quid ergo. D. de rit. nupt. & *nominis alicuius Titulo vti.* in l. 16. C. de donationibus inter vir. & vxor. ſic *Titulo tenus ære alieno allegato.* l. 5. §. ne tamen. D. de reb. eorum qui ſub tut. vel cur. hoc ſenſu etiam *ſub Titulo operarum aliquid ſtipulari dicimur*, in l. vlt. §. fi. D. qui & à quib. manu.

Titulus pro nomine & forma. ſic *Titulus actionis.* l. 69. D. de fideiuſſorib. l. 3. C. ad Senatuſc. Macedonian. & *Titulus criminis.* l. 3. §. vbicunque, & §. item ſi quis. D. ſtellionat. ſic etiam *Titulos fiſcales & largitionales.* l. 5. de ſuſceptorib. lib. 10. C. Rubr. de canon. largit. titul. Symmach. lib. 1. & 2. epiſtol. *Et quantum in titulis fiſcalibus exigendis tua cura promouerit.* l. 1. D. de reb. credit. l. 2. D. de poſtuland. ſic *Titulo Seianorum acceptilati reditus.* i. nomine & appellatione. l. 91. §. Titio. D. de legat. 3. pari modo &

Titulo naturalis filij natum ex se manumittere, dicitur in l. si quis ingenuam. 21. D. de capti. & postlim. sic *Eiusdem tituli priuilegia*, in l. 27. D. de rebus auctor. iud. & *Tituli insculpti monumento*. Paul. lib. 1. sentent. tit. 13. item *Tituli falsi figmentum*. l. 7. C. de contrah. empt.

Titulos Tiberius in Constitutionibus σανίδας τε βασιλικὰς καὶ σήμαντρα ὀπιπτέγτων. & alibi σανίδας τὴν ὑμετέραν προσηγορίαν φερούσας ἢ εἰκόνας, ἢ χαρακτῆρας βασιλικοὺς ἀλλοτρίοις οἰκοίοις ἢ χωρίοις ὀπιπτήναι. hinc Latini *Titulum inscriptionem vocarunt*, vt apud Iuuenal. Satyr. 7. & Plin. epist. 29. lib. 7. & *tabellam* qua res venales vel locandæ proscribuntur, veluti apud Plinium epist. 27. lib. Sic apud Tibullum.

Ite sub Imperium sub titulúmque Lares.

Vulgò dicimus *affiches, escriteaux.*

Titulus pro edicti capite. l. 1. D. de relation. bonor. sic *Titulus edicti*. l. 195. D. de verborum signific. & *Titulus* item pro rubrica in l. 1. §. in principio. & §. vti initio. D. de postulando. l. 1. D. de reb. cred.

Titulus etiam pro inscriptione quæ supplicij quod de re sumebatur causam indicabat vsurpatur à Suetonio in Domitiano cap. 24. Eodémque sensu in Euangelio D. Ioan. cap. 29. ἔθηκαν ὅτι ϛαυρῷ τύτλοι. Nam quod ille titulum, hoc Marcus cap. 15. ἐπιγραφὴν τῆς αἰτίας. D. verò Lucas cap. 23. ἐπιγραφὴν, & Matthæi cap. 20. τὴν αἰτίαν αὐτῷ γεγραμμένην. Sueton. in Caligula cap. 31.

Sed *Titulum* alia significatione exposuit Rauardus, vt in Rubr. Cod. vt nemo alien. prædiis titulos. Quo sensu crebro verbum hoc vsurpatur à D. Augustin. Idem in libro de gestis cum Emerito. In Oratione ad Christum, *Pelle discordiam, introduc teip in titulos suos, tu mane, non alter possideat & de tuis titulis fallat.* Tertullianus in Apologetico, *Christiani suo titulo offeruntur.*

TITVS *Antoninus*. l. 12. D. ad SC. Trebellian. l. 11. D. ad municipal.

TLIBIÆ & Tlasiæ. l. hi quoque. D. ad leg. Cornel. de sicar.

TOGA, *quòd ea tegamur*. l. 180. D. de verborum signific. ea & *virilis & muliebris est.*

Togæ vsus. l. sed si 32. D. de iure fisci. vide Cuiac. in notis ad leg. obsides. D. qui testament. fac. possunt.

Togæ forensis honore priuati. Symmachus. p. 129. & *Togæ amicus*. i. aduocatorũ ordin. p. 227.

TOGATI. Vet. Glossar. *Togatos dicimus eosdem quos aduocatos & patronos causarum earum qui in forensibus negotiis præmunientes, litigatoribus suum præbent patrocinium, quorum patrocinia substantiuo nomine dicuntur honoraria.* eodem sensu Impp. Constitutionibus ponuntur. l. 11. §. proculdubio. C. de iudic. l. vlt. C. de sportul. Et in tit. de aduocatis diuers. iudic. passim. l. sed etiã D. de procuratorib. l. quæ ab initio. D. de diuers. reg. iur. *Togatus ordo aduocatorum* apud Sidon. Apollin. Sic *Togatorum professionem accipe* apud Cassiodor. epist. 33. lib. 3. & apud Symmachum. l. vlt. C. de postul. Ne quis. C. de aduocat. diuersor. iudicior. & *qui Togati dicuntur* in epist. de confirmat. C. Iustinian. iidem *patroni causarum* in epist. de confirmatione digestorum. Sic *Toga*, pro veste forensi aduocatorum in l. iisdem. C. de aduocat. diuersor. iudicior.

TOLERARE *damna*. l. 17. C. de euictionibus.

Tolerabilius est. l. 13. D. de vacat. & excusat.

TOLLERE pro susc ipere. sic *Tollere liberos*, in l. 6. §. quamuis. D. de iure patron. & *ita sublatis filiis*. l. 92. D. de adquir. vel omitt. & l. 37. sed si. D. de oper. libert. id est susceptis. & *sustulit filiũ*. l. 3. de alienat. D. de coniungend. cum emancip.

Tollere & præstare opponuntur. l. 14. quod te. D. de ædilic. edicto. sic *Tollere factum*. l. 31. D. de diuers. regul.

Tollere pro auferre, in l. 19. §. si inquilinus. D. locati. l. 7. D. de religios. *Tollere ædificium*. l. 2. §. si quis. D. ne quid in loco. l. 27. §. vlt. & l. 37. D. de rei vindicat. *Tollere trabem alienam*. l. 51. D. ad leg. Aquil. *Tollere tegulas de ædificio*. l. 7. D. quod vi aut clàm, & tolli superficies. l. 39. §. dãno. D. de dam. infect. *Tollere tectoria*. l. 3. §. si vicinus. D. vti possidet. *Tollere rudera*. l. 7. §. vlti. D. de damno. infect. *Tollere stercus*. l. 5. §. item Celsus. D. ad exhibend. & *sterculinum*. l. 17. D. si seruit. vindic. item *Tollere opus*. l. 3. §. item si. D. de alienat. iudic. & *opus factum*. l. 25. D. comm. diuid. *Tollere opus suis impensis*. l. 3. D. de alienat. *Tolli opus*. l. 14. D. quod vi aut clàm. l. 25. D. de damn. infect. l. 1. §. sed etsi. D. de aq. & aqua pluuia. l. 7. D. d. tit. & *Sublato opere*. l. 1. §. sed etsi. D. de aq. & aqua pluuia. item *Tollere fructum*. l. 42. D. de vsu & vsufruct. *Tollere cretam & fructus*. l. 16. D. de præscript. verborum. sic *Tollere glandem*. l. 9. §. 1. D. ad exhibend. & *Tollere arbores*. l. 19. §. vlt. D. de vsufructu. item *Tollere aurum*. l. 31. §. 2. D. de donat. & *Sublata pecunia*. l. 56. §. 1. D. de furt. item *Tollere & exportare thesaurum*. l. 15. D. ad exhib.

Tollere vinum l. 2. §. licet. D. de peric. & commodo. l. 4. §. 5. D. de peric. & comm. & *Tolle vina* l. 15. D. de peric. & commo. & *Sublatis vindemiis* l. 7. D. ſolut. matrim.

Tollere altius ædificia. vide in verbo Altius.

Tollere de medio. l. 37 D. de iniuriis.

Tolli ideſt diſſolui & finiri l. 33. D. de diuerſ. reg. ſic *Tolli actio* i. *extingui dicitur* l. 6. D. commodati. & *Altera actio alteram non tollit.* l. 2. §. vtraque. D. de tut. & rationib. item *Tollitur actio* l. 6. & l. 17. §. 1. & §. de pignore. D. de pact. vt & *Sublata eſt actio* l. 62. D. de ſolutionib. ſic quoque *Tolli cõductio* dicitur in l. 7. & l. 17. & 18. D. de condict. furt. & *Tolli acceptilatione quod debetur* l. 12. & l. 13. D. de acceptilationib. vt & *Sublatum per acceptilationem.* l. 6. D. de acceptilationib. item *Tollitur iudicium* l. 2. §. vtraque D. de tut. & rationib. & *Tolli matrimoniũ* dicitur, ideſt ſolui. Paul. lib. 2. ſentent. tit. 19. vt & *Sublato nomine* l. 36. D. ad municip. item *Tollere obligationem* l. 91. §. ſequitur. D. de verb. obligat. & *Tolli obligatio* in l. 21. §. ſeruo. D. de fideiuſſorib. quomodo etiam *Tolli obligationem pactione.* l. 42. D. de iureiur. & *Tolli partã obligationem* l. 17. C. de ſolutionib. *Tolli obligatio, & conſtitui aduerſantur.* l. 8. §. 1. D. de acceptilat. l. 44. & l. 90. §. quod vulgo D. de ſolutionib. ſic *Sublata in perpetuum obligatio.* l. 98. §. vlt. D. de ſolutionib. *Sublata iure obligatio* l. 71. D. de fideiuſſorib. & leg. 38. §. vlt. D. de ſolutionib. *Tolli quoque petitio* dicitur pro extingui. l. 25. C. de pactis. l. 82. D. de legat. 2. itẽ *Tollitur poteſtas* Vlp. lib. Reg. tit. 10. ſic *Sublata quæſtio facti* i. extincta l. 56. §. 1. D. de furt. itẽ *Tollere ſtipulationem.* i. diſſoluere & finire l. 44. §. vlt. D. de ſolutionib. ſic *Tollitur ſtipulatio iure.* l. 28. D. de nouationib. & l. 27. §. Patris. D. de pactis. denique *Tolli teſtamentum & ſublatum teſtamentum in* l. 29. D. ad SC. Trebellianum.

Sublata obſeruatio l. 8. C. de Teſtament.

Tolli electione l. actio. l. 12. C. de furt.

Tolli vſu, ideſt conſumi. l. 1. D. de vſufruct ear. rer.

TONSVRA *ouium* l. legata in fin. D. de leg. 3.

TOPIARII *ſerui* in l. 60. §. vlt. de legat. lib. 3. l. 12. §. idem reſpondit. & l. 17. D. de inſtruct. vel inſtrum. Et apud Plin. lib 3. Epiſt. ad Caluiſ. *Sunt qui hedera geſtationes conueſtiunt, formas ex plantis, fruticibus, arboribus, faciunt, variáſque ex iis ſubtiliter compoſitis & plicatis figuras exprimunt & reddunt. Vnde quidam Typigrios eos efferendos contendunt à typis ideſt formis ac figuris quas exprimunt.* Hos eleganter hoc verborum ambitu Iulius Firmicus lib. 8. Matheſ. cap. 10. deſignat. *vel qui* (ait) *buxeas arbores tondens in belluas fingat, aut virides porticus in circulum flexis vitibus faciat ab opere topiario quod ipſi facere ſciunt, dicti. Topiarium verò opus è topiis quæ à funiculis nomen obtinuerunt quibus frutices & arbuſculæ tonſiles in animalium ſpecies aut rerum hiſtorias luculenta varietate aſſimilatæ ſunt & religatæ hinc inde deſtinentur flectantúrque ad effingenda quæ luduntur, rerum & animalium argumenta.*

TORMENTA ſeruorum l. 1. & l. 4. D. de quæſtionibus.

Tormenta adhiberi l. 10. §. Tormenta. & l. 18. §. in ora. D. de quæſtionibus.

TORQVERE *laqueum* l. 23. §. excipitur. D. de ædilic. edict. *Torqueri* autem dicuntur de quibus quæſtio habetur. Paul. lib. 5. ſentent tit. 6. l. vlt. D. de decurionib. ſic *Torqueri ſeruũ*, ideſt quæſtionem de eo haberi. l. 33. D. ad leg. Iul. de adult. l. 23. §. vlt. & l. 66. D. de vſufructu. & *Torti per calumniam ſerui* l. 7. C. de calumn. ſic *tortus homo liber.* l. 27. D. ad leg. Iul. de adulter.

TONSOR *familiæ ruſticæ cauſa paratus* l. 12. §. Trebatius D. de inſtruct. vel inſtrum.

TORRENS eſt, ait Vlpianus, qui Græcè χείμαῤῥος l. 1. D. de fluminibus. Feſtus verò lib. 17. *Torrens*, ait, *ſignificat fluuium ſubitis imbribus concitatũ qui alioquin ſiccitatibus exareſcat.* Seruius ad illum verſum Æneid. 2. *Incidit aut rapidus montano flumine torrens. Fluuius eſt*, ait, *qui æſtate ſiccatur, vnde & nomen accepit, cui Græci per contrarium dedere vocabulum. Nam* χείμαῤῥον *dixerunt à tempore quo areſcit, ſicut æquinoctium ἰσημερίαν.* Ouid. ---- *velut torrens vndis pluuialibus auctus.* & alibi. *Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire.* Agratius, *Torrens aqua præcipita decurrens.*

TOTVS *fundus* l. 4. §. vlt. D. pro emptore.

Totas ædes l. 7. §. vlt. l. 15. §. ex hoc edicto D. de damn. infect. *Totã arborem* l. 2. §. vlt. D. pro legat. *Tota obligatio* l. 47. D. de fideiuſſorib. & ſtipulatio l. 18. D. de ſtipulat. ſeruorum. *Non totam ſummam, ſed partem* l. 20. D. de mort. cauſa donat.

Totum l. 14. §. 1. D. l. Cornel. de falſ. *Totum argentum legatum* l. 10. D. de except. rei iud. *In toto iure* l. 80. D. de diuerſ. regulis. & *Totum ius* l. 2. De natalib. reſtituend. *Totum pretium* l. 4. §. ſui D. de manumiſſion.

Totorum bonorum l. 3. D. ſi à parente quis manumiſſ.

In totum expellendus. l. 20. §. 1. D. ad Senat. conſ. Trebellian.

In totum. l. 76. D. de diuerſ. regul. & l. vlt. l. 4. §. nihil. D. de manumiſſionib. l. 45. D. de iure dotium. l. 7. §. 1. & l. 22. de munerib. & honor. ideſt *omnino.* l. 1. §. vlt. D. de oblig. & act. l. in totum. D. de oblig. & act. & *per omnia.* l. 8. §. in adoptione. D. de bonor. poſſ. contra tab.

In totum & in partem opponuntur. l. 30. §. turſus. D. ad leg. Falcid. vt & *In totum & pro portione* opponuntur. l. 15. §. cum cauſam. D. de damno infecto. & l. 5. §. qui intrat. D. de oper. nou. nunc. item

In Totum abſtinere. l. 6. §. Non verò. D. De offic. Proconſ. *repromitttere.* l. 45. §. vlt. D. de damno infect. *in Totum non edere* l. 8. D. de edendo. *Non in totum repelli.* l. 1. §. ſi pater. D. de ventr. in poſſeſſ.

TRABEM *alienam tollere.* l. 50. §. vlt. *D.* ad l. Aquil.

TRACTARE pro adminiſtrare. ſic *tractare bona.* l. 12. D. de tut. & curat. *Tractare pecuniam publicam.* l. 2. *D.* ad municip. & *tractare diligenter rationes.* l. 8. D. de manum. teſtam. l. 21. *D.* de ſtatulib.

Tractare pro agere. ſic tractare cauſam. l. 2. C. de Aduocat. fiſci. & *Tractatur cauſa.* l. 45. §. Quotiens. D. de iure fiſci. item, *Tractari præſcriptiones.* l. 15. §. Proſcriptiones. D. ad leg. Iul. de adult. & aliàs *tractatum eſt ex facto.*

Tractare pro excipere & habere. ſic *Atrociſſimè tractare ancillas.* l. 2. D. de his qui ſui. & cõtrà *Tractare clementius*, in l. 28. §. ſolent. D. de pœnis.

Tractare pro diſcutere, agere, deliberare ſeu differere. ſic *Tractare ius.* l. 11. §. vlt. D. ad l. Iul. de adulter. quam ſpeciem Scæuola tract. l. qui bona. 23. §. ſi quid nobis. D. de acquir. rer. dom. l. 1. §. ſi ſit. D. de coniungend. cum emancip. liber. *Tractari poteſt.* l. 2. §. *Tractari.* D. ad S. C. Tertyllian. l. cætera. §. 1. D. de legat. 1. l. 1. §. 1. D. ad Senatuſconſultum Tertyll. l. 24. §. hoſtium. D. de fideicommiſſ. libert. l. 7. D. quando dies legat. *Tractari ſolet.* l. 2. D. de cuſtodia. l. 11. §. ſi filia. D. ad. leg. falcid. *Tractare ſolemus.* l. 13. §. ſiquis opus. D. de damn. inf. l. 18. D. de tutel. & rationib. *Tractat Iulianus.* l. 13. §. hæc quæſtio. D. de manum. teſt. *Tractat Papinianus.* l. & §. Papinian. D. de furt. *Tractatur apud Marcellũ.* l. 33. *D.* de adquir. rer. dom. *Tractabitur.* l. 21. *D.* de donationib. *Nunc tractemus.* l. 1. D. de tut. & ration. *Tractãdum eſt.* l. 2. *D.* à quibus appell. *Ad tractandum.* i. *agendum ſeu colloquendum de adulterio.* l. 9. *D.* ad l. Iul. de adult. *Tractatum eſt.* l. 9. §. Illud. *D.* de ſtatu liber.

Tractatus ob rem dati. l. 5. D. de præſc. verb.

Tractatus l. 40. *D.* de reb. credit.

Tractatus i. *quæſtio futuri temporis.* l. 1. §. 2. *D.* de vſuris. ſic

TRACTATVS *verbum accipitur* in l. 5. in prin. §. penult. D. de præſcrip. verb. l. vlt. *D.* ſi pars hæred. pet. l. 32. §. officio. *D.* de arbitr. Sic *Tractatu habito.* in l. 9. *D.* de gradib. & adfi. At in l. 32. *D.* pro ſoc. *tractatu habito*, eſt, conuentione habita. Laurentius de Pœnitentia, *Qui enim eſt diſtractor aut emptor, qui lucri gratia habet de cupiditate tractat.*

Tractatus plures recipit ſpecies. l. 5. §. ſed ſi faciam. *D.* de præſcript. verborum.

TRACTOTIÆ diplomata & literas euectionis publicæ præbitioniſque ſignificant. Rub. de tractorijs & ſtatiu. libr. 12. C. Sic enim eam Rubricam emendandam cenſeo, eodémque collyrio etiam l. 2. C. de deſertorib. lib. 12. & l. penult. de curſu publ. eo. lib. medebimur, in quibus *Tractoriæ* pro *Tractorijs* perperam ac mendoſè vulgò legitur. Sed & in l. 1. C. de tractor. & ſtat. vbi impreſſi codices *Tractores cum ſtatiuis*, rectius & Rubricæ conuenientius ſcriptorum codicum autoritate freti legimus *Tractoriæ cum ſtatiuis.* Huius noſtræ ſcripturæ veritatem præter veteres libros, etiam impreſſi B. Auguſtini codices comprobant. in quibus, Epiſtol. 15. ita ſcriptum eſt, *Tractoria ad me denuò Idib. Nouembr. venit. Quæ & mox tractoria Epiſtola*, ibidem appellatur, & in lib. poſt collatio contra Donatiſt. cap. 24. *A primatu ſuo per tractoriam ſunt euocati.* Formulam tractoriæ legatorum ex antiquo libro ſcripto ſumptam hic adſcribam. *Ille Rex omnibus agentibus (locis) nos in Dei nomine Apoſtolico Viro N. nec non & illuſtri viro N. partibus illis legationis cauſa direximus. Ideo iubemus vt locis conuenientibus eiſdem à vobis euectio ſimul & humanitas miniſtretur. Hoc eſt veredos ſiue paraueredos & panes nitidos tot, vini modios tot, ceruiſiæ modium tantum, lardi libras tot, porcos tot, porcellos tot, verueces tot, agnellos tot, phaſianos tot, pullos tot, oua tot, olei libras tot, gari libras tot, mel tantum, aceti tantum, piper tot, grani maſtiches tot, dactylas tantas, peſtaſias tantas, amygdala tot, cereos tot, ſalis tot, olera, legumen, carra tanta, faculas tot. Itemque victu ad caballos eorum fœni carra tanta, ſuffuſi modios tot. Hæc omnia diebus tam ad ambulandum, quàm ad nos in Dei nomine reuertendo vnuſquiſque veſtrum per loca*

conſuetudinaria

consuetudinaria eiusdem ministrare & adimplere procuretis, quatenus nec moram habeant, nec iniuriam perferant si gratiam nostram optatis habere. Vide & lib. 4. legis Franciscæ cap. 67. Sed & qui *Tractatores* in impressis libris, *Tractores* in scriptis vocantur. l. vlt. C. de executoribus & exactorib. lib. 12. Tametsi in Lexico B. Germani *Tractatores* inuenio τελωνοµιςὰς verti. In Nouellis planè πραικτευτῶν non semel fit mentio, & maximè in Nouell. περὶ αὐθεντίας Καπηλικίας. Et in Nouell. περὶ τῆς τῶν δηµοσίων αὐξεως. Et in Edicto Iustinia. 13. Quos curam egisse τῆς εἰς πράξεως τῶν δηµοσίων φόρων, ex illis locis liquet.

TRADERE *latrones.* l. 1. §. Cum quis. D. de quæstionibus.

Tradi militi. l. 7. *D.* de interdict. *Tradi pœnæ.* l. 11. *D.* ad l. Cornel. de sicariis. & *suæ pœnæ* l. vlt. *D.* de interdict. *Tradi in opus publ.* l. 10. *D.* de pœnis.

Tradita res videtur si cum apud me esset ex aliqua causa post emptionem apud me remãserit. l. 11. §. siquis rem. *D.* de public. l. 62. D. de euictionib. l. 9. §. Interdum. *D.* de acquir. rer. dom. Non videtur traditus seruus quem donec pretium solueret, à venditore emptor conductum rogauit cum eius possessio per locationem à venditore retineatur. l. 16. *D.* de pericul. & commo. si quis fundum per epistolam donet ei qui in eo fundo sit, sufficit hoc ad traditam possessionem, idem est etsi à fundo absit, si tamen qui donat ab eo conducat, vel vsumfructum retineat, vel si eius nomine constituat possidere. l. 77. D. de rei vendic. l. 35. §. sed siquidem. *D.* de donationibus. *Traditæ* etiam videntur trabes, quas emptor signauerit. l. 4. in fin. D. de peric. & cõmod. *Tradita* quoque videtur vina, cùm claues cellæ vinariæ emptori adiectæ sunt. l. 1. §. si iusserim. *D.* de adquir. possess. vbi etiam adiicitur eas res quæ propter magnitudinem ponderis moueri non possunt, pro traditis haberi si inre præsenti contrahere consenserint.

TRADITIO vet. glossar. ἡ ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα µετάθεσις.

TRADITIO autem rerum corporalium est. Incorporales enim traditionem non recipiunt. l. 43. 1. D. de acquir. rer. domin. Sed in his vsus iuris pro traditione possessionis cedit. l. 20. D. de seruitutib. Eoque modo *traditio seruitutum* accipienda est in l. 1. in fin. *D.* de seruitut. rust. & *traditio vsusfructus* in l. 13. §. 1. D. de publicia. Traditionis autẽ nomine Iureconsulti omnes adquisitionum species complectuntur, vt stipulationis verbo obligationes omnes. Ideóque sæpè stipulari & Per traditionẽ accipere coniungunt, cùm omnẽ obligationẽ & dominij acquisitionẽ significare volunt, vt in l. 12. §. de illo. D. de de vsufr. l. 27. §. 1. D. ad Trebellia. l. 12. §. 1. D. de captiu. & postl. l. 14. l. 15. §. si seruus. D. de castren. pecul. l. 14. D. de vsu & habit. l. 25. §. licet. D. de liber. cau. l. 33. & l. 39. in fin. D. de acquiren. rer. dom. l. 86. §. cùm seruus. *D.* de legat. 1. l. 12. D. de auct. tut. Ex cõtrario in l. 6. D. de verbor. obligat. nec tradere nec promittendo obligari hoc continet, nec alienare nec ex alieno contractu obligari.

TRADERE vacuã possessionẽ. l. 68. §. 1. l. fistulas. l. 78. §. 1. *D.* de contr. empt. l. penult. in fin. *D.* de acquir. possess. l. colonus. *D.* de vi & vi arm. & l. 3. *D.* qui potior. in pign. l. 2. *D.* de vsur. & simpliciter, *Tradere possessionem.* l. 18. §. emptor. *D.* de damn. infect. vt & *Tradi possessio.* l. 12. *D.* de vi & vi arm. & *Tradita possessio.* l. 15. C. de rei vendicat. l. 21. D. de vsufruct. l. 2. C. de adquir. & retin. possess.

Traditio vacuæ possessionis. l. vltim. D. de seruit. l. 3. §. si iter. D. de act. empt.

Per Traditionem accipere. l. 14. D. de vsu & habit. l. 5. D. de consens. tutorum. l. si tibi §. cum seruus. D. de legat. l. 15. §. si seruus. D. de castrensi peculio. l. 27. §. 1. D. ad. SC. Trebelli. l. 19. §. vlt. *D.* de castrens. pecul. l. 16. *D.* de obligat. l. 3. §. vlt. & l. 37. §. sicut, & §. quod viuunt. & l. 39. l. 63. §. si comm. D. de adquir. re. dom. l. 14. D. de vsu & habit. & l. 22. §. fugitiuus. D. mandati.

Traditionibus corporum dominium transfatum. l. 2. Cod. de crim. stellionat.

Traditum iri. l. 47. §. cum sub. *D.* de fideicommiss. libert.

Mihi traditum est. l. 4. §. Nomen. *D.* de pœn. leg.

Quod per manus traditum est. l. 10. D. de iur. codicill.

TRAGOEDI *serui.* l. 12. *D.* de fideicommiss. libert. l. 38. §. vlt. D. de ædilic. edicto. & tragica vestis tit. de vsufruct.

TRAHERE id est, protrahere & differre. Sic *trahere executionẽ sententiæ.* l. tutor. 41. in principi. de vsur. & *Trahere conditionem*, l. 7. D. de statuliber. l. 23. D. de heredib. instituend. & *Trahendum decretum*, id est protrahendum. l. 22. D. ad *SC.* Trebell. *Traxisse litem satis diu*, in l. vlt. D. ad SC. Turpill. & *tracta lite.* l. 3. D. ad l. Iul. de adult. *Trahere* absolutè, vel ita vt intelligatur, verbum libertatis dixit Vlpia. l. 3. §. siquis hæredi. de statuliber. *D.* sic *tractum.* i. protractum in l. 4. *D.* de vulg. & pupil. & *tracta vita.* i. protracta l. 22. D. de donationibus.

Protrahi quidem manumiſſio dicitur in. l. ſi peculium 20. §. vlt. eod. tit. *Sic diu tractum negotiũ appellationis* dicitur. l. vlt. D. de re iudica. l. 24. D. de appellat. item, *Trahere renuntiationem* ideſt protrahere, l. 5. D. ſi menſor falſ. mod. ſic *trahere ſatiſdationem*, ideſt differre. l. 2. D. de magiſtrat. conuen. & *Trahere tempus* pro extendere. l. 16. §. vlt. D. de pecun. conſtit. vnde *Tractus temporis*. l. 29. D. de reg. iur. l. 12. l. 43. §. vlt. D. de procuratorib. l. 30. D. de diuerſ. regul. iur. & l. 24. D. de oper. libert. *Tractus* pro plaga & regione. l. 4. C. de ſumma trinit. l. 2. C. de offic. præf. præt. Valer. lib. 7. cap. 1. *Mauritaniæ & Numidiæ cæterarúmque illius tractus gentium*. Frontin. lib. 1. de Aquæductib. *Ea namque eſt, quam omnes tractus eius per vicem in modulos certos diſpenſatam accipiunt*. l. 5. §. 1. D. de iure deliberand.

Cum tractu aliquo. l. 7. §. vtrum ergo. D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.

Trahere reliqua dicitur qui reliquatus eſt. l. ſeruus. 34. §. Imperator. & §. quid ego. D. de ſtatuliber. l. curator 3. §. quandiu. D. de adm. rer. ad ciuitat. pert. l. 46. D. de adminiſt. & peric. l. 3. §. 1. D. de adminiſtrat. rerum.

Trahere. i. deducere. ſic *Traxit nomen*. in l. 1. §. vlt. D. de teſtament. milit. & *Tractum nomen*. l. 1. D. de præuaricat. item, *Trahere originem*. l. 23. & l. vlt. §. Item. D. ad municipal.

Trahere. i. producere & extendere. ſic *Trahi leges priores ad poſteriores*. l. 26. & l. 27. D. de legib. & *trahi conſtitutiones ad exemplum*. l. 1. D. de conſtitutionib. principum. item, SC. *Trahenda mens*. i. producenda interpretatione. l. 30. §. 2. D. de fideicomm. libert. hoc ſenſu *Trahere verbum*, etiam accipitur in l. 3. §. quin eiuſdem D. de donat. inter. vir. & vxor.

Trahere pro Rapere. ſic

Trahi ad pœnam in l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maieſtat. & *Trahi in ſeruitutem*. l. 6. D. de liber. cau. item, *Trahendus non erit ad ſeruitutes*, l. 76. D. de legat. 2.

Trahere pro adducere. ſic, l. 17. §. vlt. D. de recept. qui arbit.

non *Trahere damnum*. i. euitare. l. 57. & 58. D. de rei vendicat.

Trahendum, ideſt, ſubtrahendum, l. 5. §. ceſſatum. D. vt in poſſ.

TRAIICERE eſt in vlteriorem ripam vel litus vehere. ſic *traijcere armenta*. l. 12. D. de ſeruit. ruſt. *Traiicere vectores*. l. 1. §. ſed etſi. D. de exercit. & *Traiicit vectores nauta*, l. 5. D. naut. caup. ſtab. qui eos in vlteriorem ripam vel littus exponunt. l. 3. D. nautæ, caupon. *Traijci* etiam *pecunia*, quæ trans mare exportatur. l. 39. §. patruus. D. de adm. tut. l. 9. §. 1. D. ad leg. Iuliam pecul. Iude. *Traiecticia pecunia* nautica quæ periculo creditoris traijcienda mutuo datur. l. 3. §. ſi ſeruus. D. de peculio. *Traiecticia*, ait Modeſtinus, *ea pecunia eſt, quæ trans mare vehitur*. Cæterum ſi eodem loco conſumatur, non erit traiecticia. l. 1. & l. 4. de naut. fœn. Sic in l. 3. §. ſi ſeruus. D. de pecul. & in l. 1. & l. vlt. C. de naut. fœn. & in l. 19. C. de vſur. & l. 2. §. vlt. D. quod cert. loco. & in l. 23. D. de obligat. & action. Paul. lib. 2. Sentent. tit. 14. & Nou. Conſtit. 110. Appellatur *nautica pecunia* in l. 1. §. vlt. D. nautæ, caupon. l. 3. D. de naut. fœn. Auguſtin. Sermone 245. *Ecce eget hic pauper qui ciuis eſt regni cœlorum, quid dubitas facere traiectitium? Sic enim dant qui hoc faciunt, vt plura accipiant cum ad ea loca venerint vnde eſt ille qui accepit*. ſic quoque *Traiectæ in ſcapham merces*. l. 4. D. de l. Rhodia.

Traiicere aquæductum, l. 11. §. 1. D. de publican. & *Traiectus aquæductus per domum*, l. 29. §. 1. D. ad leg. Aquil.

TRANQVILLITAS *ſeculi*. l. vlt. C. ne fiſcus. & noſtra *Tranquillitas*, l. 1. C. quando libellus.

TRANS *flumen*, l. 38. D. de adquir. rer. dom. *trans flumen eſſe*, l. in delictis. D. de noxalib.

Trans flumen poſſidere, l. 1. §. 1. D. de ripa munienda. *Trans Rhenum*, l. 11. D. de euictionib. *Trans viam*, l. 38. D. de adquir. rer. domin. *Trans mare*, l. 6. §. prætor ait. D. de edendo. l. 199. D. de verbor. ſignificat. *Trans mare mittere naues*, l. 26. §. vlt. D. de rei vendic. *Trans mare vehi*. l. 1. D. de naut. fœnor. *Trans mare habere*, l. ſi quis ex argentarijs. §. vbi. D. de edendo. *Trans mare abeſſe*, l. 3. §. quod ſi. de excuſ. tut. l. 3. §. cum extaret. D. de Carbonian. edict. *Trans mare profecta*, l. ſi mulieri. 22. D. quibus mod. vſuſfruct. amitt. *Trans mare agere*, l. 1. D. de nautic. fœnor. *Trans mare domicilium habere*, l. 34. D. de iudic.

Tranſmarina legatio, l. 3. C. de legationibus. & *Trãſmarinæ negotiationes*, l. 10. D. qui & à quib.

TRANSCENDERE *muros*, l. vlt. D. de diuiſ. rerum.

TRANSCRIBERE in alterius ius transferre ſignificat. l. 12. D. de præſcript. verb. l. 3. C. de reuoc. his quæ in fr. cred. l. 41. §. agri plagam. D. de legat. 3. l. 3. C. de reb. auct. iud. Agratius in lib. de Orthograph. *Tranſcribere*, ait, *dicimur, cum ius noſtrũ in alium tranſit*. Sic *tranſcripta prædia* accipe in l. vlt. de præd. nauicul. l. 11. C. Ambroſ. lib. 6. Epiſtol. *Denique tranſcriptis in aliorum iura prædijs virum ſequitur*. Symmach. lib. 2. Epiſt. *Cùm ad ſoliditatẽ trrnſcriptæ in nouũ dominium poſſeſſionis cuncta ex morte celebrata ſint*. Arnobius aduerſ. gentes lib. 1. fo. 15. pag. 1.

Tranſcribere

Transcribere posse in hominem ius suum & q . . . . . facere solus possis fragilissimæ rei donare & participare faciendum supra omnia sita est p . . . . . Aes alienum in se transcribere, id est, transferre in lege 13. D. ad Velleia.

TRANSDVCI *grex.* lege quarta §. 1. Digestis de seruit. & *Trāsduci vites in arbores* lege 3. §. Item si D. vti possid. & aliàs transducere aquæductum.

Transductus ad alium vsum lege sexta. D. de legat. 3.

Transducta linea lege 29. D. de adquir. rer. dom.

TRANSFERRE *actiones* lege 35. §. si res. D. de contrahend. empt. *Transferre litem ad alium.* lege quarta §. 1. D. de alienationib. l. 22. Codice de procuratoribus. *Transferre in se litem.* l. 17. D. de procuratoribus. *Transferre persecutionem* l. 2. C. de donationibus. & iudicium lege 27. D. de procuratoribus lege 45. D. mandat. lege 24. §. vlt. D. de liberali causa. & lege 13. De fideiussoribus. & *Translatio iudicij* lege 15. D. de noxalibus, lege 29. D. de operis libert. vide titul. de procuratoribus. *Transferri etiam dicitur condictio in alium senatum.* lege 17. D. de condict. furt. vt & *Translata condicio* lege quarta §. si tab. D. de fideicomm. libert. *Transferri corpus* lege tertia. §. Diuus. D. de sepulchro viol.

Transferre in prouinciam. lege 28. §. sed etsi dies. D. de iudic. *Transferre domicilium* l. 8. §. vidit igitur. D. de transactionib. *Transfertur domicilium re & facto.* l. 30. D. ad municip.

Transferre ad heredem, id est transmittere. l. 4. & l. 5. D. quando dies legat. sic *Transferre ad heredem legatum.* l. 20. D. ad senat. cons. Trebell. & *Translatum legatum* l. 66. D. de condit. & demonstrat. l. 95. D. de condit. & demon. vnde &

TRANSLATIO *legati* quæ tum fit cum ab vno ad alium legatum transfertur. & fit quatuor modis, quos Paul. explicat in lege sexta D. de adim. legat. De hac translatione agitur lege vlti. D. de his qui pœnæ nom. & Iustinian. in tit. de ademptio. legator.

Translatio etiam *iudicij*, litis translationem significat. lege 17. §. sed & si pater. D. de iniur. cum iudicium ab vno susceptum in alium transfertur. in lege 25. lege 27. D. de procuratoribus.

Transfert in se obligationem. lege prima & leg. quarta, Codice ad Senatusconsultum Velleian. & *Transferre dominium fundi ad aliquem.* lege sexta §. siquis. D. de aqu. & aqua pluuia. & *Translatio dominij.* lege 33. §. primo. D. de donationibus. *Transferre proprietatem* lege nona. §. itē D. de adquir. rer. dominio. *Transferre possessionem.* leg. sexta. §. vltimo. D. de Carboniano edicto. *Transferre tutelam* lege secunda Codice de suspect. tut. *Transferri quoque venditio* dicitur l. 4. §. sed & Marcellus. D. de in diem addict.

In alios vsus Translatæ summæ. l. 96. D. de legat. 1.

Translatitiè pro defunctoriè & colluforiè in l. 1. §. Præuaricatorem, D. ad Turpill. & obiter in l. 1. D. de iure patron. l. 55. §. qui fideicommissi. D. ad Trebell. sic *Non translatitiè*, & diligentius opponuntur in lege Dei tit. 4.

Translaticia autem edicta dicebantur quæ ex veteri & recepto iure eoque quod antea obtinebat, componebantur. siue quæ ex vrbano edicto in prouinciale transferebantur, quia in prouincia sæpè in iure dicundo repetere solebant, quæ priùs in vrbe edixerant. Cic. 3. in Verrem: *In re tam vsitata satis est, ostendere omnes antea ita ius dixisse, & hoc vetus edictum, translaticiúmque esse. Cognoscite aliud hominis in re vetere edictum nouum.* Idem lib. 3. Epistol. ad Attic. *Alterum caput est, translaticium de impunitate si quid contra alias leges eius legis ergò factum sit.* Erat enim hoc caput ex libris antiquis legibus in Claudiam legem transcriptum. Insignior ille locus Ciceronis ex lib. 3. Epist. ad Appium pag. 70. Et si quantum Romæ composui edictum nihil addidi nisi quod publicani rogarunt, cum Samum ad me veniissent vt de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum diligentissimè scriptum caput est quod pertinet &c. hoc verbo ex quo suspicio nata est me exquisisse aliquid ne quo te offenderē translaticium est. Gelli. lib. 3. cap. penult. *Hoc significabat edictum, quo nunc quoque Coss. cùm Senatores in curiam vocant, seruandæ consuetudinis causa translaticio vtuntur.* Hoc sensu *Translaticium funus* dicit Sueton. in Nero. cap. 33. Et *Translaticium* ius in August. cap. 10. & *Translaticiæ causæ*, & *breues* apud eundem Nero. cap. 7.

TRANSFIGVRAT *ornamentum* l. 10. §. si massa. D. quib. mod. vsuf.

TRANSFVGERE *ad hostes.* l. 15. D. de tutel.

TRANSFVGA *non solum is accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit; sed & qui per induciarum tempus aut ad eos quibuscum nulla amicitia est, fide susceptā transfugit, malóque consilio & proditoris animo patriam relinquit.* lege decimanona. §. transfugæ.

D. de captiuis & poſtlim.reuerſ.Feſtus libro 14. Gallum Ælium *perfugã*, qui & transfuga dicitur, definiſſe ſcribit, qui liber, aut ſeruus, aut hoſtis ſui voluntate ad hoſtes trãſierit. Sic in l. 14. D. ex quib. cauſ. maior. & l. 38. §. 1. D. de pœn. l. 3. in fi. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 51. D. de adquir. poſſeſſ. Transfuga Vet. Gloſſar. Græc. αὐτομόλας ἐὰν δὲ μόνον ὁ ἐν χειρῷ πολέμῳ τοὺς τοῦ ἐχθροῦ ἀπελθών, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν χειρῷ τῷ ἀναχωρήσας τοὺς ἔθνος μὴ ἔχων τοὺς ἡμῶν φιλίαν ἀπελθὼν ἤτοι ἀποφυγών. sic *Transfuga metalli*, qui ex metallo refugit in l. 12. §. ſi deportatũ. D. de captiu. & poſtlim. qui aliàs *refuga* dicitur. de *Transfuga adde* l. 14. D. ex quibus cauſ. maior.

TRANSFVSVM *legatum*. l. 1. §. item ſi. D. ad leg. falcid.

Transfuſio. l. 1. D. de nouationib.

TRANSGREDI *perſonam*, §. plane. Inſtit. de iure naturali.

TRANSIGENDI verbum generale eſt, & ad omnes ſpecies pertinet quibus controuerſiæ deciduntur atque finiuntur. Itaque & iureiurando tranſigi negotium dicitur. l. 31. in fin. D. de iureiurand. Seneca præfatio. lib. 7. Declamat. *Placet*, inquit, *tibi rem iureiurando tranſigi. & ſententia tranſigi*. l. 13. §. Pœna grauior. D. de his qui not. infam. l. 7. §. ſicut. D. ad Turpillia. l. 5. D. de Decurionib. l. 25. D. de municipal. ſic *Tranſigere rem* Cicero pro Cluẽtio. & *Tranſigendæ controuerſiæ gratia*. l. 1. §. ſiue autem. D. quar. rer. act. Ita *tranſigi negotia* accipimus. l. 2. D. ſi quis cautio. & l. 1. §. 1. D. de pactis, *& velut pacto tranſegiſſe videtur de credito, qui contentus fuit pignora poſsidere*. l. 15. §. ſi pignora. D. de re iudic. hinc *Tranſactum negotium*. l. 2. D. ſi quis caut. & *Tranſacta res per iuſiurand*. l. 21. D. de dolo. & *Tranſactum pacto de lite*. l. 27. D. de inoff. & TRANSEGISSE *velut pacto*. l. 25. §. ſi ſignora. D. de re iudicata. vt & *Tranſactio ſolo pacto facta*. l. 122. §. Seia. D. de verbor. obligat. ſic *Tranſegiſſe videtur cum poſſeſſore qui iureiurando litem æſtimauit eo pretio quod ipſe conſtituit*. l. 46. D. de rei vendicat. *Tranſigi quoque coërcitione* dicitur. l. 1. D. de term. moto.

Tranſactum de futuro. l. 4. §. ad TEMPUS. D. de re militari. *Tranſactum* autem dicitur *ſiue Aquiliana ſtipulatione, ſiue pacto ſit tranſactum*. l. 2. D. de tranſaction. vtroque enim modo tranſactiones fiunt. l. 15. *D*. eod. tit.

Tranſacta finitáque in SC. Tertyllian. ſic accipimus, iudicio terminata tranſactione compoſita, longioríſque temporis ſilentio finita. l. 1. §. vlt. *D*. ad SC. Tertyl. l. 230. D. de verbor. ſignificat. quæ ipſa inſcriptione ſuadente eò referenda eſt. Paul. verò libro ſingulari de tacitis fideicommiſſis, *tranſacta finitáque intelligenda ſcribit non ſolũ de quibus controuerſia fuit, ſed etiam quæ ſine controuerſia ſint poſſeſſa*. l. 229. D. de verb. ſignific. ſic verba *Tranſacti negotij* in l. vlt. D. de tranſactionib. & *Tranſacto negotio accipienda ſunt*. l. 15. D. ad municipal.

Tranſactio ſpecialiter conuentionem ſignificat, qua à lite iam mota vel mouenda aliquo dato retento promiſſo receditur. toto titu. de tranſactio. D. & C. Et à pacto hoc diſtat, quòd qui tranſigit de re dubia & lite incerta neque finita, non gratuitò decidit: qui verò paciſcitur donationis cauſa, rem certam & indubitatam libertate remittit. l. 1. D. de tranſactionib. Vide Harmenopul. pag. 96. Vetus Gloſſarium, *Tranſactio eſt cum aliquo aut dato, aut petendo, aut promiſſo ab actione & controuerſia litigantes recedunt*.

Bene tranſactum matrimonium. l. 67. §. vlt. D. de legat. 2.

Tranſactum tempus. i. præteritum. l. 3. de præſcript. long. tem. l. 3. C. ex quibus cauſ. l. 19. D. de bon. auctorit. l. 7. quib. mod. vſuſfruct. l. 137. §. 2. D. de verbor. l. 11. §. mulier. D. ad legẽ Iul. de adult. *Tranſacto tempore liberatus* l. 37. D. de fideiuſſoribus. ſic *Tranſacta tempora* l. 21. C. ad l. Iul. de adulter. l. 137. §. item. D. de verbor. oblig. *Tranſactum quinquennium*. l. 32. D. ad l. Iul. de adult. *Tranſactis decem annis* l. 2. C. de incol. & *Tranſactio temporis* l. 11. §. mulier. D. ad l. Iul. de adult.

TRANSIRE *actio* dicitur l. 43. D. ad leg. Aquil. l. 29. D. de teſtam. milit. l. 14. D. ad Senatuſconſultum Trebellian. & l. §1. D. de fideiuſſoribus l. 66. §. 1. D. ad Senatuſconſultum Trebellianum. *Tranſire etiam acceptio à perſona in perſonam* dicitur l. 9. §. vlt. D. de exceptione rei iudicatæ. & *conditio* lege 27. D. de ſtatuliber. item *Tranſire conditio ad emptorem* dicitur in lege 54. §. vltimo D. de euictionibus. vt ſcilicet in eius perſona pareri conditioni poſſit. leg. ſi ſtatulibera. 6. §. primo, & §. ſi quis non dare. de ſtatuliber. ſic quoque *Tranſire dominium* dicitur in l. 80. D. de legat. 2. *cum transfertur ad accipientem*. lege 14. D. de rebus creditis. *Tranſire ius* l. 7. §. vltimo. D. de rebus eorum l. 3. D. quæ res pignor.

Tranſire pecunia ad creditorem, l. 1. C. de his qui in prior. *Tranſire periculum*, l. 9. §. vlt. D. de reb. cred. & *Tranſire res ad noua dominia*. l. 1. C. de præſcript. long. tem. item. *Tranſire in heredem*

heredem. l. 6. §. vlt. D. de inoff. teſt. l. 32. D. ad leg. falcid. *ad hæredem,* l. 3. & l. 21. §. vlt. D. de ann. legat. l. 8. §. tale. D. de liberat. leg. l. 22. D. de vſu & vſufruct. l. 2. §. vlt. D. de pollicitationib. & l. 20. D. de pœnis. & *Tranſire ad hæredem conditio.* l. 12. D. de condict. indeb. *Tranſire ad hæredem legitimum,* l. 30. §. ſiquis aliquid. D. de legat. 1. item, *Tranſire ad hæredem ius bonorum poſſeſſionis,* l. 3. §. adquirere. D. de bonor. poſſ. & *Tranſire ad heredem legatum.* l. 5. & l. 6. & l. 13. l. 19. §. vlt. & l. 22. D. quando dies legatorum. & *Tranſire legata ad heredes.* l. 18. D. de diuer. regul. *Tranſire præmium ad heredes.* l. 13. §. 1. D. de iure fiſci. *Tranſire in heredes obligatio* l. 76. D. de verbor. oblig. *Tranſire ad haredem vel ſucceſſorem.* l. 1. §. permittitur. D. de aqua quotid. l. 12. D. de condict. indeb. *Tranſire ad ſucceſsionem bona.* l. 2. D. de aliment. vel cibar. *Tranſire ad heredem ſtipulatio.* l. 25. §. ſi operas. D. de vſufruct. itē, *Tranſire aduerſus heredem.* l. 29. D. de iure fiſci. *Tranſire in hæredes,* l. 76. D. de verbor. obligat. *Tranſire cum onere,* l. 3. C. de ſeruitutib. item, *Tranſire ad dominum.* l. 24. D. de condic. & demonſtrationibus, & *Tranſire per multos dominos ſeruus* dicitur. l. 2. § vlt. D. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tabul. ſic *Tranſire videtur ad condemnationem.* l. 20. §. ſi plures D. de pignorib. *Tranſire ad interdictum.* l. 1. §. 2. D. de oper. nou. nunt. *Tranſire in nouationem res vt in verbum obligationem.* l. 2. D. de nouationibus *Tranſire in aliud nomen vel in proprium nomen contractus.* l. 1. §. vlt. & l. 7. D. de pact. item, *Tranſire in aliud domicilium.* l. 30. §. vxori. D. de legat. 3. *Tranſire in ordinem.* l. 4. §. vlt. D. de excuſat. *Per lubricum Tranſire.* l. 7. §. ſed ſiquis. D. ad l. Aquil.

Tranſire pro præterire. ſic *tranſire* dicitur *dies.* l. 39. D. de minorib. *annus.* l. 5. §. 1. C. de temporib. in integr. & *tēpus.* l. 5. §. quod ſi. D. de præfect. vrbi. l. vlt. C. de condict. ex lege.

Tranſitus fiat. l. 70. D. de acquir. vel omitt. & *tranſitum fieri* in l. 1. in prin. D. ſi tabul. teſt. & *Tranſitum facere negotium.* l. 20. C. de procurator.

In Tranſitu ſerui manumitti. l. 7. D. de manum. vind.

TRANSMIGRARE *ad alia loca.* l. 1. D. de decur.

TRANSMITTERE *actionem.* l. 6. C. de iure dot. & *actiones.* l. vlt. D. de fideiuſſoribus tut. *Tranſmittere ad heredem.* l. illud in fin. 4. D. de bon. poſſ. contr. tabul. & l. 7. D. de inoffic. l. 4. quando dies legat. l. 39. §. 1. D. de legat. 1. l. 36. §. 1. D. ad l. Aquil. l. 24. & l. 75. §. vlt. D. de legat. 2. l. 2. D. de vſu & vſufruct. l. 6. D. de ſeruit. legat. l. 8. D. de dote prælegata l. 19. D. de optione legatorum. *Tranſmittere ad heredes.* l. 28. §. poſſumus. D. de aliment. l. 10. C. de locato & conduct. *Tranſmitti bona ad ſucceſſores,* l. 1. §. vlt. D. de requirend. *Tranſmitti exactio ad heredes,* l. 3. §. 1. D. de adimēd. legat. *Tranſmittere dominium ad heredem.* l. 2. C. de actionib. l. 5. C. quando dies legat. *& ſucceſsionem.* l. 8. C. de ſuis & legitimis. *Tranſmittere ad hæredes fideicommiſſum.* l. 18. §. poſtumi. D. aliment. vel cibar. *Tranſmittere ad heredes res.* l. 1. C. de adquirend. ſic & *Tranſmitti ad poſteros immunitas* dicitur. l. 4. §. quāquam. D. de cenſibus. & lege quarta Digeſtis de iure immunitat. *tranſmittere ad ſcrinia.* lege ſexta §. ſuper his. Codice de appellat.

Tranſmittere fugitiuos. l. 4. D. de fugit. & *Tranſmitti alligatio* dicitur, l. §. cum quis. D. de quæſtionib. item, *tranſmitti libelli ad officium.* l. 72. D. de furt. *Tranſmitti ad præfectum.* l. 13. C. de fideiuſſorib. *Tranſmitti ad præſidem fur.* in lege Dei tit. 1. *Tranſmitti in prouinciam.* l. 15. C. ad l. Iul. de adulter. *Tranſmitti in opus metalli.* l. 8. §. quiſquis. D. de pœnis.

Tranſmitti tempus. l. 5. C. de peric. tut. & *Tranſmiſſum tempus.* l. 4. C. de adquir. & retin. poſſ. l. 3. C. quibus non obiicitur &c.

Tranſmiſſa perſequutio pœnæ. l. 33. D. de obligat.

TRANSPORTARI *vinum.* l. 11. §. qui vinum. D. locati. & *Tranſportandum vinum vel tignum, & tranſportandam coloniam deducere.* l. 25. §. qui coloniam. D. locati.

TRANSVEHERE *corpora,* l. 3. §. non perpetuo. D. de ſepulchr. viol.

TRANSVERSA *contignatio.* l. 47. D. de damn. inf.

EX TRANSVERSO ſiue *à latere.* l. 1. D. de gradib. & *ex tranſuerſo gradu cognationis iungi.* §. inter eſt quoque. Inſtit. de nupt. *cognatio ex tranſuerſo gradu.* Vlpian. titul. 5. Regular.

TRAPETVM in l. 19. §. Illud. D. loca. *mola eſt oliuaria,* interprete Iſidoro lib. vlt. Etymolog. cap. 14. vnde in Lexico B. Germani trapetum ἐλαίων μύλος & ἐλαιοργεῖον redditur. Plin. lib. 15. cap. 6. de oleis agens, *Poſtea,* ait, *inuentum, vt lauarētur vtique feruenti aqua, protinus prælo ſubijcerentur ſolidæ (ita enim amurca exprimitur) mox trapetis fractæ premerentur.*

TRAPEZOPHORA in l. 3. D. de ſupellec. leg. Pollux lib. 10. onomaſt. cap. 19. τράπεζαι ἐφ' ἃς τὰ ἐκπώματα κατάκεινται, id eſt, *menſam in qua vaſa potioria collocabantur,* τραπεζόφορον, recēti ſignificatione dictam ſcribit.

TREBATIVS citatur in l. 30. §. vxori. D. de legat. 3. l. 1. §. Trebatius. D. de aqua quotid. l. vlt. D. de cloacis. l. 29. D. de legat. 3. l. talis ſcriptura in fin. & l. ſerui electione. §. 1. D. de legat. 1. l. quid tamen. §. ſi arbiter. D. de recept. qui arbitr. recep. & l. 3. §. ſi quis hæredi. D. de ſtatuliber. De eo vide interpr. Horat. pa. 407. Caij Trebatij librum de religionibus citat Agellius lib. 6. cap. 12.

TREBELLIANVM Senatuſcõſultum Anneo Seneca, & Trebellio Maximo coſſ. factum de fideicommiſſarijs hæreditatibus hoc continebat, vt reſtituta hæreditate fideicommiſſario & in fideicommiſſarium actiones hæreditariæ tranſirent. Vlpia. in Inſtitu. tit. 22. §. reſtituta. Inſtitut. de fideic. hæred. Sed Iuſtinia. in hoc Senatuſconſultum etiam Pegaſianum quod de quartæ detractione ſcriptum erat, tranſtulit. Hodie igitur ex Trebelliano non tantum tranſire actiones, ſed & quartam detrahi dicimus. vt in l. 14. D. ad Senatuſconſultum Macedonia.

Trebellianus fideicommiſſarius. l. 15. §. 1. D. vt legator. ideſt is cui ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituta eſt hereditas.

TRECENTVM pro trecentorum, l. 89. §. 2. D. de ſolutionib.

TRIBVS *emi*, l. 35. D. de legat. 3.

TREMISSES. l. penult. in princip. C. de excoctio. & tranſlatio. milit. an. lib. 12. l. 3. C. de milit. veſt. eo. lib. Aureorum ſiue ſolidorum tertiam partem valent nummi. Quos poſteriorum Imperatorum tempore ſiliquas octo pependiſſe non dubium eſt, quandoquidem ex eorum conſtitutione duos & ſeptuaginta ſolidos ex libra conflatos conſtat.

TRIBVERE. i. dare. ſic *tribuere actiones* l. 2. §. peruenisse. D. de hered. vendit. & *Tribui actio* dicitur in l. vlt. C. ſi aduerſ. tranſaction. l. 60. D. de vſufructu. l. 20. D. ex quib. cauſ. maior. l. 28. D. de procuratorib. & l. 60. D. de vſufructu. l. 3. §. hac actione. & l. 10. D. de negot. geſt. & *Tribui actiones* l. 5. §. ſed etſi. D. de legat. præſtand. l. 5. C. de heredit. vel act. l. 1. §. illud. D. ſi is qui teſtam. *Tribui perſequutio* l. 8. C. de heredit. vel act. *Tribui exceptio* l. 2. §. 2. D. ſiquis caut. item *Tribuere beneficiũ*. l. 17. §. ſicut. D. cõmod. & *Tribui beneficium*. l. 14. D. ex quib. cauſ. major. l. 1. C. ſi aduerſ. agnition. & auxilium. l. vlt. C. eodem. ſic *Tribuere excuſationẽ* in l. 11. D. de vacat. & excuſat. & *Tribui facultas* l. 2. C. de ſentent. præfector. *Tribuere honorem*. l. 5. D. de iure immunitat. & *Tribui immunitas*. l. 5. C. de profeſſorib. *Tribui interdictum*. l. 3. D. de liber. exhib. & *ius* l. 4. D. de mort. infer. *Tribui poteſtas* l. 1. C. ſi in fraud. patroni. l. 1. C. de ord. iudic. & *Tribuimus poteſtatem* l. 32. §. ait oratio. D. de donat. inter virum. *Tribui priuilegium*. l. 24. D. de iure dotium. *Tribui ſpatium* l. 60. D. de edendo. l. 5. D. de edendo. *Tribui vacatio*. l. 5. D. de vacat. & excuſ. l. 1. C. de Athletis. & *Tribuere vacationem*. l. 40. D. de excuſationibus. *Tribui venia*. l. 15. §. matri. D. de leg. Cornelia, de falſis. in lege Dei. tit. 1.

Tribui lex facultati, in lege Dei tit. 4.

Tribuere beneficio. l. 4. C. de emancipationibus.

Tribuendum puto. l. vlt. *D.* de iure dot.

TRIBVTVM initio pecunia ea, quæ populo imperabatur appellata eſt, ſiue *quod tributum à ſingulis pro portione cenſus exigeretur*, vt Varro lib. 4. de lingua Lat. ſcribit, ſiue *ab intributione, aut quod militibus tribueretur*, vt Vlpia. in l. 27. in fin. & Feſtus libro 17. probant. Tributum à Moſcop. εἰ συλλογῆ Α' τῶν ὁμαλῶν τέλος definitur ὁ ἔθνησιος τοῖς βασιλεῦσι διδόμενος φόρος.

Tributa verò poſteáquam Auguſtus cum populo prouincias partitus eſt, appellata ſunt, quæ bello victæ prouinciæ populo quotannis pendebant: quæ verò Cæſaris prouinciæ ad belli ſubſidia inferebant, *ſtipendia* ſunt vocata. Ea cauſa eſt cur tributa à ſtipendiis, *Tributariáque prædia à ſtipendiarijs* ſeparantur. l. 13. D. de impenſ. in res dot. l. 46. §. qui compenſationem. D. de iure fiſci. §. per traditionem. Inſtitutionib. D. de rer. diuiſ. vbi Theophil. hanc harum verborum differentiam veriſſimè tradidit, quæ à quibúſdam immeritò ridetur. *Italica* quidem certè *prædia* immunia erant.

Tributa autem quædam erant perſonarum ſiue capitis, quædam verò prædiis aut mouẽtibus reddebantur. l. 3. D. de cenſib. l. 42. D. de pact. l. 32. in fin. D. de vſufruct. leg. l. 14. §. idem Iulianus. D. de act. empt. vnde *Tributoria cauſa*. 46. §. vt debitoribus. D. de iure fiſci.

In Tributum vocari. l. §. licet. D. de exercit. l. 1. & l. 5. §. in tributum. D. de tribut. & §. non autem. D. de tributoria. & *In tributum venire*. l. 4. D. de lege Rhodia.

Tributis obligata bona. l. 1. C. in quib. cauſ. pign.

Tributaria vetus Gloſſar. Græc. Τὰ εἰ ἀπαρχναις κλήματα, τελεσίλωγ δὲ τὸ βαρὺ τέλος.

Tributoria

Tributaria ratio. l.10.C. de excusat. tut.

Tributarium solum apud Plinium lib.12.cap.1.

Tributiones. l.vlt.§.patrimoniorum.D.de muneribus & honorib. & *Tributiones prædij.* lege 52.§. pactum.D.de pact. id est tributa.

Tributoria actio, ἡ ἀγωγὴ ἐκ τοῦ διστribuere, ὁ ἐστὶ διελεῖν. *Tributoria* autem actio à prætore redditur in Dominum, quo sciente seruus in peculiari merce negotiatus est, si quid cum eo eius rei causa contractum erit, vt quidquid in his mercibus erit, quódque inde receptum erit, id inter dominum, cui quid debebatur & cæteros creditores pro rata portione distribuatur,à qua distributione tributoria nomen habet. tit.de tributor. D. §. introduxit. Instit. quod cum eo.l.3.D.quando ex fac. tut.

*Tributa facultas.*l.1.C.de alienat.*Tributa libertas.*l.33.C.de liber.cau.*Tributa immunitas.*l.17.§. 1. D.de excusationibus.

Tributum ius. l.2.C.de legitim.tut.

TRIBVNAL,vt Isidor.definit, *locus sublimis & editus in quo considentes magistratus ius dicunt.* l. penult.D.de iustit.& iur. Pro Tribunali enim soli magistratus sedebant. Vnde ius dicentem hac periphrasi nonnunquam Iureconsulti demonstrant, *Qui Tribunali præest, qui pro Tribunali cognoscit.* hinc *Tribunal præsidis.* l.9. D.de pœnis. & *Tribunalia præsidum*, in lege Dei, tit. 14. *Tribunal prætoris assistere.* Gellius lib.1.cap.22.

Pro Tribunali & de plano opponuntur in l.1.§. abolitio. D. ad Turpillian. l.18.§. vlt. D.de quæstionibus. *sic pro Tribunali sedere.* l.7.D.de in integrum restitutionibus. & *pro Tribunali adire.* l.2. C. quemadmodum testam. & *pro Tribunali aditi.* l. 5.§.Imperator.D.vt in possess.legat. vnde Ad *Tribunal* venire dicitur litigator, & in Tribunal verò prætor aux iudex. *Pro Tribunali petere.* l. 4.§.hoc autem.D.de damn.infect. & *pro Tribunali agnoscere.* l. 2. D. de re iudicata. sic iudex dicitur *pro Tribunali cognoscere.* l. 2.D.de re iudicat. Diomedes lib.1. & *pro Tribunali examinare accusationem.* l.1. §. suspecti.D. ad Senatusc. Turpillian. item *pro Tribunali audire custodias.*l.vnius.18.§.vlt.D.de quęstion.*Pro Tribunali respondere.*l.ex consensu.§.vlt.D.de appell. item *pro Tribunali probatum.* l. 26.D.de negot.gest. sic quoque *pro Tribunali abolitio dari debet.* l.1.§. abolitio. 8.D.ad Turpillian. *pro Tribunali iura reddere.* Sueton. in Vitellio cap.9. *Pro Tribunali datur bonorum possessio.* l.2. §.1.D.quis ordo. l.3.§.si causa.D.de bonorum possess. *Pro Tribunali manumittere.* l.9.D.de manumiss. vind. *à Tribunali abesse tempore manumissionis*, in l.non tantum 55.§. Senatusconsulto. D.de fideic. libert. *Pro Tribunali recitare & legere.* l.72. D.de furtis.

Ad Tribunal exhibere. l.2.C. si mancip. ita venierit.

TRIBVNVS *cohortis.* l.9. D.de excusat. & *Tribunus militum.* l.20. D.de testam.milit.& *Tribunatus militum.* l.25. D. eodem.

TRIBVNI *autem militaris* fit mentio in l.12.§.vlti.D.de re milit. l.11. l.13.eodem titul. lib.12. C. l. vn. C. de Salgamo. lib. 12.l.1. C.de commeatu. eodem lib. *Tribuni prætoriani* in l.vltim. C.de numerar. lib.12.l.4. C.de apparit. magistr. mil. *Tribuni scholarum.*l.8.C.de erogat.mil. ann. lib.12. Rubr. de comitibus & trib. schol. & apud Marcellinum lib. 22. *Tribuni vigilum* in l. penult.C.de apparitoribus magistr.milit. lib.12. *Tribunus voluptatum* apud Cassiodorum in lib. Variar.

Tribuni exceptio. l.2 .§.1.D.si quis caution.

Tribuno & sacrosancto resistere fas non erat. Exemplum apud Plinium. lib.7. cap.44. & *Aduersus vim Tribunitiam* sola collegarum interc essio remedio erat. Exemplum apud Plin. libro 7. cap. 44.

Ex Tribuno & notario. Ambros.pag. 9. & suprà pag. 7.

TRICLINIVM *sternere.* l. si vt certo. §.si & regalis. D. commun. diuidund. l.5. §.si me rogaueris.D.commodati.

In triclinio pædagogi præsto esse dicuntur, in l. 12. §. si instructum. D. de instructo vel instrum.

Triclinius. l.19.& l. 28.D.de seruit.præd.vrb.

Tricliniaria vestimenta. l.20.D.de opt.leg.

TRIENS tertia pars est assis,& quatuor vncias continet. sic *pro Triente hæres.* l.7. C.de bon. auctor. vnde *Trientes vsuræ*, quæ intra tertiam partem centesimæ concluduntur.l.3.§. 1.D.de contrar. tut. & l. 26. §.1.D. quando dies legator. & l.3.§.1.D.ad legem Falcid. Quomodo & *Trientarium fœnus* apud Capitolin. in Antonio, & *Trientes pensiones*, apud Lamprid. in Alexand. interpretari oportet. sic *Trientes & semisses* in vsufructu constituuntur.l.26.§.vlt. D.de vsu & vsufruct.

Triens prædiorum. l. 86. D. ad legem Falcid.

TRIERARCHVS, qui triennibus præeſt. l. vn. D. de bonorum poſſeſſio. ex teſtamen. milit. & apud Cicer. 3. in Verrem. & Corn. Tacit. lib. 18. Aſconius in Verrin. 3. *Trierarchum* exponit naui triremi præpoſitum. & l. 46. D. ad Senatuſc. Trebellian.

TRIGEMINI & *tregemini, vtroque enim modo in Pandectis Florent. efferũtur*, ſunt tres vno partu editi, quales fuere Horatij Curiatij, temporibus Tullij Hoſtilij Romanorum Regis. l. 7. D. de rebus dub. l. 3. D. ſi pars hæred. l. 137. D. de verborum ſignificat. ἀρρενοθρέφη τρίδυμα vocat Dionyſ. Halicarnaſſ. Columell. lib. 3. cap. 10. *Caprarium ſummittentem fœtus earum pecudum quæ trigemino partu commendantur*, id eſt, quæ tres vno partu enixæ ſunt. Idem lib. 7. cap. 6. *Parit autem ſi eſt generoſa proles frequenter duos, nonnunquam trigeminos.* Gellius libro primo cap. 10.

TRIPARTITA, liber Ælij. l. 2. §. deinde. D. de orig. iuris.

Tripartita diuiſio. l. 60. D. de condicionib. & demonſtrat.

Tripartitum ius. §. 1. Inſtitut. de teſtament. ordinand.

TRIPHONINI *ſit mentio* in l. vlt. D. de iure fiſci.

TRIPLEX *diuiſio.* l. vlt. D. de muneribus & honoribus.

TRIPLICATIO *eſt defenſio, quæ replicationi obiicitur.* lege 7. §. 1. & §. cum dementis. D. de cur. fur. Inſtit. de replicatio. in princ. l. 2. §. illud. D. de exceptionib.

TRISTIS *ſententia* apud Ouid. lib. 15. Metamorphoſ.

Tunc quoque ſic eſt ſententia triſtis, & omnis
Calculus immitem dimittitur alter in vrnam.

Iuuenal. Satyr. 2. Valer. Maxim. pag. 305. & 339. Item l. ſerui. 15. D. de appellationib. Sueton. in Domitiano cap. 11. *Quo contemptius abuteretur patientia hominum, nunquam Triſtiorem ſententiam ſine præfatione clementiæ præiudicauit,* hæc alibi contraria dicitur vt notaui lib. 3.

Triſtiores caſus. l. 3. §. ſi in. D. de muneribus & honoribus.

TRITAVVS eſt patris & matris atauus, aui vel auiæ abauus, proaui proauiæ proauus, abaui vel abauiæ auus, ataui vel atauiæ pater, dictus quaſi tertius auus. l. 3. l. vlt. §. ſexto. D. de gradibus & adf. Scribitur autem in d. l. 3. *Triauius Triauia* in P. Florent.

TRITICVM *quod in horreo eſt.* l. 75. §. illud. D. de verbor. obligat. & *Triticum Africum.* l. 74. & l. 75. D. de verborum obligat.

TRVLLA, Vide Varronem lib. 4. de lingua Lat. fol. 41. l. 3. D. de ſuppellect. legat. Cicero lib. 6. in Verrem. *Erat etiam vas vinarium ex vna gemma prægrandi Trulla excauata cum manubrio aureo* & cæt. *Mittit etiam Trullam auream rogatum velle eam ſe diligentius conſiderare.*

TVLISSE *diuerſas ſententias qui obtinuit.* l. 15. §. vlt. D. de inoff. vide ſuprà in Ferre.

TVERI ſe pro eo quod eſt ſuſtentare, tolerare, exhibere ſe & alere, in l. penult. & l. vlt. D. de in rem verſo. l. 1. §. ſed nonnullos. l. de tutel. & rat. diſtr. Notandum eſt autem hoc verbum etiam paſſiua ſignificatione contra Grammaticorum regulas vſurpari à Iureconſultis non ſemel, vt in l. 7. D. de curatoribus fur. l. 17. D. de iniuſto rup. l. 30. D. de liber. cauſ. lege 5. §. ad eam autem. l. vlt. in fin. D. de legat. præſt. l. 17. in fin. D. de noxalibus. l. 3. C. de ſeruitutibus. l. 153. de decurionibus in C. Theod. Sic & Varro lib. 3. de re Ruſt. cap. 1. *Et in pace à Ruſticis Rom. alebantur, & in bello ab his tuebantur.* Vitruu. lib. 8. *Res omnes non ali ſine elementorum poteſtate, neque creſcere, nec tueri.* Ad quem locum P. Victorius adfert talia cuiuſdam inſcriptionis verba, *Pareant ergo & noſcant omnes Senatus & Pop. Rom. Imperium Deorum numine & militum fortitudine & tueri & regi.* ſic *Tueri auctoritas* dicitur in l. 3. C. de ingen. manumiſſ. & *Tuetur eam auctoritas iuris.* l. 6. C. ad SC. Velleian.

Tutus ipſo iure vel per exceptionem. l. 1. §. ſi libertate. D. quarum rerum act.

Tuetur lex. l. 19. §. vlt. D. ad l. Iul. de adult. prætor. l. 1. §. vlt. & l. 2. D. ſi tabul. teſtament. l. 1. §. ibidem. D. de collat. bonorum. l. 1. §. proponitur. D. de ſuperficiebus. & l. 1. §. hoc interdicto. D. de itiner. actúque publ. l. 4. §. 1. D. de doli except. l. 1. §. ibidem. D. de collat. bonorum. lege 1. §. ſi emancipatus. Digeſtis ſi tabul. teſtament. l. prima. D. de vent. in poſſeſſ. mitt. l. 1. §. proponitur. D. de ſuperficiebus. & l. 3. §. cæterum. D. ibidem. l. 2. §. 2. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. l. 42. D. de iureiur. l. 6. D. de opt. leg. vnde *Tuitio prætoris.* l. 3. §. ſi ſub ea. D. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. 2. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. l. 1. D. quibus modis vſufruct. & l. 9. §. 1. D. vſufruct. quemadmodum cau. l. 1. §. interdicto. D. de itin. act. pr. & *Tuitione prætoris conſtitutus Vſusfructus.* l. 1. D. quib. mod. vſusfruct.

Tueri bona. l. 2. §. 2. D. de legit. tut. *conuentionẽ.* l. 28. D. de pignerat. & tuendum eſt. l. 28. §. vlt. D. eodem. *cauſam.* l. 10. §. cum autem. D. de edendo. l. 5. C. de vſuris. *dominium.* l. 33. §. 2. D. de

2. D. de donationibus. *fines prædij.* l. 16. §. 1. D. de vſu & habit. *Tueri fideiuſſorem.* l. 42. D. de iureiur. *iuſiurandum.* l. 3. & l. 5. D. de iureiurando. *ius ſuum.* l. 1. D. quod vi aut clàm. & *Tuendi iuris gratia.* l. 2. §. Nunciatio. D. de oper. noui nunciat. item *Tueri leges.* l. 5. §. & bellè. D. de oper. nou. nuntiat. & *Tuendarum legum cauſa.* l. 6. §. 1. D. de bonor. poſſeſſ. *Tueri libertatem.* l. 30. D. de liberali cauſa. l. 6. D. de opt. legat. l. 14. D. de iure fiſci. & *Tuendæ libertatis cauſa.* l. 1. D. de homin. liber. *Tueri municipia ne proſtituantur.* l. 1. §. hoc quoque. D. de off. præf. vrb. & *Tuendos eſſe municipes.* l. 56. D. de vſufruct. *Tueri alienum negotium.* l. 6. §. ſin autem. C. de appellationibus. *Tueri negotia adulti.* l. 3. C. ſi aliena res. *Tueri negotiationem.* Vlp. lib. reg. tit. 12. *Tueri pignus.* l. 16. D. de pign. act. *Tueri placita.* l. 3. C. de ſeruitutibus. *Tuetur poſſeſſorem interdicto.* l. 1. lege ſi igitur. D. vti poſſidetis. *Tueri rem familiarem non poſſe.* l. 15. D. de ann. legat. *Tueri Rempublicam.* l. 11. D. de decurionibus. *Tueri res.* l. 15. D. de impenſ. in res dotal. *Tueri ruſticas ſeruitutes.* l. 1. §. in princip. D. de itiner. act. *Tuetur prætor interdicto eum qui ſuperficiem petit.* l. 1. §. proponitur. D. de ſuperficiebus. *Tueri Vectigalia.* l. 1. D. de loco publ. *Tueri Voluntatem.* l. 29. D. de inoffic. & *Tuenda Voluntas defunctorum.* l. 2. C. vt in poſſeſſ. legat. l. vlt. C. de his quæ ſub modo. & *Tutus prætor Voluntatem defunctorum.* l. 1. D. ſi quis omiſſa.

Tueri ſe æquitate iudicis. lege 8. §. ſi ignorantes. D. mandati. *Tutus ſine appellatione.* l. 5. D. de appellation. *Tueri ſe artificio.* l. 12. D. de legat. 3. *Tueri ſe beneficio.* l. 10. C. ad SC. Velleian. *Tueri decreto.* l. 2. §. ſi ea. D. de vent. in poſſeſſ. mit. *Tueri ſe defenſione.* l. 3. C. de his qui in prior. l. 9. C. de pignerat. act. l. 12. C. de teſtam. milit. *Tueri exceptione.* l. 41. D. de adquir. rerum dom. l. 24. C. de rei vindicat. l. 3. C. ad Senatuſc. Velleian. l. 11. §. vſusfructus. D. de pignorib. l. 9. D. qui potior. in pign. *Tueri ſe exceptione.* l. 12. D. de nouationibus. l. 3. C. de rebus cred. & l. 2. C. de re iudic. l. 2. §. 2. D. quod vi aut clàm. l. 13. §. 2. D. de recept. l. vlt. D. de iureiurand. l. 9. §. vlt. D. de Senatuſc. Macedon. & l. 3. §. 1. D. de condict. indeb. l. 26. D. ad SC. Velleian. l. 30. §. 1. D. de pact. l. 39. D. de donat. inter vir. l. 74. §. vlt. D. de iureiur. l. 1. §. ait prætor. D. de dolo. l. 46. & l. 78. §. vlt. D. de iure dotium. l. 23. D. de probationibus. l. 37. §. nuptura. D. de legat. 3. l. 13. & l. 20. D. de liber. leg. l. 15. D. vt legat. ſeu fideicommiſſ. l. 20. §. 1. D. de liber. cau. l. 7. & l. 9. D. de doli & met. except. *Tuendus exceptione.* l. 7. D. de conditionibus inſtit. l. 20. D. famil. erciſc. *Tutus exceptione.* l. 25. D. de verborum obligat. l. 14. D. quod met. cau. l. 4. D. de nouationibus. l. 17. §. vlt. D. de ſol. matrim. & l. 21. §. ſi quis. C. de recept. qui arbitr. l. 26. §. indebitum. D. de condit. indeb. l. 28. D. de legat. 1. l. 6. §. non ſimpliciter. l. 27. D. ſoluto matrim. l. 12. D. de doli exceptione. l. 3. C. de poſtulando. l. 12. D. de doli & met. except. *Tutus auxilio exceptionis.* l. 9. D. de acquirend. rerum dominio. *Tuta remedio exceptionis.* l. 14. C. ad Senatuſconſultum Velleian. *Tueri ſe immunitate.* l. 2. C. de his qui ſponte. *Tueri interdicto.* l. 1. §. publicand. D. vt in flum. publ. l. 2. §. 2. D. vt in flum. publ. *Tueri ſe notione præſidis.* l. vlt. C. qui ætate vel profeſſione. *Tutus pacto.* l. 13. §. 1. D. de minoribus. *Tueri ſe præſcriptione.* l. 19. C. de euictionibus. & *præſcriptio Tuetur ſtatum.* l. 2. §. vlt. D. de ſtatu definit. *Tutus ſtipulatione.* l. 1. §. ait prætor. D.

Tutus aduerſus exactionem. l. 1. §. ſi libertate. D. quarum rerum act. *Tutus in ſolutionibus.* l. 5. C. depoſiti vel contra.

Tuendus. l. vlt. §. 1. D. de legat. præſtand. l. 16. D. ſi ſeruit. vindic.

Tutus eſt. l. 4. §. Totiens. D. de damno infect. *Tutus non erit.* l. 34. D. de iureiurando.

In Tutum redigere actiones. l. 24. D. de liberali cauſa.

Res in Tuto ſit. l. 80. D. de verborum obligat.

Tuta Senatuſconſulta. l. 21. D. ad SC. Velleian.

Quæ Tutiore loco habentur. l. 20. §. inſtructus. D. de inſtruct. vel inſtrum. & *Quo Tutiore loco ſit.* l. 12. D. ratam rem haberi.

Tutius eſt. l. 21. §. Plenum. D. de recept. qui arbitr. l. 192. §. vlt. D. de diuerſ. regul. l. 21. §. item. D. de recept. l. 19. D. de præſcr. verb. l. 34. §. vlt. D. de obligat. l. 21. §. Plenum. D. de receptis. l. 8. §. 18. D. quibus mod. pign. l. 3. D. de his quæ in teſt. delentur. Vlpian. lib. reg. tit. 23. Vlpian. tit. 22. regularum. *Tutius erit dicendum.* l. 1. §. quæſitum. D. quod legatorum. l. 2. D. quod legatorum. *Tutius deberi.* l. 1. §. Seruus. D. de obligat. *Tutius debenti.* l. 1. §. verbis. D. de obligationibus. *Tutius feceris.* l. vltim. D. de inoffic. & *fecerit.* l. 7. §. 1. D. de rebus eorũ. & l. vlt. D. de inoffic. teſtam.

Tutundæ ſalutis cauſa. l. 11. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ. lege Dei, tit. 1.

TYMPANA in l. 34. §. vlt. D. de auro argent. *Margariti genus*, quod ita Plinius lib. 9. cap. 15. exponit, *quibus vna tantum eſt facies, & ab ea rotunditas auerſis planities, ob id Tympana nominantur.*

Tympanum etiam in instrumentis olearijs numeratur, in l. 21. §. illud. D. locati.

TVMVLTVM Cic. 1. in Ant. Oratio. *bellum subitò, & de repente concitatum appellari scribit.* Ita potest hoc verbum accipi in l. 1. §. 1. D. depos. l. 24. in fin. D. de diuers. reg. iur. *Tumultum sedari*, in l. 16. D. ad leg. Cornel. de sicariis.

TVNC, in edicti Vnde vi verbis, QVÆQVE IBI TVNC HABVIT, sic accipimus, tunc cum deiiceretur. l. 1. §. rectissimè. D. de vi & vi arm. In hac oratione SI IN QVINQVENNIO FILIVS TITIO NASCATVR, TVNC HÆRES DATO, Articulus TVNC extremi quinquēnij tempus significat. l. 4. in fin. D. de conditio. & demonstr. *Tunc ex hac die* in l. si ita stipulatus 126. in princip. D. de verborum obligation. quod vulgò dicimus, *Ex nunc prout ex Tunc, & ex Tunc prout ex nunc.*

TVRBAM Labeo appellatam aiebat ex genere tumultus & Græco, θορυβεῖν tractam. Idem Turbam à Rixa hoc modo separabat, quod *Turba multitudinis hominum erat turbatio & cœtus, Rixa etiam duorum.* Et ita in edicto à prætore de damno quod in Turba datum est proposito, *in Turba factum accipimus, quod decem aut quindecim hominibus coactis factum est.* l. 4. in princip. & §. 1. D. vi bon. rap.

Turbæ faciendæ consilium. l. 3. D. ad leg. Iul. de vi public.

Turbam conuocare. l. 1. §. excusantur. D. de Senat. Silan.

Turbator pacis. l. vlt. D. de re militari.

Turbari matrimonia. l. 1. §. vlt. D. de liber. exhibend. & *Turbari coniuges.* l. 1. §. vlt. D. de liber. exhib. *Turbare rationem sibi commissam est conturbare.* l. 1. in fin. D. de seruo corrupt. *Turbare seruitutem.* l. 7. C. de adquir. & retin. possess. *Turbare signa*, est confundere & permiscere, sic vt adgnosci iam non possint. l. 22. §. si signa. D. qui testament. fac. Quintilian. lib. 12. cap. 8. *Denique linum ruptum aut turbata cera, aut sine adgnitione signa frequenter inuenies.* hinc *Turbare testamenta.* l. non putauit. D. de bon. possess. contr. tab. *Turbare* interdum est conturbare & decoquere. Scripsi lib. 3.

TVRBINE *arbores deiectæ.* §. cum autem. Instit. de emptio. id est vi ventorum, & in l. 12. D. de vsufruct.

TVRPILLIANO Senatusc. pœna quinque librarum auri plectuntur, qui sine abolitione ab accusatione desistunt, toto titulo ad Turpillian. D. & C. l. 3. in fin. D. de procuratoribus. Meminit huius SC. l. 22. in fin. D. de his quæ vt indign. l. 6. §. qui iudicij. D. de decurionib. l. 14. §. 2. D. de bon. libert. l. 5. in fin. D. de pœn. Constantinus lib. 1. tit. 3. τὸ συκοφαντῶν δόγμα vocat. Nomen autem habet à Turpillio qui cum Præto Consulatum Neronis temporibus gessit, vt memini me in lib. singulari de adulter. notare.

TVRPES personæ sunt famosæ & inhonestæ personæ, veluti lenones, meretrices, vespilliones, harenarij, histriones, pantomimi. l. 3. D. si quis à parent. l. 72. §. penulti. D. de solutioni. l. 27. C. de inoff. test. l. 7. & l. 63. §. si sub conditione. & §. si verò nominis. D. ad Trebellian. l. 22. §. necnon illud. D. sol. matrim. l. 12. de scænic. in C. Theod. & ita in lege 17. D. de testament. tut. l. 12. D. de sponsalibus. l. 3. §. Iulianus in fin. D. de liber. exhibend. ita & *Turpis sponsus* dicitur in l. 12. D. de sponsalib. & *Turpes fratres.* l. fratres. C. de inoffic. testa. *Turpia porrò quædam natura sunt, quædā ciuiliter.* l. 42. D. de verb. sign. Sed & aliàs *Turpe* plerunq; significat. *famosum & quod infamiam irrogat.* Sic *Turpes actiones.* l. 2. D. de act. rer. amot. l. 2. D. de concubin. à Græcis, δίκη αἰσχρᾶ nominantur. Lysias, ἐυβούλῃ μαντθέῳ δοκιμαζομένῳ ἀπολογία. p. 140. *Turpiáque* iudicia appellantur, quæ dānatis infamiam inferunt, ἀπιμοποίους ἀγωγὰς vocat Theophyl. in §. ex quibusdā. Instit. de pœn. tem. litig. Quales sunt, *iniuriarū, vi bonorū raptorū, serui corrupti, rerum amotarum, tutelæ, fiduciæ, mandati, pro socio, depositi.* l. 56. D. pro soc. l. 2. D. rerum amot. l. 1. D. de his qui not. infam. Ita *Turpe tutelæ iudicium*, dixit Cicer. lib. 1. de Orato. Et pro Cæcinna, *Turpe iudicium dari aduersus eum, qui tutelam fraudasset.* Idémque *Turpia mandati, pro socio, depositi, iudicia appellat*, in Oratio. pro Roscio Com. Sic *Turpi iudicio damnatos* apud eundem in Oratio. pro Cluent. interpretare, qui eo iudicio damnati sunt quod infamiæ notam inurit. Sic epistol. Familiar. lib. 9. pag. 273. *Noli pati litigare fratres, & iudiciis Turpibus conflictari.* hinc & *Turpe crimen.* Paul. lib. 5. sentent. tit. 4. & *Turpe lucrum.* l. 23. C. ad leg. Iul. de adulter.

Turpia autem lucra dicuntur ob falsum testimonium, ob gratiosam sententiam aut aliàs turpiter & scelere quæsita. l. 5. D. de calumniatoribus. l. 16. §. vlt. D. quod met. caus. vnde *Turpis lucri cupidum.* & *Turpis quæstus.* l. 8. D. de accusationibus. l. qui accusare. D. de accusationibus. l. Quintus. D. de donat. inter vir. & vxor.

Et *in Turpi quæstu haberi.* l. 1. C. si mancip. ita vener.

Item *Turpe*

Item *Turpes ſumptus*. l.3.§.necnon.D.de in rem verſo. hinc & *Turpis cauſa* dicitur l. quintus in fin.D. de ann.legat.& res *Turpes cauſas continere*. l. 27.§.pacta. D.de pact. item *Turpis condicio* quæ turpitudinem aliquam habet. l. 63.§. ſi ſub condition.D.ad SC. Trebell.l. 20.D.de conditionib.& demonſtr. l.29.§. edicti.D.de teſtament.milit. *Turpes autem conditiones dicuntur*, quæ inhoneſtæ & contra bonos mores ſunt.l. 63.§.ſi ſub conditione.D.ad Trebellian. l. 112.§.penult.D.de legat. lib.1. ſic & *Turpis coniunctionis macula*. l.1.C.de collus. deteg. & *Turpis factio*. l.7.D.de his qui notantur infamia. & *Turpia facta*, quæ turpem cauſam continent. l. 7. §.pacti.D.de pact. *Turpis inſtitutio*. l. 9. D.de lib.& poſtum. *Turpia legata* quæ denotandi magis legatarij cauſa ſcribuntur. l.54. Turpia. D. de legat. 1. *Turpes nuptiæ*. l. 2. C. de inſtitutionibus. *Turpes operæ*. l.16. D.de oper.libert. l.vlt.D.de liber.cau. *Turpis pactio*. l.7.D.de his qui not.infam. *quæſtio*.l. 51. D. de donat. inter vir. &c. l.8.D.de accuſationibus. l. 55. D. de donat.inter virum & vxorem. & *Turpis res*.l.6.§.rei.D. mandati. item *Rei Turpis & flagitioſæ*, vt loquitur l. 35. §. Veneni. D. de contrah. empt. item *Turpis ſtipulatio*. l. 1. §. idem Pomponius.D.de dolo. l.7.§.pact.D.de pact.*Turpis ſtipulatio, & turpis cauſa ſtipulationis*. l. 107. D. de verborum oblig. *Turpis ſuſpicio*.l.42. §. 2. D.de teſtam.milit. *Turpis violatio*. l.2. D.de his qui ſui. *Turpia verba*. l. item apud Labeonem.§.qui turpibus.D.de iniuriis.

Turpe & inuidioſum commentum. l. 22. §. lites.D. de iure fiſci.

Turpiſſimo exemplo. l.11. §.ſocer. D.ad leg.Iul. de adulter. & *Turpiſſima vita*. l. 43. §.non eſt. D.de rit.nupt.

TVRPITVDO *arbitri*. l.9.§. vlt.D.de recept. qui arbitr. *Turpitudo dantis & accipientis*. l. 1. & l.4.§.1.D.de condit.cau.data. *Turpitudo manifeſta*. l. 38. D. de iureiuran. *Turpitudo mandati*, ſi ædem ſacram ſpoliandam hominémque vulnerandum occidendúmve quis mandet. l.22. §.qui ædem.D.mandati. *Turpitudo ſtatus*. l. 1.§. accuſationem.D.ad SC.Turpillian. ſic *Turpitudine notabiles perſonæ*.l. 1. §.ſecundo.D. de poſtul. item *Turpitudo eius quæ corpore quæſtum facit*. l.43.§. non ſolum. D.de ritu nuptiarum.

Propter Turpitudinem motus Senatus. l. 2.D.de Senatorib.

Sine Turpitudine & infamia. l. 79.D.de iure dotium.l.38.D.de oper.libert.

Turpiter datur quod meretrici datur: Item *quod datur, vt malè iudicetur*. l.3. l. 4.§. ſed quod meretrici.D.de condict.ob turp. cauſ.

Turpiter accipitur quod in hoc accipitur,vt res depoſita,vel commodata reddatur.l.5.D.de tutel.& ration.diſtrahen.l. vlt.D. de condit.ob turp.cauſ. hinc *Turpiter accepta pecunia*, in l.9. D.de doli mali except. & *Turpiter collecta pecunia*. l. 5.D. de tutel. *Turpiter facere*. l. 67. D. ad SC.Trebellian. & contrà *nihil Turpiter facere*. l. 67.D. ad Senatuſconſultum Trebellianum. item *Turpiter faciendum lucrum*. l. 44. §. 1.D.de ædilit.edicto. & *Turpiter feciſſe* dicitur, qui in dando auro ſubiicit æs. l. 36.D de pign. act. ſic *Turpiter vel ſcelere quæſitum*. l.16.§.vlt.D.quod met. cau. *Turpiter viuere*. l. 41. D.de ritu nuptiarum. & *Turpiſſima vita*. l. 43. §. non eſt. D.de ritu nuptiarum.

Tus à tundendo ſine aſpiratione dicitur. Soſipater lib.1.pag. 73.Iulius Modeſtinus θύειν τὸν θεὸν tractum dicit.

TVSCVLANVS *fundus*. l.74. & l.75. §.vlt.D.de verb.obligationib.

TVTELAM Seruius Sulpitius definit, *Vim eſſe ac poteſtatem in capite libero, ad tuendum eum, qui ſe per ætatem defendere non poteſt, iure ciuili datam ac permiſſam. Quam vim & poteſtatem qui habeat, Tutores appellantur*. l. 1. D. de tutel.Inſtitut.de tutoribus in princ. Vis autem de facto & poteſtas de iure intelligitur,vt talis ſit Tutor qui propria imbecillitate non impediatur nec à iuris conſtitutione repudietur. Quales ſunt pupillus, furioſus, & qui perpetuo morbo laborant, qui propter corporis aut animi imbecillitatem tutores eſſe non poſſunt. Item nec fœminæ quæ quanuis ſcirent res pupillares adminiſtrare,& ad id explendum vires habeant,tamen à iuris conſtitutione non admittuntur. item *Tutor* eſt qui pupillum morte patris aut emancipatione ſui iuris factum tuetur. *Tutores vel teſtamentarij ſunt vel legitimi vel ſub inquiſitione dati*. l. 14.§.1.D.de ſolutionib. *Tutor teſtamentarius* eſt qui in teſtamento tutor datur à patre pupilli. qui & *Teſtamenti Tutores*.l. 14.§.1.D.de ſolution. *datiui autem ſunt*,qui à magiſtratibus dati ſunt. l.7.D. rem pup.ſal. fo. l.vlt. C. de legit.tutorib. quales ſunt Attiliani & Iuliani & Titiani tutores. Inſtitu.de Attilia. tutor. qui & *Sub inquiſitione dati tutores vocantur*.l.14.§. 1.D. de ſolutionibus. Sunt & *legitimi Tutores*, adgnati videlicet,quibus lex 12. tabul. vt ſucceſſionis emolumentum,ita & tutelæ onus detulit.

Legitimus Tutor, eſt qui lege præcipiente pupilli tutorem alium non habentis nanciſcitur tutelã,quales proximi cognati. Regulariter tamen traditũ eſt ad quem ſpectat emolumentũ

hæreditatis alicuius pupilli ſi ille moreretur ad eundem pertineat onus tutelæ eiuſdem. eſt & *Tutor fiduciarius*, frater fratris ſui emancipati, quia emancipatione periit ius agnationis ne frater fratris ſui Tutor legitimus eſſe poſſit tanquam proximus agnatus, ſed fiduciarius. Exẽpli gratia, Titius filios ſuos Seruium annis maiorem & Meuium pupillum in poteſtate habuit, emancipauit Meuium, & ipſe eius tutor mortuus eſt, eo mortuo Seruius frater Meuij pupilli fiduciarius eius Tutor eſt. Sunt præterea quidam *Tutores*, qui *honorarij* appellantur. Sunt *qui notitiæ gratia dantur*. Sunt *qui ad hoc dantur, vt gerant*. l. 14. §. primo, de ſolutionibus. *Honorarij* autem dicuntur, qui honoris gratia dantur. l. 60. D. de ritu nupt. l. ſecunda §. 1. D. de adminiſtr. tutor. Qui etſi non gerant, periculo tamen tutelæ ſubiiciuntur. Cæterum honoris cauſa datus Tutor non videtur, quem pater à cæteris tutoribus rationes accipere voluit. l. 26. §. 1. Digeſtis de legitim. tutorib. *Notitiæ* verò *cauſa Tutores* dari olim liberti ſolebant, quòd in familia verſati cognitas ac perſpectas pupilli facultates haberent, & ideo Tutores earum notitia inſtruere poterant. l. 1. §. ſi pupillus. D. de tutel. & rat. diſtr. l. 32. §. 1. D. de teſtam. tut. l. 1. C. de peric. tut.

Tutor dicitur abſtinere pupillum paternæ hæreditati. l. 19. D. ad Senat. Velleian. l. 15. §. vltimo. D. locati.

Pro Tutore negotia gerere qui dicantur expoſui lib. 14.

Tutela ſuſcipi, dari, mandari, geri, adminiſtrari, finiri, deponi. *Tutela*, reddi, reſtitui. dicitur.

Tutelæ actio duplex eſt. *Directa* vna quæ pupillo aduerſus Tutorem: altera *Contraria*, quæ Tutori aduerſus pupillum competit. titul. de contrar. & vt. act. tut.

Tutelam reddere tutelæ rationes reddere Iureconſultis ſignificat. l. ſecunda, §. ei quoque. D. de iudic. l. 21. D. de Tutel. & rat. diſtr. l. vnic. in fin. D. ſi pendent. appell. Dicunt & eodem ſenſu, reſtituere Tutelam. l. 7. §. vlt. l. 28. in fin. D. de adminiſtr. tut. l. 1. §. vltim. D. de vſur. l. 21. in fin. D. de annu. legat. l. 1. §. ex illa. D. ad legem Corneliam de falſ. l. 10. D. rem pupil. ſal. fo. l. penultim. C. de ſuſpect. tutoribus. Sic *Tutelam exigere* & *Tutelam repoſcere*, pro Tutelæ rationes repoſcere, in l. 13. D. de tutel. & rat. diſtr. l. 30. D. de adminiſtr. tut. Et *recipere Tutelam*. Sueton. in Claudio cap. 2. *Diu etiam atque poſt Tutelam receptam alieni iuris & ſine pædagogo fuit*, id eſt, *poſt pubertatem*. porrò

Tutela reddi à tutore dicitur & accipi à pupillo, cum rationes redduntur & accipiuntur. Vide Chirium Fortunatum.

Suæ Tutelæ factus pupillus. l. 9. §. ſi paterfamilias. D. de adminiſtr. & peric. *In ſuam autem Tutelam venire, & ſuæ Tutelæ effici*, eſt ad pubertatem peruenire. l. 7. §. 1. D. de adminiſtr. tutor. l. 8. §. 1. D. de ſecund. tab. l. 39. D. de vulg. & pup. l. 54. in fin. D. de hæredib. inſtit. l. vlt. D. de iur. delib. l. 32. D. de leg. lib. 1. l. 50. D. de leg. 2. Sic in edicto prætoris de miſſione in poſſeſſionem verba hæc, Si pupillus IN SVAM TVTELAM VENERIT, accipienda ſunt. l. 5. §. ait Prætor. D. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Proinde ſi filiæfam. ita legatum ſit, *cùm in Tutelam ſuam peruenerit*, tunc debebitur, cum viripotens facta fuerit. l. 51. D. de leg. lib. 3. Nec verò Iureconſultis tantùm, ſed & aliis Latinis auctoribus huiuſmodi locutio placuit. Cicero quidem cùm aliàs ſæpius, tum in lib. de Orator. ita locutus eſt. *Negarétque niſi poſtumus & natus, & antequam in ſuam Tutelam veniſſet, mortuus eſſet, hæredem eum eſſe poſſe, qui ſecundum poſtumum & natum & mortuum eſset hæres inſtitutus*. Idem in Bruto. *M. Curium cum ita hæres inſtitutus vt pupillus ante natus eſſet quàm in ſuam Tutelam veniſset*. Idem libro 2. de Inuentio. *Quidam pupillum hæredem fecit, pupillus autem antè mortuus eſt, quàm in ſuam Tutelam veniret*. Porrò interdum ea verba ſignificant, cùm in ſuam Tutelam & poteſtatem peruenerit. Quod ex coniecturis erit æſtimandum. Interdum etiam 25. annum hæc verba demonſtrant, ſi ea mens fuerit loquentis teſtatoris. l. 56. in fin. D. de legat. 3. In qua Vlpian. ex voluntate teſtantis aliam atque aliam hæc verba recipere interpretationem docet.

Tutela ciuitatis. l. 2. C. de expenſ. *Tutela operum*. l. vlt. D. de operibus publicis. *ædificiorum*. l. 7. §. vltim. D. ſolut. matrim. *quotidiana Tutela balnei*. l. 35. §. vltim. D. de legat. 3. & *Tutela aquarum* apud Frontin. lib. 2. de aquæductib.

Tutela viæ. l. 30. D. de legat. 2.

Tutela facientis. i. *imminentis contra rigorem fluminis*. l. 1. §. ſunt qui. D. ne quid in flum. public.

Tutelaris cauſa. l. 4. D. de in lit. iur. & *Tutelare officium*. l. 4. C. in quibus cauſ. l. 3. C. de tut. vel cur.

Tutelaris prætor, de cuius officio librum ſingularem ſcripſerat Vlpian. quem Modeſtinus citat in l. 6. D. de excuſat.

Tutelaria

Tutelaria instrumenta.

TZANCARVM, vel TZANGARVM (est enim quædam in scriptura varietas) fit mentio in l. 3. & l. vltim. Quo quenque habitu esse op. in Codice Theod. Et ita fortè apud Vopisc. in Claudio verbum hoc pro *Zanchis* quæ inter vestimenta numerantur, substitui debet. Genus autem quoddam calceamentorum id fuisse, adductus libelli Græci de officiis aulæ Constantinopolitanæ verbis, suspicor, quæ ita habent, ἔτι καὶ ἕτερον εἶδος ὑποδημάτων ἃ καλοῦνται τζάγκια, ἔχοντα ἐκ πλαγίου κατὰ τὰς κνήμας καὶ ἐπὶ τῶν ταρσῶν ἀετοὺς διὰ λίθων καὶ μαργάρων ἅπινα καὶ φορεῖ ὁ βασιλεὺς εἴς τε τοὺς περιπάτους καὶ τὰς προκύψεις, καὶ ὁ ταῦτα ποιῶν οὐ τζαγκάριος, ὡς οἱ ἕτεροι, ἀλλὰ τζᾶγμας ὀνομάζεται. Sed & Moschopul. in lib. περὶ σχεδῶν, Τζαγκάριον vulgò appellari scribit quem Attici σκυτοτόμον, id est, cerdonem coriarium vocant. Planè Imperatorum calceamenta purpurea & φοινικοχρόα fuisse Zonar. Tomo 2. Annal. in Michaëlis Theophili filij Imperio indicat. Εδίδου, ait, αὐτῷ τὰ φοινικοχρόα πέδιλα, καὶ προσέταττεν ὑποδήσασθαι καὶ βασιλέα ἀνεῖπε. Eáque mox, τῆς βασιλείας παράσημα vocat. Idem in Basilio Porphyrogenero, κατανοήσας ὁ βασιλεὺς ἔτι τοὺς πόδας αὐτοῦ ὑποδουμένους ὑποδήμασι φοινικοῖς· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς βασιλείας γνωρίσματα ὁ σκληρὸς ἀπεδύσατο, τὰ δὲ γὲ πέδιλα οὐκ ἀπούθετο, & quæ sequuntur. Guilel. Tyrius lib. 15. de Bello sac. cap. 23. *Exhibita*, ait, *sibi in patris præsentia, & eo mandante Imperiali reuerentia, ocreis, vt mos est in illo Imperio, insignitus purpureis ab vniuersis legionibus certatim Augustus est appellatus.* Idem etiam Nicetas in Annalibus confirmat, καὶ τοῦτον, ait, ἐπικρίνας καταλείψειν τῆς βασιλείας διάδοχον ἐρυθροῦ τε οἱ πεδίλου μετεδεδώκει καὶ βασιλέα ἐδώκει ἀναγορεύεσθαι. Et aliàs, τῷ μὲν προσήκοντι κατὰ γένεσιν, Αλέξιος τῷ δὲ τὸ ὄνομα, πορφυρίδος μετέδωκε καὶ πεδίλοις ἐρύθροις ὑποδεῖσθαι διαφῆκε καὶ συνευφημεῖσθαι οἱ παρεῖχεν ὁπηνίκα ῥωμαίων αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύετο. Hesichius in verbo, σκυτεὺς, sed mendosè, σκυτεὺς, ait, σαγγάριος καὶ καλιγάριος. Interpres Horat. Zangas & Kangas pag. 373.

B. BRISSONII DE VERB. QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE LIBER XIX.

VACARE *bona*. l. 38. D. de iure fisci. l. 5. C. de bon. auctor.

VACANTIA *autem bona* dicuntur eorum, qui sine hærede decedunt, quæ lege Iulia ad fiscum deferuntur. l. 96. §. 1. l. 114. §. quæ intestato. D. de legat. lib. 1. l. 50. D. de manum. testam. l. 6. §. est fisco. D. ad Trebellian. l. 6. §. certè. D. si quis omissa causa test. l. 1. §. 1. l. vltim. D. de success. ed. l. 1. §. Diuus. l. 41. D. de iure fisc. l. 18. D. de vsucapionibus. l. 10. §. vlt. & l. 19. D. de diuers. temp. l. 10. C. de inoff. test. l. 22. C. de appellatio. l. 1. C. de quadri. præscript. l. 1. C. de donatio. inter vir. l. penult. & l. vlt. de vacation. lib. 10. C. Sueton. in Vespasian. cap. 8. Symmach. epist. 41. vocat, *hæreditatem domino nudam*. *Vacantia bona*. Vetus Glossar. Græc. ἄπρακτα, ἀδέσποτα, ἀκληρονόμητα. quæ & *Vacua bona*. & dicuntur *sine domino iacere*. l. 1. in princip. & §. largius. D. de successor. edict. Strabo etiam ἀδέσποτα vocat libro 17. Geograph. quòd dominium, id est, hæredem non habeant. Constantinus verò ἀκληρονόμητα. Sic *Vacantem hæreditatem*, accipe in l. 13. §. 1. item si quis à fisco. D. de petit. hæred. Et *Vacare bona*, in l. 2. in fin. D. ad Tertyllian. & in l. 38. D. de iure fisc. *quorum neque hæres, neque possessor extat, ab eo quòd domino vacua iacent.*

Et *Vacare hæreditas*, in lege 30. Digestis de vulg. & pupil. quæ ab hæredibus scriptis adita non est.

Et *Vacans hæreditas*. l. 13. §. item si quis. D. de hæred. petit. Quomodo & *Vacuam partem* intellige in l. 19. & l. 59. §. 1. D. de hæred. instit. sic & *Vacare pars & Vacans pars*, dicitur in §. videamus. Instit. de hæred. instit. *Eáque est, ex qua nemo hæres scriptus est*. l. ex facto 19. & l. liber homo. 59. D. de hæred. instit. Sic *sextans Vacuus* in l. si ita 8. D. de bonor. possess. sec. tabul. *Vacare quoque portio* dicitur, quæ testamento nulli data est. l. vlt. D. de bon. poss. secund. tab. §. videamus. Institut. de hæred. instit. l. vlt. D. si à parente quis manumiss. *Et Vacare possessio, quæ à nullo detinetur*. l. 37. D. de vsucapionib. vnde &

Vacua traditio pro vacuæ possessionis traditio in l. 20. D. de seruitutib. & *Vacans possessio & Vacuam possessionem adeptus*. l. 3. §. hoc interdictum. D. de itin. actúque priu. l. 32. §. arbitri. D. de receptis. l. vlt. §. 1. D. de donation. l. 37. D. de vsucapionib. *Vacua autem possessio est*, quæ à nemine detinetur. l. 2. §. 1. & l. 3. §. 1. D. de actionib. empt. l. 18. D. de contrahen. empt. & l. 68. in fi. D. dict. tit. l. 52. in fi. l. 75. §. qui id quod. D. de verb. oblig. l. 3. §. hoc interdictum. D. de itin. actúque. l. penult. in fin. D. de acquirend. poss. l. 3. C. eod. tit. l. 4. §. si tu me vi. D. de vsucapion. l. 19. D. de vi & vi arm. Cic. lib. 3. de Orato. *Nostra est, in quam omnis ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam abundantes otio nobis occupatis, immolauerunt*. Quintil. declamatio. 12. *Vndecunque effulsit luerum, sine respectu salus publica addicitur, & in vacuam possessionem fames venit*. Ita *Vacua possessio dari, tradíque dicitur*. & *Vacuam possessionem tradere*. l. 48. D. de act. empti. l. 18. §. si venditorem. D. de acquirend. possess. l. 52. D. de verb. obligat. l. 75. §. quid. D. de verborum oblig. Vacua autem possessio emptori tradita non intelligitur, si alius vel ventris, vel legatorum nomine in ea sit, vel creditores bona possideãt. l. 2. §. vlt. D. de act. empt. Quanquam hi non possideant, sed magis custodiendi & obseruãdi causa in possessione sint. sed & *in Vacuam possessionem inducere dicimus*. l. 33. §. vlt. & *mittere*. l. 34. D. de acquirend. possess. Et in Vacuam possessionem mitti introducive dicuntur, qui in fundi possessionem liberam, & à nemine occupatam introducuntur. l. 3. §. 1. D. de action. empt. l. 3. D. de vsur. l. 32. §. arbitri. D. de recep. qui arbitr. l. 18. §. si venditorem. l. 33. lege 34. D. de acquiren. possess. sic *in Vacuam possessionem intrare*, in l. 4. §. si tu. & *Vacuam possessionem occupare*. l. 4. §. item. D. de vsurp. & vsucapionib. & *in Vacuam possessionem ire*. l. cum fundum. D. de vi & vi armat. *In Vacuam possessionem inductus*. l. Valerius in principio. Ciceron. lib. 4. Rhetoric. ad Herenn. *Vacuum, cum ego adessem, possidere non potuisti. Etenim Vacuus non est fundus qui ab alio possidetur*. denique *Vacuam possessionem relinquere*. l. 52. §. vlt. D. de acquiren. possess. &

Vacans regnum occupare. Iustin. lib. 42.

Vacantes etiam areæ dicuntur quæ nullum vsum ciuitatibus ornatúmque præbent. l. 41. C. de operib. public. sed & *Vacare domus* dicitur, quæ à nullo inhabitatur. l. 22. §. 1. D. de vsu & habit. & *Vacare portio ædium*, item *Vacare locus*. l. 2. D. de decurion. l. 12. D. de decurion. & *Vacua ædificiis, arboribus, vineis, loca*. l. 22. D. de seruit. præd. rust. sic *Vacuus & ædificatus fundus* opponũtur. l. prætor ait, §. 1. D. de operis. eodémque modo *Vacuus fundus*, qui à nemine detinetur & occupatur. l. 33. D. loca. Cornific. 4. Rhet. ad Herenn. *Necesse est cum constet istum fundum nostrum esse ostendas te aut vacuum possedisse aut vsu tuum fecisse*. *Vacare quoque pecunia* dicitur quæ otiosa est, & quæ non occupatur, neque nominibus vel in emptionem prædiorum collocatur. l. 12. in fin. D. de admin. tut. Vnde *Vacua pecunia quæ occupata non est, sed in arca sterilis & otiosa mansit*. l. 24. D. de præscript. verb. l. 28. D. depos. sic *Vacare seruus* qui nullum ministerium præstat. & *qui opus non facit, vel artem exercet*. l. 11. §. si planè. D. ad exhibend.

Vacare, i. feriari, *sic rustici stipulas illectas cum Vacauerint colligunt*. lege 30. §. 1. D. de verborum significat.

Vacare fructus dicitur qui non colligitur. l. 2. §. vlt. D. quibus mod. vsusfr.

Vacare à legatione, i. immunem esse. l. 6. D. de legatio. & *Vacare à nominibus*. l. 2. §. purus. D. de religios. item *Vacare à tutelis*. l. 17. §. penult. & l. 22. D. de excusat. sic *Vacare culpa*, i. carere. l. 3. D. de magistrat. conuen.

Vacare liberis alendis, i. operam dare. l. 5. §. demonstrat. & de iur. immunit.

Vacantes quantum existimo, ab Impp. appellantur, qui nulla iam dignitate funguntur, siue munere excesserint, siue nunquam gesserint. l. vlt. C. vt dignit. ordo seruet. l. vlt. C. de primicer. & secund. lib. 12. *Vacantes* etiam *tribunos*, apud Ammian. Marcell. lib. 31. & Veget. lib. 3. cap. 17. legimus.

Vacuum autem propriè inane significat. Ita *Vacuus locus, Vacuus vterus* pleno opponitur. l. 30. §. penultimo. l. 83. D. de acquirend. hæred. l. 2. §. 1. D. de decurionibus. Ita *Vacuæ tabulæ*,

id est,

id est, nihil scriptum habentes l. 11. D. de iniusto rupt. & *Vacuum testamentum apud Senecam Controuers. vlt.* lib. 2. pag. 278. *Vacua cera* Iustin. lib. 21.

Vacuum ministerium. l. 27. §. si seruus. D. de vsufr.

Vacuum tempus l. 31. §. vacuum. D. de vsufr.

Vacuitas possessionis l. 18. §. vlt. D. de his quæ vt indig.

VACATIO *onerum & munerum.* l. 9. C. quando prouocare. Vacatio autem munerum publicorum excusationem significat. l. 5. §. vlt. in fi. D. de munerib. & honor. tit. de vacat. & excusat. mune. Sueton. in Claudio cap. 55. *Cum decurias rerum actu expungeret, eum qui dissimulata vacatione, quam beneficio liberorum habebat, respondérat, vt cupidum iudicandi dimisit.* Plin. lib. 10. Epistol. *Cum citarem iudices conuentum inchoaturus, Archippus vacationem petere cœpit, vt Philosophus.* sed Vacatio muneris publici non præstat, vt ne magistratus quis creetur. l. 12. D. de munerib. & honorib. Ea verò omnia, quæ extra ordinem ad tempus indicuntur, ab his qui vacationem meruerunt, exigenda non sunt. *Vacatio honoris*, Valer. pag. 162. *Vacatio* etiam *ex l. Iulia Papia* dari dicebatur his personis, quæ necessitate matrimonij contrahendi ad tēpus liberabantur, & interim nihilominus, ex aliorum testamentis perinde atque nuptiis deuinctæ capere poterant. Vlpia. in Institut. tit. 14. *Fœminis*, ait, *lex Iulia à morte viri anni tribuit vacationem, à diuortio sex mensium, &c.* Sueto. in Augusto cap. 34. de lege Iulia, de maritandis ordinibus. *Hanc*, inquit, *cum aliquanto seuerius, quàm cæteras emendasset, præ tumultu recusantium ferre non potuit, nisi adempta demum lenitáque parte pœnarum & vacatione triennij data:* intra quæ vacationis tempora viduam manentem vacantem appellari in l. 5. §. qui vacantem D. ad leg. Iuliam de vi publ. defendi potest. Quanquam & quamlibet viduam accipi posse non ignorem. Quintilia. Declamatio. 15. Siue enim, iudices, malignitas est persuasionis humanæ fœminam vacantem vocare meretricem, seu miseræ nomen, id imposuit aliquis amator. Cor. Tacit. etiam *vacuam mulierem* in eundem sensum dixit lib. 3. Annal.

Vacatio tutelarum, l. 17. §. hæres. D. de excusat. & *vacatio à tributis & à muneribus.* l. 11. C. de excusat. tut.

Vacationem postulare l. 36. §. vlt. D. de excusat.

VACILLARE *fides anceps* dicitur in l. 27. §. 1. D. de lege Corn. de falsis. vt & *non vacillante testimonio* l. 14. D. de quæst.

VADES dicebantur, vt Varro lib. 5. de ling. Lat. & Festus lib. vlt. ostendunt, *qui reū capitis sistendum spondebant.* Qualis fuit ille Damon, de quo Cic. lib. 3. Offic. meminit. Auson. in monosyllab. *Qui subit in pœnam capitali iudicio, Vas.* Sed tamen quicunque pro altero vadimonium etiam in ciuili causa & in priuatis iudicijs extra capitalem causam promittebat, Vas appellabatur. Acron ad illa Horatij verba lib. 1. Sermon. Satyr. 2. *Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem. Vadibus*, ait, id est *sponsoribus*, à vadimonio, quo promittit is, qui ad iudicium prouocatur certo die se adfuturum. fic *dare vadem* apud Cicer. libro 11. de finib. *Vades* autem ideò dicti, quod qui eos dederat, vadendi & discedendi habeat potestatem. Inde *Vadimonium* non sponsionem modò alterius sistendi, sed & constitutum diem significat, quo quis se iudicio sistere debebat. ad quam diem, qui iudicio adsunt, vadimoniū obire, & ad vadimonium occurrere à Latinis dicuntur. Cicer. prò Quintio: *Vadimonium non obijt quidam socius & affinis meus.* Plin. lib. 8. Epistol. *An si litibus terrerer, obstrictum me esse crederem obeundi. sic obire vadimonium Cicero ad Atticum* pag. 203. vadimonia Sueton. in Calig. cap. 39. *Et litigatorum plerique quod occurrere absentes ad vadimoniū non possent, causa caderent.* idem Plin. in præfat. Histor. natural. in Gaio. Obire vadimonia. Ioseph. lib. 16. cap. 10. ἐγγύας ὁμολογεῖν. pag. 498. Obire ad vadimonia Plinius Epist. 12. lib. 8. Obeunt ad vadimonia mea. Ausonius Paulino, *Et promissa obiens vadimonia Damon.* Festus autem *obire vadimonium, ire ad vadimonium* interpretatur, quòd veteres Ob, pro Ad, ponere solebant. *Vadimonio* etiam *sistere* dixit Apuleius lib. 9. de Asino aur. Agell. lib. 2. cap. 14. Dionys. Halicarnass. lib. 10. ἐγγυτὰς τῆς ἀφίξεως vocat. *Concipere Vadimonium* Cicer. in Epist. ad Trebatium. lib. 7. pag. 274. *Nam qui vadimonium conciperet præter te nemo erat. Vadimonia fieri Liuius* lib. 23. & pro Quintio *Differre vadimoniū* Cicer. ad Attic. lib. 2. & pro Quintio. & Iuuenal. Satyr. 3. Et Plin. lib. 7. cap. 53. *Iudex Vadimonium non differret. Deserere vadimonium, Vadimonium promittere.* Seneca lib. 3. de Benefic. *Vadimonium promittimus: tamen deseritur. Non in omnes datur actio, deserentem vis maior excusat.* Plutarch. in Apophthegmat. ἐγγύας ὁμολογεῖν ait, vbi de Scipione. Nam actor reū vadabatur, siue vades ab eo hoc nomine postulabat, & ab illis, vt à reo, pœnam stipulabatur ne vadimonium promissum obiret, aut ni sese reus sisteret.

Vadari verò erat vadem dare aut stipulari vadimoniū & poscere. Cicer. pro Quintio

Vadari reus promittit. Plaut. Aulular. *Homo ad Prætorem plorabundus deuenit, ibi infit, postulare plorans eiulans vt liceret Miluium vadarier.* Horatius. *Et casu tunc respondere vadato.* id est, ei cui vadem dederat me, & qui vadē ab eo acceperat, & non cuiuis respondere debebat. item quæ in Plaut. Curcul.

VADO *transiri flumen* l. 17. §. sic etsi. D. de aqua & aqu. pluu.

VAGARI *per orbem terrarum* l. 20. §. vlt. D. de oper. libert. *Vagari in crimine.* leg. 7. D. de dolo. l. 16. D. de dolo.

VALENS *citatur à Paulo* in l. 82. D. de legat.

VALERE *maiore.* l. 5. C. de his qui vi. sic *Valent facultates.* l. 61. D. de iure dotium. & *patrimonium.* l. vlt. C. de magist. cōuen. item *Prædia valeant decem.* l. 7. §. eleganter. D. de donat. inter virum. & *Valere res* dicitur, l. 2. C. comm. diuid. & *quatenus res valet.* l. 55. D. de donat. inter. item. *pluris quàm res valet.* l. 17. D. de act. empt.

Valentem quinque. l. 11. §. denique. D. de pecul.

Valuit sententia. l. 33. §. vlt. D. de adqui. rer. dom.

VALETVDO est τῶν μέσων. nam aut est integra, aut aduersa. l. vlt. D. de iniusto rupt. leg. 61. Digestis de his qui sunt sui. item *bona aduersa,* vel infirma. de *Valetudime bona* in l. 35. §. 1. D. de donat. de Aduersa quæ illi cōtraria est l. 4. §. Stichus. D. de statuliber. §. itē propter Instit. de excus. tutor. l. 4. §. si in arbitrū D. de doli excep. & l. 53. § 1. D. de re iudicata. & l. 2. §. si quis aduerso. D. si quis cautionib. iud. sist. & Valetudo verbum simpliciter pro latum frequentissimè pro morbo sumitur. l. 6. D. de statu homin. l. 16. §. vlt. D. de adopt. l. 9. D. de liber. & postum. l. 1. §. vlt. vnde cognat. l. 17. §. de sponsal. l. 9. §. 1. D. de probat. & l. 6. §. vlt. D. qui test. fac. poss. l. 61. D. de donat. inter vir & vxor. Paul. lib. 5. Sent. tit. 12. porro, *Valetudo* tam mentis quàm corporis dicitur. l. 45. §. vltim. D. de excusationib. *Valetudine corporis laborantes.* l. 6. §. vlt. D. de agnosc. & alen. & *Valetudine graui adfici.* l. 3. D. ad Senatusconsultum Silan. item *Valetudo podagræ.* l. 13. C. de decurion. l. 3. C. qui morb. se excus. sic *Valetudo subita* Paul. l. 2. Sent. tit. 15. & *Valetudinis causa vngi.* l. 25. §. vlt. D. de aur. & arg. sic *per Valetudinē non posse,* l. 10. D. de auct. & cons. tuto. & *Valetudine impediri & destringi.* l. 1. §. vlt. D. quod cuiusque vniuers. nom. leg. 20. & lege 40. D. de procurator. & l. 17. §. idem Iulianus. D. de iniuriis. l. 23. §. vlt. D. de hæred. instit. l. 15. D. de oper. libert. l. 23. D. de obligat. &. *Valetudine impeditus* l. 21. §. si quis ex litigator. D. de recep. qui arbitr. l. 15. D. de iureiur. & l. 14. D. de re militar. *Valetudine prohibitus.* l. 2. §. Si quis iudicium. D. si quis caut. iud. sist. l. 40. D. de excusationib.

in ea Valetudine esse l. 5. §. item si. D. de agnosc. & al. *in eadem valetudine perseuerare.* l. 43. D. de vulg. & pupil. *ex eadem Valetudine decedere.* l. 35. §. mortis. D. de mort. caus. donationibus.

Valetudinis impendia. 45. D. de vsufruct. seu *impensæ.* l. 18. §. 2. D. commod. *in Valetudine mancipiorum modicæ impensæ.* l. 12. D. de impens. in res dotal. quod quis *in Valetudinem seruorū impenderet* in l. 2. D. dict. tit. qui & *Valetudinis sumptus,* id est in salutem & sanitatem facti appellantur. l. 27. §. rupisse. D. ad leg. Aquil.

Valetudinarius. l. 40. D. de excusat. l. 12. §. fin. D. de re milit.

Valetudinarij. i. qui circa ægrotos perpetuò sunt occupati in Valetudinarijs. l. 9. D. de iure immunit.

VALERIVS *Seuerus.* l. ex facto. 3. D. de negot. gest. & l. 8. D. de procurat.

VALIDVM *pactum.* l. 46. D. de pact.

sic *Validè stulta.* l. Domitius. D. de testam. & *non Validè sapienter.* l. 4. §. idem Pomponius D. de ædilit. edict.

VALLVM *Vetus Glossarium* χαράκωμα, ἐστὶ τὸ περίφραγμα ὃ περιεβάλλοντο τινὲς στρατοπέδῳ ἐπὶ σωτηρίᾳ.

VANVS *timor.* l. 13. D. de re iudicata.

VARIA *ademptio.* l. 26. D. de adim. legat. *Variæ causarum figuræ* l. 1. D. de obligat.

Variarum lectionum libri, quales scripserat Pomponius, vt ex Indice Pandectar. Florent. apparet *Variarum quæstionum.* lib. 5. Pompon. l. 44. de acquir. possess. *Variæ sententiæ iudicium extiterunt.* l. 76. de legat. 2.

Varij & dolosi. l. 1. D. de dolo.

Vario modo fateri. l. 1. §. Quæstioni. D. de quæstion.

Varius mos. l. 33. D. de diuers. reg.

Varij numeri. l. 2. C. de suo & legit.

Varium

Varium fuit. l. 140. §. 1. D. de verb. oblig.

Varia teſtimonia. Paul. lib. 5. Sent. tit. 13. & *Varie teſtimoniũ dicere.* lege qui falſo. D. de teſtib.

Varie accipi. l. 195. D. de verb. ſignificat. *Varie tractatum eſt.* l. 4. D. de captiuis *Varie iudicari.* l. 8. D. de liberali cau. & *Variè ſtatui pœna.* l. 6. D. de extraord. *tam varie.* l. 15. vlt. D. ad leg. Aquil. *hæc tam variè.* l. 17. D. de minorib.

VARIARE lege 4. §. eleganter. & l. 7. D. de leg. commiſſ. & *Variare in apppellatione.* leg. 65. §. vlt. D. de verb. oblig. *Variat.* l. 17. D. de hæred. inſtit. *Variatum eſt,* l. 32. §. quæſitum. D. de receptis. in leg. Dei tit. 15. Paul. lib. 3. Sent. tit. 1.

Variatum reſcriptum. Paul. lib. 4. Sent. tit. 6.

Varietas ſucceſſionum. l. 1. C. finium regundor.

Varietas exiſtit. l. 11. §. ſi filio. D. ad leg. Falc.

Varietas autem proprie in diſparibus coloribus dicitur cum transferturin multa diſparia, ait Cicer. lib. 2. de finib. ſic poſt multas varietates obtinuit &c.

Poſt multas varietates placuit. l. 55. §. vlt. D. de legat. 2.

Varietatem habebit. l. 90. D. de condic. & demonſtr.

VARVS *Iuriſconſultus.* l. 10. D. de liberali cau.

VAS Vadis Vide S. in Vadem.

VAS *certam menſuram capiens.* l. 6. §. ſi vas. D. de act. empti.

VASIS *legatis* non ſolùm ea continentur quæ aliquid in ſe recipiant, edendi bibendique cauſa paratum, ſed & quæ aliquid ſuſtineant. Et ideò ſcutellæ vel promulſidaria repoſitoria quoque continebantur. Vaſorum enim generalis appellatio eſt. Dicimus, vaſa vinaria, vaſa naualia. lege 19. §. argento. D. de auro arg.

Vaſa argentea. l. qui vas. D. de furt. *Vaſa oſcaria, potoria.* Paul. lib. 3. Sent. tit. 7. *Vaſa vinaria.* l. 17. D. de act. emp. & l. 93. §. collegio. D. de leg. 3. *olearia* & alia. *Vaſa pura* & *cælata* opponuntur. l. ſi in rem. 6. D. de rei vendicat. *Vaſa Corinthia.* l. hæres meus. §. qui Corinthia. D. de leg. lib. 3.

Inde *Vaſcularius,* qui vaſa conficit. l. 20. §. vlt. D. de præſcript. verb. l. penul. D. de auro, arg. l. vlt. D. de obligat. & action. & in inſcriptione Ro. quam hic adiec..... & *Vaſcularij artifices cælatores* Cicero pro Fonteio.

VBERA. *Vberibus ali infantes.* l. 1. §. ad nutricia. D. de extraord. cognit.

VBERES *anni.* l. 15. §. Papin. D. locati. *minus vberes prouentus.* l. 6. D. de extraord. criminibus. item *Vberiore reditu.* l. vlt. de iure dotium. & *Vberem dotem.* l. 4. D. de pact. dotal. & *Vberior actio.* l. 1. D. de in rem verſo. *Vberior merces,* l. 8. D. locati. *Vberior ſcriptura.* l. 217. D. de verb. ſignif. *Vberior ſors.* l. 14. C. de vſur.

Vberius legatum. l. 12. §. ſed ſi fundus. D. de inſtr. vel inſtru. l. 24. §. proinde. D. de fideicomm. libert. & l. 88. §. vlt. D. ad leg. falcid. & *Vberrimum legatum.* lege 54. D. de legat. 2. *Vberius pretium.* l. 4. C. de fide inſt. & amiſſ.

Vbertas ſterilitati opponitur, l. 8. D. locati. & l. 15. §. Papinianus. D. eod. *Vbertas anni.* l. 26. D. quando dies legatorum, & *Vbertas annorum.* l. 8. D. locat.

VBI pro in quo. l. 1. D. de excep. rei iud.

VBIQVE pro vbicunque in l. 77. D. de contrah. empt. & ſæpe in C. Iuſtiniani. Liuius lib. 45. *Literáſque omnes quæ vbique depoſitæ eſſent & pecuniam regiam conferri.* Quibus ex locis rectè Cuiacius præceptor meus pro ibique legit *Vbique* in l. Vrbana. D. de verbor. ſignificat. Sic *cuiuſque* pro *cuiuſcúmque* in l. 7. §. ſi quis. D. de liber. cauſ.

VECTIGAL *quod in itinere præſtari ſolet.* l. 21. D. de donat. inter virum & vxorem.

VECTIGAL autem vt & ipſa appellatio oſtendit, propriè dicitur, quod pro inuectione, vel euectione mercium debetur. Rubr. de public. & vectigal. Sed tamẽ generaliter publica vectigalia accipimus, ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt *vectigal portus, vectigal octauæ, venalium rerum.* Item, *ſalinarum & metallorum, & picariarum.* l. 17. l. 203. D. de verbor. ſignificat. l. 59. §. 1. D. de hæred. inſtit. l. 2. C. quæ res vendi. Species verò ad vectigal pertinentes, enumerat Iureconſultus, in l. vlt. §. ſpecies. D. de publican. in qua credibile eſt de ſuo Tribonianum nonnulla inferſiſſe. ſed vectigalia illa publica ſunt. l. 9. §. ſunt autem. D. de pœnis. hinc *Vectigal reipub.* l. 9. D. de reſcind. vendit. & *Vectigalia fiſci.* l. 8. D. de vacat. & excuſ. *Vectigalia fiſci conducere.* l. 1. C. quib. munerib. item *Vectigal neceſſarium* Paul. lib. 4. Sent. tit. 6.

Vectigalis fauor. l. 1. §. 1. D. vt in flum. publ.

Vectigales agri ciuitatium, ſeu *municipiorum,* vocantur, qui manẽte apud municipes dominio in perpetuum locantur, id eſt, hac lege, vt tamdiu pro his vectigal pendatur, quamdiu

neque ipsis, qui conduxerunt, neque his, qui in locum eorum successerunt, auferri eos liceat. l. 1. D. si ag. vectigal. l. 11. §. 1. D. de publican. lege 71. §. vltimo D. de leg. lib. 1. Sueton. in Iulio. cap. decimoseptimo. Agro vectigali immunem opponit Hygenus lib. 2. de Limitibus constituendis, quo ex libro hæc subijcienda duxi, *Vectigales autem agri sunt obligati, quidam R P. P R. quidam Coloniarum aut municipiorum, aut ciuitatum aliquarum, qui & ipsi plerique ad* P. R. *pertinentes ex hoste capti partitique ac diuisi sunt per centurias, vt assignarentur militibus quorum virtute capti erant amplius quã destinatio modi.* Vectigales agri Vetus Glossarium Græcum; εἰσὶν ἀγροὶ πόλεων δικαίως μισθώμενοι ὅτι τοιούτῳ τρόπῳ καὶ ὅρῳ ἵνα ἐφ' ὅσον δίδεται τὸ ὑπὲρ αὐτῶν βεκτιγάλιον τέλος μὴ ἐκβάλλωσι, μήτε αὐτοὶ μήτε οἱ παρ' αὐτῶν εἰς τοῦτον αὐτῶν ὑποκείοντες. Vectigales quoq; agros populi Romani appellabãt, qui ex hoste capti, vectigalibus subiiciebãtur, mãcipibúsque vel in singula lustra, vel in annos centenos locabantur vt Hygen. in lib. de limitib. constituen. docet. hinc & *Vectigales ædes & vectigale prædium.* l. 15. §. si de vectigal. D. de damno infect. l. 16. §. vlt. D. de pign. act. l. 10. D. famil. ercisc. Ita & Vectigalem fundum accipe in lege prima. D. de condictio. triticar. lege 16. in fin. D. de pignerat. act. lege 16. D. de seruitutibus. lege 4. §. finium. D. fin. regund. lege prima. D. quibus mod. vsusfruct. amitt. lege septima. D. commun. diuid. lege 23. §. 1. D. de aqu. & aq. pluu. lege 5. §. bonorum. D. vt in possess. legator. l. 1. §. vltimo. D. vt in flum. publ. l. si fundus, §. vlt. D. de legat. lib. 1. & lege Meuius. D. de legat. lib. 2. lege 219. D. de verb. signifi. lege prima C. de administ. rer. publ. *Vectigales municipiorũ fundos.* lege 71. §. vltimo. D. de legat. 1. vnde & *Vectigal prædij* lege cum seruus. §. hæres. D. de legat. libro 1. & lege septima. §. penult. D. de vsufruct. & *Vectigal fundi* pro reditu. lege 59. §. vlt. D de vsufruct.

Inde *Vectigalis actio*, quæ de vectigali fundo possessoribus proposita est. lege 15. §. si de vectigalibus. D. de damno infecto. lege 66. D. de euictionib. Proprias enim Prætor his in rem proposuit actiones loco domini eos habens, licet domini non sint. lege prima. D. si ag. vectig. l. §. in fi. D. arb. furt. cæs.

Vectigalis conductor in l. fideiussores. D. de fideiussoribus. qui & *Vectigalia exercere*, dicitur in l. qui noua. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi public.

VECTORES qui loca in naue conducunt. l. 2 D. de leg. Rho. & naui vehuntur. lege prima §. vltimo. lege 3. l 5. D. nautæ, caupon. l. 1. in fin. D. furti aduers. &c.

VECTVRA merces est quæ à vectoribus soluitur. lege 62. D. de rei vendic. l. 61. D. locati. lege 21. D. de oper. libert. ita *Vectura itineris sui vxori data.* lege 21. D. de donat. inter vir. & vxor. *Vectura iumentorum.* lege 6. D. qui potior. in pignor. item *Vectura iumentorum & carrucorum.* lege 52. §. si quis ex sociis. D. pro socio. *Vectura mercium, vestimentorum, pecoris* leg. 4. §. vlt. D. nautæ caup. & *Vectura nauis* Paul. lib. 5. Sentent. tit. 26. *vel nauium est*, lege 55. D. de condict. indeb. & lege vltima. D. de leg. Rhod. item, *iumentorum & camelorum* lege 29. D. de petit. hæred. lege 62. D. de rei vend. lege 15. §. item cum quidam D. loca. l. 52. §. si quis ex socijs. D. pro soc. lege 39. §. primo. D. de legat. lib. 1. l. 13. §. si fructibus. D. de act. empt.

VEHI *certum pondus* l. 4. §. 1. D. de seruit. *Vehi sella aut lectica.* l. 7. D. de seruit. præd. rust.

VEHICVLARIS *cursus.* l. vlt. D. de munerib. & honoribus.

VEL pro *etiam* l. 1. de pignor. l. 4. §. sed & filiusfamilias. de edendo. l. Iulianus scribit in fi. D. ad exhib. l. alimenta in fin. D. de agnoscend. vel alend. liber. l. si quis 29. D. de pecul. & l. sed & si quis alius est. l. adhuc. §. si operas. D. de vsufruct. l. 20. §. 1. D. quod vi aut clam. l. 2. §. si in re. D. vi bonor. rapt. Pro *saltem* l. si patronatus. D. de ritu nupt. l. si vxor. §. si minor. l. vim passam. §. nupta. D. de adulter. Et è contrario *Saltem* pro *vel*, id est, etiam, in l. domini. D. de contrahend. emptio.

VELA habebantur apud veteres, quæ in ædibus vel vmbræ gratia, vel arcendi frigoris ventique excludendi causa obtendebantur. l. 17. §. qua pictæ. D. de actio. empt. l. 41. §. itẽ hoc prohibetur. D. de leg. lib. 1. l. 12. §. si domus. D. de instruct. vel instrument. vbi etiam *vela cilicia* ideo parari scribitur, ne ædificia vento vel pluuia laborẽt. Martial. lib. 4. Epigrãm.

Sit licet & Ventus, te tua vela tegent.

Seneca lib. 4. Natur. quæstio. *Itaque quamuis cœnationem velis ac speculariibus muniant, & igne multo doment hyemem.* Suet. in Calig. cap. 26. *Reductis interdum flagrantissimo sole velis emitti quenquam vetarent.* Tertullian. in lib. de habitu muliebri, de Parthis & Medis loquens. *Sed & parietes Tyrijs & hyacinthinis & illis regis velis quæ vos operosè resoluta transfiguratis pro pictura abuntur.* Sic *velum in Mæuiano immissum*, in lege 2. §. cùm quidam. D. ne quid in loco publ. &

cubicula

cubicula obductis velis opaca apud Plinium lib. 7. Epistol. ad Cornutum. *Vela theatri* apud Propertium. lib. 3. & 4. Elegiar. quæ apud Ouidi. lib. 3. Metamorphos. *aulæa* appellantur. Chrysostomus Homil. 2. in Epist. ad Ephesios, τὰ ἀμφίθυρα vetus interpres vertit *vela*, quæ vela in hypætris extendebantur, alia circa columnas habebantur, vt ostendit lex 12. §. de velis. D. de instruct. & instrum.

VELAMENTVM lege 2. C. sentent. rescind. id est, prætextus, l. solo 31. C. de liberal. caus. l. error facti §. vltimo. C. de iur. & fact. ignorant. Vtitur hoc verbo Tertullianus in lib. de corona militis nu. 12. in apolog. pag. 873. & in lib. de fuga in persecutione nu. 6. vbi *Velamentum timiditatis*. sic *Velamentum absentiæ*. l. 4. C. de postulando. *captiuitatis*. l. 1. C. de collus. deteg. *causæ* l. 1. C. de repud. bon. possess. & *matrimonij*. l. 27. C. ad l. Iul. de adult. denique *Velamenta rusticitatis*. lege 1. C. de interdict. matrimon.

VELLE apud Iureconsultos est, expressis & disertis verbis testari & profiteri se velle, vt ex diuerso, *Nolle* est vetare & contradicere, & ita declarare. Inter hæc medium verbum est *Non nolle*, id est, pati & tacere. lege prima §. scientiã. D. de tributor. *Eius autem est non nolle qui potest & velle*. lege 3. D. de diuers. regul.

Velle non creditur infans, pupillus, furiosus, prodigus: item is qui imperio patris vel domini obsequitur. lege 4. lege 40. & l. 189. D. de diuers. regul. iur. Itaque in lege Papia, si impubes sit patronus, voluntate eius non videtur liberta nupta, si tutoris auctoritas non accesserit. lege 13. in fi. D. de oper. libert.

VELLEIANO Senatusconsulto, quod M. Silano & Velleio Tutore Coss. factum est, fœminis alienam in se obligationem suscipientibus subuenitur. lege prima & lege secunda. D. ad Senatusconsultum Vellei. Appellatur *Senatusconsultum de intercessionibus* in lege 9. lege 10. l. 19. C. eo. tit.

VELVT, improprietatis vel fictionis nota est. Sic *velut hæredes* dicuntur bonorũ possessores, & cæteri honorarij successores, quoniam hæredes sola lex vel constitutio principis facere potest. l. 1. D. de possess. hær. petit. §. quos autem. Instit. de bon. possess. *Peculium veluti patrimonium* esse dicitur. l. 32. §. 1. l. 39. D. de pecul. quoniam patrimonium subiectæ alieno iuri personæ non habent. itẽ *Velut longæ possessionis prærogatiua*. l. apparet. §. si quis. D. de itinere. vt & *Veluti possessor iuris*, dicitur. l. 1. D. de hæred. pet. & l. vlt. D. si pars hæred. petat. l. 16. §. penult. l. 18. §. si quis. D. de petit. hæred. quoniam iuris possessio propriè nulla est. Pari ratione & *interdicta veluti possessoria* de iuribus prædiorum constituta dicuntur. l. 20. D. de seruitutib. Et *Velut longa possessio*, quæ vsu nititur, qui in rebus incorporalibus possessionis vicem repræsentat. l. 5. §. penult. D. de itin. actuque. l. 20. de seruitutib. *Velut Muciana cautio* l. 91. D. de conditio. & dem. quæ ad exemplum Mucianæ comparata & introducta est. *Velut Vti possidetis interdictum* pro vtili interdicto in l. 1. §. proponitur. D. de superficieb. & *Velut pacto transegisse* dicitur, qui contentus fuit pignora in creditum possidere. l. 13. §. si pignora. D. de re iudic.

VENÆ *aquarum* l. 1. §. penultim. D. de fonte. l. 21. D. de aqu. & aqu. pluu. item, *Venæ fontis* in l. 34. in fi. D. de seruit. rust. & *putei* in lege 24. §. vlt. D. de damn. infect. *Venæ metallorum & lapidicinarum* in l. 13. §. inde est quæsitum. D. de vsufru. & *venæ saxorum* in l. 2. l. 10. de metallar. in C. Theod. Sic & *vena ferri* in l. 1. de fabricensib. lib. 11. C. vbi tamẽ vulgò mendosè venerabilis, pro venæ nobilis legitur, quemadmodum arguitur ex l. 2. eodem tit. in Codice Th.

VENALIVM *nomen* quemadmodum Quintilia. lib. 8. cap. 1. scribit, *cùm commune sit omnibus rebus quæ mercis numero habentur, tamen peculiariter seruis nouicijs tribuitur*. l. 11. D. de negot. gest. inde *Venales Asiatici*. Cic. lib. 7. in Verrẽ. sic *Venalium greges* accipe apud Varro. lib. 1. de re rustica. cap. 11. Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 12. *Mercator vrbibus prodest, medicus ægrotis, mango venalibus*. idem lib. 11. *Detrahis vestimenta venalibus, ne quæ vitia corporis lateant*. Plin. lib. 35. cap. 17. *Est & viliſsima, qua circum perducere ad victoriæ notam, pedesque venalium trans mare aduectorum denotare instituerunt*. Quintil. Declamatio. 338. *Cùm fortè videret puerum venalibus interpositum, & cognouit, & adgnitus est*. Sueto. in lib. de clar. Rhetorib. *Venalicij cùm Brundusij gregem venalium naui educerent, formoso & precioso puero, quod portitores verebãtur, bullam imposuere*. Cic. in de Oratore, *Diuitiæ quibus omnes* A *multi venalicij mercatoresque superaris*. Quem locum citat Nonius Marcellus in verbo, Venalicij. vbi *Venalicios* ait *esse venditores*, vt M. Tullium. Inde *Venalicia familia* apud Vlp. in l. 31. §. vlt. D. de donatio. inter vir. quæ venalis habetur. Sueto. in Augusto, cap. 42. *Magnâ verò quondam sterilitate ac difficili remedio cum venalicias & lanistarum familias vrbe expulisset*.

Et *Venalicium* in lege vltima. Digestis de ædilit. edicto. Et *Venalicia* multitudinis numero in lege 5. §. vltimo. D. de iur. delib. Inde *mangones*, id est, *mancipiorum negotiatores, qui seruorum negotiationem exercent*, *Venaliciarij appellantur*. lege 207. D. de verbor. signific. lege 1. §. 1. D. de tributor. lege 37. 44. §. 1. D. de ædili. edict. lege 57. D. manda. *quos venaliciariam vitam exercere* Vlp. ait in lege 73. §. vlt. D. de leg. lib. 3. *Mango venalium* Plinius lib. 7. cap. 12. & *Mangones venalicij*. lib. 21. cap. 26.

Venalitia matrimonia. lege 2. D. de donationib. inter vir. & vx. lege 5. §. vlt. D. de iure deliberandi.

Venale beneficium. lege 20. D. de bonor. possess. cont. tab.

Venale concordium. lege 27. D. de pact. dotal. *Venalem possessionem habere*. lege 1. C. de rer. per mutat. *Venales res accipere*. lege 19. C. mand. vel contra. *Venales sententiæ*, lege 7. C. quando prouocare, *Venalem formam passim exhibere*, lege 22. C. ad leg. Iul. de adulter. *Venalis stipulatio*. lege 1. §. quæ onerandæ. D. quarum rerum actio.

VENATIO edi dicebatur cum in harena populo bestiarum venatio exhibebatur. lege 122. D. de legat. lib. 1. l. 1. §. bestias. D. de postulat. lege 4. §. fin. D. de administr. rer. ad ciuit. Vnde *Venatorius ludus* in lege 8. §. vltimo. D. de pœn. & *Venatio* pro *ludo bestiarum*, in lege qui dolo. D. ad leg. Iul. de vi public. seu pro bestiarum pugna apud Gellium lib. 5. cap. 14. *Venatio ludiaria* apud Trebellium Pollio. in Gallienis. Venatio Vetus Glossar. Græc. κυνηγὸς καλεῖν ἐν τῷ νόμῳ τοὺς θηρομάχους.

Est & alia *Venatio* de qua in leg. Venationem. 26. D. de vsur. & fruct. quæ priuata est & quandoque fructuum appellatione venit. huc pertinet lex 12. §. si in agro venationes sint. D. de instruct. vel instrumen. leg. hinc *Venatores serui* in d. §. si in agro. & in lege seruis. 99. §. 1. D. de legat. libro 3. Et *Venatorium instrumentum*, leg. 12. §. si in agro. D. de instr. vel instrum. Et apud Paul. lib. 3. Sentent. de hac omni venatione intelligenda sunt verba *Venatum mittere*, in lege 12. §. 1. D. de re milita.

VENDERE Verbum ad omnem alienationem pertinet, sed propriè ea est quæ pretio & re inter se commutatis fit. vnde magna differẽtia est inter vendere & rem vendẽdã dare, nam si lancem tibi dedi vel massam auri vt eam venderes & nummis vtereris, neque venditio neque mutuũ, sed mutuum conualescit postquã nummi ex venditione redacti sunt, lege rogasti 11. D. de reb. creditis. periculũ autemrei interim eum spectat cuius caussa res ad vẽdendum data est. nam qui rem vendendam accipit vt pretio vteretur, periculo suo rem habet. l. 4. in pr. D. de reb. cred. maximè si sine vsuris credita est, & dominis aliàs rem vendendi propositum non habuerit.

Venditionem facere. lege 56. D. de administ. & peric. & pati vide in pati.

VENDITIO pro re vendita accipitur in l. eum qui. de in diem addict. lege is qui in puteum. §. si fundus in diem addictus. D. quod vi aut clàm. Sic & emptio, & donatio, & furtum accipitur.

Venditrix. l. vlt. D. de leg. commiss. l. 3. C. de reb. alien.

VENDITARE sententiam. lege 15. §. idem. D. de iniuriis. i. Venalem habere.

VENDICATIO est cum vendico rem, idest dico rem meam esse.

VENENVM τῷ μέσον ἐστὶ, vt secundum Vlp. in l. 1. §. persuadere. D. de seruo corrupt. loquar. id est, medium nomen est: quemadmodum φάρμακον apud Græcos, ideoq; qui venenum dicit, adijcere debet, vtrum bonum an malum. Nam & medicamenta venena sunt, eoque nomine continetur omne, quod adhibitum eius rei naturam, cui adhibitum est, mutat, siue id ad sanandum, siue ad occidendum paratum est. Venenum quid Quintilian. Declam. pag. 329. D. de verbor. signific. l. §. 1. D. ad leg. Cornel. de sicar. Vnde apud Cice. lib. 3. Offi. vbi vulgò, Qui vinum fugiens vendit sciens, in vetustis codicibus, quos quidẽ mihi legere contigit, omnibus venenum fugiens legitur. id est, medicamentum. Non. Marcellus. *Medicinam* ait, & *Venenum dicimus: tractum à Græcis qui Venenum* φάρμακον appellant. Quod antiquorum exemplis comprobat. Similiter Seruius in 1. Georgic. ad illa verba, *Ille malum virus, Bene*, ait, *addidit malum, ad discretionem. Nam Virus & bonum & malum est, sicut Venenum quod idem est. Venit autem à Græco. Nam illi* φάρμακον *medium habent, id est, bonum & malum*. Inde adeò eius veneni quod nocet, mali adiectione distinctio fit lege 9. §. 1. D. ad leg. Aquilliam lege 35. §. veneni mali. Digestis de contrah. emptione. lege septima. Digestis de lege Pompeia. de parricid. lege quarta paragrapho primo. Digestis famil. erciscund. Et huiusmodi venenum Quintilianus Declamatio. 350. interpretatur *potionem mortis*

causa

cauſa datam. Inter venena autem cantharidas Tertull. lib. 1. aduerſus Marcio. ponit. Nec diſſentit Marcia. in l. 3. §. alio ſenatuſconſulto. D. ad leg. Cornel. de ſicar. ita *Venenum per vim infuſum*, in lege 1. §. occiſorum. D. de Senatuſconſultum Silan. *Venenum conficere*, l. 1. §. 1. D. ad l. Corn. de ſicar. & *Veneno peremptus*, l. 9. C. de his quæ vt indign.

Inde *Venenarij* intoxicatores, & qui venena miſcent. l. 29. §. venenarij. D. de pœn. Tertull. in Apologet. cap. 43. *Nam ſi qui forte verè de ſterilitate Chriſtianorum cõqueri poſſunt, primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ſicarij, venenarij, magi.* Idẽ in lib. de pudicitia: *Vt Tragœdias omittã, ſciunt hodiè venenarij, ſciunt magi.* Sueto. in Nero. cap. 33. *Britannicũ veneno aggreſſus eſt quod acceptum à quadam locuſta venenariorum indice, cum opinione tardius cederet, ventre modò Britannici moto, mulierem ſua manu verberauit.* Quod idem Corn. Tacit. lib. 12. refert. Vtitur etiã hoc verbo Iul. Firmic. lib. 6. cap. 19. hæc eo pluribus exemplis confirmo, quòd in huius verbi interpretatione lapſum Baptiſtam Pium in poſterioribus Annotatio. video.

VENERABILES domos locáſque in conſtitutionibus recentiorũ Impp. exaudire oportet, Eccleſias, xenones, ptochotrophia, noſocomia, brephotrophia, orphanotrophia, & alia id genus. l. 18. l. 19. C. de ſacro. eccleſi. lege 33. & lege 37. C. de epiſc. & cler. Quorum verborum interpretationem ex Iuliano Patricio hic adſcribam: *Xenodochium*, ait ille, *eſt locus venerabilis in quo peregrini ſuſcipiuntur.* Appellant etiam *Xenonem. Ptochotrophium eſt locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri paſcuntur. Gerontocomium eſt locus venerabilis, in quo pauperes & propter ſenectutem ſolum infirmi homines curantur. Brephotrophium eſt locus venerabilis in quo infantes aluntur, vt Orphanotrophium* interprete Moſchop. in libr. τοῦ χαδῶν ἔνθα οἱ ὀρφανοὶ τρέφονται.

Venerabilis Eccleſia, lege vlt. D. de patrocin. vicor. In Codice Theodoſij. *Venerabilis Auguſta*, §. vlt. Inſtit. de vſucapionibus.

VENERATIO *maieſtatis.* lege ſeptima. §. 7. D. ad l. Iul. maieſt.

VENIA pro permiſſu in tit. de in ius vocando, vt patet ex verbis edicti Prætoris. *Venia impetrata ab edicto Prætoris* Macrob. lib. 7. pag. 519. *Venia ætatis.* lege 20. D. de muneribus. *Venia erroris proprij petita.* lege 17. D. de minor. *Venia iuris.* tit. 1. de lege Dei. & *Veniam habebit ignorantia.* lege 29. D. de excuſat. & *Veniam ſententiæ conſecuta*, lege 4. C. de his qui ſibi. l. 12. C. de ſentent. paſſ.

VENIENTANÆ *gemmæ meminit* lex 19. §. penulti. D. de auro arg. Eam Plinius & Iſidorus Italicam gemmam eſſe à Veientibus repertam, nigram facie, albis intermicantibus notis ſcribunt.

VENIRE verbum iuriſconſultis frequentiſſimum eſt. ſic *Venire dolum* dicunt cum dolus ab aliquo præſtandus eſt. lege 45. D. fam. erciſc. ſic & *fructus venire* dicuntur in actionem qui cum ex vi & natura actionis peti poſſint, lege 56. D. famil. erciſc. ſic & lege prima §. vlt. D. ſi quid in fraud. pat. *Venire in actionem* in lege 14. §. vltimo, de reb. auct. lege prima §. Labeo. & §. ſicut D. de aqu. & aqua pluu. lege 3. §. primo. D. de act. empti. *Venire in actiones & in ſtipulationem*, lege 18. §. is qui. D. de damn. infect. *Venire in æſtimationem*, lege 3. D. de tab. exhib. *Venire in cauſam tranſactionis*, lege 30. §. vltimo. D. de except. rei iud. *Venire in computationem.* lege 9. §. primo. D. de donationibus, *Venire in culpam*, lege 15. §. eum. D. quod vi aut clam. *Venire in rationem damni.* lege 4. §. primo. D. de aqu. & aqu. pluu. *Venire in damnationem*, lege 42. D. de rei vendic. *Venire in diuiſionem.* lege 12. Codice de collationibus, l. 11. D. de tributor. *Venire in falcidiæ rationem*, l. 41. D. de donat. cauſ. mort. *Venire in hæreditatis petitionem*, lege 6. §. vltimo. D. de act. rer. amot. & *Venire in interdicto res* dicuntur lege 52. D. famil. erciſc. *Venire in iudicium.* lege 25. §. an ea. D. famil. erciſc. lege 4. §. poſt litem. D. eodem. lege 17. D. de liberat. leg. lege 62. §. primo D. de euictionib. lege 35. §. vltimo D. locati. lege 7. Codice arbit. tut. & *Venire in iudicium nomina.* lege 2. §. vltimo. D. famil. erciſc. non *Venire in iudicio pars* dicitur *quæ alienata eſt.* lege 54. D. famil. erciſc. *Venire in iudicium tutelæ.* lege 23. D. de aqu. & aqua pluu. lege 9. §. rem pupill. ſal. l. 9. §. ſi paterfam. D. de adminiſt. & peric. *Venire in iudicium adminiſtrationem & dolum.* lege 4. D. de fideiuſſoribus. lege 19. §. vlt. D. de teſtam. tutel. *Venire in petitionem.* lege 68. D. de legat. 2. *Venire in reſtitutionem.* lege 27. §. 1. D. ad Senatuſconſultum Trebell. l. 7. §. de fructibus. D. de excep. rei iudic. *Venire in ſtipulationem*, lege 68. D. de verb. oblig. lege prima §. ſtipulatore. D. vt legatorum ſeu fideicõmiſſ. *Venire res in ſtipulationem*, lege 71. D. pro ſocio. *Venire in ſtipulatum vſuræ*, lege prima §. pacto. D. de pignor. *Venire in ſtipulatione*, lege 21. D. de verb. oblig. & lege 24. D. de damn. infe. lege 56. D. ſolut. matrim. *Venire in venditionem*, lege 2. §. illud. D. de hæred. vendit.

Venire pro ire, & ingredi. ſic *Venire in poſſeſſionem.* l. 33. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. l. 1. §. in parentem D. ſi mulier. ventr. nom. l. 1. §. ſequẽt. D. ſi vẽt. nom. l. 18. §. is qui. D. de damn. infect.

Venire pro adire & accedere. ſic *venire ad iudicem* l. 27. D. de donation. ad Prætorem. l. 1. §. 1. D. de inſpi. ventre; cuſtodiẽdóque partu. *ad prætorem venire vocatus.* l. ſi quis ex aliena. D. de iudic. & l. 3. §. vlt. D. ſi quis caut. & alibi, *Vbi in ius ventum eſt*, item *Veniſſe in iudicium.* lege 23. D. de iudic. & *Venire ad iudicium*, l. 1. D. de feriis. l. 7. §. vlt. D. ſi quis cautionib. iud. Cic. pro Quint. & contra, *non venire ad iudicium.* l. 24. D. de hæred. pet. lege 1. §. dolum. D. de eo per quem, vel *in iudicium.* lege vltima. §. Si & ſtipulator. D. eo per quem. *Venire ad cõdictionem.* lege 15. D. de condic. indeb. *Venire ad accuſationem.* lege 2. §. vltimo. D. ad legẽ Iul. de adult.

Venire pro peruenire. ſic *Venire* in familiam. l. 9. D. de adimend. leg. *Venire in ordinem decurionum.* l. 1. D. de albo ſcrib. & l. 2. D. de decurion. *Venire in funus.* lege 10. D. de legat. 3. *Venire in ſeruitutem.* l. 14. D. de pœnis, *Venire in libertatem*, id eſt, peruenire ad libertatem. l. 11. D. qui & à quibus.

Venientes à domino perſonæ i. procedentes. l. 8. §. vlt. D. ratam rem habere.

Venire ad bona. l. 6. D. ſi tabul. teſtam. *Venire ad bona patris.* l. 10. §. videamus. D. de bon. poſſeſſ. cont. tab. *ad bonorum poſſeſſionem.* l. 3. §. emancipatus. & leg. 6. D. de bonor. poſſeſſ. cont. tabul. *ad ſucceſſionem* l. 2. D. de natalib. reſtituend. l. 9. C. de teſtam. milit. & l. 9. C. de collat. & l. 2. C. de donat. cau. mort. & *ab inteſtato vendentes filij.* l. 81. D. de legat. 2. *Venientes ad hæreditatem.* l. 24. D. de condic. inſtit. *Venire ad ſubſtitutionem.* l. 43. §. vlt. D. de vulg. & pupill. *Venientes hæredes ex quolibet gradu.* l. vlt. C. famil. erciſc. *Venire ad legatum.* l. 33. D. de legat. 2.

Venire i. procedere & oriri. ſic *venire* dicuntur ex contractu actiones, l. 23. §. Si ſeruus. D. de ædilit. edict. & *Venientes actiones ex contractibus.* l. 49. C. de obligat. & actionibus.

Venire pro *adeſſe.* l. 28. §. 1. D. de fideicõm. libert. ſic *Venit conditio.* l. 13. §. ſi. ſub conditione. D. de pignor. *Venit dies.* l. 4. D. de iudic. l. 11. §. quid ſi minor. D. de minoribus. l. 45. D. de excuſation. l. 16. D. de hæredit. petit. l. 5. D. ad leg. falcid. l. 4. D. de teſtam. milit. l. vlt. D. de iure fiſci. l. 1. D. de cond. & dem. l. 51. D. mand. Ita *veniet dies penſionis.* l. 14. D. de pignor. *Venit dies exigendarum pecuniarum*, l. 8. D. de adminiſt. & pericul.

VENTREM appellant Iuriſconſulti, vterum quem mulier geſtat, vel animal quod in vtero eſt. lege non eſt ambiguum. D. de bono. poſſeſſ. lege Commun. diuid. §. ſed & ſi D. commun. diuid. lege 1. §. ſi tutor. D. de ventre in poſſeſſion. mitt. item, *Qui in virtute eſt.* l. 5. Ingenui & §. vlt. D. de ſtatu homin. & *qui in vtero eſt*, leg. 7. & lege 26. D. eodem. & *Venter qui pariturus eſt.* lege 30. §. 11. D. de acquir. vel omitt. *Venter ancillæ*, l. 9. D. ad leg. falcid. Ita quoque venter dicitur inſtitui exheredari vel præteriri, l. ventre. 84. D. de acquir. hæred. Inde ventrem in poſſeſſionem mitti & ventriculatorẽ dari dicunt. & vacuum ventrem. l. 7. §. adeo. D. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. & *Venter in poſſeſſ. eſt.* lege 27. §. vlt. D. de hæred. inſtituend.

VENTILATA *eſt quæſtio.* lege 4. §. Illa etiam. D. de doli mali except.

VENVLEIVS Saturninus Iuriſconſultus is eſt qui Quintus Saturninus vocatur in l. 13. §. Marcellus. l. 1. D. de Senatorib. de iureiur. l. 2. D. ſi ingenuus eſſe dicatur.

VENVNDARI *paſſus* l. 7. D. de liberali cauſa.

VERBI *gratia*, l. 46. D. de ſolution. lege 5. D. de peric. & commodo. & lege 6. D. de his qui ſui. lege 4. D. de ſeruitut. l. 4. §. competit & lege 8. §. 1. D. ſi ſeruit. vindicet. & lege vlt. D. de alienat. iudic. & lege 4. §. cum iactus. D. de l. Rhodia. l. 18. D. de ædilic. edicto. l. 2. D. locati. l. Meuius. 66. §. fundo. D. de legat. 2. l. 2. §. ſi ex emancipato. D. de collat. bon. l. ſi teſtamento. 49. §. 1. D. de fideiuſſor. l. nõ ſolùm. 11. D. de iniurijs. l. 2. §. vlt. D. de ſuis & legitim. l. 5. D. vnde legit. leg. 3. D. vnde cognat. Vlpia. tit. 16. Regular. & tit. de ſolid. cap.

Verbo tenus, l. 44. §. vlt. D. ad ſenatuſc. Trebell. l. 19. §. 1. D. de ædilic. edicto.

Verba dicunt. l. 1. D. de his qui notantur infamia.

VERBA alia *directa* ſunt & *ciuilia* & *legitima* ſeu *principalia* ſeu *Imperatiua.* Alia ſunt *precaria* & *inflexa*, vt ſuis locis expoſuimus. & Varro lib. 4. de ling. Lat. *Verba quæ hæreditate à Romulo rege venerunt.* de *Verbis precarijs* in l. 15. C. ad legẽ falcid. l. 11. C. de fideicomm. libert. quæ & *Verba fideicommiſſi*, l. 13. §. 1. D. ad ſenat. Trebell. & *Verbis fideicommiſſi relinqui*, l. quid de bonis. §. D. ad l. falcid. & *manumitti.* l. 28. §. 1. D. de teſtament. l. 10. §. 1. D. de adminiſt. leg. & confirmari. leg. 5. C. de fideicommiſſ.

Verbis legati, vel fideicommissi relinquere. l. 101. D. de condiction. & demonstr. l. 5. & l. 15. §. fructus. D. ad leg. Falcid. item *Verba testamenti.* l. 6. C. de testam.

Verba facere pro absente. l. 33. §. publicè. D. de procurator. item *Verba facere pro eo qui de libertate contendebat.* l. 24. D. de dolo.

Verbis credimus. l. 2. §. vlt. D. de reb. cred. *Verbis contrahi.* l. 1. D. locati. *Verbis obligatio.* l. §. vlt. D. ad Senat. Velleian. & *Verborum obligatio.* l. 35. D. de reg. mo. *Verbis* autem contrahitur obligatio per interrogationem & responsionem, vt Caius in l. 1. ad fin. D. de oblig. & actio. & lib. 11. Instit. & Iustin. in tit. de verborum oblig. scribit. Vnde *Verborum obligatio* pro stipulatione ponitur. l. 3. C. de rerum permut. l. 6. C. de iur. dot. Vetus Glossarium Græcum, ῥήσεις ἀγωγὴ τοῦ ψηλῶν ὅταν ἐξ ἐπερωτήσεως ἡ συμφώνου ὑποκείσις σωίσταται. sic quoque *Verbis fit stipulatio.* l. 1. §. 1. D. de pactis. sed quæ *Verbis* contrahitur obligatio, eadem quoque *Verbis soluitur.* l. vlt. prout de accept. Seneca lib. 6. de beneficiis cap. 5. *Quamuis non interuenerint nummi, sed delegatione & Verbis perfecta solutio sit.* & *Verbis vel non.* l. secunda. Digestis de Nouationibus.

VERBERA *à magistro allata*, vel parente, emendationis non iniuriæ gratia data creduntur. l. 16. §. 1. D. de pœn.

VERBERARE & *Pulsare* in l. Cornelia de iniuriis hoc differunt, quòd Verberare est cum dolore cædere, pulsare sine dolore, l. 5. in princip. & §. inter pulsationem. D. de iniur. l. 22. §. vlt. D. rem rat. hab. confunduntur tamen vt plurimum. l. 4. §. si cum seruum. D. vi bon. rapto. *Verbera seruilia.* l. 12. D. de iur. fisc. quæ sint exposui lib. 3. Antiquit.

Verberatio vinculorum. l. 7. D. de pœn.

VERECVNDA *cogitatio eius qui lites execratur.* l. 3. §. 1. l. 10. D. de alienat. iudic. & l. 4. §. prætor ait. D. de damn. inf.

VERECVNDIA in l. filius. D. de condit. instit. *Verecundia reuerentiam significat.* l. libertus qui. D. de oper. libert. l. si patronus. l. donationum. §. species. D. de donatio.

Sic *Verecundiæ curatorum conuenit.* l. 5. §. post completum. D. de administr. & peric. item *Verecundia non iurantis.* l. 25. §. vlt. D. de pecun. const. *Verecundia magna.* l. 93. D. de furt. *Verecundia mea.* l. 1. C. ne fiscus. *Verecundia paterna.* l. 14. D. de castrens. pecul. & *paternalis.* l. 20. D. de donation. & *Verecundiæ maternæ congruum.* l. 31. §. 1. D. de donationib. item *Verecundia sexus.* l. 1. §. consequens. D. de susp. tut. & *Verecundiæ obsequi.* l. 41. D. de oper. libert.

Verecundiam pulsare. l. 8. D. de adimend. leg.

Verecunde. l. 1 §. quod autem. D. de offic. præf. vrb. *Verecunde denuntiare.* l. 4. §. prætor ait. D. de damn. infect. & l. 10. C. de rei vendic. & *postulare.* l. 1. §. quod autem. D. de off. præfect. *Inuerecundum desiderium.* l. 22. D. de hæred. pet.

VEREDI in l. 4. & l. 7. C. de cursu publ. libro 12. à Γερεδεύειν Græco verbo quod currere significat, vt doctiss. Faber, in veteri Lexico Brissonij, quod humaniter mihi vtendum concessit eruditè notauit. Auson. in epist. ad Paulinum.

Vel celerem mannum vel ruptum terga veredum
Conscendas, properè dummodo iam venias.

Isidor. lib. 12. Etymolog. cap. 1. *Veredos ab eo dictos tradit, quòd veherent rhedas, vel quòd per vias publicas currerent per quas & rhedæ ire solebant.* Procopius lib. 2. de bello Persico, *equos publicos, cursuales veredos appellari Latinis* scribit. Inde *Veredarij* apud Cassiodor. lib. 2. Variar. epistol. ad Dromonarios & lib. 4. epist. ad Godiscalcum. Hi sunt teste eodem Procopio lib. 3. de bello Persico, *qui equis celeriter vecti regias perferunt literas.* Sed & Veredus pro equo viatorio qui nec cisium nec rhedam vehat ab Ausonio in supra citato loco ponitur, & alibi.

Non cisium aut pigrum caueas conscende Veredum,
Non tibi sit rhedæ, non amor acris equi.

Et apud Martial. pro equo venatico.

Parcius vtaris moneo rapiente veredo
Prisce, nec in lepores tàm violentus eas.

In quodam libro veteri scriptum reperi, *Veredarij dicuntur à vehendo quia festinanter in equis currunt, nec descendunt de equis antequam sua responsa liberent. Habent pennas in capite, vnde intelligitur festinatio itineris, datúrque eis semper equus paratus, non manducant nisi super equis quando proficiscuntur. Veredus dicitur qui vehit currum, vel qui parua rheda vehit. Rheda hoc est paruus currus.* Cuius rei fides penes auctorem erit, certè quale quale sit, ideo visum adscribere, nec celatum lectorem volui propterea quòd insit aliquid ex vetustate delibatum. Nam certum est olim nuncios πλεροφόρους fuisse. Vide Cœl. Rhodigin. Vide Plutarch. in Galb. vel Ottone.

VERNA propriè appellatur ſeruus domi noſtræ ex noſtra ancilla vel ſeruo natus, Græcis οἰκογενὴς. §. huic proxima. Inſtit. de legat.

VEREOR. l. ne filium. §. videamus. D. de bon. poſſeſſ. cont. tabul. *Vereor ne.* lege 9. D. de iur. dot.

VERNÆ. l. 36. D. de leg. 1.

VERSARI *in rem pro verti.* l. 27. D. ad Senat. Velleian.

Verſari delictum in actione. i. venire & præſtari in actione quod dolo vel delicto corruptũ eſt. l. 49. C. de obligat. & act. ſic quoque *dolum in actione negotij geſti, ſolummodo verſari.* i. venire, Vlp. dixit. l. 3. §. interdum. D. de negot. geſt. vt & alij in l. 8. §. illud. D. quibus modis pign. l. 3. §. ſi executor. D. de negot. geſt. ſic quoque *Verſari vilitatem,* in l. 5. §. nunc videlicet. D. commodati. l. 10. de negot. geſt. l. 20. D. de hæred. pet. in lege Dei. tit. 10. & *Verſatur vtilitas abſentium.* i. agitur de vtilitate abſ. l. 1. D. de negot. geſt.

Verſari pro conſiſtere. ſic *Verſatur res in cauſæ cognitione.* l. 17. §. quod autem. D. de iniuriis. l. 13. & l. 16. D. de minor. l. 31. §. in cauſæ. D. de ædilic. edicto, & lege 14. §. in cauſa. D. quod metus cauſ.

VERSARI *in lucro.* i. eſſe. l. 3. D. de vi & vi arm. l. 17. D. de ſolution. *Verſari in obligatione.* l. 6. D. de reb. cred.

Verſari pro agere. ſic *Verſatur in publicis legationibus.* l. 4. C. de legationib. *malè in re locata verſari.* l. 5. C. de locato & conducto. *Verſari doloſe.* l. 51. D. de recept. & *dolo malo.* l. 2. D. ſi menſor falſ. mod. *Verſari doloſè more prædonum.* l. 25. §. de eo. D. de hæred. pet. l. 10. D. de interrog. item *Verſari dolo vel culpa.* l. 1. §. ſi præſes. D. de magiſtrat. conuen. *Verſari negligenter.* l. 24. §. 1. D. de minor. & *imperitè & negligenter.* l. 1. §. 1. D. ſi menſor falſ. mod.

VERSICOLORIVM appellatione ea continentur, quæ tincta ſunt & neta, neque detexta, neque contexta: veluti purpura, crocum & alia id genus. Quæ verò natiuo colore vel alba vel nigra ſunt, verſicoloribus non adnumerantur. l. 70. §. Verſicoloribus. l. 78. §. coccum. D. de legat. lib. 3. l. 32. §. Labeo. D. de auro arg.

Verſicoloria veſtis in d. l. 32. §. Titia. & *Verſicolaria lana,* apud Paul. lib. 3. ſentent. tit. 6. Plinius lib. 35. cap. 17.

VERSVS. l. 3. D. de homin. liber.

VERSVTVM *ius.* l. 28. C. ad leg. Iul. de adult.

VERTI. i. agi, agitari, verſari. ſic *in eo vertitur cognitio.* l. 3. §. cognitio. D. de Carbon. edicto. & *Vertitur in cognitionem.* i. conſiſtit. l. 1. C. de ord. iudic. ſic *Vertetur in cauſæ cognitione.* l. 7. D. de iure delib. item *quæ in cauſis vertuntur.* l. 1. §. vlt. D. de interrogat. ſic *Vertitur in animo donatio.* i. conſiſtit. l. 33. D. de donat. inter virum. item *Vertitur. i. verſatur ius non factum in ſtipulatione.* l. 38. §. ſi qui. D. de verborum oblig. *Vertitur ius poteſtatis.* i. agitur de iure poteſtatis. l. 3. §. ſocius. D. de donation. inter virum & vxorem. ſic quoque *Vertitur legatum vnius rei inter perſonas.* l. 10. D. de opt. leg. & *Vertitur periculum.* l. 15. §. ſi poſt addictum. D. de re iudicata. *Vertitur in interdicto poſſeſſio.* l. 14. §. vlt. D. de except. rei iud. *Vertitur priuilegium.* l. 74. D. de iure dot. *Vertitur quæſtio in iudicis.* l. 22. D. de except. rei iudic. *Vertitur quæſtio in eo.* l. 13. D. de negot. geſt. *Vertitur ratio lucri.* l. 98. D. de diuerſ. reg. *Vertitur vtilitas.* l. 1. §. ſunt qui. D. ne quid in flum. publ. l. ſit certo. §. nunc videndum. D. commodati.

VERSVM in rem dicitur, quod in patrimonium redactum eſt. l. 2. D. quod cum eo. l. 21. D. de dolo. l. 3. §. contractum. D. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. l. 1. §. item ſi quid. D. de ſeparationibus. *Verſum* autem in rem quod ad actionem de in rem verſo attinet, videtur, puta agrum colendo, domum fulciendo, mancipia veſtiendo, mercando, vel creditori ſoluendo, vel quid tale faciendo, vt Paul. lib. 2. ſent. tit. 9. ſcribit. Vlpian. autem in rem verſum videri ait, ſiue id ipſum quod ſeruus accipit, in rem domini conuertit, veluti ſi triticum acceperit, & id ipſum in familiam domini cibariorum nomine conſumpſerit, aut ſi pecuniam à creditore acceptam dominico creditori ſoluerit, & generaliter toties de in rem verſo eſſe actionem, quibus caſibus procurator mandati, vel qui negotia geſſit, negotiorum geſtorum haberet actionem, quotieſque aliquid conſumpſit ſeruus, vt aut meliorem rem dominus haberet, aut non deteriorem. l. 3. §. 1. & §. ſequ. D. de in rem verſo.

Vertiſſe in vſu ſuos pupillarem pecuniam, vt vſuris maximis ſubiiciatur tutor videtur, qui ſibi ſumpſit ex adminiſtratione nummos, vel clàm, vel quaſi ſua pecunia licenter abuſus eſt. Nec enim vtique qui non fœnerauit, vel non depoſuit, vel qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipſe ſibi non ſoluit, vel qui nec pecuniam pupillarem ſuo nomine fœneravit, in vſus ſuos vertiſſe intelligitur. l. 7. §. pecuniæ cum §. ſeq. l. 46. l. 54. D. de adminiſtr. tutor. l. 38. D. de neg.

de neg. geſt. Quòd ſi tutor in vſus ſuos pecuniam conuerterit, inde aliquid in rem pupillarem impenderit, quantum impenderit Vertiſſe deſinit. l. 3. §. planè. Digeſtis de contrar. & vt. actio.

Verſura facta. Cicer. in Verrem.

Verſa vice. l. 1. §. reſcripto. D. vt legatorum ſeu fideicommiſſorum. l. 1. D. de liberal. cauſ. l. 6. §. inde quæritur. D. de aqua pluuia. l. 33. §. 1. D. de donat. inter vir. & vxorem.

VERVS *contractus.* l. 15. C. de donat. inter vir. *Dominus* l. 1. §. ſed & per eum. D. de acquiren. poſſeſſ. l. 13. D. de mort. cau. donat. *hæres.* l. 29. §. vlt. D. de ſtat. liber. *ad differentiam eius qui ſe hæredem falſo exiſtimat.* l. 19. §. vlti. D. de condict. indeb. *interpres.* l. 1. §. vlt. D. de verborum obligat. *Pater.* l. 23. D. de liber. & poſtum. *Filius pro iuſto.* l. vlt. D. de iur. delib. *procurator.* lege 22. §. ſi procurator. D. ratam rem haberi. l. 12. D. de ſolution. l. 5. §. qui procuratorio. D. de oper. nou. nunt. *qui non vero opponitur,* l. 1. §. vlt. D. quod iuſſu. l. 13. D. depoſit. l. 26. §. mandaui. D. mandati. ita *Verum procuratorem dare.* l. 17. §. idem Iulianus de iniuriis. *Verus titulus.* l. vlt. C. de vſucap. pro hæred. & l. 5. C. de præſcrip. long. temp. l. 6. C. de ingenu. manumiſſ. *Verus tutor.* l. 1. & l. 10. D. quod falſo tutore. l. 1. §. ſi curator. & §. vlt. D. de eo qui pro tut. item *Verus tutor & falſus opponuntur.* l. 1. §. 1. & l. 10. D. quod falſ. tut.

Verum debitum, ad differentiam donationis. l. 49. D. de re iudic. *Verum diuortium.* l. 26. §. vlt. D. de pact. dotal. *Vera iudicia.* l. 24. D. de teſtam. milit.

Verum, pro, iuſtum. l. ſed vir. §. ſine dubio. D. de donat. inter virum & vxor. l. ſi fideiuſſor. §. vlt. D. de legat. 1. Sic *Verum pretium* & *veram æſtimationem* dici reperias. l. ſi filiusfam. §. iudex in fin. D. de iudic. l. communis. §. neque colonus. iuncta l. item quanuis in fin. commun. diuid. l. ſi res domino. D. de in rem verſo. l. 3. §. ſed ſi ſub conditione. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. ſic *Verum pretium* in l. 20. §. vlt. D. de hæred. pet. l. 20. §. 1. D. de præſcript. verb. lege 49. §. vlt. D. de legat. 1. l. 81. §. ſi libertus. D. eodem. l. 32. D. de fideicommiſſ. libert. l. 2. §. in hac. & l. 4. §. hæc actio. D. vi bonor. rapt. l. 50. D. de furt. l. 2. C. de reſcind. vend. & de *Vera æſtimatione* in l. 44. §. ſi ſtatuliber. D. de legat. 1. l. 38. D. de aur. arg. l. 61. D. ad leg. Falcidiam. l. 179. D. de verborum ſignif. ſic *ex Veritate facienda æſtimatio.* l. 42. D. ad legem Falcidiam. & *ſecundùm rei veritatem æſtimanda.* l. 62. D. ad leg. Falcidiam. & contrà *non quod in Veritate eſt, ſed quanti res æſtimatur.* l. 5. D. ne quis eum. item *Vera æſtimatio litis* l. 15. D. de iudiciis. & l. 1. §. ſi quis. D. de verborum oblig.

Vera philoſophia non ſimulata. l. 1. D. de iuſt. & iur. l. 8. §. Philoſophus. D. de vacat. & excuſat. ſic etiam *Verè philoſophantes,* in l. 8. §. philoſophis. D. de vacat. & excuſat. item *Vera ratio.* l. 3. D. ad leg. Falcid. & *Vera venditio.* l. 9. C. de acquir. & retin. poſſeſſ. ſic quoque *Vero nomine amica & paulò honeſtiore concubina appellatur.* l. 144. D. de verb. ſignific.

Verum quoque pro eo quod æquum ac iuſtum eſt, non modò noſtri ſed & reliqui bonarum literarum auctores. Horatius,

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.

Et Satyr. 3. lib. 2. Sermon.

An quodcunque facit Mœcenas, te quoque verum eſt?

Idem lib. 1. epiſt. ad Iccium.

Nil Groſphus niſi verum orabit & æquum.

ſic Papinianus, *Verè cauſa perorata.* l. 6. D. de quæſtionibus. Cicer. libro 2. ad Attic. epiſtol. 1. *Quid verius quàm in iudicium venire qui ob rem iudicandam pecuniam accepiſſet?* Pro Quintio. numer. 27. *Continuò ve vera cauſa fuiſſet cur à prætore poſtulares vt bona poſſideres.* Et paulò pòſt. *Continuóve verum fuit poſtulare vt ex edicto bona poſſidere liceret.* Sic Cicer. in Orat. pro Roſc. Amerin. L. Caſſ. *ille quem populus Roma. veriſsimum ac ſapientiſsimum iudicem putabat.* Priſcianus lib. 18. Iuſtum inquit, *pro verò, & verum pro iuſto frequenter tam nos quàm Attici ponimus.* Sophoc. ἄλλη δίκαιος γόνος. Virgil. in 12.

Quæcunque fortuna mea eſt me verius vnam.

Verius pro iuſtius dixit. Hæc Priſcianus. Cuius opinione vt Sophocles δίκαιον γόνον, pro vero, ſic Labeo Iuriſconſultus *Verum filium* pro iuſto & legitimo dixit. l. vlt. D. de iur. deliber. Atque ita fortaſſe id verbum accipiendum eſt, cum dicimus *Vera ratione.* l. 3. in pr. ad leg. Falc. Cicer. lib. 1. Paradox.

Verum eſt. l. 45. §. 1. D. de excuſat. l. 114. §. cũ pater. de legat. 1. l. 3. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. l. 1. §. 1. D. vt in poſſeſſ. leg. l. 3. §. ſed ſi ſub. D. de bonorum poſſeſſ. contra tab. l. 12. D. de bon. libert. l. 16. D. de bon. libert. l. 4. §. vlt. D. de manum. vind. l. 5. D. de manum. teſt. l. 101. §. Verũ. l. 111. §. verum. & l. 216. D. de verborum ſignific. *Verum eſt dicere.* l. 3. §. ſed ſi ſit. D. de bonorum

poſſeſſ.contr.tab. *Verum fuit.* l. 1. l. 11. D. ſi tab. teſt.

Verum eſſe puto. l. ſi duobus. D. de legat. lib. 1. *ſi Verum amamus.* l. 63. D. de condit. & demõſtrat. ſic Iuuen. Satyr. 3. *ſeu Verum admittimus. Non in omnibus Verum.* l. 14. §. vltim. D. de verborum oblig.

Vero proximiora. l. 21. §. vlt. D. de teſt.

Vera ſunt. l. 13. C. de tranſactionibus.

Verius eſt. l. 104. §. cum quidam. D. de legat. 1. l. 9. §. 1. D. de duob. reis. l. vlt. D. de vulgar. & pupillar. l. 1. §. filium. & l. 6. §. vlt. D. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. l. 5. D. pro empt. l. vlti. D. de liber. cauſ. l. 5. §. 1. D. de acquir. rerum domin. l. 64. §. ſi quis rogat. D. ad Senatuſc. Trebellian. & l. 1. §. item quæritur. D. vt legatorum. l. 4. §. 1. D. de fideicom. libert. l. 16. D. de bon. libert. l. 30. §. 1. D. qui & à quibus. l. 4. §. ſiue autem. D. de manumiſſ. & l. 32. D. de ſtipulat. ſeruorum. & l. 15. D. de legat. præſtand. l. 22. §. cum autem. & l. 23. D. ratam rem haberi. *Verius puto.* l. 11. §. vlt. D. de acceptilat. *Verius eſſe arbitror.* l. 33. D. ad Senatuſc. Trebellian. *Verius & honeſtius eſt.* l. 51. D. de donat. inter vir.

Verè datum, id eſt bona fide. l. 40. D. de ſtat. liber. item *Verè diſtraxiſti & donationis cauſa* opponuntur. l. 8. D. de contrahend. empti. ſic *Verè reus dicatur fideiuſſor ad quem pecun. peruenit.* l. 5. de liberat. legat.

Veriſimilius eſt. l. 96. D. de legat. 1. l. eum qui ita. D. de verborum obligat.

VERITAS *quæretur.* l. 1. D. ſi mulier ventr. nomin. in poſſeſſ. *Veritas iuris.* l. 23. C. de fideicommiſſ. *naturæ.* l. 6. D. ad municipal. item *errore*, *Veritas originis non amittitur.* l. 6. D. ad municipal. & *Veritas rei.* l. 120. D. de verborum obligat. & *Veritas rerum, erroribus geſtarum non vitiatur.* l. illicitas. D. de offic. præſid.

Veritatem ſpectare. l. 8. D. de caſtrenſi peculio.

De Veritate rei quæri. l. 1. C. ad exhibend.

Veritatis via. l. 10. C. de locato & conduct. & *Veritatis vim obtinere.* l. 6. C. de quæſtionib.

Veritatem & pœnam opponit. l. 7. §. 1. D. quod falſ. tutor. item *Veritatem quantitati* opponit. l. 2. §. vlt. D. qui ſatiſd. cogant.

Veritatem eſſe quærendam. l. 5. §. vnde. D. de iureiur. & aliàs *Veritati locum ſuperfore.* l. 29. §. vlt. D. de procurator.

In Veritate, id eſt, re vera. Vide 9. lib. *in Veritate eſſe.* l. 2. C. quib. ex cauſ. maior.

VESCENDI cauſa in l. penult. D. vt in poſſeſſ. legat. *Veſcendi gratia.* l. 7. D. de iure delib. & *Veſcendi pupilli cauſa.* l. 33. D. de reb. auct. iud.

VESCENDI *cauſa deminuere.* l. 5. §. quotiens. D. de Carbon. edicto.

VESTIBVLVM à D. Marco. προπύλαιον. pag. 1535. cap. 15. à Matthæo πυλὼν. pag. 110. cap. 26.

VESTIGATIO. l. quæſitum. l. ſi in agro. D. de inſtr. & inſtr. leg. Varro lib. de lingua Lati. *Veſtigator* à veſtigiis ferarum quas indagatur. Caius in l. 12. §. 12. de inſtruct. vel inſtrum. Is à Lucan. lib. 4. hac paraphraſi ſignatur.

Nec creditur vlli
Sylua cani niſi qui preſſo veſtigia roſtro
Colligit. Varro lib. 4. de ling. Lat. pag. 23. & 24.

è Veſtigio. l. 35. D. de negot. geſt.

VESTIS an veſtimentum legetur, nihil intereſt. l. 23. & l. 33. D. de auro arg.

Veſtimentorum autem eſſe Vlpian. ait, *omnia lanea, lineáque, vel ſerica, vel bombycina, quæ induẽdi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, iniiciendi, accumbendi cauſa parata ſunt.* d. l. 23. §. 1. *Veſtimentúmque id accipitur, quod detextum eſt, & ſi defectum non ſit, id eſt, ſi conſummatum ſit, non etiam ſi nondum pertextum, vel detextum in tela adhuc ſit.* l. 22. D. eodem tit. *Veſtimentorum* autem quædam *virilia* ſunt, quæ ſcilicet ipſius patrisfamil. cauſa parata ſunt, & quæ ad vſum virilem ſaluo pudore attinent. *Muliebria* verò quæ ad vſum matrisfamil. ſpectant, quibus vir non facilè vti poteſt ſine vituperatione: veluti ſtolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ. l. 23. §. veſtimenta. D. de auro, argent. l. 127. D. de verborum ſignificatione. Paul. lib. 3. ſentent. tit. 6. Et Varro. lib. 9. de lingua Lat. vt *Tunicam virilem & muliebrem* dicimus, non eam, quam habet vir aut mulier, ſed eam quam habere ex inſtituto debet. Poteſt enim muliebrem vir, virilem mulier habere, vt in ſcæna ab actoribus haberi videmus: ſed eam muliebrem, quæ de eo genere eſt, quo indutæ mulieres, vt vterentur, eſt inſtitutum. Mentem tamen legantis in hac re inſpiciendam eſſe Pompo. in lege 33. D. de auro, argent. ſcribit, vt ſi teſtator ſolitus fuerit vti quadam veſte, quæ etiam mulieribus conueniens eſt, ea virilis appellatione contineatur.

tineatur. *Veſtis plane abſoluta appellatione tam virilis quàm muliebris, etiam ſi tragica, aut citharœdica ſit, continetur.* l. 127. D. de verbor. ſignific. l. 15. §. ſi veſtimentorum. D. de vſufruct.

Veſtiarij in l. 5. D. de inſtor. *Veſtiarius negotiator* in l. 45. D. de oper. libert. & *Veſtiarium* & *Veſtiaria* pro veſtitu in l. 83. D. de condit. & demonſtr. & l. 3. §. quamuis. D. ſi cui plus, quàm per leg. Falcid. l. 4. l. 8. l. 12. l. 13. l. 18. cum ſuis §§. D. de aliment. legat. l. 8. §. qui tranſigit. D. de tranſactionibus. ſic *Veſtiarium annum.* l. 1. C. de fideicommiſſ. & *Veſtiarium dare.* l. 66. D. ſolut. matrimonio.

Veſtiarium in poſtremis libris Codicis, & in libro Notitia Imperij Romani accipe, in quo veſtes principis condũtur, & reponuntur. Moſchopul. in libro cui titulus eſt, συλλογὴ Ατπικῶν ὀνομάτων, βεστιαρίτης, ὁ ῥάπτης, βεστία γὰρ τὰ ῥωμαίοις τὰ ἱμάτια, ἐξ οὗ καὶ βεστιάριον κυρίως ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Guilel. Tyrius lib. ſecundo de Bello ſacro cap. 15. *Quo facto ex Imperialibus Veſtiariis oblata ſunt prædicto viro munera in auro, veſtibus, vaſis, & pretioſis lapidibus.* Huic *Veſtiario comes* præponebatur. Erat & *Veſtiarij ſacri ſcrinium*, vt ſupra docui.

VESTIRE *familiam.* l. 3. §. 1. D. de in rem verſ.

VETARE. l. 48. §. qui ex. D. de furt. *Vetat lex.* l. 13. D. de teſtibus. & l. 42. D. de hæredibus inſtit. & l. 7. D. de condi. inſti. *quæ Vetat lex.* Vlpia. lib. reg. tit. *Nihil Vetat.* l. 15. D. de except. rei iudic. *Vetat prætor.* l. 7. §. ſunt &. D. de lib. cauſ. & *Vetuit edicto.* l. vlt. D. de ſtatu defunct.

Vetatum edicto. l. 2. C. de ædific. priuat. *Vetante prætore.* l. 102. D. de diuerſ. regul. item *Vetari teſtamento tutor eſſe.* l. 8. D. de teſtam. tutor. & l. 114. §. Diui. D. de legat. 1. & *Vetitus rationes reddere.* l. 119. D. de legat. 1.

VETVS *debitor.* l. 48. D. de fideiuſſorib. *creditor.* l. 22. D. quæ in fraudem credit.

Vetus cauſa. l. 2. §. vlt. D. de ſtatu defunct. *conſuetudo.* l. 13. D. de pollicitat. *Vetus conſuetudo patris.* l. 34. §. 1. D. de legat. 3. l. 13. D. de pollicitat. & *ex Vetere more.* lege 7. C. de ſeruitut. *Vetus forma.* l. 7. C. de ſeruitut. *Vetus forma ædificij.* l. 1. C. de ſeruitut. *Veteres vel nouæ obligationes.* lege 18. C. ad Senat. Velleian. ſic *Veteres rationes opponuntur his quæ noua lege introducuntur.* l. 4. D. de obligat.

Vetus ædificium. l. 1. §. ſi quis. D. de operis noui nunciat. *Vetus paries.* l. 38. §. vlt. D. de damn. infecto.

Vetus ius. l. 2. C. ad Senatuſc. Tertyll. & *antiquum.* l. 2. §. ſi matet. D. ad Senat. Trebell. ſed *Vetus ius* in libris noſtris variè accipitur. *Hinc forma veteris iuris.* l. 1. §. finali. C. ſi cert. pet. legem 12. tab. ſignificat. vt apparet ex l. vlt. C. de hæred. act. l. hæredes. §. idem iuris. D. famil. erciſc. lege prima Codice de except. leg. pacto. Codice de pact. lege ea quæ. Digeſtis famil. erciſc. Interdum enim hoc nomine lex 12. tabul. ſignificatur. Inſtit. de bonor. poſſ. in prin. quam & antiquam legem dici ſupra notauimus. Interdum verò *vetus ius* intelligitur quodcunque ante nouam aliquam legem, vel conſtitutionem obtinuit, vt in lege 2. §. ſi mater hæreditatem. D. ad Tertyllia. & l. 2. Codice eod. tit. *Ius vetus* eſt quod ante Senatuſconſultum Tertyllianum ſeruabatur. Similique modo in lege 32. §. ſi diuortium. D. de donation. inter vir. *Vetus ius* eſt, quod ante Orationem Antonini in vſu erat in lege. 8. §. ſed ſi curator. Digeſtis de reb. eor. lege 32. §. ſi diuortium. Digeſtis de donat. inter virum.

Vetus ius intelligendum eſt, quod Orationem Seueri anteceſſit, quæ prædia eorum, qui ſub tutela curáve eſſent, ſine decreto alienari obligarive prohibuit. Eadem fere de Antiquo iure lib. 1. docuimus. lege 8. §. ſed ſi curator. Digeſtis de rebus eorum.

Vetus opus nouo opponitur. lege prima §. Siquis. Digeſtis de oper. noui nunciat.

Vetus vinum ex vſu teſtatoris æſtimatur, id eſt, quotannorum vino pro vetere vtebatur. Si id non appareat vetus accipietur, quod non eſt nouum, id eſt, anni prioris vinum. lege 10. lege 11. D. de tritico, vino vel ol. Varro libro primo de re Ruſtic. cap. 65. *Vetus vinũ* non fit antequam acceſſerit annus.

Veteres iuriſconſulti apud Agell. lib. 4. cap. 2.

VETERES in lege veteribus. 39. D. de pact. l. 1. §. veteres. & §. beſtias. D. de poſtulan. & l. 3. §. ſi rem. & l. qui bona. 19. §. 1. D. de acquirend. poſſeſſ. l. 4. §. 1. D. de in ius voc. l. ſi is qui rem. 66. §. eum qui. D. de furt. l. iniuriarum. 13. §. vlt. D. de iniuriis. l. 4. D. de itiner. actúq; l. ſi vt certo. §. quod verò. & §. nunc videndum. D. commun. diuid. l. qui teſtamento. 20. §. vlt. D. qui teſtament. facer. l. 3. §. veteres. D. de acquirend. poſſeſſ. l. illa inſtitutio. D. de hæredibus inſtit. l. ſi habitatio. §. vſum. Digeſtis de vſu & habitat. Inſtit. quibus modis tut. finí.

in princip. Iustinian. in l. vlt. C. de liber. præterit. l. 1. §. non fuit. D. de dolo. l. 52. §. vlt. Digestis pro socio. l. 6. C. de donat. int. vir. l. 12. D. de auct. & conf. tut. l. 70. §. versicoloribus. D. de legat. 3. l. 21. D. de stat. lib. l. 19. §. vlt. & l. 39. D. de vsucapionibus. l. 90. §. sequitur. l. 140. §. 1. D. de verborum oblig. *Veteres definiebant.* l. 97. D. de solut. l. 17. de furt. *putauerunt.* l. 1. §. fin. D. de peric. & commod. *receperunt.* l. 78. §. 1. D. de hæredib. instituend. *responderunt.* l. 66. §. eum qui. D. de furt. l. 71. D. de vsufruct.

Veterum plerique. l. 3. D. arb. furt. cæs. *Veterum auctoritas.* l. 51. D. ad legem Aquil. *Veterum opinio.* l. 6. D. de condit. ob turp. causam. *secundum Veterum opinionem.* l. 31. D. ad leg. Falcid. *Veterum sententia.* l. 15. C. de donat. ante nupt.

Veteribus placet. l. 7. D. de contrahend. empt. l. 11. §. si plures. D. ad leg. Aquil.

Apud veteres quæsitum. l. 10. §. vlt. D. de vsu & habit. & *Vetus quæstio.* lege 68. Digestis de vsufruct.

VETVSTAS in libris nostris infinitum tempus, id est, quod hominum memoriam excedit significat. l. 1. §. vlt. l. 2. & l. vlt. D. de aqu. & aq. pluu. l. 14. C. de aquæductibus. *Vetustas etiã* pro. 10. aut 20. annorum spacio accipitur, vt apparet in fin. d. legis vltimæ cui iunge l. 1. C. de seruit. adde Harmenop. lib. 2. cap. 4. περὶ δουλείας, quod ex eruditissimi Fabri notis ad Brissonij Lexicon huic loco adscripsi.

Vetustas arborum. l. 24. §. item apud. D. de damn. infect. *flunium perticarúmque.* l. 5. §. sed interdum. D. commod. *Vetustas vinearum.* l. 15. §. cum quidam. D. locati. *villæ* l. 30. §. vlt. D. locati. *Vetustate corrupta villa.* l. 50. §. vlt. D. de vsufruct. & *Vetustate deterius factum.* l. 65. §. vlt. D. de vsufr. item *Vetustate corruere.* l. 7. §. quoniam. D. de vsufr. & *Vetustate putrefactum.* l. 1. §. vlt. D. de bonorum possess. sec. tab.

VETERANVS. l. 1. §. exigit. D. de bon. possess. sec. tab. l. 114. D. de legat. 1. & lege 40. D. ad leg. Falcid. l. vlt. C. de his qui non imple. l. 1. C. de his qui spont. *Veteranus autem dicitur*, qui iustam missionẽ legitimis impletis stipendiis consecutus est, titul. de priuileg. veter. D. de excusat. vetet. l. 8. §. Papinianus. D. de inoff. l. 8. §. veterani. D. de procuratoribus. l. 9. D. de iure codicill. l. 40. D. ad leg. Falcidiam. l. 9. C. quando prouoc. non est. Iustinian. in §. 1. Instit. quibus nõ est permiss. fac. test. etiam *dimissis militibus*, id est veteranis, est concessum. Veteranus, Vetus Glossarium Græcum, ὁ πεπαλαιώμενος καὶ ἀφεθὴς τῆς στρατείας.

Veteranis honor habitus. l. 5. C. de pœnis.

VETERATORES *serui* in Ædilitio edicto non spatio seruiendi, sed genere & causa æstimantur. Nam quicunque ex nouiciis, venalitiorum alicui ministerio præpositus sit, veteratorum numero erit. l. vlt. D. de ædilit. ed. In vectigalium tamen causa, *Veterana mancipia* intelliguntur quæ anno continuo in vrbe seruierint. l. 16. §. quoties. D. de publican. Hinc *Veterinarij* nomen acceperunt quorum meminit Iurisconsult. in l. vlt. de iur. immunitat. Columella cap. 8. lib. 6. & cap. 5. lib. 7. & cap. 1. lib. 2. Iudi. & *Veterinaria medicina*, apud eundem auctor. cap 3. lib. 7.

VEXARE *aduersarium.* l. 2. D. de alienat. iudic. *annonam.* l. 6. D. de extraord. crimin. *Vexari corpora aut ossa.* l. 38 D. de religios. & l. 3. §. non perpetuo. D. de sepulchr. violat. *Vexari iudices.* l. 13. §. quæ si quis. D. de hæred. pet. *Vexari iudicius.* lege 13. §. quæ si. Digestis de hæreditat. pet.

Vexandi argentarij. l. 6. §. exigitur. D. de edendo.

Vexatio. l. 7. D. quod met. causa. l. 4. D. ad SC. Trebell. & *Vexationis timor.* lege 7. D. quod metus causa. & *sine Vexatione hæredis.* l. 3. D. de mut. legat.

VEXILLATIONES equitum alas dici Veget. lib. 2. cap. 1. scribit ab eo quod velis, id est, flammulis vtantur. Quo postremo verbo Leo Imper. in lib. de re militari non semel vtitur. Ita accipe *Vexillationes* in l. 2. C. de hæred. decur. l. 9. C. quando prouoc. non est nec. l. 8. de erogatio. milit. anno. lib. 12. C. l. 1. de bon. milit. in Cod. Theod. & in Notitia Imperij Rom. Apul. lib. 7. de Asino aur. *Tota denique factione militarium vexillationum indagatu contecta.* de *Vexillatione* etiam mentio in l. vlt. C. de his qui non imple. stipend. *Vexillationes militares.* Apuleius lib. 7. de Asino aureo.

VIA interdum ius eundi, agendi & ambulandi significat. Nam iter & actum in se via cõtinet. lege 1. §. via. l. 7. D. de seruit. rustic. l. 14. §. si viam. D. de acceptilatio. Dicitur autem *Via, quasi vehia*, quod vehendo teratur, vt Varrõ libro 4. de lingua Latina. *Via enim*, vt Isidorus libro 15. cap. vltim. scribit, *est, qua ire vehiculum potest.* Huius latitudo lege 12. tabul. definita est, pedes octo in anfractum sexdecim. l. 8. D. de seruit. rust.

Via cliuosa, mollis, aspera, angustior, latior, palustris, sicca, longior, altior, humilior. l. 9. §. vlt. D. si seruit. vindicet. & l. 23. D. de seruit. præd. rustic. In viam terrenam glaream iniicere, aut sternere viam lapide, vel lapide stratam terrenam facere. l. 1. D. de via public.

Viæ aliàs itinera significant quibus publicè commeatus est. Viarum autem quædam *publicæ* sunt, quædam *priuatæ*. l. 2. §. viarum. D. ne quid in loco publ. l. 38. D. de acquirend. rerum domin.

Publicas Vias Isidor. lib. 15. cap. vlt. definit, *quæ in solo publico sunt, per quas iter populo patet, quæ ad mare vel ad oppida pertinent.* Hæ & *prætoriæ* dicuntur, & *consulares*, & βασιλικὰς & *militares*. d. §. Viarum. & l. vlt. D. de itineribus publ. & apud Curt. lib. 5. pag. 57. Sicul. Flac. in lib. de conditio. agrorum, *Viarum*, ait, *non omnium vna eadémque est conditio. Nam sunt viæ publicæ regales, quæ publicè muniuntur & auctorum nomina obtinent. Nam & curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur.* Hygen. in lib. de limitibus constit. *Quibusdam*, ait, *colonis D. M. ita constituerunt vti viam consularem transeuntem per coloniam contineret. Priuatæ Viæ, quæ & agrariæ dicuntur dupliciter accipiuntur: vel eæ quæ sunt in agro quibus est imposita seruitus, vt ad agrum alterius ducant. Vel eæ, quæ ad agros ducunt per quas omnibus commeare licet, in quas exitur de via consulari.* d. §. viarum. Sunt & *vicinales Viæ, quæ vel in vicis sunt, vel in vicos ducunt: quæ si non ex collatione priuatorum fiant publicarum loco habentur.* Sed inter eas & cæteras militares hoc interest, quod militares exitum ad mare, aut in vrbes aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent. Vicinalium verò pars in militares exitum habent, pars sine exitu intermoriuntur. lege vltim. Digestis de locis & itiner. public. Et ita *vicinales vias* accipe apud Senecam lib. 5. de benefic. cap. penultim. & apud Frontin. lib. secundo de Aquæductibus & in §. item si putator. Institut. de lege Aquil. vbi Theophil. publica μὲν ἐστιν ὁδὸς, ait, ἥτις καὶ μιλιτάρια λέγεται, ἰδίαι δὲ τοῖς Ἕλλησι βασιλικὴ ἣν πάντες ἄνθρωποι κέχρηνται ὅτι διαφόρους ἀποίντες τόπους. Vicinalis δὲ ἡ ὅτι κώμας ἄγουσα, vicus γὰρ ἡ κώμη, διὰ ταύτης γὰρ βαδίζει πᾶς ὅτις τὴν κώμην ἀποίν. Sicul. Flacc. in lib. de condition. agrorum. *Vicinales autem viæ, quæ de publicis diuertuntur in agros, & sæpe ad alteras publicas perueniunt, aliter muniuntur per pagos, id est, per magistros pagorum, qui operas à possessoribus ad eas tuendas exigere soliti sunt, aut, vt comperimus, vnicuique possessori per singulos agros certa spatia adsignantur, quæ suis impensis tueantur.*

Via iuris. l. 22. D. quæ in fraud. creditorum.

VIATICVM sumptus itineris significat. Græcè ἐφόδιον dicitur, auctore Gellio lib. 17. cap. 7. l. 36. D. ad municipal. l. 17. D. de rebus cred. l. eum quem 79. D. de iudic. l. 6. §. 1. Codice de appell. l. 1. §. si pupillis. D. de tutel. & rat. distr. l. 52. §. si quis ex sociis. D. pro socio. *Impendia ad iter explicandum necessaria vocantur*, in lege 7. D. ad Trebellian. Ad sumptum etiam destinatam quamcunque pecuniam Viaticum vocant. l. 17. D. de rebus credit. Vide Harmenopulum. pag. 25.

Viaticulum quod ad sumptum pater filio destinauerat, in l. 18. §. vlt. D. de iudiciis, ὑποκοριστικῶς dixit.

VIATOR *pro apparitore.* l. vlt. D. de iudic. l. 5. §. missus. D. vt in possess. legat. nom. l. 5. §. nec tamen. D. de rebus eorum.

VICEM *continere.* l. 37. §. 1. D de oper. libert. *& obtinere.* l. 34. de vsuris. l. 5. D. de tritic. vino. l. 1. D. quar. rerum act. & l. 4. §. auctori. D. de doli except. l. 5. C. de adopt. *Vicem emptionis obtinere.* l. 2. C. de rer. pericul. *Vicem seruitutis obtinere.* l. 1. C. de seruitut. *Vicem venditionis obtinere.* l. 4. C. de euiction. *Vicem repræsentari actionum.* l. 20. D. ratam rem haberi. l. 11. D. de duobus reis. l. 3. de administr. rerum. l. 39. §. curatores. D. de administr. & peric. *Vicem Sustinere.* l. 25. D. ad municipalem. l. 4. §. vlt. D. de fideiussor. *Vicem præsidis tueri.* l. 4. C. ad l. Fab. de plagiar.

Ad Vicem. l. 9. C. quomodo & quando. & *ad Vicem naturalis habere.* l. 5. C. de adopt.

In Vicem succedere. l. 1. C. si in causa iudic. *in mutui Vicem pretium habere.* l. 3. §. is autem. D. de Senat. Macedon. *in Vicem dotis adscriptum.* l. 2. D. de dote præleg. *in Vicem portionum.* l. 32. §. 1. D. de vsu & vsufr.

Vice cautionis in possessione esse. l. 15. §. si quis. D. de damn. infect. *Vice codicillorum valere.* l. 3. D. de testam. milit. *Vice legatorum fungi.* l. 3. §. si debita. D. de bon. libert. *Vice nominum fungi.* l. 34. Digestis de condic. & demonstrationib. *Vice pignorum.* l. prima Codice in quibus caus. pignus.

Vice solutionis. l. 6. §. 1. D. de muneribus & honoribus. *Vice sortis fungi.* l. 58. §. 1. D. de admin. & pericul. *Vice vsurarum.* l. 14. C. de vsuris. sic &

VICE *mutua*. l. cum pater. §. pater. D. de legat. 1. l. cum filius. §. 1. D. de legat. 2. & l. poſtquam §. 1. D. vt legator. ſeu fideicommiſſor. l. 4. C. de caſtrenſi peculio. l. 24. C. famil. erciſc. *Vice mutua dare*. l. 25. D. de præſcript. verb. *Vice ſua alium dare*. l. 11. D. de nouation.

Vice alterius poſtulare. l. 13. §. ſi alieno, Digeſtis de damno infect. id eſt eius nomine. *Vice eius fungi*. l. 16. D. de iuriſdict. id eſt partibus. l. 3. D. de offic. eius cui mand. *Vice præfecti cognoſcere*. l. 7. §. hi quibus. D. de legat. 3. *Vice præſidis fungi*. l. 3. C. vbi cauſæ fiſcal. *Vice præſidis agere*. l. 1. Codice de pedan. iudicib. *Vice præſidis iudicare*. l. 3. C. ſi aduerſ. rem iudic. *Vice & officio magiſtratuum fungi*. l. 12. D. de offic. præſid. l. 16. D. de iuriſdict. *Vice perſonæ fungi*. l. 22. D. de fideiuſſoribus.

Vices temporum. l. 2. D. quibus mod. vſusfruct.

Vicaria opera. l. 31. D. de contrahen. empt. & *Vicaria poſſeſſio cuſtodiæ gratia*. l. 5. §. 1. D. vt leg. ſeu fideicomm. *Vicaria damna*. l. 3. C. quo quiſque ordine.

VICARIVS l. 37. §. 1. D. de peculio interprete Theophilo in §. cum autem. Inſtitut. quod cum eo. & §. ſi quis ancillas, de legat. *Seruus* dicitur *inferioris notæ & ipſius ordinarij ſerui ſeruus* οἰκέτης οἰκέτης. ſic *Vicarius à ſeruo datus*, in l. 1. C. de ſeruis reipubl. & *Vicarius ſeruus*. l. 31. D. de contrah. empt. & l. 25. D. commun. diuid. l. 17. D. de in rem verſo. Sic in l. 5 §. 1. D. de tributor. l. 19. §. vlt. D. de noxalibus. lege 4. in fin. l. 7. §. in peculio. l. 11. §. vlt. D. de pecul. l. 31. D. de contrahend. empt. l. 17. §. item ait. l. 44. D. de ædilit. ed. l. 71. in fin. D. de legat. 3. l. 12. §. Celſus. D. de inſtru. vel inſtrumen. l. 4. l. 6. §. ſi Vicario. l. penult. D. de pecul. legat. l. 10. D. de manumiſſ. teſtament. Interpres Horat. pag. 494. Vetus Gloſſarium Græc. ὁ ἄλλος καὶ ὁ ὑποτιθεὶς καὶ ὁ ἐκ προσώπου. Item aliud Gloſſar. ὁ τῶν ἄλλων ἄλλος. & Vetus Gloſſar. Latinum, *qui ſuo ordinario ſubminiſtrat*. & qui vt cuiuſcunque vicem gerant conſtituuntur.

Vicarij vocantur, qui vicem aliorum gerunt. l. 4. §. legati. l. 13. D. de legationibus. l. vn. C. vt omnes iudic. ſic *Vicarius alieni muneris*. l. 13. Digeſtis de legationib. Erant autem *Vicarij prouinciarum*, qui vices præfectorum prætorio in Diœceſibus gerebant. l. 3. §. illud de cano. largitio. titul. Veluti in *præfectura prætoriana Orientis* tres erant Vicarij, quorum fit mentio in l. vltim. C. de diuerſ. offic. lib. 12. *Vnus diœceſeos Aſianæ*, qui prouincias octo adminiſtrabat, Pamphyliam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Lycaoniam, Piſidiam, Phrygiam, Pacatianam, Phrygiam ſalutarem. Alter erat *Vicarius diœceſeos Ponticæ*, ſub cuius diſpoſitione erant prouinciæ 11. Bithynia, Galatia, Paphlagonia, Honorias, Galatia ſalutaris, Cappadocia vtraque, Helenopontus, Pontus Polemoniacus, Armenia prima, & ſecunda. Tertius erat Vicarius diœceſeos Thraciarum, cui ſuberant Thracia, Hæmimontus, Rhodope, Mæſia ſecunda, Scythia. In partibus verò occidentis, *Vicarius vnus* erat *vrbis Romæ*, cuius fit mentio lib. 4. Variar. Caſſiodor. epiſt. ad Ioannem Archiatrum, cui ſuberant Conſulares & correctores Italiæ & Præſides Sardiniæ, Corſicæ, Valeriæ. *Alter* verò erat antè Iuſtiniani tempora. *Vicarius Africæ*, in epiſtola præfectorum prætorio in actis Concilij Arelatenſis, cui ſuberant conſulares Byzacij & Numidiæ: & Præſides quoque Tripolitanæ & Mauritaniæ vtriuſque. Suidas βικάριος παρὰ ῥωμαίοις ἀξίωμα. *Tertius* erat *Vicarius Hiſpaniarum*, cuius fit mentio in inſcriptione l. vlt. C. quorum bonorum. & l. 16. C. de donat. an. nupt. & apud Sulpit. Seuer. lib. 2. Sacr. hiſtoriæ. Huic ſuberant conſulares Beticæ, Luſitaniæ, Galliciæ: Præſides Tarracenſis, Carthaginenſis, Tirigiraniæ, inſularum Balearium. Et hæc ita antè Iuſtinia. obtinuere. Cæterùm Iuſtin. Vicarios Aſianæ & Ponticæ diœceſeos abrogauit, & vtrumque in vnicæ prouinciæ, nempè Galatiæ Pacatianæ, adminiſtrationem commutauit. Nouella 6. & Nouell. 20. Idem Vicarium Africæ in propriam præfecturam prætorianam tranſmutauit.

VICELLIA lex Vetus Gloſſarium Græcum, ὅτι νόμος παλαιὸς ἐκτεθεὶς ὑπὸ βεσελλίου ὑπάτου πωμαίων τοὺς ἀπελευθέρους καὶ ἐπάγων ἀμμίαν τοὺς ποιήσαντας τὰ τῶν εὐγενῶν, τουτέστι τοὺς συγκλητικοὺς γενομένους ἢ ἕτερόν τινα πλὴν, ἢ λέγοντας ἑαυτοὺς εὐγενεῖς εἶναι αἰτήσεως χρυσῶν δακτυλίων, καὶ κεῖται ἐν ᾧ Κα . . τῷ θ. β. τῷ . . . αἰνεθη δὲ ὑπὸ τῆς . . . τῆς ἐν τῷ . . . τῷ μ. . . β. τῶν βασιλικῶν, λέγουσα μὴ δεῖσθαι τοὺς ἀπελευθέρους χρυσῶν δακτυλίων ὅθεν οὐκ ὀλίγη διαφορὰ εὐγενείας ἢ ἀπελευθερότητος.

VICENA millia paſſuum. l. 1. D. ſi quis cautionibus. & *viginti millia paſſuum*. l. 2. §. ſi Præſes. D. quis ordo in bon. poſſ.

VICESIMA *hæreditatium*, vectigal fuit ab Auguſto ad ſubſidium ærarij oneráque bellorum lege Iulia extraneis hæredibus irrogatum. Cuius fit mentio in l. vlt. C. de edic. D. Hadrian. toll. & apud Paul. lib. 4. ſentent. titul. 6. Et apud Plin. in Panegyr. Traia. Et Dio. lib. 55. De *legibus* autem *viceſimæ* primus ſcripſit Aulus Ofilius auctore Pomp. in l. 2. §. ex his auditoribus

bus. D. de orig. iur. Scripserat & de Vicesima hæreditatium Macer libros duos, vt ex inscriptionibus satis multis comprobatur.

Vici pro pagis in l. 2. §. vlt. D. de vacat. muner. l. 30. D. ad municipal. l. 198. D. de verbor. signific. Cæsar lib. 1. de bello Gallico & lib. 2. Liuius lib. 9. 10. 21. 22. Vide Isidorum lib. 15. Etymolog. cap. 2. Vnde *Vicanei*, qui ex eodem Vico & pago sunt. l. 4. D. de censibus. Et *Vicinales viæ*, quæ vel ex vicis vel in vicos ducunt, de quibus suprà in verbo Via diximus.

Vicinvs *proximus & vlterior*. l. 1. §. quod ait. D. de cloacis. & *Vicinus proximus opponitur superiori*. l. 8. D. de oper. noui nunciat.

Vicinum, proximum significat & affinc. Sic *Vicina* dicitur esse *emptioni permutatio* in l. vltim. Digestis de rerum permut. Sic *Vicinus tractus*. l. 9. §. hinc Vicinus. D. de vsufr. *Vicinæ scripturæ* in lege 20. §. 1. D. qui testam. fac. l. 1. §. furiosum. D. de obligat. & act. vbi Caius *furioso Vicinum* ait, *esse*, id est, proximum & finitimum. vt & Cicero libro secundo de officiis loquitur.

Vicinæ ædes. l. 18. §. 1. & §. si vicinas. D. de damno inf. l. 13. §. quæ damni. D. de dam. inf. *Vicina villa*. l. 44. D. de adquirend. rer. dom. *Vicinum prædium*. l. 7. §. cuius. D. de adquir. rer. domin. l. 1. §. vlt. D. de arbor. *Vicinus fundus*. l. 17. D. de stipulat. seru. l. 18. §. si venditorem. D. de acquirend. possess.

Vicinis scientibus. l. 6. D. de his qui sunt sui vel alieni. & l. 9. C. de nupt.

Vicinitatis ratione. l. 7. §. cuius. de acquirend. rer. dom.

Vicinalis via. Vetus Glossar. Græc. interpretatur, ὁδὸς ἡ εἰς κώμην ἄγουσα.

Victorina *villicæ nomen*. l. Thais. §. hæredes. D. de fideicommiss. libert.

Victvs *verbo continentur quæ esui, potui, cultuique corporis, quæque ad viuendum homini necessaria sunt, vestimenta quoque & cætera, quibus tegendi curandive corporis causa vtimur, eadem appellatione continentur*. l. 43. l. 44. l. 45. D. de verborum signific. Verbum itaque *Viuere*, non ad solũ cibum pertinet, sed & vestimenta & stramenta eo continentur, cum sine his viuere nemo possit. l. 23. in fin. D. de verb. signific.

Ad victum necessaria. l. 16. D. de interdict.

Victu & vestitu suo. l. suo. D. de oper. libert. vide. infra in Viuere vnde hoc nomẽ descẽdit.

Videamvs. l. Videamus. D. de hoc quod met. cau. l. vigilia. D. de legat. præst. l. filium. §. videamus. D. de bonor. possess. contra tabul. *Nunc videndum*. l. vt certo. §. nunc videndum. D. commodat.

Aliis contra visum est. l. 46. D. de rit. nupt.

Vidvitas *iniuncta*. l. 63. D. de condict. & demonstr. & indicta vide suis locis.

In viduitate perseuerare mulier. l. 15. §. in Viduitate. D. ad l. Iul. de adult.

Vigilare sibi dicuntur creditores qui de suo consequendo solliciti sunt, & in eo exigendo aliis sunt diligentiores. l. qui autem 6. §. sciendum. & l. pupillus 24. D. quæ in fraud. credit. l. summa. 21. §. sed & si quis. D. de pecul. sic *Vigilantibus ius scriptum dicitur*.

Vigilanter obseruare. l. 5. §. 4. D. de reb. eorum.

Vigiles nocturni excubitores vocabantur, qui noctu incendiorum arcendorum causa vigilias agebant ex Augusti instituto, qui per singulas vrbis regiones eos dispositi, præfecto eis ex equestri ordine viro spectabili, qui *præfectus vigilum* est appellatus. lege 12. & 13. D. de offic. præf. vigil. l. vltim. D. de condict. caus. da. l. secunda §. 1. D. de fugit. l. 58. Digestis de furt.

Vigilum cohortes. Seneca lib. 1. natural. quæst.

Vigor *denuntiationis*. l. 62. §. 1. D. de cuiction. *Vigor iustitiæ*. Ammian. Marcell. lib. 30. l. 5. C. de iure fisci. *Vigor legis*. lege 1. D. de constit. princip. & Instit. de iur. natur. *Vigor virilis*. l. 1. D. de minor.

Vigoris vestigia. l. 4. C. qui testamen.

Viliorem *seruum facere*. leg. D. tit. 2.

Vilioris distraxi. l. 7. §. vlt. D. de tribut.

Vilius locare. l. 52. D. de donat. inter virum & vxorem. *Vilius conducta habitatio* l. 14. C. de vsuris. *Vilius licitare*. l. 3. C. commun. diuid. & *mercari*. l. 7. §. procurator. D. pro empt. *Vilius præstare*. l. 8. D. ad municip.

Viliore pretio. l. 38. D. de contrahend. empt. *Viliore pretio æstimatur*. l. 6. C. solut. matr. *Viliore pretio præstare*. l. 4. D. de administr. rerum.

Vilissima sunt prædia. l. 7. §. si vir. D. de donat. inter vir. & vxor. & *Vilissimo res distracta*. l. 2. §. vlt. D. de eo quod certo loco.

VILLA significat ædificium fundi l.si fundum §. qui fundum. D.de leg.lib.1. Villæ etymon vide apud Varron. lib.1. de re Rustic. *Villa incorrupta.* l.3. vlt. D. locati. *Villa cogendæ & conseruandis fructibus necessaria.* l. 32. §.2. D. de vsu & vsufr. l. 50.D.de vsufruct. Interdum tamen villæ accessio erat fundi. l. 8.& 10. & D.quib.mod. vsuf.amittat.aliàs, *Villarum* nomen rustica ædificia significat. l. 213. D. de verb. signif.

Villicus & villica, lege Thaïs §. hæres. Digestis de fideicommiss. libert. *Villici sunt qui agrum colunt* l. 8. D.de instr. vel instrum. hi vel pensionis certa quantitate, vel fide dominica agros colebant l. 18. §.cum de villico. D.eod. tit.

à Villicis pensionem exigere, l. 40. §. Seruus.D.ad leg. falcid.

VINARIA *vasa.* l. 19. D. de act. empt. l. 206. D. de verb. signific.

VINCERE *periculum,* l. 17. §. quæritur. D. ad l.Iul. de adulter.

Vincere licitatione. l. 6. D. famil. erciſc. & l.9. D. de public. l. 1. C. comm.diuid. *Vinci in lite.* l. 1. §. quid si. D. si quid in frau. *Vincere in interdicto* & *Victus interdicto,* l. 35. D. de act. emp. *Victus de possessione.* l. 35. D. de acq. possess. *Victus.* l 3. C. de interdict. *Victus apud iudicium,* l. 3. §. per Iuliam. D. de pignor.

Victum sustinere. l. 6. D. de muner. & honorib.

Victi, l. 5. §.in hac. D. Iudic.solut.

Victor iudicij. l. 7. §. inter. D. comm. diuid.& *Victor qui iudicio vincit.* l. 39. D. de acquir. possess.

Victoria. l. 10. §. vlt. D. de appellat. *Victoria hæredis.* l. 7. D. famil. erciſc.

VINCIRE *liberũ hominẽ.* l. 23. §. vlt.D.de adquir. possess. *Vincire seruũ.* l. 27. D.de pignor.& l. 43. §.vlt.D.de fideicom.libert. Paul.lib.4.Sent. tit.12.& *Vinci pœnæ causa.* Vlp.lib.regul.tit.2.

VINCTVS, quod ad legem Aeliam Sentiam attinet, non videtur fuisse seruus, licet carcere clausus fuerit, si vincula corpori eius non sint addita. l. 216. D. de verbor. signific. Et apud Vlp. in Institut. tit. 1.

Vinculorum autem appellatione vel publica vel priuata vincula significantur. l.224. D.de verb. signific. Et ideo in edicto prætoris De in integrum restitutione maiorum verba hæc, SIVE IN VINCVLIS ESSET, non ad eum tantùm pertinẽt, qui publica custodia coercetur, sed ad eum quoque, qui à latronibus aut prædonibus vel potentioribus vi oppressus vinculis teneatur: Sed & inclusi latumijs vinctorum numero habentur: quatenus nihil interest, parietibus quis, an compedibus teneatur. In vinculis quoque esse accipimus eos, qui ita alligati sunt vt in publico parere sine dedecore non possint. l.9. & lege 10. D.ex quib. caus. maior. de *Vinculis publicis* vide l. 1.§. vlt.D. de aleatorib. l. 23. D.ex quibus cau. maior. & priuatis. l. 23.D. eodem. *Vinculo etiam quodam retinetur is qui ab hostib. redemptus est.* l. 20.§.1. D. qui test. *Custodiæ* autẽ appellatione sola publica intelligitur. Et ideò in vinculis custodiaue separantur in l. 3. §. lege Iulia. D.de testibus. Et apud Vlpia.in Institut. titu. 1. *in Vincula conijci* in l.3.D. de custodia. *In vincula publica conijci.* l. 2. & l.3. D. de custodia. l. 7. D. de iniuriis. l. Iul. de repetund. & l. 38. *In vinculis coniectus* reus. l.4. D. ad l. Iul. maiest. Iustin. lib. 2. Cic. 2. de legib. *In publica vincula duci* Valer. pag.163. *in Vincula publica mitti.* l. 38. D. de iniuriis, *In vinculis esse.* l. 16. D. ad Turpill. l. 1. D.de diuers. temporal. *in Vinculis vel sub fideiussoribus.* l. vlt. §. sic autem. D. de bon.eorum. *Vinculis publicis contineri.* l. 3. §. qui pecuniam. D. de suspect. tutor. *Vinculis perpetuis contineri.* l. 6. C. de pœnis. *In vinculis custodiri* Q. Curtius lib. 7. *A duobus iudicibus delatis tertium iam annum custodiebatur in vinculis, vinculis liberari.* pag.82. *Ex vinculis causam dicere* l.lege.§. vltimo. D.ad SC. Silania. l. 2. D. de custodia & exhibit. Cæsar. lib. 1. de bello Gallico. Sueton.in Neron. cap. 39. *Coniurati è vinculis triplicum catenarum dixere causam. In vincula dicere,* Vide supra in verbo Dicere. *in Vinculis vel in compedibus decedere.* l. 45. §.1. D. de iure fisci.denique. *Vinculis ruptis.* l. in eos. D. de custod. reor.

Vinculum æquitatis, l. 95. §. naturalis. D. de solutionibus iuris. l. 3. C. de testam. milit. l. 54. D. de obliga.& action. apud Lactantium lib. 6. cap. 10. apud Lucanum. lib. 5.

Nec fas nec vincula iuris,
Hoc audere vetant.

Et in definitione obligationis, item *Vinculum matrimonij.* l. 11. §. mulier. D. ad legẽ Iul. de adult.& *Vinculum naturale & ciuile,* l. 69. D. de condict. indeb. *Vinculum necessitudinis & affinitatis,* l. 9. D. de suspect. tutoribus.l. vltima. C.de codic. & *Vinculum familiæ.* l.87.D.de acquir. hæred. l. cum bonis.eo. id est potestatis patriæ,quod simpliciter *vinculum* dicitur l. si seruum in princip. D. de acquir. hæred. & *Vinculum potestatis.* l.17.C.de donation. & *Vincula*

patriæ

patriæ poteſtatis. l. 4. D. de pact. conuent. vt *Vinculum paternæ poteſtatis.* l. 6. C. de ſentent. paſſ. item *Vinculum religionis.* l. 1. C. de in lit. iur. ſic *Vinculum locationis.* l. 52. §. penult. D. de fideiuſſorib. & *Vinculum obligationis* dicitur. l. 67. D. de procuratorib. & *Vinculum obligationis.* l. 46. D. de acquir. poſſeſſ. & *Vinculum cautionis.* l. cauſa cognita. & l. 40. D. de vulgar. & pupillari ſubſtitutione. l. 13. §. 1. D. de tut. & curat. item, *Vinculo euictionis adſtringere* in l. vlt. C. creditor venditus non deb. vt *vinculum fideiuſſionis* apud Caſſiodor. lib. 2. Variar. Epiſt. ad Fruinatem. *Vinculum pignoris.* l. 15. §. ſed ſi emptor. D. de re iudicata. l. 16. C. de locat. & cond. l. 9. C. de remiſſ. pig. l. 2. C. de amit. pign. l. 39. §. curatores. D. de adminiſt. & peric. §. ſed ſi emptor. D. de re iudi. l. 2. C. de cur. fur. l. 2. l. 8. l. 11. & l. 13. C. de poſtlim. reuerſ. Et ita *vinculum reſtituendæ rei quæ pignori nexa erat* dicitur in l. 9. in fin. D. de ſupellec. leg. Sic & vinculum. in l. 20. D. qui teſt. fac. poſſ. pro vinculo pignoris, quo ab hoſtibus redempti redemptoribus obſtringuntur. l. 21. D. de captiu. & poſtlim. l. 8. & l. 11. C. eodē titul. l. 43. §. vlti. D. de legat. lib. 1. Quo vinculo reſolui intelliguntur ſi libertas ijs detur. l. 70. D. de acquir. hered. & *Vincula ſtipulationis.* l. 40. D. de tranſact. l. 6. C. ſi cert. pet. l. 6. C. de vſur. l. 3. D. de vſur. l. 3. C. de vſuris. &

Vincula cenſualia. l. 4. §. ſi quis inquilinum. D. de cenſib. *Vinculum inſcriptionis.* l. vlt. C. de accuſationibus. *Vinculum pœnæ.* l. 134. D. de verb. oblig. *Vinculum inſulæ.* l. 5. & D. de interdict. & releg. *Vinculum ſeruitutis.* l. 18. C. de lib. cau.

Vinculo ſuo reſoluere. l. 71. D. de acquir. vel omitt. & *omni vinculo exoluti.* l. 1. C. qui non poſſ. ad libert. peru.

VINDEMIA l. qui vindemiam. D. de act. empt. Plinius Epiſt. 2. lib. 8. *Vindemias vendideram.*

Vindemia facta. l. 1. §. idem ait. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt. *Vindemia coacta.* l. 13. D. quib. mod. vſufr. *Vindemia legata.* l. 6. D. vſufructuarius quemadmod. cau.

ex Vindemia dare vinum. l. 17. §. vlt. D. de annu. legat.

Vindemiarum tempus. l. vlt. D. de iure fiſci. l. 1. D. de fer.

VINDICO. Diomedes lib. 1. Vindico vindicaui. hoc verbum non pro defendo ſed pro animaduerto de pœna, vt apud Salluſt. *vindicatum fuit in noxios.* ſic *quoque vindicare delictum index* dicitur in l. 1. D. de obſeq. parent.

Vindicare pro adſerere ſibi vel vt ſuum petere. ſic *vindicari* bona legimus. l. 6. §. eius qui. D. de iniuſto rupto. *Vindicare bona ex Senatuſconſulto.* l. 11. D. de except. rei iudic. *Vindicare ſibi libertatem,* l. 40. §. 1. D. de teſtam. milit. *Vindicare ſibi arbitrum,* l. 5. §. ſi quando. D. de magiſt. conuen. & *arbitrium,* l. 24. D. de tutor. & curat. *Vindicare iuri tuo.* l. 12. C. de donat. inter vir. *Vindicare dominium,* l. 16. §. creditor. D. de pignor. l. 1. C. vbi in rem act. l. 15. C. de rei vindicat. l. 10. C. arbit. tut. l. 9. C. de pignerat. act. *Vindicare dominiū ſerui,* l. 8. §. 1. D. de liber. cau. *Vindicare meum eſſe.* l. 6. §. Sed &. D. de confeſſ. *Vindicare rem ſuam.* l. 3. D. de pignor. & *Vindicare noſtrum eſſe.* l. 66. D. de rei vindic. *Vindicare res per in rem actionem.* l. 16. §. vlt. D. de hæred. petit. & *Vindicare iure dominij.* l. 4. C. de religioſ. & ſumpt. & *Vindicatio dominij.* l. 11. C. de vſufructu, & ſeruitut. aliàs & hypothec. *Vindicare hypothecam.* l. 12. D. de pignor. *Vindicare pignus,* l. 28. D. de pignor. & *Vindicatio pignoris.* l. 9. C. de pignerat. act. *Vindicatio pignoris,* l. 16. §. in venditione. D. de pignor. *Vindicare ſibi legatum.* l. 22. D. ad Senatuſconſultum Trebel. l. 59. §. vlt. D. de manumiſſ. teſtam. *Vindicare legitimam hæreditatem.* l. 2. D. de manumiſſion. quæ ſeruis. l. 2. D. ad Senatuſconſultum Tertyllian. l. 47. §. vlt. D. de fideicommiſſ. libert. *Vindicare ſucceſsionem,* l. vlt. C. in quib. cauſ. ceſſat. l. 5. C. comm. de ſucceſſion. *Vindicare ſibi iura ſucceſsionis.* l. 15. C. de poſtlimin. reuerſ. *Vindicare ſibi bona teſtatorum.* l. 2. §. Diuus. D. qui petant tutor. *Vindicare vacationem.* l. 7. D. de legation. *Vindicare vſumfructum.* l. 8. §. 1. D. de lib. cau. item *Vindicare ſeruitutem.* l. 1. D. de remiſſ. *Vindicatio ſeruitutis.* l. 90. de oper. nou. l. 1. §. non ſolum. D. de arbor. cæd. *vindicari ſtatus* l. 3. D. de ſtatu defunct.

Vindicari fiſco. l. 4. C. de inceſt. & inutilib. nupt. l. 4. D. de leg. Cornel. de falſ. *Vindicari fiſci iuribus.* l. 1. C. de ſepulch. violat. & *Vindicari fiſci rationib.* l. 4. C. de pœnis. lege 1. D. de bon. libert. l. 8. D. de iur. fiſc. l. 5. D. de pœnis. l. 1. C. de bon. eorū. l. vlt. D. de bon. eo. l. 1. D. de interd. releg. l. 7. §. vlt. D. de bon. damnator. l. 2. C. vbi cauſæ fiſcal. l. 4. §. vlt. D. ad. l. Cornel. de ſicar. l. 21. D. de his quæ vt indig. *Vindicari bona fiſci & caduca.* l. 3. D. de his quæ in teſtam. delent. *Vindicari fiſco dotem* l. 27. D. de iur. fiſc. *Vindicari fiſco hæreditatē* l. 3. §. vlt. D. ad Senat. Trebell. l. 28. D. de bonis libertorum. l. 49. D. de manumiſſ. teſtam. l. 35. D. de iure fiſci. l. 12. §. vlt. D. de fideicom. libert. l. 9. & l. vlt. D. ad leg. Iul. maieſt. l. 14. D. de iure fiſci. *Vindicari fiſco partem.* l. 2. C. ad l. Iul. de vi pub. l. 4. C. de his

quib. vt indignis. *Vindicari fisco pars thesauri.* l. 3. §. si in locis. D. de iur. fisci.

Vindicatio, omnis in rem actio appellatur, l. 25. D. de obligat. & actio. §. appellamus. Institut. de actionib. Itaque non eæ tantùm actiones, quibus rem nostram esse, sed & quibus pignori obligatam nobis esse intendimus, vindicationes appellantur. Vnde Hypothecaria actio vindicatio pignoris appellatur in l. 16. §. in vindicatione. D. de pignoribus. A vindicando autem vindicatio ducitur. Est autem vindicare vel dominium vel ius aliquod sibi adserere. Inde vindicare suum esse pro eo quod aliàs suum esse petere dicitur l. 27. §. cui legatum. D. de auro, argen. l. 66. D. de rei vendic. l. 6. §. sed & si fundum. D. de confess. §. nam cui. Instit. de actionib. l. 21. §. 1. in fi. D. de except. rei iud. vt supra demonstratum est. Et *vindicare per in rem actionem ius non esse alicui reficiendi.* l. 3. §. penultimo. D. de riuis.

Vindicare sibi libertatem i. proclamare ad libertatem l. 32. §. vlt. D. de testam. milit. l. 6. C. de testam. milit. sic & *Vindicari in ingenuitatem.* l. 32. D. de liber. cau. & *Vindicare in libertatẽ.* l. 12. §. si ipse. D. ad exhib. & contra *Vindicare in seruitutem.* l. 3. D. de liber. caus.

Vindicare pro vlcisci. sic *Vindicare adulterium*, l. 13. §. 1. D. ad l. Iul. de adult. & *Vindicta proprij doloris* l. 37. D. ad l. Iul. de adult. *Vindicare* etiam *iniuriam* sibi factam, exequi & crimen persequi significat. l. 2. §. sed & si agant. D. de iud. l. 18. §. 1. D. de iure fisc. sic *Vindicare mortem*, l. 18. D. de Senat. Silan. l. 11. D. de accusator. l. 5. C. de quæstionib. l. D. de iur. fisc. *Vindicare necem* l. 26. D. de Senat. Silan. l. 10. C. de his quæ vt indign. l. 37. §. vlt. D. de bonis libert. l. 4. de his qui accus. poss. l. 2. C. de calumniator.

ad Vindictam maiestatis publicæ respicit l. 33. D. de iniuriis.

Vindictæ viam eligere l. 31. C. de lib. cau.

Vindictæ i. *pœnæ persecutio* l. 2. §. emancipatus. D. de collat. bonorum, opponitúrq; ue rei persecutioni l. pen. D. si ex noxa. cau. ag. l. penult. D. de sepul. viol. l. 7. D. dein in teg. re. tit. l. 2. §. emancipatus. D. de collat. bon.

VINDICIÆ autem quæ olim dicebantur, vide apud Gellium lib. 20. cap. 19. & Festum Pomp. lib. vlt. Dare vindicias dixit Pomponius. l. 2. D. de orig. iur. Arnob. lib. 4. aduers. gẽtes fol. 47. *qui inter personas huiusmodi aut vindicias iusta dare aut sacramenta conetur promittere non iusta.* Ascon. in 3. contra Verrem Oratio. *Vindiciarum*, ait, *lis est cum litigatur de ea re apud Prætorem cuius incertum est quis debeat esse possessor. Et ideo qui eam tenet satisdat pro præde litis vindiciarũ aduersario suo quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum esse qua iurgium esset.*

VINDICEM in 12. Tabul. appellatum, qui alterius causam suscipiebat vindicandam, quẽ nunc *procuratorem* dicimus Boët. in Topic. scribit. Videtur tamen ita potius appellatus qui iudicio sisti, iudicatúmque solui satis pro alio dabat.

VINDICTAM Boët. in Topic. Cicer. *virgulá quãdam fuisse* ait, *quam lictor manumittendi serui capiti imponens, eum in libertatem vindicabat.* Quamà Vindice Vitelliorũ seruo, de quo in l. 2. §. initium successionis. D. de orig. iur. fit mentio, dictam quidam putant, quòd pro præmio indicij coniurationis libertatem à Coss. publicè accepisset. Alij ab eo quòd ea virgula apud magistratum in libertatem mancipium vindicabatur & manumittebatur, in ciuitatémque accipiebatur, vt Liuius lib. 2. ab Vrb. condi. & Plutarch. in Publicola, & Theoph. in §. vlt. Institut. de libertin. sentiunt. Hac autem virga Prætor vel Consul tangebat caput serui quẽ ex iure Quiritium liberum se facere dicebat. Itaque is vertigine quadam tunc vsu recepta circumactus, & vt ait Persius, rotatus & circumductus pileum accipiebat. Vetus Glossar. Græc. ἡ ῥάβδος μεθ' ἧς ὁ ἄρχων ἢ ὁ πραίτωρ τῶν τοῦ ἐλευθερουμένου καφαλῶ ἵππιον φάσκοντος. φάμεν τὸν παρόντα ἄνθρωπον εἶναι ἐλεύθερον καὶ πολίτην ῥωμαῖον. Inde *Vindictam imponere* in l. penult. §. pater. D. de castr. pec. l. 14. in fi. de manumissio. & l. 12. §. potest. D. de liber. caus. l. 5. D. de manum. vind. l. 2. C. si aduers. libert. Et *vindicta libertatem imponere.* lege 10. C. qui test. fac. Et *Vindicta manumittere.* l. vlt. D. pro derelict. l. 33. D. de dolo. tit. de manumiss. vindicta. l. 3. C. de vindict. literat. & *vindicta manumissi* Vlp. lib. reg. tit. 2. 929. sed & *vindictæ liberare.* l. 5. D. de manumi. vind. l. 15. D. de manum. l. 22. D. de manumiss. vindict. l. 122. §. Flauius. D. de verb. oblig. l. 5. D. de manum. vind. l. vlt. D. pro derelict. *Vindicta liberari.* l. 4. D. de manumiss. testament. Paul. lib. 4. Sent. tit. 12.

VINDIVS l. 7. §. 18. D. de pact.

VINO legato, id omne quod ex vinea natum vinum permansit, & acetũ quoque quod vini numero paterfam. habuerit, continetur. Mulsum verò & defrutum, & zythum & ceruisia nisi de his quoque testator senserit, non continentur. l. 1. & l. 9. D. de tritico, vino. l. 2. in fi. D de optio. leg. Vini autem genera quædam enumerantur in d. l. 9. & *Vinum Falernũ, Campanum, Asiaticum diffusum. Vini veteris* seu *vetusti* fit mentio in l. cum quid. D. si cert. pet. & l.

& l. cum quis. §. sciam. D. de leg. lib. 3. l. iubemus. C. de erogat. milit. anno. lib. 12. & noui in d. l. cum quid. & d. l. iubemus.

Per vinum lapsi. l. 6. §. vinum. D. de re milit. & *si per vinum euenerit.* l. 12. D. de custod. & exhibit. *Vinaria vasa.* l. 93. §. D. de legat. 3. explicat lex 206. D. de verb. signif. & *dolia.* l. 19. Illud. D. locati. *Vinaria* autem *vasa* propriè torcularia esse placet: *Dolia* autem & seriæ tamdiu in ea causa sunt, quamdiu vinum habeant: cum verò sine vino esse desierint, in eo numero non sunt. l. 206. D. de verb. signifi. Seriarum autem *cadorum, cupparum, culleorũ*, in quibus vinum diffundi solebat, fit mentio in l. 15. §. proprietatis. D. de vsufru. l. 93. §. penult. D. de legat. lib. 3. l. 3. §. 1. l. 14. l. 16. D. de trit. vino.

Vinacea sunt grana vuarum in dolijs condita. l. 52. §. si quis massam. D. de furt. l. 14. in fi. D. de condict. furt. Et apud Cato. lib. de re rust. cap. 10. & cap. 11.

VINETVM in §. Manifestus. Instit. de obligat. quæ ex delic.

VIOLARE *cognatam.* l. 5. D. de quæstionib. *matrimonium.* lege 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. leg. 24. D. ad leg. Iul. de adult. & *Violatum matrimonium.* l. 23. C. ad leg. Iul. de adult. rapt. *de Violato matrimonio quæri.* l. 1. C. ad leg. Iul. de adult.

VIOLARE *bustum & sepulchrum*, Lucanus lib. 9. pag. 207. & 210.

Violatus pudor. l. 11. C. de quæstionibus. *Violati contumelijs*, lege 6. §. 1. D. de agnosc. & alend. *Violatæ statuæ*, lege 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maiest. *Violata virgo.* lege prima. C. ad. leg. Iul. de adult.

VIOLENTIA *ignis.* l. 4. C. de peric. & commodo. l. 5. C. de vsucap. *Violentia iudicis.* l. 7. de appellat. *Violentia ventorum.* l. 24. §. seruus. D. de damn. infect.

Violenter abripere. l. 2. C. vi bonor.

VIR *bonus arbitrari* dicitur. l. 45. D. de procurat. & *Viri boni arbitratu.* l. 21. §. Sinautem. D. de oper. nou. nunt. & l. 18. §. 1. D. de damn. infect.

VIRI *autem boni arbitrium* quod omnibus ferè stipulationibus olim comprehendebatur, idoneæ & integræ existimationis diligentísque, circumspecti, & considerati patriff. arbitrium significabat. l. 20. §. vlt. D. de oper. libert. l. 21. §. siue autem. D. de noui ope. nunt. l. 9. in princip. & §. si lapidicinas. l. 13. in fin. l. 15. §. & si vestimentorum. l. 65. D. de vsufr. l. 18. §. & cuius. D. de damn. infect. l. 47. §. si Sticho. D. de fideic. libert. l. 13. D. de annu. leg. l. 1. D. de legat. lib. 2. l. 17. l. 18. D. iudic. sol. l. 50. D. solu. matr. & alijs infinitis locis. Qua de re etiam supra lib. secundo nonnihil dixi.

Vir bonus & diligens paterfamilias. l. 20. §. vlt. D. de oper. libert. *Vir clarissimus.* l. 2. §. quibus. D. ad l. Iul. de adult.

Virilis animi est. l. 4. D. qui petant tut. *Virilis vigor qui completur post vigesimum quintum annũ.* l. 1. D. de minorib. l. 25. D. de auro.

Virilis sexus. l. 1. §. non tantum. D. de Carbonian. edicto. l. 1. D. de senatoribus. l. 15. D. de liber. cau. l. 1. §. ibi. D. de leg. præstand. *Virilis sexus personæ.* l. 7. D. de legit. *& liberi.* l. 16. D. de tutel. *cognati.* l. 2. D. de suis & legit. §. 1. Instit. de legit. adgn. tut. *per Viriles sexus descendentes.* l. 3. D. de iniusto rap.

Virilis appellatione in l. Papia, etiam interdum tota hæreditas continetur. l. 145. D. de verbor. signific. *Virilis portio* in legatis conseruandis post petitam contra tabulas bonorum possessionem quomodo accipienda sit, vide l. 8. D. de legat. præstand. *Virilis pars.* l. 38. §. filiam de legat. 3. & *pro Virili parte actionem dari.* l. 3. C. de magist. conuen. *Viriles inter eos fieri*, l. 77. §. hæreditatem. D. de legat. 2. *Viriles partes.* l. 70. §. vlt. D. de legat. 2. l. 10. §. quotiens, de appellationib. l. 8. D. de statulib. *Viriles partes & hæreditariæ separantur.* l. 54. §. vlt. l. 67. §. vlt. & l. 114. §. cum pater. & l. 121. D. de legat. 1. *ex Virilibus partibus instituere.* l. 13. D. de hæred. instit. *pro portione virili.* l. 43. D. de re iud. l. 33. D. de legat. 1. *pro Virili portione obligare.* l. 1. C. quo quisque ord. *Viriles portiones.* l. 6. D. de fideiussor. tutor. l. 16. §. 1. D. de legat. 1. *Viriles portiones æquales* Paul. interpretatur in lib. 3. Sentent. tit. 2. quæ scilicet pro numero personarum & in capita constituuntur vt tot fiant, quot sunt & personæ. l. 1. §. nunc tractemus. D. de tutel. & rat. distr. l. 7. D. de fideiussorib. tut. l. 43. D. de re iudic. l. 54. §. vlt. D. de legat. 1. l. 67. §. si duos. D. de legat. 2. Virilis pars apud Liuium. lib. 6. sic *Viriles factæ portiones* in l. 2. C. ad Senat. & *ex Virilibus portionib. succedere.* l. 2. C. de suis & legit. & *pro Virilibus.* lege 37. D. de stipulat. seruorum. item *Viriles obligationes.* lege 8. Codice ad Senat. Velleian. *Virilis opera argentarij.* lege 12. Digestis de edendo. *Virilis vestis*, lege 32. Digestis de auro arg.

Virile munus. l. 1. C. quando mulier officium. lege 18. C. de procuratorib. sic *Virile officium*

tutelæ esse dicitur. l.16. D.de tutelis seu *munus masculorum.*leg.vlt.D.de tutelis. & *Virilia officia.*l. 1. §. sexum,de postulando.

VIRILITAS, Paul. lib. 3. sentent.tit. 7.

Virilitatem amittere. i.testiculos. l.4. §.vlt. D.ad legem Cornel.de sicariis. Martial.libro 9. Epigramm.

Non puer auari sectus arte mangonis,
Virilitatis damna mœret ereptæ.

Paulus lib.3. sentent. tit. 9. *Saluo pudore virilitatis.* Quintilian. Declamat. pag. 301. Cornelius Tacitus lib. 5. Annal. *Proximus huic Abdus ademptæ virilitatis.* Hircius lib. 1. de bello Alexandrino, *Neque exectis virilitatem restituere posse,quod quidem supplicium grauius morte ciues Romani subiissent.* Plin. lib.35 cap.12. Galli *Samia testa virilitatem sibi amputant.* Quint. Declamat. 340. *Mango iratus,* ait, *illi fortasse pretium excisa virilitate producet.* Et in Instit. Orat. libro 5. cap. 13. *Non alio mediusfidius modo docentium, quàm pro mancipiorum negotiatores formæ puerorum excisa virilitate lenocinantur.* Apul. lib.8. de Asino aur. *Fuga detestabilem illum exectorem Virilitatis meæ relinquentem.*

VIRIPOTENS. l.7.C.qui petant tutor. l. 65.D.de donat.inter virum. *Viripotens pupillus qui in suam tutelam venerit.* l.5.§.vlt.D.quibus ex caus. in possess. *Viripotens puella.* l. 7. C. qui pet. tut. *quæ virum pati potest.* l. 30.D. quando dies legatorum. *Viripotens virgo*, dicitur matura & nubilis virgo,& quæ iam virum pati potest.l.13.D.de verborum signific. l.101.D. de condit. & demonstrat. l. ii filiusfamil.51.D.de legat.3. sic *nondum Viripotētes virgines.* in l. 38. §. qui si. D.de pecun. *Viripotētes* vocantur *fœminæ*, vt masculi puberes. Institutionibus de nuptiis in princip. & apud Vlpia. tit. 5. Regular. & de curationibus. vt *masculi impuberes, fœminæ verò nondum viripotentes.* l. 1.§. impuberes. D. de Senatusconsulto Silan. Fœminas tamen tam impuberes quàm puberes dixit idem Vlp. tit.2. Regular.

VIRGO *filia.* l. 41. §. testamenta. D.de legat.3.sed

VIRGINES in l. licet. C. de nupt.accipe quæ nō sunt factæ puerperæ, quæ nullos liberos susceperunt. Sic loquitur Marcellinus Comes & Paulus Diaconus de Honorij nuptijs agentes. *Virginis appellationem nox vna aufert.* Quintilian. Declamat. pa. 175. Vnde Cicero apud Macrob. *Cras mulier fiet.*

VIRIDIARIA loca significat virentibus herbis graminibúsque & arbustis consita. l. 26. D. de instr. vel instrum. Et apud Vlp. in Instit. tit. 6. Et Suet. in Tiber. cap.6.Et Lamprid. in Heliogabalo. Et Veget. lib.4. cap. 6.appellātur.& *Viridaria* prout in Pand. Floren. scriptum est in lege 13.§. fructuarius. & §.si ædium.D. de vsufruct. & lege 8. in fin.D. de instruct. vel instrum. Et *viridia* in lege 79.in fin.D. de verb. signif. lege 15.D.de seruit. lege 12. D. de seruit. vrb. Et apud Vitruu. lib. 6. cap.6. & lib. 5. cap.9. Et Senec. Epist. 15. lib. 1.sic *cisternam viridibus subditam apud* eundem accipe lib. 13. Epist. Et *Ambulationes pressu ac tonsis viridibus vmbrosas* apud Plin. lib. 5. Epist.ad Apollinar. Macrob. lib. 1. Satur.cap. 4. viridia cum ἀπὸ ἐπιθέτου accipiuntur, genitiuum in ium faciunt, vt *viridia prata, viridium pratorum.* Cum verò ipsam loci viriditatem significare volumus, *viridiorum* dicimus: vt cum dicitur, *Formosa facies viridiorum.* Apparet autem ex dicta lege 26. etiam in dolijs defodi viridaria consueuisse aggesta terra. Quin & in fenestris amœnitatis gratia interdū habebantur,vt ex Martiale, & ex Plin. lib. 19. cap. 4. intelligimus. Supra ædificia quoque viridiaria habuisse Rom. ostendit lex 12. Digestis de seruitutibus vrban. prædiorum.leg. impensæ. Digestis de verbor. signific.

VIRIOLA, ornamenti genus ex gemmis.lege 14. D. de cōtr.empt. lege 8. D. de optio. leg. lege 27. §. ornamenta. lege vltima. §. vltimo.Digestis de aur. arg. leg. Diminutiuum autem est à verbo Viria, quo vtuntur Tertullianus in libro de Pallio, & Plinius libro 33. cap. 3.

VIRTVS bellica. l. 12. D. de captiuis. sic *Virtus militum.*l. 21. de captiuis.& *Virtutis causa certamen.* l. 2. & l. 3. D. de aleatoribus.

VIS *est necessitas imposita contraria voluntati,maioríque rei impetus qui repelli non potest.* lege prima,lege secunda Digestis quod met. cau.*Vi* autem *possidere* in interdictis prætorijs dicitur, *qui expulso veteri possessore siue iure is, siue mala fide possidebat, acquisitam per vim possessionem obtinet: aut qui in hoc ipsum aptatus & præparatus venit, vt contra bonos mores auxilio, ne prohiberi possit ingrediens in possessionem, facit. Sed qui per vim possessionem suam retinuerit, aut etiam ereptam sibi, in ipso congressu recuperauerit, vi possidere nō intelligitur.* l.1.§.vi possidere.D.de vi & vi arm. l.41.§.si tu me vi. D.de vsuc.Vi possidet &ille,qui absente domino ingressus possess. veniētē deinde

deinde non admisit. l. 6. in fi. D. de acquir. poss. At qui vacuam possessionem occupauerit, quanquam deinde venientem dominum prohibuerit, vi non possidet. l. 4. §. penult. D. de vsucap. Vi porrò possidere à me videtur & qui ab auctore meo vi possidet. l. 3. §. si quis ab auctore. D. de itin. actuque. *vim facit*, qui non sinit possidentem eo quod possideat, vti arbitrio suo, siue in serendo, siue in fodiendo, siue ædificando, siue quid omnino faciẽdo, quod liberam possessionem aduersarij non relinquit. l. 11. D. de vi & vi arm. In interdicto Quod vi aut clam, *vi factum videtur* finitore Mucio Scæuola, *quod quis cum prohiberetur fecit*. l. 74. §. vi factum. D. quod vi aut clàm. Sed & qui vel minimi lapilli iactu prohibitus facere perseuerauerit, vel contra testationem denunciationémque fecerit, aut cum se sciret prohibendum, per vim molitus est, ne prohiberi posset, & quominus prohiberetur, consecutus est per periculum denunciando aduersario, aut ianua præclusa. l. 1. §. hoc interdictum & l. 19. D. quod vi aut clàm. *Vim facere* videtur *quominus reficiatur*, qui necessaria refectioni asportari non patitur. l. 4. D. de itin. actuque priu. *Non videtur vim facere, qui iure suo vtitur, & ordinaria actione experitur*. l. 197. §. 1. D. de diuers. reg. iur. Alia causa est eius, qui quod sibi deberi putat, non per iudicem reposcit. l. 8. D. quod met. caus. l. penult. D. ad leg. Iul. de vi priuat. Cæterum omne omnino quod per vim fit, aut in vis publicæ aut priuatæ crimen cadit. lege 195. D. de diuers. reg. hinc *Vi, clam, vel precario possidere cui aduersatur sine vitio*, vt l. 1. idem Labeo. D. de aqu. quotidian. ita *Vi deditus* in l. 24. D. de hæred. pet. Vim inferre, adhibere, admittere, facere, & contra vim pati vide suis locis. *Vim inferre visceribus mulier* dicitur. l. 39. D. de pœnis.

Vis autem priuata Vetus Glossar. Græc. Διαφέρει βία δημόσια τῆς ἰδιωτικῆς βίας. βία μὲν δημόσια ἐστὶν ὅταν μετὰ ὅπλων ἐπελθὼν τις ἁρπάσῃ ἀκίνητος καὶ ἔχει κατὰ δίκλιν τὸν Ἰόλιον νομον. ἡ δὲ ἰδιωτικὴ βία ἐστὶν, ὅταν χωρὶς ὅπλων ἀφέληταί τις ἀκίνητος καὶ ἔχει κατὰ δίκλιν τὸν περὶ βίας ἰδιωτικῆς νόμον ἢ γ δημευεται τὸ περι . . . ἢ οὐσίας καὶ οὔτε ουγαληπιος ἢ ἄρχων γίνεται, ἢ ἄλλως μετερχεται πιλω. Et mox. βία ἐπὶ μετὰ πράγματος ἀπέλευσις ἢν ἡ δύνατάί τις ἀποβαθαι ἢ ἡ ἀφ' ἑαυτὸν ἀποδιώκειν καὶ' ἀποτρέπειν.

Vim publicam Isidor. lib. 5. Etym. cap. 26. definit esse *si quis ciuem ad populum vel iudicem vel regem appellantem necauerit, torserit, verberauerit, vinxerit. Priuatã verò, si quisquã ante iudicium armatis hominibus ex suo quenquã deiecerit vel expugnauerit*. Quod ille ex Paulo lib. 5. Sentent. tit. 26. transcripsit. *Vim publicam cõmittit & qui per vim stuprum infert*. l. 29. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. Atque ita credo initio genere & qualitate delicti, vim publicam à priuata separatam. Postea placuit, *Publicam eam vim accipi, quæ armatis hominibus coactis committatur. Priuatam verò, quæ sine armis fiat*. l. 5. D. ad leg. Iul. de vi priu. l. 3. l. 4. & l. 5. D. ad leg. Iul. de vi publ. §. item lex Iulia. Instit. de publ. iud. §. sed & ex constitut. Instit. de interdict.

Est & *Vis maior*, quam θεῖ βίαν vocant. l. 9. §. Iulianus. l. 25. §. vis maior. & l. 33. & 36. D. locati. l. 1. C. eod. titul. l. 13. in fin. & l. 30. D. de pignor. actio. l. 3. §. inde Labeo. D. nautæ caupo. l. 17. §. si cui mihi. D. de præscript. verb. lege 1. C. cõmoda. l. 19. C. de pignoribus. hinc *Vis maioris periculum*, in lege 1. C. de locat. & conducto. in lege Dei. tit. 10. Plinius lib. 19. cap. 28. *Duo autem genera cælestis iniuriæ meminisse debemus. Vnum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ cæteráque similia intelliguntur, quæ cum acciderint, vis maior appellatur*. Columella lib. 1. cap. 7. *Nam vbi sedulo colitur ager, plerúmque compendium, nunquam, nisi cæli maior vis, aut prædonum incessit, detrimentum adfert*. Seneca lib. 4. de Benefic. cap. penult. *Vadimonium promittimus, tamen deseritur: non in omnem datur actio deserentem: maior vis excusat*. Appellatur & *vis diuina* in l. 24. §. seruus. D. de damn. infect. Et *vis magna* in l. 2. in fin. D. de peric. & commod. rei vend. Et *vis cui resisti non potest*. l. 15. §. 1. D. loca. Et *vis naturalis*. l. 59. D. eod. tit. & *Potentia* l. 33. D. locati. Et *maiores casus, quibus humana infirmitas resistere non potest*. l. 1. §. is quoque. D. de obligat. & actio. Huiusmodi sunt grandiores labes, tempestates, incendia, terræ motus, vis aquarum, magnitudines ventorum, & alia id genus quæ humano consilio prouideri non queunt, qui, casibus fortuitis & vi diuinæ adscribuntur. Vide l. 24. §. Seruius. D. de damn. infec. de Vi aquarum, in lege 2. §. item. D. de aqu. & aqu. plu. de *Vi fluminis* in lege 9. §. 1. D. de damno infecto. lege 5. §. sed etsi. D. ad exhæred. l. 7. §. iud. si quis. D. ad leg. Aquil. lege 2. D. si quis caut. l. 1. Codice de relig. & sumpt. sic *Vi fluminum importata*. lege 4. §. vlt. D. de reb. credit. & l. 11. §. vlt. D. de aq. & aq. plu. & *Vi fluminis lapsum ædificium*. l. 24. §. idem Seruius. D. de damn. infect. *Vi fluminis victus*. l. 7. §. sed si quis. D. ad legẽ Aquil. de *Vi maris* vide lege 24. §. Seruius. D. de damn. infect. sic *Vi ignis absumptæ*, in l. 3. C. de peric. tut. & *consumpta instrumenta*. lege 5. C. de fid. instrum. *Vi ruinæ*, in l. 24. §. Seruius. D. de damno infecto.

de *Vi tempestatis*. l. 7. §. si fundum. D. soluto matrimo. sic *Vis tempestatis & vis cui resisti non potest*. l. 15. §. 1. D. locati. *Vi tempestatis euersæ arbores*. l. 59. D. de vsufruct. quæ & *vis Ventorum appellatur*. l. 24. §. item. D. de damn. inf. l. 29. §. itẽ Labeo. D. ad leg. Aquiliam. & *Vis subita venti*. l. 50. §. in hac. D. ad l. Aquiliam. sic *Vis venti ædificia conuellit*. lege 43. D. de damn. infect. & *Vi ventorum eiectæ arbores*. l. 12. D. de vsufruct.

Est & *Vis latronũ*. l. 5. §. quod vero. D. cõmodati. l. 30. D. ad l. falcid. *Vis hostium, prædonũ*. l. 30. D. ad leg. falcid. sic *Vi latronum ereptum*. l. si vt certo. 5. §. quod vero. Commod. *Vi prædonum vel hostium amissum*. l. 1. §. Renouet. D. de postul. & *Vis piratarum*. l. 4. §. inde Labeo. D. nautæ caup.

Vis quoque sumitur pro effectu. sic *Nulla vis cõuentionis*. l. 12. D. de precario. *Vis actionis*. l. 1. D. ad exhibend. *Vires exceptionis*. l. 11. §. vlt. D. de bonorum possess. secund. tab. l. 36. §. veteranus. D. de testam. milit. *Vires habet institutio*. l. 13. §. 1. D. de testam. milit. & *Viribus propriis consistunt obligationes*. l. 27. D. de oblig. *Vires præturæ*. l. 2. D. de iudic. *Vires non habet sententia*. l. 1. C. quando *Vis stipulationis*. l. 23. D. de pact. dotalib. *Vires habet stipulatio*. l. 33. D. de acquir. rer. domin. *Vires testamenti*, l. 2. D. de his quæ in testam. delent. l. 13. §. 1. D. ad Senat. Trebell. l. 8. D. de hæred. petit. *Vires suas obtinet testamentum*. l. 11. C. de testamentis. l. vlt. C. qui non poss.

Vires pro bonis & facultatibus. sic *Vires hæreditatis vel eius cui creditурus eram*. l. 42. D. mandat. sic *supra vires dotis*. l. 15. D. de donat. inter vir. & *Vires fideiussoris*. l. 27. §. præterea. D. de fideiussorib. *Vires patrimonij*. l. 36. D. de bon. libertor. l. 1. §. in quibusdam. D. si cui plus l. 43. §. 1. D. de administ. & peric. l. 11. §. quod vulgo. D. ad leg. falcid. l. 1. D. de legat. 2. l. 5. C. de suspect. tut. Senec. lib. 1. Controuers. *Vltra vires portionis*. l. 11. §. si filio. D. ad leg. falcid.

Vi ipsa. l. 27. §. illud. de pact. l. 1. D. de statuliber. l. 72. §. Stichus. D. de solutio. l. 16. §. inde quæritur. D. ad Trebellia. l. 1. §. vlt. D. de interdict. l. in lege. 3. Falcidia. ad leg. Falcid. l. qui decem. §. Stichum. D. de sentent. Quod Græcè dicitur τῇ δυνάμει. vt in l. 29. D. de recept. qui arbitr. receper. Dicitur & *effectu* in l. 10. D. de vsu & habit.

Viscellia lex aduersus libertinos ingenuitatis iura & munia vsurpantes & sibi vindicantes scripta fuit, titul. ad leg. Viscell. C. l. vn. C. victum ciuil. criminalit. ag.

Viscera, pars *viscerũ matris*, vt ait Quintilian. Declamat. 338. Seneca in Octauia act. Ouid. in metamorph. *vteri pars hæc est septima nostri*. sic *Viscerum portio, Partus antequam edatur*. l. 1. §. ex hoc. D. de inspic. ventre.

Visceribus vim inferre. l. si mulierem. D. ad leg. Cornel. de sicarijs. l. 39. D. de pœn.

Visiones, vt Anto. August. animaduertit, Iurecõsulti appellant quod Græci θεωρήματα & θεωρίας. l. 25. §. adeò. D. de petit. hæred. l. 8. §. si mulier. D. ad Velleia. l. 8. in fi. D. de probationib. l. 29. §. in omnibus. D. manda. *Inspectionem* etiam dicunt Iureconsulti nonnunquam in eandem sententiam. l. 31. D. depos. l. 44. D. de obligat. & actio. l. 12. §. manumittendo. D. de captiu. Visiones planè. Quintilian. lib. vlt. cap. 10. appellat quas Græci φαντάσματα.

Vispellio vilium & ignobilium cadauerum elatorem significat. Et ita hoc verbum in Pandectis Florentinis scribitur in l. 31. D. de euictionib. l. 7. D. ad Trebellia. l. 72. §. penult. D. de solutionib. Vbi bispellionem vsitata literarum B. & V. inter se cõmutatione scriptum est. Quod tamen in fœdum errorem quosdam induxit. Sic & in Lexico B. Germani *vispelliones* νεκροθάπται, κοπιάται. In aliorum auctorũ codicibus *vispillones* & *vespillones* appellantur, vt apud Tertullian. in lib. de Pallio, & Martial. lib. 1. Epigr. semel atque iterum, & in libello Fulgentij obscurarum vocũ, & apud Ammian. Marcellin. lib. 29. & Sidon. Apollin. lib. 1. Epist. vltim. & lib. 2. Epist. ad Desideratum, vbi *vespillones* & *Sandapilarios* coniungit. In Codicibus tamen Suetonij & Eutropij, qui Venetiis anno 1490. impressi sunt, apud illum in Domitia. cap. 17. & apud hunc lib. 7. cùm de Domitiani funere agit, *vispilliones* scriptum est. Dixi etiam de hoc verbo lib. 1. de Solutionibus. Vetus Glossarium vtriusq; testamenti *vispelliones* ait *esse fossarios qui mortuos portant*. Apud Festum Pompeium diligentia Antonij Augustini restitutũ sic legitur. *Vespæ* & *vespelliones* dicuntur *qui funerandis corporibus officium gerunt*, non à minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos auferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Hi etiam *Vespillones* vocantur. Martial. *Qui fuerat medicus nunc est vespillo*.

Vitellius iurisconsultus. l. 34. D. de adq. possess.

Vites *transducere in arbores*. l. 3. §. item videamus. D. vti possid. quia arboribus olim & maximè vlmis maritabantur.

VITIVM à morbo in Ædilium edicto separatur. Eáque inter hæc verba differentia statuitur, quòd morbus, temporalis est corporis imbecillitas: vitium verò perpetuum corporis impedimentum, veluti *si luscus* quis sit. l.1. in princ. & §. sciendum. D. de ædilit. ed. l. 101. §. verum est. D. de verborum significat.

Vitium, Vetus Glossarium Græc. πάθος. In stipulatione autem damni infecti, qua de vitio loci operisve cauetur, vitium id esse definitur quod accidens extrinsecus Vitiosas ædes facit. l. 15. §. notandum cum seq. l. 18. §. 1. & §. & cuius. l. 24. §. Vitium. D. de damno infect. sic *Vitiosæ ædes*. l. 7. §. vnde quæritur. l. 9. & l. 13. & l. 27. D. de damn. infect. l. 9. in princip. & §. quæsitum. *Vitiosæ ædes & incolumes* opponuntur, l. cui bona. §. cum inter. D. de damn. infect. item *Vitiosa insula*. l. qui bona. 13. §. cum inter. D. de damn. infect. vbi incolumibus opponũtur, & integræ in §. si quis quia, eadem l. & *Vitiosus paries*. l. damn. 18. §. Sabini. D. de damno infect. & *Vitiosa pars*. l. 38. §. 1. D. de damn. infect. l. vlt. D. locati. ita exaudienda verba *propter rei vitium*, in l. 48. §. 1. D. de acquirend. possess. & *Vitium loci*. l. 14. §. 1. D. de aqu. & aqua pluuia. quod & *Vitium soli & operis*, in d. l. 18. *Vitium loci dicitur nocere aquæ* apud Cicero. Topic. *quoties*, vt Boëtius ibi explicat, *naturaliter ita sese locus habet*, vt excipere aquam posset & nocere verno. Palustris itaque locus & Harenosus vitiosus non existimabitur, quia naturale id vitium est. Quòd si arbores vetustate deciderint, vitio earum casus factus intelligitur. d. l. 24. §. apud Viuianum. D. eodem. Quò referenda sunt illa Cicer. in Topic. verba: *Non enim eius Vitio, qui demolitus est, damnum factum est, sed eius operis Vitio, quod ita ædificatum est, vt suspendi non posset*. *Vitium facere ædificia* dicuntur, interprete Boëtio in Topic. Ciceron. *quæ ruinam minantur*. l. 28. §. vltim. & l. 3. D. loca. l. 32. D. de damn. infect. *Vitium etiam facere nauis* dicitur. l. vlt. §. penult. D. de leg. Rhod. Cæsar. lib. 6. de bello ciuili. *Turris lignea ab imo Vitium fecit vsque ad tabulatum secundum*.

Vitium amotum. l. 24. D. de donat. inter virum.

Vitium pronuntiationis. i. error qui in pronunciatione commissus est. l. 37. D. de excusat.

Vitium cœli. l. 8. C. de locato & conducto & *Vitium sterilitatis*. l. 18. Codice de locato & conducto.

Vitium adferre. i. destruere. l. 77. D. de diuers. reg.

Vitium contrahere. l. 6. C. de re milit.

Vitij quid addere in aurum. l. 9. D. de leg. Cornel. de falsis. & *Vitio materiæ fracta gemma*. l. 13. §. si gemma. D. locati.

Eodem vitio laborare. l. 126. §. Chrysogonus. D. de verborum obligat. *Vitio subiectum testamentum*. l. 2. C. de edict. diui Adriani. & *cum Vitio facta substitutio*. l. 41. §. non videri. D. de vulg. & pup.

Vitium etiam *pro culpa* ponitur. Sic *Vitio suo quem causa cecidisse, vitióve eius quid accidisse*, id est, culpa dicimus. l. 22. in fin. D. de negot. gest. l. 95. §. penult. D. de solutionibus. & l. 71. in fin. D. de conditionib. & demonstrat. sic verba *Vitio suo* accipienda in l. 63. §. vlt. D. de euictionib. *sine Vitio suo, id est sine culpa sua*. l. 4. C. de pignerat. act.

Vitium pro defectu. sic *in ambigua voce legis ea potius accipienda significatio quæ Vitio caret*. l. 19. D. de legib. & quæ facit vt vox interpretata aliquid operetur. neque enim malignè accipienda est. l. si ita stipulatus. 126. §. 2. ne Vitium adferat interpretatio & nullius momenti faciat esse legem.

Vitia possessionum, alia sunt *ex re*, veluti quòd res fisci sit, vel furtiua, vel vi possessa, vel contra leg. Iuliam repetundarum accepta. Alia *ex persona*, veluti si mala fide, si clàm, si precario, quis possessionem sit ingressus. l. 11. C. de adquirend. possess. l. 13. §. 1. D. eodem tit. l. 24. D. de vsucapionibus. l. 13. §. partus. D. de publicia. *Vitiosum* itaque *initium possessionis est*, si quis rei alienæ sciens possessionem apprehendat. l. 15. §. penult. D. de vsucapionibus. quæ *Viciosa possessio appellatur*. l. 14. l. vlt. D. de acquirend. possess. & qui eam possidet *Vitiosè possidere* dicitur, l. 3. §. 1. D. de itin. act. priu. *Vitiosè autem* cœpisse possidere intelligitur qui vi, clàm, vel precariò, vel mala fide cœpit possidere. l. 2. §. Celsus. D. pro empto. l. 13. §. vltim. lege vltim. D. de acquirend. possess. l. 3. §. si quis ab auctore. l. penultim. D. de itin. actúque. l. 1. §. Aristo. D. de aqua quotid. l. 15. §. penultim. D. de vsucap. qui & *Vitiosè nactus possessionem* dicitur in l. 4. §. vltim. D. de vsucapionib. Ex contrario sine Vitio tradita possessio in l. 24. D. de donat. inter vir. l. 1. §. vlt. D. de except. rei vend. & l. 1. C. vnde vi.

Vitiosa institutio. l. 32. D. de hæredibus instit. & *exhæredatio*. l. 3. §. Digestis de liber. & postumis.

Vitiosus sermo. l. 34. D. de ædilit. edicto.

Vitioſum iugum. l. 38. §. ſi fortè. D. de ædilit. edict.

Vitioſa dolia. l. 19. §. 1. D. locati. & *tigna.* l. 17. §. ſic. C. de commoda. *Vaſa.* l. 18. §. 1. D. commod.

Vitioſè. i. non idoneè cautum. l. D. qui ſatiſd. cogant. *Vitioſè cautum vel ſatiſdatum.* l. 6. D. qui ſatiſd. cog. & *Vitioſè tutor datus.* i. erroneè. l. 37. D. de excuſat.

Vitioſè vti. l. 1. §. idem ait. D. de aqua quottid. *Vitioſè & rectè vti* opponuntur l. 6. D. de itin. actúque.

VITIARE *fundamenta.* i. corrumpere. l. 24. §. idem Seruius. D. de damn. infect. & *Vitiatum ædificium.* l. 30. D. locati. & *Vitiatum prædium.* l. 15. §. illud. d. tit.

Vitiare nummos. Paul. l. 5. ſentent. tit. 25.

Vitiare pro deſtruere & efficere vt nullius ſit momenti. ſic *Vitiare matrimoniũ.* l. 3. C. de interd. matrim. & *Vitiare ſcripturas.* l. 94. D. de diuerſ. reg. *Vitiare ſtipulationem.* l. 65. D. de verbor. oblig. l. 1. §. ſi quis. de verborum oblig. ſic *Vitiantur actus legitimi.* l. 77. D. de diuerſ. reg. & *Vitiata eſt regula.* l. prima. Digeſtis de diuerſ. regul. *actio Vitiatur petitione.* i. extinguitur vel tollitur. l. 14. §. actiones. D. de except. rei iudicat.

Vitiatus oculus. l. 7. D. ad legem Aquil.

VITRASIANVM *Senatuſconſultum.* l. cum verò §. ſi plures. D. de fideicommiſſ. libert.

VITREA *eſcaria & potoria.* l. 3. §. 1. D. de ſuppellect. legat.

VITREAMINA in l. 18. §. penultim. D. de inſtr. vel inſtrum.

Vitriarij in l. 2. de excuſ. artific. in Cod. Theodoſ. Et *Vitrarij* apud Lamprid. in Alexandr.

VIVERE VENTO. l. vlt. C. de pupill. aliment.

Si Viuus alienauerit. l. 21. D. de fideicomm. libert. *Viuus manumittere.* l. 4. §. item. D. de fideicommiſſ. libert. & l. 20. D. de manumiſſ. teſt. l. 3. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum. & *inter Viuos manumittere.* l. 3. C. de iur. dot. ſic *Viuus pater dare* dicitur in l. 11. C. de legat. & *Viuo patre teſtatore naſci.* l. 3. l. 12. D. de iniuſt. rupt. & l. 16. D. teſtament. tut. l. 8. & l. 24. de lib. & poſtum.

Viui exuri. l. 16. D. de pœnis. l. 28. §. incendiarij. & l. 38. §. 1. D. de pœnis. inde *Viui crematio.* l. 28. D. de pœnis.

Inter Viuos confici. l. 4. C. de donat. inter virum.

Et *inter Viuos & teſtamento manumittere*, opponuntur. l. 1. D. de adſignand. libert.

Viua aqua. l. 10. D. quod vi aut clam.

VIVA *vox.* l. nam & ipſum. D. de iuſtit. & iur. & apud Plinium epiſt. 3. libro 2. Sic Græci ζῶσαν φωνὴν, dicunt.

VITÆ *necisque ius.* Cæſar. lib. 6. comment. de bell. Gall. & *Vitæ necisque poteſtas.* in lege Dei. tit. 4. l. 1. D. de his qui ſui vel al. Firmic. lib. 3. Matheſ. cap. *qui habeant etiam Vitæ & necis auctoritatem.* Seneca lib. 1. de Clement.

Vita decedere. l. 36. §. vlt. D. de teſtamen. milit. l. 9. D. de rebus dub. l. 101. & l. 102. D. de condit. & demonſtr. l. 11. ad leg. Falc. & excedere, fungi, priuari, vide ſuis locis.

VIVARIA, *loca ſepta ſunt*, quibus incluſæ feræ cuſtodiuntur & adſeruantur. l. 62. §. 1. D. de vſufruct. l. 3. §. item feras. D. de acquirend. poſſeſſ. vbi Viuaria à piſcinis Paul. ſeparat, & quod initio, Viuariis, poſtea, Siluis circumſeptis dicit. Sic & apud Plin. lib. 8. cap. 52. vbi *Viuaria primum togati generis inueniſſe Fuluium quendam ſcribit, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit.* Columella lib. 8. cap. 1. *Vel etiam pecudum ſylueſtrium quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur, Viuaria.* Idem in præfatione lib. 9. *Mos antiquus lepuſculis caprisque ac ſimilibus feris iuxta villam plerunque ſubiecta dominicis habitationibus ponebat Viuaria, vt & conſpectu ſuo clauſa venatio poſſidentis oblectaret oculos.* Ammian. Marcellin. lib. 31. *Ita hic quoque intra ſepta, quæ appellant Viuaria, ſagittarum pulſibus crebris dentatas conficiens beſtias incidentia multa parui ducebat.* Agellius lib. 2. cap. 20. *Viuaria quæ nunc dicuntur ſepta quædam loca in quibus feræ viuæ paſcuntur.* Mar. Varro. l. 3. de re Ruſtica dicit *Leporaria* appellari. Et mox, *Viuaria autem quæ nunc vulgus dicit ſunt quos* Παραδείσους *Græci appellant, quæ parca dicimus, quæ incluſa animalia continent.* Pro paſcuis etiam nedum pro ſeptis clauſis ferarum hoc verbum vſurpatur à Seneca lib. 14. epiſt. 91. *Viuaria piſcium in hoc clauſa vt tempeſtatum pericula non adiret gula, & quamuis acerrimè pelago ſæuienti haberet luxuria portus ſuos in quibus diſtinctos piſcium greges ſaginaret.* Hæc Seneca. Pro piſcina etiã hoc verbum vſurpat Columella lib. 8. cap. 16. & cap. vlt. Q. Curtius lib. 8. *Venatoris maximus labor eſt incluſa viuario animalia inter vota cantúſque pellicum fugere. Viuaria autem murenarũ, oſtrearum, cochlearum* dixit Plin. lib. 9. cap. 54. 55. & 56.

VIVIANVS *laudatur* in l. prima. §. non alij. & §. idem Viuianus. Digeſtis de vi & vi armat.

& in l.

& in l.1. §.item videndum.D.de itinere actúque.

Vix *est vt*.l.7.§. quod si.C.de acquirend.rerum domin. l.114. §.apud.D.de legat.1. *Vix vt obtinere potest*. l.18.D. de legat.3. *Vix poterunt persuadere*. l. 3. D.ad leg. Falcid. *Vix ad quartam partem æris alieni sufficere*. l. 23.D. quæ in fraud.credit.

Vlcisci *mortem*. l. 9.C.de his quæ vt indign. *Vlcisci necem mortemve defuncti*. l.15. D. de Senat. Silan. l. 1. C. quibus ex cauſ. ſerui. & *Vlcio necis testatoris*. l. 7. C. de his quæ vt indign. *Vltio publica*. l.11.C.de accuſation.

De Vlpiano Eutrop. lib.8. pag.79.

Vlterior. l. 69. §.vltim.D.de legat.2.*qui proximo* opponitur.l.65.D.de verborum ſignifi. l.52. §.idem reſpondere. D. pro ſocio. ſic *Vlterior agnatus*. l. 2. §.interdum. D. de ſuis & legit. *Vlterior gradus*. l. 53. D.de ritu nupt. ſic *primo gradu procreati & Vlteriores opponuntur*. l. 32. §.vlt. D.de legat.2. item *Vlterior hæres*. l.2. §. ſi eam rem.D.pro emptore. & *Vlteriori ſucceſsit*. l.28. §.1. D.de liber.& poſtum. *Vlteriores*. l.3.D.de poſtulando.

Vlterior vicinus. l. 1. §.quod ait. D. de cloacis. & *Vlteriores ædes*. l. 4. §. vltimo.D. ſi ſeruit. vindic.

Vlterius. l.vlt.D.de pact.

Vlterius tempus. l. 5.D.de precario. l. vlt. D.de manum. teſt. *Vlterius & longius tempus*. lege 5.D.de precar.

Vltra *annum*. i.poſt. l.24.D.de in ius vocan.& ſic *Vltra diem*. l. 1.C.de recept.arbit.

Vltra viam. i. Trans. l. 38. D.de acquir. rerum dom.

Vltra dodrantem.i. ſupra.l.55.§.qui fideicommiſſum.D.ad SC. Trebellianum.l.87. §.vlt.D. ad legem Falcidiam. ſic *non Vltra quadrantem*. l.18. D.de legat.præſtand. & *Vltra modum ſumptuum*. l.vlt. C.quemad. ciuil. *Vltra facultates damnari*. l.21. D.de re iudicata. *Vltra vires facultatum*. l. 2.§.vlt. D. vbi pupill. *Vltra vires patrimonij*. l.12.D. de teſtament. milit. l. 9.§. 1. D. de minoribus.

Vltra contendere. l.1.D.de edendo. *Vltra procedere*. l.15.§. ſed ſi emptor. D. de re iudicata. l. 15. §.in venditione. D.de re iudic.& *Vlterius procedere*. l.27. §.1.D.de minor.

Vltro, Particula hæc quaſdam poteſtates habet non ſatis notas niſi in veterum literarũ tractatione atque cura exercitis. Primus autem ab hinc tribus annis admonui, vltro interdum ſignificare vltra, verſa vice, prior. Idque in Terentij Adelph. act.4. ſc.3.& à Seruio in libro 2. Aeneid. eſſe adnotatum. ſic *Vltróque victores inſecuti*. Iuſtin. lib.22. Addidi etiam Vltro ſignificare ex vna parte. Vnde Vltro citróque, valet, Hinc inde, Ex vtráque parte, Ex vtróque latere. l. 2. D. de negot. geſt. l. 19. D. de verborum ſignificat. *Vltro citróque actio*. l. 38. §.vlt.D. de noxal. Harum omnium ſignificationum exempla ego obſeruaui in l. 3. verſ. quinimmò.D.de condictio. cau.dat.& l.1. §.interdictum. D. vti poſſidet. & l. 2. D. de leg. Rhod.& l.34. §.item ſi emptor. D.de contrahend. empt.& l.15. D.de noui oper. nunc.l.29. in fin D. famil. erciſc. l. 59. D.de furt. l. 1.in fin.D. de vſur. l. 25. D. de liber. leg. l. 18. verſ. Sed nec ſi ſocius. D.de caſtrenſ. pecul. l.10. D.de negotiis geſtis. l. 19. D. manda.l. 22. D. ex quibus cauſ. maior. l. 11. §.cum eſſet. l.37. §.nuptura, in fin. D.de leg. 3. Cicer. pro Quintio, *Tunc appellat Vltro Nævium, vt quoniam ſuſpicaretur ſibi aliquid deberi &c.* Cornel. Tacit. lib. 11. *Deinde metu ne ad perniciem Vltro traherentur, deſiſtunt*. Idem lib. 5. *Conſultúsque Cæſar, an ſepeliri ſineret, non erubuit permittere, Vltróque incuſare caſus, qui reum abſtuliſſent*. Idem eo. libr. *Vltróque damnatur, atque vrbe exigitur*. Et poſtea: *Non deſpectum id apud Barbaros Vltróque potentiam habet*. Plin. lib.35. cap.6. *Qui adulterant verò iudicio ſtercora columbina vel annulariam Vltro inficiunt*. Idē lib.5.cap.9. *Cauſas huius incrementi varias prodidere, ſed maximè probabiles Eteſiarum eo tempore ex aduerſo flantium repercuſſum, Vltro in ora octo mari*. Idem lib. 29.cap.1. *Quinimmò tranſit conuicium & intemperantia culpatur, Vltróque qui periere arguuntur. Accius Phœniſsis incuſat Vltro à fortuna, opibúſque omnibus deſertum*. Sueton. in Tiberio cap.11. *Sed neque impetrauit, Vltróque etiam admonitus eſt, dimitteret omnem curam ſuorum*. Apul. Apolog. 2. *Sed nec quicquã tentata eius grauitate, Vltro leuitatis & inconſtantiæ increpitus reportat*. Auguſtin. in lib.de geſt. *cum Emerito. Ab eo Imperatore, ad cuius examen criminationes ſuas vltro accuſando miſerunt*. Silius Italicus lib. 16. pag. 190. *Sic latius affatur iuuenem ac prius incipit Vltro.*

Vltro adire. l. 1. C. ne tutor.vel curat. *agere*. l. 18. D. de caſtrenſ. peculio. l. 15. D. de oper. noui nunt. *Vltro actio competit*. l. 25. D. de liber.legat. *Vltro conuenire*. l. 1. §.vlt. D. de vſur. *iurare*. l. 23.D.de dolo. *deſiderare*. l. 39.D.de liberali cauſa. *petere*. l. 11.§.cum eſſet.D. de legat. 3. & *peti*. l. 37. §.nuptura.D.de legat. 3. *Vltro pecuniam offerre*. l.11. §. ſi rem. D.de legat. 3. *Vltro proferri*. l.vlt.C.de aliment. pupill.

VLTIMVS *est quem nemo sequitur.* l. 2. §. interdum. D. de final.

Vltima voluntas. l. 6. D. de condit. & demonstr. l. 1. C. si contr. matr. *Vltima voluntate relinquere.* l. 16. D. de interd. *Vltimum iudicium.* l. 19. D. de inofficios. test.

Vltimum supplicium. l. 38. §. Imperator. D. ad leg. Iuliam de adulter. l. 1. §. hoc autem. D. de Senat. Silan. Plinius epist. 14. lib. 8. *mortem interpretamur.* l. 21. D. de pœnis. l. 1. in fin. D. ad legem Corneliam de falsis. Quod & Gregor. Nyssen. in disputatio. de Anima notat, ad Bestias itaque damnati quia ea damnatio mortē irrogat, vltimo supplicio damnati dicuntur, l. 29. D. de pœn. Sic ἰσχάτην δίκην Plutarch. in Cicero. & ἰσχάτην κόλασιν Appianus lib. 1. bell. ciuil. Q. Curtius lib. 6. pag. 75. & Tacitus lib. 5. *Vltimum supplicium decernebatur. Vltimū supplicium.* Demosth. περὶ στεφάνου ἰσχάτας τιμωρίας appellat. l. x. pag. 193. sic *Vltimo supplicio damnata.* l. 18. D. de statu hominum. & l. 24. D. de pœnis. & *Vltimo supplicio puniri.* l. 5. §. vltim. D. ad leg. Iul. de l. publ. l. 38. §. imperat. D. ad leg. Iul. de adult. *Ita Vltimam pœnam.* Plin. epist. 2. lib. 2. dixit, & Sueton. in Iulio. cap. 14.

Vltimum vitæ tempus. l. 11. §. si vxor. D. de donat. inter vir. l. 13. D. de statu liber. l. 17. §. vlt. D. de manumiss. testam.

VMBRA *arboris nocere.* l. 1. §. vlt. D. de arboribus.

VNA *decem.* l. 56. D. de verborum oblig.

Vna adempta. l. 13. D. quibus mod. vsufruct.

Vnæ ædes. l. 32. D. de dam. inf. *Vnæ tabulæ.* l. 1. §. si quis. D. de bon. possess. sec. tab.

VNCIA duodecima pars est assis, &, vt Cassiodor. lib. 1. Variar. scribit, *mensuræ primus gradus. Vncia hæreditatis.* l. 60. & l. 78. §. tres. D. ad Senat. Trebell. *ex Vncia hæres*, id est ex parte duodecima hæres. l. 24. D. de leg. Cornel. de falsis. & l. 30. D. de adimend. leg. l. 5. §. 1. D. de legat. præstand. l. vlt. §. vlt. D. de legat. 3. l. 8. §. vlt. D. de legat. præstand. l. 42. D. de legat. 3. *ex duabus Vnciis hæres.* l. 6. C. de iure deliber. *Ex duabus Vnciis hæres institutus.* l. 7. C. de negotiis gest. Vnde *Vnciarius hæres* ex *Vncia scriptus.* l. 34. §. inde dicitur. D. de legat. 1. Et *Vnciæ vsuræ.* l. 47. §. præfectus. D. de administr. tut. *Vnciaria lex* apud Fest. lib. vlt.

VNDE pro à quo veteres dicebant, vt testis est Donat. in prolog. Eunuch. & citans illud Virgilij, *Genus Vnde Latinum.* & l. 15. §. 1. D. de diuers. temporal. Itaque reum à quo petitur, eum, vnde petitur Latini appellant, Cicer. epist. 11. lib. 7. famil. *Omnibus vnde petitur, hoc consilij dederim. Vnde petas.* l. 60. §. vestimenta. D. locati. *ei Vnde emisti.* l. 15. §. 1. D. de diuers. temporal. *Vnde erat.* l. 1. §. 1. D. de effract. id est, Vnde oriundus erat, quæ locutio familiaris est Ciceroni, veluti lib. 1. de Orat. Interpres Horat. pa. 373. & pa. 111.

In VNGVENTA *dare pecuniam.* l. 7. §. 1. D. de donat. inter vir. & vxor. &

VNGVENTIS *legatis non tantùm ea legata videntur quibus vngimur voluptatis causa; sed & valetudinis.* l. 21. §. 1. l. 25. in fin. D. de auro, argento leg. *Vnguenta autem coactis odoribus fieri*, ait l. 27. §. 1. D. de acquirend. rer. dom.

VNIO, margarita est ex concha, quæ apud Rubrum mare & crescit & coalescit. l. 6. l. 19. §. penult. D. de auro, argen. leg. Plin. lib. 12. cap. 1. *Vnio in maris Rubri profundo, Smaragdus in imæ tellure quæritur.* Apertius hoc demonstrat idem auctor lib. 9. cap. 25. Scribit autem Isidor. lib. 16. Etymolog. cap. 10. *inde Vniones dictos, quòd tantùm vnus, nunquā duo vel plures simul reperiātur.*

VNITA *pars parti.* l. 15. §. ex hoc edicto. D. de damn. infect.

VNITATEM *terra facere dicitur*, cùm crusta terræ coaluit. lege 9. §. Alphenus. D. de damno infecto.

Vnitate. l. 23. §. item quæcunque. D. de rei vindicat.

VNIVERSÆ, *non singulæ res.* l. 7. D. pro dote.

VNIVERSI pro omnes. sic *Vniuersi fructus.* l. vlt. D. de iur. fisci. *Vniuersi iudices.* l. 37. D. de re iudic. *Vniuersi liberi.* l. 87. §. vlt. D. de legat. 2.

Vniuersæ actiones. l. 45. D. ad SC. Trebell. *chartæ.* l. 52. §. quod tamen. D. de legat. 3. *facultates.* l. 15. C. de legat. *pensiones.* l. 58. D. de fideiussor. *prouinciæ.* l. 6. §. qui vniuersas. D. de offic. præsid. *rationes.* l. 28. §. filias. D. de liberat. legat. *Vniuersæ res hæreditariæ, siue iura sunt siue corpora.* l. 18. §. vlt. D. de hæred. petit. *Vniuersæ res, non singulæ.* l. 7. D. pro dote. *Vniuersæ res non singularum rerum partes.* l. 52. §. vlt. D. fam. ercisc. *Vniuersæ species quæ in fundis erunt.* l. 92. D. de leg. 3. sic & *Vniuersam vestem.* l. 16. D. de donation.

Vniuersa bona. l. 18. §. 1. D. de his quæ vt indign. l. 37. §. pater. D. de legat. 3. l. 17. §. 1. D. quæ in fraud. l. 3. C. de remiss. pignor. & l. 1. C. in quibus caus. pign. *Vniuersa bona & prædia vniuersa.* l. vlt. §. quatuor de legat. 2. sic &

Vniuersorum

Vniuersorum bonorum societas. l. 5. & l. 7. D. pro soc. l. 74. id est earum rerum quæ posteacúmque adquirentur. l. 73. D. pro socio. & *Vniuersarum fortunarum societas.* l. si societas. D. pro soc. item *Vniuersa legata.* l. 7. D. de instruct. vel instrum.

Vniuersus pro toto. sic *Vniuersus fundus.* l. 86. §. vlt. D. de legat. 3. *Vniuersus fundus hæreditarius.* l. 41. D. de legat. 3. *Vniuersus grex.* l. 30. §. vlt. D. de vsucapion. *Vniuersus reditus patrimonij* l. 2. D. vbi pupill.

Vniuersæ ædes. l. 30. D. de acquir. possess. & *Vniuersitas ædium.* l. 23. D. de vsucapionibus. & l. 8. D. quod vi aut clàm. *Vniuersa emptio prædiorum.* l. 41. D. de legat. 3. *Vniuersa dos.* l. 9. D. de dote præleg. *familia.* l. 14. D. de opt. legat. sic *Vniuersa familia & certa opponuntur.* l. 65. D. de legat. 2. *Vniuersa hæreditas.* l. 41. §. vlt. D. de legat. 3. l. 21. §. filium. D. de ann. legat. *Vniuersa obligatio nominis.* l. 34. de legat. 3. *Vniuersa possessio plurium prædiorum.* l. 1. D. de reb. dub. *Vniuersam rem restituere.* l. 14. §. vlt. D. ad Senat. Trebell. *Vniuersa substantia.* l. 78. §. filium. D. ad Senat. Trebell. *Vniuersa summa.* l. 48. de solution. l. 135. §. Seia. D. de verb. oblig. l. 63. D. de fideiuss.

Vniuersum creditum. l. 90. §. 1. D. de solut. & *ex Vniuerso credito.* l. 94. §. vlt. D. de solut. *Vniuersum debitum.* l. 2. C. de pignor. *Vniuersum fideicommissum.* l. 78. §. Gaio. D. ad Senat. Trebell. *Vniuersum ius.* l. 67. D. de diuersis regulis. *Vniuersum patrimon.* l. 21. §. licèt. D. de excusat. *Vniuersi debiti, id est totius.* l. 116. D. de verbor. oblig.

In Vniuersam conductionem. l. §. 1. D. migran. & *in Vniuersum dominium succedere.* l. 70. D. de verb. signif. *in Vniuersum obligare.* l. 2. §. idem. D. de administr. rerum. *in Vniuersum sequenda regula.* l. 11. §. vlt. D. de doli mali except.

VNIVERSITATES appellantur collegia & corpora, curiæ, societatis titulo, Quod cuiusque vniuersit. & titul. de manumissionibus quæ seruis ad vniuersitat. pertinentib. Rubr. de manumission. quæ seruis. Durat verò & manet Vniuersitatis nomen etiamsi ad vnam personam reciderit. l. 7. §. vlt. D. quod cuiusque vniuersit. *Vniuersitas & respub.* l. 10. §. qui manumittitur. D. de in ius vocando.

Sic *Vniuersitatis res sunt, quæ in ciuitatibus sunt, theatra, stadia, & si qua alia sunt communia ciuitatum.* l. 6. §. 1. D. de rerum diuis. §. vniuersitatis. Instit. eod. *Vniuersitatium liberti.* l. 1. D. de assign. libert. item *Vniuersitas & singula corpora* opponuntur. l. 1. D. de dote præleg. sic *Vniuersitas & res seu quantitas,* opponuntur. l. 16. §. 1. D. ad Senat. Trebell. *Vniuersitates* quoque pro vniuersitate bonorum, vt hæreditate, vt castrensi peculio. l. 1. D. quorum bonorum. l. 20. §. ait Senatus. D. de pet. hæred. l. 1. D. de rei vendic. l. 7. §. vlt. D. de bon. damna. l. 1. §. quæ sunt alicuius. D. de interdict. sic *Vniuersitas ædificij.* l. 7. §. illud. D. de adquir. rerum domin. & *ædium.* l. 23. D. de vsucap. *Vniuersitas bonorum.* l. 18. D. de testament. milit. *Vniuersitas agrorum.* l. 239. §. Territorium, de verb. signif. & *fundi.* l. 2. §. cum Stichum. D. pro empt. l. 10. D. de legat. 2. *pro toto fundo.* l. 30. D. famil. erciscund. item *Vniuersitati fundi adiuncta pars.* l. 10. D. de leg. secundo.

Vniuersitas consummationis. l. 51. §. 1. D. locati.

Vniuersitatis emptor. l. 13. §. si quis sciens. D. de hæred. petit. & *Vniuersitatis cuiusque successio.* l. 3. D. de bonorum possess. &

Ad Vniuersitatem venire. i. ad successionem omnium bonorum. l. vlt. de bonis damnatorum.

Vniuersitatis vsusfructus relictus, veluti iumenti vel equitij. l. 70. D. de vsufruct.

Per Vniuersitatem transire. l. 62. D. de acquir. rer. dom. & *per Vniuersitatem transit prædium.* l. 1. D. de fund. dot. Caius lib. 2. Institut. *Per vniuersitatem,* ait, *id est, omnia simul bona acquirimus hæreditate, adoptione.* Sic in §. videamus. Instit. per quas personas nobis acquir. & Institution. de acquisition. per adrogatio. in princ. & in l. 1. de actionibus certo temp. finiend. in Codice Theodos. verbum hoc accipiendum est.

Ex Vniuersitate summæ decedere. l. 73. D. de solution.

Vniuersales & singulæ res opponuntur. l. 1. D. de interdict.

Vniuira apud Tertullianum, & Trebellium dicebatur quæ vni viro nupserat. Trebellius Pollio in 30. Tyrannis pag. 275. & in Epigram. vrbis Romæ.

VOCONIA lex de mulierum hæreditatibus. Instit. de lege Falcid. & apud Paul. lib. 4. sentent. tit. Quam Q. Voconius Saxa Trib. pleb. à plebe rogauit, vt Cic. pro Cornel. Balbo. & Flor. in Epito. Liuia. & Augusti. lib. 2. de Ciuitate Dei scribunt. Cauebatur autem ea, vt nè quis census mulierem vltra quadrantem hæreditatis relinqueret hæredem. de Voconia lege in lege Dei, tit. 16.

VOCARI *ad iudicium.* l. 1. §. sufficit. & l. 51. D. de admin. & peric. & *Vocatus ad iudicium.* l. 102. D. de verb. obligat. l. 29. D. de iur. dot.

Vocat prætor ab inteſtato. l.1.§. rectè. D. ſi tabul. teſt. *Vocat liberos prætor.* l. 1. §. liberis. D. de coniung. cum emancip. *Vocari ad hæreditatem & Senatuſconſultis, aut conſtitution.* l. 3. D. de hæred. *Vocare ius ad ſucceſsionem.* l. 10. C. de legit. hæred. *Vocatus ad hæredit.* l. 6. D. de ſuis & legit. ex lege Dei. tit. 16. *Vocare ad hæreditatem ſuam.* l. 12. §. ſi patroni. D. de bon. libert. *Vocari ad ſucceſsionem.* l. vlt. C. famil. erciſc. *ad ſubſtitutionem.* l. 83. D. eodem. *ad bonorũ poſſeßionem.* l. 4. D. ſi tab. teſt. l. 4. D. quis ordo in poſſeſſ. l. 20. §. vnd. D. de bon. poſſ. contr. tab. *Vocari ad bonorum poſſeſsionem & ad ſucceſsionem.* l. 1. §. 1. & l. 3. §. ſi quis ex liberis. D. de bon. poſſeſſ. cont. tab. *Vocare ad viriles partes.* l. 88. §. lucra. D. de leg. 2. *Vocari in partem ex Senatuſconſult.* l. 2. §. ita demum. D. ad Senatuſc. Tertyll. *Vocari in locum ſubſtituti.* l. 19. D. de iniuſto. *Vocari ab hæreditate.* l. 2. D. vnde cognati.

Vocari ad curam. Paul. lib. 2. ſent. tit. 28. *ad honorem.* l. 2. §. vlt. D. de decurion. & ad munera. l. 20. D. ad municip. *& ad honores.* l. 1. C. de incol. *ad munus.* l. 7. C. de appellat. l. 6. C. de imol. & l. 1. C. de muneribus & honor. l. 2. C. de excuſat. l. 3. C. qui morbo ſe excuſ. *Vocari ad munera.* l. 6. C. de excuſ. tutor. l. 1. C. de potioribus ad muner. *Vocatus ad munera & ad honores.* l. 3. §. ſi in. D. de munerib. & honor. *Vocari ad duumuiratum.* lege 3. C. quando prouocare. *Vocari ad negotia gerenda.* l. 16. D. de excuſation.

Vocare in ius, verbum eſt 12. tabul. vt apparet ex his verbis. ſi in ius Vocet atque eat, & Iuuenalis *pupillum in iura vocantem.* Et quia vocatos inſequerentur, trahere licebat. Inde Horat. Sæpè, *rapere in ius,* dicit in 1. Sermon. 9. *Rapit in ius.* Et aliàs, *Cum rapias in iura malis ridentem alienos,* & obtento rapere ad ſubſellia collo. item *Vocari in ius & ad agendam cauſam.* l. 1. C. quis appell. & *Vocare in teſtimonium.* l. 10. §. tormenta. D. de quæſt. *Vocari in crimen.* l. 26. C. ad l. Iul. de adult. *Vocari ad pœnam.* l. 2. D. de Senat. Silan.

VOLGO *concipere.* l. 44. §. non obeſt. D. de rit. nupt.

VOLVMINA *rationum.* l. ſi ſtatuliber. 6. §. vlt. de leg. 3. D. de ſtatulib. & l. 13. §. hæc quæſtio. D. de manum. teſt. *Volumen.* Plinius pro *libro* dicit.

Verbum, VOLO, meram voluntatem ſignificat, proinde qui reſtituere rogatus eſt, quibus volet, etiam indignos præferre poterit, aliter atque ſi his quos dignos putauerit, vel arbitratus fuerit reſtituere rogatus eſſet. Tunc enim non aliàs quàm ex viri boni arbitratu reſtitutio facienda eſt. l. 1. & l. 24. D. de legat. lib. 2. Verba autem hæc SI VOLET extenſiua ſunt & tractum habent. l. 6. in fin. D. ad Tertyllian. l. 113. D. de verbor. oblig.

Voluntas interdum ex ſcientia, & patientia inducitur. l. 7. §. interdum. D. de SC. Macedon. *Errantis voluntas nulla eſt.* l. 20. D. de aq. & aqu. pluu. nec furioſi. l. 47. D. de acquir. hæred. lege 40. D. de diuerſ. reg. iur. Proinde *eorum voluntate factum nihil videtur.* Cæterùm cùm voluntas alicuius in aliquo actu deſideratur, ea vel ſubſequi rectè poteſt. l. 10. D. de aqu. & aqu. pluui. dicitur & *Voluntas legis.* l. 18. & l. 19. D. de legib. *orationis.* l. 6. §. ſed & ſi. D. de confeſſ.

Voluntatis quæſtio. l. 3. C. de hæred. inſtit. l. quid ergo. D. de legat. 1. & l. 13. D. de iure codicill. & l. 41. §. qui patrem. D. de vulg. & pupill. l. 16. & l. 17. §. ſi quis. D. ad SC. Trebell. l. 12. & l. 66. D. de his quæ vt indig. l. 77. §. ab inſtituto, D. de leg. 2. l. 29. & l. 50. §. vlt. & l. 94. D. de leg. 3. & l. 90. D. de legat. 1. ſic *quæſtio Voluntatis non iuris.* l. 14. C. de donat. inter vir. & vxor.

Voluntatis magis quàm neceſsitatis eſt. l. 17. §. ſicut. D. commod.

Voluntatem filiæ cum pater agit de dote, non ſic accipimus, vt conſentiat filia, ſed vt ne cõtradicat. l. 2. §. voluntatem. D. ſol. matrim. voluntate itaque filiæ pater dotem recepiſſe videtur ſi cauſas contradicendi ei filia non habuerit. l. 37. D. eod. tit.

Opera quæ non ſecundum Voluntatem ſunt, opponuntur operibus manufactis, & quæ ex voluntate facientis originem trahunt. l. 2. §. apud Hamuſam. D. de aqua pluuia.

Voluntate domini in libertate eſt, qui volente & conſentiente domino ius libertatis vſurpat, vel aliquid pro libero gerit. l. 4. C. de fideicomm. libert. & apud Quintilian. declamat. 340. l. 2. D. de liberali cauſa.

Voluntate noſtra poſsidere ſerui intelliguntur, quod eis peculium habere permiſimus. l. 1. §. item acquirimus. D. de acquir. poſſeſſ.

Voluntarij caſus & fortuitu opponuntur. l. 4. C. de inſtitut.

Voluntarius contractus. l. 4. C. de vſufruct. *hæres.* l. 13. D. de opt. leg. *qui neceſſario opponitur.* l. 13. D. de opt. leg. l. 3. §. qui fideicommiſſum. D. de hæredib. inſtit. l. 18. & l. vlt. §. vlt. D. de vulg. & pupill. l. 15. & l. 16. D. de acquir. vel omitt. hæred. & l. 71. §. 1. D. eodem. *Voluntarius procurator, qui ſe alienis negotiis offert.* Paul. lib. 1. ſent. tit. 3.

Voluntaria alienatio. l. 21. de fideicom. liber. l. 69. §. 1. D. de legat. 2. *non eſt alienatio Voluntaria.* l. 1. D. de fundo dotali. *Voluntaria Iuriſdictio contentioſæ opponitur.* l. 2. D. de offic. proconſ.

Voluntaria obligatio. l. 5. C. de oblig. & action. item *Voluntaria & necessaria satisdatio opponuntur.* l. 7. D. qui satisd. cog. *Voluntaria societas.* l. 63. §. in hæredem. & pro socio. & *tutela.* l. 12. C. de excusat. tutelæ.

Voluntarium consortium. l. 52. §. Papinianus. D. pro socio. *exilium.* l. 16. §. Euentu. D. de pœnis. & *Iusiurandum*, rubrica de iureiurādo, id est quod ex conuentione extra iudicium defertur. l. 17. D. de iureiurand. *Voluntarium delatoris munus.* l. 2. C. de delator.

Voluntaria iuris. l. 2. C. qui testamenta.

VOLVPTATIS *causa factus sumptus.* l. 32. §. item respondet. D. de administr. & peric.

VOLVPTARIÆ *impensæ sunt*, quæ ad voluptatem fiunt, quæque speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent, vt sunt viridia, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ. l. 1. in princ. l. 7. l. 9. l. 11. D. de impens. in res dot. l. 27. D. de negot. gest. l. 79. D. de verbor. signific. *quæ magis ad voluptatem quàm ad vtilitatem pertinent, vt sunt etiam tectoria.* l. 3. §. sed si mutua. D. de in rem verso. sic *Voluptatis causa refectionis, vt tectoria, & pauimenta.* l. 7. §. vlt. D. de vsufruct. & *Voluptuariæ res.* l. 39. D. de hæred. petit. quæ etiam *Voluptuosæ* appellantur. l. 14. D. de impens. in res dot. & apud Vlpian. tit. 6. regular. qui *huiusmodi impensas* definit, *esse eas quibus neque omissis deterior dos fieret, neque factis fructuosior effecta est*, quod euenit in viridariis & pictoriis similibúsque rebus.

Voluptati deseruientia prætoria, in l. 198. D. de verbor. signific. quale describitur in l. 13. §. fructuarius. D. de vsu. *Voluptatis artifex* in l. 7. §. d[illegible]bitur. D. de oper. libert.

VOLVSIVM Mætianum, Diui fratres vocant, *amicum & Iuris Ciuilis præter veterem & benè fundatam peritiam anxiè diligentem.* in l. 17. D. de iure patron.

VOTVM *eius qui dat dotem.* l. 1. D. de iure dotium. *Votum patris.* l. 22. §. cum proponetur. D. ad SC. Trebellia.

VOTVM *patris* in l. scripto. D. vnde liberi, est vt ad filios suos bona sua perueniāt. l. de emācipatis. C. de legit. hæred. l. nihil interest. D. de bonis libertor. l. nam etsi. D. de iniust. testam. item *Votum matris.* l. 72. D. de condict. & demonstr. & *Votum parentum.* l. 26. §. vlt. D. si quis omissa. *Votum futuræ sobolis.* l. 13. C. de postlimin. reuers. *Votū recipiendi filij.* l. 17. C. de postlim. reuers. *Votum obtinendi.* l. 11. §. cum quidam. D. ad legem Falcid.

Votum soluere. l. 15. D. de off. procons. l. 2. D. de extraordinariis.

Voto obligari. l. 2. D. de pollicitat.

Ex Voto parare. l. 50. D. de bon. libert.

Vota pro nuptiis, in l. cum aliis. l. hac edictali. l. vlt. C. de secund. nupt. Et Macrob. libro 1. Saturnal. cap. 6. & in l. sancimus. C. de nupt. l. 2. C. de sponsalib. Beat. Ambros. Sermon. 180. *Solent autem homines, sicut mos est, in suis votis, hoc est, nuptiis præcipuè saltare & canere. Vota nuptialia* apud Apuleium lib. 4. de Asino aureo pag. 101. Idem lib. 1. Floridor. *Togam parari voto & funeri.*

VOX *validior* & exiguior. l. 1. §. hoc autem. D. ad SC. Silan.

Vocem rapere. l. 7. C. de quæstion.

Voce appellare. l. 5. §. vlt. D. de appellat.

Voce tenus. l. 1. §. accusationem. D. ad SC. Turpill.

Vocibus populariū postulatus. l. 12. D. de appellation.

VRBEM ab Vrbo appellatam, id est, à curuatura aratri, quod in Vrbe condenda olim adhiberi solebat, Pomponius tradidit in l. 239. §. vrbs. D. de verb. signific. Quod & Seruius in 1. Æneid. Et Isidor. lib. 15. scribunt, & aliàs plenius exponemus.

Vrbs Roma. l. 4. §. si ita. D. de penu leg. l. 32. D. de legibus. l. vlt. D. de captiuis. *Vrbs Roma, ἀντονομαστικῶς.* Quintilian. lib. 6. pag. 113.

Vrbem autem simpliciter cum legimus Romam, κατ' ἐξοχὴν intelligimus, quæ olim inter aliàs tantùm caput extulit vrbes, Quantùm lenta solent inter viburna cupressi. Et ita in l. 1. D. de Senatoribus. l. 41. §. hoc Senatusconsulto. D. de legat. l. 1. D. ad legem Iuliam de amb. l. penult. §. negotiatores. D. de munerib. & honorib. l. 7. §. constitutum. D. de interd. & releg. l. 1. D. de off. præf. vrb. *Vrbis* tamen appellatio proprietate sermonis angustior est, quàm Romæ. *Vrbs enim muris, Roma verò continentibus demum ædificiis finitur.* l. 2. D. de verbor. signif. l. 4. §. si ita. D. de pecul. leg. Eadem à Constantino in l. 1. C. de suariis lib. 11. *Vrbs æterna*, vt à Symmacho lib. 1. epist. sæpenumero, & Ammian. Marcellino, vocatur. Et ita in l. 4. Cod. de operib. publi. Impp. Valentinia. & Valens. Intra *Vrbē æternam* scripserant. Cuius loco Tribonian. Intra Vrbem Romā veterem & nouam suppositi. Addidit etiā de suo clausulā hanc, nisi ex suis pecuniis opus huiusmodi cōstruere voluerit. Quemadm. etiā in l. 6. eo. tit. addidit,

Et murorum. & in l. 9. publicis pecuniis. & in l. 11. non ſterilia. Et illa poſtrema verba, nemini excuſatione &c. Sed de Triboniani licentia erit alius dicendi locus. Nunc ad rem. *Vrbem regiam* in conſtitutionibus, Conſtantinopolin accipere debemus. l. vlt. C. de adſeſſoribus. l. 12. C. de iudic. l. 14. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccleſ. l. 25. C. de nupt. l. 25. C. de teſtam. l. 5. C. de his qui ad eccleſ. confug. l. 31. §. in hac. C. de epiſc. & cler. §. vlti. Inſtitut. de ſatiſdationibus. Eadem & *inclyta & florentiſsima Vrbs* appellatur, l. vn. C. de contractibus iudic. l. 11. C. de adſeſſoribus. l. vltim. C. de ædific. priua. In epiſt. Pandectis præpoſita. §. illud verò. & d. l. 31. Et *Vrbs magnifica* in l. 31. §. executoribus. C. de epiſc. & cler. Et *noua Roma*, vt lib. 16. probauimus. Zonaras etiam νέαν ῥώμην καὶ βασιλίδα πόλιν, Imperatorum exẽplo vocat.

Vrbanæ ædes. l. 41. §. ſed ſi quis. D. de legat. 1. & *habitationes*. l. 4. D. de pact.

Vrbana ædificia. l. 39. D. de legat. 1. *Vrbana prædia* appellari ædificia etiamſi in villa ſint, *Ruſtica* verò *fundos* Vlpianus ſcribit in l. 1. D. comm. præd. & in fragmentis Inſtit. tit. 19. Vrbana autem prædia à Ruſticis non loco, ſed materia & qualitate diſcernuntur. Vrbana ſiquidem accipimus ædificia omnia, non ſolùm ea quæ ſint in oppidis, ſed & ſi fortè ſtabula ſunt in continentibus ædificiis, vel alia meritoria in villis & in vicis, vel ſi prætoria voluptati tantùm deſeruientia, horti quoque qui amœnitatis gratia non reditus habentur. l. 98. D. de verborum ſignificat. l. 16. C. de præd. minor. l. 54. in fin. D. de pet. hæred. l. 59. D. de contrahen. empt. l. 13. §. ſi in locatis. D. de actio. empti. titul. de ſeruit. vrb. præd. l. 4. D. de pact.

Similiter & *Vrbana familia*. l. 65. D. de legat. 2. Paul. lib. 3. ſent. tit. 7. & *Vrbani ſerui*. l. 1. D. de aur. arg. l. 210. D. de verborum ſignific. l. 60. §. 1. D. de legat. 3. à Ruſtica familia non loco, ſed genere vſus diſtinguitur; poteſt enim diſpenſator non eſſe vrbanorum ſeruorum numero, ſi ruſticarum rerum rationem diſpenſet. l. 166. D. de verborum ſignificat. l. 10. §. ſi vſus. D. de vſu & habit. l. 12. D. de ſuppellect. leg. Cic. epiſt. 7. lib. 14. famil. Qua in re vſus præcipuè teſtantis ſpectari conuenit, videndúmque eſt quo quemque ſeruũ loco & numero is habuerit. Et certè quos circa ſe habet paterfam. & ſui vſus miniſteriíque vrbani cauſa, non poſſunt non in eo numero eſſe. Quod plenius exponitur in l. 99. D. de legat. 3. & l. 12. §. idem reſpondit. D. de inſtruct. vel inſtrument. l. 4. penult. D. de penu leg. ſic & *Vrbanum miniſterium*. l. 99. §. muliones, de legat. 3. Atque ita Vrbanorum vel ruſticorum prædiorum ſeruitutes, pro genere & qualitate prædiorum quibus debentur æſtimamus. Nam & aquæductus, qui per Vrbanum prædium tranſit, iter quoque per Vrbanum prædium, Vrbanæ ſeruitutes ſunt. l. 11. §. 1. D. de publicia. l. 14. D. comm. præd. Vetus Gloſſar. Græc. Seruitutes Vrbanorum prædiorum ſunt quæ ædificiis inhærent, vt mihi liceat tignum mittere in parietem.

Vrbanæ cohortes. Dio lib. 58. φράτευμα πολιτικὸν vocat.

Vrbicum, id eſt vrbanum in inſcript. legis 9. D. de oper. noui nunciat. *Vrbici piſtores*. lege vlt. D. de excuſat. *Vrbico vſui deſtinata*. l. 4. §. ſi ita. D. de penu leg. & aliàs *Vrbica procuratio*. l. 11. §. ex fact. D. de minor. *Vrbica tutela*. l. 8. §. ſed ſi ignomin. D. de excu. *Vrbica miniſteria*. l. 4. §. ſi ita D. de penu legata. ita quoque *Vrbica negotia & peregrina, opponuntur*. l. 51. D. de adminiſtr. & peric. ſic & *Vrbicæ rationes*. l. 27. D. de inſtru. vel inſtrumen. *Vrbicæ viæ*. l. 2. §. viã. D. nequid in loco publ. & aliàs vrbis magiſtratus.

Vrbicaria præfectura. l. 2. C. vbi Senatores.

Vrbicariæ regiones, in l. vn. C. ſi per obreptio. fuer. impet. in C. Theod. l. 3. Tributa in ipſis ſpecieb. inf. eo. C. l. 9. de extraordin. munerib. in C. Theodoſ. l. 3. quib. & quorum vſufr.

Vrbaniciani milites in l. 35. D. ex quibus cauſ. maior. Et *Vrbaniciani officiales*, in l. 1. de cond. in publ. horr. in C. Theod.

VREDO Plinius lib. 18. cap. 8. & 29. & Cic. lib. 11. de nat. deor.

VRGERE *præſes ad manumittendum*. l. 11. C. de fideicomm. libert. *Vrgere iure*. l. vlt. C. de vnit. pign. *Vrgere etiam bona fides* dicitur, l. 2. C. de commod. *Vrget etiam æs alienum*. l. 5. §. ſi æs. D. de reb. eorum. l. 7. §. planè. D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. & *Vrguet æris alieni ratio*. l. 35. §. cum hæc D. de hæred. inſtit. & *creditor*. l. 5. §. non paſſim. D. de reb. eorum. ſic *Vrguentibus creditoribus*, in l. 47. D. de minoribus. & *Vrgentibus debitis*. l. vltim. D. de præd. & aliis. *Vrguente neceſsitate*. l. 3. §. hac ratione. D. de negot. geſt. & l. 2. §. is tamen. D. ſi quis caut. *Vrgentibus neceſsitatibus*. l. 1. C. qui & aduerſ. *Vrget item res*. l. 1. D. de feriis. ſic *ſi res Vrgeat*. l. 49. D. ad Sc. Trebellian. & *re Vrguente*. l. vlt. D. de iudiciis. *Vrſerit voluntas*. l. 52. §. quid tamen. D. de legat. 3. *Vrgat pro Vrgeat*. l. 8. D. quibus ex cauſ. in poſſeſſ.

Vrgueri. l. 13. §. vlt. D. de recept. *Vrgeri ad collationem*. l. 10. C. de collatio. *ad bonorũ poſſeſſionẽ*. l. 1. §. largius. D. de ſucceſſ. edict. *ad exhibitionẽ*. l. 6. C. de teſtib. *ad obſequium*. l. 22. C. de donat. *ad petitionem*.

petitionem. l. 20. C. de pignor. *ad restituendam fideicommissorum libertatem.* l. 13. C. ad l. Falcidiam. *ad solutionem.* l. 12. D. quando dies legat. l. 9. & l. 13. C. de oblig. & actionib. & l. vlt. C. ne vel contra. & l. 5. C. de ord. cognit. l. 23. C. de fideicomm. *ad rescindendam venditionem.* l. 6. C. de rescindend. vendit.

Vrgeri suspicionib. l. 22. D. de quæstion.

Vrguens refectio. l. 15. D. de recept. *Vrgens necessaria refectio.* l. 3. §. 1. D. de riuis.

VRINAM *facere.* l. 14. §. 1. D. de ædilic. edict.

VRINATORES in l. 4. §. 1. D. de l. Rhod. dicuntur, qui sub aqua natant. Quo verbo vtitur & Firmicus lib. 8. cap. 15. Illorum ministerium egregiè his versibus describit Manilius lib. 5. Astronomicôn,

Illis in ponto iucundum est quærere pontum
Corpora qui mergunt vndis, ipsumque sub antris
Nerea & æquoreas conantur visere Nymphas,
Exportántque maris prædas & rapta profundo
Naufragio, atque imas auidi scrutantur arenas.

Nã per Vrinatores naufragio mersæ, & in mare nauis leuãdæ causa iactæ res extrahi solebãt. Inde vrinandi artifex apud Symmach. lib. 1. Epist. 25. Varro lib. 4. de lingua Lat. fol. 43.

Vrnæ dictæ quòd vrinant in aqua haurienda vt vrinator. Vrinare est mergi in aquam.

VRSEIVS *Ferox* iurisconsultus, quem Caius citat in l. 1. §. siue autem. D. quarum rerum actio. & *Vrseius* Proculum citat, l. 27. §. 1. D. ad leg. Aquil.

VSQVE accipitur inclusiuè in l. 2. D. de his qui not. infa. l. 11. D. de dolo. l. 1. D. an per alium causæ appell. l. vlt. D. de discussorib. *Vsque adhuc*, idest, donec princeps comprobauerit. *Vsque ad vltimum diem vitæ.* l. 4. C. de donat. inter virum. *Vsque in hodiernum diem.* l. 135. §. Seia. D. de verb. oblig.

Vsquedum viuus. l. 21. D. de ann. legat.

Non vsquequaque. l. 12. D. de cur. fur. *non Vsquequaque verum.* l. 14. D. de lib. & post.

VSVRA inde appellata est, quòd pro vsu pecuniæ datur: Est enim quasi merces & pensio vsus pecuniæ: Et ideò contra naturam esse creditur, cùm pro vsu pecuniæ, cuius dominium à dante abscessit, & in accipientem transit, præstetur. Vsurarum autem plures sunt species. Assis locum in vsuris *centesima* obtinet, ad eãmque reliquæ omnes rediguntur. Centesimæ autem dicuntur, quæ ex singulis centenis nummis duodenos nummos quotannis efficiunt: sic dictæ, quòd earum menstrua quantitas centesima pars sit sortis. l. 4. §. vlti. D. de naut. fin. l. 8. C. si certum pet. l. vlt. §. vlt. C. de iure dot. l. vn. §. cum autem. C. de rei vxor. act. l. 1. & 2. C. de vsur. rei iud. Authent. hoc ius. C. de sacrosanc. eccles. Constant. lib. 3. Epitom. tit. 7. ἑκατοστιαῖον τόκος ἐστὶν τὸ ὅτι τοῖς ἑκατὸν νομίσμασι βῆ, ὑπὲρ ὅλης δι-δόσθαι ἐνιαυτῷ λέγω τὸ ὅτι τοῖς ἑκατὸν καθ' ἕκαστον μῆνα δίδοσθαι ἤτοι. *Semisses vsuræ* quasi dimidię cẽtesimæ sunt, nempe cum pro centum aureis sex quotannis penduntur, ita vt vsura menstrua ducentesima sit pars sortis. l. 30. D. de adim. leg. l. 3. D. quod iussu. l. 24. D. de præscript. verb. l. 1. C. de his quæ vt indign. Et apud Plin. lib. 14. cap. 4. Cuiusmodi olim vsuras à debitoribus suis fiscus accipiebat. l. 17. §. si debitores. D. de vsur. Ex qua *vsuras fiscales* in l. 6. D. de iure fisc. semisses interpretabimnr. Appellantur & *Semissales* in l. 10. D. de pollicitationib. *Vsuræ quincunces* sunt, quæ quintam centesimæ reddunt, nimirum quinque aureos pro centum. l. 15. D. de adim. leg. l. 7. §. quæ autem. D. de adm. tut. l. 17. D. de vsur. Et ita *quincuncem modestum* apud Persium accipe. *Trientes*, sunt cùm in sortem centum quatuor nummi penduntur. d. l. 7. §. quæ autem. l. 3. in fin. D. ad leg. Falcid. *Tertiam centesimæ* dixit Paul. in l. 17. in fi. D. de vsuris. *Quadrantes* verò *vsuræ* sunt, cùm in sortem centũ tres nummi quotannis præstantur. l. 21. §. largius. D. de ann. leg. *Septunces* verò, quoties septẽ aurei. *Besses* quoties in singula centena octo annua præstantur. l. penult. C. de vsur. *Dodrantes* verò cùm nouem. *Dextantes*, quoties pro 100. aureis quotannis 10. redduntur. *Deunces* verò duos aureos pro centum efficiunt. *Vnciæ vsuræ* in cẽtenos aureos vnum annuum reddunt. l. 47. §. præfectus. D. de adm. tut. Hæ enim duodecimam partem centesimæ velut assis vncia explent. hinc videre licet quæ *Vsuræ maiores & minores.* l. 12. §. si mihi. D. mandati. l. 9. C. de vsur. *Vsuræ pupillares* vel quincunces sunt vel trientes pro more regionis, nisi in certis causis, quas lib. 3. Select. Antiquit. exposui. *Vsuræ quæ in regione obseruantur.* l. 3. §. 1. D. de cont. tut. *Vsuræ statutæ.* l. 7. §. quinimo. D. de fractis. *Vsuræ redituum.* l. 4. D. de pact. dotalibus. *Vsuræ vsurarum.* l. 27. D. de re iudicat.

sub Vsuris mutuæ data pecunia. l. 7. §. item si. D. de Senatusconsul. Maced.

Vſurarius debitor appellatur qui ſub vſuris pecuniam debet. l. 7. D. de vſur. Sic *Vſuraria pecunia*, quæ ſub vſuris debetur. l. 11. & l. 12. D. de compenſatio. Et *vſurarium debitum* in l. 6. in fi. l. 40. D. de neg. geſt. vt & *Vſuarium negotium*. l. ſi pupilli in fi. D. de neg. geſt.

VSVARIVS & vſufructuarium ſignificat. l. ſi cum duorum 32. de ſtipul. ſeruor. Videj. in Vti.

VSVRPARE *collegium*. l. quiſquis. D. de collegijs. & *dominium*. l. 5. C. de ædif. priuat. *immunitatem*. l. 9. §. vlt. D. de public. *ſeruitutem*. l. 6. §. 1. D. quemad. ſeruit. & *Vſurpata ſeruitus*. Paul. lib. 1. Sentent. Tit. 19.

VSVRPATIO eſt vſucapionis interruptio. l. 2. & l. 5. D. de vſucapionib. De vſurpationibus librum Appius Claudius ſcripſerat teſte Pomp. in l. 2. §. & quidem ex omnibus. D. de orig. iuris. *Vſurpari* etiam *ſeruitus* dicitur, quæ vtendo retinetur. l. 6. §. 1. & l. 8. in fi. & l. 9. l. 16. D. ſi ſeruſ. vindic. vt

Vſurpatum etiam pro vſu acquiſitum in l. 40. D. ex quib. cauſ. maior. ſic *Vſurpatum ius*, ideſt, vſu retentum. l. 16. D. quemad. ſeruitut. amit.

Vſurpata lex. l. 2. §. 1. D. de adminiſt. rer. ſic *Vſurpatum eſt tametſi nullo iure*. l. iniuriarum. §. vlt. D. de iniur. ita & *Vſurpato nomine Tutoris vel Curatoris*. l. vlt. C. de interdict. matrim.

Vſus, *Vſucapio*, *Vſusfructus* Vide infra in Vtor.

VT *quid*? l. vlt. §. 1. D. quis ordo in poſſeſſ.

